D. FRANCISCI

SALGADO DE SOMOSA,

TRACTATUS

DE REGIA PROTECTIONE

VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM

à cauſis & Judicibus Eccleſiaſticis.

D. FRANCISCI

SALGADO DE SOMOZA,

JURIS UTRIUSQUE ANTECESSORIS,

& in Amplissimo Regióque Senatu Galleciæ Advocati,

TRACTATUS

DE REGIA PROTECTIONE

VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM

à cœtûs & Judicibus Ecclesiasticis;

Vtrique Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ, quàm temporali, valde utilis: necnon supremis regalibus Prætoriis, cunctisque Tribunalibus Ecclesiasticis omnino necessarius.

In quo fœcundissima praxis, præcipuè Ecclesiastica & beneficialis, dilucidè continetur.

Opus equidem præstantissimum, à plerisque petitum, & ab omnibus in universum desideratum: non sine magno labore & experientia digestum, providéque & accuratè illustratum: anteà in duos Tomos divisum, nunc verò in unum corpus redactum.

Cum Summariis, ac duplici Indice; altero Partium & Capitum, altero rerum singularium locupletissimo.

EDITIO QUARTA.

BIBLIOTECA R... SEVILLA
NO 8 DO

LUGDUNI,
Sumptibus LAURENTII ANISSON.

M. DC. LXIX.
SUPERIORUM PERMISSU.

AUTHORIS PROTESTATIO.

Quidquid in tam utiliſsimo tractatu dixerim, ſanctæ matris Eccleſiæ limæ, correctioni, & cenſuræ, & me pariter ſubmitto. Quæ ſi aliud cenſeat, alitérve ſtatuat, idipſum ego cenſeo, & ab ſcriptis deſiſto, teſtórque magis me fragilitate humana tunc labi deceptum, cum ſana ſit intentio.

INDEX
PARTIUM, ET CAPITUM

quæ in hoc Opere continentur.

PARS PRIMA.

Epilogus proœmialis. *pag.* 1

CAP. I.

QUÆ ſit ſupremi Principis poteſtas, quónam jure ſuſtineri valeat in adimenda vi, à judicibus Eccleſiaſticis illata, & de ejus origine,& principio; ubi plura fundaméta (tum utilia,tum protectionis juſtificationi omnino neceſſarias) inſeruntur, hactenus à nemine conſiderata. 5

Præludium primum. 9

Præludium ſecundum. 12

Præludium tertium. 14

Præludium quartum. 28

Præludium quintum. 30

CAP. II.

De modo procedendi per regium Senatũ in adimenda vi ab Eccleſiaſtico judice illata,non deferente juſtæ appellationi, & de variis formulis, quibus decreta cõcipiuntur,& quid ſi excommunicatũ (prout rogatur) recuſet abſolvere,an ad id cogatur; & an actorum inſpectio in Senatu interim impediatur? & quid ſi ſecundæ juſſioni (quam *ſobrecarta* dicimus) non obtemperaverit. 49

Decretum formulæ. 67

§. I.

Per delationem, atque repoſitionẽ an & quemadmodum regiæ proviſioni judicem Eccleſiaſticum ſatisfeciſſe dicatur; & quid ſi ſemel repoſitũ revocaverit. 74

§. II.

De proviſione proceſſus non integri (*de autos diminutos* à pragmaticis dicta) & quando concedi, & quomodo concedenda. 78

§. III.

Quod jus,ſeu ſtylum,an Rotæ,an tribunalis Eccleſiaſtici, quámve opinionem Regius Senatus attendere debeat in articulis violentiæ; & an in dubio judicem vim feciſſe decernatur. 80

§. IV.

Proviſio expedita vigore decreti Regij, quo vim fieri eſt declaratũ,quemadmodũ intimanda ſit Judici degenti in alterius tribunalis diſtrictu, & à duobus judicibus adinvicem procedentibus, exiſtentibus in diverſis tribunalium diſtrictibus, emiſſarũ appellationum pro delatione quod tribunal adeundum. 83

§. V.

De his cauſſis,& negotiis,quibus denegatur recurſus ad ſuprema Prætoria per hanc viã violentiæ. 84

CAP. III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem ſuæ judex juriſdictioni imponit,vel aliter expirarit;ita ut ea penitus ad reponendum careat, vel quando poſt gravamen illatum judex abiit, vel obiit: quemadmodum ſupremus Senatus per viam violentiæ aditus, conſulere queat. 91

CAP. IV.

Ab Eccleſiaſtico judice aliquid reponente mandato & virtute proviſionis Regij Senatus ad quem per viam violentiæ itum eſt: appellationi emiſſæ non deferens an vim faciat. 101

CAP. V.

Oppreſſus qui uſus eſt regio decreto conditionali (quod pragmatici *tertium genus* vocant) an poſſit poſt. modum ſuam proſequi appellationem,& ejus virtute judex inhiberi inferior,ubi latè de natura decreti conditionalis,& quibus caſibus locum habeat. 103

CAP. VI.

Appellationis legitimæ denegata delatio,& attenuata exequutio,ſeu ad ulteriora proceſſus præcisè, an ſimul requirantur, ut violentiam adeſſe declaretur; quid ſi adeſt ſubſequuta exequutio dumtaxat, præcedente tamen delatione appellationis; & quid in actis negativis. 112

CAP. VII.

Regia intimata ordinaria, & pendente recurſu ad Regẽ;an judex Eccleſiaſticus ſuperſedere teneatur, ita ut interim ab eo geſta,nulla, & attentata dicantur; & an termini interdum ſuſpendantur; in quo quid Rota cenſuerit refertur. 119

CAP. VIII.

Dato ſemel in Senatu decreto ſuper violentia ex actorum inſpectione, illis tamen diminutis:an poſt modũ eis integris, poſſit ejuſdem appellationis virtute, ſuper eodem articulo,& Regius iterum haberi recurſus per hanc viam violentiæ. 126

PARS SECUNDA.

CAP. I.

A Sententiis merè interloquutoriis, vel vim diffinitivæ, damnum irreparabile, vel præjudicium cauſæ principali habentibus: an, & quando judex Eccleſiaſticus vim facere dicatur, appellationi non deferens,ad clariorem intelligentiam legis Regiæ, & decreti Tridentini. 133

CAP. II.

Appellationi gravamen præcedenti, ut conditionali,niſi,&c.ſeu etiã minus legitimæ,ubi aliàs licitè interponi potuit: an judex non deferens vim faciet;& quo tunc decreti genere uti ſolet Senatus 157

CAP. III.

Quando duo gravamina ita ſe habent, ut unũ veniat in cõplemẽtum,effectum, ſeu exequutionẽ alterius,ſi eſt omiſſum appellari à primo,an à ſecũdo appellationi interjectæ judex non deferens vim faciat. 165

CAP. IV.

Quãdo & quibus caſibus judex Eccleſiaſticus vim faciat:non deferens appellationi interpoſitæ a carceratione, ſeu detentatione,ut qualis ea injuſta ſit intelligatur, & quid ab ejus relaxatione. 167

De indebita incarceratione perſonæ. 174
De injuſta detentatione ratione temporis. 177
De injuſta detentatione ratione loci. 178
De injuſta carceratione ratione ordinis non ſervati. 179
De injuſta carceratione ratione rei & cauſæ. 181

CAP. V.

Ab excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto, eorúmque relaxatione an judex committere dicatur appellationi emiſſæ non deferendo; & quid à ſuſpenſione vel depoſitione beneficij, vel temporalia reſpicientibus. 191

CAP. VI.

An Judex Eccleſiaſticus vim faciat non deferens appellationi interpoſitæ à ſententia interlocutoria lata ſuper articulis ejus cauſæ, à cujus diffinitiva prohibetur appellari. 202

CAP. VII.

A ſententia adverſam qualitatem habente, alia quæ prohibet, appellationem permittens; ſi appellationi emiſſæ judex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur, & quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliam, aut etiam ſucceſſivè. 211

CAP. VIII.

A ſententia lata in caſibus, quibus à jure vel ab homine denegatur audientia, appellationi interpoſitæ: an judex Eccleſiaſticus vim faciat, ſi non deferat; ubi de aliis diſpoſitionis verbis, ſub quorum involucro tacitè appellatio ſublata intelligatur. 225

CAP. IX.

A compoſitione, ſeu diffinitione, quam facit Ordinarius Eccleſiaſticus in controverſia ſuper præcedentia in proceſſionibus, tumulandis defunctis, confraternitatibus, & ſimilibus actibus appellationi emiſſæ, an ſi non deferatur, violentia fiat. 237

CAP. X.

A duobus judicibus delegatis, ſeu & aliis in eadem cauſa ſe invicem inhibentibus hinc inde appellationi emiſſæ quis eorum non deferens, an vim faciat, & quid ſi exiſtant in diverſis Senatuum diſtrictibus, ad quem ſit recurrendum, ut uter vim faciat, declaretur, & generaliter quid & quando à qualibet inhibitione, ſive perpetua, ſive temporali appellatio legitima dicatur. 247

CAP. XI.

A ſententia reddendæ rationis contra adminiſtrationem rei piæ, vel profanæ latæ, appellationi emiſſæ non deferens, an vim faciat. 257

CAP. XII.

A ſententia affirmativè, vel negativè lata ſuper attentatis appellationi delegatio denegari nunquid queat abſque metu violentiæ. 262

CAP. XIII.

Si à collatione, electione, confirmatione, præſentatione, inſtitutione beneficij, aliiſve actibus extrajudicialibus appellationi interpoſitæ judex Eccleſiaſticus non deferat; an & quando violentiam facere dicatur ubi exactè quando extrajudicialiter, vel judicialiter proceſſum fuiſſe, vel debuiſſe dicatur, in proviſione beneficiorum. 267

CAP. XIV.

A decretis Ordinarij, putà, ſuper alienatione rerum Eccleſiaſticarum, donatione juriſpatronatus, & ſimilibus appellationi interpoſitæ: an ſi non deferat, judex vim faciat. 299

CAP. XV.

A mandato de reſidendo beneficium vel de ordinando de ordine ei neceſſario, ac etiam à viſitatione, an vis fiat, ſi appellationi interpoſitæ minimè ſit à judice delatum. 304

CAP. XVI.

A ſequeſtro ejúſque relaxatione, ſive etiam à depoſito, vel ejus remotione? appellationi interpoſitæ, an non deferens vim judex faciat. 312

CAP. XVII.

A judice, cui à ſuperiore appellationis ſemel cauſa (etiam tacitè) remiſſa eſt, ad ulteriora procedente in cauſa principali, appellationi emiſſæ, vis an fiat haud deferendo; ubi an hodie ſtante Tridentini decreto, attribuente primam inſtantiam ordinariis, ſuperior valeat articulum committere cum clauſula (una cum toto negotio principali, quam & quas) & ſimilibus. 321

CAP. XVIII.

A reſervatione, quam facit judex declinatoriæ, ſeu alterius articuli incidentis, ſeu emergentis in cauſa, ad litis diſcurſum, ſive diffinitivam; appellationi interpoſitæ, an, & quando ipſe deferre teneatur; ubi etiam obiter quid ab inordinato proceſſu. 325

PARS TERTIA.

CAP. I.

SI virtute alicujus contractus, quo alimenta promiſſa ſunt, quibus judex ex officio dare jubet (putà filio à patre, patri à filio, & ſimilibus) agatur, à ſententia ſuper tali contractu lata appellationi non deferens, an vim faciat; & quid generaliter à qualibet alimentorum ſententia, vel eorum, quæ celerem executionem deſiderant. 332

CAP. II.

A ſententia reformante alimenta, ſeu penſionem & aſſignante congruam beneficiato, vel coadjutori dato illiterato, ſeu imperito Rectori, œconomóve vacanti Eccleſiæ nominato; ſeu etiam lata pro ſolutione decimarum, mercede famulorum, appellationi emiſſæ, an non deferens vim faciat. 340

CAP. III.

Appellanti à ſententia, qua quis condemnatur, ad ſolutionem penſionis ſuper ejus beneficio appoſitæ: & an & quando ob denegatam delationem vis fiat. 349

CAP. IV.

A ſecunda ſententia revocatoria prioris, ſive contra actorem, ſive contra reum lata in judicio ſui natura privilegiato, & non admittente appellationem, an ei interpoſitæ non deferens judex vim faciat; & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam privilegiatam intentantem. 356

CAP. V.

A ſententia, ſeu compulſione, quam facit ordinarius Eccleſiaſticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro conſtructione Eccleſiæ dirutæ, ſeu etiam à ſententia, qua juſſit, novam aliquam Eccleſiam Parochialem ædificari, eo quòd aliqui Parochiani non poſſunt, vel propter locorum diſtantiam, vel aquarum inundationem, aliámve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat. 364

CAP. VI.

Ab eo, quod fit ſecundùm legis, & juris diſpoſitionem canonicas ſanctiones, aut decreta, à judicéque eas exequente, ſeu ubi jus commune reſiſtit, aut ubi juris & de jure præſumptio adeſt, appellationi emiſſæ non deferendo, violentiam adeſſe an dicatur, ubi etiam exactè de appellationibus frivolis. 369

CAP. VII.

A ſententia declarante, beneficium incompatibile vacaſſe, mandantéq; providere perſonæ idoneæ, appellationi interpoſitæ an judex Eccleſiaſticus vim faciat, non deferens procedénſque ad ejus executionem. 376

CAP. VIII.

A ſententia, qua quis ſuſpenditur, privatúrve officio,

cio,vel à nominatione muneris, authoritate & utilitate publici, ſive authoritate tantùm;appellationi interjectæ Regia Curia deferri an mandabit. 384

CAP. IX.

Si in judiciis privilegiatis, ſeu alias inappellabilibus;ratio appellandi ſit in promptu, appellationi interjectæ an judex non deferens vim faciat; & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu eſſe dicatur, præcipuè in proviſione beneficiorum, tam curatorum quàm ſimplicium. 387

CAP. X.

De jure Regio patronatus,& an,& quibus caſibus ab ordinario recuſante inſtituere præſentatum per Catholicam Majeſtatem, certante Regiæ coronæ jus patronatus, minimè pertinere, appellationi interjectæ non deferendo, vis fiat. 411

CAP. XI.

A proviſione beneficij ſive curati, ſive ſimplicis ſuperiorem facta jure devolato, appellationi non deferens, an judex vim facere dicatur. 436

CAP. XII.

A ſententia lata in remedio adipiſcendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adrian. aliiſve quibuſvis poſſeſſoriis remediis, an & quando judex Eccleſiaſticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à ſententia continente mixturam. 443

CAP. XIII.

A ſententia à judice ut bono viro arbitrante, vel arbitrio juris, vel in iis, quæ judicis arbitrio regulato, vel etiã libero relinquuntur, ſeu etiam conſcientiæ, poteſtati, ejúſve mero officio, appellationi interpoſitæ nõ deferẽs vim an faciat, ubi etiam quid ab actibus, & ſententiis negativis. 454

CAP. XIV.

A ſententia lata in criminalibus cauſis, an, & quibus caſibus judex non deferendo, violentiam facere dicatur, ubi etiam latè quid in notoriis, & quando. 463

CAP. XV.

A ſententia lata partim in favorem alicujus, partim verò contrà, qua ſolus provocavit, quatenus contra ſe erat, quoad cætera conſentiens; an pro parte acceptata tranſeat in rem judicatam, ita ut à judice eam exequente appellationi emiſſæ, non declaretur, & quid in via executiva. 468

CAP. XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emiſſæ à ſententia, ſeu articulo cauſæ, aut etiam à tribus conformibus, an, & quando judex Eccleſiaſticus non deferens, vim faciat. 473

CAP. XVII.

A non admiſſione ſeu rejectione appellationis emiſſæ ſuper aliqua cauſa, ea putà; quia ſunt tres conformes, vel aliàs eſt cauſa inappellabilis; appellationi interjectæ index non deferens, violentiam facere an dicatur, 479

CAP. XVIII.

A judice deferente appellationi minimè deferẽdæ; ſeu etiam ab eo revocãte delationem, procedentéq; ad ſuæ ſentẽtiæ executionẽ, ſeu ad ulteriora, appellationi interjectæ nõ deferens, vim an faciat & quid à declarante appellationem à diffinitiva deſertã. 482

PARS QUARTA.

CAP. I.

A Præcepto, & expeditione executorialium, quidve in ea potiſſimum ſit ſervandum, ſeu etiam ab earum commiſſione facta executori; an & quando non deferens appellationi emiſſæ, vim commiſiſſe dicetur. 493

CAP. II. 493

Quanto temporis ſpatio ſilentium executorialium vires ſeu minuat, ſeu penitus enervet, ubi inter utrũque jus,& regium redditur diſcrimen. 502

CAP. III.

Executorũ differentia quotuplex, & de ſingulorũ lata demonſtratione, quãdo ab eo emiſſæ appellationi denegata delatio vim detegat, ubi quid ſit exceſſus quotuplex, quomodo, quotidie proponatur, aut etiã probetur, aut ab eo quotics appellari licebit. 508

CAP. IV.

Pro exequutoris exceſſus repoſitione, & appellationis cognitione, judex ejus competens adeundus; & an ab ordinario, Eccleſiaſtico reponere volente exceſſum factum ab executore Apoſtolico, ſeu alterius judicis ſuperioris, appellationis interjectæ haud deferens,vim faciat. 527

CAP. V.

Quid inter ſe diſtent quoad procedendi modum, exequutor ſpeciei certæ, & exequutor quantitatis, juriſve incorporalis,aut executor facti, hoc eſt, compulſor ad factum præciſum; & an, & quando ab eis abſque citatione procedentibus, ſeu excedentibus emiſſæ appellationi minimè deferẽtibus vis fiat. 531

CAP. VI.

Ab exequutore ſive ſuæ perſonæ, aut cõmiſſionis, ſive ſuperioris mandantis defectu, juriſdictione, & poteſtate carente, & ad ulteriora procedente,appellationi non deferente, an, & quando vis fiat, & an is de hujuſmodi incompetentia cognoſcere queat. 540

CAP. VII.

Ab exequutore rejicicte legitimas exceptiones exequutorialium exequutioni oppoſitas, & admittendas, ſeu etiam admittente rejiciendas;an & quando appellationi interjectæ vim faciat non deferens, ut qualiter excedat,cognoſcatur. 547

CAP. VIII.

An, & quibus caſibus ab exequutore excedente, dum exequitur perſonas in executorialibus minimè nominatas, nec virtualiter comprehenſas, appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat; & qualis ij ſint caſus,ſpecificè monſtrantur. 561

CAP. IX.

Ab exequutore exequutionem faciente in quantitate,ſeu rebus minime in executorialibus nominatis, aut taliter comprehenſis; an & quando appellationi denegans delationem,vim commiſiſſe dicatur; ubi plurimi caſus adnotatione digniſſimi inferuntur. 595

CAP. X.

Ab exceſſiva fructuum, damnorũ expenſarum,intereſſe,pertinẽtiarum ac connexorum liquidatione,& taxatione facta per executorem appellationi emiſſæ non deferendo, an vis fiat, ubi exactè quomodo hoc caſu ſimplex gravamen ab exceſſu cognoſcatur. 613

CAP. XI.

Ab executore excedente de tempore ad tempus; an & quibus caſibus (ubi ſinguli valdè utiles annectuntur) appellationi emiſſæ non deferens, vim faciat. 627

CAP. XII. 627

Ab executore perperam ſententiam interpretante, appellationi emiſſæ, an non deferens vim faciat; ubi latè & utiliter, quæ inter precandum præ oculis haberi debeant. 635

CAP. XIII.

Ab executore ſententiæ ordinem præpoſterante, & omittente, an appellationi emiſſæ non deferens violentiam commiſiſſe dicatur. 644

CAP. XIV. & ULT.

De effectibus repoſiti exceſſus & an tertio rei poſſeſſori non citato, etiã clerico afficiat, & an fructus non expreſſos comprehendat, & an exceſſus totam vitiet executionem, vel is ſolus dumtaxat reponendus; & inſuper facta ſemel executione, ſi res iterum deveniat in poteſtatem condemnati, an aliæ exequutoriales novæ requirantur. 649

Approbatio

Approbatio Licentiati BERNARDI DE LUAZES *Senatoris in Regio Tribunali Galleciæ digniſſimi.*

TRactatum de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Iudicibus Eccleſiaſticis Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ex commiſſione Domini, atque Domini Didaci Vela, Vicarij generalis Sereniſſimi Ferdinandi Infantis Archiepiſcopi Toletani, perlegi & examinavi, nihil in eo Catholicæ fidei, Romanæve Eccleſiæ, nec bonis moribus contrarium; quinimo multa eruditionis & doctrinæ plena, valdè utilia & neceſſaria, omnibúſque tribunalibus profutura inveni. Ideo non ſolùm typis poſſe, ſed etiam debere mandari cenſeo.

Licentiatus Bernardus de Luazes.

HE hecho ver el libro contenido en eſta certificacion, no tiene coſa contra la fe y buenas coſtumbres; y por lo que a mi me toca ſe pued imprimir. En Madrid a 21. de Iunio 1623. años.

Don Diego de Vela.

Approbatio inſignis doctiſſimi, necnon nobiliſſimi D. DIDACI GONZALES DE CUENCA ET CONTRERAS, *digniſſimi Senatoris in ſupremo Indiarum Conſilio Catholici Regis* PHILIPPI IV.

HE viſto por comiſſion del Conſejo el libro *de Regia Protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Iudicibus Eccleſiaſticis*, que preſentò pidiendo licencia para imprimirle el Lic. D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, y no hallo coſa, que impida el darle la licentia, antes ſegun mi parecer ſe le deve dar, porque el libro es muy util, ſi la materia eſta muy exacta, docta, ſi agudamente tratada, de ſuerte que promete conoſcido fructo, y aſegura mejor, y mas plena intelligentia en ella. En Madrid a 2. de Noviembre de 1633.

Licenciado Don Diego Gonzales de Cuenca y Contreras.

IMPRIMENDI FACVLTAS.

IOANNES Claudius Deville, in ſacra Theologia Magiſter, in Eccleſia S. Crucis Cuſtos, D.D. Alphonſi Ludovici du Pleſſis de Richelieu, Eminentiſſimi Cardinalis, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi Lugdunenſis pro- Vicarius generalis: Librum inſcriptum, *Tractatus de Regia protectione vi oppreſſorum appellantium à cauſis & Iudicibus Eccleſiaſticis*, Auctore D. FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, ante in duos Tomos diviſum, nunc verò in unum corpus compactum, in lucem edi facultatem concedimus. Lugduni die 2. Novembris 1646.

DEVILLE.

CONSENSVS.

LIbrum hunc inſcriptum, *Salgado de Regia Protectione*, *&c.* Auctore FRANCISCO SALGADO, typis mandari, & in lucem edi ſumptibus LAVRENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunenſis, Ego Regis Conſiliarius & Procurator in Lugdunenſi Præfectura, non impedio. Lugduni die 6. Novembris 1646.

LORIN.

PERMISSIO.

LIbrum qui inſcribitur, *Salgado de Regia Protectione*, à LAVRENTIO ANISSON, typis mandari permittimus; ac ſimul, ne quis citra factam ei poteſtatem denuò excudat, interdicimus. Lugduni die 6. Novembris 1646.

SEVE.

TRACTATUS

TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM.

EPILOGUS PROOEMIALIS.

CUM protectio, & subditorum defensio cum ipso sit simul Regno ad origine orta, ita ut Regni objectum sit, & causa finalis *a*: Regnum siquidem propter protectionem vi oppressorum, non protectio propter Regnum, aut Regem creatum est à Rege Regum & Domino dominantium Deo: ab ipsoque supremis Principibus temporalibus ita sit datum *b*: efficit, ut Vassallorum defensio providè meritóque proprium Regis officium dicatur *c*, attributum naturale inhærens viscoribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, ac substantiæ diadematis, ita ut regimen, & protectio unum sit effectum continens, indissolubile, & inseparabile, quæ nec à Rege tolli possunt, nec à regimine (cujus est anima separari, nisi simul & cum Regno eradicetur *d*; quia de regalibus est in signum competens supremæ potestatis, quam sequitur sicut umbra corpus, & qualitas subjectum *e*, quam Protectionem omni jure, naturali *f*, divino *g*, & positivo, tam Canonico, quàm Civili *h*, Rex supremus exhibere adstringitur vassallis oppressis, non tolum laicis, sed multo fortius Ecclesiasticis personis *i*; tum tanquam Dei Ministris, & majori defensione indigentibus, non utentibus materialibus armis, sed spiritualibus tantùm; nempe, lacrymis, jejuniis, orationibus, carnisque macerationc, & sui ipsorum abnegationem, nec non modestiam & charitatem profitentibus: tum etiam, quia sunt pars populi, membra, & cives Reipublicæ temporalis in ordine ad defensionem, & protectionem naturalem *k*, cujus privilegiis gaudent, & ut tales tenentur ad observantiam legis politicæ concernentis bonum publicum, ut universam laicorum simul, & Clericorum utilitatem seu conservationem, non vi compulsiva, sed vi directiva dumtaxat *l*, ad quorum defensionem, & protectionem ex debito officii & merito charitatis *m*, & omni jure tenetur Rex, cujus murus est Ecclesiæ *n*, pax Clericorum, salus populi, vita vassallorum, caput subditorum, tutor Reipublicæ, & præsidium Christianæ Religionis *o*: ad ipsum igitur omnes promiscuè, tam Clerici, quàm Laici necessitate adstricti, & vi oppressi pro auxilio, & defensione naturali merito confugiunt *p*, ut propulsetur tollatúrque & levetur violentia sibi illata à judice Ecclesiastico, denegante legitimæ appellationi delationem, suamque sententiam indebitè, & jure reluctante exequente, suis bonis spoliante appellantem, carcerèque & censuris iniquè plectente; usurpando superioris jurisdictionem, & privando oppressum naturali defensione; ne possit ad superiorem recurrere pro medela suæ iniquitatis, & injustitiæ *q*; quia quemadmodum ipsi appellanti omni jure præcipuè naturali sit permissum, ac licitum propulsare violentiam, & resistere judici exequi volenti violenter & de facto contra jus suam sententiam *r*: multò fortiùs sibi licitum erit, imò urbaniùs faciet ad Principem Supremum recurrere *s*; qui absque ullo scandalo violentiæ resistat, præstet auxilium & defensionem naturalem, cujus proprium officium est; ex hoc enim recursu ad Regem nullatenus infringitur libertas Ecclesiastica, prout nec indirectè in minimo diminuitur, nec impeditur Ecclesiastica jurisdictio, sed imò potiùs augetur, & ampliatur *t*, cùm finis hujus charitativi subsidii, & Regii recursus in totum directe tendat, ac etiam præcipuè in ejus conservationem, utilitatem & authoritatem

a *Dixi latè cap.* 1. *hac p.* 1. *à n.* 44 & *à n.* 53. 95. & *c.* 2. *a n.* 26. *cum seqq.*

b *c.* 1. *præludio* 1. *a n.* 40. *usque ad fin. præludii.*

c *à num.* 92. *in d. cap.* 1.

d *d. c.* 1. *à n.* 53. & *sub n.* 87. & *n.* 97. & *à n.* 310. & *c.* 2. *a n.* 37. *cum pluribus seqq.* & *supr.*

e *cap.* 1. *n.* 97. & *cap.* 2. *à n.* 32. & *sursum.*

f *Agitur in d. c.* 1. *a num* 78. *prælud.* 3. *per totum*, & *præcipuè à n.* 79. & 88.

g *a num.* 99. *cum seqq. ibid.*

h *d. cap.* 1. *à n.* 96. *cum plurib. seqq.*

i *d. c.* 1. *prælud.* 2. *a n.* 57 & *a n.* 70.

k *d. cap.* 1. *a n.* 58. *cum aliis pluribus n. d. præludio* 2.

l *latè diximus d. c.* 1. *à n.* 59. *usque ad n.* 60.

m *à n.* 95. *ibid.* & 84 & 88.

n *d. cap.* 1. *a n.* 70. & 75.

o *De omnibus iis scribimus latè in d. c.* 1. *præludio* 2. *à n.* 70. *usque* 77.

p *Disputatur in cap.* 2. *à n.* 6.

q *Latè præludio* 4. *d. cap.* 1. *à n.* 181. & *seqq. & de summa hujus prælud.* 3. *n.* 84. & *supra.*

r D.c.1. à n.85.
f Ibidem à n.90.
t Ibidem à n.149 & à num 239 & n.306 & à n.354
u Ibid. à n.238 & 242
a Ibid a n.723.
b D.o.praludio 5 per totum à n 193 cum sequentibus usque ad finem, & cap.2. à principio cum pluribus numeris seqq. ubi multa scitu dignissima.
c De iis recursus cognominibus & qualitatibus c. 2. num.3.
d C.2. à num 95.
e Prout clarè apparet ex modo procedendi apposito in c.2.à principio, ubi sæpe diximus à n. 121. n 130. & 104
f D.c.2 à n.104 & à num.121 & à 180. usq seq
g Ut in locis proximè citatis ac num. 180. & à num.217.
h D. .2 à n 186. cum seqq.
i N.198 & supr.
k A n. 183. & 188. & à n.190. usque ad n. 198. & .8. à n.38.
l Ibid. à n.194. & eadem 1.p. 8. à n.41 & sursum.
m D.c. à n. 104. & seqq. & n 91. & n.198. & supr.
n C.2.à n.95. cum plurimis seqq.
o Ibid à n. 120.
p Loco citato à n.191. & eadem 1.p.cap.8 à n 28. cum multis seqq.
q D.cap.2. latè à num.202.
r Cap 1.à n.211. cum multis seqq.
f D.c.1 a n.218. & .2. à n 87 & latiùs 1.p. . 3. a n.10. usque ad n.23
t Exactè probatur ind. 1 à n.205 cum seq.
u .1 à n. 203
x C.1.à n.278 & f a.
y D. c.2. à n.54. sursum.

tem,debitus superiori Ecclesiastico honor deferatur; ne vilipendatur ex impedimento cursus negotiorum ad Sedem Apostolicam, utque omnia conserventur in eodem statu, quo reperiuntur tempore prolatæ sententiæ (appellatione legitima pendente, & jurisdictione judicis suspensa) ne pax publica turbetur,& bonum publicum detrimentum patiatur.Ex quo colligitur,quod ipse judex Ecclesiasticus est qui jurisdictionē impedit *a*, vilipendit,atque infringit jurisdictionem Ecclesiasticā,qui cùm suam habeat suspensam,velit superioris usurpare,eáque abutendo ulteriùs contra omnia juris canonici & Sanctorum Patrum decreta,nec non œcumenica concilia attentare,vi opprimendo;ad hoc enim exhibēdum regium auxilium, & præbendam protectionem vi oppresso Rex nullatenus aliquo utitur vestigio,seu umbra jurisdictionis *b*,sed sub meris limitibus defensionis naturalis continetur; nihil enim in hujusmodi cognitione reperietur jurisdictionale,quia est nuda potestas,naturalis defensio,auxilium politicum, œconomica tuitio,permissa facultas,& licita vis,charitativa protectio, propugnaculum violentiæ, asylum vi oppressorum,tutus accessus,legitimus recursus,vis protectiva, ac propulsiva,qua vis injusta à Principe Supremo propulsatur,atque repellitur *c*;cujus proprium officium est,vi oppressos liberare,de facto quidem nullo juris,sed judicii ordine servato:sed extrajudicialiter per rei evidentiam *d* cuncta celeriter expediuntur *e*, cùm Principes & ejus supremi Senatores non cognoscant de justitia,aut injustitia gravaminis,& sententiæ *f*, sed dumtaxat de natura,& qualitate appellationis:an legitima sit, & à jure permissa,talis,ut utrūque retineat effectum devolutivum& suspensivum *g*,præstétque judici impedimentum ulteriùs in causa procedēdi,ad illúmque dumtaxat finem,ut tollatur violentia facta ab ipso judice violenter exequendo, & attentando *h*. Interimque dum recurritur ad superiorem pro juris remedio,conquiescat in causa,donec sibi illam ulteriùs remittat *i*, vel aliter superior de jure censeat, cui tota cognitio super eadem causa tam circa legitimitatem, admissibilitatem, vel repulsionem appellationis, quàm super justitia negotii principalis reservatur *k*, nullo habito respectu ad decretum tribunalis Regii,directum inferiori,quo sive dictū sit,vim non fieri in exequendo,sive aliter, quia tale decretum respectu superioris nihil adstringit *l*, cùm imò in ejus favorem potiùs latum sit,ut liberè,& absque inferioris impedimento,queat in causa procedere,& dumtaxat ad illum effectum celerrimam illam Senatus adhibet extrajudicialem cognitionem, (duraturam momento *m*) ex actorum originalium *n* (quæ gesta fuisse apparent ab Ecclesiastico) & non aliorum quorumlibet *o*, inspectione, quantumvis legitimorum, non enim tale decretum etiam illius articuli violentiæ respectu, facit instantiam, nec transit in rem judicatam, sed retinet propriam naturam actus extrajudicialis *p*, Aliter enim dicere,foret absurdum,& attribuere jurisdictionē regio recursui,qui nullo modo jurisdictionis aut judicii capax est,nec illa ullo modo indiget,nec subjecta materia illā patitur,nec ratione materiæ,nec ratione formæ *q*. Ratione materiæ,quoniā admissibilitas,vel non admissibilitas appellationis,quatenus tangit judicem à quo,est quid facti, cujus cognitio jurisdictione non eget,nec circa hoc declaratio inferioris parat partibus præjudicium, nec transit in rem judicatam,quo minus judex superior de appellatione cognoscens; queat prout sibi de jure visum fuerit, revocare *r*; & ita de hoc decreto tribunalis judicandum est, quoad judicem superiorem,ac si de facto ab ipso gestum sit judice inferiori:cessante recursu & regio decreto,maximè cùm ipsi faciendum semper remittat regius Senatus,ac insuper quoniam repositionē attentati, & eorum,quæ gesta fuêre appellatione pendente,non est necessaria jurisdictio *s*, sed factum sufficit judicis attentantis,jurisdictione carentis,mediante legitima appellatione ab eo interjecta,tum etiam quia Principibus temporalibus Christianis protectio Clericorum, & Ecclesiæ commendata est à Deo, Summisque Pontificibus, & sic non jurisdictio *t*, cui enim commendata est alicujus protectio,non intelligitur concessa jurisdictio in eum,sed defensio ab oppressionibus dumtaxat. Hæc siquidem potestas in tollenda vi consideratur in Principe, ac in tutore, cui minor non subest jurisdictionaliter,sed quoad defensionem, protectionem nudam *u*, in Patre respectu filiorum, in Domino respectu famulorum, quorum est potestas absque jurisdictione *x*. Ratione formæ etiam hæc cognitio per viam violentiæ dicitur extrajudicialis, & absque vestigio seu umbra jurisdictionis à sui principio usque ad sui finem, etenim ad simplicem oppressi libellum querimonialem, non criminalem (quia nec in punitione, sed nuda protectione, & naturali defensione concludit *y*) permissum tam clerico, quàm laico *z*: expeditur provisio ordinaria *aa*, quæ certè quædam monitio est directa judici, ut iterum causa meliùs considerata, informetur de natura & qualitate appellationis, cui, legitimam si repererit, deferat, atque post eam, aut intra tempus ad appellandum gesta reponat *bb*, quod si secus putarit, processum mittat originalem,integrum,& sine diminutione *cc*,ex

cujus

cujus inſpectione manifeſtè & notoriè detegitur violentia judicis, *a*, quia quod ex eo apparet, notoriè apparere dicitur *b*, hæc enim actorum exportatio cùm fiat ad Curiæ inſtructionem, ad animíque ſui motum informandum, jure dicitur extrajudicialis cognitio *c*, in qua nullius requiritur citatio *d*; quæ violentiæ probatio aliter deducenda non eſt, nec ullo pacto à Senatu Regio admittenda *e*, & eadem ordinaria intimatur parti non in vim citationis, *f*, quia illum non arctat, nec cauſa citationem requirit *g*, quia nullius allegatio, exceptio, teſtiúmque repulſio admitti poteſt *h*; ſed utriuſque partis juſtificatio ex actis geſtis jam coram Eccleſiaſtico judice detegenda eſt, quod parte abſente rectè geri poteſt; ſed eſt quædam certioratio, & monitio extrajudicialis *i*, & privata, ut ille certus ſit de traductione, & exportatione proceſſus ad Curiam, ut ſi ſua putaverit intereſſe, poſſit (ſi velit) ad eandem Curiam coïre, *k* quæ certioratio, & monitio adeò extrajudicialis eſt, ut etiam à judice carente juriſdictione, & aliàs incapace reſpectu certiorati licitè geri poteſt *l*: proceſſúſque cùm ad Senatum perveniat, ſtatim, & abſque aliqua dilatione inſpicitur, ex eóque certiorantur Senatores de natura, & qualitate appellationis, an habeat utrumque effectum, vel non *m*, (ſecundùm quæ nos accuratè per varias quæſtiones in diſcurſu hujus tractatus, ubi plus centum, & quinquaginta quæſtiones, à nemine tactæ diſputantur) ex quo detegitur violentia, quia ſi appellatio ſuſpendat, ut legitima ejus juriſdictionem violenter exequitur, & attentat in procedendo; quare appellatio ipſa eſt præciſum, & neceſſarium principium ac fundamentum hujus Regii recurſus *n*, quia ubi deficit non poteſt cadere nec appellationis delatio, nec delationis negatio, nec attentata exequutio, & per conſequens deficit violentia, ſuper quibus fundatur, cujus mediante non aliter regia protectio invocatur, & auxilium exhibetur. Et licèt in exequutione, & attentato conſiſtat perfecta vis *o*; tamen ad hujuſmodi recurſum, regiam protectionem, & defenſionem naturalem invocandam, ſufficit timor ipſius exequutionis & attentati *p*, qui ſatis evidenter detegitur ex denegata delatione legitimæ appellationi, qui ex eo animi deliberatio cognoſcitur, quæ ſola facit licitam defenſionem & propulſionem violentiæ *q*, ſícque pars eſt, principium, & præparatio ad perfectam violentiam, & tandem proceſſu inſpecto multifariam decernunt Senatores, vel vim feciſſe, vel vim non feciſſe judicem Eccleſiaſticum, vel aliter ſecundùm ſtatum proceſſus, & quod ex eo juſtiùs queat colligi *r*, expeditur proviſio, quam judici Eccleſiaſtico intimatam ſtatim (prout jaceat) adimplere, & obedire tenetur cum effectu *ſ*, non verbaliter tantum *t*, aliàs expeditur oppreſſo ſecunda juſſio cum comminatione amiſſionis, originis & bonorum temporalium *u*, quæ comminatio & mulcta exequitur in eum; ſi ulteriùs protervus fuerit & inobediens *x*, cùm Eccleſiaſtici teneantur, omninò obtemperare mandatis Principum *y*. Quod ſi hujuſmodi pœnarum comminatio Principi permiſſa non fuiſſet: inutilis foret regii recurſus invocatio, quia rarò aut nunquam deſiſteret judex à ſemel illata violentia *z*. Quare cùm ſit penitùs neceſſarium ad conſequendum permiſſum & ſalubrem finem hujus cognitionis & defenſionis naturalis; Principi per conſequens intelligitur conceſſa *aa*; tum quia ſecundum Philoſophum natura non debet eſſe deſtituta remediis ad ſui conſervationem *bb*, tum etiam quia Chriſtus verus Deus, cujus opera perfecta ſunt, imò & quilibet prudens gubernator, qui committit vices ſuas alicui, vel ſuam poteſtatem delegat; conſequenter dat poteſtatem ad omnia, quæ neceſſaria ſunt ad illum finem perfectè conſequendum *cc*. Hic inſuper regius recurſus, dum provenit ex viſceribus, origine & fonte perenni & incommutabili juris naturalis, quo vim vi repellere licet; quatenus eſt vera defenſio, & nuda protectio: ſi ſub limitibus legitimæ & naturalis defenſionis contineatur, atque cum moderamine inculpatæ tutelæ exerceatur *dd*; nec repugnat diſpoſitioni Concilii Tridentini *ee*, nec Bullæ in Cœna Domini *ff*, imò ſervata forma miro modo inventa, ab urgenti neceſſitate, & eminenti periculo *gg*; ſtatim ut meum & tuum fuit inter homines introductum, & per immemorialem conſuetudinem *hh* mixtam Clericorum, & laïcorum à vi oppreſſis conſervatam *ii*, à pluribus Rotæ deciſionibus approbatus hic recurſus eſt, & licitè judicatus *kk*. Imò Martinus V. Pontifex Maximus anno ſui Pontificatus 12. expreſsè per Bullam declaravit ad inſtantiam Regis Francorũ; hunc legitimum caſum protectionis & cognitionis per viam violentiæ, eſſe præſervatum à Bullarum cenſuris, quibus innodantur judices ſæculares cognoſcentes de cauſis clericorum *ll*, ac inſuper præſervata intelligitur conſuetudo immemorialis *mm*, quæ ſuper hoc ſteterit; quia potiùs declarativa eſt juris naturalis, quàm novi juris inductiva

2 *Ibid. latè à numero* 46. *ubi diſputatur.*
a *Ibid. à n.* 82. *& ſeqq.*
b *An.* 89. *ibid.*
c *Exactè tractatur hac* 1. *p. c.* 2. §. 2. *per totum, & c.* 8. *per totum.*
a *D. c.* 2. *à n.* 95. *cum pluribus ſeq.*
b *Ibid. à n.* 110. *& 1. p. c.* 9. *à principio & per plures columnas.*
c *c.* 1. *præludio* 5. *fundamento* 4. *à num.* 215. *& c.* 2. *à n.* 137.
d *Latè d. c.* 2. *à n.* 137 *& ſeqq.*
e *Ibid. à n.* 110. *cum ſeqq. & ſupr. & 1. p. c.* 3. *à n.* 29. *cum multis ſeqq.*
f *C.* 2. *à n.* 129. *& ſeqq.*
g *Ibid. à n.* 139. *& ſurſum.*
h *D. c.* 2. *n.* 140.
i *D. c.* 2. *à n.* 119. *cum ſeqq.*
k *Ibid. à n.* 133.
l *Ibid. à n.* 131.
m *D. c.* 2. *à numer.* 180 *& ſeqq.*
n *Ib. à n.* 64. *cum aliis pluribus.*
o *Latè tract. in* 1. *p. c.* 6. *à pr. & præcipuè à n.* 11.
p *D. c.* 6. *à n.* 12. *cum multis ſeqq. & c.* 1. *n.* 191.
q *Diximus in d. c.* 6. *à n.* 17. *& ſeq.*
r *Decretorum formulæ, quibus juxta caſuum varietatem utitur Senatus, plenè & fideliter ſunt deſcriptæ in d. c.* 2. *à n.* 199. *uſque ad n.* 230. *& inferiùs*
ſ *D. c.* 2. *à n.* 263. *& ſeqq.*
t *Latiſſimè hac* 1 *p. c.* 2. §. 1. *per totum.*
u *C.* 2. *à num.* 63. *cum multis ſeqq.*
x *Dixi exactè d. c.* 2. *à num.* 273. *& ſeqq.*
y *Ibid. à n.* 267.
z *Ibid. à n.* 285. *cum multis ſeqq.*

aa *Eodem c.* 2. *à n.* 289. *ubi latè probatur.* bb *à n.* 297. cc *Ibidem à n.* 293. *& ad propoſitum multa ſuperiùs & infrà per multos numeros.* dd *c.* 1. *à n.* 243. *cum multis ſeqq & c.* 2. *à n.* 6. *cum aliis & à n.* 285. ee *De quo c.* 1. *à n.* 28. *cui reſpondetur ibi à n.* 222. *cum ſeqq.* ff *De qua d. c.* 1. *n.* 30. *cui ſatisfit à n.* 232. *& à n.* 309. *& c.* 2. *à n.* 280 gg. *c.* 2. *à n.* 19. hh *c.* 1 *a n.* 121 *cum multis ſeqq. &*

ductiva *a*. Et eodem modo satisfit cunctis difficultatibus, quæ in oppositum refragantur, ut procedant in Principe, & judice temporali procedente cum jurisdictione & in forma judicii in causis Clericorum, illam usurpante, & perturbante: non tamen in hoc charitativo subsidio, nuda defensione, & protectione naturali *b*, in qua si quis (suadente diabolo) legitimos defensionis modos excesserit, sciat, se statim incidere in Censuras Bullæ in Cœna Domini, prout expresè declaravit Rot. Romana *c*, & ex eadem Bulla clarè detegitur, quod nimirum est, cùm in re hac defensio naturalis, & Bulla Cœnæ Domini confines sint, & utramque unus limes dividit, scilicet; legitimatis, & debitus protectionis modus, quo sublato, unum fit contiguum *d*. Qui quidem regius recursus per viam violentiæ illatæ ab Ecclesiasticis judicibus non solùm in his Hispaniarum Regnis practicatur, sed & in cunctis Catholicæ religionis & Christianæ Reipublicæ ditionibus usitatus est *e*, nullibi tamen melius ac perfectiùs tractatur, sicuti nec tractari potest isthæc materia violentiæ, quàm in regio Senatu Galleco, ubi summa perfectione, & curiositate, tum ob magnam harum causarum frequentiam, cursum & experientiam, tum ob continuum & perpetuum laborem Senatorum, & advocatorum ventilatur, & accuratè discutitur, prout in dies testantur Senatores, qui ibi adfuerunt, postmodúmque Cancellarias, & consilia suprema occupant nunc, & retro; & ob id mirabiliter ibidem scitur, ac digestum reperitur universum jus Pontificium. Sine quo igitur recursu magnas turbationes, injurias & scandala tota respublica universalis pateretur, valde utilis & saluberrimus in universum dictus, si cum moderamine inculpatæ tutelæ (hoc est, salva semper in omnibus reverentia sanctæ Matris Ecclesiæ) præbeatur *f*. Caveant igitur supremi Senatores, ne prætextu potestatis licitæ atque permissæ, in reprobam & prohibitam censuris innodati incidant, cujus causa plerique infelices successus & exemplaria horrenda in sacris literis nobis referuntur, ut in 1. Regum cap. 22. quo legimus de Rege Saul, qui occidi fecit Achimelech, & alios octoginta quatuor Sacerdotes, ac etiam se intromisit in officio Samuëlis Sacerdotis, faciendo sacrificium in Galgala, postmodum infelicem finem obtinuit 1. Regum cap. 13. & de Rege Ozias legitur Paralipomenon 2. cap. 23. relato *in cap. nos sf. 2. q. 7.* qui cùm voluisset usurpare Sacerdotii officium, quod exercebat Azarias, lepra percussus fuit, & de Dino maximo Jur. Consult. dicitur, fuisse revelatum cuidam Eremitæ (ut post Angel. & alios Didac. Perez *in l. 17. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 144.*) esse ad inferos damnatum, eo, quòd non faveret Christianæ Religioni. Varia etiam exempla congerit Bobad. *in polit. lib. 2. c. 18. à num. 8.* Contineantur igitur judices in potestate permissa, scilicet; ubi dumtaxat violentiam notoriam ex actorum inspectione reperierint, & unum denique sciendum; quòd licèt vis variis modis applicetur; tamen violentia propriùs quadrat oppressioni factæ à judice litiganti, juxta ea, quæ latè congerit Card. Tusc. *pract. conclus. litcera V. conclus. 214. à n. 1. & per totam, tom. 8.*

contra ipsam argumenta à n. 32.

ii *Ibidem late à num. 140.*

kk *Referuntur plures in d. c. 1. à n. 145. & 2. à n. 13. vide etiam n. 31. in d. c. 1. & iterum à n. 234. cum seqq. ubi plurimæ aliæ recensentur.*

ll *c. 1. n. 291. & à n. 175. usque ad num. 298.*

mm *D. cap. 1. à n. 154. & 314.*

a *Ibid. à n. 122.*

b *D. c. 1. à n. 324. & apparet ex responsione ad argumenta, & quæ à num. 222. cum multis seqq.*

c *C. 1. præludio 5. à n. 220. & c. 2. à num. 6. & plurib. in locis eorumdem capp. & præcipuè in c. 1. in responsione ad 3. argum. num. 254.*

d *D. c. 2. à n. 15.*

e *Et de singulis adnotavimus c. 1. à n. 154. usque ad num. 174.*

f *C. 2. à num. 1. & seqq. & c. præludio 4. & pluribus aliis locis, ut superiùs hoc proœmio adnotavi.*

TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
VI OPPRESSORUM
APPELLANTIUM.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

Quæ sit supremi Principis potestas, quónam jure sustineri valeat in adimenda viâ Judicibus Ecclesiasticis illata, & de ejus origine, & principio, ubi plura fundamenta (tum utilia, tum protectionis justificationi omnino necessaria) inseruntur, hactenus à nemine considerata.

SUMMARIUM.

Recursus ad Regem, seu Senatores regios pro evitandis violentiis ab Ecclesiasticis judicibus extortis, in triplici esse differentia tradit Author, n.1.

Recursus ad Regem, seu Senatum Regium pro retentione Bullarum Apostolicarum in derogationem patronatus Regii, seu laicorum, & naturalitatis juris, ab exteris, seu naturalibus impetratarum, fit, n.2.

Recursus ad Regem, & Senatum quoties Ecclesiasticus de laico, & causa profana cognoscere vult, quo casu auto de legos *decernitur, n.3.*

Casus mixti fori, & quibus laicus judex de Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticus de laicis cognoscere possint, rem sistè, num. 4.

Recursus ad Regem, & Senatum, quoties judex Ecclesiasticus vim fieri proponitur non deferens justæ & legitimæ appellationi, fit, n.5.

Recursus pro violentia in non deferendo appeliationi justæ, est casus intactus dubias continens quæstiones, non tactas, & alias non hucusque secundum recursus istius naturam applicatas, n.6.

Authoris institutum præcipuum est de hac tertia violentiarum specie tractare, n.7.

Nullus hucusque nec Jurista, nec Theologus materiam tangens definit in errore inveniri sive in principiis, sive in terminis, vel natura hujus cognitionis, n.8.

Ea quæ domi fiunt, malè probantur per eos, qui à domo abfuerunt, ibidem.

Opus in sex dividit partes Author, n.9.

In prima parte agitur de materia, forma hujus recursus, justificatione, modo & stylo procedendi, & de his, quæ ad Senatum non trahuntur, ibidem.

In secunda parte de violentiis, quæ contingunt in denegata delatione appellationis ab interlocutoriis, n.10.

In tertia parte tractatur de violentiis appellationis denegatæ à diffinitivis, & in 4. parte de violentiis appellationis negatæ in executivis, & executoribus, & eorum executibus, num. 11.

In 5. parte de justa Bullarum retentione, & quibus casibus locum habeat, & de violentiis admissis per conservatores, sive in procedendo, sive in non deferendo justis appellationibus, & de violentiis tangentibus processus, executiones executorum Apostolicarum gratiarum, n.12.

In 6. parte variarum, & practicabilium quæstionum resolutio tangentium materiam, de qua Author, continetur, num.13.

Verb. l.36. titul. 5. lib. 2. recop. notantur, & explicantur rum.14.

Hic c.1. ad justificationem tantum hujus recursus pertinet non ad modum procedendi, de quo c.2. Author scribit, num.15.

Jure, & consuetudine est attributa facultas, & potestas Regibus Hispaniæ propulsandi violentias, & tollendi oppressiones à judicibus Ecclesiasticis factas, n.16.

Doctores materiam attingentes refert Author, ibid.

Sex annis ante Cevallos Author hæc scripta habebat, num. 17.

Ter eandemmet materiam transcripsit Cevallos, ibid.

Hujus Scripturæ testimonium, & quo tempore agitata sit, invocat Author. n.18.

Doctores licèt justificationem hujus recursus pertractaverint: non tam amplè, quin plura necessaria, & à quibus tota dependet radix potestatis, omiserint, n.19.

Quæstionis (quibus sp. ialiter casibus violentiam adesse cognoscatur) Authores omnes omiserunt, quas nimio labore, & doctissimorum suasione Author devolvit n.20.

Cevallos licèt aliquot violentiæ casus tetigisset; tamen ad casus de autos de legos, *dumtaxat, quos Author ad plures allegatos Doctores superiùs remisit, eósque hìc, omittit, nova inducens, n.21.*

Scriptores debent apes imitari ex authoritate Senecæ, ibi, num.22.

D.l.36.recop. declaratur, ut non sit novi juris inductiva, num.23.

Qui declarat, nihil novi facit, sed rei existentiam demonstrat, num.24.

Princeps secularis non potest legem promulgare circa Ecclesiasticas personas, aut res spirituales, sed in corroborationem juris Canonici, & naturalis secus, n.25.

L. Regia disponit in auxilium juris Canonici, prohibentis violentias oppressiones. ibidem.

Rex Hispaniæ est supremus Princeps non recognoscens Superiorem, nec Imperio subest, n.26.

Assertioni Regis Hispaniæ standum est, cùm probet in facto proprio, ibidem.

Assertio Principis maximè in antiquis probat, etiam in præjudicium tertii, n.27.

Doctori asserenti consuetudinem, credendum est, ibid.

Contraria, quæ impugnant supremi Regis potestatem tollendi violentias ab Ecclesiasticis factas, referuntur, num.28.

Concil. Trid. sess.25. c.3. verba narrantur, ibid. circa hunc regium recursum.

Concil. Trid. sess.25. c.20. notatur, num.29.

Bulla in Cœna Domini declarantur verba tangentia violentiarum recursus, n.30.

Locus Sese ad intellectum dictæ Bullæ traditur, n.31.

L. Regia refertur asserens consuetudine immemoriali competere Regi potestatem tollendi violentias, n.32.

Consuetudo immemorialis habet vim tituli, & privilegii, quando non constat de injusto seu invalido principio, ibid.

Juris Canonici decreta disponunt, ut causa clericorum, super rebus suis temporalibus, spiritualibus, ad sæculares judices non trahantur, n.33.

Mala fides videtur considerari in Principe, & Senatoribus cognoscentibus per viam violentiæ contra decreta Canonica, num.34.

Laïcus possidens spiritualia semper præsumitur esse mala fide, ibidem.

Consuetudo immemorialis non habet effectum, ubi datur mala fides, ibidem.

Consuetudo præjudicialis statui Ecclesiastico, & contra libertatem Ecclesiæ, omni jure prohibita, & reprobata est, num.35.

Consuetudo immemorialis non suffragatur, ubi datur in præscribente incapacitas, n.36.

Laicus non se intromittit in spiritualibus, & eis annexis nisi de licentia Pontificis, & in casibus à jure concessis expressè, ibidem.

Lex, consuetudo, seu statutum regulatur à potestate inducentis consuetudinem, n.37.

Laici non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra Clericos ex defectu potestatis, & jurisdictionis, ibid.

Consuetudo merè civilis non potest Clericos ad observantiam astringere, ibidem.

Immemorialis facit præsumere privilegium præcessisse, & Principem concessisse, n.38.

Privilegium sponte concessum à Principe, potest illud revocare, ibidem.

L. Regiam 36. recop. nervosè defendit Author, & juris naturalis esse declaratoriam affirmat, jure etiam divino Canonico fundatam, n.39.

VIAS tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me: digige me in veritate tua: & doce me: Psalm. 24. Hujus recursus, & Regiæ protectionis extrajudicialem, & extraordinariam cognitionem (tot summa difficultate casuum diversorum frequentiæ respectu innodatam, & involutam) usibus supremi regiminis, ad obviandas judicum Ecclesiasticorum violentias, attributam, & à necessitate miro modo inventam, in triplici esse generica differentia, reperio.

1 Primo enim modo aditus, & recursus conceditur ad Principem, ejusque suprema tribunalia, pro Bullarum legitima detentione, quæ in derogationem juris Regii patronatus, aliorumque laicorum, ac naturalitatis juris, extra summi Pontificis voluntatem, sive ab exteris, sive
2 à Regnicolis impetrantur, ne illis utantur, donec (præmissa legitima ab eisdem supplicatione) summus Pontifex melius de veritate informatus quid senserit, quidve voluerit, aliud provideat, de qua violentiarum specie variis quæstionibus, & difficultatum resolutionibus ornata, inferius amplissimè egimus in 5. parte, à cap. 1. cum sequentibus.

Secundo modo, iste patet aditus, & salubre refugium ad supremam Majestatem; quoties judex Ecclesiasticus mittens falcem in messem alienam, de mere
3 laico, re simul merè profana cognoscens, Regiam temporalem jurisdictionem usurpat, propriæ limitibus non contentus, quod querelam *de autos de fegos*, practici vocant, de qua violentiæ specie cùm Doctissimus Castell. à Bobadilla in sua politica, *lib.2. cap.17. & 18.* latissimè etiam per Martam, *tract. de jurisd. 2.p. per tot. & etiam 3. & 4. ac per totũ tractatum*, qui alios plurimos referunt, præcipuè Bobadilla, qui cuncta cumulans, infinitos penè casus congessit, tum mixti fori, tum etiam 4
& quando, inter personas, seu res Ecclesiasticas laicus judex cognoscere potest, aut Ecclesiasticus inter laicos, exactissimè, doctèque tractavit; ita ut vix aliquid in hujus articuli materia desiderabis; quin ejus resolutionem apud illum summa casuum quorumlibet distinctione reperies, quapropter ut justissimè excusatus ad eum te libentissimè remitto, quia ampliùs non tracto, videremur etenim jam tacta transcribere, & alienos labores surripere, quod à lectoris auribus abhorret, & docto viro alienum est, sed novas difficultates subvertere, & alterare.

Tertio, & frequentiori modo, ad Regem, & ejus 5
tribunalia suprema recurritur per hanc viam violentiæ; quoties judex Ecclesiasticus vim facit non deferens appellationi legitimæ, & jure Canonico approbatæ, interdum ea spreta, superioris, & summi Pontificis jurisdictionem contemnens, contra jus exequitur, partes spoliando, & appellantem excommunicatione violenter plectendo, quæ violentiarum, & recursus species, 6
quàm utiles, & practicabiles quæstiones, quam ingentes difficultates complectatur, sive quia quamplurimæ à Doctoribus sunt omissæ, & intactæ (ut in discursu hujus tractatus videbimus) sive quia tactæ violentiarum principiis, regulis & naturæ non sunt applicatæ, & coæquatæ, nemo qui vel judicando, vel patrocinando supremis tribunalibus in dies assistit, ignorare potest; 7
cujus præcipuus hic erit sermo noster, & utilissimus, summèq; necessarius tractatus, cujus materiâ (loquendo moraliter) impossibile est, ut alius quantùvis doctus vir, quàm qui longo usu, & casuum frequentium expertus, in supremis tribunalibus continuè versatur militaverit, tractare possit, ejúsque ingentes difficultates, & naturam explicitè callet, prout experimento quotidie cognovimus. Vix etenim aliquis extra Senatores, vel advocatos Regalium tribunalium (ubi duntaxat hæc materia violentiarum cuditur, & versatur) eam 8
attigit, sive Theologus, sive Jurista, quin, vel in terminis vel in principiis, & natura erraverit, ac defuerit; eorum enim, quæ in domo fiunt, dominon stantes, quomodo legitimè testes esse possunt?

Hinc igitur nostrum tractatum (ut cum distinctio- 9
ne, & summa claritate procedatur) in sex partes dividere, melius, ac commodius censui. In prima enim tractatur de materia, & forma hujusmodi violentiarum recursus, hoc est, de ejus justificatione, de qua in hoc cap. 1. de modo, formaque, & stylo procedendi, & de difficultatibus, circa processum oriundis, ac de iis, quæ ad suprema prætoria non vehuntur per hanc viam vio- 10
lentiæ à capite secundo, & sequentibus. In secunda tractatus parte agitur de violentiis quæ contingunt in denegata delatione appellationis emissæ præcipuè ab interloquutoriis.

In tertia autem parte tractatur de violentiis contin- 11
gentibus in denegata delatione appellationis, præcipuè à diffinitivis. In quarta autem discutiuntur violentiæ tangentes denegatam delationem appellationis ab exequutorialibus, exequutoribus, & eorum excessibus, materia quidem subtilissima, & nimis practicabilis, præcipuè in tribunalibus superioribus, dilucidè tractata. In 12
quinta autem parte agitur (ut superiùs dixi, ad principium) de justa Bullarum retentione, & quibus casibus locum habeat, ac etiam de violentiis admissis per judices conservatores, sive in procedendo, sive in non defendendo, justis appellationibus; ac etiam de violen- 13
tiis tangentibus processus, & exequutiones exequutorum Apostolicarum gratiarum. In sexta autem & ultima hujus tractatus parte, variarum ac practicabilium quæstionum resolutiones annectuntur, quæ materiam tangunt, & tractatum perficiunt, illúmque & utilem, & illustrem reddunt.

Et pro totius operis introductione, ut clarius cognoscatur, & justificationis detur fundamentum, præmittenda sunt mirabilis legis Regiæ 36 *tit. lib.* 2 *recopilationis*, verba, quæ ita transcripta recitantur.

14 *Por quanto assi por derecho como por costumbre immemorial, nos pertenece alçar las fuerças, que los juezes Eclesiasticos, y otras personas hazen en las causas, de que conoscen, no otorgando las appellaciones, que dellos legitimamente son interpuestas. Porende mandamos à nuestros Presidentes, y Oidores de las nuestras audiencias de Valladolid, y Granada; que quando alguno viniere ante ellos, quexando se, que no se le otorga la appellacion, que justamente interpone de algun juez Eccleſiastico, den nuestras Cartas en la forma acostumbrada en nuestro Consejo, para que se otorgue la appellacion; y si el juez Eccleſiastico no la otorgare, manden traher à los dichas nuestras audiencias el processo Eccleſiastico originalmente, el qual trahido, sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta; alçando la fuerça provean, que el tal juez la otorgue*, &c. & alia prosequitur verba,

15 quæ magis pertinent ad modum procedendi in hac extrajudiciali cognitione recursus, quæ in princ. c. sequentis referentur, cujus proprius locus est, cùm hoc cap. de justificatione tantùm, quatenus tangit ad Theoricam, tractemus; & cum hac lege concordat *l.* 2. *tit.* 6. *t.* 1. *&* *l.* 7. *tit.* 2. *l.* 3. *recopil.* comprobant etiam alia plura juris Canonici decreta, quorum nomenclatura protinus recensenda erit.

16 Præcipuam igitur nostræ legis Regiæ conclusionem; ut Regibus Hispanis jure, & consuetudine sit attributa facultas, & potestas propulsandi violentias, & oppressiones factas à judicibus Eccleſiasticis, sive inter clericos, sive inter laicos, plurimi nostri juris professores, tam exteri, quàm Regnicolæ amplissimè exornant juribus, & rationibus Aufrer. *in additio. ad repeti. clem.* 1. *de off. ord. gl.* 2. *fall.* 30. Carol. de Graff. *l.* 2. *regal. Franciæ, jure* 7. Rebuf. 3. *tom. tit. de appell. tanquam ab abusu*, Montal. *in reperto. verb. Rex, in fin. fol.* 115. Martinus Nava. *in cap. cum contingat, rem.* 1. *col.* 2. *cum seqq.* Idem Navarr. *in manuali Latino, c.* 27. *n.* 69. Avendan. *in c.* 1. *prat. n.* 32. *l.* 1. *& c.* 6. *n.* 12. *l.* 2. Castel. *in l.* 49. *Tauri, n.* 3. Avileſ. *in cap. prator.* 1. *verbo mandamos, n.* 8. *cum seq.* Villalo *in erario comm. opinio. lit. C. n.* 25. *f.* 26. defendit Chaqueria. *in dec. Pedemont.* 30. *per totum*, latè Salced. *in additio. ad prax. Bern. Diaz, c.* 102. *lit. A. verb. violentiæ illatores*, Paz *in praxi. tom.* 1. *temporis, c.* 1. *à n.* 23. Greg. Lopez *in l.* 13. *tit.* 13. *p.* 2. *verb. ninfuerça*, latissimè Bartholo Humad. *in eadem l.* 3. *d. verb. ninfuerça, gl.* 4. *ex n.* 1. *p.* 2. *f.* 37. pulchrè Vivald. *in candelabro Eccleſiæ, in explanatione Bullæ Cœnæ Domini; casu* 14. *ex num.* 102. & optimè *casu* 16. *n.* 115. Olan *antinomia jur. litera S. n.* 76. Mexia *super l. Tolet. in* 2. *fund.* 11. *p. n.* 47. *fol* 107. nostras Joan. Garcias, vir Doctissimus, omnique laude dignissimus, *in tr. de nobil. gl.* 9. *in* 51. *& seqq.* Segur. *in dictio. jud.* 2. *p. c.* 7. *n.* 12. optimè Dominus Præsul Cov. *in pract. quæst. c.* 35. *vers. cæterum in hac Regia, & Castellana*, &c. *cum seqq. & in vers.* 5 allegat Marti ab Aspilqueta *in d. c. cùm contingat*, Joan. Gutier. *pract. quæst. civil. l.* 1. *q.* 20. *per totam*, & idem *de juran. confirm. l.* 1. *c.* 2. *n.* 26. Castel. à Bobad. *in sua polit. l.* 2. *c.* 16. *à n.* 91. *& seqq.* Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *l.* 1. *recop.* Cæned. *in collecta. ad decretal. collecta.* 17. *per totam*, & idem *ad decret. collect.* 5. Axia, *de exhiben. auxil. fund.* 24. Olivanus, *de jure fisci, c.* 30. *n.* 36. *& c.* 11. *n.* 54. *&* 36. Sese *de inhibit. c.* 7. *§.* 1. *§.* 2. *§.* 3. *&* §. 4. & novissimè *in* 2. *tom. decis.* scribit unam Epistolam ad Regem *per totam*, *& eodem tom. decis.* 114. *per totam*, latè etiam Pacianus *consil* 164. *à n.* 23. *cum pluribus seq.* Fontan. *de pactis nuptia. & gl.* 3. *p.* 3. *concl.* 4. *à n.* 8. *& n.* 17. *& gl.* 13. *clausa.* 14. *p.* 3. *à n.* 12. *cum seqq.* Sim. *de Cathol. instit. tit.* 55 *n.* 45. Dilac Perez, *in l.* 2. *tit.* 1. *l. in gl. pueden conoscer*, *pag.* 196. *princ.* Henriq. *in sum. l.* 10. *c.* 3. *n.* 4. optimè Morla 1. *p. tit.* 2. *q.* 14. *n.* 4. Hieronym. Llam. 1. *p. method. c.* 19. *pag.* 93. *& in* 3. *p. c.* 12. § 7. *pag.* 839. optimè etiam & latè tractat novissimè Torre Blan. *de Regia, l.* 3. *c.* 26. *per tot.* Cæned. *in q. can.* 45. *per totam*, idem probat Carolus de Grassis *in tract. de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 396. *& seqq.* & per Franchis *decis.* 193. *num.* 11. Carolus de Tapia Regius Consiliarius *in compila. jur. reg. Neap. rubr.* 4. *n.* 11. *lib.* 3. *fol.* 27. & sex jam transactis annis post hæc 17
scripta de hac recursus justificatione, quæ à Doctoribus præfatis dicta erant, recitavit Cevall. idem, quod in lucem semel, bis, ac iterùm, prodiit; prima enim vice, *sub* 4. *tom. suarum communium opinionum*, Hispano sermone, quo Epistolam ad Regem vocat, postmodum in eodem volumine, illuminet de verbo ad verbum transcribit, ex Hispano in Latinum sermonem traducendo, sub nomine quæstionis 897 quo adhuc non contentus, iterum illud idem *in* 5. *tom. suarum opinionum* repetit (mutato, & variato modo duntaxat) per glossas & apostillas, ad d. l. Regiam 6. distinguendo, quibus omnibus unum, & idem semper 18
repetitur. Omnia ista igitur (multò post hæc scripta) edita fuêre, cujus veritatis testimonium ab omnibus ferè hujus regni jurisperitis, hujusque omnibus tribunalibus, ac nonnullis Vallisoletani, & etiam Regalis supremi Concilii Senatoribus, & advocatis testimoniũ petere possumus; sed ut cæteros taceam, omni exceptione major ad hoc esse potest, Dominus, ac semper Dominus meus, non satis ab omnibus mundi linguis laudatus, illustrissimus, ac excellentissimus Comes de Monte Rey, & de Fuentes, dignissimus potentissimi Philippi IV. Præsul supremi Italiæ Consilii.

Igitur præcitati Doctores, licèt in genere, & in 19
communi de Regum recursus justificatione tractarint (de qua nos in hoc cap. 1. duntaxat tractamus) tamen non tam amplè, quin nostræ continuæ meditationi labore constrictæ, plurima servarent intacta fundamenta, tum mirabilia, tum omni modo rei, de qua agimus, necessaria, (prout suis locis adnotabo) quibúsque totum hujus operis pondus niti apparebit.

Cæteræ autem quæstiones, & difficultates (quæ infi- 20
nitæ penè sunt, & ingentes materiam nostram tangentes, scilicet, quibus specialiter casibus violentiam adesse cognoscatur, ab omnibus Doctoribus omissæ sunt, tanti operis laborem aufugientibus, quod & ego feciſsem, si nimia plurium amicorum doctissimorum persuasione indies non fuissem pressus; nec immemorem me arguat nemo, cùm Cevall. *in d.* 5. *tom. communium opinio.* aliquos inseruit casus violentiæ, qui quidem per 21
tinent duntaxat ad violentias *de auxos de legos*, dictas (prout inse in pauca ad principium restatur) quas, ut superius dixi ad principium hujus capitis, libenter omitto, ne videar Bobadillam, qui dilucidè illas in unum congessit, & Martam post eum *tract. de jurisd.* 2. *p.* & 3. & 4. *ac etiam ferè p totum tractatum*, transcribere; sed omnia nova inducere.

Et hujus prioris capitis materiæ respectu, ita me ge- 22
ram, ut eo utar modo, quem tradit Seneca, in Epist. 85. lib. 12. dum loquendo de Scriptoribus; in hæc inquit: Nos quoque apes debemus imitari, & quæcumque ex diversa lectione congessimus, separare; meliùs enim distincta servantur; deinde adhibita ingenii nostri cura, & facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere, ut etiamsi apparuerit, unde sumptum sit, aliud tamen esse, quàm unde sumptum est, appareat. Quod in corpore nostro videmus, sine ullâ operâ nostrâ facere naturam, alimenta, quæ accipimus, quandiu in sua qualitate perdurant, & solida innatant stomacho, onera sunt; at cùm ex eo quod erant, mutata sunt, tunc demum in vires, & in sanguinem transeunt: idem in his, quibus aluntur ingenia, præstemus, quæcumque hausimus, non patiamur integra esse, ne aliena sunt, sed concoquamus illa, *&c.*

Et in primis pro nostræ legis Regiæ justificatione, 23

duo notanda ſunt primum,quòd d.l 36.non eſt diſpoſitio juris,novi inductiva ſed juris naturalis,& rei exiſtens declarativa, cum vergat ad directionem ſubditorum,& vaſallorum: defenſionẽ Principis officio inhærentem,& jure naturali inductum,tradunt Alvar.Valaſ. *conſult.*100.Anton.de Perra *de poteſtate Principum*, *c.*3. *quaſt.*3.*num.*35.*ſeq. ex hoc patet.num.*39.Covar. *pract. quæſt.c.*1.*n.*2. & facit idem Valaſ. *conſ.*73. *num.*5. Sefe *in deciſ.*113.*n.*2. *&* 3.ubi comprobat, qui enim declarat,nihil novi inducit,ſed rei exiſtentiam demonſtrat ; & ſic ceſſat difficultas, quòd Princeps ſæcularis non poteſt legem promulgare ſuper Eccleſiaſticas perſonas,aut res ſpirituales; licèt verum ſit, quòd in corroborationem juris Canonici,& naturalis, & in ejus utilitatem valida erit lex ut docent Morla, *in Empor. jur. tit.de l.c.num.*24.*&* 25.Joan.Gutierr.*l.*2. *pract.q.*1.*n.*4. & cùm hæc lex Regia diſponat in auxilium juris Canonici prohibentis violentas oppreſſiones, & ne judex in contemptum ſuperioris exequatur ſententiam, pendente legitima appellatione, ideo validè procedere dicetur,maximè cum,ut dixi, nihil novi inducat, facit *l. ad hoc*,§. *cum eius.ff.de acquir. rerum domi.* ibi , cùm enim grana,quæ ſpicis continentur,perfectam habeant ſuam ſpeciem,qui excuſſit ſpicas non novam ſpeciem facit , ſed eam , quæ eſt detegit , & quæ in ejus comprobationem latiſſimè nos deduximus infrà,4.p cap.10. per totum.

26 Secundò , notandum eſt, quòd cùm ſacra Catholica Majeſtas ſupremus Princeps ſit , nullum in temporalibus recognoſcens ſuperiorem,nec etiam Imperatorem quia ipſi non ſubeſt , ut latiſſimè probat plurimis Doctoribus congeſtis Mart.*in tract.de jurisdict.*1.*p.cap.*26. *num.*68 ubi etiam *à n.*96. de regno Portugalliæ , & de aliis ſigillatim regnis , & Regibus *ibi à n.*68. Cardinal. Tuſc.*practic.concl. litera R.concl.*345. & de Rege Portugaliæ *concl.*348.& de Rege Aragonum *concl.*341.& de aliis Regibus *à concluſ.*338.*cum ſeqq.*

27 Ejus aſſertioni (ſcilicet Regibus Hiſpaniæ de jure , & conſuetudine immemoriali competere poteſtatem tollendi violentias ab Eccleſiaſticis judicibus illatas) ſtandum eſt, qui probat etiam in facto proprio, ut per text.*in clem.ſi ſummus Pontifex, de ſentent. excommunic.* & poſt Quintilian. Mandoſ.& alios plures probat Menoch. *conſil.*100. *num.*24. maximè cùm ſimus in antiquis , in quibus Princeps fundat intentionem ſuam , nam ejus aſſertio probat etiam in præjudicium tertii , latè poſt alios plures Cravet. *in tract.de antiquit.temper. cap.*2.*num.*25.Mandoſ.*ad Lapum,allegatione* 7 latè proſequitur Maſcar.*de probat.*3.*tom.concluſ.*1228.*& per totum*,& quid mirum , ſi etiam Doctoribus atteſtantibus de conſuetudine ſit credendum,ut inferius dicetur.cùm Princeps ſit lex viva ?

Argumenta contra recurſum ad Regem.

28 SEd contra ejuſdem legis Regiæ principalem intentionem , ut ſcilicet ſupremis Principibus ſæcularibus,nec de jure , nec de conſuetudine competat , nec competere poſſit hujuſmodi cognitio , & poteſtas tollendi violentias ab Eccleſiaſticis perſonis, & judicibus commiſſas,fortia pugnant argumenta;& in primis diſpoſitio Concilii Tridentini *ſeſſ.*25.*c.*3.ibi:Nefas ſit ſæculari cuilibet magiſtratui , prohibere Eccleſiaſtico judici,ne quem excommunicet,aut mãdare,ut latam excommunicationem revocet , ſub prætextu quòd contenta in præſenti decreto non ſint obſervata,cùm non ad ſæculares , ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat , *&c.* Quæ quidem Concilii verba directò repugnare videntur huic cognitioni per viam violentiæ, &
29 recurſus ad Regem noſtrum. Quod etiam confirmatur ex d. Concil.Trid.*ſeſſ.*25.*c.*20.ubi hortatur Reges , & Principes, ne permittant Eccleſiaſticos à judicibus ſæcularibus, in aliquo offendi, vel gravari.

Secundò, fortius urget Bulla in Cœna Domini quo- 30
tannis promulgata Romæ in Cœna Domini , *ſcilicet c.*14. 15. *&* 16. & hujus caſus verba ſunt:Necnon qui Archiepiſcopos,Epiſcopos,alióſque ſuperiores, vel inferiores Prælatos , & omnes alios , quoſcunque judices Eccleſiaſticos,ordinarios quomodolibet impediunt, quominus ſua juriſdictione Eccleſiaſtica contra quoſcunque utantur , ſecundùm quod Canones , & ſacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ , decreta Conciliorum generalium , & præſertim Tridentini ſtatuunt , aut etiam eos , qui poſt ipſorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcunque ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici judicium , illudentes, ad Cancellarias, & alias curias ſæculares recurrunt , & ab illis prohibitiones , & mandata etiam pœnalia ordinariis , aut delegatis prædictis , decerni , & contra illos exequi procurant;eos quoque,qui hæc decernunt, & exequuntur , ſeu dant auxilium, conſilium,patrocinium, & favorem in eiſdem, *&c.*

Tertiò, fortiter pugnat Rotæ deciſio reſoluta an- 31
no 1599. quam referens ad literam tranſcribit Sefe *in tract.de inhibit.juſtitiæ Aragon.c.*8.§.3. *n.*109.cujus ſunt verba,*ibi*:Utraque parte infirmante, ſuper dubio dato, an Paulus Lecanus fuit excommunicatus ob recurſum ad tribunal ſæculare juſtitiæ Aragonum , in quo illius procurator obtinuerat firmam juris , ad inhibendum judici Eccleſiaſtico, ne(appellatione pendente) aliquid innovaret ; & ibi Domini reſponderunt. illum ipſo jure incidiſſe in ſententiam excommunicationis , quia recurrendo ad judices ſæculares , cauſam præbuit , ut immunitas Eccleſiaſtica violetur , §.16. Bullæ in Cœna Domini , *&c.* Deinde quia hæc cognitio per viam violentiæ non ſolùm jure non fundatur , & competit, ut aſſeverat d.l.Regia 36. ſed imò infinita penè juris Canonici decreta reſiſtunt , ut ſtatim ; aliæ etiam plurimæ ſunt deciſiones Rotæ eodem modo loquentes, quas litteraliter retulimus infrà à n.254.cum ſeqq.

Deinde, & quartò contra conſuetudinem immemo- 32
rialem,quâ eadem lex Regia affirmat hanc poteſtatem tollendi violentias inter Eccleſiaſticas perſonas , competere Regi noſtro ; non minora repugnant juridica fundamenta:etenim immemorialis conſuetudo,& præſcriptio licèt vim habeat tituli, veritatis, & privilegii, quod ex tanti temporis curriculo præſumitur præceſſiſſe) tamen talis immemorialis non ſuffragatur,quoties evidenter apparet de invalido,& de injuſto titulo, & iniquo principio , quia conſuetudo immemorialis nullam inducit præſumptionem, quantumvis legitimè ſit probata , ut veriſſimam concluſionem firmat latè poſt alias, Mieres *in tract.de maj* 4.*p.q.*21.*n.*58.*&* *ſuprà à n.*49.*&* 52. *in* 2. *impreſſ.* Avenda, *in tract.ae exequen. manda.*1 *p.c.*12.*n.*6 *fol.*85. Pariſius *in tract.de confident. c.*28.Hieronym. Gonzal.*in reg.*8.*de altern.gl.*18.*n.*48. Triviſſa *deciſ.*55.*n.*69. Aloyſ Ricc.*in pract.Eccleſ juris pars, deciſ.*144. *n.*18. ubi teſtatur ſacram congregationem ita cenſuiſſe, Verall.*in deciſ.*314.*part.*3. Creſcent. *deciſ.*21. *num.*4. *de præbend.* Cardin.Put.*deciſ.*189.*n.*5. *lib.*1. *&* *in deciſ.*222.*lib.*3. *&* *deciſ.*436. *lib.* 2. Sed de 33
injuſto titulo , & infecto principio apparet evidenter, & notoriè per innumeroſa juris Canonici decreta, diſponentia , ut cauſæ clericorum ſuper eorum rebus , & temporalibus , & ſpiritualibus , ad ſæcularia judicia non trahantur, *c.at ſi clerici,de jud.c.ſi diligenti,c. ſi judex laicus , de ſententia excommunicationis, lib.*6. imò & cùm hæc cognitio per viam violentiæ procedat contra jura illi reſiſtentia , jam in Principe , & ejus Senatoribus,neceſſariò datur mala fides, *juxta l. quemadmodum,* 34
C.de agric.& *cenſ. lib.* 10.*l. qui contra jura, ff. de regul. jur.non dubium, C. de legib. cùm concordan.* Unde laicus poſſidens ſpiritualia , ſemper præſumitur eſſe in mala

fide

fide, ut dicit Innocen. *in c. constitutis, de electio.* & Bal. *in l. superlongi. col. 4. C. de præscript. 30. ann.* Mart. *in tract. de jur. 4. p. cent. 1 casu* 47. *n.* 5. sed consuetudo immemorialis non habet juris effectum, nec locum habet, ubi datur mala fides, Minsinger. *cent. 1. observ.* 30. Jafred. *in decis.* 69. Bald. *de præscript. p. 3. tit. de bona fide, q.* 6. Aloys. Ricci, *in prax. jur. patr. d. decis.* 144. *sub n.* 18. *vers. secundus est casus*, & nos latius diximus *infrà 3 p. c.* 10. *vers. ex quibus deducitur quòd licèt, à n.* 182. ergo hujusmodi consuetudo procedere non potest.

35 Quintò, quia hujusmodi consuetudo nimis est præjudicialis statui Ecclesiastico; & contra libertatem Ecclesiæ, quæ quidem omni jure similis consuetudo reprobata est; quia cùm exemptio clericorum sit jure divino (saltim in spiritualibus) introducta, nulla potest consuetudine tolli, *clerici, de judiciis*, ibi, Non debet in hac parte Canonicis præjudicium generare, *&c.* text. *in c. cum terra, de electione*, ubi damnatur quædam consuetudo contra Ecclesiam, *ibi*, quia in gravamen, & perniciem Ecclesiasticæ libertatis redundat; text. *in c. cum inter.* text. *in c. ad nostram, de consuetud.* text. *in authent. Cassa. C. de sacros. Ecclesiis*, & quòd talis consuetudo sit nullius momenti, decidit Rota *decis.* 804 *de consuetud. in antiq.* quod & probatur ex d. Bull. in Cœna Domini cas. 15. *ibi*, ex quavis causa, & quovis quæsito colore, aut etiam prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, *&c.* ex qua resultat, quòd non solùm prohibetur consuetudo hoc casu, sed etiam revocatur privilegium quodlibet ei contrarium.

36 Sextò, quia ubi datur in præscribente incapacitas, etiam consuetudo immemorialis non suffragatur, latè prosequitur Marta *de jurisd. 4. part. cent. 2. casu* 47. *per totum*, ubi alios allegat, quia laicus non potest se intromittere in spiritalibus, & eis annexis, nisi, aut de licentia Papæ, aut in casibus à jure sibi expressis, gl. *in c. fin.* 23. *q.* 1 quam ad id dicit singularem Marta ibi *n.* 4. ergo cùm in Principe sæculari detur incapacitas; non procedet consuetudo etiam immemorialis.

37 Septimò probatur, quia lex, consuetudo, & statutum regulatur à potestate inducentis consuetudinem; sed laïci, qui non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra clericos, ex defectu jurisdictionis, & potestatis, ut latè plures citans argumentatur Mart. *de jurisd. 4. part. cent. 1. cas. 64. per totum*; ergo cùm hujusmodi consuetudo cognoscendi per viam violentiæ inter Ecclesiasticos est inducta à laïcorum Rege, & eorum judicibus, & tribunali supremo; ergo non debet valere, lege resistente, & ex defectu potestatis, cùm talis consuetudo sit merè civilis, quæ clericos non potest ad ejus observantiam adstringere, Covar. *pract. c.* 31. Azor. *institut. moral. 1. tom. l. 5. c.* 18. *q.* 12. latè Carolus de Grassis *tract. de effectib. cleric. effectu 2. n.* 130. *&* 131. ubi de hoc articulo.

38 Octavò & ultimò facit, quoniam si aliqua ratione, hæc immemorabilis consuetudo potest sustineri in re sui natura prohibitiva, maximè quia à jure inducitur, ac etiam facit præsumere præcessisse privilegium, & Principem illum concessisse, ut probant Doctores *superiùs* citati *ad* 4. *argumentum*, sed privilegium sponte concessum à Principe, potest illud revocare, ut notat post alios Marta *de jur. cas. 52. num. 6.* ergo revocatum intelligitur, per Bullam in Cœna Domini, *d. casu* 15. ibi, aut prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, *&c.*

39 Quibus tamen, & aliis infinitis penè, quæ consultò omitto (cùm omnia & alia, quæ considerari possunt, sub relatis tamen virtualiter comprehendantur) non obstantibus, defendenda, & viribus omnibus tenenda est d. l. Regiæ 36. assertio, cùm sit juris naturalis declaratoria, & ex principio rationis naturalis inducta, jure divino, Canonico, & positivo approbata, frequenti, & universali usu recepta, ac immemoriali consuetudine corroborata; ad cujus cognitionem, ut clarè, & distinctè procedamus, nonnulla necessaria, & utilia præmittenda sunt.

PRÆLUDIUM I.

SUMMARIUM.

Dominus Deus noster omnipotens vi oppressorum protector auxilium & recursus dicitur ex sacra pagina testimonio, n. 40.

Hæc potestas tollendi violentias, protectio vi oppressorum à Domino Deo derivata, & in reges non cognoscentes superiores in temporalibus gradatim transfusa, n. 41.

Michaëli Archangelo potestas, concessa fuit in cœlo propulsandi violentam superbiam Luciferi thronum Dei altissimi occupare cupientis, ibidem.

Reges in temporalibus Vicarii Christi Domini nostri electi fuêre, ut in pace vassallos à violentiis defendant, ibidem.

Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt; n. 42.

Regimen à Deo Reges non simpliciter acceperunt, sed cum qualitate vi oppressorum protectionis naturaliter illis annexa, & indivisibilis, n. 43.

Rex est imago Repub. & quasi Deus in terra, ibid.

Regis proprium officium est, vi oppressos liberare, ibid.

Objectum, & finis supremi regiminis est temporalis pax publica, & vassallorum tranquillitas, n. 44.

Ob bonum commune, & publicam subditorum utilitatem regimen creatum, & à Deo concessum est, ibidem.

Deus principem præfecit, ut homines malos compescat, & bonos tueatur ab oppressis, n. 45.

Dei potentiam curare, regna oriri, & mutare, Regésque rejicere, aliósque creare, & vocare, ut ab aliorum tyrannide, & oppressione populum tueantur, sacra pagina testimonio probatur, n. 46.

Suprema Pricipum potestas temporalium non recognoscentium superiorem in temporalibus, & eorum jurisdictio non data fuit eis à Pontifice, n. 47.

Ante adventum Domini nostri Iesu Christi; summámque Clavium potestatem traditam Pontifici, jurisdictio temporalis vigebat in Regibus immediatè data à Deo, n. 48. *mediante populo & causativè, ibid.*

Principes temporales in principio non cognoscêtes superiorẽ, omnia tam temporalia quàm spiritualia regebant, n. 49.

Exemptio clericorum à jurisdictione sæculari fuit deducta à Regibus Christianis, & concessa ob reverentiam sanctæ Ecclesiæ, n. 50.

Privilegium exemptionis clericorum à tempore Constantini Imperatoris est concessum, n. 51.

Deus in universo duos constituit Vicarios, ut in tranquillitate & pace respublica gubernetur, n. 52.

Potestas temporalis habet ut objectum & finem, felicitatem humanam, hoc est justitiam & felicitatem vitæ temporalis, & sic considerata, & erit ab spirituali distincta, & separata, n. 53.

Duæ potestates, ubi simul reperiuntur in Republica Christiana, unum corpus faciunt, subest tamen temporalis spirituali, n. 54.

Summus Pontifex utramque habet potestatem, spiritualem, & temporalem; primam absolutè, secundam in habitu, & potentia, n. 55.

Summus Pontifex cessante causa spirituali, non utitur potestate temporali contra regimen Regum, & Principum temporalium, n 56.

EX Regum, & Dominus Dominantium, qui superiorem nullum, nec in terra, nec in cœlo recognoscit, nec potest, imperator cælestis Deus, vi oppressorum protector, auxilium, & recursus dicitur; cujus omnipotentiam fortem, ac potentissimum

ræum brachium patientes violentias, & tribulationes implorare, & invocare, pluribus divinæ Scripturæ locis legimus, juxta illud Iſaïæ 38. cap. *Domine cum patior, reſponde pro me, &c.* Et illud Habacuc Prophetæ cap. 1. *Uſquequo Domine clamabo, & non exaudies: vociferabor ad te vim patiens, & non ſalvabis? &c. Et factum eſt judicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt lex, &c.* juncto Pſalm. 70. *Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum,* & in Pſalm. 26. *Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo.* Sequitur & facit, *Si conſiſtant adversùs me caſtra, non timebit cor meum.* Et in Pſalm. 45. ibi, *Deus noſter refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus,* & Pſalm. 17. *Deus meus, adjutor meus, & ſperabo in eum,* idem repetitur Pſalm. 27. & 29. Et ulteriùs idem probatur in Pſalm. 69. *Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris,* & Pſalm. 21. *Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me, ad defenſionem meam conſpice.* Et Pſalm. 79. ibi, *Excita potentiam tuam, & veni ut ſalvos facias nos,* & Pſalm. 73. *Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem, quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?* & in Pſalm. 30. *Accelera, ut eruas me: eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut ſalvum me facias, quoniam fortitudo, & refugium meum es tu,* & in Pſalm. 90. *Scuto circundabit te veritas ejus, &c.* Rectè convenit illud Pſalmi. 33. *Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & ex omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum,* juncto Pſalm. 34. *Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum, & Pauperem à diripientibus eum.* Et illud Iſaïæ Prophetæ cap. 25. *Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robuſtarum timebit te: quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, umbraculum ab æſtu, &c.* Et convenit illud Exodi cap. 3. ibi: *Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum, qui præſunt operibus, & ſciens dolorem ejus, deſcendi, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, &c.* Sequitur, & facit: *Clamor ergo filiorum Iſraël venit ad me: vidique afflictionem, qua ab Ægyptiis opprimuntur. Sed veni,* &c.

41 Hanc defenſionis, & protectionis naturalis facultatem, ab ipſo omnipotentiſſimo Domino gradatim ad omnes Principes, & Reges non recognoſcentes ſuperiorem in temporalibus, derivatam, & originem traxiſſe apparet. Etenim in cœlo Michaeli Archangelo conceſſa fuit, ad propulſandam violentam ſuperbiam tumidi Luciferi, thronum Dei altiſſimi violenter occupare cupientis, deinde ſtatim poſt mundi, & hominis creationem, ut dicit Eccleſiaſticus c. 17. *Et dedit illi poteſtatem eorum, quæ ſunt ſuper terram, & poſuit timorem illius, ſuper omnem carnem, &c.* ob delictum ejus damnandi, defenſionem conceſſit, *c. de cauſ. poſſ. & propr.* & ex eo in omnes mundi Reges continuata fuit per Dei conceſſionem, quos vicarios ſuos in temporalibus eligit, ut in pace vaſſallos à violentiis defendant, & in pace Rempublicam tueantur, ejúſque legitimi imitatores ſint, ut inquit Plutarc. *in libello ad Principem inerudítum*: Juſtitia finis legis eſt, lex autem officium Principis, at Princeps imago Dei eſt, omnia rectè conſtituentis, & diſponentis.

42 Non enim eſt poteſtas niſi à Deo, quæ autem ſunt, à Deo ordinata ſunt, ut inquit Paul. ad Roman c. 13. & infrà: *Dei enim miniſter eſt.* Et Sapient. cap. 6. dicitur: *Audite Reges, quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo*: & Daniel. 2. *Rex cœli regnum, & fortitudinem, & imperium dedit tibi,* & Proverbiorum 8. *Per me Reges regnant.* Et ſic Divus Auguſtinus *de Divinitate Dei*, 21. *cap.* Non tribuamus dandi regni, & imperii poteſtatem, niſi Deo vero, ob quam rationem rectè dixit D. Paul. ad Rom. 13. *Non ſine cauſa gladium portat, Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit.* Unde Daniel. cap. 2. *Illius eſt ſapientia & majeſtas, ille tempus, & horam mutat; ille Reges repudiat, & conſtituit,* Et probatur idem Proverb. cap. 16. & cap. 25. & Levit. cap. 18. & Sapient. cap. 5. *Malitia evertit ſedes potentum.* Et plures elegiſſe Deum Reges ob rectam, & tranquillam populi gubernationem, Probatur *Exod. c. 3. Deuteron. c. 31. Joſuë, c. 1. & Regum lib. 1. c. 3. c. 4. & c. 9. 10. & 15.*

Hoc inſuper regimen à Deo non ſimpliciter acce- 43
piſſe Reges, apparet, ſed cum qualitate, & attributo, naturaliter illi inhærente, ſcilicet; auxilio, & protectione vi oppreſſorum, ita ut in Rege non recognoſcente ſuperiorem in temporalibus, unum, & idem ſit inſeparabile; & indiviſibile regimen, & refugium, pro quo allego text. *in authen. ut judices, ſine quoquo ſuffragio, in prin. col. 2.* ubi Imperator in hæc inquit: Omnes nobis dies ac noctes contingit, cum omni lucubratione, & cogitatione degere, ſemper volentibus; ut aliquid utile, & placens Deo à nobis collatoribus, præbeatur, & non in vano vigilias duximus, ſed eas in hujuſmodi conſilia expendimus, pernoctantibus, & noctibus ſub æqualitate dierum, attentis, ut noſtri ſubjecti, ſub omni quiete conſiſtant, *&c.* Et iterum *in verſ. oportet*, ibi. Et noſtros ſubjectos in quiete à provincialibus judicibus conſervari, propterea feſtinabimus gratis adminiſtrationes eis dare, *&c. authen. de quæſtionibus, in prin.* ibi. Dei auxilio, ut ſubjecti ab ejus clemen nobis traditi illæſi ſerventur, *& in auth. conſtitutio, quæ de dignitatibus, in princ.* à Deo traditæ nobis Reipublicæ, *auth. de armis, in princ.* ibi, Subjectos omnes, quorum regimen nobis dedit Deus: text. etiam *in auth. de priv. dotis in prin. auth. ut differentes judices*, ibi, Ex quo nos Deus Romano præpoſuit imperio, & illius commiſſæ nobis à Deo reipublicæ, *&c.* Et jure noſtro Regio idem probatur, ut in procœmio p. 2. ibi: *E anſi puſſo Dios en la tierra à los Reies y Emperadores, porque de otra ſuerte ſe turbaria la paz de la Republica, y ſe diſminuira la authoridad y poteſt ad del Principe, in gran daño y diminucion de la Republica Chriſtiana.* hinc *l. 1. in fin. tit. 1. & l. 5. ead. p. 1.* dicitur, ibi, *Vicarios de Dios ſon los Reies cada uno en ſu Reyno, quanto à lo temporal.* Probatur etiam iterum *in l. 2. tit. 10. p. 2.* ibi: *Que pues el Principe es cabeça de todos, que ſe debe de doler del mal quo reſciven aſſi como de ſus miembros.* Cui convenit, quod dicit Guirond. *in tract. de Gabell. 1. p. n. 33.* quòd Rex eſt imago Reipublicæ, & quaſi Deus in terra Idem Franchis Topius *in tract. de poteſt. prin. ſæcu. §. 8. n. 14* & Reges dicuntur Dei miniſtri, ſuæ voluntatis exequutores, probat Marta *tract. de juriſd. 1. p. c. 6. n. 18.* ergo cùm ſit Dei vicarius, & ejus vices gerens, illũ debet imitari in dies vigilãdo in protectione vi oppreſſorum; prout ipſe Deus facit, ut ſatis probatum reliquimus *ad principiũ hujus præludii*, aliàs Princeps naturale attributum amittet, cujus proprium officium eſt, vi oppreſſos liberare, & aliud geret, quàm Deus in terris, ut eleganter conſiderat Menoch. *l. 1. contr. illuſtr. c. 1. n. 10.* ut rectè poſſit dici, quòd iſte ſubſtitutus ſapit naturã ejus in cujus locum ſubrogatus eſt.

Objectum enim, & finis ſupremi regiminis tempo- 44
ralis, eſt pax publica, & vaſſallorum tranquillitas, Franc. Top. *ubi proximè.* Bellar. *contr. 5. l. 3. c. 6. to. 1.* Axia *de exhib. auxil.* ob commune enim bonum, & publicam ſubditorum utilitatem, omne regimen, & creatũ, & à Deo conceſſum eſſe, ex hactenus dictis apparet, probat B. *intr. de regim. civitatis, n. 27.* Bald. *in l. 2 § noviſſimè, ff. de origine juris, & in conſ. 333. n. 1 & in conſ. 327. n. 7. lib. 1.* Alberi, *in l. princeps legib. n. 8. ff de legib. & in l. decernimus, C. de Sacr. Eccl. & in l. digna vox, à n. 1. C. de leg.* Soc. *conſ. 279. in fin. l. 2.* Gramm. *voto 32. n. 16.* Natt. *conſ. 139. n. 13. l. 1.* Alph. Guer. *in theſauro Chriſtianæ relig. c. 54. n. 1.* Greg. Lop. *in l. 9. tit. 1. n. 1. ver. Ariſtoteles.* Ideóque Deus 45
principem præfecit, ut malos homines compeſcat, & bonos tueatur ab oppreſſis, ut dicit Fulg. *conſ. 20. circa fi.*

ubi

ubi teſtatur hanc eſſe communem omnium opinionem ; ſequitur Cardin. Tuſc. *practic. concluſ. tit. P. concluſ. 679. n.19. & 21.22. & 23.* idem dicit Abb. *conſil.20. videtur, n.2. in fin.* Roland.à Valle, *conſ.1. n.101. & ſeq. lib.1.* prout etiam docuit B. *in proœmio, ſeu prima conſtitutione, ff. in verb. omnem, n.3. & 7.* ubi dicit, quòd Princeps tenetur protegere, ac defendere ſubditos à violentiis, ſequitur etiam unico verbo Abb. *in c. qualiter, & quando, n 8. de judiciis,* dicens, quòd Rex, ſi Eccleſiaſticus aliquem gravet, debet monendo, vel juvando relevare gravatum, quem ſequitur Seſe, *de inhib. c.8. § 3. n.60.* ubi *n.58.* quòd Principes, de jure divino, & humano poſſunt, imò teneantur, ad conſervationem pacis, & tranquillitatis Reipubl. Chriſtianæ tollere violentias, & oppreſſiones, omnes violentias factas tam à clericis quàm à laïcis.

46 In pluribus inſuper divinarum literarum locis legimus, ſæpiſſime Dei potentiam curaſſe, regna oriri mutari, & interire Regéſque dejicere, alios creare, & vocare, ut ab aliorum tyrannide, & oppreſſione populum teneantur, & liberent, nec patitur tyrannos Reges quos ad caſtigationem ſceleſtorum pacem publicam turbantium vocaverat, ut ſuæ foiſſent voluntatis miniſtri, ut *in 3. lib. Reg. c.11. & Iſaiæ, cap 45. & iterum eodem, l.3. Reg. c.11. & l.2 Paralip. n.9. & c.10. & 3. lib. Reg. c.13. & 4. lib. Reg. c.16.* Hæc autem omnia ordinantur à Deo, ad defenſionem & liberationem Reipublicæ vi oppreſſæ, ut probatur per Iſaiam, cap. 45 *ibi*, Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa Regum vertam, *&c.* Sequitur & facit in verſiculo, Accinxi & non cognoviſti me, quia in bellando non habuiſti oculum ante Deum, ego tamen ordinavi ad liberationem populi mei, *&c.*

47 Ex quibus omnibus illud deducitur, quod ſuprema Principum temporalium non recognoſcentium ſuperiorem in temporalibus, politica, & œconomica poteſtas, & juriſdictio ; illis non fuit conceſſa per Summum Pontificem, ut minus bene exiſtimavit Azeved. *in l.11. tit.1. n.16. l.4. recopil.* quem ſequitur Seſe, *de inhibition. c.8 §.1. n.2.*) quoniam ante Domini noſtri Jeſu Chriſti adventum, ſummámque clavium poteſtatem traditam
48 Pontifici, juriſdicto temporalis vigeba in Regibus immeditè data à Deo, ut in quiete Rem publicam conſervarent, ex hactenus adductis, & tradunt Lancelot. Corrad. *in templo omnium judicum, l.1. de Rom. Pont. c.2. §.1. n.3* Parla. *l.2. rerum quotid. c.1. n.5.* Axia, *de exhib. auxil. 6. fund.* & mediatè à populo, *l.1. ff. de conſtit. l.15. tit.13. p.2.* ibi : *Todo homo debe ſer ſometidos à los Reies, porque ſon pueſtos por mano de Dios, y el poderio que an de lo reſciven.* Caſtro *c.1. de leg. pœn. c.1.* Cov. *in p.2. n.2. & 6.* Mol. *de juſt. & jur. 1. tom. diſp.26.* Bell. *de laic. lib.3. c.6. in reſponſ. contra Venet. propoſ.6.* & contra Seſe tenet Cevall. *in epiſt. ad Regem, à n.12.* idem etiam affirmat Torre-Blanc. *de Mag. l.3. c.26. à n.55. & c.4.*

49 Et comprobatur, quia Principes temporales ſuperiorem non cognoſcentes à principio omnia regebant & gubernabant, tam temporalia, quàm ſpiritualia l.6. *tit.1. p.2.* ibi, *E porende los llaman Reyes, porque regian tambien lo eſpiritual como lo temporal.* Nav. *in cap. novit, nota.3. n.32.* Ceval. *in contra. comm. l.2. q.739. n.31. & 32. & l.4. q.1. in fin. epiſt. ad Reg. n.77. & l.5. in tract. de cogn. per viam viol. in proœmio, cap.5. n 8. & 9. c.4. n.17.* Morl. *in empor. jur. tit. de jur. q.12. n.1.* latè comprobat Torre-Blanc. *de Mag. l.3. c.26. à n.95. cum ſeqq.*

50 Et clariùs colligitur ex eo, quòd exemptio clericorum à juriſdictione ſæculari ab ipſa poteſtate, & juriſdictione temporali fuit deducta, à Regibus Chriſtianis conceſſa ob reverentiam ſanctæ Eccleſiæ, ut probat *l.50. tit.6. p.1.* ibi, *Franquezas muchas han los clerigos mas que otros homes, tanbien en las perſonas, como en ſus coſas eſtos les dieron los Emperadores, e los Reyes por honrra y reverencia de la ſancta Yglesia, c. bene quidem 83. d.* Axia, *de implorand. auxil. fundam.24.* ubi dicit, quòd civilis magiſtratus cœpit tempore legis naturæ, à tempore etenim. Conſtantini Imperatoris, hoc privilegium exemptionis à juriſdictione temporali clericis eſt con- 51
ceſſum, ut docet Almain. *in 4. q.1. diſt.25.* & Palac *in 4. d.25. diſp.3.* & conſtat *ex l.1. C. de Epiſcop. & cleric. & in l.1. C. de Epiſcop. aud.* Baron. *anno 130. authent. Caſſ. C. de ſacroſ. Eccleſ. authent. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric. l.51. tit.6. p.1. l.1 tit.3 lib.1. recopil.*

Et pro majore perfectione hujus prioris præludii, & ad clariorem intelligentiam ſequentium breviſſimè notandum eſt ; Deum in univerſo duos conſtituiſſe vi- 52
carios, ut in tranquillitate, & pace Reſpublica gubernetur, ut teſtatur Gelaſ. Pap. ad Imperatorem Anaſtaſium : Duo ſunt quippe (inquit) Imperator Auguſte, quibus principaliter is mundus regitur, authoritas ſacra Pontificum, & regalis poteſtas.) refertur *in cap. duo ſunt, 96. d.* & Leo IV. Pontifex ad Ludovic. Imper. *in c. humadum, 1. d. c. non ad verum, 96. d. Auth. quomodo oportet Epiſc. §.1. in princ.* ibi, Sacerdotium, imperium, illud divinis, hoc autem humanis, præſidens, *cap nos ſi incompetenter*, ibi. Sed notandum eſt, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus ipſe regitur, Regalis videlicet, & Sacerdoralis ; ſicut Reges præſunt in cauſis ſæculi ; ita ſacerdotes in cauſis Dei, *& c. ſolita, de major. & obed.* ibi, Fecit Deus duo magna luminaria, id eſt, duas dignitates, quæ ſunt Pontificalis authoritas, & regalis poteſtas, *l.3. tit.1. p.1.* ibi, *por eſtas dos ſe govierna el Mundo* ; Abb. *in d. c. ſolita, n.6. & 8.* Fel. *n.4.* & cæteri Canoniſtæ Morl. *in emp jur. 1. p. tit.2. n.125.* Caſſiod. *var. ep.3.* Seſe, *de inhibit. in epiſt. ad Regem, à n.1. tom.2. de iſ.*

Et licèt poteſtas temporalis habeat ut objectum, & 53
finem, felicitatem humanam, hoc eſt, juſtitiam, ac felicitatem vitæ temporalis, ut dicunt omnes Theologi, prout latè doctiſſimus Inquiſitor Paramo, *tract. de origine genera. inquiſ. l.3. q.1. opin.4. n.37.* ita ut hoc modo conſiderato hæc poteſtas temporalis cum ſuo immediato fine felicitatis humanæ, integra erit Reſpublica ab ſpirituali diſtincta, & ſeparata, & non dependens, ad commodiorem, ac meliorem expeditionem politici, & œconomici regiminis, ita latè Ludovic. Param. *ubi ſuprà, n.38.* Navarr. *in c. novit. not...n.58. de judiciis,* Victoria, *de poteſt. civi. n.8.* Covar. *1 p.c.1. num.6* Molin. *de juſtit. & jur. 1. tom. diſp.26.* Bellarm. *de laic. lib. 3. c.3.* & iterum *in reſponſ. contra Venet. propoſ. 1. fol.3.* Petrus à Mont. *de Monarchia concil. tit. de Imperat. in princ. n.1. in 6. col.* tractat. Cevall. *in contra. comm. l.4. q.899. n.112. & in epiſt. ad Regem, n.1.* Seſe, *in epiſtol. ad Regem, n.6. & 7. & ſeqq.* dicentes, quòd ubi hæ duæ poteſtates ſimul reperiuntur, ut in Republica Chri- 54
ſtiana ; unum corpus faciunt, & unam Rempublicam conſtituunt ; tamen hoc ordine, ut ſubſit poteſtati ſpirituali, prout poſt D. Thomam explicat Param. *ubi proximè, à n.34. cum ſeqq.*

Summus inſuper Pontifex utramque poteſtatem & 55
Eccleſiaſticam, temporalem habet, illam ſcilicet abſolutè, abſque alterius participatione, & dependentia, temporalem autem in habitu, & potentia in ordine tantum ad bonum ſpirituale animarum, & ad hunc effectum ea poteſt uti omni tempore, & occaſione neceſſaria, & adverſus quoſcumque fideles legis Evangelicæ profeſſores, Joan. Driedo *lib.1. de liberta. Eccleſiaſtica, c.15. per totum,* Lud. Param. *in tract. de orig. inquiſit. lib.3. q.1. opin.4.* ubi refert quatuor opiniones. Navarr. *ubi ſuprà.* Covarr. *in reg. peccatum 2. p. § 1. n.7.* Pelag. *de plancT. Eccleſ. l.1. n.37.* Almarin. *de poteſt. Eccl. 1. p. c.9.* Jacoba. *de Concil. l.1. art. 8.* Menoch. *contr. illuſtr. c.20. à num.1.* Bobadil. *in ſua Polit. 1. p. c.17. n.6.* qui ſic ſunt intelligendi Bellarm. *de Pontific. l.5. verſ. tertio- ſententiam*, qua dicit communem opinionem Theologorum, & Juriſtarum, & Entri. *quod l.6. q.13.* Dried. *l.2. de libert. Chriſt. cap.2.* Victoria, *de poteſt. Eccleſ. q.2.*

Soto

Soto, *in* 4 *d.* 25. *q.* 2 *art.* 1. Vivald. *lib.* 2. *doct. fid. art.* 3. *c.* 76 & 78 Cevall. *in Epist. ad Regem, n.* 6. *& seqq.* Sese, *in Epist. ad Regem, n* 9. *um seqq.* ubi aliqua reddit, & mirabiles comparationes, ac exempla.

Cessante autem hac causa spirituali, Summus Pontifex non potest temporali potestate uti contra regimen Regum, & Principum politicum temporalium, Bellarm. *de laicis, lib.* 3. *c.* 3. Navart. *d. c. novit, n.* 21. Molin. *de justit. & jur. tom.* 1. *disp.* 29. Frater Francisc. de Sosa, *contra incognitum, n.* 52. Marta, *de jurisd. 1. p. c.* 17. Cevall. & Sese, *ubi proximè.*

Deficiente igitur in Pontifice usu, & exercitio tem-
56 poralis potestatis necessarium est, illam habere Reges, & Principes supremos, non recognoscentes superiorem in temporalibus, ad bonum regimen, quietem, & tranquillitatem Reipublicæ pacem, & conservationem vassallorum, illos protegendo, tollendo violentias, & oppressiones quorum proprium officium est, & naturale attributum, inhærens ossibus regiminis, & coronæ à Deo maximo sibi ab origine traditæ, & à principio hujus præludii latè comprobatum reliquimus.

PRÆLUDIUM II.

SUMMARIUM.

Princeps temporalis non recognoscens in temporalibus jurisdictionem, tenetur ita ad protectionem clericorum, sicut laicorum, n. 57.

Clerici dicuntur cives, pars populi, & membra Reipublicæ, num. 58.

Civium appellatione etiam in statutis clerici veniunt, ibid.

Parochus est de universitate & potest uti frui pascuis, & nemoribus civitatis sicut quilibet de universitate, n 59.

Beatus Paulus civis populi Romani fuit non ingratus, quia pater ejus cum Romanis civilitatem contraxit, n 60.

Prælatos Hispaniæ, & alias personas Ecclesiasticas de consuetudine teneri ad juramentum fidelitatis Regi præstandum in recognitionem domini ac capitis in temporalibus, n. 61.

Joannem Pontificem XXII. concessisse Regibus Hispaniæ privilegium jurandi Prælatos fidelitatem, ibidem.

Clerici non tam absolutè exempti sunt à jurisdictione Regia quin ratione subjectionis, & vicinitatis in temporalibus subsint Principi sæculari in ordine ad bonum publicum, & rectum regimen, n. 62.

Privilegium concessum terræ, patriæ & Reipublicæ non solum laicos, sed etiam clericos comprehendit, n. 63.

Clerici tenentur ad observantiam legis politicæ tangentis bonum universum, & publicum communitatis laicorum, & clericorum, n. 64.

Lex temporalis ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus universaliter tangit bonum publicum clericorum, & laicorum, n. 65.

Leges Regias tangentes bonum totius communitatis tenentur observare clerici, cum non tendunt in præjudicium libertatis Ecclesiasticæ, n. 66.

Clerici sicut in spiritualibus tenentur jura canonica servare, ita in temporalibus à civilibus sanctionibus concernentibus bonum publicum, discedere non possunt, ibidem.

Aliud est condere legem particularem circa bona clericorum; aliud generalem, quæ comprehendat temporalia tam laicorum quàm clericorum, cum prima non licet, secunda valet, n. 67.

Observantia talium legum est necessaria ad pacem Reipublicæ, ibidem.

Clerici tenentur ad observantiam pragmaticæ taxæ panis sub pœna peccati, & restitutionis, n. 68.

Tamen quoad punitionem, & pœnæ exactionem non judex sæcularis, sed Ecclesiasticus competens est, n. 69.

Supremus Princeps in temporalibus tenetur clericos ab oppressione, & violentia eis facta a judicibus Ecclesiasticis defendere, quia murus est Ecclesiæ, n. 70.

Principes temporales tenentur ex debito officii impertiri brachium, auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis, num. 71.

Res, & Ecclesiasticæ personæ in tuto esse non possunt, nisi eas regia, & sacerdotalis regat potestas, ibidem.

Reges ad hoc sunt in terris dati à Deo, ut tueantur Ecclesiam universalem, & omnes Ecclesias, & Ecclesiasticam libertatem, n. 72.

Ecclesia, & Ecclesiastici arma non exercent, & ideo indigent defensione & protectione, ibid.

Imperator jurat auxilium, & protectionem Ecclesiæ exhibendam, ibidem.

Reges Hispaniæ, & cæteri Catholicæ reipublicæ supremi Principes sunt protectores decretorum Concilii Tridentini, num. 73.

Reges Catholici tanquam Christianæ religionis protectores possunt assistere per se & suos Legatos Concilio propter quietem reipublicæ, n. 74.

Non solum Principi, sed cuilibet licet injurias, & oppressiones sacerdotibus factas, vindicare, n. 75.

Principes sunt tutores reipublicæ, n. 76.

Definitio tutelæ traditur, ibidem.

Princeps supremus judex conservator subditorum dicitur, num. 77.

Conservatoris officium est, violentias & injurias notorias tollere, & reprimere, ibidem.

HActenus deductis sequitur Principem tem- 57
poralem supremum in temporalibus eodem modo teneri ad protectionem vi oppressorum clericorum sicut laicorum, nam cùm clerici sint pariter cives, pars populi, & membra reipublicæ temporalis, docet B *in l.* 1. *num.* 11. *ff. ad municip.* Bald. *in* 58
cap. 1. *de vassal. qui arma belli* &c. deposuit. Oldrald. *consil.* 22. Natt. *cons* 157. *num.* 8. Marsil. *in tract. de bannit. in vers. ivitate, n.* 116. Tiraq. *de primog. q* 94. *n* 9. *& q* 44. *n* 9. latè Petr. Surd. *in cons.* 1. *n.* 7. *vol.* 3 Franc. Marc. *decis. Delph.* 456. *n.* 9. *c.* 1. Vinc. de Franc. *dec. if.* 49. *num* 4. *& num.* 5. *vol.* 1. Greg. Lop. *in l.* 1. *tit.* 10. *p.* 2. Cevall. *in epist. ad Reg. sub n* 22. Alvar. Valas *consult.* 100. *n* 2. Bobad. *in Polit. lib.* 2. *c.* 18. *n* 67 & 181. *& num.* 308. Mart. *de jurisd.* 4 *p. resp.* 1. *n.* 27. Domin *in c. de his* 12. *dist.* per text ibi, dicens, quòd civium appellatione etiam in statutis, clerici veniunt, refert Burg. de Paz, *in l.* 3. *Tauri, n.* 40. *fol.* 222. alleg. text. quem bonum vocat *in l.* 5. *in princ. tit.* 1. *p* 1. *& in est in adjutorium,* 11. *dist.* Nat. *in tract. de statuto exclusi. fœm. in* 3. *a. princ. cap.* 1. *n.* 85. Cumian. *super ritibus Siciliæ, c.* 40. *n.* 280. Barba. *in c. Raimph. n.* 137. *de rescript.* latè Mart. *in tract. de jurisd.* 3. *p. cent.* 1. *cas.* 49 *fol.* 123 *à n.* 7. latè Bartol. de Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rubric.* 13. *de floresc.* § 5. *vol.* 2. Lucas de Penna, *in l. civis, col.* 1. *Cod. de agricol. & censit. lib.* 10. & facit quod dicit Alberi. *in l.* 1. *col.* 2. *& 3. ff. quod cujusque universitatis nomine*, quòd clericus parochiæ sit de universitate. & illum frui posse prout alios cives, pascuis & nemoribus universitatis, Oldrald. *consil.* 32 quem refert, & sequitur Boër. *decis.* 26. *ad hoc*, 59
n. 21. idem Boër. *in decis.* 260. *n.* 21. Joan Becc. *in consuetud. Alvernia, fol.* 235. *col.* 2. Abb. *cons.* 6. *casus super quo lib.* 1. plures alios refert Burg. de Paz, *ubi proximè, n.* 403. tenent etiam copiosè Bellarm. *de cleric. can.* 28. *vers. tertia propositio* Menoch. *cons.* 1000 *n.* 27. *lib* 10. *& cons.* 800. *n* 21 *lib.* 8 Aven. *de exequen.* 2 *p. c.* 14. *num.* 19. Ozasc. *decis.* 181. Sarm. *lib.* 7. *sel. cap* 13. Bobad. *ubi supra, n.* 122. Farin. *tit. de inquisitione. q.* 8 *n* 30. Covarr. *reg. possess* 2. *p.* §. 4. *n.* 9. Ozasc. *dec.* 128. *à num.* 6. Qui etiam probant ex hac ratione clericos teneri tanquam vassallos legem politicam in bonum publicum servare, Probant etiam Doctores, *in cap* 1. *de vita & honestate cler. & in c. dilect. de for. compet. & in l.* 1. *ad municip.*

ex

ex text. *in auth. quæstor. in prin.* & quod dicit text. *in §. plebiscitum, instit. de jur. natur. gent. & civil.* Greg Lopez *in l. 1. in verb. pueblo claman, in fin. tit. 10. p. 2.* & Thomas Gramati. *in decis. 100. in causa universitatis, n. 18.* & ob
60 hanc rationem beatus Paulus se nuncupavit civem populi Romani, quia ejus pater cum Romanisci vilitatum contraxerat, *c. si in adjutorium, 11. d.* & ibi glos. & Doctores, Barg. de Paz *in l. 3. Tauri, n. 532.* & quòd veniant clerici appellatione vassallorum Principis naturaliter, & originariè, latissimè comprobat Carolus de Grassis, *de effect. cleric. effectu 2. à n. 361, usque ad num. 379.* infinitos allegans, ubi plurima congerit, videndus.

61 Et ex hac ratione provenit laudabilis illa consuetudo regni Hispaniæ, Prælatos scilicet, ac personas Ecclesiasticas teneri ad juramentum fidelitatis Regi præstandum in recognitionem Domini, ac capitis in temporalibus. Alvar. Vallas. *consil. 100. in fin.* Francis. Top. *de potestate Principis sæcularis. § 3. n. 13.* & post Barda *en el fuero de prelatur, n. 10.* Carolus de Grassis *in tract. de effectib. cleric. in præludio, n. 376.* post Valascum *ibi, n. 6.* tenet Sese *in Epistol. ad Regem, n. 114.* Olivan. *de jure fisci; cap. 7. n. 7* & est *l. 5. tit. 15. part. 1.* ibi: *Ad estos deben facer omnenaje lo mas onrrados homes del Reyno que y fueren, assi comos los Prelados, y Reos homes,* &c. & ibi Greg. *ver. los prelados.* Camil Borrel. *de Reg. Cath. præst. c. 46.* qui referunt hoc etiam privilegiũ concessisse Joann. Pontificem XXII. Regibus Hispaniæ; ac ideo licèt clerici
62 sint exempti etiam in causis temporalibus à jurisdictione Regia, nihilominus non tam absolutè, quàm ratione subjectionis, & ut cives reipublicæ temporalis, ac membra illius, subsint Principi temporali in ordine ad bonũ publicum & rectum regimen totius communitatis. Navar. *manual. c. 23. n. 88.* Soto *in 4. dist. 25. q. 2.* Molin. *de just. & jur. 1. tom. disputat. 31. vers. sexta concil.* Bellarm. *lib. 1. de clericis, c. 28.* Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz. cap. 55. num. 5.* Prosp Farinac. *in tract. criminum, tit. de inquisit. q. 8. n. 30.* ergo Princeps supremus tenetur Clericos defendere, & à violentiis protegere, quemadmodum cæteros judices, & Reipublicæ Vassallos.

63 Ex qua ratione provenit, quòd cùm clerici dicantur cives reipublicæ, privilegium concessum terræ, patriæ, & reipublicæ, non solùm laicos, sed etiam clericos comprehendat, Roma. *in cons. 189. n. 2.* Feli. *in cap. Eccl. S. M. num. 76. de institut.* Oldrald *in cons. 32.* Mart. *de jurisd. 4. p. cent. 1. cas. 63. sub n. 5. & 6.* latissimè Grassis *de effect. cler. effectu 2. n. 371.* & latè *à n. 361.*

64 Et ex hac doctrina, & ab omnibus recepta conclusione, ut clerici subjaceant Principi temporali, ut cives, & membrum reipublicæ; procedit, ipsos teneri ad observantiam legis politicæ tangentis bonum universum, & publicum communitatis laicorum, & clericorum, prout gravissimi Doctores eam tenent, tam Theologi, quàm Juristæ, Menoch. *consil. 1000.* Bellarm. *lib. 1. de cler, q. 28. vers. tertia propositio,* Avenda. *de exequend. manda. 2. p. c. 14. n. 19.* Mexia *ad pragmaticam Regiam, concl. 5. n. 41.* Menchaca *lib. 1. de success. creatio. § 10. num. 648.* & ita fuisse judicatum tenet Chaquer. *decis. Pedemont. 181.* Menoch. *consil. 800. n. 21. lib. 8.* probat *lex 54. tit. 6. p. 1. & l. 52. tit. 6. p. 1. l. 1. tit. 25. l. 5. recipila.* ibi: *Clerigos y personas Ecclesiasticas como seglares.* Probant etiam DD. supracitati *sub num. 59.* latè plura per Grassis *in tract. de effectib. cler. effectu 2. n. 130. & 131.* & *à n. 166. fol. 430.* & iterum *à n. 265.* plurimos citat.

65 Quia lex temporalis ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus universaliter tangit, & respicit bonum publicum, & commune laicorum, & clericorum, quia justum est, & rationi consonum, ut pars subjiciatur conservationi, & utilitati totius universi, prout est respublica temporalis. Covarr. *in regul. possessor, 2. p. § 9. vers. 3.* Menoch *d. cons. 800. consil. 1000.* Surd. *cons. 301. vol. 3.* Gutier. *lib. 1. p. quæst. fin.* Sarmient. *lib. 7. Selectar. cap. 13. num. 1.* Mart. *de jurisd. 4. p. q. 1. casu 7.*

num. 6. Heronym. Gabriel *cons. 37 num. 5. lib. 2.* Vincent. de Franc. *dec. 9. n. 3.* ubi allegat Didacum Perez *in l. 2. tit. 2. lib. 1. ordinam.* & post Bernard. Diaz Bobadill. *in litic. l. 2. c. 18. n. 122. cum seq.* & statim citandi probant, & Grassis *in locis proximè citatis.*

Quia licèt clerici exempti sint à sæculari Regia jurisdictione, ut notum est; tamen leges Regias respicientes bonum publicum totius communitatis tenentur observare vi directiva, dummodo non tendant in præjudicium libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ; ita eleganter Victoria *in relectione de potestate Ecclesiæ, n. 4.* Morla *in empor. jur. 1. p. tit. 1. de leg. n. 9.* ubi fundant hanc doctrinam, tenet etiam Cevall. *in tract. de cognitione per viam violentiæ, in proœmio, c. 4. in princ. & per totum, præcipuè à n. 10.* ubi dicit quòd ex eo quia clerici sint cives reipublicæ temporales, tunc lex civilis, quæ respicit universum bonum, & commodum reipublicæ, servanda est ab omnibus, ut tradit Abb. *in c. Eccles. n. 20. & 21. de const.* Menoch. *d. cons. 1000. volum. 10* Pet. Surd. *cons. 1. num. 8. volum. 3.* Et est ratio, quia sicut clerici in spiritualibus tenentur jura Pontificia servare; ita in temporalibus, à civilibus functionibus, concernentibus bonũ commune omnium civium, discedere non debent; ita Diodor *de doctri. Christian. lib. 2. c. 1. propos. 4.* S. Thom. *de regim. Principum, lib. 1. c. 12.* Bellarm. *l. 3. c. 6.* Salced. *ad Bernard. Diaz, c. 55. vers. sed ut liberè dicã;* leges enim & statuta, quæ fiunt ad Regni gubernationem, & conservationem, etiam Clericos astringunt. Radin. *de Majest. Princ. verb. non solum armis decoratam, 2. p. n. 166. cum seqq.* Deci. *in c. Eccles. sanctæ Mariæ, n. 104. de const.* Christoph. de Paz *de tenut. 2. p. c. 63. n. 14* plurimos citat Grassis *in locis nuper citatis*, ubi eleganter plures congerit doctrinas, ad propositum videndus.

Quia aliud est condere legem particularem circa 67
bona clericorum, vel generalem, quæ comprehendat omnia temporalia tam laicorũ, quàm clericorum; nam in primo casu procedit argumentum, & ratio illius; in secundo verò non, quia lex non respicit in particulari bona clericorum, sed universa bona consistentia in republica temporali, quæ sunt sub domino, & protectione Regis, quoad bonum publicum totius communitatis & sic valida est talis dispositio, & lex, cùm non concernat personas principaliter, nec accessoriè clericorum; sed bonum publicum totius communitatis, ad eorum mutuam societatem, & uniformitatem; & sic in hoc casu omnes clerici obligantur, quoad vim directivam, in quo omnes Catholici conveniunt, tradit Suarez *ubi supra, de leg. lib. 3. cap. 34.* Et ratio est, quia uniformis observantia talium legum est necessaria ad pacem reipublicæ, & ad observandam inter cives æqualitatem, latissimè Grassis de *effectib. cleri. effectu 2. à num 161. & 265.*

Ex qua ratione tenendum est, clericos ad observa- 68
tionem parginaticæ taxæ panis teneri sub pœna peccati, & restitutionis, ut docet Joann. Gutier *lib. 2. 1. p. quæst. 18. n. 1.* Soto *in 4. sententia, distinct. 25. q. 2. art. 2.* Morla *in suo Empor jur tit. 2. de jurisd. q. 12. n. 12. & in tit. de legib. q. 16. n. 15.* Francisc. Vivius *dec. is. 18. per totam,* & Ceval *in Epist. ad Regem Portugall, n. 23. & in lib. 4. com. 899. n. 147* quia illa lex obligat omnes sive ex vi jurisdictionis, quia respicit bonum publicum, sive ex vi rationis directivæ, vel ex utraque causa: latissimè prosequitur Alder. Mascar. *de interpret. statu. consil. 1. limit. 6. à num. 340. cum seqq.*

Et licèt contra hanc rationem, & fundamentum, re- 69
probando Cevall. censeat aliud Sese *in Epist. ad Regem, n. 112. cum seqq.* nihilominus ut vera & recepta ab omnibus tenenda est, & licèt clericum obliget vim rationis directivæ, tamen quoad punitionem, & pœnæ impositæ exactionem, judex sæcularis non est competens, sed Ecclesiasticus, ita Bellarm. *lib. 1. de cler. cap. 28. vers. tertia propositio,* Sossa *ubi supra, fol. 36.* Covarr.

prax.1.c.34.v.7. Sarmien.*lib.1. Selectar. c.8.* Radin. *de majestate Principum, n.175.* Surd. *suprà, n. 31.* Marta *de jurisd.4 p.cons.1. caus.1.à n.33. & suprà.* Vide optimè Grassis *de effectib.cler.effectu 2. à n.130.& 131.*

70 Et ex hac ratione præmissa, ut Princeps supremus in temporalibus alium non recognoscens teneatur exhibere, & præstare suum auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis oppressis, & violenter à suis judicibus affectis sequitur, ut manus Regia murus sit Ecclesiæ, ita eleganter Bellug. *in specul. Princip. rubr. 11.§.tractandum,* & est text.*in l.1.tit.3 lib.2.recopil.* ibi: *Y à los Reyes, y Principes encomendo Dios la defension de la santa Madre Yglesia,* &c. cui convenit *l. si quis in hoc genus, §. sitque, C.de sacrof. Eccles.*ibi: Sit cunctis laudabile factas Sacerdotibus injurias, veluti crimen publicum prosequi, *l.Episcop.C.de Episc. audien.* Mart. *de jurisd.1.p.c.49. à n.15.* ubi citat. *l. Sanctissimarum, prope fin. C. de Episcop. & cler.* ubi Justin. mandat, omnibus subditis imperio sub pœna, ut auxilium, & opem ferant Ecclesiasticis personis, text. etiam *in c. cùm ad verum 96.dist.*text.*in c. Maximianus Episcopus 23. q.3.*

71 Ac ideo omnes Principes temporales tenentur ex debito officii impartiri brachium, auxilium, & protectionem Ecclesiasticis personis, quia ipsi dicuntur Romanæ Ecclesiæ defensores, ideo Catholicam religionẽ armis defendere tenentur, *cap boni Principes 96 .distinct. cap.tributum, cap.Principes 23. q.8. cap.Christian.23.q.1.* & probatur etiam *in clem. 1. de jur. jur.* ubi jurant adjutores Ecclesiæ Catholicæ, prout latè prosequitur multa adducens Marta, *de jur. p.1. cap. 49. fol.144.* & attributum Principis in protegendo vi oppressos, præsertim procedere in Ecclesiasticis personis vi oppressis, dixit Mart. *de jurisd.d.1.p.cap.48.sub n.26.* reddens rationem, quia res, & personæ Ecclesiasticæ nequaquam in turo esse possunt, nisi eas & Regia, & sacerdotalis regat potestas, *cap.res 23.q.5.cap. fin.95. d.* quapropter Rex rectè dicitur oppressorum recursus, ut in lib Regum cap.22.

72 Reges itaque, Principes & Imperatores debent tueri Ecclesiam universalem, ac singulas omnes Ecclesias,& Ecclesiasticam libertatem, quia ad hoc sunt in terris dati à Deo, ut per text.*in cap. ab Imperatoribus 23. q.3.* & per alia jura firmat Cardin. Tusc. *practic. conclus. litera R. concl.333. num.10.* & quòd defensio potiùs conveniat Ecclesiæ,& Ecclesiasticis personis,quia arma non exerceant, quàm aliis, & ideo quòd Princeps temporalis teneatur Ecclesiam, sive particularem, sive universalem, tueri; probat Marc. Anton. Genuensis *tract. de Eccles. seu praxis Eccles. q. 63. n.2. & 3.* ubi quòd ad hoc auxilium, & protectionem exhibendam jurat Imperator *ex clement.1.de jur. jur.*

73 Hinc est, quòd Reges Hispaniæ, & cæteri Catholicæ reipublicæ supremi Principes sunt protectores decretorum Concilii Triden.ut ex eo patet *in sess.25.cap.20.* ibi,ad pietatem, religionem Ecclesiarúmque protectionem existant. Et constat *ex d.l. fin. C.de summa Trinit. & fide Cathol.& in auth. quomodo oport. Episc. col.* quibus dicitur,Regiam potestatem ad hoc inter cætera esse institutam,ut Sanctorum Patrum decreta saluberrima, exequutioni demandari faciant & inviolabiliter observari; docet Bellarmin. *l.3. c.p.18. de laicis.fol.1343.*

74 Et hanc ob fundamentalem rationem, eleganter resolvit Anton. Cuchus *lib 2. instit. major. tit.3. de Concil. Oecumenico, n.36.* quòd Principes possunt per se,& suos legatos interesse, & assistere dicto Concilio, propter quietem,& tranquillitatem, ne respublica turbetur tanquam Christianæ religionis protectores, cujos hæc sunt verba *ibi*: Eruntque hæ Principum sæcularium partes præcipuæ, ut Concilii quietem, & tranquillitatem authoritate,ac, si opus fuerit, armis tueantur, foveant, & tegant, turbatores longe submoveant,cui si pax, & disciplina Ecclesiæ solvatur, ille à Principibus rationem sit exacturus, qui eorum potestati suam Ecclesiam commendavit.) Et quòd sic observatum fuit in Conciliis Hispaniæ celebratis, ut in eis ad ejus protectionem adstiterit Regum authoritas, singulorum Conciliorum verbis, & testimonio comprobat,& latiùs prosequitur Cevall. *in tractat. de cognitione per viam violentiæ, in proœmio, cap.9. à num.70. cum sequentibus.* Sed præcæteris multis citatis rationibus, & authoritatibus exornat Valdes. *in tractatu de dignitate Regis Hispaniæ, cap.1. per totum, & num.8.* Convocator. Concilii Trident. Pii IV. *sess.16.* Eugubinus, *de reparatione fidei, lib.5. signo 13. cap.8. cum sequentibus.*

Si enim ex d. l. *hoc genus,§. sitque. C.de sacrof. Eccl.* 75
& Mart *suprà* cunctis sit licitum injurias, & oppressiones factas Sacerdotibus,(ut jus publicum) vindicare,& prosequi, quantò magis ipsi Regi hoc permittendum, cui proprium officium est, vi oppressos liberare, & ad hoc, regimen à Deo fuit concessum,ut suprà diximus, cuique principaliter interest, ne hujusmodi oppressiones fiant, probat text. *in l.2.tit.10.p.2.* ibi: *Que pues el Principe es cabeça de todos, que se debe doler del mal,que recivem assi como de sus miembros, y que entonces sera sumuro, y amparo de todos,& l.2.tit.1.p.2.* ibi: *Como quier que sea Señor de todos los del Imperio,para amparallos de fuerça è mantenerlos en justicia,* & probatur *in lib.26. tit. 14.p.2.*ibi: *El Rey es cabeça,vida, y mantenimiento de los vassallos, y el quien no sirviesse à su Rey, quitaria à Dios su Vicario, y al Reyno su cabeça,y al pueblo su vida.*

Principes enim sunt tutores reipublicæ, ut dicit Se- 76
neca *lib.1. cap.4. de clement.ad Neronem,*& Franc.Top. *tract.de potest.Princ.secul. § 5. num. 36.* Plinius Secund. *lib.10.Epist.* si enim tutor est, debet ei tutelæ definitio quadrare, de qua *in §. 2. Inst. de tutel.* ibi: *Est autem tutela* (ut Servius definit) *vis,ac potestas in capite libero ad tuendum eum, qui per ætatem se defendere nequit,* &c. ergo Rex tenetur tam clericos,& Ecclesias, quàm laicos tueri, cùm sint pars, membra, & cives reipublicæ temporalis, quæ sub tutela Regis est, imò & Princeps vassallos uti filios, & nepotes tractare debet, Joann de Platea *in l. neminem,in fin. C. de decurionib. lib.10.* glos. *in l. moveor, C. de serv. expor.* Rolan. à Valle *cons. 1. n.114.lib.1.* Cravet. *consil.9. num. 33. & cons.241. n.8.* Tusc. *ubi proximè, num.26.* Princeps insuper supremus judex conservator dicitur, ad tollendas violentias, & injurias notorias suorum vassallorum, ita eleganter 77
Tuschus *in tract. de visitatione, cap.31. num.5.* ibi: Rex est judex conservator suorum vassallorum, ut nemini injuria fiat, & ne aliis injuria inferatur.) Conservatoris enim officium est violentias, & injurias notorias tollere,& reprimere,text.*in cap.1.& cap.fin. de off. delegati,in 6.* Concil. Trident. *sess.1.cap.5. & cap.14.* de quo latiùs erit agendum infrà 5.p.c.sexto,& meliùs probat ipse Tuschus *in lib.2. cap.21.num.15.& 16.* ex Grama. *decis.78. & aliis*, quem sequitur novissimè Moneta *in tract. de conservatoribus, cap.3. sub num. 2.* ubi alia adducit in proposito, ut Princeps dicatur conservator suorum vassallorum. Et quòd Principes teneantur defendere à violentiis judicum Ecclesias,Ecclesiasticasque personas, jure naturali, divino, canonico, & consuetudine immemoriali, probabimus in sequenti Præludio, quoniam ut suprà diximus, ex Belluga, manus Regia murus est Ecclesiæ,pax clericorum, salus populi, vita vassallorum, caput subditorum,tutor reipublicæ, propugnaculum, & præsidium Christianæ religionis.

PRÆLUDIUM III.

SUMMARIUM.

Princeps temporalis supremus omni jure naturali, divino, & positivo, & consuetudine immemoriali tenetur

à violentiis perſonas Eccleſiaſticas ſibi ſubditas protegere.num.78.
Verba l.36. recop. por derecho, *de naturali intelligit, & defendit author. n.79.*
Jus naturale dictat, ne alicui in judicio, & extra judicium vis fiat, n.80.
Appellatio, quatenus eſt defenſio, à jure naturali provenit, num.81.
Appellatio non denegatur excommunicato, quia eſt defenſio, ibid.
Formalitas, & ſolemnitas appellationis eſt inducta à jure poſitivo, ibid.
Appellatio eſt præſidium innocentiæ inventa ad ſubveniendum oppreſſis, & corrigendam iniquitatem judicis n.82.
Eccleſia Romana eſt refugium omnium oppreſſorum, ibidem.
Recurſus ad Regem pro violentia tollenda à nemine impediri valet cùm ſit ſpecies defenſionis, n.83.
Prohibita appellatione non cenſetur prohibitus recurſus, num.84.
Regius recurſus dicitur charitativum auxilium, ibid.
Cuilibet licet vim repellere, & oppreſſus de facto poteſt jus dici injuſtè volenti ſententiam exequi, non obſtante ſua legitima appellatione reſiſtere, n.85.
Pontificis magis intereſt conſervatio recurſus ad Regem pro tollenda violentia, facta à judicibus Eccleſiaſticis, volentibus in contemptum appellationis ad ſummum Pontificem interpoſita, exequi ſententiam indebitè, n.86.
Pro defenſione ſui vel ſuorum poteſt quis convocare famulos, ſervos, vel amicos, & extraneos, ſi aliter non poſſit ſe tueri, n.87.
De jure naturali eſt oppreſſis conceſſum ob propugnandam violentiam, ſupremorum potentiam invocare, n.88.
Ex debito ſui officii & charitatis tenetur Rex præſtare auxilium oppreſſis, ibid.
Quando aliquid fieri licet propria authoritate, ut, vim vi repellere, multo magis id licet facere per judicem, etiam in competentem, n.89.
Ubi quis poteſt de facto judici Eccleſiaſtico exequi volenti ſententiam non obſtante legitima appellatione, reſiſtere: urbanius faciet, recurrendo ad regium Conſilium, ut violentia tollatur, ex Rota reſolvit Author, n.90.
Exemptio Clericorum à poteſtate, & juriſdictione temporali in eorum utilitatem, non in damnum, & detrimentum eorum introducta, ut oppreſſi per judices Eccleſiaſticos non prohibeantur recurrere ad Regem pro violentia tollenda, n.91.
Concurrentibus ex uno jure poſitivo, & ex altero jure naturali & divino, prævalet jus divinum & naturale tanquam potentius, ibid.
Seſe in Epiſtola ad Regem à n.112.113. & 114. reprehenditur ab Authore. ibid.
Text. in cap. dilecto, de ſentent. excommun. lib.6. declarat Author. n.92.
Princeps temporalis in defectum juriſdictionis Eccleſiaſticæ, tenetur auxilium ſuum præſtare, ibid.
Poteſtas ſæcularis tenetur negare auxilium imploratum à judice Eccleſiaſtico pro executione ſententiæ appellabilis, & à qua legitimè appellatum eſt n.93. & etiamſi appellatio non ſit admiſſa à ſuperiore judice Eccleſiaſtico, & de hoc conſtet ſæculari, dummodo de jure deberet admitti, num.94.
D.l.36. recopil. in illis verbis poſt derecho, *interpretatur de divino ab Authore, n.95. ubi plures ſacræ paginæ loci referuntur.*
Princeps an peccet negando auxilium violentiæ, remiſſivè, ibidem in fin.
D.l.36. ibi por derecho, *ut de canonico etiam intelligatur, tradit Author, n.96.*
Cum de uno diſputatur, cætera ſupponi debent habilia, ibidem.
C. Regum officium, declaratur, n.97.
Poteſtas cognoſcendi per viam violentiæ eſt de regalibus, & reſervatis Principi ſuperiori in ſignum ſuprema poteſtatis, ibidem.
Suprema Regia tribunalia Principem repræſentant, & ideo eis hæc poteſtas cognoſcendi commiſſa eſt, ibid.
Lex loquens cum aliqua qualitate ad ſui intellectum trahit omnes alias quæ in illo propoſito ſimpliciter, aut generaliter loquuntur n.98.
Ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptantur, ibid.
Defenſio & protectio Clericorum, eſt cauſa pia, ibid.
C. Princeps ſæculi 23.q.5. declaratur, n.99.
Propter locorum diſtantiam, aut magnam difficultatem remedii conſequendi, adeò quòd ad ſuperiorem recurri non poteſt, multa prohibita permittuntur, n.100.
Ex mora regulariter periculum oritur, ibid.
Longinquitas accurrendi Romam dicitur, quando locus eſt ultra Italiam, n.101.
Civitas oppreſſa poteſt alteri Domino ſe tradere defendendam, n.102.
Neceſſitas caret lege, & legem non admittit, & illicitum licitum facit; judicem incompetentem facit legitimum, alteratque præcepta, etiam divina, & alia hujuſmodi, num.103.
Rex poteſt adiri data judicis Eccleſiaſtici ſuperioris remiſſione, 104.
Recurſus ad ſuprema tribunalia pro tollenda violentia nititur maxima utilitate, ut experientia demonſtrat, numero 105.
Innocentes graviſſimè opprimerentur à judicibus Eccleſiaſticis, cùm longè diſtet Curia Romana; ſi hoc non potirentur auxilio regio, ibid.
Negantes auxilium vi oppreſſis videntur quodammodo Chriſtum Dominum noſtrum perſequi n.106.
Regis auxilium implorare contra detinentes decimas, licitum eſt, ibid.
Reges & Imperatores tenentur præſtare auxilium Eccleſiæ, num.107.
In Luſitania non ſolùm Regii auditores, ſed quilibet Prætor Regiæ Coronæ in ſua provincia cognoſcit de violentia inter Eccleſiaſticos de conſuetudine, obſervatúrque deciſio textus in c. petimus 11.q.1. n.108.
C. Adminiſtratores 23. q.5. declaratur, n.109.
C. Chriſtiani 11. q.1. declaratur n.110.
Violentia eſt inimica legibus, ibid.
C. Filiis vel nepotibus 16. q.7. declaratur, n.111.
C. Quidam Monachi 16. q.1. declaratur, n.112.
L. fin. C. de ſumma Trinitate, & fide Cath. declaratur, num 113.
Manus Regia manus eſt Eccleſiæ, ibid.
Reges defenſores Eccleſiæ, & religionis appellantur, ibidem.
Judex ordinarius tenetur ſuos ſubditos defendere, numero 114.
Rex eſt ordinarius in ſuo Regno, cùm omnes juriſdictiones ab eo effluxerint, ibid.
Licet Clericis auxilium legis Imperialis aſſumere, ſicut & Imperatorem ipſum & Principem, tanquam legem vivam n.115.
Eccleſiaſticis judicibus exequi volentibus abuſus notorios à ſe factos violenter reſiſtitur per privatam perſonam, num.116.
Abuſus notorius dicitur quotics in actu, qui geritur, abuſus nullus eſt ibidem in exemplis, n.117.
Recurſus violentiæ juribus Regis fundatur, n.118. & omnis juris conſonus eſt ex pluribus Authoribus, n.119.
L.36. tit 5. lib.2. recop. verb. por coſtumbre immemorial *declarat Author. n.120.*
Aliud eſt requirere jus, aliud acquiſitum conſervare, ibidem.
Conſuetudo immemorialis, de qua in d. l.36. eſt declarativa, & inductiva formalitatis, & modi defenſionis extrajudicialis, obſervati per longum tempus, ibid.

Actus determinatio, ubi non apparet, à consuetudine regulatur, ibid.
Sicut lex positiva interpretatur legem divinam, ita & consuetudo, num.122.
Recursus violentiæ ex immemoriali tempore indubitabilis efficitur, ibid.
Opinio Doctorum, cui consuetudo adhæret, præferenda est, ibidem.
Consuetudo est legum interpres, n.123.
Principes Hispaniarum non usi cognitione violentiarum nisi in specie l.36. tit.5. recop. per tempus immemoriale, non impediuntur, quin possint in aliis causis violentiæ, & oppressionis, uti citra immemorialem, ut etiam consuetudo extendatur ad alias, n.124.
Quando adest jus & causa universalis per usum partis conservatur jus in toto, & consuetudo in parte extenditur ad totum genus illius speciei, ibid.
Consuetudo immemorialis sufficiens erat ad procedendum per Principes, in causa violentiæ, n.125.
Consuetudo immemorialis habet vim tituli, privilegii, ac veritatis, & similia attributa, n.126.
Clerici sunt exempti in spiritualibus jure divino, in temporalibus tamen positivo, n.127.
Consuetudo concedens laïcis jurisdictionẽ in Clericos generaliter, licèt non valeat, valet tamen consuetudo particularis respectu alicujus casus particularis, n.128.
Consuetudo potest distinguendo, & declarando limitare ejus divinum, n.129.
Quod potest acquiri privilegio, potest etiam consuetudine immemoriali, n.130.
Pontifex potest in certis casibus ob aliquam justam causam concedere laico privilegium cognoscendi de Ecclesiasticis personis, ibidem, & n.131.
Consuetudo immemorialis præscripta, cum qua concurrit fama privilegii, habet vim privilegii Papalis, n.132.
Si cum immemoriali, & fama, concurrat probatio Principis habentis majora alia privilegia super Ecclesiis, præsumitur justo principio fuisse introductam, n.133.
Prælati ante Episcopatuum, & prælatiarum possessionem jurant Regi fidelitatem, n.134.
Princeps Hispaniarum sive Rex habet facultatem præsentandi Episcopus, & beneficia consistorialia, quæ aliàs erant Pontifici reservata, & monasteria virorum remissivè, n.135. & percipiendi partem seu tertiam decimarum, n.136.
Consuetudo cognoscendi per viam violentiæ est inducta per Clericos & laicos, & ideo mixta nuncupatur Clericorum & laicorum, & habet magnos effectus, n.137. & 138.
In consuetudine immemoriali cognoscendi per viam violentiæ concurrit scientia tacita, & expressa Pontificis, numero 139.
Scientia officialium in præscriptione jurisdictionis Principum, Pontificum, vel Dominorum, eis præjudicat, & sufficiens est, ut eis præjudicium causetur, n.140.
Multi Pontifices ex Hispaniarum Regnis, qui habuerunt scientiam cognitionis per viam violentiæ, n.141.
Recursus ad Regem per viam violentiæ approbatus pluribus Rotæ decisionibus, n.143. & 144.
Recursus traductus expressè approbatus à Pontifice est, num. 145.
Recursus violentiæ non damnosus libertati Ecclesiasticæ, sed utilis dicitur, n.146.
Privilegium laicorum Clericis utile, præsumitur à Papa approbatum, n.147.
Patientia & tolerantia Romanorum Pontificum, vel alterius Principis impedire potentis, inducit dispensationem, & confirmationem, n.148.
Si Clericus perficeat duas Ecclesias sciente, & patiente Pontifice superstite, inducitur ex tali patientia unio dictarum Ecclesiarum & pœnæ remissio n.149.
Tolerantia in eo quod à jure naturali non prohibetur, pro expressa dispensatione habetur, n.150.
Præsumptus consensus ex scientia, & non contradictione, cum temporis diuturnitate inductus, consensu expresso fortior reputatur, n.151.
Consuetudo immemorialis hujus recursus violentiæ ab initio quo meum & tuum sibi usurpare cœptum est, n.152.
Consuetudo immemorialis non censetur comprehensa in qualibet Pontificia dispositione, ubi consuetudo sublata est, num.153.
Concil. Trident. sess.22. de reform. cap.8. declaratur, n.154.
Sublata potestate seu recursu violentiarum ad Principes sæculares, magnæ reipublicæ calamitates insurgerent num.155
Consuetudo immemorialis cognoscendi de violentiis ab omnibus approbata Doctoribus, n.156.
Reges Christianissimi & sanctæ Sedi Apostolicæ obedientes non tolerarent consuetudinem cognoscendi de violentiis ab Ecclesiasticis perpetratis, si injustitiam contineret, nec est præsumendum, n.157.
Coram justitia Aragonum in Camera sui Consilii fuisset congregatos triginta & septem advocatos ex gravioribus Regni, & consules fuisse super recursus, & formis, ne pendente appellatione violenter attententur à judice Ecclesiastico, & ab omnibus sine scrupulo justum videri resolvitur, n.158.
Cognitio extrajudicialis per viam violentiæ non est nova in Regnis Hispaniæ introductio, sed in omnibus Regnis & Christianæ religionis provinciis hæc agitatur defensio, num.159.
In Regno Portugalliæ id servatur, n.160.
In Regno Borgeniæ idem, n.161.
In Senatu Neapolitano, n.162.
In Regno Franciæ n.163.
In Regno Aragonum, n.164.
In Regno Navarræ, n.165.
In Regno Sabaudiæ, n.166.
In Regno Catalauniæ, n.167.
In Senatu Sebustano, n.168.
In senatu Pedemontano, n.169.
In Senatu Milanensi, n.170.
In Regno Galleciæ non solum cognoscitur per viam violentiæ à judicibus Ecclesiasticis, nec deferentibus justis appellationibus; sed etiam de omnibus possessionis super rebus Ecclesiasticis, seu spiritualibus, etiam inter Ecclesiasticos, in solo tamen Regio Senatu illius Regni prout cum aliis testatur Author, n.171. & autohordinario vocatur, & de ejus natura remissivè, n.172.
Maximilianus ab Austria Archiepiscopus olim Compostellanus jam defunctus, voluit apud supremum Regis consilium autohordinario alterare, & avellere à Senatu Regio Gallecæ, n.173.
Duo advocati doctissimi, quorum unus Pater Authoris laudabilis, Rogati scripserunt pro defensione decreti Ordinarii Senatus Galleciæ apud Consilium contra Archiepiscopum, postea que dicta scriptura ampliata à quodam Senatore, simúlque ab Authore, n.174.
Martinus Pontifex hanc extrajudicialem cognitionem per viam violentiæ inter Ecclesiasticos approbavit, n.175.
Nulla Pontificis censura generaliter promulgata intelligitur velle derogare juri competenti Regiæ majestati, tam de jure, quàm de consuetudine, n.176.
Hæc cognitio per viam violentiæ fundatur jure divino, naturali & positivo, canonico, & civili, estque à Sede Apostolica tacitè, & expressè confirmata, & consuetudine immemoriali usitata, n.178.
Doctori asserenti consuetudinem stare credendum est, n.179. maximè cùm nullus Doctor contrarium affirmans inveniatur, num.180.

QUIA Ecclesiasticæ personæ, quatenus ad protectionem tamquam cives reipublicæ temporalis, & pars, ac membra populi sublint Principi temporali, non recognoscenti superiorem in

in temporalibus, ab eo debent defendi, atque à violentiis, injuriis, & oppreſſionibus liberari, ac protegi, ex debito officii, ad quod tenentur, omni jure naturali, divino, & poſitivo, & conſuetudine immemoriali, vallaro, frequentique uſu recepto, ſic enim intelligenda ſunt, & merito interpretanda verba illa *lib. 36 tit. 5. lib. 2. recop.* ſuperiùs à nobis relata *n.* 14. ibi: *Por quanto aſſi por derecho, como por coſtumbre immemorial nos pertenece alcar las fuerças, que los juezes eccleſiaſticos y otras perſonas hazen en las cauſas que conoſcen*, &c.

Et illa verba por derecho, *de naturali intelligenda.*

79 ET hanc explicationem, ut ſcilicet jure naturali, hæc extraordinaria, & extrajudicialis cognitio pertineat Regi, probant omnes ferè Doctores ſuperius citati, *num.* 16. exponit Olivan. *de jur. fiſci, c.* 3. *num.* 43. Seſe *in epiſtol. ad Regem, num.* 70. *in* 2. *tom. deciſ. ad prin.* & poſt hæc Cevall. *in epiſtol. ad Regem, num.* 19. *in fin. & in tract. de cognitione per viam violent. in prologo, n.* 45. ubi ſe iterum refert ad gloſſ. 6. *num.* 135. & optimè explicuit lex Portugalliæ quæ poſtquam *in l.* 2. *tit.* 9 §. 12. *ordina.* dixerat his verbis: *Que en eſtos caſos, el Rey como Señor tiene obligacion de acudir, y defender à ſus vaſſallos*, exponit *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 1. *ejuſdem ordina.* ibi: *Facendo les fuerça, non guardando lles odercito natural.*
80 &c. jus enim naturale dictat, ut alicui, nec in judicio, nec extra judicium violentia fiat, eamque oppreſſus poſſit licitè propulſare, text. *in c. jus naturale, in fin.* 1. *d.* ibi, violentiam per viam expulſio. *l. ut vim. in fin.* ubi communiter Doctores, *ff. de juſtitia & jure. clem. paſtor. de re jud.* text. *in l.* 1. ubi, vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, idque jus natura comparatur; apparet autem (inquit) ex eo armis repellere licere, &c. *ff. de vi & vi arma.* text. optimus & mirabilis ad hanc materiam, aureis literis deſcribendus *in c. dilecte* 1. *in princ.* ibi, cùm omnes leges, omniaque jura vim vi repellere, conſtatque ſeſe defenſare permittant, & infrà *de ſentent. excommunic. lib.* 6. *cap. ſignificaſti* 2. *de homicid. cap.* 3. §. *ſi verò, in fin. de ſentent. excommunic. lib.* 2. *tit.* 1. *p.* 1. ibi: *Otro ſi conſiente eſte derecho natural, que jada uno ſe pueda amparar de los, que deshonrra ò fuerça les quiſier en fazer, lib.* 2. *tit.* 8. *p.* 7. ibi: *Conatural caſſa es, è mui guiſſada, que toda home aya poder de amparar ſu perſona de muerte, queriendo alguna matar à el, lib.* 3. *tit.* 16. *p.* 2. ibi, *oſſendiendo*: ubi Gregor. latè explicat ad noſtrum propoſitum,

81 Et ex hoc jure naturali provenit appellatio, quatenus eſt defenſio adversùs oppreſſionem, injuſtitiam, & iniquitatem judicii, & ad ſubveniendum oppreſſis inventa, *l.* 1. *ff. de appellat. omnis oppreſſus* 2. *q.* 6. *cap. ſuggeſtum de appellat.* Doctores communiter *in rubr. de appell. in decreta*, præſertim Panorm. *n.* 6. Mant. 13. Philipp. Fran. *n.* 24. *verſ. ſed tamen dubitatur.* Biſignet. *deciſ. ſic. n.* 3. *de appella* Soci. *conſil.* 39. *capit. primo, n.* 9. *lib.* 4. Alexander. *conſil.* 113. *viſo themate, num.* 5. *lib.* 5 Marant. *in ſpecul.* 6. *p. in verbo & quandoque appellatur, numero* 247. *fol* 496. Paz. *in praxi, in proœmio,* 6. *part. tom.* 1. *numero* 6. & 7. Eſcacia *de appella. quæſt.* 16. *numero* 4. & *in eadem q.* 16. *limita.* 1. *à numero* 21. & *quæſt.* 3. *ſub numero* 1. Damauder. *in prax. cap.* 229. *numero* 3 Rebuff. *n.* 2. *tom. de reſcript. in præfatione, numero* 161. Covarr. *in practica, cap.* 23. *numero* 6. Penel *in repeti. lib.* 2. *Cod. de reſc. n. vendit* 1. *n. rubr. cap.* 2. *numero* 2. quæ quatenus eſt defenſionis ſpecies, non denegatur, etiam excommunicato, Eſcacia *d. numero* 21. *verſ. primo quia*, & plurimos citat *quæſt* 5 *num.* 5. *verſ. exverde tertio*, qui omnes probant, appellationem quoad ſubſtantiam eſſe de jure naturali inductam, quatenus continet defenſionem, quoad ejus tamen formalitatem, & ſolemnitatem eſſe de jure poſitivo, ubi diſputant, quando per Principem tolli poteſt appellatio; tandem dicitur fundamentum popularis libertatis, & defenſionis naturalis: ita tenet Marta *de juriſd.* 1. *part.* 43. *à numero primo.*

Appellatio igitur eſt præſidium innocentiæ, text. 82 *in d. cap. cùm ſpeciali,* §. *porrò*, ibi, *ad præſidium innocentiæ*, optimè *in proœmio, tit.* 23. *p.* 3. & eſt inventa ad ſubveniendum oppreſſis, & corrigendum iniquitatem judicis, ſcribit Socin. *in conſ* 39. *cap.* 1. *numero* 9. *lib.* 4. Rebuff. *tit. de appellatio. in præfatione, num.* 17. *& ſequentibus, tom.* 2. Eſcacia, *de appellat. quæſt.* 3 *ſub n.* 1. Cæſar Contar. *in l. unica, in ratione dubitandi, num.* 3. & 5. *C. ſi de momenta. poſſ.* & Divus Bernard. teſtatur *in lib. de conſideratione ad Eugenium*, appellationem eſſe grande, & generale bonum mundo, idque tam neceſſarium hominibus quàm Sol mortalibus: nam Sol juſtitiæ eſt pandens, & redarguens opera tenebrarum, & Eccleſia Romana ad hunc effectum eſt refugium omnium oppreſſorum, inſtar David Regis, qui dicebatur oppreſſorum recurſus, lib. 1. Regum cap. 22. Omnis qui opprimebatur à Saüle, recurrebat ad David, & habetur *in c. ad Romanam* 2. *q.* 6. ubi ad Romanam Eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſſis appellandum, & concurrendum eſt, quaſi ad matrem, ut ejus uberibus nutriantur, authoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releventur, textus etiam *in d. cap. omnis oppreſſus, eadem cauſa & quæſtione.*

Qui quidem recurſus, cùm ſit ſpecies defenſionis 83 naturalis, à nemine impediri poteſt. Minodous *deciſione* 27. *numero* 2. optimè dicit Marta *de juriſdiction.* 4. *part. centu.* 1. *caſu* 56. *numero* 6. *verſ. tamen non poſſit*, ex quo inferas quod in noſtris terminis probat noviſſimè Torre-Blanca *in tractatu de magia, lib.* 3. *cap.* 26. *numero* 5. *& ſequentibus*, quòd hæc cognitio violentiæ, cùm fundetur in jure naturali immutabili, tolli non poteſt, ex qua etiam doctrina rectè infert Doctor Marta, & Minodous locis citatis, quòd prohibita appella- 84 tione, non cenſeatur prohibitus recurſus, idem Minodous *in deciſio. Neapolitan.* 42. Abb. *in cap.* 1. *de reſcript.* & latè per Lancelot. *de attentat. tit. de attenta. pendente recurſu, cap.* 19. ubi *num.* 21. poſt alios teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, & per Menoch. etiam *de arbitra. judic. lib.* 1. *quæſt.* 70. Igitur judicibus eccleſiaſticis impedientibus oppreſſo hunc recurſum ad ſanctam Sedem Apoſtolicam, tam ſalubri remedio, & auxilio uti, adverſus iniquitatem ſuæ ſententiæ, & in contemptum ejuſdem ſedis, denegando delationem legitimæ, & juſtæ appellationi, intentantibus exequi, & interdum de facto, & attentatè exequentibus, uſurpando ſuperioris authoritatem, & juriſdictionem, cùm ſua per appellationem ſit ſuſpenſa, & in ſuperiorem tranſlata; juſtiſſimè poterit Princeps ſupremus, & ejus tribunalia reſiſtere, vim repellere, & violentiam propulſare, imò ad id tenetur occurrendo oppreſſioni ex debito officii, & charitatis, cujus auxilium charitativum dicitur. Ozaic. *deciſ.* 116. Seſe *de n.* 8. & 3. *n.* 20. & profitentur Doct. ſupracit. n. 16.

Quod & ex eo probatur, nam ſi ex principio juris naturalis cuilibet permittentis ſui, ac ſuorum defenſionem, & vim vi repellere, ut à principio hujus tertii præludii, poteſt oppreſſus de facto reſiſtere judici injuſtè & debitè exequi tentanti ſuam ſententiã, legitima appellatione ſuſpenſam, ut tradunt Bald. *in l. addictos, n.* 2. *C. de epiſcopali audient.* Abb. *in c. ſi quando*, *n.* 2. & Feli. *num.* 2. *verſ. fallit primo*, Decius, *num.* 13. Pellamera, *n.* 1. *verſ. tertio, de off. delegati*, per text. & ibi B. *in l. prohibitum, C. de jur. fiſci, lib.* 10. & Barthol. Humad. *in l.* 13. *tit.* 1. *p.* 2. *gloſſ.* 5. *num.* 2. *ad med.* Alphonſ. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 11. *ex n.* 3. *l.* 2. *novæ recopil.* Avil. *in c.* 3. *prælim. in gloſſ.* in verbo *juriſdictio, n.* 13 *in fin.* pulchrè Lancel. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *ampliatio.* 20. & *in limit.* 1. *n.* 100. *p.* 218. Marant. *in diſp.* 1. *n.* 38. Proſper Farin. *in tract. crimin. q.* 32. *n.* 88. & *q.* 33. *num.* 108. Cæned. *in quæſtionibus Canonic.*

p.45. n.22. Aloys. Ricc. *in tract. decis. implora. bra h. sæcul. decis. 312. sub n.1. vers. amplia rursus*, à fortiori, & cum nullo scandalo, poterit judex ecclesiasticus resisti, & impediri à potestate Regia (cum ex necessitate officii hoc incumbit) ne pendente appellatione legitima procedat ad effectum tollendi violentiam, nec alicui fiat injuria, censuris opprimendo, præjudicando, vim inferendo, & superiori reverentiam denegando, vique oppressos liberandi à violentia, potentia judicum ecclesiasticorum, ne pax publica turbetur, in maximum
86 Reipublicæ, & Pontificis contemptum, & dedecus, donec summus Pontifex debitum auxilium præstet, mediante appellatione, cujus magis interest, ut hic saluberrimus recursus conservetur, juxta mirabilem text. *in l.1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris*, dum ibi inquit Ulpian. Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi, sed Dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui justè deprecantur, *&c.* quam rationem considerant omnes hanc violentiæ justificanem tractantes supra citati num. 16. Cæned. *ubi proximè, & n.4.* post Didacum Perez.

87 Sed hoc argumentum aliter, noviter, & meliùs considerandum erit, nam vim passus, si per se non potest violentiæ, & oppressioni resistere ex defectu potentiæ, licitè, ac jure permittente, poterit ad eam propulsandam in auxilium convocare servos, amicos, familiares, & extraneos, in sui, ac suorum defensionem; hic est mirabilis text. *in c. dilecto, de sent. excomm. l.6.* glos. *in l.3. §. cum igitur, de vi, & vi arma.* Bal. *in l.2. de procurato, B. in l. devotum, C. de met. l.12. l.7. tit.10. p.7.* ubi Greg. Lopez, Marant. *disput.1.* ubi docet idem etiam procedere contra clericos, & in terminis idem post alios probat Torreblanca *in tract. de magia, lib.3. c.26. n.8.* ergo à fortiori multo commodiùs & meliùs poterit invocare auxilium Regium, cujus authoritate omnes reprimuntur audaciæ, violentiæ levantur, & oppressi proteguntur; cujus proprium, & naturale officium est, infixum & inhærens regimini commisso, à quo avelli non potest, nisi sublato regimine, quod sequitur sicut umbra corpus, visus oculum, qualitas subjectum, est enim supremæ potestati qualitas naturalis, simultaneè orta, ab eadem origine, & forte procedens.

88 Hinc etiam provenit, ut pariter naturale sit omnibus vi oppressis supremorum potentiam invocare, juxta illud Isaiæ c 38. Domine vim patior, responde, *&c.* & alia divinæ Scripturæ loca relata suprà in primo præludio, ad princip. & quotidie experimur, cùm orta dissensione inter quoslibet, etiam pueros, oppressum Regis auxilium vocare dicentem, *à qui del Rey*, qui omnino ex debito charitatis, & omni jure, tenetur præstare, & occurrere; est *in d.c. dilecto*, ibi. Et quidem cùm liceat cuilibet, suo vicino, vel proximo, pro repellenda ipsius injuria, suum impertiri auxilium, imò si potest, & negligit videatur injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ, *&c.* text. *in cap. inferenda. cap.4. & ibi gloss. de sentent. excommunic.* ibi; & ad defensionem clericorum, (quidquid dicas de laicis) quilibet tenetur, quia hoc pertinet ad publicum, *prima d.* & alios concordantes adducit gloss. *in d. cap. dilecto ubi vicino*, &c. & est mirabilis gloss. *in d. cap. dilecto*, verbo *sibimet*, & verb. *utrumque*, maximè verb. *suffragari*, ibi, sed hîc loquimur de exequutione ipsius gladii, (scilicet temporalis) non in modum justitiæ, sed defensionis, quæ sunt aureis literis describenda verba, de quo tamen inferiùs suo loco videbimus.

89 Et iis adde, quòd quando, aliquid fieri licet propria authoritate, ut vim vi repellere, & propulsare, multò magis licet illud facere per judicem incompetentem, ubi competentis copia haberi non potest, ut aliis relatis tradit Cancer 2. *p. vari. cap.10. n.31.* Cæned. *canon. q.45. n.23.* & cùm ob longam distantiam non potest haberi copia Romani Pontificis, ad quem magis frequenter appellatio interponitur, ut inhibeat judici inferiori, ne ad exequutionem violenter procedat illa pendente, & attentata reponat, ut inferiùs dicetur, legitimè fier, hoc violentiæ levamen per Regalem potestatem, cui hoc munus competit.

Et in nostris propriis terminis, quòd quando pars 90
potest judici ecclesiastico de facto exequi volenti, violentérque & indebitè (propria authoritate) resistere, & defendere, ut urbaniùs facit, recurrendo ad Regium consilium, ut protegatur, & faciat deferre appellationi interjectæ; pluries determinasse Rotam Romanam reperio, ut in una Salmant. canonicatus 24. Maii 1515. coram Blanqueto *ibi.* Non obstat exceptio excommunicationis propter recursum ad Consilium Regium, nam iste recursus hoc casu ad defensionem propriæ possessionis, & appellationis admissionem, non est improbatus. Achil. *de. if.36. de appell.* Urbaniùs enim ager, cùm possit de facto judici procedenti de facto resistere, Paris. *cons. vit. lib.4.* & fuit dictum in illa Taracon. Villæ de Reus coram R P.D.meo Decano, *&c.* Hactenus de tam celebri, & mirabili decisione, quam ad litteram adducit Sese, aliud agens *in tract. de inh. bit. cap.8. §.3. n.174.* aliã etiam in terminis adducit Achill. de Gratt. *decis.34. attentare noluerunt, sub. tit. de attent.* Mand. *tract. de commiss. n.14. formul. comm. attentato*, in verb. *revocandi q.4.* optimè, & mirabiliter Lancelot. Robert. *de attenta. 2. p. c.4. de attent. lite pendent. à n.36. & seqq.* ubi *n.38.* testatur ita fuisse declaratum per Rot. in una Cæsar-Augustana juris eligendi corã Oradino 7 Februarii 1561. & in alia Vercellen. jactationis parochialis de Aldeo coram Paleoto 27. Junii 1561. ut est in recollectis, per eundem Paleot *decis.362. incipit, Dubium erat*, &c. & nos latiùs dicemus inferiùs hoc eodem præludio.

Cui convenit, quod per Olivanum dicit Sese *in epistola ad Regem, sub n.70. in 2. tom. decis. ad princ.* quòd data in ecclesiasticis judicibus, aut personis, violentia, cessant omnes juris regulæ, cùm tendat ad conservationem pacis, & quietis Reipublicæ Christianæ Cui etiam convenit, quod Avendanus *de exequend. mandat. 1. p. c.1. n.32.* dicit, quòd violẽtia illata à judicibus ecclesiasticis, Ecclesiis, aut personis ecclesiasticis, & præsertim laicis, est causa, ut devolvatur jurisdictio ad judicem sæcularem, cujus proprium officium est violentias tollere, idem etiã affirmat Sese *in tract. de inhibition. cap. 8. §.3. n.62. & in d. epistol. ad Regem, n.71.* & quod dicunt, *jurisdictio*, intellige potestas, & cognitio extrajudicialis absque umbra jurisdictionis, sed dumtaxat de facto.

Hoc etiam comprobant Anton. Oliva. *in tract. de jure fisc. c.3. n.77.* Petr. Greg. Tholos. *in Syntag. jur. lib.47. n.12. & 15.* dicentes, quòd cùm ab origine creationis Regni sit Regi à Deo commissa omnium Vassallorum defensio, ad quã de jure naturali, & divino tenetur, à qua temporali jurisdictione deducta fuit exemptio clericorum, ut diximus latiùs in prælud. 1 vers. & comprobatur, quia Principes, *&c.* à n.49. & suprà à princip. quæ inducta fuit ad utilitatem cleri, & Ecclesiæ, non ad ejus ruinam, damnum, & detrimentum, prout contingeret, si per violentias gravatus, & vi oppressus à judicibus ecclesiasticis, non haberet recursum ad Regem, & Principem temporalem, ad cujus exhibitionem tenentur jure naturali & divino, quod inviolabile est. Concurrentibus enim iis duobus præceptis, ecclesiastico, petente exemptionem, divino autem, & naturali petente defensionem contra violentias, & oppressiones; clarum est, quod jus Pontificium, ut positivum cedet divino, & naturali, ut potentiori, & incommutabili, & sic isto casu cessante fini, & intentione exemptionis potestas, & attributum illud naturale Regibus competens, dato casu violentiæ ecclesiasticorum judicum, redibit ad suum primum principium, & originem, unde deductum fuit,

&

& ad Rempublicam temporalem, cum integra in illo casu, authoritate, & potestate, quanta scilicet sit necessaria, ad naturalem defensionem dumtaxat, prout eleganter comprobat post Olivar. & Petr. & Gregor. Ceval. *in epistol. ad Regem, n.76. & seqq.* ubi in comprobationem juridica exempla refert, & iterum *in tract. de cognit. per viam violent. in proœmio, c.4. n.15.* licèt contra ipsum insurgat & improbè, Sese *in epist. ad Regem, à n.112.113. & 114.*

92 Insuper pro complemento hujus juris naturalis dicendum est, *ex c. dilecto de sent. excom.6.* ibi, Sitque utrumque quodammodo gladium & temporalem, & ecclesiasticum, alterum videlicet altero adjuvare, maximè, quia ij duo gladii consueverunt (exigente necessitate) sibi invicem suffragari, & in juvamen alterius subventione mutua frequentiùs exerceri, &c. qui textus loquitur de propulsanda violentia, quia Princeps temporalis, ibi ob defectum, & impotentiam jurisdictionis ecclesiasticæ, tenetur auxilium suum præstare, gl. *in c. statat. in verbo potestatem. de maled.* Bellug. *in speculo Princ. rub.11.§. tractandum, n.1.* Franc. Marc. *in decis. 269. in princip.1.* Unde dicit Innoc. & gl *in c.1. de off. ord.* quòd per potentiam sæcularem adjuvari debet potestas ecclesiastica, ut voluit etiam text. *in c. administratores, cum seqq. 23. q.5.* Archidi. *in c. de perso. Presb. 11. q.1* Bald. *in l. C. de his qui lat. occult.* Fel. *in c. significasti, de off. deleg. & in c. cùm sit generale, n.8. de for. Compet.* Franc. Marc. *d. decis. 269. 13. & de in. 763. p.1* Oldr. *cons. 86. 89. & 319.* Feder. de Senis *cons. 251. n.5.* latè prosequitur Aloys. Ricc. *in pract. decis. imp. orat. brach. sæcul. dec. 319. per totum* ubi post plurimos, quòd potestas temporalis suum auxilium omnino impartiri debet, & tenetur: ergo cùm judex ecclesiasticus violat jurisdictionem ecclesiasticam, superiorisque ad quem per legitimam appellationem devoluta est, usurpet, vim faciendo, & partem gravando; bene poterit Princeps superioris jurisdictionem adjuvando, & auxilium impartiendo, vim tollere, ut liberè superior Ecclesiasticus adiri possit.

93 Maximè quia judici ecclesiastico volenti exequi suam sententiam, à qua legitimè appellatum esse constat, cujus virtute sua jurisdictio suspensa remansit; potest, imò tenetur sæcularis potestas, suum auxilium denegare, tenet Oldrad. *in cons. 89. n.3.* Marant. *disput. 1. num. 26.* Franc. Marc. *decis. 259. sub numero 1. in 1. p.* Alberic. *in l. Episcopale, num. 3.* & ibi Paul. de Cast. *sub num. 4. C. de Episc. audient.* S Broz. *in tract de vicar. Episcop. lib. 2. c. 190. n. 11.* Gramatic. *cons 109. in causa vertente, n. 17. & per totum in civilibus.* Ursil. *in decis. 24. de materia, n. 16* & Dec. *in c. significasti, n. 15. de off. delegat.* Gail. *observat. 115 n.4. l. 1. practic. observ.* communem dicit post Abb. & Fel. Afflict. *in proœm. const. Reg. sub n.54.* Menoch. *de retinen. rem. 3. sub n. 360,* ubi intelligit, quando appellationi nihil obstet. Navarri. *in c. cùm contingat, rem. 1. sub num. 5. de rescript.* & Roland. à Valle, *cons. 37. n.13. vol.1.* hoc extendit Aloys. Ricc. *in prac. de imp. implorat. brach. sæcul. decis. 312. n.1. & 2.*

94 ut procedat, etiamsi judex sæcularis sciret, appellationem non esse receptam à superiori ecclesiastico, cùm tamen eam de jure debebat recipere, & declaratum ita fuisse, testatur Afflict. *in proœmio const. Reg. sub n.61.* ergo illi poterit Princeps resistere, exequenti injustè, abutendo potestate, & jurisdictione Ecclesiastca competente Pontifici, qui ob longam distantiam huic periculo occurrere non valet, eique potestas sæcularis debet auxiliari, ut vis tollatur, debitus ordo servetur, & honor judicibus deferatur.

Por derecho, *de Divino interpretandum.*

95 NOn solùm de jure naturali pertinet supremis Principibus, violentias tollere, & vi oppressos liberare, atque defendere; sed etiam mero jure divino attributum reperitur, juxta illud Hieremiæ cap. 21. ubi Dominus loquens domui Regis Juda inquit: Judicate manè judicium, & eruite vi oppressos de manu calumniantium. Et expressiùs disponitur, ex eodem Hierem. c.22. ibi: Audi Verbum Domini, Rex Juda, qui sedes super solium David, facite justitiam, & liberate vi oppressos de manu calumniatoris. Et comprobat illud David. Ps.81. quo dicitur: Judicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem justificate: Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, & iterum in Psal.40. ibi: Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus: Dominus conservet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus: Dominus opem ferat illi, *&c.*

Idem etiam docet S. Leo Papa *Sermone 2. de jejunio 10. mensis, & collectis,* ibi, Studeamus viduarum defensioni, pupillorum utilitati, lugentium consolationi, diffidentium paci, suscipiatur peregrinus, adjuvetur oppressus, ut quicumque nostrorum de justis laboribus, authori bonorum omnium Deo, sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem Regui cœlestis præmium percipere mereatur, *&c.*

Probatur etiam per Isaiam c. 45 ibi: Christo meo Cyro cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes & dorsa Regum vertam, *&c.* Sequitur & facit in vers. Accinxi te, & non cognovisti me, quia in bellando non habuisti oculum ante Deum, ego tamen totum ordinavi ad liberationem populi mei. Sed quid hic immoramur, hunc articulum latissimè comprobavi, suprà in prælud. 1. per totum, adducens ad idem plures sacræ Scripturæ authoritates, probantes à Deo datum esse regimen Principibus supremis, hoc fine, hac qualitate, & attributo, populum, rempublicam, & vassallos defendant ab oppressionibus, & violentiis, & in quiete, & pace conserveur, & tueantur. & facit *l.1. in fin. tit.1. p.2.* ¶ *Que el Emperador es Vicario de Dios en el imperio, para hazer justicia en lo temporal, assi bien como el Papa en lo spiritual.* &c. & probatur *in proœmio, p.2.* ibi, *è assi puso Dios en la tierra a los Reyes è Emperadores, porque dé otra suerte se turbaria la paz de la Republica,* & quòd Principes temporales teneantur de jure divino tollere violentias suæ reipublicæ etiam inter ecclesiasticos, tenet Sese *de inhib. c.8. §.3. n.60. & 58* Cov. *pract. c. cap.35.* Greg. Lop. *in lib.13. tit. 13 p.2.* Azev. *in d.36.* Gasp Rodr. *de annuis reditib. t.1. q.17. n.8.* & ferè omnes Doctores de re hac tractantes, & quòd Princeps cùm possit resistere, & defendere oppressum, si non faciat, & deneget hoc charitativum auxilium, peccet, conatur post hæc probare Ceval. *in tract. de cognitione per viam violentiæ, ad ff. 5. a n.38. & seqq.*

Probatur etiam Actuum Apostolor. c.23 quo legimus, D. Paulum oppressum à Judæis timentem ab eis in ejus necem conspiratis, occidi; unicum adolescentem, qui indicaret Tribuno Judæorum consilium perdendi & occidendi eum, ex quo dicit Mart. *de jurisd. 1. p. c.48. num.28* quòd ubi datur moræ periculum, melius est haberi recursum ad Regem; & alibi etiam evidentius apparet Actuum Apostolorum c.25. quo docemur, ipsum Paulum, ob magnas violentias, injurias, & oppressiones, sibi à Pharisæis illatas, potentiam Cæsaris convocasse, *ibi.* Ad Tribunal Cæsaris sto. Eò. authoritatem etiam Divi Petri. & Pauli adducunt Octav. Chap. *in decis. Pedem. 3. n.8. 9. & 10.* Azev. *in l.2. tit.6. lib.1. recop.*

Por derecho, *ulteriùs de canonico, & positivo interpretandum.*

96 NOn solùm ex principiis juris naturalis, ac etiam divini, supremæ Regiæ Majestati facultas, & potestas

testas tollendi violentias inter Ecclesiasticas personas, & ab Ecclesiasticis judicibus illatas, competit; sed etiam jure positivo, & Canonico, ut testantur omnes Doctores supracitati in introductione hujus c.n. 16. & in discursu relati, & referendi, quorum fundamenta non erubescam referre, ut in hoc proposito dixit Cæned. *can.qq.q.45. sub num.3.* tum quia sunt utilia,& elegantia,tum etiam & præsertim quoniam cùm de hujus materiæ casibus particularibus, & individuis difficultatibus, sit præcipuus sermo, & tractatus noster, necessitate ductus de justificatione potestatis Regiæ erit præmittendum, quia cùm de uno disputatur, cætera supponi debent habilia, est text. *in c. cùm nuntius, de testib. Titius, ff. de obsequiis liber.* Mant.*tract.de contract. tom.1.lib.12. tit.22. n.9.* ubi unum disponitur, aliquo supposito non verificatur dispositio, nisi priùs verificetur suppositio.

97 Primò enim expendi solet à Doctoribus text. mirabilis *in cap. Regum offi ium 23. q.5.* illius determinationem usque ad sidera(debito modo)exclamantibus, quo ita dicitur: Regum officium est proprium facere judicium, atque justitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos,& peregrinis, pupillis, & viduis, qui facilius opprimuntur à potentibus, præbere auxilium. (Ecce textum mirabilem, probantem potestatē Principis præstantem auxilium vi oppressis,ex quo textu junctis iis, quæ latissimè in præludio primo, & cæteris diximus, satis deducitur proprium esse Principis tollere violentias,ne pax publica turbetur, ut adhæreat medullis regiminis, & coronæ, ita ut unum sit effectum inseparabile, & indivisibile, à quo nec avelli, nec tolli potest etiam dempto jure,& consuetudine)nisi ea causa, & ratione,qua potest Rex supremus Regno,& regimine privari, & tolli, non aliter; quia tunc tamquam quid connexum,vel potiùs essentiæ ei inhærens,& qualitas non accidentalis; sed omnino naturalis deficit, sublato principali, quia Regum officium est proprium, *&c.* ita ut hæc potestas cognoscendi per viam violentiæ, sit de Regalibus,& de reservatis Principi superiori in signum supremæ potestatis. Ita Camill.Borrel. *de Reg. Cathol. præstant. c.5.n.7.& in n.26.* à quo avelli non potest, nec usurpari, nisi ejus nomine, & concessione faciat personam ipsius Principis repræsentans, (prout sunt suprema tribunalia Regia) quibus hæc extrajudicialis cognitio commendata est,ex legibus Regiis, ut faciliùs,citiùs,& commodiùs,tolli possint violentiæ, ac præ manibus charitativum hoc refugium, auxilium, & protectionem, queant vi oppressi habere.

98 Nec obstat quòd ille textus non loquitur de personis Ecclesiasticis, prout de sæcularibus, prout sunt pupilli, viduæ,& peregrini, qui tantùm exprimuntur in d. text. quia ultra id, quòd alia jura canonica de clericis loquuntur, citanda, secundùm quæ hic textus intelligendus,quia quādo aliqua lex loquitur cū aliqua qualitate, ad sui intellectum trahit omnes alias, quæ in illo proposito simpliciter, seu generaliter loquuntur,Alber. de Rosf. *in l.si quis,in prin.tituli,n.2.in 2. oppos.ff.de legat.3.* quo Socin.jun. *in l.cum filiosamil. vers. venio ad apparatum glossæ,n.46.de legat.1.* Card. Mant.*in tr. de contract. tom.1.l.4.tit.23. n.11.* Ulteriùs respondetur,quòd ratio illius textus est generalissima, & licèt Hieronymus ponat exemplum in peregrinis, pupillis, viduis, ex ratione,de qua in eodem text.*ibi*, peregrinis, pupillis, & viduis, qui faciliùs opprimuntur à potentibus.) Nam,ad ea quæ frequentiùs accidunt, jura adaptantur,non excluditur.quòd si inter Ecclesiasticas personas oppressio, & violentiæ detur,non possit Rex suum charitativum auxilium impartiri, ad defendendum vi oppressos, maximè, quia ut superiùs latiùs probavimus, defensio, & protectio clericorum est causa publica, *ex l. si quis in hac aen.§.sitque,C.de sacrosanct.Eccl.* ibi: Sit cunctis laudabile factas Sacerdotibus injurias, veluti crimen publicum prosequi, *&c.* quare *in d. text.* clerici excludi non possunt, cùm ejus ratio generalis sit, nec Regi, cujus proprium officium est vi oppressos liberare, denegari, quod universis concessum est,& permissum, *ex d.§.sitque cunctis, &c.* cùm muros sit Ecclesiæ, & protector Ecclesiasticæ, & Catholicæ religionis, ut suprà diximus latiùs.

Secundò, & pro hac parte, expenditur text. *in cap.* 99
princeps sæculi 23 q.5. ubi dicitur, quòd Princeps sæculi habet intra Ecclesiam potestatē, ut superborum cervices comprimat, quado non est præ manibus Ecclesiasticus,qui præbeant auxilium, ut insinuant ejus verba: Ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt, rigore Principum conterantur, ipsámque disciplinam, quam utilitas Ecclesiæ exercere non prævalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impartiatur.) Ex quo text. fatetur Marta, *in tract.de jurisd.1. p.cap.48.à n.26.cum sequentibus*, quòd quando facilis non potest haberi authoritas Sedis Apostolicæ, vel propter Pontificis multitudinem negotiorum, vel propter loci distantiam, recurri potest ad Regem;ubi loquitur de Ecclesiasticis personis, tenet Sarmient. *proœmio regul. Cancella.* quia proprium Regum officium est vi oppressos liberare.

Nam propter longam terrarum distantiam (unde 100
absque magna difficultate, ac spe oportuni remedii ad superiorem recurri non potest, ad illud consequendum,nempe ut miserabiles tyrannica, & injuriosa oppressione lacessiti tueantur) multa permittuntur,& licita judicantur, quæ aliàs nec permitterentur, nec licita dicerentur, quia dilatio, distantia,aut difficultas, seu impossibilitas recursus, & medelæ, talem tribuunt effectum, cùm frequenter ex mora periculum solet oriri, juxta text. *in cap. pudenda 24. quæst.1.* ibi, nempe is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico illis onerosum fuerat, ordinarii ipsi se invicem, *&c.* text. etiam *in cap. cum longè 63. d.* ibi, cùm longè latéque diffuso tractatu terrarū commeantium impeditur celeritas nuntiorum, text.*in cap.1.29.d.*text.*in c.1.& 24. dist.* text.etiam, *in leg. meditarraneæ*, ibi, ac plus haberet dispendii translatio, quàm devolutionis illatio, *C. de annon. & tribut. lib.10.* quòd tunc dicitur longinquitas, & remotio à 101
curia Romana, quando locus est ultra Italiam, text.*in cap.nihil est de electione*, & probat Gloss. *in d. cap. cum longè, juxta verb. de longinquo*, & de Hispania, imò & etiam specialiter de nostra hac alma ac dulcissima Patria Gallecia, expressè probat, & decidit text. *in dict. cap. cum longè.* Cæned. *in quæst. cænon 45 n.33.*

Qua de causa, potest Civitas oppressa alteri domi- 102
no se defendendam tradere, juris naturalis permissione, B. *in l. Sodales,in lib.3. num.10. ff. de collegiis illicit.* Montanel.*in repertor.super l.Reg.verb.liga.* Aviles *in c.1. prætor. verb. juntaran*, & alii quos ipse Monta. allegat, hac etiam ratione Monachis, Abbatem suum tyrannum detinere, & detrudere permittitur, aliíque non suo judici se subjicere argum. text. *in cap. ab Ecclesiarum, juncta gloss. de off. ordina c. baptisarem 5. d. glos. in cap. sacro,§.caveat,ver.periculo morā, de sent. excomm.* tenent Archidiacon. Ancarr. & Philip. Franc. *in c. constitutiones,de verb. signif.in 6.* Innocen. *in c.olim, de testib. spoliato.* Card. *in clem.1.n.16.ad fin.de off.ordin.* latè Tiraq. *in legib.connub.glos.8. n.9.* & idem Tiraq. *in tract.de retract.§.26.glos.1. n.18.* Doctis. Navarr. *in cap. novit. 3. notat.num.114.& 115.de judic.* Octavian.Chaquer. *decis. Pedemont.68. n.30.* Matiens.*in glos.1.21. n.10. & seqq. tit.10.lib.5.recopil.* quod etiam procedit in privato laico,adversùs laicum:vel etiam judice laico, contra clericum, ubi periculum est in mora, ut cum infinitis Doctoribus resolvit Bobadill *n.polit. lib. 2.* & latè etiam prosequitur *cap.17. num.108.*

Necessitas

Neceſſitas enim, & periculum moræ, caret lege,
103 legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit, quod non eſt, ac judicem incompetentem legitimum facit, multoties alterat, non ſolùm præcepta humana, ſed etiam divina, atque naturalia, *c. ſicut de conſec. d. 1. c. licèt, de feriis, c. diſcipulorum, de conſecr. d. 5. c. anni rumore, & c. ſi nulla neceſſitas 23. q. 8. c. ſecund. de obſervat. jejunii, cap. quanto. de conſuetud. c. quod non eſt licitum, de regul. jur. in 6. l. nemine, C. de religio. & ſumpti. funer. l. 2. C. de patr. qui filios diſtrax. unica & ibi gloſſ. expedire, ff. de off. conſul.* cum multis congeſtis à Tiraquell. *de retract.* §. 1. *gl. 9. n. 32.* & latiùs §. 26. *gloſſ. 1. num. 18. & ſeqq.* & iterum *in tract. de pœn. tempor. cauſſa 33 per totam.* Caſſan. *in conſuetud. Burgun. rubr. 1.* § 4. *gloſſ. 1. n. 26. &* §. 5. *verb. ſi elle n'a grace, n. 15. & ſeqq.* Chaquer. *in deciſ. Pedemon. 68. num. 28.* alios citat Queſſ. *diverſ. q. c. 4. n. 3.* Petrus Greg. *in Syntag. jur. l. p. lib. 3. cap. 8. n. 4.* latè Camil. Gallin. *de verb. ſig. lib. 10. cap. 21. n. 4.* Bobad. *in polit. lib. 2. c. 18. n. 318.* & in noſtris terminis Cæned. *in q. can. 45. n. 26.*

Et quòd imminens periculum, & inſtans neceſſitas non recipiat dilationem, attribuat juriſdictionem, etiam non habenti, cùm tunc à juris regulis meritò recedatur, probat text. *in auth. defenſ. civit. §. audi, l. 2. t. 9. p. 5.* Ab. *in c. cùm non ab hom. n. 15. cum ſequentib. de judi.* & *in c. conſtitutus, n. 9. de appellatio.* Alex. & Immol. *in l. 2. ff. de juriſ. omni. jud.* & *in conſ. 62. diſert. ſ. Doctor. vol. 4.* Suar. *in declaratio. l. 2. for. num. 47. & ſequentib.* poſt repetitio. *l. poſtrem. ff. de re judi.* Bernard. Diaz. *in regul. 496.* Gregor. Lopez *in d. l. par. gloſſ. 2. deciſ. Pedemont. 30. n. 14.* Tallad. *de carcere, cap. 11. §. 1. n. 2.* Caſtell. à Bobadil. *in politic. lib. 2. cap. 21. num. 71. &* cap. 17. *a n. 109. cum ſequentibus*, & iterum *d. lib. 2. c. 18. n. 318.* Mart. *in tractatu de juriſdict. 1. p. cap 48. à n. 27.* ubi *à num. 28.* dicit quòd ob moræ periculum, aliquando quem ſubjici judici non ſuo, & ob id non ſit conſulendus ſummus Pontifex, Ab. *in c. non metus, col. penult. verſ. putarem, & col. ult. in verb. puto, de immunit. eccleſ.*

104 Quod & idem eſt, quando judicis eccleſiaſtici ſuperioris datur remiſſio, vel negligentia, quia tunc Rex poteſt adiri, quia in Eccleſiaſticos poteſtatem habet, ut ex Alexan. Decian. Bellug. & aliis tenet Bobadill. *in in d. c. 18. num. 93.* & Mart. *ubi proximè, à num. 25.* igitur cum in noſtro caſu longa ſit diſtantia, & aditus ad Romanam Curiam, ita ut ab ea defenſio adiri non poſſit; ad impediendum judicem Eccleſiaſticum, ne ſententiam violenter, & attentatè exequatur, legitima appellatione ſuſpenſam, abſque imminenti periculo poterit recurri ad Principem temporalem, pro tollenda hac vi de facto, extrajudicialiter, & abſque juriſdictione, quia ut dicit Iſidor. *lib. 3. de ſum. bon. c. 35.* Principes ſæculi nonnunquam intra Eccleſiam poteſtatis ademptæ culmina tenent, ut per eandem poteſtatem, diſciplinam Eccleſiaſticam muniant.

105 Hic autem forenſis uſus, & praxis, qua Regis conſiliarii utuntur, non ſolùm his rationibus juſtificatur, ſed præcipuè, propter maximam utilitatem, quæ Reipublicæ accedit, prout experientia rerum magiſtra docet, & veruſtas antiquiſſima ſuadet, aliter enim, ſi hoc remedium, & auxilium adversùs judices Eccleſiaſticos non adhiberetur, graviſſimè opprimerentur innocentes à judicibus Eccleſiaſticis, qui à Romana Curia longè diſtant, & ſic interim contra Canonum ſtatuta, poteſtate, & juriſdictione Eccleſiaſtica abuterentur, exequendo ſuas ſententias juſtas ſeu injuſtas (ſpreta, & neglecta legitima appellatione) pro qua ſententia etiam expendo text. *in cap. ſi quis fecun. 79. d.* ibi, & humano auxilio, dixit Ceval. *in q. 889. q. 140. & 148.* tenet Navarr. *in c. cùm contingat, 1. tom. f. 147. verſiculo ſecundofacit*, plures allegando optimè proſequitur Henriq. *l. 14. c. 12. num. 6. in gloſſ. in littera* S. Chaquetia *deciſ. 3. n. 14.* Cæned. eleganter *in præſt. quæſt. cap. 45. ſub. num. 35.* cui addit, quòd dum remedium à Romano Pontifice adhiberetur, fideles periclitarentur, & ſcandalum ſubirent, ſe & amicos, vel vicinos excommunicatos ubi etiam, *n. 34* refert Didac. perpulchrè dicentem, *in lib. 6. cap. 3. tit. 13. pag. 716.* & Princeps, & ejus ſacrum conſilium ſupplet defectum juſtitiæ inferiorum totius regni, ſive inferentes vim & oppreſſiones, ſint judices, Domini temporales, ſive Eccleſiaſtici, cùm non adeò celeriter ſit aditus ad Papam, pro violentia repellenda, & ſi interim de vi, ac violentia, Rex non cognoviſſet, ac opportunè (prout ſolet) providiſſet, plura mala, ac vexationes partium oppreſſarum ſequerentur, & ideo ne vis fiat (dicunt) ſemper recurrendum eſſe ad Curiam Principis.

Tertiò probatur *ex cap. omnis 7. q. 1.* ubi negantes 106
auxilium vi oppreſſis, videntur quodammodo Chriſtum Dominum Deum noſtrum perſequi *ubi*, omnis qui gemebat, & vexabatur à Saül, fugiebat, & veniebat ad David.) Si Rex piiſſimus David ſciret peccatum eſſe fugientes perſequutionem, & ſic proprium officium Regis eſt, vi oppreſſos, & eos qui perſecutionem patiuntur liberare, & defendere, cùm ſit talis defenſio naturalis, ut *in l. ut vim, ff. de juſtitia, & jure*, pro qua opinione eſt formalis text. *in c. paſtoralis de homic.* ubi licitum eſt implorare Regis auxilium, contra detinentes decimas, *ibi*, quæſiviſti præterea utrùm contra quoſdam debitores Eccleſiæ decimas ſubſtrahentes tibi Regiam implorare liceat poteſtatem, & licere ſupponit Pontifex ibi, idemque docet Leo Papa *in epiſtol. 75. ad Leonem Auguſtum*, ibi: Debes, inquit, Imperator, inconcuſtanter advertere Regiam poteſtatem tibi non ſolùm ad mundi regimen, ſed maximè ad Eccleſiæ præſidium eſſe collatum, ut auſus nefarios comprimendo, & quæ bene ſunt ſtatuta defendas, & veram pacem, his, quæ ſunt turbata reſtituas, *&c.*

Quartò facit text. *in c. Maximianus 23. quæſt. 3.* 107
ubi Reges & Imperatores tenentur præſtare auxilium Eccleſiæ, *ibi*: Maximianus Epiſcopus Vaſienſis auxilium petit ab Imperatore Chriſtiano, contra hoſtes Eccleſiæ, non tam ſui ulciſcendi cauſa, quàm tuendæ Eccleſiæ, ſibi creditæ, quòd ſi prætermiſiſſet, non ejus fuiſſet laudanda patientia, ſed negligentia meritò culpanda, quia manus Regia, & ejus auxilium eſt murus fortiſſimus Eccleſiæ, eſt pax clericorum, ſalus populi, propugnaculum, præſidium, & tutela Chriſtianæ religionis.

Quintò facit text. *in c. petimus 11. c. 1.* ibi: Ad que- 108
relam nondum laici, ſed etiam clerici pati violentiam à ſuo Prælato, poteſt rector Provinciæ, & defenſor civitatis ſuum officium imponere, ut conſtito de violentia reducat ſpoliatos, & vi oppreſſos ad ſuam poſſeſſionem.) Quod audivi ſervari, de conſuetudine in Regno Portugalliæ, ubi non ſolùm Regii auditores, ſed quilibet prætor Regiæ coronæ in ſua provincia cognoſcit de ſimilibus cauſis per viam violentiæ, quod eſſet maximè conveniens in hac noſtra Hiſpania ne tot expenſis litigatores vexarentur recurrendo ad ſupremum Conſilium, vel ad Cancellarias, ex partibus remotis, ſed jam duru eſſe, ab hac tam veruſtiſſima praxi recedere, maximè quia illud tangit ſupremam juriſdictionem, & protectionem, quæ aliis judicibus inferioribus non conceditur.

Sextò aſtipulatur hæc opinio, & indubitata ſenten- 109
tia, ex text. *in c. adminiſtratores 15. quæſt. 3.* ibi: Adminiſtratores ſæcularium dignitatum, quia ad Eccleſiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem conſtituti proculdubio eſſe debent, quoties ab Epiſcopis, & Eccleſiaſticis viris conventi fuerint, eorum querimoniis auditis audiant, & ſecundùm quod neceſſitas expedierit, abſque negligentia examinent, & ſtudio diligenti corrigant.

Septimò

110 Septimò facit pro hac ſententia text. *in c. Chriſtianis* 11. *q.* 1. ibi : Deſervientibus beneficium negare non convenit. Sylveſter, atque Fauſtinian. qui ſe à cunabulis clericos confitentur, à Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur, & ibi & per authoritatem Regiam contra leges publicas, cùm clericali cingulo olim tenerentur aſtricti, per Archidiaconum urbis Grumentinæ eſſe conventos, cùm conſtat, eum qui cœleſtem militem pulſat, non mihi ejus forum debere ſectari, & ibi ſublimitatis tuæ tuitione vallaretur, ne quid illis, quod ſubreptio, aut inimica legibus violentia neceſſitatis imponat (eccè ubi violentia, de qua Rex poteſt cognoſcere, eſt inimica legibus) & ſic juſtis de cauſis ad tollendam dictam violentiam, ut jus ſuum unicuique tribuatur, Rex noſter, & ſui graviſſimi, & integerrimi auditores cognoſcere poſſunt, in dictis cauſis ad tollendam vim ſine præjudicio cauſæ principalis, cujus cognitio pertinet ad judices Eccleſiaſticos, & non ſæculares.

111 Octavò confirmatur ex text. *in c. filiis, vel nepotibus* 16. *q.* 7. ubi conſtat Epiſcopis, vel Archiepiſcopis negligentibus punitionem illorū qui bonis Eccleſiaſticis abuntur, poſſe Regem adire, ut illo malo medeatur, *ibi* : Quòd ſi alia Epiſcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc inſinuari procurent, ſin autem metropolitanus talia gerat, Regis hæc auribus intimari non differant. (Ubi gloſſa verbo *Regis* intelligit,) ubi judex Eccleſiaſticus negligens eſt, quod contingit, quando non ſolùm propter negligentiam, ſed propter notoriam violentiam procedendo de facto, & contra jus cauſa deferatur ad Regia tribunalia, ubi tollitur vis, donec cauſa principalis de jure coram Romano Pontifice ventiletur, in quo jurisdictio Eccleſiaſtica non læditur, imò potiùs augetur, ut ſuprà probatum eſt.

112 Nonò fulcitur iſta ſententia *in c. quidam Monachi* 16. *quæſt.* 1. ubi adversùs Monachos, qui ſine licentia ſuperioris vagantur, poteſt poteſtas ſæcularis procedere, præbendo auxilium, adversùs perturbationem tranquillitatis Eccleſiæ, *ibi* : Statuit igitur ſancta Synodus hos primùm commonere, ut exeant, ac inde per defenſorem compelli, ad ſua loca redeant.

113 Decimò etiam jure civili probatur, *ex l. fin. C. de ſumma Trinit. & fid. Catholic.* ubi dicitur Regiam poteſtatem ad hoc inter cætera eſſe inſtitutam, ut ſanctorum Patrum decreta ſalubertima exequutioni demandari faciat, & inviolabiliter obſervari. Et hinc eſt quòd manus Regia manus eſt Eccleſiæ, ut optimè inquit Bellug. *in ſpecul. Princip rubr.* 11. §. *tractandum*, & Ariſt. ad Alex. ſcripſit in hæc : Juſtitia regentis utilior eſt ſubjectis, quàm fertilitas temporis, quem refert Roy. *in epitom. ſucceſſ. c.* 34. *n.* 10. & facit *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 2. *recop.* ibi : *Y a los Reyes y Principes encomendo Dios la défenſion de la Santta Madre Yglesia.* Reges enim defenſores Eccleſiæ, & religionis apellantur, *in d. c. Princeps*, & ſecundùm Eſaiam c. 49. nutritii dicuntur, & facit illud Judæ Regis, 4. Reg. cap. 12. qui juſſit pecuniam ablatam ad tutelam templi erogari fabris, ac cæmentariis, quia Sacerdotes, quibus id commiſſum erat, negligentes in erogatione hac ſtetêre.

114 Undecimò probatur, quia ordinarius judex ſubditos ſuos defendere tenetur, *l. illicita, in prin. & in* §. *ne potentior*, & ibi Bald. *ff. de off. præſidis*, ubi notatur ad officium judicis ſpectare providere, ne alicui violentia fiat, nec potentiores minùs potentes opprimant, ubi Bald. *in fin.* inquit, quòd judex facit magnam eleemoſynam apud Deum, quando pauperes tuetur, ne opprimantur, & cùm Rex ſit ordinarius in regno ſuo, quia omnes ſæculares juriſdictiones ab ipſo fluūt, & ab ipſo defluunt, ſicut flumina ad mare, ut per plurimos Doctores latè comprobit Azeved. *in l.* 3. *gl.* 1. *tit.* 5. *l.* 3. *recopilat.* Sequitur inde eum debere violentias excutere, & in tuitione oppreſſos conſervare, & ſic in hoc apud Deum facit eleemoſynam, ex quo provenit, quòd hæc extrajudicialis protectio charitativum auxilium, & defenſio dicatur, ſecundùm Matthæum de Afflict. *in conſtitut. Reg. Siciliæ, rubr.* 67. *c. fin. n.* 11. *lib.* 1. Avenda *de exequen. manda, 1. p. c.* 1. *n.* 32. *verſiculo nam pro violentiis, &c.* & per Afflict. & *d. c. petimus.* 11. *quæſt.* 1. *&c. quidam Monachi.* 16. *q.* 1. idem dicit in terminis Mart. *tract. de juriſdict.* 4. *p. cert.* 1. *caſ.* 38. *n.* 20.

Duodecimò comprobatur, nam ſi licet clericis in 115
auxilium legis imperialis aſſumere ex textu *in cap. ſi in adjutor.* 11. *d.* cur itidem dicendum non eſt, ſibi licere, cúrque eis non permittendum, Imperatorem ipſum aliúmve quemlibet Principem adire, cùm ſit lex animata in terris, *auth. de conſulib.* §. *omnib.* & ibi gloſſa.

Decimo tertiò probatur, nam in abuſibus notoriis, à 116
judicibus Eccleſiaſticis factis, eis poteſt, ſi exequantur, per quamlibet perſonam privatam reſiſti, & obviari, text. *in l. prohibitum, l. defenſionis, C. de jur. fiſc. l.* 10. *c. ſi quando, de reſcript.* & tunc abuſus notorius dicitur, quo- 117
ties in actu qui geritur, uſus nullus ſtat, *l. ob quæ vitia,* §. *idem Pomponi, ff. de ædilit. edicto*, rectè conducunt per nos infrà 2. *p. c.* 9. *à n.* 21. veluti cōtra naturam actus ſit, *l.* 2. §. *ſed ſecundum, eodem tit.* vel quando actus ſit à non habente poteſtatem, quia non poteſt eſſe major abuſus, vel nullitas, quàm defectus potentiæ, ſecundùm Innocentium, & Doctores *in cap. cùm olim, de cauſ. poſſ. & proprieta.* quod omne verificatur in noſtro caſu, cùm denegare oppreſſo appellationem in caſibus à jure permiſſis, contra jus eſt evidenter, tam naturale, quàm poſitivum, cùm tollat defenſionem, ut latè diximus ad principium hujus præludii, & contra naturam cauſæ, cùm ſententiæ effectus jure ſuſpendatur per legitimam appellationis interpoſitionem, ita ut ejus exequutio impediatur, ut attentata, & violenta, *l.* 1. *& toto tit. ff. nihil novare appellatione pendente, c. non ſolùm, de appellation. l.* 6. & ſic aliter faciens judex Eccleſiaſticus, feciſſe dicetur abuſum notorium, in quo ſupremus Princeps poteſt manum imponere, ſecundùm Carolum de Graſſal. *l.* 3. *Regal. Fron. jur.* 7. *pag.* 3. *in parvis*, & Rebuffum 3 *tom. conſt. Franc. tit. de app. tanquam ab abuſit, gl.* 1. quia violentia quædam eſt Navarr. *ubi ſuprà verſiculo decimo facit.* Aufrer. *de poteſt. ſæcular. ſuper Eccleſ. regul.* 2. *fol.* 30. & poſt Simanc. *de Catholicis inſtit. tit.* 45. *n.* 35. dicit Cæned. *Canoni. q.* 45. *n.* 6.

Decimo quartò probatur jure noſtro Regio *in d. l.* 36. 118
37. & 40. *l.* 34. *tit.* 5. *l.* 2. *recopil. l.* 18. *tit.* 7. *lib.* 1. *recopil. in* §. 1. *l.* 8. *tit.* 10. *eodem lib. l.* 5. *l.* 2. *tit.* 1. *ordin. l.* 13. *tit.* 13 *p.* 2. ibi : *E para defenderlos que non reciban mal ninfuerça*, & *l.* 19. *tit.* 9. *part.* 1. cum aliis ſuperiùs hactenus allegatis.

Et quòd iſthæc extrajudicialis defenſio, & charita- 119
tiva protectio juri conſona ſit, & probabilis, affirmant Portoles *in ſcholiis ad Molinum, in* §. *appellatio, num.* 3. & optimè *in* §. *firma, n.* 101. *&* 172. ubi quam plurimis rationibus comprobat Navar. *in c. cùm contingat, de reſcript. rem.* 1. *per tot.* Didac. Perez, *lib.* 1. *tit.* 1. *l.* 1. *in gl. pueden, cognoſcer, pag.* 196. *in princ.* Henric. *in ſum. lib.* 13. *cap.* 30. *num.* 4. Gundizal. de Paz. *in prax.* 1. *p.* 2. *tom. c.* 6. § 1. *ex num.* 34. optimè Morl. 1. *p. tit.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 4. Bobadill. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 139. *in litera B.* Salced. *in addit. ad Diaz. in prax.* 102. *in littera A, C.* Michaël Axia *de exhiben. auxil. n.* 127. *fundam. ex pag.* 112. *verſiculo hic poſſet aliquis*, Hieron. Llam. 1. *p. method. c.* 7. §. 19. *ex pag.* 93. *& in* 3. *p. cap.* 12. §. 7. *pag.* 839. Carol. Graſſal. *Regal. Franc. lib.* 2. *jur.* 7. ub optimè id confirmat, & Afflict. *eccleſ.* 24. ubi pulchrè loquitur, & *in conſtitut. regni Siciliæ, in conſtitut. Bavild. locorum,* § *de Burgenſaticis, lib.* 8. *rubr.* 67. Anton. Scap. *de jur. non ſcript. lib.* 1. *c.* 16. *ex n.* 2. Joan. Gutier. *de juram. confir.* 1. *p. c.* 2. *n.* 28. & *in lib.* 1 *pract. quæſt.* 20. *ex n.* 1. Joan. Garci, *de nobilit. gl.* 9. *ex n.* 51. Covarr. *in pract. c.* 35. *n.* 2. Azeved. *l.* 1. *tit.* 6. *in d. l.* 2. ubi plura refert jura Divina, Canonica, Regia, & Civilia, in hujus rei comprobationem, authoritatibus

etiam

etiam Petri, & Pauli, conatur etiam hanc partem defendere Octavian. Chaquer. *in decis. Pedemont.* 30. *ex n.*8. *fol.* 56. qui duo præstantissimi viri latè fundamenta,& rationes hujus opinionis commemorant; eandem etiam opinionem tenet Menoch. *de retinend. possess. rem.* 3. *n.*356. Joann. Segura da Bal. *in direct.* 2. *p. cap.* 13. *n.*51. & plures retuli *in* 1. *p. collect.* 5. *num.* 3. *& in* 2. *p. collect.* 17. *n.*2. & tradit Didac. Perez *in d. glos. pueden conoscer, pag.* 196. *post medium*, asserens, quòd si quilibet tenetur eripere oppressum, *ex cap. non inferendam* 23. *q.* 3. multò fortiùs tenebitur Rex, qui hoc facere officii ratione tenetur, *ex c. Regum offi. inn* 23. *q.* 5. & habetur *l.*13. *part.*2. & ibi singulariter Greg. Lopez *in glos. verbo ninfuerça*, Mich. Axia. *de exhiben. auxi. in* 27. *fundam. versiculo ergo oppressos*, *pag.*111. Avenda. *lib.*1. *de exeq. cap.*1. *n.*32. *versiculo nam cum*, Morla 1. *p. tit.*2. *q.*14. *n.*5. novissimè, & doctissimè Joseph à Sese regens Cancellariam regni Aragonum in suo eleganti tract inhibitionum, & magistratus justitiæ Aragonum, *cap.*8. §.3. *n.*25. Cæned. *in Canoni. q.*45. *per totam*, & alii plures citati suprà in introductione hujus capit. n. 16.

Por costumbre immemorial.

120 NOn solùm titulis superioribus, scilicet; jure naturali, divino, & positivo hoc jus, & extrajudicialis cognitio tollendi violentias, & liberandi vi oppressos ab Ecclesiasticis judicibus, & inter Ecclesiasticas personas; sed etiam consuetudine immemoriali, hoc etiam competere affirmat, *l.*36. *tit.*5. *lib.*2. *recopil.* circa quam nonnulla obiter notanda sunt. Et primò, quòd hæc consuetudo non est juris novi inductiva, sed juris naturalis, divini, & positivi, supremo Regis regimini inhærentis conservativa, inter quæ longa est distantia, & differentia, *in l. una est via*, quia aliud est adquirere, aliud est jus competens conservare, juxta text. *in l. una est via, ff. de servitu. rusticor. prædior.* ubi glos. verb. *servat.* text. quem dicunt Doctores egregium *in lib.*1. §. *hoc interdictum, ff. de itinere, actúque priva.* Gratus *cons.*61. *n.*28. *lib.*1. Veccius *cons.*217. *lib.* 1. *n.*8. Decius *cons.*271. *num.*7. optimè, latéque Joan. Garc. *in tract. de nobilit. glos.*7. *can.*6. *& glos.*1. §.1. *num.*79. *ante fin.* Avendan. *de exequen. manda.* 1. *p. cap.*1. *sub num.* 25. Riminal, *consil.*338. *num.*25. *lib.* 2. & nos diximus infrà 3. part. cap. 10. versiculo secundò, facit quòd Cæsarea, numero..... & versiculo, insuper & quinto sufficit,
121 numero..... quem vide, estque hujusmodi consuetudo immemorialis declarativa, & inductiva formalitatis, & modi defensionis extrajudicialis, observati per longum tempus, quoniam ubi actus determinatio non apparet, à consuetudine regulatur, recipitque distinctam determinationem, ut latissimè per Mierez *in tract. de major.* 1. *part. quæst.*48. *à num.* 71. *usque ad numerum* 77. omnino videndum, ad quem te libenter remitto.

122 Secundò, quia in casu dubio, an aliquid sit contra jus divinum, vel non, consuetudini standum est, nam sicut lex positiva modificat, & interpretatur legem divinam, ut notatur *in cap. quæ in Ecclesia, de constitu.* idem potest consuetudo, ita latè, & mirabiliter prosequitur Jo. de Anani. *in c. in Civitate, col.* 6. *in fin. de usur.* cujus verba omnino videnda refert Sese *decis.*113. *num.*183. *& 184. tom.*2. *& in tract. de inhibition. cap.*8 §.3. *à n.*143. Cravet. *cons.*258. *num.*8. Abb. *in cap. venerabilis, de consuetud.* idem etiam firmant post Abb. Navarr. *in manual. c.*27. *n.*286. latè Azor. *institutio. moral. lib.*2. *c.*10. optimè prosequitur novissimè doctissimus Villalob. *in summ. tract.*1. *diffic.*4. *n.*3. & sic quando hujusmodi cognitio extrajudicialis per viam violentiæ, competens Principibus supremis, ex principiis juris naturalis, & omni jure admitteret aliquam probabilem dubitationem, per tam longum usum, ac consuetudinem immemorialem cessaret penitùs. Et illa Doctorum opinio, cui consuetudo adhæret, omnino præferenda est; Duennas post Neviz. *in regul.* 100. *versicnio fallit primò*, latè plures recensens Alphons. Oied. *de incompatibilit.*1. *p. c.*19. *num.*46. Anton. Quesada *decis. quæst. cap.* 16. *n.*5. *versiculo & ita*, Isl. *in l. post dotem, num.* 100. *solut. matrimonio*, Decius *cons.* 141. *juxta finem.* Decian. *cons.*44. *colu.*2. *ex num.*9. *& cons.*52. *colu.*2. *ex num.*1. Cavalin. *in milleloquio* 140. Pulchrè Burg. de Paz. *in proœmio legum Tauri*, *ex num.* 225. optimè Cæned. *in quæstio. Canon.*8. *num.*10. Gregor. Lopez *in lib.* 53. *tit.* 6. *part.*1. *glos.*1. *in fin.* & rursus l. 54. Molin. *lib.*2. *cap.*6. *n.*58. Rot. *decis.*574. *n.*3. *p.*1. in novissimis, & subdit Decius *in cap. at si clerici*, quòd licèt inter Doctores dubium sit, super articulo etiam bonorum Ecclesiæ, valet consuetudo, & opinio ei adhærens, ita mirè loquitur Hippolyt. de Marsi. *in cap. at si clerici, de judi. num.*205. Aretin. *in cons.*11. Alexand. *cons.*207. *penult. col. lib.*2. Rochus de Curt. *in repet. rubr. de consuetud. q.*4. *prin.* Decius *consil.* 43. *colu.* 2. *in prin. & in cap. cùm M. Ferrar. de constitutio.* & nostris in terminis post Parlador. *l.*1. *rerum quotid. c.*1. §.11. *num.*4 & Divum Thom. 2. 2. *quæst.*158. *art.*7. tenet. Cæned. *in quæst* 45. *sub num.*29. Cùm con- 123
suetudo optima sit legum interpres, *cap. cùm dilectus, de consuetudine, l. si de interpretatione, & l. si minimè, ff. de leg.* Tiraquel. *de privil. causæ piæ. privil.*27. *n.*3. *in fin.* Navarr. *in manuali Latino, cap.*27. *n.*286. ubi tradit Menoch. *lib.*1. *de arbitr. quæst.*71. *ex n.* 3. *& in tract. de præsumptio. lib.*2. *præsumpt.*72. *n.*22. idem Menoch. *cons.*187. *n.*54. latè Gratian. *regul* 94. Cæphal. *cons.*220. *volu.* 3. *ex num.*31. relatus à Josepho Ludovico, *concl.*38. *illatione* 26. Antoni. Marcus Corrati, *lib.*2. *commun. opinio. tit.*9. *casu* 18. *num.*97.

Tertiò notandum est, quòd licèt Hispaniarum Prin- 124
cipes temporales non uterentur sua facultate, & jure illis competente ad tollendas omnes violentias, & oppressiones; sed duntaxat illa fuissent usi per tempus immemoriale in hac specie violentiæ, scilicet, de qua in lege Regia 36. *Alçar las fuerças que los juezes Ecclesiasticos, y otras personas hazen en las causas, de que conoscen no otorgando las appellaciones, &c. tit.* 5. *lib.*2. adhuc tamen posset hujusmodi consuetudo extendi ad alias violentiæ species, quia quando adest jus, & causa universalis, per usum partis conservatur ejus in toto, & tunc consuetudo, ac præscriptio in una juris specie, extenditur ad alios casus ejusdem speciei, de quo amplissimè usque ad refectionem plurimas, & elegantes doctrinas adducens tractavi infrà 3. p. cap.10. post principium per aliquot columnas.

Quartò notandum est, quòd licèt Regi Catholico 125
non competeret hæc cognitio extrajudicialis jure naturali, divino, & positivo, (ut hactenus dictum est, & latiùs comprobavimus,) illi sufficeret consuetudo immemorialis, de qua testatur, cujus assertioni standum est, (ut superiùs diximus ad principium hujus capituli) quia immemorialis consuetudo, quæ memoriam hominum excedit, habet vim tituli, privilegii, ac veri- 126
tatis, per eamque licitè fit, quod Princeps ex causa poterat concedere, titulúmque confert, cum majori causa, quàm considerari posset, ut post multos resolvit Molina, *de primogen. l.*2. Mascar *de probatio.*3. *tom. concl.* 1372. Avenda. *de exequen. manda. cap.*42. *p.* qui lepidè 1. *p. cap.*6. *num.*8. quæ consuetudo immemorialis plures sub se continet effectus, quorum triginta enumerat Gaspar Thesaur. *in decis.*17. aliquid per Ozasc. *in decis. Pedemon.*101. Vincent de Franch. *decis.*166. Joseph. Ludovicus *in decis. Perusin* 106. Aloys. Ricc. *in praxi decisionum juris patronatus* 144 & in superioribus, latissimè Mier. *in tract. de major.*4. *p. quæst.*21. *à num*10. & pluribus numeris antecedentibus infinitos penè allegans, latè post plures Grassis *de effect. clericatus*, *effectu* 1. *à num.*382. *& à num.*376.

Et licèt clerici in spiritualibus exempti sint à juris- 127
dictione

dictione judicis jure divino, in temporalibus, tamen jure positivo, ut latissimè per Covar. Sese *de inhibitio. cap.*8.§.3. *à num.*31. *& suprà*, & amplissimè infinitos referens pro utraque parte Cæned. *in q.Cano.*4. *per totam*, & post hæc Cevall. *de cognitio. per viam violentiæ, in proœmio, c.*5. ita ut nec Summus Pontifex possit in universum tollere hanc exemptionem, *in practic. cap.*31. *n.*4. *in fin.* Sese *de inhibition. d.c.*8.§.3. *n.*131. ita ut consuetudo dans laicis cognitionem in clericos, pariter non valeat, etiam cum tolerantia. Pontificis. Carolus de Grassis *ubi suprà, à n.*383. ubi plures citat videndus.

128 Tamen consuetudo respectu alicujus casus particularis, valet, quia per talem consuetudinem particularem non impeditur finis exemptionis, scilicet; ne clerici impediantur, & detrahantur à divinis officiis; quia tunc ex causa publicæ utilitatis, tendentis ad conservationem, quietem, & pacem universalem, potest adquiri jurisdictio per consuetudinem limitatam ad casum particularem, ut per Jul. Clar. Covar. Jo. Garc. & Gasp. Rodrig. probat, & latissimè prosequitur Sese *in tract. de inhibition. c.*8. *d.*§.3. *à n.*154. *& suprà à n.*146. *& à n.*130. & quod consuetudo in certis casibus limitatis, non tamen universalis, & absoluta, si sit immemorialis, attribuat jurisdictionem laicis in clericos, concurrente fama privilegii, tenet post Feli. Mart *in tract. de jur.*34. *p. cent.*1. *cas.*64. *n.*13. ubi dicit ita fuisse decisum per Rot. *in decis.*127. *p.*3. *lib.*3. *diverso.* nam sicut Princeps potest jus divinum interpretari, & declarare, ita ut illud jus ad aliquem casum particularem non extendi appareat, ex aliqua fundamentali, & probabili ratione, plurimos citat Covar. *c.*31. *n.*4. *&* 5. Sese post alios *de inhibition. cap.*8. §. 3. *n.* 151. ubi post Decium, quòd humana potestas potest interpretari, vel declarare jus divinum in materia spectante ad suam jurisdictionem, & post plures latè comprobat Grassis *de effectib. cleric. effectu* 1. *à num.*181. ubi quando allegatur fama privilegii.

129 Ita etiam consuetudo potest distinguendo, & declarando limitare jus divinum in causa publicæ utilitatis, ita Roch. de Curt. *in c. cum tanto, gl.*1. *n.*6. *&* 8. dicens quod in hoc nullus discrepat. Sequitur Sese *d.*§. 3. *à num.*152. ergo in nostro, immemorialis hæc consuetudo potuit ex causa publicæ utilitatis, ne pax publica turbetur, hunc casum reservare Principibus temporalibus, dato casu, quòd ad eos nos spectaret hæc extrajudicialis violentiarum cognitio, ex principiis juris naturalis.

130 Deinde quia, ut tradit Decius *cons.*589. *num.* 2. *& cons.*649. ut illud quod est quæsibile privilegio, possit acquiri consuetudine immemoriali, si enim per privilegium possit Romanus Pontifex concedere Principi laico capacitatẽ rerum spiritualium, in aliquibus certis, & limitatis casibus ob rationabilem, & justam causam, ut tradit Aufr. *de potestate sæculari super Ecclesiasticos, regul.*1. *fall.*12. Grat. *cons.*61. *num.*22. *&* 23. *col.*1. ubi dicit, quòd consuetudo tribuit jus Principibus sæcularibus conferendi beneficia: ergo à fortiori potest causare consuetudo in hac cognitione per viam violentiæ inter personas Ecclesiasticas, maximè cum illud non sit damnosum libertati Ecclesiasticæ, sed valde utile, ut expressè tenet Suar. *lib.*4. *de immunit. Eccles. c.*94. *n.*43. *in fin.* & in simili consuetudine tradit Chaquer. *decis.*30. *num.* 25. ubi citat Covarr. idem tradit Anton. Thess. *decis.*131. *n.*12 & copiosè post plures Grassis *de effectu cleric. effectu* 1. *à n.*373. *&* 376. *cum seqq.*

131 Et ulteriùs, quoniam cùm Summus Pontifex possit Principi sæculari, vel alteri laico concedere privilegium procedendi contra clericos in aliquibus limitatim casibus, aut respectu certorum clericorum, aut etiam delegare, ut testantur Decius *in c. an præterea, n.*8. *de off. deleg. & in cap.*2. *de judiciis.* Alexan. *cons.*74. *n.*9. *in* 4. Menoch. *de retinen. rem.*3. *n.*35. Pacian. *cons.*116. *n.*116. *&* 117. ubi loquuntur etiam de facultate excommunicandi, & conferendi beneficia: ergo idem poterit acquiri, tacito ejus consensu, consuetudine immemoriali, cùm privilegium inducat, ut post Decium, Bellug. Rolan. à Vall. Alexan. Pacian. & alios tenet Sese *in epistola ad Regem, n.*100. *&* 146. & latiùs *in d.* §.3. *à n.*152. vide latissimè Grassis *de effectib. cleric. effectu* 1. *à n.*388. *& suprà à n.*383.

Qui quidem Sese in epistola ad Regem *l.* 2. *decisionum, ad prin. n.*112. post plurimos resolvit, quod quando consuetudo præscripta est immemorialis, & cum eà concurrit fama privilegii, *ut in d. l. Regia* 36. habet vim sicut privilegium papale, docet Puteus *decis.* 365. Paci. *cons. fin. n.*121. Aufrer. *reg.*1. *num.*20. *versiculo duodecimo fallit, de potestate sæculari*, Benedict. *in c. Raynut. verbo, & uxorem nomine Adelasiam, decis.*3. *n.*169. Pacian. *cons.*166. *n.*120. Rot. *decis.*215. *p.*1. *novissima*: ubi sufficit fama privilegii vaga & incerta. Rip. *in c.*2. *n. penult. ad fin. de jud.* primos pro hac doctrina citat Carolus de Grassis *in tract. de effectib. cleric. effectu* 1. *à n.*381: *cum seqq. & suprà.* 132

Et idem quod fama, operatur probatio, Principem habere alia majora, seu æqualia privilegia, super Ecclesiis, tunc enim cùm immemoriali præsumitur talem consuetudinem legitimo initio esse, vel fuisse introductam, Benedict. *ubi suprà decis.*2. *n.*117. *versiculo ex quibus resultat.* Roland. à Vall. 23. *in fin. lib.*2. latè prosequitur Sese *in d. epistol. n.*112. & cùm in sacra Catholica Majestate Hispaniarum Rege concurrant tot, tantaque alia privilegia, prout est, ut Prælati ante Episcopatuum; & prælatiarum possessionem, jurent Regi fidelitatem, de quo suprà; item ut possint præsentare omnes Episcopatus, ac beneficia consistorialia, seu monasteria virorum, quæ sunt Pontificis dignitati, & ejus consistorio reservata, de quo latiùs infrà 3. p. cap. 10. per totum, & alia immemorialia, & de privilegio percipiendi tertiam partem decimarum nonnullorum beneficiorum, quod *tertias* diximus, *lib.*1. *tit.*21. *lib.*9. *recopil.* Lassar. *de gabel. cap.*19. *n.*36. Suar. *allegatione* 28. Puteus *decis.*319. *l.*3. de quo per Cevall. *in contra commun. quæst.*822. *à n.*70. ergo nihil mirum, ut præsumatur justo principio fuisse introductam. 133 134 135 136

Et insuper, quoniam cùm isthæc cognitio extrajudicialis per viam violentiæ sit recepta, & inducta per tam longum usum, activè, & passivè universaliter per clericos, & Prælatos Ecclesiæ, ac laicos; dicetur consuetudo mixta, clericorum, & laicorum; quæ magnam vim habet, etiam in rebus, & negotiis Ecclesiasticis, ut per text. insignem *in cap. cùm venissent*, ibi: *Legi regni innitentes, de eo quo mit. in poss.* & ibi Abb. *n.*3. text. *in cap. cum causa, de re jud.* ubi Abb. *n.*4. Feli. *in cap Ecclesia sanctæ Mariæ, num.*81. *versiculo secundus casus, de constitutio.* Rochus de Curte *in c. fin. section.*8. *n.*65. *de consuetud.* Cov. *pract. quæst. c.*31. *n.*5. & Decius *in c. ad nostram, n.*3. *de probatio.* Sese *in epist. ad Regem, n.*111. latissimè Joan. Garci. *de nobilit. gl.*9. *à n.*35. & in simili mixta consuetudine clericorum, & laicorum, idem tenet Barbos. *in l. Titia, num.*33. *versiculo præterea, ff. solut. matrimon.* qui loquuntur in acquirenda jurisdictione: ergo à fortiori dicendũ est de hac cognitione extra judiciali per viam violentiæ, ubi nulla inest jurisdictio, sed nùda, & absoluta potestas Principis, quantum est necessaria duntaxat ad tollendam violentiam, maximè cùm sit utilis Ecclesiæ, imò quod plus est, hæc consuetudo originaliter fuit introducta ab Ecclesiasticis personis, quæ versantur in judiciis ecclesiasticis, pro quorum vexatione, & oppressione habent recursum ad Regem, pro quibus ulteriùs facit quæstio, quam disputat Marc. Anton. Genens. *in tract. de Eccles. seu prax. Eccles q.* 669. quia post alios resolvit, quòd quando consuetudo fuit primitiva, seu inducta clericorum, & laicorum dicitur mixta, quæ absque dubio ligat clericos; ut latiùs 137 138

per

per eam post Anton. de Butr. Imol. Feli. & Picum latissimè comprobat post plurimos Carolus de Grassis *d. effectu 2. a n. 201. fol. 346.*

139 Maximè quoniam in hac immemoriali consuetudine concurrit Romani Pontificis scientia, non solùm tacita, & præsumpta, sed etiam expressa. Præsumpta, quoniam hujus cognitionis per viam violentiæ conscij sunt omnes Nuntij Sedis Apostolicæ, qui in curia Regis Christianissimi, & prædecessorum residere solent, quibus notissimam esse nemo dubitabit, cum causæ coram eo vertentes in dies per hanc viam violentiæ protrahantur ad suum Regium Senatum ad quem recurrunt oppressi in quo vim fieri declaratur, deferri, & reponi jubetur, & insuper Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque Ecclesiasticis Prælatis, totius Hispaniæ, eadem ratione, hæc cognitio per viam recursus plusquam notissima & manifesta est absque contradictione, & ulla repugnantia, & ab eis ad eosdem Nuntios quotidie, & frequenter interponuntur appellationes, ad quos transportantur acta, quibus decreta Regij recursus per viam violentiæ inferta sunt, & utroque modo scire debent Nuntij hanc Regiam protectionem, ut in similibus terminis, juribus, & Doctoribus hoc probat Narbona, *de appellat. à Vica. Arch. 2. p. fundam. 5. n. 13.*

140 Unde sequitur, quòd in præscriptione contra Principem, & Summum Pontificem, scientia officialium sufficiat ad illius præjudicium, Bal. *in l. si publicamus, §. fin. num. 2. ff. de publica.* Aymo. *de antiquit. tempor. 4 p.* absolutiss. *num. 23.* Bal. *de præscrip. 2. p. 5. p. q. 3. sub num. 8.* Tiraq. *de nobilit. c. 14. num. 3.* Covar. *in regul. possessor. 2. p. in initio, n. 8. versic. tertio. circa fin.* Nicol. Garc. *de benef. 5. p. c. 5. n. 136.* Rota Romana, in una Reatina beneficij *decisio. 166. & decis. 600. n 5. p. 1. divers.* & iterum tenuisse Rotam, in una Mediolanen. præeminen. 15. Decemb. 1589 coram Bubal. firmat Nicol Gar. *ubi proximè*, & ex Alexand Decio, & aliis tenet Cardin. Tusc. *practic. concl. litera C. con. 396. n. 39.* Joan. Narbon. *in tract. de appell. Vicarij ad conf. Archi. Toler. 2 p. fundam. 5. num. 10.* qui loquitur de præscriptione contra Romanam Sedem in casu difficili, quod fundamentum elegans est, quod nulli Doctorum hujus cognitionis justificationem tractantes attigerunt.

141 Et inducitur hæc Sedis Apostolicæ scientia, quia multi fuerunt Summi Pontifices ex Hispaniarum Regnis oriundi, ut de Damaso I. Alexand. V I. Benedict. XIII. Calixto I I I. Joanne X X I I. qui tam salubrem usum, & laudabilem consuetudinem sciebant, prout testatur Cæned. *in q. Cano. 45. n. 27. ad fin.* quos hanc scire præsumendum est, cùm ex hoc Regno orti essent, & tamen illud tolerarunt, hoc enim ita notabile non præsumitur Summos Pontifices ignorasse, argumento text. *in cap. cùm illorum, de sentent. ex omn.* maximè quoniam cum omni jure naturali, divinò, tot Pontificum decretis, conformitate, & declaratione concordant, quæ omnia Pontificem non censetur ignorasse, quoniam jura in scrinio pectoris sui censeatur habere, *c. 1. de constitutio. lib. 6.*

142 Et hanc consuetudinem, ac salubrem recursum ad Regem pro defensione naturali ad tollendam violentiam, ut Judex Ecclesiasticus deferat, & reponat attentata, & violentiam factam, pluribus Rotæ Romanæ decisionibus approbatum esse reperimus, & testatur eleganter videndus Lancelo. *de attenta. 2. part. cap. 4. lite pendente, limi. 1. num. 36. cum seqq.* ut in una coram Prospero, ut est decisio in recollectis per Achil de Grassis *decisio. 34. attentare noluerunt, sub tit. de attentat.* quem etiam refert Mandes. *in tract. de commiss. in 14. formul. commissio. attent. in verbo revocandi. q. 4.* dummodo in hujusmodi recursu ad Regem modus defensionis non excedatur, ut resolutum fuit in una Cæsar-Augustana juris eligendi coram Domino Oradino 7. Februarij 1571. secundùm quam resolutionem fuit deinde idem tentum in alia Vercellensi jactationis Parochialis de Aldea coram Paleoto sub die 27 Junij 1561. ut est in recollectis per eundem Paleotum, *decis. 372.* incipit *divinum erat*; testatur Larcelot *ubi proximè*, *n. 38.* & pluries etiam semper hanc consuetudinem, & recursum ad Regem per viam violentiæ, & extrajudicialis defensionis amplexam esse per Rotam, & curiam Romanam testatur doctissimus Sese, *in tractat. de inhibit. Magistrat. justitiæ Aragonum, cap. 8. §. 3. n. 171. cum sequentibus*, ubi ad literam refert sequentes decisiones.

143 Et imprimis ita decisum fuisse in una Tarraconensi Villæ de Reus, 4 Decemb. 1592. coram R.P.D. Seraphino in hæc verba: Fuit per Dominos consultum possessionem captam per Dominum Archiepiscopum non fuisse attentatam, quia Archiepiscopus habebat facultatem illam capiendi propria authoritate, sibi concessam in brevi confirmationis. Unde licèt urbaniùs agendo fuerit aditus Judex sæcularis pro assistentia, non tamen hoc fecit, quin voluerit uti facultate sibi competenti. Parisius *consil. ult. lib. 4.* Achil. *decis. ult. de attenta.* per doctrinam Bar. *in lib. 2. numero 26. C. de pignor.* Ruin. *consil. 252. numero 10. libro 4.* Socin. *consil. 82. numero 8. lib. 5.* Decius *in l. ult. numero 5. Cod. de pactis.* Zuchar. *in lib. 1. numero 49. eodem titulo*, & universitas non possidebat, unde cessat doctrina allegata in contrarium Bart, *in l. creditores*, *Cod. de pignor.* Nec obstat inhibitio Rotalis, cùm data fuit juxta formam commissionis, quæ habet clausulam sine præjudicio exequutionis literarum Apostolicarum, Put. *decis. 323. lib. 3.* cum aliis allegatis per Modernos, Perus. *de attenta. post inhibitio. in 3. limit.* Nec obstat quòd hæc clausula sit restituta, ita ut non impediat exequutores Apostolicos, quia non ideo censetur ablata facultas capiendi propria authoritate, cùm exequutio literarum Apostolicarum sit simpliciter reservata, ultra quod possessio ita potest sustineri, tanquam data ab exequutoribus Apostolicis, quia à Domino Amerino exequutore deputato in literis fuit expeditus processus, fulminatus, directus omnibus, & singulis, qui fuit præsentatus Joanni Sabales officiali Regio, ad quem universitas habuerat recursum; & illius vigore potuit procedere, uti merus exequutor, ad notata *in c. fin. de præsumptio.* & sic cessat quod dicitur inferiores citra titulum attentatorum non potuisse se in hujusmodi exequutione intromittere, ex quo Papa dans speciales exequutores videtur hanc exequutionem ad se advocasse, *juxta cap. ut nostram, de appell.* Rot. *3. de appella. in novis.* Felin. *d. c fin. n. 35.*

Et ulteriùs aliam etiam & mirabilem decisionem refert Sese ubi proximè *d § 3. à num. 174.* in una Salmantin. Canonicatus. 24. Maij 1594. coram illustrissimo Domino Blanquero; qua determinatum fuisse per Rotam Roman. in hæc verba: Resolutum fuit Antonium de Soria manutenendum, cùm enim per resignationem Felicis factam in manibus ordinarij vacaret possessio Canonicatus, de quo agitur, Ror. *de renuntia. in antiquis.* Callad. *decisione 4. num. 3. de restitut. spol.* potuit illius capere possessionem Antonius, & ejus possessio est manutenibilis.

Non obstat quod acta non sint integra, quo notarius testatur de continuato registro fol. 42. non obstat 144 exceptio excommunicationis propter recursum ad consilium Regium: nam ste recursus hoc casu ad defensionem propriæ possessionis & appellationis admissionem non est improbatus, Achil. *decis. 36. de appellat.* urbaniùs enim egit, cum potest judici de facto procedenti, de facto etiam resistere, Paris. *consil. ult. libro 4.* & fuit dictum in illa Tarraconen. Viliæ de Reus coram R.P.D. meo Decano; præterea excommunicatus auditur pro defensione suæ possessionis, *cap. intelleximus de judic.* Menoch. *de retinend. rem. 3. numero 72. & sequent.*

Nec refragatur allegata ex defectu tituli, primò, quia in hoc judicio retinendæ non obſtat hujuſmodi defectus, ut fuit noviſſimè reſolutum, coram R.P.D. meo Cordnba, in una Parmen.prioratus: ſecundò, quia hoc reſpicit petitorium;tertiò, quia cum prior ſecundo loco conſtitutus priùs reſignaverit, primus cenſetur revocatus,Caſſad.2. *de appell.* Vant *de nullit. ex defectu mandat.n.* 171. Poſſeſſio Didaci non venit conſideranda, cùm ſit mera turbatio, & judex nullitèr ad ejus favorem proceſſerit,& Antonius nunquam ſe habuit pro ſpoliato.

Idem etiam fuerat judicatum in alia deciſione Rotali, quæ eſt in recollectis per Roma. P. D. Achil. de Graſſ. ſacræ Rotæ auditorem præſtantiſſimum, *& deciſ.* 36. *ſub tit. de appellat.* cujus verba ſunt: Attentare illum noluerunt Domini in una Eluen.coram Domino Proſpero; qui poſt inhibitionem à Rota ivit ad conſilium Regium, pro manutentione poſſeſſionis ſuæ, quam poterat propria authoritate defendere, quia urbaniùs egit, per plura quæ ponit Pariſ. *conſil. ult. volum.* 4.

145 Imò & quod magis eſt hujuſmodi cognitionem per viam violentiæ qua Principes temporales utuntur extrajudicialiter ad defenſionem vi oppreſſorum,expreſsè approbatam fuiſſe per Romanam ſedem tempore Martini Pontificis (cujus Bullam inferiùs referam)teſtatur Guido Pap.*q. Delphi.*1.*&* 9. 85.Sefe *in epiſtol. ad Regem*, *n.* 97.

Ex quibus Rotæ deciſionibus, quæ elegantiſſimæ ſunt, ſatis ſcientia Romanæ ſedis ac Dominorum Rotæ apparet, & deducitur, & quia cùm Regna Chriſtianiſſimi Regis Hiſpaniarum ſint ampliſſima, ut refert eleganter Doctor Didacus à Morla 1. *p. alleg. pro Reg. extran. n.* 5. & Lancell. Corrad. *in templo omnium judicum* 1.*part.lib.*1.*cap.*2 §.3. *ex n.*14.& Cæned. *in collecta* 51. 1.*part.num.*4.Camil. Borrel. *conſ.* 74.*volum* 1. *num.*37.& Bobadilla *lib.*2.*cap.*18.*num.*212.& idem Cæned. *in quæſt.*45.*numero* 29. & quotidie plures Regnicolæ in Curia Romana cauſas agentes aſſiſtunt, quæ cauſæ præſertim de partibus vehuntur ad Romanam Curiam, per viam appellationis, in quorum diſcurſu pluries ad ſuprema tribunalia Regia trahuntur per viam violentiæ, ut judices Eccleſiaſtici deferant, & reponant,cum quibus articulis, & decretis Regiis, in eis inſertis dictæ cauſæ ad Curiam Romanam mittuntur, verisimile quidem eſt, id non eſſe ignotum aliis Summis Pontificibus, & quia veriſimile præſumitur, imò talem recurſum cenſeantur approbare.

146 Quia cùm cognitio violentiæ,& ſalubris ad Regem recurſus non ſit damnoſus libertati Eccleſiaſticæ, ſed potiùs valdè illis utilis, ut in terminis tenet Suarez *l.*4. *de immunit. Eccleſiar. cap.* 44. *num.* 43. & poſt hæc Cevall *in tract. de cognitione per viam violentiæ*, *gloſſ.* 14.*ſub n.* 4. Carolus de Tapia *in compila. jur. reg. Neapol.l.*3.*rubr.*4 *ſuper cap.*266.incipit *præcepti*, *num.*8.*fol.* 28.alios citavi *infrà num.*239. *& ſeqq.* Sequitur ut pri-
147 vilegium aliorum utile clericis, præſumatur à Papa approbatum. Hoſtienſ. *in cap. fin de cenſibus.* Abb. *in cap.Eccl.ſanctæ Martæ*, *num.* 9. *de conſtitutio.* Sequitur Mart. *de juriſ.*4.*part. cent.*1.*caſ.*59. *n.* 4. *&* 5. maximè ubi ex eo non reſultet juriſdictio ſæcularis, prout in hoc recurſu, ut declarat Mart. *ibi*, pro quo facit text. elegans *in l.*1.§ *magiſtrum autem*, ibi, Cæterum ſi ſcit & paſſus eſt eum in nave magiſterio fungi, ipſe eum impoſuiſſe videtur, *ff. de exercitoria actione.*

148 Et comprobatur, nam patientia, & tolerantia Romanorum Pontificum, vel cujuſvis alterius Principis qui prohibere, vetare, ſive impedire potuit, diſpenſationem,confirmationem, & actus validitatem inducit, *l.quid ergo* 13.*verſiculo, certò, ff. de his, qui not. infam.l. cùm plures* 60 § *locator, ff. locati, l.* 1.§.*magiſtratum autem,ff.de exercit.actio.l.an in totum, C. de ædificiis privat. l.*1 § *ſcientiam,ff.de tributor.actio.*Felin.*in cap.*1.*n.*6.*verſiculo lex nova*, *de treuga & pace*, Bar. bal.Angel.& alij relati per Surd. *conſil.*371.*n.*58.*volum.*3.*gl.fin.*ubi Abb. *n* 8.Butr.*in cap. quia circa, de conſanguin. & affin.*Innoc *in c. veniens*, *n.*4.*de filiis Presbyter.*Alexan.*in l.fin.ff.ad l.Jul. de vi privat. & in l. fin. ff. de adult. & conſ.* 1. *num.*45.*& conſ.*107.*num.*10.*lib.*2.Joan de Anan.*in cap. ſicut Judæi*,9.*n.*12. *de Judæis*, ibidem Feli. *num.* 1. *&* 2. *c.quæ in Eccl.n.*7. *de conſtitutio. & in d. c.*1.*de treuga & pace*,Decius *conſil.*326. aliàs 327. incipit *viſo caſu propoſito n.* 3. *verſiculo* 4. *& ult.* Iſſ.*in l. omnes populi*,*n.*48. *ff.de juſt. & jur. & in l. ubi pactum n.* 17. *C. de tranſact.* Guil.de Cun. *in l.*1.*in princ. ff. de exercit. actione.*Nel.*in tract.bannitor.*3.*p.*2.*temp.q.* 84. Hippolyt. Bonac. *quæſt. crimin.verb.de bannis. pag. mihi* 30. Ant. Sola *ubi ſuprà n.*142.Hippolyt.de Marſil. *ſingul.*77.*per totum*, Tiber. Decian.*conſ.*124.*n.*20.*volum.*3.Aug. Beroïus *conſ.* 173. *num.*61.*volum.*1.Caſſanete *conſ.* 39.*num.*23.*&* 40.Ant. Sala, *in conſtitutiones antiquas Ducatus Sabaudiæ*, *gloſſ.* 4.*proœmij.n.*40. *&* 41. Gonzal. *in regul.* 8. *Cancell. gl.* 9.§.2.*num.* 87. *& ſequent.* Flamin. Pariſ. alios referens *de confident.benef. quæſt.* 40. *ex num.* 16. & in terminis noſtris, quòd hæc ſententia, & tolerantia Romanorum Pontificum habeat vim diſpenſationis, tenent Guillelm. Benedict. *in cap. Raynut. in verb. & uxorem nomine Adelaſiam*, *num.*58. *&* 59. optimè Menoch. *in conſ.*1000..*n.*67 Cæned *in Canon. quæſt.*45.*num.*28.ubi receptiſſimam ſententiam dicit.

Nec à propoſito noſtro diſſentit pulchra & celebris 149
Ancharani doctrina, *conſil.* 161. *ad fin.* dicens;quòd ſi clericus poſſideat duas Eccleſias patiente ſuperiore ex hujuſmodi patientia dictarum Eccleſiarum unio facta, & ob id etiam remiſſa pœna præſumitur, uti refert Decian.*reſponſ.*4.*num.*24. *ad fin. volum.*4. Joan.Narbon. 150
*in tract. de appellat. à Vicario ad conſil. Archiepiſcopi Toletani.*2.*part.fund.*5 *n.*6.*& ſuprà*,& quia Summi Pontificis tolerantia in eo quod à jure naturali non prohibetur, pro expreſſa diſpenſatione habetur,ut poſt Abbatem *in c.clerici el.*2.*num.*4. *de vita*, *& honeſt.clericor.* Loaz. *de matrim. dubit.* 12. *n.* 32. *in fin.* & Maſcard. *de probatio. volum.* 3. *concl.* 115.*n.* 1.tenet Cened. *in quæſt. Canon.* 45. *ſub. n.* 30.

Imò in caſu noſtro ſcientiam, & patientiam Summorum Pontificum conſenſu expreſſo fortiorem eſſe, 151
ex quo ipſi diu tolerarunt, planè eſt, quia præſumptus conſenſus ex ſcientia,& non contradictione cum temporis diuturnitate inductus, conſenſu expreſſo fortior reputatur, ut eleganter reſpondit Cravet. *conſ.* 640. *n.*10. *lib.* 4. quem ſequitur doctiſſimus Caſſanete *conſ.* 29. *n.* 40. Narbon. *ubi proximè*, *n.* 9.

Et pro hujus conſuetudinis immemorialis juſtificatione, illud erit notandum, quòd ejus initium hominum memoriam penitus excedit, quod ab eo ſumendum eſſe neceſſarium eſt, à quo meum, & tuum, ſibi 152
uſurpationes,& violentiæ inter gentes inceptæ fuerunt ob eorum malitiam, exorbitantiam, & tyrannidem,ad quam excluſionem,& propulſionem,ac inferiorum defenſionem,Regna creata ſunt à Deo,juxta ea,quæ ampliſſimè principio hujus capituli dicta ſunt, ut de utriuſque rei initio, doctè, & exactè videre poteris apud Martam *de juriſd.* 1.*p.cap.*1.2.3.*&* 4.*& ſequentibus*,quæ conſuetudo talis eſt efficaciæ,prærogativæ,ex- 153
cellentiæ, & virtutis, ut in qualibet diſpoſitione Pontificia (qua ſublata eſt conſuetudo) non cenſeatur comprehenſa, nec excluſa,etiam quibuſcumque verbis generalibus utatur, ut docet gloſſa recepta *in cap.* 2. *de præſ. hoc lib.* gloſſ. *verbo præſcriptione in authentico ut de cætero commutat.*§.*de cætero*, & ibi Angel.*n.* 1. *collat.* 5 Rip.*in l.nemo poteſt*, *num.*115 *ff.de leg.*1.Carol.Ruin. *lib.*2.*conſ.*13 *n. fin.* Matthæus de Afflict. *dec.iſ.*253.*n.*5. Betran *conſil* 98.*num* 12. Cravet. *de antiquit. tempor.*4. *part.*§.*materia iſta.n.*4.Boër. *dec.*39.*n.*12.Ruin.*conſ.*13. *num.*30.

*num.*30.*lib.*2. Rochus de Curte *in cap. fin. de præscript. sect* 7.*concluſ.*6.*num.* 10. Tiraq. *de retract. convent.*§. 1. *gloſ.*1.*num.*12. Covarr. plures referens *lib.*3.*variar.reſolut.cap.*13.*num.* 5. Avend. *reſponſ.*16.*num.*1. Pelaëz de Mier.*de major.*4.*p.*2.20.*num.* 51. Flores de Men. *q.* 10. *num.*44.Emmanuël Rodrig. *quæſt. regul.* 1.*tom. quæſt.* 9. *art.*1.Anton. Gab. *lib.* 3.*commu. opin. tit. de præſcriptio. concl.*1.*n.*27. *verſiculo contrarium*,& cum aliis pluribus reſolvit Joan.Gutier.*practic.quæſt. lib.* 3. *q.* 77. *num.fin.* Tiber Decian.*tom.*2.*reſp.*44.*n.*19.Rol. à Valle *conſ.*59. *n.*17.*lib.*34.Ottalor *de nobilit.* 3.*p.c.*7.*num.*11.Caſſan.*in conſuet.Burg.rub.*9.*de mains mortes*,§. 2. *in verbo*,*porque el que laps de temps*, *n.*1.plures tradit Maſcar. *de probat. concluſ.*1372.*n.*45.*cum ſeqq.volu.*3. & hanc eſſe veriſſimam opinionem teſtatur Andr. Fachin. *lib.* 2. *conſ.*87. *num.*22.*cum ſeqq.* Narbon. *de appella. ad conſilium Archiepiſcopi Toletani*, 2. *p. fundam.* 3.*n.* 9. *&* 10.

154 Quorum omnium ſententia, vel ex eo ſolùm manifeſte comprobatur, quòd Scriptum eſt in Sacro ſancto Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reformatione*, *cap.* 8 *ad finem*,ſub illis verbis:Non obſtantibus quacumque conſuetudine, etiam immemoriali, privilegio, aut ſtatuto.)Quo in loco ſancta Synod.ad excludendam immemorialem conſuetudinem,non ſolùm ſcripſit,quacumque conſuetudine, quaſi his verbis, licèt generalibus, non comprehendatur, ſed etiam immemorialem expreſſit,ut videretur excluſa, ità & ſimiliter expendit Azeved.2 *titul.* 25 *lib.* 4. *recopilat. n.*10. facit declaratio Cardinalium de Sacroſanct. Concil. Trident. *ſeſſ.* 24. *de reformatione*, *cap.* 20 ubi cùm ſancta Synodus diſpoſuiſſet, ut cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, etiamſi beneficiales ſint, in prima inſtantia coram ordinariis locorum dumtaxat cognoſcantur, & non coram aliis, licèt quibuſcumque conſuetudinibus fuerint muniti,ſacra inquam congregatio decrevit d. S. Concil.Tridentin.decretum generaliſſimis illis verbis immemorialem conſuetudinem minimè ſuſtuliſſe, quam declarationem ſæpiſſimè per Rotam obſervatam teſtatur Hieronym.Gonz. *regul.* 8 *Cancell. gloſſ* 33. *num.* 5. Ex qua doctrina ſequitur, quòd licèt aliqua Pontificali diſpoſitione ſublata ſit conſuetudo, ut judices ſæculares ea non poſſint adquirere juriſdictionem in laicos, imò, & quod plus eſt, ut ex eadem doctrina colligitur, ſi expreſsè tollatur conſuetudo recurrendi ad Principes per viam violentiæ, non poteſt comprehendi hæc immemorialis.

155 Et ſi quis contendat à Principibus ſæcularibus hanc tollere poteſtatem ex ſententia Covarr. *in d. c.*35.*n.*3. *verſ* 5 non ſerò ſed ſtatim comperiet experimento manifeſtiſſimo, quantum calamitatis Reipublicæ Chriſtianæ invexerit; & intulerit, & idem aſſeverat Azeved. *in lib.* 1. *titul.* 6. *libro* 2. *in verſiculo præſertim, pag.* 145 Cæned. *in Cano. quæſt.* 49. *num.*35.& alij moderniores rem hanc tractantes; unde quamvis à viris ſapientiſſimis optatum eſt, ut ſumma Eccleſiæ poteſtas, id eſt,ſummus Pontifex, audita hac Regum praxi, & ratione determinet opportunum remedium pro communi pace & bona gubernatione, ut inquit Navarr. *in man.cap.*27. *num.*69.& quos refert Henriq.*lib.*14.*c.*12. *num.*6.*in gloſſ.* 11. aſſerit tamen, quòd nullum hactenus inventum eſt aptius remedium, quàm, ut praxis hæc immemoriali conſuetudine confirmata conſervetur.

155 Et hanc conſuetudinem Hiſpaniæ immemorialem cognoſcendi inter Eccleſiaſticos ad tollendam vim,defenſionémque vi oppreſſorum, ut legitimam, & immemoriali uſu receptam,& à Sede Apoſtolica approbatam,probant,defendunt,& teſtantur plurimi graviſſimi Doctores,Avenda. *in capit. prætor.* 2. *part.num.*12. *verſiculo decimus caſus*, *&* in 1. *part. cap.* 1. *n.* 32 eam etiam conſuetudinem approbat Salced.*in praxi ad Ber-*

Salgado de Protect. Reg.

*nard. Diaz.cap.*102. *verſic. hinc etiam* doctiſſimus Navarr.*in manual.cap.*27.*an.*69.*&* 70 Cordub. *in ſumma quæſt.*35.Azeved.*in l.* 2.*titul.*6.*lib.*1.*de recopilat. à n. fin. verſi ulo ſecùs verò.* Lancelot 2.*part.cap.*4.*n.*36.Joann. Garc.*de nobilit. gloſſ.*12.*n.* 54. Segur. de Habalos *in director.judicum.Eccleſiaſticorum*, 2. *p. cap.*13. *n.*52.Olan. *litera l.num.*77.*&* *litera C*,*n.*34. noſtres Gaſp Rodrig. *de annu.reddit. lib.*1.*quæſt.*17.*num.*61.*&* 63.Gutier.*l.*1. Cano.*quæſt.cap.*34.*num.*25. Michaël Axia *de exhiben.auxil.fundam.*27.Anton.Oliban. *in tract. de jur. fiſci*,*c.*14. *num.*15. doctiſſimus Caſtell, à Bobadill. *in ſua Politi. lib.*2.*c.*18.*n.*138.*&* *cap.* 19. *num.*31.Vival.*in Candelab. aur.in bulla in Cœna Domini*, *caſu* 14. Caſtill.*in lib.* 49. *Tauri*,*n.*3.Parlador.*rer.quoti.differ.* 9.*n.*24.Veg.*in ſumm. tom.*1.*cap.*29.*num.*1. *in fin. verſic.nota*, *que el Roy*,*&* *in cap.* 85. *caſu* 141. *verſiculo nota para eſto.* Mexia *ad l. Tolet fundam.*11.*part.* 2. *num.*47. Gratian. *regu.*9 *n.*25. optimè Seſe *de inhibitio. cap.*8 §.3.*num.*158. & expreſſiùs *in numero* 45. ubi Allegat Avend. *d.* 1. *part. cap.*1. *à nomero* 13.*cum ſequentibus*,& Aviles; idem etiam tenet Greg.Lopez *in l.*13.*titul.*13.*part.*2. *in gloſſ. ninfuerça*, *litera E.* Humad. latiſſimè *in eadem l.* 13.*gloſſ.*4.*in verbo ninfuerça*,Covarr. *in practi.q.cap.*31.Morla,*in empor.jur.*1.*part. titul.*2.*quæſt.*14.*num.* 5. Cæned.*in collect.* 6. *jur. decretum*, & latiſſimè doctiſſimèque multa in comprobationem hujuſmodi conſuetudinis congerit in *Canon. quæſt.*45. *a num.* 27. *cum multis ſequentibus*, & poſt hæc Cevall.*in epiſtol ad Regem*, *à n.*66.*&* *in quæſt.* 897. *ommun. contra comm. à n.* 222. & iterum *in tract. de cognitione per viam violentiæ gloſ.* 2 & talem conſuetudinem probat Marta *de juriſdict.*1.*part c.*12.*n.*3.*&* 4. & noviſſimè Peguera *deciſ.* 9. *num.* 6. ubi bene illam defendit.

Nec eſt credendum, Reges Chriſtianiſſimos, fidei zelotes juſtiſſimos, & ſanctiſſimos Catholicæ Religionis conſervatores, Sedi ſanctæ Apoſtolicæ obedientes ſanguine proprio Hiſpaniam à faucibus inimicorum redimentes, ſi eam conſuetudinem injuſtam,& in Eccleſiæ præjudicium exiſtimaſſent, nunquam toleraſſent, nec peccato, & cenſuris ſe involviſſent, ſi juſta ratione moti non fuiſſent, cùm ſanctiſſimi ſint, & fuerint, laudabiliterque vixerint. Præſumendum igitur eſt, eos tali conſuetudine utentes, ſuiſque relicta poſteris, non caruiſſe fundamento, cui favet quod dicit Bobadill. *in Politi. lib.*2. *cap.* 18.*numero* 139 & doctiſſimus Seſe *de inhibitio. cap* 8.§. 4.*numero.*6.ſcilicet, die 8.Junij 1568. coram Domino Joanne de la Naza, in juſtitia Aragonum fuiſſe congregatos in Camera ſui conſilij triginta & ſeptem advocatos de gravioribus Regni, qui conſulti fuerant ſuper his recurſibus, & formis, ne pendente appellatione violenter attentetur à judice Eccleſiaſtico, & quaſi omnes dixiſſe firmat, pendente appellatione, abſque ſcrupul provideri debere. 157 158

Et quod magis rem hanc, & cunctorum conſcientias ſecuras reddit, illud præcipuè, quòd hujuſmodi cognitio extrajudicialis per viam violentiæ non eſt nova horum Hiſpaniæ Regnorum introductio, quoniam in omnibus ditionibus, Regnis, & Provinciis, & nationibus,Catholicæ Chriſtianæ Religionis, eadem cognitio extrajudicialis,nudáque inter Eccleſiaſticas perſonas ab oppreſſionibus defenſio obſervaretur,ut teſtatur Covarr. *in pract. quæſt.* 35. doctiſſimus Seſe *tract. de inhibitio. cap* 8 § 4. *num.* 6 iterum §. 2.*num.*5 & Bobadill.*lib.*2 *cap* 18. 139. & multo poſt hæc Cevall. *in epiſtol ad Regem*,*n* 96 & iterum *in commun. contra comm. n.*897 *n.*252.& ulteriùs *in tract. de cogni. per viam violen.*1 4 *n.*7. prout ſervari in regno Portugalliæ teſtatur Navarr.*in c. hi continuat. de reſcript. rem* 1 idem in regno Bergeniæ affirmat Boër *deciſ.*69.*n.*23.hoc idem remedium in Senatu Neapolitano docet Afflict. *deciſ.*2. *&* *deciſ.*24.Thomas Gramati,*deciſ.*78.*num.*2.Menoch. 159 160 161 162

de recup. poss. rem. 15. *n.* 120. & Chaquer. *dec. Pedemont.* 30. & Rebuff. *in comment. Regal. const. Franc. tit. de poss. benef. i. gl.* 2 *n.* 8. Guill. Benedict *in cap. Raynut.* 1. *p. verb. & uxorem nomine Adelasiam, num.* 39. *de testam.* Navarr. *cons.* 1. *ref.* 16. Carol. de Grass. *Regal Franc. lib.* 9.
163 *tit.* 7. & in regno Franciæ testantur Rebuff *ibid.* Olivan. *tract. de jure fisci, c.* 3. *n.* 36. Michaël Axia *de exhi-*
164 *ben. auxil. fundam.* 24. Navarr. & Carol. de Grassal. *ubi proximè*, & in regno Aragonum testantur Sese *c.* 8 §. 2. *num.* 5. *&* 36. Bobadill. *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *à num.* 319. *& cap.* 19. *num.* 31. *cum sequent.* Portoles *in scholiis ad Molinum* §. *appellatio, num.* 31. Cæned. *in pract. Cano. quæst.* 45. *numero* 49. similem consuetudinem habere
165 Navarr. ex l Regia confirmatam firmat Olanus *litera I, num.* 77. *& litera C. n.* 23. idem in regno Sabaudiæ ut
166 tradit Anton. de Herrer. *in informatione juris*, quam fecit pro comite Stabilio *cap.* 36. *in fin.* & idem practi-
167 cari in regno Catalauniæ, testatur Olivan. *de jure fisci, c.* 1. *n.* 36. Fontanel. *de pact. nuptial. gl.* 3. *part.* 3. *concl.* 4.
168 *à num* 8. *& num.* 17. de Senatu Sebusiano testatur Antonius Faber *in suo Cod. l.* 7. *titul.* 24. *de appellatio.* quem
169 ad id refert Fontanel. *loco citato.* 3 *part. gloss.* 13. *claus.* 4. *numero* 20. *in fin.* & in Senatu Pedemontano Menoch.
170 *de recuperan. rem* 15. *n.* 120. *Pedemont. decis.* 30. in Senatu Milanensi Rebuff. *in comment. Regum Fran.* 3. *tom. tit. de poss. benefic. gloss.* 2. *numero* 8. Guillel. Benedict *in d. cap. Raynut.* 1. *part. verb. & uxorem, num.* 39. *de testam.* Gaspar Rodrig. *de annu. redit. lib.* 1. *quæst.* 17, *num.* 71. &
171 idem servari in regno Galleciæ tam in violentiis commissis inter Ecclesiasticas personas super rebus tam Ecclesiasticis, ac spiritualibus, quàm in temporalibus possessoriis, & in violentiis factis à judicibus Ecclesiasticis ob non delatam appellationem, & ea pendente violenter attentantibus testatur nostras Gaspar Rodrig. *ubi proximè*, & ego etiam testor, post Joannem Garciam *ibi*, de quo nos testamur, ut pariter cognoscatur, in hoc supremo Senatu Galleco dari recursus ad propulsandas per viam violentiæ illationes, ab Ecclesiasticis, & Religiosis, non solùm in rebus profanis, sed & spiritualibus, quam cognitionem *autoordinario* pra-
172 gmatici vocant, de cujus natura, & qualitate, processu, & exequutione, latè Rodrig. *ibi.* Et cùm 16. Octobr. anno 1606. illustrissimus, & religiosissimus, & non satis laudatus Princeps Maximilianus de Au-
173 stria Archiepiscopus Compostellanus, in consilio Regali voluit altercari, cupiens alterari, & avelli prædictum *autoordinarie*, latissimè contra illud insurgens, per suos advocatos pro cujus decreti ordinarij de protectio-
174 ne à Senatu Galleco rogati fuêre doctissimi, acutissimi, & expertissimi duo advocati, alter charissimus Genitor meus, virtute, gravitate, & nobilitate præclarus, cujus effigies omnium venerabilis est, licentiatus Gaspar Lopez Salgado de Somoza, clarum speculum, & utile consilium; alter Doctor doctissimus Camero del Villar, ingenij fœcundia, & claritate præditus, cujus scientia, continuus, & studiosus labor cunctis notissimus est, qui quidem in decreti ordinarij praxi, & styli justificatione, eruditissimè (ut assolent) licèt temporis brevitate, arctati, manum imposuêre; postmodum autem crescente controversia, illud ampliare fuit necesse, ut integraliter, à Consilio Regio cognosceretur, quem laborem Senatus Gallecus meritò commendavit doctissimo viro licentiato Alvaro de Paz, & Quimonez, ejusdem tribunalis meritissimo Senatori, qui postmodum ad regalem Cancellariam auditor convolavit, de cujus literis, prudentia, & virtute ampliora confidi poterant (cui & ego labori etiam astiti) is igitur, ampliss[illegible]am informationem juribus, fortissimisque rationibus fundatam. & authoritatibus ornatam confecit, quæ typis tradita, præ manibus habetur.

175 Hanc etiam consuetudinem cognoscendi Principes supremos per modum defensionis extrajudicialis, ad tollendas violentias inter Ecclesiasticos approbavit Martin Pontifex, cujus Bullam ad literam refert Guido Papæ *in quæst. D[illegible] cons. t. & quæst.* 85. & Sese *in epistola ad R[illegible], numero* 77. *quæ est in* 2. *tom. dec. in princ.* qua declaravit, quòd nulla Pontificis censura generaliter promulgata intelligatur, velle derogare juri competenti Regiæ majestati, tam de
176 jure, quàm de consuetudine, cùm non censeatur ad
177 æmulationem jurisdictionis Ecclesiasticæ, de qua nos ad responsionem Bullæ in Cœna Domini *num.* 291. ubi ad literam refertur.

178 Maximè cum hæc consuetudo fundata sit in jure naturali, divino, positivo, Canonico, & civili, ne pax publica turbetur, & Respublica detrimentum patiatur, à Sede Pontificali tacitè, & expresè approbata & confirmata, cum tam longo usu, cujus initium memoriam hominum excedit, ut testatur *d. l. Regia* 36. cujus assertioni standum esse omnino probavi *superiùs, post principium hujus cap.* de qua etiam testantur tot tantique
179 Doctores fide digni, & doctissimi viri, quorum assertionibus, & attestationibus consuetudinem stare credendum est, tradit doctissimus, & studiosissimus Solis, vir quondam hujus Galleciæ tribunalis auditor, *in tract. de cens. 3 p. cap. 3. num.* 9 Nevizan. *cons.* 66. *n.* 31. Ceval. *in contra commun. lib.* 1. *cu.* 1. & iterum *q.* 897. *& num.* 253. & ampliùs de cognitione per viam violentiæ, *gloss.* 4. *sub n.* 9 & repetit *in introductione* 38. Cavalli *in tract. de evictio.* §. 5. *n.* 39. Tobias Nonius *cons.* 45. *n.* 11 &
180 *cons.* 48. *n.* 12. Moheda. *decis.* 206. *alias* 27 Hondedeus *cons.* 110. *n.* 19. *volu.* 1. quod maximè procedit, cùm nullus Doctor de contraria consuetudine disponat, Gozadin. *consil.* 59. Aymon. Cravet. *consil.* 166 & dicit communem Curtius Jun. *consil.* 60. Roland à Valle *consil.* 71.

Sed quorsum tendimus, cum tam longa, ac profunda nostræ consuetudinis justificarione, cùm ferè omnes doctrinæ à principio præsertim adductæ loquantur in rigorosis, & fortioribus terminis, scilicet; quando tractatur de acquirenda, & præscribenda jurisdictione, contra clericos, per Principem temporalem, in aliquo casu particulari; quod quantum à nostra consuetudine, atque intentione sit alienum, & absonum (cùm hic recursus ad Regem, nec habeat, nec etiam indigeat aliqua jurisdictione, sed de facto, & extrajudicialiter cognoscatur) dilucidè summo labore, ac curiositate, ampliss[illegible] videbis *infrà præludio* 5.

PRÆLUDIUM IV.

SUMMARIUM.

Vim facere judicem Ecclesiasticum non deferentem appellationi legitimæ, & ea non obstante procedentem ad executionem, concors omnium sententia est, n. 181. *in hoc tamen nova Authoris consideratio, ibid.*

Plures sunt in jure species violentiæ, eisque variæ defensionis species applicantur, n. 181.

Ad quatuor tamen reducit Author, ut in exemplis ibid.

Differentiæ inter species violentiæ juris communis, & speciem hanc cognitionis per viam violentiæ traduntur, n. 183.

Definitionis descriptio hujus speciei violentiæ constituitur ab Authore, n. 184.

Lex lege Julia 7 ff. ad leg. Jul. de vi pub. *declaratur in probationem violentiæ illatæ à judice in non deferendo legitimæ appellationi, de lavat & exornat Auth. n.* 185. L. 4. tit. 10. p. 86. *in eundem sensum trahit Author, n.* 186.

Leges debent intelligi secundum rubricam sub qua situatæ sint, n. 187.

Paria sunt occidere innocentem, & occidere eum, qui confugit ad justam defensionem, n. 188.

Doctores

Doctores mentionem facientes d. l. leg. Julia, *referuntur, num.* 189.

Cevallos reprehendit Author affirmantem d. l. lege Julia *à nemine ponderatam, num.* 190.

Ut habeat locum cognitio hæc violentia, an requiratur, ut simul adsint & appellationis denegatio, & ea non obstante attentatum, seu executio, traditur remissivè, n. 191.

Hæc species judicis violentiæ omnibus aliis violentiis major, & atrocior est, n. 192.

181 CONSTITO, Principibus supremis temporalibus competere facultatem tollendi quaslibet violentias suæ ditionis, & Reipublicæ, etiam inter Ecclesiasticas personas, tanquam cives, & membra ipsius, quia sub Regia protectione esse dignoscitur, & licèt Doctores omnes de hujusmodi cognitionis per viam violentiæ justificatione tractantes, affirment, vim facere judicem non deferendo appellationi legitimæ, & ejus occasione, procurantem ad exequutionem procedere, jurisdictione suspensa, in quo omnium concors est sententia, quos citavimus *suprà, n.* 6. & alii plures in discursu: tamen specialiter nihil conferunt, ut individuò probetur, hoc casu vim adesse ob appellationis denegatam delationem: pro cujus declaratione cùm materiæ, & articulo, de quo loquimur, omnino sit necessarium, plura à nemine hactenus de re hac tractante considerata & ponderata, noviter in medium proferam.

182 Et in primis, cùm respectu rerum, in jure plures species violentiæ reperiantur, quibus variæ defensionis species applicantur, ad quatuor tamen reduci posse dicit gloss. celebris *in l. exstat, glos. fin. ff. quod metus causa glos. 2. in cap. ad audientiam, quod metus causa*, & post Alciat. & alios tenet, & sequitur Plot. Navar. *in repet. leg. si quando, n.* 63. *cum multis sequentibus, Cod. unde vi*, prima dicitur vis expulsiva, secunda vis ablativa, tertia dicitur vis inquietativa, de quibus latè Menoch. *in remediis possessoriis.*

183 Nostra autem, de qua loquimur violentia, longè ab illis differens est & diversa species, siquidem illis actio, & interdicta judicialiter exercenda designata sunt, huic nuda defensio, nuda potestas, vis propulsiva, & protectiva, extrajudicialiter à Principe interponenda, illæ à privatis committuntur, ista à judicibus tantùm, illæ extra judicium in bonis, hæc in processibus, & in
184 judicio inter cognoscendum jurisdictionis prætextu, quæ ita describi valet ut sit damnosa quædam, injuriosa & violenta oppressio, naturalis defensionis impeditiva, per judicem illata.

Et in primis, quòd judex non deferendo appellationi legitimæ, & jure deferendæ, & ejus occasione tentans suspensam sententiam exequi, committat vim; est mirabilis, & famosus textus *in l. lege Julia 7. ff. ad l. Juli.*
185 *de vi publica*, ibi, Lege Julia de vi publica tenetur, quicumque imperium potestatémve haberet, civem Romanum adversus provocationem necaverit, verberaverit, jusserítve aliquid fieri. Et illud verbum *civem Romanum*, intelligi idem in quocumque homine libero, *juxta* §. 1. *de nupt.* Rebuff. proximè citandus, & gloss. ibi, *verbo provocationem*, exponit, id est, qui appellaverat,
186 Reus ab ejus injuria, est etiam text. optimus *in l. 4. tit.* 10. *part* 7. cujus elegantissima verba sunt: *Sientense por agraviados à las vagadas los homes de los juicios de los judgatores è piden alçada para delante del Rey: è tales juezes a que con gran soberbia, ò malicia que ay en ellos, ò por ser mui desentendidos, que les no quieren dar alçada, antes los desonrrun diçiend les mal, ò prendiendoles, è porende deçimos, que qualquier judgador que sobre tal raçon come esta firiesse, ò prendiesse, ò mataſſe, ò desconrrasse algun ome, que debe haver porende otra tal pena, como si ficiesse fuerça con armas, porque muy fuertes armas han para façer mal aquellos què tienen voz del Rey, quando quisieren usar mal del lugar que tienen*, ecce mirabilia non admittentia cavillationem, & jura expressè probantia judices vim facere, non deferentes legitimis appellationibus, sententias exequi curantes.

Quæ jura nihilominus quòd expressè id probant, 187
clariùs comprobatur, quia cùm sint sub titulis de violentiis, tractantibus, prout *dicta l. Julia sub rubr. de vi publica, & d. l. partita sub tit. de las fuerças*, secundùm quas rubricas declarantur, quia leges debent intelligi secundum rubricam sub qua situatæ sunt. Joan. Andr. Immol. Anton. de Butr. & Panormit. citati & sequuti ab Everard, *in locis legalibus, in loco à rubro, ad nigrum* 45. *f.* 333. *vel si autem oratio*, quibus juribus mirabiliter comprobatur *d. l.* 36. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil.* ibi: *Alçar las fuerças que los juezes Eccleſiasticos, y otras personas hazen en las causas de que cognoscen, no otorgando las apellaciones, que dellos legitimamente son interpuestas*, & ex determinatione *d. l. Julia*, dicit Bald. *in l. addictos, C. de Episcop. aud.* quòd paria sint occidere innocentem, 188
& occidere qui confugit ad justam defensionem.

Et ulteriùs quòd judex vim faciat non deferens ap- 189
pellationi legitimæ per eandem legem, *l. Julia*, tenent quamplurimi Doctores, Bart. *in d. l. Iul.* optimè & mirabiliter Guid. Papæ *in tract. de appellat. n.* 600. *num.* 89. & per eandem legem, idem tenet Rebuff. *in tractatu de sentent. exequut. in præfatione, n.* 2. *in comment. to.* 2. *fol. mihi* 307. Mansuet. *in prax. judic. in tit. de appell. col.* 16. *vers. judex qui non permittit, fol.* 123. & sentit. Lancelot. Corrad. *de prætor.* §. 2. *de off. prætor. in cauſ. civil. tit. de appell. n.* 6 & tradit per Joannem Fabrum *in l. à proconsul. C. de appell.* & Doctores *in l. fin. de variis, & extraordin. cognitio.* & Aretin. & Fabr. *in prin. inst. de oblig. quæ ex quasi delicto*, ut Nicol. Boër. *decis.* 153. *judex pact. numer.* 4. & per eandem legem idem dicit Lancelot. Robert. *de attenta.* 3. *p. cap.* 31. *à num.* 242. *cum sequentibus*, ubi etiam allegat. Guid. Pap. *in d. tractatu de appell. q.* 2. *& quæst.* 120. *colum.* 4. *vers. quæro an appellatione interposita.* Efcacia *de appell. q.* 13. *artic.* 13. *sub num.* 100. Prosper. Farin. *in quæstion. crim. l.* 3. *quæst.* 101. *ampliat.* 3. *numer.* 5. Clarius de Seysello *in repetition. l. ut vim nu.* 36. *de justit. & jur.* ibi, quia judex malè procedendo etiam facit vim. ut loquitur de exequente, appellatione legitima, & post hæc eadem lege citata idem dicit Sese *tract. de inhibition cap.* 8. §. 3. *num.* 9. quia in nostris terminis eam ponderat, & allegat, qui omnes ad hoc citant dictam legem *l. Iulia*, quod Lancel. *ubi proximè* post Guid Pap. *quæst.* 93 idem intelligit, etiamsi appellatio ab amico interposita fuisset; & licèt multo post hæc scripta viderim Cevall. *in tractatu de cognitio. per viam violentiæ gloss.* 6. *sub num.* 9. allegantem, d l. *l. Iul.* nullis citatis authoritatibus, *in epistola ad regem*, nec *in* 190
quæst. 897. qua epistolam transcripsit, ubi dicit dictam legem à nemine hactenus esse ponderatam, in quo, ut vides, deceptus est, cùm tot Doctorum catervam retulimus illius legis intuitu affirmantium, vim committere judicem non deferentem legitimæ appellationi, curantémque sententiam suam exequi, ut ex eis patet.

An autem in hoc violentiarum recursu, & cognitio- 191
ne, ad hoc ut declaretur vim fieri, utrumque simul requiratur, scilicet, appellationis denegata delatio, & sententiæ attentata exequutio simul, *infrà hac* 1. *p. cap.* 6. commodiùs tractandum est.

Igitur si judex hoc casu infert vim; poterit legitimè oppressus ad Regem confugere, ut vis illa propulsetur, & vim passus protegatur, & defendatur, cæteris etenim violentiis, hac quæ à judice fit, major est, 192
& atrocior, cùm sub secuto, & superioratis, ac jurisdictionis prætextu, facillimè deliberari potest, ad hujusmodi vim inferendam, quò quidem tendunt, & ponderari debent illa verba *d. l.* 4. *tit.* 10. *p.* 7. ibid. *Que debe haver*

hazer otra tal pena como si ficiesse fuerça con armas, porque muy fuertes armas han para fazer mal aquellos que tienen voz del Rey: quando quisieren usar mal del lugar que tienen. Cui consonat illud Ecclesiast. *cap.* 12. Judicium, in quo aliquis condemnatus injustè, simile est violentiæ latronum, idem docet D. Thom. 2.2. *quæst.* 69. *art* 4. ibi, Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem; & ideo sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casu malis Principibus. Et facit quod habetur *Psal.* 103. *n.* 22. & meliùs illud David *Psal.* 70. ibi, Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias: quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris contra legem agentis, & iniqui, *&c.* Igitur cùm judices tot intolerabiles violentias, & oppressiones suæ majoritatis, & jurisdictionis occasione committant; justissimè multò fortius poterit Rex illis resistere, & oppressis naturalem defensionem præstare, cujus proprium officium est, & facit, *l.* 2. *vers. item aut.* ibi, Spectat autem ad nos injuria, quæ eis fit, qui vel potestati nostræ vel affectui subjecti sunt, *&c.* quibus applica, quæ hactenus dicta sunt, cùm vera vis sit.

PRÆLUDIUM V.

SUMMARIUM.

In cognit. violentiæ omnium concors sententia est, ut extrajudicialiter, & sine cognitione judiciali celeriter, & sine jurisdictione proceditur, à nemine tamen comprobatur, num. 193.

Dicta Doctorum in hac causa cognitione extrajudiciali referuntur, n. 194.

Senatus Regius non se intromittit de his oppressionibus jurisdictionaliter, & in modo ordinariæ jurisdictionis, nec ut causam definiat, quæ ad se non pertinet, sed per modum extraordinariæ cognitionis, ut vim repellat, & appellationi justæ deferatur, ibid.

Sola cognitio contentiosa in his prohibita est sæculari, non vero extrajudicialis, qua sæcularis potestas contra violentiam judicum Ecclesiasticorum providet, non jurisdictionem impedit, &c. n. 195.

Constito de violentia summarie nulla facta citatione per facti notorium, non per cognitionalem indaginem, mandatur cum moderamine inculpatæ tutelæ Ecclesiastico, ut vis tollatur, n. 196.

Hæc cognitio debet esse extrajudicialis absque eo, quòd Senatus se intromittat in meritis causæ principalis, sed per viam extrajudicialis protectionis, n. 197.

Senatus in hac cognitione violentiæ nec directè, nec indirectè jurisdictionẽ habet, principaliter nec accessoriè, n. 198.

Senatus non cognoscit tanquam judex appellationis, nec habet jurisdictionem de meritis appellationis, & ejus justitia, n. 199.

Senatus Regius pronuntiat per modum causæ, scilicet, judicem Ecclesiasticum fecisse, vel non fecisse vim in non deferendo appellationi; non verò justè, vel injustè processisse, n. 200.

Gloss. in cap. dilecto, de sent. excomm. lib. 6. *in comprobationem prædictorum expenduntur, n.* 201.

Hujusmodi recursus nec ratione formæ, nec ratione materiæ jurisdictionem desiderat, n. 202.

Vis protectiva in ordine ad tutelam, & defensionem abstrahitur, & consideratur de per se extra jurisdictionem, num. 203.

Tutor est privata persona, & ei pupillus non subest quoad jurisdictionem, sed quoad tutelam, & defensionem, & protectionem, n. 204.

Princeps supremus dicitur tutor vassallorum quoad protectionem, remissivè, ibid.

Principibus Christianis commendata est à Deo, Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus protectio clericorum, & Ecclesiarum, num. 205.

Commendata protectione per Summum Pontificem, aut alium Principem circa aliquid, non videtur in eo concessa jurisdictio, sed solùm defensio ab oppressoribus, n. 206.

Nec recommendatus dicitur exemptus a jurisdictione suorum judicum nec subesse jurisdictioni protectoris, n. 207.

C. ex parte de privileg *declaratur, ibid. & n.* 208. *ad causam violentiæ extrajudicialem ponderatur ab Authore, ubi &c.* c. accepimus, eodem tit. *expenditur.*

Principes, quibus clericorum & Ecclesiarum defensio, & protectio committitur, ultra defensionis legitimos modos ad jurisdictionem Ecclesiasticam non progrediantur, ne pœnis, & censuris Bullæ in Cœna Domini involvantur, n. 209.

Principes Christiani ipso jure sunt protectores Ecclesiæ, etsi specialiter à Pontifice illis tribuatur protectio alicujus specialis loci, vel hospitalis, nec adquirunt jurisdictionem, nec ex tali protectione possunt inducere, aut probare superioritatem in tali Hospitali, vel loco, & ejus bonis, num. 210.

Deferre, vel non deferre appellationi, vel abstineri à receptione appellationis, vel deferri, est quid facti absque adminiculo jurisdictionis, n. 211.

Judex ad quem, non à quo, habet jurisdictionem pronuntiandi super legitimitate appellationis, n. 212.

Judex debet ad sui solam instructionem cognoscere de qualitate appellationis, non verò quoad partes pronuntiare, cùm sit jurisdictionale, & ipse judex à quo jurisdictione careat, n. 213.

Senatus aditus per viam violentiæ, ut appellatio deferatur, & innovata reponantur; solùm quoad sui instructionem cognoscit de qualitate appellationis, quod est facti, ut suprà, n. 214.

Quando informatio assumitur ad solam instructionem, & informationem Curiæ, Cognitio, & processus est omnino extrajudicialis, n. 215.

Senatus non defert appellationi negatæ à judice Ecclesiastico sed eum provocat, & incitat, ut deferat, quod est minus facto, n. 216.

Sæcularis judex de facto etiam rei spiritualis incidenter cognoscit, n. 217. *ut in observatione juramenti, & in possessorio rei spiritualis, ibid.*

Judex inordinatè procedens, & contra jus exequens suam sententiam dicitur privata persona, & ut privatus, & sine jurisdictione procedit, n. 218.

Judex de facto procedens, de facto, & sine jurisdictione procedere, & reponere debet, n. 219.

Recursus violentiæ a Rota approbatus est, n. 220. & 221.

Trid. sess. 25. cap. 3. *declaratur, n.* 222.

Clausulis sub generalibus Reges, & eorum Regia tribunalia non comprehenduntur, n. 223.

Salced. & Rodrig. in declaratione Trid. loci refelluntur, num. 224.

Trid. locus in d. c. 3. sess. 25. *noviter declaratur, n.* 225.

Trid. Concilium in multis disposuit idem, quod jure communi erat dispositum, n. 226.

Confirmatoria lex recipit eandem limitationem, quam confirmationem, n. 227.

Lex loquens cum aliqua qualitate, ad sui intellectum trahit omnes alias, quæ in illo proposito simpliciter & generaliter loquuntur, n. 228.

Trid. d. c. 3. sess. 25. *si voluisset impedire cognitionem per viam violentiæ, id expressisset, ut intelligeretur, n.* 229.

Cevall. in Tridentini loci interpretatione reprehenditur, num. 230.

Tridentini decretum in d. c. 3. sess. 25. *non comprehendit recursum violentiæ ex communi Doctorum, n.* 231.

Bulla in Cœna Domini cap. 13. 14. 15. & 16. *declaratur, num.* 232.

Impedientes de facto & contra juris dispositionem, jurisdictionem

ctionem judicum Eccleſiaſticorum dumtaxat, incurrunt in Bullam in Cœna Domini & ejus cenſuras, n. 233.
Præſumere, verbum, poſitum in lege, præſupp onitdolum, n. 234. idem de verbo audere, ibidem.
Recurſus ad Regem, & ejus tribunalia per viam violentiæ virtualiter approbatus in Bulla in Cœna Domini, refertur n. 235.
Recurſus per viam violentiæ tanquam defenſio naturalis inductus eſt ad dirigendos judices Eccleſiaſticos, ut legitime juriſdictione Eccleſiaſtica ſecundùm canones utantur, non vim facientes exequendo ſententiam, & non deferendo legitimis appellationibus, n. 236.
Eccleſiaſtici judices incurrunt in Bullam Cœna Domini vim facientes & contra præcepta canonica procedentes ad executionem ſententiæ non obſtantibus legitimis appellationibus 237.
Miniſter eſt Eccleſiæ ſupremus Princeps, qui occaſione recurſus violentiæ injuriam tollit, & oppreſſos defendit, num. 238.
Princeps temporalis ſummo honore proſequitur Eccleſiaſticum judicem appellationis cùm tractet, ut ejus juriſdictio violentiam non patiatur, n. 239.
Cognitio violentiæ non reputatur damnoſa libertati Eccleſiaſticæ, ſed in totum favorabilis, n. 240.
Violentiæ cognitio vergit in magnam utilitatem libertatis Eccleſiaſticæ ejuſque reſpicit favorem, n. 241.
Princeps ſæcularis per cognitionem violentiæ interponit ſuum auxilium judici Eccleſiaſtico ſuperiori contra inferiores uſurpantes ejus juriſdictionem, in non devolvendis juſtis appellationibus, n. 242.
Poteſtas ſæcularis ſolum tollit violentias per modum extrajudicialis & Chriſtianæ defenſionis, non judicialis, ideo nec incurrit cenſuras, nec adverſatur ſacris Canonibus, n. 243.
Regalis poteſtas in tollenda violentia non ſe intromittit ut judex, & cum juriſdictione: ſed ut Canonum & legis miniſter, n. 44.
Principes ſæculares nec ejus conſiliarios nullus judex Eccleſiaſticus, nec Summus Pontifex ut excommunicatos habet per Bullam Cœnæ Domini, n. 245.
Doctores utriuſque juris & ſacræ Theologiæ referuntur remiſſivè defenſores hujus cognitionis violentiæ tot per ſæcula uſitatæ ab omnibus Chriſtianæ religionis Principibus, n. 246.
Principes & Senatores ſi Summus Pontifex haberet excommunicatos, ut paſtor exhortaretur, & aliquando moneret, ut deſiſterent ab excommunicatione & cenſuris, imò in contrarium ſuam voluntatem declaravit, n. 247.
Recurſum Regium per viam violentiæ, nec Principes temporales comprehendi in cenſuris Bullæ in Cœna Domini teſtantur plurimi Theologi & Juriſtæ, n. 248.
Regium recurſum ad tollendum an poſſit expediri excommunicatio remiſſivè. 249.
Manuël. Rodrig. verba recenſentur in interpretatione Bullæ in Cœna Domini, n. 250.
Principes ſæculares in multis caſibus habent poteſtatem ſuper Eccleſiaſticos n. 251.
Eccleſiaſticos non recurri ad Principes ſæculares, cùm in jure dicitur intelligendum eſt, ubi non patiuntur violentiam ſecus oppreſſi, n. 252.
Recurſus per viam violentiæ etiamſi pateretur aliquod juris dubium ſtante communi Doctorum receptiſſima, & uſitata ſententia, ſine ſcrupulo uſitandus eſt etiam ſtante alia communi in contrarium, cùm recurſui faveat conſuetudo n. 253.
Reſpondetur ad deciſionem Rotæ declarantis recurrentem ad Principem incidere in cenſuras n. 254. & ſeqq.
Cevall. reſponſio ad Rotæ deciſionem refertur, n. 255.
Cevall reſponſio ad d. Rotæ deciſionem reprobatur, n. 256.
Seſe reſponſio ad Rotæ deciſionem approbatur, n. 257.
Rotæ Auditores aliter cenſuêre de recurſu ad juſtitiam Aragonum, quàm praxis in rei veritate ſe habet, n. 258.
Reſponſio vera ad Rotæ deciſionem aſſignatur, n. 259.
Rotæ Domini non habent excommunicatos recurrentes ad regem pro tollenda violentia, ſed ubi cum juriſdictione ſæculares procedere intelligunt, n. 260.
Recurſum ad judices laicos ad nudam defenſionem ſuæ poſſeſſionis Rota ſemper approbavit n. 261.
Rota non intendit tollere recurſum ad judices ſæculares pro defenſione naturali, ſed ubi præſumit tolli cum cauſæ cognitione & juriſdictionaliter, n. 262.
Cognitio per viam violentiæ ad illam extrajudicialiter tollendam eſt inducta, non ad cognoſcendum de cauſæ meritis, ut ne violenter aliquid fiat donec Summus Pontifex de remedio provideat, n. 263.
Recurrentem ad Principes pro tollenda violentia ſupponente Rota procedi juriſdictionaliter, nihil mirum, ut declaret excommunicatum falſo fundamento exiſtente, n. 264.
Caſus quamplurimi ſunt in jure, quibus clerici ſubjiciuntur juriſdictioni ſæculari abſque excommunicatione, atque immunitatis violatione, n. 265.
Rotæ deciſio oppugnans recurſum regium adducitur, cui ſatisfit, ut loquatur quando in tollenda violentia proceditur cum juriſdictione, n. 266.
Recurſum per viam appellationis ad Regem juſtiſſimè damnavit Rota, & eo utentem excommunicatum declarat, n. 267. & 268.
Recurſus ad Regem per viam appellationis ſi aliquis uteretur, ſtatim Senatores remitterent cauſam judici Eccleſiaſtico abſque violentiæ cognitione n. 269.
Rotæ deciſiones relatæ in caſu variè fuit declaratum, quandòque incurriſſe recurrentem, quandòque non incurriſſe, n. 270.
Rotæ deciſiones relatæ, caſu negato, quòd reprobaverint recurſum ad regem, eis ſtandum non erit, cum in contrarium plures, numero ſint illum approbantes, cui favet conſuetudo, & Doctorum caterva, n. 271.
Rotæ in eligenda opinione magna eſt authoritas, imò communem facit n. 272.
Rotam notare & diverſimodè aliquandò judicare qui dixerint, n. 273.
Rotæ tantum eſſe deferendum, quantum ratio ipſa urget, n. 274.
Rotæ deciſio jus non facit, nec ad cauſarum determinationem eſt neceſſaria, n. 275.
Recurrentem ad Regem non ideo, quod Rota reprobet in aliquo caſu, eò quòd mutato ordine, & illicitè fuiſſet aliquis uſus, non erit ad licitos arguendum, n. 276.
Rotæ deciſio adducitur, quæ reprobat recurſum ad Regem judicialiter procedentem, n. 277.
An minus brevi termino appellationi non deferentem vim fieri declarat Senatus, ibid.
Judices laici non poſſunt inhibere Eccleſiaſticis, cùm in eos nullam habeant juriſdictionem, n. 278.
Judices laici non poſſunt prætextu violentiæ judicibus Eccleſiaſticis inhibere, ibid.
Recurſum ad Regem præſumi factum ad ejus inſtantiam, qui habet intereſſe in cauſa n. 279. & 283. & 285.
Procurator an poſſit recurrere ad Regem pro tollenda violentia virtute mandati generalis ad illam cauſam, quæ eſt clauſula ut queat adire Cancellarias, &c. pro poſtulandis quibuſvis proviſionibus, n. 280.
Abſolutio generalis non ſuffragatur violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, ibid.
Recurſus ad regem pro defendenda propria poſſeſſione Rota non damnat, n. 281.
Recurſus ad Regem nunquam permiſit Rota tanquam ad judicem, ad effectum obtinendi inhibitiones, ſed tanquam privatum & potentem, n. 282.
Rotæ deciſio refertur, quæ recurrentes ad judices ſæculares excommunicatos declarat, cui reſpondetur, n. 283.
Rotæ deciſio alia quæ de recurſu ad Regem loquitur refertur. ibid.
Recurſus ad Regem, & ſententia reprobationis judicis Ec-

cleſiaſtici probant attentatum coram ſuperiore, num 284.
Rotæ deciſio refertur de recurſu ad Regem diſponens, num. 285.
Rotæ deciſio refertur loquens de recurſu ad ſæculares, n. 286.
Rotæ deciſio refertur loquens de recurſu ad ſæculares, n. 287
Rotæ deciſio refertur diſponens in recurſu ad ſæculares, num. 288.
Reſpondetur ad præfatas Rotæ deciſiones, ut tunc prohibeant recurſum, quando ſupponunt tolli violentiam cum juriſdictione; non tamen extrajudicialiter, ibid.
Rotæ deciſio refertur, qua dicitur, licitum eſſe patronis laicis recurrere ad laicos pro tollenda vi, quod nos retencion de Bullas *vocamus, n.* 289.
Martinus V. declaravit, ſe non intelligere, excommunicare clericos recurrentes ad Regem in caſibus illi ſpectantibus tam de jure, quàm de conſuetudine immemoriali, n. 290.
Martini Bulla refertur ad literam pro omnimoda ſatisfactione cognitionis per viam violentiæ n. 291.
Violentias tollendi in beneficiorum poſſeſſione ex immemoriali conſuetudine, aut jure, competens Regi approbat Summus Pontifex, n. 292.
Bulla Martini, licèt fuerit emanata ad inſtantiam Regis Francorum, tamen ejus determinatio univerſalis eſt ad omnes Principes ſupremos conſuetudinem immemorialem habentes cognoſcendi in certis caſibus de perſonis Eccleſiaſticis num. 293.
Conſuetudines rationabiles & immemoriales tollendi violentiam non præſumitur, Pontificem velle tollere, n. 294.
Reges in ordine ad ſpiritualia ſubſunt Summo Pontifici, qui etiam temporalem juriſdictionem habet in ordine ad ſpiritualia, n. 295.
Princeps cùm uni præſidi reſcribit, omnibus præſidibus ſcripſiſſe intelligitur, n. 296.
Legis ratio generalis licèt uni præſidi directa, ad omnes extenditur, n. 297.
Violentiam tollere ex immemoriali Principibus permittitur, dummodo non fiat in contemptum juriſdictionis Eccleſiaſticæ, num. 298.
Reſpondetur ad quartum argumentum ſuprà poſitum, n. 23. *contra recurſum regium, n.* 299.
Conſuetudo immemorialis, qua comprobatur recurſus ad Regem; non habet injuſtum principium, ſed fundatum in jure naturali, divino & poſitivo, n. 300.
Jura prohibentia laicis ne de clericis cognoſcant, loquuntur de cognitione judiciali, non extrajudiciali, n. 301.
Reſpondetur ad quintum argumentum appoſitum ſuprà, n. 35. *n.* 302.
Exemptionem clericorum à juriſdictione temporali eſſe de jure divino quam nec Summus Pontifex poteſt tollere in totum, n. 303.
Exemptionem in caſu limitato non habere locum, poteſt inducere conſuetudo, n. 304.
Jura loquentia de tollenda conſuetudine, in cognitione clericorum per laicos introducta, loquuntur de cognitione judiciali, & de præſcribenda juriſdictione, n. 305.
Conſuetudo tollendi violentias inter perſonas Eccleſiaſticas libertati Eccleſiaſticæ eſt favorabilis, & utilis, n. 306.
Reſpondetur ad ſeptimum argumentum, de quo n. 39. *pro contraria parte adductum, n.* 307.
Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum magnam vim habet etiam in negotiis Eccleſiaſticis, n. 308.
Reſpondetur ad octavum argumentum, n. 38. *pro contraria parte adductum, n.* 309.
Bulla in Cœna Domini in illis verbis (aut prætextu cujuſvis conſuetudinis, ſeu privilegij) interpretatur, ibid.
Cognitio & protectio naturalis vaſſallorum vi oppreſſorum non competit ſupremis Principibus privilegio Pontificalis ſed juris naturalis inſtinctu, & ratione, n. 310.
Cognitio per viam violentiæ, & defenſio naturalis, eſt attributum inhærens regimini, à quo avelli non poteſt niſi ſimul cum ipſo regimine, n. 311.
Defenſio naturalis, & extrajudicialis cognitio ſemper reſervata cenſetur in omnibus privilegiorum revocationibus, n. 31.
Cognitio per viam violentiæ an revocari poſſit per Pontificem caſu, quo ex privilegio Principi competeret dumtaxat, n. 313.
Bulla in Cœna Domini quando loqueretur in Regia protectione, non intelligeretur ſublata conſuetudo immemorialis, n. 314.
Bulla in Cœna quo anno incipit n. 315.
Et per quos Pontifices fuerit ampliata, & confirmata, ibidem.
Clauſula (ſub prætextu violentiæ) incipit à Bulla Adriani VI. anno. 1523. *n.* 316.
L. Regni 36. tit. 15. lib. 2. recopil. *fuit condita anno* 1524. *qua Reges Catholici affirmant habere jus cognoſcendi inter Eccleſiaſticos per viam violentiæ ex immemoriali retrò, num.* 317.
Immemorialis ſupponit tempus infinitum, n. 318.
Interruptio & prohibitio non excludit immemorialem, numero 319.
Conſuetudo immemorialis cognoſcendi per viam violentiæ formata erat ante promulgationem Bullæ in Cœna. 320.
Bulla in Cœna reſpectu tollendæ violentiæ (caſu quo de ea loqueretur) non fuit recepta in omnibus Chriſtianæ religionis ditionibus uſitata ſemper cognitione hac, n. 321.
Lex uſu populi non recepta, ſed contrariis actibus rejecta, nec obligat, nec adſtringit, n. 322.
C. fin. de conſuetudine *non comprehendit tribunal, quo ante ejus promulgationem contraria conſuetudo vigebat, n.* 323.
Recurſui ſui regio, & defenſioni naturali contraria omnia procedunt in judice ſæculari volente judicialiter cognoſcere: non tamen in Principe protegente ſubditos vi oppreſſos, n. 324.
Doctores Regiæ cognitionis per viam violentiæ terminos confundentes, & abutentes conteruntur, n. 325.
Doctores quandoque nonnulli hanc cognitionem extrajudicialem vocant juriſdictionem, nonnulli quandoque Principem habere præſcriptam juriſdictionem contra Eccleſiaſticos cognoſcendi per viam violentiæ, qui reprehenduntur ab Authore, n. 326.
Azorius qui ex proprio Marte, inſurgit adverſus hanc regiam protectionem reprobatur, n. 327.
Azorius fundavit ſuam opinionem in falſo ſuppoſito & fundamento, nempe Regem in hac protectione vi oppreſſorum procedere cum juriſdictione, n. 328.
Proſper. Farin. reprobatur, n. 329.
A Cevallos cavendum utente loquendi modo ſcilicet; appellatur per viam violentiæ, n. 330.
Appellare per viam violentiæ, duo ſunt repugnantia, ſi enim appellare; quando per viam violentiæ? ſi per viam violentiæ: quomodo appellare? n. 331.
Cevallos aſſertio animadvertitur lapſi, n. 332.
Judicialiter cognoſcere, nihil aliud eſt, quam ſervatis judicij ſubſtantialibus procedere, n. 333.
Judicialiter & extrajudicialiter ſunt contraria, unum affirmans, aliud negans, n. 334.
Cevallos animadvertitur, dum hanc protectionem extrajudicialem extraordinariam ſimpliciter vocat, n. 335.
Cevall. reprehenditur, dum aſſertionem Gregorij Lopez & aliorum reprobat, n. 336.
Lex regia fundat cognitionem per viam violentiæ in jure, & conſuetudine ſuis omnibus requiſitis vallata, & acquiſita, n. 337.
Conſuetudo in juribus incorporalibus requirit præcisè ſcientiam & patientiam ejus, contra quem introducitur; aliàs non habet principium unde cauſari poſſit, n. 338.
Patientia & tolerantia in juribus incorporalibus idem operatur, quod poſſeſſio in rebus corporalibus, n. 339.
Cevallos idem quod modò reprobat in Gregorio Lopez, pluribus in locis fuit ſequutus n. 340. & 342.
Cevallos reprehenditur, dum reprobat opinionem Dominici Bañez, num. 342.

Qui

Qui proprio ore convincitur, numero 343.
Doctores tractantes de recurs.. per viam violentiæ ferè omnes de fama privilegij teſtantur, n. 344.
Sixtum IV. fuiſſe conſultum ſuper hac violentiæ cognitione inſtante D. Fran. Ximen. Archiep. Tolet. eámque approbaſſe, qui affirmant, n. 345.
Recurſum Regium ſi alieno privilegio juſtificamus, cur non meliùs cùm fama proprij? n. 346.
Cognitionem per viam violentiæ conſuetudine & jure vallatam, non erit inconveniens privilegio expreſſo confirmatam habere, n. 347.
Poſſidere quis poteſt ex pluribus cauſis, & ex utiliori juvari, n. 348.
Privilegium Sedis Apoſtolicæ emanatum in confirmationem cognitionis per viam violentiæ, etſi poſtea revocetur; nihil Regis detrahit juri, n. 349.
Jura duo ubi competunt, uno ſublato actus alio ſuſtinetur, n. 350.
Jura plura in uno concurrentia uno ſublato, cætera cum eo non confunduntur, n. 351.
Condemnatus ex una cauſſa; poteſt ex alia judicium movere ſuper eadem re; n. 352.
Cognitio per viam violentiæ non ſolum fundatur in privilegio præſumpto ex immemoriali, ſed ex jure regali proveniente à radice, & fonte juris naturalis, n. 353.
Privilegium conceſſum à Sede Apoſtolica in comprobationem Regij recurſus an poſſit ab eadem Sede revocari, num. 354.
Privilegium conceſſum in favorem Eccleſiæ, revocari à Principe non poteſt, n. 355.
Privilegium conceſſum à Pontifice licèt revocetur, remanet Regi defenſio vaſſallorum, & cognitio per viam violentiæ extrajudicialis, cujus proprium officium eſt incommutabile, n. 356.
Princeps licèt ſit Dominus univerſalis quoad protectionem, & juriſdictionem, non tamen quoad dominium particularium quod tollere nequit, n. 357.
Privilegium conceſſum non ſubdito revocari non poteſt, num. 358.
Gregorij Sayrij aſſertio probatur, n. 359.
Ad defenſionem ſui licitum eſt, omnibus modis uti cum moderamine inculpatæ tutelæ, n. 360.
Defenſionibus pluribus uti nemo prohibetur, n. 361.
Defenſionem eſt de genere prohibitorum, ut una via electa, altera tollatur, n. 362.
Textus optimus in cap dilecto de ſentent. excomm. l. 6. *refertur, n.* 363.
Theorica hujus recurſus per viam violentiæ, quia hoc capite dicta ſunt nova, quia à nemine ita conſiderata & ordinata hactenus fuêre, plurimæ eſſentialiſſimæ rationes, doctrinæque infinitæ pene ſunt noviter adductæ, n. 364
Authoris proteſtatio, n. 365.

MATERIA hujus Præludij cardo eſt, ſeu potiùs columna fortiſſima, ſuper qua totum hujus recurſus pondus, onus, virtus, eſſentia requieſcunt, eſtque totius contradictionis inſidiarum, ſeu argumentorum fortiſſimus murus, conſtans propugnaculum, impenetrabile, & valida reſiſtentia, quaque omnibus penitus ſatisfit adverſariis oppoſitionibus, in quo pariter omnes Doctores de juſtificatione hujus Regali recurſus, tractantes obiter, & nimis genericè attingunt; eſt etenim omnium Doctorum, quorum nomenclaturam *ſuprà ad principium hujus capitis, n.* 16 & aliorum in
193 diſcurſu citavimus, concors, & receptiſſima ſententia, ut ſcilicet in hac cognitione per viam violentiæ impartiatur defenſio vi oppreſſis, extrajudicialiter, celerrimè, & abſque juriſdictione, nihil ulteriùs probantes, nec fundantes (prout eſſentialiter requiritur) verificantes à propugnatoribus hoc fundamentum evacuari queat, indéque totum ædificium labatur.

Pro cujus declaratione quid in hoc dixerunt Doctores præmittendum eſt, & in primis Olivan. *in tractatu de jure fiſci, cap.* 11. *n.* 50. poſt Covarr. & afflict. *& c.* 14. *num.* 1000. *cum ſequentibus*, quòd Regius Senatui non ſe intromittit de his oppreſſionibus juriſdictionaliter, & in modo ordinariæ juriſdictionis, nec ut cauſam definiat, quæ ad ſe fortè non pertinet, ſed per modum extraordinariæ defenſionis, ut vim repellat, propulſet, & oppreſſum ſublevet, & eccleſiaſticum quodammodo reducat ad viam juſtitiæ & tramites legitimos, deferátque appellationi juſtæ: ita Olivan. *num.* 54. ubi alios allegat, eúmque referens ſequitur Seſe *de inhibitio. cap.* 8. 195
§. ſub n. 70. per quem dicit ulteriùs quòd ſola cognitio contentioſa de iis prohibita eſt ſæculari, non verò charitativa, & extrajudicialis, nam hæc ſæcularis poteſtas, cautio, & proviſio contra violentiam, & oppreſſionem judicum Eccleſiaſticorum, non juriſdictionem impedit Eccleſiaſticam, non uſurpat, nihil de cauſa definit, non cognoſcit, ſed pro quiete ſubditorum, pro tranquillo ſtatu provinciæ, pro æquitate retinenda, pro injuriis, & oppreſſionibus reprimendis interponitur, & cum ſumma reverentia Eccleſiæ debita, cum maturitate, & monitione permiſſa, & magis monendo quàm corrigendo exercetur, ut per eundem Olivanum *num.* 56. quem ſequitur Seſe *ibi. & epiſtol. ad Regem, num.* 22. *&* 73. poſt Bobadil & Lucam de Penna *in l. ſi coloris, colum.* 11. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. ubi hæc elegantiſſima verba ſcribit: Nulla alia proinde citatione facta, conſtito de 196
violentia ſummariè per facti notorium, non per cognitionalem indaginem, mandatur per judicem ſæcularem aſſiſti laico, vel clerico, *&c.* cum moderamine inculpatæ tutelæ, *&c.* Idem etiam repetit Seſe *in d. epiſtol. num.* 54. *&* 65. ubi optimè loquitur, quòd hæc cognitio debet 197
eſſe extrajudicialis abſque eo, quòd ſe poſſit Senatus intromittere in terminis cauſæ principalis, ſed per viam protectionis extrajudicialis, & œconomicæ poteſtatis, ubi allegat Menoch & Pacia. *conſ.* 164. *n.* 38. & quod Senatus in hujuſmodi protectione per viam violentiæ non procedat authoritate judiciali, quia ad id nec habet, nec eſt neceſſe, tenet Born. de Laureac. de caſibus in quibus judex ſæcularis injicit manus in perſonas clericorum *n.* 12. Aufrer. *de poteſtate judiciali ſuper clericos, reg.* 2. Carol. de Graſſis *l.* 2. *regal. Franc. c.* 26. *n fin.* Olivanus *de jur. fiſc. c.* 30 *n.* 30. ubi illos refert, *& c.* 8 *n.* 30 ubi 198
dicit, quòd Senatus in hac cognitione juriſdictionem non habet, directè, nec indirectè, principaliter, nec acceſſoriè. Sequitur Cevall. *in epiſtol. ad Reg. m, n.* 31. Michaël Axia *de exhiben. auxil. fundam.* 26. & idem dicit Humad. *in l.* 13. *tit.* 13. *part.* 2. *n. gloſ.* 4. *in verbo ninfuerça*, & Covarr. *cap.* 35. *num.* 3. *verſiculo nec Regi*, quòd Senatus non cognoſcunt tanquam judices appellationis, 199
& habentes juriſdictionem de juſtitia appellationis, ad Summum Pontificem deferendæ, ad hoc ut ab ipſius ſententia confirmetur, aut revocetur, quia in eo caſu violaretur immunitas eccleſiaſtica Eccleſiæ juxta textum *in c. novit, & in c. gravem de ſentent. ex communi* ſed ſolùm recurritur ad ipſum, ut per modum extraordinariæ & extrajudicialis defenſionis, ſuccurratur oppreſſis, & ad finem ut tollatur vis illa, quæ à judice Eccleſiaſtico injuſtiſſimè fit appellanti; quamplurimos ad idem refert Cæned. *canonicarum qu.* 45. *n.* 8. *& ſuprà, & iterum, n.* 18. *verſic. cæterum*, poſt Afflict qui in propoſito bene loquitur, *deciſione* 24. & Lucam de Penna *ubi ſuprà*. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num.* 214. hoc idem tenent Siman. *de Cathol. inſtitut. c.* 45. *n.* 35. Navar. *in d. c. cùm contingat, rem.* 1. Menoch. *de recuper rem* 3 *n.* 356. Segur *de* Aval *in directo. judi. Eccl. ſect.* 2. *p. cap.* 13. *n.* 51. Azeved. *in l.* 2. *titul.* 6. *lib.* 1. *recopil.* Gutier *de juram. confirm.* 1. *p. cap.* 2. *n.* 26. Humad *in d. l.* 13. *tit.* 13. *part* 2. *gloſſ.* 4. & ibi Gregor. *gloſſ. verb. ninfuerças.* Vivald. *in candelab. aureo in explicatione Bullæ in Cœna Domini, in caſ.* 14. *n.* 102. & idem Cæned. *ubi proximè in n.* 15. dicit quòd judices

200 judices Regij pronuntiant per modum causæ, scilicet, judicem ecclesiasticum vim fecisse, vel non fecisse, in eo quòd appellationi partis non detulerit, non autem pronuntiare, quod judex ecclesiasticus justè, vel injustè processerit, quod & eleganter declarat Navarr. *in cap. cùm contingat, pag. 149. vers. 3. idem non obstat*, & hoc jure utimur & quotidie practicamus.

Hæc sunt, quæ de hoc articulo tractarunt Doctores uni alteros insequentes ulteriùs non justificantes, nec corroborantes hunc articulum, quibus & tu addere
201 poteris celebrem glossam *in cap. dilecto, verb. sibimet, & verb. utrumque maximè, verb. suffragari*, ibi; sed hic loquimur de exequutione ipsius gladij (scilicet temporalis,) non in modum justitiæ, sed defensionis, *&c.* quæ sunt notabilia *de sement. excommunic. lib. 6.*

Quorum doctrina noviter à nobis altiùs, & ulteriùs fundatur, quoniam hujusmodi recursus nec ratione
202 formæ, nec ratione materiæ, jurisdictionem desiderat, nec potest, nec ea indiget, quia subjecta materia non patitur, nec etiam necessaria est; ratione formæ, & modi procedendi ipsa demonstrat apertè, ut in sæpe repetita lege Regia 36. & non latiùs *cap. seq.* & quia in clericos judex laicus exercere non potest, ut incapax.

Rationem materiæ sic probo, primò quoniam hæc
203 cognitio est nuda defensio & absoluta Regis facultas, vis protectiva, & defensiva: etenim vis protectiva in ordine ad tutelam, & defensionem abstrahitur, & consideratur de per se, extra jurisdictionem, quod mihi probet eleganter textus *in §. 2. institut. de*
204 *tutelis*; ubi tutela est jus, ac potestas in homine libero, ad ejus defensionem, cui non subest, quoad jurisdictionem, quia tutor est privata persona, sed quoad tutelam, protectionem, & defensionem, quod monstrant illa verba; (in homine libero) quæ sic interpretor, & intelliguntur (quod & nostræ considerationi rectiùs arridet) si memineris, nos *superiùs* probasse à *num.* 76. Principem supremum dici tutorem reipublicæ, & vassallorum in hoc sensu, ut sub ejus protectione sint, ne ab aliis vi opprimantur, nec vexentur: ergo sequitur, quòd vis propulsiva, & protectiva, qua Princeps aliorum vim repellit, jurisdictione non indiget, & absque illa esse potest, quod per Rotæ decisionem statim citandum ulteriùs corroboratur.

Secundò, quoniam Principibus Christianis, à Deo,
205 Sede Apostolica, & Romanis Pontificibus, ac legibus positivis commendata est protectio clericorum, & Ecclesiarum, ut ex sacro Concilio Tridentino & ex aliis pluribus juribus, & authoritatibus abundanter probavi *supra in prælud. 2. per totum*, quod non repeto, & faciunt etiam quæ diximus *in prælud. 1. à princ.* Sed
206 sic est, quod cui protectio alicujus commendata est per Summum Pontificem, aut alium Principem, non ideo censetur concessa jurisdictio, sed solùm defendere ab oppressionibus, ergo nec hîc Minorem elegantissimè, probat mihi Geminian. *in cons. 81. per totum*, ubi dicit quòd protector alicujus universitatis, vel commendatæ tenetur recommendatum defendere, si injustè opprimatur, prout principes sæculares, qui tenentur protegere Ecclesiam, & alia pia loca, ex quo infert, quòd habens aliquem recommendatum, vel sub protectione, non dicitur habere sub suo gubernio, vel jurisdictione, quæ est stupenda doctrina, ad nostrum propositum, quam ad idem referens sequitur Cardin. Tusc. *pract. conclus. tom. 6. littera P, n. 1. & 2.* ubi dicit idem de verbo ad verbum.

Et quòd quando aliquis ex privilegio Pontificali recommendatur protectioni alterius, non censeatur in protectorem transire simul jurisdictionem, sed de-
207 fensionem nudam ab oppressionibus, nec à jurisdictione suorum judicum intelligantur eximi; optimè notat glossa *in leg. fin. de confirmatione utili, vel inutili*, & plenè per Bartol. *in l. 1. de excusat. num. lib. 10.* quos sequitur Joan Petr Ferrar. *in pract. tit. de forma appositio. contra instrum. §. aliis rationibus, & causis, num. 3. fol. mihi. 231.* & est textus singularis *in cap. ex parte 18.* cujus sunt verba: ex parte tua fuit quæsitum utrùm clerici, & laici, qui literas protectionis ostendunt, in quibus personæ suæ expresso nomine, cum omnibus rebus suis, sub Apostolicæ protectione consistere declarantur, à jurisdictione Episcopi diœcesani sint exempti: Nos autem respond. quòd per litteras hujusmodi ab Episcoporum suorum potestate minimè subtrahuntur. Hactenus de insigni textu de privilegiis in decretalibus

Qui text. utramque nostram intentionem probat, & 208
quòd per hujusmodi protectionem clericorum Principibus temporalibus commendatam, non censeatur illorum jurisdictioni clericos submittere, nec à jurisdictione ecclesiastica extrahere, prout nostro in proposito, in quo tantùm ad violentiam tollendam adhibetur cognitio extrajudicialis, an appellatio suspendat vel non, ut violentia judicis detegatur, ob negatam debitam delationem appellationis, cujus cognitio, an justa, vel injusta sit, tam appellationis, quàm sententiæ superiori ecclesiastico præservata remanet; & est similis text. *in cap. accepimus, in fin.* ibi, si verò ad judicium perceptæ protectionis, census persolvitur, non ex hoc juri 209
diœcesani Episcopi aliquid esse subtractum, *&c. eodem tit. de privilegiis*, ergo Principes supremi, quibus recommendata est protectio dumtaxat clericorum vi oppressorum, quoad defensionem sub protectionis limitibus contineri debent, nec excedendo legitimos protectionis & defensionis modos, ad jurisdictionem ecclesiasticam, & alienam ingrediantur, & inde in Bullam in Cœna Domini, maximè cùm ad tollendum violentias vis protectiva, & nuda Regia potestas sufficiant, juxta subjectam materiam, quæ nec jurisdictionem patitur, neque ea indiget.

Et hoc eodem modo argumentatur Mar. Anton. Macerat. *variar. resolu. lib. 1. resol. 6. n. 6.* post Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 4. casu 337. n. 7.* Gabr. *cons. 195. n. 1. cum sequentibus*, ubi probat, quòd cùm Principes Christiani sint ipso jure protectores Ecclesiæ, *clem. 1. §. ergo* 210
de jur. jur. ut alicujus etiam particularis Ecclesiæ, aut Hospitalis illis specialiter protectio concessa à Summo Pontifice, neque acquirit jurisdictionem, nec illam tollit jurisdictionem superioris ecclesiastici, nec ea potest Princeps inducere, aut probare superioritatem aliquam circa eandem Ecclesiam, aut hospitale, & ejus bona aut jura, quod est notandum.

Tertio non minùs subtiliter hæc nostra propositio 211
comprobatur, etenim admissibilitas seu non admissibilitas appellationis respectu judicis à quo, est quid facti, quia ipse citra delationem, vel non delationem, appellationis jurisdictione caret, nisi prout est quid facti, nam abstineri à receptione appellationis, vel ei deferri est quid facti, absque adminiculo jurisdictionis: ita eleganter dicit Philipp. Franc. *in cap. constitutus 45. sub n 9. de appellat.* quem referens sequitur Escacia *de appellat. quæst. 11. art. 1. sub n. 4. vers, infero ex hac secunda*, quare non potest se intromittere in appellationis justificatione, vel in justitia, nec pronuntiare, quoad partes an sit admittenda, vel non, sed pronuntiare limitatè factum proprium; & respectu suæ personæ, tantum scilicet defero, vel non defero, admitto, vel non admitto appellationem, nam in universum pronuntiare, ut legitimam admittendam, vel non pertinet judici ad quem, qui habet jurisdictionem, non ad eum qui ea caret per 212
appellationis interpositæ effectum suspensivum; latissimè post Conrard. & alios prosequitur Escacia *ubi proximè a num. 1.*

Ex quo infert ipse Escacia, ibi *sub n 4. vers. infero ex hac*, cum Philippo Fran. *in d. cap. constitutus sub n. 19.* 213
de appella. quòd cùm judex debeat ac sui solam instru-

ctionem

ctionem cognoscere de qualitate appellationis,non deber quoad partes (ut faciat jus)pronuntiare,sed quoad se dumtaxat, & ad sui instructionem , quia non habet jurisdictionem,nisi prout sit admissibilitas, quid facti, dicendo defero,vel non defero,admitto,vel non admitto , ad quam cognitionem qualitatis appellationis, quoad sui instructionem in hoc casu(quæ est quid facti) non indiget jurisdictione, nec est necessaria:quia nihilominus quòd caret jurisdictione suspensa per legitimam appellationem,tacitè à jure sive sit ab eo admissa sive non:textus optimus *in l.*1 ibi appellatione interposita,sive recepta , sive non ; medio tempore nihil novari oportet ; siquidem fuerit recepta appellatio , quia recepta est,si verò non est recepta, ne præjudicium fiat ei,quoad deliberetur, ut tùm recipienda sit appellatio, an non sit,*ff.nihil novari appellatione penden.* tamen cognoscere potest de hac admissibilitate,& qualitate,sive natura appellationis , an debeat, vel non deferre,& sic extrajudicialiter.

Ex qua miraculosa doctrina literis aureis describenda,tres mirabiles & utilissimi oriuntur effectus. quoad
214 hanc nostram cognitionem extrajudicialem per viam violentiæ.& ejus justificationem , cui libenter arridet, Primus quòd cùm in Senatu adito per viam recursus,ut deferat judex appellationi & reponat attentata,agatur dumtaxat an appellationi debeat deferri vel non (interim dum superior aditus aliud censeat)de cujus qualitate,& natura informatur. extrajudicialiter ad sui instructionem, tantùm per actorum inspectionem,quod est quid facti?sequitur manifestè , ut jurisdictione non egeat,quia subjecta materia,nec patitur,nec illam desiderat,etiam in eodem judice, qui sententiam tulit , ex eodem Franc. & Escacia supra citatis.

Quartò fulcitur nostra propositio ex secundo effectu proxime præcedentis doctrinæ ; enimvero si à Se-
215 natu in hujusmodi salutari recursu cognitio adhibetur ad sui instructionem,& animi informationem ex actorum inspectione , ut appellationis natura cognoscatur, ut dictum est , ergo sequitur quod procedit extrajudicialiter,quoniam incommutabilis est,& recepta doctrina ; quòd quando informatio assumitur ad solam instructionem,& informationem Curiæ,cognitio & processus est omnino extrajudicialis?& in ea,nec servatur, nec attenditur forma,nec solemnitas judicialis,quia totaliter extrajudicialiter, & absque jurisdictione proceditur Bal.*in l.*3.*§.si tibi , col.*2.*verf. sed pone , juncto verf. sed an ista,ff.de cond.ob turp.cauf.*Alberi , *de malef.in tractatu de testibus,cap.*7.*post.n.* 38. Angel. *tract.de malef.in verbo quod forma publica,n.*11.Salicet.*in l. fi. in fin. D.de quæst.* Marsil.*in l. de unoquoque, n.*35.*verf.dicas tamen,ff. de re judic.& post.n.*81.Bonif.de Vitall. *in clem.*2.*n.*89. Marant.*de ord.judic.*6. *p. memb.*1.*rubric. de citatio n.*20. Mascar.*tract.de probatio lib.*1. *in præfatione,q.*5.*num.*39. *& lib.*3.*concl.*1366.*n.*6. Flamin. Chartar. *in tractatu de exequut.sentent.cap.fin.n.* 175. *& in practic. interrog.reorum,lib.*3.*c.*3.*n.*61.Bertazol. *consil.*353.*n.*4 *verf. secundo dato,lib.* 2. & videnda , quæ in hunc sensum congessit Maresco*t variar.resolu.lib.*2.*c.*1.*n.*51. post alios,de quo nos latissimè *infrà,* 2. *p.cap.*12.*per totum , & etiam* 13. ubi plures doctrinas , & authoritates, in comprobationem reperies.Ergo de primo ad ultimum sequitur subjectam materiam non pati jurisdictionem , nec ea indigere,cùm sit quid facti,maximè quia respectu Sena-
216 tus multò inferior & debilior est hujus articuli cognitio,quàm in judice à quo . quia in ipso non adhibetur ad effectum deferendi appellationi, vel non.quia ipsemet Senatus non defert,sed provocat,& incitat judicem à quo,ut deferat deferendæ,quo longè minus est,& sic multo minùs jurisdictione eget.

Tertius effectus ex prædicta doctrina Philippi Fran. & Escaciæ resultans ille est , quòd cùm admissibilitas appellationis , vel non admissibilitas , hoc est deferendum,vel non deferendum,sit quid facti,ut meritò Prin- 217
ceps sæcularis cognoscere possit,quia de facto etiam rei spiritualis judex sæcularis incidenter cognoscere queat, plures citat Covarr. *in* 4.2.*p.cap.*8.§.12.*n.* 3.*& in practic. cap.* 35. *num.*1.*verf. quibus,* Natt. *conf.*411.*num.*1. Cassan.*in Consuetudin. Burgund. rubric.*1.*verf.Esdroc.de vellis,n.*109.*in fin.colum.*8.Vival.*in explicat.Bullæ Cœnæ Domini n.*103.Gutierr. *lib.* 1. *canonic. quæst. c.*34.*n.*17. Cevall.*commun.contra. quæst.*403.*ex num.*1.Mier *in tractatu de majora.*3.*p. quæst.* 15. *ex n.*16.Cæned. *in quæst. canoni.*45.*n.*17.plures congerit Sese *tractat.de inhibitio. c.*8.§ *à n.*4. *cum sequentibus , & n.* 22. *& n.* 23. nostras Joan Garc.*de nobilit.gloss.*1.*à num.*27.hinc pro observatione juramenti judex laicus cognoscit *cap.licèt de jur. l.* 6. & in possessorio rei spiritualis ut ipsi & alij latè probant , & novissimè Torre blanca *in tract. de magia, lib.* 3. *c.* 26. *à n.* 9. *& seqq.*

Quintò corroboratur nostra principalis doctrina , & 218
propositio;nam si judex inordinatè procedit, & contra jus exequitur suam sententiam , ut privatus procedere dicitur,& absque jurisdictione, Avenda. *in cap.*2.*præto. cap.*12.*&c.*11.*num.*9 Azeved.*in l.* 31.*tit.* 6. *lib.*3.*recopil.* Mexia *super l.Tol t. unadam.*2.*p.*11.*n.*34.*& seqq.fol.*106. vide quæ nos latiùs *infrà, hac* 1. *p. c.* 3 *à n.*12.ubi ma- 219
gnam Doctorum catervam congessi, ubi judex qui de facto processit,de facto, & sine jurisdictione reponere debet,quia ad repositionem attentatorum,quæ de facto facta sunt,& finita jam jurisdictione;jurisdictio necessaria non est ex celebri doctrina Romani,*conf.*320.*incipit.hæc istorum,n.*4 *verf. quo igitur, & col.fin.*Card.Tusc. *pract. concl.tom.*3.*litera E, concl.*11.*n.*12.quos sequutus sum & comprobavi *d.cap.*3.*à numero* 15. *& supra,*quia facta de facto reponuntur:ergo cùm in hujusmodi salubri cognitione per viam violentiæ illud dumtaxat quæratur,ut appellationi legitimæ deferatur , & attentata violenter reponantur à judice,sequitur,ut ad id jurisdictio necessaria non sit,sed politica Principis potestas,& nuda defensio,cujus proprium officium est, ut repellatur violentia, prout quilibet privatus , & ipsa pars oppressa poterat licitè resistendo facere,& sibi jus dicere; quod ut urbaniùs fiat, & absque scandalo recurritur ad Principem,secundùm ea , quæ exactissimè diximus in proposito *suprà prælud.* 3. *per totum , & præcipuè in verf. quod & ex eo probatur. à num.* 85. ergo sequitur quòd Princeps in tollenda hac vi , extrajudicialiter procedat , & non cum jurisdictione aliqua , qua subjecta materia non eget.

Sextò hanc nostram doctrinam mihi probat expressè Rot Romana in una Oscens. Canonicatus Venetis 1.Decemb.1596 quam ad literam refert Sese *de inhibitio , cap.* 8. §.3.*n,* 109. *fol.*599.qua postquam reprobatus est recursus ad Regem ad tollendam violen- 220
tiam,per modum jurisdictionis,& contentiosum judicium in hæc inquit;Neque decisiones Rotales Achillis 6.de appellat.in impressis & R. P. D Decani in illa Tarraconen.Villæ de Reus die 4.Decemb.1592 & R. P. D Blancheti in Salmantin. canonicatus die 24. Maij proximè præteriti suffragabantur Paulo , quia licèt per illas decisiones concederetur facultas , quandoque recurrendi ad judices laicos , & invocandi nudum eorum auxilium ad defendendum & propugnandum possessionem , qua quis de facto spoliatur , & quam quis propria etiam authoritate defendere posset ; nusquam tamen dicitur in eis ; quòd talis recursus fieri possit ad effectum obtinendi inhibitiones , & mandata contra prælatos,& judices Ecclesiasticos , hoc enim nunquam docuit Rota , quæ optime novit . judices laicos , nec actu nec habitu habere jurisdictionem in clericos,imò illius esse penitus incapaces,arg.*c. causam.de rescript. & canon.Sacerdotibus.*11.*quæst* 1.*&c.*ex qua decisione apertè probatur,quòd recursus ad Regem inter ecclesiasticas personas non est habilis , nec capax jurisdictionis,

sed

ſed nuda defenſio, & auxilium ad propulſandam violentiam.

Hoc idem apertè probatur ex Rotæ deciſione in una
221 Cæſar. Auguſtana juris eligendi coram Domino Ordino 7 Februar. 1561. & alia Ver. jactationis Parochialis de Aldea coram Paleoro ſub die 27. Junij 1561. ut eſt in recollectis ejuſdem Paleoti, *deciſ.* 372. *incipit*, *dubium erat*, quas ſequitur & teſtatur Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. cap.* 4. *limit.* 1. *n.* 38. quibus in terminis reſolutum fuit, quòd ſi Conſilium Regium, cujus aditus fuit recurſus ad tollendam violentiam, ultra manutentionem poſſeſſionis (quod eſt merum factum) aliud faciat, putà ſequeſtrando, & ad manus Curiæ rem de qua agitur apprehendendo, nihil agit, quin tunc modus legitimæ defenſionis exceditur, & ad actus juriſdictionales ſe extendit, ut dictum eſt; quibus omnibus fundamentis ſatis comprobata remanet aliàs ſimplex & nuda Doctorum aſſertio (vera tamen propoſitio) ut in hac cognitione per viam recurſus & nudæ defenſionis ad liberandum vi oppreſſos per Eccleſiaſticos judices extrajudicialiter procedatur, abſque juriſdictione, nec umbra illius; quia ſubjecta materia nec ea indiget, nec illam appetat unquam, ut modus & forma procedendi, de qua *in cap. ſequenti* eſt agendum, evidenter demonſtrat.

Reſponſio argumentorum.

ET licèt ex his quinque Præludiis tam dilucidè comprobatis, ac diſtinctè & explicitè ordinatis, præ cæteris omnibus Doctoribus hujus juſtificationis articulum tangentibus, ut tibi ad oculum evidenter apparet; facillimè potes deducere, quid cunctis difficultatibus ſit reſpondendum, nihilominùs libet brevius, & ſigillatim explanare.

Et in primis non obſtat primum argumentum pro
222 contraria parte *ſuprà* adductum à *n.* 8. ex Concilij Trident. loco *de reformat.* 3. *ſeſſ.* 25 cui reſpondet Salced. *in additio. ad Bern. Diaz. in practic. n c.* 102. *litera A. verſ. pariqve ratione*, ut procedat quando ſæculares magiſtratus tanquam judices appellationis, veluti juriſdictione ſpirituali utentes, intenderent excommunicationem revocare, aut temperare, ſecus autem (inquit ille) ſi ad tollendam vim ab Eccleſiaſticis judicibus illatam dicto remedio, & recurſu, uterentur, quem intellectum non admittit noſtras Gaſpar Rodrig *de annuis reditib. lib.* 1. *cap.* 17. *num* 73. *ad medium*, ex eo quòd hactenus auditum eſt, ſæcularem judicem in cauſis Eccleſiaſticis in appellationis inſtantia cognoviſſe: nec illa verba dicti Trid. *ibi*, aut mandare, ut latam excommunicationem revoces) convenire interlocutioni, in cauſa appellationis prolatæ, nam appellationis judex inferioris ſententiam revocat, non tamen præcipit, ut judex inferior revocet, quod verum eſt, & ideo reſpondet ipſe Rodrig. quòd ea verba videntur pertinere ad violentiæ decreta, niſi dixeris (inquit ille) verba Concilij non comprehendere ſuprema Regia tribunalia, ſed magiſtratus dumtaxat, & judices inferiores, quibus hæc cognitio per viam violentiæ jure non competit, ut ita intelligantur verba ejuſdem Concilij, *ibi*, nefas ſit ſæculari cuilibet magiſtratui) quæ non videantur dirigi in
223 Regiam majeſtatem, nec ejus ſuprema tribunalia. ex eo quòd Reges ſicut dignitatis altitudine præeminent, ſic prærogativa gratiæ ipſos convenit anteferri. *cap. fin. de off. delegat. in* 6. & ideo ſub clauſulis generalibus ſublimes non continentur. *argum. cap. ſedes. de reſcript. cap. de multa de præbendis*, Reb. *in pract.* 1. *parte ſignatu. n* 62. facit regula Cancellar. 40 *de derogatione juris patronatus*, ubi in diſpoſitione generali non comprehenditur Rex. Mandoſ. *regul.* 13. *de obſervatione, quæſt.* 15. *n.* 3.

224 Sed ſalva pace tantorum virorum utramque interpretationem ejuſdem Concilij verba expreſsè abhorrent, à quibus quidem alienam eſſe apparebit, quia Trident. nec loquitur de magiſtratu, & judice, ut ſuperiore cognoſcente de excommunicatione tanquam judice appellationis, ut putavit Salced. ex eo quòd in eum inſurgit (& bene) Rodrig. non quidem ex prima ejus ratione, quia debilis eſt, ſed ex ſecunda; nec etiam loquitur in cognitione per viam violentiæ, ut exiſtimat Rodrig. dum excipit Reges, & ſuprema tribunalia, ut dictum eſt.

Quorum Doctorum in modum miror tam clara diſpoſitione vel interpretari ſeu potiùs cavillari, & in 225
dubium redigere, vel contra text. *in l. ille aut ille* 25. *de leg.* 3. quid ergo in illius textus litera obſcurum, aut intricatum invenêre, ut quæſtioni locus foret; enim verò textus ille ſic ſimpliciter, & prout jacet adhuc in ſenſu literali nihil addito, nec detracto, intelligendus eſt: nam poſtquam normam excommunicandi judicibus tradit, ſequitur, & facit, nefas ſit ſæculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico judici, ne quem excommunicet, aut mandare, ut latam excommunicationem revocet, ſub prætextu quòd contenta in præſenti decreto non ſunt obſervata; (reddit rationem) cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat; textus etenim generaliter loquitur, ut nullus judex de facto impediat, perturbet excommunicationem, non ut judex appellationis; ut putabat Salced. ſed quomodolibet impedire voluerit, quocumque genere impedimenti, & perturbationis; ſive occaſione juriſdictionis, ſive de facto mittendo falcem in meſſem alienam, aut juriſdictionem Eccleſiaſticam uſurpando, prout indicant illa verba Concilij *ibi*, cùm non ad ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos, *&* . ita ut illius textus deciſio non ſe reſtringat ad aliquam ſpeciem perturbationis, ſed generaliter loquitur, prohibendo ne ſe magiſtratus intromittat, quo decreto illud idem quod jure communi diſpoſitum erat, generaliter; ut judex ſæcularis non ſe inferat in Eccleſiaſticis cauſis, aut ſpiritualibus; ſpecialiter hoc decreto continetur reſpectus excommunicationis, ut illam nullo modo impediat, non ſe reſtringendo ad aliquam ſpeciem perturbationis, ſed generaliter de 226
quibuslibet omnibus impedimentis; nec eſt novum ut Concilium Tridentinum diſponat idem, quod jus commune, ut illud noviter ſuſcitetur, renoveur, ac ſit in viridi obſervantia, ut conſtat ex plurimis decretis Tridentini, prout *in cap.* 4 *ſeſſ.* 21. quo continet idem quod *cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædifi. & in cap.* 4. *ſeſſ.* 7. *de reform.* idem diſponit, quod *cap. de multa*, & ſic de aliis.

Et ſic ſub tanta verborum generalitate, non eſt comprehendendum tam ſalubre remedium, & charitativum ſubſidium, miſeris, & oppreſſis ſpecialiter à jure canonico ex ratione, & principiis juris naturalis, & divini permiſſum, longo uſu immemoriali conſervatum, ſuper
quo, cùm Tridentinum nihil ſpecialiter inducat, ſed ge- 227
neraliter potiùs diſponat, hanc limitationem à jure approbatam debet accipere, quia lex nova generaliter confirmatoria recipit eam limitationem, quam lex confirmata, juxta *l. ſciendum*, *juncta gl. ibi*, *commun. notant Doctores*, *ff. qui ſatiſd. cogan. & in l.* 3. *C. de ſilentiariis lib.* 12. *verbo decurionibus*, communiter approbatam, & *in l. hac conſultiſſima in princ. gl.* 3. *C. qui teſtam. facere poſſ.* B. *in l. ſed & ſi poſteriores*, & ibi Joan. Oroſius *n.* 12. *ff. de leg. & in l.* 1. *n.* 33. *de conſtitu. Princip.* poſt If. *ibi n.* 16. Mencha *de ſucceſſ. creat.* §. 3 *n.* 10. Covarr. *in rubr. de teſt.* 2. *p. n.* 19. Mexia *in l. Regia Tolet.* 2. *p. in* 6. *fundam. n.* 18. *cum ſequentibus*, Gutier. *practi. q. civ. l.* 4. *q.* 1. *n.* 4 Greg. Lopez *in l.* 7. *tit.* 13. *p.* 6. *gl.* 9. & quia quando aliqua lex
loquitur cum aliqua qualitate ad ſui intellectum, tra- 228
hit omnes alias, quæ in illo propoſito ſimpliciter, & generaliter loquuntur, Alberi. de Roſ. *in l. ſi quis*, *in princ. tit. n.* 2. *in ſecunda oppoſ. ff. de legat.* 3 Socin. jun. *in l. cum filio famil. verſ. venio ad apparatum gloſſæ*, *n.* 46. *de leg.* 1. dicit notabile Cardinal. Manti. *in tractatu de contract.*

tem.1. l.4. tit.23.n.11 & ſic cùm Concilium generaliter de omni modo impedimento loquatur, non debet intelligi in hoc ſiluberrimo recurſu ſpecialiter, à jure canonico pluribus decretis excepto permiſſo, reſerva-
229 to,& excepruato, ob bonum, & utilitatem reipublicæ Chriſtianæ, ne reſpublica turbetur, & bonum publicum detrimentum patiatur. Et ſi illud remedium, & charitativum ſubſidium voluiſſet Concilium Tridentinum comprehendere,& ſubvertere,expreſſiſſet utique, juxta text. *in cap. inter corporalia,verſ. unde*,ibi, unde ſi citra tranſlationem id fieri voluiſſet, quod de ceſſione dixerat,& de tranſlatione poterat, expreſſiſſet, *&c. de tranſlatione Epiſcopi*,textus optimus *in c. ad audientiam*, ibi, nam ſi intelligeremus tantùm de novalibus, ubi ponimus de laboribus,de novalibus,poneremus, *&c.de* decimis, text.*in l.unica*, §. *ſin autem ad deficientis*, ibi, nam ſi Concilium volebat, nulla erat difficultas conjunctim ea diſponere, *C. de caducis tol.* ita Cervantes *in l.3. Tauri,n* 84. per Bal. *in d.* §. *ſin autem*, latè Gutierr. *conſ.*13. *num.*17. & ex aliis doctiſſimus Caſtellus *quotidian. controv. l.2. c.4. à n.*26.

230 Et hoc noſtro novo,& veriſſimo intellectu ad Concilium Tridentinũ,venit reprobandus Ceval,*in q.*897. *n.*126.dum reſpondet ad idem Tridentinum,ut loquatur, quãdo judex ſæcularis vult cognoſcere de excommunicatione per viam appellationis principaliter, vel incidenter per modum juriſdictionis, an ſententia ſit juſta, vel non, an potuiſſet Eccleſiaſticus, vel non potuiſſet excommunicare, quod falſum eſt : nam ſi ille textus de illo impedimento tantùm loqueretur, ſequeretur abſurdum, quòd potuiſſet de ipſa cauſa cognoſcere quilibet judex ſæcularis, de quo loquitur Tridentinum extrajudicialiter ; ſed hoc eſt falſum,quia etiam extrajudicialiter alius quàm Princeps, & ejus ſuprema tribunalia,quod idem eſt, cujus proprium officium eſt; non poteſt de hujuſmodi violentiis cognoſcere, ut diximus latiùs *in c. ſeq.* ergo dicendum eſt,ut Concilium Tridentinum loquatur de quolibet impedimento facto à judice ſæculari, ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter, & de facto quomodolibet ſe intromittente-

231 Et ſic cùm Concilium Tridentinum generaliter loquatur, nullo modo intelligitur, nec diſponit de hoc ſpecialiſſimo juris remedio, & recurſu, nec talis defenſionis facultas omni jure Principi competens comprehenditur ſub tali decreto, tenent Azeved. *in lib.* 2. *tit.*6.*l.*1. *recopil. verſiculo item & de uno quarto*, ubi lariſſimè Bobadill. *in Polit.l.*2.*n.*18.*n.*139. *&* c.16.*n.*90. Humada *in l.*13.*t.*13.*part.*2.*in gloſ.*4.*in verbo, ninfuerça*,Vivald.*in explicatione Bullæ in Cœna Dom.n.*109. & cum Azeved. Salced. & Bobad. idem dicit poſt hæc Cevall. *in Epiſtol.ad Regem, n.*94. & iterum *in q.*897. *n.*133 & ſuprà idem tenet Vivald *in Candel. aureo*, *in expl. Bullæ in Cœna Domini, part.*2. *caſ.*16.*à n.*114. Barboſ. *in remiſſ.ad Concil. Trident.d.c.*3.*ſ.l.*25. *de reform.n.*4. *ſuper verſiculo nefas autem ſit, &c.*Cæned.*in q. Cano.*45*l n.*2. *& præcipuè ſub n.*7.*& ſub n.*60.

232 Nec obſtat ſecundum argumentum contra noſtram cognitionem per hanc viam violentiæ *ſuperius* ad principium appoſitum *numero* 30. *ex Bulla in Cœna Domini, c.*13.14 15.*&*16. quæ magis in ſpecie videntur repugnare hujuſmodi Regio recurſui per hanc viam violentiæ, cui reſpondent omnes communiter Doctores tam Theologi, quàm Juriſtæ ſtatim citandi,ut procedat, & habeat locũ quando Judex ſæcularis, & ſuprema tribunalia volunt ; judices, & cum Juriſdictione ſe intromittere in cognitione rerum ſpiritualium, aut aliàs Eccleſiaſticarum, hoc animo, & intentione, ut violetur libertas Eccleſiaſtica, & uſurpetur ejus juriſdictio ad effectum impediendi cognitionem, & proceſſus Judicum Eccleſiaſticorum indebitè, & in caſibus à jure non permiſſis. quia tunc talia facientes in cenſuram ejuſdem Bullæ incidant, ut expreſsè probant

ejuſdẽ Bullæ verba in caſu 14. *ibi* : Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel per alios authoritate propria,ac de facto,*&c.* beneficiales,& decimarum,ac alias cauſas ſpirituales;& ſpiritualibus annexas, ab auditoribus, & commiſſariis noſtris,aliiſve judicibus Eccleſiaſticis avocant,illarúmve curſum, & audientiam, *&c.* cauſas ipſas proſequi volentes, impediunt, ac ſe de illarum cognitione tanquam judices interponunt, *&c.*) & iterum, *ibi*, vel aliàs compellunt vel exequutionem literarum Apoſtolicarum, ſeu exequutorialium proceſſuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, *&c.*) ponderatis verbis ſupradictis, *ibi*, avocant.) & *ibi*, impediunt) & *ibi*,tanquam judices.) quæ expreſsè denotant procedere in quibuſcumque perſonis,ut judicibus tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus de facto, ſeu ut judicibus, ſe intromittentibus, & impedientibus curſum cauſarum cum Juriſdictione, & per modum cognitionis,prout inſuper colligitur *ex eodem cap.*14.*ad finem*, ibi : Etiamſi Imperiali, Regali,Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiſcopi, Epiſcopi,Abbates,Commendatarii,ſeu Vicarii fuerint, *&c.*) & probantur etiam manifeſtè *in d. caſ.*15. *dictæ Bullæ*, ibi : Coram ſe ad ſuum tribunal, audientiam, Cancellariam,concilium,vel Parlamentum,præter Canonici diſpoſitionem trahunt,vel trahi faciunt,vel procurant directè, vel indirectè, quovis quæſito colore;) & *in caſu* 6. evidenter etiam probatur, *ibi* : Et omnes alios,quoſcunque judices Eccleſiaſticos ordinarios quomolibet impediunt, quominus ſua Juriſdictione Eccleſiaſtica, contra quoſcunque utantur,ſecundùm quod Canones, & ſacræ conſtitutiones Eccleſiaſticæ,& decreta Conciliorum generalium,& præſertim Tridentini, ſtatuunt,ac etiam eos, qui poſt ipſorum ordinariorum, &c. ſententias, & decreta, aut aliàs fori Eccleſiaſtici judicium illudentes ad Cancellarias, & alias Curias ſæculares recurrunt, & illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia, *&c.*

Ex quibus quidem verbis clariſſimè conſtat, injuſtè 233
impedientes de facto, & contra juris diſpoſitionem impedientes Juriſdictionem Judicum Eccleſiaſticorum dumtaxat, incurrere in Bullæ cenſuras, volentes Juriſdictionem Eccleſiaſticam uſurpare, ut benè declarat Seſe *de inhibitio.cap.*8 §.3. *num.*102. ubi verba,quibus utitur Bulla,neceſſariò intelligenda ſunt de actionibus injuſtis & contra juris permiſſionem, & denotant etiam illa verba præſumunt)De quibus *in d.Bulla,cap.* 13 *ad fin.* quæ præſupponunt dolum,ut per Feli.Marſi. Deci.Craver.Turrec.& Plotum tenet Marcus Antonius Marcerat.*v riar. reſolu.lib.*3.*reſolutione* 19. *num.* 9. qui etiam idem dicunt de verbo, audeant.) At verò quando 234
Juriſdictio Eccleſiaſtica non impeditur, prout non impeditur,ſed potiùs auxiliatur,& favetur,quando recurritur ad ſupremum Principem, & tribunalia pro tollenda violentia facta à judice Eccleſiaſtico, neque judex Eccleſiaſticus impediendo curſum appellationis legitimæ ad Sedem Apoſtolicam, exequatur ſuam ſententiam, reponúntque omnia attenta violenter, quo caſu Princeps non ut judex (ut dicit d. Bulla,*ibi*, tanquam judices *&c.*& *ibi*,avocant,) quod non fit abſque Juriſdictione, juriſdictionaliter, & in forma judicii procedens ; ſed extrajudicialiter,per nudam defenſionem,& abſolutam Principis poteſtatem,abſque umbra Juriſdictionis, quam forma procedendi, & ſubjecta materia excludit, quia Juriſdictionis capax non eſt, nec ea indiger,de quo latiſſimè præ cæteris altiùs examinavi *ſupra, prælud.*3. *per totum.*

Quæ quidem extrajudicialis, & nuda defenſio omni 235
jure naturali, divino, Canonico,Civili,Regio, ac conſuetudine immemoriali Principi ſupremo commendata eſt, & attributa, ut de ſingulis latè *in prælud.* 3. *per totum* ; ac ideo tantùm abeſt, quòd ſit à Bulla excluſa,

quinimo ſit virtualiter in ea approbata, ut apparet ex d. Bulla *caſ.*15.ibi: Ad tribunal,audientiam,Cancellariam,conſilium, vel Parlamentum,præter juris Canonici diſpoſitionem trahunt,*&c.*)ergo cùm hic recurſus ad Cancellariam Regiam ſit ſecundùm juris diſpoſitionem,non ſolùm Canonici,ſed etiam naturalis, & divini, *ibi*, non excluditur,ſed virtualiter, & quodam modo expreſsè permittitur,) ex quibus verbis expreſsè notat Card.Toletus,*in ſum.l.*1.*c.*17.*n.*3.quòd judex ſæcularis,qui ſecundùm juris diſpoſitionem cognoſcit de Eccleſiaſtica perſona, in caſibus à jure ſibi permiſſis, non intelligitur per d. Bullam communicari.

Quod & etiam inſinuant illa verba d.Bullæ *caſu* 16. ibi, quomodolibet impediunt, quominus ſua Iuriſdictione Eccleſiaſtica,contra quoſcunque utantur ſecundùm quod Canones, & ſacræ conſtitutiones Eccleſia-
236 ſticæ,& decreta Conciliorum generalium,& præſertim Tridentini ſtatuunt, *&c.*) quoniam hujuſmodi defenſio naturalis inducta eſt ad dirigendos judices Eccleſiaſticos,nequaquam utentes Iuriſdictione Eccleſieſtica,ut dicit d.Bulla,ſed ea potiùs abutentes,vim faciendo,non deferentes appellationi legitimæ, cui ab omni jure tenentur deferre,& ea pendente violenter, & iniquè exequentes ſuam ſententiam, quod omne non ſecundùm Canones eſt,ut dicit d.Bulla,ſed omnino, & directò illi contrarium, & repugnans in magnum vi oppreſſorum damnum,& Reipublicæ inquietem, & in ſuperioris Eccleſiaſtici dedecus, ac vilipendium, cui per hujuſmodi extrajudicialem,& nudam defenſionem obviare curant tribunalia, quæ dirigitur ad obſervationem juris Canonici, & non ad impediendam Juriſdictionem Eccleſiaſticam,quæ fuit Pontificis intentio, *in d. Bulla in Cœna Domini*, ut judices incurrant cenſuram,*ibi*,quomodolibet impedientes,&*ibi*,impediunt, *&c.* & pluries hoc utitur verbo.

237 Qui verò impediunt dictam juriſdictionem,ſunt ipſi judices Eccleſiaſtici, in quibus verificatur, quod dicitur, *&c.in d.Bulla,c.*14.*ad fin.* ibi:Archiepiſcopi,Epiſcopi,Abbates,*&c.*) qui cùm debeant procedere ſecundùm jus Canonicum indebitè non opprimendo litigãtes cenſuris,& aliis violentiis, denegando illis appellationis debitam delationem,ac defenſionem naturalem, intentando, & pariter attentando ſententiæ exequutionem per appellationes ſuſpenſam, ideo ne ſuperiorem vilipendat, nec ejus debito honori aliquid detrahat, charitativa hæc protectio à Principe, ad quem recurrit oppreſſus,interponitur, ne procedatur in cau-
238 ſa, & quidem in his Princeps ſupremus Eccleſiæ miniſter eſt,qui injuriam nullam facit,ſed potiùs præſidio eſt miſeris, ne violentiam,& injuriam (quam Eccleſia non vult, ſed odit ratione indiſcreti judicis)patiantur, ut optimè tradit Llamas 3. *p.* §. 12. *&* §.7. *pag.* 839. Cæned.*in quæſt.Cano.*45.*n.*9.

239 Quapropter ſi bene perpendatur eſſentia, verúſque effectus hujus defenſionis naturalis, judicem,ad quem appellatum eſt, ſummo honore proſequitur Princeps ſupremus, cùm reſiſtat violentiis in conſervationem ejus Juriſdictionis, ne judex à quo aliquid indebitè attentet, pendente appellatione ad ipſum, ut bene con-
240 ſiderat Cæned,*ubi proximè*,*ſub num.*9.& ideo hæc cognitio per viam violentiæ meritò damnoſa non reputatur libertati Eccleſiaſticæ, ſed imò illi valdè utilis, & in totum favorabilis eſt,ut in terminis dicit Suarez *l.*4.
241 *de immunit. Eccleſ.c.*44.*num.*44.Cæned.*quæſt.*94.*n.*35. imò vergit in ejus ſummam utilitatem, ejuſque reſpicit favorem, tradit Morl. *in empor. jur.tit.*2. *de Iuriſdict. quæſt.*14. *num.* 8. Cæned. *ubi proximè*, *num.*9. & poſt hæc cum Suarez *ubi proximè*, tenet Cevall. *in l.*4. *communi.contra commun.quæſt.*897.*ſub num.*157. & iterum *in tract. de cognitione per viam violentiæ,gloſ.*4.*ſub n.*4.& poſt Manuël.Roder.Navar Covarr.Pacianum,& Chaquerian, probat noviſſimè Torre Blanca, *in tract. de magia,lib.*3 *cap.*26. *num.*32.Carol.de Tapia *in compila. iur. reg. Neapol. lib.*3, *rub.*4. *ſuper c.*286. *incipit, finis præcepti,n.* 8.*fol.*28. unde etiam dicitur,Principem ſæcularem hoc caſu interponere, & impartiri ſuum auxilium ſuperioribus Eccleſiaſticis contra inferiores, nolentes deferre legitimis appellationibus illis devolventibus juris diſpoſitione Juriſdictionem, ab inferioribus ablatam, ut poſt alios optimè conſiderat Maria *in empor.jur.*1.*part.tit.*2.*q.*14.*num.*8.Salced.*in additio. ad prax.Bernar. Diaz.*103.*verſiculo præterea rem hanc, pag.*355.quos referens ſequitur Cæned.*d.quaſt.*45.*ſub n.*9. *ad fin.* quibus convenit,quod dicit Seſe *in tractat. de inhibitio, juſtitiæ Aragon. cap.*8. §.4. *à num.*3. quòd cùm fundamentum violentiæ id ſolùm operetur,& inducat, ut ſcilicet,ſæcularis poteſtas vim tollat extraju- 243
dicialiter,& per modum extrajudicialis, & Chriſtianæ defenſionis; aliqua tamen cognitione adhibita circa violentiam, non autem judicialis ordinariæ cognitionis nullas incurrat cenſuras,cùm id fiat ad nudum auxilium dumtaxat,pro tollenda violentia,quod de jure naturali permiſſum eſt immutabili,&perpetuo,ob quod non videri praxim hanc adverſam eſſe Canonibus, & Pontificalibus conſtitutionibus, cùm hoc caſu Regalis 244
poteſtas non ſe interponat,ut judex cum Juriſdictione, ſed ut legis,& Canonum miniſter,teſtatur Seſe *ubi proximè*, *d.*8.§.4.*n.*5.*&* *ſub n.*6.

Quare ſumma cum ratione nullus judex Eccleſiaſti- 245
cus habet hos Principes ſæculares, eorumve conſiliarios ut excõmunicatos,imò nec ipſe beatiſſimus Papa, nec ullus alius evitat illos,uti intelligendum eſt, Pontifices maximos noluiſſe tam ingens damnum per præfatas clauſulas ipſis inferre,ut optimè cõſiderat Vivald *in explicatio.Bullæ in Cœna,n.*107.qui *ex n.*102.refert quamplures juris utriuſque, ac ſacræ Theologiæ Do- 246
ctores hujus opinionis defenſores,per tot ſæcula uſitatæ,& receptæ ab omnibus Chriſtianæ Religionis Principibus. Si enim ex d.Bulla Summus Pontifex illos excommunicatos haberet, ut paſtor Eccleſiæ,& curator 247
animarum,illos exhortaretur aliquando, illos monendo,& ſuadendo,ut à cenſuris,& ab hac cognitione deſiſterent; imò in contrarium ſuam intentionem declaravit expreſsè (ut ſtatim dicam) ut ſcilicet illos non incidiſſe in cenſuras præter hanc extrajudicialem cognitionem,in ordine ad tollendam violentiam.

Et quòd hic juſtus Regis recurſus non includatur in 248
d. Bulla, nec ſub cenſuris comprehendãtur Principes, nec eorum conſiliarij,affirmant ultra citatos Salced.*in additio.ad prax. Bernar. Diaz, in c.*101.*littera A, ex pag.*353.*&* *pag.*346. *in verſiculo nec etiam.*Corduba *in tract. caſuum conſcientiæ, caſu* 35.*verſiculo lo ſegundo*. Humad.latiſſimè *in l.*13.*tit.*13.*part.*2.*in gloſſ.*4.*in verb. ninfuerça.*optimè Bobadill.*in Polit.lib.*2.*c.*18.*n.*139. *in gloſſ.in Litera C.*Vivald.*ubi ſuprà,num.*109.optimè Rodrig.1.*part.cap.*156.*n.*8 *&* *in additione ad Bullam.*§.9. *n.*87.Alphonſ.à Vega *in ſũma,t.*1.*cap.*29.*caſu* 1.*in fin, verſiculo nota que el Rey,&* *in c.*85.*caſu* 141. pulchre Azeved.*in l.*2.*tit.*6.*l.*1. *recopi.ex verſiculo item &* *decimoquarto.* Martinus Nav.*in manuali Latino,c.*27.*n.*69. *&*70.Cæned.*in collecta.ad decretal.collecta.*17.*&* *col.*4. *n.*1.& iterum,& latè *quæſt,Canon.*45.*ſub num.*2.*&* *ſub n.*7. *&* *ſub n.*9.*n.*71. nonnullos etiam ad idem citat,& ſequitur Joſephus Seſe.*tract.an de inhibit.inſtit. Arag. c.*8.§.3 *ſub num.*82.*&* 83.*&* *à num.*88.*cum ſeqq.*& poſt hæc ſcripta cum eodẽ Seſe idem dicit Cevall. *in Epiſt. ad Regem,à num.*92. *&* *in q.*897.*a num.*133.& in cognitione per viam violentiæ pluribus in locis,qui *in d. Epiſtol.d.n.*92. tentavit probare, quòd cùm hic recur- 250
ſus ad regem per viam violentiæ ſit fundatus in jure naturali,& in ejus principiis,ac jure divino,ac ideo nõ poteſt contra illud induci,aut expediri excommunicatio jure poſitivo adversùs illum, quia lex inferioris, & ſic ius poſitivum, non poteſt revocare legem ſupe-

rioris

rioris, prout est jus naturale, & divinum, quod ego modò non examino, sed sufficiat cognoscere illa Bulla non esse comprehensum, nec loqui de hoc recursu, & nuda defensione.

250 Et prædictis etiam addere poteris Manuël. Rodr *in additio. ad.* § 9. 87. ubi circa interpretationem Bullæ Cœnæ in hæc verba ait : *Pero quando la persona Ecclesiastica, que fu juez Ecclesiastico la haze agravio, y la oprime puede recurrir ad juez seglar, para que le defiende, pues*
251 *vemos, que en muchos casos el Principe secular tiene poder sobre los Ecclesiasticos, principalmente quando falta el Superior Ecclesiastico por estar ausente, conforme lo que dizen los sacros Canones, y esto procede con mas razon, quando ay peligro en la tardanza recurrendo al Superior*, &c.
252 & paulò post : *Y assi quando se dize en derecho, que los Ecclesiasticos no recurran à los tribunales seculares, se ha de entender, salvo si recurren por su defension, y para que indevidamente no sean opprimidos, y esto es lo que hizo San Pablo*,&c.) & idem dicit idem Rodr. *in q. reg. q. 6. art.* 8. ubi asserit sine timore excommunicationis Bullæ posse Regis consiliarios per viam violentiæ inter Ecclesiasticas personas extrajudicialiter cognoscere. Torre Blança *in tract. de magia, l.* 3. *c.* 26. *n.* 31. qui etiam satisfacit dictæ Bullæ.

253 Igitur existente hac communi Doctorum receptissima sententia, etiamsi ea aliquod juris dubium acciperet (quod non facit, quia est fundata in principiis juris naturalis, & divini, ac positivi) cùm sit adjuta consuetudine, maximè immemoriali per tot sæcula usitata ; ei standum erit intrepidè, & sine scrupulo, & etiamsi alia sit in contrarium opinio, ut latiùs, & optimè probavimus *suprà, prælud.* 3. circa justificationem consuetudinis immemorialis, ubi videre poteris à princ. pluribus citatis Doctoribus; aliæ autem doctrinæ, quæ hujus argumenti responsioni conducunt, videndæ sunt in sequentibus.

254 Nec etiam obstat tertium argumentum pro contraria parte *suprà* adductum *n.* 31. ex Rotæ decisione de anno 1596. quâ stat declaratum recurrentem ad tribunal sæculare justitiæ Aragonum incidisse in excommu-
255 nicationem Bullæ in Cœna Domini ; cui conatur respondere post hæc Ceval *in epist. ad Regem*, quòd in illa decisione pars prævenit inhibitionem, antèa quàm judex Ecclesiasticus de causa principali cognovisset, nec vim, aut gravamen aliquod intulisset, quo casu (inquit ille) justissimè fuisse per eam declaratum incurrisse in Bullam Cœnæ.

256 Sed miror tantum virum, verissimum illius decisionis sensum non calluisse, & claram ejus determinationis intensionem ignorasse, cùm ad oculum sit, contra cujus responsionem directò multa notabilia, ac juridica congerit doctissimus Sese *in epistol. ad Regem, num.* 77. *cum multis sequentibus*, quem meritò carpit, ac evidenter convincit, dicens deceptum fuisse, ubi refert illius Regni praxim juris firmiæ, ne pendente justa appellatione Ecclesiasticus exequatur, quæ ferè in nullo discrepat à nostra, prout videbimus latiùs *infrà, c. seq.*

257 Et pro illius decisionis declaratione, & responsione plura recenset fundamenta Sese *in tract. ae inhibi. c* 8. §. 3. *à n.* 115. in comprobationem, & corraborationem eorum, quæ referuntur in d. decisione contra nostrum recursum, & postmodum alia quamplurima contra illam inserit pro recursus justificatione, & tandem omnibus satisfacit, & bene, quem tu videre poteris, quia latissimè prosequitur juxta ea, quæ nos *supra, in præludiis* scripsimus.

258 Et pro ejus verissima satisfactione dicendum est, ut ex ipsius decisionis tenore satis apparet, Dominos de Rota aliter sensisse de recursu ad tribunal justitiæ Aragonum, quàm praxis illius Regni in rei veritate se habet, ut benè considerat Cæned. *in q. Canon.* 45. *n.* 42. *in prin.* licèt obiter. Supponitur enim in illa justitia Aragon. per hunc recursum procedere cum plena causæ cognitione judicialiter, & cum jurisdictione. Et enim cùm provisio Regia ordinaria, qua nos in Hispania 259
utimur, in illo regno inhibitio dicitur, ne lite pendente, *&c.* quæ quidem inhibitio prima quidem facit, nomine attento, sonat in jurisdictionem, quia anima inhibitionis est jurisdictio, quæ à jure Canonico, & Tridentino non expeditur absque legitima causæ cognitione, ab eo, qui super negotio jurisdictionem habet; ideo nihil mirum, ut juris principiis prima facie attentis, tot contra illam applicarent Domini de Rota illa fundamenta, quæ expressè conveniunt inhibitioni, & cognitioni jurisdictionali, non tamen nudæ defensioni naturali, & Regiæ protectioni extrajudiciali. Hunc intellectum mihi probant verba illius decisionis *ibi*, dicebatur enim, talem consuetudinem, tanquam improbam, sacris Canonibus inimicam, quæ clericos jurisdictioni laicorum quandoque supponit, non fuisse attendendam, *q. qualiter* 260
& quando, ac judiciis, &c.) quod quidem aliud foret judicandum per ipsam decisionem, si cognovissent illi Domini de Rotâ naturam, & effectum illius juris firmiæ, & ejus praxis, ut sit quædam nuda defensio, & extrajudicialis cognitio absque jurisdictione ad tollendâ violentiam dumtaxat, juxta quæ hactenus dicta sunt in præludiis, prout & manifestissimè advotavit illa Rotæ decisio *inferiùs* in hæc verba : Nec decisiones Rotales Achill. 6. *de appell. in impressi*, R. P. D. Decani *in Vila Tarracon. Villa de Reus die* 4. *Decemb.* 1592. & R. P. D. 261
Blancheri *in Salmant. Canonicatus die* 24. *Maii proximè præteriti*, suffragabantur Paulo, quia licèt per illas decisiones concederetur facultas quandoque recurrendi ad judices laicos, & invocandi nudum eorum auxilium ad defendendum propriam eorum possessionem, qua quis de facto spoliatur, & quam quis propria etiam authoritate defendere posset : nusquam tamen dicitur in eis, quòd talis recursus fieri posset ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælato, & judices Ecclesiasticos ; hoc enim nunquam docuit Rota, quæ optimè novit judices laicos, nec actu, nec habitu habere jurisdictionem in clericos, imò illius esse penitus incapaces, *&c.* Ex quibus quidem verbis clarè, & 262
evidenter apparet, Rotam in eadem decisione habuisse intentionem tollendi, & reprobandi recursum, cognitionem sæcularium per formam judicialem, & jurisdictionalem, prout ibi putavit, & concepit in illo casu, ac supponit : non tamen cognitionem extrajudicialem, & recursum ad suprema tribunalia per modum extrajudicialis, & nudæ defensionis, confirmando se cum aliis similibus Rotæ decisionibus, in confirmationem Regii recursus, & protectionis latis, de quibus nos *superiùs, in prælud.* 3. circa justificationem consuetudinis immemorialis, & *in prælud.* 5. *in fundamento* 5. ubi latiùs fundavimus.

Hanc etiam nostram interpretationem post hæc scri- 263
pta invenio sentire doctissimum Sese *tract. de inhibitio. c.* 8. §. 3. qui post longam disputationem super fundamentis ipsius decisionis *à n.* 199. *usq. ad n.* 197. dicit *in n* 171. illius decisionis determinationem dubiam judicandam, & reddi per ab eo dicta ; quia hic recursus ad Principem ratione violentiæ, quam committunt judices Ecclesiastici, attentando legitima appellatione pendente, cùm sit extrajudicialis, ut tollatur violentia, non ad cognoscendum de causæ meritis, nec ad jubendum aliquid fieri, aut revocare, ut Rotalis illa decisio opinatur, sed solùm ne aliquid fiat violenter in superioris judicis vilipendium, donec à Romano Pontifice debitum remedium provideatur, quod Curia Romana semper amplexa est. Hæc ille, idem etiam tenet, & respondit Cæned. *in q. Canon.* 45. *n.* 58.

Et cum hoc falso supposito, quo opinatur in casu, 264
de quo ibi, jurisdictionaliter procedi : nihil mirum, ut ad principium dixerit, illum incidisse in excommuni-

nicationis sententiam, quia recurrendo ad judices sæculares causam præbuit, ut immunitas Ecclesiastica violaretur, quia licèt per jurisdictionalem cognitionem (quam supponitur violari) sit fatendum; tamen per hanc cognitionem extrajudicialem, & nudam defensionem, quæ est charitativa protectio, non solùm non violatur immunitas Ecclesiastica, sed potiùs auxiliatur, & defenditur, ut latiùs in responsione ad secundum argumentum *suprà* diximus, & probavimus *à num.*289. & probat expressè Bulla Martini Papæ statim referenda.

265 Et ideo bene respondet Cæned. *ubi proximè, n.*52. *& seqq.*quod illa ratio non urget,siquidem,quamplurimi sint casus, in quibus Ecclesiasticæ personæ, eorúmque bona Regiæ jurisdictioni optimo jure subjiciuntur, absque illo censurarum incursu, nec immunitatis Ecclesiasticæ violatione, ut videre licet per eundem *in collecta. ad decreta.* 37. *ex n.*2. & prosequitur latissimè Bobadil. *in politi. l.*2. *c.*18. *à n.*50. *per totum, & à prin.* quam rationem latiùs ibi insequitur.

266 Minùs etiam obstat alia Rotæ decisio Oscensis Pœnitentiariæ Lunæ 10.April.1595 coram Blancheto, quâ determinatum fuit, recurrentem ad judicem laicum esse excommunicatum per Bullam Cœnæ, quam decisionem ad literam refert Sese *in tract. de inhibitio. just. Arago. cap.*8.§.3. *à n.*187.eam etiam refert Prosp. Farin. *in consil.*68. *inter decisiones causarum criminalium,* cui pariter satisfit etiam, prout in casu supradictæ præcedentis decisionis fuit responsum, ut inferiùs patebit, quæ loquitur, quando tribunal sæculare procedit in tollenda vi per viam, & ordinem judicialem, ut ex ea patebit.

267 Et insuper respondetur, quòd in casu illius decisionis non fuit interposita appellatio ad Papam, aut judicem Ecclesiasticum, sed ad ipsum judicem laicum ut hac via tolleret violentiam, prout & ego vidi quandam querelam certi advocati ignari, & non experti in iis violentiarum causis (quia nunquam vixit in aliquo supremo tribunali,ubi dumtaxat ventilantur)qua dicebat: *Y aviendo in parte interpuestos su appellacion para delante vuestra Señoria, el dicho juez Ecclesiastico no se la quiso otorgar*, &c. & sic nihil mirum, ut in decisione huic simili advocatus petierit protectionem Regiam per viam appellationis, ut constat ex verbis ejusdem decisionis, *ibi*: Nec excusari potest Paulus à tali recursu, ex eo, quòd postea voluerit prosequi gravaminis causam coram Ecclesiastico, quia talis excusatio non habet locum, quando recurri potest ad Ecclesiasticum, qui tale gravamen impediat, prout poterat Paulus adeundo Metropolitanum, vel nuntium Apostolicum,& illum ad istum effectum non recurrisse,eventus docuit;quia neutrum adducit, provisiones Regiæ multò magis hoc declarant, *&c.* Ecce verba clara, quibus dicitur in casu, de quo ibi, per viam appellationis non ad Ecclesiasticum, sed ad sæcularem recurrisse,quod & manifestant verba, quæ statim sequuntur,*ibi*:Ex quibus nihil aliud inferri potest, nisi quòd ipsi judices volunt de causa Ecclesiastica cognoscere, quod est admodum absurdum, cùm judex laicus sit incapax jurisdictionis in personas Ecclesiasticas,& eorum causas, *&c.*Et hoc idem in terminis clarè colligitur ex eodem Prospero Farinacio *in d. cons.*68 *num.*7. qui sic,declaravit,& intellexit dictam Rotæ decisionem in hæc verba, *ibi*: Et demum prolata sententia non appellavit ad Papam, ejusque sanctam sedem Apostolicam, prout regulariter appellari solet, & debet; sed ad superiores, volens intelligere de judicibus sæcularibus, prout postea facto se declaravit affigendo Regias provisiones in foribus Cathedralis Ecclesiæ.

268 Quo supposito,quid mirum ut in eadem Rotæ decisione incidisse in censuras Bullæ in cœna Domini, declaretur appellans,deviando legitimos modos recursus, & nudæ defensionis, quia Regius recursus fundatur dumtaxat in denegata delatione legitimæ appellationis interpositæ à judice Ecclesiastico, ad judicem similiter Ecclesiasticum superiorem sive ut frequentiùs accidit, ad Sedem Apostolicam; in tantum quòd si conquestus protraheret hac via processum ad Curiam Regiam, illum statim remitterent judici Ecclesiastico absque ulla violentiæ cognitione, judicantes Senatores de hac appellatione, ac si appellatio nulla fuisset interposita, decernendo non venire in statu, aut per debitum ordinem, de quo nos latiùs *infrà cap.*2. 269 270

Est insuper adnotandum, quòd in casu dictæ decisionis variè super illo articulo incursus censurarum fuit determinatum, nam priùs ab auditore Rotæ,deinde à vicario urbis, in secunda instantia, postmodum appellãte ipso condemnato,& causa commissa ad quendam auditorem cameræ,seu ejus locum tenentem Prosperum Farinacium, in tertia instantia, is revocavit duas sententias supradictas, immunem eum declarantem,ultima Julii 1592.cujus sententia transtulit in rem judicatam,ut testatur, & adnotavit Sese *de inhibitio. d. c.*8. §.3.*à n.*182. *cum seq.*ubi *à n.*185. dicit, quòd postmodum anno 1593.occasione alterius litis diversæ illa exceptio fuit opposita,& declaratum,prout in d.decis. Oscens. de cujus declaratione hactenus tractavi, & de vario illius decisionis, & casus progressu vide ipsum Sese ibi per multos numeros, ad quem te remitto.

Dato casu (quem ego nego) quod illæ decisiones determinaverint contra nostram consuetudinem laudabilem,& præscriptam legitimè,& quòd in casibus,de quibus nos diximus, & probavimus evidenter ex eisdem, non loquerentur; adhuc eorum determinationi standum non esset, cùm plures magis numero alias decisiones in comprobationem hujus recursus ad Regem in modum defensionis ad tollendam violentiam sæpè determinavit Rota,ut constat ex eis, quas nos congessimus *suprà*, *in prælud.*3. circa justificationem consuetudinis, & iterum *in prælud.* 4. & quando inter ipsas decisiones daretur æqualitas contrariæ, & oppositæ opinionis (quòd non datur) illa longè verior, & sequenda foret, cui favet consuetudo, de quo latissimè plura dixi *suprà in d. prælud.* 3. circa justificationem consuetudinis à princ. maximè, quia pro recursu ad Regem pro tollenda violentia stat maxima Doctorum caterva, & communis opinio nemine ferè dempto (uno tantùm Azore) quos retuli *suprà*, *hoc c. n.*16. & alios plurimos in discursu hujus capitis, & in terminis post hæc scripta uno verbo dicit Sese *de inhibition. cap.* 8. § 3. *numero* 95. 271

Imò facit, quod in terminis pro responsione dictæ Rotæ decisionis pulcherrimè consideravit Cæned. *in quæst.Cano.*45.*n.*50.*&* 51.quòd licèt Rotæ in eligenda opinione magna sit authoritas, imò ipsa communem opinionem faciat, tamen (dicit ipse & non cautè) Rotæ tribunal (sub eorum venia) evenire aliquando solet, ut errore decepti labantur (quod ego non dixerim) ut adnotant Doctores citati à Neviz. *in libro* 5. *Sylvæ Nuptial. num.*62.& Petr.Magdalen. *in tractatu de nuncup.testam.p.*2. *cap.*9.*n.*35. ubi allegat illud proverbiale dictum, *Rota rotat*, vel diversimodè aliquando judicat, & Rotæ tantum esse deferendum, quantum ratio ipsa urget, ex Menoch. *lib.*2. *præsumpt.*71. *n.* 15. & probat insuper ipse Cæned quòd licèt magna sit authoritas,& probabilis; tamen ad decisionem causarum non est necessaria ejus decisio, quia jus non facit, ex quo infert ad responsionem prioris decisionis Rotæ à à nobis adductæ, quòd licèt in illo casu non legitimo modo usus fuisset appellans Regio recursu, & in casu non sibi licito, inde tamen non erit rectè inferendum, quod omnis recursus ad Regem pro tollenda violentia illata per Ecclesiasticum sit injustus. 272 273 274 275 276

Aliæ etiam nonnullæ Rotæ decisiones, sunt quæ licèt

licèt videantur recursum ad judices laicos reprobare; nihilominus eisdem pariformiter respondetur: ut licet, recursum ad Principem non excludant pro defensione naturali, & pro tollenda violentia extrajudicialiter, & absque Jurisdictione, ut ex eis evidenter apparet, & imprimis Rota 1. April. anno 1604. coram R.P.D. Penna, de qua testatur Torre-Blanca *in tract. de Magia, lib. 3. cap. 26. à n. 34.* quæ decisio in sequentibus verbis disponit.

277 Cum Martinus de Padilla Senior resignasset benef. in manibus S.D.N. Clementis VIII. ad favorem Martini junioris anno 1596. & literis super resignatione expeditis, & coram Provisore Lucens. earum executore præsentatis, oppositi se Petrus Gartis de eodem beneficio provisus per obitum resignantis, agentes Petri à præfinitione cujusdam termini, quem nimis brevem esse prætendebant, appellarunt, & recursum habuerunt ad Gubernatorem generalem Regni Galleciæ, & præmissa Narrativa, quòd ad ipsum pertinebat cognitio super violentiam factam per judicem Ecclesiasticum, quam amovere, & tollere debebat, obtinuerunt eidem provisori mandari sub pœna amissionis temporalitatem, quas habebat in dicto Regno, ut eidem Petro concederet appellationem, aut infra tres dies sequentes transmitteret sibi processum, ut eo viso provideret.

Causa in Rota introducta Petrus nulla facta mentione de recursu, nec obtenta absolutione ab excommunicatione pro prædicto recursu idem beneficium à Sede Apostolica impetravit. Sed quia Martinus prætendebat gratiam à Petro obtentam, ei non suffragari, dubitavi, an constaret de tali recursu, quia ad prædictum effectum Petro obstaret: & Rota, utraque parte informante ob recursum obstare censuit, quia recurrendo ad judicem laicum ipso jure incidit in sententiam excommunicationis, cùm causam præbuerit, ut immunitas Ecclesiastica violaretur, *cap. noveris, c. gravamen, de sent. excommun.* Et ex textu (quem ignorare non licet) in processu in Bulla in Cœna Domini, quæ singulis annis solemniter publicatur *in* §. 16. gravi anathemate feriuntur, qui ad Cancellarias, & Curias sæculares recurrunt pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra Prælatos Ecclesiasticos, cùm judices laici sint incapaces Jurisdictionis in clericos exercendæ, *cap. Sacerdotibus, 11. q. 1. c. ita Dominus, 19. dist. c. be-*
278 *ne quidem, §. ista Scriptura, cap. denique, cap. si Imperator, 96. d.* & judicibus Ecclesiasticis sint inferiores, *d. c. denique, Clem. R. quam. de jur.* ideóque non possunt, nec debent Ecclesiasticos corrigere, aut eis inhibere, aut alia præcepta facere, & præsertim pœnalia, prout in casu proposito, Abb. *in d. c. qualiter & quando, n. 2. de judi.* Mat. Socin. *in cap. si quis clericus, n. 8. & in c. fanè 3. n. 10. de for. compet.* Rot. *decis. 10. de consuetud. in antiq.* & dum prætextu violentiæ audent judices laici judicibus Ecclesiasticis superioris ordinis præcipere, aut inhibere, audent sacris Canonibus, & perpetuo Ecclesiæ usui (quæ semper hujusmodi recursus damnavit, & anathemate plectendos censuit) graviorem violentiam inferre. Et consequenter Petrus non potuit acquirere beneficium impetratum, quorum gratia fuit ipso jure nulla, *cap. postula. de clerico excommun. ministr. cap. cùm bona, de ætate, & qualit. ordin.* Innocent. *in cap. post electionem, n. 21. de concess. præben.* Selva *part. 3. de benef. quæst. 4. n. 22.* facit Covar. *in c. alma mater, part. 1. relect. §. 3. n. 3.* ubi testatur de communi.

Ad excusationes datas per informantes pro Petro se-
279 quentes responsiones dedit Rota: Ad primam, quòd recursus fuerit habitus non ab ipsomet Petro, sed Alphonso ejus Patre, de cujus legitimo mãdato non constabat, fuit responsum, primò istos recursus ad judices sæculares præsumi factos ad instantiam; & petitionem eorum; qui habent interesse in causa, ut fuit sæpe in Rota decisum, & signanter in causa Carthaginens. portionis die 14. Novembr. 1594 coram R.P.D. Seraphino, & in causa civitatis Scholastriæ 24. Martii coram Pamphilio, & nuper coram me in causa Hispalens. beneficii die 22. Martii proximè præteriti.

Sed quia alii ex Dominis dicebant hoc non procedere, ubi agitur de incurrenda pœna inhabilitatis, quo casu requirantur probationes concludentes, & quòd de mandato recurrentis habeatur fides, ut fuit conclusum in causa Vincent. Cantoriæ die 14. Julii 1610. coram Domino meo Litta, fuit 2. responsum, Petrum satis habuisse scientiam hujus recursus, & illam ratam habuisse, primò quia recursus fuit habitus, & provisio à generali Gubernatore Galleciæ fuit obtenta in civitate Corunniæ die 1. Augusti 1597. & tandem Petrus sub die 18. Junii præcedentis ejusdem anni 1597. dederat mandatum Petro de Lemos specialiter ad hanc causam ad comparendum coram quibuscunque judici-
280 bus in Regia Curia Vallisoleti, & Regni Galleciæ ad obtinendum quascunque provisiones. Secundò, fuit responsum Petrum usum fuisse d. provisione, quia die 3. Augusti ejusdem anni 1597. Notarius ad instantiam patris ejusdem Petri notificavit dictam provisionem Provisori Lucensi. Tertiò dicebatur oriri probationem sufficientem ex propria comparitione ejusdem Petri in loco judicii sub die 14. Octobris ejusdem anni, & ex decreto sibi intimato, & ex acta comparitione cum clausula, citra revocationem sui procuratoris, & ex pluribus aliis comparitionibus, & actis per eundem Petrum factis, ex quibus dicitur sufficienter constare de scientia recursus, & cùm Petrus non reclamaverit, vel renuntiaverit provisioni judicis sæcularis, & reperiretur in processu, ex tot actibus videbatur illam sciviſſe, & ratam habuisse.

Ad secundam excusationem deductam ex clausula supplicationis, *téque absolventes*, quæ concedi consuevit impetrantibus quacunque gratias ad effectum validitatis, & subsistentiæ illarum, informantes contra Petrum dicebant talem absolutionem non prodesse impedientibus executionem literarum Apostolicarum, tanquam violatoribus libertatis Ecclesiasticæ, & allegabant Felin. *in c. Apostolicæ, in prin. versic. idem de absolutione, de exceptionibus*, & Rebuff. *in prax. tit. de form. & declaratione novæ provisionis, versiculo téque absolventes, n. 12. & 13.* Mandos. *tract. de signat. gratiæ, versiculo absolutio ab excommunicatione, ad fin.*

Sed hæc responsio non satisfecit Rotæ, quia Felin. fundavit se in concl. Innocent. VIII. & Rebuff. in concluſ. Julii III. & similiter Mandos. in concluſ. tunc vigente, quæ per mortem conditorum expirarunt, & ideo amplexa fuit concluſ. 65. S.D.N. Clement. PP. VIII. qua caver, præteritam generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis non suffragari violatoribus Ecclesiasticæ libertatis via facti ausu temerario Apostolico mandato non obtemperantibus, & Nuntios, vel executores Apostolicæ Sedis, & officialium eis commissa exequentes impedientibus, si propter præmissa, vel aliquod eorum excommunicati à jure, vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam sustinuerunt, cùm non vigente hac clausula habitus fuerit recursus, contra Petrum meritò fuit responsum.

Ad tertiam excusationem pro Petro deductam, quòd 281
ille recurrerit in casu licito, & permisso pro defendenda propria possessione, quem casum nec Canones, nec decisiones Rotales damnant, quin potiùs videntur permittere, ut apud Achillem *decisio 36. de appella. in impressi*, & etiam in causa Tarraconens. Villæ de Reus die 4 Decembris 1592 coram D. Seraphino & in causa Salman. Cantoriæ dei 24. Maii 1596. coram illustrissimo Blanchero, tunc Rotæ Auditore, fuit responsum, sicut alias Rota responderat in causa Oxonens.

die 1. Decemb. 1595. coram me per præfatas deciſiones non defendi recurſum ad judices laicos, & invocari eorum nudum auxilium ad defendendam propriam poſſeſſionem, qua quis de facto ſpoliatur, & qua quis etiam propria authoritate defendere poteſt, nuſquam tamen legitur in eis, quòd talis recurſus fieri poſſit ad tribunalia, ſive judices laicos, tanquam judices, ad effectum obtinendi inhibitiones, & mandata contra Prælatos, & judices Eccleſiaſticos, & præcepta pœnalia, ut in caſu propoſito.

Cæterùm quia nihil eſt tam verè dictum, quod non
282 poſſit ſiniſtrè interpretari, & informantes pro Petro uterentur etiam deciſione in dicta cauſa Oxonenſ coram me, licèt clariſſimè hujuſmodi recurſus deteſtetur, & damnet, ideo ex ſententia Rotæ ad tollendam omnem difficultatem viſum fuit duo adjungere.

Primum, præfatas deciſiones nullam præbuiſſe, nec præbere iſtis recurſibus authoritatem, niſi in caſibus à jure Canonico expreſſis, quamvis Rudiores, qui præfatas deciſiones compilarunt, viſi interdum fuerint iſtis recurſibus deferre pro defendenda poſſeſſione, quam quis propria authoritate defendere poteſt, non quòd ad judices ſæculares tanquam judices, & ſuperiores recurrere liceat, ſed tanquam ad homines privatos juvare tamen potentes, non ſecus ac ſiquis invocaret auxilium cujuſlibet tranſeuntis per vicos, vel plateas, ſi fortè de facto ab alio potentiore de propria domo depelleretur, non tamen ut poſſet à judicibus laicis defendi per citationes, & inhibitiones, & pœnarum comminationes contra judices Eccleſiaſticos, quia tales recurſus tanquam illicitos Rota ſacrorū Canonum cultrix & obſervatrix nunquam probavit, aut toleravit, quia potiùs in ea re graviſſimè lapſum Cov. *practi c.* 35. *num.* 3. & cæteros idem opinantes uno conſenſu ſemper cenſuit, & docuit. Alterum fuit, jam ſuperiore ſæculo viros pios tenuiſſe præfatam Achil deciſionem poſſe ſuſtineri, ad id tamen anſam præbere non ſolùm Regibus, ſed etiam Dominis temporalibus quibuſvis circa negotia Rotalia (quæ ut plurimùm beneficialia exiſtant) & circa Sacerdotia, & dignitates, ac perſonas Eccleſiaſticas ſe intromittendi, contra text. *in c. novit. de jud.* & Domini temporales iſta occaſione, ſeu prætextu manutentionum, ſeu defenſionum, ſe & ſuos judices ſuper Sacerdotiis, & Sacerdotum juriſdictionibus, & Sacerdotibus, conſtituerunt. Et ego tempore meo propter iſtam cauſam ſemper Achillis deciſionem vidi haberi ſuſpectam.

Quod attinet ad deciſionem D Cardinalis Blancheti in cauſa Salmantina, ſæpe fuit reprobata; & nulla ejus penitus habita ratione; atque ex his fuit concluſum, Petro obſtitiſſe recurſum, ut non potuerit tanquam excommunicatus acquirere beneficium, quod à Sede Apoſtolica impetravit. Hactenus de dicta deciſione.

283 Alia etiam eſt Rotæ deciſio in una Genuenſis Portionis Mercurii 3. Decemb. 1613. coram Burrato, de qua teſtatur Proſper Farinac. *part.* 2. *tom.* 1. *deciſ.* 491. *num.* 6. *fol.* 541. in hæc:

Accedebat recurſus habitus pro Gomeſio poſt ſententiam ordinarii, ad judices laicos in hac cauſa, quo fit, ut incideret in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, & veniat à limine judicii repellendus, *c. exceptionem.* 12. *de exceptio.* ubi Doctores *c.* 1. & *Clem.* 1. *eodem tit.* & notat *in c.* 1. *de reſcript. in* 6. & conſequenter deneganda remiſſoria. Rota in Toletan. Parochial. 2. Maii 1597 coram bon. mem. Litta, & cùm iſti recurſus fiant facti nomine Gomeſii habentes intereſſe, præſumuntur etiam de illius mandato ad effectū denegandæ eidem audientiæ Rot. in Placent. beneficiorum decimonono Februarii, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, coram illuſtriſſimo Cardinale Mellino, & in Tuden. benef. 5. April. & vigeſimoquinto Junii, anno milleſimo ſexcenteſimo quarto, coram bon. mem. Penia, ex his præcipuè pro denegatione remiſſoriæ reſolutum.

Alia eſt deciſio Rotæ in una Pampilon. attentat. 284
Mercurii primo Julii, anno milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto, coram Pirovan. de qua teſtatur Farin. 2. *part.* 1 *de iſtione* 761. in hæc verba:

Pro Nicolao Solo informante fuit reſolutum, nempe conſtare de attentatis, quæ veniant revocanda, quia cauſa pendente in Rota, & poſt inhibitionem Rotalem tranſmiſſam judex delegatus, jam officio ſuo functus ſuper executione literarum Apoſtolicarum in ſpretum Juriſdictionis judicis ad quem repoſuit Martinum ab omnibus decretis per eum factis, quod facere minimè poterat, ſtante pendentia cauſæ, & inhibitione, quæ omnino erat timenda, Achil. *deciſe.* 19. *de appell.* & coram Accorambon inter impreſſas poſt tractat. ſalu. D. Statilii. *deciſione* 60.

Non obſtat quòd ad prædictam attentatorum revocationem deveniendum non ſit ſi niſi priùs tranſportatis actis ad Curiam ſine quibus Juriſdictio non dicitur aperta judici, juxta decreta Concilii Tridentini, nam ultra quòd adſunt ſufficientia acta ad probandum attentata, nempe, recurſus ad Concilium, & ſententia repoſitionis contra propriam ſententiam jam latam pro Nicolao, fuit etiam dictum, ſtante impedimento præſtito per Conſilium inſtante procuratore Martini, ne acta poſſent tranſportari, ſolent in odium recurrentium haberi pro tranſportatis Gabriel *de appellat. concl.* 5. *num.* 5. & 9. & in his terminis aliàs fuit reſolutum in Calaguritana beneficii, undecimo Februarii, anno milleſimo ſexcenteſimo octavo, coram R.P.D. Domino Pamphilio.

Adverterunt tamen Domini, quòd omnia in Conſilio Regio geſta fuerunt per Gabrielem de Eguillis procuratorem Martini, de cujus mandato non conſtat, quæ etſi acta in Corduben. Archidiaconatus de Caſtro, vigeſimo ſeptimo Octobris, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto, coram Reverendiſſimo Archiepiſcopo Damaſceno, nihilominus ad declarationem cenſurarum majorem probationem expectare voluerunt, prout et ā dixerunt in cauſa Genuenſ. cenſus coram me 17 Junii, anno milleſimo ſexcenteſimo tertio, ideo quòd ad cenſuras, ultra principalem pro revocandis attentatis, nihil voluerunt determinare, & ita fuit deciſum.

Et idem Farina. 1. *part. tom.* 2. *deciſione* 534. *fol.* 93. 285
teſtatur de alia deciſione in una Placentin. benef. Mercurii vigeſimo, anno milleſimo ſexcenteſimo decimotertio, coram Ubaldo in hæc:

Fuit reſolutum ſententiam Rotalem eſſe confirmandam, quia de ejus validitate non controvertitur, & in ea intervenerunt omnia requiſita, de quibus Caputaq. *deciſ.* 260. *part.* 1. juſtitia verò deducitur, quia beneficium, de quo agitur, vacavit de menſe Februarii, qui ſtante altera conceſſa Epiſcopo, & ab eo acceptata, ſit ordinarius, & ideo collatio ab eo facta in perſona Bernardini valuit, gratia verò Joannis fundata in prætenſa reſervatione ratione menſis corruit. Roma. *cenſ.* 335. *num.* 11. & 14. ut latiùs fuit deductum in deciſionibus in hac cauſa factis 29 Novemb anno milleſimo ſexcenteſimo decimo, & 1. Julii, anno milleſimo ſexcenteſimo undecimo, coram illuſtriſſimo Cardinale Lanceloto, à quo emanavit ſententia prædicta abſolutoria Bernardini.

Contra quam tamen in hodierna cauſæ propoſitione coram me adducebantur multa reſpicientia, tam inhabilitatem perſonæ Epiſcopi conferentis, quam ipſius Bernardini, cui fuit facta collatio, & quoad Epiſcopum apponebatur ipſum fuiſſe excommunicatum, de tempore factæ collationis, propter recurſus ad judices laicos, & ideo collationem non valere, *cap.* 1. *de reſcript. in* 6. etiamſi excommunicatus eſſet occultus.

Cæſar

Cæsar de Graff. *decis.* 191. *alias* 2. *n.* 12. *& seq. de sent. excom.* Sed fuit responsum, præterquam quòd non satis videbatur constare, quòd de mandato Episcopi fuissent habiti, & executioni demandati dicti recursus, prout requirebatur mandatum speciale, & in individuo, cùm aliàs nemo præsumitur habere mandatum ad delinquendum. *l.* 4. §. *si Procurator, ff. quod quisque jur. l. si Procurator*, & ibi Bart. *ff. de cond. indeb.* Mart. *consilio* 538. *num.* 15. *lib.* 3 & cùm agatur ad effectum incurrendi pœnam inhabilitatis Episcopi, requirantur probationes concludentes, & non sufficiant tantùm præsumptiones mandati, ut fuit dictum in Tuden. beneficii quinto Aprilis, anno millesimo sexcentesimo quarto, *versiculo, sed quia aliqui coram bonæ memoriæ Penia exempla allegarunt.*

Quidquid igitur sit de hoc, respondebatur ulteriùs, quòd cùm Episcopus nunquam fuisset declaratus excommunicatus, nec pro tali habitus, gesta ab eo, quamvis verè fuisset talis, ratione publici officii sustinentur, *l. Barbatius*, ubi Doctores *ff. de offi. præc. cap. nonne* 8. *quæst.* 4. *cap. ad probandum*, & ibi Abb. *num.* 3. *& num.* 14. *in fin. & seq.* Felin. *num.* 3. *&* 6. *de re judic.* Innocent. *in cap. veritatis, num.* 1. ibi, quod intelligendum videtur,) & ibi Bellamer. *num.* 22. Abb. *n* 42. & cæteri Doctores *de dolo, & contum.* Covarr. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 7. *sub num.* 9. *versi ulo ideo, de sentent. excommun. in* 6. Lap. *allegatio* 89. *num.* 11. *versiculo propterea, & num.* 12. & ibi Mandos. *de commun. in verb. excommunicatus*, Felin. *in cap. Rodulphus, num.* 39. *de rescript.* & fuit in terminis dictum in causa Iacen. Archidiaconatus vigesimatertia Julii, anno millesimo sexcentesimo primo, coram bonæ memoriæ Cardinali Pamphilio, & hanc responsionem sequuta est Rota in hac causa in dict. decisio. 1. Julii, anno millesimo sexcentesimo undecimo, coram illustrissimo Lanceloto, quæ etiam hodie placuit Dominis.

Non obstat, quòd excommunicatio inflicta per Bullam in Cœna Domini ob dictos recursus sit notoria, quia bene respondetur in d. decisione Jacen. sufficere, quòd recursus non sint notorii, propter quos excommunicatio imponitur, *cap. cùm secundum, de hæretic. lib.* 6. *&c.* (sequitur dicta decisio, & facit.)

Contra personam verò Bernardini, pariter excipiebatur eum fuisse excommunicatum propter recursum ad judices laicos, & propter declaratoriam Rotæ in alia causa contra eum latam, quoad recursus non videbantur satis probati ab effectum, de quo agitur, qui est ut Bernardinus reddatur inhabilis ad beneficium consequendum, quo casu plena requiritur probatio, & non sufficit præsumptiva, ut fuit dictum in d. Tuden. benefic. coram Penia; affertur enim assertio adversarii Bernardini, quòd sibi fuerunt sublata acta suæ Bullæ ad instantiam Bernardini, quæ Bernardino non videtur potuisse præjudicare, *l. Seia municipia emit, ff. ad Velleian.* necnon provisio judicum laicorum, quæ apparet facta ad instantiam procuratoris Fiscalis audientiæ Episcopalis, nec constat de mandato, vel ratificatione Bernardini, & quatenus etiam ipse haberet aliquod interesse; tamen, ultra quòd in hac causa non admittitur ista probatio præsumptiva, ut dictum est, nec etiam operatur contra aliquem, quando constat plures habuisse interesse; ut fuit dictum in Calaguritana fructuum 19. Martii, anno millesimo sexcentesimo octavo, coram bon. mem. Scoto.

Nec obstat, quòd à Bernardino fuerit petita absolutio, quæ videtur supponere excommunicationem, quia potuit peti ad cautelam, Rot. *decisione* 11. *de sententia excommunication. in antiquis*, Cardinal. *in cap. perpendimus sub. n.* 19. *vers. quæro an ad probandum, de sentent. excommunicat.*

286 Alia est Rotæ decisio in una Abbatia de Salas Mercurii vigesimo Novembris, anno millesimo sexcentesimo decimotertio coram Ubaldo, & est Farinacii 529. *num.* 4. *fol.* 87. *prima part. tomi secundi*, in hæc.

Et facit ad motivum supradictum simile de supplicationibus factis judici laico pro habendo brachio sæculari adversùs judicem Ecclesiasticum, quæ præsumitur porrecta ab eo, cujus interest, ut sæpe dictum est in Rota; & signanter in causa Tuden. beneficii octavo Junii anno millesimo sexcentesimo septimo, coram Reverendissimo Domino meo Damasceno, & tamen præsumptio tendit ad supplicantem afficiendum pœna excommunicationis, unde multò magis videtur intrare dicta præsumptio, quòd supplicatio fuerit porrecta in hoc casu ab eo, cujus intererat, ex quo tractatur de ejus lucro.

Idem Farinac. *in eodem tomo secundo, prima part. decisione* 602. *folio* 179. in una Placentina benefic. Mercurii 21. 1614. in hæc: 287

Impugnabatur decisio in hac causa coram me facta die vigesimaseptima Novembris præteriti duobus potissimùm fundamentis, primùm erat, quod videbantur sufficienter probati recursus Episcopi Placen. ad judices laicos ex mandato speciali ad recurrendi acceptatione, & ratificatione ipsius, & proinde tanquam excommunicatus non videbatur capax alternativæ, cujus vigore contulit beneficium, de quo agitur; nam alternativa, quam acceptaverat de tempore felic. record. Clementis VIII. expiraverat per obitum Papæ de anno millesimo sexcentesimo quinto, & tempore alternativæ concessæ per sanctissimum D.N. quam Episcopus acceptavit de anno millesimo sexcentesimo sexto, jam erat excommunicatus propter dictos recursus habitos de anno millesimo sexcentesimo tertio, & aliàs certum est excommunicatum esse incapacem cujuscunque gratiæ, & rescripti. *cap.* 1. *de rescript. in* 6. Butr. *in cap. ad probandum, n.* 11. *versiculo* 29. *casus*, Calder. *consilio* 12. *de reg.* Roman. *consilio* 506. *n.* 12.

Secundò dicebatur ex textibus noviter examinatis probatum fuisse, Episcopum durante excommunicatione ordines sacros contulisse, & debatur etiam publicum instrumentum unius collationis, quo casu Episcopus videbatur factus irregularis, *cap. is qui,* 2. *resp. de sentent. ex omn. in* 6. *cum allegat* quæ irregularitas inducit suspensionem, & suspensus, sive occultè, sive palam; prohibetur ab exercitio jurisdictionis, sic à collatione beneficiorum, ut etiam distinguendo inter excommunicatum, & suspensum firmatur in d. decisione hujus causæ coram me.

Verùm his non obstantibus Domini non putarunt esse recedendum à prædicta decisione 27. Novembr. in hac causa facta, ex fundamentis ibi relatis. Et quoad primum objectum considerabant, quo in effectu agitur, ut Episcopus propter dictos recursus fuerit effectus inhabilis ad conferendum, & ulteriùs ab eo provisi priventur jure sibi quæsito, & sic negari non potest, quin in utroque casu agatur de pœna *tit.* 1. *Cod. de his, qui pœnæ nom.* Bald. *in repet. l. si a & si post, sub numero* 60. *ff. si quis cautio. in judic.* & ideo hoc casu requiritur concludentissima probatio recursum, ut fuit firmatum in decis. Tudent. Beneficii 5. April. 1604. & 25. Junii ejusdem anni coram bon. mem. Penia, & in d. decis. coram me.

Quo posito, si examinentur, vel conjunctim, vel divisim præsumptiones illæ, quæ asseruntur contra Episcopum, non putabant Domini esse tales, ex quibus Episcopus potuisset, vel posset hodie, si viveret, declarari excommunicatus, nam quoad mandatum illud, fuit generale ad faciendas quascunque requisitiones, appellationes, & protectiones, in causa Episcopi cum Decano, & Capitulo. & sic potuit intelligi in casibus licitis, in quibus Ecclesiastici possunt impunè recurrere ad judices laicos, ut latè per Menoch. *de retinend. remed.* 3. *quæst* 52. *num.* 354. *& sequentibus*

Proviſiones Regiæ, quæ adducebantur, partim emanarunt ante dictum mandatum, partim petitæ fuerunt à diverſa perſona ab iis, quæ in mandato fuerunt expreſſæ, ut latiùs fuit oſtenſum per informantes, ſed quatenus etiam eſſent probati dicti recurſus, tamen cum Epiſcopus nunquam fuerit declaratus excommunicatus, potuit conferre, cùm excommunicatus non privetur exercitio Juriſdictionis, antequam declaretur excommunicatus, per Navarr. *in man. cap.* 27. *ſub. n.* 1. *& num.* 152. *verſiculo dico*, & latiùs fuit deductum in deciſione hujus cauſæ.

Et idem Farinac. *in deciſione* 686. *num.* 2. *fol.* 287. *d.* 2. *tom.* 1. *p.* in hæc ibi:

288 Imò non ſolùm fuit probata ſcientia Rectorum, ſed manifeſta, & doloſa contumacia, ex quo ipſi habuerunt recurſum ad Concilium Regium, & ſub falſo prætextu, quòd proviſor careret Juriſdictione, extorſerunt proviſionem Regiam, in qua nihilominus refertur ſtatus cauſæ circa examen, quod per receptorem fiebat, *ſummario num.* 4. quo caſu, & qua ſtante contumacia non erat neceſſaria aliqua citatio, etiamſi aliàs de jure foret requiſita juxta text. *in cap.* 2. *de dol. & contumac. in* 6. Alexand. *in l. de unoquoque, numero* 16. *de re judic.* Gabriel. *de citat. conſilio* 1. *numero* 299. *& hinc* ceſſabat alia nullitas deducta *ex lib.* 8. *titulo* 6. *lib.* 4. *nov. recopilatio.* ubi antequam receptor literis utatur, illas debet notificare parti, ut ad locum receptoriæ accedat, & ibi Alphonſ. de Azeved. notat idem eſſe de jure communi, ſcilicet ſumptum *ex l. judices*, ubi Caſtrenſ. *in princ. & num. fin. Cod. de fid. inſtrument.* ille enim defectus fuit ſanatus ex ſupervenienti ſcientia Rectorum.

Quæ omnes deciſiones tunc prohibent recurſum ad judices ſæculares, quando ipſi judicialiter procedunt in tollenda violentia, prout ex eis evidenter apparet, quæ dum dicunt recurrentes ad judices laicos incurriſſe cenſuras, ſupponunt judicium, & Juriſdictionem in judicibus laicis, prout inhibitiones, & alia ſimilia profitentes omnes unanimiter, rectè poſſe recurri ad judices ſæculares pro tollenda violentia à judicibus Eccleſiaſticis illata, nullo dato juris ordine, ſed extrajudiciali cognitione dumtaxat, prout in noſtro recurſu ad Regem evidenter monſtravimus *ſupra*, *præludio tertio.*

289 Cui favet Rotæ deciſio in una Aurienſ. Parochial. de Pao Lunæ ſecundo Decembris 1606 coram D. Ludunenſe, dum permiſit Patronis laicis poſſe recurrere ad ſuprema tribunalia; quem recurſum nos Bullarum retentionem dicimus, de qua deciſione teſtatur Proſperus Farinacius, *part.* 1. *tom.* 1. *decicione* 191. *num.* 5. *fol.* 205. quæ in hæc inquit.

Non obſtant recurſus habiti ad judices laicos *ad Rot. deciſ.* 7. *de re judic. in nov.* quia hoc caſu non probantur, & ubi probarentur, potuerunt fieri per Patronos laicos, dum autem recurſus habere potuerunt à pluribus, non probant contra certum aliquem, niſi in illis eſſet nominatus, ut fuit dictum in cauſa Pampilonen. prioratus de Arguidas coram R. P. D. meo Ludovico 5. Martii 1603.

290 Et ut omnino tollatur in hoc caſu difficultas, ſciendum eſt Romanum Pontificem Martinum V. anno 12. ſui Pontificatus in una Bulla, ſeu Pontificali reſcripto declaraſſe ad inſtantiam Regis Francorum; ſe per illam ſuam ſanctionem, qua graves pœnas ſtatuerat adversùs clericos ſe conveniri patientes coram judicibus ſæcularibus; non intellexiſſe de caſibus pertinentibus Regiam de jure, quàm de conſuetudine immemoriali inter clericos cognoſcendi, cùm eo jure non utatur ad æmulationem Juriſdictionis Eccleſiaſticæ; quam refert ad literam Guid. Papæ *in quæſt.* 1. *Delphin. & in quæſt.* 85. & eam etiam ad noſtrum propoſitum refert Seſe *in Epiſtol. ad Regem, numero* 97. cujus etiam eſſentialem partem refert idem Seſe *tract. de inhibit.* 8. § 3. *n.* 48. *fol.* 589. quam hîc inſerere libuit pro noſtræ conſuetudinis, & cognitionis extrajudicialis defenſionis, ac cognitionis per viam violentiæ majori perfectione, ac claritate, quæ ſic ſe habet in hæc verba:

Bullæ Martini V. Pontificis. Maximi.

MArtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Apoſtolicæ Sedis, à qua 291
& circumſpecta proviſio quorumlibet jura, & tranquillitatem confoveri ſatagens, cùm veriſimiliter timetur, ne cupiditas improba ſe à vetitis abſtinere neſciens ſtatutis, & ordinationibus à ſe hujuſmodi prodeuntibus laxato fræno rationis abutatur, nunc per proviſionis debitæ remedium, nunc verò per opportunæ declarationis officium nititur obviare, dudum ſiquidem providere conſiderantes, quòd licèt clerici, Eccleſiaſticæque perſonæ, quæ ſuas cauſas, & querelas in his præcipuè, quæ de jure, vel cõſuetudine ad forum Eccleſiaſticum, pertinere noſcuntur, eo tamen derelicto, ſæcularibus negotiis ſe ſubmittere, ſeu partes ſibi adverſas ad forũ de jure vetitum conveniri, vel trahere præſumebant, gravibus proinde pœnis tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus, etiam jure diſponente alligarentur; pœnas tamen ipſas non ſine propriæ ſalutis periculo ſæpiùs habere videbantur in contemptum, nos qui ex debito paſtoralis officii ſalutem quærimus ſingulorum, ſuper his opportunè providere volentes authoritate Apoſtolica ſtatuimus, & etiã ordinamus, quòd quicunque ex clericis, & perſonis eiſdem de cætero reus talis præſcriptionis exiſteret, niſi à præmiſſis deſiſteret, omni commodo careret, ipſéque in graves, tunc expreſſas, & alias juris pœnas incurreret, prout in dictis literis pleniùs continetur. Cùm autem ſicut pro parte chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Regis Francorũ illuſtris, nuper nobis fuit expoſitum, quòd à nonnullis vertitur in dubium, an per hujuſmodi noſtram conceſſionem derogare voluerimus juri, & Juriſdictioni Regiæ, præſertim in cauſa poſſeſſorii retinendæ poſſeſſionis ſuper ſuis Eccleſiis, & beneficiis Eccleſiaſticis ſuorum Regni Franciæ, & Delphinatus Viennenſis, per quam Juriſdictionem præfatus Rex ſibi aſſerit licere in omni caſu etiam juridicè tueri poſſeſſores; nos ad omne ambiguitatis tollendum dubium, ſuper his opportunè providere volentes, ejuſdem Regis in parte ſupplicationibus inclinati, authoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus noſtræ intentionis non fuiſſe, nec eſſe per dictam, aut quamcunque aliam conſtitutionem eidem Regi, & ejus Regiæ Juriſdictioni, per quam, ut aſſeritur, tam Rex, quàm ſui primogenitores ſuper hujuſmodi poſſeſſorio à tanto tempore, citra quod de ejus contrario memoria hominum non exiſtit, conſueverunt cognoſcere, in aliquo derogare voluiſſe, aut velle quoquomodo, ipſóſque Reges, & judices decernentes partes moleſtas, ſuper earum conſervatione ad ſuorum beneficiorum poſſeſſionem ipſius Regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum Juriſdictionis, & libertatis Eccleſiaſticæ, ut partes ſibi adverſas in rebus Eccleſiaſticis diutius perturbarent, 292
hoc non fecerint, pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentes nullatenus incurriſſe, aut debere incurrere, quovis modo, per hoc autem nullum jus, ſeu Juriſdictionem, in præmiſſis cognoſcendi, eidem Regi de novo acquiri volumus, ſed antiquum (ſi quod habeat) omni modo conſervari. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, conſtitutionis, & voluntatis infringere, & ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ

mæ apud ſanctos Apoſtolos kalendis Maii Pontificatus anno 12. Floruit anno 1431.

293 Cujus Bullæ determinatio attentè ponderanda eſt, & ejus verba attendenda, quæ licèt ſpecialiter ſit inducta in favorem Regum Franciæ; tamen ejus deciſio, & determinatio generalis eſt, univerſaliter comprehendit omnes Reges, & Principes ſuperiores, ſimile jus, & conſuetudinem immemorialem habentes cognoſcendi in aliquibus caſibus inter perſonas Eccleſiaſticas, ut tradit Guillel. Benedict *in c. Raynut. verbo. & uxorem nomine Adelaſiam, deciſ.* 2. *n.*117. *de teſtament.* quem ad idem ſequitur Fulvius Pacian. *conſ. fin. n.*12. *& n.*29. & poſt Covar. idem tenet Seſe *tract. de inhibitio. cap.*8. §.3. *hum.*85. dum dicit generaliter loquendo ex eadem Bulla Martini V. quod non præſumitur, Papam

294 velle tollere has immemoriales cõſuetudines antiquas, & rationabiles. Idem, & clariùs tenet *in eodem* §.3. *n.*50. quòd illius Bullæ determinatio extendatur ad illam conſuetudinem ſimilem, quæ habetur in illo Regno Aragonum, recurrendi ad Senatum per viam protectionis, & tollendæ violentiæ, ubi allegat ad id Navarrum, & Salcedum, per quos etiam *in n.*86. *&* 87. affirma, quòd Romanus Pontifex per cenſuras generaliter à ſe latas, non videtur velle derogare juri quæſito Majeſtati Regiæ, ſive de jure, ſive de conſuetudine juxta illam declarationem Martini relatam, & ſic omnes ex identitate rationis (quæ generalis eſt) intelligunt illam Bullam in omnibus Regibus, ſimile jus, & conſuetudinem immemorialem habentibus, maximè Regibus Hiſpaniæ, qui cæteris ſunt præſtantiores, & maximo amore, & privilegio ſunt ſemper à Sede Apoſtolica honorati, prout debetur.

295 Prout & ulteriùs ratione de jure probatur, etenim cùm ſimus in cenſurarum incurſione, ſeu abſolutione, & ſic in ſpiritualibus, & rebus tangentibus animam, in quorum reſpectu, & ordine omnes etiam Principes Chriſtianæ religionis profeſſores ſubditi ſunt Romano Pontifici, imò etiam in temporalibus in ordine ad ſpiritualia, ut latè Joan. Driedo *lib.*1. *de libertate Eccleſiaſt. cap.*15. *per totam*, Paramo *de origine inquiſitorum, l.*3. *q.*1. *opin.*4 Molin. *de juſti. & jur. tom.*2. *diſp.* 29. Marta *de juriſ.*1. *p. cap.* 17. & nos alibi diximus; & noviſſimè probat Torre Blanca *de tract. de magia, lib.*3. *cap.*16. *à n.*11. *cum ſeqq. & num. fin.*

296 Unde eſt, quod quando Princeps uni præſidi reſcribit, per conſequentiam omnibus præſidibus ſcripſiſſe intelligitur. Iſta eſt mirabilis doctrina B. *in l. relegatorum*, §. *interdicere*, *ff. de interdict. & releg.* Paris de Put. *de Syndicatu.* §. *offi ialis, cap* 1. *num.*14. Iſſ. *in l.*1. *n.*7 *ff. de conſtit. princip.* Parlador. *lib.*2. *rerum quotid. cap. fin.*5. *p.*

297 § 10. *num.*26. *folio.* 258. ubi etiam, quod quando ratio legis eſt generalis, uni tamen præſidi directa, ad omnes judices extenditur, & comprehenditur: ergo licèt hæc Bulla ſpecialiter ſit directa ad Regem Franciæ, tamen cùm ejus ratio generalis ſit, ad ſimiles conſuetudines, & caſus debet extendi, ubi identitas rationis conſideratur.

298 Quare perpetuò attendenda eſt illius Bullæ celebris determinatio, præciſè in illis verbis *ibi*: Nos ad ambiguitatem tollendam declaramus, noſtræ intentionis non eſſe, per quamcunque conſuetudinem Regi, & Regis juriſdictioni, per quam à tempore immemoriali conſuevit ipſe, & ſui officiales cognoſcere ſuper omni poſſeſſorio; in aliquo derogare, ipsúmque Regem, & ces detinentes partes moleſtas, ſuper earum conſervatione ad ſuorum bonorum poſſeſſionem ipſius Regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum juriſdictionis Eccleſiaſticæ, ut partes ſibi adverſas in rebus Eccleſiaſticis diutius perturbarent; hoc non fecerint, pœnas in dicta noſtra conſtitutione contentas nullatenus incurriſſe, nec incurrere quovis modo. Hactenus de ſatisfactione tertii argumenti.

Nec obſtat quartum ſuperiùs oppoſitum *num.* 32. 299 ubi quòd immemorialis conſuetudo non prodeſt, ubi conſtat, & apparet de injuſto titulo, & principio, prout in hac noſtra, quia omni jure eſt prohibitum Regi temporali, de Eccleſiaſticis cauſis cognoſcere, quia reſ- 300 pondetur, quòd huic conſuetudini non ſolùm non repugnant jura, ſed imò cuncta favent, quia fundatur in jure naturali, divino, & poſitivo, prout nos latiùs diximus, & evidenter comprobatum reliquimus *ſuprà, prælud.*3. *per totum*, & jura prohibentia laicis, ne de clericis cognoſcant, loquuntur de cognitione judiciali, & juriſdictionali; quod veriſſimum eſt, non tamen de defenſione naturali, & protectione vi oppreſſorum appellantium abſque umbra juriſdictionis, cujus cognitio ex materia, & forma extrajudicialis eſt, ut præ cæteris diximus *ſuprà, prælud.*3 *per totum*: quare in hac conſue- 301 tudine non datur injuſtum principium, ſed omnino juſtum, & omni jure comprobatum, competens, & inhærens viſceribus Regalis regiminis, cujus proprium officium eſt vi oppreſſos liberare.

Minùs obſtat quintum argumentum, de quo ad prin- 302 cipium hujus *capitis*, *n.*35. ubi quòd hujuſmodi conſuetudo eſt præjudicialis Eccleſiaſticæ libertati, & ideo ſuſtineri non poteſt, & exemptio clericorum, quæ de jure divino eſt, nulla conſuetudine etiam immemorali auferenda. Cui reſpondetur, quòd licèt verum ſit, à jure divino in ſpiritualibus procedere exemptionem clericorum, quam etiam Summus Pontifex tollere 303 non poteſt in univerſum; tamen in caſu particulari, & limitato poteſt induci conſuetudo, prout & de aliis pluribus doctrinis, quibus hæc opinio, & argumentum repellitur, latiſſimè videre poteris ex his, quæ congeſ- 304 ſimus *ſuprà, prælud.* 3. circa juſtificationem hujus conſuetudinis immemorialis à *n.*121. prout paſſim in jure videmus, plurimis in caſibus poſſe judicem ſæcularem de clericis cognoſcere, & Eccleſiaſtica negotia tractare, ut *ſuperiùs num.*251.

Et inſuper reſpondetur, prout ſuperioribus argu- 305 mentis reſpondemus, ut omnia illa jura doctrinæ, & authoritates, tam regulæ, quàm limitationes, de quibus nos loco citato; procedunt, & loquuntur in juriſdictione præſcribenda, & in conſuetudine inducenda contra clericos juriſdictionaliter, de quo nos non loquimur, nec ſermo noſter eſt, ſed tantùm de nuda defectione, & protectione vi oppreſſorum, & auxilio Regio extrajudicialiter imploranti exhibendo, prout adnotavimus *ſuprà, prælud.*1. *per totum.*

Et ideò minùs obſtat, quòd hæc conſuetudo ſit con- 306 tra libertatem Eccleſiaſticam, quia totaliter illi favorabilis eſt, nimiſque valdè utilis, ut notat Suarez *lib.*4. *de immunit. Eccleſiaſt. in cap.*44. *n*43. Cæned *in quæſt. canon.*45. *num.*9. ubi optimè *& n.*35. Marl. *in Empor. jur. tit.*2. *de juriſd. quæſt.*14. *n.*8. & probat expreſsè d. Bulla Martini V. ſuperiùs relata ad reſponſionem tertii argumenti, & nos latiùs comprobavimus *ſuprà*, ad reſponſionem ſecundi, & poſt Manuelem Roder. Navar. Covar. Pacian. & Cacheria, tener noviſſimè Torre-Blanca *in tractatu de magia, lib.*3. *cap.*26. *n.*32. alios citavi ſurſum *à num.* 239.

Nec obſtat ſeptimum argumentum, de quo *ſuprà*, 307 *num.*37. quo dicitur, quod laici non poſſunt inducere conſuetudinem ligantem Eccleſiaſticas perſonas. Cui reſpondetur, quòd hæc conſuetudo originaliter fuit introducta ab Eccleſiaſticis perſonis, quorum frequentia major eſt in tribunalibus Eccleſiaſticis, & ob id magis frequenter violentias reportant. & ab illis opprimuntur etiam laici, & ſic activè, & paſſivè per longum uſum à clericis, & ſæcularibus introducta fuit, & ideo dicitur conſuetudo mixta clericorum, & laicorum, quam magnam vim habere etiam in negotiis Eccleſiaſticis, ex Abbate, Felin. Dec. Covar Joan. Garc. Barboſ. Butr. Immol. & Mart. Anton. Genuenſ. latiùs diximus 308

ſuprà

suprà, prælud. 3. circa justificationem consuetudinis, versic. & insuper quoniam cum istbæc, a'n. 140.

309 Nec obstat octavum, & ultimum argumentum adductum *suprà n.* 38 ex quo dicebatur, quòd privilegium præsumptum inductum ex consuetudine, potuit tolli, & revocari à Romano Pontifice, prout in Bulla Cœnæ Domini *casu* 15. ibi, aut prætextu cujusvis consuetudinis, seu privilegii, quia respondetur, primò, quod Bulla disponit, ut nullus occasione, & colore alicujus privilegii, aliquid faciat contra *ibi* dispositũ, sed Bulla non loquitur, non procedit, nec aliquid disponit super hac cognitione extrajudiciali, & charitativa protectione, ac nuda vi oppressorum defensione, omni jure naturali, divino, positivo, & consuetudine, permissa,
310 & pertinente Regibus supremis (prout latiùs videmus in secundi argumenti responsione) & sic à separatis non fit illatio. Secundò respondetur, quòd hæc cognitio, & naturalis defensio subditorũ non competit Regibus supremis ex aliquo privilegio Romani Pontificis, sed ex juris naturalis instinctu, ratione, & principio, naturale attributum est, propriúmque Regis officium inhærens regimini, à quo avelli non potest, nisi simul, & iis causis, quibus regimen, & Regnum tolli potest,
311 & tunc non de per se tollitur, sed tanquam substantia, medulla, anima, & qualitas sui totius subjecti, Et quia hæc ista cognitio, & extrajudicialis defensio proveniens à nudo jure naturali, semper in omnibus privilegiorum revocationibus præservata, censetur confirmata, & approbata ejúsque immemorialis consuetudo, ut apparet expressè ex d. Bulla Martini V. & post hæc scripta vidimus Cevall. *in tractatu de cognitione per viã violentiæ, in proœmio, an.* 10. *& gloss* 6. *n.* 42. disputantem, án dato casu, quòd hæc cognitio pertineat Regi ex
313 privilegio (cùm præcipuè competit mero jure ex officio regali, & ex fonte juris naturalis) possit per Pontificem revocari, & quòd tolli non possit probat Torre-Blanca *tractatu de magia, lib.* 3. *c.* 26. *à n.* 3. *cum seqq.*

314 Deinde quia in d. Bulla dumtaxat excommunicantur generaliter impedientes, & quoquo modo perturbantes libertatem ecclesiasticam, super quo tollitur consuetudo, & privilegium, & casu negato, quòd illa Bulla in hac cognitione per modum extrajudicialis defensionis loqueretur, cõsuetudinem immemorialem nostram non censeri sublatam, diximus latiùs *suprà, d. prælud* 3. *à num.* 155. circa justificationem consuetudinis, & quia ut *superiùs* diximus, non solùm non violatur ex protectione Regia libertas ecclesiastica, imò applicatur, & augetur, ut tutiori, & secutiori modo jus innocentis conservetur.

315 Insuper jam notandum est, quòd Bulla Cœnæ Domini incipit anno 1499. Kalendis April. tempore Alex. & Martini V. in qua nulla fit mentio tollendæ violentiæ, sed generaliter excommunicantur impedientes libertatem ecclesiasticam, postea verò Sixtus Papa IV. Bullam Cœnæ ad antiquam illam formam Martini V. reduxit, & multas clausulas à Paulo II. positas, abstulit à prædicta Bulla, ut tradit Angel. *verb. excommunicatio* 30. *cas.* 31. Sylvester *verbo excommunicatio* 7. *num.* 77. *excommunicatione* 32. Tabien. *verb. excommunicatio* 6. §. 12. *vers.* 15. ubi Sylvester refert Bullam ejusdem Sixti IV. ad Ducem Mediol. Galleaceum anno 1479. Novemb. 19. postea verò speciáliter, & in particulari fuit facta mentio in Bulla hujus prohibitionis, scilicet etiam sub prætextu violentiæ) ut habetur in Bulla Adriani Papæ, & Sixti, ut tradit Caietan *verb. excommunicatio, cap.* 30. idem habetur in Bulla Julii Papæ III. secundùm Ledesmam 2. *p. q.* 26. *art.* 2. idem habetur in Bulla Pauli IV. Soto *in* 4. *d.* 22. *quæst.* 2. *art.* 3. & in
316 Bulla Gregorii. XIII. anno 1584. tradit Navar. *in manual. cap.* 27. *n.* 69. & sic dicta Bulla, & clausula (etiam sub prætextu violentiæ) incipit à Bulla Adriani VI. anno 1523.

Hæc addoxi, ut cognoscatur, quòd quando dicta Bulla Cœnæ Domini comprehenderet (quod negamus) legitimam Protectionem, & vi oppressorum naturalem defensionem, & legitimam cognitionem, cùm non fuerit in Hispania, & in aliis ditionibus Christianæ religionis recepta, non deberet officere. Et enim lex Regni 36. *tit.* 5. *lib.* 2. *recopil.* condita fuit anno 1525. 317
quo tempore affirmant Reges Catholici Hispani, habere jus, & consuetudinẽ immemorialem cognoscendi per viam violentiæ in causis ecclesiasticis, quibus est credendum (ut diximus *suprà prope principium hujus capitis*) quæ immemorialis supponit tempus infinitum, ut docet Corneus *cons* 22. *num.* 5. *lib.* 1. ubi dicit, 318
quod interruptio, & prohibitio non excludit immemorialem. Sequitur Paul. Castr. *consil.* 27. *num.* 48. *lib.* 1. 319
Molina *lib.* 1. *de primogeniis, cap.* 6. *à n.* 47. *& cap.* 2. *num.* 20. & nos latiùs *superiùs* diximus, & sic ante prædictam Bullæ promulgationem causata erat, & formata consuetudo immemorialis, quæ interrumpi non potuit per dictam Bullam, dato casu (ut dixit) quòd loquereretur de hac violentia, quia respectu illarum clausularum nunquam recepta fuit, non solùm in Hispania, sed 320
etiam in aliis Regnis Christianorum Principum, imò post ejus promulgationem minimè variatum, aut im- 321
mutatum fuit, continuata semper, & frequentata Regii recursus extrajudiciali defensione usque ad præsens tempus. Et ideo lex, seu constitutio, quæ usu populi re- 322
cepta non est, sed imò contrariis actibus reluctantibus, nec obligat, nec astringit, quia vim legis promulgatæ leges non recipiunt, nisi dum à populo recipiuntur, & consensu civium cõprobantur, quam sententiam tenuerunt glossa *in cap.* 1. *verb. frangere, de treuga, & pace*, cujus meminit Ias. *in l. rem non novam, C. de judic.* Enriq. Bot. *in tractatu de Synodo Episcoporum, art.* 2. *num.* 51. docent Abb. & communis relata à Felin. *in cap.* 1. *à num.* 69. *& num.* 12. *vers. intelligo* 4. *de treug. & pace*, Domini. *in c. in istis,* §. *leges,* 4. *d.* Aretin. *in cons.* 54 quem sequitur Anton. Faber *in rubr. instit. de testamentis, n.* 11. Duen. *de regul.* 79. *ampliat.* 5. Martin. Navar. *in manual. cap.* 23. *n.* 41. *& lib.* 1. *consilior. tit. de constitutio. q.* 5. Guill. Benedict. *in cap. Raynut. verb. & uxorem nomine Adelasiam, n.* 229. Rebu. *in proœmio Regum Gallicor. tit.* 1. *n.* 11. *&* 12. communem dicit Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 76. *n.* 6. *vers. quinto sunt*, Caietan. *verb. excommunicatio, c.* 75. §. *nota* 2. Manuël. Rodr. *q. regul.* 1. *tom. q.* 6. *art.* 10. Major. *in* 4. *d.* 14. *q.* 4 § *contra secundum*, Driedo *de libert. Christian. lib.* 1. *c.* 9. *consideratione* 22. Summa Armil. *verb. lex.* Manuël Saa *eodem verb. n.* 1. cum pluribus aliis relatis à Vasquez 1. 2. *tom.* 2. *disput.* 156. *cap.* 5. *num.* 34. *cum sequentibus*, latissimè comprobans Joan. Narb. *de appella. à vicar. ad consil. Archiepisc. op. Toletan. p.* 2. *funda* 3. *à num.* 12. ubi in similibus terminis hanc doctrinam applicat, dicens text. *in c. fin. de consuetud.* 323
quatenus prohibet consuetudinem appellandi à Vicario ad Episcopum, cùm idem sit tribunal non comprehendere illud tribunal, quo ante ejusdem textus promulgationem consuetudo contraria vigebat, & post. modum usu receptus non fuit, quia semper in contrario usu continuata fuit consuetudo.

Et tandem ut dixit & eleganter Azeved. *in l.* 1. *tit.* 6. *vers. nec huic consuetudini, lib.* 2. *recopila. pag.* 145. quem 324
referens, etiam sequitur Cæned. *in practic. quæstion. canonic.* 45. *n.* 60. omnia huic regio recursui, & legitimæ defensioni vi oppressorum contraria, procedunt in laico judice, ut judice judicialiter cognoscere volente de causis clericorum; non tamen in Principe protegente subditos per hanc viam violentiæ, & extrajudicialis defensionis, quo cunctis satisfit difficultatibus, quod & omnes ferè Doctores hactenus in discursu citati, præcipuè *suprà n.* 16. profitentur unanimiter.

Hinc obiter conterendi sunt nonnulli Doctores, qui 325
non bene perpendentes hanc nostram materiam cognitionis

...ibus per viam violentiæ inadvertenter labuntur, ...is terminorum juridicorum ignari quàm corde, & intentione peccantes,qui quidem legitimos,ac debitos loquendi modos confundentes, vel hanc extrajudicialem protectionem, & nudam defensionem vocant jurisdictionem. Vel asserunt,etiam inadvertenter judices Regios habere præscriptã jurisdictionem adversus ecclesiasticos judices, ad cognoscendum per viam violentiæ,inter quos unus est Bobadill *in polit.2.p.cap.*18. *num.*139. Segura de Habalos *in directorio judic. eccles. cap.*13.*num.*51. quia hîc(ut sæpe diximus, præcipuè *prælud.*3.ubi latè probavi) nulla datur jurisdictio, sed vis protectiva. & propulsiva, nudum auxilium & naturalis defensio, ac potestas politica, & œconomica sine umbra, aut vestigio Jurisdictionis.

327 Hinc etiam Azor.*in Sũma institutio.moral.lib.5.c.*14. *numero* 1.(qui ex proposito tenaciter sui proprij dumtaxat opinione motus,contra hujusmodi cognitionem per viam violentiæ,& nimis justificatam protectionem latè insurgit, præcipuè contra Covarr.) meritò reprobatus,reprehenditur per Sese *tractatu de inhibitio. cap.* 8.§.3.*num.*55.*&* 166. Joan.Pet.Fontanel.*in tract.tu de pact.nuptial.gloss.*13.*casu* 14.*p.*3.*à num.*12.*cum sequentibus*, & eo non citato, Peguer. *in suis decis.*92.& post hæc Cevall. *in epist.ad Regem,num.*99.*& in lib.*4.*commun.opin. quæst.*1.*à num.*327. *& iterum numero* 273.& amplius *in tractatu de cognitione per viam violent gloss.*6. *num* 56. qui falso supposito fundamento totam suam opinionem fundat,scilicet,supponendo Regem in hac
328 cognitione, & protectione procedere cum jurisdictione,& judicialiter, & in forma judicij quod quàm falsum sit,monstravimus *suprà* longa manu præ cæteris *in prælud.*3.ex quo multas doctrinas mirabiles in ista materia reperies, quibus facillimè poteris evacuare hujus Doctoris fundamenta, & ejus suppositionem falsam oculis monstrare; cujus fundamentis sigillatim, & ex professo respondẽt præcitati Doctores, illum unanimiter reprobantes,ad quos te remitto,quia altiori examinatione non indiget, idem etiam penè, quod Azor. & contra Covarr,dicit Prosper Farinacius *consil.*68. *inter decisiones criminal.* eodem falso supposito, & fundamento jurisdictionis, cui pariter, ut *superius* respondendum, licèt ipse duobus concurrentibus admittat hujusmodi recursum ad Principem.

329

330 Eadem etiam ratione cavendum est à Cevall.dum *in epistol. ad Regem, num.*8. & in aliis pluribus sui operis partibus, hoc loquendi modo utitur; dum tractat de recursu Regio,dicit,potest, vel non potest in hoc casu
331 appellare per viam violentiæ:miror certè tanti Doctoris, duo ad invicem repugnantia conjungere, etenim si appellare, quomodo per viam violentiæ?si per viam violentiæ, quomodo appellare? ex hac ergo nefanda mixtura, quid potest oriri nisi horror, & scandalum utrique reipublicæ, Ecclesiasticæ, & temporali,idem dicit *in glossa.*9.*n.*8. *ad fin.*

332 Hinc majori animadversione dignus est Cevall. qui alios reprobat minori causa,& occasione) qui quidem *in tractatu de cognitione per viam violentiæ, in proœmio*, *c.*1.*sub.n.*9.labitur peccans in legitimis jurisprudentiæ, & hujus protectionis extrajudicialis terminis,illos penitùs confundens, inquit igitur, loquendo de viribus legis Regiæ 36. *tit.*5.*lib.*2. *recopil.* in hæc:Et sit nemo potest de eius viribus, & potentia dubitare, quia nihil der ebus ad Ecclesiasticum forum pertinentibus,dispe-
333 nit, sed solùm dat formam procedendi judicialiter in defensione subditorum per viam violentiæ,& extraordinariæ cognitionis.Quid enim est judicialiter cognoscere,nisi figurâ & formâ judicij procedere ónibus servatis terminis substãtialibus,& cum jurisdictione,quia alius ea carens,ita procedere non potest. Sibi enim invicem opposita sunt duo hæc,judicialiter,& extrajudi-
334 cialiter,quia aliud affirmat,alterum verò negat,de quorum natura,distinctione, & cognitione,quia latissimè tractavimus *infrà*,2.*p. c.*13. *per totum*,ubi multa scitu dignissima reperies circa hunc modum loquendi, quo lapsus usus est Cevall hîc omitto.

Quod ulteriùs declaravit *ibidem*, dum hanc protec- 335
tionem,extraordinariam cognitionem simpliciter vocavit,quia extraordinaria cognitio de per se nõ excludit judicialem cognitionem,nec substantialem formam judicii,nec ab alio,quàm à iudice,& jurisdictionem habente experiri potest,*toto tit ff.de variis,& extraordinariis cognitionibus*,quia non dicitur extraordinaria respectu formæ & modi procedendi, sed respectu casuum; quibus adhibetur, ut ex eodem titulo patet,& ex omnibus practicis Doctoribus, & sic in hac materia non potest dici extraordinaria cognitio sola, & de per se; sed adjuncta extrajudiciali.

Unum tamen dissimulare non possum, quod post 336
scripta vidi apud eundem Cevall *in tractatu de cognitione per viam violentiæ.glos.*6.*n.*42.quo loco reprobat opinionem doctissimi Gregorii Lopez, Avendan. Sese, Azeved. ex eo quòd inter confirmandam hanc naturalem Principis defensionem asseverant nostram consuetudinem, de qua *in d. l. Regia* 36. procedere ex præsumpta voluntate,& tolerantia Pontificis, qui propter bonum publicum tolerant dictam consuetudinem cognoscendi per hanc viam violentiæ, perperam enim illos reprobare intendit.

Quæro quid tum docti viri dixere, quòd reprehen- 337
sione digni possint ab aliquo judicari? Si quidem illi(ut assolent) juris notissima principia insequuntur imò & *lex* 36.*tit.*5.*lib.*2.*recopil.* quæ fundatur in jure & consuetudine,quam consuetudinem aut non legitimè, & suis debitis requisitis inductam,& acquisitam fuisse fatendum est,aut scientiam vel præsumptam, seu interpretativam, & tolerantiam Pontificis intervenisse Sed illud est falsum, quia dicta consuetudo omnibus suis partibus constans est, & legitimis modis, & requisitis necessariis inducta,prout nos latissimè fundavimus *suprà in prælud.* 3. circa justificationem consuetudinis, & probat Doctorum caterva quorum nomenclaturam *ibi* adduximus *ad fin.*ergo remanet verissima illa Doctorum assertio. Etenim notissimum juris principium 338
est,quòd ad consuetudinẽ introducendam, & formandam in juribus incorporalibus scientia, & patientia ejus, contra quem introducitur,præcisè, necessariò requiritur,quia licentia hujusmodi & tolerantia deficiente, non habet principium, unde possit causari consuetudo, quia in incorporalibus juribus tolerantia habet vim possessionis,ut in corporalibus & sic deficiente in 339
illis tolerantia deficit possessio,quare sequitur, ut sine possessione præscriptio non procedat, de quo articulo quia plurima notatu digna tetigimus *infra*,3.*p.cap.*10. *à princ.& ferè per totum*, hîc amplius non repeto:ergo cùm Rex noster se fundet in consuetudine, assertio Gregorii Lopez, & sequacium perperam, & nimis præcipitanter, & inconsideratè fuit à Doctore Cevall. reprobata sine ratione, & sine fundamento, maximè quia illud idem,quod Gregor Lopez,asseverant omnes in universum Doctores de hac consuetudine loquentes,quod citavimus *d.prælud.*3. *circa consuetudinis justificationem*, *ad finem.*

Sed quando hæc ita verissima,& notissima non fo- 340
rent,ad effectum tamen,ut cognoscatur calumniosa,& iniqua reprobatio, quam illorum Doctorum fecit Cevall.*ubi suprà*,sufficiet pro comprobatione, quòd illud idem,quod nunc reprobat,ipse sequutus fuit *pluribus in locis*, etenim *in lib.*4 *commun. opinion. quæst.*1. *num.*274.impugnando opinionem Azoris dicit in hæc: Sed salva pace gravissimi, & religiosissimi viri, sua opinio generaliter, & indistinctè sumpta,non est vera, nec tenẽda,cùm sit singularis,& nullum habeat sectatorem,& loquitur contra communem Doctorum opi-

nionem

nionem, & traditionem antiquiſſimam de jure comprobaram, & confirmatam per tacitum Romanorum Pontificum conſenſum. Hæc ille, qui proprio ore con-
341 vincitur, firmiterque perperam reprobari Gregorium,& ſidem Cevall. iterum hoc idem,quod Gregor.profitetur efficaciùs *in eadem quæſt.*1.*n.*251.in hæc verba,*ibi*:Maximè cùm illa conſuetudo fundetur etiam ex tolerantia Pontificis,qui cùm habeat omnia jura in ſcrutunio ſui pectoris, & videat, & intelligat plures cauſas, de quibus in Regiis conſiſtoriis cognoſcitur per viam violentiæ,videtur tolerare dictam cognitionem,etiamſi aliquantulum deviaret à tramite juris propter bonum publicum,*&c.* Quæ verba formaliter ſunt eadem,quæ Gregor.Azeved.Seſe, quos ipſe modò varius,& inconſtans reprobat, palinodiam recantans.

342 Hinc & ulterius reprehenſione dignus eſt Cevall. qui *in tractatu de cognit.per viam violentiæ, gloſ.*6.*n.*57. Minùs doctè reprobat opinionem Dominici Bannez,eo quòd *in* 2.2. *quæſt.* 67. *artic.*1. *dub.*2. *concl.*6. dixerit, Reges Hiſpaniæ habere privilegium Pontificis revocandi cauſas Eccleſiaſticas ad ſua tribunalia per viam violentiæ; in quo enim iſte vir peccavit,ut reprobatione dignus ſit tam ignominioſo epitaphio, quo ſubſcribit Cevall. *ibi*,opinio Dominici Bannez reprobatur?) nónne conſuetudo immemorialis, quâ ſe fundat l.Regia,quæ (ut diximus cauſatur à jure naturali, & corroboratur,ſeu perficitur Pontificis ſcientia,patientia,& tolerantia, vim privilegii habet, præſumereque facit, privilegium Pontificis præceſſiſſe, & ſimiles alios effectus, ut latiſſimè *ſuprà* probavimus *prælud.*3.*circa juſtificationem conſuetudinis*; igitur Bannez nihil diſſonans aſſeruit, ſed expreſſit illud,quod à jure tacitè ineſt,quia ex immemoriali poteſt non ſolùm allegari privilegiũ, ſed etiam quilibet alius titulus de mundo : plures ad id citat Rotæ deciſiones, *ante medium*, quas literaliter adducit Nicolaus Garcias,*de benefi.*5.*p.cap.*1.*ſub n.*452. *ante medium.*

343 Deinde quia foret ſcitum confundere Cevall. & redarguere,qui idem firmavit,*in eodem tractatu de violent. gloſſ.*4. *num.*6. ubi alios ſequutus in hæc dicit : Et poſt hæc ſcripta doctiſſimus Seſe, *lib.*2. *deciſio. in Epiſtol. Regia, verb. volentes, n.*112. ubi reſolvit, quod quando conſuetudo præſcripta eſt immemorialis, & cum ea concurrit fama privilegii (ut in noſtra lege Regni) habet vim ſicut privilegiũ Papale,*&c.* (de quo & ego latiùs *ſuprà*, *ſuo loco*) qui enim de fama privilegii teſtatur, plus firmat, quàm Bannez, ſi enim adeſt fama privilegii, quid illum redarguit, dicentem habere Regem privilegium, cùm adſit immemorialis, quomodo enim fama privilegii apparere poteſt, niſi ij, qui de re hac tractaverint,teſtentur, imò omnes de eo mentionẽ faciunt, & eos ſequutus Bannez; idem dicit Cæned.*in quæſtion. canonic.*45. *num.*18. *& ſub n.*27. & eſt videre per doctiſſimum Humadam, *in l.*1. *tit.*13.*p.*1. *gloſſ.*4.
344 Vegam *in ſumma,tom.*1.*c.*29.*caſu* 1. *in fin.verſ.nota que el Rey,& in cap.*85.*caſ.*141. *verſ. nota para eſto*; imò & quod magis eſt,dicit Cæned.*ubi proximè,n.*18.*ad finem*, in hæc:Imò quidem, ut referunt graviſſimi viri noſtri Catholici Reges, ſuper hoc Summum Pontificem Six-
345 tum IV. conſuluerunt, inſtigante illuſtriſſimo memoriæ immortalis B.Franciſco Ximenio,Toletano Archiepiſcopo,Cardinali ſanctæ Balduinæ,& dictus Pontifex vivæ vocis oraculo hanc conſuetudinem comprobavit, conferunt conceſſiſſe Bullam ſuper hoc, *&c.* Hæc ille Cevall. igitur contrarium quomodo comprobare poterit, ſi iſti viri de actu affirmativo teſtantur ? & quid mirum,hoc ita fuiſſe, cùm in ſimili caſu ad inſtantiam Regis Franciæ, qui pariter jure, & conſuetudine facultatem habet tollendi violentias, Summus Pontifex
346 Martin. V.illi conceſſit Bullam, de qua *ſuprà*; qua ſi nos juvamur (prout & ipſemet Cevall. *ubi proximè,in proœmio, cap.*10. *num.*36.) multò magis hanc conſuetudinem debemus tueri privilegio expreſſo, & ejus fama.

Quod enim inconveniens eſſe poteſt hanc cognitio- 347
nem per viam violentiæ competentem Regi noſtro de jure, & conſuetudine, privilegio expreſſo confirmatam, & corroboratam habere ? quæ enim abundant, non nocent. Et quia certum eſt poſſe quem ex pluribus 348
cauſis poſſidere,& ex utiliori juvari *l.poſſideri,*§.*ex pluribus, ff.de acquir.poſſ.*ubi B.& Iſſ. textus etiam *in l. paterna*, & ubi Paulus, & Bald. *Cod.de judi. hæredi* tenet Bartol. *in l. gerit, verſ. ad ſecundum, ff.de acquir.heredi.* idem tenet Alexand. *in lib.*2. *C. quod metus cauſa, & conſ.*32. *volum.*3. *& conſil.*8. *volum.*3. pulchrè, & multùm ad noſtrum propoſitum noſtras Joann.Garc. *tract. de nobilit. gloſſ.*12. *à n.*39. *cum ſeqq.*

Nec eſt in conſideratione dicere, quòd privilegium 349
poſſit ab eodem Romano Pontifice iterum revocari; quia reſpondetur, id parum urgere, non enim ex hoc impediretur Regi recurſus, & naturalis hæc defenſio competens jure naturæ, divino, & conſuetudine immemoriali, cujus proprium,& naturale officium eſt,& à diademate inſeparabile; & ſic licèt ceſſet jus ex privilegio, non ceſſant aliæ cauſæ, & jura propria ; quia ubi concurrunt duo vincula, & jura, uno ſublato,actus ex alio ſuſtinetur, §. *affinitatis*, *Inſtitutis de nuptiis, cum* 350
concordantibus, & quando plura jura in uno concurrunt ex diverſis reſpectibus,uno ſublato, remanent alia,nec cum deficiente confunduntur ; latiſſimè multa congerens in propoſitum Tiraq.*de retract.conventio.* §.2.*gloſ.* 351
*unica,per totam,& præcipuè à num.*18 *cum ſequentibus,& iterum à numero* 61.*cum pluribus ſequentibus*,hinc victus in judicio ex una cauſa, & jure ſuper aliqua re, poterit ex alia cauſa,& jure rem iterum petere,& judicium movere, *l. ſi mater,*§ *ſi quis autem.l.& an eodem,& l.fin.* 352
cum aliis,ff.de excepti. rei judi.& d.l.ſi mater,§.*ſi quis iter, l.*2.*ff.eodem tit.* & nos latiùs ſuo loco diximus : ergo ſi privilegium, quod contingat revocari, non ideo tollitur Regi noſtro facultas extrajudicialiter defendendi vi oppreſſos, cùm ſuſtineatur ex jure naturali, divino, poſitivo,& immemoriali,quibus jure proprio competit, quod remanet intactum,& illibatum;quæ juridica fundamenta,& rationes, cùm non conſideraſſet Cevall.ad vincendum inconveniens revocationis privilegii,eo indebitè adſtrictus,& victus,motus fuit à vero aberrare, negans abſolutè privilegium,de cujus fama plurimi teſtantur, & ipſe etiam, cujus contrarium ipſe probare non poterit, maximè cùm veriſimilius ſit adeſſe, imò juris,& de jure præſumptione inducta ab immemoriali præceſſiſſe confitendum eſt.

Quo ſuppoſito, meritò reprobabitur doctrina Suarez 353
*lib.*4.*de immunitate Eccleſiarum, c.*34. *n.*33. ubi ſupponit Regem Hiſpaniæ non habere facultatem cognoſcendi per viam violentiæ, nec ſuſtineri, niſi Pontificis privilegio,& tolerantia,(quod idem eſt)cui reſpondetur, quòd hujuſmodi cognitio non fundatur dumtaxat in privilegio Pontificis tacito, aut præſumpto ex immemoriali;ſed in jure Regali proveniente à radice, & fonte juris naturalis,quo jure proprium officium Regis eſt vi oppreſſos liberare, & protegere.

Maximè quia rectè defendi poteſt tale privilegium 354
à Pontifice conceſſum, non poſſe à Sede Apoſtolica ampliùs revocari, quoniam hujuſmodi privilegium magis conceſſum eſt,& principaliter Eccleſiæ,& Eccleſiaſticis perſonis, quoniam hæc cognitio illi eſt magis favorabilis, & nimis valde utilis quia per eam Juriſdictio Eccleſiaſtica augetur, & tuetur, & potiùs ampliatur,Pontificiſque, & aliorum judicum ſuperiorum debitus conſervatur honor in tranquillitate,& rempublicam utramque conſervans, ne pax publica turbetur,ut ſæpiùs diximus,maximè *ſuprà* in reſponſione ad quintum principale argumentum, *verſ. & ideo minùs obſtat, a numero* 240. ſed privilegium conceſſum in favo- 355

rem

rem Eccleſiæ revocari à Principe non poteſt, ut tenent Lucas de Penna *in l. fin. n.64. C. de locand. prædiis civilib. lib.* 11. Innocent. *in c. novit*, pro quo Feli *in cap. ad Apoſtolicam, numero* 1. *de ſimonia*, dicit, eſſe ibi de hoc caſum. Iſſ. *in l. non amplius*, §. *ſi certum, n.* 14 *ff. de leg.* 1. dicens iſtam opinionem in conſulendo, & judicando eſſe tenendam; comprobat aliquibus rationibus Marta, *de juriſd. 4. p. cent.* 1. *caſu* 52. *à n.* 15. *cum ſeqq.*

356 Probatur etiam, quia licet aliquando privilegium revocare poſſit Pontifex; tamen protectio, & defenſio naturalis remanet Regi, cujus proprium eſt, & immutabile ex jure naturali, & hoc, quod alicujus etiam privati proprium eſt, Princeps tollere non poteſt, quia Imperator, & Princeps, licèt ſit Dominus quoad protectionem, atque recognitionem univerſalem, juriſdictionem,

357 non autem quantum ad dominium particularium rerum, ad particularem ſpectans, de quo propterea diſponere non poteſt, ita in terminis, ut in uno plures referant, latè proſequitur, multa in propoſito adducens Marta, *tractatu de juriſd. 4 p. cent. 2. caſu* 125. *à n.* 10. *uſque ad n.* 17. ubi quòd Princeps in his, aliquid alterare, nec mutare poteſt, ubi elegantiſſimè: ergo licet fateamur, aliqua juſta de cauſa privilegium poſſe revocari; tamen non jus proprium Regis proveniens ex viſcerib. juris naturalis.

Deinde quia Rex Hiſpaniæ in temporalibus Pontifici non ſubeſt, quia ſunt duæ poteſtates ſeparatæ, & diſtrictæ, (ut notum eſt) ſed privilegium conceſſum non ſubdito, non poteſt revocari, ut ſingulariter voluerit In noc. *in d. c. novit*, quem ſequitur B. *in l. qui ſe patris, C. unde liberi, & in l. ſi cum mihi, ff. de dolo*, Card *in repet. perpendimus, in prin. de ſent. excom.* Archid. *in c. quicunque* 11. *q.* 1. Caſtrenſ. *in conſ.* 317. *viſo, & examinato puncto, vol.* 3. *verſ. conſtat autem, vol.* 1. Decius *in conſ.* 286. *n.* 6. Iſſ. *in conſ.* 56. *n.* 2. *vol.* 1. Caſtr. *in l. digna vox, circa medium, verſ. nota pro terris Eccleſiæ, C. de legib.* Marta *ubi proximè, n.* 20. quem (poſt hæc viſus) de verbo ad verbum tranſcripſit Cevall. *de cognit. per viam viol. c.* 10. *in proœmio*, tacito tamen authore, apud quem alia etiam poteris videre ad hoc propoſitum fundamenta, pariter tranſcripto ipſo Marta, eo tamen non citato. Vide etiam nonnulla per Torre Blanca *in tract. de magia, lib.* 3. *c.* 26. *à n.* 3. *cum ſeqq.* ubi quòd hæc cognitio violentiæ tolli non poteſt, latè probat.

Miror igitur tanti Doctoris aliorum authoritatibus ex infeſto detrahentis apponendo epitaphia, & ignominioſas ſubſcriptiones, ut cunctis patens ſit, (reprobatur opinio N.) quod quidem alienum eſt à viro tam docto, maximè nobili, cujus magis propria, & naturalis modeſtia eſt, ſuaviſſimo artificio aliorum opiniones reprobare, & in receptum redigere, quantum ſit dumtaxat neceſſarium ad veritatem eruendam.

359 Illud tamen tandem obiter prænotandum: non eſſe audiendum Gregor. Sayrium *in theſauro caſuum conſcientiæ, lib.* 3. *c.* 18. *n.* 6. ubi approbans noſtram cognitionem per viam violentiæ, ex juris naturalis principiis aſſerit ceſſare, quando alia via poſſit tolli violentia per Romanum Pontificem, ita ut dato recurſu ad Pontificem, ceſſare recurſum ad Regem, cui ut Theologo parcendum eſt libentiùs, quia ratione carer; etenim ſi oppreſſo per judicem, licita eſt ad ſui defenſionem non ſolùm propriæ perſonæ reſiſtentia; ſed ad idem amicos convocare, ut vim propulſent, & auxilientur; quantum ſecurius erit recurrere, & urbanius juſtitiæ miniſtrorum Regis ipſius (cujus proprium officium eſt) auxilium invocare, ut *ſuperiùs* latè diximus *tralud*, 3. *à princ.*

360 Et quia ad ſui defenſionem, & propulſandam vim licitum eſt omnibus modis, uti, dummodo in eis non excedatur modus legitimæ defenſionis, & inculpatæ

361 tutelæ (ut diximus latiùs *c ſequenti, à prin.*) & probatur juris regulis, & principiis dictantibus quòd nemo pluribus uti defenſionibus prohibetur, ut *in l. nemo ff. de exceptio. & c. nullus plurib. de regul. jur. in* 6. & quia 362 defenſiones non ſunt de genere prohibitorum, ut una via electa, excludatur altera, ut *in regul. cum quid*, 84 *eodem tit.* ergo oppreſſus non eſt culpandus, ſi duobus, vel utiliori, aut faciliori, & uberiori ex his remediis utatur ad ſui defenſionem, cùm talia remedia non ſint inter ſe contraria reſpectu finis: imò tendant ad eundem defenſionis, ſcilicet, & protectionis effectum, ut expreſsè probat text. optimus *in c. dilecto, de ſent. excom. lib.* 6. ibi: Sua 363 propria ſpirituali defenſione tueri, ſicque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & Eccleſiaſticum, alterum videlicet altero adjuvare; maximè quia duo gladij conſueverunt, exigente neceſſitate, ad invicem ſuffragari, & in juvamen alterius ſubventione mutua frequentibus exerceri, *&c.*) & ejuſdem Sayrij opinionem (poſt hæc ſcripta viſus) reprobat Cevall. *de cognit. per viam violent. gloſ.* 56.

Hactenus de theorica hujus ſaluberrimi, & charita- 364 tivi recurſus, ſeu nudæ defenſionis naturalis, & ejus juſtificatione quæ omnia nota, & attentè lege, quia à nemine hucuſque adeò explicitè; & diſtinctè omni reſecato ſuperfluo perpenſa fuêre, plurima eſſentialiſſima addita, & mirabiliter, curioſéque applicata reperies, & quoniam quæ gravia ſunt, nec clauſis debent oculis præteriri, ut inquit Pontifex *in c. conqueſtus, de ſent. excom.* ideo in prædictorum progreſſu, & toto tractatu hoc, quidquid dixerim, ſanctæ matris Eccleſiæ, limæ, correctioni, & cenſuræ libentiſſimè, & me ſubmitto, quæ ſi 365 aliud cenſeat, alitérve ſtatuat, id ipſum ego cenſeo, in eaque ſcripta muto, acumentiſque deſiſto, & teſtor, magis humana, debilique fragilitate, & ignorantia tunc labi deceptum, quàm culpa, cùm ſana ſit intentio.

CAPUT II.

De modo procedendi per Regium Senatum in adimenda vi, ab Eccleſiaſtico judice illata, non deferente juſtæ appellationi; & de variis formulis, quibus decreta concipiuntur; & quid ſi excommunicatum (prout rogatur) recuſet abſolvere, an ad id cogatur, & an actorum inſpectio in Senatu interim impediatur; & quid ſi ſecundæ juſſioni (quàm *ſobre carta* dicimus) non obtemperaveris.

SUMMARIUM.

Theoricam cognitionis per viam violentiæ abundè præ cæteris tractavit Author in cap. præcedenti, n. 1.

Cognitio violentiæ ſit extrajudicialiter abſque umbra, & veſtigio juriſdictionis quum nec ſubjecta materia, nec forma procedendi retinuntur, n. 2.

Cognitio violentiæ nihil continet juriſdictionale, quia eſt nuda poteſtas,

Naturalis defenſio,

Auxilium politicum;

Oeconomica tuitio,

Permiſſa facultas,

Et licita vis, (num. 3.)

Charitativa protectio,

Propugnaculum violentiæ,

Aſylum vi oppreſſorum,

Tutus acceſſus,

Legitimus recurſus,

Vis protectiva, & propulſiva, quâ vis injuſta juſtè repellitur, & à principe propulſatur, ibidem.

Violentiæ tractatur ingentes includit difficultates, n. 4.

Author à pluribus doctiſſimis viris Senatoribus, & advocatis fuit perſuaſus, in lucem edere hunc laborem, utilitatem

promittentibus, ut recta praxis in bonum dirigatur, & ne in posterum ab advocatis ignaris inficiatur, n. 5.
Defensio naturalis adhibenda cum moderamine inculpatæ tutelæ n. 6.
Defensionis legitimæ modus non excedituri si id fit, sine quo vis propulsari, nec periculum evitari potest, n. 7.
Princeps in tollenda vi non debet excedere limites legitimæ defensionis naturalis, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, n. 8.
Senatus in tollenda vi eousque suam interponat authoritatem dumtaxat, quantum ad id sufficiat, aliàs si ad non necesse se extendat, non facit sine scrupulo censurarum, n. 9.
Recursus regij fundamentum est, vim tollere per viam extrajudicialis defensionis, adhibita aliqua non judiciali cognitione, & tunc censurarum incursus evitatur n. 10.
Defensio ex suo genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito modo fiat. n. 11.
Defensio etiam contra Pontificem licita est Ecclesiæ, & Principibus, n. 12.
Rotæ decisiones plures referuntur, quibus recursus ad Regem legitimus dicitur, ad finem propulsandi vim extrajudicialiter, secus si debitus, & solitus excedatur modus, n. 13.
Bullæ in Cœna Domini censuras incidi per excessum legitimæ defensionis, probant Rotæ decisiones plures, numero 14.
Bulla in Cœna Domini, & defensio naturalis vicinæ sunt, & confines, quas sola legitimitas distinguit, & separat, num. 15.
Dictio (sub prætextu) id est sub colore, & sumpta occasione casus permissi, devenitur ad prohibitum, n. 16.
Prætextu æquitatis plerumque perniciosè erratur, n. 17.
Dictio (prætextu) est velamen, quo quis simulat, se moveri ad aliquid faciendum, n. 18.
Necessitas, & utilitas mirabilem, & laudabilem modum præbendæ protectionis contentum sub limitibus naturalis defensionis induxêre, n. 19.
Remedium nullum hactenus aptius potuit inveniri, ad sedandas judicum Ecclesiasticorum violentias ob denegatam delationem appellationi, quàm frequenter usitatum, num. 20.
Instructio procedendi in causis violentiæ è consilio Regio, & ejus stylo, cæteris fuit missa tribunalibus, n. 21.
Quam ad literam trahit practicus Monterross. ibid.
Instructionis substantiæ qui meminerint Doctores n. 22.
Instructionis, & praxis substantiam procedendi in tollenda vi à judicibus Ecclesiasticis non deferentibus justæ appellationi, recensetur l. Regia 36. tit. 5. lib. 2. *cujus verba referuntur, n. 23.*
Sub l. Regiæ 36. *verbis multæ includuntur difficultates usu frequentes, diluendæ per authorem, n. 24.*
Violentiæ tollendæ an Principibus, & Dominis inferioribus potestas competere possit, n. 25.
C. Regium officium, *ponderatur in illis verbis,* (Regis proprium) *ut scilicet, aliis sit alienum, n. 26.*
L. Regiæ 36. *verba ponderantur ibi,* nos pertenesce, *n. 27.*
Vi oppressos liberare est attributum naturale, inhærens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, & substantiæ diadema, inseparabilis, & indivisibilis, n. 28.
Protectio, & regimen unum judicatur indissolubile, quæ à Rege tolli non potest, nec à regimine separari, n. 29.
Defensio subditorum simul est orta cum Regno, n. 30.
Protectio est objectum & causa finalis Regni, n. 31.
Protectio vassallorum à violentiis est de regalibus, Regi competens in signum supremæ potestatis, n. 32.
Dominis temporalibus, puta Ducibus, & Marchionibus, superiorem recognoscentibus potestas tollendæ violentiæ non potest competere, & de ratione, n. 33.
Princeps concedens aliis Dominis inferioribus jurisdictionem pleno jure, non intelligitur concessa potestas, & superioritas inhærens regio diademati, n. 34.
Princeps à se non potest abdicare, quo majestati suæ adhæret, n. 35.
Potestas castigandi, & judicandi est omnino intrinseca authoritati Principis respectu subditorum, n. 36.
Potestatem supremæ jurisdictionis, aut recursus in casibus violentiæ, nullus sive secularis, sive Ecclesiasticus, acquirere potest titulo donationis, aut præscriptionis adversus Principes supremos, n. 37.
Regis majoria, aut Pontificis nullatenus à Rege alienari potest, n. 38.
Jurisdictio suprema adhæret formaliter dominio Regiæ majestatis, & visceribus intrinsecis regiminis. n. 39.
Subditum esse exemptum à suprema protectione proveniente à fonte perenni juris naturalis, impossibile videtur, n. 40.
Dignitas est immortalis, & licèt Summus Pontifex moriatur, non tamen Summus Pontificatus, n. 41.
In Rege duæ significationes, & persona concurrunt, intellectualis, perseverans ænigmaticè, & corporalis, ibid.
Rex licèt deficiat quoad numerum, remanet persona Regis quoad organum, quæ est publica, principaliter fundans actus, quæ potius attenditur, quàm virtus organica, n. 42.
Rex semper vivit quoad majestatem supremam, & protectionem subditorum quæ nullo facto avelli potest, n. 43.
Tribunalia suprema Regis personam, & imaginem repræsentant in administratione supremæ jurisdictionis, n. 44.
Præcepta supremorum Senatorum observanda sunt, ac si ab ipso Rege dimanarent, n. 45.
Recursus pro tollenda violentia ab Ecclesiasticis judicibus illata habetur ad suprema tribunalia regia, n. 46.
L. 34. & 36. tit. 5. lib. 2. recopil. *ponderantur, n. 47.*
Jura, & Rotæ decisiones in contrariam partem moventes, referuntur, n. 48.
Ecclesiastica persona possunt ad Regê recurrere pro extrajudiciali defensione à violentiis judicis Ecclesiastici, & ibi querimonia proponere, multa jura canonica suadèi, n. 49.
Onias Summus Sacerdos ad Regem recurrisse pro tollenda violenta seditione populi à Simone Sacerdote illata, legitur, n. 50.
Recurrere ad Regem pro protectione violentiæ permissa Toletanum Concilium n. 51.
Recursum ad Imperatorem Ludovicum habuit clericus, querimoniam proponendo de Leone Papa, n. 52.
Divus Paulus à Tribuno auxilium postulavit, n. 53.
Querela violentiæ non est accusatoria, in pœna, aut castigatione concludens, seu certioratio querimonialis, in protectione naturali concludens, n. 54.
Querela supponit judicem, querimonia autem privatam personam, n. 55.
Lex Regia 36. *in illis verbis* (ante ellos quexandose) *ponderatur, n. 56.*
Querela omnis dicitur remedium extraordinarium, & nomen commune, ibid.
Regi commendata est omni jure, maximè clericorum protectio, n. 57.
Princeps non potest protegere vi oppressos, si de violentiis notitiam non habet, n. 58.
Jura prohibentia, clericum recurrere ad judicia sæcularia intelliguntur, ut cognoscant de meritis causæ cum jurisdictione; non tamen pro tollenda violentia extrajudicialiter, n. 59.
In quo omnes Doctores tam Theologi, quàm Juristæ conveniunt, n. 60.
Bulla in Cœna si maturè perpendatur, nullibi loquitur de parte recurrente pro tollenda violentia illata à judice Ecclesiastico, ut illum tueatur, n. 61.
Aloys. Riccius asserens, recurrere pro tollenda violentia ad Regem esse contra canonicas sanctiones reprobatur, n. 62.
Querelæ tenor ob non delatam legitimam appellationem refertur, n. 63.
Appellatio est necessaria, ad fundandum recursum per viam violentiæ, n. 64.
Recursus fundamentum deficit, deficiente appellatione, quia non est dabile subjectum habile, quo cognitio & decretum possit cadere, num. 65.

Recursus

Recursus, finis & intentio cessant deficiente appellatione, n. 66.

Qualitas, quâ fundatur jurisdictio; in primis apparere debet, n. 67.

Suppositum debet verificari priùs, n. 68.

Recursus violentiæ in decretis laicorum declinatoriam appellationem, aut protestationem aliquam non requirit, quia tunc principaliter præjudicium Regis attenditur, num. 69.

Cevall. reprobatur, qui pariformiter ad violentiæ recursum requirit protestationem, sicut appellationem, n. 70.

Protestatio violentiæ exprimitur in appellatione ab Ecclesiastico ad ejus terrorem, & trepidationem, & ad appellantis animi declarationem, & ex superabundanti, non tamen de necessitate, n. 71.

Oppressus etiamsi expressè renuntiet recursui violentiæ, illi denegandus non est, ibid.

Vi oppressum defensuri advocati velociter confugiunt ad appellationem, quomodo sit formata, n. 72.

Et si appellatio non adest, vel minùs legitima, quod remedium sit adhibendum, ibid.

Appellatione conditionaliter proposita (nisi concedas, &c.) non expectata judicis interlocutoria, ad Senatum confugiens regium, quod decretum reportabit, & quomodo consulendus n. 73.

Recursus ad Regem pro delatione appellationis à sententia non intimatæ ex tunc ejus scientiam arguit, n. 74.

Querela violentiæ proposita, & ejus ordinaria expedita ante gravamen à judice Ecclesiastico illatum (justè timeatur tamen) festinatur, n. 75.

Occurrere ante tempus melius est, quàm post illatum damnum remedium quærere, n. 76.

Violentiæ remedium de facto est postulanti exhibendum pro instante, aut præsumpto periculo, n. 77.

Princeps in causis necessitatis extra ordinem occurrit, n. 78.

Jus superveniens lite pendente an prosit, remissivè, n. 79.

Recursus adhibitus ante gravamen, & sententiam latam non arguet notitiam ejus, ut currat tempus ad appellandum, n. 80.

Provisio ordinaria oblata violentiæ querela, statim expeditur illa inserta, & quid contineat, n. 81.

Provisio ordinaria sola, & ex simplici querela expeditur, num. 82.

Provisio ordinaria non arctat ad deferendum, sed est exhortatoria, & monitoria, quâ suscitatur judex ad denuo se informandum de natura appellationis, n. 83.

Clericus justo timore ductus potest recurrere ad Regem, & literas impetrare, ne suus judex eum molestet, nec ex obruto procedat, n. 84.

Provisio prima ordinaria monitoria, ut desistat à violentia judex, nullum illi præjudicium infert, sed ejus libertati relinquit, n. 85.

Oppressus ad obtinendum regiam provisionem juris præsumptionem pro se habet, cum omnibus appellationibus sit regulariter deferendum, n. 86.

Provisio ordinaria potius dici potest juris exhortatio, ibid.

Judex ad reponendum attentata, etiam post appellationem, & functus officio suo, liberam habet facultatem, n. 87.

Provisione ordinaria intimata judici Ecclesiastico si deferre recuset, secundùm ejus partem conditionaliter sibi appositam adimplebit, scilicet mittere processum originalem ad Senatum, n. 88.

Violentiæ cognitionem evitare in libera facultate judicis Ecclesiastici est, scilicet, deferendo, n. 89.

Provisio ordinaria, cognitio & prorsus missio non est præcisa, sed causativa, n. 90.

Cognitio per viam violentiæ tantùm durat, quantum violentia, non amplius, n. 91.

L. Regia 36. *interpretatur in illis verbis* para que se otorgue la appellacion *n. 92.*

Provisioni ordinariæ satisfacit judex per solam delationem appellationis absque repositione, ubi quid reponendum non sit. Secùs si adsit attentatum, n. 93.

Denegata delatio legitime, sicut tacitè consecutivum habet sententiæ executionem; ita legitima delatio executionis repositionem, n. 94.

Provisio ordinaria cum non sit arctatoria sed provocatoria, licèt ad solum partis libellum expediatur; tamen ad effectum adstringendi judicem, ut resistat à violentia, extrajudicialiter violentia per rei evidentiam, & notoriè debet constare, n. 95.

Processum originalem, ad effectum cognoscendi ex eo de violentia, posse ad se exportari facere Principem, n. 96.

Principem auxilium præbendo ex obruto, anteaquam sibi de violentia constet, passim contingeret, illud opprimenti præstare, & vim vi addere, n. 97.

Processus originalis exportatio ad Senatum, & inde instructio, & informatio est actus extrajudicialis, n. 98.

Informatio etiam ex textibus, sumenda ex simplici eorum assertione ad instructionem Curæ, est actus extrajudicialis, n. 99. remissivè.

Natura humana, nec qualibet ingenij facunditas quantumvis experta poterit alium modum ad cognoscendum de violentia aptiorem reperire, quam hactenus inventum, & practicatum, n. 100.

Acta faciunt rem notoriam, & quod ex eorum inspectione apparet, dicitur notoriè constare, n. 101.

Ex forma procedendi in tollenda violentia inventa maxima omnibus oritur utilitas, & festinanter occurritur oppressis necessitati, n. 102.

Probatio violentiæ per testes, etiam de notorietate probantes, incongrua foret naturæ negotij quia per negationem offuscaretur notorietas, & evacuaretur, n. 103.

Processus originalis non transsumptus vehi ad Senatum jubetur, ut brevitati consulatur, & expensis, cùm processus non sit retinendus hoc casu in Senatu, sed per momentum, num. 104.

Processus violentiæ statim, & sine dilatione ante alios fori secularis inspiciuntur, n. 105.

Senatus cognoscens de violentia nullum libellum (dempta querimonia) exceptionem contestationem, receptionem testium, scripturam, nec aliorum actorum præsentationem admittit, cum omnia ad violentiæ cognitionem necessaria detegantur notoriè ex actorum inspectione, n. 106.

Ordo juris non servatur in notoriis, sed ordo est, ordinem non servare, n. 107.

Periculum instans non recipit dilationem, legem non admittit, atque legem tribuit, n. 108.

L. 36. *ibi* el qual trahido sin dilacion lo vean, *omnia juris principia favent, n. 109. & sursum.*

Judicis iniquitatis inter procedendum probatio est actorum inspectio, n. 110. & 114.

L. 36. *ibi*, y si del les constare, *&c. interpretatur, n. 111.*

Princeps solet in necessitatibus, non servato ordine subvenire, n. 112.

Princeps ex publica utilitate potest in aliquo casu novum genus probationis inducere, aliis etiam alias licitis reprobatis, n. 113.

Excessus, violentia, & judicis iniquitas inter procedendum si arguatur, ex actorum inspectione detegenda est, n. 114.

Violentiæ requisita, puta, denegata delatio, suspecta executio, appellatio an legitima, & legitimè interjecta &c. non aliter potest constare (moraliter loquendo quàm ex eisdem actis, n. 115.

Privilegiatum judicium, & sui natura inappellabile, aut executivum in diversis alteratur, & variatur ex modo præponendi, aut prosequendi, & efficitur appellabile, & è converso, n. 116.

Galleriæ Senatoribus, & advocatis Regij Senatus hæc violentiæ materia præ cæteris patet, & quia de causa, n. 117.

Delatio appellationis legitimæ denegata ex actis apparere debet, n. 118.

Negativa coarctata ad acta certa ex eisdem probatur, & quod ibi non reperitur, præsumitur non adfuisse, n. 119.

Acta ea, quæ præsentata non fuêre coram Ecclesiastico judice, etiam appellationis justificationi necessaria, ad violentiæ remedium nihil prosunt, nec in Senatu admittuntur, n. 120.

Acta coram judice à quo non visa, non prosunt coram judice ad quem, ad justificandam appellationem ab interloquutoria, quia ex antiquis, non autem novis gravamen detegendum est, n. 121.

L. 36. *ibi,* el qual trahido sin dilacion lo vean, y si por el les constare, *&c.) interpretatur, n.* 122.

Acta noviter quando præsentari debent coram judice Ecclesiastico ad effectum reponendi suum gravamen, & adhærendi interjecta appellationi, & traducendi ad Senatum eadem acta, n. 123.

Provisionis ordinariæ si judex neutram partem adimpleat, secunda jussio (dicta sobre carta*) expeditur, n.* 124.

Secunda jussio, nempe, sobre carta*, expeditur aliquando (raro tamen) cum expensarum mulcta solvendarum, sive à judice, sive à notario, per quemlibet steterit, processum non mittere, n.* 125.

Nuntio adducenti processum ad Senatum in eo salarium taxatum præstari jubetur procuratori querelantis, n. 126.

Expensis actum petentis quod petitur faciendum est, n. 127.

Expensis appellantis fit actorum transportatio ad superiorem, quia ille tenetur ad expensas actus, qui instat pro illo actu, n. 128.

Provisione ordinaria assignatur brevis terminus judici, & tabellioni ad mittendum processum, & quod certioretur pars adversa de actorum exportatione, ut intra illum terminum in Senatu compareat, si sibi visum fuerit, ad informandum, &c. n. 129.

Provisionis intimatio facta parti non est citatio, sed certioratio, non arctans ad comparendum, quia ejus persona in hac cognitione extrajudiciali non est necessaria, n. 130.

Monitionem simplicem quilibet secularis judex facere potest clerico, ut de aliquo certioretur, ut constituatur in mala fide, aut mora, & ut certioratio illi præstet præjudicium, num. 131.

Monitio à citatione differt, quia illa nullam arguit superioritatem monentis, & sic à judice laico fieri potest clerico, num. 132.

Citatio; si suâ putaverit interesse, potest à judice laico fieri clerico, n. 133.

Clericus comparens vi hujus citationis (si suâ putaverit interesse) quæ potius est incitatoria, & certioratoria, judicis laici judicio & sententiæ stare cogitur, n. 134.

Clericus citatus (si sua putaverit, &c.) comparens, & docens de suo interesse, & possessione, an efficiatur reus necessarius, remissivè, n. 135.

Inventarij in confectione possunt inter alios legatarij clerici citari per judicem laicum, n. 136.

Informatio ad Curiæ instructionem dumtaxat est extrajudicialis, etiamsi ex testium assertione sit facienda, quæ nec citationem requirit, n. 137.

In informatione ad Curiæ instructionem nullam non proceditur jurisdictionaliter, sed formâ juris omissâ, n. 138.

Citatio partis non est necessaria, quando judex aliquid facit ad sui instructionem, n. 139.

Citare non est necesse eum, qui præsens justè non potest contradicere, nec aliquam potest defensionem allegare, n. 140.

Citatio non est necessaria, quando Princeps extrajudicialiter procedit, n. 141.

Intimatio provisionis ordinariæ absque scrupulo faciendi est, quòd nõ sit citatio, sed simplex monitio non supponens jurisdictionẽ monẽtis, & à quolibet judice facienda, n 142.

Processus inspectio in Senatu suspenditur durante termino provisionis regiæ, donec pars certiorata veniat intra illum vel mittat legitimum procuratorem, n. 143.

Processus inspectio suspenditur, quousque pars querelata veniat durante termino provisionis, quo transacto parte ap-

pellante præsente, & instante inspicitur processus, si sit traductus, n. 144.

Provisione ordinaria intimata parti appellatæ ipsi comparenti & transacto termino, si querelans sit absens, & secum habeat ordinariam, quomodo consulatur, ut sit semper securus, n. 145.

Et quomodo ei hoc casu interim sint reficiendæ expensæ, ab adversario præstandæ, n. 146.

Querelans de violentia si malitiosè nolit uti provisione ordinaria, mirificè consulitur adversario comparenti per aliam provisionem, & quid contineat, n. 147.

Remedium ad præsidium innocentium inventum, non debet esse præsidium iniquitatis, n. 148.

Judex Ecclesiasticus rogatur à Senatu, ut per terminum 60. *dierum absolvat excommunicatos, interim dum articulus violentiæ decernitur, n.* 149.

Cognitio violentiæ, & processus inspectio an sit suspendenda nolente Ecclesiastico absolvere, n. 150.

Appellare licet etiam excommunicato, uti reo necessario in appellatione, n. 151.

Extrajudiciali appellatione uti non potest excommunicatus, n. 152.

Recursus ad Regem est actus extrajudicialis, n. 153.

Rogitus Principis, & superioris inducit mandatum, & præcisam necessitatem, n. 154.

Inspectionem processus non suspendi ob denegatam absolutionem verius defenditur, & an cogi possit præcisè Ecclesiasticus adimplere rogitum absolutionis, n. 155.

Excommunicatio post legitimam appellationem est nulla ipso jure, n. 156.

Excommunicare potest judex illegitimè appellantem pro executione suæ sententiæ, n. 157.

Senatus non potest ante actorum inspectionem adstringere Ecclesiasticum, ut excommunicatum absolvat, quia interim de violenta excommunicatione non constat, n. 158.

Senatus judicem Ecclesiasticum nolentem deferre virtute provisionis ordinariæ ad id non cogit, cum nondum de violentia constet, n. 159.

Concil. Trident. sess. 25. de reform. c. 3. *ponderatur, n.* 160.

Defensionis legitimæ modus exceditur, si fiat id sine quo vis tolli possit, & periculum evitari, n. 161.

Absolutio excommunicati nec consequenter, nec antecedenter est necessaria, ad tollendam violentiam, nec in aliquo est impedimentum ejus negatio, n. 162.

Defendendo se etiam in judicio admittitur excommunicatus, n. 163.

Excommunicatus ad appellationem judicialem admittitur, quatenus est species defensionis, n. 164.

Recursu Regio pro nuda defensione violentiæ posse excommunicatum uti, determinavit Rota, n. 165.

Recursus Regius summus est gradus defensionis naturalis, appellatio autem extrajudicialis vim habet conventionis, num. 166.

Excommunicatus sicut non potest agere, & convenire; ita nec appellare extrajudicialiter, n. 167.

Excommunicatus potest appellare extrajudicialiter à judice, secùs à parte, n. 168.

Rogitus Principis, & superioris inducit mandatum in iis, in quibus potest mandare, non in aliis, n. 169.

Judex Ecclesiasticus anteaquam constet notoriè de violentia per actorum inspectionem, non potest cogi, excommunicatum absolvere, n. 170.

Rogitus in provisione ordinaria suam literalem significationem retinet, nec aliam patitur natura negotii, n. 171.

Rogitus absolutionis inducit præceptum post actorum inspectionem, & dato decreto violentiæ, n. 172.

Urbanitas, & rogantium honor debitus adstringit judicem ad absolutionem, & uti liberalitate propria, n. 173.

Proviso de ruego *ad absolvendum ubi sit periculum, quando, & quomodo concedendum, n.* 174.

Potestari judicis non quidquid relinquitur, submittitur juris necessitati, n. 175.

Pœnarum

Fœnarum inſertio foret contra ſubſtantiam, & naturam proviſionis de ruego *ſuo primo mobili repugnans, n.* 176.
Senatores, quibus moveantur ad expediendam proviſionem de ruego, *& quibus etiam ex urbanitate Eccleſiaſticus implere adſtringatur, n.* 177.
Proviſio de ruego *quando ſimulata negatione abſolutionis denegetur, & ad proceſſus inſpectionem deveniat Senatus, num.* 178.
Proviſio de ruego *alia expediri ſolet, quando ſemel abſolutionis lapſus eſt terminus ante actorum inſpectionem, & articuli violentiæ terminationem, n.* 179.
D.l. Regia 36. *ibi*: Y ſi por elles conſtare, que la appellacion eſta legitimamente interpueſta, alçando la fuerça, provean, &c. *interpretatur, & multæ difficultates reſolvuntur, n.* 180.
Senatores in tollenda violentia, non ſe intromittunt in cauſa, & negotio principali, nec circa juſtitiam, aut injuſtitiam appellationis, ſed de illa apparente notoriè actorum inſpectione, n. 181.
Cognitio, an appellationi ſit deferendum reſpectu judicis à quo, eſt quid facti ſeparatum à cauſa principali, n. 182.
Cognitio, an ſit deferendum reſpectu judicis à quo, non requirit juriſdictionem, n. 183.
Judex à quo juris miniſterio, etiam non deferens juſtæ appellationi inhibetur, n. 184.
Senatores longè minorem cognitionem extrajudicialem habent, quàm judex à quo carente juriſdictione; quia iſte defert, Senatores præcipiunt deferendum ab alio, n. 185.
Recurſus Regij finis eſt, ut jura, & decreta Canonica ſerventur, quo opprimentis impetus detineatur, interim quòd ſecurus queat ſuperiorem adire oppreſſus, n. 186.
Cognitio vera ſuper appellatione, & executione attentata propria eſt ſuperioris, ad quem eſt appellatum, n. 187.
Deferre, vel non deferre appellationi, non facit jus inter partes, nec quoad judicem ad quem, n. 188.
Senatores ſupremi in tollenda violentia ſunt miniſtri Eccleſiæ, dirigendo judices indiſcretos per legitimos juris tramites, n. 189.
Decretum violentiæ, quo vim non fieri declaratur, non impedit judici ſuperiori appellationis, cognoſcere de attentata executione, & circa illã de jure pronuntiare, n. 190.
Decretum violentiæ non facit inſtantiam, nec tranſit in rem judicatam ſed ei ſtatur, donec ſuperior aliud cauſâ cognitâ cenſeat, n. 191.
Senatus non ſe intromittit in cognitione juſtitiæ, aut injuſtitiæ cauſæ principalis, quæ illibata ſemper remanet ſuperiori, n. 192.
D.l. 36. *ibi*: Porque las partes puedan ſeguir ſu juſticia ante quien, y como devan, *verus ſenſus, ibid.*
A ſuperiore gravante in revocatione executionis factæ ab executore (ſive ſuper illa ſit aditus Senatus ſive non) poteſt appellari, & pro violentia hac nova recurri ad tribunal ſub cujus diſtrictu hic ſuperior deget, n. 193.
A Cevallos cavendum eſt, dum allucinari videtur, quòd ſuperior non poſſit revocare executionem ſtante decreto Regio, n. 194.
Decretum Regium ſuper articulo violentiæ non eſt in conſideratione; quominus ſuperior, poſtquam eſt aditus, poſſit de juſtitia executionis, & attentati inferioris cognoſcere, n. 195.
Finis dum habetur non curatur de medio, n. 196.
Cognitio ſuperioris ſuper attentata executione inferioris novus eſt articulus, nova perſona, novum factum, & novum gravamẽ, quo nova interpellatione opus eſt, n. 197.
Decreti violentiæ effectus durat, donec aditus ſuperior iterum remittat cauſam inferiori, quo ulteriùs non ligatur; & multò minùs ſuperior, cui non eſt directum, n. 198.
Decretorum violentiæ ob non delatam appellationem quintuplex genus reperitur dumtaxat ſive judex ſit delegatus, conſervator, executor aut ordinarius, n. 199.
Decretorum violentiæ primum genus locum habet: quando judex non obſtante legitima appellatione, utrumque effectum habente, exequi vult, & negat delationem, n. 200.
Hujus decreti forma inſeritur, n. 201.
Senatus Regij non pronuntiant principaliter de juſtitia appellationis, ſed cauſative, n. 202.
Decretorum violentiæ ſecundum genus datur, ubi reperitur appellationem non ritè, aut non rectè interjectam, & etiam in caſu privilegiato, ſi tamen ejus ſit ex progreſſu natura alterata, & variata, n. 203.
Decreti ſecundi generis forma inſeritur, n. 204.
Decretorum violentiæ tertium genus eſt conditionale, ſeu mixtum, participans ex primo, & ſecundo, conditionaliter tamen, n. 205.
Decreti conditionalis forma inſeritur, n. 206.
Decreti conditionalis materia, remiſſivè, n. 207.
Decreto conditionali non dicitur; judicem vim facere ob non impletum id, quod conditionaliter ſibi apponatur, n. 208.
Decreto conditionali ut locus ſit, debet pro conditione apponi id, quod etiam ceſſante decreto judex poterat de jure facere licitè, n. 209.
Decreto violentiæ conditionali ut locus ſit, neceſſaria eſt legitima appellatio à gravamine, ſuſpendens de jure ejus executionem, n. 210.
Decreti violentiæ quartum genus decernitur, quando deficit appellatio, quæ eſt fundamentum eſſentiale, quo fundatur violentia, & recurſus, ſuper quo nihil decernit Senatus, n. 211.
Decreti violentiæ quarti generis forma, n. 212.
Decreti violentiæ quintum genus datur, quando viſo proceſſu reperitur, ordinariam non fuiſſe intimatam parti, aut judici, n. 213.
Hoc concipiatur decretum que no vine en eſtado, *ibid.*
Decretum, que por agora no axe fuerça, y ſe buelvan los autos al notario, &c. *quibus caſibus detur, n.* 214.
Cevallum communiter Senatores, & advocati conterunt ſuper conceptione decretorum à ſe facta, n. 215.
Decretum abſolutum (vim non fieri) & decretum, el proceſſo no eſta en eſtado, *multùm diſſimilia ſunt, & non idem: ut putavit Cevallus, n.* 216.
Et de ratione differentiæ latè diſcutitur, ibid.
Cevallos reprehenditur dicens, quòd Senatus revocat executionis acta caſu, quo executio non debuit fieri pendente appellatione, n. 217.
Decreta violentiæ, quæ de legos *dicuntur, annullanda decernunt geſta à judice Eccleſiaſtico contra laicum, & quare, n.* 218.
Cevallos reprobatur, n. 219.
Cevallos in interpretatione l. Regiæ 36. *ibi*, alçando la fuerça, *reprobatur, n.* 220.
Cevallos in conceptione decreti, de quo ibi, maximum præbuit ſcandalum Senatoribus, & peritis advocatis, n. 221. 222. 223. 224. *& n.* 225.
Judicibus duobus ſe adinvicem inhibentibus ſuper competentia juriſdictionis, quemadmodum eſt recurrendum ad Senatum per viam violentiæ, & quod decretum detur, num. 226.
Cevallos reprobatur in conceptione decreti ſuper appellatione à delatione appellationis in via executiva, n. 227. *& ſeqq.*
A delatione appellationis in via executiva regulariter appellatio eſt legitima, & quem pariat effectum, n. 228.
Decretorum tertium genus datur in appellatione à delatione appellationis in cauſa executiva, n. 229.
Decretorum violentiæ conceptorum per Cevallos vix aliquo vitio caret, n. 230.
Decretorum violentiæ nullum genus appellationem, ſupplicationem, etiam ad Principem, nec aliquem recurſum admittit, n. 231.
L. 25 tit. l. 2. recop. *refertur prohibens ſupplicari, aut appellari ad Cancellariam Valliſoletanam à decretis latis in Senatu Galleciæ ſuper cognitione per viã violẽtiæ, n.* 232.
Decreta violentiæ non admittunt reviſionem, ſicut nec appellationem, quia æquiparantur, n. 253.

Decreta violentiæ non admittunt nullitatis allegationem, num. 234.

Cevallos reprobatur in ratione assignata, quare à decretis violentiæ non datur apellatio, n. 235.

Ab actibus extrajudicialibus, & à judice extrajudicialiter procedente datur appellatio, n. 236.

Decretum violentiæ quorum provisio expediatur, & quorum sufficiat certificatio Secretarij Regij tribunalis, numero 237.

Lex Regia, ibi, con condemnacion de costas, si los paresciere, *interpretatur, n.* 238.

Expensarum condemnatio tunc fieri potest dumtaxat, quando Senatus declarat, vim nullam fecisse judicem Ecclesiasticum, & de ratione, n. 239. & 240.

Expensarum multa est quid consequutivum, & accessorium ad cognitionem extrajudicialis defensionis, & ad illius perfectionem, n. 241.

Judex se incompetentem declarans, potest in expensis condemnare, n. 242.

Judex Ecclesiasticus, qui vim intulit, an possit expensis multari, n. 243.

Qui partem affirmativam tenuerunt, n. 244.

Judicem Ecclesiasticum vim inferentem non posse in expensis multari, verius ostenditur, n. 245.

Expensarum condemnationem fiendam in decretis violentiæ nullibi scriptum reperitur, nisi in d. l. 36. *quæ, ut exorbitans non extenditur ultra casum, de quo loquitur, n.* 246.

L. 36. *Regia, quæ de expensarum condemnatione loquitur, habet locum contra partem, n.* 227.

Judex secularis potest condemnare in expensis clericum vim inferentem, & spoliantem, cujus cognitio in pluribus Christianorum ditionibus practicatur, remissivè, n. 248.

Judex Ecclesiasticus inobediens provisionibus Regis, sive ordinariæ, sive à la sobre carta *multatur in expensis, num.* 249.

Clericus si dolosè petat auxilium violentiæ, an possit in expensis multari, n. 250.

Expensarum condemnatio supponit jurisdictionem, n. 251.

Clericus si usque ad diffinitivam distulit declarare, quis judex, an idem secularis, an Ecclesiasticus damnabit in expensis, n. 252.

Clericum abutentem Regio recursu posse in expensis multari; probabilius resolvitur, n. 253.

In laicorum decreto locum habet expensarum condemnatio, num. 254.

Provisio de autos diminutos, *quando concedatur cum termino, & expensarum multa, nisi adducantur intra illum, num.* 255.

Provisione intimata parti appellatæ, & ultra terminum comparens, & reperiens absentem querelantem, quando expensarum refectionem petere poterit, n. 256.

Regij Senatores possunt damnare in expensis impetrante beneficia injustè, n. 257.

Expensarum præstatio tunc respicit jurisdictionem, quando judicio formato fit earum condemnatio, secùs extrajudicialiter, n. 258.

Judex incapax non potest clericum differentem declinatoriam in expensis condemnare, n. 259.

Articuli vestiuntur natura causæ principalis, quæ si est summaria, & illi etiam sunt summarij, & inappellabiles, num. 260.

Appellatio sui naturâ supponit judicium, si tamen interponatur à judice extrajudicialiter procedente, dicitur extrajudicialis, & distincta à judiciali, n. 261.

Cevallos opinio reprobatur, n. 262.

Provisioni Regiæ inserto decreto violentiæ intimatæ tenetur judex, libenter adimplere, deferre, & reponere, numero 263.

Provisioni Regiæ inserto decreto conditionali judex obtemperet cui licebit alterum ex alternativis eligere, n. 264.

Provisio secunda, dicta sobre carta, *quando expediatur, & cum quibus comminationibus, & expensis, n.* 265.

Provisio secunda, dicta sobre carta, *si judex non pareat, tertia expeditur, ut si adhuc sit contumax, comparcat in Senatu, & proceditur usque ad ejus temporalitatum, & originis amissionem, n.* 266.

Provisionibus, & mandatis Regiis tenentur obedire clerici, & Prælati Ecclesiastici, n. 267.

Regibus subsunt Ecclesiasticæ personæ in iis, quæ tangunt regimen, & ordinem potestatis, & ad eorum invocationem tenentur accedere, n. 268. & *n.* 272.

Regi tenentur Ecclesiastici Prælati obedientiam, fidelitatem, & reverentiam observare, n. 269.

Regi ratione domicilij Ecclesiasticæ personæ subditæ sunt, num. 270.

Consilium supremum Regis solet præcipere Episcopis, Monachis, & aliis Ecclesiasticis personis coram Senatu comparere, n. 271.

Principi potiùs, quam Archiepiscopo tenentur Episcopi obedire, cùm sint Regij Consiliarij, n. 272.

Provisionibus mediantibus Rex interponit auxilium suum, & nudam defensionem ad elevandam vim, n. 273.

Provisionibus Regiis violentiæ si judex adeo sit protervus, & rebellis ut non obtemperet, potest Rex illi jubere, ut à suis Regnis exeat & in amissionem originis, & temporalitatum condemnare, n. 274.

Quod in omnibus ditionibus Christianæ religionis practicari testantur Doctores citati, n. 275.

Rex in executione protectionis naturalis, & nudæ defensionis non procedit ex potentia jurisdictionis contentiosæ, sed potestatis politicæ, & œconomicæ, n. 276.

Rex supremus potest à Regno suo expellere clericos vim notoriam inferentes suis vassallis, & turbatores pacis publicæ, & jurisdictionis, & præcipere, ne ad sua Regna accedant, n. 277.

Pater, seu dominus privatus potest filium, seu famulum suum clericum è domo ejicere ob ejus pacem, & quietem virtute potestatis politicæ, n. 278.

L. unica, Cod. de emendatio. propinquorum, *ponderatur, num.* 279.

Navarri opinio refertur circa interpretationem Bullæ in Cœna Domini, n. 280.

Protestatio Authoris, n. 281.

Bulla in Cœna Domini interpretatur, & declaratur circa expulsionem clericorum à Regno, n. 282.

Verbum (ejicientes) quo utitur Bulla in Cœna Domini intelligitur de violenta, & tyrannica ejectione, numero 283.

Una pars alternativæ alteram declarat, n. 284.

Defensionis modus, quo utuntur suprema tribunalia, continetur sub limitibus protectionis naturalis, n. 285.

Text. mirabilis in c. ut famæ, de sent. excommun. *ponderatur, ibidem.*

Moderamen inculpatæ tutelæ tunc servatur, quoties id fit, quo omisso vis tolli non potest, n. 286.

Modo magis suavi, ac politico, minúsque damnoso Ecclesiasticæ libertati uti Rex non potest, ad tollendam violentiam cum effectu, si judex sit rebellis, cùm illum per carcerem compellere non potest, n. 287.

Imputari non potest facienti id, si aliter violentiam tollere non poterat, n. 288.

Principi concessa violentiarum propulsatione, & vi oppressorum, etiam Ecclesiasticorum protectione naturali, sibi intelliguntur concessa omnia ad id necessaria, n. 289.

Finis cui conceditur, concessa intelliguntur omnia per quæ devenitur ad finem, n. 290.

Concessio extenditur ad ea, quæ consequutivè veniunt ad dispositionem, n. 291.

Jurisdictione concessa, concessa censentur omnia, sine quibus exerceri non potest, n. 292.

Regnum cui conceditur, necessariò conceduntur omnia, sine quibus gubernari non potest, n. 293.

Principi concesso, concessum intelligitur quod venit ex natura actus, de quo dispositio loquitur, n. 294.

Princi

Principali concesso censetur concessum quod venit consecutivè, & accessoriè ad illud, n. 295.

Principi concessa facultas levandi violentias, de vento serviret, si debitum non haberet exitum, & careret effectu, n. 296.

Formam qui dat, & ea dat, quæ consequuntur ad ipsam secundùm Philosophum, n. 297.

Natura humana non potest esse destituta remediis ad sui conservationem necessariis, n. 298.

Fine ex bono bona præordinatio præsumitur, n. 299.

Cevalli opinio reprobatur asserentis, Senatores Regios posse uti jurisdictione, quando foret necessaria ad expediendum articulum violentiæ, n. 300.

Reponere, & deferre sunt necessaria ad tollendam violentiam, quæ in illis consistit, n. 301.

Judici Ecclesiastico remittit Senatus delationem, & reprobationem faciendam, cui hoc competit, n. 302.

Violentia licèt remaneat, & adhuc subsistat ob judicis proterviam; tamen Princeps non se intromittit in ea tollenda, deferendo, & reponendo, licèt judex è Regno extrahendus, n. 303.

Cevallos opinio si foret vera, omnia in comprobationem cognitionis per viam violentiæ subverterentur, n. 304.

Temporalitates clericorum quæ dicantur, ut occupari possint, ob eorum proterviam & contumaciam, n. 305.

Senatores in executione violentiæ decreti, & pœnarum, summa procedant præmeditatione, moderatione, ac modesta consideratione, ne excedendo justæ defensionis limites incidant in censuras Bullæ, n. 306.

1 DE theorica nostræ Regiæ cognitionis per viam violentiæ amplissimè, & dilucidè *suprà, cap. præcedenti*, præ omnibus tractavi; quo probavi, præcipuè *præludio* 2 3. in ea non procedi judicialiter, sed extrajudicialiter, & absque umbra, seu vestigio jurisdictionis, quam non patitur, nec indiget subjecta materia, & res de qua agimus, vel potiùs super qua cadit cognitio, nec forma, ac modus procedendi omnibus judicii substantialibus, & apparatu destitutus, illam admittit, prout de cætero monstrabimus, nihil enim in ea 3 reperitur jurisdictionale, quia est nuda potestas, naturalis defensio, auxilium politicum, œconomica tuitio, permissa facultas, & licita vis, charitativa protectio, propugnaculum violentiæ, asylum vi oppressorum, tutus accessus, legitimus recursus, & vis protectiva, & propulsiva, quâ vis injusta justè repellitur, ac à Principe supremo propulsatur, cujus proprium officium est, vi oppressos liberare; non quidem judicii ordine servato; sed 4 de facto, & per rei evidentiam, ut praxis vulgaris observat de qua, & ejus difficultatibus (quæ ingentes sunt, & innumerabiles penè) *hoc in capite, & tota hoc prima parte* erit explicitè tractandum, & quidquid nocibile fuerit sectatum ab aliquibus, eadem praxi, horúmque negotiorum cursu carentibus, & stylì ignaris resecandum & damnandum, ne aliquando forsan nostrum salubrem receptum, & justissimum procedendi modum inficiat, & detrectet: cujus intentione, & legitima causa à pluribus doctissimis, providis, & expertis viris, Senatoribus, & advocatis fui persuasus, ut nostrum nunc in 5 publicum ederem laborem, utilissimum, & proficuum fore toti Christianæ Religioni, & utrique Reipublicæ Ecclesiasticæ, & temporali, atque omnium subditorum paci, & quieti, judicantibus.

6 Cùm igitur naturalis defensio debeat adhiberi cum moderamine inculpatæ tutelæ, non excedendo limites, & modum legitimæ defensionis; quod tunc accidit, quando id fit, sine quo vis propulsari non potest, nec 7 aliter periculum evitari, gloss. *in c. significasti, 2. de homicid.* Bart. *in l. 1, C. unde vi*, Abb. *in cap. olim, n. 15. de restit. spol.* prout latè prosequitur plures referens Prosperus Farin. *cons. crimi. 35. numero 31. cum seqq.* & nonnulla Tiraquel. *in tract. de pœnis temper. à n. 7.* ideo ut hæc nostra cognitio, & naturalis defensio legitima fit in Principe protegente populos sibi subjectos, & oppressos 8 injustè à judicibus Ecclesiasticis, pariter esse debet cum moderamine inculpatæ tutelæ, non excedendo limites, & permissos modos legitimæ defensionis, & protectionis (id est, salva semper in omnibus Summi Pontificis authoritate) in terminis probant Simanc. *de Cathol. institutio, titul. 45. num. 35.* Cæned. 35. *in collecta, ad decret. colum. 5. num. 3. l. 1.* & iterum pulchrè *in quæst. Canon. 45. num. 6. & num. 25.* idem probat Sese *in tract. de inhibit. cap. 8. §. 4. num. 3, 12, 13 & 14.* ubi dicit quod judex repellens violentiam, non excedat modum inculpatæ tu- 9 telæ; ita ut in repellenda vi debeat contentari, & eousque suam authoritatem interponere dumtaxat, quantum sufficit ad tollendam vim, aliàs autem si ultrà quàm ad id necesse sit, se intromittens causam tractet per omnes judicii tramites, non bene facerer, nec sine scrupulo incursus censurarum Bullæ in Cœna Domini. Sicut secùs esset (inquit ille) quando tantum cognitionis adhiberet, quantum necesse esset, ad tollendam vim, & ad restituendum negotium, de quo agitur ad pacificum statum, in quo ante vim erat; qui iterum *d. numero* 3. dixerat, fundamentum violentiæ id solùm operari, & inducere, ut scilicet, sæcularis vim tollat extrajudicialiter, & per modum extrajudicialis, & 10 charitativæ defensionis, aliqua tamen cognitione adhibita circa violentiam, non autem judiciali, inferens ex hoc post alios, qui intra justos limites hos recursum habuerint ad sæcularem, ad nudum auxilium dumtaxat nullas incurrere censuras, idem tenet *in § 3. sub n. 85.* & Navarr. *in manuali Latino, cap. 27. numero* 69 hoc idem dixit Suarez *in lib. 4. de immunita. Ecclesiast. de defensio. fid. Cathol. cap. 34. à num. 30* ibi: Sexta, & ultima excusatio est; justa defensio Regni, aut innocentium, vel propria. Et hæc est valde usitata in Regiis tribunalibus, quia per se, & generatim spectata habet magnam quandam speciem illius naturalis æquitatis, quàm vim vi repellere licet, nam defensio ex suo 11 genere omnibus licita est, si necessaria sit, & debito 12 modo fiat, unde etiam contra Papam licitam esse Regibus, vel Ecclesiæ, cum Cajetano *in opusculo de potest. Papæ, c. 27.* & Victoria *relectione 1. de potest. Ecclesiæ, n. 8. seu proposit 8.* Covar. & multis modernis scriptoribus Hispaniæ. Hæc ille.

Hanc etiam nostram conclusionem probant expressè 13 plures Rotæ decisiones, ut in una Cæsar-Augustana juris eligendi coram Oradino 7. Februarii 1561. & idem fuit tentum in alia Vercellensi jactationis Parochialis de Aldea coram Paleoto sub die 27 Junii 1561. ut est in recollectis per eundem Paleotum *decis. 372. in Princ. dubium erat*, quibus dictum fuit, quòd recursus ad Regium Consilium legitimus est, ad finem dumtaxat propulsandæ violentiæ, extrajudicialiter procedendo; secùs si in auxilio præstando debitus modus, & solitus excedatur, procedendo ad actus jurisdictionales; quas referens sequitur ad idem Lancel. Robert. *de attenta. 2. part. cap. 4. lim. 1. num. 38.* videndus *à num. 36.* & magis clarè, ac expressiùs hoc idem probatur in aliis Rotæ 14 decisionibus citatis *suprà c. 1. in responsione ad 9. argum. à n. 254* & etiam per aliqua *in prælud. 5.* quibus dicitur, quòd per hujusmodi defensionis legitimæ excessum inciditur in censuras Bullæ in Cœna Domini.

Et quid mirum, quia in re hac defensio naturalis, 15 & Bullæ Cœnæ Domini vicinæ sunt, & contiguæ, & una cum altera confinat, & utraque sub uno, & eodem limite est, scilicet; legitimus, & debitus modus, quo utraque distinguitur, & separatur, quæ legitimos limites defensionis excedens indubitabile est, ut ingrediatur, & incidat in censuras Bullæ, & expressè probant ejus verba *cap. 14. ibi*, sub prætextu violentiæ prohibendæ, &c.) hoc est, si sub colore violentiæ tollendæ,

& propulſandæ juriſdictio Eccleſiaſtica uſurpetur, turbetur, aut impediatur, cenſuris involvantur, & innodentur excedentes Senatores: nam dicto *ſub prætextu*, qua utitur Bulla idem ſignificat, quod ſub colore, aut ſub velamine, quando, ſcilicet, ſumpta occaſione caſus permiſſi, devenimus ad prohibitum; text. *in l. ſub prætextu 19. & l. ſub prætextu 29. C. de tranſactionib. l. prætextu, C. de hæreditatis actioni.* text. *in c. inter monaſterium 20.* ibi, ſub prætextu novorum inſtrumentorum (*c. ſuborta ad fin.* ibi, prætextu privilegii.) *de ſent. & re judica.* & hanc dictionem *ſub prætextu*, ita etiam exponit Hieron. Gonzal. *in regul. de menſ. & alternat. gl. 57. n. 2.* & facit *l. ſi ſervum 91. aliàs ſervum filii. §. quæritur, ff. de verbor. obligat.* & quod per eam bene dicit Joan. Garc. *tract. de nobili. gloſſ. 1. n. 32.* ubi quòd prætextu æquitatis
17 plerumque perniciosè erratur. Huc conducit, quod per-
Villalob *in ſua eleganti ſumma 1. part. tr. 19. difficul. 61.*
18 *ſub num. 60. ante fin.* quod dicto, *prætextu*, eſt velamen, quo quis ſimulat, ſe moveri ad aliquid faciendum, idem affirmat Souſa *in explicatione Bullæ Cœnæ Domini. concl. 30* & bene conducunt alia, quæ ibi ipſi Doctores citati congerunt.

19 Quare mirabilem & laudabilem modum præbendæ protectionis imploratæ inter Eccleſiaſticos neceſſitas, & utilitas induxere omnimodo contentum ſub limitibus legitimæ defenſionis, & auxilii naturalis juxta illud celebre Marci Tullii in oratione pro Milone, in hæc: Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacunque ope poſſent, à corpore, à capite, & à vita ſua propulſarent; quem refert Valenzuela *diſcurſu ſtatus, & villi. 2. part. conſideratio 7. n. 11.* Imò ut dicit Enriq. *lib. 14. cap. 12. num. 6. gloſſ. 1. & 2.* Azeved. Covarr. & alii ſequuti, & citati per Cæned *in practi. Canon 45. ſub n. 57. & n. 36* Humad *in l. 13. tit. 13.*
20 *part. 2. gloſſ. 4. numer. 5.* ut hactenus nullum aptius potuit inveniri remedium ad ſedandas, & propulſandas judicum Eccleſiaſticorum violentias, negantium appellantibus juſtam delationem, quàm quod praxis induxit & frequenter utimur.

21 Cujus inſtructio deducta fuit ab ſtylo Regii Conſilii ſupremi, tribunalibus cæteris miſſa, ut meminêre *l. 5. tit. 1. lib. 3. ordinam. & l. 36. titul. 5. lib. 2. novæ recopil.* Præſul, doctiſſimus Covarr. *practi. quæſt. cap. 35. num. 1. verſiculo cæterum*, Salced. *in additio. ad praxim Bernard. Diaz, c. 102. litera A, verſiculo pro quorum interpret. ad med.* eandemque inſtructionem literaliter refert practicus ille Monterroſ. *c. 2. de la Remiſſion de los pleytos Eccleſiaſticos, y de la inſtrucion, que con ella ſe invia,* quam ibi per te videre poteris.

22 Cujus quidem formam, & ſubſtantiam ſcriptam ejuſdem etiam inſtructionis, & praxis meminêre Navar. *in c. cùm contingat, rem. 1. in prin. fol. 154.* Paz. *in prax. 1. p. 1. tom. 1. temp. num. 24.* Gaſpar. Rodriq. *de annu. redit. lib. 1. c. 28. n. 66* idem Monterroſ. *in tract. practi. Cancell. c. 2. de la ſecunda manera, en que ſe trahen los pleytos por via de fuerça, fol. 94.* habemus *in l. Regia 36. tit. 5. lib. 2. novæ recopilat.* cujus verba ſunt quæ ſequuntur.

23 *Por quanto aſſipor derecho, como por coſtumbre inmemorial nos pertenece, alçar las fuerças, que los juezes Eccleſiaſticos, y otras perſonas hazen las cauſas, de que conoſcen, no otorgando las appellaciones, que dellos legitimamente ſon interpueſtas. Porendo mandamos à los nueſtros Preſidentes, y Oydores de las nueſtras Audiencias de Valladolid, y Granada, que quandò alguno veniere ante ellos, quexando ſe, que no ſe le otorga la appellacion, que juſtamente interpone de algun juez Eccleſiaſtico, den nueſtras cartas en la forma acoſtumbrada en nueſtro conſejo, para que ſe otorgue la appellacion, y ſi el juez Eccleſiaſtico no la otorgare manden traher à las dichas nueſtras Audiencias el proceſſo Eccleſiaſtico originalmente, el qual trahido, ſin dilacion lo vean, y ſi por el les conſtare, que la appellacion eſta legitimamente interpueſta, alçando la fuerça provean, que el tal juez la otorgue; porque las partes puedan ſeguir ſu juſticia ante quien. y como devan, y repongan lo que deſpuez della vnieren hecho, y ſi por el dicho proceſſo pareſciere la ditha appellacion no ſer juſta, y legitimamente interpuſta, remitan luego el tal proceſſo al juez Eccleſiaſtico con condemnacion de coſtas, ſi les pareſciere, para que el proceda y haga juſticia.* Hactenus de mirabili lege Regia, ſub quorum verborum involucro multæ mirabiles, & uſu frequentes difficultates continentur, quas ſigillatim libet diluere, & extirpare.

Et licèt circa juſtificationem prioris partis hujus le- 24
gis (ſcilicet de facultate, & Regia poteſtate in admittenda vi ab Eccleſiaſticis illata, quia illi tanquam cives, & membra reipublicæ temporalis ſubſunt, quoad protectionem, & defenſionem naturalem, cujus proprium officium eſt, vi oppreſſos liberare) ampliſſimè præ omnibus egerim *c. præcedenti*; tamen hîc primitus, & anteaquam ad praxim veniam, indagare utile cenſui, an 25
hæc protectio aliis etiam principibus, & Dominis inferioribus, hocque jus, & facultas competat.

Quod brevibus reſolvam negativè, pro quo primò 26
pondero textum *in c. Regum eſſi ium 23. quæſt. 5.* ibi Regum officium proprium eſt liberare de manu calumniantium vi oppreſſos) in illis verbis (Regis proprium) quæ maximum in ſe claudunt miniſterium, ac ſi dixiſſet, ut aliis ſit alienum; quoniam duo non poſſunt eſſe ejuſdem rei inſolidum domini, nec rem inſolidum poſſidere; quo etiam loquendi modo utitur noſtra l. 36. ibi: 27
Y per coſtumbre immemorial nos pertenece alçar las fuerças, &c. quaſi dicat; aliis non pertinet, non jure, quia eo ſcriptum non reperitur, non conſuetudine, quia non egreditur perſonam præſcribentis, nec ad aliam extenditur (ut eſt vulgare) & conducunt, quæ latè *in cap. præ-* 28
cedenti à prin. ubi docuimus hoc ita proprium Regis eſſe officium, ut ſit attributum naturale inhærens viſceribus regiminis, & qualitas infixa oſſibus, & ſubſtantiæ diademæ, inſeparabilis, & indiviſibilis, ita ut protectio, & regimen unum; & idem judicetur indiſſolubile, 29
quod à Rege tolli non poteſt, nèc à regimine ſeparari, niſi Regnum tollatur, cùm protectio, & defenſio ſubditorum ſimul cum Regno orta eſt, imò protectio objectum eſt, & cauſa finalis Regni; Regnum enim propter 30
protectionem vi oppreſſorum, non protectio propter 31
Regnum, aut Regem, datum eſt à Deo ſupremis Principibus temporalibus, prout videbis latiſſimè *d. c. 1. prælud. 1. & ſeq.*

Et hinc eſt ut hæc Regia protectio, & naturalis ſub- 32
ditorum defenſio à violentiis, ejúſque extrajudicialis cognitio Regi ſoli pertineat: etenim eſt de regalibus, Regi pertinens in ſignum ſupremæ poteſtatis, ita Camill. Borrell. *de Regis Cathol. præſtant. c. 5. n. 7. & n. 26.* & idem dicit cum Didac. Perez *in l. 2. tit. 1. l. 3. ord. gl. 1. verſiculo quæro ſi eſt dubium*, ubi allegat. Palac. Rubeum, & cum Azevedio etiam *in l. 3. in fin. tit. 21. l. 4. recop.* tenet noſtras Gaſp. Rodr. *de ann. reddit. l. 1. q. 17. n. 1. ad fin*, p ſtque Covarr. & Afflict. pulchrè dicit Seſe *in tr. de inhibitio, c. 8. § 3. ſub n. 70. provè principium.*

Quare hoc jus tollendi violentias Duces, Marchio- 33
nes, & alii Domini temporales recognoſcentes ſuperiorem in eorum ditionibus, non habent, quoniam quamvis hæc conſuetudo tollendi has violentias, & oppreſſiones vigeat, & toleretur in perſona Regis, & ejus ſupremorum Senatorum (quorum tribunal Regis perſonam repræſentat) ex jure proprio, & principiis juris naturalis, ac divini, tamen non habet, nec poteſt habere locum in aliis Dominis inferioribus, in quibus illa jura non militant, nec rationes, ita Avend. *lib. 1. de exequen. manda. cap. 1. num. 32. verſiculo & cum hæc conſuetudo* Bobadill. *in Polit. lib. 2. cap. 16. num. 90.* Cæned. *in pract. quæſt. Cano. 45. num. 61. poſt medium*, quia Principes ſupremi non recognoſcentes ſuperiorem in

tempora

temporibus, habent hanc cognitionem per viam violentiæ, & protectionis jure proprio regali.

34 Quod in tantum procedit, quòd etiamsi Princeps inferioribus Dominis concedat jurisdictionem pleno jure, cum mero mixto imperio; non censebitur concessa hæc superioritas, quæ hæret ipsi Regio diademati, in signum Regiæ Majestatis, quia in Principe adhuc remanet hic recursus, per quem subditi liberantur à vi & oppressione, quia cùm (ut diximus) proprium sit vim tollere, non potest hæc proprietas ad alium pertinere in damnum subditorum, qui sint sub protectione, & tutela regali, nec ipse Princeps, quod Majestati suæ
35 adhæret, à se potest abdicare, *c. super quam. §. porrò, de off. delegat. c. etsi contra unum, §. ult. eod. tit. l. 6.* Parlador. *l. 1. rerum quoti. c. 1. num. 15.* Lessius *de justitia, & jur. lib. 2. cap. 6. dubitatione 12.* ubi dicit, quòd potestas castigandi, & judicandi est omnino intrinseca authoritas
36 Principis respectu subditorum, tenet etiam Ceval. *in tractatu de cognitio. per viam violent. in proœmio, cap. 10. num. 38. & 39.*

37 Et ob hanc rationem nullus potest sive Ecclesiasticus, sive sæcularis titulo donationis, vel præscriptionis, illam supremam jurisdictionem acquirere in casibus violentiæ, & appellationis, seu recursus protectivi adversùs Reges & Principes supremos, nec in alios transferri potest etiam per donationem quantumcunque amplissimis causis fulcitam, quia ab ejus diademate Regio, cui infixa est, nullo modo avelli potest, ut tradùt Lucas de Penna *l. quicunque 2. C. de omni agro deserto, l. 11.* Peregri. *conf. 1 n 13. col. 1.* Bobad. *in Polit. l. 2. c. 16. n. 83. & 117.* & 196 Escacia *tract. de appell. q. 1. n. 111. vers. culo oppono se nullo*, dicentes, quod majoria Regis nullo
38 modo à Rege alienari potest, & loquendo in Pontifice idem tenet Decius *conf. 307. colu. 3* Guillel. Benedict. *in c. Raynut. de testam. verb. & uxorem nomine Adelasiam, in 2. dec. if. n. 319.* Carol de Grassal. *lib. 2. Regal. Fran. jur. 14.* Anastas. Germon. *de sacror. immunit. in c. de indultis, §. Episcopi, n. 29* quia illa suprema jurisdictio adhæret
39 formaliter, & essentialiter dominio Regiæ majestatis, & visceribus intrinsecis regiminis, & ideo videbitur impossibile subditum esse exemptum, & immunem ab illa
40 suprema jurisdictione, & protectione, quæ procedit à fonte perenni, & origine juris naturalis, *l. ut vim, ff. de justitia, & jur.* juxta text. *in d. c. Regum officium 23 q. 5.* Navarr. *in c. novit. de jud.* Covar. *in pract. c. 1. n. 6* Fulvius Pacian. *conf. fin n. 61. gl. in c. cùm non licet 12. de præscript.* docet Lucas de Penna *in l. sacris, col. 3. C. de prox. agror. scrinior. l. 11. l. 1.* pro quo facit *tit. 15. l. 4. recopilat.* quam declarat Guttier. *lib. 1. practicar. quæst.*

41 Cui convenit, quòd pulchrè, & subtiliter dicit Bal. *conf. 159. n. 5. vol. 3.* quòd dignitas, seu imperium est immortale, & licèt Summus Pontifex moriatur, non moritur Summus Pontificatus, & quòd in Rege concurrunt duæ personæ, & significationes, & quòd ipsa significatio (quæ est quid intellectuale) semper est perseverans ænigmaticè, licèt non corporaliter, & ob hanc causam licèt Rex deficiat quoad rumbum, remanet perso-
42 na Regis quoad organum, & instrumentum, & illius persona intellectualis, & publica est, quæ principaliter fundat actus, unde magis attenditur actus principalis, quàm virtus organica; & quemadmodum mundus non moritur, sed dispositiones mundi, arg. text *l. proponebatur,*
43 ubi Alberi. *ff. de judic.* sic Rex semper vivit quoad majestatem supremam, & protectionem circa subditos, quæ nullo jure, nec facto avelli potest à Regia majestate, quia aliàs moreretur Rex quoad effectum supremæ potestatis, jurisdictionis, & protectionis, quod deviat à tramite juris, & veritatis, de qua Baldi doctrina plures adducens mirabiles, & subtilissimas doctrinas exactissimè tractavi *infrà, hac 1. p. c. 3.*

44 Quare meritò à Principis supremi persona non recedit, *l. si quis arbitratu, ff. de verb. l. fin. Cod. de contrahenda empt. l. in compromissis, ff. de arbit. l. fin. ff. de conditio. & demonstra. l. si eo ita, ff. pro socio,* cujus suprema tribunalia (cùm ejus vices in supremæ potestatis administratione, justitiæ, ac regimine provinciarum gerunt) personam, & imaginem repræsentant, unúmque, & idem faciunt consistorium, juxta text. *in l. omnium,* ibi: Inter tot nobiles, & probatas personas, quæ conscientiam Prin-
cipis tenent, &c.) *C. de testam.* quorum itaque præcepta
ita sunt obtemperanda, ac si ab ipso Rege dimanassent, 45
Cassanæus *in Catalogo gloriæ mund. 7. p consid. 9.* Avend. *in dictionar. verb. Oydores,* Azeved. *in l. 29. titul. 1. l. 2. re-* 46
copilat. ideo meritò ad ipsa suprema tribunalia recurrendum esse pro tollenda violentia à judicibus Ecclesiasticis illata, docent omnes Doctores de justificatione hujus recursus tractantes, *suprà* citati *c. 1. n. 26.* & alij in discursu, & probant insuper expresse *l. 34.* ibi: *Y mandamos à los Presidentes, y Oydores de las audiencias, que assi lo cumplan, y guarden y que en los dichos processos Ecclesiasticos den las provisiones y guarden la orden segun que hasta agora sea acostumbrado, dar en nuestro Consejo, &c.* & idem probat nostra l. 36. ibi: *Porende mandamos à los nuestros Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias de Valladolid, y Granada, que quando alguno viniere ante ellos quexando se, que no se otorga la appellacion, que justamente enterpone,* &c. *tr. 5 l. 2. recopil.*

Ex quibus verbis *ante ellos quexando se,* oritur diffi- 47
cultas; an omnes indistinctè tam clerici, quàm laici, possint hujusmodi querelam coram supremo Regio tribunali proponere, & quòd clericis hæc sit denegata facultas, ut non possint recurrere ad sæcularem, in negotiis verentibus coram judicibus Ecclesiasticis, probat text. *in cap. 1. & 2. 11. quæst. 1.* cujus ratio ibi assignatur; Quia de Ecclesia malè sentire, & judicare videtur is, 48
qui à sæculari judice auxilium postulat,) text. *in c. si quis 23. q. 8. cum pluribus aliis, ibi per glossam citatis,* ubi punitur clericus, qui contempto judice Ecclesiastico ad Imperatorem confugit, de quo etiam latè *21. q. 1. per totam:* ergo clericis hæc querelandi facultas denegata censetur, quod etiam tenet Aloys. Ricc. *in collect. decis. 407. 2. p. post medium vers. potest 14. fol mihi 222.* dicens, hoc esse contra Canones, & pro hac parte faciunt esse in terminis decisiones Rotæ adductæ *suprà, c. 1. num. 31.* & ad responsionem tertij argumenti appositi *à n. 254.* quibus declaratum fuisse apparet, clericum recurrentem ad Regia tribunalia pro tollenda vi, incidisse in excommunicationem Bullæ in Cœna Domini; ergo *d. l. 36.* sub illis verbis generalibus non debet comprehendere Ecclesiasticas personas.

Sed contrarium verius est in nostro casu dicendum, 49
ut pro extrajudiciali defensione, ad tollendam vim illatam à judice Ecclesiastico, liceat etiam clerico ad Principem temporalem recurrere, & querimoniam proponere: text. est optimus *in c. administratores,* ibi: Eorum querimonias attentiùs audiant, & secundùm quod necessitas experierit, &c. *23 q. 5.* text. *in c. filiis, vel nepotibus 16. q. 7. cap. si in adjutorium 10. d. cap. petimus 11. quæst. 1. c. cap. nos incompetenter 2. quæst. 6.*

Hinc *lib. 2. Machabæor. c. 4.* legitur, Oniam summum 50
Sacerdotem Jerusalem recurrisse ad Regem, ut propulsaret violentiam, ac seditiosam inquietem in populo causatam, & illatam à Simone pariter Sacerdote amicorum convocatione, judicantem summè necessarium ad Regale auxilium, & protectionem confugere, ut pax publica turbata quiesceret, *ibi:* Ad Regem se contulit, non ut civium acculator, sed communem utilitatem apud semetipsum universæ multitudinis considerans; videbat enim sine Regali providentia impossibile es- 51
se, pacem rebus dare, &c. & in Tolet. Concil. XIII. *c. 12.* permittitur ad Metropolitanos judices, vel Regios recurrere, ut protegantur, & à vi oppressionibus defendantur, quæ latè congerit doctissimus Bobadil. *in sua*
Polit. lib. 2. c. 18. n. 240. ad fin. ubi etiam illud asserit, quòd 52
ad

ad Imperatorem Ludovicum confugisset quidam clericus querimoniam proponendo de Leone Papa.

53 Cæterùm quia D.Paulus metuens instans periculum, & conjurationem,& oppressionem Pharisæorum, licèt Ecclesiasticus auxilium à Tribuno postulavit, ut tutus periculum possit evadere,Bobad. *in polit. l.2.c.18.n.24. & lib.2. .23.* Mexia *in pragma. pan. concl. 5.n.55.* Morl. *in empor.jur.1.p.tit.2.q.12.* Cæned. *in q.Cano 45.sub.n.9.* Manuël Roder. *in addit. ad §.n. 87.* & legimus actuum Apostolor.*c.23.25.& 26 & ibi:* Ad tribunal Cæsaris sto, & *c.28.* ait : Contradicentibus autem Judæis coactus sum appellare Cæsarem.

54 Quoniam isthæc querela non est accusatoria,nec in pœna,aut castigatione concludit, sed est quædam certioratio querimonialis, concludens in mera protectione,& in nuda defensione naturali,& extrajudiciali;quia hæc est differentia inter querelam,& querimoniam se-
55 cundùm vulgarem loquendi usum(à quo rectum fumimus argumentum ex juribus vulgaribus) quia querela supponit,& respicit judicium,& judicem ; querimonia autem privatam personam , & extrajudicialiter latam, ut bene colligitur ex *d. c.14. Machabæor. lib. 2. ibi :* Ad Regem se contulit, non ut civium accusator,sed communem utilitatem,&c. *& in d.c.administratores,* ibi:Eorum querimonias,*&c.* quo loquendi modo consultè usa est nostra lex Regia *36. suprà* relata, ibi,*ante ellos que-*
56 *xando se,&c,* non dicit *querelando se,* quia respicit accusationem,quæ omnimodo ab hoc instituto aliena est.Et quia querela est nomen generale, commune civili , & criminali causæ,omnémque querelam dici extraordinarium remedium , affirmant Craveta *cons.469. in fin.* & Cuman.*cons.42.visoprocessu, circa fin* Jul. Clar. *§.testamentum,q.40.* Angel.*cons.pro decisione,n.4.vers.sed remedium,* Card.Tusc. *practi.littera Q, concl. 38.n.1. & 3.* Si
57 enim Regi permissa est , & commendata omni jure maximè clericorum protectio,ut latiùs diximus *suprà, c.1.à prin.* & probatur *in l. 51.titul. 6. p. 1.* ibi : *E como quier que todos los homes de la tierra por derecho deben ser seguros , mucho mas deben haver esta seguridad los clerigos.* Oliva.*de jur. fisci, c.11.n. 50. &c.14.num.100.* Pacian.*cons.fin.num.42* quomodo poterit auxilium suum
58 interponere,ac proprium officium exercere,si violentiæ notitiam non habet , & si Regi licitum est protegere, multò magis licitum est protectionem in necessitate postulare:argum.text.*in c. debitores , de jur. jur.*

59 Hinc non obstant jura in contrarium quibus prohibetur clericis ad Regem confugere in causis pendentibus coram suis judicibus;quia procedunt,& loquuntur, quando,occorrit ad sæcularem , ut cognoscat de causa principali judicialiter,& cum jurisdictione;non tamen quando confugit pro tollenda violentia illata ab Ecclesiastico judice, eo quòd debitæ appellationi non detulit certans sententiam exequi , quia tunc valde licitum est protectionem, & defensionem naturalem Regiam invocare,ita pulchrè tenet , & respondet Ozasc. *decis.Pedemont. 30. n. 4. & 19.* ubi refert Covar.*c.35. numero 52.* pulchrè etiam & post eum tenet Sese *tract. de inhibit. c. 8. §. 3. numero 105. cum duobus seqq.* bene etiam probant Afflict.*decisio.24.* Carol. de Grassal.*lib.2. Regal.Francia, jur. 7.* Didac. Perez, *lib. 3. ordin. tit. 3. pag.718.* Navar.*in c.cùm contingat,de rescript.1.rem.caus. 16* Fulvian. Pacian,*cons. fin per totum , præsertim n. 42.* Bartholom.Humad *in l.13. tit. 13. part.2.* Lancelot. *de attenta.2.part. 5. declaratio. num. 36.* nostras Gasp.Rodrig. *de annuis reddit.lib.1.q.17.numero 71.* Cæned.*in q. Can.45.sub.n 9.& n.13.* post Achil. *decis.36.de appellat.* & faciunt pulchra verba Manuëlis Roderici *in additio.*
60 *ad §. 9. n. 87.* ubi circa interpretationem Bullæ Cœnæ Dom. in hæc inquit: *Pero quando la persona Ecclesiastica vee,que su juez Ecclesiastico le haze agravio,y le oprime, puede recurrir al juez seglar, para que le defienda,&c.* & iterum paulò post:*Y assi quando si dize en derecho, que los Ecclesiasticos no recurran à los tribunales seglares, se à de entender,salvo si recurren por su defension , y para que indevidamente no sean opprimido , y esto es lo que hizo San Pablo,&c.* in qua doctrina omnes tam Theologi quàm Juristæ de hac re tractantes unanimiter conveniunt, 61
quorum nomenclatura *superiùs,c.1.n. 16.* & consonat Cæned. *ibi proximè, n. 13.* quod si Bulla maturè consideretur,nullibi loquitur de parte,quæ ad evitandam injuriam judicis Ecclesiastici recurrit ad laicum,ut illum tueatur à tali injuria, animo recurrendi ad superiorem Ecclesiasticum, ad quem appellavit. Hinc venit reprobandus Aloys. Ricci. pro contraria parte *suprà* citatus, ubi referens nostram doctrinam ex Ozasco ipse dicit, non sequi,cùm sit contra Canones,quia secundùm Ca- 62
nonicas sanctiones citatas hoc procedere verius esse, ostendi,ac propterea veriùs,rectéque procedit nostra l. Regia 36.ibi : *Que quando alguno viniere ante ellos quexando se, que no se le otorga la appellacion,que justamente interpone de algun juez Ecclesiastico, &c.* quæ querimonia forma sequenti proponenda erit :

Titius Procuratorio nomine Sempronij coram Alti- 63
tudine Vestra comparendo, querello de Licentiato N. Provisore, ac vicario generali talis diœcesis, aut de Licentiato N.Canonico talis Ecclesiæ Cathed. judice delegato,vel executore Sedis Apostolicæ,*&c.* dico partem meam coram supradicto judice litem tractasse adversante F Clerico beneficiato talis diœcesis(vel laico,variata propositione)super tali beneficio, vel illa re, *&c.* præfatus judex in ea tale gravamen parti meæ intulit, vel talem protulit sententiam, à qua sentiens se nimis gravatum,legitimè ad Sedem Appostolicam appellavit, cui præfatus judex non defert , nihilominus ea utrumque habente effectum in d. causa procedit, & pro sententiæ,vel gravaminis executione magnis Sempronium afficit censuris , usque ad Ecclesiasticam interdictum, quo ita facto notoriam vim , ac evidentem commisit injuriam , ab Altitudine Vestra peto , ac supplico , ut sublevando , & amovendo vim parti meæ det Regiam provisionem,ac cartam,ut præd. judex appellationi,seu appellationibus in hac causa inter positis deferat omnino , gestúmque post appellationem legitimè emissam,vel intra terminum ad appellandum reponat; quod si non fecerit ipse,aut tabellio,sive notarius acta processus habens , ea originaliter ad Regiam vestram mittat audientiam , ut eo viso fiat justitia , & interim Altitudo Vestra ei jubeat ; excommunicatos absolvat per terminum Vestræ Altitudinis placitum,cum cæteris in prædicta provisione ordinaria expressis , *&c.*

Ex cujus querimoniæ conceptione illud præ oculis 64
semper habendum est , ut legitima appellatio debeat præcedere , interposita à judice Ecclesiastico : etenim cùm vis hoc casu consistat in denegata justa delatione appellationis,suspendentis judicis jurisdictionem,ne in posterum exequatur,secundùm ea,quæ latè adduximus *suprà,c.1.prælud.§.à prin.* sequitur , ut debeat adesse appellatio;quia aliter non entis nullæ sunt qualitates,& delatio,quæ à judice petitur , debet supponere appellationem,qua deficiente,non potest dari subjectum habile,nec materia,super qua cadere possit violẽtia:nec fũdari hæc extrajudicialis cognitio,nec decretum,*otorgue* 65
y reponga , quia non est cui deferendum appellationi, nec est quid reponendum,quia deficiente appellatione, cùm sententia transit in rem judicatam, licitè proceditur ad exequutionem, in quo non cadit violentia,quia ad exequutionem proceditur jure permittente,& quia quando est omissum appellari à primo gravamine,non auditur postmodum conquerens,de cujus exequutione agitur,ut latissimè plures, & curiosas doctrinas congerens dixi *infrà, 2 p.c.3.per totum,* tunc enim cessat finis hujus charitativæ protectionis , ut sit tollere impedi- 66
mentum oppositum per Ecclesiasticum , ut liberè oppressus possit adire superiorem suum, & coram eo appella

pellationem prosequi, quod verificari non potest desciente appellatione, in quo Doctores unanimiter conveniunt,& probant,quos retulimus *suprà*, *c.* 1. *n.* 16.&
67 in discursu,prout etiam videmus jurisdictione fundata, & permissa super aliqua qualitate, putà; notoria, aut
68 manifesta injuria,*&c.* de qua in primis constare,& apparere debet,Farin 1.*tom.q.*8.*n.*86.*& q.*21.*n.*87. *& consil.*10.*n.*26.& nos sæpe diximus,& quando unum disponitur,& alterum supponitur, non procedit dispositio, nisi priùs appareat suppositio, quo fit ut cùm plures ignari advocati,& negligentes litigantes hoc non præmisso necessario fundamento. & angulari lapide, proponunt querimoniam,& postmodum traducto processu originali,& viso in Senatu,justissimè declaratur,non venire per ordinem, aut in statu, de quo *infrà*.

69 Ex iis omnimodo cavendus est Cevall.*in tractat. de cogn.per viam violent. q.*16 *sub n.*20. qui postquam dixerat, quòd in recursu ad Regem super decretis laicorum,hoc est,quando judex Ecclesiasticus facit vim cognoscendo de merè laico super causa,& re merè profana,ut non sit necessaria apellatio,nec protestatio à judice Ecclesiastico,nec ulla declinatoria, qui omnibus iis deficientibus datur recursus, & cognitio violentiæ (quod verum est) *per gl. in cap. imperial.* §. *præterea. de prohib.feud.alii.per Feder.*B. *in l.* 1.§.*post operis*,*n.*8.*de novi oper.num.*pro quo facit *l.*4.*tit.*7.*p.*3.*l.consulta divalia*,*C. de testamentis*,& tradit Guillelmus Benedict.*in cap.Raynutius*,*versiculo si absque liberis*, *el.*2.*de testament*, *n.*49. & in terminis nostris nostras Gasp.Rodrig,*l.*1.*c.*17.*versiculo his tamen*,*de annu.redd.* quia tunc principale consideratur præjudicium,& interesse Regis;tamen consti-
70 tuendo differentiam subdit ipse Cevall.*ibi*;Si verò causa sit Ecclesiastica,vel inter personas Ecclesiasticas;necessaria est appellatio, & protestatio, ut suprà dictum est,) Ex quibus verbis clarè voluit imponere æqualem necessitatem protestationi sicut appellationi,quod quidem absonum est;quia ad hunc recursum sola appellatio, tanquam præcisum fundamentum est necessaria, protestatio autem coram Ecclesiastico nullo modo,nec hactenus visum,nec auditum est;defectum protestationis impedisse cognitionem, & determinationem super
71 articulo violentiæ, quia illud apponi solet in appellationibus à judicibus Ecclesiasticis,ad animi appellantis declarationem,& judicis timorem,& trepidationem,ex superabundanti; (imò ut ego opinor) tiamsi expressè ipse oppressus huic recursui renuntiaverit;illi denegandus non erit;quia est defensio naturalis,ac etiam remanet jus,& interesse Principis, cujus proprium officium est inter vassallos vim non pati, & sic sola appellatio est præcisa, ut dictum est.

72 Quare cauti advocati defensuri vi oppressum,visuri processum imprimis confugiunt, velociter inquirentes appellationem, quomodo sit formata, an legitimè interposita;si autem ipsam deficere,& minimè interpositam repererint;statim persuadent oppositum, ut omni brevitate mittat ad judicem Ecclesiasticum, ut coram illo appellatio prorumpatur,ita demum si sit possibile, illam interponere intra terminum juris, datum ad appellandum,aliter enim inutile erit consilium,non profuturum.

73 Illud insuper animadvertentes, ut cùm multoties soleat proponi appellatio conditionaliter, scilicet; si hoc non feceris,appello, vel peto terminum,& si non concesseris,appello,& alia,non expectata judicis declaratione,confugiunt ad regale tribunal per viam violentiæ, ubi viso processu, justissimè declaratur, *por agora no haze fuerça*(de quo exactè explicitè multa dicta sunt utilissima *infrà*,2.*p.c.* 2. ad quæ te remitto pro majori intelligentia proponendæ doctrinæ) ex eo,quia deficit gravamen,& sententia, super qua possit cadere appellatio nec postmodum sequuto gravamine ipse poterit illa se appellatione juvare appellans,secundum quæ *ibi* diximus;& ideo litigans debet redire ad Ecclesiasticum & expectare gravamen vel ipso instante pro determinatione articuli, & si neget à se petitum,novam interponat appellationem omnino; quia prior nunquam profuit, & noviter etiam conquerendus est in Senatu, ubi pluribus citatis probavi.

Et insuper attende, quòd si jam illata sententia,nec 74
fuit intimata gravato, nec aliter ex processu detegatur ejus notitia,& scientia, querela in Senatu ab eo proposita illi ad hoc nocebit,quoniam cùm debeat referre latam sententiam,& ab ea appellationem interjectam,ut in violentia, & defensione concludatur; evenit, ut ex tunc arguitur ejus notitia,& gravaminis, seu sententiæ scientia.

Sed quid dicendum de ea querela,& ejus virtute ex- 75
pedita ordinaria, postulata à parte,antea quàm gravamen,seu sententia sit lata ab Ecclesiastico judice,& per consequens, etiam antea quam ipsa pars interposuerit suam appellationem?quia hoc remedio solent uti plures timentes periculum futurum,scilicet,judicem Ecclesiasticum illos injustè condemnaturum, aut gravaturum, ac de facto,sive nõ expectata appellatione,sive eâ etiam legitimâ spretâ violenter exequi, & opprimere,cui fortè periculo opportunè non occurrunt ob distantiam Regij tribunalis; ideo præventam custodiunt ordinariam,& statim latâ sententiâ festinant, appellationem proponere,& simul ordinariam intimare,ut judex debito servato honore Regi protectori, urbanitatis non oblitus,conquiescat; ut communiter in dies practicari videmus,& testatur Gondizalv. de Paz. *in prax.*1.*p.t.*1. *temp.* 1. *n.* 24 *&* 34. & post hæc scripta per eum idem 76
dicit Cevall. *in comm. contra comm. t.* 4.*q.*1.*n.*464.quoniam melius est ante tempus occurrere damno, quàm post illatum,remedium quærere, *l.*1.*C.quando liceat sine judice se vindicare*; alias etiam rationes reddit Paz,*ibi*: Sed meliùs dicas,quoniam licèt de jure à futuro gravamine non detur appellatio(de quo latiùs nos *infrà*,2.*p. c.*2.)tamen id procedit in appellatione,tanquam remedio ordinario, quod juris suos terminos habet, in quo aliud instans periculum non timetur, sed cum nos si- 77
mus in remedio extrajudiciali, & de facto exhibendo postulanti pro instanti,aut præsumpto periculo occurrendo, & simus in extrajudicialibus, in quibus omnis ordo juris postponitur,nam ubi timetur periculum oppressionis,soli suspensioni,aut minæ occurrendum est, non expectato periculi effectu, & operatione,ut latiùs *hac* 1.*p.c.*6.diximus & probavimus.Ex qua ratione provenit,quod ab actibus extrajudicialibus permittitur appellatio à futuro,gravamine,quando quis timet gravare latè probavi *infra*,2.*p.c.*13.*à n.*297.*& seq.* & facit,quia
in necessitatibus nõ servato ordine juris occurrit text. 78
optimus *id l...*§.*ex hoc rescripto*,*vers. extra ordinem*,ibi: Extra ordinem Princeps in causis necessitatis subvenit, &c.*ff.de ventre inspiciendo*, arg.text.*in l.*2.ibi:Damnum infectum est,damnũ nondum factum,sed quod futurum veretur *&* *infra l.*1 *ff.de damn.inf.* quia dãnum timenti succurritur per fidejussionis præstationem Et facit,quia etiam in judicialibus actio superveniens post judicium cœptum,sine quo expetierat actor,illi prodest,*l. si à Titio* 73.*ff.de rei vend.* facit text *in l. jam res.C. si res ali.* 79
pignor dat.fuer & ibi gl. alia jura allegans, de quo vide exactissimè Giurbam *de.if.*17 *per tot.* Ex quo prævento remedio,quo usus est oppressus,constito per ejusdem,& sententiæ datâ præcessisse gravamen, & sententiam;non 80
arguetur scientia sententiæ,ad effectum currendi terminum,excusatus maximè continuo, & frequenti stylo.

Porrecto igitur, & oblato hujus querimoniæ libello 81
in Senatu,provisio postulata(quam *ordinariã* pragmatici vocant statim expeditur, & conceditur inferra prædicto libello de verbo ad verbum, quâ exhortatur judex Ecclesiasticus, ut appellationi ab eo emissæ,si legitima sit,deferat,omniáque attentata post illam,aut intra

tempus

82 tempus appellandi reponat : si autem non deferendum putaverit,mittat processum originaliter, &c. quæ ordinaria provisio ex simplici querela expeditur , ut post Cov.*in c.* 35 *n.* 3 *vers. caterum*, & Joan.Gutier.*pract.qq. lib.* 1 *q.* 20 *n.* 7. Bobadil. *in polit.l.*2.*c.*18 *n.* 139. refert, & sequitur Cæned.*in q.Canon.*45 *n.*39 & est praxis usitata,de qua nostra l. 36.ibi: *Quexando se que no se le otorga la appellacion,que justamente interpone del juez Ecclesiastico , den nuestras cartas en la forma acostumbrada en nuestro consejo , para que se otorgue la appellacion , &c.*

83 Quæ provisio ordinaria ita facilè expeditur,alio non cognito , tum, quia ea non arctatur judex ad deferendum,sed ejus arbitrio,& facultati relinquitur deliberatio,quia non est arctatoria,sed exhortatoria & monitoria,quâ suscitatur judex Ecclesiasticus,ad hoc,ut denuo informetur de natura , & qualitate appellationis , & si legitimam esse invenerit reducatur ad viam justitiæ.& juris legitimos tramites,desistendo à violentia,& deferendo appellationi coram superiore judice prosequendæ,ut dicit Olivan , *de jur fisc.c.* 11.*n.*54. ubi alios allegat Sese *de inhibi. c.* 8. § 3. *sub n.* 7.

84 Hæcque provisio ordinaria justificatur ex doctrina Octaviani *decis. Pedem.* 30 *n.*25. Salced. *in additio. ad praxim Bern.Diaz,l.tra* 4,*vers.qua absque adeo,f.*326. affirmantium,quòd si clericus justo timore ductus non audens coram suo Prælato comparere,potest ad Principem recurrere ejusque consiliarios,& ab eo literas Regias postulare,ne judex Ecclesiasticus illum indebitè opprimat,nec injuriis violenter afficiat,sed nec ex obruto juris ordine postposito procedat,per Bal.*in l.fin.col.*1.*C. de edicto Divi Adr.& ex auth.de sanctiss,epis.* §.*omnibus.*

85 Tum etiam quia ex ista prima monitione directa judici,ut desistat,illi nullum præjudicium infertur , cùm ejus libertati relinquatur,ut bene advertit Sese *in epist. ad Regem*,*n.*78 quæ est *in* 2.*tom. decis, ad Princ.*& quia

86 oppressus conquerens juris præsumptionem omnimodam pro se habet,cùm in omnibus appellatio admittenda est,*l. & in majorib.C.de appell.* cui in dubio deferendum,ut vulgare est,& sic exhortatio juris est potiùs dicenda, cùm Princeps sæcularis in hoc dicatur minister juris(ut *cap.superiori* dixi) qua provisione Regia judici Ecclesiastico intimata,quandoque facit quòd ea exhortatus est,meliùs perpendendo negotium, & deferendo appellationi;omnia injustè attentata(si quæ sint) repo-

87 nit,prout de jure tenetur , etiamsi jam functus sit officio judicis,quia ad reponendum à se attentata post appellationem legitimam liberam facultatem habet , de quo nos latiùs multa congerentes scitu digna *infrà*,*c.*3. *à n.*10.*usque ad num.*23. *& ferè per totum* , pro quo expendo textum famosum *in c.qualiter,el* 1.*de a cusat.*ibi: Nec inde nascantur injuriæ,unde jura nascuntur,idéoque mandamus,quatenus ad conscientiæ vestræ judicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem,tanquam homines excessistis, non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis , ut aliorum corrigatis errorem,*&c.*)quem in revocatione excessus exequutoris adduxi *infrà*, 4.*p. c.* 14. *ad fin.*

88 At si judex,ut minùs legitimæ appellationi non esse deferendum putaverit , debet provisionis ordinariæ secundam partem adimplere,quæ sibi conditionaliter est apposita,ibi:*E si el juez Ecclesiastico no la otorgare,manden traher à las nuestras audiencias el processo Ecclesiastico originalmente*,quare ex eisdem verbis clarè colligitur, ut *superiùs* probavimus nuperrimè , in facultate judicis esse,evitare cognitionem violentiæ, & processus expostulationem,cùm ejus electioni appositum sit , violentiam tollere,scilicet ; deferendo appellationi legitimæ ad superiorem,ac omnia in ejus præjudicium attentata reponendo,quoniam (ut *superiùs* probavi) isthæc vio-

89 lentiæ cognitio consistit,& fundatur in notoria violentia,at cùm per delationem , & consequutivè repositionem (si quid est quod reponatur)à violentia destitisse judicem evidenter apparet , meritò cognitio cessabit, quia cessante causa cognitionis,cessabit cognitio,*c.cum cessante causa,de app.* & probatur in d. verbis. ibi : *E si juez Ecclesiastico no la otorgare l. appellacion* , &c.

Quare (ut *superius* dixi) ista provisio ordinaria,imò 90
& cognitio,aut processus remissio, non est præcisa,sed causativa in judicis posita facultate,scilicet aut desistat ab illata violentia, aut remittat originalem processum, ut & post hæc considerat pulchrè Sese *in tract. de inhibitio. c.*8.§.1.*n.*34 *&* §.3.*n.*29.post Afflict.*decis.*24 Menoch.*de recuper.rem.*15.Fulvium Pacian. *cons.* 164. ubi dicit,quod tantùm durat isthæc cognitio per viam vio- 91
lentiæ,& recursus , quantum violentia,non ampliùs,& multò post hæc idem sentit Cevall. *in tract. de cognitio. per viam viol.gl.* 10.*n.*3. nullo tamen citato Doctore.

Unum tamen ex eisdem verbis legis Regiæ notabis, 92
ibi : *Para que se otorgue la appellacion*, & iterum : *E si el juez Ecclesiastico no la otorgare*, &c.quibus videtur probari sufficere judicem Ecclesiasticum deferre absque eo, quod reponat , & eo tantùm satisfacere provisioni Regiæ;quæ verba debet subintelligere,quando non est quid reponat, putà , quia judex ad exequutionem non processit , quia tunc sufficiet deferre , quod secùs erit, 93
quando aliquid exequutioni tradiderit, quia tunc consequutivè debet illud reponere,quia aliter non satisfaciet intentioni provisionis, ut dicit Cevall. *ubi proximè n.*1.tradit etiam Villa Diego *in sua politica , c.* 4. *n.*39. *&* 32.*f.*78. Joan Guttier. *l.*1.*Canon.quæst.c.*1 *n.*90.quæ lex ita debet declarari ex posteriori parte ipsius, ibi : *Y repongan lo que despues della uvieren hecho*, quia non est novum,ut una pars legis instrumenti , aut testamenti alteriúsve dispositionis ex alia ejus parte declaretur (quod non curo probare)maximè quia sicut appellationi tanquam non legitimæ denegata delatio habet tacitè consequutivum,exequutionem sententiæ,ita etiam per 94
contrarium ejus delatio habet etiam consequutivum attentatum declarare , & reponere *c. cùm teneamur , de appell.cap.non solùm,eodem tit.in* 6.de quo, & nos latius examinavimus *infrà* , *hac* 1. *p. c.* 6

Et licèt ad expediendam ordinariam,quæ,ut monito- 95
ria,& exhortatoria, non arctatoria ex nulla præcedente causæ cognitione,sed solùm ad simplicis partis assertionem concedatur;tamen ad effectum adstringendi,& arctandi judicem Ecclesiasticum desistere à violentia,& ut protectio, & extrajudicialis defensio per Principem præstetur , non sola libelli protectio sufficit, sed priùs debet de ea (non quoquomodo, sed notoriè,& per rei evidentiam)constare, Afflict.*in constit. de Burgensat.n.*3. *vers. sed pro declaratio. col.*2.*rubr.* 67. *de sacram. præst. l.*1.Salicet.*in l. ad creditor.n.*30.*C. de pign.*Alexan.*cons.* 151.*n.*8.*l.*4.Pacian.*cons.fin.n.*69 pulchrè Sese *in epistol. ad Regem*,*n.*77.*&* 78.& omnes etiam Doctores allegati *suprà*, *c.*6.*n.* 16. citati eandem probant conclusionem, ideo dicitur in d.l. *Manden traher à las nuestras audiencias el processo Ecclesiastico originalmente , el qual trahido sin dilacion lo vean.*

Quam actorum originalium exportationem,ad effe- 96
ctū cognoscendi ex eis an violentia facta sit,quòd fieri possit licitè per Principem temporalem,probant Octavian.*decis.Pedemon.*30.*n.*18.*vers.non enim,ante fin.n.*25. & Bobad.*in Politic.l.*2.*c.*18.*n.*139 Gutier *in pract.lib.*1. *p.*20.*n.*7.Cæned *in pract.q.Cano.*45.*sub n.*3. *versic.observandum tamen est* , non enim ita facilè se movere debet aliter de violentia non apparendo,forétque potiùs illam inferre:sic ex obruto auxilium impertiri,& mul- 97
toties contingeret,vi oppressum ampliùs afficere,& opprimere,& offendentem protegere, & sic an sit violentia,perquirat.Juxta text.*in c.li er Eli.*ibi:Descendã (inquit Dominus)& videbo utrùm clamorem,qui venit ad me,opere compleverint, &c. .& iterum non facilè credere debet,nec ad vindictam accedere, cùm res est(incognita , sed coram senioribus diligenter est veritas

perscru

perſcrutanda, &c. de ſimonia, & *Deuter. c.3.* quære ſollicitè & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inveneris certum eſſe, quod dicitur, &c. textus *in cap. inter hæc 1. de pœnis, x.3 Clem. paſtor. §. rerum, de ſent. & de jud.* text. *in c. ſi verò, 86. d.* ibi: Si verò de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te juſtè poſſit offendere, facilè non credas, nec ad vindictam, &c. optimus text. *c. Deus omnipotens 2. q. 1.* & pulcher text. ad propoſitum *in c. nos ſi, in princip. 2. q. 7.* quem citant, & per
98 eundem aſſerunt pedem, *ubi proximè n. 13.* Bobad. *d. c. 18. num. 140.* hæc enim proceſſus exportatio, & ex eo inſtructio, & informatio actus eſt extrajudicialis cùm adhuc quando Curiæ inſtructionem, & animi motum, eſt
99 deducenda informatio ex teſtibus cum aſſertione ſimplici tamen, & abſque juramento, & extrajudicialiter fieri, certum eſt, & abſque partis citatione, ut ſatius probavimus *in c. 2, verſiculo quod & ex eo iterum cognoſcitur, à num. 137.* ergo à fortiori dicendum eſt in hac actorum exportatione, & nuda inſpectione.

100 Nullum igitur humana natura, nec ingenii fœcunditas, & acumen, quantumcunque ornatum literis, & experientia inſtructum, meliorem poterit modum magis æquum, ſuavem, œconomicum, ac politicum naturæ negotii (quod gerimus) inveſtigare, & reperire, quàm qui ab hac inſtructione, & praxi eſt hactenus inventus,
101 ſi quidem acta faciunt rem notoriam, & quod ex eorum inſpectione apparet, notoriè & evidenter conſtare dicitur; Ruin. *conſ. 78 lib. 4.* Guid. Papæ *dec. 50.* Menoch. *conſil. 110. n 72. l. 2.* Covarr. *in pract. 3. p. c. 15. n. 3.* Avend. *reſp 26. n. 10.* Otalora *de nobil. 3. p. c. 5. n. 3.* Didac. Perez. *in l. 2. tit. 15. l. 3. ordinamen. gl. 1. verſ. intellige, & limita.* Mexia, *in l. Toleti, in reſponſ. ad primæ part. 2. fundam. n. 15* Azeved. *in l. 2. tit. 17. n. 30. cum ſeq. libr. 4. recopilat.* Guttier. *practic. quæſt. l. 1. quæſt. 96. à num. 5.* Ozaſc. *deciſ. Pedemon 142. num 33.* Cæſ. Barz. *deciſ. Bononi. 55. num. 5.* Rot *deciſ. 100. num. 12. p. 1. diverſ.* Caputaq. *deciſ. 266. n. 2.* Petr. Surd. *conſ. 405. num. 21. in fin.* Cæned. *in termin. practi. quæſt. canonic. 45. n. 14* Mareſcot. *vari. lib. 1. c. 86. à num. 28. & cap. 87. à n. 29* de qua veritate infiniti penè Doctores teſtantur, quorum nomenclaturam congeſſimus *in rà, 3. p. c. 9. à princ.* & per aliquot columas, ubi plurimas doctrinas hujus juſtificationis valde utiles reperies.

102 Ex hac enim mirifica forma extrajudiciali inventa omnibus oritur utilitas, nam per eam diligenter occurritur inſtanti neceſſitati vi oppreſſi, cui non retardatur defenſio & protectio, quam celerem requirit periculum inſtans, pro quo accuratè & latè conſideravimus *ſuprà cap. 1. præl. d. 3. circa juſtificationem juris poſitivi, ſecundo fundamento, verſ. nam propter longam diſtantiam à n. 10. cum pluribus ſeqq.*

103 Nam ſi probatio per teſtes expectaretur, etiam probantes de notorietate (quod hoc caſu foret difficile) per impugnationem alterius partis offuſcaretur notorietas, & eſſentia notorii evacuaretur, quouſque juris terminis ſervatis agnoſcatur notorietas, ut poſt Abbat. Cardin, Gramat & Gandin. teſtatur Foller. *in pract. crim. verbo item quod eſt notorii, n. 14.* Decian. *conſ. 283. num. 27.* Carrer. *in practi crimin. tit. de appella. §. ſecundus erit caſus, à n. 111.* Boſſ. & alii, quos citat. Farinac. *in tract. crimin. 1. com. quæſt. 21. num. 116.* & Maſcar. *de probatio. conſ. 1101. à prin.* & ſic maximum ſequeretur inconveniens, excederetúrque modus legitimæ extra-
104 judicialis defenſionis, cùm potiùs judicialis eo modo dici poſſit, quod abſit, & eadem intentione conſultò jubetur, proceſſum originaliter exportari, ut partium commoditati, & utilitati, expenſis, & dilationibus conſulatur, quæ ſupervacaneæ forent, cùm proceſſus non exportetur, ut in Senatu retineatur ad cognoſcendum in cauſa appellationis, ſed de nullo illo articulo naturalis defenſionis, quod momento durat, ut *in d. l. 36.* ibi: *El qual trahido ſin dilacion lo vean*; cui conſonat

l. 24. tit. 5. lib. 2. recopil. ibi: *Se vean antes y primero que* 105
otros pleytos algunos, ſin embarga de las ordonnanças, que ſobre eſto ay que en quanto diſpenſamos con ellas, &c. adeò ut nullus libellus (dempta querela) exceptio, conteſtatio, teſtium receptio, ſcriptura, aut aliorum actorum præſentatio, repulſio, aut impugnatio, admit- 106
titur, ſed concta, quæ cogitari poſſunt, ex inſpectione proceſſus deteguntur, alio juris ordine attento, nec ſervato, quem notorietas ex actorum inſpectione reſultans, non patitur.

Et meritò quia in notoriis ordo juris non ſervatur, 107
ſed ordo eſt ordinem non ſervare, *c. pervenit, de teſtibus, c. conſuluit, de appell. cap. ad noſtram ſecundo, de jur. jur. c. bona 2. de electione, cap. manifeſta, de pœnitent. & remiſſ. c. cùm dilectus, de purgatione canon. c. olim. 1. de reſtit. ſpoliat. c. ſuper eo, de teſt. cogend. c. quanto, de tranſl. prælato.* Bald. *in l. Presbyteri, col. penult. C. de Epiſcop. & cleric.* Marſil. *conſil. 5. n. 2. & ſingul. 511.* Deci. *conſ. 544. n. 6.* Pariſ. *conſil. 111. n. 8. l. 4.* Capr. *in tractatu de notor. membr. 4. n. 2. & 40.* Gramat. *deciſ. 36. n. 41. & 56. & deciſ. 45. n. 55.* Menoch. *de recuper. poſſ. rem. 14. num. 260.* Foller. *in pract. verb. item quod commiſſum crimen notorii, n. 1.* Boſſ. *in tractatu quomodo proceditur in crimine notorio,* Ant Gomez. *l. 3. de delict. c. 1. ſub n. 42.* Clar. *in pract. quæſt. 9. in princ.* Corrad. *in pract. crimin. tit. de notor. crimine, n. 1. in prin. & in fin.* Anton. de Butr. *in tract. de notor. art 4. à num. 5.*

Neceſſitas enim inſtans, & moræ imminens periculum (quod hoc caſu conſideravimus exactè *ſuprà, c. 1. prælud. 3. à n. 100. circa juſtificationem juris canonici; & poſitivi, fundam. 2.*) non recipit dilationem, cùm tunc à juris regulis meritò recedatur, legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit aliàs illicitum, text. *in cap. aut. defenſ. civit. §. audio, l. 2. tit. 9. p. 5. cap. ſicut, de conſecrat. d. 1. cap. licèt, de feriis, cap. diſcipulos, de conſecratio. d. 5. c. ſi nulla neceſſitas 23. q. 8. l. 2. C. de patr. qui filios diſtrax. l. unica,* & ibi gl. expeditè, *ff. de off. conſulis, l nemine, C. de relig. & ſumptib. funer.* Tiraq. *de retract. 1 §. 1. g. 9. n. 82.* & latiùs *§ 26. gl. 1. n. 18. & ſequentib & in tractatu de pœn. tempor. cauſ. 33. per totam.* Caſſan. *in conſuetud. Burg. rubr. 1. § 4. gl. 1. n. 26* Caquer. *deciſ. Pedemont. 68. n. 28.* alios citat Queſada *diverſ. q. c. 2. n. 3.* Bernard. Diaz. *in reg. 496* Greg Lopez *in d. l. 2. gl. 5.* Bobadill. *lib. 2. cap. 1. num. 71 & c. 17. a n. 169. cum ſequentibus,* & iterum *lib. 2. cap. 18. n. 318* Mart. *tractatu de juriſd. 1. p. cap. 48. à n. 27. & 28. & ſequentibus*, qui quidem alios plurimos referunt: ergo meritò dictus juris ordo omittitur, quia negotium, de quo agimus, non patitur, quare meritò affirmandum eſt noſtræ l. 109
Regiæ 36 omnia juris principia favere, omnimodaque juſtificatione procedere. in prædictis verbis: *El qual trahido ſin dilacion lo vean.*

Cùm enim in hujuſmodi extrajudiciali cognitione 110
tractetur de tegenda violentia, & iniquitate judicis: ac de ejus calumnioſa oppreſſione inter cognoſcēdum de aliqua cauſa; aliter legitimè apparere non poterit, ſed propria, vera, & indubitata probatio illa eſt, quæ ſit per actorum inſpectionem, & ideò meritò appoſita ſunt in *d. l. 36.* illa verba, *y ſi del los conſtare*, ac ſi 111
dixiſſet non aliter conſtet, quia etiamſi alio modo poſſit conſtare, ad nos non pertinet, nec noſtros conſiliarios, ſed in hoc caſu hæc ſit permiſſa, dumtaxat legitima dicatur probatio, aliis probationis modis, & formulis excluſis, quoniam in neceſſitatibus ſolet Princeps non ſervato ordine ſubvenire: textus eſt *in l* ibi, extra ordinem Princeps in cauſis neceſſitatis ſubvenit. 112
ff. de ventre inſpiciendo, de quorum verborum intellectu, & interpretatione latiùs egimus *infra, hac 1. part. c. 3. à n. 29. cum pluribus ſequentibus*, ubi probavimus, aliud genus probationis ex illis verbis eſſe excluſum, poſſéque Principem ex publica utilitate novum in aliquo caſu probationis modum inducere, ita ut 113

aliter probatum, etiam aliàs legitimè, nec admittatur, nec licitum dicatur, de quo articulo accurate ibi actum eſt, ad quæ te remitto circa interpretationem prædictæ *l. Regia* 36. in verbis relatis.

114 Quod & ex eo comprobatur noſtra l. Regia, etenim iſte modus probationis directus eſt, & concludens cæteris longè certior; quoniam quando judicis dolus, & iniquitas in procedendo arguitur, idem proceſſus, eadémque acta per ipſum geſta inſpicienda ſunt, ut injurioſa iniquitas, exceſſus, & violentia detegatur, iſta eſt B. Doctrina *in l. ſocietatem, §. arbitrorum. num.* 26. *ff. pro ſocio*, Abb. *in conſil.* 2. *lib.* 1. Butrigar. *conſil.* 24. *colum.* 5. Salicet. *in l. cùm antea, colum. penult. verſ. quæro octavò, C. de arbitr.* Alex. *conſ.* 101. *in fin. l.* 2. Oria. *in tractatu de arbit. col.* 4. Menoch. *in tract. de arbitr. judicum, l.* 1. *q.* 72. ubi adducit fundamenta.

115 Et quia denegata delatio appellationi, & inde ſuſcepta exequtio, an appellatio ſit legitima, legitiméque interjecta, non aliter conſtare, nec apparere poteſt (moraliter loquendo) quàm ex actorum inſpectione, etenim ex eis deducitur, quæ actionis natura intenta ſit, & an in ejus proſequutione juris ordo, ac ſolemnitas ſit ſervata, ſolet enim (prout in dies, immò paſſim accidit) aliqua privilegiata via intentari, ut alimentorum, exequutionis, aut ex inſtrumento guarentigiato, ſive ex exequutorialibus remediis, *ex l. fin. C. de edicto Divi* 116 *Adrian.* petitio, quæ ſui primæva natura attenta, non admittit appellationem ſuſpenſivã, & per conſequens, nec judex denegans delationem vim facit: accidit tamen ex variis cauſarum figuris, ex ordine, modóque procedendi, intentandi, aut excipiendi (prout in diſcurſu hujus tractatus paſſim reperies) alterari, & variari naturam judicii, & qualitatem appellationis mutari, & ex privilegiata, & inappellabili ſententia, & judicio, non privilegiatum & appellabilem effici, ut ex judicio ſui natura appellabili, inappellabile ex proceſſus progreſſu ſit effectum, & violentia in non denegata appellatione detegatur, quod nec novum eſt, nec rarò, ſed per momentum, in diéſque contingit; quia nihil ſtudioſis occultum eſt, maximè Senatoribus, & advocatis 117 Senatus Regii Galleciæ, quibus certè præ cæteris hæc violentiarum natura (tum ob ejus frequentiam, & maximum concurſum; tum ob continuum eorum laborem, & ingenii acumen) clariùs, & efficaciùs patet, prout fatentur omnes Senatores, & advocati ex eo Senatu ad alios, & conſilia convocati.

118 Hæc igitur omnia impoſſibile penè judicandum eſt, ut aliter (ſcilicet per teſtes) quàm ipſius proceſſus (& ille integer) inſpectionem queat apparere, & juſtificari; & quia hæc negativa, nempe, delatio denegata eſt juſtæ 119 appellationi, ex actis debet conſtare; etenim negativa coarctata ad certa acta, per inſpectionem oculorum eſt probanda, id namque, quod non reperitur in eis, præſumitur non factum, nec adfuiſſe: bonus textus *in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpolia. cap.* 1. *de lit. conteſtat. l. fin. Cod. de rebus credit.* ubi communiter Doctores, Decius *conſ.* 426. *præponitur, colum. fin. lib.* 3. Felin. *in cap. illud, in fin. de præſumpt.* Alex. *conſil.* 123. *ſcripſit, col.* 9. *verſiculo præterea, lib.* 4. Caſſiad. *deciſ.* 8. *num.* 2. *ſuper regulis*, Petr. de Ancarran. *conſ.* 207. *in quæſt. col.* 2. Angel *conſil.* 138. *viſis, col.* 2. Lap. *allegat.* 55. *in* 2. *col. circa fin.* & poſt Bart. Abb. Bald. & alios plures, probat Vant. *in tract. de nullit. ſentent. tit. à quo, & quibus modis*, &c. *n.* 28. *& à num.* 12. *cum pluribus ſeqq.* & iterum *tit. de inhabilit. ſeu defectu mandati*, &c. *num.* 62. & ſuprà Afflict. *deciſ.* 43. *num.* 5. & Mar. de Fan. *in tractatu de probanda negativa, tom.* 3. Beſc. *conſ.* 40. *n.* 2. Herculan. *in tractatu de probanda negativa, num.* 123. *& num.* 176. Petr. Surd. *deciſ.* 21. *n.* 1. Marcus Anton. Marcerat. *variar. reſolut. lib.* 3 *reſolut.* 1. *n.* 45. de cujus genere probationis exactè, & accuratè plura congeſſimus *infrà*, 4. *part. cap.* 3. *verſ. quemadmodum autem iſte exceſſus ſit probandus, à num.* 163. *cum ſeqq.* ubi egimus, ut hoc modo ſit probandus exequutoris exceſſus.

Ex quibus omnibus illud in praxi valdè utile dedu- 120
cendum venit, quod ea acta, quæ coram judice Eccleſiaſtico præſentata non fuerunt, non poſſunt ad tribunalia trahi, quantumvis neceſſaria ſint, & utilia ad appellationis juſtificationem, vel impugnationem, ut etiam in terminis advertit Gaſp. Rodrig. *de annu. reddit. lib.* 1. *q.* 17. *ſub num.* 66. *ad medium*, quoniam cùm ipſe illa non viderit, non poteſt redargui, cur aliter judicavit, quod in fortioribus terminis procedit in judice, ad quem ab aliquo gravamine, & interloquutoria eſt 121
appellatum, quoniam gravamen debet verificari actis antiquis geſtis, & præſentatis coram judice à quo, non autem ex novis ſcripturis, ſeu actis illi incognitis, & poſt modum coram ipſo judice ad quem exhibitis, pulchrè Bald. *in l. ſocietatem §. arbitror, n.* 16 *ff. pro ſocio*, Abb. *conſ.* 2. *num.* 2. *lib.* 1. Butrigar. *conſ.* 24. *col.* 5. Salicet. *in l. cùm antea, col. penult. verſ. quæro octavò, C. de arbitr.* Alexand. *conſ.* 101. *in fin. lib.* 2. Orian. *tract. de arbitr. colum.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt* 72. & poſt Joan. Andr. *in rubr. de conſuetud.* & alios, quos citat, ita tenet Rolan à Val. *conſ* 48. *n.* 16. *& ſeq. fol.* 173. & alibi paſſim per Doctores, quantò magis hoc erit verificandum in iſta extrajudiciali cognitione, in qua nec adhuc datur interloquutoria, imò ipſa appellationis delatio interloquutoria dicitur, de quo nos *infrà*, 3. *p. c.* 17. *ad princ. & cap.* 18. *pariter ad princ.* in qua (prout pluries diximus) non datur cognitio ſuper juſtitia, vel injuſtitia appellationis, nec ad effectum revocandi ſententiam, nec etiam annullandi; quare nihil mirum, ut dumtaxat acta geſta, & cognita judici Eccleſiaſtico attendantur in Senatu Regio, omnimodo expoſa aliorum actorum, ſeu ſcripturarum admiſſione, ex hactenus dictis, 122
prout communiter practicatur, & ad unguem obſervatur, cui conveniunt ponderanda verba noſtræ legis Regiæ, ibi: *El qual trahido ſin dilacion le vean, y ſi por el les conſtare*, &c. ut tranſportatio, ſeu adventus actorum, & inſpectio unum ſit continuum, nullo mediante, nullóque admiſſo dilationis veſtigio; & fateor tamen, quòd ſi ſimus in appellatione ab iis gravaminibus, quæ judicis facultati relinquitur, revocare, juxta 123
notata *in cap. cum ceſſante, de app.* & quæ nos latiùs *infrà, hac* 1. *p. cap.* 5. quòd poterit gravatus, & conqueſtus nova acta coram eodem judice Eccleſiaſtico præſentare, petendo ſui gravaminis revocationem, adhærens appellationi propoſitæ à denegata revocatione, & iſthæc acta exportari etiam poſſunt ad tribunalia, prout fieri aſſolet in caſu, de quo loquimur.

Circa quam proviſionem ordinariam nonnulla adno- 124
tanda ſunt neceſſaria in praxi. Et primò quòd ſi judex Eccleſiaſticus neutram ejus partem adimpleat, ſcilicet, nec deferat, & reponat (prout dictum eſt) nec mittat proceſſum originalem ad partis inſtantiam; ſecunda proviſio expeditur (quæ *ſobre carta* dicitur) & quandoque cum expenſarum condemnatione, ſolvendarum, ſive à judice, ſive à tabellione, per quem ſteterit pro- 125
ceſſum mittere, quia ejus culpâ factæ ſunt, & cauſatæ vi oppreſſo, quia ob inobedientiam Regiæ proviſioni ſive priori, ſive ſecundæ, & ulterioribus ſoleat ipſe judex Eccleſiaſticus aliquando mulctari in expenſis, probant Joan. Gutier. *pract. quæſt. civ. l.* 2. *q.* 21. *ad fin. fol.* 64. *verſ. ſecundò conſidera*, idem firmat Practic. Monterroſ. *in praxi de Cancell. c.* 2. *de la ſegunda manera de los pleytos Eccleſiaſticos, que ſe traben por via de fuerça, fol.* 94. de quo nos *inferiùs*, quod & rarò contingit.

Secundò notandum eſt, quòd in dicta proviſione or- 126
dinaria jubetur judici, & tabellioni (& huic ſub certa pœna, in illa inſerta) ut mittat proceſſum originalem integrum per nuntium, cui in Senatu ſtatim ſalarium, & ſtipendium taxatum, ſecundùm tempus, & loci diſtantiam præſtari, mandatur procuratori querelantis, &

quidem

quidem juſtiſſimè, ſnam regula generalis eſt, quòd quo-
127 ties aliquid fieri petitur, expenſis parentis faciendum eſt, rextus expreſſus *in l. quoniam liber*, ibi, vel aliis, per quos fuerint poſtulati ſumptus competentes dari præcipiat *C. de teſtib.* B. *in l. 3. §. defend. ff. in quibus cauſſ. in poſſ. eatur*, Afflict. *deciſ.* 177. ubi Urſil. *n.* 2. Vincent de Franch. *deciſ.* 332. *n.* 3. idem B. *in l. poſtulavit, in princ. de adult.* Bal. *in l. generaliter, §. is de præſen. C. de reb. credit.* Joan. Andr. *in additio. ad Specul. tit. de inſtrum. editione, §.* 7. *in additio. mag. verb. œconomus, in* 1. *colum. verſ. ſi talis ſcriptura*, Hiero Campa *diverſ. jur. canon. rub.* 7. *c.* 6. *à num.* 132. *uſque ad* 134 præcipuè ſi fortè contigerit, poſtulantem à Principe hanc protectionem in expenſis condemnari per Senatum, quod fieri poterit, quando violentiam nullam feciſſe judicem eccleſiaſticum reperiatur ex proceſſus inſpectione, ſi Senatui
128 viſum fuerit, ut noſtra probat l. Regia *ad fin.* de quo nos etiam *inferius* dicemus, & loquendo in tranſportatione proceſſus ad ſuperiorem, ut appellantis expenſis debeat fieri, quoniam ille tenetur ad expenſas actus, qui inſtat pro illo actu; probat poſt alios Sigiſmund. Eſcac. *tractatu de appell. q.* 20. *num.* 10. *& l.* 1. *cauſ. civ. & crim. c.* 8. *à n.* 851. *cum pluribus ſequentibus*, qui quidem ad plures caſus in ſpecie inferunt.

129 Tertiò notandum eſt, quòd cùm in dicta proviſione apponitur certus terminus judici, & tabellioni, ut intra illum mittat proceſſum prædictum, dicitur etiam in ea, ut pars appellata (in cujus favorem judex vim fecit non deferendo) certioretur de actorum exportatione, ut intra illummet terminum in Senatu compareat, ſi ſibi viſum fuerit, ad informandum de appellationis natura, & qualitate, aut mittat procuratorem ad
130 idem inſtructum. Circa quam intimationem unum non omittam omnino neceſſarium in hac materia, ut illa non ſit citatio, ſed quædam ſimplex intimatio; & certiorario, quæ nec arctat ad comparendum, nec circumducitur, nec accuſatur non comparentis contumacia, quia ejus perſona in hac cognitione extrajudiciali non eſt neceſſaria, quia cùm articulus violentiæ examinetur per actorum inſpectionem, & rei evidentiam, ac notorium facti permanentis, quapropter (ut hactenus diximus) nulla admittitur allegatio, exceptio, inſtrumentorum ſeu teſtium præſentatio, aut redargutio, conteſtatio, nec concluſio, ſed inſpectio extrajudicialiter, expeditur. ideo alicujus partis præſentia, nec ejus procuratoris neceſſaria eſt

131 Ideóque meritò ſimplex certioratio eſt, ut hujus actorum tranſportationis notitiam habeat, quam quidem quilibet judex ſæcularis facere poteſt, ita eleganter docet Jacob. Butriga. Paul. & Bal. *in teſtamenta omnia*, per textum ibi *C. de t ſtam.* Bal. *in l. præſcriptione, C. ſi contra jus, vel utili publ.* Felin. *in c. cùm inter, colu.* 8. *de except.* Jafred. Lanfranc. Balb. *in ſuis obſervatio. de if.* 323. *incipit, citatio.* Marant. *de ord. judicio.* 4. *p. d.* 11. *num.* 36. pulchrè Bobadill. *in polit. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 131. ubi affirmant, quòd ſi quis compareat coram judice ſæculari dicens, juri ſuo eſſe conſonum, ut aliquid intimaretur alicui clerico, ut certiorato præjudicium fiat, aut interpellatus conſtituatur in mora, ſeu mala fide, quoniam ad hunc effectum prædictam intimationem, certiorationem licitè poteſt facere judex ſæcularis; quod valde notabile eſt ad noſtrum propoſitum, in quo nullum ferè præjudicium illi, etiam ex non certioratione cauſatur, ut dixi.

132 Pro quo facit celebris gloſſa *in c. cùm cauſ. de off. delegat.* quæ pulchrè conſiderat differentiam inter citationem; & monitionem, ut monitio cùm nullam arguat ſuperioritatem monentis; rectè a judice ſæculari inter clericos fieri valet, quam gloſſam in noſtris terminis refert, & ſequitur Matth. de Afflict. *d. c. Vas.* 24. 8. & idem tenet Paul. Caſtr. *conſ.* 44. *incipit, in cauſſa Eudii*, convenit quod Maria Soc. *in conſ. de citat. Art.* 5. *verſ.* 23.

Et inſuper facit, quoniam quando clericus per laicũ 133
non ſimpliciter citatur, ſed dumtaxat ut compareat, ſi ſuâ putaverit intereſſe, etiam in judicialibus poteſt hujuſmodi citatio per judicem laicum expediri, ex eo 134
quoniam hujuſmodi citatio potiùs dicitur incitatoria, & certioratoria, quàm arctatoria; qui clericus, ſi eorum dicto judice compareat laico, illius quoque judicio, ac ſententiæ ſtare cogitur. Bald. *in d. l. teſt. col. fin. C. de teſta.* Cæpol. *cautel.* 68. *n.* 3. Cotto *in memorab. verb. clerici non poſſunt convenire, pag. mihi* 119 Marant. *in ſpecul, in* 4. *p. in* 7. *diſtin. judicio. in fin.* & hoc latè comprobat Roland. *conſ.* 29. *n.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. Joſeph. Ludovi. *con. l. ſ. verſ. ampliantur ſupradicta, &c. in communi opinione, l.* 1. Pro- 135
ſper. Farin. poſt alios *loco citato* tractat, quid dicendum, quando ita citatus clericus comparet, & docet de jure, & intereſſe ſuo, putà, de poſſeſſione; an efficaciter reus neceſſarius; & Farina. *ibi, num.* 89. late etiam tractat, quod in confectione inventarii citandi legatarii, poſ- 136
ſunt etiam aliqui legatarii clerici per laicum citari, quare evidenter patet, ut iſthæc proviſionis intimatio non ſit citatio, ſed monitio, exhortatio, & certioratio.

Quod & ex eo iterum cognoſcitur, quia ſubjecta ma- 137
teria, & res, de qua agimus, citationis non eſt capax, nec eam requirit, quia cum cognitio ex actorum inſpectione fiat dumtaxat ad nudam Curiæ inſtructionem, & ſui animi infirmationem, & morum, extrajudicialiter fieri dicitur, adeò ut etiamſi ad illam teſtium aſſertio ſit expectanda, nulla citatio neceſſaria eſt. Bal. *in l.* 3. *§. ſi tibi, colum.* 2. *verſ. ſed pone, junctis verſib. ſed a te, ff. de condictio. ob turpem cauſ.* Alberi. *de maleſ. in tractatu de teſti. cap.* 7. *poſt num.* 38. Angel. *tractatu de maleſ. in verb. quod verona publica, n.* 11. Salicet. *in l. fin. in fin. C. de quæſt.* Marſill. *in l. de unoquoque, n.* 35. *verſ. dicas tamen. ff. de re jud. & poſt n.* 81. Bonif. de Vitalli. *in clem.* 2. *n.* 89 Marant. *de ord. jud.* 6. *p. memb.* 1. *rubr de citatione, num.* 20. Maſcar, *tractatu de probatio. lib.* 1. *in præfatione, q.* 5. *n.* 39. *& lib.* 3. *conſ.* 1366. *num.* 6. Flami. Cartar. *in tractatu de executione ſententiæ, c. fin. n.* 175. *& in pract. interrogator. reorum, l.* 3. *c.* 3. *n.* 61. Bertazol. *conſil.* 553. 138
num. 4. *lib.* 2. de quo nos latiùs in alio propoſito (ut ſcilicet, hoc caſu non procedatur juriſdictionaliter, ſed extrajudicialiter, non ſervata juris forma, & ordine, (*ſupra, prælud.* 5. *fundam.* 4. *à n.* 215.

Et inſuper quòd quando judex aliquid facit ad ſui 139
inſtructionem, & informationem, ut citatio partis non requiratur, probant Bald. *in l. non dubium, verſ. ſuprà hoc quæro, C. de leg. h.* Innocentius, Hoſtienſis, & Joan. Andr. *in cap. fin. de præſumptio.* Rom. *in repetit. rubric. ff. de arbitr. verſ. item in officio judicis.* Barb. *in repeti. cap. teſtimonium, de teſt.* Bal. *in c.* 1. *§. ſi duc. de pace tenenda, & ejus viol.* Hippolyt. *in l. de unoquoque, ff. de re jud.* Maria. Soci. *in tractat. de citatio. in* 10. *c f.* Milis *in reperto. verb. citatio non requiritur, quando judex.* Nicell *in tractatu de concord. gloſſ.* 52. *fall.* 43. & poſt alios Anton. Gabri. *commun. opinio l.* 2. *tit. de citatio. ib. conſ. l.* 1. *n.* 329.

Ulteriùs, quia etiam in judicialibus, ubi pars ſi fuiſſet 140
præſens, non potuiſſet actum impedire, nec ei juſtè contradicere, quia nullam poteſt allegare defenſionem, citatio non requiritur, Rot. *deciſ.* 58. *in novis*, Milis *in reperto. verb. citari non oportet ad actum*, Albert. Brun. *conſ.* 1. Curti. *conſ.* 1. Hippolyt. *in rubr de probatio.* Nicell. *in concor. gloſſ.* 52. *fall.* 16 & 26. Gozadi. *conſ.* 92. Abb. *in c. cùm olim, de re jud.* Oldrad *conſil.* 95. *in fin.* Paul. Caſtr. *in l. quia poterat, in fin. princ. ff. ad tabel.* Felin. *in cap. qualiter, & quando, de accuſa.* Rom. *in conſ.* 211. Carder. *in conſil.* 8. *tit. de conſtit.* Hippolyt. *ſingul.* 30. *in ipſi tu ſcis*, & idem Hippolyt. *in l.* 1. *verſ. fiat etiam, ff. de quæſtio.* Marian. Socin. *in tractatu de citatio. in ſecundo, & ſeptimo caſu.* Pariſ. *conſil.* 5. *vol.* 4. Maria Junior. *conſ.* 77. *n.* 110. *vol.* 1. Grat. *conſ.* 1. *volum.* 1. Hanc infiniti penè tenent concluſionem, quos ut in uno referam, ſequitur Ant. Gabr.

141 *lib.2.comm.opinio.tit.citationi. n.*332. qui *in prin. n.*20. probat non requiri citationem ; quando Princeps procedit extrajudicialiter, poſt Pariſ. *conſ.*1. *vol.*1. *vol.*1. *& in conſil.*101.*eodem volum deciſ. Neapol.*69.

142 Hæc adduxi, ut depoſito omni ſcrupulo, & difficultate liberè fatear, ut hæc imitatio non ſit citatio, ſupponens juriſdictionem, & judicialem cognitionem, ſed nuda monitio,certioratio,& incitatio extrajudicialis, quam etiam judex ſæcularis expedire poteſt ex hactenus probatis.

143 Quartò notandum eſt, quòd hujuſmodi ordinariæ intimatione facta,adhuc expectanda eſt in Senatu pars appellata,vel ejus procurator,per illum,ſcilicet, terminum appoſitum in d. ordinaria, pro exportatione, & immiſſione proceſſus, etiamſi hîc pervenerit, eo nondum tranſacto, quia illud idem tempus aſſignatum eſt dictæ parti appellatæ, interimque ſuſpenditur proceſſus inſpectio, quod communiter practicamus.

144 At ſi pars appellata poſt ordinariæ intimationem pervenerit ad Senatum, ſi querelans abſens ſit, pariter per illummet terminum expectatur, & actorum viſio, ut eo tranſacto, ſi omnia acta in Senatum venerint, & proviſio cum omnibus diligentiis ; ſcilicet, judicis, & tabellionis intimatione, inſtante parte appellata, ſtatim (etiam querelante abſente,) inſpicitur pro-
145 ceſſus. Si autem dicto termino tranſacto querelans non ſit præſens, & ſecum habeat dictam proviſionem ordinariam;ſolet Senatus,petente parte præſente,aliam Regiam ei proviſionem concedere,ut conquerenti intimatur, quòd ſua ordinaria utatur, & articuli violentiæ cognitio ſuſpendatur, donec eidem appellatæ parti iterum ordinariæ fiat nova intimatio, aut aliquando (rarò tamen) ut illi reficiantur interim expenſæ,præſtandæ per querelantem, juxta ea, quæ *infe-*
146 *riùs* dicenda ſunt circa declarationem noſtræ legis 36. *in fin.* ibi : *Con condemnacion de coſtas ſi les pareſciere*, & quandoque etiam utrumque conceditur.

147 Si tamen conquerens in Senatu noluerit uti proviſione ordinaria ſibi conceſſa, hoc animo, & intentione differendi,ſcilicet ; hac via recurſus, & impediendi curſum negotii coram eccleſiaſtico ; tunc ſi appellatus,in cujus favorem judex dicitur vim feciſſe,compareat in Senatu hoc idem proponens per libellum, ſolet ei dari proviſio, querelanti intimanda,ut ordinaria ſua utatur intra brevem terminum aſſignatum : *Con apercibimiento,que ſi dentro del no uſare della,ſe bolveran los autos al notario eccleſiaſtico*,& aliquando ſolum dicitur, *con apercibimiento* tantum,alio non expreſſo. Sed licèt non exprimatur,tacitè ſubintelligitur,ut ſcilicet, tranſacto termino ſibi aſſignato,non utatur dicta ordinaria ad petitionem partis indubitanter reddi jubentur acta eccleſiaſtica Notario,abſque eorum inſpectione,cognitione violentiæ, nec determinatione ut judex eccleſiaſticus in cauſa procedat, quod juſtiſſimum eſt ; ex eo namque conſulitur celeri expeditioni cognitionis
148 per viam violentiæ,juxta noſtram l. Regiam : *El qual trahido ſin dilacion lo vean*, cujus intentioni hoc modo rectè ſatisfit;tum etiam commodè malitioſis querimoniis obviatur, ne tam ſalubri recurſu Regio abutantur, neque remedium ad præſidium innocentium inventum, ſit vinculum iniquitatis : textus eſt *in cap. ſuggeſtum*,& ibi Philip.Franc. *notab.*2.& cæteri Doctores *de appellatio.* Scacia *eodem tractatu de appel.q.*3.*ſub n.*1. & hoc jure utimur.

Sed ſucceſſivè quæro, data proviſione ordinaria,qua judex eccleſiaſticus rogatur, ut per terminum 60.die-
149 rum abſolvat excommunicatum appellantem, interim dum proceſſus trahitur, & inſpicitur in Senatu ſuper articulo violentiæ, & extrajudicialis defenſionis, & protectionis, (de qua praxi etiam teſtatur Covar. *in pract.quæſt.c.*35. *ſub.n.*3 *in princ.verſ.& rogatur judex*, Guttier.*de jur.confir.*1.*p.cap.*2.*n.*26.Llamas 1.*p.method. cap.*7.*&.*29. ſubdens, hæc non eſſe contra libertatem Eccleſiæ Cæned. *in canon.q.*45.*n.*20 Bobadill. *in polit. lib.*2.*c.*18.*num.*63.Navarr.*in cap. cùm contingat,rem.*1. *in princ. verſ pro hoc remedio*,&c. an judice hujuſmodi abſolutionem recuſante, aut etiam differente, aut ne 150
gante, ſuſpendatur in Senatu actorum inſpectio, & violentiæ cognitio, donec abſolutionem concedat:inſuper an ad id cogi poſſit judex eccleſiaſticus, & videtur quòd ſic. Primò quoniam excommunicatus nec in judicio, nec extra judicium eſt communicandus,& participans cum excommunicato declarato incurrit excommunicationem, & ideo in judicio non auditur maximè agendo, prout hîc, quia ipſe proponit querelam, ac ideo actoris vices ſuſtinere videtur : ergo interim hoc ſtante impedimento, violentiæ cognitio erit ſuſpendenda.

Secundò, & ulteriùs comprobatur,quia licèt appel- 151
latio judicialis ſit defenſio, & per conſequens etiam ſit excommunicato interponere, uti reo neceſſario, licitum,ut probat Sigiſmund Scacia *tractatu cauſar. civil. & criminl. lib.*1. *c.*2. *à n.*179 *&* c.9. *num.*1024. *& in tractatu de appellatio q.*5.*n.*6.tamen in appellatione ex- 152
trajudiciali non procedit,quia ea uti, excommunicato prohibetur, probant Abb. *in c. bonæ memoriæ* 51. *n.*10. *different.*8. Philip.Fran *n.*25.*verſ.undecimò licèt*, Card. Alex. *ſub.num.*54. *differen.*2. Decius *num.*29.*differen.*8. *de appellat.*Rebuff.*in tractatu de appel.in præfatio.n.*61. *tom.* 3. *fol* 480. Gregor. Tholoſ. *in tractatu de appell. lib.*1.*cap.*11.*n.*3 *different.*11.*fol* 91.& Scacia *locis proximè citatis.* ergo à fortiori dicendũ eſt in noſtro caſu, ubi datur recurſus ad Regem, quem eſſe remedium 153
extrajudiciale, nemo dubitabit, & nos probavimus *ſuprà, cap.*1. *prælud.*5. *per totum*, ideo excommunicatus; nec eo uti poterit, nec proceſſus inſpectio facienda eſt, interim dum non abſolvitur ab excommunicatione.

Tertio deinde & fortiter repugnat,nam is judex ec- 154
cleſiaſticus,licèt exhortetur ad abſolutionem per viam Rogitus, ſcilicet ; *Rogamos, y encargamos*, & non per viam præcepti, ſit concepta proviſio Regia ; nihilominus ad relaxationem excommunicationis adſtringi videtur ; quia Rogitus Principis, & Superioris inducit mandatum,& præciſam neceſſitatem, Salicet. *in l ſi vero,C.de adulter.* Abb *in c. fin.de for.compet.* facit gloſſ.*in clem.paſtoral.verb.de more, de re judicata*,gloſſ.*in verb. pignora,in l.unica,C.ſi rector provinciæ* gl. *verb.quemadmodum,in l.*1. *ff quod quiſque jur.* ſingularis ſecundum B. *in tractatu de tyrannid.n.*23.Innocent. *peti.io. de jurejur.* Andr. de Iſner. *in cap.ſi quis miles, de feud. ſine culp.non amit.*Iſſi.*in.*§. *quadrupli. n.*58. *Inſtiſtit de actio.* Alex.*conſ.*124.*vol.*1.*n.*4.Barb.*conſ.*60.*colum.*6. *verſ. ſic capio nunc, vol.*1.Avil.*in cap.præto.verbo mandamientos. n.*7. Tiraq. *de pœn. temperan. cap.* 35. *n.*1. *cum ſeqq.* ſimilis gloſſ.*in l.*1.§.*quæ oneranda,verb.metu ſol.ff.quarum rerum actio non detur, & ibi additio. & in clem.* 1. *verbo exhortamur, de teſtibus*, facit text. *in c. beatus* 7. *quæſt.*1.*c. Rogo* 11. *q.*3. Azeved. *in l.*2. *tit.*1. *l.*4. *novæ recopil.in fin.* Rebuff. *in concordat. in rub.de collation.*§. *volumus, in princip. pag.* 413. Bartholom. Hum. *in l.*49.*tit.*6.*pag.*1.*gl.*3. *num.*7. *in prin.* Afflict. *deciſ.* 69. *n.*5. Bobadill *in politi.lib.*2. *cap.*28. *n.*63. Menoch. *de arbitra.caſ.*344. *n.*13. Cæned. *in q. canon. q.*45. *n.*20. quoniam ſcilicet Bobadil. & Cæned. item & Henr. in Summa poſt alios *lib.*14.*cap.*12.*n.*6.*litera C.*tenent in hac proviſione,qua rogatur abſolvi,ergo ſequitur quòd cùm teneatur præcisè judex,adimplere Rogitũ, debeat etiam expectari, ac ſuſpendi articulus violentiæ.

Contrariam tamen ſententiam in utroque eſſe ve- 155
riorem exiſtimo de jure,& ſtylo, & in primis ſupponẽdum eſt, quòd licèt excommunicatio lata poſt legitimum appellationem à judice eccleſiaſtico interjecta,ſit nulla ipſo jure,textus eſt *in c. ad præſentiam*,& ibi Philip Franc.*de appellat.& in c.ſape, in gloſſ. verb.rat. n.*3.

156 *& in c. pervenit, in 3. nota, eodem tit.* Angel. *conſ.*188. Lap. *allegatio.*1.*n.*2. Philip. Franc. *in c. ſolet,de ſentent. ex om.l.*6.Rot.*deciſ.*10.*de appellat.id novis,* Lancelot. *de atttent.*2.*p.c.*12.*amplia.*8,*n.*3. de quo nos latiùs *alibi ſuo loco* tractavimus.

157 Tamen ubi appellatio legitima non eſt , nec utrumque effectum habens , cùm tunc judici permittatur à jure ſententiam ſuam exequi , poterit licitè , contumacem condemnatum pro ejus exequutione excommunicare, forma Tridentini ſervata, 1. & 2. *de adulteriis,cap.ex literis,cap ſicut,& cap.requiſivit,de ſponſal. cap.de illis,c.ex literis,*& Felin.*in c.*1. *num.*12. *de pace,* alios citat Rota noviſſ. 25. per totum *in recollect. per Proſp.Farin.fol.*10.Thom.Sanch.*de matr.lib.*1.*diſp.*29. Joan. Garci.*de matrim.*1.*p.c.*15.*à princ.* Franc Cardin. Manti. *tractatu de contract.tom.*1.*l.*3. *tit.*18. Lancelot. *de attent.*2.*p.cap.*12.*lim.*50. *num.*118. *&* 119. Nicol. Garcias *de benef.*1.*p.c.*5.*n.*586. Cæſar.Contar *in l.uni. limi.*16.*in fin.& num.*20. *C. ſi de momen.poſſ.* Galleſ. ad formam Cameræ oblig *in.*2.*p.*3.*princ.in cap.reliqua,de proceſſu,*43.*junctis iis,quæſcribit n.*38. *& ſeqq. fol.*363. Marcheſſa. *de commiſ.*1.*p.c.*13.*n.*1.Cardin.Tuſc *practi. concluſ.litera A , conc.*4010.*n.*9. qui loquuntur in primo caſu Concilii Trid. *ſeſſ.*23.*de reformat.c.*1. *ante fin. & ſeſſ.*25.*de reformat.c.*3.*per totum,* Marta *de juriſd.*3. *p.c.*4. *à num.*15. *& ſeqq.*

158 Quo ſuppoſito, cenſeo dictam ordinariam conſultò uti verbi Rogitus , quoniam cùm vis , & poteſtas hujus defenſionis naturalis conſiſtat in violentia notoria , & evidenti , quæ aliter non apparet , quàm per inſpectionem actorum (ut hactenus diximus) ideo non poteſt Senatus , interim dum proceſſus non inſpicitur) *y ſi por el les conſtare que la appellacion eſta legitimamente* , &c. juxta noſtram legem Regiam 36. adſtringere judicem eccleſiaſticũ, ut ab excommunicatione (quæ violenta non conſtat) deſiſtat , quia tunc foret excedere modum legitimæ defenſionis,& limites inculpatæ tutelæ.

159 Et clariùs hoc idem ex eo colligitur , qui etiam eadem ordinaria,quia jubetur judici,ut deferat,ſi juſtam appellationem repererit , illum tamen ad id non adſtringit, ſed ejus meræ facultati relinquit , nec in illum denegantem delationem emittitur ſecunda juſſio (quæ *ſobro carta* dicitur) ex eo,quia cùm non conſtat de violentia, non poteſt illi præcipi, ſed exhortari , & monere (ut latiùs ad princ. diximus poſt alios Doctores) ergo minùs in abſolutione excommunicationis juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ.*25. *de reformat.n.*3. ibi : Prohibere judici eccleſiaſtico,ne quem excommuncet, aut mandare , ut latam excommunicationem revocet , *&c.*) quod procedere diximus ; quando non ſervatur modus legitimæ defenſionis.

160

161 Deinde quoniam tunc non ſervari modum legitimæ defenſionis , & excedi limites inculpatæ tutelæ ; diximus *ſuprà, ad princ. hujus cap.* quando id fit ſine quo poterat vis tolli , & periculum evitari : gl. celebris *in cap.ſignificaſti,*2.*de homic.*Bart.*in l.*1.*C.unde vi,*Abb. *in cap.olim,n.*15.*de reſtit. ſpolia.l. ſciendum,* §. *qui cùm aliter,ff. ad l. Aquil.* Bal. Cyn. & communiter omnes Doctores *in l.*1.*Cod.unde vi,*Bart.*in l. furem,in fin.ff.de ſicariis,* communiter per Doctores *in leg. ut vim, ff. de juſt. & jur. & in l.*1.§.*vim,ff.de vi, & vi arma.* Angel. *in tract de mal.in gl.verbo defendendo,*plenè proſequitur Prof.Farin.*in conſ cr.*35.*n.*31. *cum ſeqq.* & latiùs probavimus *ſuprà, à princ.hujus cap.* quæ omnia hic applica.

162 Sed hæc excemmunicati abſolutio , de qua judex eccleſiaſticus rogatur, nec eſt neceſſaria ad tollendam violentiam, nec in aliquo poteſt eſſe impedimento antecedenter , nec conſequenter, quominus cognitio, & inſpectio proceſſus per Senatores fiat : ergo illam concedere judex adſtringendus non eſt, quia foret excedere limites defenſionis.

Quòd non ſit neceſſaria , nec impedimentum , probatur quoniam (ut ſæpe diximus præcipuè.*c.*1. *præl.*5. & 1.) hic recurſus Regius eſt naturalis , & nuda defenſio, ſed excommunicatus defendendo, etiam in judicio, admittendus eſt,nec illum communicans neceſſitate negotii ligatur, *c. exceptionem,de exceptio.* quod & ideo ad appellationem judicialem,quatenus eſt ſpecies defenſionis , admittitur excommunicatus , ut probant Scacia, Abbas, Philip.Franc.Gregor Tholoſ.Dec. Rebuff.& Cardin. Alexand. *ſupra* citati *in* 3. *arg. contrariæ partis* (quidquid ſit in extrajudiciali, ut ſtatim) & in noſtris terminis,ut excommunicatus poſſit uti recurſu Regis pro nuda defenſione violentiæ ſibi illatæ, probat Rot. in una Salmanti. anno 1595. quam citat Proſper.Farin. 68. *n.*13.*&* 14. *in deciſ cauſar.criminal.* quam adduximus ad literam *ſuprà, c.*1.ad reſpõſionem tertii argumenri ; quæ in fin ita ait : Præterea excommunicatus auditur pro defenſione ſuæ poſſeſſionis , *c. intelleximus,de judic.*Menoch *de retinen. rem.*3. *n.*811. *cum ſeq.* ergo cùm non ſit neceſſaria abſolutio ad hujuſmodi defenſionem , & Regium auxilium , impartiendum , nec ſuſpendenda eſt actorum inſpectio , & violentiæ cognitio , nec judex eccleſiaſticus ad illam præſtandam recuſans cogendus eſt.

163

164

165

Nec huic obſtat, quod *ſuprà* diximus in ſecundo argumento contrariæ partis, ſcilicet ; appellatione extrajudiciali uti non poſſe excommunicatum , quia facilis patet , & elegans reſponſio rationis imparitate , quæ inter illam , & noſtrum Regium recurſum viget. Etenim iſte ſummus eſt gradus naturalis defenſionis ; illa autem & ſic appellatio extrajudicialis nihil habet defenſionis , ſed vim habet conventionis , ut ex Abb & Gail. probat Scacia *tractatu de appell.d. quæſt.*5. *ſub d. num.*6.*verſ.confirmatur, quæſt.*2. *art.*3. *n.*46. *differ.*11. *& quæſt.*7. *num.*52 *& quæſt.*5. *ampliat.*12 *n.*43. *&* 44. & cùm excommunicatus non poſſit convenire, & agere, ergo nec ita appellare extra judicialiter , ut argumentatur Scac. *d. n.*6. & maximè, quoniam tota hæc doctrina procedit,quando appellatur extrajudicialiter à parte ; quia tunc vim habet conventionis,& citationis, quia dicitur provocatio ; ſecùs autem quando appellatur à judice extrajudicialiter,quia tunc permittitur excommunicato, tanquam defenſio, ita latè Scacia *in d. q.*5.*n.*7. *&* 9.2. *n.* 46. *& aliis locis citatis* ; ubi alios plures citat , quibus directè & legitimè ſatisfactum eſt 1. & 2. argumento contrariæ partis.

166

167

168

Nec obſtat tertium , & ultimum , quo dicebamus, Rogitum Principis inducere præceptum , & mandatum ; quia reſpondetur , verum eſſe , & procedere in iis caſibus,in quibus ſuperior poteſt præcipere,& mandare,non verò in alteris:ita diſtinguendum eſſe in hoc articulo , eleganter docet Caſtell. à Bobadill *in polit. lib.*2. *cap.*18. *n.*56. *ad fin.* ſed in iſto caſu particulari (quando ſcilicet rogatur judex eccleſiaſticus,abſolvere ante actorum inſpectionem ,& antequam de violentia per evidentiam , atque notoriè appareat ceſſat poteſtas Principis , quæ ad ſolos limites neceſſariæ, & legitimæ defenſionis limitata eſt, quia tunc non contineret ſub meris limitibus defenſionis , ſed aliud faceret , quàm quod ad protectionem , & propulſandam vim, fuiſſet neceſſarium (ut probatum eſt) ergo verbum , *rogo* , in dicta proviſione ordinaria ſuam propriam literalem retinet ſignificationem,cùm aliam non patiatur natura negotii , & ſubjecta materia, ac Bulla in cœna Domini *cap.*14. ibi , ſub prætextu violentiæ prohibentiæ,) de quo nos *ſuprà , a princ. hujus capitis* & ideo ad Cæned Henri.& Bobadill.*en fin.*3.*arg.* citatos reſponderur , ut procedant, & loquantur in proviſione,quæ poteſt inſpectionẽ actorum inferto decreto, quo vim fieri,declaratur , & excommunicationũ abſolutionẽ rogatur judex, quia tunc cùm ceſſent prædicta inconvenientia, & Princeps ex debito officii teneatur,

169

170

171

172

obviare, resistere, & præcipere judici Ecclesiastico, ut omnino desistat, à violentia, Regius tunc præceptum inducit, *inferiùs* apparebit.

173 Fateor tamen, quòd judex Ecclesiasticus urbanitate adstrictus, & ut debitus honor tanti Principis regalibus supremis tribunalibus deferatur, teneretur Regio Rogitu moveri, & propria liberalitate uti ad absolutionem præstandam, non secùs ac si privatim per literas missivas (prout revera sunt hæ provisiones *de ruego*) id ei fuisset postulatum, à quo urbanitas nec liberat, nec excusat, quoniam ad illum rogandum expeditur.

174 Quare vulgaris praxis,& stylus in hoc casu obtinuit, ut denegata absolutione,& suspensione interdictorum ad reincidentiam, de quo judex rogabatur, si fortè periculum est in mora, secunda solet provisio (vulgò dicta *sobre carta de ruego*) ad eundem effectum, per viam Rogitus, postulanti concedi, non tamen sub aliqua comminatione, nec etiam expensarum, quia non quidquid judicis potestati relinquitur, id submit-
175 titur juris necessitati, *l. non quidquid, ff. de judic.* & quia liberalitas nullo jure cogitur, *l. donatio, ff. de reg. jur.*
176 *arg. leg. rem legat. ff. de adimen. legat. & leg. in re mandata, Cod. mandati.* & ideo pœnarum insertio foret contra substantiam, & naturam actus, & ejus primo mobili, & fundamento repugnaret, quod meritò vitari deber, *argum. l. cum precario*, quæ ibi notant gloss.& Doctores, *ff. de precar.* & hoc modo per viam Rogitus moti fuêre Senatores,rescribere Ecclesiastico,præcipuè propter semetipsos, cùm possent forsan facilè excedere
177 permissos, & necessarios communicationis cum excommunicato terminos, & juridicos limites, attendentes etiam tutius, & securius esse, eundem etiam defendentes, vitari, ne in tribunali degat sic interdictus, & excommunicatus, forsan cum aliorum circumstantium scrupulo, & scandalo, quibus quidem rationibus moveri omnino debet judex Ecclesiasticus, ad hujusmodi absolutionem sibi rogatam,non negandam, saltim (ut dixi) ex urbanitate. De qua etiam praxi testatur ille Practi. Monterrosse. *n. 5. tractatu de Chancell. cap. 2. de la segunda manera en que se trahen*, &c. § *si notificanda esta provision, ad med. fol. 93* attamen si periculum non est in mora, præsertim si jam processus
178 Ecclesiasticus ad Curiam pervenerit, solet aliquando simulari, ita ut vicissim, secunda provisio negetur, vicissim autem pro temporum, personarum, ac negotiorum qualitate conceditur, & ut plurimùm simulata negatione absolutionis proceditur ad inspectionem processus, & secundùm quæ ex eo colligitur, discernitur articulus violentiæ, quam praxim pariter testatur ipse Monter. *loco citato.*

179 Alia etiam provisio (*de ruego* vulgò dicta) concedi solet postulanti excommunicato, quæ principaliter tendit ad absolutionem rogandam, interim dum processus inspicitur, & articulo violentiæ exrajudicialis cognitio adhibetur, ac denique terminatur, facta accessoriè, & obiter principalis articuli relatione, demonstrationis gratiâ dumtaxat, quod tunc etiam accidit, quando, scilicet, tempus, pro quo ad reincidentiam semel virtute ordinariæ absolutus fuerat, lapsum fuisset ante actorum inspectionem, & articuli terminationem, ex eo præcipuè, quia terminatio dilata est, vel quia hæc dilatio contingit culpâ negligentis notarii non mittentis acta originalia,aut etiam judicis Ecclesiastici, vel ob concursum negotiorum litigantium in Senatu,aut negotii difficultatem, & ejus difficilem resolutionem maturè considerandam, & sic alia justa de causa, nova hæc provisio conceditur, & secundùm proximè superiorem distinctionem etiam solet dari, vel etiam negari secunda provisio ejusdem, nempe; *sobre carta*, & ex eisdem causis,& qualitatibus cum eadem sit in effectu.

Quibus sic celeriter, omnique dempta, & sublata 180
dilatione, expeditis, inspicitur processus à Senatoribus: *Y si por el les constare, que la appelacion esta legitimamente interpuesta, alçando la fuerça, provean, que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan*, quæ sunt verba nostræ legis Regiæ 36. quæ quidem verba magna includit utilissima, ex quibus quidem plura deducenda sunt notabilia in praxi.

Et primùm ut ex eisdem colligitur, Regii Consilia- 181
rii in hac violentiæ extrajudiciali cognitione non se intromittunt in causa, & negotio principali, nec circa justitiam, aut injustitiam sententiæ, à qua est appellatum, ad hoc, ut ab ipsis sententia confirmetur,vel revocetur, nec de justitia, aut injustitia appellationis deferendæ ad Summum Pontificem; sed dumtaxat de natura,& qualitate appellationis, notoriè apparentibus ex actorum inspectione, an utrumque habeat effectum suspendendi, scilicet sententiæ exequutionem; & devolvendi ad superiorem, vel unum tantùm effectum devolutivum, scilicet, ita ut judex Ecclesiasticus licitè ad exequutionem queat procedere, ad hoc ut inde delegatur violentia, an judex illam commiserit, non deferendo, & exequendo, utque eadem vis tollatur,quæ adversùs sacros Canones, & authoritatem Sedis Apostolicæ infertur appellanti, Martin. Navarr. *in cap. cùm contingat, rem. 1. versiculo 7.* Covarr. *practic. quæst. cap. 35. sub numero 3. circa prin. & versiculo nec Regii Consiliarii*, Gaspar Rodriguez *de annu. reddit. libro 1. cap. 17. n. 74.* Olivan. *tractatu de jur. fisc. cap. 11. à num. 5 usque ad 54.* Sese *de inhibitio. cap. 8. §. 3. sub num. 70.* & ulteriùs *in Epistol. ad Regem, num. 72. & 73. n. 54. & 65.* & idem Olivan. *d. tractatu de jur. fisc. cap. 30. num. 80. & cap. 8. num. 30.* Bartholom. Hum. *in lib. 13. tit. 13. p 2. in glos 4. in verb. ninfuerça*, Michaël. Axia *de exhibend. auxil. fund. 26.* Cæned. *in q. can. 45. num. 8.* imò hoc idem probat Doctorum caterva de hujus cognitionis justificatione tractantium, quorum nomenclaturam adjunximus *supr. c. 1. num. 16.*

Hujus enim articuli cognitio, an appellationi sit de- 182
ferendum,vel non deferendum respectu judicis à quo, nihil juris habet, sed est quid facti, separatum à causa principali. Jestud est pulchrum dictum Philip. Fran. *in capit. constitutus 45. sub num. 9. de appellatio.* quem referens sequitur Sigismundus Scacia *tractat. de appellatio. quæstione 11. articulo 1. sub num. 4. versicul. infero ex hac secunda*, quod cùm hæc admissibilitas appellationis respectu judicis à quo, sit quid facti, & separatum à 183
causa principali appellationis, licitè geri potest per judicem à quo, etiam carente jurisdictione,suspensa tacitè jure operante, à quo statim inhibetur, etiamsi non deferat: ex textu *in l. 1. ff. nihil novari appellatione pendente*, cujus articuli cognitio, & decretum non facit jus inter partes,nec perpetuum præjudicium,quominus 184
judex superior de appellatione cogniturus, quid sibi de jure videatur, decernere queat, ut latè probant Philip. Franch. & Scaci. *locis citatis*, & vide quæ nos latiùs *cap. 1. prælud. 5. à princ. & præcipuè fundam. 3 à num. 211.* ubi etiam quòd judex à quo, quoad sui instructionem, & animi deliberationem adhibet cognitionem circa naturam appellationis,ad effectum ut ipse deferat.

Secundò notandum est, quod circa hanc admissibi- 185
litatem appellationis,quod est qui facti (ut dixit) multominus se intromittunt Regii Consiliarii,quàm judex à quo carente jurisdictione, quia iste ad sui instructionem cognoscit, aut ipsemet sit delatus, vel non delaturus, illi autẽ ad hunc effectum non cognoscunt, quia ipsi non decernunt deferendo appellationi, vel delationem denegando; sed dumtaxat, an judex à quo debeat, vel non debeat, deferre, & sic an vim intulerit denegando delationem, exequendo appellatione

pendente

pendente ad Summum Pontificem, quod quidem (ut vides) adhuc est multùm distinctum,& separatum tam à causa principali, quam ab illa facti cognitione, permissa judici à quo carenti jurisdictione juris ministerio, cujus longè minus est, ac ideo per Senatum sibi ipsi remittitur causa ad deferendum ex nostra l. Regia, ibi: *Provean que el tal juez la otorgue*, &c. de quorum verborum mirabili intellectu, & interpretatione latiùs egimus *infrà, cap.* 3. *per totum.*

186 Tertiò notandum est, quòd cùm finis, & intentio hujus charitativæ protectionis, & recursus Regii illud respiciat, ut jura, & decreta canonica serventur, nihilque contra jus violenter fiat, quo detinetur impetùs judicis Ecclesiastici,ut liberè oppressus appellans queat securus adire superiorem, interímque omnia sint in eo statu, quo erunt tempore appellationis, donec judex superior (cujus jurisdictio, & authoritas contempta defenditur,& juvatur)de debito remedio provideat,admittendo, vel non admittendo appellationem, infirmando per viam attentati,vel confirmando exequutio-
187 nem appellatione pendente,factam, cujus véra,& propria cognitio est ex juribus vulgaribus,ut dicit Cæned. *in quæst.canonic.*45. *sub numero* 22. *ad fin.* Olivan.*de jur. fisc.*1. *num.*54. Sese *de inhibitio.cap.*8. §.3. *sub num.*70. & omnes Doctores citati *suprà*, *notab.* 1. quoniam (ut modò dicebamus admissibilitas, vel non admissibilitas
188 appellationis,delatio concessa,vel denegata per judicem è quo, non facit jus inter partes respectu judicis ad quem,ut post Philipp Franc Cæs.Contar. & alios tenet Scacia *ubi proximè* citatus *notabil.*1.*n.*184. Etenim hæc
189 in cognitione, & recursu, supremi Consiliarii ministri sunt Ecclesiæ, dirigentes judices indiscretos per legitimos juris tramites, ut dicunt. Cæned. *ubi proximè,n.*9. Llam.1. *part. method.*3. *p.* .12. §.7. *pag.*839. Sese, & Oliv. modò citati.

190 Sequitur, ut hoc remedium violentiæ,& ejus decretum non sit impedimento, quominus judex superior dum de appellatione cognoscit,queat illud judicare,& terminare, secundùm quod sibi de jure videatur,ita ut si ipse declaret tanquam attentata revocanda gesta ab inferiore post appellationem (non obstante decreto tribunalis Regii vim non fieri cernentis) nihilominus
191 reponenda sunt ex supradictis, & quia tribunalis decretum non est sententia, quæ faciat instantiam, sed est actus quidam extrajudicialis, extrajudicialiter actum, quod quidem nunquam transit in rem judicatam, sed interim ei statur, donec superior de causa cognoscens, aliud censeat,ita docent Inimol. *in cap.fin. & 12. de præsump.* ubi Abb.*sub.n.*15 *post princ.* optimè Lapus *allegatio.*61.*num.*4.*versic. & extrajudicialis*,Card. Tuschus *practic. concl. littera E, concl*5003. *num.*7. *p r notata in dict. cap.fin.*Rebuff. *in tractatu de appellatio in præfatione num.*69. *&* 70. *tom.*3. *fol.*468. idem Abb. *in cap.*1.*n* 13 *post princ.de iis quæ fiunt à majori parte Capit.* Cardinal. *consil.* 140. *factum tale est magister*, Felin. *in d.c.fin.sub numero* 33. *ad finem*.Hieronymus Gonzal. *de mens.& alter. gloss.*9. *in adnotatio. numero* 31. & quia in
192 ea cognitione Senatus non se intromittit circa justitiam, aut injustitiam, appellationis, & negotii principalis quia ipsa reservata, & illibata semper remanet superiori prout probant nostræ legis verba,ibi: *Provean que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan*, quæ hoc modo interpretanda sunt,& intelligenda, quorum verus sensus est iste.

193 Illo tamen addito, quòd si judex superior injustè revocaverit hanc inferioris exequutionem (sive circa illam per viã violentiæ aditus fuisset Senatus,sive non, sed illam fecerit ex proprio motu licite poterit gravatus appellare,& ejus vigore ad illum Senatũ recurrere per hanc viam violentiæ sub cujus districtu degerit inferior, quo declarabitur secundum naturam, & qualitatem appellationis, an justa, vel injusta fuerit ab illo gravamine interposita, & hoc jure utimur.

Ex iis igitur (quæ verissima sunt, usu rrcepta, & in 194
dies practicata)cavendus est,vel potiùs cautè legendus, Cevall.(quem post hæc vidi) *in tractatu de cognition. per viam violentiæ*,2.*p.quæst.*74. *n* 74. *& sequentibus*, dum (sub obscuris tamen verbis) videtur contrarium allucinari, & sentire,quia imò casus per eum relatus multùm conformis est nostræ doctrinæ,opinioni, & praxi, de qua dubium nullum esse potest, quia omnibus juris, & Regii recursus naturæ,& principis consona est;quia 195
postquam superior est aditus de causa cognituros & ejus justitia principali,non est in consideratione decretum tribunalis eo respectu,ut possit desinere de viribus gravaminis,& attentati cognoscere, quia dum finis habetur,non curatur de medio, *l mulier. ff ad Trebell.*Sese *decis.*125. *num.*7. *tom.*1. quia tunc novus est articulus, 196
nova persona, novum gravamen, & novum factum, quare (ut dixi) nova appellatione opus est, si fortè 197
ipse superior injustè revocavit ut attentatum, gesta ab inferiori, & ita de novo potest etiam pars gravata appeliare, ut dictum est.

Quod clarè, & pulchrè insinuat Cæned *in canonic.* 198
quæst. 45. *numero*, 48 ubi dicit, quòd cùm hic recursus sit inventus,ut judex cõqueratur,donec superior,ad quẽ appellatum est, aliud judicet, cognoscens de justitia causæ principalis,quo cognito,si iterum illam remittat judici à quo, tollitur affectus decreti Regalis quo illi jussum fuerat deferre, & reponere, quæ doctrina elegans est, per consequens multò magis intelligenda est in judice superiore, cum quo decretum Regium non loquitur.

Decretum Formulæ.

IN hac igitur extrajudiciali cognitione per viam 199
violentiæ,ubi scilicet, adesse asseritur ob denegatam delationem appellationis, & ejus exequutionem, tunc post actorum inspectionem, multifariam solent Senatores Regii decernere. Etenim licèt judex Ecclesiasticus (de cujus violentia conqueritur in Senatu ob denegatam delationem appellationis ab eo interpositæ) sit ordinarius, sive delegatus, sive exequutor, sive conservator, quintuplex reperitur genus decretorum dumtaxat. Et primum genus est, quando inspecto proces- 200
su: *Y si por el los constare que la appellacion esta legitimamente interpuesta,alçando la juez, provean, que el tal juez la otorgue,porque las partes puedan seguir su justicia ante quien, y como devan,y no poniendo que de bees de la viniere hecho*; quam formam dat nostra l. Regia 36. cujus dicta verba sunt, ex quibus colligitur, quòd si natura appellationis, & qualitas bene perspecta,non alterata, nec variata per modum, & formam procedendi, aut proponendi dictet, & postulet utrumque etiam suspensivum,& devolutivum affectum,ita ut suspendat affectum sententiæ sive diffinitivæ,sive interloquutoriæ(casibus,quibus legitimè appellatur quoad utrumque effectum,de quibus diximus *infrà*,2 *part. cap.*1. *& ferè per totam.*2.*part.&* 4.) sive judicialis,sive extrajudicialis de quibus omnibus *suis locis* diximus) quominus judex Ecclesiasticus illam queat exequi de jure; meritò vim fieri in Senatu declaratur hoc modo: *Dixeron, que el* 201
juez Eclesiastico en no otorgar la appellacion al dicho N. haze fuerça,la qual alçando,y quitando,mandaron, del provision, para que el dicho juez otorgue la dicha appellacion para que el dicho N. la pueda seguir quien debe, reponga todo lo por el echo, y executado despues de la legitima appellacion, y en el tiempo que se pudo interponer,&c.

Ex qua decreti conceptione evidenter colligitur, 202
Senatores Regios, non pronuntiare principaliter in causa, sed causative,& per modum causæ,ut eleganter considerat Navar. *in d.repetit.cap. cum contingat, v.* 1.

tertiò ideo non obstat. part. 194. de rescript. rem. 1. Cæned. *in pract. quæst. canonic. 45. n. 15.* eóque decreto simul jubetur judici, ut tollat censuras, & excommunicatos absolvat pro illa causa ligatos.

203 Secundum genus decretorum dari solet, quando appellatio non ritè, aut rectè seu intra legitimum juris terminum, ac aliquo juris defectu, non servatis debitis solemnitatibus, est interjecta, vel quando sui natura, & qualitas aliàs postulat suspensivum effectum dumtaxat, quia à jure privilegiata est Quia si ejus privilegium ex progressu litis, ac modo proponendæ actionis fuerit alteratum, variatum, & amissum, quia tunc cùm licitam faciat, & permissivam exequutionem, vim non fieri declarandum est, juxta nostram leg. Regiam 36. ibi: *Y si por el dicho processo paresciere la dicha appellacion no ser justa, y legitimamente interpuesta, remitan luego el tal processo al juez Ecclesiastico con condemnacion de costas si les paresciere, para que el proceda y haga justicia,* &c. in hunc modum:

204 *Dixeron, que el dicho juez no haze fuerça en no otorgar la appellacion en esta causa, interpuesta por la parte de N. y remitten la causa, y processo, para que proceda est ella, y haga justicia:* aliquando in hoc genere decretorum negativo fit expensarum condemnatio secundùm *d.l & inferiùs* dicenda.

205 Tertium genus decretorum hac cognitione per viam violentiæ, in non deferendo appellationi solet dari, quod conditionale est, aut etiam mixtum dici potest, participans ex duobus prædictis; quia in eo decernitur (conditionaliter tamen,) judicem vim non fecisse, aut vim fecisse ob denegatam appellationi delationem,

206 quod in hunc modum concipitur: *Dixeron, que el dicho juez Ecclesiastico ostendo de nuevo, ò dando termino à la parte, ò reciviendo el negotio aprueba, ò admitiendole la exception, que oppone,* &c. (quæ omnia loco exempli ponuntur) *y reponiendo todo lo hecho destues de la appellacion, no haze fuerça, y se le remite el processo, y no lo haziendo, la haze, y otorgue la appellacion, y reponga lo be-*

207 *cho,* &c. de cujus decreti natura, quia latè, & accuratè (prout ejus natura requirit) *infrà, hac 1. part. cap. 5.* hîc omitto ad illud remittens.

208 Non enim dicitur in hoc decreto, vim facere, non adimplere, id, quod sibi pro conditione impositum est, sed casu, quo illud non faciat, vim facit, non deferendo appellationi à se interpositæ, pro quo duo notare debes quæ omnimodo necessaria sunt ut præcisè concurrant, ut huic decreti conditionalis generi locus sit de jure. Primum ut id, quod judici pro conditione appositum

209 est, sit ejus naturæ, & qualitatis, quod ipsemet judex cessante decreto, licitè de per se potuisset facere, ut accidit in iis gravaminibus, & interloquutionibus, quæ judici licitum est reponere, & revocare: juxta textum *in cap, cùm cessante, de appell. l. quod jussu, ff. de re judi.*

210 Secundum est, ut si appellatio, cui delationem negaverat, interposita ab eodem gravamine, fuerit de jure licita, & permissa quoad utrumque effectum, & suspensivum & devolutivum, & per consequens ex actorum inspectione evidenter appareat, vim fecisse judicem, illi non deferendo, & ita judices supremi justissima de causa moti Ecclesiastico dans modum suavissimum, quo ille sua utens juris facultate, possit desistere à violentia, & jurisdictionem, causæque cognitionem reassumere, prout ipse (ut dixi) licitè poterat facere etiam à principio, cessante decreto Regio, eoque modo partium sumptibus, laboribus, & dilationibus consulitur, si judex (cujus arbitrio, electioni, & potestati hoc relinquitur) priori decreti parti acquiescens, conditionem adimpleat, & tunc cessat violentia, cùm cesset appellatio cessante gravamine, causa coram eodem prosequitur, prout nos latissimè, & utiliter de hoc diximus *infrà, 1. p. d. cap. 5. à princ.*

211 Quartum genus decretorum in hac specie violentiæ illud est, quando scilicet nihil decernitur super articulo principali violentiæ, super quo aditus fuit Senatus; sed dumtaxat decernitur, processum non venire per ordinem (hoc est) legitima via juxta ordinem, & instructionem, & hoc tunc locum habet, quando deficit in processu appellatio. Etenim, cùm in hac materia vis nullla esse potest, ubi deficit appellatio, quia super ejus denegatam delationem, & ejus virtute suspensæ sententiæ exequutionem, fundatur, & consistit violentia, & recursus (ut *superiùs* diximus) ideo deficiente primo 212
mobili, & fundamento necessario, nulla vis adest, nec ex eorum inspectione deregitur, ac propterea nihil decernit Senatus super ea, sed hoc modo: *Dixeron que el dicho processo no viene por la orden, y se buelua al notario de la causa.*

Quintum, & ultimum genus decretorum duobus 213
modis solet incipi, aliquando dicendo: *Dixeron, que el dicho processo no viene en estado,* quod tunc accidit, quãdo processus inspicitur, & reperitur provisionem ordinariam non fuisse judici, aut parti intimatam. Secundo modo istud decretum concipitur, quando scilicet est appellatum conditionaliter, & à gravamine nondum per judicem illato, ut putà si non me admiseris ad probandum, vel, si non mihi terminum concesseris, & aliis in casibus, quos latè congessimus *infrà, 2. part. c. 2. per totum*, quibus non expectat appellans judicis declarationem, aut determinationem petiti, vel aliquibus
similibus aliis casibus, & tunc ita decernitur: *Dixeron,* 214
que por agora no haze fuerça, y se bueluan los autos al notario, para que el juez haga justicia, & promiscuè etiam hoc casu decernitur: *Por agora no viene en stado* &c. & iste verus est decretorum stylus, & praxis, quam omnes Senatores, & advocati supremorũ tribunalium experti, imò & moderni etiam hoc sciunt. & aliter dicere foret praxim ignorare usitatũ stylũ confũdere, & destruere.

Hinc Senatores & advocati communiter conterunt Cevall. qui (post hæc scripta) asserit *in epistola ad Re-* 215
gem. n. 80 ad fin. in hæc: *Y deste principio nasce boluerse à remitir muchos procèssos al tribunal eccleśiastico decretando que no heze fuerça, ò que no viene el processo en stade, que es lo mismo que dezir, que no ha lugar*, cui quidem vulgaris praxis, juris principio, & Senatorum, & advocatorum peritia resistit falsum esse probantium.

Etenim multum diversum est decretum, quo dicitur 216
absolutè, vim non fieri, aut *el processo no esta en estado,* quoniam in priori casu super eodem articulo non potest iterum aliquis haberi recursus ad Senatum Regium; in secundo autem sic, putà, intimata postmodum provisione ordinaria parti, aut judici, aut etiam postea facto gravamine per judicem cum effectu, & etiam quando declaratur non venire per ordinem, eò quia non apparuit appellatio ex actorum inspectione, quia licèt tunc in actis non adfuerit, potuit legitimo tempore interponi, & in rei veritate adesse; ac propterea quando postea appareat, quis dubitat posse iterum ejus virtute ad Senatum per viam violentiæ recurrere? prout in dies fit; quod etiam idem potest contingere, quando appellatio revera interposita non est coram ecclesiastico, sed tàmen potest esse gravamen intra terminum ad appellandum, vel à die intimationis sententiæ; vel ab ejus notitia, intra quem postea licet interjecta appellatione, ad Senatum recurrere, quod oppositum totum est in primo genere decreti, putà; quando declaratur vim non fieri, quia tunc nullum habet recursum conquerens, nec appellationem, nec supplicationem, nec nullitatem, & ut tibi clariùs pareat, cupis videre, quæ inter hæc duo decreta sit differentia, quanta inter sententiam diffinitivam absolutoriam, sententiam interloquutoriam ab observatione judicii, seu instantiæ, putà, quia ineptus libellus fuit propositus quia prima perpetuum parat præjudicium, secunda autem donec rectè denuo proponatur libellus.

Pariter

Pariter & iterum ipse Cevall. corripiendus, dum *in*
217 *quæstione* 897. *sub num.* 142. ausus est in hæc scribere:
Et si facta fuit violentia in causa per judicem Ecclesiasticum, exequendo sententiam suam, non obstante appellatione (in casibus, in quibus non erat exequenda) tunc revocantur acta exequutionis, & declaratur vim fuisse factam, &c.) *Sicque otorgue, y reponga y de por ninguno todo lo hecho despues de la dicha appellacion, y en el tiempo que se pudo appellar.* Hæc ille, qui nunquam vidit, nec audivit tam reprobum stylum; nonne hactenus nos fuimus professi, catervam Doctorum sequuti, ut Senatores non se intromittant in declaratione causæ principalis, justitia, aut injustitia sententiæ, aut appellationis; sed dumtaxat circa qualitatem, & naturam appellationis, quantum sufficiat ad detegendam, vim in denegata delatione; & sententiæ exequutione; cur igitur modò Cevall. asseverat acta annullanda declarare Se-
218 natum? ipse autem terminos juris, & decretorum genera confundit, siquidem in decretis laicorum, hoc est, *en los autos de legos*, quando scilicet, judex Ecclesiasticus se intromittit cognoscere de laico reo super re merè profana, quia tunc cùm licitè inhiberi potest à Regio Senatu, qui ab illo in totum tunc amovet causæ illius cognitionem, & remittit judici laico competenti, ac ideo meritò decernitur annullanda acta, tanquam, scilicet, facta à judice incompetente, & carente jurisdictione temporali, quia fidem non faciunt, at ubi pro violentia ob non delatam appellationem in causa ad se pertinente, aditur Senatus, illa non militant, sed penitus cessante, ac ideò absurdum foret, acta annullanda declarare contra principia, & fundamenta hujusmodi cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ, quod & iterum dixisse reperio, *in tractat. de cognitione per viam violentiæ gloss.* 18. *sub nu-*
219 *mero* 171. *in secundo decreto &c.* quod pariter delendum est, tanquam omni stylo, & rationi juridicæ repugnans.

In eundem errorem lapsus est *in gloss.* 12. *sub. n.* 5.
220 ubi verba illa nostræ legis Regiæ 36. ibi: *Alçando la fuerça*, exponit ille, id est, revocando tradita exequutioni, *provean que el tal juez la otorgue, &c.* error enim geminatus indulgentiæ non est dignus, sciant cuncti, nunquam tale genus decreti ita fuit conceptum, ut hactenus superioribus dixi.

Sed, aliud ipse Cevall. *d. gloss.* 18. *sub n.* 171. *in sexta*
221 *formula decretorũ*, refert decretum, ex cujus conceptione longè majus ortum est scandalum Senatoribus, & peritis advocaris tribunalium, cujus epitaphium ita dicit: *Auto entre dos juezes Ecclesiasticos, y que una parte declina y otra sentencia y cognosce.* Sequitur, & facit.

Dixeron que el dicho juez Ecclesiastico conservador, ò Apostolico en recognoscer en la dicha causa haze fuerça, la qual alçando, y quitando, remitieron el dicho processo y cognosimiento al dicho vicario, para que haga justicia, y revocaron, y dieron por ninguno todo lo hecho por el dicho juez Ecclesiastico, ò Apostolico, y que alce las censuras, y quite el entre dicho, advertit ipse ibidem dicens: *Y si la causa fuere del cõservador remittir sela y declararan, que haze fuerça el ordinario.* Hactenus de tã nefãdo decreto. Si enim ex proposito aliquis dolo, & malitia tumidus voluisset formare aliquod decretum repugnans ex diametro justificationi hujus Regii recursus, certè aliter non posset concipere, quàm forma relata: illi enim hujus cuncta cognitionis principia, & elementa refiliũt,
222 contra quod, & singulas ejus partes, tot possem suscitare fundamẽta, quin hoc omne volumen caperent: sed breviter directionis gratiã de his adversam pauca.

Quid enim ex eo decreto reservatur superiori Ec-
223 clesiastico, terminaturo articulũ, cùm totus principalis ibi per tale decretũ est omnino terminatus? Nõne superior Ecclesiasticus poterit aliter definire & sententiare, quantumcunque jurisdictione prærogativa uta-
tur? ibi enim declaratur, judicem conservatorem non potuisse procedere, & cognoscere; ibi remittitur causa, & ejus cognitio ordinario; ibi revocatur, & nullum declaratur omne in ea gestum per conservatorem, quia enim talem jurisdictionem Ecclesiasticam dedit Principibus sæcularibus? Quis enim Princeps sæcularis Christianus saltim Hispanus, ejusque Consiliarii, tam reprobam intentionem habuêre, ut vellent Ecclesiasti-
224 cam jurisdictionem tam publicè usurpare? Quo Hispaniarum tribunali hactenus est auditum, tale decretum ita fuisse unquam formatum? ex eo enim tota cognitionis extrajudicialis per viam violentiæ, atque defensionis, & protectionis naturalis (quæ absque umbra jurisdictionis Principibus supremis dumtaxat est omni jure concessa) justificatio subverteretur cujus primum principium est, & præcipuum fundamentum in hac materia, quo tot impugnationibus satisfit, Principẽ non
225 se intromittere in justitia, aut injustitia causæ principalis, nec in justitia, aut injustitia appellationis, sed in cognitione violentiæ per qualitatem appellationis, an debeat ferre, vel non, quod est merum factum, & hoc extrajudicialiter, & absque jurisdictione de quo latiùs *suprà, cap.* 1. *præliud.* 5. *& ferè per totum illud, & præsens capitulum.*

Igitur pro junioribus advertendum, quod quoties
226 inter duos judices, putà, conservatorem, & ordinarium est differentia supra cognitione alicujus causæ, qui adinvicem se inhibent, & excommunicant & uterque cognoscit, & in causa conatur procedere, & utriusque jurisdictio declinatur, tunc hujus articuli cognitio impossibile est, ut ad Senatum Regium possit venire, nisi per viam violentiæ, interposita præcisè appellatione, & tunc si uterque appellat ab alterius processu, & cognitione, uterque potest querelare & ad Principem recurrere, & tunc ex actorum inspectione quis vim faciat detegitur, quia constat ex eisdem absque jurisdictione, & per consequens nulliter procedere, & tunc eundem vim facere, non deferendo appellationi ab eo interjectæ, deferat, & reponat, decernitur: alterum autem judicem, putà, ordinarium in denegando delationem appellationi ab eo interpositæ, nullam vim fecisse, processusque sibi remittitur, & sic juxta primum, & secundum genus decretorum simpliciter declaratur in hoc casu.

Aliam etiam decreti conceptionem apponit ipse
227 Cevall *d. n.* 171 quod est 12. in ordine, circa cujus impugnationem plura in medium adduci possent, qui in Summario præmittit: *Auto quando appella de otorgar la appellacion en la via executiva.* Sequitur & facit:
228 *Dixeron, que no uvo lugar de ver como vino, y se buelva el proceso al notario*, quis enim in hoc casu hoc genus decreti prudens concipere poterit? Siquidem in hoc casu quando appellatur à delatione appellationis in via exequutiva; ut plurimùm, & regulariter violentia adest, quia appellatio legitima est, & illum habet effectum, ut judex, qui contra jus detulit appellationi non suspensivæ poterit per actoris contractionem, & sic per ejus appellationem revocando delationem, reassumere jurisdictionem & in causa ad suæ sententiæ privilegiatæ exequutionem liberè procedere, alio non existente defecta, & impedimento, prout nos dilucidè, & amplissimè probavimus post innumeras Rotæ, & Doctorum authoritates & doctrinas *infrà*, 3. *p. cap.* 18. *per totum, & etiam cap.* 17.

Quare minùs rectè percepit Cevallos decretum illud
229 in hoc casu, cùm potiùs regulariter in eo concipiendum sit ex tertio genere decretorum, puta: *Dixeron, que reasumiendo la jurisdiction, y reponiendo lo hecho de [illegible] fuerça, y se le remitte, y no lo haziendo, la haze otorgue y*
230 *reponga, &c.* & ita tenendũ est, quia omni juri consentãneum est, & consonum secundùm quæ nos congessimus *capitibus* 18. *&* 17. & tandem cave omnino ab illius

Primi

praxi, & decretis, quoniam vix aliquod ſcripſit, quod vitio careat, ut ex eorum inſpectione manifeſtè cognoſces.

231 Aliud inſuper miminiſſe juvabit, ut à neutro horum decretorum genere in Senatu admittitur ſupplicatio, nec appellatio etiam ad Principem, nec alius datur ullo modo recurſus, ut probant Avenda. *de exequen. mandat. c.1.n.32. verſiculo & quia proviſio, in prima parte,* Noſtras Gaſp. Rodrig. *de annu. reddit. lib.1.quæſt.17. n.73.* Practicus Monterroſ. *in 5. tract. de Cancellar. tit. Sigueſe el tercero proceſſo, que es Eccleſiaſtico,* &c. *ad fin. fol.93.*

232 *& ſequent. ad fin. fol.94.* & eſt expreſſa *l.35.tit.5. lib.2. recopil* ubi cautum eſt: *Que los pleytos Eccleſiaſticos, y negocios, que los Alcaldes mayores del Reyno de Gallicia mandaren trader ante ſi por via de fuerça, ſobre otorgar, y reponer, ò remitir, que ſi de lo que en ellos, ò en cada uno dellos, determinaren, ſe appellare por alguna de las partes para la nueſtra Real audiencia de Valladolid, que Preſidente, y Oydores de la dicha audiencia no ſe entrometan à conoſcer, ni conoſcan de las tales cauſas por appellacion; ni en otra manera alguna, ni den proviſiones, para que los*

233 *tales pleytos vengan à la dicha audiencia,* & ita communiter practicatur, & ad unguem ſervari, certum eſt ubique tribunalium ſupremorum, quibus nullatenus tentatur hujuſmodi decretis ſupplicari; & ſi non poteſt ſupplicari, nec poterit appellari, quia reviſio appellationi æquiparatur. Lancell. *de attent. p.2. n.19.* 8. Gaſp. Rodrig. *de annu. ubi proximè, d.73.* quia hæc reviſio, & ſupplicatio de ſeipſo ad ſeipſum, prout eleganter pro-

234 bat Mier. *de majo. 3. part. quæſt.25. num.26. & n.24. & ſup. à* imò dicit Rodrig. *ibi*, ex hoc etiã nullitatis allegationem removeri, ex regula *l.4. tit.17. lib.4 recopil.*

235 Hinc audiendus non eſt Cevall. (poſt hæc viſus) *in tractatu de cognitione per viam violentiæ, g. off 9. ſub n.10. verſiculo, y en confirmacion deſta verdad,* dum aſſerit, quod à decreto violentiæ, nec ſupplicatur, nec appellatur (nullo citato authore, ſed notata per Anaſtaſ. Germon. *de ſacr. immunit. lib.2. cap.13. num.17.*) ex eo quia in hac cognitione procedituꝛ extrajudicialiter, quod ſecùs fuerit (inquit) ſi foret cognitio judicialis; quia rationi huic totius juris principia repugnant, cùm indubitatum ſit, ab actibus extrajudicialibus, & judice extrajudicialiter procedente abſque umbra

236 judicii appellare permitti, quæ dicitur ſimiliter appellatio extrajudicialis, de qua latiſſimè nos egimus *infrà, lib. 2. cap. 13. à princip.* quo quidem ejus ratio evacuatur.

Quare meritò dictis decretis latis expeditur proviſio

237 Regia; ſcilicet primi, & tertii generis, ejus tenore inſerto; alio autem, cùm ſcribantur quandoque ad crapulas ejuſdem proceſſ. proviſio expediri non ſolet, quia cum proceſſu redeunt ad judicem Eccleſiaſticum, ſi autem ibi non ſint adſcripta, per Secretarium tribunalis dari ſolet ad petitionem partis certificatio, decreti tenore inſerto, ut judex Eccleſiaſticus certioretur, quia in iiſdem decretis nihil judici Eccleſiaſtico petitur faciendum, cùm per ea ſibi proceſſus remittatur.

Memineris tamen noſtræ l. Regiæ 36. ad finem ibi: *Y ſi por el dicho proceſſo pareſciere la dicha appellacion no ſer juſta, y legitimamente interpueſta, remitan luego el tal proceſſo al juez Eccleſiaſtico con condemnacion de coſtas,*

238 *ſi les pareſciere, para que el proceda, &c.* ex quibus verbis clariſſimè apparet, hoc genere decreti fieri expenſarum condemnationẽ dumtaxat, ſcilicet quando in denegata

239 appellatione judicem vim minimè commiſiſſe detegitur, quaſi temerè, perperam, & perluſoriè conquerens cauſam calumniosè protrahi fecit ad Regiũ Senatum, abutens ſaluberrimo recurſu ad præſidium innocentiæ invento, & illum in vinculum, & tutamen malitioſæ iniquitatis aſſumendo, juxta text. *in cap. ſuggeſtum, de appellat.* cùm clauſula in fine poſita debeat ad proxima referri, maxime quia in medio unius orationis ſit, quia tunc illi dumtaxat clauſula appoſita videtur; ut notum eſt, & in terminis bene adnotat Joan. Gutier. *practi. q. civil. lib.1. q.20. n.7. ad fin.* quod veriſſimum exiſtimo, 240
& quod in hac violentiæ extrajudiciali cognitione poſſit fieri expenſarum multa, condemnatio, tenent Gregor. Lopez *in l.13. tit.13. verb. ninguerça, in fin. part.2. verſiculo dubitari tamen viai in Regali Cancellaria,* quem ſequitur Avenda. *de exequen. mandat. 1. part. cap.1. n.32. verſiculo nam vro violentiis,* ubi etiam ad idem allegat Guillel. Bened. Avil. *in cap. prater, c.1. gloſſa mandamientos, n.11.* & cum Caſſaneo *in conſuetud. Burgund. rub.1. §.5.n.82.* tenet Salced. *in addit. ad prax. Bernard. Diaz, cap.102. verſiculo quod uſque adeo,* Azev. *in l.2. in fin. verſiculo & ſolent aliquando partem, tit.6. lib.2. recopil* Gaſp. Rodrig. *de annu. reddit. lib.1. cap.17. ſub n.73. verſiculo & quandoquidem,* Seſe *in tract. de inhibitio. juſtit. Arag. cap.8. §.3. n.96.* Cæned. *in quæſt. Canon. 45. in fin.*

Ex eo probantes, quoniam hoc provenit ex origine, 242
& perfectione illius extrajudicialis cognitionis, & nudæ defenſionis, tanquam quid illius conſequutivum, & acceſſorium, & quia ubi quis aditur, ut judex competens, licèt ſe pronuntiet incompetentem, condemnat 243
agentem in expenſis, *l. fin. §. quoniam verò,* ubi Platea *Cod. de re militari,* & poſt Ana. Anani. & Fel. tenet Marant. *de ordine jud. 4. part. princ. d.8. n.3. fol.103.* & in terminis etiam conſiderant Gregor. Lopez. Avend. Seſe, Cæned. *locis proximè citatis,* & Joan. Gutierr. *lib.1. q.20. à num.20.*

Sed ſtat difficultas; an judex Eccleſiaſticus, qui vim intuliſſe decernitur, poſſit juxta noſtram l. Regiam in 244
expenſis condemnari. Et partem affirmativam videtur tenere Guillel. Benedict *in cap. Raynut. verb. & uxorem nomine Adelaſ. n.320.* & cum Gregor. Lop. & Avenda, 244
idem tenet Salced. *in additio. ad prax. Bernard. Diaz, d. cap.101. verſiculo quod uſque adeò,* ubi dicit, quòd hæc expenſarum condemnatio locum habet contra vim inferentem, qui autem vim facit, judex eſt Eccleſiaſticus juxtà noſtram l.36 imò ita in Senatus decreto expreſsè declaratur, ergo ipſe mulctari poteſt in expenſis ex ipſis Doctoribus Eodem etiam loquendi modo utitur, & reſolvit Cæned. *d. quæſt.45. in fin.* & ut poſſit Eccleſiaſticum vim facientem in expenſis condemnare, firmat Seſe *in tract. de inhibitio. cap.8. §.3. n.96. ad princ.* & in terminis, ut judex Eccleſiaſticus queat condemnari in expenſis expreſsè dixit Gaſpar Rodrig. *de annu. reddit. l.1. q.7. ſub n.73.* ubi ita intelligit Cæned. poſt alios modò citatos.

Sed contrariam ſententiam, & opinionem longè veriorem eſſe exiſtimo, & à praxi receptam; ut ſcilicèt 245
judex Eccleſiaſticus eo quòd vim intuliſſe decernatur, in expenſis non mulctetur, pro qua expreſſa videtur noſtra l. Regia 36. quia cùm utrumque caſum decernat, putà, quando judex Eccleſiaſticus vim faciat non deferens, & quando vim non facere, non deferendo appellationi, tanquam minùs legitimæ compertum eſt, decretum: huic tantùm caſui poſuit expenſarum condemnationis facultatem, prout *ſuperiùs* ex Gutierr ponderavimus. Ex quo ſequitur evidenter, ut judex Eccleſiaſticus, non ſit expenſis mulctandus, ſed pars, quæ malitioſè conqueſta eſt, aſſerens ſe vim pati, & cùm nullibi inveniamus hanc condemnationem expẽſarum 246
faciendam, niſi in iſta lege (loquor, quando ob non delatam appellationem aditur Senatus juxta terminos d.l.36.) in qua dumtaxat fit earum condemnatio, quando reperitur judex, vim non feciſſe, & ſic eo, quod abhorret Princeps, ut ejus auxilium doloſè, perperam, & fraudulenter imploretur, abutendo tam ſalubri remedio, partem ipſam, quæ doloſè ſe fingit oppreſſum, & vim paſſam mulctari permittit in expenſis; cujus legis novum, & mirabilem intellectum, tanquam veriſſimum perpetuò tene menti, quæ tanquam exorbitans, non poteſt extra caſum, quo loquitur, extendi.

Quare

247 Quare quòd hujuſmodi condemnatio habeat locum contra partem, tenet expreſsè Azeved. *in d.l.2.tit.6.l.2. recopil.in fin.* ibi : Et ſolent aliquando partem unam in expenſis condemnare,& quod judex Eccleſiaſticus non ſit in expenſis condemnandus , tenet expreſsè Gregor. Lopez *in d. l.13. tit.13.part.2.verb.ninfuerça, ad fin.* & quòd dicta l. 36 Regia circa expenſas non loquatur, nec procedat in judice, etiam vim faciente, tenet , & declarat optimè Doctor Joan. Gutierr. *in pract. q. civi. lib. 1. q. 20. numero 7. ad fin.* licèt ob inobedientiam ſic (ut mox dicemus.)

248 Nec obſtant Doctores in contrarium citati , ſcilicet Seſe, Rodrig. & Salced. quia, vel intelligendi ſunt ſecundùm Benedictum,cujus doctrina fundatur , ſcilicet; quando judex ſæcular. cognoſcit de aliquo clerico violenter ſpoliante alterum, ſive clericum,ſive ſæcularem, cujus cognitio in plurimis Chriſtianorum regnis ex conſuetudine pertinet Principibus ſupremis, prout latè videre eſt,& copiosè per Gaſpar Rodrig. *de annu.redd. lib.1. quaſt.17.à n.25. cum pluribus.ſeqq.* quo caſu bene procedunt Doctores aſſerentes , contra vim facientem expenſarum fieri condemnationem.

249 Vel etiam ſunt intelligendi, quando judex Eccleſiaſticus ob contumaciam,& inobedientiam Regiis proviſionibus mulctatur in expenſis, ſive proviſioni ordinariæ,ſive ſecundæ juſſioni dictæ, *ſobre carta*.quia tunc bene procedere firmat Doctor Joan. Gutierr. *d. a.20. ad fin. verſiculo ſecundò conſidera*, & pro praxi idem teſtatur Practic. Monterroſ.*in practic de Cancellar.cap.2. de la ſegunda manera en los pleytos , que ſe traben por via de fuerça, fol 94* & ultra hos caſus,Doctores loquentes audiendi non ſunt, quia d l. Regia non procidit in judice, ſed in parte, & tunc non ſemper, ſed quando doloſè , ac ob calumniam invocavit auxilium Regium, & quod judex Eccleſ inobediens Regiis proviſionibus poſſit per Senatores mulctari, probat Torre-Blanca *in tract. de magia, lib.3. cap 26. n.30.*

Sed cùm *d. l. Regia* 36. (ut diximus) loquatur in 250 parte condemnāda in expenſis,quæro an procedat etiā, ſi pars quæ abuſa eſt hoc recurſu,ſit clericus,& videtur negativè dicendum, tum quia expenſarum condemnatio ſupponit judicialem, & juriſdictionalem cognitionem, *l. ſancimus , Cod. de judiciis, c. calumniam de pœn.* 251 Afflict.*deciſ.Neapolita.*24.qua juriſdictione,& judiciali cognitione caret Princeps in hoc recurſu per viam violentiæ, ut latiùs probavimus *ſupra, p.1.prælud.5. & ferè per totum c. à princ.* ergo in perſonas Eccleſiaſticas expenſarum condemnatio facienda non eſt.

Deinde quia licet clericus conventus coram ſæculari 252 judice , quando ob malitiam diſtulit declinatoriam uſque ad finem litis,& ſententiam, poſſit condemnari in expenſis , tamen judex ſæcularis earum condemnationem facere non poteſt,ſed judex Eccleſiaſticus tantùm. Abb. *in c. ſi diligenti,de for. compet.col.penult.*Bald.*in l.2. C.de Epiſcopali audi.& in l ſi ex alicna, colum.ff. de judic.* Decius *conſil.*241. Covar.pro utraque parte diſputans *pract q.c.35.n.2.& à princ.* plures etiam pro utraque adducens idem tenet Salced.*in additio. ad Bern.in pract.crim.cap 62.num.6.fol.222.*Rolan à Vall. *conſ.12. n.38.volum.2.*Gramat. *voto* 18.*n.17.*Mart. *tract. de juriſd.caſ.*102.*num.*18.Proſper.Farin.*in pract. crim.quæſt.8. n.17.* ergo hujuſmodi condemnatio facienda non eſt contra clericum.

Sed contrarium verius eſſe exiſtimo , tum quia in 253 parte(quæcūque ſit) nullus ex ſupradictis Doctoribus, hactenus de hac re tractans dubitavit , imò ex omnium mente eſt , ut in perſona Eccleſiaſtica cadat hæc mulcta , quia proponunt difficultatem ſupradictam, & nihilominus ſolvunt , non procedit in earum condemnatione cum juriſdictione , ſed extrajudicialiter , tanquam conſequutivum, & ſic loquuntur in Eccleſiaſtica perſona;quoniam inter laicos,& ſuper re merè profana & Reo laico datur decretum laicorum , in quo ut ha- 254 beat locum hæc condemnatio;nemo dubitat, ſed probat Greg. Lop. *in d. l.13 tit.13. part.2.verb. ninfuerça, in fin.* deinde quia dum prædicta Doctores excipiunt tantùm judicem Eccleſiaſticū,firmant regulā in cæteris tum etiam quia communiter practicatur in dies , ut ſi aliqua perſona Eccleſiaſtica petat proviſionem,*de autos* 255 *diminutos*,in hac cognitione per viam violentiæ & Senatus ſuſpicetur fortè calūniosè petitam eſſe. ad finem duntaxat (prout aſſolet) ſuſpendendi cognitionem,& proceſſus inſpectionem , ſolet concedere illam cum limitatione, quòd ſi acta, quæ defeciſſe aſſerit intra aſſignatum terminum non adducat , præſtet tot denarios parti adverſæ pro expenſis, item & idem ſervatur,con- 256 querente intimāte ordinariam parti appellatæ qua conparente termino tranſacto , non adeſt querelæ in Senatu , tunc pars appellata utitur remedio (de quo nos latiùs *ſupra,hoc cap.*diximus)& petit ut ſibi reficiantur impenſæ,& pluries ſic jubetur;ergo à fortiori dicendū eſt in calumnia ſuper principali , & probatur expreſsè ex doctrina Flores de Mena *pract.c. lib.2. q.18. num.8.* 257 ubi dicit poſſe Regios Senatores cōdemnare in expenſis injuſte impetrantem Bullas Apoſtolicas , quando ad illos recurritur per viam violentiæ , ut detineantur ; quia putà, eſt in derogationem juriſpatron Regii, vel laicorum, quas alius, quàm clericus non impetrat, & ſic idem in noſtro caſu reſolvendum ſine dubio.

Nec obſtat , quod in contrarium adduximus , quia 258 expenſarum præſtatio ſui natura attenta non exigit juriſdictionem,quia etiā inter privatos poteſt in pactum deduci , & ab arbitris , ſeu arbitratoribus etiam poteſt condēnatio earum fieri;ſed tunc exigit juriſdictionem, quando in judicio formato petuntur , & condemnatio fit, prout loquuntur, contrariatur cùm hæc cognitio ſit extrajudicialis,ad ejus perfectionē tanquam quid conſequutivū poteſt fieri mulcta hæc:nec obſtat, quod ex Covarr.Dec.Rolan. Mart. Fari.& aliis proximè citatis, 259 ut ſæcularis non poſſit condēnare in expenſis clericum differentem declinatoriam ; quia ibi judex eſt incapax articuli principalis,de quo non poteſt cognoſcere.& ſic nec de acceſſorio,quia deficit fundamentum,quia qualitas non poteſt eſſe ſine ſubjecto , ut expreſsè dicunt Doctores præcitati , quæ ratio non procedit in noſtro caſu , quoniam Principi competit cognitio extrajudicialis per viam violentiæ omni jure , & ſic multo fortiùs ſibi competens ſuper acceſſorio pariter extrajudicialiter , ut arbitro , & ſimilibus , quia articuli inci- 260 dentes veſtiuntur,& aſſumunt naturam cauſæ principalis, & ita ſi hæc eſt ſummaria, omnes ejus articuli ſunt ſummarii, ſi eſt inappellabilis, & ejus articuli efficiuntur inappellabiles. & cauſa exequutiva ſuper principali ; etiam efficitur exequutiva ſuper acceſſorio,de quibus latiſſimè egimus *infrà, 2. part. cap.6. per totum*, & 261 aliis pluribus locis hujus tractatus, & ecce comprobatur, quia licèt appellatio, ſuâ naturâ attentâ , ſupponit judicium , & ſententiam juriſdictionaliter latam ; & tamen ſi interponatur ab actu extrajudialiter celebrato & judice extrajudicialiter procedente , ejus natura veſtitur, & pariter eſt appellatio extrajudicialis, in plurimis diſtincta à judiciali ; de quibus nos latè *infrà,2. p. c.13. à princ.* ergo idem dicendum eſt in noſtro caſu ; quare audiendū non eſt, Ceval(quem poſt hæc ſcripta vidi)*in tract de cognitio.per viam violent.gloſſ.16.n.7.& 8.* 262 in hoc articulo contrariū ſentiens, motus ex d doctrina Decii, Rolan.Farin.& aliorum,cui nunc congruam reſponſionem tradimus:ubi etiam aſſerit ſuam opinionem eſſe de mente Joan.Gutierr.& Gregor.Lopez quia contrarium eſt verius, imò eorum , & cæterorum omnium intentio meam fovet omnino.

Igitur expedita præfata proviſione Regia , inſerto 263 de verbo ad verbum decreto tribunalis, ſuper articulo violentiæ , intimato judici Eccleſiaſtico ſtatim tenetur

obtem

obtemperare, & desistendo à violentia, omnia in eo contenta debet libenter adimplere; quod si deferre,& reponere jubetur, utrumque faciet de quo latiùs *in hoc c.infra*,§.1. Si autem decretum sit conditionale (quod
264 tertium genus vocamus) sibi libet,alterum ex alternativis eligere, quod etiam illico complere debet, quæ facere si recuset; expeditur secunda jussio (quæ *sobre carta* dicitur)in qua fit comminatio amissionis naturalitatis, temporalitatum, quas his regnis habet, & aliquando fit in hac expensarum condemnatio statim, ut
266 ex Gutier. & aliis diximus *superiùs, versiculo, vel etiam sunt intelligendi, n.*249. cui si non pareat,expeditur tertia provisio, & si adhuc contumax sit,& rebellis jubetur ut compareat in Senatu usque ad amissionem originis, & privationem temporalitatum.

267 Quòd non solum vassalli sæculares,sed etiam clerici, Episcopi, Archiepiscopi,& alii Prælati Ecclesiastici tenentur obedire, & obtemperare mandatis, & provisionibus Regis *l.*29.*tit.*4.*lib.*2.*recopil.* & *l.*13 *tit.*3. *lib.*4.*recopil.eadem recopil.*ubi Azeved qui si non præstiterint eis obedientiam,in eos exequitur pœna amissio-
268 nis temporalitatum, & originis; generale siquidem verum est, Ecclesiasticas personas, quatenus tangit Regem, regimen, regnum, atque ordinem potestatis, Regibus subesse, & ad eorum invocationem accedere, *c.petimus* 11. *q.*1.*cap.Principes,& cap.administratores* 23. *quæst.*5. *c.tributum, & ibi gloss.*23.*a.*8. Petr. Antibol. *in tractatu numer.*3.*part.num.*97. Dec.*cons.*72.*n.*3.*in fin. & n.*4. *l.tit.*5 *p.*1.*verb.la quinta*, & ibi Gregor. *verb.el Rey, & l.*2.*&* 8.*tit.*7. *part.*3.*& l.*13.*tit.*3.*l.*4.*recop.*11.*tit.*10. *verb.y mandamos ad Maëstre Escuela,lib.*5.*recopilat.* & ibi Matiens. *glos.*7.*l.*29.*tit.*4.*l.*2.*recopilat.*Azeved.*in l.*1.
269 *n.*5. *tit.*1. *lib.*4. *recopil.* & idem Azeved. *in l.*13. *num.*5. *titul.*13. *lib.*4. *recopilat.* quia tenetur observare obedientiam, fidelitatem, reverentiam, & venerationem Regi.& domino suo, atque tranquillitatem, & pacem publicam,optimè Durand. *de mod.concil.general. celebr. rubric.*71. & quia ipsæ Ecclesiasticæ personæ subditi
270 Regum sunt ratione domicilii, ut probant Gregor. Lopez *in l.*4.*tit.*15.*part.*4.*gloss. magna, ad fin.* Azeved. *in d. l.*13. *n.*5. Bobadill.*in Polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*62. *ad med.*

271 A quo sine dubio videtur, ortam fuisse practicam hodiernam, qua utitur consilium supremum Regium, præcipere clericis, Episcopis, Monachis, & aliis Ecclesiasticis personis apud Senatum comparere, ut adnotat Castell.à Bobad.*in Politic. lib.*2. *c.*18. *n.*61. ubi etiam
272 latè comprobat, Episcopos potiùs teneri, obedire Principi supremo,quàm Archiepiscopo,cùm sint ipsi consiliarii Regis,quoniam(ut diximus) in his, quæ tangunt Regem, regimen, & ordinem potestatis Regiæ, Regi obediendum est. Divus Thom.1.2.*q.*96. *art.*4. Soto *de just.& jur.q.*4.*art.*2.*col.*2.*in fin.cum seqq.* Roder Suar.*in repetit.l.quoniam,in prior.limit.*2.*l.regni,num.*14.*ad fin.C. de inofficioso testam.*Navar.*in manual.c.*25. *n*9. Azeved. *in l.*13.*n.*6.*tit.*3.*lib.*4.*recopil.*Bobad.*ubi proximè.*

273 Quibus quidem fundamentalibus rationibus jure procedere videtur quotidianam praxim, ut si judex Ecclesiasticus,adeò contumax sit,& rebellis,ut à vi illa nolit desistere,imò protervus,& inobediens monstretur Regiis provisionibus,& mandatis, quibus mediantibus ad violentiam elevandam, interponitur à Rege protectio nuda,& naturalis defensio, cujus proprium officium est, ex quo pax publica turbatur,& læsa censetur authoritas Regia, & Regis subditi violentiam patiuntur: potest Rex illi jubere, ut à suis regnis, & ditionibus exeat,ipsúmque in amissione originis,& tempo-
274 ralitatum condemnare, ejúsque bona temporalia occupare in pœnam inobedientiæ, ex juribus, & authoritatibus, in specie rem hanc tractantes Doctores fulcire conantur *ex l. fin.ff.de off. procuratoris Cæsaris, l. minimè ff.de religios.& sumpt.funer.*§.*si clericus, versic. si autem, de pace tenenda in vasbus feud.* ubi Bald. *& l. quicunque* ubi eleganter Paul.de Castr.*C.de Episcop.& clericl.*18. *tit.*9.*part.*1.*l.*8.*tit.*7.*p.*3.*part.* & 2.*tit.*5.*l.*11.*tit.*8.*lib.*1. *recopil.lib.*4. *tit.*1. *l.*13. *tit.*3. *lib.* 4. *recopilat.* Archid. *in c.de form.*22. *q.*5. pulchrè Paul. Castr. *in l.addictos s.p-plicio,num.*6.*Cod.de Episcop.audien.* Guillerm.Benedict. *in c. Raynut. verbo & uxorem nomine Adelas. decis.*2. *num.*155.*ad fin.& n.*161.*cum seqq. de testam.* Cassan. *in Catalog.gloriæ mund.*5. *part.consid.*24.*cas.*1338.*fol.*117. Avend. *in cap.*6. *prætor.num.*10. *versiculo decimus casus,* 2. *p.* Montalb. *in repert.l.Reg.verb. arma,fol.*30. Avil. *in c.prætor.c.*3.*gloss.verb. jurisd. n.*3. Covar. *in pract.c.*3. *n.*3.*versic adversus,*Gregor.Lopez *in l.*13.*tit.*13. *part.*2. *verb.ninfuerça,in fin.& l.*57.*gl.que se la dio, vers. an autem Princeps,tit.*6.*p.*1. Jul. Clar.*in pract.crim.*§.*fin.q.*38. *n.*24. nostras Joan. Garcias *in tract.de nobil. gl.*9. *n.*31. *&* 32. *in fin. & seq.& fol.*226. *versiculo, sexta conclusio,* Segur.*in direct judicum,*2.*p.c.*13 *n.*53.pulchrè Salced.*in pract.Bernard.Diaz,cap.*102.*littera A, pag.*353. Barth. Humad. *in scholiis ad Gregor.Lopez,in l.*65.*tit.*5.*part.*1. *gloss.*8.*n.*7.Petr.Cæned.*in collecta. ad decretum, cap.*37. *num.*9.*fol.*54.Azeved.*in l.*13. *num.*10.*tit.*1.*lib.*4.*recopil.* Mexia *in præxim.taxæ pan.concl.*5.*num.*37.& idem *super l.Toler.*2.*fund.*11.*part.n.*47.*in fin.*108.Castel.à Bobadill. *in Politic.lib.*2.*cap.*10. *n.*63. nostras Gaspar Rodrig. *de annu.reddit.lib.*1.*c.*17.*n.*67 Octavia. *in decis.Pedem.*30. *num.fin.ad fin.* Carol.de Grassal. *lib.*2.*regal.Fran. jur.*7. *col.penult.* idem Bobadill. *in Politic. lib.*12.*c.*18.*à n.*60. *cum seqq.* Corset. *in tract. de potest.regal.*3.*p.q.*34.*n.*60. Boër. *in tract. de seditio. cap.*1. *colum.*1. Cassan. *in consuetud.Burg.rub.*1.§.5. *gloss.si el, n.*81. & de hac nostræ Hispaniæ praxi testatur Marta *de jurisd.*2.*part. cap.*34. *n.*42 licèt ipse(ut assolet) aliud censeat, Joan.Guttierr. *pract. quæst.lib.*2.*q.*20 latè Sese *tract. de inhibitio. cap.*8. §.3. *à n.*48. *cum seqq.*& idem Sese *in cap.*9.§.1.*à n.*11. Olivan. *in tract.de jur.fisc.c.*11. *n.*27. *cum seqq.* Hieron. Portol.*in scholiis ad Molinum,in* §. *appel.manifestationis, ex num.*10 Cæned. *q. Canon.*45. *num.*62. Cevall. post hæc (paucis tamen ex iis citatis)*in cognitione per viam viol.gloss.*16.*num.*10. qui quidem omnes, idem in aliis ditionibus, & regnis Christianæ Religionis practicari testantur, prout & ego jam semel vidi practicatum in 278
Regio Senatu Galleciæ, quibus adde novissimè Torre-Blanca *tract. de magia, lib.*3. *cap.*26.*à n.*30.*& suprà.*

In hoc enim modo exequendæ protectionis naturalis,non procedit Rex ex vi, & potentia jurisdictionis 276
contentiosæ,& jurisdictionalis (quam in clericos exercere non potest) sed ex virtute potestatis politicæ, & œconomicæ, prout Avend. Azeved.Carol,de Grassal. Guttier. Salced. Joseph. Sese, Oliva. & Cæned post alios,*locis proximè citatis*,asserentes ex vi hujus œconomicæ & politicæ potestatis posse Principem supremum 277
clericos inobedientes vim notoriam inferentes vassallis suis,ac turbatores reipublicæ,pacis,& jurisdictionis, à suis ditionibus expellere,& ut extraneos habere,illisque præcipere, ne ad sua regna accedant,juxta mirabilem text. *in d.l.fin.de off.procurat.Cæsaris.*

Nam sicut ex vi hujus œconomicæ potestatis potest 278
pater, vel dominus quilibet privatus filium clericum, aut familiarem Ecclesiasticum sibi inobedientem,è domo sua expellere, & ejicere ob ejus pacem,& quietem, ita ejus exemplo potest Rex temporalis ejicere à regno suo, & Republica (cujus pater, caput, & tutor est, ut diximus & probavimus latè *suprà, cap.*1.) clericum turbatorem pacis, & inquietum, rebellem, & inobedientem justis jussibus regalibus, tanquam membrum putridum, & infectum, secundùm illud D Hieronymi *in c. reprehendæ, & in c. ecce* 14. *quæst.*3. Hoc exemplum, & similitudinem mirabiliter considerabit Carol.de Grassal. *lib.*2. *regal. Franc. jur.*16. eandem etiam faciunt Gregor. Lopez *in l.*57 *gloss.*2. *in fin. tit.*6. *part.*1. Azeved. *in l.*4. *num.*12. *tit.*1. *lib.*4.

recopi

*recopilat.*Caſtell. à Bobadill. *in Polit.lib.2. cap.*18.*n.*62. *ad medium.*

279 Pro qua doctrina facit *l.unica.C.de emendatio.propinquorum,*ibi : In corrigendis minoribus per qualitatem delicti ſenioribus propinquis tribuimus facultatem, ut quos ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla non provocant , ſaltim correctionis medicina compellat.) & iterum ibi : Nec tamen nos in puniendis vitiis poteſtatem in immenſum extendi volumus,ſed jure patrio authoritas corrigit erratum, & privata animadverſione compeſcat, *&c.*

280 Et quamvis inſignis Martinus Navarr. *in manual. cap.* 27. *num.*67. putavit, *ex c.*10. *Bullæ Cœnæ Domini* diffinitum eſſe, non licere ſæcularibus judicibus, Epiſcopis comparentibus, ſuis juſſibus præcipere, ut à regnis exeant ſub cenſurarum incurſu,quod ſecùs eſſe (dicit) ſi jubeant eos à curia Regis exire , vel alio loco, qui non ſit eorum diœceſis , quia tunc non ligarentur dictis cenſuris.

281 Nihilominus(ſalva ſemper correctione , & authoritate ſanctæ Matris Eccleſiæ,cujus limæ,cenſuræ cuncta mea ſcripta ſubmitto,quæ millies revocabo , ſi ſemel aliud cenſeat,quia id ipſum pariter ego cenſeo, reſpondendum eſt, prout reſpõdent Salced. *in additio.ad prax. Bernard.Diaz,in pract.crimin.Canon.cap.*192.*litera A. poſt princ.* quem etiam ſequitur Bobadill *in Polit. l.*2. *cap.*18. *num.*62. *litera A, ad fin.*noſtras Gaſp. Rodrig. *de annu. reddit. lib.*1. *cap.* 17. *numero* 73. *ad medium* , Joſeph. Seſe *in tractatu de inhibitio. c.*3.§ . *ſub n.* 100. *& ſequentibus* , idem etiam tenet Cæned. *in quæſt. Canon.*45.*n.*61.Bartholom. Humad.*in l* 65. *titul.*5.*part.* 1.

282 *gloſſ.*8.*numero* 3. dicentes , dictam bullam nihil poteſtati Regiæ detrahere , aut derogare, ſed tantùm procedere , quando Prælati injuſtè , & ſine legitima cauſa expelluntur,ſecùs tamen quando jure permittente , prout quando occurritur vi oppreſſis , quod facere Princeps tenetur ex debito officii,cujus proprium eſt , illos protegere per modum naturalis defenſionis , & extrajudicialis cognitionis , œconomicæ , ac politicæ poteſtatis,ut declarat idem Navarr.*n.*69.*verſ.* 3. quod

283 & indicat illud verbum (ejicientes) eiuſdem Bullæ , quod debet intelligi de electione violenta , & injuſta, ſeu tyrannica , ſicut à principio ejuſdem capitis ſentit Romanus Pontifex,dum loquitur contra percutientes, verberantes,& hoſtiliter inſequentes ſanctæ Romanæ

284 Eccleſiæ Cardinales,Patriarchas, *&c.* & protinus continuativè ſubjungit (aut eos dejicientes,*&c.*) nam certum eſt,quòd una pars alternativæ alteram declarat, *l.* 1.*ff.de rebus dubiis* , prout pulchrè in terminis conſideravit Seſe *ubi proximè,n.*103. pro quo expendo text.(qui ſimili ſtylo utitur,& ſic communiter intelligitur,& interpretatur per ſcribentes ibi *in clem.*1. *de pœnis* , ibi : Injuriosè,vel temerè percuſſerit,aut ejecerit , ſeu banniverit,vel hæc mandaverit fieri,aut facta, *&c.*)quibus adde quæ *ſuprà* diximus *cap. præced. poſt.* 5. *prælud.* ad reſponſionem ſecundi,& tertii argumenti.

285 Hic enim defenſionis modus, quo utuntur ſuprema tribunalia,continetur ſub limitibus protectionis naturalis,& nudæ defenſionis,text.optimus *in cap. ut fama,* ibi : Dum tamen non ampliùs eorum violentia ſe extendat,quàm defenſio,vel rebellio exigit clericorum , *de ſentent. excommun.cap.olim.de reſt.ſpol.c.ſignificaſti, de homicidio,l.*1.*C.unde vi* , quia tunc ſervari moderamen

286 inculpatæ tutelæ dicitur, quando id fit,quo omiſſo repelli vis non poteſt,prout latè *ad princip.b jus cap.* diximus.Ex quo enim judici Eccleſiaſtico nimia ſuavitate,& amore prima, & ſecunda monitio per Principem miſſa eſt , ut à violentia notoria patente ex actis deſi-

287 ſtat,deferendo & reponendo,ac abſolutionem excommunicatis præſtãdo ſi adhuc rebellis eſt,& inobediens, quo modo magis politico,minúſque libertati Eccleſiaſticæ præjudiciali poterit Princeps temporalis uti , ad-

tollendam violentiam,& ut ab illa deſiſtat compellendum, ut queat oppreſſo cum effectu occurrere;cùm illum nolit , nec poſſit per corporalem compulſionem , putà;carcerem cujus perſona exempta eſt)dirigere , & ſic ut tædio affectus à protervia deſiſtat ; occupantur 288 temporalia,quæ ſubſunt Regi, nulli ſiquidem imputatur,ut faciat aliquid,ſi aliter ſe defendere , & repellere injuriam non poteſt;juxta text.*in l.ſciendum,*§.*quo cum aliter,ff.ad l. Aquil.*

Si enim Principibus ſupremis omni jure naturali,di- 289 vino,Canonico,& conſuetudine immemoriali competit protectio vi oppreſſorum, ac violentiarum propulſatio,tam inter clericos tãquam eorum ſubditos quoad protectionem & membra, ac cives Reipublicæ temporalis,quàm inter laicos (in quo nemo dubitare poteſt, ut latiùs *ſuprà,cap.*1.*à princip.*probavimus) multò magis ſibi intelliguntur permiſſa omnia ea,quæ neceſſaria ſunt ad ipſam violentiam effectivè repellendam intra limites ejuſdem naturalis defenſionis,quia cui conce- 290 ditur finis,conceſſa cenſentur ea,per quæ devenitur ad finem,& cui conceditur antecedens, conceditur etiam conſequens,*l.*1.§.1. *ff. ſi uſufruct. petat.l.*3.§. *qui habet*, & ibi præſertim Paulus Caſtrenſ.*ff.de ſervitu.reſti. prædio.l.refectionis gratia,& ibi gloſſ.ff. communia prædio.l.*2. & ibi Cynus & alii,*ff. de juriſdict.omni. judi. l.*2 §. *inſpectio.ff. quemadmod. teſtam. aper.l. ad rem mobilem , ff. de procurator.l.ad legatum,eodem cap. quoniam;de ſentent. excommunic.lib.*6.§.*idem juris,inſti.qui & in quibus cauſ. manumit.non poſſe. cap.cùm infirmitas , de pœniten. & remiſſio.l.*3.§. *non perpetuo.ff. de ſepulchro viola.* latè Everar. *in loco de conceſſ. antecedent. ad conceſſionem conſequentis , num.* 10. *& per totum,*Ripa *in l.ſi conſtante.numero* 76.*ff.ſolut. matrim.* Crot. *in repeti. l.omnis populi , n.*179.*in fin.concluſ.ff.de juſt. & jur.*Aymon. Cravet. *de antiq.tempor.*4.*part.in princ.à n* 67.*cum ſeqq.*idem Crot. *conſil.*135.*num.*36.*lib.*1. ubi quòd conceſſio extenditur 291 ad ea,quæ conſecutivè veniunt ad diſpoſitionem, Villagut.*in tract.de extenſione,l.rubrica,de exten.leg.correct. n.*17.*fallent.*9 Proſper.Farinac. *fragment.crimin.*1. *part. num.*228. *fol.*170. quæ jura , & Doctores plures decidunt in propoſito caſus particulares , inter quos quòd 292 conceſſa juriſdictione , videntur omnia conceſſa,ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt , Cephal, *conſilio* 406.*numero* 20.*volum.*3. Morl.*in empor. jur.*1. *part. t it.*2.*de legibus,num.*28. *verſ. alo quia cum regnum,* ubi dicit,quòd cui conceditur regnum , neceſſariò omnia 293 cenſentur conceſſa,ſine quibus regnum gubernari non poteſt , Suarez *de immunit. Eccleſ. & defenſ. fidei Cathol.adverſ.error.Angliæ , lib.*3. *cap.*2. *num.*2. *in fin.* ubi dicit quòd non ſolùm Chriſtus verus Deus, cujus opera perfecta ſunt , ſed etiam quilibet prudens gubernator, quia vices ſuas alicui commiſit,vel ſuam poteſtatem delegat conſequenter dat poteſtatem ad omnia , quæ ad finem talis commiſſionis neceſſaria ſunt , ut prudens ratio naturalis,& jura civilia,& Canonica diſponunt.

Cui enim conceditur principale,cenſetur etiam con- 294 ceſſum id, quod venit ex natura actus,de quo diſpoſitio loquitur , latè Aymon.*de antiq.tempor.*4.*p. in princ. numero* 70 Farinac.*ubi proximè,numero* 233.& cui conceditur principale,intelligitur concedi id , quod conſequutive, & acceſſoriè venit ad illud principale , *cap.* 295 *prudentiam,* §. *ſi verò* , & ibi communiter Doctores *de officio deleg.*Alberi *in l.cùm principalis,ff. de regul.jur.* B. Bald. Iſſ. Rochus de Curte , quos referens ad idem ſequitur Aymon.*de antiquit.tempo.*4.*part.in prin. n.*67. *cum ſequentibus,&* 121 Everard.*in loco à concel.anteced. ad conceſſ.conſequent.n.*2.*l. final.Cod.de frum. verbis Conſtant.*& ibi Bart. & Platea *lib.*11. plures citat Villagut. *in tractatu de exten.leg.correct. & pœnal.ſimul* , *à n.*266. *cum ſequentibus.*

Igitur dicendum erit , quòd cùm Principi ſit con- 296

ceſſa facultas, omni jure, præcipuè naturali, liberandi vi oppreſſos,& tollendi violentias extrajudicialiter, debet illi concedi,& permitti omne quod ad illius expeditionem, exequutionē & perfectionem eſt neceſſarium intra limites protectionis naturalis, & juxta naturam principalis conceſſionis,cui includitur ex ſupradictis,quia aliàs ſupervacanea,& fruſtratoria eſſet,& de vento ſerviret cognitionis extrajudicialis per viā vio-
297 lentiæ cognitio,ſi debitum non haberet exitum,& neceſſario careret effectu; nam,ut inquit Philoſoph. qui dat formam,dat ea,quæ conſequuntur ad ipſam,maxi-
298 mè ut quia pulchrè inquit Suarez *lib. 3. de primatu Summi Pontif.cap. 1.numero 4. in fin.* quòd humana natura non poteſt eſſe deſtitura remediis ad ſui conſervationem neceſſariis, & cùm prædictus modus exequendi decretum, & violentiæ tollendæ ſit ultimum remedium; magis contentum intra limites naturalis, & extrajudicialis defenſionis, quod pro ſuo objecto, & fine habet defenſionem vi oppreſſorum provenientem ex viſceribus juris naturalis; debet haberi probo, quia ex bono fine bona præordinatio præſumitur *l.ſi quis,C.*
299 *de adult.* Felin.*in cap. 1.c.14.de præſumptis.* Ruin.*conſ.1. cumſeqq.volum.5.* Nell.*tractatu de bannit.2.part.2.temp. queſt.13.* Iſſ.*conſ.20 colum fin,& conſil.86. colum.1.volum 3.* Alexand *conſil.111.volum.1.* Cravet *conſ.4.n.15.* Mar. Antoni,Marcerat. *varia.reſolut. lib.3. reſolut.19. num.11.& 12.* qui adducunt bona exemplaria: itaque neceſſariò fatendum eſt ad cōſequendum illum finem, exercitium dictæ cognitionis permiſſæ inter clericos, ut Princeps poſſit exercere omne neceſſarium, ſine quo regalis protectio & vi oppreſſorum defenſio redderetur inutilis,& fruſtratoria.

300 Unum tamen tolerare non poſſum, quod Cevallos (quem poſt hæc ſcripta vidi) *in tractatu de cogni. per viam viol.gl.18.ſub.n.148.verſiculo nec obſtat decimum argumen* ubi excedendo limites Bullæ in Cœna Domini:dixit, quod in hac cognitione nullus actus juriſdictionis exercetur, ſed merus actus defenſionis, & licèt inquit ille)eſſet neceſſarius actus juriſdictionalis, poſſent Senatores Regij illos exercere, ſi aliter articulus violentiæ non poſſet experiri.)horribile verbum,quod abſit à nobis & penitus delendum, qui quidem evidenter convincitur.

301 Etenim defenſio, & protectio regalis in nullo alio conſiſtit, quàm in delatione, & repoſitione attentati, quia in iis etiam conſiſtit violentia, quæ quidem omnino ſunt neceſſaria immediatè ad tollēdam illam vim illatam,ut conſtat ex noſtra l.Regia,vel etiam quando cōditionaliter apponitur aliquid ad faciēdum per eumdem judicem,per quod violentia tollitur, vel in decreto conditionali, de quo *ſuprà*, (quod tertium genus vocamus(& tamen,cùm id pertineat judici Eccleſiaſti-
302 co,non ſe in illud intromittit Princeps, imò ad illud reponendum eidem judici Eccleſiaſtico remittit,ne videatur juriſdictionem Eccleſiaſticam uſurpare, ut probat noſtra l.Regia, & hactenus latè diximus,& cōmuniter practicamus,ergo Princeps ſæcularis uti non poterit juriſdictione in clericos, etiamſi de neceſſitate finis,ſit neceſſaria ad tollendam violentiam.

303 Quod & in tantum procedit, nam etiamſi violentia non remaneat ſublata, ſed imò ſubſiſtat, tolli non poteſt directò,per ipſumPrincipem facta,ſcilicet,per eum revocatione, & delatione appellationis, quod evidenter probo. Etenim ſi judex Eccleſiaſticus adeò protervus ſit,& inobediens Regiæ proviſioni, ut nec à violētia deſiſtere velit,nec reponere,& deferre,licèt Princeps ſupremus temporalis vindicet ejus inobedientiam, judicem expellendo à ſuis ditionibus (ut hactenus vidimus)tamen quamvis judex Eccleſiaſticus nolit tollere violētiam,ipſe Princeps ad illam tollendam,deferendo,& reponendo, non ſe intromittit, ut hactenus evidenter vidimus;quia nolit,nec poteſt Eccleſiaſticam poteſtatem uſurpare, etiamſi violentia non tollatur; ergo licèt ad tollendam violentiam ſit neceſſaria juriſdictio, ea inter clericos uti non poterit Princeps temporalis.

Deinde quia ſi doctrina Cevall. [quod abſit] vera 304
fuiſſet, omnia,quæ à Doctoribus dicta ſunt in expoſitionem Bullæ in Cœna Domini, Concilij Tridentini, & Rotæ deciſionum,de quibus ampliſſimè *ſuprà, cap. 1. in reſponſione ad 1. 2. & 3.argum.* ſubverſa, & falſa forent;ſiquidem Doctores omnes reſpondent,procedere in hac extrajudiciali cognitione, & abſque juriſdictione,habere tamen locum,quando in ea excederetur modus, utendo, & procedendo juriſdictionaliter, de quo,& nos etiam copiosè *ſuprà. hoc cap.à princ.* ergo fatendum eſt,ut ſi articulus violentiæ juriſdictione indigeat,ad ejus expeditionem, & rectum finem, ea uti non poſſet,nec nollet Princeps, maximè quia illi permiſſa eſt cognitio rei, quæ nec ex forma, nec ex ſubjecta materia juriſdictionem appetit, nec eget, & ita tenendum.

Quæ autem in hoc caſu dicantur temporalitates cle- 305
ricorum, ut ob eorum proterviam, & inobedientiam poſſint occupari,an mobilia,& utenſilia domus,an fructus præbendarum comprehendantur, & de aliis vide Guillelm.Benedict. *in cap.Raynut. verb. & uxorem nomine Adelaſ.à n.332.cum pluribus ſeqq.* Flores de Men. *variar.quæſt.lib.1.queſt.8. §.1.n.25.* Azeved.*in l.1. per tot. tit.5.lib.1.recopilat.* Joſeph Seſe *tract. de inhib.c.9. §.1. num.22.*

In his tamen exequendi modis animadvertant Se- 306
natores, quia juſtificatione procedunt,caveant, ne in cenſuram Bullæ labantur, quod facilè facere poſſunt, quia quantum materia hæc periculum contineat,nemo ignoret,in illum errorem ne incidant,excedendo legitimos, ac permiſſos nudæ defenſionis modos, cuncta tractaates cum moderamine inculpatæ tutelæ, attento animo,nimia præmeditatione, ac modeſtiſſima conſideratione,quantum gravitas, & periculum rei exigit, prout etiam prudenter advertit Seſe *de inhibitio. c.8.§. 3.num.104.*& Bobadil.*in Polit.lib.2.c.18.n.60.*

§. I.

Per delationem, atque repoſitionem, an, & quemadmodum Regiæ proviſioni judicem Eccleſiaſticum ſatisfeciſſe dicetur, & quid ſi ſemel repoſitum revocaverit.

SUMMARIUM.

Reponere tenetur judex Eccleſiaſticus virtute decreti Senatus inſerti in proviſione Regia, omnia attentata poſt appellationem & intra terminum ad appellandum,& omnia compellere ad unguem,n.1.

Reponere ſe,& deferre,ſi reſpondeat judex proviſioni Regiæ;an dicetur ſatisfeciſſe,n.2.

Reponere verbaliter,cum actus revocatione ſufficiet,ſi attentatum ſit verbale,n.3.

Repoſitio cum effectu requiritur, quando attentatum conſiſtit in facto, quia non ſufficiet tunc verbalis, numero 4.

Verba proviſionis Regiæ debent intelligi cum effectu reſpectu proviſionis,n.5.

Sententia judicis, & verbalis juſſio non tollit, nec tradit poſſeſſionem, ſed actualis executio requiritur, numero 6.

Poſſeſſio,quæ conſiſtit in facto,non transfertur ex ſententia actualiter non executa,cum non tranſeat dominium conſiſtens in jure,n.7.

Facto ubi opus eſt, verba non ſufficiunt,n.8.

Factum ubi lex requirit, & actualem redditionem, non sta-tur affectioni, n.9.

Verba (dimissione) debent intelligi cum effectu, n.10.

Reponere cum effectu, si judex recuset, datur oppresso so-bra certa, ut adimpleat provisionem cum effectu, n.11.

Casus de facto mirabilis refertur, n.12.

Reponat si judex in parte, partim verò non, an provisioni Regiæ satisfeciisse dicetur, n.13.

Factum non dicitur, ubi aliquod remanet faciendum, n.14.

Repositum non dicitur attentatum, si propositio non fiat in pristinum statumusque ad unum unorum, n. 15.

Repositum semel cum effectu vigore provisionis Regiæ, si iterum judex revocet an nova appellatio & novus recur-sus sit necessarius, an verò sufficiat secunda jussi, n.16.

Repositionem si incontinenti revocet judex ipse, secunda jussio sufficiet, hoc est, sobre carta, *n.17.*

Factum non dicitur, quod non durat factum, n.18.

Executione semel facta si res iterum auferentur, potest idem executor ejusdem sententiæ virtute rem restituere, n.19.

Defendisse non sufficit si defensio non durat, n.20.

Repositionis revocatio si proveniat à novo articulo incidenti in discursum litis, secunda jussio denegatur in Senatu, quia nova appellatione, & recursu opus est, n.21.

Reponere an debeat indistinctè judex Ecclesiasticus vigore Regiæ provisionis omnia à se gesta post appellationem, etiam quæ aliàs sibi licebat facere ea pendente, & defe-rente, n.22.

Cognitio per viam violentiæ fuit inducta, ne judex Eccle-siasticus aliquem violenter vexet contra jus, n.23.

Princeps in tollenda vi juris est minister, & sic non potest judicem adstringere, ut reponat, quod secundum jus fecit, num.24.

Recursus ad Regem limitatus est ad solam violentiam, quam adesse est impossibile, ubi jure proceditur, n.25.

Recursus Regius non potest plus operari, quam inhibitio Canonica è superiori emanata, n.26.

Recursus ad Regem nunquam causat attentatum, n.27.

Recursus Regius dirigitur ad juvamen jurisdictionis supe-rioris, ut nihil in ejus præjudicium interim contra jus fiat, num.28.

Inhibitio Canonica non inficit, nec impedit, quæ jure per-mittente, judex inferior facere potest appellatione pen-dente, n.29.

Inhibitio operatur in his quæ sunt contra jus, & appella-tionem, n.30.

Judex inferior quæ gerere potest appellatione pendente re-missivè, n.31.

Provisio Regia, si sub repositione comprehenderet licitè gesta per judicem Ecclesiasticum, vinculum iniquitatis, non præsidium innocentiæ diceretur, n.32.

Verba quantumcunque præcisa recipiunt interpretationem de jure, n.33.

Et ad terminos suæ potestatis restringuntur, n.34.

Verba generalia restringuntur, ut absurdum evitetur, n.35.

Verba sententiæ impropriantur, ut ad juris intellectum re-ducantur, n.36.

Principis voluntas talis præsumitur, qualis legis scriptæ, & naturalis rationis, n.37.

Verba provisionis Regiæ debent recipere interpretationem de jure, ne limites protectionis naturalis, & suæ potesta-tis excedant, n.38.

Verbum respiens plura determinabilia, ea determinat, prout uniuscujusque naturæ convenit, n.39.

Determinatio una respiciens plura determinabilia pariter tunc determinat, si in omnibus eadem sit ratio determinandi, n.40.

Provisione Regia intimata, an judex Ecclesiasticus possit taxare expensas contentas in sententia, a qua est appel-latum, n.41.

Jussio secunda dicta sobre carta, *denegandæ erit in iis, quæ judex poterat appellatione pendente licitè facere, nu-mero 42.*

Reponere tenetur etiam judex, vigore Regiæ provisionis censuras, & absolvere, quod non repugnat dispositioni Concil. Trident. n.43.

Absolutio quando data dicatur cum effectu: & an per procuratorem, aut literas sufficiat, & an censura aliter quàm per absolutionem tolli possint, n.44.

Absolutio ad reincidentiam ad tempus potest dari, n.45.

Absolutus ad reincidentiam virtute provisionis, de ruego, *per sexaginta dies, si intra illos decretum violentiæ da-tur, an illis transactis absolutione egeat, n.46.*

Absolutus ad reincidentiam per sexaginta dies si violen-tiam adesse ob non delatam appellationem declaretur in-tra illud tempus, nova absolutione indiget, n.47.

Superior etiamsi revocet gesta ab inferiori, vel ipse excom-municatum absolvit, vel remittit inferiori absolutionem, num.48.

Absolutus per sexaginta dies virtute querelæ laicorum, an si vim fieri intra illos sit decretum, termino transacto indigeat nova absolutione, n.49.

Absolutus per tempus ad reincidentiam, si intra illud sol-vere non potuit, an eo transacto incidat in cẽsuras n.50.

Provisioni Regiæ quoties judex non satis fecerit cum effectu, integrè reponendo semper in Senatu, secundo jussio, hoc est, sobre carta, *conceditur, n.51.*

Cognitio violentiæ, & protectio naturalis tantum durat quantum ipsa violentia, n.52.

SI autem judex Ecclesiasticus (prout pro- 1
tinus tenetur) regiis provisionibus obtem-perat, sciat omnia, prout in decreto dictæ provisionis scripta sunt, complere tenetur, scilicet, deferre, & reponere omnia attentata, & gesta post appellationem emissam, vel intra termi-num, quo potuit interponi, *juxta cap. non solùm, de appell. l.6. cum concord.* absolvendendóque excommunicatos, censuras, ac interdicta levare, de quibus *in hoc §. 1.* videndum erit.

Et in primis unum valde utile animadvertam, an 2
judex Ecclesiasticus, qui statim provisioni Regiæ sibi intimatæ respondet, seu etiam post modum per suam in-terloquutoriam, quod refert appellationi, atque omnia gesta post eam, &c. prout in provisione jubetur, repo-nit, satisfeciisse, dicatur provisioni præfatæ prout affir-mativè videtur evidenter.

Sed adverte, quòd multi ignari litigantes, & advo- 3
cati in hoc in dies decipiuntur, quare in hoc distinguen-dum est, nam aut attentatū est verbale; putà; quia post appellationem legitimam processit ad aliquem actum judicialem, assignando terminum, admittendo scriptu-ras, vel probationem causæ principalis, testes, aut eo-rùm repulsas, aut aliquam sententiā interloquutoriam, vel diffinitivam proferendo, aut alia similia, tunc ver-balis repositio sufficiet, & eorum revocatio; quia nihil tam naturale est, quàm eodem modo quodque dissolvi, 4
quo colligatum est; aut attentatum non consistit solùm in verbis, sed etiam in facto, putà; quia ad exequutio-nem de facto processit, tradendo possessionem benefi-cii, aut alterius rei actualiter alicui, sive vacuam, sive ab altero occupatam, quem violenter spoliavit, ut alteri traderet in exequutionem suæ sententiæ; & tunc non sufficit verbalis repositio; sed omnino debet fieri cum effectu: hic est text. mirabilis *in cap. si à judice 10.* ibi & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu *de appellat. c.1. de eo qui mittitur in poss. causs. rei ser. cap. ad Apostolicæ, versiculo erunque parata, de sentent. & re judi. lib.6.* unde dicit gloss. mirabilis *in d. cap. si à judice, verb. cum effectu*, quòd si gravamen fuit verbale, revocatio sufficiat verbalis, ubi ad hoc allegat ibi Archid. & Joan. And. quare judex debet ad actualem suæ interloquu-tionis exequutionem procedere quia verba ejus & pro- 5
visiones Regiæ debent intelligi præcisè, & cum effectu, *l.1. §. hæc autè verba, ff. quod quisque juris in alterum statuerit, de-*

cere, ff. ne quis eum, qui jus vocat, cap. relatum, de cler. non residen. Decius *cons.* 385. *col. penult. versic. iis tamen non obstant.* idem Decius, & Curtius Jun. *in d.* § *hæc autem, verb.* latè Beccius *cons.* 14. *num.* 31. Petr. Surd. *decis.* 303. *num.* 5. Tiraquell. *in repet. l. boves.* §. *hoc sermone, limin.* 6. *n.* 4. Card. Tusc. *practi. conclus. litera V. concl.* 9 *per totam, & n.* 13. & 17.

6 Et quia per verbalem repositionem nec redditur possessio vi oppresso, nec admitur à detentatore, quia sola sententia judicis, & ejus verbalis jussio nec tradit, nec aufert possessionem, nisi actualis traditio, & exequutio subsequatur gl. *in* §. *fin. instit. de eff. jud.* latè Antoni. Gomez. *in l.* 40. *Tauri, num.* 24. Aviles *in c.* 1. *prate. gloss. verb. à las partes,* pulchrè etiam Joan. Garcias *tract. de nobilit. gloss.* 8. §. 1. *à n.* 3. dicentes actualem sententiæ exequutionem, quæ fit per rei actualem traditionem, esse necessarium, *ex l.* 1. *Cod. de exequut. rei jud. l. ab exequutione, C. quorum appell. non recipit. l. is cui,* §. *missus, ff. ut in poss. legat.* Doctores *in l. miles* §. *qui judicati, ff. de re judica. l. qui restituere,* ibi, manu militari, *de rei vindicat. l. traditionibus, ff. de pact. juncta l. quemadmodum, ff. de acquir. vel amit. possessione,* & si ex sententia judicis non transfertur dominum, quod consistit in jure, ut probant latè Doctores citati & Ioan. Garc. *& non.* 1 multò
7 minùs transfertur possessio, non sequuta actuali exequutione, quæ consistit in facto text optimus *in l. cùm hæredes. ff. de acquir. poss. & l. traditionibus.*

8 Ergo per actualem exequutionem, non autem verbalem repositionem in iis satisfiet Regiæ provisioni, quia ubi facto opus est, verba non sufficiunt, *l. qui decem,* §. 1. *versiculo idem responsum, ff. de solutio. l. ait prætor,* §. *si quis, ff. de novi oper. nuntia.* alia plura in comprobationem adducit Tiraq. *de retract.* §. 1. *glos.* 20. *sub n.* 6. *to. mihi* 131. Roland à Valle *cons.* 49. *num.* 52. *vol.* 1. qui ex hoc dicit
9 *n.* 10. quod quando lex requirit factum, & actualem redditionem, non statur assertioni, per text. *in l. si fortè, ff. de castrens. peculio,* & Cardin. Tusc. *practi. concl.* 90. *n.* 13. 17. ubi verba (demissione) debeant intelligi cum
10 effectu, quare si cum effectu non reponat judex recurrit oppressus ad Senatum Regium, & sibi datur secunda jussio (dicta *sobre carta*) ut cum effectu reponat, & effectivè provisionem adimpleat.

11 In quo ut nullus negligens sit deinceps, hîc obiter in proposito unum elegantem referam casum, quem de facto habui, vacante beneficio curato merè collativo edictis affixis, duo comparuêre oppositores examinan-
12 di, uni facta est collatio per sententiam judicialem, & consequutivè possessio beneficii traditi, alter à sententia appellativa, usus est Regio recursu, & vim fecisse judicem ordinarium, ut deferat, & reponat, decretum fuit, judex intimatæ provisioni respondet, quòd libenter defert appellationi, & reponit omnia postea gesta & attentata. Post aliquod tempus quidam tertius impetravit beneficium prædictum, tanquam Sedi Apostolicæ reservatum, qui in ejus mense vacaret; exequutor Brevis cameralis, acceptata commissione, cùm vacuam possessionem beneficii invenerat, & à nemine occupatam, verificatâ narrativâ, & extrajudicialiter procedens, nemine citato, quia non aderat (ut dixi) possessor, possessionem beneficii tradidit proviso Apostolico vigore fulgoris, prout est Brevis cameralis. Ille, cui ordinarius contulerat præfatum beneficium, comparuit coram exequutore, dicens, possessionem ab eo datam esse reponendam, ex eo, quia ipse non fuerat citatus, prout debuerat, quis habeat jus ad illud ex collatione ordinarii, & similia, cujus exequutione appellans invocat Regiam protectionem, adducto processu, me informante, cùm cognovissem ex ejus inspectione, & relatione petitionis querelantis, legitimè processisse exequutorem, cùm non teneatur aliquem non possessorem citare, nec assumere partes judicis, nisi aliud in Brevi sit contrarium (juxta ea, quæ *infrà* Deo dante dicenda latiùs 5. *p. tom.* 3.) astrictus fui intentiùs in negotio persare, & inveni repositionis decretum regale verbaliter tantùm fuisse repositum, nulla præmissa actuali exequutione, & avocatione priùs traditæ beneficii possessionis, perperam processisse exequutorem Brevis omittentem citationem hujus possessoris, quem omnino perquirere debebat, & ad id assumere tenebatur partes judicis, ac judicialiter procedere, viriliter defendens, vim fecisse declaratum fuit, seu potiùs tertium genus decreti, scilicet; *que oyendo de nuevo, y citando al querelante y reponiendo*, &c *y no lo haziendo la haze, otorque y reponga*, &c.

Et insuper quæro, quod si reposuit partim effectivè 13
partim verò non, an provisioni Regiæ satisfecisse dicatur; & dicendum est quòd non, quia non dicitur factum, ubi aliquid remanet faciendum, *l. cùm Sylaniar. in fin. Cod. de his quibus ut indignis,* ubi Bald. *numero* 2. 14
l. so vend. ff. de verbor. signifi. a. c. n. 1. *de baptismo, c. nihil.* 7. *quæst.* 1. nec dicitur actus perfectus, quando partim est factus, partim verò non *n.* 2. ibi: Quia ipsi animadverterunt aliquid deesse. *ff. de orig. us.* Hieronym. Gonzal. *in regul. ne mors. & alter gloss.* 63. *à n.* 24. & adde quæ latius dixi post alios *infrà*, 4. *p.* 14. *à n.* 252. *& à n.* 248. 15

Nec dicitur purgatum, nec repositum attentatum, nisi omnia sint purgata, usque ad unum nummum in pristinum statum facta repositio. Achil. de Grass. *decis.* 17. *de restitut. fisci.* Cæsar. de Grass. *decis.* 150. *n.* 4. *& p.* 8. *p.* 1. *& decis.* 270. *p.* 2. *n.* 5. *& decis* 171. *& decis.* 176. *p.* 3. Put. *decis.* 56. *n.* 12. *lib.* 1. *& decis* 298. *lib.* 2. cum aliis per Lancelot. Robert. *de attent.* 3. *part. cap. fin. n.* 78 85. *&* 176. *& num.* 191. quare rectè poterit oppressus iterum recurre ad tribunal Regium pro secunda jussione, hoc est, *sobre carta*, ut in totum reponat, & adimpleat provisionem.

Est ulterius, quid si judex semel reposuerit juxta te- 16
norem provisionis effectivè, iterum tamen repositionem revocando, idemmet fecit attentatum; an necessaria nova sit appellatio, ejus vigore novus ad Regem recursus, an sufficiat ejusdem provisionis secunda jussio. In qua quæstione, & difficultate resolutivè dico, quòd si ipse judex statim repositionem revocavit, absque no- 17
vi articuli cognitione, ut putà; quia simus in appellatione à sententia diffinitiva, quam violenter appellatione legitima pendente fuerat exequutus, tunc nullum dubium erit, quòd sufficiet secunda jussio, hoc est, *sobre carta*, virtute prioris, quia non dicitur factum, quod 18
non durat factum, *idem* § *si alter, ff. quod cujusque universit. nom. l. si pro parte,* §. *verùm,* ubi gloss. citat concordantes. *ff. de in rem verso* 3. §. *si quis ita,* ubi Immol. *ff. de hæred. instit.* Socin *consil.* 91. *n.* 2. *vol.* 1 Petr. Surd. *consil.* 145. *n.* 11. *part.* 1. nec videtur fecisse quod parum duravit. Joan Andr & Panorm. per illum text. *in cap. nam & ego, de verbor. signi.* ubi gloss. *cap. Rex vener.* Alvar Martin Lauden. Cardin. Alexand. & cæteri scribentes post gloss. *in cap.* 1. §. *quin etiam, in verbo non admittantur, tit. Episcop. vel Abbat.* pulchrè, & latè Hyppolit de Marsil. *in repetit. l. ultim. num.* 155. *& mult. seqq. ff. de jurisd. omn. judi. & in l.* 2. *in fin. ff. quibus ex caus. in poss. eatur*, facit *l. qui sic, ff. de solutio.*

Et comprobatur, quòd si quis sit condemnatus ad 19
rei restitutionem, facta semel exequutione, iterum illi auferatur res, poterit exequutor virtute earundem exequutorialium, & sententiæ iterum illi rem restituere, tanquam nondum facta exequutione, ita tenent Immol. Paulus Castr Alexand & alii recentiores, *in l. permisceri,* §. *species, ff. de acquir. poss.* Paul. Rom Alexand. & Iff. *in l. sed & si possess. ff. de jur. jur.* per text. *ibi,* Castrens. *in l. Titio centum, in princip. ff. de condit. & demonstr.* Franc. de Areten. *in l. si fide jus.* §. *meminisse, col. fin. ff. de legat.* 1. Corneus *consil.* 59. *placet in hac consultatione, col.* 1. *lib.* 3. Bar. & alii citati per Tiraquell. *in repet. l. si unquam, ver. susceperit liberos, num* 283.

de quo nos ampliſſimè egimus plura hinc inde adducentes *infrà*, 4.*p.c.* p.14.*à num.*217.*q. penult. per totam*, quare hoc caſu ſufficere ſecundam juſſionem dubium
20 non eſt, omnino concedendam; quia non ſufficit defendiſſe, ſi defenſio non durat: textus *in l.*1.§.*ait prætor.*111. *ff.quorum legat.* ita inquit eleganter Hippolyt. de Marſill. *in l.*2. *in fin.ff. quis à cauſ. in poſſ.*

21 Si autem iſthæc repoſitionis revocatio proveniat, & deſcendat à novo articulo, in diſcurſu proceſſus contingente, putà; quando judex ex juris rationibus reaſſumpſit cauſam, vel quia in tribunali datum eſt tertium genus, vel fortè ſuperior de appellatione cognoſcens ſibi remiſit cauſam, & ſimilibus; tunc cùm ſemper in novis articulis ejuſdem litis pro appellationis delatione ſit ad Senatum recurrendum, de novo, novæ querelæ virtute, eſt iterum inſpiciendus proceſſus; quia illum articulum poterit judex ex variis cauſarum figuris juſtificare; ideo nova interpellatione opus eſt, ita ut ſecunda juſſio omnino deneganda ſit, & ita communiter præcticatur. Vide quæ nos *ſuprà*, *cap.* 2. *num.*198. *& ſarſim.*

22 Ampliùs quæri poteſt, an judex Eccleſiaſticus, ad quem deferre, & reponere inferto decreto Regia proviſio dirigitur, an diſtinctè omnia à ſe geſta poſt appellationem legitimam, ſeu tempus ad appellandum datum, reponere teneatur, etiam ea quæ ſibi aliàs licitè juris per ſi ſione, & etiam delata appellatione, poterat ipſe judex facere. Et videtur quòd ſic, quia proviſio indiſtinctè loquitur: *Cum pingue to be hodie ſpectes de la appellation*, &c. ergo ſi quid poſt eam factum reperiatur, debet ſub repoſitione includi, quia oratio indiſtincta æquipollet univerſali, ut vulgare eſt.

23 Sed contrarium verius eſſe de jure exiſtimo, ex principiis, & fundamentalibus rationibus hujus cognitionis extrajudicialis per viam recurſus, quia ut evidenter apparet, & ſæpe diximus *hoc capite*, *& ſuperiori*; hanc cognitionem certam fuiſſe, & habere locum contra judicem Eccleſiaſticum vexantem, & opprimentem aliquem contra jus, ac contra diſpoſitiones, & decreta canonica ut ille hac via ad juſtos juris tramites reducatur, quia Princeps in hac re juris miniſter eſt, & Judicis ſuperioris; non poterit facere, ut idem reponat, quod ipſe, jure permittente, ac juris diſpoſitione, ſibi permittitur, & ut plurimum ad faciliorem cauſæ expeditionem, etiam appellatione pendente, juxta text. *in cap. inter ceteras de appellat.* quoniam ut ſæpe diximus, hæc Principis extrajudicialis cognitio limitata eſt ad ſolam violentiam dumtaxat, imò in ſola violentia habet fundamentum, ut hactenus dixi *hoc c. & cap. ſuper exceſſibus*, & in iis, in quibus jure proceſſit judex Eccleſiaſticus, impoſſibile eſt, ut violentia reperiatur, ut probat expreſsè noſtra lex Regia 36 & ad oculum paret, ergo ea reponenda non ſunt. Vide quæ nos probavimus 2.*p.c.*4.*à n.*253. *cum ſeqq.*

26 Inſuper probatur evidentiùs, iſte Regius recurſus non poteſt, pluſquam inhibitio canonica à judice ſuperiore legitimè expedita, operari, tum quia iſta ſtatim tollit juriſdictionem inferioris, etiam ubi alias appellatio devolutivum effectum habeat dumtaxat, & cauſat attentata, *cap. non ſolùm*, §. *fin autem. de appellatio. l.*6. *cum relegatis*, recurſus autem nunquam cauſat attentata,
27 tum, ut *infrà* diximus latiùs *c.* item recurſus dirigitur ad juvenem juriſdictionis ſuperioris, ut nihil in ejus præjudicium interim contra jus violenter fiat per infe-
28 riorem Eccleſiaſticum, latè *Covar.*, *c.*1.*p.*2.*d.*5.*à princ.* & pluribus aliis locis, & ſic plus influit cauſa in ſeipſa, quàm in accuſato.

29 Sed inhibitio canonica, à ſuperiori emanata non revocat, inficit, nec comprehendit ea, quæ judex inferior jure permittente facere poteſt, appellatione pendente, imò & poſt ipſam inhibitionem poſſunt licitè per eum geri, ut poſt Anton. de Butr & Feder. de Sen *in conſ.*93.

tradit eleganter Franch. *in cap. cùm teneamur, colum.*4. *ver. ſi tamen quod ſic, num.*21. *de appellatio.* ſubdens rationem, quia inhibitio operatur in iis, quæ ſunt contra jus, & appellationem, ſecùs in iis, quæ ſant in 30
favorem, quia ad ea non ſe extendit inhibitio ſequitur Veſtr. *in prax. Rom. Cur. lib.*8. *cap.*4 *n.*7. *verſ. nec eo minus*, pulchrè Lancelot. *de attent.*2.*p. ar.*20. *de attent. poſt inhibitionem*4. *per totam*, quos ſequitur, & tranſcribit Eſcacia *de appellatio.q.*3 *à num.*34. qui *à num.*20. *cum pluribus ſequentibus*, & Lancelot. *ubi proximè*, & iterum latiùs *eod.*2.*p. cap.*12. *de attenta. appella. pendent. limi.*4. *princ.* latiſſimè congerunt plures caſus, qui poſt 31
appellationem, & inhibitionem canonicam geri poſſunt per inferiorem, ad faciliorum exitum appellationis, quos omnes per te videre poteris, ergo multò minus poterit proviſio Regia ſimiles caſus, licitè 32
factos, & non contra jus, nec violenter, comprehendere, quia tunc talis recurſus non præſidium innocentiæ, ſed vinculum potiùs iniquitatis diceretur.

Deinde quia verba, quantumcunque præciſa, recipiunt congruam interpretationem de jure, latè Mieres *de majorat.* 1.*p. q.*10. *à num.*153. & ad terminos ſuæ 34
poteſtatis reſtringuntur ibi *à n.*158. atque etiam verba generalia reſtringunt, ut abſurdum evitetur, ipſe 35
Mieres *d.q.*10 *n.*283. *& n.*298. & iterum 1.*p. q.*6. *à num.*21. *& ſeq.* 33. imò verba ſententiæ impropriantur, 36
ut ad intellectum juris reducantur, ipſe Mier. *d. q.*1. *n.*269 quibus locis ea poſuerat, & *d. q.*6. *à n.*9 probat, quòd talis præſumitur voluntas Principis, qualis eſt 37
legis ſcriptæ, & naturalis rationis, Bald. *in cap.*1. *olim.*2. *n.*3. *apud quem, vel ad quos*, & idem Bald. *in l. honorum*, *C. qui à limiti.* Innocent. Joan Andr. & Anton *in cap. dudum, de decimis.* Decius *conſ.*33.*n.*14. *& conſil.*124. *n.*4. 38
ergo verba proviſionis quantumcunque generalia, debent recipere interpretationem de jure, ne aliàs ſequatur abſurdum contra naturam rei geſtæ, rationem fundamentalem naturalis protectionis, atque non excedat terminos permiſſos ſuæ poteſtatis, ut geſta contra jus & violenter comprehendat, non autem quæ ſecundùm illud & ejus permiſſione geſta reperiantur.

Deinde quia verbum oppoſitum reſpiciens plura determinabilia, ea determinat, prout uniuſcujuſque naturæ convenit; *c. cùm dilectus*, ubi Cardin & Abb. *de conſuet. cap. olim de reſcript.* notant Iſſ. *in l. contra majores, n.*10. *de in integ. reſt.* Simon de Præt. *de interpret. defunct. volunt. lib.*2, *interpret.* 4. *dubit.*2. *folio.*2. *n.*267. *fol.*173. Mier. *tract. de majora. l.*1. *q.*22. *n.*221. qui *à num.*220. infinitos penè citat ad limitationem illius regulæ, qua docemur, quòd una determinatio reſpiciens plura determinabilia, ut omnia debeat pariformiter determinare, ut ſcilicet, procedat quando in 40
omnibus eadem eſt ratio determinandi; igitur verba generalia noſtræ proviſionis Regiæ ſcilicet; *Cum pingue habeo de ſpectes ad la appellation*, &c. licet reſpiciat illicita, & violenter geſta, atque etiam permiſſa, & juſtè facta, quæ ſunt diverſæ naturæ, & rationis, circa illa operentur non autem circa hæc.

Et poſt hæc ſcripta in terminis noſtris hanc quæ- 41
ſtionem tetigiſſe reperi Cæned. *in collect. ad decretal. rol. fol.*117. *in fi.* ubi ponit caſum, poſtquam judici Eccleſiaſtico intimata fuit proviſio, an poſſit taxare expenſas, in quibus appellans in ſententia, à qua appellavit, condemnaverat, qui quidem dicit, pro reſolutione recurrendum eſſe ad Capel Tholoſ. *de if.*465. Felin. *conſ.*13.*c.*2. Marant. *de ord. judic.*6.*p.*§. *& quandoque ex alia*, *n.*197 Anton Gabr. *l.*3. *communi. opini. tit. de jurisd. n.*54. Guid. Papæ *ſing.*349. latiſſimè Lancelot. *de attent.*2 *part.c.*12. *limit.*11. *per totum*, qui quidem tractant, quando licitum eſt judici procedere ad ea, quæ tendunt in exitum appellationis, etiam ipſa pendente, de quibus nos hactenus; ergo manifeſtè ſentit ipſe Cæned. ut judex ſcilicet, ſtante proviſione Regia,

42 non impediatur ea facere, quæ aliàs sibi de jure licebat, & quæ etiam ipse judex superior de causa cognituros, non debebit, nec poterit revocare de jure: quare verissimè, puto de istis gestis non intelligatur provisio Regia, ac per consequens deneganda est secunda ejus jussio.

43 Ex iis etiam patet, teneri judicem in repossessione, absolvere excommunicatos, & levare censuras, tum quia etiam sibi exprimitur in provisione Regia, tum quia ad id tenetur, etiamsi non exprimatur, quia est attentatum, & quid consequutivum ad delationem appellationis, & ejus accessorium, quod non repugnat dispositioni Concilii Trident. quia de hac excommunicatione non cognoscit Princeps principaliter, nec per modum jurisdictionis, sed extrajudicialis protectionis naturalis, & nudæ defensionis, cujus excommunicationis simplex factum dumtaxat in ejus consequentiam, & accessoriè venit causativè, cum tractatur de principali articulo violentiæ quod quantum distet à determinatione Concilii Tridentini, latè post alios diximus *suprà cap. 1. ad responsionem primi argumenti.*

44 Quemadmodum autem hæc absolutio danda sit, ut cum effectu dicatur adimpleri provisio Regia, & an, & quando per procuratorem, aut etiam per literas, vide pluribus citatis, Zerol. *in prax. 2. p. verb. absolutio, q. 16.* & vide etiam *1. p. eodem verbo, in prin.* & aliter quàm per absolutionem censuræ tolli possunt. Vide latè post alios Juristas, & Theologos Villalob. novissimè *in sum. tractatu 16. difficult. 17. per totam.*

45 Et cùm absolutio ab excommunicatione possit, ob aliquam causam, & rationem, per tempus limitatum dari à judice ad reincidentiam, ut latè Villalob *ubi proximè, difficult. 23.* & Covar. *in c. alma mater, 1. p. § 11. n. 6.* dubitatur nunc, an oppressus, qui virtute ordinariæ *de ruego* 46 absolutus fuit per octoginta dies ad reincidentiam, an postmodum intra illum terminum, si declaratur in Senatu, vim intulisse judicem; an tranfacto dicto termino nihilominus reincidat in excommunicationem prædictam, ita ut egeat absolutione. In quo duo casus distinguuntur. Primus, quando recurritur ad 47 Senatum pro tollenda violentia ob non delatam appellationem legitimam; & tunc nullum dubium esse potest, ut absolutione egeat, quia decretum tribunalis nihil ponit in esse circa justitiam censurarum, sed declarat ab extra, vim fecisse judicem, cui tollenda remittitur, ut videmus, ut etiamsi superior revocet sententiam excommunicationis inferioris, & omnia ab eo 48 processa, & nihilominus indiget absolutione, quam vel ipse præstat, vel judici à quo remittit præstandam: textus *in c. per tuas, de sent. ex omn.* Farin. *quæst. crim. 101. n. 68.* Escacia *de appella. quæst. 17 limi. 22. à n. 34. & 35.*

Secundus casus est, quando recurrit laicus, de quo 49 reo super causa merè profana judex Ecclesiasticus vult cognoscere, & oppressit censuris. qui virtute ordinariæ *de ruego* fuit ad reincidentiam absolutus, & declaratum est in Senatu intra terminum absolutionis, vim fecisse judicem Ecclesiasticum in procedendo, & cognoscendo, ac propterea annullantur omnia acta, & rei cognitio remittitur ad competentem sæcularem; an postmodum reincidat tranfacto termino, ita ut absolutione egeat, Bobadill. *in politic. cap. 19. n. 46.* firmat absolutionem necessariam esse. Cevall autem *in tractatu de cognitio. per viam violentiæ, quæst. 59. prope finem*, contrarium tenet dicens, quod pendente absolutione, cùm causæ cognitio remissa fuit judici sæculari, inhibito Ecclesiastico nulliter procedente, postmodum adveniente termino non reincidit, quia nec est contumacia, nec peccatum, & sic nec materia, super qua cedere possit excommunicatio.

50 Cujus resolutio mihi difficilis videtur, cùm negotii remissio, vel retentio non fuerit apposita pro causa absolutionis, prout & in minùs dubitabili casu videbimus. Etenim quando datur absolutio ad reincidentiam per certum terminum, intra quem pars satisfacere non potuit; hoc casu dixit Suar. *tract. de censur. disp. 7. sect. 8. num. 27.* sibi videri, de novo incurrere, quia ad id non est necessaria nova culpa, nec nova contumacia sicut quando fit absolutio ad aliquem actum, quia illa, moraliter loquendo, eadem est. Villalob. autem *in Sum. tract. 16. difficult. 15. n. 6.* dicit hanc sententiam probabilem, ac etiam contrariam; quia hic terminus fuit datus, ut satisfaciat, & quando non potest, ad id non est obligatus, quare in nostra difficultate tutiorem esse absolutionem censeo.

Et pro complemento hujus §. primi illud tandem 51 adnotabis, ut quoties per judicem Ecclesiasticum non fuisset satisfactum provisioni, & decreto Regio, vel integrè, aut cum effectu non adimpleat secundùm doctrinas, quæ hactenus scripsimus; potest recurri ad Senatum pro secunda, & ulteriori jussione, donec integraliter, & cum effectum adimpleat; quia tunc adhuc violentia durat, quæ in Senatu denegari nunquam solet; quoniam hujus extrajudicialis cognitio, nuda protectio, & naturalis defensio tantùm durat, quantùm 52 violentia, non ampliùs, prout eleganter consideravit Fulvius Pacian, *cons. 164.* & ex Sese adnotavimus *superius*, & quia non sufficit defendisse, si defensio non durat, juxta textum *in l. 1. ait prætor, ff. quorum legat.* Hip. polyt. de Marsil *in l. 2. in fin. ff. ex quibus cons. in poss. eatur*, & hoc jure utimur, & est textus mirabilis *in c. ut famæ, de sentent. excommunic.* & ea quæ nos *suprà, cap. 2. à num. 285. cum seqq.*

---

§. II.

De provisione processus non integri (*de autos diminutos* à pragmaticis dicta) & quando concedi, & quomodo concedenda.

SUMMARIUM.

Acta omnia sunt necessaria, ut de iniquitate judicis procedentis appareat, n. 1.

Acta integra sunt necessaria gesta à judice, quia aliter veritas apparere non potest, n. 2.

Actorum partem non sufficit transportare, n. 3.

Acta omnia sunt exportanda, n. 4.

Nullitatem allegans tenetur, omnia acta exhibere, ut possit argui contra sententiam, n. 5.

Violentiæ cognitio aliam ab extra probationem non admittit, ultra processum, n. 6.

Asserenti acta esse diminuta, & dismembrata, provisio de autos diminutos *dicta conceditur in Senatu, n. 7.*

Actus præsumitur perfectus, si aliud è converso non appareat, n. 8.

Acta integra præsumuntur transportata, quandiu de contrario non docetur, n. 9.

Acta integra non esse, sed diminuta asserenti incumbit onus probandi, n. 10.

Acta intitulata à Notario sic (copia omnium Doctorum,) præsumuntur integra, n. 11.

Etiamsi ex lectura processus appareat aliquid deficere num. 12.

Provisio de autos diminutos *quando inspicitur processus, petitur, vel in causa proxima est inspiciendi, quando sit reservanda eidem inspectioni, n. 13.*

Provisio denegatur si ex inspectione processus conspiciatur, vel non deficere, vel defi cre non essentialia ad articulum violentiæ, & proceditur ad ejus decretum, n. 14.

Provisio de autos diminutos *quando concedatur cum termino limitato, & expensis adversario præstandis, casu, quod non defecerint alia acta, n. 15.*

Provisio

Proviſio de autos diminutos *conceditur poſtulanti, quando inſpecto proceſſu detegitur, deficere appellatione, & ſimul datur decretum proceſſum non venire per ordinem num.16.*

Acta omnia tranſportare in cauſa appellationis ſive à diffinitiva ſive ab interloquutoria, quis teneatur, n.17. remiſſivè.

1 UT de iniquitate judicis perperam procedentis appareat, acta omnia ſunt neceſſaria, quia ex eorum inſpectione apparere, *ſuprà* diximus latè, & inſuper facit *l. eos, §. ſuper his, C. de app. cap. cupientes 16. verſ. cum omnibus actis juribus electio. in 6.* Rota coram Gipſio in una Placentina adminiſtrationis Sacram. 1. Decembr. 1567. de qua teſtatur Gratian. *diſcept. foren. capite 121. num. 9.* B. *in authent. de his qui ingred. ad app. in prin. n.19. col.3. & in l. hi qui, ſub n.4. C. de appell.* Capell. Tholoſ. *deciſ.341. ad med. verſ. aut utraque pars*, Guido Papæ *q.436. n.9. concl.7.* Papienſ. *in form. appell. verb. & in quantum, n.6.* Maſcardus *de probat. concl.115. n.5.* optimè Bald. *in l.2. is apud quem, verſic. ex quo nos. C. de edendo*, ad effectum cognoſcendi naturam appellationis, an admitti debeat, vel non, tenet Anton. à Sola *in comment. ad novas conſtit. Sabaud. tit.28. gl.7. ſub num. 2.* optimè Cravet. *conſ.273. nobilis, n.5. volum.2.* Veronenſ. *conſ.35. verſ. ſecundò principaliter*, text. *in cap. cupientes* ibi omnibus actis, *de electio. l. nec cauſas, l. à proconſulibus, l. præcimus, leg. eos, § ſuper his, C. de appellatio.*

2 Ideò integra omnia acta ab eodem judice geſta ſunt omnino neceſſaria, quia aliter veritas certè apparere non poteſt, prout expreſsè probat Concil. Trident. *ſeſſ.24. de reform. c.20. §. præterea*: aliter autem inſpectio, & geſta actis diminutis, ac diſmembratis, & non integris, penitus corruunt, ut poſt Rotæ deciſ. & Marqueſſ. tenet pulchrè Joan. Hieronym. Campa. *diverſ. jur. cano. rub.1. cap.13. ſub n.314. verſ. & ſi non integraliter expertaverit.* Ubi teſtatur Rotam iteratis vicibus, ita terminaſſe, ut teſtatur Plat. in una Coronenſi bonor. de Scitillo Merentii 28. Junii 1589. quæ inter congeſtas à Proſpero Farinac. eſt deciſio 104. deciſ. Fivez 1. *num.13. p.3.* quòd acta integraliter ſunt transferenda, quia aliter non poteſt cauſa rectè percipi, nec cognoſci, tenet Marian. Ant. Marcerat. *veria. reſolu.50. n.55.* ubi allegat Trid. & deciſionem Rotæ 64. *n.7. p.1. in noviſſimis.* Marqueſſan. *tractatu de commiſſ. de volut. cauſ. ad Rom. cur.2. p. cap.11. num.11. fol.592.* & quòd non ſufficiat productio actorum, niſi integrè facta fuerit, probat Gratian. *diſcepta. foren.1. p. cap.121. n.28.* per Rot. coram Cardin. Millin. Placent. Caſtri 4. Julii 1601. plures citat Giurba *deciſ. 29. per totam*, & probat jura *ſuprà* allegat.

Et quòd omnia acta ſunt exportanda, ideò quod non ſufficeret tranſportatio partis actorum, etiam fa-
3 cientium contra appellantem, tenent Vantius *de nullitat. ſentent. rubr. à quo & quibus.* &c. *ſub num. 20. & 21.* Sequitur Eſcacia *tractatu de appellatio. quæſt.20. n.8. in prin.* & quòd omnia acta debeant exportari tenuit Rota
4 per Cardin. Seraphin. Immol. Caſtror. 16. Martii 1576. quam referens ſequitur Gratian. *diſceptat. forenſ. 21. ſub n.8. in fin. & 9.* per quam dicit, quòd allegans nullitatem tenetur exhibere omnia acta, ut poſſit argui
5 contra ſententiam, citat Vanti. ubi etiam *n.10.* dicit, ita ſervari in omnibus curiis, ſive ſimus in ſententiis diffinitivis, ſive interloquutoriis, ut teſtatur Ranchin. *in addit. ad Guid. Pap. quæſt. 20.* & idem etiam quod Gratian. *d.n.* tenent idem Ranchin, Capell. Tholoſ. *deciſ.91. & 341.* Guid. Papæ *deciſ.431.* & per eandem Rotæ deciſionem Molendin. idem dicit Aloyſ. Ricc. *in prax. Eccl. deciſ. Arch. Neapol. appellationum deciſ.510. num.7. & per totam*, tenet etiam Mareſcot. *variar. reſol. lib.1. cap.43. n.1.* quare cùm acta omnia ſint omnino neceſſaria non diminuta, ſed integra, ut queat cog- 6
noſci de iniquitate, violentia judicis, præcipuè in hæc extrajudiciali cognitione, ubi alia ab extra probatio non admittitur, meritò aſſerendi acta diminuta, & diſmembrata, proviſio, quæ *de autos diminutos* dicitur, 7
conceditur, quia incivile eſt niſi tota lege perſpecta judicare *l. incivile, ff. de legib.* quia multoties talis poteſt particula proceſſus deficere, quæ reſpectu articuli violentiæ ſit multùm neceſſaria, quæ vel juſtificet, vel alteret, & variet naturam, aut privilegium appellationis.

Sed cùm in dubio regula generalis ſit, quòd actus 8
præſumatur perfectus, ſi aliud econverſo non appareat, *l. ſi is qui* ubi Bald. & Imol. *de teſtam.* Iſſ. *in rub. ff. de novi oper. nuntia. in fin.* inde ſimiliter acta tranſportata integra eſſe præſumitur, quandiu aliud non doceatur, ita 9
tenet Aymon. Cravet. *de antiquit. tempor. p.2. n.15.* Marqueſſ. *tractatu de commiſſ. d.2. p. cap.11. num.11.* Gratian. *in diſcepta. foren. d.c.121. num.28.* allegat ad id Rotæ deciſionem Mareſcot. *variar. reſolu. d. l.2. cap.43. num.6.* Farin. *deciſ.884. n.2.* Giurba *deciſ. num.3.*

Adeò ut afferenti acta non eſſe integra ſed diminuta, 10
incumbit onus probandi, tenent ipſi Doctores proximè citati, & fuiſſe dictum in una Senogalienſi Silvæ 24. Maii 1577. coram Cotta teſtatur Mareſcot. *ubi proximè*, & in alia Mediolanen. bonorum Emphyteoti 10. Januarii 1602. coram Domi Ludovic. pariter teſtatur Gratian. *cap.121. n.29.* idem tenet Eſcac. *de appell. quæſt.20. num.15.* ubi per Craver. teſtatur de communi opini. & ita teſtatur etiam latè Rot. Roma. *deciſ.64. fuit reſolutum. n.3. in fin. & n.4. & 7. p.2. diverſ.* Rota *deciſ.63. n.4. p.1. diverſ.* Marqueſſan. *ſuprà*, *n.12.* Giurba *ubi proximè*, ubi extra hos alios citat.

Quod maximè procedit, quando ſimus in copia 11
actorum, & eſſet adnotatio intitulata (copia omnium actorum) prout ita practicari firmat Eſcacia *ubi proximè*, *n.16.* qui ulteriùs *n.17.* hoc extendit, etiamſi ex lectura proceſſus appareat, aliquid deficere, quia adhuc 12
aſſerenti diminutionem actorum incumbit onus illam probandi, & extare alia acta non tranſportata, Rota *deciſ.64. num.8. verſ. quinimo.*

Quare cùm in Senatu aliqua non poteſt admitti 13
probatio, ne differendi occaſio detur, aliter conſulitur malitiis, & cavilloſis dilationibus: etenim ſi quando tribunal incipit inſpicere proceſſum, vel præſto eſt, aliqua pars aſſerat, acta deficere, & eſſe diminuta, nihilominus non ſuſpenditur inſpectio, ſed illi reſervatur proviſio petita, etſi proceſſu inſpecto cognoſcatur malitia petentis, ſola differendi cauſa moti, quia vel non 14
deficiunt acta aliqua, vel quæ deficiunt, nihil tangant violentiæ articulum, illique nec proſint, nec noceant, ut tenet Scacia *ibi proximè*, *n.13.* textus optimus *in l. argentar. §. edi autem*, edi autem ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur, nam ratio niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt (& iterum; ſed ut ea ſola pars, quæ ad inſtruendum aliquem pertineat, inſpiciatur, & deſcribatur, *&c. ff. de edendo*, tunc denegata tacitè, vel expreſsè proviſione *de autos diminutos* petita, procedi-
tur ad decretum.

Si autem tempore, quo petitur proviſio hæc, præ 15
manibus non habetur proceſſus, ut quando petitur die, quo non ſolent violentiæ inſpici, & Senatus præſumit malitiam, & dilationis cauſam, vel quando aliàs eſt dubius per proceſſus inſpectionem, an ſint alia acta, vel non, ſolet concedere prædictam proviſionem ad brevem, & limitatem terminum, intra quem ſi acta, quæ deficere aſſerit, non addocat, ſolvat expenſarum nomine alteri parti tot drachmas in dies, & inſuper termino tranſacto inſpicietur proceſſus.

At verò poſt inſpectionem proceſſus cognoſcat Se- 16
natus deficere appellationem, decernitur cauſam non venire per ordinem, darique jubetur parti inſiſtenti & poſtulanti, proviſionem *de autos diminutos*, qua

intimata judici Ecclesiastico,& tabellioni, integraliter omnibus actis inspectis,iterum in Senatu datur novum decretum, an violentia facta fuisset, vel non,& hoc jure utimur.

17 Quis autem in causa appellationis sive ab interlocutoria, sive à diffinitiva teneatur omnia acta primæ instantiæ exportare,& quorum expensis,& an dispositio Tridentini procedat in omnibus judicibus tam delegatis, quàm ordinariis ultra Episcopos, de quibus loquitur, & de pluribus aliis mirabilibus difficultatibus hujus materiæ exportationem actorum spectantibus, latissimè & copiosè videre poteris per omnes Doctores modernos in *hac* §. 2. citatos, apud quos etiam plenè; an sententia lata, & processus gestus per superiorem actis non integrè exportatis teneat, vide per eos, præcipuè Scaciam, Maresc. Gratianum & Joan. Hieron. Campanill. & alios ab eis citatos, de quo nos *infrà, hac 1. p. cap.* 7. Marius Giurba *decis.* 29. *à princ.*

§. III.

Quod jus, seu stylum, an Rotæ, an tribunalis Ecclesiastici, quámve opinionem, Regius Senatus attendere debeat in articulo violentiæ, & an in dubio judicem vim fecisse, decernat.

SUMMARIUM.

*Senatores inter cognoscendum de violentiæ articulo, præ oculis habere debent jus Canonicum, concilia, & decreta Ecclesiastica, n.*1.

*Judex superior inter cognoscendum, an inferior bene, vel male processerit, attendit statuta, & stylum tribunalis judicis inferioris, n.*2. & 3.

Causa Ecclesiastica ut usura, juramentum, &c. *si tractetur coram judice sæculari, decidenda erit secundùm jus canonicum, non civile, n.*4.

*Laicus litigans coram judice Ecclesiastico, jure canonico, & tribunalis stylo adstringitur, & è converso, n.*5.

*Judex Ecclesiasticus subrogatus in locum judicis secularis eodem modo procedit, quo judex secularis procedere debebat, n.*6.

*Appellationis delatio, seu non est de appendicibus primæ instantiæ, & ideo ejus statutis, & stylo subjacet, n.*7.

*Appellatio est de ordinatoriis judicii, & ideo stylus & jus illius, à quo proponitur, est attendendus, n.*8.

*Articulus, an appellationi sit deferendum, vel non, non respicit ordinaria judicii, n.*9.

*Ordo, & stylus tribunalis, ubi proponitur appellatio, attenditur in possibilitate appellandi, n.*10.

*Quod multò magis procedit in appellatione ab interlocutoria ante diffinitivam, n.*11.

*Stylum, statuta, & constitutiones judicii inferioris, tenetur attendere superior, inter cognoscendum, an sit deferendum appellationi, n.*12.

*Senatus inter cognoscendum, an sit deferendum, attendere debet jus canonicum, & constitutiones Synodales, sed & stylum illius judicii Ecclesiastici, à quo est appellatio emissa, n.*23.

*Senatus inter decernendum violentiæ articulum deficiente jure canonico, an potiùs attendere debeant jus civile, quàm Regium, n.*14.

Quæ teneant affirmativè, ibidem.

*Judex Ecclesiasticus deficiente jure canonico potiùs debet attendere jus Regni, quàm jus civile, & è converso, n.*15.

*Laicorum leges non ligant clericos, n.*16.

Et quando secus, ibidem.

*Laicorum lex si est vel approbata per Papam, vel tacitè recepta, debet attendi in foro Ecclesiastico, n.*17.

*Stylus tribunalium Regalium malorum practicatur in foro Ecclesiastico, & approbatur per Rotam, n.*18.

*Senatus in cognitione per viam violentiæ an potiùs attendere debeat stylum Romanæ Curiæ, quam illius tribunalis, de cujus violentia conqueritur n.*19.

*Stylus de partibus etiam contrarius stylo Rotæ in ipsa attendatur in litibus, quæ transportantur ad Curiam, n.*20.

*Stylum judicis à quo in ordinariis judicii, Rota, & quilibet superior tenetur observare, etiam contrarium stylo sui tribunalis, n.*21.

*Senatus inter decernendum articulum violentiæ quam opinionem servare debet, n.*22.

*Opinio communis Doctorum sive in lecturis, sive in tractatibus, vel in consiliis, secunda est per judicem, n.*23.

*Opinio quæ plurimorum authoritate comprobatur, præsumitur verior, n.*24.

Nec ab ea recedendum in judicando, & consulendo, ibid.

*Senatus inter decernendum articulum violentiæ adhærere debet communi Doctorum, quam neglexit judex Ecclesiasticus, n.*25.

*Opinionibus duabus contrariis æquè probabilibus, seu communibus, judex Ecclesiasticus potest, quam maluerit eligere, n.*26.

*Etiam in foro conscientiæ, n.*27.

*Senatus præcisè tenetur inhærere ei opinioni, quam de jure potuit judex Ecclesiasticus eligere, n.*28.

Vim fecisse declarabit Senatus in dubio consistente in subtilitate juris, aut facti intricatione, &c. *n.*29.

*Violentia sapit odium, & dilectum, n.*30.

*Appellationi in dubio deferendum est, n.*31.

*Innovare non debet judex sed supersedere in executione, ubi est dubium juris, vel facti, an appellatio teneat, n.*32.

*Delationi appellationis si patiatur dubium, etiam ubi regulariter est prohibita, deferendum est, n.*33.

Prohibitio appellationis in possessorio, &c. *est limitatio regulæ, & per admissionem in ea in dubio redimus ad eandem regulam, n.*34.

*Causis duabus concurrentibus, alia permissiva, alia prohibitiva appellationis, hoc ut fortior attenditur, quando constat apertè de prohibitione, secùs si dubiè, n.*35.

*Recursus ad regem est favorabilis omnino, & omni jure permissus, sub limitibus defensionis naturalis contentus, num.*36.

*Recursus ad Regem vergit in utilitatem utriusque reipublicæ, & jurisdictionis Ecclesiasticæ, n.*37. & *seqq.*

*In violentiæ cognitione non tractatur de imponenda pœna juris, sed an sit deferendum, vel non, n.*38.

LICET in specie Doctores tractantes de hujus Recursus ad Regem per viam violentiæ materia, nihil de propositis difficultatibus attingant, ex omnium tamen mente clarissimè apparet, quòd Senatores inter cognoscendum de hoc violentiæ articulo, teneantur respicere jus canonicum, statuta, & consilia, & decreta Ecclesiastica. Omnes etenim dicti Doctores asserunt, Principem posse uti hac protectione, quoties judex Ecclesiasticus contra decreta Ecclesiastica, & sacros canones vim facit, denegando appellationi permissæ, & violenter eadem pendente exequendo. 1

Sed ut articulus iste magis in specie tibi liqueat, notare debes, primò, quòd quando agitur coram alio judice de processu alterius, an male, vel bene processerit, judex superior debet attendere, & considerare dumtaxat, an inferior servaverit statuta, & stylum sui tribunalis, ubi judicavit: ita tenet Alexand. *cons.* 164. *vol.* 3 *dubitativorum, num.* 3. & *seq. vers.* & 8. 6. Scacia, *de appellat. quæst.* 18. *sub num.* 10. *versic. videndum* &c. post Joan. Andr. *in rubr. de constitut.* & ex aliis idem firmat Roland. à Vall. *cons.* 48. *n.* 16. *vol.* 2. *cons.* 173. *num.* 2 in his, quæ respiciunt processum, superiorem debere attendere statuta, & stylum judicis inferioris Bal. *in l. Barbarius* 2

ad Innocent. in verb. judex appell. sequitur Guid. Pap. *tract. de appell. q.* 52. *sub n.* 40. *vers.* 5. *tot.* 59. Rebuff. *tract. de appell. art. ult. gl. unic. n* 44 Natt. *cons.* 353. *cum quidem, n.* 10. & quibus casibus dicatur legem, seu statutum respicere ordinatoria, vel decisoria judicii, vide latè Grassis *de effect. crim. effectu* 2. *a n.* 133. *cum sequent. b.*

4 Hinc est, quòd si de re ecclesiastica agatur coram judice sæculari; prout usura, juramento, & similibus; tunc causa decidi debet secundùm jus canonicum, non secundùm jus civile, text. gloss. & communiter Doctores *in c. canonum, statuto* 1. *in ord. de constit.* per quem text. ita ibi adnotavit Abb. Socin. *in cons.* 77. *n.* 20. *vol.* 1. Marant. *de ord. judicio. in* 3. *p.* 73. cum aliis latè per Felin. *in c. cum caus. n.* 1 *de testib.* Afflict. *decis.* 322. ubi Ursill. Cifuent. *in l.* 3. *Tauri, n.* 3. Avil. *in cap. prat. c.* 19. *gl. guardar, n.* 3. Montalb. *in l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 1. *fori, verb. acuerd.* Villalob *in antino. jur. c.* 1. *n.* 14. & 15. Plac. *de delict. cap.* 1. *n.* 24. Didac. Perez, *in proœmio legum ordin. q.* 3. Bernard. *Diaz. in pract. c.* 60. *n.* 7. Burgos de Paz *in l.* 1. *Tauri, n.* 602. Joannes Guttier. *de juramen. confirm.* 3. *p. cap.* 17.

5 *numero* 8. qui alios allegant, Marta *de jurisd.* 4. *p. cent.* 1. *cas.* 50. *n.* 5. de quo habetur *in c. fin. de præscript.* Hinc est ut laicus litigans coram ecclesiastico judice, adstringitur juris canonici dispositionibus, & judicii ecclesiastici stylo, sicut econverso, Philipp. Franc. *in cap. si duobus* 7. §. *denique, num.* 2. *vers. quid autem si laicus, & numero* 3. & 4. *de appellatio.* Aretinus *in cap. quod clericis* 11. *n.* 9. & 10. *de foro compet.* Decius *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, n.* 151. *vers. ex præmiss. & num. sequentibus, de constitut.* & esse communem omnium opinionem refert, & sequitur Cæsar Contard. *in lege unica, limi.* 4. *numero* 6. *Cod. si de momenta poss.*

6 Et facit, quia nam si judex ecclesiasticus subrogatur in locum judicis sæcularis debet procedere eodem modo, & eadem forma, quâ sæcularis procedere debebat, docet Abb. *in d. c. Eccles. sanctæ Mariæ, n.* 31. *de constit.* Rebuff. *in tract. de nominat. n.* 23. *pag.* 140. Mandos. *cons.* 65. *n.* 16. Mier. *ver. de maior.* 3. *p. q.* 11. *n.* 19. in noviori impress. ergo econverso ex identitate rationis.

7 Et magis in terminis facit elegans doctrina, quia appellationis admissio, seu non admissio, scilicet; an sit deferendum, vel non, est de appendiciis illius instantiæ, cujus est sententia, à qua appellatur, & ideo subjacet statuto, & stylo illius loci, & judicii, in quo est lata sententia, Rota Roman. *decis.* 330. *resolverunt*

8 *Domini, n.* 1. & 2. *part.* 2. *divers.* & quòd appellatio sit de ordinatoriis judicii, & propterea in articulo, an causa sit appellabilis, vel non appellabilis, tanquam pariter ordinaria, sit attendendus stylus, jus, & statutum judicis, à quo lis tractata fuit, tenuit, & sæpius Rot. ut testatur Achill. de Grassis *decis.* 12. *alias* 238. *appellationem esse, num.* 1. *de appellatio. fol.* 108. quam refert, & sequitur Marquessan. *tractatu de commiss. part.* 1. *de commiss. appellat. super divers. cap.* 28. *numero* 5. *fol.* 208. *in secun-*

9 *da impressione*, & dixit eadem Rot. *decis.* 181. *causs. Parmenens. sub num.* 6 *part.* 3. *lib.* 2. *divers.* Scacia *tractatu de appellatio. quæst.* 18. *numero* 5. ubi etiam dicit, quòd articulus, an sit appellationi deferendum, vel non deferendum, respicit ordinaria judicii, secundùm opinionem magis communem, receptam, & consequenter litigantes in Rota, etiamsi in temporalibus nullo modo essent subjecti Papæ ligentur constitutione Ægidiana, disponente super delatione appellationis in possessorio deneganda, idem tenet Cæsar. Contard. *in l. unica, in quibus Egidia. quæst.* 6. *sub n.* 6. & 1. *Cod. si de momen. poss.*

10 Et quod in possibilitate appellandi attendatur stylus, & ordo tribunalis, ubi proponitur, Baldus *in lege* 1. *versicul. extra quæritur, num.* 10. *Cod. ne liceat tertiò provoca.* Alexand. *in l.* 1. *sub numero* 14. *versiculo extra gloss. ibi, deinde Bart. & sub num.* 18 *versus fin. & n.* 19 *ff. de legat.* 2. Fili. *in c. super his* 16. *num.* 13. *lim.* 7. *sed contrarium de accusati.* quod multò magis procedit 11
in appellatione, ab interloquutoria ante diffinitivam, scribunt Archidiac. *in ea. non ita* 18. 2. *q.* 6. Abb. *in cap. Eccles. sanctæ Mariæ, in* 1. *repeti. sub n.* 25. *de constit.* Philip. Fran. *c. si duobus* 7. §. *denique, sub n.* 4. *de appella.* & post Decium. Scac. *de appella. q.* 20. *n.* 7. & *n.* 10. & quod 12
judex de gravamine appellationis cognoscens, an sit deferendum, vel non, & similibus, & quæ respiciunt ordinaria judicii, debeat sequi, & attendere statuta, stylum, & constitutiones judicis à quo, vide latè per eundem Scaciam *ibi, à numero* 1. Ergo sequitur evidenter, quòd cum in hac extrajudiciali cognitione per viam violentiæ tractetur, an judex à quo illam 13
commiserit, denegando delationem appellationi, & ea pendente violenter processerit ad exequutionem; non solùm jus canonicum in genere, sed in specie statuta, constitutiones Synodales, & stylum illius judicii 14
ecclesiastici, debeat Senatus inter decernendum violentiam omnino, & præcisè attendere, & præ oculis habere.

Sed quid si deficit jus canonicum, quod in illo casu specialiter nihil determinat, an recurrendum erit potiùs ad jus civile, quàm Regium; Videtur, quod sic, prout in terminis similibus dicit Præpos. *in c. consuetudo* 1. *d. n.* 3. & Petr. de Ravenna *in Alphabeto aureo in allegat. in materia consuetudinem, in prin. in* 5. *col. ad fin.* quòd in Hispania judex Ecclesiasticus potiùs debeat judicare secundùm leges Imperiales, quàm secundùm leges Regni, ergo Senatus in detegenda violentia, cùm debeat attendere jus, quod sequitur judex Ecclesiasticus, videtur debere attendere jus civile, non Regni.

Sed contrarium verius est de jure, in utroque casu, 15
imò quòd judex ecclesiasticus deficiente jure canonico debeat omnino recurrere potiùs ad jus Regni, (quia est jus commune ipsius) quàm ad jus civile, & leges Imperiales, sive converso, ex sententia Bal. *in l.* 1. *C. de cessio. bonor.* Ant. & Abb. *in c. licèt, de for. compe.* tradunt ex nostratibus latiùs Palac. Rub. *in introduct. ad rub. de donat. inter, n.* 16. & 16 Villal. *in antinom. jur. litera... §.* 1. *n.* 14. Didac. Perez, *in legib. ordin. in q.* 3. *p oœmial.* Parlador. *in Sesquicentur. differ.* 52, *à n.* 1. & 2. ubi alios contrarium tenentes recensет, hanc tamen veriorem dicit, eam etiam post Palac. Rub. & Doctor. Villadieg. tenet etiam, & bene probat Salced. *in additio. ad Bernard. Diaz, in practic. crim. canon. c.* 66 *sub n.* 7. *fol.* 245.

Et comprobatur etiam, quia licèt leges laicorum 16
non ligent clericos) prout teneant nonnulli citati per Mart. *de jurisd.* 4. *p. cent.* 1. *cas.* 50. *à n.* 1.) tamen id non procedit, primò, quando deficit providentia juris canonici, quia tunc recurritur ad leges laicorum: text. *in c.* 1. *de novi oper. nuntia.* & ea quæ hactenus diximus.

Secundò etiamsi non deficiat; tamen lex laicorum 17
vel est approbata per Papam, vel tacitè recepta, quia tunc debet attendi in foro Ecclesiastico, ut firmat ipse Marta *ibi n.* 3. & hinc est, quòd quotidie videmus, stylum tribunalium Regalium servari, & practicari pariter in judiciis Ecclesiasticis, qui licèt deviet à jure, & stylo 18
Romanæ Curiæ; nihilominus sustinetur, & approbatur per Rotam Romanam, prout plures decisiones citavimus ad idem *infrà, 3. par. c.* 9, *antè fin. à n.* 233. ubi latè. Et pro hac parte facit *l.* 1. *in fin. tit.* 18 *lib.* 6 *recopil.* quia leges Regni, quando practicantur in utroque foro, debent omnino servari, nec à tali praxi recedendum. Cumian. *super Ritu magnæ Cur. c.* 40. *n.* 279. plures citat Carpan. *super stat. Mediolan. in præludiis, n.* 600. & 601. Alciat. *tract. de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 44. *n.* 17. Grass. *de effect. cler. eff* 2. *n.* 133.

Igitur cùm, ut *superius* probatum est, Senatus debeat 19
attendere jus, & stylũ judicis, & fori Ecclesiastici, quæro, an potiùs debeat attendere stylum Romanæ Curiæ provenientem tanquam à fonte, & origine juris perennis; an verò stylum particularem tribunalis judicis,

de

de cujus violentia conqueritur. In quo breviter, & resolutivè dico, etiam in essentialibus judicii teneri Senatum potiùs præ oculis habere stylum, & praxim judicis ecclesiastici, quàm Romanæ Curiæ, etenim ipse judex Ecclesiasticus sui tribunalis stylum tenetur servare, in tantum, quòd etiam in litibus, quæ de partibus transportantur ad Curiam, etiam in Rota attenditur, & approbatur, quantumvis contrarius sit ejusdem, scilicet;
20 Rotæ stylo, & etiam in essentialibus, ut pluries, indiels que terminavit Rota, secundùm varietatem casuum, ut in una Pampilonensi Parochiali 14. April. 1577. ut testatur Lancel. *de attent. 2. p. c. 4. in præfatio. n. 312.* & in una Corduben. decimarum 14. Jan 1534. coram Seraphino, & in alia Calagur. oblatio. 26. Maii 1590. coram Comitulo, & in alia Toletana decimarum, de Sarre 18. Febr. coram Pamphilo, & aliàs sæpiùs, de quibus testatur Hieron. Gonzal. *in reg. de mens. & alterna. l. 9. §. 1. in. ed. glosatio. n. 55.* Cæsar de Graff. *dec. 6. n. 6. de sentent. & re judic.* Caputaquen. *decis. 165. p. 3.* & fuisse determinatum una Calaguritan juris votandi 19. Jan. anno 1590. Coram Ornano, testatur Hieron. Gonzal. *ubi proximè, n. 115. & à n. 154. & à n. 117.* idem affirmat fuisse per Rotam determinatum, in alia Burgens. concedendæ licentiæ, Coram Orano de anno 1585. & in alia Pampilonensi Parochiali 13. Junii 1600. idem firmat Pute. *de cis. 258. n. 2. lib. 1.*

21 Quam conclusionem probant, Cæs. Contar. *in l. uni.* quibus Ægidiana *q. 6. sub n. 6 & 7. C. si de monet. poss.* Rot. Roma. *decis. 330. resolverant, à princ. usque ad n. 3. p. 2. divers.* Scacia *de appell. q. 18. num. 6. 9 & 10.* & satis clarè probant omnes DD. *super.* à princ. hujus §. 3 dum affirmant, quòd in ordinariis judicii Rota, & quilibet alius judex appellationis tenetur servare stylum judicis à quo, etiamsi sit contrarius stylo sui tribunalis, apud quos videre poteris; Sed quia de hoc articulo in multis casibus specialibus, & scitu dignissimis plura diximus *infrà, 3. p. c. 9. prope fin. vers. illud tamen valde utilissimum, a n. 233. usque ad fin.* & nonnulla etiam 4. *part. cap. 1. ante fin. vers. at verò notandum est, à n. 86.* ideo ad ea libenter te remitto.

22 Qui autem ubi contraria est DD. opinio, quando alii faciunt articulum appellabilem, alii verò non appellabilem, & tunc prima erit conclusio, quòd quando in aliqua difficultate reperiuntur Doctores contrariæ, & repugnantis sententiæ, sive id in lecturis, tractatibus, vel consiliis contingat, illa opinio regulariter præferri debet, quæ communis dicitur, vel quæ plurimorum
23 Doctorum authoritatibus corroboratur, ut tradit Bernar. Diaz. *in regul. 107.* ubi Salced. *in addit.* Iff. *in authent. novis. n 22. C. de in offic. test. & in auth. si qua mulier, n. 12. C. de sacros. Eccles.* Abb. *in c. prudentiam, n. 4. de off. deleg.* Decius *cons. 422. ex prin. & cons. 441. n. 14* plures refert Joan. Garcia, *regul. 252.* pulchrè, & latissimè Alphons. Oieda *de benef. 2. p. c. 1. ex n. 16.* Anton Corrat. *in tract. comm. op. in præfatio. ex n. 27.* Montier. *in præfat. decis.... n. 31.* Tiraq. *de pœnis temp. n. 51. & num. 64.* ubi optimè decidit, quòd quando variæ sunt opiniones, illam esse
24 eligendam & tenendam, quæ plurimorum Doctorum authoritate comprobatur; præsumitur enim verior ex Menochio *de præsumpt. l. 2. præsumptio. 71 n 2.* Cervantes *in l. 1. Tauri, n. 1.* Humad. *in scibol. ad Greg. Lop. in prolog. partit. gl. 18 n. 1.* Masc. *de prob. concl. 338. n 4. & 8.* Cæned. *in collect. 2. p. collect. 84. n. 4.* ubi plures refert *in novissi. in quæst. canon. q. 8. n. 10.* ab eaque communi opinioni recedere non debemus, nec in judicando, nec in consulendo. Morla *in Empor. jur. 1. p. tit. 2. §. 5. n. 6* Burg. de Paz, *in præem. legum Tauri, n. 251.* Ceval. *in prooem. pract. quæst. ex n. 30.* Dec. *cons. 131. in fin.* Roland. *cons. 60. n. 40. vol. 1. & cons. 16. ex n. 22. vol. 3.* subdens fatuum esse recedere ab ipsa communi; & post plures alios tenet Cæned. *d. quæstione 8. sub n. 10.* quare si judex eccle-
25 siasticus hanc communem DD. neglexerit, supremus Senatus de articulo violentiæ cognoscens, illi inhærendo (prout tenetur) juxta illam decernet, etiam sit communis.

Si autem in aliquo articulo diæ sunt Doctorum opi- 26
niones, alia permittens appellationis delationem, alia autem negans; utraque tamen opinio probabilis sit, vel æquè communis; tunc cùm judex Ecclesiasticus possit quam maluerit, licitè eligere propter dubium existens, & authoritatem Doctorum unamquanque tenentium, ut ex Gutier. *in l. 1. canon. quæst. c. 13. n. 23.* Mercad. Sot. & alii citati, & sequuti à Cæned. *in l. p. collecta 28. n. 17* Salon. *2. 2. q. 63. art. 4. controvers. 2. colum. 1093.* & ex Neviz & aliis resolvit Cæned. *in d. q. 8. n. 22.* videnda sunt, quæ Villalob. *noviss. in Summa, tractat 1. diffi ult. 5.* post Azor, & alios dicentes omnes, hunc doctrinam procedere etiam in foro conscientiæ: quare hoc casu præcisè, & necessariò tenetur Senatus, eidem 27
opinioni per judicem Ecclesiasticum electæ inhibere, quoniam nullo modo potest de iniquitate redargui: cessat enim violentia, ubi jus assistit, licitè enim & sibi 28
permissum gerit ille judex, de quo dumraxat quæritur in detegenda violentia; anne contra jus denegavit delationem appellationis, & ita tenendum est.

Et pro complemento hujus §. 3. quid dicendum, ubi 29
cessant prædicta, sed dubietas aliunde provenit, putà; ex subtilitate juris aut ex intricatione processus, & si quæ sunt alia; an in dubio Senatus debet declarare, vio-
lentiam judicem fecisse in non deferendo, partem 30
negativam urget, quia violentia sapit odium, & delictum, *l. si quis in tantam furoris pervenerit audaciam, C. unde vi, l. Julia, ff. ad vi publicæ*, qui est text. expressus, ergo in dubio vim non fecisse decernendum.

Sed contrarium verius est, sequendum, immò in 31
dubio vim fecisse judicé non deferentem appellationi, cui de jure in dubio deferendum est, probant Specular. *tit. de appellat. §. nunc dicamus, n. 2. in fin. & sub n. 6. & n. 8. l. 2. fol. 194* Philip. Franc. *in c. de priori 31. ibi, aut sumus in dubio, & in c. conflit. 45. n. 18. & in c. ut debitus, sub n. 43. vers. in eadem ibi in tali, dubio de appell.* Card. Alexand. *in c. cum speciali 61. §. porrò sub n. 16. eodem tit.* Rebuff. *de sentent. exequut. art. 7. gl. 1. n. 3. fol. 359.* Alex. *in l. 1. ff. si quis cautio.* Socin. *cons. 39. n. 1. vol 4.* Marant. *de ordin. jud. tit. de appel. 6. p. n. 262.* Tiraq. *tract. de mort. saisit, p. 6. declar. 6. n. 10. f. 120.* Anguris. *cons. 76. de trib. sub n. 1. & 2. l. 6.* Nevizanus *cons. 44 n 9.* Crot *consil 124. n. 11.* Roland. à Valle *cons 34. n. 3. vol. 3.* Vincent. de Franc. *decis. 120. n. 4.* Cornaz. *in decision. Rot. Lu. ex. decis. 193. n. 1.* Tiber Decia. *cons. 44. n. 32. vol. 1.* Fulv. Pac. *consil. 127. n. 1. & 18.* Prosp Farin. *dec. 418. & 870* Perr. Surd. *tract. de aliment. tit. 18. priv. 60. sub n. 1. & 2.* & idem *in cons. 163. arbitr. num. 5. vers. 3. ubi l. 2.* & iterum ipse Surd. *cons. 271. n. 17. & in decis. 36. n. 2.* Marquellan *tract. de commiss. p. 2. de commiss. appellatio p.... cap. 1. n. 7. fol. 5.* & quòd in dubio fiat interpretatio, quòd appellatio deferatur, Alexan. *consil. 113. visо themate, num. 2. lib. 5* & quòd ubi de jure, vel de facto est dubium, nunquid 32
appellatio teneat; tunc judex à quo debeat supersedere in exequutione, ita ut nihil debeat innovare, scribunt Specul. *d. §. nunc. dicamus, n. 8.* Joan. Andr. *in c. pastoral. 28. n. 10. in fin. de off. & potest jud. deleg.* Philip. Franc. *in c. conflit. 45. sub n. 18.* Sigismund. Scacia *appella q. 17. ampliat. 10 n. 60.*

Quod procedit etiam in casu, in quo appellatio sit 33
regulariter prohibita, putà, in causa possessoria, quia nihilominus si adsit dubitatio circa delationem, vel non delationem appellationis, debet admitti. Cæs. Contar. *in l. unica, limit. 27 n. 1. & sequentibus*, & idem *in quæst. 1. num. 43. in fin. & num. 44. Cod. si de monet. poss.* Scacia *ubi proximè, d. q. 17. ampliat. 16. num. 64.* Petr. Surdus *cons. 163. arbitror. n. 6. lib. 2.*

Nec obstat, quod in dubio regulæ est inhærendum 34
quoniam in causis possessoriis prohibitio appellationis

est limitatio regulæ generalis, permissivæ in omnibus regulariter, & per admissionem in dubio, redimus ad regulam, prout etiam dicit Scacia *ubi proximè, num.* 64. ubi etiam satisfacit illi difficultati, quòd concurrentibus duabus causis, permissiva scilicet, & prohibitiva.
35 hæc ut fortior attendenda (de quo nos latiùs amplissimè *infrà, 2.p. cap.* 7. *per totum*; & 3.*p. cap.* 1.) quia procedit, quando constat apertè de prohibitione, secùs quando est dubium, quia tunc debemus regulæ adhærere permissivæ, ut dictum est: igitur evidenter fatendum est in dubio deferendum, & reponendum debere decernere Senatum.

36 Nec obstat quòd simus in odiosis, quia imò tota ista hæc extrajudicialis cognitio, & recursus ad regem, si sub limitibus defensionis naturalis contineatur, est favorabilis, & ab omni jure, naturali, divino & positivo proveniens, & permissus; quare valde utilem dixit Suarez *l.*1.*de immun. Ecclesiast. c.*44.*n.*43. Cevall *in tract de cognit. per viam viol. gl.*4.*sub.n.*4.& *in q.*897.*sub n.*152.
37 Cæned *in q. canon.*45 *n.*935.& *num.*45. Morl. *in empor. jur. tit.*2.*de jurisd. quæst.*14.*num.*8. qui affirmant, quòd cùm vergat in utilitatem reipublicæ utriusque, ideo dicitur favorabilis. Nec obstat, quòd puniatur judex, quia in hac extrajudiciali cognitione nihil de pœna juris tractatur imponenda, sed dumtaxat de nulla delatione, an debuerit judex deferre, vel non, & ita tenendum
38 est. Et quòd hic recursus ad Regẽ sit favorabilis, & utilis jurisdictioni Ecclesiasticæ, tenet post Manuël. Roder. Navarr. Covarr. Pacian. & Chaqueri. novissimè Torre-Blanca *tractatu de magia, l.*3.*c.*26.*num.*32.

§ IV.

Provisio expedita vigore decreti Regij, quo vim fieri est declaratum, quemadmodum intimanda sit judici degenti in alterius tribunalis districtu, & à duobus judicibus adinvicem procedentibus, existentibus in diversis tribunalium districtibus, emissarum appellationum, pro delatione quod tribunal adeundum.

SUMMARIUM.

Leg. Regiæ 36. tit. 5. l. 2. recopil. *verba inserũtur, disponẽtia tribunal, sub cujus districtu degit judex Ecclesiasticus vim inferens adeundum esse pro illa tollenda, n.*1.

*D. l. Regiæ determinatio providè obviat pluribus inconvenientibus consideratis, n.*2.

*Violentiæ tempore, & etiam querelæ, & decreti si judex Ecclesiasticus degat sub uno districtu, & ad provisionis intimationem in districtu alterius tribunalis absens reperiatur quomodo intimatio sit facienda, n.*3.

*Citatio ab uno territorio emanata non potest fieri degenti in alio, nisi per litteras requisitorias, n.*4.

*Actus extrajudiciales ubique geri possunt, judiciales nisi intra territorium. n.*5.

*Provisionis Regiæ intimatio non est citatio, sed monitio, & certioratio extrajudicialis, quæ geri potest etiam per judicem incapacem, n.*6.

*Judex laicus potest aliquid intimare clerico, ut certiorato paret præjudicium, aut constituatur in mora, aut mala fide, num.*7.

*Provisionem Regiam ab uno tribunali legitimè cognoscente de violentia, ut intimetur judici postea degẽti in districtu alterius, tutius erit præsentari in altero tribunali n.*8.

*Provisione Regia intimata judici Ecclesiastico in alio districtu non obtẽperanti, ubi petenda est secunda, & tertia jussio ac pœna cõminata temporalitatum exequenda n.*9.

*Tribunal quod adeũdum si à duobus judicibus adinvicem se inhibentibus est appellatum, degentibus in diversis districtibus Senatuum, n.*10.

*Senatus is est adeundus pro tollenda violentia, ubi degit judex, à quo appellatur, eo quòd dedit se pro inhibito, n.*11

*Senatus is est adeundus, ubi degit judex inhibens, à cujus gravamine & inhibitione appellatur, n.*12.

*Senatus quis adeundus, quando est appellatum à facto utriusque judicis inhibentis, & invicem inhibentium, degentium in diversis districtibus, n.*13.

*Judex uterque est competens ad cognoscendum de eo, qui existens in uno territorio occidit alium existentem in altero territorio cum sclopo, n.*14.

*Senatus uterque si à qualibet parte appellante, & concurrente adhiberetur, maxima sequeretur repugnantia, contrarietas, & absurdum, alienum à natura Regiæ protectionis, num.*15.

1 ET pro hujus §. brevissima resolutione primitus supponenda sunt verba l.39.*tit.*5.*l.*2.*recopil.* cujus hæc sunt: *Otrosi porque suele suceder diferencia, à qual de las audiencias han de ir los processos, que se mandan llevar por via de fuerça quãdo los juezes Ecclesiasticos que proceden, estan ò recidẽ allẽde, ò aquende de tajo, havemos por bien declarar, y declaramos, que los tales processos vayan à cada una de las dichas audiencias, de baxo de cujos estuviere el juez Ecclesiastico, y alla se determinen per los oydores dellas: sin embargo de otra qualquier cedula que se aya dado para que fuessen à la audiencia. so cuyos limites fuesse el Reo.*

2 Necessaria fuit valde hujus legis tam provida determinatio, siquidem unaquæque audientia suprema certos habet limites, & notorios, aliter enim si liberum fuisset oppresso, quamlibet adire Regiam audientiam ad sui electionem; intricabilis foret labyrinthus, & inextricabilis confusio. Siquidem duo appellantes, puta; ab eadem sententia (quod possunt inquantum contra, prout *alibi suo loco* latiùs) unusquisque eligeret tribunal, & se invicem impedirent cognitionem, vel magnam parando dilationem, vel simul concurrendo cum provisionibus ordinariis, requirentes notarios pro processus exportatione. Hinc si Reus originarius in causa appellationis fiat actor, & an appellans actor, fiat Reus inde etiam præventionum discordiæ quotidie orirẽtur, & aliæ innumerabiles confusiones, & inconvenientia, quæ tacitè sentit l. Regia ibi, *Suele suceder diferencia,*

Hac enim nova determinatione, quæ longè utilior est, prædictis difficultatibus obvians, unusquisque facillimè, & sine controversia aliqua potest, si vi opprimatur à judice Ecclesiastico, illud adire tribunal sub quo deget judex ipse, in qua quidem insuper duas difficul-3 tates subsistere reperio, prima quid si tempore intimandæ provisionis unius tribunalis Regij, judex Ecclesiasticus absens inveniatur in districtu alterius, quid faciendum, aut quomodo intimanda, quia juxta dispositionem text. *in l. à D. Pio, §. sententiam Romæ dictã, ff. de re judi.* & latè Cov. *in præct. q. c.*10 *n.*7.& *clem. Pastoralis, §. despiceret, de re jud. l. fin. ff. de jurisd. omni. jud.* Rebuff. *in tract. de liter. requisito. à prin.* qui plurimos citant, Paz *in prax.*4.*p.*1.*tom. cap.*2. *num.*10. & *per totum cap.* Parlador. *lib.*2.*rer. quotid. cap. fin.*6.*p. num. fin. l.*21.*tit.*21.*lib.*4.*recopil. l.*1.*tit.*27.*p.*3. quòd si citatio facienda est ei, qui sub districtu & diversa jurisdictione 4 alterius judicis existit, debet per requisitorias literas fieri; item exequutio sentẽtiæ alibi ratæ: ergo idem dicendum videtur in nostro casu, ut nullatenus ei intimari debet hæc provisio, nisi ad requisitorias literas, seu supplicatorias tribunalis, de violentia cognoscentis.

Sed contrarium in nostro casu verius esse existimo; 5 tum quia dictus §. *sentent. Romæ*, procedit in jurisdictionalibus actibus, exercendis in aliena jurisdictione; nos autem loquimur in actibus extrajudicialibus, qui ubique geri possunt, ut probatur etiam à ratione cessante

d. §.

d.§.*ſent.Romæ*, quam Doctores citati reddunt,tum etiã quoniam proviſionis intimatio non eſt citatio, nec aliquid juriſdictionale continet, ſed eſt quædam mo-
6 nitio,& certioratio monitorialis, quæ nullam arguit, nec ſupponit ſuperioritatem, ac propterea à quocunque judice, carente juriſdictione etiam aliàs incapace laico,ſcilicet,fieri poteſt clerico,tanquam actus extrajudicialis; ita probat gl. celebris *in c. cum cauſſ. de off. deleg.*(quæ inter utramque citationem hanc ponit differentiam)Matthæus de Afflict *in deciſ.Neapol.*24.*n.*8. docent Jacob Butriga,Paul.& Bald. *in l.teſtamenta omnia*,per text *ibi,C.de teſtam.*Bal *in l.præſcriptio.C.ſi contra jun.vel util.publ.*Feli.*in c.cum inter,col.*8. *de exceptio.*Jafred.Lanfr.Balb.*in ſuis obſervatio. deciſ.*323.*incipit,citatio.*Marant.*de ord.judicio.*4.*p.d.*11.*n.*36.ubi pulchre Bobad.*in polit.l.*2.*c.*18.*n.*131.qui affirmant,quòd
7 ſi quis compareat coram judice ſæculari dicens, juri ſuo eſſe conſonum, ut aliquid intimaretur alicui clerico,ut certiorato præjudicium fiat, aut interpellatus conſtituatur in mora,ſeu mala fide, ut ad hunc effectum prædictus judex ſæcularis licitè poteſt facere dictam intimationem,& certiorationem,ſeu monitionem, de quo nos latiſſimè *ſuprà*, *hoc cap.à n.*129. tractavimus, circa intimationem proviſionis ordinariæ: ergo ſequitur manifeſtè, ut ad illam proviſionis Regiæ intimationem non ſint neceſſariæ requiſitoriæ literæ,maximè ut evitentur dilationes, quas violentia pendens non patitur, prout *ſuperiùs* diximus *hoc cap.*

8 Tutius tamen erit, ut ipſa proviſio præſentetur in eodem tribunali Regio;ubi deget judex vi opprimens, ſcilicet,*en el acuerdo*,cum petitione negotii facta relatione,ut jubeat cuilibet tabellioni illam intimare,ſi intimatione facta, proviſioni non obtemperet, ſecunda juſſio ab eadem audientia Regia,à qua prima emana-
9 vit poſtuletur,& illi prout *ſuprà* intimata, ulteriùs illo recuſante à violentia deſiſtere, tertia juſſio cum temporalitatum occupatione (prout *ſuperiùs*) expediatur, ad hanc autem exequendam utile judicarem,ut tribunal per quod expeditur, reſcribat(non per viam requiſitoriæ, ſed ſimpliciter cum urbanitate, facta negotii ſimplici relatione) alteri tribunali Regio, ut comminatas pœnas exequatur.

10 Secunda autem difficultas,quæ oritur ex d. l. Regia *ſuprà* citata ad principium hujus §. illa ſit, an duobus judicibus degentibus in diverſis limitibus dictorum tribunalium Regalium, ſe invicem inhibentibus, & à quolibet ſit emiſſa appellatio, ad quod tribunal pro tollenda violentia ſit recurrendum, quam quæſtionem dilucidè tractavimus *infrà*,2.*p.cap.*10.*verſ.his,& ordine ſucceſſivo difficilis, &c. à n.*52. *cum multis ſequentibus,in ſimili propoſito, & n.fin.* ex cujus doctrinis rectè ad hanc noſtram tollẽdam difficultatem inferri poteſt,ubi enim propoſuimus illam quæſtionem,ſi judex in uno degens diſtrictu, expediat literas inhibitorias contra alium judicem,in alio diſtrictu degentem,à qua datur inhibitione appellatio,quòd horum tribunal pro illius delatione per viam violentiæ adeundum ſit, in
11 quo tres caſus diſtinximus:quod aut appellatio emittitur à judice inhibito, eo quod ſe dedit pro inhibito, certans appellans ab eo, ut debeat reaſſumere juriſdictionem, quia minùs juſtè inhibitioni non legitimæ acquievit,& tunc cùm appellatio debeat interponi coram hoc judice gravante, ſine dubio ad illud tribunal recurrendum eſt, ſub cujus limitibus reperitur judex opprimens, à quo appellatur,juxta noſtram l. Regiam ad principium hujus §. citatum.

12 Secundus caſus ſit,quando appellatur ab expeditione inhibitionis, & ſic à facto, & gravamine judicis inhibentis, & tunc ſimiliter non eſt dubium, ut id tribunal pro tollenda violentia ſit adeundum, ſub cujus diſtrictu inhibens deget, prout hoc diſtinctionis membrum, & *ſuperiùs* latè pluribus doctrinis applicatis *in d.c.*10.comprobavi,pro quibus mirabilis eſt doctrina Aloiſii Riccii *in prax.deciſ.*326.*per totam*,& optimè vide quæ nos *infrà*,4.*p.c.*4.*a p.*41.

Tertius caſus eſt,quando à facto, & à gravaminibus 13
utriuſque judicis,& ſic ab expeditione inhibitionis, & à judice inferiori, dante ſe pro inhibito, ſimul eſt appellatio emiſſa, & tunc probavimus, & reſolvimus,ut cùm iſtæ cauſæ ſint effectæ unum continens,ac propterea dividi non poſſint,tum quælibet Regalis Curia pro tollenda violentia ſuper toto negotio adiri poterit, quod ex identitate rationis idem diximus *in d.c.*10.*ad fin.* procedere in duobus judicibus, adinvicem ſe inhibentibus,à quorũ ſingulis inhibitionibus, utraque pars appellavit,quia ut dictum eſt,continentia cauſæ dividi non poteſt,& ideo cuilibet Curiæ pertinet cognitio ſuper violentia ob denegatam delationem utrique appellationi,ſi utraque pars appellans conqueretur,ex rationibus fundamentalibus *ibidem* adductis, juxta ſimilem doctrinã,de qua per Joan.Andr & Philipp.Fran. *in reg. in obſc.de regul.jur.n.*6.Abb *in c.fin.n.*25 *de for.compet.* Bal.*in l.ſi quis non dicam rapere, col.*3. *C. de Epiſc. & cler.*Marſi.*in l.uni.n.*100.*C. de rapt.virg. & in l. fin.n.*
110.*C.de jur.omn.jud.*dum tractant de eo,qui exiſtens 14
in uno territorio emiſit ſagittam,ſive ſclopum,& occidit aliquem in alio territorio exiſtentem, ut hoc caſu uterque judex ſit judex competens, ne continentia cauſæ dividatur quam doctrinam eſſe communem teſtatur Abb.*d.n.*25.Alberi.*in 4.p. ſtatuto. q.*79. Nell *de bannit.in 2.p.1.temp. d.q.*8.Clar.*d.q.*27.*verſ.item poſſe*, Practi. Corrad.*tit.de inquiſitio.n.*18.*verſ.Ab tamen,uſque ad n.*17.Proſp Far.*in pract.crim.1.tom.tit.de inquiſ.* 15
*q.*7.*n.*46. aliàs enim maximum ſequeretur abſurdum, ſi ad utrumque tribunal recurri poſſet,& deberet,quoniam diverſa,& contraria decreta utraque pars reportaret,& pro exequutione magna ſequeretur repugnantia, aliena à natura hujus cognitionis extrajudicialis, nudæ protectionis, & defenſionis naturalis, vide latiùs *in d.c.*10.& pro omnibus iis caſibus vide mirabiles doctrinas,de quibus nos *infrà*, 4.*p. cap.*4. *prope finem,verſ.ultimò pro neceſſario fundamento,à n.*41.

---

§. V.

De his cauſis, & negotiis, quibus denegatur recurſus ad ſuprema prætoria per hanc viam violentiæ.

SUMMARIUM.

*Judicare unum ex pluribus cùm Prætor vetat, cæteræ committere videtur,n.*1.

*Exceptio firmat regulam in contrarium,n.*2.

*Regalia ſpecificata quædam in venditione alicujus terræ à Rege facta & aliqua excepta,omnia regalia ultra excepta veniunt,n.*3.

*Caſus nonnulli juris rationibus ſunt excepti, ut trahi non poſſint ad Regia prætoria per viam violentiæ, quidam abſolutè, & quidam deficiente demum qualitate,num.*4.

*Cauſæ ſperantes cognitioni ſancti officii ſive civiles, ſive criminales,non trahuntur per viam violentiæ ad Regia tribunalia,n.*5.

*In regno Aragonum juris firmia denegatur in cauſis tangentibus ſancto officio,n.*6.

*Manifeſtatio perſonæ occultæ non datur in Regno Aragonum in cauſis ſpectantibus ſancto officio,n.*7.

*Cauſæ inquiſitionis plus ſcandali, quam utilitatis afferrent ſi contra earum naturam & ſigillum ad regia prætoria traherentur,n.*8.

*Opprimi potiùs,quam protegi fideles debent,n.*9.

Regularium utriuſque ſexus cauſæ ſuper correctione,& viſitatione

ſtatione Monachorum regularium & Monialium non venit ad tribunalia, n.10.

Abbates & Prælati in ſuos Religioſos, quorum ſunt judices Ordinarii, juriſdictionem ordinariam habent, & de eorum cauſis cognoſcunt, num.11.

Indecens eſſet religioſorum exceſſus in tribunalibus recitari, num.12.

Religioſorum correctio, & qualibet ſententia Prælati, non recipit appellationem regulariter, & ubi admittitur non ſuſpendit, n.13.

Religioſorum Prælati vim exequendo non faciunt, quia eorum ſententiæ non ſuſpenduntur per appellationem, numero 14.

Religioſi appellantes à correctione ſui Prælati non poſſunt in Francia recurrere ad Parlamentum, n.15.

Religioſi non poſſunt appellare, n.16.

A Prælato excedente modum correctionis, & viſitationis licita eſt appellatio, n.18.

Cevallos varius, & perplexus, an cauſæ religioſorum trahantur per viam violentiæ, reprobatur, n.19. & 20.

Religioſorum cauſas etiam ſuper electionibus geſtas à Prioribus generalibus, & aliis Superioribus inter Monachos, hactenus ſolitum, trahi ad tribunalia per viam violentiæ, n.21.

Lex Regia, prohibens cauſas religioſorum trahi per viam violentiæ, interpretatur, n.22.

Actus ubi determinatio non apparet, ab uſu, & conſuetudine informatur, n.23.

Religioſorum cauſæ quælibet, quæ ex Tridentino tractari poſſunt coram ordinariis, per viam violentiæ ad Regia prætoria trahi poſſunt, n.24.

Idem in cauſis contentioſis pendentibus coram religioſorum conſervatoribus, & aliis judicibus, n.25.

Concil. Trid. ſeſſ.21 cap.8. *explanatur n.26. & ſeqq.*

Ordinarius, quando in defectum ſuperioris per eum admoniti ſuos religioſos non viſitantes & corrigentis poteſt viſitare, an ob denegatam appellationem ab ordinario poſſint religioſi ad Senatum recurrere per viam violentiæ, n.27.

Subrogatus an debeat ſervare ſtatuta ejus, in cujus locum ſubrogatur, an propria, n.28.

Epiſcopus viſitans religioſos in defectum ſuperioris juxtà Trid. obſervat eorum inſtituta prout ſuperior, n.29.

Cauſæ, Bullam Cruciatæ, ſubſidium, & excuſatum tangentes quomodolibet: non trahuntur per viam violentiæ ad Senatum, n.30.

Apoſtolicæ tres gratiæ, ſcilicet, Cruciatæ, ſubſidii, &c. conceſſæ ſunt, ut exercitus Regius fortis reddatur in defenſionem Eccleſiæ, n.31.

Commiſſarius generalis Cruciatæ quomodo in dictarum gratiarum executione ſe habeat, & quam, & à quibus juriſdictionem habeat, n.32.

Commiſſarii generales, Miniſtri, & ſubdelegati, coram quo ſunt conveniendi in caſibus tangentibus ſuum munus, n.33.

Doctor Perez de Lara Senator ab Authore laudatur, n.34.

Commiſſarius Cruciatæ tenetur in ſingulis diœceſibus ſubdelegatos nominare, cujus qualitatis, & de quibus poſſint cognoſcere, & quomodo, n.35 & 36.

Tribunalia ſuprema ſunt inhibita, ut nullatenus poſſint cognoſcere, etiam per viam violentiæ de cauſis vertentibus coram Commiſſario Cruciatæ, & eorum ſubdelegatis, n.37.

Subſidii repartitio non ſuſpenditur per appellationem, nec contradictionem, ſed ejus ſtatim fit executio, n.38.

Subſidii recollectio, & ſolutio non recipit appellationem, num.39.

Subſidium charitativum pro alimentis etiam impoſitum ab Epiſcopo non recipit appellationem, n.40.

Scholaſticorum cauſæ vertentes coram Magiſtro ſcholarum Salmantino, & ejus locum tenente, non trahuntur ad tribunalia per viam violentiæ, n.41.

Scholaſticus, reus, an poſſit conveniri coram judice ordinario, ſi allegat ultra dies dictas, n.42.

Dieta quid ſit, & à quo incipiat loco, uſque ad quem finiatur, & quid ſit ſtadium, n.43. remiſſivè.

Lex Regia de dieta appoſita intelligitur reſpectu ſcholaſtici alium invenientis coram Magiſtro ſcholarum, n.44. & 45.

Scholaſtico Salmantino in remotis degenti convento coram Ordinario dantur conſervatoriæ literæ per ſuum Magiſtrum ſcholarum, ut remittatur, n.46. & 47.

Caſus de facto referuntur circa declinatoriam ſcholaſticorum, & eorum remiſſionem ad Magiſtrum ſcholarum, num.48.

Scholarium cauſæ pendentes coram delegato à Magiſtro ſcholarum in remotis, an partes trahi nequeant ad ſuprema prætoria per viam violentiæ, n.49.

A ſubdelegato delegati cum clauſula (appellatione poſtpoſita) licet appellare, n.50.

Cauſa ſui natura exequibilis ad quemcunque vadat delegata: tranſit cum ſua qualitate, n.51.

Qualitas rei inhærens cum ea tranſit, quocumque vadat, num.52.

Scholaſticorum privilegium non propter Magiſtrum ſcholaſticorum, ſed propter ipſos ſcholaſticos datum eſt, n.53.

Privilegii durante cauſa ipſum debet durare, n.54.

Senatus Regius à Salmantino Magiſtro ob incompetentiam, vel ab alio judice Eccleſiaſtico excommunicatus, poteſt cognoſcere de cauſa violentiæ ad petitionem fiſcalis Regii ejuſdem tribunalis, n.55.

Secus ſi judex excommunicans ſit ſub alterius tribunalis diſtrictu, quia ad idem erit recurrendum, ibid.

Cauſæ, quæ non abſolutè ſed deficiente qualitate ad Senatum non trahuntur per viam violentiæ; quæ ſint, n.56.

Et de ratione, n.57.

Qualitas attribuens juriſdictionem priùs debet conſtare, numero 58.

CUM prætor unum ex pluribus judicare vetat, cætera committere videtur. Verba ſunt Pauli Juriſcon. *lib.* 17. ad edictum relata *in l. cùm prætor, ff. de judic.* etenim per cognitionem earum cauſarum, & negotiorum, quæ ad tribunalia ſuprema non vehuntur per viam violentiæ, facilè cognoſcendum, quæ jure trahi queant, cùm exceptio firmet regulam in contrarium, *l. nam quod liquide, §. fin.1. reſponſ. ff. de pœn. legat. 1. ſi uſſitum, §. denique, in fin. ff. de fundo inſtructo,* text. junct. gloſſ. *in authent. de non alien. vel permut. rebus Eccleſiæ, collat. 2. c. 2. de conjug. leprof.* cum aliis, ita ut caſus ſpecialiter ab hac regula non exceptus à lege, ſub ea comprehendi, dubitabit nemo. Cùm enim Princeps hoc regale ſupremis ſuis tribunalibus conceſſiſſet, à quibus aliquos expreſſim caſus excepit, cæteri omnes cenſentur commiſſi ultra exceptos, ex Ludovico Romano *in ſua eleganti conſilio 271. incipiente Vos tuta,* ubi dicit, quod in venditione terræ ſancti Luſidii facta per Ladiſlaum Regem Ungariæ, veneunt gabellæ, & jura exituræ, quæ ſunt regalia, ex quo in venditione quædam regalia ſunt ſpecificata & poſtea quædam excepta, quæ exceptio firmat regulam in non exceptis ex ſupradictis juribus, quem refert Everard. *in locis legali, loco ab exceptione ad regul. fol. mihi. 55. in prin.* 1 2 3

Et quamvis hucuſque dictum ſit, defenſionis remedium, & recurſum ſalubertimum, & præſtantiſſimum eſſe ad propulſandas, & ſedandas injurias judicum Eccleſiaſticorum juſtis appellationibus non deferentium: tamen jure noſtro Regio meritò, juſtiſque, & legitimis rationibus aliqui ſunt caſus excepti, quibus inhibitæ ſunt Cancellariæ ſupremæ, ne ad eas per hanc viam violentiæ traherentur; quidam tamen abſolutè, & ſine aliqua diſtinctione, quidam tamen non abſolutè, ſed deficiente qualitate ex priori genere. 4

Primus ille eſt, in cauſis, nempe tam civilibus, quàm criminalibus, quarum cognitio pertinet ad Inquiſitores Hæreticæ pravitatis, & ad judices bonorum 5

publicatorum, etiam sub prætextu sublevandi vi oppressos, sed qui appellare voluerint in suprascriptis causis, adire tenẽtur sacrosanctum Senatum supremum sanctæ Inquisitionis, quod ita ex Regiis decretis prohibitum extat, ut post Jacobum Simancas *do Catholicis institu. cap.* 36. *n.* 2. tradit Salced. *in additio ad prax. crim. Bern. Diaz, c.* 102. *litera A pag. mihi.* 327. *colum.* 1. ubi refert Regium decretum circa hoc edictum Burg. die 7. Martij anno 1503. renovatum 1553. circa quod
6 legendus est d. Simancas, Cæned. *in collecta. ad decreta. colum.* 17. *num.* 4. *fol.* 128. ubi dicit in his casibus in Regno etiam Aragonum, nec juris firmiam etiam pendẽte appellatione, dari, idem tenet Sese *in tractat. de inhib. cap.* 30. §. 1. *à num.* 44. *cum seqq.* ubi etiam dicit in illo
7 Regno non habere locum manifestationem personæ, qua uti solet justitia Aragonum super manifestanda qualibet persona occultata, seu aliter injustè detenta à quolibet judice, & quod in iis causis spectantibas Inquisitorum cognitioni; non habeat locum cognitio per viam violentiæ, tenet idem Sese noviter *in*
8 *epistol. ad Regem, numero* 99. quæ est in primo tomo decis. ad princ. Rodrig. *de annu. reddit. l.* 1. *quæst.* 17. *num.* 75. nam cùm in illis negotiis tanto procedatur secreto, ut nec idem parti testium copia detur, nefas esset, & minùs rationi congruum, tales lites contra ipsorum naturam, rectúmque, & necessarium procedendi modum præ oculis tantorum, diversorum generum, tantique personarum concursus, in supremis regalibus Cancellariis degentibus. publicè referre, imò scandali plus afferret, quàm utilitatis; pro quo bene facit text. *in cap. resecandæ* 24 *q.* 3. cujus verba sunt: Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ovis à caulis repellenda, ne tota domus, massa. corpus, & pecora ardeant, cor-
9 rumpantur, putrescant, & intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, per totum orbem ejus flamma populata est.) ecce text. qui hujusmodi personarum genus potiùs opprimi, quàm defendi permittit.

10 Secundus casus eadem fermè ratione fundatur, & non venit ad tribunalia, nempè; à correctione, & visitatione monachorum regularium, & monialium, ut probat l Regia 40. *titul.* 5. *l.* 2. *recopila.* in hæc verba: *Porque somos informados, que los negocios Ecclesiasticos, tocantes à visitacion, y. correcion de religiosos, y religiosas, que se hazen por sus superiores, trahe inconvenientes, traherse por via de fuerca à las audiencias, assi por razon del Secreto, que conviene tenerse, de lo que ellos se trata, y por el breve despacho y otras causas: porende mandamos à los Presidentes, y Oydores de las audiencias, que no se entromottan, à conoscer de semejantes negocios, ni mandar traher ante ellos tales processos por via de fuerça in manera alguna, porque quando en esto veiere que proveer, los del questo Consejo proveeran.* Nostras Rodrigu. *de reddit. q.* 17.
11 *l.* 2. *n.* 75. nam cùm à suo judice ordinario, nẽpe Abbatibus, & Prælatis, qui absque dubio in eos religiosos singulos jurisdictionem ordinariam, non verò delegantem habent, qui de eorum religiosorum subditorum causis cognoscunt, quemadmodum & clerici Episcopum, & provisorem ejus, ut relato Emanuële Rodr. 1. *titul. quæst. Regularium, q.* 65. *art.* 13. tenet Joan. Guttier.
12 *pract. q. civil.* 4. *q.* 64. *n.* 2. *versiculo pro quorum, & postmodum in versiculo, in* 2. *casu principali;* imò in eos religiosos majorem potestatem habent, quàm Domini in servos, ut latè comprobat Philip. Franch. *in cap.* 3. *circa princ. de appell.* multùm enim indecens videretur excessus religiosorum quibus honestas, & exemplum magis, quàm cæteris commendatum est in tribunalibus corã rusticis, & idiotis plurimis ibi frequenter assistentibus, recitari quod absque scandalo id fieri nullo modo posset. Et quia ad effectum hujus recursus, & remedij, nullum appellantibus religiosis per Senatum præstari poterat quoniam nihilominus quòd regulariter prohibita sit appellatio à quacunque sententia lata per Prælatos & Abbates in suos subditos, & quando in aliquo casu permittitur, non suspendit effectum sententiæ, 13
imò ea non obstante potest procedere ad exequutionem, ex text. expresso *in cap. ad nostram* 3. *in ordi. de appella.* ex ratione adducta. Quia verò remedium appellationis non est inventum ut alicui à religionis & ordinis observantia exorbitanti debeat in sua nequitia patrocinium exhibere, *&c.* ubi Abb latè, & Philip. Fran. *num.* 3. & quia talis appellatio frustratoria judicatur, ut ex Lancelot. *de attenta.* 2. *part. cap.* 12. *lim.* 18. *numero* 8. ea propter, cùm à tribunalibus isti Prælati non possunt juberi deferre, cùm nullam vim committant 14
exequendo; frustra traherentur processus, & meritò ad eos trahendos provisio negatur, propter circuitus vitandos; agitur *clem. audit. de rescript.* & ita tenet Rodrig. *ubi proxim* & eadem ratione idem dicit servari in Francia circa appellationem tanquam ab abusu non admittatur à Senatu, seu Parlamento. Rebuff. *tit.* 3. *tractatuum, titu. de appellat. tanquam ab abusu, art.* 1. *gloss.* 1. *num.* 23. 24. *&* 25. *folio* 936.

Et quòd in Francia non possint Religiosi appellantes 15
à correctione sui superioris Prælati recurrere ad Parlamentum Regium, tanquam ab abusu, sed imò potiùs appellatione non obstante, possit Prælatus exequi tenet Scacia *de appella. quæst* 27. *lim.* 26. *num.* 9. *&* 10. *versiculo ego non dissen.* Gregor. Tholosa. *in tract. de appella l.* 2. *cap.* 10. *n* 7. *versic. in Gallia. fol.* 156. & quod Re-
16 ligiosi non possunt appellare, tenet Covãr. *in pract. q. cap.* 23. *sub n.* 6. *versic.* 8. idem tenet Domini. à Soto *lib.* 5. *de justi. & jur. quæst* 6. *ar.* 3 dicentes, sanctè, ac religiosè in religionibus Monachorum appellandi usum
17 sublatum fuisse, nam etiamsi posset accidere, Monachum aliquem injuria læsum affligi à Prælato; tamen multa damna ex appellationibus sequerentur, quæ religionis nervum, & decus potissimum macularent: idem tenent Manuël Rodrig. *quæst. regul. quæst.* 29. *art.* 2. Aragon. 22. *a.* 69. *artic.* 3. Cerol. *in prax.* 2. *part. verb. regulares, versi.* 6. idem Manuël. Rodrig *tom.* 1. *quæst.* 29. *art.* 5. *& in summa, in fin. tit. de ord. judic cap.* 13. *num.* 5. idem testatur Sese *tract. de inhibitio. c.* 29. §. 1 *sub n.* 44. & idem *in epistol. ad Regem, n.* 99. & sic ex utraque ratione, tam ratione scandali vitandi, de quo in l. Regia, quàm ratione appellationis prohibitæ nullo modo admittitur Religiosus in correctione ad recursum Regium. Hoc jure utimur, nam ad ea quæ frequentiùs accidunt, jura adaptantur. *l. nam ad ea ff. de legibus.*

Sed dictam tamen regulam, quam ut firmissimam 18
hactenus firmavimus, appellari non posse à Prælato religioso gravante, & opprimente suum subditum religiosum, imitandam esse, quando in correctione & visitatione Prælatus modum excessit, quia tunc potest licitè appellare Specula. *tit. de appellat.* §. *in quibus autẽ casibus*, Franch. *in c. de prior. n.* 31. *sub n.* 1. *de appellat.* Card. Alexand. *in d. c. ad nostram, l.* 3. *n.* 3. *versiculo nota* 2. & Decius *n.* 1. *& seqq.* Marant. *de ord. judic.* 6. *part. actu* 2. *prin. verb. & quandoque appellatur, lim.* 27 *sub n.* 333. Gregor. Tholos. *de appellat. lib.* 2. *c.* 10 & apertiùs *à n.* 8. *fol.* 151. Ruginel. *eodem tract.* §. 2. *c.* 3. *n.* 229. Scacia *de appella q.* 17. *limi.* 26. *num.* 12. & de excessũ Prælati in visitatione, vide multa per Pavin. *tract. de visit.* 1. *p. quæst.* 10. *per totam, fol.* 189. *& sequentibus*, & ita intelliguntur, prout loquuntur, Navarr *l.* 2. *conf. tit. de appell. conf.* 4. *n* 5. *& in cap. nullam* 18. *q.* 2 *n.* 51. prout & illum intelligit, & sequitur Cæned, *in Canoni. q.* 26. *sub n.* 22. *vers. advertendum tamen est.*

Quæ limitatio probatur ex text. *in cap. de prior.* 31. *de* 19
appell quem ita ibi intelligunt, & interpretantur Doctores citati, & est optima glossa ibi *verb. õtempserit.* & est text. *in cap. licet, de off. ordin.* & ita illum etiam intelligunt Doctores communiter vid. Calderi. *cons.* 3. *sub titul. de appell.* Anchar. *cons.* 42. Abb. *in d. cap. ad nostram,*

num. 7.

*num.*7.& ibi Felin.*n.* 7. Decius *num.*1.*de appellat.*quare dicendum est, perperam intellexisse illum Ceval. *de cognitio.per viam viol.*2.*p.quæst.*95. *à prin.* quo motus,nimis variat in hujus articuli typis cognita resolutione,ac insuper ad subvertendam l.Regiæ,& communis,ac incommutabilis praxis determinationem, qui quidem *à num.* 1. *usque ad n.* 20. de verbo verbum transcripsit (nullo addito,vel dempto verbo)Cæned.*in quæst.canon.* 16.*à n.*19.*per quatuor columnas*,eo tamen non citato,& quod ipse ultimo loco addit ex suo Marte vulgari praxi repugnat.

20 Siquidem *in d. q.ad prin.*dicit vim facere religiosos Prælatos,suas in subditos sententias exequi, apellatione remota, & postmodum, postquam in articulo nullam firmam assumpsit resolutionem,an debeat admitti appellatio in causis religiosorum, nécne, quia modò unum,modò aliud interminatè sentit: tandem *in n.*20. *& seqq.* resolvit, quòd si appellatione non obstante mandetur exequutioni sententia superioris,erit articulus violentiæ, & insuper dicit non obstare suæ resolutioni nostram l.Regiam 4.*tit.*5.*lib.*2.*recopil.*quia(dicit) loqui in causis visitationis, & correctionis religiosorum,& postmodum continuativè *n.*24.dicit)& sic non est permissa appellatio, nec cognitio per viam violentiæ,nisi judex excedat modum) sed miror tanti viri,ex quo si attentè legatur,nulla poterit firma resolutio deduci,quia in tota quæstione variè, & contrariè loquutus est.

21 Sed tu,ne fortè decipiaris, scias, causæ religiosorum quæ fiunt, & geruntur per eorum superiores, Priores, Guardianos,Rectores,Generales, Provinciales,& similes,quia sive directè, sive indirectè,semper tendunt ad correctionem, & regimen religiosorum: nullo modo possunt trahi ad suprema prætoria per viam violentiæ, sive in eis prohibita sit appellatio (prout regulariter prohibetur)sive permissa sit (prout quando exceditur,) nec hactenùs visum, nec auditum fuit inter practicos, & expertos tribunalium advocatos, & Senatores hujusmodi personarum causas ad illa exportati per hanc viam; imò nec in gravaminibus & excessibus super electionibus,nec super aliis rebus,quæ (ut dixi)geruntur inter religiosos per eorum superiores; trahi, unquam permissum est, & sic non video, quomodo ipse Cevall.deviare ausus est à tam frequenti, & omnibus tribunalium etiam minimis officialibus notoria,& usitata praxi.

22 Et quia dicta lex Regia non se fundat tantum in permissione, aut prohibitione appellationis in similibus causis (quia hæc ratio illius fuit subintellecta) sed in pace,quiete, & conservatione status religiosi, cùm illius nervus,atque decus consistat in eo, ut ne facilè causæ suæ extra religionis ambitus deducantur,ex quo non levia jurgia,ac perturbationes orirentur in gravissimum religionum detrimentum, prout considerant Soto,& Covar. *ubi suprà*,& quando circa hoc d.l pateretur aliquam difficultatem,universalis;perpetua,& firmissima,justissimáque ab usu, & praxi recepta consuetudo sufficiens fuit,illam legem intelligere,interpretari,& declarare,quia actus,ubi determinatio non appareret,ab usu,& consuetudine informatur,& regulatur,latissimè plura congerens adducit Mier.*tractat. de major.* 1.*p.quæst.*48.*à n.* 71. *usque ad num.* 77. Sese *decis.*113. *num.*183.*& 184.tom.*1.& idem *in tract.de inhibitio. cap.* 8 § 3.*à n.*143.Parlador.*lib.* 1.*rer. quoti. cap.*1.§.11.*n.*4. Cæned.*in q. canon.*45.*sub n.* 29. & nos latissimè plures congessimus *suprà*,*c.*1, *circa justificationem consuetudinis immemorialis*, *à prin.*ergo si hoc observat incommutabilis,& justissima praxis,cur temerè d. Cevall. contrarium firmaturus erit? quia minimè sunt mutanda,quæ certam interpretationem semper habuerunt ex quibus vulgaribus.

24 Unum tamen est, quòd in iis casibus,in quibus per Concil.Tridentinum permissum est ordinariis, de causis religiosorum cognoscere (de quibus dilucidè per Cæned.*in canon.quæst.*26. & alios, de quibus nos latiùs *infrà*,3.*tom.*6.*p.*) poterit licitè per religiosos recurrere ad Regium Senatum per viam violentiæ,qua sunt oppressi ab eisdem ordinariis, quia tunc jam dictæ causæ exeunt ambitum,& claustra religionis,& in illis cessat ratio nostræ legis;item etiam idem dicendum erit, & à fortiori in causis, de quibus cognoscunt religionum conservatores in foro contentioso, juxta Trid. *sess.*14. *c.*5.& nos suo loco dicemus *infrà*, *tom.* 3. 5. *p. c.* 6. ac etiam alius quilibet judex extra religiosum, cognoscens de qualibet religionis causa ex identitate rationis, & ita practicatur. 25

Sed quid dicendum circa dispositionem Concilij Trident.*sess.*21.*c.* 3. dum loquendo de religionibus.in hæc inquit: Et si in eis vigeret observantia regularis, provideant Episcopi paternis admonitionibus, ut eorum regularium superiores juxta eorum regularia instituta, debitam vivendi rationem observent,observari faciant, & sibi subditos in officio contineant,& moderentur. Quòd si admoniti intra sex menses non visitaverint,vel correxerint,tunc iidem Episcopi etiam ut delegati Sedis Apostolicæ eos visitare possint,& corrigere,prout ipsi superiores possunt juxta eorum institura, quibuscunque appellationibus, privilegiis, & exemptionibus penitùs remotis, & non obstantibus, *&c.* an tunc data contumacia procedente ordinario in religiosorum correctione, poterunt ob negatam delationem appellationi ab eo interpositæ confugere religiosi ad Regium Senatum pro violentia tollenda. 26

Et videtur quòd sic per doctrinam Bald.*in l.certum*, *cap.*3.*sub n.*22. *verficulo item dubitatur*, *versus fin. Cod. unde legiti.& unde cog.* quem refert, & sequitur Socin. *cons.*195.*circa primum*, *sub n.*1.*vers. & præmissis*,*l.*2.dicentes, quòd si per statutum sit assignatum unum tempus Capitaneo,& aliud potestati, & in aliquo casu potestas sit substituta Capitaneo, debet potestas judicare secundùm ordinamenta potestatis, & non secundùm ordinamenta Capitanei, quia subrogatus non tenetur servare statuta ejus,in cujus locum subrogatur,sed propria.Sequitur Scacia *de appel.quæst.*18.*num.*15.ergo tenetur Episcopus admittere appellationem, sicut in cæteris causis, & religiosi poterunt uti Regio recursu.

Sed contrarium verius est, tum juxta verba dicti Concilij *ibi*: Prout ipsi superiores possunt,juxta eorum instituta,) quæ enervant vires doctrinæ Bald.hujus casus respectu, & sic cum omnibus suis qualitatibus debet correctionem, & visitationem gerere, prout religiosi superiores, attenta causarum natura propria;tum etiam quia in eadem correctione eadem viget ratio fundamentalis nostræ legis Regiæ 40. propter quam, in iis religiosorum causis recursus impeditur, & ita firmiter tenendum est in præsentis difficultatis resolutione. 27

Tertius casus est in omnibus causis, & negotiis attingentibus quoquo modo, vel attingere valentibus tres gratias, seu concessiones à Pontificibus concessas, multis confirmationibus vallatas, Principibus Catholicis Hispaniarum Regibus,nempe Bullam sanctæ Cruciatæ,subsidium, & excusatum,eò motis,quoniam cùm ipsi Catholici Reges proprium suum patrimonium pro Ecclesia,tam devoto zelo consumpsissent,ut protervi, & infideles, hæretici, & idololatræ ad Ecclesiæ communionem,& consortium reducerentur, juxta ea,quæ Justinian.Imperator inquit in 25.constitutione de contributariorum indulgentiis, *ibi*: Nam ærarium cùm multis prægravatum debitis,& ad extremam redactum inveniremus inopiam, ære alieno in nos suscepto onere pariter, & magna difficultate sublevavimus, & rem militarem, quæ jam necessariarum rerum inopia defluxerat, ut undique republica Barbarorum labefactaretur 30

ctaretur irruptionibus. Meliùs dici potest, hunc exercitum, & prælium Ecclesiæ potiùs, & Ecclesiastici status, quàm Principis sæcularis, cum fiat ad exaltationem & augmentum fidei.

31 Igitur ne Ecclesia, Christianique respublica molestias, & incursiones inimicorum sanctæ fidei pateretur, tres prædictæ gratiæ eis à sancta Sede concessæ fuêre, ut ex processo, & producto ab eis, atque simul ex Regio patrimonio fortis reddatur Catholicus exercitus, & vincat Leo.

32 Ad exequutionem harum concessionum, & gratiarum Commissarius est quidam generalis, qui præest omnibus causis, & negotiis eas attingentibus, istéque Commissarius Ecclesiasticam-, & spiritualem jurisdictionem exercet, delegatum scilicet per Summum Pontificem, cùm res, & personas Ecclesiasticas, & spirituales comprehendant gratiæ hæ, & temporalem etiam à nostro invictissimo Rege concessam, sic per vim auxilij, & brachij sæcularis illam directè, & realiter sibi dante, & attribuente, ut in consilio, quod vocamus *de la Cruzada*, causas dirimat temporales, quæ coram ipso frequenter inter sæculares tractantur, in quibus potuisset jurisdictio declinari, qui licèt præsit d. consilio Cruciatæ, non appellatur Præses, sed Commissarius generalis, sicque dictus, quia commissam sibi jurisdictionem, & delegatam à Papa, & Rege exercet, & Generalis ad
33 differentiam cæterorum Commissariorum inferiorum subdelegatorum, quibus ipse immediatè præest; qui etiam alibi conveniri non potest, quàm coram Summo Pontifice, ac pariter ejus ministri in his, quæ sua respiciunt officia, & munera, alibi conveniri non queunt, nisi coram ipso Commissario generali, ut in eadem concessionis Bulla, & gratia dicitur, & refertur in compen-
34 dio 3. gratiarum edito per doctissimum virum scientia, & experientia decoratum, magnáque ingenij facilitate, & claritate præditum, omni laude, ac sublimi præmio dignissimum, Licen. Perez de Lat. *fol. 66. in prin. tit. de los privilegios y efentiones*, &c. *l.* 1. & ibi *fol.* 16. *tit. del officio del Commissario General*, multa de tali officio videbis, & invenies.

35 Iste Commissarius generalis tenetur suam commissionem subdelegare in singulis diœcesibus, & capitibus Provinciæ, sive partiri his, qui in Cathedralibus Ecclesiis præbendas habuerunt, magistratus, & Doctoratus, aut inquisitoribus si ibi sint, & in eorum omnium subdelegatorum absentia, vel impedimento alios subdelegatos nominet ipse Commissarius Generalis, qui quidem sint periti, & literati, graduatique, ac integeratæ conscientiæ, & opinionis, dummodo isti Commissarij subdelegati in singulis diœcesibus duos numero non excedant, juxta *l.* 12 § 2. *in titul.* 10. *lib.* 1. *recopilat.* & in concordia regnorum Castellæ, & Leonis super excusato, quam transactionem acceptavit Rex noster, relata in d. compendio trium gratiarum *lib.* 2. *del excusado, fol.* 66. § *item que por los reverendissimos juezes Commissarios*, &c. qui quidem subdelegati cognoscunt de omnibus causis quomodolibet contingentibus bona, & administrationem eorum, & rationem dictarum gratiarum, & compositionem Bullarum, bonáque etiam eorum, qui ab intestato decedunt, sine consanguineo intra quartum gradum, & ea, quæ deperdita, & pro derelictis habentur, & sine proprij Domini cognitione sunt) quæ nos *monstrenços* dicimus) quæ simul annexa, & applicata sunt Cruciatæ, de quo, & de modo procedendi in his causis, & in bonis, & in applicatione bonorum deperditorum, sive *monstrençorum*, & ab intestato venientium, vide latissimè, & omnia de materia require *d. compendium*, *lib.* 1. *fol.* 276. *cum seqq.* ubi ad amussim instructiones procedendi, his subdelegatis datas, & ad quæ earum extendatur cognitio refert, multáque de iis mentio fit *in l.* 10. *tit.* 10. 1. *lib. recopil.*

36 Quarum omnium causarum cognitio ad eos privativè pertinet: ita ut Præsidentes, & Auditores omnium in universum Cancellarium, cæterarúmque audientiarum regalium inhibiti sunt expressè, *in l. tit.* 10 *l.* 1. *recopil.* ita ut de eisdem causis, & negotiis cognoscere non possint, nec recipere appellationem, seu appellationes à sententiis, decretis, seu jussibus & compulsionibus interpositas, quas si forsan recepissent, statim ad d. Commissarium generalem, seu ejus subdelegatos remittant, nec de his sententiis, & decretis recursum aliquem etiam per viam supplicationis, gravaminis, nec nullitatis ad ea tribunalia eatur, nec ad alia etiam inferiora, sed tantùm ad supradictum Commissarium generalem, ad quem dictorum tantùm cognitio pertinet *ex d. l.* 9.

Quod adeò verum est, ut dicta inhibitio etiam ad 37
nostrum casum extendatur, ita ut nullo modo causæ prædictæ quomodolibet coram d. Commissario generali, seu ejus Commissariis, & subdelegatis tractare contigerit, ad prædicta suprema tribunalia per viam violentiæ remittantur, *juxta l.* 8. *d. tit.* 10. *lib.* 1. *recopilat.* quod idem disponit circa quartas Regibus pertinentes, ibi: *Apedimiento de algunas personas mandan traher los processos*, &c. *sean fecho y tratado ante el juez Commissario, y executor general, y ante sus subdelegados à las dichas mis audiencias Reales por via de fuerça, y que cognoscen dellos, y que les mandan otorgar las appellaciones, que interponen de los dichos Commissarios, y jueces generales, particulares, y que los compelien, y apremian à esto, y porque est podria ser en gran daño, y per judicio de las dichas Bullas, y subsidios*, &c. *mandamos à los dichos Presidentes, y Oydores, que novos entrometais, à conoscer por via de fuerça, ni otra manera alguna de causa processo, ni diferencia tocante à las dichas Cruz, à da Bullas, y quartas, y subsidios, y quentas dello, ni admittais peticiones*, &c. idem tenet Bobadill. *in Politi. l.* 2. *cap.* 16. *num.* 9. Rodrig. *de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *num.* 75. Azeved. *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil. fol.* 146. *in prin.* refertur etiam *in d. compend. lib.* 2. *del subsidio, titul. de concor. de Castill. y Leo, fol.* 10. *versic. otrosi que sun à gestad ad fin.* Joseph. *tract. de inhibit. cap.* 30. §. 1. *sub num.* 44. & iterum *in epist. ad Regem, num.* 99. *quæ est in* 2. *tom. d. ist. ad prin.*

Imò causis subsidij, nempe, circa reparationem, 38
quæ fit per repartitores cujuscunque Ecclesiæ, & diœcesis, statim talis repartitio exequitur, vehitúrque ad debitam exequutionem absque aliqua dilatione, non obstante quacunque contradictione, aut appellatione, nec possint dari provisiones Domini Commissarij generalis ad effectum impediendi prædictam partitionem, factam exactionem, nec exequutionem ejus, quod si in contrarium factum sit, & dari provisiones tales contigerit, obducuntur, & non adimplentur, nec eis obstantibus cessat dicta repartitio, exequutio, nec recollectio ejus, ut constat *ex dicta concordia regni Castellæ, & Leonis*, de qua *in d. compendio, ubi proximè*, *fol.* 11. *vers. otrosi el repartimiento que se hiziere del dicho subsidio*, &c. ita etiam in eorum exequutione, & collectione proceditur appellatione postposita, & remota, ut probatur ibi *f.* 6. §. *en la Cobranza del subsidio*, quod etiam jure 39
communi videtur probari: nam cùm hic agitur de collectione rerum in subsidium militiæ concessarum: cùm non requirat altiorem indaginem in eis, recipienda appellatio non est, ad effectum demorandi exequutionem collectionis, quoad effectum suspensivum saltim: de rebus etenim est, quæ dilationem non patiuntur; expendo ad propositum text. firmè expressum *in l. si res delationem, fin.* ibi: Si res delationem non recipiat, non permittitur appellare, veluti nec testamentum aperiatur, ut D. Adria. constituit, nec frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur, &c.) qui text. ad propositum elegans est, & quia cùm hoc respiciat militum alimenta, & sustentationem, & ad id solùm

concessum est à Pontificibus ad sustentationem,& alimoniam 100.galerarum,& triremium contra perfidos,
40 & ideo dicitur,& appellatum est subsidium,ut expressè dicitur *in d.compend.l.2.del subsidio eques ea la gratia, y concession del subsidio,fol.3.ad fin.& fol.1.*quo casu quòd charitativum subsidium pro alimentorum, nempe,necessitate etiam ab Episcopo impositum habet hoc idem privilegium,ut in eo minimè appellatio admittatur, ut expressè tenet Bellencin. *in tract. de charitativo subsidio, q.55.*Guiganc. *de pensio.q.95.n.* 4. igitur si in his causis potest judex,lege permittente,& absque vitio attentati suam sententiam exequi , non obstante appellatione; frustra quæreret hoc defensionis auxilium appellans, cùm judex nullam vim facit , nec injuriam exequendo sententiam privilegiatam , & sui natura exequibilem, *arg.regul.qui jure suo,de reg.jur.*quorum processuum traductio ad suprema tribunalia maneret illusoria , quod evitare judices,& jura debent, ex textu *in cap. causam quæ,* ubi omnes Doctores communiter solent adnotare *l.3.§. plus dicit,ff. ad exhibendum , & in §. interdum,*ibi: Quia vindicare non possum,nec ad exhibendum experiri, *&c.* nec tali appellanti prodest protestatio violentiæ coram judice Commissario generali,vel ejus subdelegato,quia protestatio de illo actu facta , cujus eventus nihil operatur,nihil valet,nec verenda est,*l.hac stipulatio.§.divus,ff.ut legator.nomine cave. l.non cogendum, §. fin ff.de procur.*omnes Doctores *in l.non solùm, §. morte,ff.de oper.nov. & in c. cum M. Ferrar.de constitutio.*

41 His & proximus quartus casus est , & ab hac regula supraposita,exceptus,causæ nempe, quælibet attingentes conservatores Salmantinæ universitatis,nam ab eo quòd Magister scholarum,& ejus locum tenentes pronuntiant,decernunt,& declarant, si appellationibus super ipso interpositis non detulerint,nec deferant,sed his propositis ad sententiarũ exequutionẽ procedunt,prohibitum stat provisiones ordinarias à Cancellariis , & audientiis supremis dari , ut ad eas processus trahantur ut constat *ex l.Regia 18.cit. tit.7.l.1.recop.*Boba.*in Poli. l.2.c.16.n.9.*& alij ex rationibus *in d.c.1.l.Regia,*à scriptis cæteris motivis ad privilegium studentibus cõcessũ.

42 Unum tamen dissimulare non possum,quod frequenter in tribunalibus versatur,sæpéque de eo dubitari vidi;an *l.20. eod. tit.7.lib. 1.* dum disponit , & restringit jurisdictionem Magistri scholæ ad duas dietas tantùm,restringénsque *l.18 §.2.*qua quatuor dietæ concedebantur,procedat,& habeat locum non solùm quando scholasticus est actor , & vult trahere ad d. judicem suum alium , putà , sæcularem , sed etiam procedat, quando scholasticus reus est,ita ut scholasticus Salmanticæ matriculatus , & in quo qualitates requisitæ concurrunt ad utendum hoc privilegio, si extra duas prædictas dietas degat,& ibi conveniatur,& accusetur coram judice ordinario, cujus jurisdictionem declinaverit,an remittatur ad Magistrum scholarum.Quid autem
43 sit dieta , quæ stadia comprehendat , & istæ duæ dietæ à quo incipiant numerari , & usque ad quem locum, vide latissimè,& ex aliis per Azeved. *in d. l.20.*

44 Et brevibus solvendo dico,& suppono *ex d.l.Regia,* scholasticum posse trahere ad suum Magistrum scholarum reum quemlibet;etiam sæcularem,vel alium suum debitorem,ut constat *ex d. l. 18* & ibi Azeved. itaque omnes dietæ , de quibus loquitur jus Canonicum *in c. nonnulli de rescript. & in cap. statutum, §. cùm verò,& §. cùm autem,eod.tit.in 6.& in c. olim. 7. de exceptio.* & in conservatoriis, & legibus Regiis , non limitatæ fuere, nec esset necessarium, nisi quando aliquis in prima vel secunda instantia extrahitur à proprio foro, & diœcesi contra regulam juris,quæ habet,quòd actor forum rei sequi debet;& quia privilegium,quod contra hanc juris regulam habet scholasticus,ut tradit Rebuff.*in tract. de privil.scholast.privil.61.& 62.* indistinctè,& absque limitatione distantiæ nimis esset ipsis reis damnosum,&

sic *in d. §.2. lib.* 18. cùm necessarium , & rationi congruum visum fuit jubetur ut Magister scholarum , seu ejus locumtenens minimè possit ad se trahere personam aliquam ultra dictas dietas quæ referendæ sunt ad scholasticum , qui ut actor trahit reum ad suum judicem , ex gloss expressa *in c. si diligenti , verbo pertrahant, de for. compet.* quæ allegans *cap. inolita 11. c. 1.* dicit referendum ad actorem,ex cujus propria verbi significatione *d. cap. si diligenti , &c nonnulli, cap. olim,* suprà allegata *authent. habita* , ibid. *trahere tentaverint,* quia reum trahit invitum actor,ut ex Rebuffo *in l.111. de verbor. signifi.*

Sicque d.l.videtur loqui in scholastico,ut actore tra- 45
here volente alium extra duas dietas coram suo judice scholastico,& ita est communis praxis Salmantina. At quoties contigerit scholasticum , etiam in remotis; conveniri sive in civilibus, sive in criminalibus coram judice ordinario illius provinciæ:à suo scholastico statim ut ipse postulet,sibi dantur conservatoriæ in certis constitutionibus universitatis. & clausulis Bullæ Innocentij,relatæ a l literam per Azeved.*in d.l.20.*ubi per te videre poteris;d.autem l 20.solùm venit ad restringen- 46
dum quatuor dietas prædictas , de quibus *in d.l 18.* 7. ad solas duas,ut inquit Azeved. *in d.l.20. à princip.* ubi dicit studentes suos trahere debitores usque ad quatuor dietas,idem dicit Rebuff. *ubi proximè , privil.* 161 ubi allegat nostram legem Regiam , dicitque Innocent. VIII. has dietas reduxisse ad jus Canonicum decretalium;nempe *cap.nonnulli 28. de rescript.*& sic intelligit,prout intelligenda est d. l. Regia Hispana Bulla,& conservatoria , quas refert , quando scholasticus actor est,& in privil.165.& 177. mentionem facit de transactione concord. & pacto sanctæ fidei , de qua *in dicta lege* 18.

Et sit resolutio,ut scholasticum Salmantinum in uni- 47
versitate matriculatum, in quo cætera requisita *in d.l.* 18 concurrunt , quocunque vadat,& ubique locorum, comitatur suum privilegium fori , & sequitur , sicut umbra corpus,itaut si conveniatur,vel accusetur civiliter , vel criminaliter coram judice ordinario etiam extra prædictas duas dietas opponens fori exceptionem, ad Magistrum suum remitti necessariò debet cum elogio *l.non dubium,*ibi : Illud à quibusdam observari solet,ut cùm cognoverit,& constiterit,remittat illum cum elogio ad cùm , qui provinciæ præest , unde is homo est, quod ex causa faciendum est,*ff.de custo. & exhi.reorum,* ut in milite *l. de militib.* ibi : Ita servatur ut ad eum remittantur,si quid deliquerint, sub quo militant,&c. *ff. eod.l.de servorem, cum aliis pluribus de re milit. & in clerico, y si judex laicus,de sent.ex omn.in 6.*& alibi passim; & ita communis stylus dictæ universitatis Salmantinæ d.l Reg interpretatus est,& declaravit,secundùm quam declarationem , & stylum vidi judicatum fuisse in hac alma aula,& Galleco tribunali , ubi scholasticus extra dictas dietas delinquens, & accusatus hic,opposuit fori exceptionem;replicante verò adversario ipsum scho- 48
lasticum degere ultra dictas dietas,& nihilominus post hinc inde longam disputationem , & controversiam negotij Senatus se incompetentem declaravit,dictúmque scholasticum uti in hoc casu suo privilegio , & sic remittendum esse ad Magistrum scholarum , vel ejus locumtenentem , & in alio negotio huic simili Pinsiana Cancellaria , dum Burgensi erat , declaravit & in alio negotio cujusdam consanguinei mei,idem declaravit eadem Cancellaria, licèt antea in hoc Senatu Galleco in eodem negotio , scholastico absente, & contumace,contraria sententia lata fuit , licèt enim postmodum contingens in priori casu, magis cognito de causa , se non judices declaravere.

Illud tamen rei , de qua agimus , utilissimum non 49
omittendum est , an causæ , & negotia agitata coram delegato Magistri scholarum ad partes remotas dati

solito eadem prærogativa fungantur, qua gaudet ipse Magister, ne possint per viam violentiæ ad Senatum trahi. exemplo res fuit manifesta, nempe, in casu supradicto, vel quando scholaris extra Salmantinam Universitatem degit, & ibi deliquit, accusatur coram Cancellaria, vel Regia audientia, vel alio judice, Magister scholarum emittit inhibitionem, vel supplicatoriam cum comminatione censurarum, & ut ad eam respondeat Procurator Regius fiscalis, vel judex, commodiùs solet dictus Magister delegare causam super illa exceptione declinatoria, alicui in illo eodem loco, ut declaret, an gaudere debeat scholaris privilegio, vel non, judicibúsque, & tribunali imponat censuras, & interdicta; nunc quæro igitur, an si judex à declaratione, & interdicto appellaverit, & protestatus esset auxilium Regium hoc, an eo uti posset, & sic an causæ hujusmodi judicis delegati possint trahi ad Cancellariam per viam violen-
50 tiæ, quæstio est à nemine tacta, videtur quod sic: Primò, quoniam quando causæ committuntur alicui cum clausula, recursu, vel appellatione remota, si eam subdelegaverit, nihilominus à subdelegati pronuntiatione, sententia vel gravamine licet appellare, & habet pars ipsa gravata recursum, licèt à delegantis sententia, vel gravamine nullum haberet: text. est *in c. super quæst. § eos autem, de off. & potest. jud. delegat.* ergo licèt per *d. l.* 18. Magistro scholarum hæc sit attributa potestas, ut ab eorum violentiis, & gravaminibus non habeatur recursus ad regalia, & suprema tribunalia per viam violentiæ, non debet hæc ipsa ad delegatos transferri, & transmitti.

51 Contrarium tamen de jure verius existimo, eo fortissimo fundamento, quoniam quando in causa ex natura sua, & sui jure communi est exequibilis, & non appellabilis; tunc in quemcunque delegatum cum illa qualitate transit, quia qualitas rei non alteratur ex persona successoris; text. est *in l.* 2. *§. ex his, ff. de verb. oblig.* quia omnis res transit cum sua causa, & quia qualitas quæ
52 inhæret rei, transit cum ea in quemcunque successorem, *l. Imperatores, ff. de vestig. & commiss.* juxta quam doctrinam intelligenda sunt, quæ Abb. *in c. signifi. n.* 25. *circa med. de for. compet. & in c. cùm in veteri. de electio.* tradidit, quòd delegatus debet cognoscere de causa eo modo, & forma, quâ fuisset cognita, facta non esset delegatio, sed apud delegantem retenta; nam si sententia quæ meretur exequutionem, alicui committatur, vel delegetur, minimè ab hoc delegato appellatur, quemadmodum nec posset ab ipso delegante, *l. ab executio. C. de appell. ab executo, ff. eod.* quia hoc provenit ex natura rei commissæ, à qua non datur appellatio, nisi in certis, & limitatis casibus in d. juribus expressis. Sed his casibus scholasticorum (de quibus agimus) ea sua propria natura, eo quòd à jure illa est quallias inventa, ut pro eorum violentiis
53 ad suprema tribunalia non eatur, non propter ipsos Magistros scholarum, sed propter ipsos scholasticos tantum & universitatem ut probatur expressè *in d. l.* 18. *1. Que nos place, por hazer favorà la dicha universidad, y personas della*, & iterum ibi: *no mandeis sobreseer la dicha execucion, ni traher ante vos los processos, como se suele hazer en las otras fuerças*, &c. *in l. eadem, in* §. 1. ideo dicit, concedi debere privilegium, quia aliter: *Los estudiantes del dicho studio dexan de estudiar y han los Doctores de leer, y Cathedraticos sus Cathedras por ir à poner recaudo en sus Pleytos, y causas, &c.* bonus text. *in l.* 4. *Cod. de silent. l.* 12. *auth. habita, Cod. ne fil. pro pat.* & Innoc. VIII. *in sua conservatoria, f.* 171. inter constitutiones Salmantinas, Rebuff. *privil.* § 3. ergo cùm hoc privilegium ipsis scholaribus tantùm absque alterius contemplatione sit concessum, & ipsi sunt qui litigant coram delegato: ergo coram ipso durare debet, *arg. c. cum personæ, de privil.*
54 *in* 6. quia cùm adhuc duret causa privilegij, cum ea debet negotium ad delegatum transire, *l. si convenerit, §. si fundus*, ibi: Manere causam pignoris constitit, quia cum sua causa fundus transeat) *ff. de pignor. actio.* durat enim non autem cessat ratio finalis ipsius leg. *arg. cap. cum cessante, de appella. l. adigere, §. quamvis, de jur. part. l.* 1. *§. hujus rei, de off. ejus, cui manda. est jur. l. quod dictum, ff. de pact. cum aliis.* Ad argumentum autem respondetur; quòd procedit in provisione, & dispositione hominis, non legis quod passim, ac frequenter solet variari, mutari, & alterari, & pro comprobatione hujus difficultatis, & resolutionis, vide quæ latissimè in similibus terminis multis dictis comprobantes congessimus *infrà*, 3. *parte*, *cap.* 11. *per totum*, quæ omnino hic conducunt.

Aliud tamen obiter animadvertere libet, quòd quan- 55
do hi judices decernunt censuras, vel interdictum contra Auditores alicujus tribunalis supremi, vel alij, etiam quilibet judices Ecclesiastici pro eo, quod scholasticum, vel qui se clericum dicit, idem tribunal detinet, negátque relaxandum, à quibus censuris, & interdicto, Regius fiscalis ipsius Audientiæ, vel Cancellariæ defensor jurisdictionis regalis, appellet, & protestetur auxilium violentiæ, praxis obtinuit, & obtinebit, ipsum idem tribunal cognoscere de hac eadem vi, si sub ejus districtu est judex Ecclesiasticus, qui idem excommunicavit, vel interdixit, sin autem, id est, non sit sub ejus districtu, puto recurrendum esse ex parte fiscalis, ad id tribunal, sub cujus districtu judex deget, *juxta l.* 39. *tit.* 5. *l.* 2. *novæ recopil. fol.* 64.

Hactenus de his causis, & negotiis, quæ reperiuntur absolutè prohibita, protrahi ad suprema prætoria per viam violentiæ, atque in eis à principio denegantur provisiones ordinariæ, prout videre est ex iis, quæ hactenus dicta sunt.

Aliæ autem sunt causæ, quæ non absolutè sunt pro- 56
hibitæ (ut diximus *ad princ. hujus* §.) sed deficiente qualitate, prout sunt appellationes à sententia merè interloquutoria, quæ nec habet vim diffinitivæ nec continet damnum irreparabile, nec præjudicium parat causæ principali, de quo *in l.* 38. *titul.* 5. *lib.* 2. *recopil.* ibi: *Para que no otorguen las appellaciones de autos interlocutorios y estos en grande agravio de las partes, y se impide la vista de otros muchos negocios, mandamos à los Presidentes, y Oydores de las dichas Audiencias, que de aquí adelante no libren cartas para traher por via de fuerça processos algunos Ecclesiasticos de autos interlocutorios, salvo si fueren tales, que tengan fuerça de definitiva, y que en ella no se pueda reparar.*

Et cùm difficile sit propter varietatem, & intricatio- 57
nem causarum, in quarum discursu rei natura, & qualitas alterari assolet docere de hujusmodi qualitate, quâ fundatur Regia potestas, nec aliter directè, nec indirectè, possit constare legitimè, quàm per ipsorum actorum inspectionem; ideo necesse est, ut acta exportentur ad tribunalia, ut inde deducatur, an sit appellatum a sententia, aliquam ex dictis qualitatibus habente, prout aliàs videmus etiam in jurisdictionalibus, ubi qualitas attribuens jurisdictionem, priùs debet constare, *l.* 2. *§. sed si dubitatur, ff. de jud. l. si quis aliena, eodem tit. l.* 1. *§. ait* 58
prætor, ff. ne quid in flumine publico, l. prætor. § docere. ff. ut bonorum rapto. B. in l. multum, ff. de condit. & dem. & in l. si finita, §. Julianus, ff. de damno infecto, Paris. *de syndicat. §. judices puras, col.* 3. *versiculo judice tempor. n.* 13. cum aliis relatis ab Andrea Gaill. *in tract. de pace pub. c.* 13. *n.* 12. *& seqq. libr.* 1. plurima notanda in proposito congerit Prosper. Fari. *in tract. crim. tit. de inquis. quæst.* 8. *num.* 85. *& seq. & quæst.* 1. *n.* 87. *& n.* 10. *à n.* 26. & maximè ubi non auditur contradictio, nec in contrarium allegatio, ut hîc, de quo latè Fari. *ibi*, Mart. *de jur.* 4. *p. cent.* 2. *cas.* 129. *à n.* 20. *fol.* 225. *& casu.* 145. *n* 3. 4. *&* 8. quare processu adducto cognoscitur, & inspicitur in Senatu natura, & qualitas appellationis verè, & evidenter, & secundùm eandem decernere solent, vel deferre jubere, vel in totum remittere, & ita cõmuniter practicatur

dicta

dicta lex Regia 37. quia stylus, & usus optimus est legum interpres.

CAPUT III.

Appellanti ab aliquo gravamine, quo finem suæ judex jurisdictioni imponit, vel aliter expirarit, ita ut ea penitùs ad reponendum careat, vel quando post gravamen illatum judex abjit, vel objit: quemadmodum supremus Senatus per viam violentiæ aditus, consulere queat.

SUMMARIUM.

A declaratione judicis se non judicem declarantis, vel se inhibentis, legitimè appellatur, & Senatus Regius appellationi deferendum decernit, vel tertium genus decreti expedit, & ibi exemplum, n. 1.

Judex Ecclesiasticus provisioni Regiæ sibi intimatæ respondens, jurisdictione, carere, ut pluribus casibus ibi relatis; quid faciendum, ne inane sit decretum Regium, n. 2.

Judex referens appellationi aliàs non legitimæ, seu non deferendæ, abdicat à se omnimodam jurisdictionem, n. 3.

Judex inhibitus ad inhibitionem superioris, vel se inhibens, caret jurisdictione, nec aliquid decernit in sententiæ executione, etiam privilegiatæ, n. 4.

Et idem in judice se declarante non judicem remissivè, num. 5.

Judex, qui functus est officio suo, non potest se in causa intromittere, n. 6.

Repositio actorum, seu aliij actus jurisdictionales geri non possunt ab alio, quàm à judice non privato, seu jurisdictione carente, n. 7.

Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ibid.

Solemnitas quæ requiritur in construendo, requiritur in destruendo, ibidem.

Valet argumentum de contractu ad distractum, ibid.

Judex Ecclesiasticus non debet adstringi per provisionem Regiam ad faciendum id, quod sibi jure prohibitum est, n. 8.

Revocare, & reponere attentata appellatione pendente pertinet ad judicem ad quem, non ad alium, n. 9.

Secunda jussio, vulgò sobre carta, *decernitur in Senatu contra judices Ecclesiasticos volentes evitare repositionem attentatorum respondentes provisionibus Regiis non posse attentata revocare, quia carent jurisdictione, n. 10.*

Jurisdictio necessaria non est ad effectum reponendi attentata, n. 12.

Judex procedens juris ordine non servato reputatur privata persona, & sine jurisdictione, n. 12.

Quæ de facto fiunt à judice, de facto per eum revocari jus est, n. 13.

Judex qui permisso juris ordine, & sine citatione possessionem abstulit, poterit de facto eam revocare, n. 14.

Judex facilis in concedendo, ita debet esse in reponendo, ibidem.

Judex qui tenutam, & possessionem abstulit alicui non citato; illam eidem restituere potest, nec sibi obstat quòd officio suo functus sit, n. 15.

Judex revocando possessionem nulliter datam procedit tanquam persona privata, & præsumitur facere modo, quo facere potest, n. 16.

Jurisdictio non requiritur ad revocandum ea, quæ de facto fiunt à judice, n. 17.

Attentata licèt regulariter ad judicem ad quem revocare pertineat, tamen, potest etiam judex à quo attentata post appellationem à seipso revocare, n. 18.

Attentatum à parte, & attentatum à judice à pari procedunt ad hoc, ut judex attentans possit revocare, ibid.

Libera facultas conceditur à jure judici a quo ad revocandum attentata cùm sit ad faciliorem causæ exitum, n. 19.

Interlocutoriam executioni mandatam non revocat judex, nisi nulla sit, nam tunc revocat, & executionem reponit, n. 20. & 21.

Propositionibus Regijs quotidie jubetur judici Ecclesiastico vim inferenti, appellationi deferre, & attentata omnia reponere per seipsum, ipseque reponit cum effectu, n. 22.

Violentiarum cognitio inanis esset, si judex, qui attentavit, non possit reponere attentatum, prout sibi jubetur à Senatu, n. 23.

Judex Ecclesiasticus ad reponendum non eget jurisdictione, & ideo contra eum secunda jussio, vulgò sobre carta *expedienda, ad reponendum cum effectu, ibid.*

Executor, vel alius judex delegatus Pontificis, seu Nuntij ad aliquam causam si attentat, & dum pars gravata accedit ad Senatum, abjit in longinquo secum acta processus asportando: pars gravata debet occurrere ad superiorem judicem ipsius gravantis, n. 24. & non ad Senatum, n. 25.

Acta processus sunt necessaria, ut violentia in Senatu detegatur, n. 26.

Violentia, seu iniquitas judicis allegata in procedendo ex actis ab eo gestis constare debet, n. 27. & 29.

Defectus processus ex actis ejus constare debet, n. 28.

Princeps, & ejus Regia tribunalia in elevanda vi illata à judice Ecclesiastico, sine jurisdictione, & extrajudicialiter procedunt, & ideo recipere testes, nec alia judicialia facere absonum esset, d. n. 29.

L. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. *explicatur ibidem in illis verbis,* el proceso originalmente el qual trahido sin dilacion, *&c.*

Ablativus absolutus importat conditionem, & formam sine qua non habet locum dispositio, n. 30.

Processu originali non adducto, non cognoscitur de violentia in Senatu, ibid.

Dictio, si in dispositione apposita, illam reddit conditionalem, qua deficiente non verificatur dispositio, n. 31.

Lex requirens aliquod genus, seu modum probationis in aliquo actu, debet adimpleri specificè, & aliter probari nullomodo potest, n. 32.

Lex, seu statutum potest occurrente aliqua utilitate, aut evidente causa (ut hic) facere, ut probatio valida, & perfecta in aliquo actu, sit invalida & imperfecta, n. 33.

Lex, vel statutum factum ob publicam utilitatem si requirat certum genus probationis, non admittitur alia probatio simul cum requisita, n. 34.

Senatores abstinere debent à violentia, & cognitione, cùm ex defectu processus sibi apparere non possit, cùm nihil certum decernere possint, n. 35.

Lex absentis, de pœnis, *declaratur, ibid.*

Cognitio violentiæ processu originali adducto ad tribunal Regium rectè procedit, & decretum tribunali, prout ex actis adductis colligitur, n. 36.

Decretum expeditum in Senatu in causa violentiæ quomodo exequendum, si judex Ecclesiasticus, contra quem datum est, absit, remissivè, n. 37.

Notarius apud quem adsint acta gesta per judicem Ecclesiasticum, contra quem violentia intentata est in Senatu, etiam absentem, compellendus est ad exhibenda, n. 38.

Tabellio debet registrum, seu protocollum instrumentorum actuum judicialium, & extrajudicialium secum retinere, & non potest tradere partibus nisi judicis præcepto, n. 39.

Regium tribunal quemadmodum se habere possit ad executionem decreti violentiæ lati contra judicem Ecclesiasticum post gravamen illatum absentem & absentem n. 40.

D. l. 36. tit. 5. lib. 2. recop. *ponderatur, n. 41 in illis verbis,* provean que el tal juez la otorgue, *&c.*

Judice Ecclesiastico vim inferente mortuo ante repositionem, an evanescere decretum violentiæ debeat, cùm ipse sit gravans & attentans, & contra eum oppressus in Senatu querelam obtulit, & decretum contra eum dirigitur, n. 42.

Morte omnia cessare debent, cùm culpa sit extincta, n. 43.
Decretum Regij tribunalis an intelligatur cum judice subrogato, & successore in tribunali, & jurisdictione judicis vim inferentis? & ad delationem appellationis, & repositionem attentatorum cogi possit ipse subrogatus, vel successor virtute dicti decreti ibid.
Alia est vis defuncti, alia violentia successoris, adeò ut sententia lata contra defunctum pro violentia ab eo allata non exequitur contra successorem, & hæredem, n. 44.
Aliud est factum defuncti, aliud factum successoris, ibid.
Subrogatus non sapit naturam prædecessoris, quando militat diversa ratio in subrogato, & in eo, in cujus locum subrogatur, n. 45.
Facinus suos habet authores, quos pœna nullo modo egreditur, n. 6.
Violentia facinus continet, ibid.
Violentia latâ læditur majestas judicis, & superioris, n. 47.
Contra illum judicem per viam querelæ agitur, quæ suum authorem comitatur, n. 48.
Pœna judicis est attentatorum repositio, n. 49.
Resignatarius non tenetur purgare attentata facta à prædecessore resignante, quia ille in nullo deliquit, ibid.
Subrogatus non sapit naturam principalis, nec fit extensio ad illum, qui verè non sit talis, sed fictè & repræsentativè tantum in pœnalibus, & odiosis n. 50.
Casus pœnales non recipiant interpretationem extensivam, seu similitudinariam, n. 51.
Decretum violentiæ non cantans de judice subrogato, vel successore ejus, qui vim intulit, an exequatur contra eum, num. 52.
Judex successor in jurisdictione, seu tribunali judicis vim inferentis omnino tenetur provisionem Regij Senatus adimplere, & attentata à suo prædecessore, reponere cum effectu, & appellationi deferre, n. 53.
Eadem res esse censetur, quantumcumque circa ipsam materiam aliqua commutatio contigerit, n. 54.
Si plures dati sint judices in aliqua causa, & postea aliqui, vel etiam omnes immutati fuerint, nihilominus eadem dicitur causa, n. 55.
Mutatione judicis eadem non diversa manet jurisdictio, eademmet causa, idemque judicium, & idem tribunal, num. 56.
Mutatione, & ratione personarum, qualitatis, vel accidentis non mutatur res ut de Civitate, Collegio, Ecclesia, dignitate & præbenda, circa declarationem l. proponebatur, de judiciis, n. 57.
Judex successor in jurisdictione, & tribunali alterius idem reputatur ac prædecessor cùm in ejus locum subrogetur, & potest idem facere, quod poterat ille, cujus loco fuit subrogatus, n. 58.
Terminus, & tempora præstituta primo judici ad causam determinandam, eadem censebuntur præstituta successori, & subrogato, n. 59.
Judex non tanquam persona privata consideratur, sed tanquam minister justitiæ, quam gerit, & administrator dignitatis, & tribunalis, quod repræsentat, quisquis sit etiam in infinitum, n. 60.
Quamvis in appellatione requiratur expressio nominis judicis à quo; tamen satis est, ut contineat nomen dignitatis judicis prout est appellatio ab Auditore Camera &c. n. 61.
In appellatione licèt requiratur expressio nominis judicis ad quem; tamen sufficit nomen dignitatis exprimere, ut in exemplis, ibid.
Dignitas, & tribunal, cùm jurisdictio cohæret, potiùs attendi debet, quàm persona administratoris, n. 62.
Judex datus loco demortui illum non repræsentat, sed tantùm dignitatem, quæ est corpus quoddam fictum, quod comprehendit subjecta tanquam membra illius corpori, ficti n. 63.
Quandiu supereſt forma corporis ficti, semper censebitur idem corpus, licèt partes mutentur, n. 64.
Tutor, vel Curator minoris datus in loco demortui Tutoris, vel Procuratoris non gerit vices demortui, nec ejus personam repræsentat, sed dumtaxat pupillum, aut Dominum constituentem Procuratorem n. 65.
Judex prædecessor, & successor quamvis diversi sint personarum respectu, eo tamen habito ad dignitatem, & administrationem, & coæqualitatem potestatis, verè idem sunt, n. 66.
Judex successor verè idem judex ac prædecessor reputatur, præcipuè quando judex accipitur pro jurisdictione, vel tribunali, n. 67.
Judex successor potest taxare expensas reservatas taxari in sententia prædecessoris, n. 68.
Judex successor potest sententiam dubiam prædecessoris interpretari, ibid.
Statutum à decurionibus editum, ab eorum successoribus, vel à populo est declarandum, n. 69.
Jus declarandi, seu interpretandi ad hæredem, & successorem non transit, cùm ex arbitrio disponentis pendeat, num. 70.
Jus concedit facultatem declarandi successoribus in officio vel jurisdictione, ibid.
Judex successor, vel aliter loco alterius datus, causam assumit in eodem statu, eámque determinat ex eisdem actis, num. 71.
Judex successor procedit eo modo, quo & prædecessor processit n. 72.
Acta facta coram uno judice, fidem faciunt coram alio, si sit successor in eodem tribunali n. 73.
Acta facta in uno judicio in casibus, quibus probant in alio, intelligi debet si reproducantur, n. 74.
Actorum reproductio non requiritur coram judice subrogato, seu successore, sed visio dumtaxat ipsorum actorum, num. 75.
Acta coram uno arbitro gesta probant coram successore in quem partes compromiserunt, quando acta sunt publica, & actum respiciunt, n. 76.
Executor successor perficit exequutionem, quam inceptam reliquit prædecessor. n. 77.
Decima, seu emolumentum executionis cui executori debeatur, successori, aut prædecessori executionem incipienti, ibid.
Judex successor vel in alterius locum subrogatus, potest ea omnia facere, quæ poterat illius prædecessor, n. 78.
Judex successor ordinarius potest in integrum restituere contra factum sui prædecessoris, n. 79.
Judex successor potest absolvere ab excommunicatione decreta per prædecessorem, n. 80.
Judex prædecessor potest reponere attentata à se gesta, & eodem modo successor, n. 81. & 84.
Judex à quo in casibus, quibus reponit attentata à se, vel alio facta, poterit idem successor, n. 82.
Non solùm judex cujus fuit læsa majestas, revocat attentata; sed etiam ejus successor, & subrogatus cùm læsio dicta non personæ, sed dignitati (quæ nunquam moritur) cohæret, n. 83.
Quod ampliat sive subrogatus sit expressè ab homine sive tacitè à jure, ibid.
Successor in beneficio per resignationem tenetur purgare attentata per prædecessorem resignantem, n. 85.
Attentatis non purgatis per successorem in beneficio per resignationem attentantis, non est procedendum in causa, ibidem.
Præceptum impositum prætori, ut taliter, & ratione officij, impositum est, & successori taliter, quod tenetur adimplere, num. 86.
Judice ab officio remoto, poterit successor ejus attentata revocare ex suo mero officio ibid.
Episcopus debet adimplere mandatum factum prædecessori sub nomine dignitatis, n. 87.
Et idem in executore, n. 88.
Successor tenetur exequi mandatum factum per Papam suo prædecessori, n. 89.

Literas directas Epiſcopo prædeceſſori mortuo ſub nomine dignitatis,& habito reſpectu ad officium,tenetur exequi ſucceſſor, n. 90.

*Succeſſor, vel novus executor poteſt exequi mandatum ſui prædeceſſoris ſine novo mandato, n.*91.

L.d.36.recopilat. *declaratur, ibid.& n.*93.*&* 95.*in illis verbis* provean que el tal juez la otorgue, *&c.*

*Ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptantur, n.*92.

Triſtes eventus non ſunt in conſideratione, ibid.

Violentiæ cognitio in procedendo eſt extraordinaria, & irregularis, pariter & ejus executio, n. 94.

*Judex vim inferens mortuus, impoſſibile eſt, ut reponere queat, n.*96.

Caſus omiſſus juris diſpoſitioni relinquitur, ibid.

Sententia,quæ non poteſt ſecundùm ejus tenorem exequi propter maximam difficultatem, aut interdum impoſſibilitatem; exequi debet eo modo, quo poteſt, ne judicium reddatur illuſorium, n. 97.

Condemnatus,ut conſervet indemnem Titium ab obligatione ſi interim extinguatur obligatio, quia compulſus Titius ſolvit; debet Titius ipſe relaxari indemnis ut ſibi reſtituatur ſolutum, quamvis hoc non contineatur in ſententia, n. 98.

Condemnatus ad tradendum debitori inſtrumentum debiti, ſi non reperiatur, cogitur creditor eadem ſententia debitorem liberare, n. 99.

Verba adaptantur impliciter, n. 100.

*Sententia continens rem, vel animal,vel quid ſimile,ſi propter interitum non poſſit exequi in ipſa re, vel animali; exequitur in alia re coæquali,aut æquivalenti, n.*101.

Attentatorum repoſitio, ſeu revocatio eſt actus favorabilis, & privilegiatus, n. 102.

Cognitio violentiæ eſt remedium favorabile, & charitativum ſubſidium, quo agitur de vi oppreſſos liberando, num. 103.

Extenſio fit ad ſubrogatos in cauſis favorabilibus, ibid.

Executor ſententiæ pœnalis non participat de illius pœna ſed honoris, & poteſtatis judicis ſuperioris, n. 104.

Senatus Regius non ſe intromittit in exequenda pœna appoſita judici pro attentatis à ſe factis, n. 105.

Pœna non tranſit in ſucceſſorem, vel hæredem; ſed tantùm damnorum ſatisfactio de eo quod ad hæredem pervenit, num. 106.

Attentatum à judice eſt qualitas,quæ liti inhæret, ab eáque dependet,ſine quo attentata non dantur, n. 107.

Subrogatus ad litem poteſt dicere de attentatis, quemadmodum eius prædeceſſor, n. 108.

Alia eſt poſſeſſio defuncti,alia hæredis,in quem licèt omnia jura tranſeant, non tamen poſſeſſio, n. 109.

Poſſeſſio hæredis eſt nova poſſeſſio, & non continuata cum poſſeſſione defuncti, ibid.

*Poſſeſſio juriſdictionis tribunalis, Eccleſiæ univerſitatis,& populi, non finitur morte poſſeſſoris; ſed in ſucceſſore continuatur, cùm perſona ficta poſſideat, n.*110.

Succeſſor adminiſtrationis non accipit novam poſſeſſionem rerum univerſitatis, n. 111.

*Poſſeſſio rerum Eccleſiæ non vacat mortuo Prælato,n.*112. *&* 117.

Poſſeſſio Eccleſiæ in Eccleſia continuatur etiam mortuo Prælato; & dicitur ſimul cum occupatore poſſidere, & eſſe in ſummariiſſimo poſſeſſorio, nec attentat Eccleſia poſſidendo, n. 113.

Prælatus Eccleſiæ non ſuccedit tanquam Dominus,ſed tanquam Procurator Eccleſiæ, n. 114.

*Poſſeſſio juris patronatus competens alicui ratione dignitatis,villæ,caſtri, majoratus, aut Eccleſiæ, retinetur per ipſam dignitatem villam, caſtrum,majoratum, aut Eccleſiam,etiam mortuo Prælato, & adminiſtratore,n.*115.

Novus poſſeſſor caſtri, villæ, ſeu majoratus, ratione cujus competit jus præſentandi, licèt nunquam præſentaverit, poteſt præſentare, n. 116.

Poſſeſſio juris præſentandi continuatur in ſucceſſore dignitatis caſtri,villæ,vel comitatus, ſeu majoratus ſine novæ apprehenſione, ibid.

Succeſſor ſingularis judicis attentantis reponit attentata, num. 118.

Sententia ſicut contractus non comprehendit non nominatos in ea, n. 119.

Proviſio regalis Senatus in cauſſa violentiæ directa judici comprehendit ſucceſſorem non nominatum in ea, ibid.

Et ipſi intimata tenetur reponere, aliàs ſecunda juſſio vulgo ſobre carta *contra eum decernitur, n.* 120.

Collega judicis mortui vel abſentis, ſi procedere non valeat (mediante clauſula reſcripti) occurrit pars gravata ad ſuperiorem,ut alius judex loco mortui ſubrogetur, eique intimari debet proviſio Regia,ut attentata reponat, numero 121. 122. *&* 123.

Subrogatoria commiſſio dicitur, cùm alius judex in locum demortui impediti, vel abſentis ſubrogatur, tenetúrque cauſam in eodem ſtatu manentem proſequi, n. 124.

Subrogatoriæ commiſſiones frequenter dari, animadverti tamen debere an in corpore includatur clauſula alterans primum ſtatum litis, quia tunc nova citatio erit neceſſaria, num. 125.

PERDIFFICILEM hujus capituli materiam, tot doctiſſimis viris ejus reſolutionem incognitam, ſummis difficultatibus involutam, accuratè adeò tractare intendo: ut deinceps, dubitatio omnis penitùs amputetur. Et circa priorem ejus partem attendendum eſt, ſæpiſſimè contingere, ut judex executor executorialium, ſeu alicujus Brevis Cameralis, putà; admittendum aliquem in poſſeſſionem alicujus beneficij, id exequitur (juris ordine prætermiſſo) vel abſque citatione poſſidentis beneficium qui poſtmodum comparens ſuas allegat legitimas exceptiones, & ab omni ejus proceſſu,& à non reponenda executione appellat, ipſe autem judex vel ipſi appellationi,vel proviſioni Regiæ reſponder,ſe functum eſſe ſuo officio, & ad reponendum juriſdictione carere. Vel etiam aliter hoc contingere poteſt: judex ſive ordinarius, ſive delegatus (latâ ſententiâ diffinitivâ,vel interlocutoriâ)appellationi juſtæ, & legitimè interpoſitæ (prout debebat) detulit: & inſuper,vel minatur, vel vult exequi, aut de facto exequitur,eandem ſententiam;ſupremus Senatus aditus per viam violentiæ declarat; vim facere, quòd deferat,& reponat:judex autem Regiæ proviſioni reſpondet, ſe carere juriſdictione, cùm illam à ſe omnimodam per delationem abdicaverat, ac ideo reponere executionem non poſſe. Vel alio etiam caſu reddi poteſt exemplum:Judex Eccleſiaſticus declaravit ſe non judicem, & inſuper ad executionem proceſſit, aut dedit ſe pro inhibito, à qua delatione, ut legitimæ appellationi emiſſæ ſupremus Senatus deferendum decrevit,& reponendum.Vel (ut frequentiùs accidit) hoc caſu tertium genus decreti expediunt, nempe judicem reaſſumendo iterum juriſdictionem,& reponendo attentata,vim nullam facere: non deferentem autem eidem appellationi, nec reaſſumendo juriſdictionem, vim facere: deferat, & reponat, *&c.* ipſe autem judex ſe juriſdictione carere ad reponendum reſpondet Regiæ proviſioni ſibi intimatæ. Quibus quidem caſibus, & multis aliis ſimilibus, in quibus reddi poſſunt exempla,inanis,inutilis, & ſine effectu videtur remanere Regia cognitio, & decretum violentiæ,cùm ad effectum perduci non poſſe appareat. Siquidem in dictis caſibus fortis eſt,& efficax reputatur à jure judicis reſponſio,juréque concludens; etenim per delationem appellationis etiam aliàs non legitimæ,& non deferendæ, omnimodam à ſe judex abdicat juriſdictionem,& in ſuperiorem transfert:text eſt *in cap. cum appellat.frivolis, de appell.lib.*6.Philip. Franc. *cap. Romana.* §.*ſin autem,num.*5.*de appellat.lib.* 6, Carrerius *in practic. crimin.*

crimin 1.*p*.2.*verbo & si non confitebuntur*, *n*.66. Aufrerius *in additio. ad capell. Tholosa. decis.* 176. *ad medium*.Roland.à Valle *consilio* 77. *viso,num*.1.*& sequentibus lib* 2. Antonius Gomez *variar. resolut. lib*. 3.*c*.13. Ozasius *decis. Pedemont*.131.*n*.10.Parisius *consil*.106.*à num*.5.*& à num*.24. *lib*.4.Prosperus Farin *in practic. crimin.quæst*.101. *num*. 106. *tom*. 3. de quo latiùs egimus *in lib*.3. *cap*. 19. *circa appellationem à delatione*, *a principio*.

4 Hoc etiam à pari procedit in judice dante se pro inhibito, qui postquam à superiori emanavit inhibitio, cùm careat jurisdictione, non potest exequi sententiam etiam aliàs merentem executionem, ut privilegiatam,text.*in cap.Romana*, §. *fin autem,de appell.lib*.6. 5 notatur *in cap.non solùm,eodem tit*.latè multa ad propositum diximus *d. lib*. 3. *cap*. 19. *vers. in delatione autem simpliciter facta*, &c. & de judice declarante se non judicem,vide ibi *fol*.4.*ad princ*. & est textus *in cap.significantibus,de offic. deleg.cap.judex*, *eodem tit.lib*.6.*leg.dicere*, *ff. de arbitris*.

6 Quod & idem est, quando judex functus est officio suo, quia iterum in causa se non potest intromittere: textus *in leg. judex posteaquam semel dixit sententiam,ff.* 7 *de jurisdictione omnium judicum*, cum concordantibus. Sed actus jurisdictionales, prout est repositio ab alio, quàm à judice non privato, nec jurisdictione carente geri non possunt, quemadmodum nec ipsa executio, quia omnis res per quascunque causas nascitur, & per easdem dissolvitur.solemnitásque,quæ requiritur construendo,requiritur in destruendo:& valet argumentum 8 de contractu ad distractum, ut vulgare est: ergo per provisionem Regiam Ecclesiasticus judex astringi non potest,ut faciat quod sibi ab omni jure est prohibitum, quod omnino, atque præcisè supremus Senatus attendere debet,ut *capitibus præcedentibus* latè diximus.

9 Hinc est,quòd ad nullum alium,quàm ad judicem,ad quem pertinet revocare,& reponere attentata facta(appellatione pendente)cùm ejus sit læsa majestas: textus *in cap.non solùm*, *de apellat. lib*.6.textus optimus *in c. solitudinem,de appell*.ubi Franc.*n*.3.*& in dict. cap.non solum*,Lancel.Corra.*de prætore*,§.2.*de offic. prætor. in causa civil. in c.de appellat n*. 24 post plures,quos allegat,dicit communem Covarr.*practic.quæst.cap*.23 *sub num*.1. *vers. prima igitur sit interpretatio*.Beroi.*consil*.71.*sub n* 4. *in fine,lib*.3.communem etiam dicit Vivius *communium opinio.lib*.2.*opin*.30.*incipit attentata,post princ*.Masuer.*in praxi judiciali, tit. de appellat. col*.13.*vers. item si agatur una cum art. appellationis*, &c. latissimè etiam Lancelot. Robert. *de atten*.3.*p.c*.27. *à n*. 34.*cum pluribus sequentibus,& suprà*; ergo sequitur evidenter, ut nullo modo judex Ecclesiasticus attentans, appellatione pendente, possit in hoc casu reponere compelli, cùm ejus sit suspensa jurisdictio.

10 Quibus quidem fortibus(apparenter tamen)rationibus intentavêre nonnulli judices Ecclesiastici, ita respondentes provisionibus Regiis evitare repositionem attentatorum. Sed ut non omnino concludentes visæ iterum in eodem tribunali secunda jussio passim conceditur,quæ *sobre carta* dicitur(de qua *cap. præcedenti*) & quidem meritò; quoniam ad hunc effectum reponendi attentata, jurisdictio necessaria non est: tum ex 11 rationibus *superiùs* adductis, quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

Tum etiam: quia judex quando procedit juris ordine non servato,de facto attentando,& excedendo:procedit tunc non ut judex,sed tanquam privata quædam 12 persona sine jurisdictione,Gramati, *cons.civi*.150.Bart. *in l.prohibitum,C.de jure fisci*,per illum text.*lib*.10 idem Bart.*in l.devotum*,& ibi Jo.de Plat. per illum text.*C.de metallar. lib*.12.& per Cassaneum ita tenet Anton.Gab. *commun.opinion. tit de citat. concl*.1.*num*.433. Avendan. *in cap*.2.*prat. cap*.12.*& cap*.11.*n*.9.Azeved.*in gl*.31.*tit*. *6.lib*.3 *recopil*. Mexia *super l.Toier. fundam*.2.*f*.11.*n*.34. *& sequentibus*, *fol*. 106. ultra infinitos penè, quos in unum congessimus,videndos *infrà*, 4.*p.c*.4 *post princ.a n*.18. *cum seqnentibus*: ergo ut privata persona debebit reponere, nec jurisdictio necessaria est.

Quoniam quæ à judice de facto facta sunt;de facto 13 etiam & per eundem revocari,jus est, gloss. *in l. minor, verbo Sejus,ff.de evict*.Maria Socin. *in tract.de cita.casu* 20.Angel.*in l.ea quæ,C. quomodo, & quando judex*, Bald. *in l.si pacto quo pœnam,C. de pactis*,Angel. & Immola *in l.de unoquoque,ff.de re jud*. plenè Alexand. *consil*.179 *lib*. 1.Castro *consil*. 412. *visis punctis,colum*.12.*lib*.2.Gemin. *consil*.43.*n*.4.Romanus *singul*.786.*& cons*.69.Alexand. & Jas.*in d.l.si pacto quo pœnam*,Bald.*in l.2.versicul quarò quæro,C.de servitutibus, & aqua,& in l.tale pactum*,§.*qui provocavi,ff.de pactis*.Innocent. *in c.querelam,de electione*,Anton.de Butrio *in c.cum cessante*, *de appell.in l*.1.§. *nuntiatio*, *ff.de operis nunt. num*. 24. Roma.*cons*.220.*& cons*.68.Calcaneus *cons*.126.Nicel.*in concor.glos. concor*. 52.*fallen*.30.Staphil.*de liter.gratia,& just.fol*.151.Felin. *in c.qualiter,& quando,de accusa*.Rebuff. *in l.quod jussit*, *n*.60.*ff.de re judic in primo nota*. Hippol. *cons*.38.*n*.14. Bertran.*cons*.172.*volum*.2.*& in cons*.178.*volum*.1.Ricc. *consil*.209.*vol*.1.Gramati.*cons*.85.*& sequentibus*,Felin *in cap*.49.*num*.15.plures congerit,& de communi testatur Anton.Gabr.*commun.opinion. tit. de citat. concl*.1.*à num*. 430.Tiraquel. *in tractatu res inter alios act.limi*.39 Asinius *in praxi*,§. 7.*c*. 5.*limi*.134. Lancelot.Rober.*de atten*.3.*p.c*.25.*à num*.44. inferentes ex hac doctrina ferè omnes, quòd si judex juris ordine prætermisso,& absque citatione possessionem abstulit, & in alium attentando transtulit, quòd poterit,& iterum de facto; & absque citatione illius, in quem transtulit,possessionem eandem revocare; quia sicut judex fuit facilis in 14 concedendo, ita debet esse facilis in reponendo: plurimos ad id congerit Cardin. Tusc. *pract. conclus. tom*. 3. *lit. F, concl*. 11. *n*. 9.

His magis in specie accedit; quod eleganter dicit 15 Romanus *cons*.320. *incipit hæc istorum,à num*.4 *vers. quo igitur & col. fin*. ut judex qui tenutam,& possessionem abstulit alicui absque citatione; eodem modo potest illam illi restituere, eam à detentatore revocando,absque eo, quod illi obstet, ut functus jam fuerit officio suo:quia potest ut privata persona hoc facere, & præsumitur facere eodem modo, quo potest,eundem Roman.referens sequitur Cardin.Tusc *pract.conclus.à.tom*. 16 3.*littera F,concl*.11. *n*. 12. quò pertinet,quod nuper dicebamus, judicem procedentem de facto, non procedere ut judicem, sed ut privatam personam,& eodem modo de facto ab eo facta posse revocare,in quo jurisdictio necessaria non est. Facit insuper, quia licèt irre- 17 gulariter attentata post appellationem revocet judex ad quem,*c.non solùm*, *de appel.lib*.6.& ea,quæ latiùs in contrarium *suprà* adduximus;tamen si ipse judex à quo aliquid attentat, (non obstante quòd per appellationem ejus sit suspensa jurisdictio) potest nihilominus 18 actum à se attentatum reponere, & revocare,eáque revocatio licitè sibi permittitur:textus est *in cap. venientes,in fin.de jurejur*. & notat Philip. Franc. *in d.c.non solùm,in* 1.*not.vers*.2.*de appell.in* 6. sequitur Lanc.Rober. *de attent*.3.*p.c*.27.*n*.48 optimè etiam explicat,comprobátque Covarr. *pract*,*c*.23 *sub n*.1.*vers prima igitur sit interpretatio*, plures allegans, ubi quod ad hoc à pari procedit attentatum à parte, & attentatum à judice.

Quia ad revocandum attentata post appellationem 19 libera facultas conceditur à jure judici à quo,quia tendit in faciliorem causæ expeditionem: textus *in cap. cum teneamur*, *de appell*.ubi latè Philip. Franc. & cæteri Doctores, & alibi passim.

Et comprobatur etiam, quia etsi interloquutoria, 20 quæ exequutioni mandata est à judice,vel jure aut parte,non possit à judice revocari;tamen,si nulla est,eam

revocat,

revocat,& reponit executionem judex à quo quantumvis jurisdictione caruerit, prout loquendo in judice legitimè inhibito, probant Philipp. Franc. *in c. cum cessante,n.17.verſ.amplius intellige,de appellat.* Lancelot. *de attenta 2 p.c.12.limi.1.ſub n.22.verſ.etiam intellige, fol.358.* Eſcacia *de appell. quæſt.17.limi.47. membro 1.*
21 *num.72.* prout aliàs etiam regulare eſt, ut judex licèt non poſſit exequutam interlocutoriam reponere : tamen,ſi nulla eſt, poteſt. Eſcacia *ubi proximè,n.69.* Lancelot.*n.21.* Hoſtienſ. *in cap. cùm ceſſante,* & Cardinalis Alexand. *n.40.fall.10.de appellat.* Felin. *in cap. qualiter & quando, el.1. fallen.4. ſub num.14. de accuſa.* quod in attentatis verificatur, cùm ſint nulla.

22 Quod etiam & nos quotidie practicatum videmus in omnibus Regiis proviſionibus, in quibus judici Eccleſiaſtico vim inferenti jubetur appellationi deferre, & attentata omnia reponere : nam ipſe ſtatim ſibi intimata proviſione, verbaliter defert, & nihilominus poſtea cum effectu reponit attentata,prout tenetur ordine literæ attento ; foret enim abſurdum, ſi delatio illi repoſitionem impediret,& foret penitùs inanis vio-
23 lentiarum cognitio, & proviſio decreti, cùm nullum effectum ſortiri potuiſſet, quibus quidem ſatisfactum remanet rationibus, & difficultatibus in contrarium adductis : & illis minimè obſtantibus nervosè affimandum eſt, ut judex Eccleſiaſticus ad reponendum juriſdictione non egeat,& ſecunda juſſio contra eum expedienda eſt, ut cum effectu reponat.

24 In ſecunda autem capituli parte, nempè, quando judex poſt gravamen illatum abiit, minor eſt difficultas, id quod conſiderandum venit : nam quandoque judex executor, vel alius à Romana Curia, vel Reverendiſſimo Nuntio Sedis Apoſtolicæ ad remotas partes accedit, ad aliquid exequendum, aut de aliquo alio cognoſcendum, & ſimilibus, & poſtquam inordinatè attentando, gravamen parti intulit, interim dum ad
25 Regium tribunal pro protectione accedit gravatus,judex abiit ſecum acta proceſſus aſportando, tunc igitur affirmandum erit, ut ſolus ſuperior Eccleſiaſticus pro gravaminis repoſitione adeundus ſit, Senatus quippe Regius non poteſt, parti gravatæ hoc caſu in aliquo relevare, & conſulere, cùm acta proceſſus deficiant :
26 ſunt etenim omnino neceſſaria, ut violentia, de qua quæritur, detegatur, probat *l.36.tit.5.lib.2.recopil.*ibi: *Y ſi el juez Eccleſiaſtico no la otorgare, manden traher à las dichas nueſtras audiencias el proceſſo Eccleſiaſtico*
27 *originalmente,*&c. & inſuper probatur, quia ubi judicis iniquitas,& violentia in procedendo arguitur, ex actis ab eo geſtis non aliter conſtare debet, latè poſt alios Menoch.*de arbit.lib.1.quæſt.72.* prout & generale eſt de quolibet defectu proceſſus, qui per ejus inſpectionem debet apparere, Vantius *de nullitate ſententiæ,tit.à quo,*
28 *& quibus modis, a numero* 18. *& infrà, à numero* 12. de quo nos latè.

Deinde quia non quælibet probatio ſufficit hoc caſu, nam cùm ſuprema tribunalia tractent de levanda violentia notoria, requiruntur acta, cùm hæc noto-
29 rietas aliter, quàm ex actis integrè perfectis apparere non poſſit, latè diximus *cap. præcedenti, & numero 95. cum ſequentibus, & à num. 129. & ſequentibus,* latiùs etiam diximus *infrà,4.p.c.3 à n.167.& ſuprà,*cùm Princeps (prout notum diximus *ſuprà, cap.1.*) hoc caſu abſque juriſdictione procedat, non judicialiter,ſed extrajudicialiter tantùm, teſtes recipere, foret abſonum, & rei, de qua quæritur, impertinens & imperfectum ; inſuper ſi attentiùs *l.36. recopil.* legamus, eam ferè expreſſam invenimus huic caſui, inquit autem : *Y ſi el juez Eccleſiaſtico no la otorgare, manden traher à las dichas nueſtras audiencias el proceſſo originalmente Eccleſiaſtico,el qual trahido ſin dilacion lo vean,y ſi por el les conſtare, que la appellacion eſta legitimamente interpueſta, alçando la fuerça, provean que el tal juez la otorgue,* &c. *y ſi por el dicho proceſſo pareſciere; la dicha appellacion no ſer,* &c. ex quibus verbis nonnulla præcisè ponderanda ſunt,& in primis : *el qual trahido,* &c. Quod eſt ablativus abſolutus, qui importat conditionem,& formam, ſine qua non habet locum diſpoſitio. *l.ab emptione,ff.de* 30
pactis,l.evictis,ff.de evictione, l. à teſtatore, ff. de conditio. & demonſt. Pedem. *deciſ.165. num.12.* Roland à Valle *conſ.30.n.12.vol.4.* Surd. *deciſio.268.n.11. & deciſ.331. n.11.* ita ut proceſſu originali non adducto non cognoſcetur de violentia.

Et ulteriùs magis clarè colligitur ex aliis verbis:ibi: 31
Y ſi por el les conſtare, & iterum, *Y ſi por el dicho proceſſo pareſciere,* &c. ita ut ſenſus, quòd ſi non conſtiterit ex dicto proceſſu originali, nihil decerni poſſe, quamvis aliter queat apparere,nam dictio, *ſi* in diſpoſitione appoſita, illam reddit conditionalem, (qua deficiente) non verificatur diſpoſitio : jura ſunt expreſſa, *l.in conditionalibus.19.in princ.& §. hæc ſcriptura,l.multùm intereſt,21.l.hæc ſcriptura 26.l.hæc conditio,29.l.filiæ ſuæ, l.filiofamil.42.l.ſi cui libertas 49.* latè gloſſ. fin. *in l.à teſtatore 198.*& ferè omnes leges,*ff.de condit. & demonſt.*

Inſuper quòniam quando lex requirit, & de novo 32
inducit aliquod genus, & modum probationis in aliquo actu, aliter probari nullo modo poteſt, Æguid. *deciſ.432.& deciſ.611. & 746.* Caſſiador. *de præſcend. dec.20.n.21.* Bal. *in l.fin.n.14.de re jud.* Maſcar.*conſ.393.* hinc eſt quod concurrente publica utilitate, aut evidente cauſa (ut hic poteſt etiam per ſtatutum, aut conſuetudinem effici, ut probatio aliàs regulariter,valida, & perfecta, in aliquo actu ſit invalida, & imperfecta, 33
ita Joan.de Immola, & alii *in cap.2.de probat.* Alexand. *conſ.170.viſis ſtatutis prædictis, circa princ.l.7.* Jaſ. *in l.admonendi, de jure jurand.* Alexand. *conſil.68 viſo proceſſu, lib.3.num.1. & per totum,* Caſtr.*conſ.271.viſis,n.2.lib.2.* ubi Apoſtilla plures citat.Imò & quando hoc ſtatutum 34
fuit ob publicam utilitatem, alia probatio ultra requiſitam, etiam ſimul admittenda non eſt, Jaſ. *in l. certi, §. quoniam. n.10.& n.11. ff. ſi certum petatur,* Purpu. *in additio.ad ipſum,d.n.10* Alexand. *conſ.68. viſo proceſſu, lib.3.n.2.3.& ſequentibus,* quod reperitur *lib.6. conſ.36.* Card.Tuſc latè *pract. concl. littera. S. concl.637. à n.9. & à princ.* nimis enim abſurdum foret,ſi in re tam gravi, ac periculoſa extra acta proceſſus extrinſecùs teſtes admitterentur ad violentiam detegendam, ac ideo ex quo non poteſt de hujuſmodi notorietate legitimè cõſtare ob defectum proceſſus, cùm nihil certum poſſint 35
Senatores aliter decernere, juſtiſſimè etiam abſtinent à violentiæ cognitione, cùm de violentia ſibi non appareat, & quidem meritò,juxta textum *in l. abſentem, ff. de pœnis,* ibi : Satius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare, *&c.*) & ſic ita oppreſſus aliud quærat remedium apud ſuperiorem Eccleſiaſticum, de cauſa, & gravamine cognitutum.

Si autem judex abiit (relicto tamen proceſſu) rectè 36
procedit cognitio violentiæ,cum eo a loco, ad tribunal Regium decretum expeditur, prout ex illo juſtiùs colligetur, quis autem, quonammodo, hoc decretum exequendum,cùm judex abſit ; latiùs ex mox dicendis in ultima particula hujus capitis cõſtabit. Animadver- 37
te tamen, quòd judice abeunte, notarius coram quo acta fuere facta, remanſerit ; ad ea dimittenda, & exhibenda cogendus & compellendus eſt,ſi ſunt acta,quæ de neceſſitate apud eum debeant remanere, juxta tex- 38
tum *in auth.de tabellionib. §. fin. & l.6.tit.19.f.3. & in l.2.tit.8.lib.1.fori, & in l.12.& 13. tit.25.lib.4. recopil.* ubi gloſſa, & Didac Perez.*in l.2.tit.5.lib.2 ordin.verſic. eſt ſexta alia dubitatio,* & ex aliis optimè Paz, *in praxi, in prin.inſtitutione ult. n.8.* ubi probat quòd tabellio debet regiſtrum,ſeu protocollum inſtrumentorum, actuum judicialium,& extrajudicialium,ſecum retine- 39
re,nec partibus concedendum,niſi ex judicis præcepto,

ex

ex Doctoribus, & juribus citatis, optimè etiam & de hoc articulo latè per Aviles *in cap. prætor. cap.* 36. gloſſ. pub. *ſeam guardianos, per totam*, prout & ergo paſſim practicari vidi,

Ad tertiam autem, & difficillimam hujus capitis partem, nempe, quando judex Eccleſiaſticus poſt gravamen illatum obiit; accedo, an & quomodo conſuli poſſit per ſupremum tribunal Regium, ad quod confugit oppreſſus pro tollenda vi, ubi eam feciſſe, & eſſe
40 reponendam, fuit decretum: in qua difficultate nullo poſſe juvari remedio hunc oppreſſum, videtur dicendum primò eo jure, quo nos utimur, de quo *in l.* 36. *tit.* 5. *lib.* 2. *recop. lat.* & Doctorum caterva ſerè adducta *capitibus præcedentibus*, quibus latè probavimus, & expreſsè apparet, ut idem judex, qui vim intulit, &
41 attentavit; ipſemet reponere ſit cogendus ut *in d. l.* 36. ibi: *Aiçando la fuerça, provean que el tal juez la torgue, porque las partes puedan seguir su justicia ante quien y como deban, y verò alçado despues della no deste hecho* &c.) ergo ipſo judice mortuo evaneſcere debet decretum violentiæ quia cùm ad id ejus ſit perſona electa à jure, ut ex d. l Regia ibi *el tal juez*, &c ab ea minimè eſſe
42 recedendum probat text *in l. fin. ff. de verborum obligat. l. in compromiſſis, ff. de arb. l. fin. C. de contrahenda empt. in teſtamento, ff. de condit. & demonſtr. l. ſi eor. ff. ro ſalvio.* & quia ipſe judex eſt qui gravavit, & attentavit, de ipſo querelam debuit oppreſſus & cum eo decretum loquitur & provi ſio poſitionis dirigitur; ergo ejus morte omnia ceſſare debent, cùm
43 culpa ſit extincta l. 1. ibi, vita functo ceſſat ac per hoc crimen in perſona ejus ſit extinctum, & *c. finem, C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit*, & tandem jam eſt impoſſibile ab eo repoſitionem expectare.

Nec cum ejus ſubrogato, & ſucceſſore in tribunali, & juriſdictione eadem ſive ordinaria ſive delegata decretum violentiæ, & proviſio hæc poteſt nec ad delationem appellationis, & repoſitionem extenſa ſucceſſor nullam intulit violentiam; nec ejus eo eſt conqueſtus: ſed de mortuo, de quo tantum
44 relam obtulit. Et alia eſt vis defuncti, alia verò violentia ſucceſſoris; adeò ut ſententia lata contra defunctum pro violentia ab eo illata non exequitur contra ſucceſſorem, & hæredem, Innocent. *in cap. Abbate, colum. 2. de verborum ſignificat.* Butr. Joan. Andr. & Bald. *in l. de eo, § hæres, ff. ad exhibend.* Joan. Faber. *in § hæc, num. 13 verſ. in interdicto nihil, inſtitut. de actio.* Affl. & *deciſ.* 145. & *deciſ.* 345. Capicius *deciſ.* 1. & *n.* 1. Rebuff. *in comment. ad reg. conſtit. Gall. tomo* 3. *tit. de accuſ. poſſeſſ. art.* 11. *gloſ.* 1. Pariſius *in cap. veniens, de præſcriptio.* Menoch. *in tractatu de retin. poſſeſſ. rem.* 3. *à n.* 828. Rodr. *de annuis redditi. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 44. *ad fin.* Vincent. de Franchis *deciſ. Neapolit.* 199. *per totam*, 1. ex prædicta ratione; quia alia eſt vis defuncti, alia ſucceſſoris: & aliud factum illius, aliud verò factum ſucceſſoris.

45 Quo pertinet, quòd ſubrogatus non ſapit naturam prædeceſſoris, quando militat diverſa ratio in ſubrogato, & in eo, in cujus locum ſubrogatur, Gomeſius *in* §. *fuerat, in limi.* 4. *inſtitut. de actioni.* Barba *in c. ab excommunicato, n.* 33. *de reſcript.* Anton. Gabriel *communium opinionum lib.* 6. *tit. de regul. juris, concl.* 2. *n* 76.

46 Deſuper probatur, quia facinus ſuos habet authores, quos pœna nullo modo egreditur, Farinac *practi. quæſt. crimin.* 1. *tomo, quæſt.* 24. *in princ.* ſed violentia, quæ
47 facinus continet, *l. quoniam*, ubi multa facinora ſub uno violentiæ nomine continentur, &c. *C. ad. l. ticul. de vi publi.* quia & judicis ſuperioris læſa majeſtas conſideratur. ex his quæ latè *ſuprà, ad princ. hujus can. n* 9 &
48 contra illum judicem per viam querelæ agitur, quòd eum authorem comitatur, *l.* 1. & *toto tit. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit*, ejus pœna, prout eſt attentatorum repoſitio quatenus nullitatem continet, *can. ſi religioſus, ibi, in pœnam, de electione, l.* 6. *ſenatus, ff. de con-*
49

trah. empt. Bart. *in l. turpia ff. de lega.* 1. & *in l. prætor ait, ff. de novi oper. nunt. l.* 1. *ff. de his quæ pro non ſcriptis*, Bart. *in l. nemo martyres, C. de ſacroſ.* & *in l. non dubium, C. de legibus*, Latè Felin. *in c.* 2. *volum.* 1. *de teſtam.* poſt Abb. *in c. cognoſcentes, colum.* 2. *de conſtitut.* latiùs Vantius *tractatus de nullit. ſententiæ, tit. quid ſit nullitas, num.* 14. & 15. nullo modo poteſt authorem definitum egredi, & ſucceſſorem ſubrogatum comprehendere: hoc etiam argumento utitur Flamin. Pariſ. *de reſig. benef. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 39. hoc, ut reſignarius non teneatur purgare attenta facta à prædeceſſore reſignante, quia ille in nullo deliquit, & per conſequens pœnam non meretur.

Cæterum & evidentiùs probatur, quoniam in pœ- 50
nalibus & odioſis ſubrogatus non ſapit naturam principalis, nec ſit extenſio ad illum, qui verè non ſit talis, ſed fictè & repræſentativè tantùm, textus eſt *in l. multa, ff. de condit. & demonſt.* Anton. Gabriel *commun. opinion. tit. de regul. jur. concl.* 2. *à num.* 59. *lib.* 6. Proſper. Farinac. *præct. uaſt. crim.* 1. *tomo, quæſt.* 24. *à n.* 28 Roland à Valle, *conſ.* 59. *à num* 52. *vol.* 3. *fol.* 229. & dicit Bald. *in l. cum propo. circa fin. Cod. de hæred. inſtitu.* dicens quòd caſus 51
pœnales non recipiunt interpretationem extenſivam, ſeu ſimilitudinariam, *per d. l. multa, & l. in teſtam ff. de condition. & demonſtr.* Alex *conſ.* 113. *col. fin. vol.* 2. Decius *conſ.* 290. *col. penult. & variis conſ.* 273. *colum. fin. in prin. & in conſil.* 406. *in fin.* Curtius junior *conſ.* 119. *colum. penult.* optimè etiam idem Bald. *in l. Gal.* §. *& quid ſi tantum, colum.* 3. *verſ. ex hoc infero, ff. de liber. & poſthum.* & poſt alios Aimon *de antiquitat. temp.* 4 p. *n.* 77. Riccius *conſ.* 143. *volum.* 5 ergo ad judicem ſucceſſorem, & ſubrogatum in locum demortui, cùm in rei veritate non ſit, qui gravamen, & violentiam intulit, ſed per fictionem, & repræſentativè; extendi non debet decretum violentiæ, & regalis proviſio.

Et ultimò pro hac parte facit: nam in tribunali Re- 52
gio nulla de hoc ſucceſſore mentio facta eſt, ſicuti fieri nec debet, nec eſt neceſſe: cùm ipſe non attentavit, nec decretum violentiæ de eo loquitur, nec proviſio ejus virtute expedita judici gravanti intimanda de ſucceſſore mentionem facit, nec cantat: ergo in ipſum exequi nefas eſt, & omni jure oppoſitum, Corneus *conſ.* 131. *in hac conſultatione. lib.* 4. *in principio*, plenè Jaſ. *in l. Julian. in fine princ. ff. de verb. obligat.* Fal. *in cap. per venerabilem, de electione*, Alex. *conſil.* 52. *n.* 13. *lib.* 4. Curtius Senior *conſil.* 55. *n.* 23. Jaſſ. *conſil.* 29. *colum. fin. lib* 3. latè Boërius *deciſ.* 221. *n.* 4. Bald. *in c. Rodulph. de reſcript.* Angel. *in l. fin. C. de falſa cauſa adjecta l.* Card. Tuſc. *lit.* 1. *concl* 240 *n* 48. & 49. & 55. *cum ſequentibus*, extra quos plures alios adduximus *infrà*, 4 *part. c.* 8. *à n* 47. *cum ſequentibus*, & *principio per totum illud caput* de re hac agitur, ubi multa ad propoſitum videnda: ergo iſte ſucceſſor, & ſubrogatus virtute decreti violentiæ, proviſionis Regiæ compelli non poteſt ad reponendum ea, quæ ſuus prædeceſſor attentavit; cùm de eo non canter, nec mentionem aliquam faciat proviſio.

Contrarium tamen ſententiam, & opinionem; imò 53
quòd judex ſucceſſor in juriſdictione, tribunali, ſeu judicio omnino teneatur tenorem proviſionis Regiæ adimplere, attentaque à ſuo prædeceſſore, reponere cum effectu; & appellationi deferre, libenter amplector, & ut veriorem probabo, tum ex philoſophica, & fundamentali illa ratione, quam ad plurimos caſus decidendos conſideravit acutè Juriſconſultus *in l. proponebatur* 76 *ff. de judiciis*, nempe; quod cujus rei ſpecies eadem eſt (hoc eſt forma, ut explicat gloſ. fin ibi) eadem res eſſe cenſetur; quantumcunque circa ipſam materiam aliqua commutatio contigerit, hinc que decidit ipſe Juriſconſultus; quod ſi plures dati ſint judices in 54
a iqua cauſa, & poſtea aliquid, vel etiam omnes mutati fuerint, nihilominus eadem dicitur cauſa. *ibi*: Ex his judicibus, qui in eadem re dati eſſent, nonnullos, cauſa

audita

audità (excusatos esse , inque eorum locum alios esse sumptos, & quærebatur singulorum judicum mutatio, eandem rem, an aliud judicem feciſſet : respondi non
55 modò, si unus, aut alter , sed si omnes judices mutati essent, tamen & rem eandem, & judicium idem, quod antea fuisset, permanere, nec in hoc solùm evenire,ut (partibus commutatis eadem res esse existimaretur,sed & in multis cæteris rebus , &c. circa quam rationem pulchrè exornat Alciatus *lib. 6. Parergon. cap.* 17. Aristot. *lib.* 3. *polit. cap.* 2. Cicero *lib.* 2. *academicarum quæstio.* Plutarch. *de sera numin. vindicta, & in Theseo.* Cagnolus *in l.* 2. *n.*257. *de pactis inter empto. & vendi.* gloss & Doctores communiter *in d. l. proponebatur* , *& in l. properandum* § *sin autem utraque, ad medium,C.de judiciis, & in leg sin.Cod.de sent. & re jud.* Bart. *in l.*2. *n.*1. *C. de Action. & obligat.& in l. ab executore,n.*9.*ff. de appellat.* latè,& optimè Petrus Barbosa, *in commentar.ad titul. ff. de judici. circa interpretationem d.l.proponebatur,* Burgos de Paz. *in l.*1.*Tauri,num.*427. Lancelot. Robert. *in tract. de attenta* 3.*p.cap.*27. *n.*52. *& sequentibus* Milanens. *decis. Siciliæ* 2. *num.* 27. *&* 29.
56 Felix Phœbus *concl.* 118. *num.*2. *crimi.* qui quidem & infiniti penè alii statim citandi hanc probant conclusionem ; ut per mutationem judicis eadem,non diversa manet jurisdictio , eademmet causa , idémque judicium,& idem tribunal, sicut & in aliis pluribus exemplis hoc ipsum,& isthæc identitas considerantur,ut per mutationem , & variationem personarum , qualitatis, vel accidentis,non mutetur res,ut de civitate,collegio, Ecclesia, dignitate, & præbenda *per d. l. preponebatur,* probant Niconic. *in rubr.à n.*14.*ff.de nov. oper.nuntia.* Mandos. *cons.*91.*n.*5.*&* 6. Alvarat. *in cap.*118.1.*n.*1.*ad*
57 *fin.de alienatione feudi,* Bart. *in leg. quibus, de n.*14. *ff. de legibus, & l.*1.*n.*9 *ff.de jurisd. omnium judi.*Roman. *cons* 406,*num.*8. Paulus Castrens. *consil.*389. *col.*2.*post. princ.lib.*1. Felin. *in cap. consuluit,n.*1. *de Judæis,*Bald. *in cap. publicato, n.*12. *de electione* , Gregor. Lopez *in l.*5. *tit.*15. *part.*2. Emanu. Rod *quæst. Regular. q.*26. *art.*5.*ad fin.* & singillatim Barbosa *in d.leg. proponebatur,* Menoch. *consil.* 219. *num.*14. *lib.* 3. facit *l. quid tamen,*§.1.*quibus modis ususfructus amittatur, leg grege, d.l. & si grege, l. si ita legatum,*§.*fin.ff.de leg.*1.
58 Qui quidem asserunt ; Quòd judex successor in jurisdictione , & tribunali idem reputatur , ac prædecessor,cùm in ejus locum substituatur,& subrogetur,& ob id potest is judex idem facere,quod poterat ille, cujus loco fuit subrogatus,*l.*2.*C. de eo,qui vicem alterius gerit* , exornat Alex.*in l.*1.*n.*53.*de off ejus,*Petrus Barbos. *in commen ad tit. de jud. ind. si longius* 18 *in prin.* per text. ibi *n.*43. *&* 44. & post alios in bono casu probat Covar. *pract. q. cap.*11 *sub num.*2.*ad fin. vers. postremo illud, & supra, à n.*1.
59 Et ideo terminus , & tempora præstituta primo judici ad causam determinandam,*juxta l.*2.§.*sed si judex, de judi.* eadem censebuntur præstituta successori , & subgrogato *l.judex* 31.*ff.de judiciis* , non enim judex
60 tanquam privata persona attenditur , & consideratur, sed tanquam minister justitiæ quam gerit, & tanquam administrator dignitatis & tribunalis, quod repræsentat, quisquis autem sit etiam in infinitum omnes ejusdem rei administratores sunt , nam remmet, alienam tamen gerentes , quippe tribunal , dumtaxat (quod semper durat & permanet) & est in consideratione.
61 Prout videmus ; quòd licèt in appellatione requiratur expressio nominis judicis à quo, tamen satis est, ut contineat nomen dignitatis judicis , putà , appello ab auditore Cameræ ab Episcopo , Salmantino, *&c.* B. *in l.*1.§.*fin.n.*6.*vers. super secundo* , Rebuff. *in tract. de appellat.in præfatione, n.*29. *tom.*3. *fol.*477. Geminian. *in cap.Roman.*§. *cum autem, de appell. in* 6.Sigismund. Escacia *in tractatu de appellat.quæst.*6.*à num.*43. qui *à num.*49. *&* 50. dicit ; quòd licèt sit necessarium, ut in appellatione exprimatur nomen judicis , ad quem appellatur ; tamen sustinetur appellatio , si contineat nomen dignitatis , & tribunalis , putà appello ad Archiepiscopum Compostellanum , ad Archiepiscopum Toletanum,*&c.*quia tribunal, & dignitas, cui jurisdic 62
tio cohæret, & propria est, potiùs attendi debet,quàm persona administratoris, Geminian. & Philip.*cùm verò, n.*1. *de appell. in* 6. *lib.*

Hinc infertur ; quòd judex datus loco demortui, 63
minimè illum repræsentat , sed tantùm dignitatem, quæ est corpus quoddam fictum , quod comprehendit subjecta, tanquam membra illius corporis ficti, *l.mortuo,ff.de fidejussoribus,* Bart. *in l. aut facta,* §. *fin.n.*3.*ff. de pœnis.*Barb. *in d. l.proponebatur,num.*24.*& sequentib.* quandiu igitur superest forma illius corporis ficti,semper censebitur idem corpus, licèt partes mutentur , ut dictum est , & probatur *in leg.grege , & leg.& si grege,* 64
ff. de legat. Barbos. *dict. num.* 24. quapropter licèt judicis demortui locum occupet novus judex , illum tamen non repræsentat , quia juris sui nulla reliquit vestigia , sed tribunal , quod nunquam moritur , cujus 65
vices gerit , & jurisdictionem administrat , prout videmus in tutore minori dato , aut in procuratore, quem dominus constituerat , quo mortuo , & alio subrogato in locum demortui , non tamen ejus gerit vices, nec repræsentat , sed dumtaxat pupillum , aut dominum viventem, nec gerit res,& negotia pupilli tanquam res tutoris mortui ; & licet æqualem, imò eandem potestatem recipiat successor , non tamen à mortuo recipit , cùm jam sua extincta , sed à domino & tribunali, cujus ossibus radicata est , & viget : optimè faciunt quæ Covarruvias *var.resolut. lib.*2.*cap.*15. *sub num.*6. *versic. ego verò considerandum , & sequentibus.*

Et ideo licèt judex prædecessor, & successor diversi 66
sint personarum respectu : eo tamen habito ad administrationem , & ad coæqualitatem potestatis , verè idem sunt , & reputantur , attenta veritate , & rerum natura , notat Bart. *in l. ab executore, n.*9. *ff.de appell.* per quem idem Barbos.*in d.l proponebatur sub num.*16. & per eundem Bart. melius Burgos de Paz *in l.*1. *Tauri, n.*427. ubi dicit quod successor verè idem judex re- 67
putatur , & per eundem Bart. idem affirmat optimè Aviles *in cap.*1. *prato num.*20. *vers. sed in contrarium,* ubi dicit, quòd quando accipimus judicem pro jurisdictione , seu tribunali , ut in his casibus , verè eundem esse judicem,& judicium, quia hoc non competit successori, & subrogato , ut privato , sed judici , ad differentiam hæredis , qui non est verè idem quod defunctus , sed fictè.

Ex qua ratione provenit ; quòd judex successor po- 68
test taxare expensas , quas sibi taxandas judex prædecessor in sententia à se lata reservavit ; item & eundem successorem posse dubiam prædecessoris sententiam interpretari, ut docet Bart. *in l. ab executore,* cui plerique alii consentiant , quorum illic Alexand. *in additionibus,* memor est,& singulariter idem Alexand. *in l.stipulantem,*§.1.*ff. de verbo.oblig.colum.*3. quo loco recenset tenentem contrariam sententiam, quæsque nititur conciliare Burgos de Paz *in l.*1. *Tauri, sub n.*427. tenet etiam Joannes Ferrariensis *in tractatu de appell. cap.*5. *num.* 53. *&* *num.* 57. cujus est farinæ , statutum à Decurionibus editum , ab eorum successoribus, 69
vel à populo esse explicandum , & declarandum , ita docet Bart. *in l. omnes populi* 3. *q.* 6. *princ.* & ibidem palam placet Joanni Francisc. de Ripa *in l. ex facto, colum.*2.*ff.de vulgari.* ad quod allegant text. *in leg. ab executore.ff. de appellat.* & eis lucidè adhæret Carolus Ruinus *in consilio* 58. *num.* 9. *lib.*1. Burgos de Paz *in l.*1. *Tauri, num.*425.

Qui quidem *in num.*426. *vers. sed tamen* , cum Bart. 70
*in l. ab executione in princ. col.*3.*ff. de appell.* respondit

mirabiliter, ad illam difficultatem ortam ex illa regula, quòd jus declarandi, seu interpretandi ad hæredem & successorem non transit*, cùm ex arbitrio disponentis pendeat, ut *in l. inter stipulantem §. Stichum, de verbo. oblig.* quia cùm hoc jus declarandi non pertineat ad judicem successorem, ut privatam personam, sed tantùm ut officialem justitiæ ministrum, & judicem, hoc enim solùm successoribus officium gerentibus, jure concedi videtur, quia successor verè idem judex reputatur, quod & eandem responsionem repetit *sub numer.427. vers. nec obstant jura*, in hæc; Nec obstant jura, quibus cavetur declarandi jus ad hæredes non transire; quia non obtinet, cùm jure proprio hæredibus, vel successoribus, jus ipsum declarandi competit, ut *in d.l. ab executore*, quam doctrinam nota, quia mirabilis est.

Ex quo fonte fluit, quòd judex successor, seu aliter datus loco alterius, & in ejus defectum, causam assumit
71 in eodem statu, eamque determinat ex eisdem actis, textus est *in l. mortuo judice*, ibi, idem enim, qui subditus est sequi oportet, *&c. ff. de judi.* & ibi tenet gloss. *verbo idem* text. *in l. fin.* & ibi gl. optima *Cod. de sentent. & re judic. c. si quis Episcopum, 2. q. 3.* glossa *in l. si et p. proponit, verbo denuo, Cod. quomod. & quando judex*, gloss. fin. *in l. si. expressim, ff. de appell.* Jacobinus *in l. si legem, in prin. num. 4.* Immola *in leg. cum quæritur, n. 10 ff. de re judic.* Angel. Aretin. *in l. si expressim, n. 45. de appell.* plura jura allegat Odofredus *in d. l. mortuo judice*, & eleganter prosequitur Brillonius *in tract. formularum, lib. 5. pag. 513.* Barbos. *in l. ad si legatus, in princ. n. 45.* optimè Marquess *de commiss. 1. p. c. 3 à n. 33.* Decius *cons. 449. n. 20.* & facit in terminis Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 20.* & quæ in ejus comprobationem adduxi *4. p. c. 2. à n. 65.* & Zerola *in praxi Episc. 1. p. verbo instantia, §. 4.*

72 Et eodem modo procedit successor, quo processit prædecessor *leg. properandum, Cod. de judiciis*, Lancelot. Robert. *de attent. 3. part. cap. 27. num. 53.* quia acta facta coram uno judice fidem faciunt coram alio si sit successor in eodem tribunali: ita plures referens se-
73 quitur Petrus Philipp. Corneus *in leg. gesta, num. 5. Cod. de re jud.* Christophorus de Paz *in tractatu de attentat. cap. 32. num. 40.* cui conducit, quòd acta facta coram uno judice, in casibus, quibus probant, & fidem
74 faciunt coram alio; semper debent intelligi, si reproducantur, aliàs non secundùm Alex. *cons. 82. vers. 2. num. 4. & 5. lib. 1.* Apostilla 1. *ad decisionem Capellæ Tholos. 198.* intelligitur, ut coram subrogato, judice
75 non requiratur hujusmodi productio, sed jussio dumtaxat ipsorum actorum, secundùm Jas. *in l. 2. num. 14. vers. ex tertia lectura, C. de edendo*, sequitur Cardin. Tusc. *pract. conclus. tom. 1. litera A, conclus. 91. num. 5.* qui etiam *ibi num. 1.* Post Bald. *consilio 147. inventarium hæredis in fin. versiculo sequitur videre, lib. 4.* in-
76 quit; quòd acta coram uno arbitro gesta, probant coram successore, in quem partes compromiserunt; quando acta sunt publica, & actum respiciunt, quare judex executor successor perficit executionem, quam
77 inceptam reliquit suus prædecessor, secundùm Baldum *in leg. fin. Cod. de fructib. & litium expens.* Bartolus *in leg. successores, Cod. de suscepto. & arcar. lib. 10.* Avenda. *in leg. Fabiana, ff. de manumi.* Guido Papæ *decis. 535.* Montalb. 69. *in l. 4. titulo 17. libro 4 Fori.* Bald. Immola, & Alexand. *in leg. fin. ff. de jurisdictione omnium judic.* Jas. *in leg. more, num. 22. eodem.* Decius *consil. 492. num. 5. volum. 4.* Boërius *decis. 5. n. 18.* Avil. *in cap. præterea. cap. 15. num. 35.* Avenda. *in eodem tractatu, 1. p. c. 17. num. 10.* Parlad. *rerum quoti. l. 2. c. fin. 6. p. §. unico, à num. 34.* qui etiam disputant, quis eorum prædecessor, an successor executor debeat habere, & percipere decimam, & emolumenta ipsius executionis, qui illam incepit, aut qui illam perfecit: hinc meritò judex successor, vel aliter loco alterius subrogatus, poterit ea omnia facere, quæ poterat ille, cujus fuit loco subrogatus, *l. 2. Cod. de ea, qui vicem aliter gerit.* Alexand. *in l. 1. n. 53. ff. de off. ejus* 78 *cui mandata est*, Petrus Barbosa. *in l. si longius, in princ. n. 44. ff. de judiciis*, & facit regul. *is qui in jus succedit altertus, de regulis juris.*

Hinc est quod successor ordinarius, & prædecessor, (cùm idem judex reputetur) potest successor restituere 79 integrum, contra factum sui prædecessoris, Speculator *titul. de restitut. in integrum, §. videndum restat, n. 4.* quem referens sequitur Sigismund. Escacia *in tractatu de app. quæst. 19. rem. 2. num. 32.* & absolvere ab ex- 80 communicatione emissa per prædecessorem & subdelegantem, ita Felinus per textum *ibi in cap. pastoralis, principio, sub numero 11. de officio, & potestate judicis delegati.*

Cùm igitur judex prædecessor potest reponere at- 81 tentata à se gesta juxta text. *in c. venientes, in fin. de jurejuran.* & per Philip. Francum, Covar. Lancelot. & alios *suprà* citatos ad priorem partem hujus capitis, ubi latiùs de hac re; nihil mirum, ut successor in idem tribunal, instantiam & jurisdictionem, ac potestatem, queat illa similiter reponere.

Et in specie probatur, quia in omnibus casibus, in quibus judex à quo potest reponere attentata sive à se, 82 sive ab aliquo facta, pariter & ejus successor poterit illa reponere, & revocare, quia eodem modo procedit successor, quo prædecessor, ita tradit post Innocentium ibi Anton. Butrius *in cap. cum M. Ferrari, n. 58. colum. antepenult. in princ. de constitut.* Lancelot. Rober. *de attentatis, 3. p. cap. 27. num. 53.* & Facit Rota *decis. 55.* alias 389. *si appelletur, de appell. in novis.* Milis *in repertorio, verbo, attentata, lite pendente, fol. 3. ac in verbo judex appellationis à gravamine, fol. 175.* & idem latè, & optimè Marquessan. *tractatu de commissio. 1. p. cap. 29. à num. 40.*

Item & bene Lancelot, *ubi proximè, num. 52. cum sequentibus*, dicit; quòd non solùm judex, cujus fuit læsa majestas, hanc revocationem attentatorum facere possit, verùm etiam ejus successor, & subrogatus; cùm hæc majestatis læsio non dicatur facta personæ, nec cohærere personæ ipsius judicis, sed dignitati, quæ nunquam moritur, cùm repræsentativè semper duret idem judex, *juxta leg. proponebatur, ff. de judiciis,* 83 *qui num. 56.* & hoc ampliat, ut non solùm procedat, quando hujusmodi subrogatio facta fuerit expressè ab homine; verùm etiam si fit facta tacitè à jure, *ex dicta Rotæ decisione.*

Et quòd successor teneatur reponere, & purgare at- 84 tentata à suo prædecessore facta, tenet latè Flamin. Paris. *resig. lib. 1. quæst. 16. à num. 39. & sequentibus*, ubi resolvit pro veriori opinione, quòd succedens in beneficio per resignationem, teneatur purgare attentata per prædecessorem resignantem, & ita tenuisse Ro- 85 tam in una Ariminen. nullitatis, & attentationem coram Acorambon 27. Aprilis 1556. testatur, qua decidit; non esse procedendum in causis nisi purgatis per eum attentatis: testatur de ea decisione Lancelot Robert. *in tractatu de attent. cap. 4. ampliatione 5. n. 3. & cap. 29. num. 102.* & iterum tenuit Rota in una Camaricensi Archidiaconatus sub die 13. Novembris 1558. teste Cardin. Palcoto *decisione 116. incipit Guti.* quem allegat Paris. *ubi suprà, num. 42.* ergo judex successor in tribunali, aut jurisdictione, justissimè poterit reponere attentata à prædecessore facta, quemadmodum, & iste poterat revocare prædecessor, maximè virtute provisionis Regiæ, quia hujusmodi attentatorum repositio jubetur post actorem inspectionem.

Et ulteriùs hæc pars comprobatur, quia quando 86 præceptum est aliquid prætori ut prætori, putà, & ratione officii, transit in successorem, qui omnino tenetur

adimple

adimplere, ita tenet Bald. *in leg.tale pactum, ff.de pactis, leg.si communis servus, ff. de stipulat. servo* idem tenet Bart. *in leg. à filio, in fin. de alimen. & cibariis legatis,* Speculator *in titulo de instrum. editione,* §. *nunc aliquid. versiculo sed quid erit,*& idem transit gloss.*in cap.penult. de testam.in* 6. Rota *decis.*412. *in novis,* probat pulchrè Covarru. *in practic.quæst.cap.*11. *à num.* 1. & præcipue *num.*2. *versiculo secundò hoc ipsum probatur,* bene etiam Mantica *de tac. & ambig. conventio.lib.*7.*tit.*23 *num.*49. *&* 50.& nos latiùs *infrà,*4.*p.cap.*6.*in ultima difficultate, vers.circa quod nunc primò quæro,* &c. *à num.*66. quibus facit ferè in terminis,quæ Marquess.*pract. de comm.*1.*p. p.*29.*n.*40. dum inquit;quod judice ab officio remoto, alter ei succedat, tunc quia non persona, sed dignitas officii, vel majestas, in successore eadem existens fuit læsa,quia repræsentativè semper durat eadem persona, & judex, *ex d. leg. proponebatur :* poterit ex suo mero officio attentata à prædecessore reponere, *Rotæ decis* 2.
87 *de restit. spolia. in novis, & 5. num. 5. ut lite pendente. in antiq. & in d. decis.*412. *fuit determinatum,* ubi dicitur, quòd Episcopus debet adimplere mandatum factum prædecessori, sub nomine dignitatis, ita per Abb. ibi, tenet etiam Felin. *in c. quoniam,* Abb. *n.*10. *de off. dele-*
88 *gat.* qui cum Speculatore *ubi proximè*, idem intelligit in executore ; cui convenit, quod dicunt Redoanus *in pract. de rebus Eccles. q.* 57. *n.*9. & Zerola *in praxi*
89 *Episcopi.* 1.*p.verbo successor,*§. 5.*fol.mihi* 334 quòd successor tenetur exequi mandatum factum per Papam suo prædecessori.

Hinc etiam est, quòd literæ directæ Episcopo præ-
90 decessori mortuo, sub nomine dignitatis, & habito respectu ad officium, illas tenetur successor exequi, & implere, ita tenet Flores de Mena *practic. quæst. q.*4. *num. fin.* & est text.expressus *in authent.ut nulli judic.liceat habere loci servato.* §. *ex hoc verò jubemus*, cujus sunt mirabilia verba. Ex hoc verò jubemus observari ab omni administratore,ut si contigerit, in scriptis nostram jussionem fieri ad aliquem judicem, & interea iste quiescat ab administratione ; is qui post illum susceperit dignitatem, accipiat eam, & insinuet : & siquidem privata est causa, & implere eam, & assequi,quemadmodum ad eam promeruit rescriptum, &c. qui text. mirabilis est, & expressus huic difficultati, ubi glossa etiam mirabiliter explicat.

Hinc etiam est, quod eleganter doctissimus Aventdan. *in tract. de execut.mand. c.*17. *sub n.*10. *vers. & novus executor,* post Angelum *in auth. ut nulli judicum,* §.*hoc, col.*9. & Felin. *in c. cùm contingat, de foro compet.*
91 & per notata per Doctores *in l. fundum, in princ. ff. de acquir. poss.* quòd successor & novus executor virtute primi mandati,dati suo antecessori, potest illud exequi absque alio novo mandato.

Ex prædictis igitur evidenter colligitur, tuendam esse, & tenendam in praxi, prout ego tantum vidi aliquoties ; ut successor in jurisdictionem sibi provisionis Regiæ facta intimatione, teneatur reponere attentata per suum prædecessorem ; quo supposito, non obstant fundamenta pro contraria parte adducta.

Nec enim obstat primum deductum *ex d. l.*36.ibi in illis verbis, *provean que el tal juez la otorgue*, &c cui multipliciter respondetur, tum quia ideo de eodem judice loquitur,quia assiduè ipsemet reponit, rarò au-
92 tem, imò & rarissimè, contingit, ut ipse moriatur,eo litis statu, & sic nihil mirum, ut de eo loqueretur l. Regia,cùm ad ea quæ frequentiùs accidunt, jura adaptantur, & tristes eventus non sunt considerandi.

Vel aliter & secundò,& meo videri rectè, respondetur ad d.l.Regiã,ut ideo dicit,*el tal juez*,ut declaretur,
93 quòd non idemmet tribunal Regium, quod decretum protulit violentiæ, ipsum debeat cum effectu exequi (prout juris regulæ aliàs in cæteris causis postulant),nec alius quibus judex alterius tribunalis, sed ipsemet dumtaxat,qui de causa cognoscit,decretum exequatur, reponendo attentata, ad demonstrandum, quòd cùm violentiæ cognitio in procedendo sit extraordinaria, 94
& irregularis, pariter & ejus executio extra ordinem etiam esse debebit.

Et ulteriùs respondetur, ut illa verba, *el tal juez*, intelligantur, id est, judex talis tribunalis,ut comprehendatur etiam successor, cum successor, & prædecessor idem judex reputetur, ut latiùs *superiùs* probatum reli- 95
quimus, *juxta dict. l. proponebatur,de jud.& cætera jura,* maximè cùm ita de jure sit,ut præceptum factum prædecessori,ut judici,debeat successor exequi,& implere, cùm in eo rectè repositio verificetur, ut paulò antè latè probavimus, præcipuè cùm simus in favorabilibus, & privilegiatis, prout est attentatorum repositio, ut statim dicetur.

Deinde, quia cùm ille judex, qui vim intulit, de- 96
cesserit ; impossibile est, ut reponere queat, qui est casus non præventus, nec decisus à d.l Regia, & sit relictus dispositioni juris communis, dictantis, quòd quando sententia non potest secundùm ejus tenorem exequi propter maximam difficultatem, aut interdum impossibilitatem, exequi debet eo modo, quo potest, ne judicium reddatur illusorium, & remaneat sine 97
effectu, latè, & eleganter Angel. Aretin. *cons.*136. *in themate,n.*4. *& seqq. usque ad fin.* qui loquitur in optimo casu, scilicet, quando quis condemnatur, ut conservet indemnem Titium, ab obligatione Caii, si inte- 98
rim obligatio extincta fuit, quia Titius fuit compulsus solvere debet Titius relaxari indemnis, eodem modo, quo potest, ut solutum sibi restituatur & idem Aretin. *in d. consil.*136. *à num.* 3. constituit aliud exemplum, scilicet, quando quis condemnatus est ad tradendum 99
debitori instrumentum debiti, quod si non reperiatur, cogitur creditor debitorem liberare, & plura similia exempla adducit ibi, quem sequitur Card.Tusc.*pract. concl.tom.*7.*litera S.concl.*126.*à n.*125. *usque ad n.*129. quia verba adaptantur saltim implicitè. Bertachi. *in*
tractatu de Gabellis 2. *membro* 8. *part.pri.de Gabellis re-* 100
*rum animatarum,*secundùm gloss.quam dicit notabilem *in auth. generaliter,*& ibi Bald.*C.de Episco.&Cleri & per l.si ita fide jussorem accepero,ff.de fide jussorib.*unde evenit, quòd si sententia non potest exequi propter maximam difficultatem, quia servus, vel res, ad quam fuit quis condemnatus, ea abest,aut periit, mortua,aut extincta est, loco ejus exequitur in alia re coæquali, aut æqui- 101
valenti, & sic in ejus valore,aut interesse, est *in leg.qui restituere, ff. de vind.l.Julianus,ff.de confessis, leg.si servo,* §.*fin.ff.de verbo,obligatione,leg.si longis.Cod. de exequutione rei judica. l.* 5. *ante medium, tit.*27. *part.*3. *l.*3. *tit.*14. *part.*5. Palacius Rubius *in l.*63. *Tauri*, *n.*32. Parladorus *lib.* 2. *rerum quotidianarum,cap.fin.*5.*p.*§.2.*n.*7.*& in lib.*1. *cap.*6. *n.*13. Castillo *in l.* 63. *Tauri*, *fol.* 129. *columna* 3. *ad fin. & colum.*4. Franc.*decis.*229.*p.*2. Gregorius Lopez *in dictis legibus Regiis*, & in cæteris communiter Doctores,de quo nos latè egimus *infrà*, *in* 4. *part.cap.*5 *a num.*33. *& cap.*9. *à num.*206. ergo à fortiori idem dicendum est in nostro casu, ut judex subrogatus loco primi demortui, teneatur exequi,& Regiam provisionem adimplere, ne illusorium remaneat tot salubre violentiarum remedium.

Nec obstant, quòd in pœnalibus, & odiosis non fit extensio ad subrogatos & quod facinus suos habet authores, quos pœna non egreditur ; quia respondetur, quòd in præsenti non sumus in odiosis, & pœnalibus, 102
sed in re merè favorabili, & privilegiata, prout est attentatorum repositio,& revocatio : quo remedio, nullum favorabilius in jure reperitur, Franch. *in cap.bona, n.*13.*& sub n.*15. *de appellationibus.* Alexand. *consil.*89. *diligenter in fin. lib.* 1. Decius *in cap. ex parte el secundo,columna fin. versic.* 4. *concl. de rescript.* Rota *decis.*2. alias 14. *fuit dubitatum, n.*3. *de restitut. spoli.* Franc. *in*

c. conſuluit, cl. 2. v. 8 de appell. Alexand. *conſ. 99. viſus, v. 4. lib. 5.* Pet. de Anchara. *in c. 1. ut lite pendente, in fin.* Oldrald. *conſ. 199. pro fundamento, in princ.* poſt Innoc. Ripam, *in d. c. conſuluit, ſub n. 10.* Eguid. *deciſ. 49. agens, & deciſ. 294. id autem,* Stephan. Aufrer. *in addit. ad deciſionem Capellæ Tholoſ. 15. ad fin.* Ruin. *conſ. 76. in princ. lib. 5.* Joann. Crot. *conſ. 101. viſo puncto, num. 3.* Menoch. *de recuperan. poſſ. rem. 17. n. 25.* Achill. de Graſſis *deciſ. 24. attentatorum cauſa ſub rubr. de attentatis,* latiſſimè proſequitur Lancelot. *de atten. 3. p. c. 30. tit. de privilegiis attentatorum, per totum.*

103 Et ex alio colligitur eſſe privilegiatum, & favorabile, prout eſt hoc charitativum ſubſidium, & recurſus ad tribunal Regium, quo agitur de liberando vi oppreſſos à manu calumniantium, & ut ſuperioris authoritas, quæ per attentantem contempta erat, reſtituatur, liberéque & ſine impedimento gravatus illum queat adire, ex his, quæ latè nos adduximus *capitibus præcedentibus*, præcipuè *c. 1. à n. 149. 239. & 306. & à n. 354. & in epilogo proœminali, infrà*, & ita cùm hîc non agatur de cauſa pœnali, ſed privilegiata, & favorabili, ſequitur, ut argumentum retorqueatur, & ut faciat ſenſum, quòd
104 cùm ſimus in favorabilibus, fiat extenſio ad ſubrogatos: & inſuper quia judex ſucceſſor tantum abeſt, ut aliqua affligatur pœna, ſed ut Regii tribunalis miniſtro ſibi cauſa medenda committatur, exequutor enim, cui ſententia pœnalis exequenda committitur, non participat de illius pœna ſed honoris, & poteſtatis judicis ſuperioris, non enim hîc agitur de exequanda pœna, appoſita à judice prædeceſſori judici, pro attentatis à ſe factis, in judicem ſucceſſorem, nec in hoc ſe poteſt
105 intromittere Senatus, prout diximus *infrà, hac 1. p. 6. à num. 12.* quia ſi hoc eſſet, rectè procederet argumentum contrarium; ſed ſumus in longè nimis diſſimili caſu, ut dictum eſt.

Imò etiam & adhuc in pœnalibus, & odioſis, licet pœna non tranſeat ad ſucceſſorem & hæredem (cùm
106 morte ſit extincta) tranſit tamen damnorum ſatisfactio, in quantum ad eum pervenit: bonus eſt text. *in l. 1. C. ex d. lectis defunctorum, in quantum hæres conveniri*, ibi, quo vim fecit, *&c.* defuncto ſucceſſoris ejus in ſolidum, alioquin inquantum ad eos pervenit, conveniri valet,) cùm ut latè *ſuperiùs* dixi, in ſucceſſorem tranſeat judicium, juriſdictio, inſtantia acta, & lis, cujus
107 pars eſt, attentatum à judice, quod eſt qualitas, quæ liti inhæret, ab eóque dependet, ſine quo attentata non dantur, ſecundùm Caſſiadorum *deciſ. 6. n. 2. ſuper R. qual.* & dictum fuit id una Nolanienſ. Abbatiæ coram Junio, 20. Oct. 1557 & in alia Mediolanenſ. Capellaniæ coram Chiſanen 28. Junii 1557. in alia nullius, ſeu Pennen. coram Robuſterio, 31. Maii 1568. ut teſtatur
108 Lancelot. Robert, *de attenta. 3. p. cap. 22. à num. 41. & ſeqq.* ubi ex hoc infert, quod ſubrogatus ad litem, poteſt dari de attentatis; quemadmodum ejus prædeceſſor, ſquitur evidenter, quòd etiamſi eſſemus in pœnalibus, nihilominus, ſucceſſor tenebatur revocare parti damnum, quod fit per attentatorum repoſitionem, quibus quidem rationibus, omnia ferè ceſſant argumenta contrariæ partis.

Nec enim obſtat; quòd ſententia lata contra vim inferentem non exequatur contra ſucceſſorem hæredem, quia alia eſt vis defuncti, alia hæredis, & ſucceſſoris, quia omiſſa alia reſponſione, quæ dari poteſt, & colligitur ex his, quæ latè diximus *infrà, in tract. de exec. cap. 8. de exceſſu de perſona ad perſonam, à num. 247.*

109 Dices, quòd id procedit in hæredibus, ex ea ratione, quia alia eſt poſſeſſio defuncti, alia hæredis, ſucceſſoris, in quem licèt omnia jura transeant (adita hæreditate,) non tamen poſſeſſio, quæ extincta jam fuit, *l. cùm hæredes, de acqui. poſſeſſ.* & poſſeſſio hæredis eſt nova poſſeſſio, non autem continuata à defuncto, per cujus mortem fuit extincta, ut dicunt Doctores pro contrario adducti, ſed non procedit in juriſdictionis, tribunalis, univerſitatis, dignitatis, Eccleſiæ, populi, & aliorum ſimilium ſucceſſore, in quibus non datur hujuſmodi poſſeſſionis extinctio, & variatio: quoniam ipſa univerſitas, & perſona facta eſt, quæ poſſidet, & ſemper 110
eandem poſſeſſionem retinet, quia nunquam moritur, ſed ſemper eadem eſt, & per variationem, & mutationem, ſeu mortem adminiſtrantis non mutatur, variatur, aut in aliquo alteratur univerſitatis poſſeſſio, quæ nunquam vacat mortuo adminiſtratore.

Et ideo ſucceſſor adminiſtrationis non indiget de 111
novo accipere poſſeſſionem rerum univerſitatis: optimè & latè. B. *in l. 1. §. municipes, ff. de acquir. poſſ. & in l. cùm hæredes, ff. de acquir. poſſ.* per Innocen. *in c. cum in officiis, de teſtam.* & loquendo de Eccleſia, quæ cùm nunquam moriatur, *cap. liberti 12. q. 2.* ita nec poſſeſſio 112
rerum Eccleſiæ dicatur vacare, etiam mortuo Prælato, ex quo ipſe poſſidet; docent Bal. *in l. fin. C. de edicto Div. Adria. tol. & in l. unica, in princ. Cod. de caduc. tollen.* Pariſius *conſil. 24. n. 7. vol. 1.* Borgni. Cavalcan. *deciſ. 96. in princ. n. 5. & in add. n. 54. & dec. 74. n. 105. p. 1. & dec. 28. n. 12. p. 3.* ubi ex hoc infert, quòd cùm poſſeſſio Eccle- 113
ſiæ in Eccleſia continuatur (etiam mortuo Prælato) dicitur ſimul cum occupatore poſſidere, & eſſe in ſummariſſimo poſſeſſorio, nec dicitur attentare Eccleſia poſſidendo. Sequitur Brexianus *in reperto, ad eundem Cavalca. verbo poſſeſſio Eccleſiæ continuatur.* Marta *in tractatu de juriſdictione, 4. part. cent. 17. à num. 10.* ubi dicit, quòd Prælatus ſucceſſor non ſuccedit tan- 114
quam dominus, ſed tanquam procurator Eccleſiæ *c. 2. de donat.* ubi ad plura ipſe infert, quæ huc conducunt.

Hinc eſt, ut poſſeſſio juris patronatus competens 115
alicui ratione dignitatis, villæ, caſtri, majoratus, aut Eccleſiæ, retinetur per ipſam dignitatem, villam, caſtrum, majoratum, aut Eccleſiam, (etiam mortuo Prælato, & adminiſtratore) Rota *deciſ. 1. de jure patron.* aliàs 140. *in novi.* Bellamera *deciſ. 20.* Paul. *de citat.* Dinus *de jure patron. 6. p. art. 3. n 64.* Lamber. *eodem tractatu 2. part. 1. lib. q 9 art 3. num. 8. ad fin. & 1. p. q. 3. 2. lib. quæſt. 3. art. 1. n. 9.* poſt Card. *in c. ex litteris, 1. oppoſit.* per illum text. (quem ſic intelligit) *de jure patr.* Cajet. *in repetitio. c. fin. electione in 6.* Nicol. Garcias *de beneficiis, 5. p. c. 5. n. 9.* qui etiam dicunt; quod novus poſſeſſor caſtri, villæ, ſeu comitatus, ratione cujus compe- 116
tit ejus præſentandi, licèt nunquam antea præſentaverit, poteſt præſentare; quia ipſa dignitas, aut comitatus, videtur hoc jus patronatus ſemper retinuiſſe, quia quaſi poſſeſſio juris præſentandi, quæ erat apud anteceſſorem ratione dignitatis, beneficii, caſtri, villæ, vel comitatus continuatur in ſucceſſorem, etiam abſque alia nova ejus apprehenſione, d. Rota *deciſ. 1.* Aliàs 140. *in novis.* Achil. *deciſ. 105. ſeu 5. de cauſa poſſ. n. 8.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit, in præfatione, declaratione 5.* facit *deciſ. Rotæ 9. de cauſa poſſ. in antiq.* latiſſimè proſequitur Nicolaus Garcias *ubi proximè, à n. 37. cum ſequentibus, & ſuprà à n. 33.* reddens rationem; quia poſſeſſio reti- 117
netur per Eccleſiam, ſeu dignitatem, etiam mortuo Prælato, ut per Felin. *in cap. conſtitutum, num. 19. de reſcriptis,* Rota *deciſ. 1. n. 14. de reſtitutione ſpoliatorum, in novis,* Caſſiador. *deciſione 7. num. 13. de cauſa poſſ.* Rota *deciſ. 390. part. 1. & deciſ. 19. n. 9. part. 2. diverſorum,* de quo etiam bene per Peregrinum *in tractatu de fide art. 48. n. 79.* cum pluribus Doctoribus, ubi advertit differentiam inter poſſeſſionem hæredis, & ſucceſſoris Prælati, & inter dignitatem, ſeu Eccleſiam, & ſic non obſtat argumentum in contrarium adductum. Maximè quia nos ſumus in longè diverſo caſu, & extra termi- 118
nos Doctorum in dicto argumento allegatos, quia ſumus in attentatis, in quibus etiam ſucceſſor ſingularis illius, qui attentavit, & etiam judex, ut latè probavimus *ſuprà.*

Nec

Nec obstat ultimum argumentum, quo dicitur: quòd cùm provisio Regia de successore non loquitur, de eo non debet intelligi: quia doctrinæ ibi adductæ loquuntur in condemnatis per sententiam,& obligatis
119 per scripturam,quia cùm non nominentur in ea, non debet contra illos exequi,nos autem loquimur,in provisione directa judici, qui etiam verificatur in successore in eandem jurisdictionem,cùm idem reputatur secundùm text. *in c. quoniam Abb. de off. delegati, & in l. proponebatur ; de judiciis*, & ea quæ longa manu *suprà* congessimus pro hujus partis fundamentis, quibus suppositis, licitè poterit pars, in cujus favorem data
120 est provisio Regia, ut judex Ecclesiasticus deferat,& reponat,recurrere ad judicem successorem, sive in delegatam, sive ordinariam jurisdictionem, sive sit datus ab homine, sive tacitè à jure; eique intimet provisionem prædictam, quam si non adimpleverit, ad tribunal recurratur pro secunda jussione, quæ dicitur vulgò *sobre carta*, & ita practicatur; & aliquando in praxi receptum vidi. Præ oculis tamen habeat pars,ut animadvertat, an collega virtute commissionis, & rescripti possit causam ab alio, vel mortuo,vel legitimè impedito jam inceptam assumere,& cognoscere, quod ex serie, & tenore clausularum rescripti facilè colligi-
121 tur, juxta text. *in cap. cùm olim, de off. delegati, in 6. cap. prudentiam in fine, de off. delegati*,& alia plura jura *in titulis de off. & potest. jud. delegati, & de rescript. in decretal. in 6.* ac etiam in jure civili,& ubique latè per Doctores, si fortè collega procedere non potest, recurrat pars ad superiorem, ut alium loco mortui, judicem nominet, *juxta l. mortuo judice, ff. de judiciis, l. fin. Cod. de sententia, & re judicata*, vel loco impediti, vel absentis, juxta text. *in l. si longius, ff. de judiciis*, ubi latissimè per Doctores, & præcipuè per Petrum
122 Barbosam, ubi latè agit quòd loco judicis absentis,vel impediti,delegati vel ordinarii, dandus est successor, ubi quando impedimentum est perpetuum, vel tem-
123 porale & de aliis pluribus difficultatibus; hunc articulum concernentibus, adeò ut quisquis subrogetur, in causa loco mortui judicis,absentis vel impediti,potest, & tenetur virtute Regiæ provisionis attentata à prædecessore reponere, appellationique deferre,& hoc jure utimur.

124 Et advertit quod ista talis dicitur subrogatoria commissio,quando scilicet absente judice jam dato,suspecto, impedito, sive mortuo, alter in ejus locum datur & subrogatur, causam ei in eisdem statuet terminis, quibus reperitur demandando, Decius *consil.* 449. *numer.* 21. utique talem commissionem esse receptam,passimque concedi testatur Marquella. *de commission.* 1. *parte, cap.* 3 *num.* 43. animadvertens,& bene circumspectè,has subrogatorias commissiones dandas fore, & simpliciter attendendo, ne in corpore inserantur clau-
125 sulæ statum causæ alterantes,maximè circa substantialia,quia partis citatio tunc foret necessaria, & ab ista praxi antiqua non esse recedendum, testatur post Cravetam *consil.* 91. *num.* 7. Roland. à Valle *consil.* 4. *num.* 24. *volum.* 3. Bald. *in l. quicumque, num* 26. *Cod. de servis fugitivis*, pro quo facit quæ *superiùs, num.* 69. diximus judicem subrogatum, & taliter successorem assumere negotium, & causam, in eodem statu,eamque ex eisdem actis determinare, quare simplicem subrogationem,& non aliud continere debet commissio,cui assistit jus commune, cùm subrogatus ad instar antecessoris habetur, dicit Marquella. *ubi proximè, d. c.* 43.

CAPUT IV.

Ab Ecclesiastico judice aliquid reponente mandato, & virtute provisionis Regii Senatus, ad quem per viam violentiæ itum est, appellationi emissæ non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

Appellare licèt à repositione, vel delatione appellationis, quemadmodum à repositione alicujus articuli, n. 1.

Tribunalia Regia jus imitantur, & ideo eorum provisiones jubent judicibus Ecclesiasticis, ut reponant, ea quæ ipsi de jure reponere debeant, n. 2.

Pactum accidens ultra statutum, quo quis jam tenebatur, non mutat qualitatem, vel naturam obligationis, n. 3.

Judex Ecclesiasticus astringitur præcepto tribunalis Regii sub pœnarum incursu, attenta reponere, & appellationi deferre, n. 4.

Appellare non licet à judice faciente id, ad quod præcisè faciendum compellitur, n. 5.

Appellari non potest à permissione data à judice requisito per literas alterius, ut in sua jurisdictione aliquid exequatur, n. 6. *&* 7.

Faciens aliquid voluntariè, ad quod præcisè faciendum poterat compelli dicitur necessitate coactus facere, n. 8.

Sola potentia cogendi ad actum, quamvis ad actum coactionis non sit deventum, inducit coactionem, n. 9.

Facienti aliquid coactè, & contrà suam voluntatem sibi non imputatur, n. 10.

Repositio attentatorum facta à judice Ecclesiastico, est in executionem decreti Regii Senatus, vim fieri declarantis, & ibi de intellectu d. l. 36. recop. *n.* 11.

Appellari non potest, nec supplicari a decreto Regii Senatus vim fieri declarantis, vel negantis, nec alius datur recursus, n. 12.

L. 36. tit. 5. lib. 2. recop. *declaratur ibid.*

Appellari non potest ab executione decreti Regii Senatus, & ejus executore, qui est judex Ecclesiasticus, cui decretum dirigitur exequendum, n. 13.

Executio non gravat plus quàm sententia, quæ exequitur, num. 14.

Appellari non potest ab actu, à quo executio emanat, sicuti nec ab executione, ibid.

Actus duo quando ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari à primo, nec poterit à secundo, n. 15.

Judex Ecclesiasticus reponendo attentata virtute decreti Regii Senatus ita mandantis, non est qui gravat; sed ipse Senatus, cujus decretum exequitur, n. 16.

Actus non attribuitur gerenti sed mandanti, & ordinanti, num. 17.

Leges Regiæ in casibus violentiæ veniunt ad evitandum fraudes, n. 18.

Quod unâ viâ prohibetur, alicui, ad id aliâ non debet admitti, ibid.

Senatus Regius vim non facere judicem Ecclesiasticum declarat, non admittentem appellationem interpositam à repositione facta virtute alias Regii decreti, n. 19.

Appellatio à repositione attentatorum non admittitur quoad suspensivum remissivè, n. 20.

Judex Ecclesiasticus superior adhibitus licitè poterit, si visis actibus justum visum fuerit, revocare repositionem factam ab inferiore virtute Regii Senatus decreti, cùm ad hoc impediendum non se extendat, n. 21.

APpellare posse partem, quæ ab hujusmodi repo- 1
sitione, & delatione appellationis censetur gravata,licitè videtur, quemadmodum, & aliis casibus,

quibus à repositione alicujus articuli sibi est permissum à jure, secundùm Rotam *in decis.* 12. *alias* 362. *sicut auditor de probat. in novis.* Caputaquen. 1. *part. dec.* 265. *incipit judex reposuit.* optimè declarat Lancel. Rober. *de atten.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 1. *n.* 14. *& suprà, à num.* 12 cùm ipse judex Ecclesiasticus est, qui reponit, & qui partem ex repositione gravat: ergo ab eo potest appellare, maximè quia licèt hoc faciat virtute provisionis Regiæ, nihilominus ipse poterat illud sua sponte facere, quia si non potuisset ipse absque Regio decreto, non etiam potuisset, eo mediante, quia tribunalia Regia imitantur jus, & id præcipiunt judici, quod ipse poterat facere aliàs sine decreto, & sic haberi debet, ac si ipse fecisset absque provisione Regia; quin pactum accedens ultra statutum, pro quois tenebatur jam, non immutat qualitatem, vel naturam obligationis, *l. qui mutuum, ff. mandat. l. quæ dubitationis, de regul. jur. testam. C. de testamentis.*

Sed contrarium, ut appellationi à repositione, quam facit judex Ecclesiasticus virtute provisionis Regiæ sibi intimatæ, non sit deferendum, verius de jure & stylo esse censui. Et primò quia judex Ecclesiasticus illud attentatum reponit, quia ita sibi jubetur per tribunal Regium, & ejus præcepto astringitur sub pœnarum comminatione, ut *suprà, can.* 2. diximus latè, & ut plurimum contra suam voluntatem id facit, & sic ab eo non potest appellari, quoniam à judice faciente id, quod præcisè faciendum compelli cogique potest, non licèt appellare. Collect. Innoc. & Abb. Panormit. *c. cùm jure, de off. delegati.* Aufrer. *in decis. Tholosa. quæst.* 42. *requisitus*, idem tenet Rebuffus *in commentariis.* 2. *part. titul. de literis requisitorialibus, glossa* 3. *num.* 10. ubi dicit, quòd à judice requisito per literas alterius judicis permittentis, ut illæ exequantur in sua jurisdictione, non poterit pars ab hac permissione, & consensu appellare quia judex requisitus tenetur omnino obtemperare requisitioni justè factæ, & ad id potest compelli per superiorem.

Deinde quia faciens aliquid ad quod necessariò poterat compelli, dicitur necessitate coactus facere, tametsi id sponte faciat, ut per Decium *in consil.* 22. *l. novissimè, ff. quod falso tutore.* & per eundem plenissimè *in cap. cum. M. Ferrariens. num.* 34. *colum.* 10. *versiculo sed ista differentia de constitution.* Areti. *in cons.* 24 *quatuor dubia.* optimè Phanuti. *in tract. de lucro dotis, glos.* 8. *c.* 56. *fol. mihi* 349. *in parvis*, facit. *l. velle non creditur, ff. de reg. jur.* imò sufficit potentia cogendi, quamvis ad actum coactionis non sit deventum, ut per multa probat Areti. omnino videndus *in d. cons.* 24. *num.* 9. *vers. præterea*, Decius *in auth. præterea, num.* 10. *vers. finaliter tamen, Cod. unde vir. & uxor.* Felin. *in cap. cum M. Ferrari. colum.* 11. *de constitut.* Marsil. *in l. quæstionis. num.* 20. *ff. de quæstioni.* Menoch. *cons.* 175. *num.* 20. Gabriel. *cons.* 92. *num.* 5. *volum.* 1. Roland. à Valle *cons.* 2. *n.* 72. *vol.* 1. Petrus Surd. *in tract. de alimētis, tit.* 6. *quæst.* 8. *n.* 60. & idem Surdus *in decis.* 305. *n.* 28. *cum sequentibus*, Gratia. *in disceptat. forens. tom.* 2. *c.* 227. *per totum*, ad quod est text. *in l. novissimè, ff. quod falso tutore auctore.*

Hinc est, quòd facienti aliquid coactè, & contra suam volūtatem, sibi non imputatur: text. *in c.* 1. *c.* 2. *& c.* 3. *c. itáne.* 32. *quæst.* 5. & est bonus textus *in l. cura. ff. de muneribus, & honoribus*, Bal. *in l. eam quam, colum.* 8. *Cod. de fideicomm.* idem Bald. *in l. si qua illustris, in versiculo quod si mater, C. ad Orficianum*, Hostiens. *in c. inimicus, de accusationibus*, Bart. *in l. post. legatum*, § *his verò, in final. verbis, ff. quibus ut indig.* Ang. *in l.* 1. *removit, ff. de postbu.* Ludovicus Romanus *cons.* 252. *pro decisione in fin.* gl *in c.* 3. *colum.* 2. *de furtis*, Hostiens. *in cap. super eo, de usuris, l.* 1. *Cod. in quibus causis, col.... lib.* 11. Joann. de Anania, *in* & ibi Doctores, Archidiaconus *in cap. movetur* 12. *q.* 1. *& in cap. si quis usuram* 20. *q.* 4. Petrus de Ancarrano *in cle.* 1. *de usuris*, & Joann. de Immola *in cap. debitores, de jurejurand.* Alexand. *consilio* 1. *col.* 2. *volum.* 2. *& cons.* 107. *col.* 2. *volum.* 1. Joan. de Anani. *in cap. super eo, de usuris, colum.* 2. optimè Bald. *in Authentica item nulla communitas, Cod. de Episcopis, & clericis in fine*, idem Joannes de Anania *in cap. excommunicationi, Colum. penult. de rapto.* Oldradus *cons.* 35. *incipit factum tale est, quidam Joannes*, &c Barto. *in l. si arietem.* § *si compromisero, ff. de evictio.* Innocentius *in cap. inter monasterium, de re jud.* Joannes de Immol. *in l. quidam consulebant, de re judic.* Angelus *in l. si quis major, circa princ. Cod. de transactio.* Alexand. *in l. debitori, in princ. Cod. de pactis*, Paulus de Castro *in l. fin.* § *servi, ff. de publica.* Angel. *in l. quid si fugitivus, in princ. ff. de ædili. edi.* & Bald. *in l.* 1. *Cod. de naufrag. l.* 11. & ibi etiam Bart. Ludovi. Roman. *in repetitione, l. si verò.* § *de viro fallentia* 54 *versiculo* 23. *probatur*, &c. *ff. soluto matri.* Angelus *in l. fin.* § *si propter, ff. de reipublicanis*, Aretinus *consil.* 87 *in præmissa consultatione*, &c. *circa medium*, exactissimè, & valdè eleganter per Hippolytum de Marsil. *in tit. de quæstionibus, in l. prima*, § *præterea, à num.* 11. *usque ad num.* 35. *fol.* 31. *& sequentib.* ubi varia, & infinita congessit exempla, & authoritates in comprobationem nostræ doctrinæ omnino videndus, quia omnia conducunt ad propositum. Nonnulla etiam congessit Petrus Surdus *decis.* 305. *à n.* 28. *cum pluribus sequentibus*, ergo si judex Ecclesiasticus coactè reponit, nihil sibi imputatur, & sic nec ab eo debet appellari, juxta Aufrerium, Rebuffum, & alios ad principium allegatos.

Et insuper evidentiùs probatur, quoniam illa repositio fit in executionem decreti Regii Senatus declarantis vim fieri, ad reponendum, *juxta l.* 36. *titul.* 5 *lib.* 2. *recapilat.* ibi: *Manden traher à las dichas nuestras audiencias el processo Ecclesiastico originalmente, el qual trahido sin dilacion lo vean, y si por el les constare, que la appellacion esta legitimamente interpuesta, alçando la fuerça, pro vean, que el tal juez la otorgue*, &c. à quo decreto sicut non potest appellari, nec supplicari, nec alius recursus haberi, *juxta l.* 35. *eodem titul. & lib.* Avenda. *de exequendis mand. cap.* 1. *n.* 32. *vers. & quia provisio.* 1. *p.* Gaspar. Rodriquez *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 75. & alibi passim per Doctores, pariter nec poterit appellari ab ejus executione, seu executore, qui est judex Ecclesiasticus: ita argumentatur Geminianus *in cons.* 99. Guido Papæ *cons.* 574. Corneus *cons.* 71. *l.* 1. *& in cons.* 221. *in fine, lib.* 4. Areti. *in l.* 5. *in prin. n.* 3. *circa mediū, de verborum oblig.* Alex. *cons.* 95. *l.* 2. Socinus *in regul.* 26. *appellare*, Felinus *in cap. quoad consultationem, n.* 14. *& 15. de re judicata.* Ruinus *cons.* 78. *n.* 2. Socinus Junior *cons.* 138. *n.* 6. *lib.* 3. Gratus *responso* 16. *colum.* 1. *n.* 2. Rolandus à Valle *cons.* 43. *n.* 5. *in prin.* Rota *decis.* 100. 1. *par. diversorum.* Et ratio est, quia ipsa executio plus non gravat, & sic ab ea non appellatur, sicuti nec ab actu, à quo emanat, ita hanc rationem reddunt Angel. *in l. si cum exceptione*, §. *hæc autem actio, ff. de eo, quod metus causa.* Joannes Andreas *in additio. ad Speculato. tit. de appell.* 11. §. *in quibus, vers.* 5 Escacia *de appell. q.* 17. *lim.* 10. *num.* 12. *& num.* 6. Felinus *in c. quoad consultationem, de sent. & re judic. n.* 14. *post med.* Rebuff. *in tract. de apell. art.* 9. *gloss unic. n.* 8. *& seqq. fol.* 507. Rolandus à Valle *dicto cons.* 43. *n.* 3. & tenent etiam omnes Doctores mox citati.

Facit etiam elegans illa doctrina, quòd quando duo actus ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari à primo, pariter nec poterit appellari à secundo: ita docet Bald. *in dicta l. si cum exceptione*, §. *hæc autem actio*, Felinus *in d. cap. quoad consultationem, numero* 14. *ante fin.* Sigismundus Escacia. *d. lim.* 10. *numero* 11. Capicius *decisione prima, n.* 17. *& num.* 23. Lancelotus Robertus *de attentatis*, 2. *parte, capite* 12. *limitatione* 53. *numero* 36. Cæsar Contardus *in repetitione, l. unicæ, Cod. si de moment. limit.* 19. *num.* 16. sed repositio facta per judicem Ecclesiasticum, venit in executionem decreti Regii, quo

quo jubetur ita fieri: ergo quemadmodum ab isto non appellatur, ita nec poterit à repositione.

16 Deinde quia iste judex reponendo non est qui gravat, sed tribunal à quo jussus, & decretum emanavit, ita considerat Craveta *consil.* 273. *nobilis Domini, colum.* 2. *num.* 1. *versiculo* 2. *quia versiculo nec obstat*, Rebuffus *in tractat. de appellat. art.* 7. *glossa* 2. *num.* 15. *versic. quintus, tom.* 3. *fol.* 993. Abb. *in cap. de cætero,*
17 *num.* 10. *de re judicata.* Philippus Francus *in cap. novit. in princip. de appellat.* si enim admitteretur ab hac repositione appellatio, potiùs diceretur interposita à Senatu Regio, quàm à judice Ecclesiastico, quoniam actus non attribuitur gerenti, sed mandanti, & ordinanti, *cap. cum aliquibus de rescript.* Petr. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *privileg.* 56. *num.* 83. Pelaës à Mieres *in tract. de majoratu,* 1. *part. quæst.* 48. *num.* 26. *&* 27. *in noviori impressione,* Palacius Rubius, *in rub. de donat. inter,* §. 30. *à num.* 7. *cum seqq. fol.* 83. *l. item eorum,* §. *si decuriones, ff. quod cujusque universitatis nomine, per cap. cum aliquibus, de rescript. lib.* 6. ubi DD. Aimon. Craveta, *cons.* 144. *num.* 3. Tiraquel. *in l. connubial. gloss.* 8. *n.* 184. *&* 194. Petr. Surd. latè *cons.* 29. *c.* 3. *tom.* 1. & iterum, *dec.* 8. *n.* 23. *& dec.* 292. *à n.* 9. quod foret absonum, quoniam ab hujusmodi decreto violentiæ, & provisionis expeditæ per supremum tribunal (lege prohibente) nullum, nec appellationis, nec supplicationis datur remedium, nec recursus.

18 Deinde quoniam si hujusmodi appellationes à repositionibus virtute provisionis Regiæ factis, permitterentur, manifesta aperiretur via fraudibus, & hæc admitteretur via, quòd tot justissimis rationibus leges Regiæ vetant, quibus fraus fieret, quod non est permittendum, quia quod una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti, *juxta l. quod una via, ff. de*
19 *reg. jur. l. oratio, ff. de sponsalibus, cum similibus.*

Et ideo quoties pro hujusmodi appellationis à repositione, delatione recurritur ad Senatum Regium, declaratur vim nullam fieri, causaque iterum remittitur eidem judici, & amplius etiam hoc decretum negativum justum redditur; nam appellatio interponitur
20 à revocatione, & repositione attentatorum, à qua, ut privilegiata, licitum non esse appellationem, quoad suspensivum, diximus latè *infrà, in* 2. *part. cap.* 12. *de appellationibus attentatis* ubi latè per te videre poteris, & ita communiter practicatur in tribunalibus minimè permittentibus hujusmodi appellationes.

21 Sed non negamus posse judicem Ecclesiasticum superiorem, de causa ut competentem, cognoturum, licitè, liberéque hujusmodi repositionem revocare, quæ, ut dixi, licèt non habeat suspensivum, devolutivum tamen habet, sive alio quovis juris legitimo remedio, & ide postquam superior ipse (causa cognita) reperetit repositionem revocandam fore, id omnino sequendum esse, hoc enim charitativum violentiæ remedium, non est inventum, nisi superioris authoritas & jurisdictio conservetur, ut judex à quo interim nihil attentet, donec judex superior de causa appellationis cognoscat, & quid in ea sit agendum decernat, ut *suprà* latè, *in cap.* 1 *&* 2. dictum reliquimus *à num.* 194. *& infrà, cap.* 8. *à num.* 41. *& suprà, & in epilogo proœmiali.*

Nos tamen loquimur in tribunalibus Regiis, quæ appellationi à repositione facta de eorum mandato non esse deferendum; justè decernunt, cùm careat suspensivo, & aliis rationibus, & fundamentis in re hac consideratis hactenus.

CAPUT V.

Oppressus, qui usus est Regio decreto conditionali (quod pragmatici, tertium genus, vocant) an possit postmodum suam prosequi appellationem, & ejus virtute judex inhiberi inferior, ubi latè de natura decreti conditionalis, & in quibus casibus locum habeat.

SUMMARIUM.

De natura decreti conditionalis, quod vulgò (tertium genus) nominatur, & quomodo concipiatur, n. 1.

Decretum hoc conditionale locum habet dumtaxat in iis, quæ liberæ facultati, & potestati judicis jure relinquuntur, num. 2.

Actus jure reprobatus, & à jure judici non permissus, nullatenus potest in Regio decreto conditionaliter apponi, num. 3.

Decretum conditionale à Senatu Regio expediri non potest, nisi his casibus, in quibus juste appellatur, vimque fieri delegatur, num. 4.

L. quod jussit, ff. de re judic. & cap. cùm cessante de appellat. *declaratur, num.* 5.

Judex quandoque etiam post decem dies datos ad appellandum potest revocare interlocutoriam, dummodo ante diffinitivam, n. 6.

Sententia interlocutoria licèt quoad partes non appellantes transit in rem judicatam, non tamen quoad judicem, ibidem.

Judex sive sit ordinarius, sive delegatus, suam interlocutoriam revocaret, num. 7.

Judex executor mixtus revocat etiam suam interlocutoriam, n. 8. *& arbiter, n.* 9.

Judex licèt non possit actum facere nisi ad petitionem partis potest tamen iis invitis, & contradicentibus sententiam interlocutoriam revocare, n. 10.

Judex an possit revocare non solùm interlocutoriam, sed etiam ipsam revocationem, seu revocatoriam interlocutoriæ, num. 11.

Judex an semel, vel pluries possit sententiam interlocutoriam revocare, num. 12.

Judex semel, & iterum tantùm potest interlocutoriam revocare, & opiniones communes contrariæ conciliantur, n. 13. *& exemplum doctrinæ, n.* 14.

Et ut magis communis opinio resolvitur, n. 15.

Illato gravamine per judicem si ab eo pars appellet, & judex appellantem reponat; videtur reponendo, gravamen revocare, & si reponendo altera pars gravetur, tali repositione licitè appellatur, n. 16.

Doctrina relata procedit, non solùm quando judex expre revocavit interlocutoriam, sed etiam tacitè, nempe faciendo actum contrarium, n. 17.

Judex, si post factam publicationem testium, si tacita pa te ante didicita testificata admittat novos testes, censetur revocare publicationem, & idem si post conclusionem admittit jura, censetur revocare conclusionem, num. 18. *&* 19.

Provocatio interlocutoriæ facta à judice à quo irritat & annullat processum per judicem ad quem medio tempore fact m, num. 20.

Decretum conditionale, aliàs tertium genus potest decerni à Senatu Regio in casibus, quibus judex Ecclesiasticus potest revocare interlocutoriam, ut in exemplis relatis, num. 21.

Conditio, quæ juri repugnat, aut illi resistit, in dispositionibus apponi non patitur, & apposita aut vitiat, vel vitiatur, num. 22.

Conditio juri contraria dicitur impossibilis, n. 23.

Remedium violentiæ jus, & necessitas induxit, ad sedandam violentiam, quam contra jus judex Ecclesiasticus perpetraret, n.24.

Senatores caveant in causis violentiæ, ne decreta conditionalia perpendant in iis, in quibus jus non relinquit judicis potestati, & facere non permittit, ut in sententiis diffinitivis, quas revocare non potest, numero 25.

Sententiam interlocutoriam vim diffinitivæ habentem judex non revocat, n.26.

Declara tamen in interlocutoria, quæ aliam diffinitivam expectat post se n.27.

Sententiam interlocutoriam habentem vim diffinitivæ, si aliam diffinitivam expectat post se, rectè judex revocat, num.28.

Sententiam interlocutoriam vim diffinitivæ habentem revocat judex, si per partem gravatam fuerit appellatum ab ea, n.29.

Interlocutoriam per quam judicis officium, seu jurisdictio finitur, veluti si judex se non judicem pronuntiat vel appellationem esse desertam, & similia exempla ibi: non poterit revocare, nec reponendo eam jurisdictionem reassumere, n.30.

Judex qui se incompetentem pronuntiavit, non potest ipsam pronuntiationem revocare, n.31. & de si facto revocat, non valet revocatio, n.32.

Judex delegatus etiam de partium consensu non potest interlocutoriam, qua se non judicem pronuntiavit, revocare, n.33.

Secùs in ordinario, qui potest revocare, n.34.

Judex delegatus, qui se incompetentem declaravit in articulo dependenti à principali, & non in ipso principali, potest revocare dictam declaratoriam, quia sibi remanet jurisdictio, n.35.

Judex delegatus revocat interlocutoriam, per quam finitur jurisdictio si ab ea fuerit appellatum, n.36.

Judex, qui detulit appellationi interpositæ ab interlocutoria, non poterit eam revocare, n.37.

Negatio, seu non donatio Apostolorum vim habet delationis, n.38.

Judex postquam detulit appellationi, potest de consensu partium revocare gravamen, n.39.

Judex à quo postquam detulit appellationi, potest (re integra) vel de concessu partium revocare gravamen, numero 40.

Judex postquam detulit appellationi, aliàs non deferendæ, si à tali delatione est appellatum, licitè revocat delationem, & gravamen, n.41.

Judex à quo post inhibitionem sibi delatam non potest interlocutoriam revocare, n.42.

Judex inhibitus, si inhibitio est nulla, & minùs legitima potest (ea non obstante) revocare interlocutoriam, numero 43.

Judex inhibitus post inhibitionem revocat interlocutoriam à se latam, si est nulla, n.44.

Judex non revocat interlocutoriam executioni mandatam, num.45.

Judex qui oppositâ exceptione contra mandatum legitimum, Procuratorem declaravit, & ut talis lis contestata est, non potest talem declarationem revocare, numero 46.

Judex pronuntians dandum esse fidejussorem per interlocutoriam, eo dato, non revocat dictam interlocutoriam, nisi de partium consensu, n.47.

Interlocutoriam mandatam executioni à judice, vel à parte, judex non revocat, numero 48. vel si sit talis, quæ absque facto hominis habeat secum executionem, numero 49.

Judex revocat interlocutoriam executioni mandatam de consensu partium, n.50.

Judex revocat interlocutoriam executioni traditam cum causæ cognitione, n.51.

Appellatio est licita à revocatione interlocutoriæ executioni mandatæ, absque causæ cognitione facta, n.52.

Judex revocat interlocutoriam executioni traditam, si sit nulla ex aliquo defectu, n.53.

Judex revocat interlocutoriam latam officio judicis mercenario actioni deserviente, non tamen officio judicis nobili, ut in decretis interponendis, & similibus, n.54.

Alias limitationes, & declarationes ad regulam l. quod jussit, *remissivè, n.55.*

Decretum conditionale, sive tertium genus, non imponitur judici Ecclesiastico in casibus, quibus ipse de jure revocare, vel reponere, à se facta non possit, aliàs sic, n.56.

Decretum conditionale non datur, nisi in casibus, in quibus appellatio ab interlocutoria legitima sit, n.57. & ea legitima non appellante, tribunal processum statim remittit ad judicem Ecclesiasticum, n.58.

Principis cognitio fundata est in sola violentia orta ex denegata delatione appellationis legitimæ, ibid.

Quando appellatio ab interlocutoria legitima est, commodius remedium est decretum conditionale, seu tertium genus proferre à Senatu Regio, quàm simplex violentiæ decretum, n.59.

Decreto conditionali à Senatu, in arbitrio judicis Ecclesiastici est, adimplere conditionem, & uti jurisdictione, vel ab ea se abstinere, deferendo appellationi in totum & acta reponendo, n.60.

Cui licet quod plus est, licet utique quod est minus, n.61.

In majore inest quod est minus, ibid.

Cui permittitur reponere sententiam interlocutoriam, multò fortiùs licebit illam declarare, & interpretari, quod est minus, n.62.

Magis honorificum est judici Ecclesiastico decretum conditionale, ut sit in electione ejus, an velit procedere, & reassumere, n.63.

Minus verecundum est corrigere seipsum, quàm corrigi ab alio ibidem.

Sapientis est mutare consilium in melius, ibid.

Non potest notari de levitate utens suo consilio, revocando quod malè fecit, ibid.

Decretum conditionale imitator est juris, quia non adstringit judicem præcisè ad reponendum, cum jure fieri nequit, n.64.

Non quicquid judicis potestati relinquitur, id juris necessitati submittitur, ibidem.

Judex quamvis possit interlocutoriam à se latam revocare, ad id præcisè cogi non potest, n.65.

Decretum conditionale duplicem judici Ecclesiastico ostendit viam, ut qua malit, utatur, utrique tamen jus assistit, ibid.

Decretum conditionale decernitur in Senatu contra judicem Apostolicum, seu executorem gratiæ nulliter procedentem contra non citatos in casibus, quibus deberent citari, prævianque causæ cognitionem adhiberi, n.66.

Judex executor data possessione absque citatione citandorum, & sine causæ cognitione si amplius audiat, & de novo citet, debet prius & possessionem, & attentata antea facta reponere, n.67.

Judex, qui aliàs non potest revocare suam interlocutoriam, ut in casibus relatis, si nulla sit, quocunque modo revocare potest, n.68.

Judex delegatus, sive ordinarius, & non alius, cognoscit de nullitate interlocutoriæ à se latæ, etiam vim diffinitivæ habentis, n.69.

Continentia causæ dividi non debet, ibid.

Judex potest revocare sententiam diffinitivam, quæ non transit in rem judicatam, n.70.

Appellatio sequitur executionem & acta; ac ea tantùm dicuntur attentata, quæ fiunt post appellationem, aut intra tempus ad appellandum, n.71.

Tempus ad appellandum currit à die scientiæ, vel notitiæ, quæ non præsumitur, nisi probetur, ibidem.

Legitimus contradictor comparens ad allegandum de jur-

ſuo, petit repoſitionem actorum ob defectum citationis, & inſuper appellat à geſtis, n.72.

Geſta per judicem ſine partis citatione dicuntur attentata, facta intra tempus ad appellandum, n.73.

Decretum conditionale poſtquam eſt judici Eccleſiaſtico intimatum, an poſſit ipſe judex inhiberi virtute appellationis ab interlocutoria, pro cujus delatione oppreſſus occurrit ad Senatum, n.74.

Juriſdictio eſt anima inhibitionis, & ſine ea inhibitio prolata eſt nulla, & minùs canonicè expedita, numero 75.

Appellatio cenſetur renuntiata per comparationem appellantis coram judice à quo, num. 76. etiamſi judex nihil provideat, num. 77. declara ut infrà, numero 80. & 81.

Cùm principale non ſubſiſtit, nec ea, quæ ſequentur, locum habent, ibid.

Intimato decreto conditionali, & actorum repoſitione, ſecuta, acta per judicem ad quem remanent irrita, & nulla, num.78.

Inhibitio rectè procedit, ſi decreto conditionali intimato judici Eccleſiaſtico nihil agat, & medio tempore ipſi inhibitio intimetur, n.79.

Appellatio non videtur renuntiata per comparitionem appellantis coram judice à quo, gravamen reponi petentis; quia non agit actum contrarium, n.80. & 85.

Comparitio appellantis coram judice à quo, pro repoſitione gravaminis, tendit in augmentum deſiderii appellantis, num.81.

Revocatio attentatorum facta virtute decreti conditionalis, vel ſimplicis Senatus Regii, nullam requirit cauſæ cognitionem, num.82.

Appellatio non dicitur renuntiari per comparitionem appellantis, ſi comparitio admiſſa non fuerit, n.83.

Appellatio quando cenſeatur per comparitionem, renuntiari, vide plures caſus remiſſivè, n.84.

Appellatus comparens coram judice à quo ad intimandum decretum conditionale, non renuntiat appellationi interpoſitæ, nec facit actum præjudicii, n.86.

Inhibitio eſt nulla & ſine effectu intimata judici Eccleſiaſtico poſt repoſitionem interlocutoriæ & attentatorum, virtute Regii decreti factam, n.87.

Gravamen eſt cauſa appellationis, quo ceſſante ceſſat & ipſa appellatio, ibid.

Acta per judicem appellationis ab interlocutoria nulla ſunt revocata interlocutoria vigore decreti Senatus, & judex à quo rectè procedit in cauſa, n.88.

Limita, ſi repoſitio facta ſit ante intimationem inhibitionis, n.89. nam ſi poſt intimatam, nec repoſitio, nec proceſſus geſtus valent, n.90.

Judex Eccleſiaſticus inhibitus ante repoſitionem virtute decreti conditionalis, non poterit amplius uti alternativis ejus decreti, n.91.

Sed ultimam partem decreti, y no lo haziendo otorgue y reponga, *debet adimplere, cùm id non tollatur per inhibitionem, n.92.*

Peremptа una re ex alternativè debitis, remanet obligatio in alia præcisè, num.93.

Repoſitio virtute decreti Senatus facta, ſuos tollendæ appellationis effectus operatur, nec judex aliter, quam adimplere poteſt, n.94.

Senatus Regius poſt actorum inſpectionem decretum conditionale decernens, prævidiſſe, & cognoviſſe omnes difficultates, quæ oriri poſſent, cenſetur, n.95.

Appellans ſicut in multis caſibus poteſt tacitè appellationi renuntiare, ita & ejus procurator licèt expreſsè non poſſit, n.96. & 101.

Prælatus Eccleſiaſticus poteſt tacitè non expreſsè appellationi renuntiare, n.97.

Nec Syndicus, n.98.

Renuntiare eſt donare, ibid.

Procuratores, Syndicos & Prælatos ſine ſpeciali mandato ad renuntiandum, renuntiare non poſſe, traditur, numero 99.

Si cauſa ſit talis, ex qua veriſimiliter colligatur, dominum renuntiaturum, in ea poteſt procurator expreſsè renuntiare, n.100.

Vera contumacia, procuratoris non nocet Domino, quo minus poſſit appellare à ſententia lata contra procuratorem contumacem, n.102.

Debet tamen Dominus expreſsè intra terminum ad appellandum appellationem interponere à die latæ ſententiæ, & non notitiæ connumerandum, n.103.

Procurator appellans, ſi compareat coram judice à quo poſt appellationem petens id ex quo renuntiatio inducitur, Domino præjudicat, & appellationi videtur tacitè renuntiaſſe, n.104.

PRincipalis capituli difficultas, ut veram conſequatur ſolutionem, operæ pretium duxi, de natura decreti conditionalis (quod pragmatici vocant tertium genus decretorum, nonnulla, quæ & utilia: & neceſſaria ſunt prætermittere: & in primis hoc decretum conditionale hoc modo concipi dixerunt, ut judex Eccleſiaſticus audiens denuo partem, & factum reponendo, non facit vim, ſibíque cauſa remittitur, illud autem non faciens, vim infert, deferat, & reponat, &c. & ſic de aliis ſimilibus ex variis cauſarum figuris, circa quod tres ſunt proponendæ concluſiones, & ſit. 1 2

Prima concluſio. Regale decretum conditionale locum habet dumtaxat in iis, quæ liberæ poteſtati, & facultati judicis jure relinquuntur, & permittuntur, ita ut conditio ſit proteſtativa, hoc eſt, ut aliàs licitè ipſe judex poterat facere, ſi voluiſſet, etiam decreto ceſſante juris permiſſione. Hæc concluſio juſtificabitur ex iis, quæ in comprobationem ſecundæ dicenda ſunt.

Secunda ſit concluſio, huic directò contraria: Actus jure reprobatus, & à jure judici non permiſſus, nullatenus poteſt in Regio decreto conditionaliter ſibi apponi. 3

Tertia & ultima ſit concluſio: Decretum conditionale à ſupremo Senatu expediri non poteſt, niſi in his caſibus in quibus oppreſſum juſtè, & legitimè appellaſſe, & vim ſibi fuiſſe factam, detegatur. 4

Quibus ſuppoſitis, ad ſingularum concluſionum exempla devenire utiliſſimum erit valdè.

Et ut à priori incipiamus, ſcire convenit, quod juſſit, vetuítve prætor, contrario imperio tollere, vel remittere poteſt, licèt de ſententiis contra *l.quod juſſit, ff. de re jud.* text. *in c.cùm ceſſante 60 de appell.* ibi: Statuimus, ut ſive judex ordinarius ſive delegatus, aliquid comminãdo, ſive interloquẽdo, protulerit, quo executionis mandato alter litigantium gravaretur, & ſano uſus conſilio ab hujuſmodi interlocutionis, vel comminationis effectu deſtiterit liberè in cauſæ cognitione procedat, non obſtante, ſi à tali cõminatioñe, vel interlocutione fuerit appellatum &c.) *l.dicetur, §.fin.cum l.ſequ. ff.de arb.* text. optimus *in c.ſi à judice de appell. l.6.* text. *in c. qualiter, & quando el primero, de accuſ. c.fin. de appel. in l.6. l. poſt ſententiam*, ubi doctores, *C. de ſent. & interl. judi.* & communiter Doctores *in dd. jurib.* gloſ *in c.ſi n. de appell. in 6.* Præpoſitus *in dicto c.cùm ceſſante, à pr n.* & Pipa *in dicta l. quod juſſit, n.8. & 9* Cardin. *in cle. ſæpè, §. & quia in 7. nota de verbor. ſign.* Decius *conſ.84. in fin.* Angel. *in d.l. quidquid adſtringendæ, in fin. de verbor. oblig.* Anto. de Butrio, *in dicto c.cùm ceſſante, ſub n.10. & per totum*, Abb. Cardin Alexan. Dec. Philipp Fran. *de appel.* B. Imola, Alexan. Jaſ. Ripa, Rebuf latiſſimè *in repetit. l. quod juſſit, ff. de re judicat.* Feli. *in c. qualiter & quando, n.18. & ſupra, de accuſat.* Corneus *conſ.117. col.1. vol.4.* Alexan. *in l. arbitrio, n.3. ff. qui ſatisd. cogan.* Bertr. *conſ.136. n.9. vol 8.* Craveta, *conſ.23 n.8.* Bald. *in c.2. q.2. C. ſententiã reſcindi non poſſe*, Card. Zaba. *conſ.32. n.2. & 3. verſic. ad ſecundũ* Alex. 5

Alex plenè *cons.*84. *consideratis n.*9. *& sequentibus, l.*4. *& sequent.* Alexand. *cons.* 99. *lib.* 5. Capella Tholos. *decis.*185. *& ibi additio.* Castrens. *cons.*91. *in causa appell. n.*11. *& in cons.* 119. *videtur dicendum, in princ. lib.*2. Aug. de Perusio *cons.*200. *in civitate Lucana, n.*5. Zabar. *cons.*72. *n.*13. latissimè prosequitur per exempla, & declarationes Card. Tusc. *pract. conclu. litera S. conci.*115. *tom.*7. Sigismundus Escacia *tract. de appell. quæst.* 19. *remed.*1. *concl.*5 *à n.*13. *cum sequentib. & q.*17. *lim.*47. *membr.*1 *à n.*30. Maranta *in Speculo aureo,* 6. *p. vers. & demum fertur sententia, n.*7. *&* 8. Latè Lancel. Robert. *de atten.*2. *p. c.*12. *lim.* 1. *à n.*12. *cum sequentib.* Petrus Surdus *consil.* 167. *per totum, tomo* 2. idem Surdus *in cons.*88. *à n.*12. *& sequentib. tomo* 2. Parisius *cons.*107. *n.*103. *volum.*3. Berœius *cons.*19. *n.*23. *&* 27. *volum.*3. *& in cons* 60. *n.*13. *vol.*2. Natta *cons.* 336. *n.*1. *& in cons. sequent.* Gratianus *in disceptatio. foren.*1. *tom. cap.*147. *à n.*7. *cum sequentibus, &* c.155. *à num.* 16. qui quidem omnes illud unanimiter profitentur, ut judex quando-
6 cunque, etiam post decem dies datos ad appellandum possit revocare, & reponere suam interlocutoriam, ante diffinitivam, quia licet quoad partes transeat in rem judicatam, quoad ipsum judicem tamen nullo modo, & hoc non solùm judex ordinarius, verùm etiam dele-
7 gatus suam interlocutoriam reponere potest, omnes fatentur: & est textus expressus in *dicto c. cùm cessante*, pariteretiam, & id facere potest judex executor mixtus, secundùm Ripam *in dicta l. quod jussit, sub n.*14. *am-*
8 *pliat.*3. Escacia *de appella. quæst.*19. *remedio* 1. *concl. sub n.*22. *fol.*55. & etiam arbiter *l. dicetur,* § *fin. cum l. sequenti, ff. de arbi.* & etiam illam interlocutoriam revocare
9 potest invitis, renuentibus, & contradicentibus partibus, in iis nempe casibus, quibus sibi revocare licet de jure, licèt alias dicatur, quòd judex nullum possit actũ
10 facere, nisi ad petitionem partis, quod per text. *in dicto cap. cùm cessante*, ibi *libere* probat latè Philippus Francus ibi *notavi, l.*6. *n.*4. & per eundem textum Bar. *in l. quod jussit*, & Bald. *in l.*1. *Cod. sententiam rescindi non posse*, Escacia *de appell. q.*16. *reme.*1. *concl.*5. 17. Gratianus *discept. foren.*1. *tomo, d. cap.*155. *n.*22. Petrus Surdus *consil.*167. *sub n.*18. *tomo* 2. & alibi passim.

11 Sed est dubium, an judex possit, non solùm revocare ipsam interlocutoriam, sed etiam possit postmodum revocare ipsam revocationem, & sic deinceps, & quòd non possit eam revocare, nisi semel, tenet, Petrus Vezu, *in l. quod jussit*, quem refert ibi Jas. *sub n.*33. *versiculo* 3. *fuit*, qui dicit sustentabilem in jure: refert etam Tiraq. *in l. vobis,* §. *hoc sermone, n.*45.

12 Secunda est opinio, ut non solùm semel, sed etiam pluries, & millies possit judex suam interlocutoriam revocare, tenuerunt Ang & aliquos refert Jas. *in d. l. quod jussit, sub n.*4. *versic. secunda*, refert etiam Tiraq. *in dicto* §. *hoc sermone, n.*43 & ita hanc servare opinionẽ auditorem cameræ Apostolicæ de ejus stylo, testantur Vestrius *in praxi. l.*8. *c. pen. ut lite pend.* Galesius *ad formam cameræ obligat. rubric. reliqua de processu, n.*29. *tom.*6. *part.*2. *fol.*358. Lancelotus *de attent.*2. *p. c.*12. *lim.*1. *n.*13. *&* 14. Sigismundus Escacia *de appell. q.*17. *n.*31. & quod pluries possit interlocutoriam revocare per Angelum, & alios tenet Petrus Surdus *cons.* 288. *n.*15. hanc sequitur Cumanus, *in l. quod jussit.*4. *versicul. item quærit, de re judi.* & veriorem esse opinionem testatur Mandosius *in forma* 9. *commissio. in verb. admittit, in fine*, & Montes. *decis. Arago.*3. *per totam.* ubi latè, quos etiam referens sequitur Gratianus *in discepta. foren. cap.*147. *n.*11. & iterum *cap.*155. *n.*16. *& sequentibus.*

13 Sed harum opinionum neutram mihi sequendam debere videtur, non primam, tanquam nimis restringentem, verbũ *potest* positum *in l. quod jussit, de re jud.* nec secundam, multùm laxantem & abstentem facultate juris; sed mediam inter ipsas, ut judex semel, & iterum duntaxat possit interlocutoriam revocare, ita ut si à gravamine appelletur, illud reponat, & si ab altera 14
parte à repositione appellatio interponatur, iterum repositionem revocare possit, ita est sententia Bart. *in d. l. quod jussit, n.*17. *col.* 3. *versiculo quæro an judex possit*, & aliorum *ibi*, Salicetus post Dinum *in l. post sententia, col. ulti. versiculo* 5. *quæro quoties*, C. *de sentent.* Antonius *in cap. fraternitatis, col. penul. versiculo quintò, quæro de* 23
rigid. & malefic. post glossam ibi *in verbo fornicatio, in fin.* hanc opinionem communiter tenent Canonistæ *in cap. cùm cessante, de appellat.* ut dicit Tiraquell. *in d.* §. *hoc sermone, n.*44. qui licèt referat dictas tres opinio- 24
nes, nullam tamen elegit. Socin. *in d. l. quod jussit, n.*60. & 61. Rebuff. *in l. unica, nota.*1. *n.*6. *Cod. de sentent. quæ pro eo quod interest*; *fol.*356. hancque esse commu- 15
nem, & magis communem opinionem, & Canonistas eam sequi, testatur Jason *in dict. l. quod jussit, num.*43. 25
versic. quarto quærit, & num. 46. *in fin.* eam ut magis communem sequitur Sigismundus Escacia *tract. de appell. quæst.*19. *rem.*1. *conclusione* 6. *num* 63. *versiculo infero ex hac limitatione, & n.*11. nec ab ea recedendum dicit, ibi, *versiculo non recedas ab illatione, fol.*563. & hanc opinionem latè defendit post Doctores *in d. cap. cum cessante*, Jaffred. *decisione* 194 & hanc opinionem videtur tenere Lancelotus Robertus *de atten. secunda* 26
*parte, cap.*12. *lim.*1. *n.*13. *&* 14. dum dicit, quòd illato gravamine per judicem, ab eo pars appellet, & judex 16
appellantem reponat; videtur reponendo revocare illatum gravamen, quod si reponendo Judex aliorum partem gravet, potest illa à repositione appellare, de qua repositione dicit loqui Rotam *decisione* 12. *aliàs* 362. *si auditor, de prob. in novis.* Caputaq. 1. *p. decis.*265. *incipit judex reposuit*, non enim ipse Lancelotus loquitur nisi de bina revocatione tantùm, & remissivè ad Jason, *ubi proximè*, idem tenet Cardinal. Tuschus *pract. conclus. litera S, conclus.*115. *n.*8. *tom.*7.

Quæ conclusio, & doctrina hucusque comprobata 17
procedit non solùm, quando judex expressè revocavit interlocutoriam; sed etiam quando tacitè, nempe si faciat actum ei contrarium: ita Cardinal. Zabar. *cons.*32. *num.*3. plenissimè Alexand. *in consil.*84. *consideratis. n.*9. *& sequent. vers.*3. *principaliter*, Cardin Tuschus *in pract. conclus. tom.*7. *litera S, con lusione* 115. *à num.*2. ubi per 18
numeros sequentes plura constituit hujus doctrinæ exempla sequendo, vel potiùs transcribendo, Alexand. *ubi proximè*; apud quos videbis de judice faciente publicationem testium, & probationum, si citata parte 19
antequam sint didicita testificata, admittat novos tes- 28
tes, censetur revocare, ut quando post conclusionem, si citata parte, admittit jura, censetur revocare conclusionem.

Et his adde quòd hujusmodi revocatio irritat, & 20
annullat processum per judicem ad quem medio tempore factum, nam si post appellationem, judex impetretur, & is in causa procedat, talis processus (subsecuta demum revocatione interlocutoriæ per primum judicem) gestus dicitur esse nullus, ut post alios tradit Nicolaus Boërius *decisione* 256. *post princip.* Lancelot. Robert. *de attent.*2. *part. c.*12. *lim....n.*15. *& sequentibus*, Sigismundus Escacia *de appellat. quæst.*17. *n.*30. his igi- 29
tur, & aliis casibus, de quibus latissimè poteris per te videre, per Doctores hucusque relatos, poterit in tri- 21
bunalibus Regiis expediri decretum conditionale, prout diximus in conclusione.

Secunda autem, quà diximus, actum à jure reproba- 22
tum, & à jure judici non permissum, non posse in Regio decreto conditionaliter apponi, eo verificatur, quoniam cõditio, quæ juri repugnat, aut illi resistit, in dispositionibus apponi non patitur, & apposita, vel vitiat, vel vitiatur, secundùm subjectam materiam ultimæ voluntatis, aut aliarum dispositionum text. *in l. conditiones* 30
la 2.14. ibi: Conditiones contra edicta Imperatorum, aut contra leges, aut quæ legis vicem obtinent scriptæ,

vel

vel quæ contra bonos mores, *&c.* pro non ſcriptis habentur, *&c.* text. *in l. conditiones, la* 1. *finus* 25. *cum pluribus aliis, ff. de conditio. & demonſt. l.* 3. *n.*4. & ibi latè Gregor. *p.*6. text. *n* 8. *impoſſibilis, de hær. inſt.* Antonius Gomez *tomo* 1. *variarum, c.* 12. *n.*66. latè Petrus Surdus
23 *deciſ.*68. *per totam*, hæc enim conditio juri contraria dicitur impoſſibilis, ſecundùm jura, & Doctores relatos, hujuſmodi enim actus quem jus judicis poteſtati non permittit, ſi ei in conditionem apponeretur, omnino repugnat fini, origini, & rationi, hujus charitativi ſub-
24 ſidii; quod jus & neceſſitas induxit ad ſedandam violentiam, quam contra jus judex perpetraret; foret enim potiùs judicem Eccleſiaſticum provocare, & cogere ad violentas oppreſſiones, quàm ad eas elevandas. Caveant igitur judices ſupremi de violentiis hujuſmo-
25 di cognitori, ut nullo modo expediant decreta conditionalia in iis, in quibus judicis facultati, & poteſtati jus non reliquit, & facere non permittit, prout eſt in ſententiis diffinitivis, quas reponere, & revocare non poteſt ipſe judex qui ea protulit, *l. quod. juſſit, ff. de re jud.* ibi, Licèt de ſententiis contrà.) & eſt omnium ſcribentium *ibi, & in d. c. cùm ceſſante, de appell.* notiſſima concluſio omnium eſt.

26 Pariter etiam ſententiam interlocutoriam habentem vim diffinitivæ judex revocare poteſt Phi. Fran. *in c. cùm ceſſante, num.*6. *verſiculo ſed tamen, limita.* 1. *de appellat.* Lancelot. Conradus *in tract. de præto.* §. 2. *de officio prætor. in cauſa civili, in cap. de ſententia, verſiculo niſi interlocutoria*, gl. *in cap. ult. verbo inanis, de appellat. in* 6. Anto. de But. *in d. cap. cùm ceſſante. ſub num.*10. *verſ. ad prim.* Alexand. *in l. quod juſſit, num.*71. *fall.*4. Socin. *n.*16. *nota.*9. Jaſ. *ſub. num.*10. *lim.*9. & Ripa *n.*27. *fol.*8. Felin. *in d. cap. qualiter, & quando* 17. *num.*7. *fal.*1. *de accuſa.* Roma. *conſil.*358. *in præſen.* Thomaſ. Triviſ. *deciſione* 4. *in una juſtit. Neapo. num.*28. *verſiculo ultra quod, lib.*1. Breded. *in tract. de appell. part.* 2. *titul.*3. *colum.*53. *verſiculo, ſed tamen, lit. B.* & quod ita teneât omnes, teſtatur Abb. *in d. c. cùm ceſſante, num.* 11. *verſiculo hæc regula fallit*, quam ſequitur Decius *num.* 36. Maran. *de ordine jud.* 6 *p. actu* 1. *titul. & demum fertur ſententia, num.* 32.
27 *folio mihi* 401. *& aliàs* 438. Cardin. Tuſc. *pract. concluſ. tom.*7. *lit. S. concluſ.*115. *a n.*19. *& ſequentibus*, poſt alios; quæ tamen doctrina intelligenda eſt de interlocutoria, quæ aliam diffinitivam non expectat poſt ſe, ſecundùm exempla ſtatim apponenda in verſiculo, & ex hoc fonte fluit, ut interlocutoriam *&c.*

28 Secùs autem ſi aliam ſententiam diffinitivam expectet poſt ſe, quia tunc interlocutoriam habentem vim diffinitivæ latam ante eandem diffinitivam, licet judici revocare: ita Alex. *in d. l. quod juſſit, fall.*4. *ſub. n.*7. *verſ. dicebat*, Soci. *num.*68. *&* 69. Maran. *in ſuo Speculo*, 6. *p. actu* 1. *in tit. & demum fertur ſententia, num.*46. *fol.*436. & in noviter additis *fol* 403. Eſcacia *tract. de app. q.*19. *rem.* 1. *concl.*5. *num* 34. *fol.*560. & idem Eſcac. *in tract. de jud. c.*9. *ſub num.*105. *verſ. non obſtant.* Felin *in c. qualiter, & quando. num.*8. *verſicul.*2 *limita iſtam*, Geminia. *in cap. fin. de electione, lib.*6. Imola, *in d. cap. cùm ceſſante*, Joan. And. *in cap. pervenit, de appellat.* Ripa. *in d. l. quod*
29 *juſſit, num.*28. & ibi Jaſ. *n.*10. latè, & optimè, ubi de ratione videndus Petrus Surdus *conſ.*189. *num.*2. *&* 3. *tomo* 1. *fol.*636. quæ tamen concluſio limitatur, ut non procedat, quando ab hujuſmodi interlocutoria vim diffinitivæ habente fuerit per gravatum appellatum, quoniam tunc poteſt illam revocare, cùm tunc appellatio addit robur ad revocandum, & procedendum in cauſa, ut eleganter conſiderat Capicius *in deciſione* 1. *incipit, in cauſa, num.*27. *&* 29. Lancelot. Rober. *de attent.* 2. *p. cap.* 11. *limi.* 1. *n.*18. *&* 53. & hæc fallentia exactè corroborabitur ex proximè dicendis.

30 Et ex hoc fonte fluit, ut interlocutoriam, per quam finitur juriſdictio, & judicis officium non poteſt idem judex revocare, & reponendo juriſdictionem reaſſume-

te, & in cauſa procedere; veluti ſi ſe judicem incompetentem declarat, aut appellationem eſſe deſertam, aut non judicem, aut quòd ſuper libello non ſit procedendum, vel quando reus abſolvitur ab obſervatione judicii, ita Caſtrenſ. *conſ.* 282. *in cauſa iſta, num.*2. *verſ. num. imò dicitur, lib.*1. *& conſ.*283. *num.*6. *eod. lib.* Romanus plenè *conſ.* 358. *in præſenti, per totum*, Cardin. Tuſc. *pract. conclu. d. tom.*7. *litera S. concl.*115. *num.*35. *& ſequentibus*, Bal. *conſ.*144. *in princ. lib.*4. Ang. *conſ.*200. *in civitate Lucanan.* 5. *verſ. ad ſecundum*, qui reddunt rationem, quia habet vim diffinitivæ, & poſt Bar. & Abb. tenet Phi. Fran. *in d. cùm ceſſante, limit.*2. *num.* 11. B. *in l. quod juſſit, num.* 9. ubi Jaſ. & Alexand. qui multa in corroborationem confert, *num.*12. *ff. de re jud.* & eſt text. *in c. ſignificantib. de offic. delegati.*

Et loquendo in judice pronuntiante ſe eſſe incom- 31
petentem, ut ipſam interlocutoriam non poſſit revocare, tenent Abb. *n d. c. cùm ceſſante, ſub n.*11. *&* 12. Card. Alex. *ſub n.*50. *fall.*2. Feli *in c. qualiter, & quando* 17. *el primero, ſub n.*9 *fall.*7. *de accuſ.* Guido Papæ *tract. de appell. q.*80. *n.*53. *tom.*5. *fol.*59. Bar. *in repetitione ſecunda ex quacunque, ſub. n.*13. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit*, & idem *in d. l. quod juſſit*, communiter ſequi omnes teſtantur, Jaſon *ibi, n.*25. *verſ. ſecundum extenſionem*, & Ripa *n.*16. *verſ. limita primò* ita ut ſi judex de facto revocet
32 prædictam interlocutoriam, nulliter revocare dicitur: ita Guido Padæ *in loco citato, numero præcedenti*, Eſcacia *de appellat. q.*10. *remedio* 1. *concluſ.*6 *num.* 52. *& ſupra*, qui *num.*53 hoc extendit in delegato, qui non poteſt 33
revocare prædictam interlocutoriam, etiam de partium conſenſu, ſecundum Jaſ. *in d. l. quod juſſit, n.*26. *verſic. iſtam conclu. limitationem, in fin.* Philipp. Francus *in d. c. cùm ceſſante, ſub. n.*11.

Iſthæc tamen doctrina procedit, in judice delegato 34
non tamen in ordinario. quoniam ordinarius poteſt præfatam interlocutoriam revocare; ita tenet Alex. *in d. l. quod juſſit, n.*27. *fallent.*12. Philipp. Franch *in cap. ex ratione* 8. *n.*82. *verſic. ſecundo quæritur*, & Cardin. Alex. *n.*48. *verſic. quinta eſt quæſt. de app.* idem Francus *in d. c. cùm ceſſante. ſub n.*11. *lim.*2. *verſ.*2. *adverte*, & ibi Card. Alexan. *ſub n.*40. *fallen.* 2. & Decius *n* 43. *ibi prædicta limitatio*, & in hac declaratione reſidet Bert. *in repetitione* 2. *ex quacumque, ſub num.*13. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit*, Jaſ. *ſub num.*38. *verſ.*2. *limita*, quando ipſemet Sigiſmundus Eſcacia *de appellat. c.*19. *remedio* 1. *concl.*6. *à numero* 55. *fol.*563 qui alios refert contrarium tenentes, & iſtam doctrinam latè defendit, & explicat Rebuf. *in repetitione, l. quod juſſit num.*106. *de re jud.* nos exactiſſimè *infrà*, 3. *p. in c.*18. *de appellatione à delatione, verſiculo ultim.* & quoad hunc articulum, ubi plurimos pro hac doctrina congeſſimus, quos omnino videas, & tenet Tuſchus *pract. concl. tom.*7. *litera S. concl.*115. *n.*44 cum Romano *conſ.* 358. *in fi.* ubi Apoſtilla dat concordantes, & ipſe Eſcacia poſt alios *num.*57. declarat iterum ſupradictam concluſionẽ ut procedat quan- 35
do delegatus declaravit ſe incompetentem ſuper cauſa principali, non tamen, quando declaravit ſuper aliquo articulo dependenti à principali, quia tunc, cùm non expiravit juriſdictio, poterit revocare cum Ripa, Alexand. & Felin.

Hoc autem quod dicimus, ut delegatus non poſſit 36
revocare interlocutoriam, per quam finitur juriſdictio, non intelligitur quando ab ea interlocutoria fuerit appellatum, quoniam tunc poterit revocare: ita Decius *in cap. cum ceſſante, de appell. num.*41. *&* 42. Anton. de Butrio *ib', num.*10. *colum.*4. Abb *ſub. n.*12. Card. Alexand. *ſub num.*4. Francus *in cap. ex ratione, num.* 82. & Cardin. Alexand. *n* 48. *de appellat.* Felin. *in c. qualiter, el primero, ſub num.* 8. *de accuſatio.* Capicius *deciſ.* 1. *num.*27. *&* 29. Lancelotus *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limi.* 1. *num.* 18. Eſcacia *de appellationibus*, *ut ſupra*, *num.*59.

num. 59. ubi cum Decio dixit communem, & quia tunc tendit in faciliorem causæ expeditionem, & per Rotan
decis. 42. *de appellat. in antiq. aliàs* 455. & duplicatur *in novis, eodem titul. decisione* 12. *aliàs* 86. Cardin. Tusch.
pract. conclus. tomo 7. *litera S, concl.* 115. *n.* 38. Aufrerius
in decisione Capellæ Tholosæ. quæst. 185. Rebuffus *in re-*
petitione, l quod jussit, n. 106. & ultra hos Doctores, plu-
res adduximus *infrà, in d. cap. de delatione* 3. *p. c.* 18. de
quo etiam latè per Joannem Garciam *in tract. de nobi-*
lit. d. 1. *à n.* 24. *& seqq fol.* 28.

37 Quò etiam pertinet, ut judex, qui appellationem ab interlocutoria detulit, cùm à se abdicet jurisdictionem, saltim quoad exercitium, non potest sententiam ipsam revocare, & reponendo reassumere jurisdictionem semel abdicatam, Abb. *in c. cùm cessante, num.* 15. Philip. Francus *num.* 14. *lim.* 5. Cardinal. Alexand. *sub n.* 40. *fall.* 6. & Decius *num.* 50. *fall.* 6. Geminia. *in c. ut super* 4. *sub num.* 6. *de appella in* 6. Alexand. *in d. l. quod jussit, fallen.* 3. *num.* 16. Jas. *sub num.* 36. Felin *in c. qualiter, & quando, num.* 24. *de accusa.* Lancel. Robertus *de atten.* 2. *p. c.* 12. *limi* 1. *numero* 20. Lancel Conradus *de prætore,* §. 2. *de offic. prætor. in causa civili, in c de sententia. lim.* 6. Sigismundus Escacia *ae appell. q* 18. *à num.* 42. *cum sequentibus*, qui cum Geminiano, & aliis intelligit, sive ante traditionem Apostolorum delatoriorum, sive post Benintend. *decis.* 1. *circa fin vers. si*
38 *verò sumus Romæ, vers.* 502. *per totum* Cardinal. Tuschus *pract. conclusion. tomo* 7. *litera S, conclusione* 115. *num.* 28. *&* 29. *& ibi in versicul, subextende secundo*, hoc ampliat etiam post tempus dandorum Apostolorum, quorum eorum negatio, aut non datio vim habet delationis, dicit ipse Escacia.

39 Judex temen postquam detulit appellationi ab interlocutoria, poterit de consensu partium revocare gravamen, Cardin. Alexand. *d. n.* 40. qui de communi testatur, Decius, & Franchus *ubi proximè*, & Lancelotus *d. lim.* 1. *sub n.* 74. & Escacia post alios *num.* 44. ubi etiam ampliat tam ad ordinarios, quàm ad delegatos quod fallit, quando res est integra, quia tunc potest illam judex revocare, Philippus Francus *in d. c. cum ces-*
sante num. 15. *lim.* 5. *amplius per prædicta, lim. de appel.* Escacia *ubi proximè, num.* 46. Lancelotus *de limi.* 1.
40 *num.* 74. per Fran. & Jacob Henricum *in cons.* 34. *utrùm judex, libr.* 3. *per totum*, ubi eleganter hanc opinionem tuetur, quòd judex à quo postquam detulit; potest re integra, vel de consensu partium procedere, præsertim *num.* 17. Alexand. *in consil.* 133. *circa executionem, in fin. lib.* 6. Cardinal Tuschus *pract. concl. tom.* 7. *littera S, con-*
clusio. 125. *num.* 48.

41 Quibus autem casibus diximus, judicem post delationem appellationis ab interlocutoria, non posse reponere eandem, fallit, quando deferre non debuit, & minùs legitimè, & ab hujusmodi delatione fuerit appellatum, & quia tunc potest, & delationem, & gravamen reponere, & in causa procedere, quod & nos latissimè examinavimus *infrà, p.* 3. *cap. de appellatione à delatione injusta* 18. *& per totum capitulum*, ad quod te remitto, & faciunt ea, quæ hactenus diximus *à versiculo pariter etiam usque nunc.*

42 Insuper quando postquam judex ad quem inhibuerit judicem à quo, minimè poterit suam interlocutoriam revocare Hostiens. Joan. Andr & Imola. Federicus de Senis *consil.* 237. *incipit. si à sententia, in d. cap.*
cùm cessante, & Cardin. Alexand *sub n.* 40. *fallentia* 10.
de appell. Felinus *in d. cap. qualiter, & quando el primer.*
fallen. 4. *sub num.* 14. *de accusat.* Lancelotus *de atten.* 2.
part. cap. 12. *limi.* 1. *num.* 11. Lancelotus Conradus *de*
prætore, §. 2. *de officio præto. in causa civili, in cap. de sen-*
tentia, lim. 6. *n.* 16. qui alios allegat, Lanfrancus *deci-*
sio 459. *incipit. appellatione*, licèt contrarium tenuerunt, licèt sub dubio Abb. *in d. cap. cùm cessante, num.* 16. & tenet respondendo contrariis) Philippus Francus *n.* 16. ubi dicit posse revocare non solùm post inhibitionem, sed & post citationem, Decius *sub n.* 53. & licèt utramque opinionem videatur approbare Escacia *de appella.*
q. 17. *n.* 59. priori tamen videtur inclinari.

Illam tamen dupliciter limita, ut non procedat, 43
quando inhibitio minùs legitima est, quia tunc (ea non obstante) revocare poterit interlocutoriam, ut post Marantam tenet Lancel. Robertus *ubi proximè, n.* 22. Escacia, *ubi modò, vers. subrestringe.*

Secundò limitatur, quando interlocutoria esset valida, secùs autem si esset nulla, quia tunc judex eam 44
poterit revocare, non obstante inhibitione, Philippus Francus *in d. c. cùm cessante, num.* 17. *versiculo amplius intellige*, Capicius *decis.* 1. *in causa, num.* 30. Lancelotus *d. lim.* 1. *num.* 22. Escacia *d. q.* 17. *n.* 69. *versiculo subre-*
stringe 2. & faciunt quæ Felin. *in cap. qualiter & quando el primero fallen.* 5. *num.* 15. *lim.* 3. *de accus.* Jas *in l. quod jussit, sub n.* 32. *versiculo limita, & intellige, ff. de re jud.* Lancelotus *ubi proximè, num.* 27. & nos *inferius.*

Ulteriùs supradictis adde, quod tum non poterit ju- 45
dex revocare interlocutoriam, postquam fuerit executioni mandata Ba. *in l. quod jussit, num.* 16. *versiculo quæro an invitis*, Alexand. *d. num.* 24. *lim.* 9. Socinus *num.* 30. *& num.* 55. Jas. *sub n.* 32. Ripa *sub n.* 29. *ff. de re jud.* Philippus Frācus *in dicto cap. cùm cessante, limi.* 9. *num.* 24. ubi reddit exemplum, ubi contra mandatum procuratoris opponit adversarius, & judex legitimum procuratorem pronuntiat, cum quo uti tali, contestata est lis, quod est declarationis executio, tunc judex 46
ampliùs declarationem revocare nequit, & in specie Socin *supra, num.* 56. & Francus *ubi proximè, num.* 20. Exemplificat insuper, in judice interloquente dandum esse fidejussorem, quo dato ampliùs non revocat, nisi de partium consensu, Cardin. Alexand *in d. c cùm cessan-* 47
te, sub n. 40. *fall.* 12. Decius *n.* 60. Romanus *cons.* 226.
ultra prædicta, in prin. Felin *in rubrica, sub. n.* 15. *vers.*
non obstat gl. de sententia, & re jud. & in d. c. qualiter, &
quando, de accus. fall. 5. *n.* 15. Jas. *in l. servi electione* 5.
n. 13. *ff. de legat.* 1. Escacia *in tract. de appell. quæst.* 17.
n. 58. *& sequentibus*, Lancelotus *de attent.* 2. *part. c.* 12.
lim. 1. *num.* 23. Brededo *in tract. de appell. part* 2. *tit.* 3.
colum. 58. 59. Menochius *in tractatu de retinenda pos-*
sessione ulti. quæst. 21. *n.* 56. *&* 57. communem opi- 48
nionem testatur Cardin. Alexand. & Ripa citatis plurimos alios allegat Card. Tuschus *pract. conclus. tom.* 7.
litera S. conclus. 115. *n.* 45. quæ ampliatur sive fit executioni mandata à judice, sive à parte, Cardinal. Alex. Escacia, Francus, & Lancelotus *ubi proximè*, vel etiamsi talis sit, quæ absque facto hominis secum traheret executionem, quia eam judex revocare non potest. Cardi. Alexand. *in d. cap. cùm cessante, num.* 40. *fall.* 13. Alex. 49
in d. l. quod jussit, n. 24. *fall.* 9 Jas. *num.* 32. Escacia *ubi*
proximè, num. 62. *cum sequentibus*, ubi reddit exempla, & est gl. *in l.* 1. § *ultim. in verbo vel adde*, & ibi Rainerius quam dicit singularem exclamatam à Bar & Bald.
ibi. ff. de prætor. stipulat. Raine. & Imola *in l. penul eodem*
titul. Roman. qui & eam dicit singularem *consil.* 226.
ultra pridie allegata, in princ. Panorm. *in d. c. cùm cessante*
colum. ultima per glossam, ibi, Philippus *col.* 8. Paul. Castrens *in d. l. quod jussit*, Jas *in l. cùm procurator,* §. *si Do-*
minus, columm. & iterum *in l. si opus, colum.* 1. *de operis*
novi num. Felin *in cap. si clerici,* §. *de adulteriis, colum.* 2.
versiculo fallit. 1. *de indiciis*, Francus Aretinus *in l. si quis*
ex pluribus, ff. de verborum obligat. Tiraquel. *in repe-*
tione, l. si unquam, verbo revertatur, num. 309. conducunt quæ ipse ibi, *a n.* 307.

Quæ tamen propositio limitatur, quia potest de 50
partium consensu revocari, etiamsi fit executioni mandata ex iis, quos latè Escacia *ubi proximè, n.* 66. Lancelot. *de attentat. d. limi. prima, n.* 24. & 25. & tenent 51
plures ex allegatis *superius*; fallit etiam nisi revocaretur cum causæ cognitione, quia tunc possit pariter

revocari,

revocari, secundùm B. Socin. Jaſ. Felin Cardin. Alexand. Decium, Bero. Eſcaciam *in locis allegatis*, & Lancelot. *n.* 25. ut aliter ſit quando revocaverit prædictam ſer-
52 tentiam executioni mandatam abſque cauſæ cognitione, quia tunc, à tali revocatione permittitur appellatio, ut ex Innocentio refert, & ſequitur Philip. Francus *ubi ſuprà, limitation.* 9. *ſub num.* 10. *&* 22. Eſcacia *ubi proximè, num.* 68.

53 Et limitatur ultimò, ut non procedat, quando ipſa interlocutoria executioni mandata nulla eſſet, & invalida, ut putà, ſi fuiſſet lata ſine cauſæ cognitione, & ſine citatione, aut alium juris defectum pateretur, quia tunc ipſam poterit judex revocare, quantumvis ſit executioni tradita, ita Felin. *in d. cap. qualiter, & quando el primero. ſailen.* § *num.* 15. *limit.* 3. *de accuſa.* Jaſ. *in d. l. quod juſſit, ſub n.* 32. *verſi ulo limita, & intellige*, Eſcacia *de appellat. d. quæſt.* 17. *ſub num.* 68. *fol.* 484 Auguſtin Beroi. *conſilio* 16. *in cauſa, num.* 25. *lib.* 3 prout etiam poterit judex revocare hujuſmodi interlocutoriam, latam offi-
54 cio judicis mercenario propoſitæ actioni deſerviente, non tamen, quando officio judicis nobili putà ſuper decretis interponendis, ut per Francum, & alios dicit Eſcacia *de appella. quæſt.* 19. *rem.* 1. *conclu.* 6. *num.* 33. *folio* 560.

55 Et circa alias limitationes, & ſublimitationes, ampliationes, & exemplificationes hujus materiæ vide Doctores omnes præcipuè Socin. Jaſ. & Rebuf. *in l. quod juſſit, de re jud.* ampliſſimè etiam Phipp. Franc. Cardin. Alex & communiter omnes Doctores *in d. c. cùm ceſſante appel.* Felin. *in c. qualiter, & quando el primero, in ordine* 17. *de accuſat.* Eſcaciam *de appella. quæſt.* 19. *rem.* 1. *conc.* 6. *à n.* 13. *& cum ſequentibus, fol.* 559. & iterum *q.* 17. *à n.* 30. *cum pluribus ſequentibus. fol.* 477. (quem poſt hæc ſcripta vidi) Lancel *de atten.* 2. *part. cap.* 12. *limit. à n* 12. & Card Tuſchum *tract. concl. tom.* 7 *litera*
56 *S, concluſione* 115. *per totam*, interdum tamen hæc ſufficiunt, frequentiora, pro exemplis ſecundæ concluſionis ut in iis caſibus in quibus judex non poteſt revocare, nec ſibi permittitur, minimè ei eſt repoſitio ipſorum pro concluſione in decretis Regiis apponenda, in aliis verò ſic, juxta priorem concluſionem.

57 Tertia autem concluſio *ſuperiùs* appoſita, nempe, ut hujuſmodi decretum conditionale, non poſſit expediri, niſi in caſibus, in quibus appellatio ab interlocutoria legitima reperitur, & violentia deregitur, omnimodo neceſſaria eſt, & præ oculis habenda, nam ubi appellatio, pro cujus delatione confugit oppreſſus ad Regem; minùs legitima reperitur, & extra caſus à jure permiſſos, ſecundùm ea, que nos latè *alibi* ſcripſimus,
58 ſuo loco; Regium tribunal nullatenus ſe ampliùs in cauſa intromittere poteſt, ſed ſtatim eſt remittenda ad judicem Eccleſiaſticum l. 36. ibi: *Y ſi por el tal proceſſo pareſciere la dicha appellacion no ſer juſta, remitan luego el tal proceſſo al juez Eccleſiaſtico.* &c. *tit.* 5. *l.* 2. *novæ recopilat.* quoniam in ſola violentia, quæ oritur ex denegata delatione legitimæ appellationis fundata eſt Principis poteſtas, & hoc ſalutiferum remedium, ſecundùm *d. l.* 36. *à princ.* & quæ nos latè ad *cap. primum, & ſecundum hujus primæ partis.*

At quando appellatio juſta eſt, & legitimè interpoſita, cùm tribunal Regium poſſit præcipiendo judici, ut deferat, & reponat, auferre illi juriſdictionem, ut pars oppreſſa poſſit juſtitiam ſuam conſequi, coram ſuperiore juxta d. l. 36. ibi: *Alcande la fuerça provean, que el tal juez la otorgue, porque las partes puedan ſeguir*
59 *ſu juſticia, ante quien, y como devan*, &c. melius ſibi licebit, decretum hoc conditionale expedire, quò commodiùs conſulitur laboribus, & expenſis litigantis, ne pro
60 quolibet gravamine, cogatur conſequi executoriales, abſens à ſuo domicilio, & domo, tot incommoditatibus oppreſſus: quare in maxima æquitate fundatum apparet hujuſmodi conditionale decretum, cùm in facultate, & electione judicis Eccleſiaſtici relinquatur, velit, nécne, uti juriſdictione, & procedere in cauſa, quod non potuiſſet, ſi decretum Regium purè ſcilicet, deferat, & reponat, &c. expediretur, cùm per delationem amittat omnino juriſdictionem, ac ideo tribunali Regio, cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus, *l. in* 61 *actionibus*, § 1. ubi Alexand *ff. de in litem juran. cap. cui licet, de Regulis jur. in* 6. ubi Dinus *l. non debet*, ubi Decius *ff. eodem tit.* & majori ineſt quod eſt minus, *c. cùm in cunctis*, ubi gloſſ. Joannes Andr. Abb. Imola, & alii *de electione, c. quemadmodum, de jure juran* Ever. *loco* 65. *in princ.* ubi alios, & per hanc rationem dicunt Doctores quòd cui permittitur reponere ſententiam interlo 62 cutoriã, multò fortius licebit illam declarare, & interpretari, quod eſt minus, ut cum B. Ang Imola, & Caſtrenſ. *in l. ab executore, ff. eo.* latè proſequitur Petrus Surdus *conſil.* 288. *tom.* 2. *à n.* 9. *& ſuprà, fol.* 633.

Fundatur etiam in maxima urbanitate, orta ex juris 63 principiis, dum judicis Eccleſiaſtici liberæ electioni committat, velinte (juriſdictionem reaſſumendo) procedere ulteriùs: îmò & ipſi judici nimis honorificum judicari debet, cùm minus verecundum ſit corrigere ſeipſum, quam ab alio corrigi, *authentica de nuptiis, & ibi a princ. c. qualiter, & quando, de accuſa. el.* 1. *ubi gloſſ.* ſapientis enim eſt mutare propoſitum in melius, text. eſt *in c. cùm ceſſante de appellat.* hinc dicitur quis uti ſano conſilio, revocando quod malè fecit, nec poteſt notari de levitate, imò potiùs commendandus de ſapientia, text. *cap. magnæ* 2. 2. *quæſt.* 4. *dict. c. qualiter, & quando, & d. c. cùm ceſſante*, ubi Philipp. Franc. *nota.* 3. *ſub num.* 3. Decius. 5. *num.* 21. *&* 19. *&* 22. Petrus Surdus *conſ.* 88. *ſub num.* 12. *tomo* 2. *fol.* 633. & meliùs *in conſ.* 167. *num.* 9. *eodem tomo* 2.

Hoc inſuper conditionale decretum imitator eſt 64 juris, quia non aſtringit judicem ad præcisè reponendum, cùm jure fieri nequit, juxta text. *in l. quod juſſit*, ibi *poteſt*, &c. *& d. cap. cùm ceſſante de appella. & cap. ſi à judice, eodem tit. in* 6. & non quidquid judicis poteſtati relinquitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *l. non quidquid, ff. de judiciis*, & quod judex, qui interlocutoriam tulit, 65 quam poteſt, ſi vult, revocare, ad id facere non poſſit cogi, ut ex *B. in l. quid juſſit, n.* 13. tenet Grat. *in diſcept. forens tom.* 2. *cap.* 149. *n.* 3. & iterum *c.* 155. *n* 23 Petrus Surdus *conſil.* 288. *n.* 17 *lib.* 2. cum declaratione, de qua ibi, per eum, duplex tantùm illi juris oſtenditur via, ut quamlibet eligat, utrique tamen jus aſſiſtit.

Unum tamen neceſſarium, & utile in hac materia omittendum non eſt, nempe, quòd judex Apoſtolicus, ſeu executor gratiæ, qui non citatis præcisè, & de jure citandis, & ſic, nec diffinitivè pronuntiavit, nec legitima cauſæ cognitione, ſecundùm ea, quæ latè per Fiores de Mena *pract. quæſt. q.* 14. *n.* 35. 42. 44. & 59. *& quæſt.* 12. *à num.* 9. *&* 12. Doctores *in cap. fin. de præſumptionib.* latiſſimè infinitos refert, & explicat Nicolaus Garſ. *de beneficiis*, 6. *cap.* 2. *à num.* 110. gratiam exequitur, à cujus proceſſu appellat poſtmodum legitimus contradictor, & pro delatione confugiens ad Senatum obtinet, prout ibi frequentius eſt, decretum conditio- 66 nale, nempe: *Que reponendo lo he ho y oiendo de nuevo na haze fuerça*, alias etiam faciat, deferat, & reponat, quia judex executor data poſſeſſione abſque citatione citandi, & abſque cauſæ cognitione, ſi ipſum audiat, & citet de novo, priùs debet poſſeſſionẽ, & acta, quæ nulla ſunt, & attentata reponere ut per Cardinalem *conſ.* 75. 67 & aliàs Rotæ deciſionem declaravit ipſa Rota in una Majoricenſi Parochia de Cãpanaro 23 Januarii 1591. quam ad literam refert Nicolaus Garſ *de benefi. 6. part. cap.* 2. *num.* 125. Roma *conſ.* 320. *in init hæ iſtorum, verſi ulo quo igitur, & col. fin.* Cardin. Tuſchus *pract. concluſion. tomo* 3. *litera F, concluſion.* 11. *n.* 22. & latè quæ diximus *ſuprà, p.* 1. *cap.* 3. *de judice carente juriſdictione ad reponendum.*

Pro quo etiam facit quoniam judex interlocutoriam à ſe latam, ſive merè interlocutoriam, ſive vim
68 diffinitivè habèntem, ſeu aliis caſibus, quibus hactenus diximus; in prima & ſecunda concluſione, non poſſe reponere, non procedit, quando ipſa interlocutoria nulla eſt, & quia tunc licitè poteſt revocare, ita Felin. *in d.c.p. qualiter, & quando, el. 1. de accuſa. fall 5. n.15. limit.1.* Jaſ. *in l. quod juſſit, ſub num. 32. verſiculo limita, & intellige de re judi.* Philippus Francus *in cap. cum ceſſante, n.17. verſiculo amplius intellige, de appella.* Lancelotus Robert. *de attent.1.part.cap.12. limit.1. ſub num.27. & n.22* Sigiſmundus Eſcacia *in tract.de appell. quæſt.17. n 72.& 68. verſicul. tertius caſus eſt. fol.* 484. *& ſequentibus.*

69 Et rurſus, quoniam de nullitate interlocutoriæ, tam delegatus, & ordinarius cognoſcit, imò nullus alius judex, nec continentia cauſæ dividatur, & judicandum eſt ex eiſdem actis, ubi dicitur; etiam ſi habeat vim diffinitivæ, ita Philipp. Franc. *in cap. dilecto 63. ſub num* 67. & loquendo de utroque judice Cardinal. Alexand. *ibi n.58.59.* Vantius *in tractatu de nullitate ſententiarum, rubrica coram quo poſſit, n.2. & 3. fol.* 374. dicens, quòd in omnibus, præterquam in diffinitivis, poteſt, & debet, tam ordinarius quàm delegatus iterum reponere, quod minùs ritè fecerat: ſequitur Eſcacia *de*
70 *appellat. quæſt.19. remedio 1. con luſione 6. à num 11 & ſuprà, à n.2.* ubi copiosè de hoc articulo: imò, & adhuc ſententiam diffinitivam, quæ non tranſit in rem judicatam, poteſt judex revocare, juxta textum *in* [illegible]*4 §. condemnatum, de re judi. ap. lator. de re jud.* Philipp Francus. *in d. cap. cùm ceſſante, de appellation. colonna 3. verſiculo. 2. limit.* niſi eſſet talis ſententia, quæ non tranſiſſet in rem judicatam.

71 Hoc autem conditionale decretum illud patitur dubium, quoniam appellatio ſequitur exequutionem, & acta ad ea tantùm dicuntur attentata, quæ fiunt poſt appellationem, aut intra tempus ad appellandum juxta textum *in cap. non ſolum, de appellat. lib. 6.* & ſic non veniunt reponenda; quam difficultatem facillimè evitare poteris, ſi conſideras, quòd poſſeſſio, & acta ab hujuſmodi executore, ſequuntur appellationem, ſeu ſaltim geſta ſint intra tempus ad appellandum; notum eſt enim, ut tempus ad appellandum non currat gravato à die, quo fulminatur, ſed à die intimationis, ſeu notitiæ, & ſententiæ; quæ nunquam præſumitur niſi probetur, at contradictor legitimus quando comparet, de jure ſuo allegans petit repoſitionem ob defectum citationis, & inſuper appellat ea de cauſa, à toto proceſſu, & juſtè facit, quæ hujuſmodi appellatio capit
72 illum primum actum, quod fieri ſolet poſt citationem, qui quidem cùm ob defectum citationis nullus eſt, & ab eo legitima appellatio, ac ideo cùm gravatus nunquam fuit citatus, ſemper reperitur, intra tempus ad appellandum, poſtquam venerit ad ſuam notitiam gravamen, quare omnia deinceps per judicem geſta juſtiſſimè dicuntur nulla, & attentata, facta intra tem-
73 pus ad appellandum, ideo, ut talia, cuncta debet revocare, & reponere negotium in illo ſtatu, quo gravatus debebat audiri, & citari, juxta Doctores, & doctrinas hactenus applicatas.

Quibus ſic ſuppoſitis, faciliùs invenimus reſolutio-
74 nem principalis partis hujus capituli, quo eſt quæſitum, an poſtquam intimatum eſt conditionale hoc decretum judici Eccleſiaſtico, poſſit poſtmodum inhiberi, vigore appellationis ab interlocutoria, pro cujus delatione oppreſſus confugit ad Senatum: in quo partem negativam, nempe quòd minimè poſſit inhiberi abſolutè, probari breviter quoniam juriſdictio eſt anima inhibitionis; ita ut abſque ea inhibitio nulla eſt, &
75 minus canonicè expedita. Socinus *conſilio* 109. *lib.* 3. ubi alios allegat: latè Auguſt Biſo. *conſ.117.ex ultima, num.2. lib.3.* latiùs Lancelot. Robert. *de attent.2. part. cap.10. à n.22 cum ſequentibus*, ſed appellatio, cujus vigore ſuperior habet juriſdictionem in cauſa, cenſetur 76
tacitè renuntiata per comparitionem appellantis, coram judice à quo, eſt textus *in cap. gratum, de offi io delegati*, textus *in cap. ſollicitudinem, de appell.* Philipp. Franc. *in cap. cùm teneamur 17. ſub num.4. & in cap. ſollicitudinem, quæſt.6.n.10. de appell.* Rebuffus *in tractatu de appellat.art.15. gloſſa 1. num.7. verſiculo tacitè, tomo 3. f.517.* Maranta *in ſpeculo, part.6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, limit.29. num.342. verſic.2. modo, & num.424. caſu 10.* Antonius Gabriel *in concl. lib.2. titulo de appellat. concluſ.2. num. 1.* Caputaq. *deciſ.29. appellationi, num.1.1. part.* Lancelotus Robert. *tractatu de attent.2. part.cap.12. in præfatione, num.15. & ſequentibus, & ampli.2. princ. num. 4. & 5.* Ruginellus *tractatu de appel. §.9. gloſſ.1. cap. 1. num. 41.* Cæſar. Bar. *in deciſ. Bono. deciſ.154. alia, num. 2.* Montal. Neapol. *tractatu. de exception. articulo 24. contra appellationes, n.10. tomo. 3. part.1. folio 120.* quod procedit etiamſi 77
judex nihil fecerit, cùm ſufficiat ſola comparitio appellantis coram eo, ut cenſeatur appellationi renuntiare, ut ex Felin. *in cap. cùm ſit Romana, ſub numero 10. verſiculo 3. conſidera, de appellation.* Antonius Gabriel. *d. concluſ.2. ampliat. 2. num. 3. folio* 264. ergo inhibitio non debet effectum operari (appellatione pendente) quia cùm principale non ſubſiſtit, nec ea quæ ſequuntur locum habent.

Deinde comprobatur hæc pars, Quoniam per inti- 78
mationem decreti conditionalis, & ejus virtute repoſitionem, in tantum defecit appellatio, juxta textum *in cap. cùm ceſſante, de appellation. & cap. ſi à judice, eodem titulo, libro 6.* Tiraquell. *in tractatu cauſa ceſſante, num* 41. ut omnia acta per judicem ad quem vigore ipſius appellationis, nulla, & irrita remaneant, poſt alios Nicolaus Boër. *deciſ.* 256. latè Lancel. *de attent. 2. p. cap.12. lim.1. n.15. & ſequentibus*, & non poſt alios diximus *ſuprà, hoc cap.*

Harum difficultatum occaſione diſtinctè proceden- 79
dum eſt, capienda eſt prior earum pars, ſcilicet quando appellans comparuit, & intimavit decretũ Senatus, ipſe tamen judex nihil geſſit, & tunc dico regulariter verius eſſe, ut inhibitio (ſi aliàs legitima ſit) operetur effectum ſuum, quoniam oppreſſus appellans comparet coram judice à quo, ut gravamen reponat, qua comparitione non inducitur tacita renuntiatio, quo- 80
niam non agit actum contrarium ſuæ appellationi, cùm tam ipſa, quàm comparitio tendant ad unum, eundem finem, & intentionem, ſcilicet ad reponendum gravamen appellationi, *N. in fin. de renuntiatione, in novis,* Philipp. Franc. *in cap. ſollicitudinem.54. ſub numero 13. limit.4. de appellat.* Felin. *in cap. gratum 10. ſub num.8. verſiculo 2. limita, de officio, & poteſtate judicis delegati,* Aufrerius *ad Capell. Tholoſ. deciſ.194. an pars gravata, ſub numero 4. fall. 6. & 7.* Anton. Gabriel *communium concl.tit. de appella. lib.2. concl.2. limit.3. num. 14.* ubi alios allegat, & hanc eſſe communem opinionem ſequitur, & teſtatur, Socin. *conſil.21. abundè, & diffusè ſub num.3. libro 4.* & Decius *in cap. ſollicitudinem 54. notabili 6. ſub num. 13. de appellat.* Sigiſmundus Eſcacia *de appellat. quæſt.17. limit.2. à num.21. fol.293.* imò iſte 81
actus comparitionis pro revocatione gravaminis tendit in augmentum deſiderii appellantis, ſecundùm Felinum *ubi proximè.* Hanc etiam opinionem tenuit Rota, ut ſcribit Achilles de Graſſ. *deciſ. 21. aliàs 247. appellat. n.1. de appell.* qui *n. 2. & ſequentibus*, reddit rationem *foll.* 113. Lancelot Robert. *de attenta. 2. p. cap.12. de attent. appella. penult. amp. prin.2. num.11.* & in hoc caſu limitatur doctrina, quæ de renuntiatione appellationis ob comparitionem loquitur, de qua *ſuprà.* 82
in primo fundamento contrariæ partis, maximè cum hujuſmodi revocatio, cum fiat virtute decreti Senatus Regii, nullam requirit cognitionem cauſæ, nec ulteriùs

&

& citationem, ſed de facto tantùm, ut quotidie videmus, & practicamus. cui conducunt, quæ adduxit poſt Anton. Gabriel. Achillem de Graf. Auſtrerium, Felin. Rot. & alios Eſcacia. *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *n.* 22. 83 & 23. *fol.* 293.

Et ulteriùs quoniam dum comparitio appellantis gravati (etiam in caſibus, in quibus videtur aliàs renuntiari appellationi, per comparitionem) non fuerit recepta, non cenſetur appellationi ſuæ renuntiaſſe; ita limitatur text. *in d. cap. ſollicitudinem, de appellat. & cap. gratum, de officio delegati*, ut teſtatur Anto de But. *in d. cap. gratum, notab.* 4. *in fin.* optima gloſſ. *in cap. cùm veniſſent, in verbo obtinuit, de eo qui mitt. in poſſ. cauſa rei ſerv.* Romanus *conſ.* 792. Abb. *in d. cap. cùm veniſſent, num* 8. Felin. *in d. cap. gratum* 4. *limit.* & ibi Decius *in* 3. *limit.* Philipp. Franc. *in cap. ſollicitudinem, de appellat.* Felin. *in cap. capitulum verſiculo confirmatur iſta ſexta, de reſcript.* idem Felin. *in cap. cùm veniſſent, in verſ. in gloſſ.* 2. *in princ. de teſti.* Additio. *ad deciſionem Tholoſ.* 193. *in* 14. *fallen.* Socinus *in Regula* 25. *in* 1. *fallen.* Bald. *in d. cap. veniſſent, num.* 7. & 8. *de eo qui mitti.* Joannes Cro. *in cap.* 1. *nota* 2. *de conſtitut. lib.* 6. Millis *de Repert. verbo appellationi renuntiaſſe*, Barba. *in Apoſtilla ad Bal. in l. ad ſolutionem, C. de re judi.* optimè Anton. Gabriel, *communium concl. lib.* 2. *tit. de appellat. concluſ.* 2. *num.* 19. qui quidem per totam illam concluſionem adducit multas alias ampliationes, & limita-
84 tiones ad Regulam generalem, quando per comparitionem cenſeatur appellationi renuntiari, vel non, & etiam per Eſcaciam *in tractatu de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *à n.* 12. *cum pluribus ſequentibus*, ad quos, & ad *ſuperiùs* citatos Doctores poteris recurrere, quæ pro nunc non tracto, quoniam ultra prædicta propoſitæ
85 difficultati non conveniunt, & ita conclude, quòd per comparitionem appellantis, & intimantis decretum Senatus judici Eccleſiaſtico, & perentis repoſitionem gravaminis, non cenſetur appellationi interpoſitæ renuntiare, & ex ſupradictis, & per conſequens inhibitio ejus virtute emanata, legitima ex hoc capite dicenda eſt, maximè interim dum recipitur comparitio, &
86 petitio.

Hæc autem reſolutio quæ loquitur in appellante, multò fortiùs procedit in appellato, in cujus favorem interlocutoria appellata lata fuit, comparens coram judice à quo, intimans eidem decretum conditionale Senatus, quoniam in eo ceſſant omnia inconvenientia, & pericula ſupradicta, quæ tantùm attenduntur, & conſiderantur in appellante, *ex d. cap. gratum de officio delegati, & dict. cap. ſolutionem, de appellation.* &
8 Doctores allegati.
7 Quid autem quando judex virtute decreti ſibi intimati repoſuit gravamen, diſcutiamus, in quo illud regulariter affirmandum eſſe cenſeo, ut tunc inhibitio virtute appellationis reddatur nulla, & evacuata, ex rationibus, & doctrinis in ſecundo fundamento, contrariæ partis adductis, quoniam gravamen eſt cauſa appellationis, quo per revocationem ceſſante, ceſſat appellationis effectus, textus *in d. cùm ceſſante, de appellat. cap. ſi à judice, de appell. libro* 6 Philipp. Franc. Abb. & cæteri communiter *in d. cap. cùm ceſſante*, Tiraquell. *in tractatu cauſa ceſſante, num.* 41. & Doctorum caterva adducta ad primam concluſionem hujus capitis, & etiam ad ſecundam, ita ut de cætero liberè po-
88 teſt judex à quo in cauſa procedere, ut latè *ibi* duximus, adeò ut omnia geſta per judicem interim impetratum vigore appellationis prædictæ reddantur nulla, repoſitione gravaminis ſubſecuta, ut poſt alios Nicolaus Boërius *de if.* 256. *poſt princ.* Lancelot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 1. *à num.* 5. *cum ſequentibus*, Sigiſmundus Eſcacia *de appellat. quæſtione* 17. *num.* 30. quæ doctrina procedit, tam in appellante, quàm in
89 appellato intimante decretum. Hanc tamen reſolutionem limitandam eſſe opinor, ut procedat, quando 90
judex à quo repoſuit virtute decreti, antequam ſibi ſit ſuperioris inhibitio intimata, ſecùs autem erit, quando inhibitio præceſſit revocationem gravaminis, quoniam cùm per inhibitionem tollatur judici à quo facultas, & potentia à jure conceſſa reponendi, interlocutoriam appellatam, & reaſſumendi juriſdictionem ſecundùm Lancelotum Conradum *de prætore*, §. 2. *de officio prætor. in cauſ. civil. in cap. decentia, limit.* 6. *numero* 26. Lanfranc. *deciſ.* 459. *incipit, appellationem*, Lancelot. *de attent.* 2. *cap.* 12. *limit.* 1. *num.* 21. & alios, quos citavimus *ſub ſecunda concluſione, numero* 42. *verſ. inſuper poſtquam judex ad quem inhibuerit, &c.* cum limitationibus, & declarationibus ibi poſitis, jam igitur non eſt in ſua facultate alterum ex alternativis decretis eligere, cùm unum ex eis jam ſit ſu-
blatum, & ſic è decreto etiam tollitur illa facultas & 91
conditio, quoniam cùm ſit judici ablata juriſdictio; nullo modo poteſt ea uti, cùm illa ſupponat, ut ulteriùs queat judex in cauſa procedere, cui jam locus non eſt propter inhibitionem.

Alterum autem ex alternativis poſitis in decreto 92
Senatus, nempe: *Y no lo haziendo otorgue y reponga*, &c. ex ipſo decreto remanet, cui præcisè obtemperare debet, & implere judex Eccleſiaſticus, tunc quoniam cùm ſupponatur appellatio legitima, ei debet deferri, (ſublata maximè juſta judicis inhibitione & attentata poſt eam reponenda ad faciliorem cauſæ expeditionem, *juxta cap. cùm teneamur, de appellat.* tunc etiam quoniam perempta una re alternativè debitis, remanet obligatio in alia, & illa tenetur præcisè adim-
plere, textus eſt *in l. Stichum, aut Pamphilum, ff. de ſolu-* 93
tio. textus *in l. non utique, ff. de eo quod certo loco*, textus *in l. cum his, ff. de condict. indebiti*, text. *in l. ſtatu liberum*, § *Stichum aut Pamphilum, ff. de legatis* 2. & idem diſponit *l.* 23. *tit.* 11. *p.* 5. latè poſt alios Anton. Gomez *tomo* 2. *var. c.* 11. *à n.* 40.

Unum tamen judex Eccleſiaſticus attendat attente: 94
ut hujuſmodi repoſitio virtute decreti Senatus facta, suos tollendæ appellationis effectus operetur, licèt aliàs ipſi videatur, ut illud decreverit Senatus in caſu quo aliàs judici repoſitio permiſſa non ſit, ſecundùm da, quæ diximus *ſuprà*, in concluſione prima, & ſecunda, quibus caſus retuli, quoniam ad ſe non pertinet illud inquirere, ſed huic eſt tantùm omnino parêre,
maximè quoniá cùm Senatus poſt actorum inſpectio 95
nem ita decreverit conditionaliter, nemini dubium eſſe poterit, prævidiſſe omnes difficultates, cognoviſſéque, ſic poſſe licitè expediri. Illud obiter tamen memineris quæſo, quod in iis caſibus, in quibus appellans poteſt tacitè appellationi ſuæ renuntiare, ſecundùm ea, quæ latè per ampliationes, & limitationes
tractant Doctores *in cap. gratum, de officio delegati &* 96
cap. ſollicitudinem, de appell. in l. ad ſolutionem, C. de app. exactiſſimè per Anton. Gabriel. *communium concluſ. lib.* 1. *tit. de appellat. concluſ.* 2 *per totam*, & Eſcaciam *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 2. *à num.* 12. *cum ſequentibus*, iis etiam poterit ejus procurator; nam licèt, ſi procurator non poſſit expreſsè appellationi renuntiare ſcribunt Bald *in l. fin.* §. *fin. num.* 7. *de temp. appellat.* Philippus Franc. *in cap. ex ratione* 8. *num.* 42. & Cardin. Alexand. *num.* 18. *de appellat.* idem Franc. *in cap. Nicolao* 64. *quæſt.* 7. *ſub numero* 13. & iterum *in cap. interpoſita* 10. § *ille denique, quæſt.* 6. *num.* 9. *de appell.* Urſill. *in adnotat. ad Aſſlict. deciſ.* 78. *in cauſa Firmini* 97
ſub num. 9. Caſſiador. poſt Felin. *deciſ.* 3. *ſæpè contingit, ſub num.* 2. *de reſcript.* etiamſi ipſam appellationem, ipſe procurator interpoſuiſſet. Philip. Franc. *loco proximè citato*, & etiamſi ſit effectus dominus litis, Franc. *in d.* §. *ille denique, num.* 9. quod etiam extenditur ad Prælatos Eccleſiaſticos, qui habent medium inter procuratorem ſimplicem, & dominum, quia nec ipſi poſ-

ſunt expreſsè appellationi renuntiare, ita tenet Bald. *in l. leg. fin. §. fin. ſub num. 7. verſic. ſed numquid Procurator, C. de temp. appell.* quam referens ſequitur Fran. *in dict. cap. ex ratione, ſub numero 24. & in cap. interpoſita 70. §. ille denique, quæſtione 6. num. 9. de appell.* Eſcacia *de appell. quæſt. 17. limit. 2. n. 89. & ſuprà*, qui
98 *n. 88.* hoc extendit etiam ad Syndicos, ut nec poſſint expreſsè appellationi renuntiare, quia eſt donare, ita Ruginell. *in tractatu de appell. §. 9 gloſſ. 1. c. 1. num. 13. verſiculo Syndicus.*

99 Omnes igitur hujuſmodi procuratores, & adminiſtratores requirunt ſpeciale mandatum ad expreſsè renuntiandum. Mohed. *deciſ. 3. alias 89. contra capitulum, verſ. finem de appell.* & per Cardin. Alex. ita tenet Eſcacia *ubi proximè, ſub num. 90.* ubi inter alias limitationes hanc adnectit *in verſ. quartus caſus eſt*, quòd eſt nova, & magna, & juſta cauſa, quæ ſit talis, quæ veri-
100 ſimiliter dominus renuntiaret, poterit etiam expreſsè appellationi renuntiari, tenet etiam Cardin. Alexand. *in cap. ex ratione 8. ſub n. 18. verſ. ex prædictis, de appell.* Philip. Franc. *in dict. cap. interpoſita 70. §. ille denique, q. 6. n. 9. in fin. de appellat.*

101 Generaliter tamen tacitè poteſt procurator appellationi renuntiare Philip. Franc. *in d. c. ex ratione, n. 40. verſ. circa quartum impedimentum, & ſub num. 32.* Card. Alex. *ubi num. 18. verſ. ex prædictis*, idem Franc. *in cap. Nicolao. quæſt. 7. n. 13. de appell.* ut loquantur, quando apparet renuntiare non proſequendo appellationem. Urſill. *in adnotat. ad Afflict. deciſ. 78. in cauſa Firmani, n. 9. in fin.* dicens poſſe tacitè renuntiare permittendo labi tempus. Eſcacia *de appell. q. 17. limit. 2. n. 71.* ubi etiam quòd poteſt renuntiare tacitè non appellando, infra decem dies, & paſſus eſt labi terminus, quia tunc pariter præjudicat domino, ut & ipſe, 90. *verſ. tertius caſus*, Philip. Franc. *in dict. cap. interpoſita, §. ille denique, quæſt. 6. n. 9.* tenent. Speculator *in titul. de appellat. §. 1. num. 6. lib. 2. fol. 184.* Salicet. *in authent. hodie, n. 1. C. de appellat.* Felin. *in cap. 1. ſub n. 6. ut lite non conteſtat.* Nicell. *tractatu de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 18. n. 54. & ſequentibus, tom. 18. fol. 193.* Afflict. *deciſ. 144. fuit dubitatum, num. 1.* Lancel. *de attent. 2. parte, c. 12. lim. 50. n. 9. & ſequentibus*, Cephalus, *conſil. 185. in cauſa n. 34.* & aliquibus objectis hanc opinionem tuetur Eſcacia *de appellat. q. 12. à n. 188.*

102 His convenit quòd licèt vera contumacia procuratoris in cauſa non noceat domino, quominus poſſit appellare à ſententia, contra eundem contumacem lata, quia dominum hoc beneficio non privat tamen, debet ipſe dominus appellare, & infrà decem dies à die
103 latæ ſententiæ, & non à die ſcientiæ, & notitiæ, ſecundùm Rotam *deciſione 27. alias 313. nota quòd ubi procurator, verſus fin. de appellat. in antiquis*, Franc. *in dict. cap. Nicolao, ſub num. 19.* Speculator *ubi proximè.* Nicellus *ubi proximè, & n. 57* Afflict. *de deciſ. 314. n. 2.* Roland. à Valle *conſ. 91. n. 8. & ſuprà, lib. 4.* Lancelot. *de atten. d. lim. 50. n. 8.* latè & optimè proſequitur Eſca-
104 cia *d. q. 12. à num. 120.*

Et hucuſque dictis, ſatis comprobatur, poſſe procuratorem tacitè renuntiare appellationi, ſi poſt ejus interpoſitionem comparuerit coram judice à quo, ita ut domino præjudicet, ita tenet in ſpecie Bellam. *137. procurator*, quem ſequitur Ant. Gabriel *communium concl. lib. 2. de appellat. conſil. 2. ampli. 3. num. 4.* Felin. *in cap. quoad conſultationem 15. ſub num. 7. de ſententia, & re jud.* Antonius Gabriel. *ubi prox. concl. 3. num. 2. à num. 19. & 18.* contra hac in ſpecie tenent Caputaq. *dec. 19. n. 1. & 2. part. 1.* Urſil. *ad Afflict. deciſ. 87. n. 9.*

CAPUT VI.

Appellationis legitimæ denegata delatio, & attentata exequutio, ſeu ad ulteriora proceſſus, præcisè, an ſimul requirantur, ut violentiam adeſſe declaretur, & quid ſi adeſt ſubſequuta exequutio dumtaxat: præcedente tamen delatione appellationis; & quid in actis negativis.

SUMMARIUM.

Vim facit, & lege Julia de vi tenetur, qui provocatione pendente ſententiam exequitur, n. 1.

L. lege Julia, ff. ad l. Juliam, de vi public. *refertur, ibid.*

L. 4. tit. 10. p. 7. *verba adducuntur, n. 2.*

Cap. quoties Epiſcopi 2. quæſt. 6. *verba recenſentur, n. 3.*

Recurſus an denegetur in denegata delatione appellationis ab actibus negativis, n. 4.

Cevallos refertur aſſerens violentiam conſiſtere in denegata appellatione, & executione, n. 5.

Decretum violentiæ que otorgue y reponga, *an poſſit verificari, ubi deficit quid reponendum, num. 6. & num. 49. & ſequentibus.*

Diſpoſitio eſt interpretanda ut quodlibet verbum aliquid operetur, ne videatur fruſtra appoſitum, n. 7.

Verbis diſpoſitionis in dubio eſt ſerviendum, n. 8.

Recurſus, ut locum habeat ſolam denegatam delationem legitimæ appellationis ſufficere abſque executione, verius oſtenditur, n. 9.

Vis non ſolùm conſiſtit in hominum vulneratione, n. 10.

Delatio denegata non eſt violentia perfecta, ſed principium, præparatio, & animi deliberatio ad illam committendam, num. 11.

Pœna appoſita à re judici exequenti appellatione pendente ut infligatur, debet expectari exequutio, & actu conſummatio, n. 12.

L. lege Julia, ff. ad l. Jul. de vi publ. *interpretatur, ibidem, & num. 30.*

Recurſus Regius non eſt introductus ad imponendam pœnam judici Eccleſiaſtico vim inferenti, n. 13.

Finis recurſus eſt dumtaxat protectio nuda, & naturalis, ne quis vi opprimatur à judice Eccleſiaſtico, n. 14.

Defenſio, ut licita dicatur non eſt expectandus violentiæ effectus; ſed ſufficit animi determinatio, & propoſitum, num. 15.

Defenſio licita eſt à violentia, quando probabiliter de periculo dubitari poteſt, n. 16.

Animus exequendi, & ad ulteriora procedendi appellatione non obſtante, ſatis detegitur ex denegata delatione, n. 17.

Delationem denegare ubi judici permittitur, tacitè permittitur ei ſententiam exequi appellatione non obſtante, num. 18.

Judex inferior tacitè eſt inhibitus à jure interpoſita legitima appellatione, etiamſi non inferat, n. 19.

Delatio denegata eſt pars integralis violentiæ, & animi deliberatio apta ad invocandum auxilium Regium, & n. 20.

L. Regia 36 & 37 tit. 5. l. 2. recopila. *ponderantur, ut ad invocandum Regiam protectionem ſola ſufficiat appellationis denegata delatio abſque executione, n. 21.*

Damno à principio reſiſtere, quàm poſt illatum remedium quærere, melius eſt, n. 22.

Recurſus regius, ut locum habeat, ſolus timor futuræ executionis, ubi denegatur delatio legitimæ appellationi, ſufficit, n. 23.

Violentia committitur, quando legitima pendente appellatione judex exequitur, vel quando timetur exequi, quoad auxilium invocandum, n. 24.

L. 36. tit. 5. lib. 2. recopil. *ibi*, para que el proceda, *ponderetur, n. 25.*

Sim si non adesse reperiatur processus inspectione, judici remittitur, n.26.

Provisioni Regiæ non satisfiet per solam delationem appellationis si sit quid attentatum, secus si aliquid non sit, quia tunc per solam delationem satisfit, n.27.

Cevallos varius adnotatur, n.28.

Recursus violentiæ non solùm est inductus in favorem vi oppressi, sed jurisdictionis Ecclesiasticæ superioris, ne illius authoritas vilipendatur, n.29.

L.4.titul.10.p.7.& l.Jul. *interpretatur, n.30.*

C.quoties Episcopi 2. q.6. *interpretatur, n.31.*

Judici exequi volenti suam sententiam appellatione pendente, potest pars resistere, urbanius tamen Princeps, cujus proprium officium est, n.32.

Recursus locum habet in actis negativis, ubi non datur executio, sed sola sufficit legitima appellationis denegata delatio, n.33.

Auxilium imploratum ab Ecclesiastico negante appellatur, & adhibetur Senatus per viàm violentiæ, n.34.

Appellatio est legitima ab Episcopo visitante exẽptũ, n.35.

Ab Episcopo excommunicante judicem laïcum nolentem præstare suum auxilium injustè petitum, denegantéque censurarum absolutionem, licet appellare, & adire Senatum per viam violentiæ, n.36.

Recursum denegare in actis negativis, ubi appellatio sui natura utrumque habet effectum, foret absurdum, n.37.

Attentata appellatione pendente plurima sunt, alia extra sententiæ executionem, ut in exemplis, n.38.

Appellatio legitima suspendit effectum sententiæ, & jurisdictionem etiam in sententia secum habente executionem, num.39.

Recursus si conceditur in non delatis appellationibus ab actis affirmativis, quia timetur executio, multò magis est concedendus in actis negativis, quia illam secum trahant, num.40.

Causa plus influit in seipsa, quàm in causato, n.41.

Cevallos vulgariter reprehensus ab Authore explicatur, num.42.

Executionem petitam à judice denegante, appellationique deferente, & non exequente, vim non fieri in Senatu declaratur, n.43.

Delatio ubi adest, & deficit executio, fundamentum recursus deficit, n.44.

Ab executione instrumenti, putà, injustè denegata, licita est appellatio, & quem producat effectum, n.45.

Et quo decreti genere hoc casu utatur Senatus, n.46.

Judex Ecclesiasticus inhibens sæculari, ne exequatur instrumentum, dum cognoscit de ejus usura, si illud non esse usurarium declaret, & ut sæcularis possit procedere, an appellatione subsequuta in hac sententia sæcularis procedet, n.47.

In sententia appellabili sui natura facta condemnatione & in fine mandare relaxari executoriales; est attentatum pendente termino ad appellandum, n.48.

Decreti violentiæ verba, que otorgue y reponga, *& comprehendat attentata, si qua sint, non sunt sine effectu quid operandi, n.49.*

Decreti verba, otorgue y reponga, *stant conditionaliter, ibidem.*

Decreti verba, abſuelba los deſcomulgados, *intelliguntur, si adsint excommunicati, n.50.*

Decreti verba, otorgue y reponga, *veniunt in declarationem ejus, quod tacitè inerat, n.51.*

Verba non dicuntur superflua, si apponantur ad majorem declarationem, n.52.

Recursum ad invocandum sufficit solus timor attentati, nec simul exequutionem Doctores omnes requirunt, n.53.

Delatio appellationis licèt adsit, si tamen judex ad ulteriora procedat, vis est perfecta & dabilis est recursus, num.54. & 55.

Delatum ubi est appellationi, & longè major violentia est, quia duplici causa judicis est suspensa jurisdictio, n.56.

Delatio ubi datur interveniente insuper attentato, si non admitteret recursum, duo absurda darentur, n.57.

Recursus si ob solam delationem negatam ob timorem attentati datur, multò magis in ipso attentato, & executione subsecuta, n.58.

Causa plus operatur in se ipsa, quàm in causato, n.59.

Recursus regius duo copulata jubet judici facienda, deferre & reponere, & sic requirit concursum copulatorum, n.60.

Querela violentiæ quemadmodum concipienda, quando judex detulit tamen ante, vel post attentavit, & noluit reponere, n.61.

Ubi ponuntur duo remedia mirabilia, & n.62.

Cevallos propositio reprobatur, cùm ipse includat duo absurda intolerabilia, n.61. 62. & 63.

Deferre, vel negare delationem, an censeatur, si judex appellationi respondeat, auditur, quantum de jure, &c. *an sufficiat invocandum regium auxilium, n.64.*

Senatus tunc decretum dat, que por agora no haze fuerça.) *quando appellationi propositæ nihil respondit, nec postea provisioni ordinariæ, sed mandavit notario, ut mittat acta, n.65.*

Et quid quando in hoc casu provisioni respondit appellationem esse minùs legitimam, &c. *an id sit attendendum, ut cognoscatur super articulo violentiæ, n.66.*

VTILISSIMA est hujus quæstionis resolutio, in ea siquidem nonnullos, juris peritissimos lapsos fuisse vidimus: in eaque varios, licèt quid verum sit tandem fuerint amplexi; ideóque ut penitùs dubitatio deinceps amputetur, eam accuratè examinabo ad partes.

Et pro negativa: ut scilicet nullam vim esse posse in sola denegata appellationis legitimæ delatione; sed simul debeat concurrere exequutio, attentatum, seu ad ulteriora processus, fortissima urgent fundamenta, & in primis expendo textum ferè expressum *in l. lege Julia*, in hæc verba: Lege Julia ubi publica tenetur, qui cùm imperium, potestatémve haberet, civem Romanum adversùs procurationem necaverit, verberaverit, jusseritve aliquid fieri, &c.) *ff.ad l.Jul.de vi public.* ecce igitur violentiam, non solùm consistere in denegata delatione appellationis, sed sententiæ exequutione potissimum. 1

Secundò & pro eadem parte non minùs expressus est text. *in l.4. tit.10.p.7.* cujus verba sunt: *Sientense por agraviados algunos vegadas los homes de los juizios de los judgadores, è piden alçada para delante el Rey, è tales juezes he, que con gran soberbia, ò malicia que ay en ellos, ò por ser muy desentendidos que les non quieren dar alçada antes los deshonran, diziendoles mal, ò prendiendoles, è por esso deximos que qualquiera judgador que sobre tal razon como esta firiesse, ò prendiesse, ò matasse, ò deshonrrasse, algun home, que debe haver, perende otra tal pena, como si fi iesse fuerça con armas*, &c. ecce textum apertum, requirentem sententiæ exequutionem, ut violentiam adesse dicatur. 2

Tertiò facit etiam bonus textus *in c. quoties Episc.2. q.6.* ibi: Et dum prædictam Romanam Ecclesiam appellaverint, ut ab ea se audiri popoſcerint; nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam vim eis inferre, præsumat quàm amborum causa Romani Pontificis authoritate terminetur, quod si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus caruit.) Ex quibus verbis apertè colligitur: vim consistere, non denegata delatione appellationis, sed in eo, quòd, ea pendente, in Rom. Curia exequitur: ergo aliter Regius recursus interponi non potest. 3

Quartò, & pro hac parte fortiter urget, etenim si aliqua ratione in actis negativis denegatur recursus ad Regem ea potissimùm quia in eis non datur attentatũ, exequutio, necnon quid reponatur, ut post hæc tenet 4

Ceval. *in q.* 897. *n* 902. *cum seqq.* ubi ponit casum in denegata exequutione, perita vigore guarintigiati instrumenti, aut sententiæ transactæ in rem judicatam, ut appellans ab hac denegatione non possit ad Regem recurrere, quia nulla adest violentia, nec quid exequendum, & per consequens, nec quid reponendum, & ita Cevall. ibi ad hoc communiter allegatur inter omnes
5 advocatos, & augetur difficultas ex eo, quòd ipsemet Cevallus nunc *in gl.* 6. *sub n* 90. scripsit, in hæc: Et ratio est, quia tota vis & potestas hujus cognitionis per viam violentiæ consistit in non admittenda appellatione ad superiorem, & in exequenda appellatione remota in casibus quibus de jure admittenda est. Hæc ille; ergo altero deficiente, sive denegata delatione, sive ejus exequutione penitùs cessat recursus ad Regem; cùm ejus deficiat fundamentum.

5 Quintò, & ultimò fatebimur, aliquo prædictorum deficiente, impossibile est, ut possit nec Regium decretum, nec ejus provisio verificari, concipitur enim, *que otorgue y reponga lo hecho*, &c. & sic ubi non est, quid reponatur, superflua forent quod negandum est; quia in qualibet dispositione verba non debent esse si-
7 ne effectu aliquid operandi, imò potiùs debemus, præcisè interpretari; ut quodlibet verbum aliquid operetur, ne videatur fuisse frustra positum *l. sit prætor, la primera*, ibi Paul. Castr. & Alexand. & Jas. *ff. de jur. jur. leg. postliminium*, §. *lt. ff. de cast. & postlimin. reversi. cap. pastoral. & ibi not. de app.* & in similibus terminis dicit Tiraq. *in reperi. leg. si unquam. verb. omnia, vel partem aliquam*, *n.* 10. *Cod. de revoc. don.* & quia in re dubia verbis dispositionis est serviendum post alios Tiraq. *ibi, verbo libertis. sub n.* 4. ergo manifestè sequitur, hanc
8 partem negativam probabilem esse, ut utrumque tam denegata delatio, quàm exequutio, & attentarum sit de essentia hujus Regii recursus, ita ut altero deficiente, vim non fieri decernatur.

9 Quibus tamen, & aliis non obstantibus, contrariam sententiam, & opinionem, imò utrumque non requiri, simul ad invocandam Regiam protectionem, sed sola sufficiat denegata delatio, veriorem, atque receptiorem esse manifestè, probabo, & primò ex verbis jurisconsul. *in leg. penult.* ibi: Cùm Matri dixerit, vim nullam feci, Cæsar dixit; Tu vim putas esse solùm, si homines vulnerentur, *ff. ad leg. Jul. de vi priva.* eadem met etiam ver-
10 ba repetuntur, *in l. extat, ff. de eo, quod metus causa*, quapropter dicendum est, ut ea quæ dicta sunt *in d. l. leg. Jul. & l.* 4. *part.* loco exempli apponuntur, non ut aliter violentia non dicatur, & est textus expressus *in leg. fin. ff. quod metus causa*; ubi timenti violentiam permittitur adire potestatem, ut prohibeat vim pati, de quo post alios Monetа, *de conservato, cap.* 3. *sub n.* 2.

11 Secundò probatur ex indissolubili ratione, illo supposito priùs, quòd delatio denegata non est violentia perfecta, sed principium, pars, præparatio, & animi deliberatio ad illam committendam, quare licèt ad impositionem pœnæ impositam à jure judici, violenter exequenti, sit necessariò expectanda exequutio, ut cognos-
12 catur qualitas, & quantitas delicti, ut pœna mensurabilis applicetur, cùm aliter in civilibus, aliter in criminalibus, & in istis etiam variè puniatur judex, ideo expectandus est effectus, & actus consummatio, quia regulariter in delictis non punitur affectus, animus, & voluntas, nisi sequatur effectus voluntatis, & animi exequutio, prout apud omnes criminalistas notum est: ac propterea ad imponendam dictam pœnam facta est mentio exequutionis actualis *in d. l. leg. Jul. & in d. l. partita*, de cujus pœnæ impositione in hoc Regio re-
13 cursu non tractatur, nec violentiæ cognitio ad illum est effectum introducta, quia id voluntati, & arbitrio judicis Ecclesiastici superioris liberè relinquitur, qui de justitia causæ principalis, gravaminis sententiæ, & appellationis cogniturus est.

At finis hujus cognitionis extrajudicialis longè alius est, & diversus, quia dumtaxat tendit ad nudam pro- 14
tectionem vi oppressi, quæ consistit in defensione naturali, ne aliquis vi opprimatur à judice Ecclesiastico, de quo latè diximus *c.* 1. *in præliud.* 5. *& fere per totum c. à princ.* & ulteriùs *in c.* 2. *à princ.* quæ omnia ibi scripta huc conducunt, & applicare: ergo ad defensionem interponendam sufficit violentiæ animi determinatio; & deliberatio, quæ ex denegata delatione apertè colligitur, ut statim probabimus.

Quod quidem argumentum evidenter fulcitur, nam 15
ut defensio licitè, & justa dicatur, & à jure permittatur, non est expectandus violentiæ effectus, & consummatio: sed sufficit dumtaxat animi determinatio, & propositum vim inferendi, ut ipsa violentia licitè propulsari queat: ista est elegans Barroli doctrina, per text. ibi: *in l. sed & si quemcumque, ff. ad leg. Aquil. & in l. si ex plagiis*, §. *tabernarius, ff. eodem tit.* Bald. *in l.* 2. *ff. ad l. Cornel. de sicar.* Flori. post Ramer. *in l.* 1. §. *cum arietes, ff. si quadrup. paup. fecis. dica.* quem refert, & sequitur Cæpol. post Felin. & alios *cons.* 28. & 29. & Gramat. *cons.* 18. *ad fin. in cr.* & post Bal. qui pulchrè loquitur *in l. multa. ad fin. C. de liberal. caus.* & alios Alex. *cons.* 66. & *cons.* 109. *lib.* 1. Cornel. *cons.* 107. *col.* 2. *n.* 7. & *seq. & cons.* 162. *col.* 3. *l.* 1. & latè Moderni *in l. ut vim*, & maximè Jas. *col.* 2. & 3. Dec. *cons.* 676. & 670. *l.* 4. Soci. Jun. *cons.* 117. *n.* 13. *l.* 3. Marti. *in pract. cri.* §. *quoniam, col.* 12. *vers. ulteriùs etiam judex, n.* 62. Boss. & alii citati, quos referens sequitur, ubi pulchrè loquitur, Prosper. Farin. *in cons. crim.* 35. *a n.* 15. *cum seq. f.* 189. & *seq* ergo cùm judex denegando appellationis delationē animam suum detegat, vim inferendi effectivè: sequitur, ut illa sola sufficiat ad invocandam Regiam protectionem, & defensionem naturalem, ut illam propulset, & vi repellat.

Quæ quidem doctrina non solùm procedit, quando 16
detectus est animus vim inferendi, sed etiam quando probabiliter de periculo dubitari potest, quia tunc licita est pariter defensio, ac violentiæ propulsatio, ita docet Innoc. *in c. si verò, de sentent. excommun.* & Angel. Areti. *in* § *jus autem gentium, institu. de jur. natur. gen. & civil.* quem refert. & sequitur Gramat. *d. cons.* 18. *n* 5. & *cons.* 29. *n.* 2. Marsil. *cons.* 425. & 81. & Prosper. Farin. *d. consil.* 35. *n.* 22. qui *num.* 23. adducit plures, ut idem sit quando imminet periculum.

Isthæc enim animi determinatio exequendi, seu ali- 17
ter ulteriùs in causa procedendi, appellatione non obstante, satis evidenter, & manifestè detegitur ex denegata delatione. Siquidem in iis causis in quibus judici permittitur denegare delationem, ei tacitè permittitur ad ulteriora procedere, & exequi, quia est consequutivum, & effectus denegatæ delationis, quia cùm non abdicavit à se jurisdictionem, illam retinet, qua mediante ulteriùs in causa procedere quit. Vitalli *in tract. claus.* 18
nihil. novar. appell. pend. in princ. in prima limit. plures citat Lancelot. Robert. *tract. de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim.* 25. *& lim.* 17. *per totam*, Scaci *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 2. *sub num.* 15. *fol.* 534. *& lim.* 22. *num.* 23. *vers. subextende primò.* Petr. Surd. *decis.* 225. *num* 14 Menoch. *de r. tinen. poss. rem.* 3. *n.* 849. Mier. *in tract. de majora.* 3. *p q.* 24. *n.* 62. *ad fin.* Cæs. Contard. *in l. uni. q.* 12. *num.* 6. *pag.* 549. *C. si de mom. poss.*

Igitur eadem quidem intentione nolit judex, à se 19
facto proprio abdicare jurisdictionem per delationem, eam usurpando à superiore, in quem tacitè à jure translata est, & judex inferior per legitimam appellationem juris ministerio est inhibitus. text. *in l.* 1. *ff. nihil novar. appel. pend.* igitur de primo ad ultimum sequitur. quòd ex denegata delatione justæ appellationi, manifestè deducta, dicitur judicis deliberatio, & determinatio vim cum effectu inferendi, ac propterea, & quòd ipsa denegatio sit violentiæ pars integralis, & principium vio- 20
lentiæ sufficiens ad auxilium, & Regiam protectionem

invo

invocandum, non ſecùs ac ſi in rixa aliquis apponat enſi manum, aut illum requirat, ſeu pallium brachio involvere incipiat, necnon galerum in capite collocaverit, ejúſque verticem levaret, ex iis enim præparatio ad offenſam colligitur evidenter.

21 Tertiò pro hac parte expendo textum expreſſum(qui prorſus omnimodam cavillationem excludit) *in l.36. tit.5. lib.2. recopil.* ibi: *Por quanto, aſſi por derecho como por coſtumbre immemorial nos perteneſce, alçar las fuerças, que los juzes Eccleſiaſticos, y otras perſonas hazen, en las cauſas que cognoſcen, no otorgando las appellaciones, que dellos legitimamente ſon interpueſtas.* &c. (& iterum ibi: *Quexandoſe, que no ſele otorga la appellacion,* &c.) *den nueſtras cartas en la forma acoſtumbrada,* &c. (*para que ſe otorgue la appellacion,* &c)& *in l. 37.& ſeqq.* ibi: *Que à las audiencias ſe traben por via de fuerça muchos proceſſos,* &c. (*porque no otorgan las appellaciones,* &c. *(* ecce jura apertè prôbantia noſtram opinionem veriſſimam, ut ad invocandam protectionem Regiam, & nudam defenſionem, ſolius juſtæ appellationis attendatur denegata delatio, non etiam expectetur exequutio; quæ quidem jura providè diſponunt in præbenda protectione, cùm natura defenſionis ſit, ut præſtetur ante damnum, & vim illatam, & cùm de periculo timetur; quid enim prodeſt jam occiſo defenſio; quomodo etiam occurritur in periculo, jam incidenti & pereunti in illo? minanti enim periculo, & damno infecto occurrendum & reſiſtendum eſt, *juxta tot. tit. ff. de damno in-*
22 *fecto*; quia melius ſiquidem eſt, in principio damno reſiſtere, & occurrere, quàm poſt illatũ remedium quærere, *l.1. Cod. quando liceat ſine judi. vind.* quarum legum genuina ratio legitimè deducitur ex iis, quæ hactenus diximus circa naturam defenſionis naturalis.

23 Quartò, & pro harum legum Regiarum, & noſtræ doctrinæ declaratione facit mirabilis doctrina Fulvii Pacian *in conſ.*164.*n.*38 Seſe *tractatu de inhibit.c.*8.§ 1. *n.*4.& ulteriùs *in dec.*114.*n.*4.*tom.*2 *fol.*52. qui quidem affirmant; quòd ad hujuſmodi Regium recurſum, tunc vim adeſſe, dicetur; quando ſumus in appellatione quæ utrumque habet effectum, devolativum, & ſuſpenſivum, etenim ſi timetur quòd judex à quo vult non obſtante appellatione procedere, vim infert, & poteſt Senatus Regius ſe intromittere, vim tollendo, & oppreſſum protegendo, impediréque judicem, ne indebitè exequatur: ergo ſolus timor exequendi ſufficiet, ad au-
24 xilium poſtulandum: ideo benè dicit ipſe Seſe *d.* §.1. *ſub n.*4. utrumque caſum amplectens, ſcilicet; quando indebitè appellatione ſuſpentiva non obſtante, proceſſerit vel procedere timeatur, ut in tali caſu dicatur inferre vim, ad invocandam Regiam protectionem, qui quidem Doctores rectè calluerunt hujus recurſus naturam & ſubſtantiam, quia ex hac denegata delatione judex minatur exequutionem, & procedere ad ulteriora tacitè proponit, quia eſt vera præparatio ad illam.

25 Quintò hæc etiam pars ex aliis ipſius l.36. verbis in fin. probatur ibi: *Y ſi por el dicho proceſſo pareſciere, la dicha appellacion no fer juſta, y legitimamente interpueſta, remitan luego el tal pro eſſo a juez Eccleſiaſtico,* &c. *para que el proceda,* &c.) quæ verba indicant ante exequutionem ſententiæ, recurſum Regium fuiſſe improratum, necnon poſſe licitè implorari, quoniam ſi facta foret jam exequutio quid procedere nihil haberet amplius, & ſic non poſſent illa verba, in ſententia diffinitiva, verificari; quia exequutione ſemel facta functus eſſet judex officio ſuo, quod eodem modo ele-
26 ganter explicuit Cæned. *in conſt. reg. anno* 1455. *lib.*1.39 ubi dicit, quòd ſi ex adducto proceſſu ad Regium Senatum fuerit compertum, appellationem eſſe frivolam, cauſa ad eundem judicem remittitur, ut exequatur ſententiam: ergo requiritur, ut facta exequutione & attentato conducatur proceſſus ad Regium prætorium.

Pro quo ſextò etiam urget intellectus, quem aſſignavimus *ſuprà, hac* 1.*p.c.*2.*ad d.l. Regiam* 36. *in princ.* in illis verbis ibi: *E ſi el juez Eccleſiaſtico no lo otorgare,* 27 &c.) ut ſcilicet ſubintelligantur, quando non ſit aliquid exequutioni traditum, quia tunc ſecundùm d.l. ſufficiet ſola delatio appellationis ad tollendam violentiam, & proviſioni Regiæ ſatisfaciendum. Secùs autem ſi aliquid exequutioni judex tradiderit qui tunc per ſolam delationem non ſatisfiet ordinariæ Regiæ proviſioni. Sequitur Villadiego *in ſua polit. c.*4. *n.*39. & 42. *fol.*78. Joan. Gutier *lib.*1. *canon. q.c.n.*9.& poſt hæc etiam dicit Ceval. *in gloſſ.*10.*ſub n.*1.& 2. ex quo quidem intellectu apertiſſimè conſtat; ad invocandum auxilium, & Regiam defenſionem, ſufficere ſolam denegatam delationem appellationis, & non ſimul exequutionem, nec ulteriùs proceſſum requiri, quo quidem varius ipſe redditur Cevall. dum *in gloſ.*6. *ſub n.*90. 28 (quem citavimus pro contraria parte *ſuprà, in fundam. a.* fin.) aliud cenſeat.

Septimò comprobatur ampliùs, quoniam hæc Regia 29 protectio ea potiſſimùm ratione in hoc genere violentiæ fuit inducta, non ſolùm, ut oppreſſo appellanti occurratur, ſed etiam ut judicis ſuperioris authoritas conſervetur, ejúſque adjuvetur juriſdictio; neque ipſius honor vilipendatur prohibendo appellanti, ne ad illum recurrat, claudendo illi januam juſtæ defenſionis, ne poſſit oppreſſus coram ſuperiore appellationem proſequi, impediendo curſum negotii, & juriſdictionis à ſe juris miniſterio abdicatæ; ne ad ſuperiorem tranſmittatur, illam uſurpans, & occupans per delationis negationem, prout ſæpe diximus *c.*1.*&* 2.*ſuprà*, & paſſim probant DD. de hac materia tractantes, quos retulimus *ſuprà.* 1.*n.*16. Sed hoc penitus verificatur in ſola delatione appellationis legitimæ negata, ut *ſuperiùs* probatum eſt, & ad oculum patet; ergo in ſola denegata delatione conſiſtit violentia ad hoc ſaltim, ut Regius haberi poſſit recurſus.

Ex quibus clare conſtat, quòd licet ad imponendam 30 pœnam condignam generi attentati, requiratur, & expectetur exequutio effectiva, & actualis attentio, quia non ponitur affectus, niſi ſequatur effectus. (ut *ſuperiùs* dictum eſt) tamen ad invocandam Regiam protectionem, animi determinatio ſufficit, quia in ea non proceditur ad dictæ pœnæ impoſitionem, quod quidem etiam eſt ex mente *d l 4.v.ſupracitatæ pro 2. fundamenta contrariæ partis*, quæ ſi attente legatur videbimus quòd dum in principio de denegata delatione, loquitur, nihil de executione apponit, tamen poſtmodum ad pœnæ applicationem præmittit ſententiæ exequutionem, cui quidem,& *& d.l. Julia* adductæ *ſuprà, in prin.* pro primo fundamento contrariæ partis reſpondendum eſt, ut procedant,& loquantur quoad pœnæ condigne impoſitionem, ut ad hunc effectum expectanda ſit quantitas, & qualitas exequutionis, cùm non ſit de delictis, in quibus punitur affectus,& animi determinatio, etiamſi non ſequatur effectus, nos autem loquimur de defenſione naturali præſtanda, ad impediendam violentiam, & vim propulſandam, ad quod animi determinatio, nec non ſolus timor inſpicitur, ut dictum eſt.

Hoc idem inſinuat text *in d.c. cautios Epiſcopi* 2.*q.*6. 31 quem adduximus pro contrariæ partis tertio fundamento, quo non agitur de impoſitione pœnæ vim inferenti judici, ſed de actorum annullatione, ac propterea ſola præſumptio, & affectus illo text prohibetur,& inhibetur, *ibi*, aut aliquam vim eis inferre præſumant,) & iterum *ibi*, quod ſi aliquid à quoquam præſumptum fuerit, nihil erit, ſed viribus caruit,) & ita ubi non agitur de pœna corporali, obviatur initio, & præſumptioni,& animi deliberationi vim inferendi appellanti, cujus germanus eſt intellectus,& noſtræ doctrinæ conſonus.

Octavò pro hac parte pugnat ratio, quam communi- 32

ter ad hucusque Doctores in justificationem hujus Regii recursus quo: citavimus *suprà*, c. 1. n. 16. quòd licitum sit parti resistere, & prohibere judici volenti exequi suam sententiam appellatione suspensam. Eodem modo, & urbaniùs poterit ipse Princeps, cujus proprium officium est, vi oppressos liberare, prohibere, resistere, & propulsare: ne procedat appellatione pendente, scilicet eo tempore, quo poterat oppressus, nempe volenti exequi, & ultra dictos Doctores, vide post alios Cæned *in q. canon.* 45 *num.* 22. & *num.* 60. & *suprà*, n. 4. ergo intentioni, & animi deliberationi judicis à principio est resistendum, ex ipsorum Doctorum assertione, satis clarè patet, ut hoc intelligant ante factam exequutionem, & vide quæ nos *suprà*. c. 1. *prel.* 3. *propè principium*, *vers. quod & ex eo probatur*, à n. 85. ubi expressè docuimus.

35 Nonò, ampliùs nostra resolutio comprobatur, quoniam in actis, & sententiis negativis nulla datur exequutio facto judicis, & tamen ob solam denegatam delationem emissæ appellationi (in casibus, quibus legitima sui natura reputatur) fundatur violentia, & recursus Regius per viam violentiæ, ita in terminis post Covar. *pract. q. c.* 10. *n.* 1. *vers. eadem ratione.* Avil. *in c.* 20. *præt.*, *verb. usurpan.* n. 21. Villalob. *in ærario com. opin. lit. J. n.* 165 probant pulchrè Bobadill. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *sub num.* 129. doctiss. Azeved. *in l.* 15. *tit.* 1. *num.* 10. & 21. *lib.* 4. *recopil.* qui quidem affirmant, quòd si in
34 casu necessario judex sæcularis imploraverit auxiliũ à judice Ecclesiastico, & ipse, ut tenetur præstare recuset, poterit talis sæcularis ab ista protervia, & negato auxilio ad superiorem appellare, & si deferre recuset, poterit recurri ad regia prætoria suprema per viam violentiæ, prout econverso etiamsi coërceatur sæcularis judex ab
35 Ecclesiastico per censuras, petente auxilium à laïco adversùs eum, qui prætendens se exemptum appellavit ab Episcopi visitatione ex causa probabili; quia (cùm tunc sæcularis non teneatur auxilium suum impartiri; ut tradit Michaël Axia *de exhiben. auxil. in* 8. *col. in* 3. *cas. ex pag.* 156. Cæned. *canon. quæst.* 36. *n.* 14) ideo postquam compareat coram Ecclesiastico petens revoca
6 tionem censurarum, & ut absolvat eum, quòd si facere recuset, ad hac denegata absolutione, & censurarum revocatione petita, poterit appellare judex sæcularis, eo quòd non tenetur jure, impartiri brachium suum petitum, usque quo videat justè petitum fuisse, & si appellationi hujusmodi non detulerit, poterit pro tollenda violentia recurrere ad Regium Senatum, qui declarabit, vim fecisse, & deferre appellationi, ita etiam tenet Azeved. *ubi proximè*, *in d. l.* 15. *tit.* 1. *n.* 12. *lib.* 4. *recopil.* quem exaggerans sequitur, & benè explicat Cæned. *in quæst. canon.* 36. *n.* 14. videndus.

Absurdum enim foret, dicere, quòd appellationis denegatæ delatione ab actibus negativis, non posset ad
37 Regem per viam violentiæ recurri, si aliàs sui natura appellatio licita est, & utrumque effectum habens; non solùm enim in hac violentiæ cognitione considerandа est dumtaxat exequutio ejusdem sententiæ, & gravaminis, à quo appellatum est; sed etiam alia attentata, quæ desuper committi possunt extra ipsam sententiã: plu-
38 rima enim attentatorũ genera reperiuntur etiam appellatione pendente, licèt directò non sit in favorem sententiæ. Finge, peto à judice, ut mihi terminum concedat, vel me recipiat ad probandum, interloquitur negativè, mihi est licita isthæc appellatio quoad utrumq; effectum (prout de eis, & aliis pluribus actis negativis probavi latissimè *infrà*, 2. *p. c.* 1. *per totam*) judex illam sententiam exequi non potest, quia tanquam negativa non indiget facto hominis, quia non entis nullæ sunt qualitates; tamen si vim non fecisse declaretur in denegata delatione; posset ad ulteriora procedere, & exclusis, necnon negatis mihi legitimis defensionibus, poterit liberè causam prosequi, usque ad diffinitivum sententiam, & eam sui ad libitum proferre: si igitur appellatio est legitima, & à jure approbata, ab iis actis negativis suspendit jurisdictionem judicis à quo, ejusque manus ligat, ita ut ad ulteriora procedere nequit; quare si processerit, omne erit attentatum, quia gestum appellatione pendente, *l.* 1. *& toto tit. ff. nihil. novari app. pend. cum vulgar.* igitur non valet consequentia; Sententia negativa non potest exequi, ergo ab ea legitima appellatio non causat attentata, nec quòd post ejus appel- 39
lationem pendentem non detur attentatus processus, quia falsum foret, quia certum est, quòd appellatio legitima suspendit effectum sententiæ, & jurisdictionem judicis, & etiamsi ipsa sententia secum trahat exequutionem, notabile dictum vocat Sigism. Scacia *tract. de appell. q.* 3. *n.* 18. & 74. pulchrè Phil. Fran. *in c. ad hæc quoniam*, *sub n.* 1. & *sub n.* 5. *de app.* aliàs etiam mirabiles decisiones, & doctrinas in his terminis videndas omnino adduxi à *p. c.* 13. *à n.* 206. ubi quòd hujusmodi appellatio denegata institutione suspendat, & causet attentata.

Igitur si appellatio ab actibus negativis potest causare attentata, quando interponitur ab actibus, licitè appellationẽ permittentibus, & appellatio adest legitima, cur recursu saluberrimo ad Regiam curiam est privandus vi oppressus? Imò etiam aliud non timeretur attentatum, sola denegata delatio appellationi ab actu negativo fortior est causa, ut ad Regem hæ causæ per 40
viam violentiæ trahantur, quoniam si ob solam denegatam appellationi licitæ delationem in sententia affirmativa datur recursus, quia ex ea justè timetur sententiæ exequutio, cur fortiùs non erit concedendus in sententia, quæ secum trahit exequutionem? Quia plus gravat, plus si quidem influit causa in seipsa, quàm in 41
causato, *tlem.* 1. *de reliquiis*, *& venerat*, *sancto.* aut multò magis *C. de sacrosan. Eccles.* propter unum enim quodque tale, & illud magis. Sed quia de hoc articulo latissimè egi *infrà*, 3. *p. c.* 13. *vers. hinc incidit excludendus*, *damnandúsque error*, *à n.* 74. *usque ad finem capitis*, *& superiùs* per plures numeros, quo loci tam explicitè, quàm remissivè congessimus innumeros casus negativos, à quibus licita est appellatio quoad utrumque effectum, suspensivum, & devolutivum, tam ab interloquutoriis, quàm à diffinitivis; & inde inferentes, validissimísque fundamentis comprobantes, nullo modo denegandum recursum Regium licitè appellationibus, prout ibi latè videre poteris, ac propterea hîc omitto.

Hinc audiendus non est Hieron. Cevall. (quem pro contraria parte citavimus in quarto argumento) *q.* 897. 42
n. 902. *cum seqq.* qui cõtrarium videtur sentire, si vulgò credamus, prout à pluribus advocatis, & Senatoribus in hoc Senatu communiter citatur, & intelligitur; ut scilicet in actis negativis sit denegatus recursus per viam violentiæ, omniúmque communi calculo reprobatur. Sed certè si attentiùs legatur Cevall. *in d. loco*, non probat id, ad quod (ut dixi) solet allegari, quapropter illi debitus reddendus est honor, ille enim loquitur in casu verissimo, adeò ut (prout jacet) indubitabilis sit, & sine umbra difficultatis, nempe, quando vigore instrumenti guarentigiati actor petit exequutionem, & judex 43
illam denegat, ab hac denegatione actor appellationẽ interponit, judex illi detulit, nec non exequutionem sententiæ negavit, quia non erat quid exequendum, cùm sit actus negativus; inquit igitur hoc casu tunc, si ad suprema prætoria recurratur per viam violentiæ, nullam adesse decerni; quia tunc, ut inquit Sese de *inh. c.* 8. §. 1. *n.* 5. deficit fundamentum, deficit appellationis denegata delatio, & etiam exequutio, ipse insuper ju- 44
dex Ecclesiasticus ad primam provisionem ordinariam potest respondere, ut detulit, & insuper defert libenter, & omnia (si quæ sunt) reponit.

Sed adhuc ille casus sic absolutè intellectus ab ipso 45
Cevall. non magno caret scrupulo ex supradictis, tum quia licèt judex ipse deferat appellationi, & actus sit

exequutio

exequutionis negativus ; tamen cùm à denegato juris beneficio , & privilegio,putà,exequutione debita guarentigio fit licita appellatio , prout latè diximus *in d. c.53.p.3.* & *eadem 3.p.c.4.à prin.*quibus locis plura reddidimus exemplaria, tunc ſuſpenſa remanet judicis juriſdictio,& poteſt de facto ad alios actus ultra exequutionem procedere,& devenire,ideo recurſus pro repoſitione attentatorum neceſſarius eſt , maximè cum ex *inferiùs* dicendis apparebit, etiam ubi adeſt delatio appellationis , dari poteſt ad Regem recurſus per viam violentiæ;tum etiam quia iſte actor,cui ex guarentigio denegata eſt exequutio, ſtatim quòd in judicio inſtrumentum præſentatum eſt , poterit licitè ab hujuſmodi denegatione appellare (ut dixi)& maximi eſt effectus, quia cùm ſit actus interloquutorius,poterit judex reaſſumere juriſdictionem , appellatione mediante , & in
46 cauſa procedere,juxtà doctrinam Fel.*in conſultat.de off. deleg.*per text. *ibi*,& quæ nos *ſuprà, præced.*diximus,& ſæpe in ſuis locis , ac ideo recurri poteſt ad Senatum delatione denegata,& ſi inveniatur perperam denegaſſe exequutionē inſtrumento debitam,ſolet dari decretum tertii generis,putà,*que reponendo lo hecho, y oyendo de nuevo no haze fuerça, &c.* Sed quid erit dicendum ; quando ipſe judex cauſa petitæ exequutionis cognita , & auditis partis revocando exequutionem , negavit , ſententiam addictionis , quam dicimus, *de remate* ? an idem ſit dicendum,colliges ex iis quæ diximus *d. c. p. ac.* ubi latè,quando judex poſſit interloquutoriam habentem vim diffinitivæ revocare,& ob interjectam appellationem juriſdictionem reaſſumere , & ſimilia.

47 Ex noſtra doctrina , quæ circa acta negativa ſcripta eſt , illud notabile infero , quòd ſi judex Eccleſiaſticus cognoſcendo,an inſtrumentum ſit uſurarium , & inhibuerit judici ſæculari,ne interim ad ejus exequutionem procedat,poſtmodum ſi ipſe judex Eccleſiaſticus negativè pronuntiet,non adeſſe uſuram,nec contractum eſſe uſurarium,mandatque judici ſæculari;ut ad ulteriorem exequutionem queat procedere , ſi pars, quæ egit de uſura,appellat à ſententia hujuſmodi,petitque revocari revocationem inhibitionis incluſæ in ſententia diffinitiva,& mandari judici ſæculari,quòd ſuperſedeat;debet ipſe judex Eccleſiaſticus hoc facere , cùm ipſe nullatenus debeat revocare illam inhibitionem , pendente appellatione ab ejus ſententia , vel termino pendente ad appellandum , ab ea iſta eſt pulchra doctrina Philip.Fran.*in c. cùm teneamur 17.n.24 de appell.* explicat , & ſequitur Scacia *de appel.q.3.n.24.* ecce legitimam appellationem ab actu negativo , & attentatum ea pendente repoſitione dignum,licèt ipſa ſententia negativa principalis nihil habeat exequutionis , facto judicis;& ideo pro delatione , & repoſitione poterit licitè(ut diximus)recurrere ad Regia prætoria ſuprema per viam violentiæ tollendæ.

48 Ex qua doctrina pulchrè infert Scacia *ubi proximè , num.25.* malam eſſe formulam ſententiarum,qua aliqui utuntur judices in prima inſtantia, & cauſa appellabili ſui natura,condemnando reum; addunt in fine ſententiæ , quòd etiam relaxant , & decernunt quodcunque mandatum neceſſarium,& opportunum, quia hoc eſt , attentare,& decernere exequutionem pendente termino ad appellandum,quod facere non poſſunt , ut dicit Phil Franc.*ubi ſuprà* , & ideo illud uti attentatum eſſe reponendum, & revocandum,dicit Rota , quam referens ſequitur Lancelot. Rober. *de attenta.2.p.c.11. de attent.pendente termi.ad appel.ſub n.42.verſ.oſtat a regula* Scacia *ubi proxi.* quo loco inſuper advertit,quod judex ipſe debet appellāte inſtante,illud decretum incluſum revocare , dummodo appellaverit infra legitima tempora , ex iis , quæ ipſe ibi *effect.4.num.57. verſic. ſtringe.*

Cum quibus ſimul remanet reſponſum quarto argumento , *ſuperiùs* pro contraria parte principalis quæſtionis appoſito , ut ſcilicet , falſum ſit affirmate , in actis negativis non dari recurſum, ubi aliàs ab eis licita legitima,& permiſſa eſt appellatio ſuſpendens juriſdictionem judicis , illam ferentis : aliis autem argumentis ſcilicet,primo,2.& 3. *ſuperiùs* etiam directò ſatisfecimus.

Reſtat tamen reſpondere quinto , & ultimo argu- 49
mento , cui facilis patet reſponſio, quoniam prædicta verba,quibus concipitur decretum Regium: *Que otorgue y reponga lo hecho deſpucz de la appellacion, &c.* ex quo reſpiciant,& comprehendant attentata,ſi quæ ſint,non poſſunt dici eſſe ſine effectu aliquid operandi,quæ tunc dicerentur talia , quando aliquid reperiatur attentatum,& denegaretur ejus repoſitio , exiſtentibus dictis verbis;nam cùm attentatorum repoſitio ſit conſequutivum , & dependens neceſſarium à delatione appellationis legitimæ,& ejus præciſus effectus *cap.non ſolùm, de appell. in 6.* & ſæpè diximus ; ideo illis verbis datur fœcunda providentia , ut ſi quid fortè judex attentaverit , reponat ; de quo enim ſerviret decernere , vim adeſſe , ſi vis non tollatur ex integro , & ſic illa verba ſtant conditionaliter , ſi adſit attentatum, ut videmus etiam in eodem decreto,quo ſolet poni clauſula(ut leventur cenſuræ , & excommunicati abſolvantur) quia intelligitur , ſi fortè excommunicati ſint , ut bene per 50
Cæned.*in c.Canon 45.ſub num.39.*& ut plurimum nulla adeſt excommunicatio. Et quidem in jure talium ſententiarum conceptio non eſt nova, ſiquidem videmus,in rei facta condemnatione cum fructibus, & tamen poteſt eſſe,ut fructus nulli debeantur, nec fuerint percepti,& in remed.*l.fin. Cod. de edict. divi Adri.* quæ abſolutè judex mandat hæredem mitti in poſſeſſionem omnium bonorum , quæ remanſerint tempore mortis teſtatoris,& tamen intelligitur conditionaliter quæ remanſerint, operatur enim & verificatur,ſi fructus ſunt percepti,& bona aliqua remanſerint.

Deinde quia declarante Senatu, vim factam , & ap- 51
pellationi deferendum , tacitè ſubintelligitur attentatorum repoſitio(ſi quæ ſint)prout ex Villadiego Joan. Gutier.& Cevall.diximus *ſuprà in 6.fundam.hujus reſolutionis.num.27.* & ideo illa verba decreti, *otorgue y reponga*,veniunt in ejus declarationem,& verba non poſſunt dici ſuperflua , ſi apponantur ad majorem ſpecificationem , & ſatis operari dicuntur,ſi tollunt dubitationem , & magis declarant , Alexand. *conſil.33. viſo* 52
thenate,num.5. lib.1. Cravet. *conſil.35 num.3.* Roland. *conſil.56.n.29.lib.3* Ruin. *conſ.136 num.10.lib.3.* Tiraquell.*de retract.§.1.gloſſ.2.num.28* Craver.*conſil.70.num. 29.verſiculo ſi dicatur.* Cardi. Tuſc. *pract. concluſ.litera V. concluſ.87.n.73.*

Ex prædictis igitur conſtans illa elicitur concluſio, ut ſola denegata legitimæ appellationis delatio, etiam antea quàm judex devenerit ad attentatum & exequutionem,nempe , ex ſolo timore attentandi ſufficiat ad invocandum Regiam protectionem,necnon ut decernatur,vim fieri , cùm ad licitam defenſionem interponendam animi deliberatio judicis(quæ colligitur apertè ex denegata delatione) duntaxat ſufficiat, quæ concluſio ex mente eſt omnium Doctorum citator.*ſuprà.* 53
*can.1 num.16.*qui quidem,ut plurimum,& frequentiùs loquuntur,vim judicem facere non deferendo appellationi legitimæ , ideò ut nullus ad recurſum invocandum requiri,ſimet attentatum,& exequutionem præcedere (tempo uno Cevall. *loco citato ſuprà , ad prin. arg.* 4. & pro hac concluſione magis clarè loquitur pulchrè Seſe *reſt. de jobis. can.8. § 3. n 70.* & meliùs *c p 8.§.1.n.14.*& iterum oprimè idem Seſe *tom.2.deciſion.num.114.*Pacian. *conſ.64.ſub n.4.*bene etiam ſentit Cæned.*in quæſt. Canon.45. n.39. & ſub n.48. & 49. & ſub num.22.*

Quo l autem dicendum eſt è converſo;quando adeſt attentatum geſtum præmiſſa delatione legitimæ ap- 54
pellationis

pellationis, an recurri possit ad Senatum per viam violentiæ,& facit difficultas, quia si detulit, non possunt verificari verba decreti, *que otorgue*, ex quo apparet delatum.Sed contrarium verius est,ut licèt deferat appellationi, si tamen attentet, & exequatur, potest vim fieri, declarari ex iis, quæ *à prin. hujus quæstionis* diximus, quia licèt [delationis negatio sit apta ad hujusmodi Regium recursum postulandum]; tamen non est violentia perfecta, sed est principium, & pars illius.quia est actus,per quem detegitur voluntas judicis, violentiam inferendi; at vera vis tunc fit,quando exequitur injustè; scilicet, legitima appellatione pendente,quia tunc illa est perfecta violentia,ac ideo dum adest violentia, durat recursus, quia non sufficit verbaliter deferre, nisi simul reponat, quia ubi facto opus est, verba non sufficiunt, & propterea videmus dari secundam jussionem, ut cum effectu reponat,cùm alit r non tollatur vis,ut *suprà* diximus latè *cap.*2.§.1. & sic quousque reponat recursus,locum habet.

55 Si enim aliter dici posset, sequeretur, quòd delatio quæ per Senatum fieri jubetur ad favorem oppressi,ut abdicata à se per eam jurisdictione, non deveniat ad attentata,illaque reponat:in ejus damnum retorqueretur,& contrarium effectum, operaretur;imò potiùs delatio ipsa deserviret, ut posset securè attentare absque metu, & spe Regii recursus, sicque inductum ad omnem finem contrarium effectum operaretur, *juxta l. quod favor*, *Cod. de legib.* hac enim fraudis via aperta, assiduè ea possent uti judices Ecclesiastici,scilicet deferendo appellationi,ut sine impedimento possent securi devenire ad suæ sententiæ exequutionem,& foret verbis non rebus legem imponere, cui locus dandus non est, nec via fraudibus aperienda, cùm potiùs hoc ca-
56 su, quando post appellationem admissam,& delatam judex attentavit,longè major violentia fit,quia duplici via ejus est suspensa jurisdictio,tum juris dispositione, *ex l.* 1.*ff.nihil novari appell.pendent.*tum ex potentia delationis, per quam omnimodam à se abdicavit jurisdictionem, etiamsi aliàs ipse licitè potuisset in causa, procedere,*cap.cum appellationib. frivol.de appell. libr.*6. & quæ nos *infrà*,3. *part.cap.*17.*& cap.*18.*per totum,& alibi passim*; ergo multò fortiùs hoc casu locus est Regio recursui, quia per attentata, & ulteriorem processum,quantum in se est, certat de revocanda delatione per contrarium actum, *juxta l. quod jussit*, *ff. de re jud. cap.cùm Cessante,de appellat.* prout dicimus de judice, qui post conclusionem in causa recepit testes, vel post actum contrarium exceptioni,ut videatur contra illam pronuntiare tacitè,& similibus.

57 Sequerentur inde insuper duo absurda,primum,quod postquam vigore Regiæ provisionis detulit appellationi,non teneretur reponere,tum quia vis sola diceretur consistere in delatione negata, tum etiam quia postquam detulit, non habet jurisdictionem ad reponendum,de quo nos latiùs egimus *suprà,cap.*3 *à princ.*

58 Deinde quia si per solam denegatam delationem datur recursus ad Regem, ex eo, quia per illam timetur ne deveniat judex ad violentiam,& sic ad exequutionem,& attentata,quod est finis Regiæ protectionis, & sic propter illa & ejus causa, multò magis debet concedi ipsi attentato, & exequutioni, quia causa magis
59 influit, & operatur in se ipsa, quàm in causato, *l.& si non sint clavi* 21. §. *perveniamus*, *ff. de auro.& argento legat.l.navis onusta,in* 1.*respons ff. ad l. Rhodi. de pact. l. tempus* 29.*ff. de re judi.* omne enim jus potentiùs operatur in causa, quàm in causato, Castrens. *consil.* 129. *volum.*1. ubi allegat *l.digna vox,& Cod. de leg.* Felin.*in cap.auditis, num.*20.*de præscript.*decis. Gen.128.*num.*2. Doctissimus (omni laude, & honorabili præmio dignissimus Regius Senator in Galleco Senatu) Perez de Lar.*insigni suo tractatu de anniver. & capell.l.*1. *cap.*24.
60 *à num.* 2. *cum seqq.* & ulteriùs quòd hic Regius recursus in propulsanda violentia duo copulativè jubet judici opprimenti fienda, ut scilicet, deferat, & reponat, & sic non sufficit unam tantùm partem adimplere, sed requirit concursum copulatorum, *l. si hæredi plures*, *ff. de condit. institut.* Thesaur. *decis.* 189. *num.* 1. Moron *in tractat. de pace*, *quæst.* 447. *num.*1. *&* 2. *fol.* 330. Felin. *in cap.*2. *num.* 32. *in versiculo copula*, *de rescript.* Mandos. *in gloss. facult.* §. *ac etiam in verb.pro tempore,fol* 247.*col.*1. Plot. *de in litem juran.*§. 6 *num.*33.*fol.*84.quare concludendum est,quòd quantumvis judex detulerit, si tamen vel ante delationem 61
attentaverit, vel post delationem, & nolit reponere, licitè & absque dubio poterit recurri ad Regia prætoria suprema,pro tollenda violentia;hoc modo conqueratur,ut cùm legitimè appellasset,nolit judex deferre, & ad ulteriora attentando violenter procedit, datur ordinaria,quia dicitur,*que otorgue y reponga*, si ipse respondeat,se detulisse,& nolit reponere,debet acta omnino remittere, vel erit conquesto in Senatu iterum danda secunda jussio,ut reponat cum effectu, sicut in ordinaria continetur,& ita communiter utitur, & practicatur apud omnia Regia prætoria,& alia etiam via peterit ad Senatum recurri, scilicet; comparendo co-
ram judice Ecclesiastico, & ratificata priori appella- 62
tione; noviter etiam toto à processu, & attentato appellare & adducto processu ad Senatum per viam violentiæ, totum reponi mandatur, quia cùm sint facta tempore, quo ipse appellans potuit appellare à primo actu judicis, totum ut nullum venit in repositione, prout *alibi* dixi.

Et dum hæc typis dabantur,perlegi Cevall. *in com-* 63
*mun.contra communem.*4 *q.*897. *num.*902.*fol.*166. qui in hæc inquit: Quam violentiam cùm ipsa consistat in exequendo appellatione remota,non verò in exequendo appellatione admissa. (à qua assertione cavendum est,quia intolerabilia duo in se vitia includit, vulgatissimo stylo, & praxi, necnon juris dispositioni repugnantia: alterum dum dicit,quod violentia consistit in exequendo,appellatione remota,quasi dicat,quòd sola appellationis denegata delatio, non existente, nec sequuta exequutione non poterit habere locum hæc cognitio per viam violentiæ,quod quàm ingens sit absurdum,evidenter probavimus *à principio hujus capitis.*

Imò & ipse ex ipso convincitur,dum *in eodem q.* 897. 64
*n.*464.sequutus Gondizal. de Paz, *in prax.*1.*p.*1.*tom.*1. *temp.num.*14 quòd locum habet hic recursus,& potest quando timetur de exequutione, & violentia judicis Ecclesiastici,eo uti, antequam gravetur, & querimoniæ libello in Senatu præsentato postulare ordinariam, ut judex deferat,& reponat,ex eo,quia melius est ante tempus recurrere, quàm post causam vulneratam remedium quærere,*juxta l.*1.*Cod.quando liceat sine judicio se vind.*de quo nos alibi latiùs diximus *supra*, *cap.*2. *à nu.*75 quod quidem in fortioribus terminis procedit.

Secundum autem dum dicit;è converso, quòd vio- 65
lentia non consistit in exequutione,appellatione admissa,quasi dicat, quòd dum judex admiserit appellationem, & ei detulerit, licèt exequatur sententiam suam non erit locus recursui, quia violentia non adest quod tum à veritate,& à praxi frequenti aberraverit, hactenus docuimus,quia.quando detulerit, major violentia adest,si attentaverit;quia majorem jurisdictionis defectum habet,cùm per delationem omnimodam à se abdicavit jurisdictionem, & hæc attende.

Adverte denique,aliquando ad tribunalia exportari 66
appellationem legitimam à judice interpositam cum processu, cùm ipse judex respondit, auditur, quantum de jure locus est.& aliqui putarunt,hoc esse idem, quod dicere defero,si & in quantum,*&c.*sed decipiuntur,quia hæc clarè admittit secundùm juris dispositionem,illa autem sub verbis ambiguis potiùs rejicere intelligitur, ac propterea quoad violentiam tollendam,

de

de ea judicandum erit, ac si negaverit, & sic communiter practicantur in supremis tribunalibus,cum vigore ordinariæ, cui ipse respondere tenetur,animum suum detegit, & declarat, de quo senserit, an deferat, vel non & sic quoad hunc effectum invocandi auxilium regium, sufficit dicto modo respondisse.

Aliquando etiam appellans nimis properè, & ante tempus præcurrit ad Regiam protectionem, dum legitimè appellat à judicis sententia, tamen præsentato coram judice appellationis libello, nihil illi respondet judex, & postmodum viso in tribunali, solet declarari, *que por agora no haze fuerça, y se le remite*; sed tu adverte, quòd hoc decreti genus tunc procedet, quando judex provisioni ordinariæ simpliciter dixit, quòd intimetur tabellioni, ut mittat processum: at si respondit, appellationem non esse legitimam, & minus dignam delationis, vel quòd non potest illi deferre, tunc sine dubio de ea responsione judicandũ erit,ac si à principio delationem denegasset, ac ideo in Senatu idem attendendum est, ut directò decernatur, an violentia adsit, vel non,secundum quæ per actorum inspectionem repererint appellationem esse, vel non esse legitimam.

CAPUT VII.

Regia intimata ordinaria,& pendente recursu ad Regem, an judex Ecclesiasticus superfedere teneatur, ita ut interim ab eo gesta nulla,& attentata dicantur,& an termini interdum suspendantur, in quo quid censuerit Rota, refertur.

SUMMARIUM.

Superfedere tenetur judex interim, dum articulus incidens terminatur ab alio judice, cui cognitio competit, n.1.

Principe apponente manum in causa, judex inferior debet superfedere, aliàs attentat, n.2.

L.36.tit.5. lib.2. recop *ibi*, para que el proceda, &c. *acutè ponderatur, n.3.*

Recursu ad Regem pendente, judicem non posse ad executionem procedere sententiæ,qui teneant,n.4.11.& 44.

Quod maximè procedit, quando recursus intimatus est parti, & super eo citata, n.5. & à n 44.

Processus originalis exportatio ad Senatum, fit ad ejus instructionem, & informationem, n.6.

Relatione ad Principem pendente an interim gesta per inferiorem nulla dicantur, n.7.

Assertione Octaviani Pedem. dicentis in hoc recursu suspendi judicis jurisdictionem, nunquam fuisse ablatam, num. 8.

Cevallos opinio refertur asserentis pendente recursu ad Regem, & facta ordinariæ intimatione, attentatum esse, & nullum factum à judice Ecclesiastico n 9.& à n.51.

Recursu ad Regem pendente, & intimata ordinaria, non esse nulla, & attentata quæ gerit judex Ecclesiasticus, veriorem,& receptiorem opinionem esse clarè ostenditur, n.10. & n.44.

Recursu pendente ad judicem, non impedit executionem sententiæ nec causat attentata, n.11.

Recursus ad Regem, & supplicatio à pari procedunt, & pariter in utroque inferioris non suspenditur jurisdictio, sed licitè exequitur, n.12.

Recursus, quando provenit ex suprema jurisdictione, si non suspendit jurisdictionem inferioris: ergo multò minus quando extrajudicialiter protegit per viam defensionis naturaliter, n.13.

Querela ad Principem pendente pro tollenda injustitia, jurisdictio inferioris non suspenditur, quominus ad executionem procedat, n.14.

Querela, & actio nullitatis à pari procedunt, & neutra suspendit sententiæ executionem, n.15.

Recursus ad Principem non censetur prohibitus, ubi prohibetur appellatio, n.16.

Recursus pro tollenda violentia est quid distinctum,& omnino separatum à justitia causæ principalis, n.17.

Jurisdictionis ad suspensionem nullus actus fortior appellatione, n.18.

Appellatio,ubi extrajudicialiter opponitur, suspensivo effectu caret, n.19.

Recursus ad Regem totus est extrajudicialis, absque spe, ut aliqua via possit fieri judicialis, n.20.

Recursu pendente ad Regem si gesta à judice forent attentata, Senatus ante actorum inspectionem super articulo violentiæ, revocaret, n.21.

Recursu ad Regem pendente gesta insunt in articulo principali violentiæ, de quibus pariter judicatur, ac de gestis ante ordinariæ intimationem, n.22.

Revocatio eorum,quæ geruntur post ordinariæ intimationem; pendet à futuro eventu, & sic regulatur à justificatione appellationis, n.23. & seqq.

Gesta post appellationem ex natura ipsius dicuntur provenire, & eorum revocatio pendet à futuro eventu, n. 25 vide ibi.

Incertitudo, quæ verificari, & declarari potest ex futuro eventu sustinetur, n.26.

De attentatis gestis interim dum disceptatur, an appellatio sit admittenda, vel non, idem judicatur, ac de cæteris, n.27.

Recursu pendente ad Regem gesta si fuissent nulla, etiam quolibet decreto Regio lato, remanerent nulla, n.28.

Attentata durant etiam post appellationis desertionem, aut illius renuntiationem tacitam, vel expressam, n.29.

Decretum violentiæ non facit instantiam quominus judex superior de appellationis admissione, vel non admissione cognoscat, n.30

Decretum violentiæ arctat inferiorem, cùm ejus virtute defendendo abdicavit à se jurisdictionem, n.31.

Acta recursu pendente ad Regem,si fuissent nulla, sive Senatus,sive superior Ecclesiasticus reponere semper, quod tamen hactenus nec auditum, nec practicatum est, sed pendet à determinatione articuli violentiæ, n.32.

Ordinaria intimata provisione, an judex Ecclesiasticus possit taxare expensas, in quibus reum condemnavit, num. 33.

Ordinaria intimata, judex Ecclesiasticus licèt de rigore juris non teneatur superfedere, tamen ex urbanitate ob decorem debitum tantæ majestati, tenetur, n.34.

Recursu pendente ad Regem gesta licèt vitio attentatorum non subjaceant, nec annullentur, tamen mulctari solet judex ob ejus irreverentiam, n.35.

Pendente recursu,& actis originaliter transportatis ad Senatum, si judex actum gerat, requirentem causæ cognitionem, nullus erit non ex capite pendentis recursus, sed defectu causæ cognitionis, n.36.

Qui comprehenditur sub repositione vigore decreti violentiæ postea lati, n.37.

Recursu pendente,& actis ad Senatum transportatis, si judex procedat ad actum requirentem causæ cognitionem, quo consulatur litigans, si Senatus decreverit super articulo violentiæ illam non fecisse judicem, n.38.

L.Regia 36. tit.4. l. 2. recopil *ibi*, remitan luego &c. para que el proceda, *mirabiliter interpretatur, & ponderatur, n.49. & 43.*

Recursu pendente ad Regem actis traductis differtur jurisdictionis exercitium, non jure operante, sed accidentia facti, n.40.

Recursus ad Regem non est articulus præjudicialis causæ principali, sed favorabilis ad ejus faciliorem expeditionem, n.41.

Advocatione Principis jurisdictio tollitur, n.42.

L 36.tit 5. lib.2. *ibi*, para que el proceda, *ulteriùs interpretatur, n.43*

Recursu

Recurſus pendente ad Regem non ſuſpendi juriſdictionem veriorem eſſe opinionem, n.44.

Recurſus ad Regem ſuper injuſtitia ſui primæva natura attentata, non facit, litem, n.45.

Attentata regulariter non dantur ſine lite, n.46.

Recurſus ob injuſtitiam natura alteratur per citationem, quia efficitur lis, n.47.

Recurſus violentiæ quomodolibet varietur, etiam per intimationem ordinariæ (quæ non eſt citatio) nullatenus poteſt eſſe judicialis n.48.

Proceſſus remiſſio ad Senatum nullatenus adaptatur naturæ relationis factæ per inferiorem principi, n.49.

Relatione pendente ad Regem, non ſuſpendi referentis juriſdictionem, patrio jure inductum eſt; niſi Princeps expreſsè, n.50.

Cevallus aſſerens intimata ordinariæ, & pendente recurſu ad Regem, eſſe multa geſta per Eccleſiaſticum, reprehenditur, n.51. & ſeqq.

Recurſus ad Regem ob injuſtitiam fundatur in circumventione adverſarii, recurſus verò violentiæ in vi oppreſſione judicis, n.52.

Recurſus ad Regem ob injuſtitiam revidetur ex novis productionibus, & noviter deductis actis: at recurſus violentiæ ex eorundem inſpectione dumtaxat nullis admiſſis, n.43.

Recurſus ob injuſtitiam, licèt citatione ſecuta, efficitur judicialis recurſus autem violentiæ nihil unquam judicialitatis recipit, nec poteſt, n.54.

Recurſus ob injuſtitiam provenit ex potentia ſuprema juriſdictionis, recurſus violentiæ ex poteſtate politica, & œconomica abſque veſtigio juriſdictionis, n.55.

Recurſus ob injuſtitiam proponendus eſt intra terminum ad appellandum (juxta unam opinionem (recurſus violentiæ uno termino circumſcriptus reperitur, n.56.

Cevallos ſibi contrarius, & varius & notatur, n.57.

Terminus parti à jure, vel judice aſſignatus ad aliquid gerendum non currit pendente recurſu ad Regem, n.58.

Terminus partis, vel judici non currit dum diſceptatur ſuper aliquo articulo, n.59.

Terminus non currit appellanti, dum diſceptatur, an appellatio ſit nulla, n.59.

Terminus novem dierum, ad retrahendum rem patrimonialem, non currit durante diſceptatione ſuper venditione, num.61.

Terminus decem dierum ad appellandum non currit dum diſceptatur de nullitate appellationis propoſita, n.62.

Maximè ſi nullitas provenit ex attentatis, n.63.

Dilationes duæ provenientes ex eodem fonte diverſis cauſis ad invicem, non confundatur, ſed ſucceſſive utraque operatur, n.64.

Impedito agere non currit terminus, n.65.

Terminus conficiendi inventarium non currit impedito, num.66.

Impedimentum excuſat à pœna, contumacia, deſertione, ſolutione canonis, & ab obligatione accedendi ad Conſilium, n.67.

Propter impedimentum receditur à forma, n.68.

Impedito de facto judicis non currit tempus, n.69.

Impedimentum proveniens ex facto Principis excuſat, num.70.

Violentia excuſat à temporis curſu vim paſſo, n.71.

Terminum non currere pendente recurſu ad Regium conſilium, expreſsè terminavit Rota Romana, n.72.

Impedimentum ob recurſum ad Regem evidens eſt, & patens ex actis, quantum tempus duraverit, n.73.

Cevallos opinio reprobatur aſſerentis ut terminus ſuſpenſus per Regium recurſum, iterum ſit parti intimandus, ut de novo curat, n.74.

Terminus remanet ſuſpenſus in hoc ſtatu, quo ſupervenit impedimentum, & tantum temporis ſuppletur, quantum abſtulit impedimentum, n.75.

Terminus informationis in via executiva ſuſpenditur ex impedimento partis, quo ſublato alius ſuppletur, quantum abſtulit impedimentum, n.76.

QUAM ingentem, & inextricabilem difficultatem includat hæc quæſtio, ex utriuſque partis fundamentis apparebit, Et pro affirmativa, ut poſtquam judici Eccleſiaſtico ſit intimata proviſio, & in Senatu regio pendeat recurſus, ut debeat in cauſa ſuperſedere, ita nulla, & attentata omnia ab eo geſta, dicantur; probatur primò, quando pro articulo decernendo, & determinando incidente in diſcurſu alicujus cauſæ, ſit recurrendum ad alium diverſum judicem, in tantum debet, in principali ſuperſederi, ut interim omnia geſta ut nulla, & attentata revocentur, text. eſt *in cap. laicos, cum concordantibus*, & quæ ibi communiter Doctores, *qui filii ſint legitimi*, ergo pariter, & eodem modo dum recurritur ad Regem per viam recurſus, cujus eſt violentiæ cognitio, & proprium officium; judex non debet procedere abſque reatu attentati. 1

Secundò probatur, quia quando Princeps apponit manus ſuas in aliqua cauſa, judex, qui de ea cognoſcebat, adeò debet ſuperſedere; ut geſta nulla ſint, & attentata, text. eſt. *in caut noſtram, de appellat.* text. *in e. paſtoralis, de off. deleg.* latiſſimè comprobat, & proſequitur (ut in uno plures referam) Lancelot. Robert. *de attent. 2. part. cap 10 à prin.* ſed Princeps, ſupremus, ubi adeſt violentia judicis, interponit ſuum brachium, & Regiam manum pro illa tollenda, & propulſanda; ergo interim geſta nulla dicenda ſunt. 2

Tertiò, & pro hac parte expendo *l.36. titul. 5. lib.2. rec. l. in fin.* qua vide videtur probari, ut judex Eccleſiaſticus interdum debeat ſuperſedere ibi: *Y ſi por el dicho proceſſo pareſciere la dicha appellacion no ſer juſta, y legitimamente interpueſta, remitan luego el tal proceſſo al juez Eccleſiaſtico*, &c. *para que el proceda, y haga juſticia*, quæ verba indicant manifeſtè, ut interim ligatas habebat manus, & illi erat impedimentum appoſitum per recurſus pendentiam, ne poſſet in cauſa procedere, donec ſibi remittatur 3

Quartò fortiter urget, nam recurſu ad Regem pendente, judicis juriſdictio ſuſpenſa remanet, quidem in cauſa & ſententiæ exequutione quieſcere, & ſuperſedere debet, ac ſi fuiſſet appellatio, docet Bald. *in cap. ſancimus, ſub num. 3. quo tempore miles inveſt. petere deb. in uſibus feudorum*, cujus opinionis videtur etiam eſſe Menoch. *de arbitr. judi lib. 1. quæſt. 7. num.18.* & videtur etiam ſubſcripſiſſe Cephal. *in conſil.180. incipit anno.num.19. lib 2.* Afflict. *deciſ.231.* & *deciſ.348. n.8. & 9.* Caravita *ſuper Ritu magnæ Curiæ 252. n.4* quod maximè procedit, quando ipſe recurſus ad Regem fuit parti intimatus, vel pars ſuper eo citata; ita tradit Franc Marc. *in quæſtio. Delphinal.83. n.2.* ergo cùm recurſus ad Regem ſui natura ſuſpendat juriſdictionem judicis, præcipuè facta illi intimatione proviſionis ordinariæ, è curia emanata, debet præcisè in cauſa ſuperſedere. 4 5

Quintò, ulteriùs probatur, nam illa actorum originalium remiſſio, & exportatio ad Curiam Regiam, facta per judicem Eccleſiaſticum, poſtquam ſibi eſt intimata ordinaria, qua continetur, ut videat, ſi appellatio eſt legitima, & illi deferat: quid aliud eſt, niſi quædam relatio, & informatio facta ab ipſo judice, ut Curia inſtruatur de natura, & qualitate appellationis, & videat ex eiſdem, ſe juſtè recuſaſſe delationem; ſed ſic eſt, quod relatione ad Principem pendente, omnia geſta dicuntur nulla, & attentata, ut latè per Lancel. *de attent. 2. part. c. 8. relatione pendente, folio 163.* ergo in noſtro caſu data paritate rationis, debeat interim ab Eccleſiaſtico judice facta attentata judicari. 6 7

Sextò, & pro hac parte facit in terminis doctrina Octavia. *in deciſ. Pedem. 30. num.18. ad fin.* dicentis in 8

hoc

hoc recurſu judicis Eccleſiaſtici eſſe dilatam juriſdictionem, licèt non ablatam, quia quod differtur non aufertur, *ex l. quoties, Cod. de precibus Imperatori offerend.*

9 Et hanc partem audacter tenet Cevall. nulla ferè adducta ratione, fundamento, nec authoritate (quem multò poſt hæc ſcripta vidi) in cognitione per viam violent. 2. *part. quæſt.* 14. *à n.* 41. *præcipuè num. fin fol.* 168. cujus hæc ſunt verba: Ex qua reſolutione colligitur in practica, circa cognitionem per viam violent. *que deſpues de notificada al juez Eccleſiaſtic. ò ſeglar la proviſion Real de fuerça, no pueden innovar en la cauſa ni hazer autos en ella, y todo lo que ſe innovare*, pendente recurſu & facta notificatione, *ſera nullo*; idem etiam, & iterum repetere inveni *in gloſſ. 9. fol.* 91. ibi: Adverte tamen, quòd pendente recurſu ad Regia tribunalia, non eſt innovandum per judicem ordinarium Eccleſiaſticum, ut tradit Franciſ. Mar. *deciſ.* 83. *n.* 1. quem non citavimus *ſuprà in* 4. *fundam.* Ex quibus quidem urgentibus fundamentis ſatis comprobata videtur hæc pars affirmativa, ita ut ab ea non videatur recedendum. Vide *infrà, à num.* 51. *cum ſeqq.*

Sed iis, & aliis non obſtantibus, contrariam ſen-
10 tentiam, & opinionem veriorem eſſe, & de jure probabiliorem, nec non communi uſu, & praxi, uniformique Senatorum, & advocatorum calculo receptam, & ut ſecuriorem certioremque amplexam eſſe, ut ſcilicet, intimata ordinaria, & pendente recurſu ad Regem non ſint nulla, & attentata, quæ gerit judex Eccleſiaſticus, quæ quidem juridicis, veris, & fortiſſimis fundamentis fulcitur. Primò, quia pendente recurſu ad Regem, juriſdictio inferioris nec ſuſpenſa remanet, nec in exequutione ſententiæ tenetur ſuperſedere, ac inſuper geſta interim attentata non dicuntur: quia hæc eſt una ex differentiis inter appellationem, & recurſum, ſeu etiam ſupplicationem, ut notant omnes Doctores
11 communiter in authentica, *quæ ſupplicatio*, & meliùs *in l. ſi quis adverſus, Cod. de precib. Imperat. offerend.* præſertim Jaſ. *ſub num.* 2. *verſiculo qui to. nota.* Capic. *deciſ.* 28. *in cauſ. n.* 11. pulchrè Guid. Papæ. *deciſio* 50. *quia hæc Curia, in tr.* Afflict. *deciſ.* 213. *dicit Regia, & deciſ.* 358 *ſub n.* 2. & idem videtur ſentire *in deciſ.* 269. *judices, ſub n.* 3. *& deciſ.* 341. *lata.* & iterum *cap* 53. *in cauſ. ſub n.* 2. quam concluſionem ſequitur etiam expreſsè Marant. *in Specul.* 3. *p.* 6. *p. princ. quæſt.* 1. *num.* 26. Menoch. *ubi ſuprà n.* 19. *& n.* 23. poſt Curtium *in l. admonendi, ff. de jur. jur.* Jaſ. *in d. l. ſi quis adverſus*, Corrad. *in prælud. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poſſ.* & Joan. de Neviz. *in conſil* 70. *n.* 1. quibus adde Franciſ. Mar. *d. deciſ.* 63. *n.* 2. ubi teſtatur de ſtylo, & Minſinger. *ſingul. obſer. cent.* 1. *deciſio* 48. *incipit poſtulata, in fin.* plenè per Joan. Baptiſt. & Aſyn. *in prax. jud.* § 31. *c.* 2. *in* 9. *ampliat. verſiculo nono ampliatur*, ubi plurimos allegat alios Jacobi. Henrich. *conſil.* 38. *quoniam, n.* 3. *&* 4. *l.* 3. & hanc opinionem uti veriorem dicit amplectendam, quam optimè comprobat Lancelot. Robert. *de attent. cap.* 19. *à n.* 16. *cum multis ſeqq.* ubi contrariis elegan-
ter reſpondet, eam etiam amplectitur Scacia *tractat. de*
12 *appellat. quæſt.* 19 *rem.* 3. *n.* 30. *&* 33 ubi dicit quod à pari procedunt, recurſus ad Regem, & ſupplicatio, de qua *in d. authentica quæ ſupplicatio*, & quemadmodum in iſta non ſuſpenditur judicis inferioris juriſdictio, nec impeditur ſententiæ exequutio, prout latè ipſe ibi *n.* 27. *& ſeqq.* ita pariter nec recurſu debet ſuſpendere, nec cauſare attentata. Si igitur ubi Princeps procedit
13 cum ſuprema juriſdictione, recurſus ad illum non ſuſpendit juriſdictionem ſui inferioris, multò fortiùs dicendum eſt, ubi Princeps procedit extrajudicialiter, ad nudam defenſionem, & propulſandam vim abſque umbra, & veſtigio juriſdictionis.

14 Secundò, & pro hac parte facit, nam querela oblata Principi pro tollenda injuſtitia judicis inferioris non ſuſpendit interim, dum Princeps de ea cognoſcit, juriſdictionem ejuſdem judicis, nec impedit ad ulteriora proceſſum, atque exequutionem ſententiæ, tenet Achil. Perſonal. *in tractatu de adipiſcen. poſſ. num.* 349. *verſic. vel & licet, & iterum ſub n.* 350. *verſic. & ſupplicatio, & n.* 351. *tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 370. *diverſ.* ſequitur Sigiſ- 15
mun. Scacia *tract. de appell. d. rem.* 3. *n* 30. qui quidem *num.* 31. dicit idem dicendum eſſe de querela, quod de actione nullitatis, quæ non ſuſpendit ſententiæ exequutionem, juxta quæ ipſe ibi *in rem.* 1. *de null. & prob.* Felin. *in c. in literis* 9. *ſub n.* 5. *declarat.* 4. *verſiculo & nota de off. & poteſtate judicis deleg.* ubi dicit quòd paria ſunt dicere de nullitate, & adire per viam querelæ.

Quod & pulchra ratione comprobo, nam recurſus, 16
& querela ad regem locum habet, ubi ſententia translata ſit in rem judicatam, & ubi appellationi locus non eſt, quia ubi prohibetur appellatio, non tamen per hoc eſt prohibitus recurſus ad Principem, & querela, ita per gloſſ. *in cap. ſtatutum, §. acceſſorem, de reſcript. in* 6. tenet Curt. Senior, *in l. admonendi, num.* 179. *ff. de jur. jur.* Angel. *de malef. verb. præſente d. Caio*, &c. *num.* 32. Boërius *deciſione* 384. *à n.* 20. *cum ſequentibus*, Menoch. (qui dicit magis communem) *de arbitrar. quæſt.* 70. *à n.* 18 *& ſeqq. lib.* 1. Anchara. Regien *quæſt. familiar.* 5. *n.* 8. *verſ. ulteriùs quoque dixi*, Boſſ. *in prax. crimin. tit. de mult. n.* 4. & poſt plures antiquiores de hac regula generali teſtatur Rolan à Valle *conſ.* 94. *à n.* 1. *cum ſeqq. libr.* 1. Contard. *in l.* 1. *q.* 8. *per totam. C. ſi de momen. poſſ.* Lancelot. Robert. *de attentat. appell. cend. c.* 19. *n.* 21. *&* 25. Cæned. *in pract. q. Cano.* 45. *n.* 59. *p.* 392. Mart. *tract. de juriſd.* 4. *part. cent.* 1. *caſ.* 56. *n.* 7. *folio* 119. pulchrè Proſper. Farin. *in proœ. crim. quæſt.* 17. *num.* 32. *&* 33. *tom.* 1. Minadou. *deciſione Neapol* 22. *& deci* 42. Igitur ſi in querela ad Principem, qua tractatur de viſceribus juſtitiæ, & cauſæ principalis, ad ejus revocationē non ſuſpenditur juriſdictio judicis inferioris, quominus in cauſa licitè procedere queat, ergo à fortiori idem dicendum eſt in querela, & recurſu, de quo agi- 17
mus, ubi quid diſtinctum, & penitùs ſeparatum à cauſa principali, agitur, & quidem extrajudicialiter, & abſque veſtigio, ſub umbra juriſdictionis, quam Princeps nec exercet, nec poteſt, nec indiget in hoc caſu, ut ſæpe dixi *ſuprà. c.* 1. *&* 2.

Tertiò, & indiſſolubili fundamento probatur, quia 18
ad effectum ſuſpendendi, & cauſandi attentata, & nullitatem; nullus actus in jure fortior, efficacior, & potentior eſt appellatione, & inhibitione, *cap. non ſolùm, de appellat. l.* 1. *& toto tit. ff. nihil novari appell.* prout vulgare eſt, & probant Doctores citati *ſuprà, ad princ.* 4. *arg. contrariæ partis*, qui plurimos adducunt. Sed appel- 19
latio quando extrajudicialiter proponitur, hoc caret effectu ſuſpenſivo, ita ut judex licitè procedit in cauſa *c.* 1. *de appell. c. conſtitutus, el.* 2. *eod. tit.* & nos latiſſimè diximus *infrà* 2. *p. c.* 13. *per tot.* Lancelot. *de attenta.* 2. *p. c.* 12. *lim.* 3. *princ. à princ.* at hic recurſus ad Regem per 20
viam violentiæ totus eſt actus extrajudicialis, & abſque ſpe, ut aliqua via, & occaſione fieri queat judicialis, prout latè diximus *ſuprà, cap.* 1. *per totum, præcipuè prælud.* 5. *& c.* 2. *à princ.* igitur nullo modo poteſt cauſare attentata, & nullitatem ejus pendentia.

Quartò, & pro hac parte fortiter pugnat evidenter 21
quoniam ſi pendente hoc recurſu Regio, geſta à judice Eccleſiaſtico attentata, & nulla forent; ſtatim antequā deveniretur ad inſpectionem actorum ſuper articulo principali violentiæ, & ante omnia per ipſum tribunal Regium revocaretur, & ut violenter factum reponere juberet, quia hoc eſt privilegium attentati, ut in primis, & ante omnia ſuſpenſo principali negotio ſive juſto, ſive injuſto, de eo cognoſcatur, & in priſtinum ſtatum reponatur: text. *in l. ex illo, l. neminc, C. de appell. l.* 1. *C. de bon. poſſ. ſecundùm tabul. l.* 1. *ff. nihil novari appell. pend. cap. an ſit appellat. cap. bonæ memoriæ, de con-*

firmat. uti, l. sciendum, ff. de appellat. recip. c. non solùm, de appellat. lib. 6. Covarr. *in pract. quæst. cap. 23. per totum, & cap. 24.* plurimos citat Lancelot. *de attentat. 3. part. cap. 21. à numero 14. & 3. part. cap. 30. numero 33. &*
22 *per totum*, sed sic est, quòd hactenus nec visum, nec auditum est, ut in aliquo Hispaniæ tribunali hæc cognitio, & attentati revocatio præcederet articulum principalem violentiæ, sed semper cum eodē articulo principali, quo virtualiter inest, decernitur, de quo attentato quidem judicatur pariter, ac de aliis, quæ gessit judex Ecclesiasticus ante recursum Regiū invocatum, & ante ordinariam intimatam, ejúsque revocatio pendet à futuro eventu, & regulatur à natura, & quali-
23 tate appellationis. Etenim si appellatio legitimè proposita reperiatur in Senatu per actorum inspectionem, cùm declaratur, vim fieri, deferríque, & reponi, quæ post appellationem judex fecerit, hæc attentata tanquam gesta post eam includuntur, & eodem jure reponuntur quo alia attentata, antea gesta, non virtute recursus pendentis, quia id nec operatur, nec potest (ut hactenus satis evidenter probavimus) sed vigore appellationis legitimæ, quæ tacitè illum produxit effectū suspendendi, & faciendi illicita cuncta, quæ post eam gesta fuêre.
24 Quia cùm ultra appellationem nihil extrinsecùs accedat, quod de juris rigore suspendat jurisdictionem judicis Ecclesiastici, cùm hoc nullo modo operetur querela, seu recursus ad Regem (prout dictum est) debent hujusmodi processus interim per eum gesti justitia vel injustitia, à natura, & potentia appellationis pendere: quia ut eleganter dicit Innocent. *in c. dilecti, el. 3. de*
25 *appellatio.* quòd gesta post appellationem, dicuntur provenire ex natura ipsius appellationis, quod menti tenendum dicit Philipp. Franc. *ibi num. 1. c. 1.* notabile dicit Lancelot. *de attent. 3. p. c. 2. n. 27.* quare nihil mirum ut eorum vocatio pendeat à futuro eventu, ut in similibus terminis docuit Rot. *decis. 28. aliàs 187* licèt fictè *de appellat. in novis. & decisione 13. aliàs 94 si judex de appel. in novis, & decisione 40. alias 451. not. si judex, de appellat. in antiquis*, & post alios Philipp. Franc. *in cap. personas, sub n. 4. versiculo septimo aliquando judex, de appellat.* Lanf. *decisione 30. incipit si appellans*, Lancel. Robert. *de attenta. 3. p. d. cap. 21. à n. 29. & seqq.* ubi dicunt, quòd si judex præfixit terminum appellanti, ad prosequendum, & docendum de prosequutione, & ille justo impedimento cessante, infra terminum non docuit, quia exequutio per judicem interim facta non revocatur per viam attentati, sed beneficio justitiæ, & expectatur eventus causæ appellationis, quia si obtinuerit, infirmari sententiam, cassabitur exequutio.
26 Interim tamen dum non discernitur articulus violentiæ, hic processus per judicem gestus est in indifferenti, & în incerto quod mirum non est; quia incertitudo, quæ verificari, ac declarari potest ex futuro eventu, sustineri non est dubium: text, est. *in l. quidam relegat. ff. de rebus dubiis*, ubi gl. B. & communiter Doctores, & *in l. id quod pauperibus, C. de Episcop. & clericis*, quapropter verè affirmandum est, ut recursus Regii pendentia de per se non possit operari virtutem inducendi
27 attentatum, & nullitatem. Et quia ideo etiam modò judicatur de iis attentatis, quæ fiunt interdum, medio tempore dum disceptatur, an appellatio sit admittenda, ac de iis, quæ intra terminum ad appellandum, & post appellationem gesta fuêre, text. *in l. unic. in princ. ff. nihil novar. appel. pend.* ibi, quoad deliberetur, utrùm recipienda sit appellatio, an non. per quem text. gloss. *in l. appellatione, in verbo deliberationis, C. de tempor. app.* Bald. & post eum Jas. *in l. 2. n. 1. not. 1. C. de bonor. poss. secund. tabul.* Lancelot post alios *de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 19. n. 1.* ergo eodem tempore reponenda simul.
28 Quintò, & ultimò pro hac parte facit elegans ratio, quoniam si propter Regii recursus pendentiam alio non considerato, scilicet; abstractam à natura, & effectu appellationis; processus factus ab Ecclesiastico nullus fuisset, & attentatus; sequeretur exinde, ut etiam quolibet decreto lato per Senatum, etiam vim non fieri; adhuc ille actus remaneret nullus (prout diximus de attentatis pendente appellatione) quia etiam post illius desertionem durant, vel etiam post illius renuntiationem tacitam, vel expressam appellationis & ut 29
talia attentata reponi, peti potest: latè Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 1. à princ. & ampliat. 2. per totam*, vide etiam *ampliation. 3.* quod in nostro casu minus dubium foret, quia Senatus decretum non facit instantiam circa admissibilitatem appellationis (quia de ejus justitia non se intromittit) respectu judicis ad quem, quo- 30
minus queat jure super illius admissione, vel non admissione disceptare; sed tantùm respectu judicis à quo, qui virtute ejusdem Regii decreti detulit appellationi, & per delationem, sive justam, sive injustam, abdicavit à se jurisdictionem *cap. cum appellat. frivol. de appellat. libro 6.* ac ideo donec sibi à superiori causa re- 31
mittatur iterum, non poterit in ea procedere (ut *alibi* latiùs explicuimus) ac ideo si à principio ejus respectu fuisset nullus, semper nullus remansit, nec potuit tractu temporis convalescere, juxta juris regulam.

Et sic sive Senatus, tanquam factum in ejus contem- 32
ptum, illum potuisset nihilominus reponere, vel saltem judex Ecclesiasticus superior, ad quem pro appellatione prosequenda recurritur; potuisset utique tanquam nullum ipso jure annullare, & revocare, & de eo imprimis cognoscere ad hunc effectum: sed horum neutrum hucusque auditum, visum, nec practicatum est, nec in supremis Regiis prætoriis, nec in tribunalibus Ecclesiasticis de eo articulo dubitatur, opponitur, aut disceptatur: ergo manifestè sequitur de primo ad ultimum, ut gestum recursu pendente per judicem Ecclesiasticum, nec sit nullum de jure, nec recursus de per se solus consideratus potest jurisdictionis inducere suspensionem; sed totum relinquitur, & attribuitur articulo principali, hoc est, qualitati appellationis, ut si justa, & legitima reperiatur, & vim fieri decernatur, hoc idem tanquam post illam gestum sub repositionis decreto includatur: è converso autem non. Et ita tenendum, prout communiter tenetur, practicatur, & firmiter observatur apud omnia suprema Regis tribunalia Hispaniarum, à qua tot fulcita invincibilibus fundamentis, támque juri consona recedendum non est.

Hoc idem sentire reperio Cæned. *in collecta. ad de-* 33
cretal. collect. 17. in fin. ubi tractat, ad judici intimata ordinaria Regia provisione, possit inhilominus taxare expensas, in quibus reum condemnaverat in sententia, qui quidem dicit, pro resolutione recurrendum esse ad Capel. Tholos. *decis. 495. n. 2* Anto. Gabriel. *lib. 3. comm. opinion. titul. de reg. jur. conc. 3. n. 50.* Maran, Guid Papæ, & Lancelot. *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 11. per totam*, ubi latè tractant post plures alios, an, & quando judex possit, appellatione pendente, expensas hujusmodi taxare absque vitio attentati, ergo clarè sentit ipse Cæned. quòd ad judicandum, an gesta ordinaria intimata, sint regulanda ex negotio principali, & natura, atque qualitate appellationis, non autem attribui hanc potestatem pendenti Regio recursui; quod verum est, prout probavimus hactenus.

Unum tamen scias, quòd licèt processus à judice 34
Ecclesiastico factus, postquā sibi intimata est prædicta provisio Regia, non sit nullus, nec ut attentatus de per se, & principaliter revocetur, sed pendeat ex futuro eventu (ut dixi, quia ejus jurisdictio nullo pacto potest dici suspensa de rigore juris loquendo:) tamen de urbanitate ipse judex tenetur acquiescere, & supersedere, postquam Princeps manum super violentiæ cognitione appposuerit propter decorem, & honorem tantæ majestatis præsentiæ debitum, quod si aliter fecerit, licèt

gesta

gesta non subjaceant periculo attentatorum, nec ut talia reponantur statim, nec revocentur, tamen frequenter solet Senatus supremus judicem mulctare propter ejus irreverentiam, & audaciam, decorem proprium,
35 & respectum amissum vindicandi causa, prout ego non semel practicatum vidi in hoc Regio Galleco Senatu, quod justissima ratione sit. Etenim si inter duos rixantes quidam nobilis occurrat ensem, & pacem opponendo, si insuper aliquis eorum prolixè persistat, atque tenaciter perseveret in alterius injuria, & oppressione in dedecorem manum, & pacem apponentis, justè poterit illi nobilis irasci, & omissa principali rixa, & propriam injuriam vindicando, audacem percutere, & castigare; prout in dies contingere solet: ac ideo judex Ecclesiasticus, licet de jure ejus non sit suspensa jurisdictio; tamen ex urbanitate ipse se continere debet, séque ipse eadem debet adstringere, & ligare.

Ulteriùs etiam notandum erit, ut in uno casu posset
36 iste judicis Ecclesiastici processus pendente recursu, nullus fieri, putà, quando omnia acta integraliter, fuissent traducta jam ad Regium Senatum (ut assolet originaliter) & judex illis non visis, processerit ad aliquem actum, qui de necessitate requirit causæ cognitionem & actorum inspectionem, puta ad sententiam diffinitivam, vel quid simile, quia tunc non visis actis (cum præ manibus non habeat) sententia est nulla ipso jure, non ex capite recursus pendentis, sed ex defectu actorum, & causæ cognitionis, Jas. *in l. judices, n.* 2. *C. de judic.* Federi Senens. *in tract. de sent. à n.* 3. Alexan. *consil.* 123. *n.* 24. *l.* 4 pulchrè & latè Vant. *de null. sent. c. penult. n.* 32. & 33 exactè Anto Gabriel. *tit. de sent. concl.* 6. *n.* 5. & 6. Achil. *decis.* 2. *n.* 4. *de filiis presbyt.* Put. *dec.* 344. *l.* 1. Avil. *in cap.* 5. *prat. gl. verb. trabaje, n.* 8. & 9. qui alios
37 plures allegant, qui in fortioribus terminis loquuntur, quando judex protulit sententiam in tam brevi tempore, & tanta festinatione, ut verisimiliter possit dici, illam tulisse non visis actis, ac propterea nulla est ipso jure, ac ideo si vim fieri decernat Senatus, etiam hæc sententia reponenda est, sicut alia acta facta post appellationem, ut *suprà* diximus.

38 Attamen super hac nullitate nihil tunc se potest intromittere Senatus, quando declaravit, vim non intulisse in articulo violentiæ, qui tunc pendebat quia nulla via potest, de illius repositione tractare, sed omnino spectat judici superiori, licèt sit nulla, & pars, contra quam est lata, comparens coram eodem Ecclesiastico judice, ob nullitatem ab ea appellabit, & protestatus auxilium violentiæ, iterum traducto denuo processu vim fecisse, non deferendo indubitanter declarabitur, quoniam sententia nulla non meretur exequutionem.

Et ad terminos hujus proximæ doctrinæ reducenda
39 est l. Regia 36. *titul.* 5. *lib.* 2. *recopilat. suprà* adducta pro fundamento 3. contrariæ partis in illis verbis: *Para que el proceda, y haga justicia*, quoniam licèt de jure non sit illius suspensa jurisdictio; tamen de facto impeditum est ejus exercitium, quia deficientibus actis, & absentibus, non poterat procedere in causa, nec facere justitiam partibus, non secùs ac si tabellio, vel litigans, seu quidam alius processum detineat, & occultet, ita ut etiam compulsus nolit exhibere; quia hoc impedimentum quod de facto provenit, sufficiens est ad differendum cursum negotii, quia actis non visis ferre non potest sententiam (ut dictum est) ejus tamen propterea jurisdictio non est suspensa, & sic rectè dicit *d. l. remitan luego el proceso al juez*, &c. *para que el proceda*, &c. hoc est, ut ampliùs actorum defectus non illi impediat procedere, quæ optima est ad illam legem declaratio, ultra aliam, quam ad argumentorum responsionem reddemus.

40 Quo etiam sensu accipiendus est Ozasc. *d. decis. Pedem.* 30. *n.* 18. *ad fin.* quem citavimus *suprà*, *in* 6. *argu-* *Salgado de protect. Reg.* *ment. contrariæ partis*, qui dicit quod ex hoc recursu, & actorum traductione ad Senatum non aufertur judici jurisdictio, licet differatur; quia illius differtur exercitium, non jure operante sed accidentia facti, quia illo medio tempore, quo absunt acta, non potest ad omnes actus indistinctè procedere, qua ut plurimùm requirunt eorum inspectionem, quo satisfactum remanet sextum argumentum contrariæ partis.

Quibus sic suppositis, non obstant argumenta pro 41
contraria parte adducta. Et non primum *ex cap. Lator, qui filii sint legitimi* Cui respondetur, quod illa suspensio causæ principalis provenit ex natura articuli incidentis, qui tanquam præjudicialis operatur suspensionem causæ principalis, etiamsi idem judex de eo sit cogniturus, de quo nos exactissimè egimus *infrà*, 2. *part.* 1. *cap.* 18. *à princip.* ubi multa scitu digna congessimus in proposito; at iste articulus violentiæ non est præcisus, sed est in voluntate partis, illo uti, si voluerit, ideo non suspendit causam principalem, nec illi est præjudicialis, sed multùm favorabilis, quia tendit in faciliorem causæ expeditionem, ut sæpè diximus *ex d. c. pastoral.*

Nec obstat secundum *ex d. c. pastoral. & d. cap. ut no-* 42
strum: quia loquuntur in avocatione jurisdictionis facta per principem à suo judice inferiori, quia judicium solvitur vetante eo, qui judicare jusserat, *l. judic. solvi. ff. d. jurisdict. omni jud.* ac propterea cùm inferior ex avocatione jurisdictione careat, nihil mirum, ut ab ea gesta subjiciantur vitio attentatorum, ut latè Lancelot. *to. citato in d. arg.* 1. quod multùm aberrat à natura nostri Regii recursus.

Nec obstat tertium *d. l. Regia* 36 in illis verbis, ibi: 43
Para que el proceda, y haga justicia, quia ultra congruã declarationem, quam illi nuperrimè assignavimus *in n.* 30, & 40 ampliùs respondetur, quòd cum in hoc articulo violentiæ non aliud tractatur, nisi an judex jure processerit, pendente appellatione ab eo interjecta, vel an illi sit in posterum impediendus processus, obstante d. appellatione; ideo nihil mirum, ut illa minùs legitima reperta, red latur processus, ut procedat, quia nullum est inventum impedimentum, non tamen ex hoc sequitur, quòd interim suspensa ejus fuerit jurisdictio, ut *superius* diximus.

Nec obstat quartum, de recursu ad regem pendente, ut suspendat secundum Doctores in eo allegatos; 44
quoniam contraria opinio, ut scilicet; non suspendat, longè verior est, & receptior, prout diximus, & probavimus *suprà*, *in* 1. *fundam. hujus* 2. *p.* & *resolutionis, n.* 10.

Nec obstat quod ibi diximus ex Fran. Mar. *d. dec.* 83. *num.* 1 & 2. ut facta citatione suspendatur judicis jurisdictio; quia verum est. suppositò priùs, quod recursus sui primæva natura attenta, non facit litem, ut testatur ipse Franc. Mar. *in a. Delphi. dec.* 624. *quæritur* 45
super literis, num. 7. post Bald. *in auth. quæ si postulatio, Cod. de precib. Imper. offer.* & alios per eum citatis; idem etiam tenet Lanc. Rober. *de attent. 2. p. c.* 19. *n.* 19. & 20. ac ideo non considerantur attentata, quæ regulariter 46
sine lite non dantur. Lancel. *ibi.* Cassiad. *decis.* 6. *voluerunt Domini, n.* 2. *super regul. Cancell.* & necessariò præsupponit litem stare Paleot. *decis.* 222. *Marti, ad med.* at cùm per citationẽ illius alteretur natura, quia per eam proculdubio regulariter inducatur litis pendentia, ex his, quæ Lancel. *de attent. 2. p. c.* 4. *de attent. lite penden. in præfatio. n.* 28. & nos latiùs diximus *infrà*, 2. *p. cap.* 13. in discursu, ideo ex hac ratione dicit ipse Lancel. *d.* 2. 47
p. c. 20. *n.* 30, & 14 probabilem esse opinionem Franc. Mar. quæ quidem ratio nullo modo unquam quomodocumque varietur recursus ad Regẽ, potest adeptari in hac extrajudiciali omnimoda protectione, & 48
cognitione per viam violentiæ, & ut *suprà*, *cap.* 2. latiùs probavimus, intimatio ordinariæ non est citatio, sed simplex quædam monitio, quæ fieri potest licitè à

judice quodliber,carẽte aliàs jurisdictione,sed respectu moniti,& certificati incapace;quare cùm hæc extrajudicialis cognitio remaneat semper jin meris terminis nudi recursus extrajudicialis, non potest adaptari limitatio casu, quo ipsa sine scrupulo vera dici possit.

49 Minùs etiam obstat quintum de relatione ad Principem pendente , quia ista processus remissio , nec quadrat,nec potest convenire aliquo modo naturæ,&qualitati relationis , quam judex inferior facit Principi, prout latè videre est ex eodem Lancel. *d.2. part.cap.*8. *à princ.* deinde quia d. relatio,de qua ibi loquitur, respicit merita, & essentiam , seu substantiam causæ principalis, cujus judicialis , atque jurisdictionalis determinatio expectatur à Rege , & ideo nihil mirum , ut suspendit jurisdictionem inferioris , interim dum illa causa iterum remittitur , aut resolutio expectatur, quod quantum à nostro recursu distet , nemo est, qui non videat ; imò ulteriùs habemus legem Regiam expressam 9. *titulo* 14.*libro* 4. *recopilation.* ubi disponitur,

50 quod quando Princeps mandat judici inferiori ,aut tribunali , ut illi mittat relationem super statu alicujus negotii , non propterea debeat, in eo supersedere, nisi forè aliquando ipse Princeps supersedere mandet simul.

51 Quibus suppositis, audiendus non erit Cevall. dum contrariam partem audacter , ac temerè sectatur, quia loquitur contra omnia juridica principia , & notissimam omnium tribunalium supremorum praxim , ac propterea communi Senatorum , & advocatorum calculo reprehenditur quotidie ; fundatur enim in falsa opinione , tenente , recursum suspendere , quia ut vidisti , non est vera , & adhuc dato casu , quod vera

52 foret , nihilominus ex ea non potuisset inferri ad recursum Regium , de quo loquimur , quia longè absimilis est quoniam querela fundatur in errore partium,& circumventione adversarii. Greg. Tholos. *tractatu de appellat. libro* 1. *cap.*6. *num.*10. Scacia *tractatu de appellat. quæst.*19. *rem.*3. *sub numero* 34 hic noster fundatur in sola violentia , & vi oppressione judicis (ut sæpè dictum est) ille recursus,& querela revidetur

53 etiam ex novis actis , & noviter repertis , ac novis productionibus, Gregor. Tholos. *ubi proximè, num.*11. & Scacia *sub d. num.* 34. at noster recursus & querela ex eorundem actorum inspectione duntaxat nullo modo aliis admissis detegitur , ut probat *l.*36. *titulo* 5. *libro* 2. *recopilat.* & nos latè probavimus *suprà,*

54 *cap.* 2. Deinde ille recursus licèt sit à principio extrajudicialis, tamen in ejus cognitione , sequuta (ut requiritur citatione , efficitur judicialis ; & litis pendentia, ut nuper *in responsione ad quartum argumentum, num.*45. post Fran. Mar. Lancelotum,& alios diximus: at noster recursus à sui principio usque ad ejus finem nihil judicialitatis recipit , nec recipere potest , sed in eo proceditur absque spe illam in minimo recipiendi , ut sæpè *suo loco* diximus , ille recursus , & querela provenit ut potentia meræ , & supremæ ju-

55 risdictionis,ut manifestè apparet ex Doctoribus de illo tractantibus , quos citavimus hactenus : at iste noster ex sola potestate politica , & œconomica , & etiam charitativa absque vestigio , seu umbra jurisdictionis, quam rei qualitas , & subjecta materia nullo modo

56 patitur : item an ille recursus ad appellandum intra terminum datum est proponendus , si credimus ingenti Doctorum catervæ , quos congerit Lancelot. *de attentat.*2.*parte, cap.* 19. *num.* 11. (quem tamen pro resolutione vide) *à num.*24. *&* 25. & vide etiam Scaci. *ubi suprà , sub num.* 27. *versiculo subdeclara primò , & num.*28. at noster recursus nullo termino aut tempore circumscriptus reperitur. Ex quibus omnibus clarè patet , quòd quando fortè verum foret , recursum ad Principem habere effectum suspensivum, tamen ex rationis disparitate non potuisset , de illo ad nostrum argui, à contrario autem, scilicet ; retenta veriori opinione negativa,quæ habet carere suspensivo,rectè procedit argumentatio de illo ad nostrum , per argumentum à fortiori, quo nos usi fuimus *superius.*

Et notandum est , quòd ipsemet Cevallus contrarium firmavit *in tractatu de cogni. per viam viol. gl.*15. *num.*1. *fol.*97. ubi loquendo de via exequutiva , ut judex licitè possit in ea procedere, in hæc inquit : Tunc non est reponendum, quod exequutioni traditum est, imò non obstante appellatione , & invocatione auxilii regalis ; judex Ecclesiasticus licitè procedit in causa , *&c.* Ecce igitur manifestè sentire , quòd recursu pendente ad Regem processum non fieri nullum , & attentatum ex hoc capite , sed pendere ex natura , & qualitate appellationis principalis , quæ si careat suspensivo , ille etiam gestus recursu pendente , sit licitus , & non reponendus , prout *superiùs* resolvimus : nam si ex capite pendentis recursus Regii fuisset attentatus , & nullus , nullo modo potuisset validus reddi , nec reviviscere , ut *suprà* probavi. 57

Quoad secundam partem nostri capituli , scilicet ; an pendente recursu ad Regem, suspendantur,vel currant termini, parti, vel partibus assignati ad aliquem articulum à jure, seu à judice : & licèt hinc inde plurima possem conferre, breviter tamen dicendum arbitror, terminos non currere. Finge, receptæ sunt partes ad probandum cum certo termino assignato , una pars vel appellavit à sententia probationis receptæ , vel interim in discursu apposuit contra testem legitimam objectionem , & à non admissione , vel ab admissione ex adverso fuit appellatum ; vel quis fuit vigore instrumenti exequutus , cui intimatus fuit decem dierum terminus , interim ob aliquam causam appellans , & iis casibus , & aliis similibus ad Senatum Regium recurritur per viam violentiæ , interim dum in Senatu disceptatur , & cognoscitur de qualitate appellationis , suspenduntur dicti termini ; quia processus originalis defectu impeditur ejus cursus , & partes occupati sunt , & impediti , dum assistunt in disceptatione articuli violentiæ in Senatu Regio:quare illis non debet obesse terminorum cursus. Primò, 59 quoniam dum super aliqua re disceptatur , ut ipsa disceptatione pendente terminis non currit partibus, nec etiam judici : ita eleganter in pulchro casu obtinuisse testatur Joan. Baptist. Gener. B. *in tractatu de arbitr. lib.*33. *cap.*2. *n.*8. *&* 9. latè prosequitur Lancel. *de attenta.*2. *part. cap.*11. *ampliat.* 29. *à num.* 4. *& suprà*, qui *in num.* 6. *& in* 3. *part. cap.*30. *in privileg.*10. firmat fatalia non currere appellanti , donec disceptatur,an appellatio sit nulla,post Paul.Castrens. *cons.*231. *visis actis, num.*2. *lib.*1. Jas. *in l. contra majores , Cod. de inoffic. testam. & in cap. ex ratione , de appellat.* & post Bald. *in l.*1. *Codic. si penden.appellat. mors interv. in fin.* tradit Bartol. Socinus *in consilio* 122. *præstantissime,n.*4. *libr.*1. quia legitimum reputatur impedimentum : ergo hic dum disceptatur coram Principe de legimitate , & potentia , seu effectibus appellationis , debet suspendi terminus. 60

Cui convenit,quod dicunt Montab.*in l.*13. *titul.*10. *lib.*3. *fori* , quem referens sequitur Cifuent. *in lib.*70. *Tauri*, & per eos Mieres *in tractat. de major.*3.*part.quæstio* 26. *num.*60. *in noviori impressione* ; quòd novem dierum termini, qui dantur ad retrahendam rem venditam, non currunt , durante disceptatione super ipsa re, & ejus venditione. 61

Pro quo fortiùs urget, quòd quando condemnatus usus est remedio nullitatis , interim dum de ipsa disceptatur non currunt ei decem dies ad appellandum, etiamsi in nullitate succumbat , Cynus *in l. contra majores* 16. *num.* 7. *Cod. de inoffic. testament.* Franc. *in cap. dilecto* 63. *quæst.* 6. *n.*11. *de appellat.* Hippolyt. de Marsil. 62

Marsil. *sing.*152. *succumbens*, quem referens sequitur Thom. Fossan. *consil.*10. *instantis*, n.8 & 10. & adversus Guid. Papæ,& Lancelot. hanc sequitur opinionem Scacia *de appellat. quæst.*12. *n.*169. & iterum *q. æst.*15. *sub num.*91. & 98. & *num.* 95. post Joan. de Amicis *consil.*6. *sacr. Regio*, *à num.*29. *cum sequentibus*, & *sub num.*35. ubi de communi omnium consensu procedere, ubi nullitas provenit ex attentatis. Igitur idem
63 dicendum venit in nostro casu, quòd dum pendet remedium, & cognitio violentiæ quo aliquis oppressus usus est; non debet currere terminus, nec aliquod
64 partibus præjudicium generare. Et hinc etiam provenit, quòd quando duæ dilationes ex diversis causis,seu actionibus procedunt, una alteram non confundit, sed successivè prodest, una post alteram finitam, latè prosequitur Tiraquell. *de retract. conventio.* §.1. *glos.* 1. & *unica, glos.* 18. *cum sequentibus*, & iterum *à num.* 61. *cum multis sequentibus*, de quo nos *alibi* diximus latiùs in materia excessus.

65 Hinc est, ut impedito agere, non currit tempus, *l.*1.§.*fin.ff.de annal. excep.l.at perfecti*, *C. de annal. exceptio.* Jason *in l. contra majores,num.*6. *Cod. de inoffic.testan.* Riminal. *consil.* 21. *numero* 29. *libr.* 1. Decius *consil.*358. *column. penult.* Cravet. *consil.* 271. *libr.* 1. Menoch. *consil.*38. *numero* 35. *volum.* 1. Bert. *quæst. fami* 40.& 65. Bard. *de temp.util. & contin. cap.* 7.& 8. *cum seqq* Joan. de Lignan. *de censur. Ecclesiast* §. 14. *numero* 17. ex quo inferunt Rom. *consil.* 433. *incipit quoad primum.* Felin. *in cap. cùm dilecto*, *colum.*21. *ver. siculo limita* 7. *num.*13. *de rescript.*Rip.*tractat.de peste,*3. *part. quæst.* 6 Hieron. Prævid. *in tractatu de pest. versiculo vidimus, num.*2. Cass. *decis.*1. *de dilat.*& *super regul. Cancell. decis* 22. Sarm. *de publicar.quæst.*3. *num.*2. Rebuff.*in cad.regul* Mars. *n l.*1. §. *propterea*, *num.* 131. *ff.de quæstio.* Moder. Florent. *de fortuit. casib. part.* 2. *quæst.*6. Cardin. Paris. *cons.*143. *column.*1.*volum.*4 Navarr. *cons.*3. *num.*3. *de renunt.*Caputaq.*dec.*73.*part.*2. Flami. Paris.*de resigna. lib.*11.*tom.*2. *quæst.*13. *à num.* 1. & *num.* 33. qui loquuntor de impedimento, quod suspendit tempus publicandi resignationem, & ipse
66 Flami. Paris. *ibi a num.*10. quòd impedito non currit terminus conficiendi inventarium, & quòd impedimentum excusat à pœna,à contumacia, à desertione, à solutione canonis debiti, ab emphyteuta.ab obligatio-
67 ne accedendi ad Concilium sive generale, sive provinciale, & aliis pluribus, ubi latissimè, & dilucidè prosequitur hanc materiam.Hinc est ut propter impe-
68 dimentum receditur à forma, Cardin. Paris. *cons.* 32. *num* 11.14.& 16.& *cons.*33.*num.*32.25.& 31.*volum.*2. Cravet.*cons.*12.*volum.*2. Bursat. *cons.*74. *num.*157. *volum.*1. quia non videtur formæ, ac legi contravenire, Jas. *in l. si quis*, *n.*7. *ff jurisd. omni.jud.* Ægui. Boss. *in pract, crimin. titul. de arcef. fidejuss. num.*47. Flamin.*ubi proximè, num.*3. & 5.

69 Hinc est, quòd impedito ex facto judicis non currit tempus, Paris.*consil.*124.*præsentis numeri* 1. *lib.*1. Bald. *tractat. de præscriptio in* 1.*p.*4.*p.princip. quæst.* 6. *num.*4. *tom.*17.*fol.* 71. Scacia *de appellat. q.* 15. *num.* 124. & *à num.*122. *cum sequentibus*, ubi plurimos allegat;plures etiam citati Flami.Paris.*de resign.lib.*11.*tom.*2.*c.*13. *num.*120. & *n.* 95. & facit ad propositum quod ipse Flami. *num.*131. post Sarner. *de public. quæst.* 13. *numero* 3. Rip. *in tract. de pest. in* 3. *n.* 6 quòd si literæ detineantur à judice, & transeat tempus, excusatur à publicatione.

70 Hinc est,ut impedimentū proveniens ex facto Principis excusat,ut testatur Decius *in cap.ex ratione*, *n.*22. *versi. secundus casus*, Scacia *de appell. quæst.* 15. *sub num.*124.*vers. adverte unum, ad finem*: imò etiam vio-
71 lentia excusat, & est causa, ut tempus non currat vim passo, inta post alios Flami Paris. *ubi proximè*, *à n.*95. *cum sequentibus*, ubi etiam de impedimento proveniente ex facto adversarii, quæ omnia optimè conducunt resolutioni nostræ propositæ difficultatis.

Et in nostris terminis, quòd termini, & tempora 72
jure præscripta non currunt propter recursum ad Regem per hanc viam violentiæ, expressè determinavit Rot. Romana in una Longionen. Præstimon.27. Novemb.1592. coram Pamphilo, quam ad literam refert Nicol. Garc. *tract.de benef.*6. *p.cap* 4.*sub n.*44. *fol.*819. in qua postquam latè tractaverit, an lapsus fuerit terminus exequendi exequutoriales quasdam, post medium ita dicitur: Maximè cùm taciturnitas fuerit causata ex impedimentis præstitis per Alvarum mediante recursu ad consilium regium, per quod curavit auferri executoriales, &c. quæ mirabilis est ad propositum, & ita etiam declaratum fuit, & practicatum in 73
hoc Senatu Gallo-Græco, maximè quia hujusmodi impedimentum est notorium, evidens, & manifestum, probatum ex eisdem actis, quibus apparet quantum tempus ipsum duraverit iis, quæ late prosequitur Flamin. *ibi supra*, *à n.*22. *cum seqq.* & *à n.*119.

Et nullo adducto fundamento, nec authoritate (multò post scripta) legimus (evall. *in tractatu de cognitio*, *per viam violent. gl.*14. *n.fin. ad fin.* tenentem hanc partem,qui in hoc articulo ita ait:*Y los terminos de la prueva estan suspensos, durante que el processo no se vuelve à remitir al Ecclesiastico, y si fuere executiva la causa no corren los diez dias de la oppositon,si no que à de volver à notificar el termino, si el processo fuere remitido al ordinario sobre algun articulo y assi lobè visto y practicado*:quia impedito agere non currit tempus, *l.*1.§ *fin.* 74
Cod.de annal.excep.& est regula juris dicentis,quod per me non stat, mihi imputari non debet.Hæc ille in hoc articulo dicit; quantum autem asserit, quòd denuò sit terminus oppositionis intimandus, ita ut de novo incipiat currere,ratione,& fundamento caret, nam terminus suspenditur.& remanet in eo statu, quo supervenit impedimentum, ita ut pars termini jam transacti non renovetur, sed duntaxat tollitur de medio illud tempus,quo impedimentum duravit: ita Flami Paris. post alios *ubi supra*, *à num.* 227. & *seqq.*& *n.*119. pulcrè & plenè Roman.*cons.*443.*quoad primū,in prin.* Calderi 75
*cons.*119. *aliàs* 4. *de appell. circa med. vers.* & *est danda*, Gemini. *cons.* 42 *n.*10. *vers. impedimentum plurimam comprobationem*, Roman *cons.*496. *primus*, *n.*9. & *seq. vers. quoad secundum*,Cardin Tusc.*tract. concl. litter.* Y, *concl.*29. *num.*8. & *n.*21. *tom* 4 & alibi passim per Doctores: aliàs enim maximæ potuissent oriri & intolerabiles fraudes ad renovandum terminum transactum, quibus locus dandus non est. & nos pro hac opinione plures citavimus 2. *p. cap.*13.*a num.* 253. & eam insuper sequuntur Bald. & ejus addit. *in auth. n. clericus*, *num.* 9. *cod de Episcop. & cleric.* Amedæ.*de syndic. n* 76.*fol* 48. Catal. *eodem tract. quæst.*75. *n.*44. & *seqq. fol.*15. Put. *eodem tract. verb. instantia syndicat. cap.*4. *fol.*194. Castel *in l.*64. *verb. passados*, *fol.*192. *col.*3. *in fin.*& ibi Palac Rub. *n.*5. *fol.*126. *in leg.Taur.* Avenda. *respons.*2.*fol.*118.*concl.*6. Didac. Perez. *in l.*5.*tit.*8.*lib* 3. *ordin. col.*1111. *vers. intelligenda*, Azeved. *in addit. ad Curi.Pisan.lib.*4.*cap.*6. *n.*87.*fol.*103. & *in d. l.*7.*n.*81.*in fin.* & *seq. tit.*18. *lib.*4. *recop.* facit regul. *imputari de regul.jur.in* 6. & *l.*1. & *tit. ff. de eo per quem factum erit.*

Et in terminis quando in via executiva ob impedi- 76
mentum partis non potuit fieri informatio per debitorem,ei non assignetur novus terminus ex integro, sed suppleatur tantum, quantum abstitit impedimentum, probat post nonnullos ex allegatis Bobadilla *in polit. lib.*3. *c.*8. *n.*153.

CAPUT VIII.

Dato semel in Senatu decreto super violentia ex actorum inspectione, illis tamen diminutis: an postmodum eis integris, possit, ejusdem appellationis virtute, super eodem articulo Regius iterum haberi recursus per hanc viam violentiæ.

SUMMARIUM.

Decretum violentiæ per viam nullitatis, appellationis, aut revisionis, revocari non potest, num.1.

Cevallos refertur asserens decretum violentiæ transire in rem judicatam, quoad Senatum inferiorem, non tamen quoad consilium supremum, quia illud potest reformare, & revocare, num.2. vide num.36.

Sententia lata contra rem judicatam est nulla ipso jure, num.3.

Decretum violentiæ, que no viene por la orden ò en estado, *non impedit, ut iterum ordinato processu, queat oppressus super eodem articulo, & appellatione ad Senatum recurrere, n.4.*

Sententia absolutoria ob ineptum libellum non impedit alium bene concepum noviter proponere, n.5.

Succumbens ex actione ineptè proposita iterum aptè agens auditur, n.6.

Decretum violentiæ, que por agora no haze fuerça, *&c. non impedit, quominus oppressus accedente postea violentia, queat super eodem articulo ad Senatum recurrere, num.7.*

Agens ad debitum conditione non impleta, & succumbens poterit illa impleta iterum agere, n.8.

Succumbens ob non probatam rei possessionem in adversario, contra illum denuo possidentem potest iterum agere, num.9.

Causa dissensionis limitata limitatos producit effectus, numero 10.

Decreto, vim non fieri, lato semel in Senatu, essentialibus tamen actis deficientibus postea tamen integris, posse ejusdem violentiæ respectu iterum haberi recursum, defendit Author, n.11.

Acta integra facta à judice Ecclesiastico, de essentia sunt recursus regii, ut vis detegi possit, num.12.

Sententia lata actis non integris, sed diminutè transportatis, est nulla ipso jure, & quæ executionem non meretur, num.13.

Et hæc nullitas non excusatur præsumptione boni juris, numero 14.

Exceptio processus non integri ante omnia per judicem examinanda, num.15.

Gratianus reprobatur, & varius arguitur, n.16.

Decretum violentiæ latum actis non integris, legis forma, & ordo omittitur, n.17.

L.Regia 36. tit.5.l.2.recopi.*ibi*, en la forma acostumbrada,*&c.* & manden traher el processo, *&c. ponderatur, & interpretatur, ibidem.*

Sententia actis diminutis dicitur lata ordine perturbato, numero 18.

Actis non visis, vel eis non integris, sed diminutis, sententiam ferre, idem est, n.19.

Causa vera ubi requiritur ad substantiam actus, non sufficit eam habere pro subsistente, n.20.

Factum malè, aut minùs plenè ex integro est agendum, num.21.

Dispositio licet intelligatur de primo actu, non tamen de nullo, & inutiliter gesto, quia iterum utiliter geri potest, num.22.

Dispositio licèt intelligatur de primo actu, si ex eo non satis sit intentioni disponentis, aliùs fiat, ut ex integro satisfiat, num.23.

Per decretum violentiæ actis non integris latum, non satisfiet fini, & intentioni Principis juris, divini, naturalis, & Canonici, cùm vis subsistat, n.24.

Dispositio pro certa causa (quæ violentia repulsio) durat durante causa, n.25.

Causa durante semper durat, quod ob causam introductum est, numero 26.

Per decretum violentiæ, scilicet illam non adesse, non integris actis latum, major judici datur occasio violentiæ insistendi, n.27.

Decretum violentiæ nunquam transit in rem judicatam, numero 28.

Extrajudicialis actus licèt post decem dies per appellationem non revocetur, tamen sic quandocunque per viam recursus, & querelæ, n.29.

Actus extrajudicialis nunquam transit in rem judicatam, numero 30.

Condemnatus per tres conformes sententias, quæ non transeunt in rem judicatam, non auditur ulteriùs appellans, numero 31.

Desertio appellationis ab actu extrajudiciali non præcludit viam querelæ, n.32.

De re(vim non fieri) semel dato ex actis non integris, potest oppressus eis simultaneis ad Senatũ recurrere super eodem articulo violentiæ; tamen cum limitationibus, n.33.

Decreto violentiæ semel dato actis non integris non adito oppressus Senatum iterum per viam appellationis, nullitatis aut revisionis, sed extrajudicialiter, ac si nunquam datum sit decretum, n.34.

Remedium salubre violentiæ non est credendum, velle Principem fictè, & apparenter præbere, manente adhuc vi, numero 35.

Cevallos reprobatur asserens decretum violentiæ transire in rem judicatam, n.36.

Cevallos reprobatur asserens, consilium supremum revocare, & reformare decretum violentiæ latum à Cancellaria, vel alia audientia inferiori, n.37.& seqq.

Cevallos reprobatur asserens, Nuntium de appellatione cognoscentem non posse sententiam ferre contrariam decreto violentiæ directo ordinario inferiori, n.38.

Decretum violentiæ non facit instantiam, nec præjudicium partibus nec transit in rem judicatam, n.39.

Cognitio super justitia causæ principalis remanet salva superiori per decretum violentiæ, quod cum superiore nec loquitur, nec intelligitur, n.40.

Judex superior causa cognita potest super sententiæ executione & attentatis terminare, nullo habito respectu ad decretum violentiæ directum inferiori, n.41.

Deferendum, vel non, licèt ad sui instructionem possit cognoscere judex inferior, tamen superior non impeditur, super admittenda, vel rejienda appellatione, & attentatis, terminare, n.42.

Superioris interloquutio super admittẽda, vel non admittenda appellatione, & revocatione attentatorũ, etiam stante decreto directo regio inferiori est novum gravamen, & diversa persona oppressa, diversus judex, & nova violentia & sic nova appellatione, & recursu indiget, n.43.

Auxilio novo indigent quæ de novo emergunt, n.44.

Dispositio intelligitur rebus sic stantibus, quæ propter supervenientiam novæ causæ alteratur, n.45.

Decreto violentiæ si judex ipse per litis discursum contrariam ferat sententiam, nova appellatio, & novus recursus est necessarius, quia nova est vis, n.46.

Concilium supremum se intromisisse unquam in reformatione decretorum violentiæ Regii tribunalis inferioris, nec visum, nec hactenus auditum est, n.47.

Decreto violentiæ semel dato, actis tamen diminutis, tunc ad Senatum iterum potest recurri, si acta quæ desiderabant erant omnino essentialia ad detegendam violentiæ existentiam, non aliàs, n.48.

Oppreſſus, qui ex actis diminutis ſemel obtinuit decretum contrà ſe, licèt vim non fieri, poteſt eis integris, iterum recurrere, ſecùs autem appellatus, n.49.

Pars appellata, quæ contra ſe reportavit decretum in Senatu vim fieri actis diminutis; non poteſt eis integris ulteriùs recurrere, quia caret appellatione, & ſic fundamento, quo violentia fundatur, n.50.

Violentia committitur in non deferenda legitimæ appellatione, non tamen in deferenda non deferendæ, numero 51.

Judex non deferens juſtæ appellationi punitur, numero 52.

Judex deferens appellationi minùs legitimæ non punitur, num.63.

Oppreſſus affirmans in Senatu acta eſſe integra, non auditur poſtea ex capite proceſſus diminuti volens noviter recurrere ad Senatum ſuper eodem articulo, numero 54.

Oppreſſus ut iterum poſſit recurrere ad Senatum ſuper eodem articulo ex capite proceſſus non integri, debet de hoc conſtare notoriè, & evidenter ex actorum inſpectione, aliter non auditur, n.55.

Et quomodo conſulatur oppreſſus ut hoc modo notoriè appareat, ibid.

Notarii fidei ſtandum eſt aſſerentis alia acta non eſſe ad reſponſionem proviſionis de autos diminutos, *quoad proceſſus inſpectionem ſuper violentia procedit Senatus, num.56.*

Actis novis apparentibus facit variare fidem Notarii, contrarium aſſerentis, & ſi eſt laicus, punitur à Senatu, num.57.

Glurbæ diſtinctio, an ſi ſententia ſit nulla ob acta non integra, reprobatur, n.58.

1 INGENUE fateor, in hac quæſtione plus diſcere, quàm docere me velle: ſiquidem dato ſemel decreto vigore unius appellationis quoquo modo acta acceſſerint ad tribunal, ſi iterum prætextu proceſſus non integri, velit oppreſſus, alia nova non accedente violentia, ad idem confugere, pro alio decreto obtinendo: videretur potiùs accedere pro prioris revocatione, & ſaltim quaſi per viam nullitatis petere reviſionem iterum, quod nullo modo patitur, ut poſt Avenda. *de exequen. mand. cap.1.n.32.verſ.& quia proviſio, in prima parte.* Gaſp Rodrig *tractatu de annu. reddit. lib.1.quæſt.17 n.73.* Practic.Monter.*in 5.tractatu de Cancell. tit. Sigueſe el tercero proceſſo que es Eccleſiaſtico, ad fin.fol.93 & ſeqq.ad fin.fol.94.& l.35.lib.2. recop.* latiùs diximus *ſuo loco*, à neutro decretorum genere in articulo violentiæ dari appellationem, ſupplicationem, nec etiam permitti nullitatem, aut alium recurſum: ergo dicendum eſt in hoc caſu: ut nullo modo iterum admittatur oppreſſus, quantumcunque de actorum diminutione, ac diſmembratione dixerit.

2 Ulteriùs & pro hac parte negativa facit, quoniam licèt tribunalis Regii inferioris ſuper cognitione per viam violentiæ reſpectu conſilii ſupremi propter ejus ſoveraniam; nunquam tranſeat in rem judicatam; quominus queat ſuper eodem articulo violentiæ datum decretum per Cancellariam, aut aliam Regiam audientiam reformare, revocare, ſeu in melius reponere: tamen reſpectu ejuſdem tribunalis, & Cancellariæ, quæ decretum violentiæ protulit, ſive juſtum, ſive iniquum, eo non admittitur appellatio, ſupplicatio, aut alius recurſus: quia reſpectu ſui tranſivit decretum in rem judicatam, ita hanc conſiderationem latè proſequitur Cevall. (quem multò poſt hæc vidi) *in tractatu de cognit. per viam viol.2.7.74.à n.24 uſque ad fin.* ubi caſum, & exemplar recenſet *fol.283.* igitur oppreſſo ſemel dato uno decreto in tribunali, oſtium penitùs claudendum eſt, ne aliter recurrere poſſit, cùm decretum jam tranſierit in rem judicatam, quia ſententia lata contra rem judicatam eſt nulla ipſo jure. Bald. *in l.1. col.2. n.5. verſ. ex prædictis, C. quando provo. non eſt neceſſe, & in cap. ſi à nobis,65.* & ibi Philipp. Franc.*n.12. verſ.3.ſed quæritur, de appellat.* & hanc eſſe communem opinionem teſtatur, & ſequitur Franc. *in . dilecto 63. quæſt. 41. ſub num.94. de appell.* latè proſequitur Scacia *de appell. q.11. à n.194. cum pluribus ſeqq.* 3

Sed nihilominus ut in re tam gravi, atque difficili cum diſtinctione procedamus; Tres caſus diſtinguendi ſunt: Primus quando in Senatu poſt actorum inſpectionem decretum fuit, proceſſum non venire per ordinem debitum, & ſtatum, putà, quia deficit appellatio, & tunc dubium non eſt, ut iterum ſuper eodem articulo, & ejuſdem appellationis cauſa, & occaſione, poſſe iterum ad eundem Senatum recurri, quando proceſſus conduci poſſit ordinatè, ac debito, ſeu legitimo modo, quia ex eo decreto nihil ſuper articulo violentiæ decretum fuerat, ad ſimilitudinem ſententiæ abſolutoriæ ab obſervatione judicii, vel ab inſtantia, putà; propter ineptum libellum, ut poſſit iterum eadem cauſa in judicium refricari, bene concepto libello, ut probant text. *in leg. ſed & ſi pupillus, §. ſi inſtitoria,* & ibi gl Bal. & expreſſius Alberi. & Salic. *ff. de inſtitu. & in l. Mævius, in fin.* & ibi quoque Alber. *ff. de pact. dotal. & c. coram,* & ibi Petr.Ancar. *in 4. not. de reſcrip. & cap.examin. de reſcrip.* Signorol. *conſ.142. in quæſt. vertente, col.2. verſ. præterea in ſimili*, ub alia jura citat Ancaran. *in cap. ne captandæ, col.1. in 3. de conceſſ. præbend. lib.6.* bonus textus *in clem.* & ibi Cardin. Flor. *in 2. notab.* & alii *de appellat.* latè Tiraq. *in leg. boves, § hoc ſermone, limit.1.à n.26.* qui dicunt, quòd ille, qui actionem, aut libellum ineptum propoſuit, & ob id fuit repulſus, vel ſuccubuit, debet iterum aptè agens audiri de novo. 4 5 6

Secundus caſus eſt præcedenti ſimilis, putà; quando decretum eſt in Senatu, *que por agora no haze fuerça y ſe le remite*, &c. quod tunc contingit, quando reperitur in actis, judicem nihil appellationi reſpondiſſe, an deferebat, vel non; vel quando conqueritur de exequutore nolente deferre appellationi per aliquem interjectæ, eo, puta, quia eum citavit, certantem non eſſe comprehenſum, coram quo oppoſuerat exceptionem legitimam, & nihil contra eam judex dixerit. Vel quando eſt appellatum ab aliquo judice conditionaliter, niſi me admiſeris ad probandum, vel conceſſeris terminum, *&c.* & non expectata determinatione, & gravamine judicis, recurrit ad Senatum per viam violentiæ, & pluribus aliis, de quibus per diſcurſum hujus operis: quoniam poſtmodum facta, & accedente violentia ſuper eodem articulo, poterit abſque dubio, iterum ad Senatum confugere, ut in caſu ſuperiori, & ex identitate rationis. 7

Pro quo facit, nam qui nondum conditione impleta, egit ad debitum, & ob id ſuccumbit; tamen ea conditione poſtea impleta, denuo iterum poteſt agere, *grege, ff. ſi ſub conditione, ff. de ædilitio edicto, l. mater, §. eandem, verſ. & ideo ſi fortè ſub conditio. ff. de exequutione rei judi.* Tiraq. *in d. §. hoc ſermone, limit.1. n.16.* & meliùs facit, nam ſi actor ideo à judice ſit repulſus, quia rem petitam reus non poſſideret, poterit licitè iterum agere, ſi reus inceperit poſſidere, *l. quoties, §. ult. l. ſed & ſi poſtea, ff. de ædxal. act. l. ſi à te, in princ. & l. rem meam, & l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei jud. l. procurator ad exhibendum, in princ. ff. rem ratam haberi, l. neque 3 ff. ad l. exhibend.* latiùs comprobat Tiraq. *in repeti. l. boves, §. hoc ſermone, limit.1. num.17. ff. de verb. ſignifi. fol.232.* & quia hoc idem dictat, & indicat ſimilium Doctorum conceptio, quia eſt limitata, ac ideo limitata cauſa defenſionis limitatos producit effectus. Maria. Socin. *conſ.26. ex iis quæ in facto, colum. 2. verſiculo poſtremo poſito, lib.1.* Tiraquel. *in tractatu cauſa ceſſante, ſub num. 147.* ubi per totum latè comprobat regulam 8 9 10

generalem, quòd cauſa limitata limitatos producit effectus.

11 Tertius & difficillimus caſus eſt, quando directè latum eſt in Senatu decretum ſuper articulo violentiæ, putà; vim non fieri, ſed tamen deficientibus aliquibus eſſentialibus actibus, quæ ſine dubio ſi ſimul ſtarent cum aliis, penitùs appellationem juſtificarent, manifeſtámque violentiam detegerent: & tunc ſi poſtmodum apparuerint cum proceſſu, opinor, poſſe denuo iterum ejuſdem appellationis virtute, & ſuper eodem articulo ad eundem Regium Senatum, ſeu audientiam per hanc viam violentiæ recurri, ad quod moveor ſequentibus.

12 Primò, quoniam ad hujuſmodi extrajudicialem cognitionem per viam violentiæ omnimodo ſunt eſſentialia omnia acta integra, quæ facta fuêre coram judice Eccleſiaſtico, ut aliter veritas rei, qualitas & natura appellationis detegi non poterit, nec violentia judicis apparere, ut latiſſimè *ſuprà, c.2. & præcipuè in* § 1. *à princip.* adeò ut etiam in judicialibus ſi ſuperior actis non integris, ſed cum diminutione. & diſmembratione tranſportatis ſententiam ferat, nihil agere videtur, ſed ipſa ſententia eſt nulla ipſo jure adeò ut exquutioni mandari non poſſit, ita determinavit Ror. Rom. in una Corton bonorum de Sectilo Mercurii 28 Iunii 1589.
13 quæ inter relatas per Proſper Farinac. eſt *deciſ.* 104. *reſolverunt, & deciſ.* 107. *n.2.* alteram etiam Rotæ deciſionem, quam poſt Marqueſ. citat, & ſequitur Joan. Hieronym. Campanil. *diverſ. jur. anon. vobr. 11. cap. 13. ſub n.* 314. *fol.* 367. Fiviz. *deciſ. 11. n.13. p.3. & per l.2.* ubi gloſſ. & B *num.1. &* Jaſ. *num.15* Decius *num.33. C. de edend.* Felin. qui communem dicit *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, ante num.17. de conſtitut.* tenet eleganter Mareſcotus *variar. reſolut. lib.2. cap.43. à numero 1. cum ſeqq.* maximè hodie ſtante Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.20.* §. *præterea*, quod habet decretum irritans, quæ
14 nullitas non excuſatur præſumptione boni juris. Socin. Jun. *conſ.8. num.3. lib.2.* ſed imò parte opponente priùs judex de ea cognoſcere debet. Pute. *deciſ.* 72.
15 *num.6. lib.3.* optimè Mareſcot. *ubi proximè, num.* 3. ubi teſtatur ſæpe ita tenuiſſe Rot. ut in una Patavina decimarum 4. Julii 1576. coram Graſſ. & in Vetulla. Spolii 3. Maii 1586. coram Plat. & in alia Venet. legitimitatis 26. Febr. 1597. coram Penia: etiamſi adſit in commiſſione clauſula (quam, & quas, *&c.*) quia poſt Tridentin. Signatura, & Rota intelligunt, ut non operetur, niſi tranſportato proceſſu, prout fuiſſe tentum in una Valenti. Parochial. 13. Janvarii, 1580. coram Blancheto, teſtatur Mareſcot. *d.l.2. cap.43. n.4* qui *n.5.* ampliat hanc doctrinam, & quòd hujuſmodi ſententia lata actis non integris ſit nulla ipſo jure; tenet poſt Bald. Purpurat. & alios, Anton Gabr. *commun. concl. lib.2. tit. de appellat. concluſ.5. in fin* & poſt Bart. *in l.2. is apud quem, num.5. verſ. tertio modo*, & ibi Bald. *n.5. verſ. ex quo nota, C. de edendo*, tenet Caſſid. *deciſ.2. n.10. de appellat.* Cæſar. de Graſſ. *deciſ.73. alioqui 9. opponebatur, num.5. de cauſ. poſſ. & propriet.* quos ſequitur Sigiſmun. Scacia. *de appell. quæſt.20. n.8.11. & ſeqq.* qui *d.n.11.* teſtatur, ita fuiſſe deciſum in Rota, die 13. Februar. 1609. in una Anconita. pecuniar. coram Sacrat ex quibus quidem clarè convincitur Gratianus *diſ. cept. for. cap.121. n.26.*
16 *&* 27. qui in totum non eſſe nullum putavit. Igitur ſi primum decretum latum non viſis actis integris, deficientibúſque eſſentialibus penitùs ad articulum, nullum reputatur, nihílque ex eo actum videatur: licitè poterit de novo ad Senatum recurri, quia non præſtat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum ex regula juris. Et adverte quod ipſe Gratian. 4. *part. cap. 91. numero* 28. noſtram opinionem tenet abſolutè poſt plures Rotæ deciſiones Farinacii, quas allegat; vide etiam quæ contra Giurbam dixi ad finem hujus cap.

Secundò facit, etenim lato decreto actis non integris non eſt ſervata forma, & ordo datus à l. Regia 36. *tit.5. lib.2. recopil.* ibi: *en la forma acoſtumbrada*, & ibi: *Manden traher à las dichas nueſtras audiencias el pro-* 17 *ceſſo Eccleſiaſtico orignalmente, el qual trahido ſin dilacion lo vean, y ſi por el les conſtare que la appellacion eſta legitimamente*, &c. quæ verba intelligi debent de integro, quia ita juris intellectus ſuadet, ut latè diximus *ſuprà, cap.* 2. §. 1. *à princ.* & quia rei appellatione tota 18 continetur, quare per diminutionem actorum decretum latum dicitur ordinis perturbatio: ita docet Bald. *in l. is, apud quem 2. n 5. verſ. ex quo nota, Cod. de edendo*, ſequitur Scacia *de appell. q.10. ſub n.8. ad prin.* Farinac. *deciſ. crimin. 121. num.4.* Purpurat. & Bal. *n.6. in l.2. C. de edend.* Marius Giurba *deciſ.* 26. *ſub num.* 1. qui etiam dicunt, quòd idem eſt ſententiam ferre non viſis actis, vel illis non integris, ſeu eſſentialibus diminutis, prout 19 promiſcuè ſic loquuntur Doctores ſupracitati *in primo fundamento*, præcipuè videndus Scacia *d. num.* 8. *cum ſequentibus*, poſt alios ibi: Ergo judicandum eſt, ac ſi nunquam veniſſet, cùm forma non ſit ſervata, quia quoties vera cauſa requiritur ad ſubſtantiam actus, non ſufficit, eam habere pro ſubſiſtente, *l. ſi fortè, ff. de* 20 *Caſtrenſ. pecul.* ibi, veritatem enim ſpectamus, non quod quis finxit. Alexand. *conſ.27. numero* 10. *volum.1.* tenet Perez de Lara (doctiſſimus, & peritiſſimus quondam advocatus; nunc meritiſſimus Senator, necnon integerrimus judex) *in tractatu anniver. & Capell. lib.2. c.4. num.* 109.

Tertiò eſt textus optimus *in l. ſi maritus.* §. *fin.* cujus 21 mirabilia verba ſunt: Si quis adulterum, & adulteram ſimul detulerit, nihil agit, poteritque quaſi neutrum detulerit, rurſus à quo velit, initium facere, quia nil prima delatione egit) *ff. ad leg. Jul. de adult.* quem text. in ſimili propoſito Tiraqu. *in leg. bovis*, §. *hoc ſermone*, 1. *ſub num.2.* qui *ibidem, num.20.* pulchrè inquit, ut id quod malè fit aut minùs plenè, ex integro eſt agendum cujus dictum fuit gloſſæ *in cap. Diabertum 7. quæſt.1.* & ipſe Tiraq *ibi n 20. & 21.* mirabiliter hoc comprobat ex eo, quòd ſi in baptiſmo, vel in ordinibus non eſt ſervata forma, atque inutiliter ſemel fiant, licèt ſint Sacramenta nullatenus reiterabilia; tamen poteſt, iterum denuo ſolemniter ritè, & rectè celebrari, ac confici, ubi plurima in comprobationem adducit.

Hinc eſt, ut diſpoſitio loquens de actu, licèt intelli- 22 gatur de primo *l. boves*, § *hoc ſermone, ff. de verbor. ſigni.* tamen non intelligitur de primo actu nullo, invalido, ſine effectu, & alia inutili, quia tunc iterum abſque impedimento alius actus utilis fieri poteſt, ita latiſſimè poſt alios quamplurimas doctrinas multùm conducentes huic propoſito congerit Tiraq. *dict.* §. *hoc ſermone, limitat.1. à n.1. uſque ad finem.*

Quartò, & pro hac parte facit. quia licèt omnis diſ- 23 poſitio ſimpliciter loquens, debeat intelligi de primo actu, & prima vice, ita ut iterum reiterari, aut repeti non poſſit, tamen ſi in primo actu non eſt ſatisfactum legis, aut diſponentis intentioni, licitè poteſt iterum fieri, & celebrari, iſque actus repeti, ut ex integro ſatisfaciat diſponenti, ita ſcribit Bald. *in l. fideicommiſſa*, §. *ſi quis alicui decem, ff. de legat.* & idem Bald. poſt Cyn. *in leg. veluti*, §. *hæc vox*, per illum textum, & ibi quoque Alex. Jaſ. & Jacob. de S. Georg *ff. de edend.* & ipſe Bal. *in l. qui per ſalutem, in fin. novæ lecturæ*, per illum textum. & ibi etiam Alex. & Jaſ. *ff. de jur. jur.* latiſſimè proſequitur pluribus doctrinis, & exemplaribus comprobans Tiraq *in l. boves*, §. *hoc ſermone, limit.6. per totam*, & poſt Roman. Nat. Felin. Dec Gramat. Tiraq. & plures alios refert, & ſequitur Anton. Gabr. *lib.2. comm. opinion. tit. de leg. & conſtitut. concl.2. limit.2. n.28.* Menoch. *conſ.85. n.124. volum.1.* Barboſ. *in l. diver. §. quod in anno, n.21. ff. ſolut. matri.* acutiſſimus Perez de Lara *in tractatu de anniverſ. & Capella. lib.1. cap.3. n.28.* Igi-

tur,

tur cum ex decreto lato in Senatu, actis integris non
24 visis, non satisfiat Principis, & legis tam regiæ, quam naturalis, divinæ, ac canonicæ intentioni, dictanti; ut vi oppressus defendatur, & vis tollatur, ubi judicem Ecclesiasticum perperam processisse, ex actorum inspectione fuerit compertum, etenim certum est deficientibus essentialibus actis (quibus natura appellationis denegitur, sive justificata, sive etiam alterata) quandoque decerni vim non esse, ubi vis adest evidens ex integris actis, quandoque verò vim adesse; ubi ex eisdem nullam fuisse apparet: ergo ex integro Principis intentioni satisfaciendum est, ne violentia subsistat.

25 Quintò hæc pars probatur, nam hæc cognitio per viam violentiæ inventa est, & introducta pro certa, & determinata causa, scilicet; pro tollenda violentia, ut notum est) sed dispositio pro certa, & determinata causa, non intelligitur pro primo actu, & prima vice duntaxat, sed durat durante causa, ut tenet Felin. *in cap. 2. de treuga, & pace, limi* 4. post Bar. *in l. 1. col. fin. ff. ad Jul. majest.* arg. *leg. continuus, §. qui injal. ff. de verb. obtig. leg. veteres, cum l. seq. ff. de itinere, actúque priva.* Angel. *in l. utimur, ad fin. vers. item adde ff. de sepulchro violato,* Panorm. *in d. c. 2. in fin.* Joan de Plat. *in l. 1. col. 2. vers. & simplex, & determinata, Cod. de navic. lib. 11.* & Greg. Nat. *in reper. clem. sæpe, in princ. col. 6. vers. mihi magis placet,*
26 *de verbor. signific.* Decius *cons. 562. viso puncto, colum. 1. vers. ad idem facit,* Tiraquell. *in l. si. §. hoc sermone, limit. 5.* ubi *nu. 2* ponit pro regula generali, quòd durante causa, debet semper durare id, quod ob causam introductum est, & concessum, *l. semper. § negotiator, ff. de jur. immunita. & l. si cui, §. 1. ff. ex quibus caus. major. l. 2. §. omnes, ff. de judic. l. Titia. §. usuras. ff. de legat. 2. l. qui omnibus, ff. de administ. tutc.* per quæ jura ita tenet Signor. Homodeus *consil. 153. Paterfamil. col. 1. n. 6.* Tiraquell. *in tractatu causa cessante, 1. part. nu. 17. incipit, & illud:*
27 ergo cùm post dictum decretum inutiliter latum remaneat, & subsistat violentia, ab eque non desistat judex Ecclesiasticus: imò ex decreto, quo dictum fuit, vim non fecisse, ei datur major occasio illi insistendi, & in ea perseverandi contra naturam, & principalem, ac honestissimum finem charitativæ protectionis, & cognitionis per hanc viam violentiæ; ergo recursus denegandus non est; quousque vis tollatur cum effectu.

28 Sextò, & pro hac opinione fortiter urget, etenim hoc decretum nunquam transit in rem judicatam, quia violentiæ cognitio à sua origine usque ad finem est penitus extrajudicialis, prout sæpè diximus, & latissimè *suis locis* probavimus; sed actus extrajudicialis nunquam transit in rem judicatam, imò etiam post decem dies, licèt via appellandi sit secluſa, tamen per viam aditus, & querelæ, & recursus quandocunque con-
29 stiterit de illius iniquitate, potest denuo peti, revocari, ac reponi: text. *in cap. concertationi. de appellat. lib. 6.* probant Immol. *in cap. fin. num. 5. & 12. de præsumptio.* ubi Abb. *sub num. 5. post princ.* pulchrè Lapus *alleg. 61. num. 4. vers. & extrajudicialis,* Cardin. Tuschus *practic. conclus. literaF, concl. 5003. num. 7 tom. 3.* Rebuff. *tractatu de appellat. in præfation. num. 69. & 70. tomo 3. fol. 468.* Idem Abb. *in cap. 1. num. 13 post princ. de his, quæ fiunt à major. part. cap.* Cardin. *cons. 140. factum tale est magister,* & post alios Felin. *in cap. fin. sub num. 33. ad fin de præsumptio.* Hieronym. Gonzal. *in regul. de mens. & alter. gloss. 9. in annotat. nu. 31* faciunt etiam notata per Lancelot. *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 3. numero 1. & 2.* & nos latè diximus *infrà, 2. part. cap. 13. versic. quo cognito*
30 *nihil mirum, à num. 21. cum sequentibus:* & quòd actus extrajudicialis nunquam transeat in rem judicatam, & ideo possint quandocunque etiam post decem dies retractari, licèt sit appellationis remedium sublatum, tenet Scacia *de appellat. quæst. 19. rem 3. num. 19.* & post Franc. & Lancelot. idem *in quæst. 17. num. 42. declara. 3.* igitur prohibitio appellationis in hoc decreto per viam violentiæ non est in consideratione, quominus iterum hac justa, & legitima causa poterit denuo ad Senatum recurrere.

Quod comprobatur, & consonat, nam licèt simus in 31
sententiis, quæ nunquam transeunt in rem judicatam, & aliquis fuisset per tres sententias conformes condemnatus, non possit ulteriùs audiri per viam appellationis, quia tertiò appellare non licèt, ut loquendo in matrimonio Surd. *cons. 223. publicatis, num. 3. vol. 2.* plures citat Anton Gabr. *commun. conclus. lib. 2. t. t. de exequat. rei judi. on 1. 1. ampliat. 6. num. 3.* & etiam in actis extrajudicialibus, quæ non transeunt in rem judicatam. Si tamen deferatur appellatio extrajudicialis, licet per viam appellationis non audiatur ulteriùs, ut ex Abb. 32
refert Philipp. Franc. *in cap. cùm sit Romana 5. colum. 3. num. 15. de appellat.* & iterum *in cap. directè 39. sub n. 8. con. 6. versùs finem, de appellatio.* Scacia *de appellat. quæst. 17. limi. 1. num. 6. & 7.* tamen alia via, scilicet querelæ, poterit gravatus, de iniquitate actus docere, & audiri, docent Abb. *in cap. fraternitatis, sub num. 2. vers. ultimo ponderabis, de frigid. & maleficia.* & hac via poterit causam denuo inchoare: idem Ab. *in cap. sæpe à nobis, sub num. 7.* & Philipp. Franc. *sub num. 10. de appellat.* Antonius de Butr *in cap. latore. 7. versùs finem, de sent. & re judic.* pulchrè Ruin. *cons. 79. quæritur 1. num. 1. lib. 5.* Scacia *de appellat. quæst. 17. limi. 1. n. 8.* qui dicunt, non obstante appellationis prohibitione, posse hoc modo, negotium inchoari, igitur cùm hoc decretum per viam violentiæ, tanquam extrajudiciale suapte natura, non transeat in rem judicatam, à prohibitione appellationis, non poterit argumentari ad recursum novum ex tam justissima causa postulatum, ut violentia adhuc existens propulsetur.

His igitur suppositis, opinor, hanc partem affirmati- 33
vam fore amplectendam, nempe; semel dato decreto in Senatu Regio super articulo violentiæ, ex processu tamen non integro, atque deficientibus aliquibus actis omnino necessariis, ex quibus veritas rei, & violentia detegi possit, scilicet judicem vim fecisse: possit iterum oppressus virtute ejusdem denegatæ delationis suæ appellationi, adire Senatum querelam denuo proponendo, & ordinariam postulando, & ejus virtute omnia acta integra asportari facere, & ex eis veritas detegenda, & novum decretum dandum, juxta quæ ex novis & simultaneis actis legitimè, atque juridicè visum fuerit, cum limitationibus, & declarationibus, de quibus *inferiùs*, à *n. 48. & sequentibus.*

Nec obstat primum argumentum contrariæ partis, 34
scilicet, quòd est prohibita revisio, appellatio, & nullitas in istis cognitionibus per viam violentiæ, quia hoc est verum; sed hac via nec Senatus aditur per viam appellationis, nullitatis, aut revisionis, sed denuo extrajudicialiter pariter aditur, ac si nunquam fuisset de illo articulo cognitum, sicut de aliis decretis, quibus non venire in statu, aut per ordinem decretum est, quia primum decretum fingitur non factum, imò caret nomine & effectu *l. 4. §. condemn. ff. de re jud.* illúdque nec est in consideratione, nec impedimenti: quoniam non est credendum, ut tam salubre remedium, ad propul- 35
sandam viam, velit jus, & Princeps, ut fictè atque inutiliter præbeatur, & duntaxat apparenter, remanente adhuc violentia, quod præsumendum non est, quia esset verbis impositam esse legem, non rebus.

Minùs obstat secundum ex doctrina Cevall dicen- 36
tis decretum super articulo violentiæ transire in rem judicatam, quia certè præcipitanter loquutus est, immemor ejus quod ipse pluries dixerit, *in eadem matt. de cognit. per viam violentiæ*, hanc cognitionem à sui principio usque ad finem esse extrajudicialem, & nihil judicialitatis habere, quod nec ipse, nec alius negare poterit, ex iis, quæ latè diximus pluries *suo loco*: si ergo

est

est extrajudicialis quomodo potest compati,ut transeat decretum in rem judicatam,cùm actus extrajudiciales nunquam transire in rem judicatam, probavimus bene *suprà, fundam.* 6. pro hac parte ; implicat enim actum esse extrajudicialem,& transire in rem judicatam,juxta ea,quæ nos copiosè,*infrà*,2.*p.art. cap.* 13. *à princip.* quia non ex eo, quòd non possit appellari, nec supplicari, nec de nullitate dici, asseverandum est,transire decretum in rem judicatam.

37 Sed & quod pejus est, aliud majori reprehensione dignum temerè affirmat ille Cevall. *d. quæst.* 74. *à num.* 24. 2.*p.* ut scilicet, Consilium supremum possit reformare, revocare, aut corrigere decreta super articulo violentiæ lata per Cancellariam, aut aliam audientiam regalem, quæ quidem assertio aliena est, & indigna tam docto viro, ipse enim motus est quadam facti contingentia, cujus varietate processus temerariam valde rationem conquisivit, qua difficultatem evadere potuisset, sed mehercle in alias ingentiores incidit. Et ut ubi, docte lector, rei veritas luceſcat ; facti speciem breviter referam, prout Ceval. ibi : Visitator Ecclesiasticus privavit administratorem officio administrationis, & statim exequutus sententiam, ad illam altero admisso, privatus appellavit, & ob denegatam delationem recurrit ad Cancellariam Regiam; cognita causæ qualitate per actorum inspectionem,decretum fuit vim non facere visitatorem,sibique remissum processum ; condemnatus coram Nuntio Apostolico prosequutus fuit suam appellationem, qui causa cognita, citatis partibus, & expedita temporali inhibitione,revocavit exequutionem per viam attentati, tanquam factam legitima appellatione pendente, Patroni dicti Hospitalis ab hac sententia Nuntii ad Romanam Sedem appellavere, & ob sibi denegatam delationem confugere ad Regium Consilium supremum per viam violentiæ, ubi Senatus supremus, vim non feciſſe Nuntium Apostolicum, decrevit.

38 Ex hac igitur facti specie, quæ facillima est,& frequenter usitata, indubitabilis, tot doctrinas à juris principalis alienas inducit Ceval. ibi, quæ certè lectoris aures offendunt, & in primis sententiam Nuntii, qui causa cognita sententiavit, esse contrariam decreto Regio, ac ideo non posse ipsum de eo articulo cognoscere, super quo jam semel judicatum est per viam violentiæ Sed evidenter labitur, siquidem notissimum est principium, ut finis hujus cognitionis extrajudicialis nullus alius sit, nisi ut judex inferior non exequatur, nec attentet contra jus, sed omnia definat in eo statu, quo sunt tempore prolatæ sententiæ, donec appellans ad superiorem recurrat pro remedio, detinendo interim judicem, donec consequatur hic finis, & ut liberè causa in eo statu ad superiorem vadat, ut possit de ea judicare, secundùm quod de jure visum
39 fuerit. Etenim decretum Regium nullam facit instantiam,nec præjudicium tam partibus, quàm superiori, nec transit in rem judicatam ; sed certat dumtaxat, ut tota jurisdictio, & causæ cognitio integraliter(prout de jure)ascendat ad Superiorem, cujus favorem hujusmodi decretum Regium respicit. Tribunal autem de nudo illo facto, an appellatio sit deferibilis, vel non,cognoscit, ad prædictum finem dumtaxat, ita ut tota cognitio super justitia articulorum pertinentium
40 ad causam salva remaneat ipsi superiori, cum quo nec intelligitur, nec loquitur decretum Senatus, de quibus, sæpe diximus *suprà*, *cap.* 1. *&* 2. *à numero* 183. & omnes Doctores de cognitione per viam violentiæ tractantes, uno ore profitentur, nemine dempto.

41 Igitur superior postquam de causa cognoverit, poterit super illa(prout sibi de jure videbitur) judicare, nullo habito respectu ad decretum Regium, directum inferiori, & de articulo exequutionis, seu attentati cognoscere, non secùs, ac si ipse judex suo proprio motu, & absque decreto Regio aliquid gesserit,quod & latiùs probavimus *suprà*, *cap.* 2. *versiculo tertio notandum est*, *quòd cùm finis*, *& intentio*, *&c. à num.* 186. & comprobatur expressè, quia licèt judex inferior quoad se posset de nudo facto cognoscere ad sui instructionem, an appellationi delaturus sit, vel 42
non:tamen ista declaratio non facit jus quoad partes, nec respectu judicis ad quem, quominus ipse iterum possit, prout sibi de jure visum fuerit,an sit admittenda appellatio,vel non admittenda)de jure pronuntiare: ista est mirabilis doctrina Philipp. Franc.*in cap. constitutus,num.* 19. *& n* 9. *de appellat.*& post Contardum, & alios tenet Scacia *de appellatio. quæst.* 11. *à num.* 1. *cum sequentibus.*

At si aliquis ex litigatoribus senserit se gravatum ex 43
sententia, & pronuntiatione superiori, poterit appellationem prorumpere ab illa,cui si non deferatur, poterit liberè recurrere ad Senatum Regium, sub cujus districtu degat ipse superior, quo declarabitur violentiam esse, vel non, secundùm quod per actorum inspectionem reperierit: hic enim novus est articulus, nova violentia, & à diverso judice, noviter perpetrata, diversus oppressus, & nova adhibita coram se cognitio. Igitur quid mirum, ut eo modo, quo potest, & debet de novo appellare ab hoc novo gravamine, & articulo, possit etiam liberè ejus vigore recurrere ad Senatum Regium per hanc viam violentiæ, in quo nihil attenditur primum decretum Regium, sed qualitas hujus appellationis, & ejus legitimitas detegenda est, & verificanda ex actis omnibus tam gestis in prima instantia, quàm & præcipuè ex gestis per superiorem, de appellationis causa cognoscentem ; quoniam quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, *l.de ætate ex causa,ff. de interrogat. actio. cap. pastoralis, de exceptioni.*notatur per Romanum *in l.g.si verò,§* 44
viro,ff.solut.matrim. Barb. *in rubr. Cod. qui admitti. numero* 19.Deci.*in d. cap. pastoral. numero* 5. Hippolyt. *in l.*1.*§.ult. n.*3. *de quæstio. & singulari* 233. *& singul.*503. *&* 512.*&* 619. Palaëz à Mier.*in tract.su de major.*1.*p. q.*21.*numero* 18. qui etiam *num.*17. dicit, omnem dispositionem semper intelligi rebus sic stantibus, & propter supervenientiam novæ causæ alterari, *leg. quid Servius, ff. de condit.ob causam*, ubi latè Jas. qui plura adducit *cap. suggestum. de decimis. l.*43. *titulo* 18. 45
*part.*3.imò & etiamsi ipsemet judex inferior, in quem directum est decretum Regium ex intervallo, per discursum litis, inter cognoscendum de causa ; aliquam sententiam tulerit, oppositam decreto Regio semel dato, necessariò debet de novo recurri ad Senatum 46
eundem vigore novæ appellationis non admissæ, nec delatæ ab eo novo gravamine : prout latiùs diximus, & probavimus *suprà*, *cap.*2 §.1. *versic. & ulteriùs quid si judex opposuerit*, *à num.* 16. *& sequentibus*, & hæc nova violentia ex noviter agitatis per eundem judicem,præcipuè detegenda est, & verificanda, quæ quidem in dies contingit, & communiter hæc praxis præ manibus habetur.

Ex quibus deducitur, minùs bene putasse Cevallum *ubi suprà*, Senatum in specie illius casus, à se relati, cognovisse per viam soveraniæ, puránsque, quòd ejus respectu non transeunt in rem judicatam hæc decreta super articulo violentiæ, sicut nec aliæ sententiæ, ab aliis tribunalibus latæ : quia(ut diximus) in illo casu recursum fuit ad Senatum supremum, eodem modo, quo recurreretur ad eundem Senatum, & audientiam Regiam inferiorem,si superior Ecclesiasticus,aut nuntius, qui de appellatione cognoscit, degerer sub ejus districtu, prout quotidie accidit in judicibus delegatis Synodalibus, seu aliis, ad quos dirigitur delegata causa appellationis, sive à Romana Curia, sive a Nuntio

Hispaniæ:

Hiſpaniæ : & hoc jure utimur,& communiter practi-
tatur:alia enim via ſcilicet ad effectum reformandi de-
creta per viam violentiæ lata in audientiis , aut Can-
47 cellariis Regiis, hactenus nec viſum eſt, nec auditum,
audiri Senatum ſupremum , nec hactenus in ſimilibus
caſibus ſe ipſe intromiſit unquam, nec ego audivi, ab
aliquo etiam intentatum, quia qualitas rei , & natura
negotii hoc abhorret , imò in contrarium quam pluri-
mæ ſunt Regiæ proviſiones apud Cancellarias, & Re-
gias audientias emanatas ab ipſo Rege , quare mi-
ror unde Cevallos deduxit tam ridiculam prax-
im.

48 Præfatam autem noſtram reſolutionem , qua di-
ximus, poſſe oppreſſum, iterum recurrere ad Senatum
prætextu integri proceſſus , ut limitis , & declares,
velim ; tunc procedere, quando acta, quæ deficiebant,
omnino eſſentialia erant qualitati appellationis , ex
eiſque detegi evidenter appellationem eſſe legitimam,
quæque ſi adfuiſſent tempore lati decreti Regii , vim
fetiſſe judicem decerneretur indubiè : aliàs autem ſi
ita eſſentialia non ſunt , non debet admitti oppreſſus
noviter conqueſtus ex hoc capite proceſſus non in-
tegri, pro quo facit doctrina Sigiſmundi Scaciæ *tracta-
tu de appellationibus* , *quæſtione* 20. *numero* 13. ubi di-
cit, ut tunc ſententia dicetur nulla ex defectu proce-
ſſus non integri, quando acta , quæ defecerunt , erant
talia , ut ſui natura apta ſunt reddere ſententiam nul-
lam , non aliàs. Eſcaciam etiam ſequitur Giurba
deciſione 29. *numero* 5. *ad fin.* poſt Rotæ deciſio-
nem.

49 Secundò limitanda eſt , ut procedat dumtaxat in
oppreſſo appellante , qui ex actis diminutis , & non
integris ſemel decretum obtinuit in Senatu contra ſe ;
ſcilicet, vim judicem non feciſſe, ejus appellationi mi-
nimè deferentem ; quia tunc iterum prætextu proce-
ſſus non integri rectè poterit recurrere : ſecus autem
in appellato, in cujus favorem attentaverat judex. Et
ratio differentiæ eſt evidens : etenim oppreſſus redit
ad Senatum virtute ſuæ appellationis non delatæ , &
fortè exequutionis ſubſequutæ , quo fundatur violen-
tia , & finis hujus cognitionis extrajudicialis , quia
deficiente appellatione ceſſat vis , & per conſequens
recurſus , prout latiùs *ſuo loco* diximus , & tunc non
habetur reſpectus ad ſemel datum decretum in Se-
natu , quia illud fingitur nunquam adeſſe , nec eſt
impedimentum , ut hactenus probavimus , quare
dum ſubſiſtit vis , hac de cauſa poteſt iterum re-
currere.

50 At econverſo , quando ſcilicet decretum ſemel la-
tum eſt contra appellatum , quia declaratum in Se-
natu eſt, vim fieri non deferendo appellationi , cum
re vera, ſi integra acta adfuiſſent, clarè pateret, appel-
lationi ut minùs legitimæ non eſſe deferendum : eſt
aliter affirmandum ; quia in deferendo judex vim nul-
lam fecit, & quia nulla adeſt appellatio, ſuper qua ca-
dat vis, & ſic non poteſt conqueri in Senatu,quia non
habet fundamentum, quo poſſit illud redire , cùm non
accedat,nec poſſit per viam violentiæ appellatione de-
ficiente : quare ſi ille admitteretur ad reclamationem,
directè foret illi permittere viam juris , & juriſdictio-
nalem , ſcilicet , querelæ , & nullitatis , reviſionis, aut
ſupplicationis, quod omnino adſit,ut à noſtro inſtituto
meritò alienum, quia materia ſubjecta nec patitur,nec
eſt capax illius.

51 Et clariùs comprobatur : quia multò majus dam-
num , & inconveniens conſideratur in denegata dela-
tione appellationi legitimæ & ea pendente exequi &
attentare quia committitur vis notoria , pro qua pro-
pulſanda adſitur Rex : quàm in deferendo appellationi
minimè deferendæ : quia tunc ex ea non committitur
52 violentia , quia judex non deferens juſtæ appellationi
punitur. Specula, *titul. de appellatio.* §. *nunc dicamus nu-
mero* 1. *libro* 2. *fol.* 193. Philippus Francus *in cap. paſ-
toralis* 53. *ſub numero* 5. *verſiculo quinto operatur* , *&
in cap ut debitus* 59. *numero* 42. *verſicul. in gloſſ. in verb.
ex rationali* , *& ſub num.*43. & clarius *in cap. de priori*
31. *in princ. de appellationib.* Eſcacia *de appellationibus,
quæſtio.*13. *à numero* 100. ubi latè de diverſis pœnis,
quibus puniatur (Geminian. *in cap. ut ſuper* , 4 *nu-
mero* 5. *verſicul. quæro an non tradat* , *de appellat.
in* 6. Marant. *in ſpeculo* 6. *part. actu* 2. *principali in
verbo, quandoque appellatur, numero* 210. *fol* 487.*& nu-
mero* 399. *in* 6. *quæſtione principali, fol.*514. Lancelotus
Robertus *de attentatis, cap. ult. de pœnis attent. nume-
ro* 250. *&* 251. *fol.*465. Guid. Pap. *tractatu de appel-
lationib. quæſtione* 2. *num.* 11. *fol.* 58. *& quæſtione* 120.
numero 89. *&* 94. *fol.*61. Cæſar Contardus *in leg. uni.
quæſtione* 19. *numero* 3. *verſicul. item punitur*, & iterum
in limitatione 27. *numero* 8. *C. ſi de momentan. poſſeſſio.*
qui etiam tractant , quomodo puniatur jure civili, aut
Canonico.

Et tamen ſi deferat appellationi,minimè deferendæ, 53
& minùs legitimæ ; non punitur. Philipp.Franc *in cap.
ut debitus, ſub numero* 43. *verſiculo in eadem, & in dicto
cap. de priori , in princ. de appellationibus* , Scacia , *trac-
tatu de appellationibus , quæſtione* 17. *ampliatione* 16.
numero 61. *fol.*281. Cæſar Contardus *in dict. leg. uni. a.
limitatione* 27. *numero* 8. *Cod. ſi de momentanea poſſeſ-
ſione* , & ſic cùm inter utrumque caſum tanta detur
diſtantia , & diſparitas rationis , nihil mirum , ut op-
preſſus ſui appellationis non delatæ vigore iterum,
ſint jam integra,ad Senatum recurrere queat per viam
violentiæ , quæ durat , non ſine inconveniente ,
& ſcandalo : appellatus autem nullam habet viam,
quâ poſſit redire , quia illi vis illata non eſt , &
cùm per viam violentiæ non recurrit , aliter Sena-
tum adire nullo modo poterit in cauſis vertenti-
bus coram judice Eccleſiaſtico , quod quidem veriſſi-
mum eſt.

Tertiò limitanda eſt, ut non procedat, quando ipſe 54
oppreſſus in Senatu firmavit , atque etiam aſſeruit,
acta eſſe integra , quia poſtmodum etiamſi diminu-
ta reperiantur , nullatenus audietur , ſi vellet iterum
recurrere ex capite proceſſus non integri , prout be-
ne probat Scacia *dicto cap.* 20. *numero* 14. ubi di-
cit hunc talem non audiri poſtmodum , volentem
dicere ſententiam nullam ex cauſa proceſſus non
integri

Quartò limitanda eſt, ut tunc procedat vera, quan- 55
do ex eiſdem actis evidenter , & manifeſtè apparet,
illa eſſentialia acta defeciſſe , atque non adeſſe tem-
pore primi decreti, & in hoc cautus debet eſſe oppreſ-
ſus , ut illa acta ita de novo aggregentur liti , eoque
modo & aſtutia , ut ex ejus petitione , & judicis, aut
notarii reſponſione , tunc defeciſſe notoriè appareat
in Senatu , ex actorum inſpectione ; quoniam cùm in
Senatu nulla ſit admittenda extrinſecùs probatio
de eorum actorum defectu , ſicuti nec de aliis ad
violentiam attingentibus : ſed omnia notoriè , & evi-
denter patere debent ex eiſdem actis , ut latiſſimè di-
ximus , & probavimus *ſuprà* , *cap.* 2. ideo aliter op-
preſſus audiendus non eſt : quare caveant Senatores,
ne aliter illum admittant , ſed ſi ita manifeſtè ex actis
non conſtiterit (prout dixi) ſtatim alio non de-
clarato faciant reddi proceſſum notario Eccle-
ſiaſtico.

Unum tamen in hac materia attendere debes,quòd 56
ſi in priori decreto petita eſt , & obtenta proviſio *de
autos diminutos* ,'de qua latiùs *ſuprà*, *cap.*2. §. 2. & in-
timata notario fidem faciat, alia non eſſe acta, ſed mi-
ſiſſe ſe proceſſum integrum , & non diminutum.
Tunc ſtandum eſt ejus aſſertioni & certificationi ,
quia in contrarium alia probatio in Senatu non ad-
mittitur (niſi fiat coram judice Eccleſiaſtico , prout
poteſt)

poteſt) & ſic ad proceſſus inſpectionem deveniendum eſt: ita tenuit Rota Romana in una Salmantina Canonicat. 24. Maii 1595. coram Dom. Blanchero ibi: Non obſtat, quòd acta non ſint integra, quia notarius teſtatur de continuato regiſtro, fol. 24. &c. quam deciſionem adducit ad literam Joſeph. Seſe *in tractatu de inhibitione cap.* 8. §. 3. *ſub num.* 174. eandem etiam ad literam refert Proſperus Farinacius *conſilio* 68. *in deciſ. cauſar. crimin. numero* 13. & 14. Bene etiam facit doctrina Sigiſmundi Scaciæ *tractatu de appellatio. quæſtione* 20. *n.* 16. dum dicit, in tantum incumbat onus probandi, acta non eſſe integra, aſſerenti, ut maximè procedat, quando copia proceſſus eſſet à notario intitulata hoc modo (Copia omnium actorum) tenet etiam obiter Giurba *deciſ.* 29. *ſub n.* 13.

57 At tum receditur à fide tabellionis, cùm poſtmodum in eodem proceſſu appareant alia acta, quæ verè defuerant, tunc enim oppreſſus non indiget alia probatione, cùm ipſa quidem faciat variare fidem tabellionis, contra quem, cùm ſit laïcus, poterit tribunal ob falſitatem procedere, & convictum punire, & graviter animadvertere, niſi aliter de ſua innocentia vel appareat, vel doceat, ſcilicet, quia illa acta penes judicem remanſiſſe, eo tamen inſcio.

58 Obiter tamen ex ſupraſcriptis unum non omittam, quod diſtinguendo aſſerit Giurba *deciſ.* 29. *n.* 7. *cum ſequentibus*, ſequutus Muſcatellum *de appell. part.* 1. *gloſſa proſequendum, num.* 57. 58. & 59. quòd tunc erit nulla ſententia ex actorum diminuta tranſportatione; ſi appellans ſit in dolo, ſecùs ſi in dolo non ſit: ſed miror tantos viros loqui adversùs communem, & abſolutam Doctorum, & Rotæ deciſionum receptam ſententiam, de qua nos *ſupra*, *verſiculo primo quoniam*, *à num.* 12. qui omnes profitentur, ſententiam ex capite actorum non integrorum eſſe nullam indiſtinctè ex rationibus de quibus nos *ſuprà*, *c.* 2. § 2. *à princ.* ubi etiam quia abſque integris actis veritas deduci non poteſt; ergo ſententia nulla dicenda erit: & quia ſi etiam omnibus actis integris judex ferat ſententiam in tam brevi tempore, quòd præſumatur acta non vidiſſe, eſt nulla, ut diximus *infra*, 3. *part. cap.* 9. *à n.* 214. abſque diſtinctione, an adſit dolus, nécne; multò fortiùs ubi jura non inſpiciuntur, quia deficiunt; & quia paſſim videmus in jure, ſententiam eſſe nullam ex defectu cujuſliber ſubſtantialis actus abſque diſtinctione, an adſit dolus, vel non. Fateor etiam quòd ſi adeſt dolus appellantis, etiam ex hoc capite ſimul dici nullam ſententiam ex non integris actis, non tamen eſt neceſſarius, & ita prædictorum Doctorum opinio nullatenus admittenda erit ratione carens.

TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE
Vi Oppreſſorum Appellantium.

PARS SECUNDA.

CAPUT I.

A ſententiis merè interlocutoriis, vel vim diffinitivæ, damnum irreparabile, vel præjudicium cauſæ principali habentibus; an, & quando judex Eccleſiaſticus vim facere dicatur, appellationi non deferens, ad clariorem intelligentiam legis Regiæ, & decreti Tridentini.

SUMMARIUM.

Lex Regia 37. tit. 5. lib. 2. recop. *declaratur, n.* 1.

Appellatio a merè interlocutoria ſententia omni jure prohibita eſt, n 2.

Appellatur de jure canonico non ſolum à diffinitiva vim habente ſententia, & damnum irreparabile continente, aut cauſæ principali præjudiciali; verùm etiam à merè interlocutoria, n. 3.

Hodie attenta diſpoſitione Concilii Triden. ſeſſ. 24. de reform. c. 20. *non appellatur à merè interlocutoria, ſed à diffinitiva vim habente, damnum irreparabile continente, vel præjudicium gerente cauſa principali, n.* 4.

Idem in cauſis criminalibus diſpoſuit Conc. Trid. ſeſſ. 13. de reform. c. 1. in fin. *n.* 5.

Diſpoſitio Concil. Triden. cap. 20. *procedit in interlocutoria lata tam à judice ordinario, quam à delegato, & tam in prima; quàm in ſecunda inſtantia, n.* 6.

Omnis diſpoſitio, per quam redactum eſt ad jus commune, favorabilis eſt, & amplianda, ibid.

Appellare non licet de jure civili, & regio ab interlocutoria, niſi à diffinitiva, & diffinitivæ vim habente, vel damnum irrapabile continente, n. 7.

Regia majeſtas veſtigiis ſemper Concilii Tridentini decretorum, maximè in violentiarum cognitione, inhæret, num. 8.

Appellatione interpoſita ab interlocutoria vim diffinitivæ habente, vel damnum irreparabile continente, vel præjudiciali cauſæ principali non ſit delata, proceſſus trahitur ad Senatum permiſſu legis Regiæ dictæ 37. *ibid.*

Appellare non licet à citatione valida verbali, etiam jure civili, n. 9.

Appellare non licet à citatione virtute reſcripti emanata, ſed præciſè citatus tenetur per ſe, vel per procuratorem comparere, ſuas exceptiones allegando, n. 10.

Citatio realis dicitur captura perſonæ, n. 11.

Quæ in cauſa civili non niſi in caſibus remiſſivè poſitis fertur, ibid.

Appellatio à citatione reali non datur ſaltim quoad effectum ſuſpenſivum, n. 12.

Alia eſt appellatio à captura, alia à præcepto de capiendo, quod eſt ipſa citatio realis, ibid.

Appellatio nullatenus erit admittenda à præcepto de capiendo, ſeu incarcerando ad effectum ſuſpendendi executionem ipſius, n. 13.

Judex, qui reum incarcerare jubet, non obſtante ejus appellatione; non innovat, ſed jus publicum, ut delicta puniantur, conſervat, n. 14.

Appellatio ſi reum relaxaret à captura, fruſtratorium eſſet, carceres ædificare, n. 15.

Quod dilationem non patitur, non ſuſpenditur per appellationem, n. 16.

Captura non recipit dilationem, quia periculum eſſet in mora. Fugæ periculum ſufficiens eſt ad impediendam, & excuſandam citationem, n. 17.

Citatio eſt de jure naturali & divino, ibid.

Appellatio datur à malè formata inquiſitione, videlicet, in caſu, quo non debuit formari; ſecus eſt ſi ex capite ignorantiæ malè formata dicatur, à qua non appellatur, num. 18.

Appellare licèt à citatione civili continente breviorem terminum, quàm oportebat concedi, n. 19.

Citatio continens ita nimis brevem terminum, ut intra eum non poſſit comparere citatus, nulla eſt, & citatum non arctat, ibid.

Appellare licet à citatione verbali, vel civili peremptoria, qua delationes abbreviantur, n. 20.

Appellare licet à citatione verbali facta ad locum non tutum, n. 21.

Appella licet à citatione reali, vel captura, quando captus dicitur in locum ſuſpectum, & non tutum, n. 22.

Locus dicitur non tutus, quando quis citatur ad locum peſte, vel aëris contagio corruptum, n. 23.

Exceptio citationis loci non tuti poteſt allegari à quocunque nomine gravati ſine mandato, vel ſatisdatione, ibid.

Appellare licet à citatione verbali, à non citando, veluti quando delegatus cognoſcens virtute reſcripti contra unum in eo contentum, citat alium non contentum, etiam virtualiter, ibid.

Judex tenetur admittere exceptiones dilatorias, vel peremptorias, n. 24.

Appellare licet à judice non admittente legitimas exceptiones, ibid.

Gravamen vexationis, ſeu fatigationis dicitur, quando judex declarat, exceptionibus oppoſitis non obſtantibus, ad ulteriora procedendum, ſive ſit declaratio tacita, ſive expreſſa, n. 25. *& quòd in hoc caſu legitimè appellatur, n.* 31. *&* 32.

Judex litigare tempore indebito, facit gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva, n. 26.

Factum injectum eſſe non poteſt, n. 27.

A judice pronuntiante nullam ex exceptionibus oppoſitis eſſe admittendam, legitimè, appellatur, ibid.

A judice recipiente exceptionem peremptoriam, licitè appellatur, quia talis ſententia vim habet diffinitiva, n. 28.

Opponens exceptionem litis pendentiæ, ſeu prævention is,

jurisdictionis, vel similium, si non admittatur, legitimè appellat. n.30.

Non minus est facere, quàm dicere, n.32.

Processus est nullus si judex rejiciendo exceptionem oppositum, procedit ad ulteriora sine causæ cognitione dictæ exceptionis, n.33. ut in exceptione declinatoriæ, n.34.

Si judex oppositæ exceptione statim ad ulteriora procedat, ut temporis brevitati videatur non adhibuisse causæ cognitionem, noviter procedit, n.35.

A reservatione exceptionum oppositarum in finem litis, licitè appellatur, n.56.

Judex non potest cognoscere simul de emergenti, & negotio principali, quia esset confundere processum, n.37.

A declaratione judicis super exceptione incompetentiæ, vel jurisdictionis defectu, licitè appellatur, quia habet vim diffinitivæ, n.38. & 38.

Quod etiam in causis scholarium procedit, n.40.

A rejectione exceptionis libelli inepti in quacunque causa licitè appellatur, n.41.

Libello inepto, pars non tenetur respondere, & à judice contrarium declarante licitè appellatur, n.42.

Idem in libello obscuro, & generali resolvitur, n.43. quia est sententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, n.44.

A sententia, quâ judex reum absolvit à contestatione libelli, cùm vim diffinitivæ habeat, licitè appellatur, n.45.

A sententia lata super exceptione legitimationis personæ, sive affirmativè, sive negativè lata, ut in exemplis ibi, licitè appellatur, n.46.

Judex vim facit non deferens appellationi super articulo præjudiciali interpositæ in causis etiam summariis, n.47.

Appellatio admittitur in articulo præjudiciali, quando contingit sive in litis processu, sive in executione, n.48.

Judex vim facit non deferens appellationi interpositæ ab interlocutoria præjudiciali negotio principali, n.49.

Et ab interlocutoria, qua causatur difficultas circa causæ decisionem, n.50.

Ab interlocutoria, quâ judex declarat fidejussores idoneos, vel minùs idoneos licitè appellatur, & appellatione non delata vim fieri declaratur, n.51.

Ab interlocutoria, quâ judex compellit sive principaliter, sive in consequentiam debitorum, solvere pecuniam debitam minori, sine tutoris, aut curatoris authoritate, licitè appellatur, n.52.

A pronuntiatione judicis declarantis, aliquem minorem, majorem, servum, habilem vel inhabilem appellationi emissa si judex non deferat, vim facit, n.53.

A sententia, quâ judex pronuntiat, aliquem non minorem, vel ei non esse concedendam restitutionem, appellationi interpositæ non deferens vim facit, n.54.

Idem quando pronuntiat, Procuratorem esse vel non esse legitimum, n.55.

Appellatio licita est à non admissa exceptione defectus mandati, ibid.

Appellatio licita etiam ab interlocutoria, quâ declaratur, tutorem esse vel non esse legitimum, n.56.

Appellare licet à declaratione judicis dicentis aliquem esse hæredem, vel non, cum beneficio legis inventarii, aut sine eo, n.57.

Quod intellige in sententia, qua incidenter hoc declarat, ibid.

Appellatio licita à sententia, quâ judex incidenter declarat, testamentum, instrumentum, vel processum, vel actum nullum, etsi principaliter declaratur, dicitur diffinitiva, n.58.

Appellatio legitima à declaratione ordinarii declarantis in provisione beneficii seu capellaniæ proximioribus consanguineis conferendæ ex ipsa fundatione, non esse oppositorem propinquiorem, vel in eo non adesse qualitates requisitas à fundatore, & non delata, vim fieri Senatus Regius declarat, n.59.

Appellationi interpositæ à denegatione copiæ actorum si non deferat judex vim facere declaratur, n.60.

Acta judicii tanquam publica, & communia utrique parti edi debent, ut se defendat, ibid.

Sententia quâ judex pronuntiat clericum remittendum, vel rimittit ad judicem suum Ecclesiasticum interlocutoria habens vim diffinitivæ dicitur, & ab ea appellatione emissa non delata vis fieri declaratur, n.61.

Sententia lata super exceptionibus peremptoriis, de quibus dicitur interlocutoria habens vim diffinitivæ, & ab ea licitè appellatur, n.62. quod declara, si incidenter proponantur exceptiones dictæ, aliàs si principaliter, dicetur diffinitiva, ibid.

Appellatur licitè à sententia, quâ exceptiones oppositæ à tutore nominato ad se excusandum, rejiciuntur, eique non deferens judex vim facit, n.63.

Ab omni decreto, quo rejicitur beneficium à jure concessum, licitè appellatur, n.64.

Sententia, quâ judex declarat tutorem interim non administrare, est interlocutoria, & non appellabilis, n.65.

Appellare an liceat à nominatione tutelæ remissivè, n.66.

Appellatio an licita sit de ab exceptionibus oppositis remissivè, n.57.

Exceptio relevans dicitur, cum provenit à causa, justam causante appellandi, n.68.

Exceptio relevans an sit, arbitrio judicis relinquitur, ibid.

Appellans à rejectione exceptionis tenetur eam justificare, & probare aliàs gravamen non judicatur, n.69.

Veritate exceptionis non probata, negotium ad judicem appellationis non devolvitur, n.70.

Si veritas exceptionis de per se patet, non indiget comprobatione, n.71.

Appellatio dicitur justificata à denegatione inducciarum deliberatoriarum, ibid. à denegatione copiæ actorum communium, n.72.

Appellatio legitima dicitur à processu ad ulteriora per judicium recusatum, & justificata, licèt causæ recusationis probatæ non sint, n.73.

Appellatio justificata dicitur à rejectione exceptionis oppositæ, & incontinenti ejus probatione oblata, num. 74. & 75.

Appellatio interponitur non solùm à rejectione exceptionis, verùm etiam non admissa ejus probatione, n.76.

Appellatio justificata dicitur rejectione exceptionis peremptoriæ, cujus probatio incontinenti oblata fuit, numero 77.

Appellatio à rejectione exceptionis, cujus probatio oblata fuit, suspendit, devolvit, & attentata inducit, n.78.

Sententia diffinitiva, & processus factus à judice post exceptionem legitimam oppositam, & ejus probationem ob eam dicitur attentatum, n.79.

Appellatio non erit legitima in casibus, quibus in arbitrio judicis est exceptionem oppositam reservare, licèt ejus probatio incontinenti offeratur, n.80.

Judex potest reservare exceptionem oppositam contra testem, quod sit infamis, vel criminosus ad publicationem, etiamsi probatio incontinenti offeratur, & appellatio non erit justificata, n.81. quia tenetur justificare, & probare coram superiore, n.82.

Merus executor non recipit probationes exceptionis oblatæ, n.83.

Appellatio interposita 4. gravamine illato juris præsumptione, putà, à sequestro (etiam non expressa causa) legitima, & justificata est, n.84.

Sequestratio regulariter prohibita est, ibid.

Appellatio interposita causa probabili, & verosimili, legitima est, n.85.

Appellatio legitima est à rejectione exceptionis recusationis, & à processu ad ulteriora recusatione oppositæ facto, n.86.

Sententia, quâ judex se recusatum, vel non suspectum declarat, dicitur interlocutoria, n.87.

Recusatio, & appellatio ab interlocutoria æquiparantur respectu formæ; secùs tamen quoad alios effectus, n.88.

Ad

Ad ſuſpenſionem juriſdictionis adæquatur appellatio, recuſatio, & relatio, ibid.

Facta à judice recuſato an ſint nulla, vel annullanda, remiſſivè, n.89.

A proceſſu ad ulteriora facto per judicem recuſatum legitimè appellatur, n.90.

A ſententia arbitrorum juris negativa, ſcilicet, recuſationem non eſſe admittendam, aut causam non eſſe legitimam, appellatio legitima, n.91.

Periculoſum eſt coram judice ſuſpecto litigare, ibid.

Ab articulo præjudiciali cauſæ principali licita eſt appellatio, n.92.

Supplicatio habet locum in cauſa recuſationis Senatorum, num.93.

In recuſatione judices Eccleſiaſtici arbitri eliguntur, qui de cauſis recuſationum cognoſcunt, n.94.

Appellare licet ab arbitris juris, n.95.

A ſententia arbitrorum juris affirmativa, videlicet, judicem legitimè recuſatum, non appellatur, n.96.

A ſententia arbitrorum, quâ judex legitimè recuſatus declaratur, poteſt ipſemet judex recuſatus appellare, n.97.

Recuſatus judex, quando poſſit ſine metu attentati, & nullitatis ad ulteriora procedere, remiſſivè, ibid.

Pronuntiatio de torquendo reo eſt interlocutoria, n.98.

Continet tamen damnum irreparabile, & ab ea appellatur, & tali appellationi non deferentem judicem vim facere declarat Senatus, n.99.

Sive decretum contineat torturam ſuper principali negotio, ſive ad habendam reſponſionem affirmativam, vel negativam, n.100.

Judex appoſita appellatione à decreto tortura ſuperſedere debet in cauſa, etiamſi non ſit inhibitus, vel inhibitio præſentata, n.101.

Idem ante appellationem ab eo, dum tamen ſit intra tempus datum ad appellandum, n.102.

Confeſſio emanata à reo extorta per judicem poſt appellationem à decreto tortura, eſt nulla, & inefficax ad condemnandum, n.103.

Appellatio à decreto negativo tortura licita an ſit, & non deferre, vim fieri declaratur, n.104.

In judiciis actor, & reus æquiparantur, & quod licet reo, actori idem licere debet, n.105.

Appellare non licere à decreto negativo tortura, reſolvitur à nonnullis, n.106.

Judex hodie ratio pronuntiat, reum non torquendum, n.107.

Appellare licere à decreto negativo tortura pro veriori opinione, reſolvit Author, n.108.

Appellatio omni jure licita eſt à quibuſcumque interlocutoriis reſpicientibus merita cauſæ, & negotium principale, n.109.

Appellatio à tortura decreto interpoſita tempore executionis, quo ad notitiam pervenit condemnati, an ſuſpendat, affirmant nonnulli, n.110. & contrarium Author, n.111.

Appellatio à comminatione tortura licita eſt, ib. & n.112.

Appellatio legitima à ſententia interlocutoria quæ ſecum trahit paratam executionem, de jure eſt, n.113.

Appellatio legitima à ſententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolata, n.114.

Appellatio legitima à ſententia, quâ pronuntiatur ſuper compromittendo, vel non ex forma ſtatuti, ibid.

Appellatio ab interlocutoria gravamen continente reparabile, ſi tamen cum difficultate magna reparatur, n.115.

Idem ſi per appellationem à definitiva non reparetur in totum, nec perfectè, n.116.

Appellatio legitima ab interlocutoria tangente negotium principale, vel ſubſtantiam ipſius, n.117.

Sententia, quâ terminus aſſignatur ſeu dilatio, eſt interlocutoria, n.118.

Appellatio legitima ab hac ſententia terminum brevem, ſeu, minùs longum aſſignante, n.119.

A ſententia nimis longa dilationem concedente appellatur, ſi excedat terminum inſtantiæ, ſecus ſi non excedat. 120.

Appellatur legitimè à conceſſione termini, ſi cauſativè pars gravatur, ibid.

Secunda dilatio in ſummariis non datur, nec ſine cauſæ cognitione, aliàs nulla legitimè appellatur, n.121.

Appellatur legitimè à denegatione termini ad probandum, & tali appellationi non deferentem judicem vim fieri declarat Senatus, n.122.

Appellatio legitima à denegatione dilationis petita per Procuratorem, nomine filii patrimonialis ſe opponentis beneficio patrimoniali vocato ad certiorandum, cùm ſit in longinquis, ut veniat ad examen, n.123.

Appellatio legitima à coarctatione terminorum à jure præſcriptorum, veluti ad præſentandum patrono datum, vel conſanguineo ad retrahendam rem patrimonialem, vel ſimilia, n.124.

Appellatio generaliter licita ab abbreviatione termini ſine cauſæ expreſſione, n.125.

Dilationem non petenti judex dare non tenetur, n.126.

Parti imputatur non appellanti à denegatione dilationis petitæ, n.127.

Dilatione minus brevi conceſſa non datur nullitas, ſed appellationis remedium, cùm dilatio non ſit ordinis ſubſtantialis judicii, n.128.

Appellare licet à decreto revocatorio dilationis, cùm revocari valet, ſi non appelletur, n.129.

Appellatio legitima ab injuſta rejectione probationis, vel non admiſſione ad probandum, n.130.

Res per negationem efficitur dubia, ibid.

Judex, cui nihil conſtat, nihil diſcernere poteſt, n.131.

Judex, condemnans non admiſſis probationibus, dicitur in dolo, n.132.

In quocunque judicio etiam ſummario, requiritur plena probatio, ibid.

Papa, nec alius condemnat abſque debita probatione, cùm ſit contra jus naturale, n.133.

Non probans dicitur carere jure, n.134.

Judice non admittente probationes, ſed ſine eis judicante, nullum dicitur judicatum, n.135.

Procedit tamen ſi à tali denegatione admiſſionis probationis appelletur, aliàs tenet judicium, n.136.

A judice negante beneficium legis licitam eſſe appellationem, ibid.

Sententia ſuper admittenda, vel rejicienda probatione, eſt interlocutoria, n.137.

Ab interlocutoria, quia judex partem excludit à probando, licitè appellatur, n.138.

A nimis brevi termino dato ad probandum licitè appellatur, num.339.

In probationibus ſtat tota virtus cauſæ, ibid.

Sententia lata ſuper admittendis, vel rejiciendis articulis eſt interlocutoria, n.140.

A rejectione vel admiſſione articulo non pertinentium, vel impertinentium, licitè appellatur, tanquam à præjudiciali, n.141.

Articulus eſt actus præparatorius ad probationem, ſicque de ipſo judicandum eſt, ac de ipſa probatione, n.142.

Circa articulos, & probationes impertinentes rejectas non cadit appellatio, ibid.

Articulorum copia danda eſt ei contra quem teſtes producuntur, non tamen copia interrogatoriorum danda eſt producenti teſtes, n.143.

Appellatio licita à judice dante copiam articulorum producenti teſtes, n.144.

Appellare licet à denegata remiſſoria ad teſtes examinandos, n.145.

Appellare non licet à conceſſione remiſſoria ad exeminandos teſtes in civilibus cauſis, n.146.

Appellare licet à tali conceſſione remiſſoria in cauſis criminalibus; n.147.

Appellare non licet à tali conceſſione remiſſoria in caſibus, quibus judex concedere poteſt, ſecùs in caſibus, quibus non poteſt, n.148. & quales iſti ſint, remiſſivè, n.149.

Appellatio licita ab admiſſione, vel rejectione teſtium, an ſcilicet tales teſtes admittendi, vel non admittendi, num.150. quid eſt interlocutoria continens damnum irreparabile, n.151.

Appellatio prohibita diffinitiva non cenſetur prohibita ab interlocutoria rejiciente teſtes, vel admittente, n.152.

Licita eſt appellatio in omnibus caſibus, in quibus judex ſuâ interlocutoriâ admittit teſtes poſt lapſum termini probatorii, vel teſtes inhabiles, n.153.

In poſſeſſoriis, vel aliis cauſis, in quibus non datur appellatio, ab admiſſione teſtium poſt terminum, vel inhabilium legitima eſt, n.154.

Appellatio emiſſa à judice non admittente exceptiones, vel repulſas contra perſonas teſtium, maximè ſi eſſent admittenda, legitima eſt, n.155.

Publicatio atteſtationum interlocutoria eſt, n.156. & publicationem pro eſſus eſſe, de ſubſtantialibus proceſſus, n.157.

Sententia non facta publicatione lata non valet, ibid.

Appellatio legitima à denegatione publicationis teſtium, num.158.

Appellatione interpoſita à negata publicatione, ſententia eſt nulla, ſecùs ſi appellatio non ſit interpoſita, n.159.

Publicatio reſpectu partis dicitur de ordine juſtitiæ, non de ordine ſubſtantiali judicii, ibid.

A denegatione tacita, vel expreſſa appellare licet, n.160.

A denegatione copiæ proceſſus publicati legitimè appellatur, n.161.

A receptione teſtium, & probationum poſt concluſionem in cauſa appellatio legitima, n.162.

Parte non opponente, valet receptio teſtium poſt publicationem, ibid.

Appellatio admittenda eſt à receptione teſtium facta poſt publicationem partis oppoſitione non obſtante, ibid.

Juramentum in litem quando, & quomodo in quibus caſibus locum habeat, remiſſivè, n.163.

A juramenti in litem dilatione, an liceat appellare, ibid. & affirmativa proponitur, n.164.

A delatione juramenti delati parti de utriuſque conſenſu an liceat appellare, n.165.

L. generaliter 12. §. ſed juramento, C. de rebus creditis, & in §. ſibi *declaratur, n.166.*

Appellare non licet ab eo, quod quis procuravit fieri, ibid.

Appellatio non admittitur in relatione juramenti, & ſententia diffinitiva ſuper ea lata, quando actor defert juramentum reo, & reus recurſans id juramentum actori refert, n.167.

Appellare licet à delatione, vel relatione juramenti à parte delati, quando exceptiones legitimæ opponuntur ad non deferendum, ſeu referendum, & tamen compellitur deferre, vel referre, n.168.

Ab actu, quo non appellatur regulariter conceditur appellatio alleganti exceptiones legitimas ad illum actum ne deveniatur, ibid.

A juramenti delationis negatione, cùm in locum ſuccedat probationis, legitimè appellatur, n.169.

A juramenti calumniæ delatione non appellatur, n.170.

A præcepto judicis de recognoſcenda ſcriptura non appellatur, nec appellationi non deferens judex Eccleſiaſticus, non vim facit, n.171.

Appellatio legitima ab intricatione proceſſus, & præpoſteratione ordinis judicialis, n.172.

Poſſeſſorium priùs debet terminari, quàm petitorium, ibid.

Quoties concurrũt duæ cauſæ, criminalis videlicet, & civilis, priùs de criminali cognoſci, & determinari debet, n.173.

Cauſa ſtatus, ſeu natalis, & cauſa hæreditatis concurrentibus, priùs de ea, quæ alteram perimit, & ei præjudicium generat, cognoſcendum eſt, ibid.

Priùs de hæreditate, rei vendicatione, vel pro ſocio actionibus, cognoſcendum, quàm de diviſorio judicio ſi poſſeſſor cohærens, ſeu conſocius ab alio negetur, n.174.

Ordo juris eſt, creditorem priùs principalem debitorem, quàm fidejuſſorem, eo non excuſſo, convenire, n.175.

Priùs mãdatores, & fidejuſſores excutiendi ſunt, antequam deveniatur ad tertios pignorum poſſeſſores, n.176.

Appellatur ab interlocutoria ſuper comparatione literarum facienda, vel non, cùm concernat articulum probationis amittendæ, n.177.

Diſcordiam ortam inter judices duos ſuper juriſdictione, ſi ſuperior, vel arbitri electi componant, & decernant, à tali pronuntiatione non appellatur, n.178.

Aliud tamen in arbitris ſuper recuſatione declarantibus, dicendum eſt, ibid. remiſſivè.

Ab interlocutoria, quâ quis admittitur ad ceſſionem bonorum in caſibus, quibus non debet: licitè appellatur, & quales iſti ſint, remiſſivè, n.179.

Ab interlocutoria revocatoria alterius legitimè appellatur, ut in exemplo, ibid. n.180.

Mandatum executorium virtute ſententiæ, vel inſtrumenti guarentigii, eſt ſententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, n.181. & an ab eo appelletur, remiſſivè, ibid.

Appellatio remittitur à decreto expeditionis executorialium ſententiæ tranſlatæ in rem judicatam, breviter tamen contradictio diſcutitur, ibid.

Sententia multæ eſt interlocutoria, quæ habet vim diffinitivæ quæ revocari non poteſt, licèt alii contrà, remittitur tamen ob paupertatem, n.182.

A ſententia multæ, vel ejus exceſſu licet appellare, remiſſivè, ibid.

Sententia deſertionis eſt interlocutoria, quæ habet vim diffinitivæ, & lata ſuper ſententia diffinitiva, diffinitiva eſt & an ab ea appelletur, remiſſive, n.183.

Sententia ſuper inſtantia perempta lata, & interlocutoria, quæ habet vim diffinitivæ, num.184. & ab ea appellatur licitè, ibid.

Sententia ſuper attentatis, an ſit interlocutoria habens vim diffinitivæ diſcutitur, & an ab ea licet appellare remiſſivè, ibid.

Sententia interlocutoria ab obſervatione judicii an habeat vim diffinitivæ, diſcutitur, n.185.

Sententia, quâ quis in expenſis damnatur, eſt interlocutoria habens vim diffinitivæ ſi ſeparatim à diffinitiva proferatur, ſecùs ſi in diffinitiva, n.186. & ab iſta interlocutoria expenſarum appellatur, ibid.

Appellatio ab interlocutoria annotationis bonorum legitima eſt, n.187.

Reus abſens cujus bona deſcripta, & annotata fuerunt, comparens licitè appellat à tali annotatione, ibid.

Contumax non auditur appellans, ibid.

Sequeſtratio prohibita eſt, deſcriptio tamen permiſſa, ibid.

Revocatio præcepti de non ædificando dicitur interlocutoria habens vim diffinitivæ, à qua licet appellare, n.188.

A præcepto de agendo contra nominatum non datur appellatio, n.189.

Præceptum inhibitorium de non ſolvendo factum debitori non valet, niſi pro rata, & concurrenti quantitate creditoris, & ultra partem crediti ejus, in cujus favorem præceptum inhibitorium relaxatum eſt, non intereſt, num.190.

Exactio præcepti inhibitorii virtute facta, totius debiti ſi impediatur, licitè appellatur, n.191.

Accumulationem litium, & proceſſuum an liceat appellare, remiſſivè, n.192.

Accumulatio proceſſuum, quando habeat locum remiſſivè, ibid.

A ſententia permittente appellationem in caſu prohibito, an liceat appellare, remiſſive, n.193.

Sententia, quâ declaratur valere appellationem, ſeu poſſe appellare, eſt interlocutoria, habens vim diffinitivæ, ibid.

A rejectione, vel admiſſione appellationis, an admittatur appellatio, remiſſive, ibiaem, & admitti reſolvitur, num. 194.

Et diſtinctio proponitur remiſſivè, ibid.

Ab actu, in quo ſententia non profertur, & ex eo pars gravatur, licet appellare, n.195.

Veluti

Veluti à tarditate judicis in non proferendo, vel procedendo, ibid.

Judex, qui ter monitus, & requisitus aliquid facere nihil respondeat; videtur negare, & à tali denegatione justitiæ licitè appellatur, n.196.

A gravamine illato in faciendo licitè appellatur, numero 197.

Qui non loquitur, & obmutescit, videtur justitiam denegare, n.198.

Monitio, seu requisitio unica, vel trina diversis vicibus, aut trina uno contextu facta judici an sit necessaria, ut videatur justitiam denegare, remissivè, n.199.

Judex potest suam interlocutoriam revocare sive ab ea appellatum sit, sive non, n.200.

A revocatione interlocutoriæ, seu gravaminis an licita sit appellatio, disputatur, n.201.

Revocatio interlocutoriæ, seu gravaminis interlocutoria est, ibid. & n.202. contra, n.205.

Quod est de genere prohibitorum, de eo idem judicandum est, quod de ipso genere, n.203.

Regula quod in dubio censeatur appellatio permissa declaratur, quando simus in casibus permissivis appellationis, secus in casibus prohibitis ejus, nam tunc in dubio prohibita censetur ut in exemplis, ibid. n.204.

Si pars à gravamine revocato poterat appellare, poterit contrarius à gravaminis revocatione, cum idem jus servetur in ejus repositione, quod in revocatione, n.206.

Valet argumentum de contractu ad distractum & constitutio, statutum, seu dispositio loquens de contractu, habet etiam locum in distractu, ibid.

Contractus, & distractus judicantur ejusdem naturæ, numero 207.

Quando contractus est bonæ fidei, eo casu distractus seu contractus liberatio erit bonæ fidei similiter, n.208.

Habitus si est bonæ fidei, similiter erit privatio, n.209.

Solemnitas requisita in contractu, eadem requiritur in distractu, ibid.

Necessaria in actu producendo, seu conficiendo, eadem requiritur in eo solvendo, vel destruendo, n.210.

Legitimum est argumentum de facto ad distractum, ibid.

Quando militat eadem ratio in sententia interlocutoria, quæ in revocatione ejus, legitimè appellatur ab utraque, num.211.

Appellare licet ab interlocutoria sive negativa sive affirmativa, concurrentibus qualitatibus Concil. Trident. sess. 24. c 20. ut in exemplis, ibid. n.212. & 213.

Argumentum de contractu ad distractum validum est, cùm identitas rationis concurrit in utroque, etsi res alias diversissimæ sint, n.214.

A revocatoria interlocutoria gravaminis appellatur, quando ex tali revocatoria oritur gravamen præjudiciale, non in ipso gravamine, ut in exemplis ibid. n.215. & 216.

A sententia lata negativa super recusatione licet appellare, secùs ab affirmativa ibid.

Arbitri juris pronuntiantes causam recusationis non esse legitimã, si revocant postea talem pronuntiationem à tali revocatione non licet appellare secus è converso, si declarantes legitimam recusationem, declarationem revocant à tali appellatur, n.217. & 218.

Arbitri juris possunt revocare suam interlocutoriam, ibidem.

Appellatur legitimè à repositione, seu revocatoria judicis non valentis revocare, d. n.218.

Senatus vim non fieri declarat, quando judex Ecclesiasticus non detulit appellationi interpositæ à revocatoria, quando in ea non concurrunt causæ gravaminis, aut repositionis, de quibus supra, n.219.

Judex se non judicem declarans mediante appellatione interposita, à tali declaratione jurisdictionem reassumit & videtur revocare declarationem, quæ vim habet diffinitivæ, n.220.

Decisio Rotæ 36. in novis *declaratur, n.221.*

Salgado de protect. R. 3.

Senatus qualiter se habere debet, quoad negotium per viam violentiæ appellationis non delatæ à repositione, seu revocatione gravaminis, n.222.

Appellatio ab interlocutoria eximit appellantem à jurisdictione judicis à quo, n.223.

Judex à quo sine metu attentati procedit ad ulteriora, non obstante appellatione ab interlocutoria, quousque sit inhibitus canonicè, n.224.

Appellatio à lege reprobata non juvat appellantem, nec manus ligat judicis à quo n.225. & à processu ejus non appellatur ibid.

Appellatio ab interlocutoria mera non suspendit jurisdictionem judicis à quo, ut suprà, secùs si non sit merè interlocutoria, sed qualificata qualitatibus Concilii, suprà, quia tunc suspendit, n.226. & habet utrumque effectum, n.227. & n.234.

Appellans à sententia interlocutoria vim diffinitivæ habente, tenetur servare formam cap. cordi. *sicut appellans à diffinitiva, n.228.*

Statutum prohibens appellationem ab interlocutoria non censetur prohibere ab habente vim diffinitivæ, n.229.

Appellatio ab interlocutoria continente damnum irreparabile per diffinitivam suspendit jurisdictionem, & causat attentatum, n.230. idem si contineat damnum irreparabile cum difficultate tamen, n.231.

Per appellationem ab interlocutoria continente damnum irreparabile vel reparabile cum magna difficultate, taliter suspenditur judicis à quo jurisdictio, ut non sit necessaria inhibitio, n.232.

Judice à quo procedente non obstante appellatione ab interlocutoria damnum irreparabile continente potest puniri, & impunè resisti, n.233.

Decretum Senatus primum scilicet, que otorgue y reponga, &c. *continet, judicem debere omnia reponere facta tempore ad appellandum, usque ad tempus, quo reponit, num.235.*

Qui omne dicit, nihil excludit, n.236.

Dictio, omne, *vulgò* todo *universalis est, & cuncta comprehendens, n.237.*

Et continet in se universalem significationem, n.238.

Verba decreti Regii, despues de la appellacion, *comprehendunt omnia attentata quæ ipsam appellationem subsequuntur, n.239. & quæ attentavit judex jam, & reposuit iterum attentans, ibid.*

Quæ in continenti fiunt censentur inesse, ibid.

Nihil feciisse dicitur judex, qui reponit, & statim attentat, ibid.

Decretum Regium non se extendit ad ea, quæ judex inter procedendum gravavit post effectuatem repositionem virtute decreti, n.240.

Dispositio adjecta verbo vel participio, debet intelligi secundùm tempus verbi seu participii n.241.

Lex, vel statutum utens verbo de præterito, non extenditur ad futurum n.242.

Quæ de novo emergunt, novo indigent auxilio, ibidem, & nova res novum exigit remedium, ibid.

Recurri ad Senatum posse appellantem, etiamsi appellatio delata sit, dummodo ea non obstante judex innovat circa intellectum l.36. tit.5. lib.2. recop. *num.243.244. & num.245.*

Violentia consistit non solùm in appellatione non deferendo, sed etiam in ea spreta procedendo, & intellectu legis l. Julia la 1. *ibid.*

Appellatio ab attentatis legitima, & ideo ea interponenda de novo post appellationem à diffinitiva, & ut reponi possit Senatum Regium adire, cautela traditur, n.245.

Aliæ plures interlocutoriæ, quarum appellationes an re ipsi debeant, proponuntur, remissivè, n.246.

Declaratio sacræ Congregationis refertur plura disponens circa appellationem ante diffinitivam, n.247.

SUPERIUS *cap.2. part.1.* casus congessi us exceptos, & specialiter à l. Regia eorum prohibita cognitio, per hanc viam violentiæ: præsentem autem, de quo nunc agimus, cùm latiorem examinationem exigat, commodiori loco reservabimus, circa quem in hæc formalia verba disponit lex Regia 37. tit.5 lib 2.recopil. 1
Porque somos informados, que de las audiencias se traben por via de fuerça muchos processos Eccleſiasticos. por que no otorgan las appellaciones, de autos interlocutorios, y esto es en grande agravio de las partes, y se impede la vista de otros muchos negocios: mandamos à los Presidentes, y Oldores de las dichas audiencias, que de aqui adelante no libren cartas para traher por via de fuerça processos algunos Eccleſiasticos de autos interlocutorios salvo si fueren tales, que tangan fuerça de diffinitiva, y que en ella no se pueden reparar, &c. quod quidem justissimè, sancitum fuisse, apparet ex rationibus adductis *superiùs*, 2
cap.2. ubi aliàs fallentias retulimus, & inter alias hæc est: quia omni jure tam civili, quàm Canonico prohibita extat appellatio à merè interlocutoria sententia, ut bene advertit Gaspar. Rodriguez *de annuis redditibus, lib.1. c.16. n.75.*

Et licèt jure Canonico potest appellari, non solùm, 3
à sententia habente vim diffinitivæ, damnum irreparabile continente, aut causæ principali præjudiciali; sed etiam à merè interlocutoria, & quocunque gravamine *c. super eo, el 2. de appellat. cap.1. eodem tit. in 6.* Petrus de Bellaper. *in l. unica, n.9. versicul. caveatis, ff. nihil innovari appellat. pendente, & in l. invitus, num.11. in fine, Cod. de procura.* Cynus *in l. ante sententia*, Paulus de Castro *n.1. Cod. quorum appellat. non recipiant.* Bald. *in l.2. n.4. versiculo quæro modò, Cod. de Episcop. audientia,* Angel. Areti. *in l.2. n.23. ff. de appellat. recipien.* Franc. *in rubrica de appellat. sub num.17. & in d.c. super eo, sub n.14. & n.16. versiculo ex prædictis de appell.* & Maranta *in suo Speculo, p.6. actu 2. princ. verbo, & quandoque appellatur, limit.14. num.303. & 306. fol.504.* Capella Tholos. *decisione fin. n.2.* Vestrius *in praxi lib.7. cap. 3. sub n.1.* & Gravat. *in adnotat. ad eum l.3. cap.10. num.6.* Caravita *in ritu 264. n.6.* & Cotard. *in l. unic. in 3. oppositione, sub n.4. & limit.3. n.1. C. si de moment. possess.*

Tamen noviori dispositione Concil. Trident. *sess.24.* 4
de refor. c.20. ad jus civile redactum fuit, & utrumque judicium, tam Ecclesiasticum, quàm sæculare, in hoc adæquatum est, ex eodem Trident. decreto, per quod pariter in foro Ecclesiastico sublata est appellatio à sententia merè interlocutoria, insi habeat vim diffinitivæ, vel contineat gravamen irreparabile, per diffinitivam, vel à diffinitiva non liceat appellari: quod & ad causas 5
criminales extendendum esse, disponit idem Trident. *sess.13. de refor. cap.1. in fin.* & circa decretum 10. Concilii Trident. *sess. 24. de reform.* Videndi sunt Zerola *in praxi Episcop. 1. part. verbo appellat. §.1. pagi.19.* Gondizalvus de Paz, *in prax, tomo 1. part.6. in proœmio, n.25.* Barbosa *super remissione ad idem Concilium, c.20. n.5.* asserentes, hoc decretum procedere, tam in interlocutoriis 6
latis, tam à judice ordinario, quàm à delegato, tam in prima instantia, quàm in secunda; quia non est correctorium juris communis, sed potiùs declaratorium, & omnis dispositio, per quam redactum est ad id jus commune, favorabilis est, & amplianda. Et nonnulla in comprobationem adducit Paz *ubi proximè*, Marquesia. *commiss. 1. p.c.12. n.17. & n.52.*

Jure etenim communi, & Regio hoc extat dispositum, ut à merè interlocutoria emissæ appellationi non fit regulariter deferendum, *l. apertissimi, Cod. de judiciis, l. ante sententiæ.* & ibi glossa, Cynus, B. Paulus Castr. omnes *num.1. Cod. quorum appellat. non recipian.* Speculator *in titulo de appell. §. in quibus, versic.14. sub n.15.* Bartol. *in l.2. num.2. ff. de appellat. recipien. vel non*, Bald. *in l. arbitrio. sub n.4. ff. qui satisd. cogan.* Papiens. *in pract. forma appellat. à sententia diffiniti. in glos. coram vobis, sub num 9. folio 405.* Franc. *in rubrica, versiculo 2. est præmittendum, de appell.* Socinus *in regul.24. appellatio in qualibet causa, fallen.1.* Nicellus *tractatu de concord. gloss. fallent.10. n.40. fol.192.* Caravita *Ritu 264. n.7.* 7
Asinius *in prax, §.1. num.26. folio 6.* Maranta, & Vestrius *ubi proxime*, nisi dicta interlocutoria contineat damnum irreparabile per appellationem ad diffinitiva, vel ejus vim habuerit, aut sit causæ principali præjudicialis, *l.2. de appella. recipien. l. ante sententia, Cod. quorum appellatio. non recipian. l.13. tit.32. p.3. & in l.3. titulo 18. lib.4. recopilat. l.10. tit.7. lib.2. de eadem compil.* quæ disponit super interlocutoriis in causis criminalibus, tenet B. *in d. l.1. ff. de appellat. recipien.* Perusinus *num.2.* Præpositi. *n.9. in cap. super eo, el 2. de appellatio.* Bald. *in l.2. n.5. Cod. de Episcopali audientia*, Cosmas *pragmatica sanctio. titul. de causis, versiculo nec quidem. columna.3.* Alexand. Stiaticus *in practi. jud. cap.4.* & communiter Doctores scribentes *in d l. ante sententiã, & in d.l.1. & 2.* Rebuffus *in rep. l. quod. jussu, n.76. vers.3. quando damnum*, Paz, *in praxi, 6. part. tom.1. in proœmio n.20. cum sequentibus.* Cardin. Tusc. *pract. concl. tom.1. litera A, concl....* & alii plurimi in discursu passim videndi.

Sed quia *in d. l.35. titulo 5. lib.2. recopil.* ad imitatio- 8
nem Concilii Tridentini (cujus vestigiis semper in omnibus Regia Catholica Majestas, & præcipuè in violentiarum harum cognitione inhæret permittitur hujusmodi appellationis ab interlocutoria processum trahi ad suprema posse tribunalia, si talis sententia habeat vim diffinitivæ contineatve damnum irreparabile per diffinitivam; nam cùm ipsis non delatis, vim committi certum sit; & utile, & necessarium erit tunc Principem suo officio uti ad eam sublevãdam, & tollendam; juxta *c. Regum officium 23. q.5. & cap. administratores, eadem causa, & q.c. protinus 11. q.1.* cum iis, quæ *superiùs* retulimus latè *in cap.1. & 2.* quapropter non inutile judicavi; quæ hæ sic qualificatæ sint interlocutoriæ sententiæ in medium proferre. Et imprimis à citatione verbali, vel reali videndum erit, quando sit appellatio- 9
ni deferendum, & amplectens citationem verbalem, hoc est, civilem; affirmandum esse, regulariter non esse deferendum appellationi interjectæ à citatione valida, etiam jure civili: tum, quia est merè interlocutoria, tum quia ejus gravamen reparabile est per appellationem à diffinitiva, ita docet Bart. *in l.2. quæst.2. num.12. versus fin. ff. de appellat. recipien.* quem referens sequitur Bellamer. *in cap. si per eo, quæst.13. n.16. de appellat.* Ruginellus *in tractatu de appellatio. §.2. cap.3. num.184.* Zerola *in praxi Episcop.2. p. verbo appellat. quæst.6.* Rebuffus *tomo 3. tractatu de sentent. execut. in princ. num.3. fol.218.* ubi exemplificat in rescripto, cujus virtute quis citatur, quia ab hoc solùm non 10
poterit appellare, sed debet per se, sive per suum procuratorem comparere, & exceptiones opponere, & allegare, & generaliter veram esse hanc doctrinam in omnibus causis civilibus, dicit Rebuffus *ubi proximè, gloss.3, fol.232.*

A citatione autem reali (quæ importat capturam 11
personæ, secundùm glossam Bartol, Alexan. & Doctores *in l.2. de jurisd. omnium jud. & in l. consentaneum, C, quomodo & quando judex*, quæ regulariter non fit in civilibus, nisi in aliquibus casibus congestis à Maran. *de ordine judicio. in 6. part. in princ. n.58. & sequentibus, fol. mihi.365.*) appellatio interposita non suspendit ejus effectũ, (nõ loquor hac in parte de appellatione ab ipsa 12
captura, & citatione reali, quæ jam fortita est effectum, de qua nos *alibi* commodiùs egimus) sed loquor de appellatione duntaxat à præcepto de capiendo, & incarcerando expedito à judice, saltim ad hunc effectum, 13
ut captura suspendatur, cùm appellatio nullatenus erit admittenda, ut suspendat capturam, & quominus delinquens carceribus mancipetur, quod obiter tenet

Gasp.

Gaſp. Rodriguez *de annuis redditibus, l.1.c.17.num.52.* ex Alciato *conſ.16. n.14.lib.7.* & Lancelot. *de attent.2. part. cap.12. lim.4. num.16.* Jul. Clar. *in pract. crim. quæſt.46. numero 2.* ubi dicit, quòd ſi reus videns ſe ad carceres conduci, appellet, de jure dici poſſe (ſtante
14 appellatione) non eſſe carcerandum, quia nihil novari, appellatione pendente: tamen verum, & certum eſſe de conſuetudine contrarium ſervari, ut etiam teſtatur Guido Papæ *in deciſione Delphinal. 235.* quem refert Franciſ. Marc. *deciſio. 915. incipit. quæro an pendente,*
15 *numero 4.* nec dicitur judicem, qui delinquentem jubet carcerari, aliquid contra eum innovare; ſed potiùs videtur jus publicum, & ſuum tueri, ne ille fugiat pœnámque delicti evadat. Et certè ſi appellatio delinquentem relaxaret, fruſtratorium eſſet carceres ædificare, ut inquit Julius Clarus, *ubi proximè*, cum quo tranſit Cardinal. Tuſchus *pract. concluſionum litera A, concluſione 101. num. 11.* mihi autem videtur, & conſuetudine, & jure defendi poſſe, tum quia, quod dilationem non patitur, non ſuſpenditur per appellatio-
16 nem, *l. fin. ff. de appellat. recipien.* ſed hæc captura non recipit dilationem, quia periculum eſt in mora, ſecundùm Alexand. & Jaſon. *in l. fin. fidejuſſor, §. ſi ſatis datum, colum. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur*, Alexand. *in l. de unoquo-*
17 *que, column. 2.* deinde quia hoc fugæ periculum ſufficiens eſt ad impediendam, & excuſandam citationem, ſecundùm Bald. *in l. ſi quis curialis, in primo notabili, Cod. de Epiſcop. & clericis*, idem *in l. ſi filio, in fin. ff. ſoluto matrimonio*, Maranta Robert. *de ordine judicio. 6. p. titulo de citatione, num. 15. folio 317.* & alibi paſſim per Doctores quæ eſt de jure naturali & divino, ergo nihil mirum, ut appellatio etiam minimè admittatur hoc caſu ſaltim quoad effectum ſuſpendendi capturam, quod etiam, & idem procedit in inquiſitione malè
18 formata, id eſt, in caſu, quo non debuit formari, quia tunc datur appellatio, ſecus ſi ex *cap. innocentiæ* malè formatâ, dicatur, ex Bald. *in l.2.n.10. quæſtio.4. Codic. de Epiſc. audien.* ſequitur Ang. Aretinus *in l. 2. n.31. ff. de appellat. recipien.*

19 Hæc autem concluſio, quæ dictat, à citatione civili minimè appelletur, fallit, quando quis appellat à citatione continente breviorem terminum, quàm oportebat concedi, quia talis citatio nulla eſt, & minimè citatum arctat ad comparendum, nec etiam poſt ipſum terminum, ut ex Caſſiadoro *deciſione 6. de dolo, & contumacia*, & per ea, quæ tradit Afflictis *in conſtitutione, incip. ſi quis veſtrûm, in 7. colum. libr.1. conſtitut. Regal. folio 101.* & ſic cùm præbeat juſtam cauſam appellandi, vim faciet judex Eccleſiaſticus; ſi appellationem ut legitimam non admiſerit, Anto. de But. *in cap.1. de dilat.* Bonif. *in clem. 5. column.2.6. notab. de judiciis*, & ex Dominicis, & aliis ita deciſum fuiſſe à Rota, teſtatur Puteus *deciſione 150.n.3. & ſequentibus, lib.3.* Hieronymus Gonzalez *in regul. de menſis, & alterna. gloſſa 9 § 1. titulo de nullita. attenta. in cauſ. benefic. numero. 193.* Zerola *in praxi Epiſcop. ſecunda parte, verſiculo appellatio, quæſtio. 6.* ubi idem dicit; quando citatio eſt peremptoria, qua abbreviantur dilationes, quòd & idem firmat Caputaquenſ. *deciſione 38. capit. 1.* & ibi gloſſ.
20 & Abb. *num.7. verſiculo venio ad gloſſam, & n.8. verſiculo circa prædicta*, & latiùs *n.10. verſiculo 2. principaliter de dilatio.* Gregor. Tholoſ. *tractatu de appellat. lib.1. cap.11. ſub num. 2. verſiculo ſi quis vocetur.* B. *in l. 2. quæſt.2. n.12. ff. de appellat. recipien.* Rebuffus *in tractatu de ſenten. execut. articulo 7. gloſſ.5. n.4. tomo 1.* poſt hæc Sigiſmund. Eſcacia *de appellat. quæſt.17. limit.47. membr.1. ſub num.7.*

21 Secundò fallit, quando quis citatur ad locum non tutum, quia ab ea citatione rectè poteſt appellari, *cap. ex parte, el 1. 47. in oraine de appell. cap. a cedens, el 2. ut lite non conteſtata.* Hieronymus Gonzal. *ubi proximè, n.194.* Zerola *d. quæſt. 6.* Ancharra. *conſilio 158. n.29. & ſequentibus.* Cardinal. Tuſchus *pract. concluſ. tomo 1. concluſione 397. num. 8.* ubi hanc limitationem ſublimitat, & in tantum hæc appellatio eſt le- 22
gitima à citatione ad locum non tutum; ut procedat etiam in citatione reali, hoc eſt, quando perſonaliter dicitur ad locum ſuſpectum, ut poſſit etiam de jure civili appellare, ſecundùm Bartol. quem referens ſequitur Bellamera *in cap. ſuper eo, quæſtio 13. num. 16. de appell.* Bald. *in l.2. verſiculo Canoniſtæ dicunt, de Epiſcopali audientia*, Eſcacia *de appell. quæſt. 17 limit. 47.* 23
membr.1. num.22. ubi reddit exemplum, ut tunc locus non dicitur tutus, quando quis fuit citatus ad locum peſtis, aut ætris intemperie contagioſum, Franch. *in cap. ex parte tua, num.23. verſiculo ultimò quæretur, de appell.* Hieronymus Præve. *tractatu de peſte, & ejus privilegiis, rubrica de judiciis, num. 1. & ſequentibus, tomo 8. folio 176. in fine, n.17* gloſſ. Afflictis, Gail. & alii citati, & ſecuti ab Eſcacia *libr.1. cap. 32. num 33.* & iſthæc exceptio poteſt allegari per quemcunque, abſque alio mandato, & ſatiſdatione, ut poſt diſputationem concludit Franch. *ubi proximè, n.15. quæſt.2.* & in veriorem ſequitur Eſcacia *in d. libro 1. tractatu de cauſ. civil. & crimin. cap.9. num. 1912.* vide Gabr. *in pract. concluſ. l.2. tit. de except. concluſ.3.*

Quæ concluſio ulteriùs limitatur, ut quando quis citatur non citandus, putà, quando judex delegatus, cognoſcendo contra expreſſum in reſcripto, vult citare non expreſſum, nec aliter comprehenſum, etiam virtualiter Guido Papæ *tractatu de appell. quæſt. 49. ſub num. 39.* Gregor. Tholoſ. *in tractatu de appellat. libro 1. cap.11. ſub numero 2. verſiculo ſi quis vocetur, folio 86.* Eſcacia *de appellat. quæſt. 17. limit. membro 1. numero 24.*

Poſtquam autem citatus in judicium venerit, ſolet 24
variis ſe tueri exceptionibus, quas, ſi legitimæ fuerint, ſive dilatoriæ, ſive peremptoriæ, tenetur judex admittere, quod ſi non fecerit, poterit ab eo licitè appellari, ex capite irreparabilis gravaminis; nam ſi judex tunc oppoſitis exceptionibus interloquatur, ad ulteriora eſſe procedendum, vel reſpondendum, poteſt appellari, quia gravamen litiganti illatum non poteſt tolli per appellationem à diffinitiva, Bartol. *in l.2. quæſt.4. num.16. ff. de appellat. recipit.* Bellamera *in cap.12. ſuper eos quæſt. 16. ſub num. 16. de appell.* Bald. *in l.2. q.5. num.11. Cod. de Epiſc. audien.* Felin. *in cap. ſuborta 21. ſub n.4. colum.4 de ſententia, & re judi.* Guido Papæ *deciſione 75. ſed circa. num.3.* idem Guido Papæ *in tract. de appell. quæſt.70. n.45. folio 59.* Ruginell. *in tractatu de appell. §.2. cap.3. n.57.* Franc. *in cap. ſignificant.49. in ſummario. & in n.3. de appell. & num. 7.* Bartol. & Paulus de Caſtro *in l. ejus qui, num. 1 ſequentibus, ff.* 25
de appel. recipien. idem Bartol. *in l. ante ſententiam 2. verſiculo 5. quæro, num.17.* quia hoc dicitur gravamen vexationis, & fatigationis, & irreparabile per diffinitivam, ſive vexatio hæc tacita ſit, ſive expreſſa per pro- 26
ceſſum ad ulteriora, ut probant prædicti Doctores, & Eſcacia *in tractatu de appell. q.17. limitat. 47. memb 1. num.90. & ſequentibus*, affirmantes poſſe appellari, ſi exceptio, quæ apponebatur, erat legitima, ut tale gravamen ſit irreparabile; ſi enim judex cogit me litigare tempore quo non debeo, talis moleſtia non poterit tolli per appellationem à diffinitiva, quia continet gravamen conſiſtens in facto, cohærénſque perſonæ, Bellamera *cap. ſuper eo 12. quæſt.16. n. 16. in fine*, & clariùs *quæſt. 18. de appell.* Fulvi. Pacinus *tractatu de approbationibus, lib.1. c.58. ſub num.40. verſiculo ſed ad hoc, & n.41. & 42.* Ruginellus *in tractatu de appellat. §.2. cap.3. n.299.* quia cum hoc gravamen conſiſtat in 27
facto, & factum infectum eſſe non poſſit, ideo irreparabile cenſetur, tenet Bald. *in l.2. quæſt 5. num.11. C. de Epiſcop. audien.* Felin. *ubi ſupra*, & Guido Papæ *d. dec. 75. n 3.* Rebuff. *in tract. de ſententiarum executione, art.10.*

gl. 1. *num.* 3. *verſi.* 1 Lancelot. *de attent.* 2 *p.* 12. *lim.n.*96. & ideo, quando judex pronuntiat, nullam de exceptionibus oppoſitis eſſe admittendam, poſſit ab hoc grava
28 mine appellari, ſcribit Speculator *titulo de appellat.* §. *in quibus num.* 30. *verſiculo ceterum, lib.* 2. & quod ſi admittatur, vel rejiciatur exceptio peremptoria, poſſit appellari, quia eſt interlocutoria habens vim diffinitivæ, ſcribit Maranta *in ſuo Speculo, in* 3. *part. ſexta partis in verbo, & demum fertur ſententia, num.* 44. *fol.* 438. Eſcacia *de appell. quæſt.* 17. *lim.* 47. *membr.* 1. *n.*94. qui *n.*95. pariter loquitur tam in oppoſita exceptione dilatoria, quàm peremptoria, quia ſi poſtmodum judex pronuntiet eſſe procedendum ad ulteriora, ab hac pronuntiatione datur appellatio, ut de exceptione dilato-
29 ria ſcribit Angel. Arcti. *in l.* 2. *num.* 36. *verſiculo quæro ſi opponatur, ff. de appellationib. recipien.* & ſtatim multa hujus doctrinæ reddētur exempla prout eſt in pronuntiatione ſuper competentia judicis, & juriſdictionis, & in pronuntiatione ſuper mandato, & legitimitate procuratoris, aut tutoris, & alia plurima, de quibus in diſ-
30 curſu, & loquendo in non admiſſione exceptionis litis pendentiæ, ſeu præventionis juriſdictionis (ut ejus oppoſitione non obſtante) poſſit is, qui eam oppoſuit appellare, ut refert, & ſequitur Eſcacia *in tractatu cauſarum civil. & crimin.* 1. *c.* 12. *n.*71 & iterum *ubi proximè, n.*103 & Marque. *in tract. ac comm. ff.* 1. *p. c.* 12. *n.*62. loquens de tacita, & expreſſa rejectione
31 Quæ doctrina non ſolùm procedit, quando judex rejiciendo exceptiones legitimas, expreſsè declarat, eſſe ad ulteriora procedendum; ſed etiam quando tacitè id facit, procedendo, ſcilicet, ad ulteriora: nam in utroque caſu licitam eſſe appellationem ob neglectam exceptionem oppoſitam ſufficit enim quòd tacitè rejiciat procedendo ad ulteriora, licèt verbo judex nihil
32 loquatur, ſed dumtaxat facto cōpellat, quia non minus eſt facere, quàm dicere. Philip. Franc. *in c. ex parte* 67. *nota.* 5. *n.*4. & 8. *de appell.* communem dicit Gallec. *ad form. Cam. obliga. p.* 3. *c. deliqui. ſub num.* 18. *f.* 361. Eſcac. *d. membr.* 1. *n.*96. qui *num* 99. hoc ampliat, ut non ſolùm hoc caſu detur appellatio ut dictum eſt; ſed etiam
33 caſu, quo ipſe judex (neglecta exceptione) procederet ad ulteriora, non adhibita cauſæ cognitione ſuper eadem exceptione oppoſita, quia proceſſus erit nullus, & loquendo de exceptione declinatoria, & incompetentiæ oppoſita, ſi non cognoviſſet judex, non cenſetur pronuntiaſſe ſuper ea, & ideo proceſſus ad ulteriora erit nullus, Jaſ. *in l.* 2. *ſub num.* 46. *versùs finem, ff. ſi quis in jus vocatus non ierit* Philip. Franc. *in cap. ex parte M.*
34 67. *ſub n.*9. ibi: Ideo ſi quæſtio emergens ſit ſuper juriſdictione, *& in cap. ſi duobus, column. penultima, ſub num.*30. ubi, Intellige, quando judex de exceptione cognovit: ubi ſic declarat Innocentium *in c. præterea de dilationibus.* Et quando judex exceptione oppoſita incontinenti procedat ad ulteriora, ita, quòd de illa exceptione, in tanta temporis brevitate veriſimiliter cognoſcere non potuerit; dicetur ſuper ea non pronuntiaſſe, & proceſſus ab eo geſtus nullus, uti fac-
35 tus ſine cauſæ cognitione quæ eſt de ſubſtantialibus judicii, docet Franc. *in d. cap. ex parte* 67. *ſub num.* 10. ibi, Super hac difficultate poteſt ſic concludi. Eſcacia *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *membr.* 7. *n.*60. *fol.* 380.
36 Et tunc præcipuè poterit ab iſta pronuntiatione de procedendo ad ulteriora appellari, quando judex oppoſitas exceptiones in finem litis reſervaret, ſcribunt Abb. *conſil.* 14. *individuæ Trinitatis verſiculo* 2. *probatur, num.* 2. *lib.* 1. Fulvius Pacianus *tractat. de probationibus, lib.* 1. *cap.* 58. *n.*50. Ruginellus *in tractat. de appell.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 303. & ex Felino, quem refert, & ſequitur Eſcacia *cauſar. civil. & crimin. lib.* 1. *cap.* 102. *n.* 2. & iterum *in tractatu de appell. quæſt.* 17. *lim.* 47. *membro* 1.
37 *num.* 92. *fol.* 498. qui *num.*98. rationem reddit, quia de emergente præjudiciali exceptione, & de negotio principali ſimul tractare non poteſt, quia eſſet confundere, & inordinare proceſſum, quæ confuſio, & inordinatio proceſſus non poteſt reparari per appellationem à diffinitiva, Bald. *in authentica habita, num.* 38. *verſiculo quæro nunquid ab iſta, circa medium, Cod. ne filius pro patre*, & aliquos refert & ſequitur Decius *conſ.* 31. *quod appellari, ſub n.* 2. de quo nos latè diximus *hac* 2. *parte c. fin.* vide etiam *infrà, n.*80. *cum ſeqq.*

Ex quo fonte fluit, quòd ſi citatus poſt comparitionem allegat in primis exceptionem incompetentiæ judicis, aut juriſdictionis defectus: tunc ſi judex pronuntiaverit ſe judicem competentem, vel etiam incompetentem ab iſta interlocutoria, quæ diffinitivæ 38
vim habet; gloſſ. ſingularis *in authentica habita, in fin. Cod. ne filius pro patre*, ſecundùm Roma. *ſing.* 129 Aufr. *in deciſ. Capellæ Tholoſ. quæſt.* 48 Guido. Papæ *in deciſ. Delphinal. q.* 10. *ſi judex*, Corſetum *ſingul.* 5. *incipit ſententia.* Felinum *in cap. qualiter, el.* 1. *colum.* 5. *de accuſati.* Ant. Trim. *in addit. ad Vbert. de Bonacurte, in cap. pervenit in ſecundo de impedimentis, & exceptionibus, fol.* 55. *&* 99. Decium *in c. pervenit, in* 2. *de appellat. in fine* Doctores *in c. ſignificantibus, de offic. deleg.* Jaſon. *in l.* 2. *n.*38. *ff. ſi quis in jus vocatus non ierit.* Bartol. *in l.* 2. *de appell. recipiend.* Felin. *in rubrica de ſententia & re judic.* Rebuff. *in l. quod ſi eſſet in tractatione, num.* 43. *ff. de re judi.* quidquid Petrus Ferrar. *in practic. in forma ſentent. interlocuto. ſuper in. oppoſ.* diſtinguens inter judicem pronuntiantem ſe incompetentem, & ſe pronuntiantem competentem, ut in hoc ultimo caſu merè interlocutoria ſit, qui audiendus non eſt, cùm in utroque diffinitivæ vim habere, ut ultra ſupradictos Doctores, ex aliis pluribus advertit Valaſc. *conſultatione* 47. & eſt expreſſa *l.* 3. *tit.* 28. *lib* 4. *recopil.*

Ab hac propterea pronuntiatione expreſſa, vel tacita 39
appellationi interpoſitæ, uti legitimæ, judex non deferens vim faciet, *c. ex parte* 58. *de appell. cap. ſignificaſtis de offic. delegati, l. ait prætor, §. permittitur, ff. de minoribus l.* 3. *tit.* 18. *l.* 4. *recopilat.* Ruinus *conſil.* 1. *lib.* 4. *n.*4. cum aliis per Menochium *de adipiſc. poſſ. rem.* 4. *n.*822. *&* 823. Ant. Gravatium *in addit. ad praxim Veſtrii, l.* 3. *cap.* 10. *ſub num.* 6. *verſiculo ſimiliter quando quis judicem competentem*, Bald. *conſil.* 2. *viſa petitione.* Cardin. Tuſchum *pract. concluſionum tomo* 1. *litera A, concluſione* 359. *n.*17. Rebuffum 3. *tomo titul. de ſententiarum executione, articulo* 53. *gloſſ.* 1. *num.*9. *fol.* 242. & poſt Angelum, & alios firmat Berta. *in repertorio, verbo appell. ab interlocutoria, n.*15. *poſt princip. num.* 1. Fulvius Pacianus *de probationibus, lib.* 1. *cap.* 58. *n.*47. & de communi teſtatur Beccius *conſil.* 21. *dubitatum fuit in fine, num.* 41. *& conſil.* 31. *quod appellari num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Ruginellus *in tractatu de appell.* §. 2. *c.* 3. *in verbo competentia, ſub. n.*186. *fol.* 84. Eſcacia *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *principali, memb.* 8. *à num.* 47. *cum ſequentibus* ubi copiosè proſequitur. Rolandus à Valle *conſilio* 33. *n.*1. *in fin. & num.* 2. *&* 7. *lib.* 4. Mynſing. *cent.* 3. *obſervation. n.*35. Guido Papæ *d. deciſione* 10. Valaſcus *conſultatione* 53. *tom.* 1. Barboſa *in remiſſione ad Tridentinum, ſeſſione* 24. *de reformat. cap.* 20. *num.*7. Aloyſius Riccius *in collecta deciſio part.* 4. *collect.* 1306. quod etiam procedit in 40
cauſis ſcholarium, ut per textum *in authentica habita, Cod. ne filius pro patre*, reſolvit poſt Abbatem Rebuffus *in tractatu de privil. ſcholaſti. priv.* 263. Hieronym. Gonzal. *in regula de menſis, & alternativis, gloſſ.* 9. §. *tit. de nullitat. attent. in cauſ. ben. fi. n.*196. *& ſequent*

Si autem pars oppoſuerit contra libellum ineptum, 41
quam exceptionem judex non admiſerit, poteſt à tali rejectione appellari in quacumque etiam cauſa; tenet Bald. *conſilio* 217. *verbo libelli, n.* 2. *lib.* 2. Cardin. Tuſ- 42
chus *ubi proximè, concluſio* 359. *num.* 38. idem ſi judex ipſe mandet ſuper tali libello inepto procedere quoniam pars non tenetur ei reſpondere, & idem eſt affirmandum in libello obſcuro, & generali, ſuper quo 43
judex

judex emandat procedi, litem conteſtari,& reſponderi, quia tunc legitima reputatur appellatio. Paul. Caſtr. *conſ.*194. *in princ. lib.*2. & iterum *conſ.*335. *num.*3. *& ſequentibus*, *lib.*1. *in principio conſilii.* Cardin. Tuſchus *ubi proximè*, *n.*37. *& ſequent.* quoniam hoc facit præjudicium cauſæ principali, ſecundùm Bald.*l.*2.*num.*12. *ff.de appellat. recipien.* Felin. *in c. ſuborta*, *ſub num.*4. *& de re jud.* Guido Papæ *tract. de appell. quæſt.*60. *n.*65. *deciſ.*75. *n.*3. Ruginellum *tract. de appella.* §.2. *cap.* 3. 44 *n.*57. & faciunt ea, quæ latè *ſuprà* diximus, *à n.*24. & hæc declaratio eſt interlocutoria habens vim diffinitivæ, non teneatur reus reſpondere libello tanquam inepto,ut notant Panor.& alii *in c.examinare,in fin. de jud.* per textum *in l. metum*,§.*ſed quod prætor*, *ff. quod metus cauſa.*ubi Bald.Romanus *in rubr ff.de re jud.*idem Bald. *in l.*2.*q.*5.*C.de Epiſcop.audien.*Joan.de Anani. *conſil.*93. *viſo proceſſu*, *& ibi in addit. ad eum* Nicol.Nell.*in repertorio,verbo ſentent.n.*12.Paul. Caſtr. *in conſ* 65. *viſo quodam,in prim.vol.*Rebuff.*ubi proximè,n.*44.quem de materia hujus declarationis videre poteris *ibi n.*86. *ad fin.*

45 Similiter vis fiet, ſi judex non deferat appellationi à ſententia , quâ abſolvit reum à conteſtatione libelli, quia talis ſententia,licèt ſit interlocutoria,habet tamen vim diffinitivæ,ut tenet Angel. *in conſ.*297.*incipit conſtitutio. in princ.* Philipp.Franc.*in c. cùm ceſſante,col.ulti. verſ.*24.*dubitatur,fol.*74. *de appellatio.*

46 Pariter etiam , ſi pars oppoſuerit de legitimatione perſonarum,putà, non eſſe quem tutorem, non procuratorem,aut legitimo mandato carentem , non filium, & ſimilia,quia licèt ſentētia lata ſuper hac exceptione, ſive affirmativè , ſive negativè lata , ſit interlocutoria ſecundùm Bald. *in l.*2.*q.*8.*Cod.de Epiſcop. audien.cap.ex parte* 3. *de appellat.* ubi Præpoſitus, Angel. Socinus, & Jaſ. *in l. arbitrio, colum.*1.*ff.qui ſatiſdare cogantur.*Petrus Ferrarien. *in praxi in forma interlocutoriæ ſuper legitim. perſona.*Joan de Ana, *conſ.*93.*viſo proceſſu*,Philip.Franc. *in d. c.cùm ceſſante,in fin.de appell.* Salicet *in l. poſt ſententiam,col.*2.*verſ.ad quartum.C.de ſententiis, & interlocutorib.*Jaſ.*in l.nemo poteſt, n.*58.*in* 2. *lectu. de legatis* 1. *fol.*92.Paul.Caſtr.*in d.l.arbitrio*, Philip.Franc. *in cap. ex* 47 *parte de appell.*Natta.*conſ.*43. *num.*7. *per totum fol.*106. tamen ex *c. articuli præjudicialis* permittitur ab ea appellari , qui interpoſitâ vim judex faciet non deferens etiam in quibuſcunque ſummariis judiciis(de quo alio loco copiosè diximus,)tenet Bal.*in d.l.*2. *num.*14 *& in Margarita decreta, verbo appell. q.* 8. Petrus Ducnas *in regul.*52.*fall* 6.Capel.Tholoſa. *dec.*38 Barboſ.*in remiſſ. ad Trident.ſeſſ* 24.*de reform.*20.*num.*6.Gama *deciſ.*159. *n.*2.Vivius *dec.*302.Meno.*de adipiſc.poſſ. rem.*4. *n.*824. *&* 825.Ant.Gravat.*in addi.ad praxim Veſtrii.lib.*3.*c.*10. *ſub num.*6.*verſiculo item admittitur appellatio.* Pacia *in tract.de prob.lib.*1.*cap.*58.*ſub num.*47. Sigiſmun.Eſca *in* 48 *tract.de appell.q.*17.*lim.*6.*memb.*7.*num.*73.poſt Bald.ubi dicit non ſolùm procedere hanc concluſionem , quando declaratio iſta contingit in litis proceſſu, ſed etiam in executione,in qua admittitur appellatio hæc. Quod ideo procedit , quia regula generalis eſt , quòd quando articulus interlocutoriæ præjudicialis eſſet negotio 49 principali,de quo agitur, judex violentiam committet, ſi à qualibet declaratione interpoſitæ appellationi non detulerit , cùm jure permiſſa ſit , text. *in l. intra utile*, ubi Bart. *ff. de minoribus*,Bald. *in l. arbit.n.*6 *ff. qui ſatiſdare cogantur.*Felin. *in c.cùm cauſam, n.*6.*verſ.lim.quartò,de ſentent. & re jud.*Magon.*in deciſiu Lucana* 13 *n.*6. 50 Bal.*in l.fin.n.*5.*verſ.ſecundus eſt actus, Cod.de relatio.*ubi idem dicit,quando interlocutoria inierit difficultatem circa cauſæ deciſionem,Gregor.Lopez *in lib.*23.*part.*3. *gloſſ.a Mynos de Gre. ad fin.* Hiero. Gonzalez *in regul. de alternativis,gl.*9 §.1.*in annotat.n.*178. 228 quia teſte Bald dicitur gravamen irreparabile , *in Margaritis, quæſt.*8.quem refert.Rebuff.3.*tomo,titul.de ſententiarum executione, art.* 53.*gloſſ.*1. *n.*5. *fol.* 242. cujus doctrinæ varia invenies exempla , circa caſus ſpeciales in diſcurſu hujus capitis,& nonnulla jam *ſuperiùs* ſcripta manent.Inde itaque fluit ex hoc eodē capite, poſſe quem 51 appellare ab interlocutoria judicis , quâ declarat fidejuſſores idoneos eſſe vel minùs idoneos , quia eſt irreparabile gravamen,text.eſt *in l. in arbitrio*, ibi, perinde, ab eo atque judicibus appellare licet.) text.*in l. ſi arbitrio*,ibi, cùm poterit querela ad competentem judicem deferri, & gloſſ. *ibi verb.querela inquit, id eſt appellatio, ff.qui ſatisdare cogantur.*Bald. *ubi ſuprà* , Rebuff. *in a.*1. *tomo,titulo de ſentent. executione,d.num.*5 Bald *in l.*2. *ſub num.*15.*ff. de appellationibus recipien.* Cæſar. Contar. *in l.unica, lim.*4. *ſub num.*13. *Cod.ſi de momentanea poſſeſſ.* Guido Papæ *deciſ.*74. *num.* 2. Rebuff. *in eodem tractat. de ſentent.executione, art.*10. *gl.*1.*num.*5.Fulv. Pacianus 52 *tractatu de probat. lib.*1 *cap.*58.*ſub n.*47. cui ſi judex non detulerit , violentiam utique facit. Idem puto dicendum , ſi judex compellat , ſive principaliter , ſive per conſequentiam, vel incidentiam debitorem minoris, ut ei pecuniam debitam ſine tutoris , aut curatoris authoritate tradat, *l. ait prætor*, §. *permittitur*, ibi , niſi fortè quaſi adversùs injuriam appellandum quis ei putet.) *ff.de minoribus*,& ultra Bal.& Rebuff. *ubi ſup.* gloſſ.1. *num.* 5. tenet Guido Papæ, *deciſ. Delaber. q.*52.*incipit circa, & deciſ.*75.*ſub n.*2. idem Bald. *in l.*2. *ſub num.*15. *de appell. recipien.*

Hinc etiam eſt,quòd à judice pronuntiante aliquem 53 eſſe minorem,vel majorem prodigum, mente captum, ſervum habilem,vel inhabilem,appellationi emiſſæ deferre judex tenetur ; aliàs autem violentiam facit hæc quippe pronuntiatio, negotium , & factum principale tangit,& ſubſtantiam ejus,textus & gloſſ. *in l.g. iura utile.ff.de minorib.* Bartol.*l.*2 *ff.de app recip.* Salicet.*in l. poſt ſentent.columna* 3. *verſi. ſed ego*,*C. de ſentent.& interlocut.*&c.& tradunt Doctores, *in l.iis qui ff. de fidejuſſorum obligationibus*, vel quia habet vim diffinitivæ ſuæ pronuntiatio,ut dicit Rebuffus *in dict.leg.quod ſi*, *in prælatione, num.*45. *de re jud.* & utraque ratio poteſt eſſe vera,cùm in iſto caſu concurrat & idem etiam eſt de ſententia , quâ judex pronuntiavit aliquem non eſſe minorem, vel non habere reſtitutionem , à qua poſſe appellari , affirmant Barboſ. *in remiſſ. ad Concilium ſeſſ.*24.*de reformat. cap.*20. *num.*6. Gamma *deciſ.* 159. *num.*2. Vivius *deciſ.*302.

Et ſimiliter, quando judex interloquitur, procurato- 55 rem eſſe,vel non eſſe legitimum,quia ab iſta interlocutoria,tanquam à gravamine irreparabili appellatio admittitur, Bart.*in leg.*2.*num.*15. *ff. de appellat. recipiend.* Bald. *in l.*2. *num.*14.*Cod.de Epiſcop.audien.* Bellapertica *in c. ſuper eo, q.*15. *ſub n.*15. *de appell.* Sigiſm.Eſcac. *in tractatu de appellat. q.*17. *limita.* 6. *principali. membr* 7. *n.*67. Menoch. *de adipiſcenda poſſ.rem.*4.*n.*824 Fulvius Pacianus *tractatu de probationibus*, *lib.* 1. *cap.*58. *n.*47. Ruginell. *in tractatu de appell.*§.2. *n.*3 *num.* 63. *fol.*74. ubi quod à non admiſſa exceptione defectus mandati licita eſt appellatio, Caſar. Contar.*in l. unica,lim.*5.*ſub num.*13.*verſ.reliquum eſt,Cod. ſi de mom. poſſ.* textus eſt, & ibi Doctores *in c. ſignificavit* 48.*de appellat.* Philipp. Franc. *in cap. ex parte, nota* 5. *num.* 4 *&* 5. *de appellation.* qui quidem etiam ibi tractant, & affirmant , idem 56 eſſe in interlocutoria, tutorem eſſe, vel non eſſe legitimum , uti latè per eos.

Idem eſt,ut non nino admittere debeat appellationem 57 judex à declaratione ejus an quis ſit hæres,vel non,vel an cum beneficio legis ſeu inventarii , vel ſine ipſo, quia hæc ſententia interlocutoria nimis præjudicialis eſt cauſæ principalis, imò, & multis aliis, quæ accidere poſſunt,loquor de ea ſententia.quæ incidenter hoc declarat, ex Bald. *conſil.* 378. *pro parte cujuſdam*, *lib.* 3. Cardin Tuſch. *d. tomo* 1. *concluſ.*259. *litera A,num.*47. 58 & idem dicendum eſſe , quando interloquitur judex, teſtamentum,proceſſum,vel inſtrumentum, ſententiam

ut

ut nullam eſſe incidenter, licet non principaliter (quia tunc eſſet diffinitiva & ſic ab hac etiam poterit appellari, quoniam eodem modo, & præjudicialis eſt, & vim diffinitivæ habet, Panormit. *in c. audi. column. 2. de procurat.* Nicolaus Millus *in verbo, ſententia, q. 18.* Guido Papæ *in d. l. Delphinali, quæſt. 16. incipit, judex, quæſt. 220 & conſ. 78. in cauſa*, Felin. *in cap. cauſam, col. 2. de reſcriptis*, Rebuffus *ubi ſuprà, num. 57.* quia etiam *fin.* hoc cum Roma *in rubr. ff. de re judic. colum. 4.* intelligit, quando incidenter hæc prolata fuit interlocutoria, enimverò ſi principaliter, tunc eſſet diffinitiva.

59 Quò pertinet, quòd ſi eſſet interpoſita appellatio à declaratione, vel non declaratione, quòd aliquis ex oppoſitoribus ad aliquod beneficium, vel capellaniam juris patronatus, inter conſanguineos proximioris gradus Patroni fundatoris præſentatos, declaretur, ſe non eſſe filium patrimonialem, vel non eſſe proximiorem, aut aliàs perſonam legitimam, quia ei non conveniunt qualitates, & conditiones requiſitæ ad beneficium illud: neceſſariò admittenda eſt talis appellatio, aliter atque vim facere in tribunalibus judicem pronuntiabitur, Bal. *in l. 2. C. de Epiſcopali audientia, num. 14. & in margarita decretalium, verbo appellatio, quæſt. 8.* Petrus Dueñas *reg 52. fall. 8.* Anton. Gravati. *in additione ad praxim Veſtrii, n. 6. verſiculo etiam admittitur appell.* Hierony. Gonzal. *in Regula de alterna. gloſſ. 9. §. 1. tit. de nullitate attentatorum, n. 188.*

60 Cui & contiguum eſt, quòd ſi judex negaverit copiam actorum, quia à tali denegatione appellationi delationem negare, vis eſt, cùm à juſto gravamine emiſſa intelligatur, textus eſt *in l. 2. Cod. lite pendente*, ibi, niſi vel actorum communium, vel pronuntiationis editio denegetur, &c.) Efficacia *in tractatu cauſ. civilium, crimin. lib. 1. cap. 100. n. 9.* Petrus Dueñas *in Regul. 52. fallen. 5.* Antonius Gravatius *ubi ſuprà*, Azeved. *in l. 3. titul. 18. lib. 4. recopila.* Gonzal. *ubi proximè, n. 198.* Rebuffus *in 3. tomo, titul. de ſentent. executione, artic. 53. gloſſ. 1. fol. 242. n. 5.* quoniam ea, quæ fiunt in judicio & agitantur, & publicanda ſunt, & uti communia utrique parti edi debent, ut hinc inde, quæ juſtitiæ ſuæ de penſionem tangant, allegent *cap. ſi perperuus, de fide inſtrum.* & ibi gloſſa, & Doctores, *& in d. l. 2.* circa quod videndus Maranta *de ord. jud. 6. part. actu. à n. 53. cum ſequentibus, 485. & ſequentib.*

61 Inſuper ſi judex pronuntiat remittendum, & remittat clericum ad ſuum Eccleſiaſticum judicem, cùm hæc talis ſententia interlocutoria eſt habens vim diffinitivæ, *cap. ſi judex laicus, de ſententia excommun. lib. 6.* & notant Doctores, *& in c. tuam, de ordine cogni. c. lator, qui filii ſint legitimi*; Doctores *in l. Titia, ff. ſoluto matrim. & l. quoties, C. de judiciis*, Feder. *conſ. 198. caſus talis*, Moderni omnes *in rub. ff. de jud.* Præpoſitus *in cap. tua nobis, in 5. notabi. de appellatio.* Guido Papæ *conſ. 100. pro declaratione in quarto dubio*, ac ideo in hujus appellatione vis committitur.

62 Quod idem dicendum erit in ſententiis interlocutoriis, quæ feruntur ſuper exceptionibus peremptoriis, putà, rei judicatæ, pacti de non petendo, præſcriptionis, tranſactionis, & ſimilium, vim habent diffinitivæ, gloſſ. 2. *in clementina fin. de appellat.* textus *in c. fin. eod. tit. 6. lib.* Doctores *in leg. quod juſſit, ff. de re judic.* Bart. *in d. l. 2. quæſt. 5. de appellat. recip.* Bald. *in leg. elegantes*, Roma. *in rubr. ff. de teſtibus, §. ſi quis, poſt col. penult. ff. de condictione indebiti.* Anchara. *conſ. de jurib. Romanis*, cujus ratio ea eſſe poteſt, quia non finit directò negotium principale, ſed partem ſubſtantialem cauſativè, & ſecundariò, & ſic cùm tangat, & referatur ad diffinitivam & ad primam actionem, de qua agebatur, contendebaturque, non ad exceptiones naturæ diffinitivæ ſunt, Aufrer. *in dec. Capell. Tholoſa. quæſt. 48. idem*, &c. *de ſentent. & quæſt. 363.* Cardina. *conſ. 72. Titius, n. 25. in 5. dubi.* Alexand. *conſ. 182. in cauſa, vol. 6.* Corneus *conſ. 262. pro ecclieſia*, Præpoſitus, & Philip. Franc. *in cap. cùm cauſam, de appellation.* Felinus *in cap. qualiter, & quando, colum. 5. de accuſatio.* quod velim intelligas, quando hujuſmodi exceptiones non principaliter, ſed incidenter in judicio ſunt propoſitæ, quia aliàs merè diffinitivæ ſunt, ut bene advertit Felin. *in rubric. de re jud. col. 6. ut in clem. 1. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.*

Item etiamſi judex juſtas tutoris (quem ad tutelam 63
adminiſtrandam nominavit) exceptiones non admiſerit, ab hac rejectione emiſſæ appellationi non deferens vim facit, & gravamen, text. eſt *in l. 1. §. ſi quis tutor*, excuſationem allegandam habet, & ſi fuerit repulſa, tum demum appellare debebit. *ff. quando appelland. ſit, l. excuſationis*, ibi, nec à decreto provocaveris, intelligis parendum eſſe ſententiæ. *de excuſatio. tutorum, l. quicunque, eodem tit. cum aliis pluribus*, Rebuffus, *d. 3. tomo*, 64
de ſentent. executione, art. 53. gloſſ. 1. fol. 242. n. 5. cujus ratio ea eſſe poteſt, prout pro regula generali traditur in hac materia; quòd quando rejicitur beneficium conceſſum per jus commune, licita eſt appellatio, quoniam ubi denegatur obſervantia juris communis, ibi infertur gravamen, quapropter appellare licet, ita eleganter dicit Speculator §. *in quibus, num. 30. verſ. cæterum ſi judex*, & ibi idem, *n. 7.* ubi etiam additionator per text. *in l. 1. in fine, C. de in integrum reſtitutione, l. ſi quis provocatione, C. de appellat. l. ait prætor. § permittitur, ff. de minoribus*, Bald. *conſil. 378. n. 2. lib. 3.* Cardin. Tuſc. *practica, concluſionum littera A, concl. 359. tomo 1.* ergo cùm iſthæc immunitas à tutelis aliquibus, & privatis caſibus ſit inducta, & conceſſa à jure communi (ut *ex toto tit. ff. & Cod. de excuſationibus tuto. & curato.*) appellatio admittitur. Si autem judex interloquitur, tutorem interim non debere adminiſtrare, cum ſit 65
interlocutoria, quia aliam poſt ſe expectat, ut dicit Corneus *conſ. 281. in 2. quæſt. vol. 1.* Rebuff. *in repetitione legis quod juſſit, in præfatione, num. 9. ff. de re jud.* puto non poſſe appellari ab ea, *ex regul. ante ſententiam, Cod. de appell.* maximè ſi ſe intra tempus, à jure præſtitum excuſaverit. An autem ab ipſa nominatione, & datione tutelæ liceat per tutorem appellari *inferius* diximus *2. p. cap. 8.*

An, & quando, ab exceptionibus oppoſitis licita ſit 66
appellatio, vide Philipp. Franc. *in cap. ex parte, col. 2. de appellat.* & nos non nulla diximus, *ſuprà, hoc eodem capite.* & inſuper dicemus in diſcurſu, & iterum *infrà, hac 2. parte, cap. ſi per totum*, vide Marqueſſ. *de comm. 1. part. cap. 12. n. 62.*

Unum obit r attende. quòd exceptio, ut admittatur, 67
debet eſſe relevans, & tunc relevans, & legitima dicetur, quando provenit à cauſa, quæ juſtam præbet cauſam appellandi Oldr. *conſ. 223. circa primum, in princ.* 68
Federic. de Senis *conſ. 90. verſ. dixi. & dico*, Cardin. Tuſchus *pract. tomo 3. litera E, concl. 378. à num. & in concl. 377. à princ.* Ancharra. *conſil. 416. plures, n. 1.. 4. verſic. quarta exceptio*, B. *in l. ſi pupillæ, §. videamus, ff. de negot. geſtis & in leg. ſi unus, §. ante omnia, ff. de pactis*, & quæ exceptio relevans dicatur, arbitrio judicis relinqui dicit Cardin. Tuſchus *de con. l. 378. num. fin.* poſt Joan. de Anania *conſil. 26. num. 10. verſic. ultimo, circa intellectum ſtatuti*, Marqueſſ. *de commiſ. 1. p. cap. 16. num. 44.* optimè explicat Mareſcot. *varia. reſolutio. l. 1. cap. 87. à n. 44. cum ſequentibus, verb. quæ dicatur exceptio relevans, & quæ non.*

Quibus adde, quòd quando quis opponit aliquam 69
exceptionem, quam judex non admittit, & à rejectione gravata pars appellat, tunc appellans tenetur juſtificare, & probare veritatem exceptionis, quando judex à quo non admiſit, quia non probatâ, non poteſt dici, quòd judex ex ſola non admiſſione exceptionis illum gravavit, textus eſt *in cap. interpoſita 70. de appella.* ubi Anton. de Butr. *num. 1. & ſub num. 5. & ſub n. 10.*

Abb. *num.* 1. Philipp. Franc *n.*1. *verſ. tene menti primò, & verſiculo tene menti aliam*,& Decius *num.*1. & conſe-
70 quenter non devolvitur negotium ad judicem appellationis, niſi probetur veritas exceptionis, Cardin.Alex. *in d. cap. interpoſita*, *nota* 1. *n.*1. etiamſi exceptio legitima videatur, quia licèt rejectio exceptionis apparenter legitimæ, ſit juſta cauſa appellandi, tamen ex illa ſola rejectione non probatur gravamen juſtificativum appellationis, niſi aliter doceatur de veritate ipſius exceptionis. Anton. de Butr. *in d. cap. interpoſita*, *ſub n.*10 *col.*3. *verſiculo oppono quòd ſolo exceptionis objecto*, & Philipp. Franc. *ſub n.*1 *verſ.*3 *tene menti*, & communiter cæteri Canoniſtæ, & Abb. ibi *nota.*1. *num.*2. & But.*n.*10.dicunt, poſſe reum opponere exceptionem in ſe legitimam, ſed tamen fictam, & non exiſtentem in caſu ſuo, ſic foret oppoſitio calumnioſa, & tunc judex non ſolum non gravat, ſed prudenter rejicit ſuſpicatus calumniam.

71 Hæc tamen vera concluſio limitationem patitur, ut non procedat in caſibus, in quibus de veritate exceptionis oppoſitæ per ſe patet abſque alia probatione facienda, quia tunc appellatio dicitur juſtificata ex ſola appellationis rejectione, prout, quando judex denegat inducias deliberatorias, & pars ab hujuſmodi denegatione appellat, quia tunc appellatio dicitur juſtificata abſque alia probatione, Anton. de But. *ubi proximè*, *ſub n.*9. *opp.*3. Philipp Franc. *ſub n.*2. *limit.*2.

72 Item & quando judex negat copiam actorum, vel inſtrumentorum communium, (de quo *ſuprà* dixi,) Anton. de Butrio, & Franc. *ubi ſuprà*, & Decius *ibi ſub n.*2. *verſiculo* 2. *iſta prima regula*, & tunc etiamſi de veritate exceptionis conſtet,ſolummodo præſumptivè, Franc.*ubi ſuprà*,*n.*2. *lim.*3. Decius *ſub num.*2. Cardin. Alexand. *ſub num.* 3. *fall.*4. qui varia hujus doctrinæ exempla adducunt.

73 Secundò etiam d. concluſio limitatur, ut non procedat in exceptione recuſationis, quia quando recuſatur judex, oppoſita legitima cauſa recuſationis, ſi ea non obſtante, judex procedat in cauſa principali, appellatio ex hoc cenſetur juſtificata, licèt pars non probet cauſas recuſationis coram judice appellationis, Franc. *d.c.interpoſita*, *num.*2.*verſiculo in gloſſ.*2.Card. Alexand. *ſum num.*3. *fall.* 2. *de appell.* Eſcacia *de appellatione*, *quæſt.*11. *num.*67.

74 At quando quis opponit exceptionem, inſuper offert ſe incontinenti illam probaturum, & poſtmodum, propter exceptionem oblatam probationem illius non admiſſam appellat, ſtatim & ipſo facto cenſetur juſtificata appellatio, ita quod ſufficiet coram judice appellationis probare fuiſſe propoſitam legitimam exceptionem, & oblatam probationem, & judicem noluiſſe admittere, *d. cap. interpoſita*,*in fin.princ.* & ibi Abb. *nota.fin. num.*3. Franc. *ſub num.*1.*colum.*1. *verſiculo quarto*, *& ultimo*, & communiter cæteri Canoniſtæ *de appell.* Lancelotus *tract.tu de attent.*2.*p.cap.*12. *limit.*1. *n.*40.*&* 41.nam iſto caſu appellatio juſtificatur, (conſtito dumtaxat, quòd probatio fuit oblata, & non admiſſa) Lancel.*ibi num.* 38. & 39. & Franc. *ubi proximè*. Et ratio eſt,quia judex à quo non admittendo legitimæ exceptionis probationem, in continenti oblatam, non
75 poteſt excuſari, quod non gravaverit, quia præſumpta malitia contra excipientem purgatur ex oblata probatione in continenti,quam judex rejiciendo(ipſo facto) detegit iniquitatem ſuam, & ideo ſive exceptio ſit vera, ſive falſa, judex jam gravavit, ut ſcribit Abb. *in d.cap.interpoſita*,*num.*4.& Franc. *ſub n.*1.*verſiculo quarto*, *& ult. columna* 2. *de appellat.* qui *ſub d. num.* 4. *lim.*9. unum advertit, ut ſimul ſit hoc caſu appellandum, à non admiſſa probatione incontinenti, & à rejecta ex-
76 ceptione, quæ concluſio declaratur,ut procedat, quando exceptio requirit altiorem indaginem, non admittitur, quia tunc ad juſtificationem appellationis, ad ejuſque probationis oblationem incontinenti, adſtringitur opponens, ſecùs autem ubi talis exceptio non admittitur, quia tunc ſufficit ad appellationis juſtificationem offerre probationem incontinenti, ut *ſuprà* diximus, & latè probat Sigiſm. Eſcacia *de appell. q.*11. *n.*80. Franc. *ubi proximè*, *ſub dict. n.*4. Præfata concluſio ampliatur, ut habeat locum, non ſolùm in exceptionibus dilatoriis, ſed etiam in peremptoriis, quia ſi opponatur exceptio peremptoria, & offeratur illius probatio incontinenti, & à non admiſſione appelletur, appellatio juſtificata dicetur,Ant.de Butrio *in d.c.interpoſita. ſub num.*10.*ibi*, *ſecundò*,*quòd exceptio*, & Philipp. Franc.*n.*4.*verſic.in gloſſa*, *verbo ſi offerens de appellat.* 77

Quibus quidem caſibus, & limitationibus, *ſuperiùs* 78 adſcriptis, appellationem ob probationis rejectæ oblationem, adeò juſtificata dicitur appellatio, ut tanquam legitima devolvit, ſuſpendit, & cauſat attentata, Anton. de But. *ubi proximè*, *n.*7. *& ſub num.*10. *fall.*3. Franc.*ſub num.*4. *colum.*4.*lim.*7. Felin.*in cap.*2. *ſub n.*2. *de appell.* ſentit Abb.*in cap. interpoſita*, *ſub num.*6. de communi teſtatur Dec. ibi *n.*10. Cardin.Alex. *ſub n.*4. *fallen.*8. Lancelot. Robert. *de attent.*2.*p. cap.*12. *lim.*1. *num.*38.*&* 39. *&* 44. & reddit rationem *n.* 37. *&* 38. hinc eſt, quòd ſi reus opponat exceptionem perempto 79
riam, & offerat illius probationem (debito tempore) & judex non admittat, ſed imò ſtatim proferat ſententiam diffinitivam, reus ab hoc gravamine, licèt à non admiſſione exceptionis, & probationis appellet, ſententia, & proceſſus tanquam attentata revocantur, Franc. *d. c. interpoſita*, *ſub numero* 4. *limit.* 8. *columna* 4. *in fin.* & Cardin. Alex. *ſub num.*4. *fallen.*9. *de appellat.*

Et ulteriùs prædicta concluſio declaratur, ſeu potiùs 80
limitatur, ut non procedat in omnibus caſibus, quibus poteſt judex reſervare exceptiones oppoſitas ad merita cauſæ, & litis diſcurſum, quia tunc licèt opponens exceptionem, & offerat incontinenti illius probationem, & à rejectione appellet, tamen ex hoc ſolo non dicitur juſtificata appellatio, Franc. *in d. cap.interpoſita*, *ſub num.*4.*lim.*2.& Card. Alex.*ſub n.*4. *fallen.*2. *& colum.*3. *de appellat.*ſequitur Sigiſm. Eſcacia *tract.tu de appellat. quæſt.* 11. *num.* 76. qui omnes ponunt 81
exemplum, quando opponitur exceptio contra teſtem, quòd ſit infamis, vel criminoſus, & offertur probatio incontinenti,quia tunc ſi judex non admittat,& ob hoc appelletur, debet in cauſa appellationis de veritate ſuæ exceptionis probare, quia judex ſi vult, non tenetur recipere exceptiones contra perſonas teſtium, ſed poteſt eas reſervare in tempus publicationis teſtium; de quo nos latè dicemus *infrà*, *c.*18. *de appellatione à reſervatione*: quia quoties exceptio probanda 82
relinquitur arbitrio judicis an ſit admittenda, vel non admittenda, quia in jure non ſit determinatum, ſi judex non admittat, tenetur juſtificare exceptiones coram ſuperiori. Franc. *d. c. interpoſita*, *ſub num* 4. *limit.* 4. Cardinalis Alex. *ſub n.*4. *fall.* 4. *colum.* 3. *de appellatio.* Eſcacia *ubi proximè*, *num.*37. qui etiam *n.*74. dicit, quòd coram mero executore non dicitur juſtifi- 83
cata appellatio, per oblationem probationis incontinenti tanquam inutiliter factam, quia executor merus non tenetur recipere probationes, poſt Franc. *d. c. interpoſita*, *ſub num.*4. *lim.*5. Decium *num.* 7. *exemplo* 2. vide *ſuprà*, *à n.*36.

Et unum te admoneo, quòd quando de gravamine, 84
quod infertur per interlocutoriam, conſtat juris præſumptione, ut putà, quia judex mandat rem aliquam ſequeſtrari,ut tunc poſſit appellari, etiam non expreſſa cauſa. Bald. *in l. minoribus*,6. *num.*5.*&* *num.*6 *verſiculo item ſequeſtratio*, *C. de his*, *quibus ut indignis*, dicens ſequeſtrationem eſſe regulariter prohibitum, ideo quod in re tam, aperta ſupervacuam eſſe expreſſionem cauſæ, Philipp. Franc. *in c. ut debitus* 59. *q.* 11. *num.* 22.

&

& Cardin. Alexandr. *ſub num* 41. *verſ. ſtat. ergo regula, fallen.* 3. *de appel.* & rurſus Franc. *in c.* 1. *ſub n.* 7. *verſiculo* 4. *limita, de appella in* 6. ubi de appellatione à ſequeſtro, & à tortura, Eſcacia *tractatu de appella. q.* 17.

85 *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 216. & hinc eſt quod dicit poſt alios Cavalca. *deciſ* 33 *parte* 2. quòd appellatio dicitur legitima, quando interponitur ex cauſa probabili, & veroſimili.

86 Inſuper exceptionem recuſationis contra judicem à parte oppoſitam, ſi ipſe non admittat, poterit à rejectione, & à proceſſu licitè appellari, tenet Philipp. Franc. *in cap. novit.* 43. *nota.* 3. *n.* 3. *& in cap. ut debitus honor,* 59. *quæſt.* 2. *ſub num.* 9. *verſiculo quarto eadem, de appell.* Corneus *conſilio* 80. *in deciſion. ſub num.* 3. *lib.* 1. Eſcacia *de appellat. q.* 5. *n.* 116. & iterum *lib.* 1. *cap.* 66. *n.* 13. *& ſequentibus, & c.* 101. *n.* 16. *& n.* 20. *& ſequentibus*, ubi latè de materia hujus articuli, & eſt textus *in cap. ſuper quæſt.* §. *fin. de off. de leg.* ubi DD.

87 Quid autem de ipſa interlocutoria, quâ judex declaratur, juſtè fórte recuſatum, vel non, eſſe, vel non ſuſpectum, nam ea eſt interlocutoria, ſecundùm Archidiaconum *in c. judex de officio delegati, lib.* 6. *in fin.* Bald. & alii *in leg. apertiſſimè, C. de judiciis*, Præpoſitus, & Peruſinus *in c. cùm ceſſante, de appell.* Philipp. Franc. *ibi col. antepon. verſiculo quartò ſententia*, Rebuff. *in præfatione legis quod juſſit, num.* 86. Octavius (poſt Alexandrum *conſil.* 89. *colum.* 2. *verſ. ad ſecundum argumentum reſponde,*) *in deciſion. Pedem.* 84 *n.* 13. cum aliis tenet,

88 quòd reſpectu formæ, recuſatio æquiparatur appellationi, ab interlocutoria, quia ſicut appellatio ab interlocutoria debet in ſcriptis proponi, & cum injectione cauſarum, *c.* 1. *de appell. in* 6 ſecùs tamen quoad alios effectus & quoad juriſdictionem ſuſpendendam, circa quod adæquantur appellatio, recuſatio, & relatio, ut ipſe ex Bal Salic. Joanne Andrea, & aliis per eum citatis, Paulus de Caſtro *in l. quia poterit ad Trebellianum*, Geminianus *in cap. legitima, col.* 2. *de appella. in* 6. Maranta *de ordine judicior.*

89 Et licèt variæ referantur opiniones per Doctores, quorum meminit ipſe Ozaſcus *in d. deciſ* 84. *per totam*, (an facta à judice recuſato recuſatione propoſita, aut pendente, ſint ipſo jure nulla, vel annullanda, de cujus reſolutione conſule Lancelotum Rob. *de attenta* 2. *p. cap.* 6. *de attent. poſt recuſ.*) omnes tamen, etiam contrarium tenentes, in unum conſentiunt, poſſe ab hoc

90 proceſſu ad ulteriora appellari, appellationémque utrumque trahere effectum, devolutivum, & ſuſpenſivum, quod indubitati juris eſt, ut tenent omnes Doctores citati à Lanceloto *ubi proximè*, & Parlador. 3. *tomo, differer. inter ſententiam nullam, vel injuſtam.*

Item etiam à ſententia lata ab arbitris negativa, ſcilicet recuſationem non eſſe admittendam, aut cauſam non eſſe legitimam, appellari poſſe arbitror, ex illa ratione, quia talis eſt ſententia præjudicialis cauſæ

91 principali, & ejus proſequutioni: nihil enim tam periculoſum eſt, quàm corã judice ſuſpecto litigare, *c. quod ſuſpecti* 3. *quæſt.* 5. *c. ſuprà quæſtionum*, § *fin. de officio delegati. cap. cum ſpeciale, de appell.* & ſic cùm ex hoc capite

92 articuli præjudicialis cauſæ principali liceat ab interlocutoria appellari, ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione, cap.* 10. *& in regula* 36. *Cancellariæ, l.* 3. *tit.* 28. *lib.* 4. *recopilat.* Petr. Dueñas *regula* 52. *limitat.* 3. Hieronym. Gonz. *in regula de alterna. gl.* 9. §. 1. *tit. de nulla, & attem. n.* 189. & ea, quæ hucuſque in propoſitum adduximus, & per diſcurſum etiam adducenda copioſè probant, & ſic reſpectu ipſius recuſantis, in cujus favorem tot ſunt à jure attributa recuſationi privilegia, ratione tam imminentis periculi, & præjudicii; poterit à dicta

93 ſententia negativa appellari, prout etiam probatur *in l.* 7 *tit.* 10. *l.* 2. *recopila.* ubi etiam in recuſatione Præſulis ſive prætorio præfecti, & Senatorum, ut ab hac negativa habeat locum ſupplicatio, idem probatur *in lib.* 15. *eodem titulo*, ergo à fortiori in judicibus inferioribus etiam Eccleſiaſticis, ad quorum recuſationes examina-

94 tionem arbitri eliguntur, juxta textum *in cap. cum ſpeciali, in princ. de appellat. ſi quis contra clericum, de foro competenti, cap. ſuſpicionis, de officio delegati, cap. judex ab Apoſtolica, eodem tit. in* 6. gloſſ. & DD. communiter, & ea quæ latè adducunt Cov. *practicarum quæſtio. cap.* 26. & Pedemon. *in dict. deciſ.* 84. *in princ.* ideo ab eiſ-

95 dem arbitris, cùm ſint arbitri juris, licitè appellari poſſe diximus, & probabimus in terminis *infrà*, *parte* 3. *c.* 3. *à num.* 25. *verſiculo qui autem de arbitris juris, & verſiculo quare ab iſtis arbitris appellari licitum eſt*, ad quem te remitto.

Quod periculum, & præjudicium negotii principalis

96 cùm omnino ceſſet in ſententia affirmativa, quâ interloquitur judicem legitimè recuſatum, puto non poſſe alteram partem ab ea appellare, ſi unus quippe amvetur judex, alius ſibi datur, quem ſi ſibi ſuſpectum judicaverit, liberè recuſabit; interim tamen cùm hæc ſententia ſit merè interlocutoria, non poterit ab ea appellari, nec negata delatione violentia fiet, ex his quæ *ſuprà* dicta ſunt cùm à ratione ceſſante, quæ interlocutoriam reddit appellabilem; in hoc appellante non militet, regulæ interlocutoriarum inhærendum eſt, in cujus opinionis juſtificationem multa poteris in propoſitum adducere, quæ latè Lancelot. Roberc. *de attent.* 3. *part.* 28. *n.* 43. *cum ſequentibus.* Ab hac tamen ſententia, qua judex, ut recuſatus datur, ipſemet valet appellare, ſi poteſt aliquod conſiderabile intereſſe præ-

97 tendere, ut eleganter tenet Mandelus de Alba *in conſil.* 92. *in priori, num.* 4. *& ſequentibus.* Lancelot. *ubi ſuprà, num.* 54. & per Mandel. Petrus Surd. *conſ.* 271. *num.* 20. *lib.* 2. Gratian. *in diſceptatio. foren. tomo* 1. *cap.* 100. *n.* 48. & an, & quando judex recuſatus poſſit ad ulteriora procedere abſque reatu attentati, & nullitatis, videndus eſt Lancelot. *ubi proximè, à num.* 53.

Inſuper pronuntiatio, de torquendo reo, eſt interlo-

98 cutoria ſententia; tum quia per eam non finitur, nec terminatur cauſa principalis, & quia convenit cæteris cum omnibus qualitatibus interlocutoriæ ſententiæ, & ex verbis apperebit *l.* 2. *ff. de appell. recipien.* mox referendis; tum etiam ex iis, quæ dicit, ex pluribus Proſperus Farin. *in praxi crim. tomo* 2. *quæſt.* 38. *n.* 11. *& 16.* tamen cùm trahat ſecum damnum irreparabile, per appellationem à diffinitiva, hoc torturæ decretum, ſine dubio ab illo appellationi emiſſæ deferendum eſſe, vimque fieri meritò declarant tribunalia: textus eſt *in l.* 2. *ff. de appell. recip.* ibi: Anne à ſententia appellari poteſt; ſi quæſtionem in civili negotio habendus judex interlocutus ſit, vel in criminali, ſi contra leges judex hoc faciat.) per quem textum ſic expreſsè affirmarunt

99 Bart Bald. Ang. & Alberi. & communiter Doctores ibi, gloſſ ordinaria, ut etiam communiter Doctores *in l. penult. in verbo diſcuſſore. verſ. ſed fallit in caſu, Cod. quorum appell. non recipian.* gloſſ. *in l.* 2. *verbo cauſa*, ubi pariter concurſus Doctorum, *Cod. de Epiſcop audien.* Guid. de Suzar. *in tractatu de indiciis, & tortura, n.* 23. *in medio*, Carrerius *in pract. crimin. in* 2. *tractatu de ind. & tortur.* §. *circa quintum, num.* 11. Marſilius *in pract.* §. *nunc videndum, n.* 2. *& in* §. *expedita, num.* 70. *& in l.* 1. *in princ. num.* 14. *& num.* 42. *ff. de quæſtio.* Catellia. Cota *in memoral. in verbo appellatione interpoſita nihil*, Foller. *in praxi crim. in verbo, & ſi confitebuntur, in* 3. *p.* 3. *partis, n.* 50. Ant. Gomez 3. *tomo variar. cap. de tortu. reorum, n.* 23. Brunor. *de indiciis, & tort.* 2. *p. quæſt.* 5. *n.* 53. *verſiculo & ab iſta pronuntiat. quæſt.* 9. *n.* 10. *verbo ſi non erunt purgata*, Aron. *d. ſingulari* 39. Franc. Marcus *deciſ.* 60 *incipit quæritur qualiter ſit perveniendum, n.* 5.

Quod in tantum à DD. ut verum receptum eſt, ut 100

etiam extendatur, non ſolùm quando judex pronuntiat reum fore torquendum ſuper principali delicto, ſed etiam quando torquetur ad habendam reſponſio-

nem

nem affimativam, vel negativam,ut tenet Franc Marcus *in d.dec.*60.*n.*5.Caravit.*in rita magnæ curiæ,tit.*259. *num.*12. Prosper. Farinac. *in praxi crimin.*2. *tomo,q.*28. *n.*22. *ad fin.* qui ibi *à num.* 11. dicit, quod interposita
101 appellatione à decreto torturæ judicem debere supersedere in causa, & sententiæ executione, etiam anteaquam sit inhibitus, nec inhibitio præsentata, & idem
102 ante appellationem, intra tempus tamen ad appellandum,ut ex Lanceloto,& aliis pluribus,ibi dicit, *&* *n.*17. etiam confessionem à reo per judicem, interim extortam prorsus nullam, irritam, & inefficacem esse ad condemnandum, ex Bald. *in rubrica, Cod. comminatio*
103 *Episc.* Catelia,Cota, Foller. Anton.Gom.& aliis *suprà.*

Illa hinc quæstio resolutionem requirens ad nos accedit difficilis, an quemadmodum tribunalia suprema vim fieri declarant, ac etiam deferendum esse appellationi à tortura, an idem declarare tenentur in appellatione à decreto de non torquendo, vel à denegatione, seu dissimulatione judicis nolentis, per fiscalem promotorem, vel accusatorem emissa,Bald.*in l. penult.n.*2.
104 & ibi Salicet, *in prima oppositione pariter,n.*2. *C.quorum appell. non recipit.*tenent, quòd sic, quia eis licet appellare,quos refert,& sequitur Anton. Gomez 3. *tomo variarum, cap.*13. *de tortu. reorum, post n.*23. *vers. ex quo infertur*, ubi reddunt rationem,& quia si hoc licet reo, eodem modo debet licere actori, cùm in materia judi-
105 ciorum, actor & reus æquiparentur, *l.*3. *ff. de re jud. l. solutum, ff. de offic. io proconsulis.*

Contrariam autem partem & opinionem secus est Aret. *in l.*2. *ff. de appel. recip.* quem refert,& sequitur
106 Brunus *de indiciis,& tortu* 2. *p. quæst.*5. *n.*13. *in fin.vers. sed quid si pronuntiabitur, non esse torquendum, & q.*9. *num.*10.quam etiam veriorem de jure reputat Farinac. *in d. q.* 38. *n.*20. ea moti ratione, quia hoc gravamen potest reparari per appellationem à diffinitiva, quapropter denegatur ab interlocutoria, quod non accidere dicunt in decreto de torquendo,cùm torturæ jam illatæ afflictio non tollatur per quamcunque appellationem à diffinitiva, per quam, & per alias rationes contrariis respondens, hanc partem sustinet Auber. de Antramonia *in tractatu de quæst. & tortu.* positos inter tractatus criminum diversorum. Zileti. *fol.*450. *n.*27. & quem allegat Prosperus *suprà.* Et quia hodie cauti
107 judices rarò pronuntiant reum non torquendum, nec requisiti animum suum detegunt, nisi simul reum absolventes, quo casu accusatoribus est consultum per appellationem ab ipsa sententia, absque eo, quòd priùs sibi appellare liceat.

In qua contrarietate priori opinioni, ut veriori de jure, magisque probabili, & juris regulis conformi, & adhæreo,& insisto;nam licèt verissimum sit quòd illud
108 decretum negativum torturæ minimè contineat gravamen irreparabile, ut affirmativum continet: non ideo sequitur, ab eo minimè appellari licere,quoniam si ex capite gravaminis irreparabilis, & ex ea ratione in hac interlocutoria daremus appellationem, utique profiteremur contrariam opinionem ex suo fundamento, sed eam ex alio capite nos appellabilem facimus, eo scilicet, quia torquere reum respicit merita causæ principalis, cùm per torturam, vel non torturam deveniatur in cognitionem delicti,de quo agitur, ideo ejus appellationi utique deferendum esse, justitia appetit, ut ex hac ratione hanc partem veriorem reputarunt Bald. & B. Salicet *in l. inter sententias, C. quorum appellat. non recip.* quoniam in hac materia regula generalis est, de jure omni licere appellare à quibuscunque interlocutoriis respicientibus merita causæ, & negotium principale, secundùm Bald & Salicet. *l.* [illegible] *in l.*1. *C. de st. temporal. possess.n.*4. Felin. *in rubr. de rescript. n.*3 Ripa. *in leg. quod*
109 *jussit, num.*127 *ff. eodem*, Ruinus *consil.*137. *n.*20. *&* 21. *l.*5. cum aliis allegatis à Contardo *in addit. 1. C. de mom. poss. limitatio.*1. *num.*82. *& in 5 limit. n.*7. *& sequentibus,* Prosperus Farinacius *ubi suprà, d. quæst.* 38. *n.* 19. & faciunt ea, quæ *in locis* circa probationum, vel testium rejectionem dicta sunt,Marquesl. *de commiss.*1. *p. cap.*12. *num.*52. *&* 15.

Hinc & alia proxima succedit quæstio,(cui varietas 110
Doctorum non minorem attribuit difficultatem)an per judicem vis fiat, non deferentem appellationi à decreto torturæ latæ ab eo, non palam reo audiente, sed secretè, quod judex differt in tempus, quo reus inci[illegible] se spoliare, ut torqueatur, & quòd appellatio[illegible] tunc emissæ non sit deferendum, nec ejus virtute executio suspendenda, tenet Julius Clarus *in praxi crim. §. fin. quæst.*64. *n.*27. *&* 35. referens Maran. *in speculo,*6 *p. in actu* 13. *rubr. de quæstio. num.*14. quo referens sequitur Cardin.Tusch.*tomo.*1.*concl.*101.*num.*11. & hunc casum semel in praxi habuisse,testatur Franc.Personal.*in tract. de indiciis, & tortura, num.*11. *in fin.* Joseph Cum. *de syndicatu,cap.*21.*rubr. de tortura,num.*12.quos refert, & sequitur Flamin. Cartar. *in praxi interroga. reorum,* [illegible]4. *c.*1. *num.*68.69. *&* 77. *in fin.* ubi testatur etiam ita in statu Ecclesiastico servari.

Sed hæc opinio, quia destituta est ratione,& funda- 111
mento, jure caret,ni fallor,quam (nemine viso) damnavi, eò namque si indubitatum est, à decreto torturæ licere appellari, & ab ejus comminatione, ex his, quos *suprà* citavimus,adeò ut interim suspendatur executio: cur idem effectus negandus est à Doctoribus prædictis,ei appellationi, quam emisit delinquens, quando intellexit,vel suspicatus est,se torquendum,vel quia sibi videt comminari torturam;nedum quando videt se duci ad locum torturæ, & ibidem, vel spoliari,vel ligari, sive per alios actus exteriores, per quos comminatur reus, deducitque se torquendum fore: & cur tunc judicis manus non erunt ligatæ, cùm etiam à comminatione appellatio emissa eas ligat, secundùm Aug. & Angelum *de malefic. verb. quod fama publica, num.* 100. *vers. advertas. tamen.*Brunus *tr. de indiciis, & tortu.* 2. *p. q.*5 *n.*14. ubi allegat gloss. *inc. cùm in contemplatione,ex reg. jur.* Caravita, *supra d. ritu magnæ curiæ* 259. *n.*14. Guido *dec.*146. *n.*15. *vers.*7. ubi dicit, quòd sicut per
112 appellationem à decreto de torquendo ligantur manus judicis, ita etiam per appellationem à comminatione, & ita quotidie apud eum servari,& practicari testatur, & idem etiam tenet Grama, *super c. regni, fol.*133 *n.*4. *in fin.* prout illum citat Clarus *ubi supra* sequitur Brun. à Sole *in cons. cr.n.*162.Carill. *in summa crim. partic.* 3. *rubr.*31.*de appell* § 2.*n.*3, *vers. idem fieri potest, fol.*169. *col.*2 idem tenet Card. Tusch. *concl.*101. *n.*11.*tomo* 1. Pax. *in praxi,* 6. *p. tom.* 1. *in proœmio, n.*21 Rebuff.3. *tomo,titul. de sententiarum executione,art.*53 *g* 1 *fol.*242. *n.*2. Guido Papæ *quæst. Delphi. a.*75. *sed circa*, ergo cùm nulla detur discriminis, & differentiæ ratio inter utramque appellationem,malè facient judices, qui hac inefficaci cautela & nullibi juris approbata, imò temerario ausu voluerint auferre permissos defensionis, & appellationis hujusmodi effectus delere, & in re tam gravi attentare, & postquam hanc opinionem contra prædictos authores electam habui,ut magis juris rationi,& regulis consonantem perlegi Prosperum Farinac. *in praxi crim.* 2 *tom.q* 38.*n.*21.*&* 22.allegantem Armon. *in singul.*39. & Baiard *in addi. & Cla. ubi suprà, n.*65. pariter contrariam rejicientes, & hanc nostram sectantes. vide Prosperum *ibid.*

Recursus à sententia interlocutoria,quæ secum trahit 113
executionem, etiam jure civili licet appellari, Federicus de Senis *cons.*66 *incipit cùm secundum, in pr.n.* ubi allegat Anchar. *cons.*372.*n.*9.*& sequent.* Tuschum *tomo primo, lit. A. c.* 350.*n.*15. & propterea à sententia excommunicationis per decretum interlocutorium prolatæ, minimè denegatur appellatio, sine reatu violentiæ quia irreparabilis est per diffinitivæ appellationem, 114
Bernard. Diaz *in praxi regul.* 39. Petrus Ducinis *in*

regula 52. fall. 2. Rebuff. *de concordata Franciæ, titul. de frivolis appell. in rubr. sub gloss. 1. in fin. vers. fall. quando gravamen, folio mihi 688.* & probatur *ex c. pastoralis, de appellat.* quia habet executionem secum, & idem Rebuff. *in d. 3. tom. proximè relato. d. n. 6.* ubi dicit, sic fuisse in Senatu pronuntiatum, contra quendam officialem, & ex eadem etiam ratione dicit ipse *ibidem, & in d. l. quod jussit. in præfatione, n 55.* quòd à sententia, quâ pronuntiatur super compromittendo, vel non, in aliqua lite ex forma statuti ita dictantis, & requirentis sententiam dici, habere vim diffinitivæ, ex Bald. *in l. 1. col. 2. Cod. si quacunque præditus potestat.* Philipp. Franc. *in cap. cum cessante, de appellationibus*, Socin. *cons. 71. circà n. 21. in 4. volum.* & vidend. Cuman. *cons. 17. incip. Hieron. in fin.* Barb. *cons. 85. in medium colum. penult. vol. 3.* cujus appellationi ex regula Concilii Trident. & Doctorum *in principio hujus capitis*, deferendum pronuntiabit Senatus.

115 Idem dicendum est si gravamen possit reparari, sed magna cum difficultate, aut præjudicio partis, quia tunc de ea idem est judicandum, ac si omninò reparationem non haberet, Panormitan. *in c. super eo 2. de appell.* Salicet *in leg. penult. Cod. quorum appell. non recip.* Bart. *in l. 1. §. quæsitum*, per textum ibi: *sub n. 6. in fin. ff. de appel.* Felin. *in cap. accipimus, n. 5. vers. hinc est de fide*
116 *instrum.* Gregor Lopez per textum ibi, *in l. 3. in glossa amenos de verb. sig. tit. 23. part. 3.* Dueñas *in d. Reg. 52. lim. 10.* Rebuff. *ubi supra, in d. tit. de execut. sententiarum, n. 11.* idem est si potest reparari per diffinitivæ appellationem sed non ex toto, nec ità perfectè, quin aliquod remaneat præjudicium parti, Gonzal. *ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. § 1. n. 117.* Bernard. Grævæ, *ad pract. Camer. Imperia. l. 1. conclus. 129. num. 6.* Aloys Ricc. *in praxi Curiæ Arch. Episc. Neap. dec. 93.* quia tunc etiam appellationi deferendum est per Senatum, cùm ab ea sententia (licet sit interlocutoria mera) justificata dicitur Appellatio, ex dd. Doctoribus, & Felin. *in cap. cum super, sub num. 17. de sententia, & re jud.* Petro Surdo *decision. Mantuana 36. n. 14.* Felin. *in d. cap. accepimus, de fide instrum.*

117 Alia etiam conclusio sit, quando interlocutoria fertur super articulo, à quo pendet tota causa principalis, tangit factum principale, seu substantiam negotii principalis, quia tunc cùm sit omnino præjudicialis, admittitur appellatio, Paul. Castren. *in l. 2. n. 1. in fin. de appell. recip.* Maranta *in specul. 3. p. 6. p. princ. verb & demum fertur sententia, sub num. 44. versic. tertia concl. fol. 338.* Rebuffus *in tractat. de sentent. exec. a. 10. gloss. 1. n. 4. tom. 1. fol. 403.* Contar. *in leg. un. limit. 5. n. 7. versiculo... limit. 2. Cod. si de moment. possess.* Esca. *de appell. quæst. 17. limit. 47. membro 1. num. 168.* Petrus Dueñas *regula 52. limit. 3.* Hieron. Gonzal *in regul. de alter. gl. 9. in annot. § 1. num. 189.* cujus doctrinæ plurima exempla in specie reddimus in discursu hujus capitis, & specialiter *num. 109.*

118 Ex eodem fonte fluit sententia, quâ terminus, vel dilatio assignatur, quoniam licet sit interlocutoria, *l. à procedente, Cod. de dilation.* ubi communiter notatur *c. 1. extra. illo tit.* Socinus *cons. 99. col. 8. is primum probatur, n. 11. incipit. Serenissimus, vol. 3.* Rebuff. *in præ-*
119 *fatione l. quod jussit, n. 90.* & nihilominus, si ex assignatione termini pars aliqua senserit se gravatam, appellationi deferendum. Ricard. Malumb. *in cons. 71. satis videre inter consilia Federici de Senis:* ve là nimis magna dilatione concessa à judice, si per eam impediatur, ne lis finiatur, utpotè, quia excedit tempus instantiæ, quia hoc gravamen est irreparabile, secùs si nó excedat tempus instantiæ, ut ex Bart. & Bald. tenet Guido Papæ
120 *in dec. Delphin. quæst. 336. n. 68. & suprà, num. 67.* vel etiam quando ex assignatione termini causativè pars gravetur, ita ut (lapso termino) excludatur, Paulus Castrens. *cons. 237. viso processu, n. 2. vers. dicitur etiam primò per totum, lib. 2.* Cardin. Tusc. *concl. 359. n 21. & 22. num. 1.* Idipsum dicendum erit, quando judex in causa summaria semel assignavit terminum, quarum 121
partium altera non probavit intentionem suam, alia sic, vel quomodo petat aliquam secundam dilationem; eáque concedatur absque causæ cognitione, quia cum fit talis concessio nulla, contra jus, probatur *in l. fin. de feriis* & ibi latè adducunt Doctores, meritò appellatio permittitur, & deferendum esse declarandum est, Bart. *consil. 97. lib. 1. & consil. 115. lib. 5.* Cardin. Tuschus *ubi proximè, n. 43.*

Idem etiam declarabit Senatus, quoties coram ipso 122
conqueratur de judice non deferente appellationi, à denegatione termini ad probandum. Fulgosius *consilio 165.* Tusch. mox relatus *num. 40.* & alibi passim, quo fit, ut si tempore vacationis beneficii alicujus, & unus ex filiis patrimonialibus in longinquis partibus absens sit, vel in loco remoto, & illius procurator, (cujus nomine se opposuit,) peteret (secluso & cessante fraude,) terminum, & dilationem competentem, ad certiorandum dictum absentem, ut venire, & accedere possit personaliter ad se examini subjiciendum, & subeundum, in eventum, quòd ordinarius, vel nolit, vel 123
non possit remittere examen ad locum, ubi absens tunc deget, aliàs appellaret, & dictus ordinarius non obstante appellatione denegando tacitè, vel expressè dilationem, procederet ad ulteriora, justa appellatio hæc judicanda est, ex eo, quod diximus; adeò, ut omnia gesta post eam erunt attentata, & nulla, ut fuit resolutum in una causa Conchen, Capellaniæ 16. Octobris coram Fabio Peregrino, quæ est 265. incipit *eadem die, n. 1. 2. & 7. & per totam, lib. 3. 3. p. diversorum*, & refert Gonzales *in reg. de alternat. gl. 6. n. 223. & gl. 9. §. 1. titul. de nullit.* alias similes decisiones Rotales ad propositum hoc refert.

Vim etiam committi verum est, si appellationi emis- 124
sæ per partem aliquam à coarctatione dilationum, & terminorum à jure præscriptorum (prout in diversis causis contingit, vel in patrono datis ad præsentandum, capitulis ad eligendum, consanguineo ad retractandam rem, & generaliter in cæteris omnibus) quia cum tali casu appellatio ad interlocutoria sit legitima, attentata, & nulla essent omnia: quæ post eam ritè interpositam facta fuêre à judice: latè per Bertach. *in reperto. verb. dilatio ex æquitate, sub num. 4. post princ.* & fuit resolutum in Rota, teste Caputaquense *decis. 38. p. 1. & dec. 37. n. 1. per totam* 3. idem dicit Hieron. Gonz. proximiori loco relatus *n. 192.* ubi idem dicit de appellatione à brevi termino dato in citatione, ut *ad princip. hujus capitis* dixi; idem etiam dico appellari posse generaliter ab abbreviatione termini sine causæ 125
expressione, Veral. *decis. 32 lib. 1.* Tuschus *d. concl. 359. tom. 1. n. 30. litt. A.*

Circa hæc tamen advertendum est, quod si dilationes non fuerint petitæ, non esse quid imputandum judici, quoniam non petenti dilationem, judex dare non 126
teneatur text. *in l. 1* ibi, postulanti dare convenit.) & ibi Bald. *de dilat.* & probatur *in l. 2. C. ut intra certùm temp.* ubi Bald. & alii. Si verò fuissent petitæ, & denegatæ, 127
procedunt quæ *suprà* diximus; ut tunc possit appellari, aliàs autem parti imputatur, quæ non appellando acquievit, prout concludit Bart. *in l. prolatum, C. de sententiis*, & contra Bald. & gl. ibi; defendit ex rationibus per eum adductis, Vantius *de nullitate sent. ex defectu processus, n. 42* qui (Bal. & glossa videntur sentire contrariũ, & insuper, si dilationes postquam petitæ sunt, non dentur, vel dentur nimis breves, non nullitatis remedium contra sentẽtiam latam proditum est, sed appellationis, 128
quoniam dilatio non est de ordine substantiali judici, *ex c. 1. de dilationibus*, & ex rationibus per dictum Vantium adductis, Marquess. *de commiss. 1 part. 12 à n. 59.*

Item licebit etiam appellare, si judex datam dila- 129
tionem

tionem revocaverit, & valet revocatio, si non appellatur, secundùm Joan. de Immol. *in cap. significante, de appella.* Innoc. *in c. sacro in sentent. excommun. gl. in c. excommun. de elect. lib. 6.* Berthachin. *in reper. verbo dilatio etiam ex æquitate. sub n.* 40. affirmans hoc omni casu verum esse, & procedere.

131 Insuper tribunalia suprema declarant appellationi deferendum ab injusta rejectione probationis, hoc est, non admittendo partes ad probationem suæ intentionis, quoniam postquam per negationem partis, res efficitur dubia, *ut in l. si quis libertatem, Cod. quibus ad libert. proclamare licet, l. nemo, C. de acquirend. possess.* judex cui nihil constat, nihil decernere potest, ut pro-
132 batur *in l.* 1. ubi gl. *C. de secund. tabul.* quem textum in propositum adducit Bald. *in leg. falsus, col. 7. vers. item dubitatur, in fin. Cod. de furtis,* imò si (nullis præcedentibus probationibus) judex aliquem condemnaret, diceretur in dolo versari, ut voluit Bald. *in l.* 1. *col.* 8. *C. de his quæ pœnæ nom.* cum aliis, de quibus per Alex. *consilio* 131. *incip. in casu, colum. penult. versiculo probatur etiam, lib.* 2. ideo in quocunque judicio etiam possessorio, & quantumvis summario, requiritur plena probatio, ut voluit gloss. communiter approbata *in l.* 1. *in versiculo filium. Cod. quorum bonorum,* prout attestatur
133 Alex. *cons.* 139. *circa fin. lib.* 9. quod nec ipse Papa posset facere, nempe, condemnare aliquem absque debita probatione, cùm esset contra jus naturale, vel gentium, & eradicare naturalem justitiam, ut inquit Alex. *cons.* 2. *colum.* 1. *vers. & est ratio, lib.* 2. quem sequitur decisio Neap. 91. & qui non probat dicitur carere jure, tenet
134 Vantius *de nullitate. ex defectu proces. n.* 38. sive sint de ordine substantiali judicii, sive de substantia, & ordine justitiæ, ut latè ibi disputat Vantius ad annullationem sententiæ, tamen quod ad nos attinet, indubitati juris est, quod quando judex probationes admittere nolit, sed illis non obstantibus, ad causæ
135 decisionem, & expeditionem procedat, adhuc, hoc casu, sententia potest dici nulla, prout declarat Alexand. post Bald. *cons.* 105. *colum.* 2. *vers. accedit. lib.* 5. putat tamen Vantius *ibi num.* 39. à tali denegatione
136 admissionis probationum hujusmodi appellari debere, aliàs sententia teneret ipso jure, concludunt Antonius, Calderinus, Dominicus, Felin. & alii *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* per textum *in leg. argentarios, §. cùm autem, versiculo si non probaverit, ff. de edend. leg. posthumus, § si quis ex his, ff. de inofficioso testament. leg. cum putare, ff. familiæ ercisc.* ita concludit decisio. Neapolit. *decis.* 47. *incipit fuerunt,* latè Philip. Franch. exactè *in c. dilecto, quæstione* 55 *de appellatio.* Capicius, *decisione* 10. *columna* 9. *versiculo secundo quod dictum:* & alii plures statim referendi, & probatur etiam ex regula, quam *suprà*, ut veram scriptam reliquimus, quod à judice negante beneficium jure communi concessum, licita est appellatio, quam ad hoc propositum trahit Bald. *cons.* 378. *num.* 2. *lib.* 3. Tuschus *ubi suprà, num.* 36.

137 Et quamvis sententia prolata super admittenda, vel rejicienda justa probatione, sit interlocutoria, text. *in cap. significantibus, de operis novi nuntiatio.* Card. *in clem. fin. quæstione* 2. *de appellat.* Joannes de Anania *consilio* 63. *viso in addit. ad Bald.* idem Bald. *in Margarita, verbo sententia, quæst.* 20. *in l.* 2. *Cod. de Episcopa. audien. ante fin. leg. aut. n. fin. Cod. quorum appellatio non reci-*
138 *piatur,* Marquess. *ubi proximè, d.* 1. *part. cap.* 12. *à n.* 59. Tamen ab hac interlocutoria, quia judex partè excludit à probando, ejusque probationem rejicit, licitè esse appellationem; extra citatos Doctores *num.* 36. firmant Bald. *in leg. arbitrio 7. sub num.* 4. *vers. Tu ergo scies ff. qui satisdare cogantur,* idem Baldus *in Margarita ad Innocentium, in verbo appellatur ab interlocutoria.* Ozascus *decisione Pedemont.* 25. *verbo intestato, sub n.* 14. *versiculo contrarium,* Escacia *de appellat. quæstione* 17.

limit. 6. *memb.* 7. *sub num.* 43. *versiculo & quod ab interlocutoria,* Petrus Surdus *decis.* 36. Stephanus Gratian. *in disceptati. forens. cap.* 77. *num.* 11. *& sequentibus,* alios citantes, Barbosa *in remissio ad Trid sess.* 24. *de reformat. cap.* 20. *sub num.* 6. & Marquess. *de commiss. 1. p. 12. n.* 59. ubi optimè *&* 57.

Et ex eadem ratione, idem venit dicendum, in nimis 139
brevi termino dato ad probandum, quia ab eo licita est appellatio, testatur Bald. *in l.* 2. *num.* 8. *vers. sed hic quæritur, in fin. C. de Episcopali audien.* dicens: quod in probationibus stat tota virtus causæ, ideoque ille, qui nimis arctatur, potest appellare, quia est gravamen præjudiciale, sequitur Sigism. Escacia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 47. *principali membr.* 1. *sub. n.* 26.

Similiter sententia, quia judex declarat admittendos 140
esse articulos, vel non admittendos, licèt interlocutoria sit, ex gl. & ibi Bald *in leg. post sentent. in vers. interlocutiones. Cod. de sentent. & interlocutione,* Joan. *in leg. si opus, in fin. ff. de novi operis nuntiatione,* Rebuff. *in leg. quod jussit, in præfat. n.* 97. *ff. de re judic.* tamen eadem ratione, quâ *suprà* admittenda est appellatio à rejectione eorum, si legitimi sint, vel etiam ab admissione, 141
si fuerint impertinentes, Bald. *in l. post sentent.* 9. *num.* 4. *in fin. Cod. de sentent. & interlocut. omnium jud. versiculo pone ergo quod est appellatum,* Paul. Castren *in leg. ab executo.* 4. *num.* 2. *ff. de appell.* Ruginell. *tractatu de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 85. *&* 166. *&* 167. Escacia *tractatu de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *memb* 1. *à n.* 137. *&* 140. Natta. *cons.* 172. *num.* 2. Hierony. Gonzal. *in regula de mensis, gloss.* 9. *in annotat. num.* 90. Geminia. *cons.* 24. *num.* 11. & loquendo in rejectione articulorum revelantium, Paul. Castr. *cons.* 335. *visa appellatione, lib.* 1. vide quæ Card. Tus. *pract. conclusionum tomo* 1. *litera A. concl.* 359. *n.* 32. & loquendo in appellatione ab injusta admissione articulorum, tanquam repellente exceptiones partis, Rota *in novis, de testib. decis.* 8. *Gonz. ubi proximè,* & Tusch. *n.* 52. Rota *decis.* 44. *sub n.* 3. *app. in novis.* Philipp. Franc. *in cap. interposita, sub num.* 4. *versiculo* 7. *de appell.* Lancelot. Rober. *de attenta.* 2. *p. cap.* 14. *limit.* 1. *num.* 42. *&* 45. *in noviori impressione,* Corneus *cons.* 35. *volum.* 1. Petrus Surdus *in decis. Mantuana* 36. *ex num.* 17. *& inf. riùs, num.* 267. Barbosa *in remissio. ad Concilium. sessione* 24. *de reformat. cap.* 20. *n.* 6. *ad finem.* Stephanus Gratianus *in disceptatio. forensi. cap.* 77. *num.* 15. optimè Mascardus *de probatio.* 1. *tomo, concl.* 131. *&* 132. *& conc.* 325. *num.* 4. ubi latè tractat, quâdo ab admissione, vel rejectione articulorum licita sit appellatio, ubi multa notatu digna, & facit, quia cùm articulus sit actus præparatorius ad probationem, idem 142
de ipso judicâtum est, quod de ipsa probatione, estque pars ejus participans naturæ totius. Qui quidem præfati Doctores meritò loquuntur, & affirmant procedere, quando articuli sunt omnino impertinentes, quia circa probationes omnino impertinentes non cadit appellatio, Ruginellus *tractatu de appell.* §. 2. *cap.* 3. *n.* 169. *fol.* 82. & multò magis hoc procedere affirmat in appellatione ab injusta interlocutoria non admittendorum articulorum.

Hinc fit, quòd quemadmodum pars producens testes 143
dat articulos ad examinandum illos, pars autem, contra quam producuntur, dat interrogatorios ad eosdem testes interrogandos, quare licèt articulorum copia danda sit ei, contra quem testes producuntur, non tamen illos producenti est danda copia interrogatoriorum; si enim hoc fieret, esset ipsi occasionem dare ad testes subornandos, ad glossam *in cap. præsentium, in verbo, interrogatoria, litera N. versiculo & hæc interrogatoria,* ubi quod ita est de jure, & ita servatur de consuetudine, & ibi Philippus Francus *post num.* 6. *de testibus in* 6. Innocent. *in cap. per tuas* 2. *de testibus,* ubi dicit famam esse partem, quæ id consentiat: magis communiter dixerunt Auctores *in d. cap. per*

tua, ubi Dereſa Pudoſ. *poſt. num. 5. verſiculo de interrogat. verò*, Joannes Andr. *numero 7.* Bald. *numero 11.* Bella. *num. 2. in prima quæſt* Butr. *poſt numerum 6.* Immola *n. 3. in fin.* Anchar. *n. 4.* Abb. *n. 2.* Veſtrius *in pract. l. 6. c. 2. rubr. de teſtim. & eorum inductione, n. 53.* Prac. Corra. *rubr. de interrogatio. numero 1. & num. 3.* Luca Præt. *in pract. capitol. lib. 2. c. 5. num. 16.* Gail. *obſervatione 95. n. 6. l. 1.* Virg. Boccac. *in tractatu de literis rem. c. 63. ſub num 35.* ubi teſtatur de ſtylo nunquam parti producenti teſtes ſolere dari copiam interrogatoriorum, ſive contineat exceptiones contra teſtes, & eorum dicta, ſive etiam intentionem dantis interrogatoria.

144 Et ideo ſi judex vellet dare hanc interrogatoriorum copiam parti producenti, licitè poterit pars dans interrogatoria ab eo appellare; idem tenet Abb. d. *cap. per tuas, num. 2.* & ibi addentes *litera C. in verbo interrogatorium*, & Felin. *num. 3.* quos referens ſequitur Proſperus Farinacius *in tractatu de teſtibus, quæſt. 73. ſub numero 19.* ubi latè de hac materia per totam quæſtionem.

145 Quibus finitimum eſt, quod ſi judex in cauſa civili denegaverit remiſſoriales ad examinandos teſtes, poterit pars à tali remiſſoriæ denegatione appellare; ſecundùm veriorem opinionem, ut Prævenien. poſt Afflictum, quem allegat *deciſione 74. n 1. ad medium* Severol. *de remiſſio. cap. 18. numero 3. in fin.* ubi quod ſi ſine juſta cauſa denegaverit remiſſoriales illas petenti, ſuccurritur remedio appellationis, & reſtitutionis in integrum, & idem dicit *in cap. 1. num. 3. in fin. & cap. 22. num. 3. & ſequenti*, Farin. *in tractatu de teſtibus, quæſt. 77. num. 4.* & Gratianus *in diſcepta. forenſi tomo 1. c. 199. num. 2.* Econverſo autem, à conceſſione remiſſoriæ,

146 quam pars prætendit non eſſe concedendam, ab iſto decreto non dari appellationem in civilibus, teſtantur Severol. *in tractatu de remiſſorial. c. 21. n. 3.* Proſper Fari. *ubi proximè, ſub d. n. 4.* Gratia. *d. c. 99. n. 3* qui quidem omnes affirmant in criminalibus admitti appellationem ab hujuſmodi decreto conceſſæ remiſſoriæ, in caſu quo pars minimè concedendam prætendit, Montiſc.

147 *in tractatu de teſtibus, in verbo examinatio teſtium an delegabilis in civilibus, columna 3. numero 3.* qui omnes affirmant appellationem non eſſe recipiendam à decreto concedendæ remiſſoriæ in his caſibus, quibus poteſt, vel debet per judicem concedi, ut ſecus ſit à decreto condente remiſſoriales caſibus, quibus non

148 poſſunt remiſſoriales concedi, ut tunc licita ſit, & legitima appellatio.

Caſus autem, quibus poteſt judex, vel non, concedere remiſſoriales ad examinandos teſtes extra locum judicii, copiosè, & exactiſſimè legi poſſunt apud Felinum, & alios *in c. cum cauſam, de teſtibus*, Doctores *in l. ſi quis teſtium, eodem titulo*, Menoch. *de recuper. poſſ. rem 15. q. 26. n. 336. uſque ad n. 363.* & latius apud eundem Men. *in tract. de arbitriis, in addit. ad caſum. 250. num. 1. uſque ad n. 28.* bene etiam Gratia. *in diſceptatio. forenſ.*

149 *c. 199. per totum.* Severol. *in proprio tractatu de remiſſio.* Virgin Bocc. *de literis remiſſoriali.* latè, & opimè etiam Farinac. *de oppoſit. contra dicta teſtim. quæſt. 77. à num. 1. uſque ad numerum 174.* apud quos latè, quando in civilibus, aut criminalibus dicta ſit remiſſoria concedenda.

Inſuper vim fieri aſſeverandum eſt, quoties judex non defert appellationi interjectæ ab admiſſione, vel

150 rejectione teſtium: an tales teſtes admittendi ſint, vel non admittendi: nam licèt adhuc ſit interlocutoria juxta gl. *in l. poſt ſententiam, Cod. de ſententiis & interlocutionibus*, & ibi Bald. & Salicet. idem Bald. *in margarita, q. 89. verſ. ſententia*, & idem *in l. 1. colum. 3. Cod. de ordine judiciorum*, & iterum *conſ. 332. tria pronuntiantur, in 4. volum.* Angel. *in leg. arbitro, columna fin. ff. qui ſatisdare*

151 *cogantur, authentica ſi teſtes productos, §. ſi verò dicantur, de teſtamentis*, nihilominùs ab ea interlocutoria licita eſt appellatio, tanquam à gravamine irreparabili: ita conſuluit Corneus *conſil. 35. circa primum, in princ. vol. 1.* Rebuffus *in 3. tomo, titul. de ſententiarum execut. art. 10. gloſſ. 1. n. 7.* & per Bald. *in leg. poſt ſentent. 9. in fin. n. 4. verſic. pone ergo quòd eſt appellat. Cod. de ſentent. & interlocutio.* & per Bernard. Diaz, Dueñas, & Menochium tenet Gratianus *in diſceptatio forenſ. cap. 77. ſub n. 13. & cap. 74. ſub n. 15.* Angel. *conſilio 46. ſtatuto civitatis, in fin.* Ozaſcus *deciſion. Pedemon. 25. numero 14. verſiculo contrarium tamen*, Aufrerius *ad Capell. Tholoſ. deciſ. fin. verſiculo idem ſi judex, num. 8.* affirmantes omnes, ab injuſta rejectione teſtium admittendorum licitam eſſe appellationem.

Quod etiam procedit in his cauſis in quibus appel- 152
latio prohibita eſt à diffinitiva, quia etiam in his, ab hujuſmodi injuſta rejectione, vel admiſſione teſtium procedit appellatio, tenet Corneus *conſ. 35 lib. 1.* quem refert, & ſequitur Petrus Dueñas *regula 52. fall. 9.* idem tenet Bartholom. Socinus *in regula 22.* poſt Bald. *l. per hanc, C. de temporibus appellationum*, & per notata *in cap. interpoſita, de appellat.* Gravatius *in additionib. ad praxim Veſtrii, cap. 10. n. 6. l. 3. verſiculo rurſus*, & per Bald. Dueñam, & alios tenet Petr. Surd. *deciſ. 37. n. 18. d. c. 77. n. 10. & 11. tom. 1.*

Et quemadmodum indiſtinctè, in omnibus caſibus 153
loquendo, licita eſt appellatio ab interlocutoria, quâ judex admittit teſtes poſt lapſum termini probatorii, vel teſtes inhabiles, quia ejus gravamen non poteſt reparari, ut probant Bartol. *in leg. 2. n. 25. ff. de appellat. recipien.* Bald. *in l. 2. n. 19. Cod. de Epiſcop. audien.* Belſam. *in cap. ſuper eo, num 23. de appel.* Pacianus *in tract. de probat. lib. 1. cap. 58. num. 42. in fin. & ſub num. 147.* & quod appellatio licita ſit à judice admittente teſtes, & probationes, latè pertractat videndus Maſcar. *de probatio. 2. tom. verbo probatio, concluſ. 1230. num. 5. & per totam.*

Ita in cauſis poſſeſſoriis, aliis in quibus non ad- 154
mittitur appellatio, tamen ab admiſſione teſtium inhabilium, vel poſt terminum probatorium licita reputatur, ut tenent Bald. *leg. poſt ſentent. n. 7. & 8 verſiculo pone ergo, Cod. de ſententiis, & interlocutio.* Aufrerius *ad Capellam Tholoſ. deciſione fin. num. 3* Ozaſcus *deciſ. 25. mortuo inteſtato, ſub num. 14. verſiculo contrarium*, Veſtrius *in praxi, l. 7. cap. 3. num. 8. verſiculo & quamvis.* Cæſar. Contar. *in l. unica, lim. 5. ſub num. 13. C. ſi momentanea poſſeſſ.* & poſt hæc viſus Sigiſmund. Eſcacia *tractatu de appellat. quæſt. 17. lim. 6. principali memb. 6. num. 41. fol. 383.*

Rurſus ex eodem fonte fluit, ut Senatus utique de- 155
clarabit, omnino deferendum eſſe appellationi emiſſæ ab aliquo ex litigantibus, ex eo quòd judex immeritò non admiſerit exceptiones, & repulſas contra teſtium perſonas, & etiamſi tales repulſæ eſſent generales, maximè ſi eſſent inimicitiæ, cùm debuiſſent admitti, Paulus Caſtrenſis. *conſ. 325. num. 2. lib. 1.* quem referens ſequitur Cardin. Tuſchus *d. 1. tom litera A, Concl. 359. n. 12.* ex ratione eadem, quam ſuperiori caſui adaptavi, conſiderato eodem præjudicio.

Similiter, & eodē modo judicandum eſt in publica- 156
tione atteſtationum, quæ licet interlocutoria ſit, ex Bal. *in l. publicato, quæſt. 5. Cod. de teſtam. & authentica ſed ſi quis. C. de teſtibus, colum. penult.* Rebuff. *in præfatione ad l. quod juſſit, num 91. ff. de re judicata*, tamen quoniam, ut aliqui; publicationem proceſſus de ſubſtantialibus proceſſus, & ſic ejus, & teſtium requiri, adeò 157
ut ſi judex eam non fecerit, ad ulterioraque procedat, ſententia ſecundùm ipſos non valeret, ut voluit Hoſt. *in Summa, de ſent. § qualiter, col. 3. verbo duodecimus*, & eſt gl. quæ dicitur ſingularis *in c. fin. in verbo judicii, de hæreticis, lib. 6.* quam in propoſito ſingularem vocat Alexandr. *in l. divus, col. 1. de re jud.* quod examinat latius Vantius *in tractatu de nullitate ſententiarum ex*

defectu

158 *defectu processus*,n.4.ab hoc tamen nostro proposito nemo deviare audet,ut à denegata publicatione rectè possit appellari, qua pendente, sententiam prolatam nullam reputari ; secùs autem si non appellaverit pars, ex eo, quia processus respectu judicis, semper dicitur pu-
159 blicatus, & respectu partium publicatio dicitur de ordine justitiæ non de ordine substātiali judicii,ut est celebre dictum Innocentii *in c.cùm I. & A,de re jud.* quē DD ibi communiter sequuntur,&Immola *in d.l.Divus*, idem tenet Abb.*in cap.cùm dilecti, de fide instr.* & Bart. *in l.prolatum*,*C. de sententiis*, Bal. *in c.1.col.3.ſi de investit.inter dominū, & vassallum* , & latè per duas columnas ponit Feli *in d.c.cum I. & A.*& Angel. *in d.l.prolatam*,Lanfranc.*in clement. sæpe , super verbo defensionis , num.15.de verborum signifi.* & tenet Guido Papæ *quæst. Delph.36.quæritur,& quæst.369.quæ sūt,in fin.* Capicius *decis.1.col.9.volum.2. incipit , quod dictam*, Alex. *consil.* 120.*viso processu,n 7.lib.7.*Cassiado.*decis.6.n.2.de appel. lat.* optimè Ancharra. *cons. 53. commissio publicationis* , ubi dicit,sic practicasse,& quòd non vitiatur sententia
160 (testibus non publicatis) nisi à non publicatione fuerit appellatur;nam si denegatio , & interlocutio tacita vel expressa sit,appellet pars ab ea , argumento *cap.ex parte de appell.l.1.Cod si sæpe integr.rest.pos.*ibi,appellare debuistis, si sententia vobis displicebat.)& probat Bart. *in leg.à procedente*,*Cod.de dilatio.* cui omnino judex tenetur deferre,aliàs in Senatu violentiam fecisse meritò
161 declarabitur,quod indubitati juris est.Et eodem modo licitè admittenda est appellatio à denegatione copiæ processus publicati,ut probatur expresè *in leg.3.tit.18. lib.4.recopil.*ibi, *y el juez quador, que se à tenudo de otorgar el alcalde*,&c.)& ibi glossa, Marquess. *de commissio. 1. v. cap. 12. num. 56.* ubi denegata publicatione testium examinatorum.

162 Et huic illud etiam convenit , ut à receptione testium,& probationum facta post conclusionem in causa ; appellationi emissæ omnino deferendum. Etenim , testibus post publicationem receptis, parte non opponente licèt valeat,ita ut non sit ipso jure nulla, & consensus partis,idem operatur tacitus,quod expressus,secundùm Hostiensem *in cap.fraternitatis,num.5. de testibus*,ratione, & Doctores allegati per Aretinum *ibidem, num.38 verſ. ſed quæritur junctо num.29.*Marian.Socin. *num.188.* tamē si contra hanc receptionem pars opponat,& si nihilominus testes admittantur, appellaverit , appellatio admittenda est,docet Marian.Socin.*d n.188.* Felic.*in eodem cap.fraternitatis num.6.*Parisius. *num.54. usque ad num.61.in d.cap.fraternitatis*,ubi latè comprobat. Immola *in clement. 2. numer. 8. post medium. verſ. item intellige* Bonifac. *numer.9. & numer.141. versiculo fatetur tamen*, Crotus *in tractatu de testibus,post n.263. & sequenti*,ubi quòd ita tenent communiter Doctores, & quinque fundamentis hanc probat opinionem Ant. Gabr. *titul. de testibus , conclus.21. numer. 74. versiculo contrarium tamen, junctо versic.ſed tenendo primū*, Alex. Sriat. *in pract.judiciar.c.18 n.38.versicul. & quod etiam*, Montizellus *in repertorio testium, rubr.testes prod.public. attestat.folio 111.columna 2. versiculo 4.* Prosperus Farinacius *in tractatu de testibus , quæst. 25. num 182.* qui *numer. 183* nonnullos Doctores recenset affirmantes , nullam esse hujusmodi testium receptionem , ipso jure, etiam parte non opponente.

163 An autem à juramento in litem,vel ejus delatione , de quo *in titulo , ff. & Cod.de in litem juran* (de cujus qualitate, & quid ad idem requiratur , & quando procedat,& deferatur , vide Marantam *de ordine judic. 6. part.§.monus actus,circa de juramento , folio 466 n.16.*) liceat nunquid appellare, in quo articulo Doctores admodum confusè loquuntur,partem affirmativam favet text.*in l.Creditor*, §. *justus à judice* , ibi , respondi nihil proponi , cui denegandum esset appellandi auxilium.) *ff. de appellatio.* cujus minime Doctores mentionem fecere,Bart.obscuram distinctionem attribuit , *in leg. in actionibus , num. 26. ff. de in litem juran.* ex quo Jas.ibi deducit *num.47* quòd ab hoc juramento in litem non licet appellare ante sententiam, post autem eam latam , bene , cujus B. doctrinam sequuntur Salicet.& Moderni,*ibi*, Innocentius *in cap.fin. quot metus causa* , & ibi Antonius de Bat. *in ultim. columna.*& Joannes de Immola *in 8 & 9.colum.*& hoc est de jure civili ut bene advertit Jas.*ibi* , non verò de jure Canonico , quia hoc jure licebat appellare à quocunque gravamine.

Contrarium tamen,ut à delatione juramēti in litem 164
liceat appellare,quia defertur juramētum à parte parti authoritate legis , quia est interlocutoria lata virtute juramenti necessarii , tenet Ruginellus *in tract. de appell.*§.2.*c.3. num.522.* Gregor. Tholos. *in tractatu de appell.lib.2.cap.13.num.3 versic.quando verò*, Sigismund. Escacia *tract.de appell.q 17.limit 34. n.7.&* 8. Menoch. *consil.217.existimaverim,sub.num.25 lib.3.*Seraph. *tract. de privil.juram.privileg.102. num.15. limit.4.* Mulling. *centuria.1. observatione 39.* Lancelot. *de attent. 2. part. c.12.limit.50.n.190.* Gonsalez *ad reg.8 Cancell.gloss.9. in annotat. num.195.* Barbosa *in remissi. ad Concilium , sess.24 de reformatione , cap 20. sub n.6.* qui etiam probant,pariter à sententia diffinitiva lata super juramento in litem facto,licitam esse appellationem,in quo dubium non est, quo casu loquitur textus *in d. l. creditor. §. justus à judice*

Quid autem erit dicendum à delatione juramenti 165
præstiti à reo , vel ab actore mutuo eorum consensu , scilicet,altero eorum deferente qui à tali delatione acceptata,aut à sentētia super ea lata voluerit appellare , in quo breviter dicendum erit, in neutro casu audiendum esse,*l.non erit quæst. §. lato.ff.de jurejurando, & l. generaliter.12.§ sed juramē* .& ibi Doctores *Cod. de rebus creditis*, ibi : Quis enim ferendus est , ad appellationis veniens auxilium.in his,quæ ipse facienda procuravit) & paulò post,*in § sibi autem*,ibi:Cùm nimis crudele est parti quæ hoc detulit, propter hoc ipsum, quòd judex ejus petitionem secutus est,superesse provocationem.) 166
Maranta *in Speculo , parte 6. actu 2 princip. in verb. & quandoque appellatur,limit.26. num.332. fol.507.* Ruginellus *in tractat.de appellat.§.2. cap.3. in verbo juramentum n.512.& sequentibus.* Escacia *de appellat. quæst.17. limit.34.num.1.* Menochius *consil. 217. existimaverim , sub n 7.& sequentibus , & num.21. & sequentibus , lib.3.* Seraph.*tract. de privilegiis juram. privilegio 102. à n.1.* & in terminis hujus doctrinæ, quando juramentum est omnino voluntarium,procedunt ea quæ dicit Ozascus *decisione 61. actor juramentum, in principio, & num.1. & sequentibus , usque ad numerum quintum.* Generaliter enim verum est, ut ab eo, quod quis procuravit fieri , non possit appellari, *ex d §. sibi autem*, docent Speculator *tit. de appellat.§. in quæstionibus, n.23 lib.2. fol.186.* Nicell *tractat.de concor.gloss. concor 6. fol.63. n.104. & n.195.*Gregor.Tholos.*tract.de appellat.lib.2.cap 27.n.1.* Ruginel.*tract.de appellat.§ 2. cap.3.num.394. in verbo factum*, Escacia *cod. tractat. quæst. 17. limit. 39.num.1. fol.492.*& cæteri Doctores modò citati.

Quæ quidem doctrina ex identitate rationis locum habet in relatione juramenti , & sententia diffinitiva , super ea lata, ut pariter neutro casu admittatur appellatio , quod tunc procedit , quando actor defert juramentum reo,& reus recusat,& ipsum juramētum actori refert,quia à tali delatione , ut dictum est,appellare non potest,teste Maranta *in suo Speculo.6.part. actu 2. princ.in verbo , & quandoque appellatur , limit.26. num. 332.fol.507.*& sequitur Escacia *ubi supra, limit.44. n.3.per totum*,licèt contrarium tenuerit Seraph. *ubi supra,limit.3.num.14* quem meritò ipse reprobat & conducunt quæ Ruginell. *in tractatu de appell. § 2. c.3. n. 514. versus finem*,Menochius *ubi supra, sub n.19*

168 Hæc tamen conclusio limitanda est, ut non procedat, quando is, cui defertur juramentum, allegat rationabiles causas, & exceptiones, quare non teneatur jurare, ne referre, quibus relectis, si nihilominus judex præcipit jurare, vel referri, poterit appellari ab illo præcepto, & à rejectione exceptionum, *l. generaliter, § sed juramento, versic. ipse autem, C. de rebus creditis*, Menoch. *d. tractat. de appellat. §. 9. gloss. 2. sub n. 42. versiculo appellari.* Escacia *ubi proximè, sub n. 3. versic. accedat, quòd is, & n. 5.* ubi pro fundamento adduci, quòd licèt quis non possit appellare ab aliquo actu, tamen si alleget exceptiones legitimas, ne deveniatur ad illum actum, potest appellare, de quibus rationibus, & legitimis exceptionibus, ac etiam excusationibus, videre poteris Marantam *locis citatis*, nonnullas alias limitationes videbis per Escaciam *ubi suprà.*

169 Ab ipsius tamen delationis juramenti negatione, poterit licitè appellari, ut scilicet quando aliqua pars putat sibi centum deberi, quæ petit, & simul adversario judex deferat juramentum, an hoc sibi debere verũ sit, quod judex deferre negaverit, & recusaverit, justum gravamen est, aptúmque ad appellandum, nam cùm hoc juramentum sit inductum, & directum ad probationem rei dubiæ, ut expressè probatur *in d. l. generaliter, in princ.* ibi Necessitate itaque rerum coacti, & probationibus pinguibus subvenientes, ad hujusmodi venimus sanctionem, &c. (*l. in bona fidei*, ubi: Inopia probationum, per judicem jurejurando causa cognita res decidi oportet.) *Cod. eodem titulo, de rebus credi.* cum aliis à judice namque negante probationem admittere, vel testes, licitum est appellare, ut tenent Antonius, Dominicus Feli & alii *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitutionibus*, per text. *in l. argentarios, § cùm autem, versiculo si non probaverit, ff. de edendo, l. posthumus, §. si quis ex his, ff. de inofficioso testam. cum aliis decis. Neapolita. 47. incipit fuerunt latæ*, Philipp. Franchus exactè *in c. dilecto, quæst 65. de appell.* Capicius *decis. 1. colum. 9.* & ex Vantio, & aliis concludimus *suprà*, quia aliàs impediretur examen processus, ut in appellatione à negata tortura dicunt Bald. & Sali. & alii, *in l. ante sententiæ, n. 2. C. quorum appellat. non recip.*

170 Aliud autem erit dicendum de juramento calumniæ, quia ab ejus delatione à neutra parte appellari potest, nec ejus appellationi deferendum, ex iis, quæ tradunt Doctores *in rubrica, Cod. quorum appell. non recipi.* præsertim Salicetus *ibi, num. 2.* ubi etiam, an à diffinitiva appellari posset, dubitatur, de quo alibi videmus, faciunt etiam ea, quæ Maranta congessit *in 6. part. 1. alia, à princ. fol. 423.* & Vantius *de nullitate sententiarum, titulo ex defectu processus, n. 29. fol. mihi 633.*

171 Simul etiam, & obiter notabis, vim nullatenus committi posse per judicem Ecclesiasticum, si non detulerit appellationi emissæ à mandato de recognoscenda scriptura, an juraus, vel alius de ejus mandato subscripserit eam, quia est sententia interlocutoria merè. Bald. *cons. 355. mandato in scriptis, lib. 4.* latè per Avendanum *de exequend. 2. mand. 2. part. c. 30. n. 2.* videndus Gutierrez *quæst. civili, lib. 1. quæst. 124. num. 6. pag. 226.* idem etiam probat in terminis Borgnin. Cavalca. *decisione 27. n. 56. part. 2.* ubi alios citat, vide *n. 177.*

172 At verò si appelletur ab intricatione processus, & à præposteratione ordinis judicialis, tunc ab hac intricatione, & præposteratione appellationi emissæ deferendum Senatus jubebit, cùm jure legitima reputetur, tenet Ricardus Malumbra *consil. 71. incipit satis videre*, suprà relatus inter consilia Federici de Senis, quem referens sequitur Cardin. Tuschus, *ubi suprà, d. tomo 1. littera A, conclus. 359. num. 21.* Et hinc est, quòd cùm ordinarii juris sit, ut possessorium priùs debeat terminari, quàm petitorium, juxta text. *in l. ordinarii, Cod. de rei vindica. l. incerti, Cod. de interdictis, l. si de vi, ff. de judiciis, l. fin. C. quorum bonorum*, maximè ubi ageretur actio, ne spolii, quæ ut priùs cognoscatur, privilegiata est, *cap. super petitione, de ordine cognitionum, & 3. c. 1. & q. 2. per totam*, si talis ordo, cùm sit de justitia, si perverteretur, & pars excipiat audiri debet, Marquella. *de commissio. 2. p. c. 12. n. 51* post alios per eum citatos.

Similiter si duæ essent quæstiones, & causæ, quarum una esset major, vel alteri præjudicialis, ut dici consuevit de quæstione criminali, & civili, quoniam quæstio criminaliter mota ratione majoritatis, priùs quàm civilis cognosci, & determinari debet, *ut l. fin. Cod. de ordine judiciorum*, aut foret quæstio libertatis, seu natalium, & quæstio hæreditatis, nam illa, quæ alteram perimit, priùs terminari debet, cùm ex illius decisione altera multoties decidatur, *ut in cap. tuam, de ordine cognitionum, c. lator, qui filii sint legitimi, l. unica, cum ibi notatis, Cod. quando civilis, aut criminis. præjudic. l. 1. per totum Cod. de ordine cognit.* quod omne ponit, & adducit Bald. *in l. 1. n. 2. Cod. qui accusare non poss.* Aymon. *consil. 79. incipit, quædam Catharina, col. 3. versiculo 3. redditur nulla*, Ancharanus *consil. 62. incipit duplicem, per totum.* Idem etiam foret, quando aliquis non possessor, cohæres, vel Dominus, aut consocius negaretur ab alio, priùs enim petitione hæreditatis, rei vindicatione, seu actione pro socio contra possessorem, quàm divisorio judicio agere oportet, text est *in l. 1. ff familiæ erciscundæ, l. quidam quem, ff. de exceptionibus*, adducunt communiter gl. & Doctores *in l. si mancipium. ff. de evictionibus*, Alexan. *cons. 95. visis accuratè, col. penult. versiculo ergo est, l. b. 1.* Et similiter si creditor vellet agere contra fidejussorem, non excusso principali debitore, quia ordo est, ut priùs agat contra principalem, si præsens est, *authentica præsente, Cod. de fide jussoribus*, prout etiam priùs mandatores, & fidejussores, excutiendi sunt: priusquam ad tertios possessores pignorum deveniatur, *authentica sed hodie, Cod. de actionibus, & obligatio.* Alexand. *consil. 137. in causa, column. 3. in princ. lib. 2.* In omnibus igitur ac similibus, de quibus per §. *præjudiciales*, & ibi latè Ang. & cæteri, *Inst. de actio.* à præposteratione, & intricatione, appellationi interpositæ minimè deneganda est delatio absque reatu violentiæ, ut tenet Ricardus de Malumb. & Tuschus *ubi proximè*, & ex his quæ latè tradit Vantius *de nullitate sentent. ex defectu processus, à n. 42. cum sequentibus, & suprà, & n. 49.* de cujus materia, & quando ab intricatione processus licita sit appellatio, latè diximus *infrà, hac secunda p. cap. fin.* & latiùs 4. *part. c. 13. per totum.*

173 Ab interlocutoria lata super comparitione literarum facienda, vel non facienda, licitam esse appellationem, quia ex ea resultat, vel non resultat probatio, unde concernit articulum probationis amittendæ, vel negandæ, refert, & sequitur Ruginel. *tractat. de appell. cap. 3. n. 185. in fin. fol. 84.* Escacia *eodem tractat. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. n. 142.* & isthæc doctrina fraternizat cum illa, quam scripsimus *n. 171.*

178 Quando autem orta est discordia, inter duos judices, ordinarios, vel delegatos, superiórque, vel arbitri electi super ista discordia pronuntiant, quis eorum sit competens, ab hac pronuntiatione partes non posse appellare. Angel. *in l. 2. num. 8. versiculo, & an ab hac, ff. si quis in jus vocatus*, Paul. Anton. del Bene *singulari 13. à sententia*, Escacia *de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 7. n. 66.* & alii, quos refert, & sequitur Ruginell. *tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. num. 188.* qua doctrina limitatur illa suprapositra, *n. 38. & sequentibus*; aliud tamen in arbitris super recusatione declarantibus, de quo *suprà, num. 91.*

179 Similiter ab interlocutoria, quâ quis amittitur ad cessionem bonorum in casibus, quibus quis redditur indignus bonorum cessione (qui plures sunt) appellari licite potest, quia pars gravatur, & habet vim diffinitivæ Ruginell. *tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. n. 183. & §. 6. gloss. 7. cap. 244. casu 40.* Parisius *consil. 80.*

in

*in hac causa, & controversia, num.*49. *lib.* 1. Marquef. *de commissi.* 1. *p. in commissione dilucid. mer. cap.* 2. *num.* 42. *fol.* 142. *in fin.* Escac. *ubi proxime, v.* 197. *& sequenti.*

180 Non minus deferendum est appellationi interpositæ è marè interlocutoria revocatoria alterius, à qua provocavit gravatus, nam si primus judex noluit deferre appellationi ab interlocutoria per eum lata emissæ, cùm putà, non sit de his, quæ hucusque diximus, quibus jure deferri debet, & processit in causa, usque ad diffinitivam inclusivè, altera autem pars gravata suam appellationē rejectam,& refutatam interim prosequens, & obtineat alteram revocatoriam, prima interlocutoria, hoc casu redditur ratio nulla, omnéque gestum per inferiorem: quòd si diffinitiva sententia est lata in favorem appellati, poterit appellare ab interlocutoria revocatoria lata per superiorem in favorem appellantis, cùm ex ea perdat primam sententiam obtentam in causa principali, ita elegãter tenet Ancharan. *consil.* 372. *n. & sequenti.* quem referens sequitur Cardinalis Tuschus 1. *tomo concluſ.* 356. *num.* 18. cui si judex Ecclesiasticus non detulerit, vim maximam committit, & quid quando ipse judex inferior revocat superioris interlocutoriam, & quando à revocatione liceat appellari, diximus multa *suprà, c.* 5 & etiam *c.* 4. *in prima parte.*

181 Supradictis adjunges præceptum, sive mandatum executorium, virtute sententiæ, vel alicujus instrumenti guarentigiati esse sententiam interlocutoriam, habentem tamen vim diffinitivæ, ita tenet B.& Bald. *in l. ab executione, colum.* 1. *cum sequentibus, Cod. quorum appell. non recipi.& in l. actori, colum.* 2. *de rebus creditis,* Alexand. *in l. colum.* 3. *ff. de verborum obligat.* Jacob. *in l.* 1. *in fin. in* 2. *lectura, de jurisdictione omnium judicum,* Barba. *in rubrica, ff. de re judica. col.* 11. Angel. *n.* 115. *inquiramus,* Cardin. *consil.* 72. *in causa, in* 7. *colum.* Socin. *consil.* 63. *in causa, col. fin.* 4. *volum.* Guido Papæ *cons.* 47. *circa diffinitionem, cons.* 49. *pro declaratione, in* 3. *dubio, consil* 83. *non potest Dominus, n.* 4. *& cons.* 11. *ex actis, col. penult. cons.* 178. *n.* 4. *& cons.* 197 *si litera,* Aretinus *consil.* 20. *in quæstione, colum.* 2. & Felin. *in cap. quod consultationem, coll.* 9. *n.* 3. *de re jud.* licèt Guido *in suis quæstionibus, quæst.* 12. *præceptum, quæst.* 220 *locum tenens, & quæst* 74. *an index, in fin.* teneat contrarium, videlicet esse merè interlocutoriam. Ang. *consil.* 114. *quicrem petit.* Areti. *cons.* 75. *delicto ter, colum.* 2. & alii, sed priorem partem,& opinionē, ut veriorem tenet,& sequitur Rebuffus *in prætatione, quod infra, num.* 56. *ff. de re jud.* sed ab istâ interlocutoria admittatur appellatio quoad utrumque effectum, tradunt Doctores *in d. l. ab executione, Cod. quorum appellat. non rec.* & nos alibi dicemus, 4. *part. c.* 1. *à num.* 9. & post hæc latè examinat Escacia, *de appell. quæst.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *à n.* 191.

182 Verumtamen est, à decreto executorialium expediendarum sententiæ translatæ in rem judicatam, rationabilis appellatio interposita expeditionem suspendit, breviter tamen contradictio examinanda est, ita observat Rota *in noviss. part.* 3. *lib.* 3. *decis.* 228. *num.* 5. Cardin. Tuschus *in d.* 1. *tomo, cons.* 359. *n.* 49. & ita practicatur in hoc Regio Senatu, & etiam Vallisoleti à Cancellaria, de quo vide *infrà,* 4 *p. cap.* 1 *per totum.*

Supradictis addendum est, scientia, quâ quis mulctatur, quæ licet sit interlocutoria, ut probat Bald. *in l.* 2. *§. hoc autem judicium, ff. si quis jus dicenti non obtemperaverit, junctæ clem. appellanti, de appell.* & ibi Alex. *§. fin. colum.* 1. tamen habet vim diffinitivæ, quia definit negotium ipsum inobedientiæ, propter quam irrogatur, nec subest aliquod principale, quod expectet post se juxta notata per glossam *in l. si cum ex causa, §. sed autem actio, ff. quod metus causa,* & per doctores *in l. si de re re jud.* latè Antonius de Butrio *cons.* 6. *tenet Rota,* & Bald. *in l.* 1. *Cod. quando provocare non est necess.* Innoc. *in cap. cùm cessante, de appellation.* quoniam, ex quo hæc talis mulctæ sententia continet aliquid dari, vel fieri, habet vim diffinitivæ, quæ revocari non potest, juxta Doctores allegatos, & est communis conclusio, quam *superiùs* retulimus, & tenet Abb. *in cap. cùm cessante, colum.* 2. *in fin.* & ibi etiam Philip. Franc. *in* 4. *colum. vers. sed tamen limita, de appell.* Bartol. *in d. l. Titia, in fin.* & hanc esse interlocutoriam vim diffinitivæ habentem tenet etiam expressè Maranta *de ordine cognit. sexta partis* 2. *prima de sententia, n.* 32. *cum seqq. folio* 515. quem vide; tenet etiam Marcus Anton. Natta *consil.* 92. *per totum,* & Maran. *ibi,* respondet ad difficultatem, videlicet, hanc posse revocari, quia dicit non procedere ex capite interlocutoriæ, sed ex ipsius natura quia irrogatur secundùm divitias, seu paupertatem contumacis, imò nec revocatur, sed remittitur ob paupertatem, ut *ex l. illicitus, §. fi. ff. de offic. præsidis,* imò regulatur secundùm diffinitivam, ut probat Natta *ibi.* Circa hunc articulum vide multa per Farinacium *quæst* 101. *amp.* 7. *à n.* 16. ubi latè, quod licet à mulctæ impositione, & ejus excessu appellare.

Appellationi autem interpositæ à sententia lata su- 183
per defertione, licèt sit interlocutoria (ex his quæ allegat Gregorius Lopez *in l.* 2. *titulo* 22. *part.* 3. *l.* 4 *deferendum est, post princ.*) habet tamen vim diffinitivæ, gl. *in clem. vel de appell. in verbo recipi.* & Bologni. *in secundis interpretationibus,* eam notat Bald. etiam *in authentica si quis litigantium, col. ult. & in* 2. *quæst.* 14. *C. de Episcopali aud. & in l. ante sententiæ tempus, in fin. Cod. quor. app. non. recip. & in Margarita. verbo sententia, q.* 53. *& cons.* 344. *super eodem in primo volumine,* ubi dicit eam esse interlocutoriam, habere tamen vim diffinitivæ, natura, ratione, & effectu. Feder. *in cons.* 198. *casus, fin.* Guido. *consil.* 38. *nedum inferiores, num.* 8. *& consil.* 69. *pro declaratione, & cons.* 77. *&* 124. *& col.* 2. *circa, & cons.* 154. *de anno Domini, & consil.* 146. *egregius, colum.* 2. Oldraldus *consil.* 106. *quod litera executoria. Corneus consil.* 14. *in hac consultatione, & consil.* 262. *pro evidentia, litera G, in* 4 *volum.* Barbat. *consil.* 31 *bene, in* 3. *volum.* Aret. *consil.* 166. Mateſi. *nota* 39. *nota. quòd ab interlocutoria,* Laufran. *in repetit. cap. quoniam, in vers. interlocutiones, consil.* 29. *in magna impressione. de probation.* Nicol. *in repert. in verbo, sententia, quæst.* 11. Domini de Rota *decis.* 86. *si à pronuntiatione, & decis.* 427. *fuit dubitatum, in noviss. & decis.* 125 *in antiq. &* 455. *decis.* 191. *in antiquis,* Ægidius de Bellamera *decis.* 103. Aufrerius *in suis decisionibus, q.* 363. *item, &c. an sententia.* Guido Papæ *in suis decisionibus, quæst.* 11. *verum sententia, & quæst.* 220. *locum tenens, & singular.* 13. *sententia super defertione,* quo in loco illud asserit, sententiam latam super defertione non esse puræ interlocutoriam, quia expectat aliam sententiã diffinitivam post se; non esse etiam purè diffinitivam quia non est lata super negotio principali (cui per eam non imponitur finis) sed super processu, Henr. Boërius *in singul. incipit appellat. quæst.* 15. Bonifac. Vitalinus *in clem. appellant, n.* 71. *de appellat.* quia aliàs super una re duæ possent ferri sententiæ, quod esset absurdum, *l.* 1. *C. quando prov. non est necess. nam & postea, §. si damnetur, ff. de jure jur.* Felin. *in rubrica, de re jud. colum.* 3. ubi multa vide, quam doctrinam potest limitare, quando talis sententia pronuntiatur super defertione appellationis à diffinitiva, quia tunc diffinitiva esset, ut ex aliis multis notat Rebuff. *in d. præstatione, num.* 52. & an, & quando liceat appellare, vide Escaciam *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1 *à n.* 185. & nos diximus latè *infrà, l.* 3. *c.* 18.

Idem etiam judicandum est de sententia interlocu- 184
toria (quam sic vocat Gregorius Lopez *in l.* 2. *titulo* 4. *titulo* 22. *part.* 3. quâ declaratur instantiam esse peremptam, quoniam hæc vim diffinitivæ habet ex eadem ratione, quæ in superiori casu, tenet Bald. *in l. si tutor, vel curator,* Imola *in l. si finitur. §. non autem,*

colum. 2. *ff. damno infecto*, Barb. *in rubrica hujus tituli, colum.* 10. Romanus *in rubrica ff. de re jud.* Bald. *cons.* 344. *super eodem in primo volumine, col.* 1. Joannes de Anania *cons.* 93. *viso processu, colum.* 3. Rebuffus *ubi proximè, n.* 54. quapropter regula succedit, vim fieri à non deferente tali appellationi ab hac sententia emissæ.

Similiter sententiam interlocutoriam super attentatis, nonnulli vim diffinitivæ habere contendunt, ut videre est ex decisione Rot. *in decisione* 13. *si judex*, & *decisione* 85. *si à sententia in novis, & decis.* 215. *nota quod sententia. & decis.* 474 *nota si attentata, in antiquis*, Ægidius Bellamera *decisione* 103. *& sententia*, Nicolaus de Milis *in repertorio, verb. sententia, quæst.* 10. Gardin. *consil.* 72. *Titius, in* 6. *dubio, num.* 24. Felinus *in rubrica de re jud. colum.* 3. *& in cap. qualiter n.* 1. *col.* 5. *de accusatio.* Rebuff. *in præfatione, l. quod jussu ff. de re jud. num.* 46. Quod tamen non ita simpliciter, & absolutè verum est, sed post hujus articuli longam disputationem, varias inter se pugnantes refert Doctorum opiniones Lancelot. *de attentat.* 3. *part. cap.* 28 *de sententia in causa attentat. ferenda, à principio*, quas cum variis, & prolixis distinctionibus, licèt veris, ad concordiam, & amicitiam redigit, ex cujus resolutione constat, an à tali sententia, & quando liceat appellari, ut & nos suo loco exactè examinabimus.

185 Cui etiam proximum est, sententia interlocutoria ab observatione judicii, an habeat vim diffinitivæ, & talem esse tenet gl. *in l. harum, ff. si servitus vindicetur, l. Julianus de conditione indebiti, in princ. magnæ gloss.* & gloss. *in authent. de exhibendis reis, collat.* 5. *in versiculo repetente.* Bartol. *in l. Titia, colum.* 1. *de accusatio.* Bald. *in l.* 2. *quæst.* 8. *Cod. de Episcopali aud. & l. properandum*, §. *si quidem, column. penult. de judiciis, authentica qui semel. Cod. quomodo, & quando judex, colum* 4. *& ult.* Bald. *in Marg. in verbo sententia, quæst.* 119. Mates. *notabili* 39. Roman. *in rubr. ff. de re jud. column. penult.* Doctores *in c. examinata, extra de judiciis*, Immola *in l. si finita*, §. *non autem ff. de damno infecto.* Barba. *in addit. ad Bal. in l. minoribus, ff. de his, quibus ut indignis*, Felin. *in rubr. de re jud. col. penul.* Petrus de Anchar. *consil.* 16. *viso processu.* Contrarium tenet Ang. *cons.* 106. *in præsenti, &c. column.* 2. ubi dicit eam mere interlocutoriam esse, & *cons.* 115. *in præsenti consultat.* hæc Angeli opinio communis est, idem *in cons.* 195. *primò inquiramus in fin. consil.* 190. *in fin.* Joannes de Anania *consilio* 93. *viso processu, & ibi. in addit. ad eum*, Guido Papæ *cons.* 77. *in causa column.* 2. *consil.* 146. *& consil.* 69. *pro declaratione, col.* 2. *& cons.* 154. *de anno Domini, col.* 3. Paulus *cons.* 272. *visis, in fine, vol.* 1. Alex. *in l.* 5. *col.* 2. *de verborum obligat.* Nicolaus Mill. *in repertorio, verbo sententia*, §. 17. Guido Papæ *in decisionibus Delphin. quæst.* 16. *judex, & quæst.* 220. *locum tenens*, hanc etiam sequitur Rebuff. *in præfatione, l. quod jussu, n.* 48. *ff. de re jud.* Robert. Maran. *de ordine jud.* 6. *p. fol.* 515. *n.* 33. quia non definit negotium principale, quod patet, quia de novo potest judicium inchoati, gl. 1. *in l. & harum, ff. si servitus vindicetur.* & Bal. *in l. properandum*, §. *& si quidem, C. de judiciis, & in l.* 2. *C. de Episcopali audientia*, & pulchrè declarat Philip. Franc. *in d. cap. cùm cessante, col. fin. de appell.* ubi etiam exponit, quando talis absolutoria potest esse diffinitiva, & etiam Rebuff. *ubi proximè*, & est item de mente Bartol. *in l. Titia. ff. de accusat.* Abb. *in c. examinata de judiciis, in ult. colum.* & ibi Joannes Andreas, & Anton. de Butrio. Felinus *in c. qualiter, & quando, versic.* 5. *fallit. ubi judex. num.* 34.

His adjunges sententiam, quâ quis in expensis damnatur, 186 hæc enim est interlocutoria habens vim diffinitivæ, Doctores *in cap. auditis, de procuratoribus, cap. fin. de dolo*, Innocent. *in cap. sacro, de sententia excommunicationis*, Bald. *in l.* 1. *versiculo extra quæro, C. sententiam rescindi non posse*, & ibi Salicetus, Præpositus *in cap. cùm cessante*, *col.* 7. Romanus *consil.* 358. *in præsenti*, Guido Papæ *cons.* 154. *de anno Domini, column.* 3. *versiculo nec obstat, & cons.* 69. *pro declaratione*, *& cons.* 76. *circa* Ant. de Trem. *in additionibus ad Aubertum, in rubrica de imped. execut. in verbo, sine scriptis, fol.* 99. Alex. *in l. errore, col. ult. C. de testam.* hoc tamen cum distinctione accipias, ut intelligatur, quando separatim à sententia diffinitiva profert hæc interlocutoria, expensarum condemnatoria, secùs autem erit, si in ipsa diffinitiva earum condemnatio fieret, quia tunc pars esset diffinitivæ, gloss. *in l. qui agentis, ff. de except. in verbo præcept.* Angel. *in l.* 1. §. 1. *ff. de usuris*; Præpositus, & alii, *in d. cap. cùm cessante column.* 6. Roman. *in rubr. ff. de re jud.* idem *consil.* 358. *in præsent.* Guido *d. consil.* 154. *col.* 3. Salicetus *in l. post sententiam, C. de sententiis.* & quando fuissent petitæ principaliter, Felin. *in rubr. de re jud. column.* 8. ubi dicit eam esse in hunc casum diffinitivam, Petrus de Anchar. *consil.* 182. *videretur prima facie*, ac propterea ejus appellationi deferendum est.

Si judex Ecclesiasticus non detulerit appellationi ab 187 interlocutoria, annotationis bonorum interpositæ vim faciet, ut nempe, quando propter contumaciam delinquentis fieri jubet judex descriptionem, & inventarium bonorum, de qua *in l.* 2. *C. si pendente appellatione mors interveniat*, ubi gloss. & Doctores, *& l.* 1. *& toto tit. ff. de requir. reis*, nam postquam comparuerit, potest ab hac sententia appellare, & sic intelligo *d. l.* 2. ubi *n.* 2. *ad fin.* Salicetum, ubi *num.* 1. reddit rationem, & fundat, quare hæc interlocutoria appellationem mereatur, aliàs autem, dum est contumax, cùm non audiatur, ut probatur in textu, & glossa singulari *in l. final & si & per prætorem*, §. *sed & si dum, ff. ex quibus causis majores*, & ibi Ang. idem tenet plenè Jas. *in l. jusjurandum, & ad pecunias*, §. *ait prætor, in secundo nota. ff. de jure juran.* & Bald. *ibi.* Robertus Maranta *de ordine jud.* 6. *part.* 1. *membr. tit. de contumacia, n* 15. *folio* 39. quo casu, etiam permittitur appellare Jas. *l.* 1. §. *sed & si is cui*, ubi omnes *ff. de novi oper. nuntia.* Rebuff. 3. *tomo. tit. de appell. art.* 8. *gloss.* 12. *n.* 36. *in* 37. post Vantium *tract. de nulli. sententiarum ex defectu mandat.* tenet Lancelot. Robert. *de attent.* 3. *part. cap.* 28. *n.* 78. *&* 79. ergo illa jura intelligenda sunt, post comparitionem ipsius annotari delinquentis, & nota, quòd licèt sequestratio sit prohibita, *in toto titulo, Cod. de prohibita sequestr.* descriptio tamen semper intelligitur concessa, ut per Bart. & Salicetum *in d. l.* 1. *C. de prohibita sequestratione bonorum.* & Bart. & Angel. & Moderni *in l. Imperatores* §. *fin. de appell.* & quod ex practica communi tenet Picus *in l. post contractum, n.* 96. *cum sequentibus, ff. de donation.* Curtius *tractatu de sequestr. n.* 5. *&* 16. Jacobus de Raven. *de sequestr. n.* 20. Aufrerius *ad quæstiones Tholosas*, *quæst.* 477. quam semper posse fieri, ait Corneus *cons.* 267. *in n.* 6. *vol.* 4. Rebuff. *in constit. reg. lib.* 1. *de sequestr. & commiss. art.* 1. *gloss.* 2. *n.* 9. Pedem. Octavianus Cacher. *decis.* 68. *n.* 26. *& sequent.* Bursatus *cons.* 43. *n.* 29. vide etiam quæ scribit post alios Lancelot. *de attentat.* 2. *part. c.* 5. *n.* 21. *fol.* 154. 188

Item etiam licitum erit, appellare à revocatione præcepti de non ædificando, cùm sit sententia interlocutoria, habens vim diffinitivæ, ut testatur post alios Bor- 189 gninus Cavalca. *decisione* 23. *num.* 2. *part.* 2. non tamen licita erit appellatio à pronuntiatione de agendo contra nominatum, idem Borgni. Cavalca. *decis.* 45. *n.* 74. *part.* 1.

Præceptum autem inhibitorium de non solvendo fa- 190 ctum alicui, putà debitori, cùm non valeat, nisi pro sua rata, & concurrenti quantitate, quia ultra suam partem crediti ejus, in cujus favorem præceptum inhibitorium relaxatum est, non interest, at testatur post alios Bor- 191 gninus Caval. *decis.* 31. *num.* 41. *part.* 3. Brixianus *in ejus repertorio, verbo, præceptum inhibitorium*, ideo si præcepti vigore exactio totius debiti, & pecuniæ impediatur, hoc est in eo, quod excedit creditum, (cùm præceptum in excessu nullum sit (ab hujusmodi gravamine

gravamine licita erit appellatio, juxta regulam legis quartæ, §. *condemnatum*, *ff. de re judi.*

192 An autem à cumulatione litium, & processuum liceat appellare, vide Villadiego *in Polit. c. 4. n. 19. ad fin. fol. 76.* & an, & quando, quibúsve casibus actorum, seu processuum fieri debeat accumulatio, vide Parl. *lib. 2. rerum, quoti. c. 9 per totum.* vide etiam latè per Marquef. *de commiss. 2. p. c. 13. per totum.*

193 Quid autem dicendum est in appellatione interposita à sententia interlocutoria, qua pronuntiatur posse appellari ab aliqua sententia, vel non quod contingit, quando aliquando prohibetur appellari à jure, vel non licet tertiò provocare, *&c.* videndi sunt\Petrus Philipp. Corneus *consilio* 14. & Bartol. & alii post Marantam *de ordine judiciorum sextæ partis, 2. part. titul. de sentent. n 26. fol. 512. colum. 4.* quæ sententia licèt sit interlocutoria, habet tamen vim diffinitivæ, ita tenet Bald. *in l. 2. colum. penult. in fin. Cod. de Episcop. audientia.* Bart. *consil. 220. appellatum.* Guido Papæ *consil. 15. in fin.* Calderi. *cons. 6* Joannes de Anania *consil. 93. vis.* & ibi in additionibus, Corneus *consil. 14. in hac col. 2. & consil. 262. in 4. volum.* Bald. *in l. unica, col. 3. C. ne liceat tertiò provocare,* Aufrerius *in decisionibus Capellæ Tholosan. quæstione* 48. Joannes Monachus *in cap. cupientes, in gloss. magna de electione, in 6. provinciale omnium Ecclesiæ. fol. 27.* Card. *in clem. fin. de appella.* Roma *in rubrica, ff. de re jud. col. 2. c. sua nobis*, & ibi Bald. *de appellat.* Franchus *in c. cùm cessante, colum. 14.* Felin. *colum. 7. ex eodem in rubrica,* Rebuffus *in rubrica præfatione, l. quod jussit, ff. de re jud. num. 53.* & sic an à rejectione appellationis, vel ab admissione ejus admittatur appellatio, vide ultra aliquos, & suprà dictos Asinium *in praxi*, §. 31. *cap. 18. limit. 4.* Ruginell. *in tractatu de appellat. §. 2. cap. 3. num. 74.* Bart. *in l. 1. in fin. sub num. 3. quorum appell.* Philipp. *in cap. cum speciali 61. §. porrò, num. 8. in fi. de appellat.* Capicium *decisio. 34. in causa magnifici, num. 5. & n. 6. & 7.* Angel. de Peru, *in l. 1. in fin. C. quorum appellat. non recipiantur.* Nattam *cons. 528. judex Ecclesiasticus, n. 30.* Aegel. Aretinum *in l. ejus qui 4. n. 9 ff. appell. recipi.* Cardin. Alex. *cap. 59. ut debitus. num. 11. versiculo, & sic habetis de appellat.* Cæsar. Contard. *in l. unica, quæst. 1. an causa appellationis, sub. n. 30. versiculo possent tamen, Cod. si de momen. possess.* & post hæc Sigismun. Escac. *tractatu de appell. quæst. 17. lim. 47. membr. 1. num. 106. & 107.* & iterum *n. 166.* qui generaliter, & indistinctè dicunt,

194 appellari licere, sive à receptione appellationis, sive ab ejus rejectione. De hoc tamen articulo vide *infrà, lib. 3. c. 17.* ubi copiosè de mirabili distinctione, ad quam Doctores isti referendi sunt.

195 Supradictis adde, ut posset appellari, non solùm à sententia, quæ gravamen inferat, sed etiam à non sententia, quando, eo quod sententia non profertur, infertur gravamen, quare potest appellari à tarditate judicis non procedentis, quia judex ter humiliter congruo loco, & tempore, requisitus facere, si non facit, dicitur denegare justitiam, licèt non respondeat, & ideo potest appellari à denegata justitia, Joan. Andr. *in cap. 63. delecto, sub numero 3. ibi, sed quid si judex semper est in*

196 *deliberando, de appellat.* Abb. *in cap. 67. ex parte, el 2. num. 3. ibi, quid autem si judex*, Dec *sub num. 11. ibi, & idem si judex tertio, eodem titul.* Felin. *in cap. 11. pastoralis, sub num. 6. vers. considero tertio, ibi, & ubi Episcopus ter requisitus, de offic. judic. ordin.* & alii plures, quos refert, & sequitur Neviz. *cons. 97. quia intelligo, sub numero 15. & 16. versiculo 7. facit, ibi quod puto procedere.* Ozasc. *decis. 12. appellans, vers. in contrarium, num. 6.* Rot. *diversi. decis. 514. dubitavi de validitate, n. 4. part. 1.* quæ est superfluè duplicata *in decisio. 259. part. 2.* Gregor. Tholos. *tractat. de appellat. lib. 2. cap. 28. num. 1. & 2. fol. 265.* & Ruginell. *tractat. de appellat. §. 2. cap. 3. n. 73. versic. à quocunque*, & ita intelligas Franc. *in cap. 8. ex ratione, num. 60. ibi, non tamen propter hoc appell.* ubi etsi prima facie videatur loqui sine determi- 197
natione, tamen in effectu tenet posse appellari à gravamine illato in non faciendo, subdens, & tenens, ut dixi, sic etiam intelligas Cardin. Alexand. *in eodem cap. 8. ex ratione, n. 23. vers. sed operæ pretium*, dum adductis contrariis subdit, pro ista ampliatione majores esse auctoritates, & majori etiam niti ratione, præsertim de jure canonico, inquit enim Bald. *in cap. unico, num. 1. vers. nota quòd de milit. vassal. qui contum. est.* qui non loquitur, obmutescit, justitiam denegare videtur, & ex Bald. re- 198
fert, & sequitur Franc. *in d. cap. ex ratione, n. 49* dicens quod si judex est requisitus, de justitia, aut de expeditione, & ipse nihil respondet, aut obmutescit, aut nihil facit ad propositum, dicitur tunc justitiam denegare, de quo nos *cap. 17. infrà, hu 2. parte.*

Et an sufficiat unica monitio, seu requisitio judicis, 199
vel trina sit necessaria, diversis vicibus, vel an sufficiat triplex requisitio unico contextu facta, ad hoc ut appareat de tarditate judicis, & de negatione justitiæ, vide Escaciam *de appell. quæst. 17. ampliat. 16. d. n. 46. fol. 280.*

Pro majori rei, de qua agimus, perfectione, unum 200
difficile, & frequens, & utile disputare libet, quod quidem materiam interlocutoriarum illustrem, & claram reddet, & dato pro constanti, judicem posse suam interlocutoriam sententiam revocare, sive ab ea appellatum fuerit, sive non, ex text. *in l. quod is fit, ff. de jud. c. cum cessante, de appell.* & utrobique classici omnes, & repetentes, *& in cap si à judice, de appell. in 6.* qui simul regulæ limitationes plures ascribunt; multas etiam ampliationes, & limitationes potes videre per Lancelot. Robertum *ubi suprà, in d. lim. 1. num. 12. & sequentibus*, de quo nos exactè *suprà, 1. part. c. 4. per totum.*

Quæstio igitur ea est an à tali revocatione gravami- 201
nis, seu repositione licita sit appellatio, cui ut tali in Senatu vim fieri deferendum, aut non deferendum declaretur & pars negativa, nempe; non licere ab ea appellari, ex eo fulcitur, nam revocatio, & repositio gravaminum dicitur interlocutoria, tenent Doctores *in l. quod jussit, ff. de re jud.* Dominicus *in cap. at super, col. 2. de appell. in 6. argumen. cap. si à judice, illo titulo.* Barb. *in rubrica extra, de re jud. col 9.* Rebuff. *in repetitione d. l. quod jussit, in prin. ip. n. 96.* qui dicit hoc verum esse,
etiamsi quodlibet gravamen non sit interlocutoria, 202
cap. cum qui, de dilo, l. 6. & reddit rationem gl. magna circa finem *in c. non solùm, de appellatio. in 6* ubi Doctores, & Doc. Flo. *in clem. appellantur, eodem titulo. in fin.* Philipp. Franc. *in d. cap. cum. cessante, de appell. col. antepenult. vers. non, sententia fertur super revocatione, fol. mihi 73.* & ergo à tali repositione appellationem prohibitam esse constat, *ex d. l. ante sententiæ tempus, C. de appell. recip. & d. Concilio Trid.*

Rursus, quia cùm sit interlocutoria, est de genere 203
prohibitorum; ideo idem de ea judicandum est quod de ipso genere, cùm hoc valeat argumentum, text *in l. si quid eorum, §. interemptum*, & ibi notat. gl. Bartol. & Doctores *ff. de legat. 3.* & per glossam cujus, Bart. & Angel. Bald. Paul. de Castro, & alios Doctores *in l. fin. Cod. de jure rejit.* latè Everar. *in loc. legat. in loco ab specie ad genus.* Quo casu tali appellationi deferendum non esse, ac vim non fieri per judicem Ecclesiasticum. Senatus declarabit: illa enim regula quæ habet, quod in dubio appellationi deferendum sit, intelligenda est, quando sumus in casibus, in quibus regulariter est permissa; secus tamen est in illis, quibus regulariter est prohibita, quia in dubio debet censeri prohibita, ut in executione, *&c.* Et quia licèt regula prohibitiva in aliquibus casibus, non 204
procedat, in dubio tamen debet censeri prohibita, secundùm regulam, non autem permissa secundùm fallentias, ut post Decium adducit Alciatus *in consilio 68. gubernatorem, sub numero 8. lib. 6.* Lancelot.

Robert.

Robert. *de attenta.2 .part.cap.12.ampliatione 5.n.11. 15.& 17.*

205 Contrariam tamen ſententiam, imò generaliter à qualiber gravaminis repoſitione appellari poſſe conſtat, nam talis repoſitio(ut *ſuprà* diximus)quamvis ſit interlocutoria, habet tamen vim diffinitivæ, putant nonnulli, Rota *deciſio.86.incipit, item ſi à pronuntiatione*, alias, *ſi à ſententia, in novis*, per notata *in d.clem.fin.de appellat.* quam in genere refert Philipp.Franc. *in d.c. ceſſante, d.col.antepen. verſic. nonò ſententia fertur ſuper revocatione de appellationibus*,ergo cùm ſuccedat regulæ limitatio, vim fieri,& à tali repoſitione appellationi emiſſæ per judicem Eccleſiaſticum deferendum eſſe, declarare debet tribunal, & à repoſitione, ſeu revocatione gravaminis, appellari poſſe, generaliter præſupponit Lancelotus *ubi ſuprà, d.c.12.lim.1.n.14.*

206 Quod quidem maximè procedet, quando à gravamine revocato pars,in cujus præjudicium erat, poterat ab eo appellare, quoniam idem jus ſervandum, & admittendum eſt, in ejus repoſitione, & revocatione valet enim argumẽtum de contractu ad ejus diſtractum, & conſtitutio, & ſtatutum, ſeu diſpoſitio loquens de contractu, habet etiam locum in diſtractu, tex.eſt notabilis *in l.item veniurt,in princ. juncto §.1.ff. de petit. hæredit.*text.*in c. de illis primo, in pr.de deſponſ.impube. juncto c unico,§.idem quoque,eod.tit.in 6.*cum utrobique notatis,& ſentit gl.ſingularis *in l.3.§. contrarium,ff. de contr.& utili actione tut.*Bal *in rubr.extr.de jur.* & idem Bal.*in l. pactum in 21.q.C.de collatio*,Bart.Bald.Ang. &
207 Salic. Jaſon,& Doctor. *in authent.ſacramenta puberum, C.ſi adverſus venditionem*,quia contractus,& diſtractus judicãtur ejuſdem naturæ,ut affirmat Bartol *in l. video, in princ ff.de condit.furtiva*, & inde eſt, quod eo caſu, quo contractus eſt bonæ fidei, eo etiam caſu diſtractus, ſeu liberatio ab eo contractu eſt bonæ fidei, text. eſt
208 *in l. ab emptione*,& ibi Bartol.Bald.Ang & communiter Doctores notant.*ff.de pactis*,bonus text.*in l 1.C.quando licet ab emp.diſced.*& ibi Bald.& Paul.de Caſtro dicens, quòd ubi habitus eſt bonæ fidei,ſimiliter ejus privatio, ſic etiam ſolemnitas requiſita in contractu, regulariter
209 requiritur in diſtractu,*l.nihil tam naturale,ff. de regul. jur.ſi ut proponis,C.de nuptiis,l.prout quiſque,ff.de ſolut.* & hinc etiã quæ ſunt neceſſaria in acquiſitione, ſeu in actu producendo,vel conficiendo,ſunt etiam neceſſaria
210 in eo reſolvendo,vel deſtruendo,text.eſt ſingularis *in l. tria prædia*,& ibi notata per gl.Bart.Ang Paul. & Doctores *ff.de ſerv.ruſt.*& facit *l.quemadmodũ,ff. de acquir. poſſeſſ.*quæ omnia ex eo procedunt, quòd legitimum eſt argumentum, defecto ad diſtractum ex ſupracitatis.

211 Vides igitur pro utraque parte fortiſſima fundamenta, quæ meritò variare faciunt quæſtionis iſtius reſolutionem, qua in re (ſi mea expectatur opinio)quæ pro utraque dicta ſunt, vera eſſe, ſectabor, adhibita diſtinctione juridica; aut enim eadem, vel alia appellandi ratio, de quibus, per d. Conc. Trid. *ſeſſ.24. de reform. c.20.* militat in ſententia interlocutoria, quæ in ejus revocatione,& tunc ab utraque poterit appellare;quod procedet, quando licet appellari tam à negativa,quàm ab affirmativa interlocutoria,ſuper aliquo articulo lata, eo quia in utraque eadem,vel aliqua ex limitationibus
212 Concilii concurrit,putà, quia aut ſententia affirmativa continet gravamen irreparabile, vel reparabile cum magna difficultate, aut habet vim diffinitivæ, aut ſententiæ diffinitiva prohibita eſt appellatio, & ſimilibus, & in ſententia negativa,ſuper eodem articulo aliquod etiam horum gravaminum contineat. Exemplum ſit in ſententia tam affirmativa,quàm negativa lata ſuper legitimatione perſonarum, vel ſuper repulſione, vel admiſſione teſtium, vel probationis, aut articulorum, ex quibus, & aliis *ſuperiùs* exempla reliquimus,in quibus quondam in utraque datur cauſa appellandi, quam ibi rediximus,tunc ſi judex pronuntiat,putà;perſonam legitimam, & poſtmodum hanc interlocutionem repoſuerit, contrario videlicet imperio, altera pars, in cujus damnum revocata eſt, poterit appellare ab hac repoſitione,quemadmodum ſibi licebat, ſi à principio negativam ſententiam judex protuliſſet, quia pariter in utraque viget ratio appellandi,& quod petierit pars negatur, & hujus appellationis juſtificatio,& legitima- 213
tio regulatur à natura interlocutoriæ reponentis, ita tamen, ut de ea judicetur, ac ſi à principio non conceſſum, ſed negatum ſit, quod à parte, in cujus damnum revocatio fit,fuiſſet petitum,& hoc caſu procedit ultimum quæſtionis noſtræ fundamentum, ex argu-
mento, de contractu ad diſtractum. Enim vero tunc 214
demum talis procedit argumentatio, quoties identitas rationis concurrit in utroque, & ſi res aliàs diverſiſſimæ ſint, *l. non poſſunt cum l. ſequenti,ff. de legibus*, quo utitur Alexand.3. *in c.2. de treuga, & pace*, & ibi Abb. antiquus, Joan. And.Ant de Butrio,& Joannes de Immol. & Everar. *in locis legalibus, in loco de contractu ad diſtractum in princ. & in verſiculo procedit hæc argumentatio à contractu.* &c.

Aut enim cauſa appellandi concurrit in gravaminis 215
repoſitione, putà; quia ex tali repoſitione infertur parti gravamen præjudiciale, vel irreparabile, non autem in ipſo gravamine, vel è contra, & tunc licebit appellari ab ipſa repoſitione, licèt non potuiſſet alia pars à priori gravamine,quod accidere poteſt, quando ſuper eodem articulo interlocutoria affimativa, & negativa diverſimodè ſe habent, quoad cauſam appellandi. Exemplo res fiet manifeſta, & ſic de recuſatione, 216
à cujus ſententia negativa appellationi deferre jubetur in Senatu; ab affirmativa verò legitimam eſſe recuſationem dictante, nullatenus; ex diverſitate rationis, quam *ſuprà* tradidimus: nam ſi arbitri pronuntiant cauſam recuſationis non eſſe legitimam, poſteáque eandem interlocutoriam repoſuerunt quod facere poſſunt, etiam arbitri, ut tenet Joannes Baptiſta Gener Bartol. *in tractatu de arbitr.libro 9. capite.15. num.14.* & Lancelotus *in dict. limit. 1. num. 17.*) tunc à tali 217
repoſitione non licebit appellari, cùm etiam non potuiſſet, ſi à principio ipſi arbitri declararent affirmativè, nempe recuſationi locum fore, & licet etiam à contrario ſenſu exempli, à repoſitione licuiſſet appellari, ut putà, arbitri recuſationem legitimam declararunt, poſtmodum id revocent,ab hac namque revocatione, & repoſitione licebit appellari, quemadmodum, & licebat eidem eſt in effectu; quam contrarietatem 218
tuliſſent; quia idem eſt in effectu; quam contrarietatem & varietatem in eodem articulo diverſitas rationis operatur, ut circa diſtractum, ad contractum conſiderat Everar. *ubi proximè, verſiculo ubi autem non concurrit*, & tenet Joan.Andr.*in additionibus ad Speculatorem, in titul. de inſtrum. editione*, §. *porrò*, *verſiculo item nota*, & per Salicetum *in l. ſancimus,in princip. C. de donationibus* Et hæc doctrina procedit etiam in his caſibus, in quibus non poteſt judex reponere actum (quos retulimus *ſuprà, c.5.1. part.*) prout eſt quando ſententia habet vim diffinitivæ, vel ſit inhibitus judex, &c. quia tunc legitimè, poterit à repoſitione appellari, ut & bene declarat, & intellexit Marqueſſa. *tractatu de commiſſio.1.p c.29. num.26.*

Aut enim in neutro caſu tam gravaminis,quam ejus 219
repoſitionis appellandi ratio viget, & tunc vim non fieri per Senatum declarabitur, ex ſupradicta regula Concilii Tridentini, & lege *ante ſententiæ*, de quibus *ſupra ad principium hujus capitis*, quia eſt interlocutoria generaliter ſumpta, ex Barb. Reb. & aliis diximus *ad principium quæſtionis.*Poteſt tamen habere vim diffi- 220
nitivæ ſecundùm caſum, cui adjicitur, & magis incaleſcit, variata propoſitione,ut putà; quando judex pronuntiat ſe non judicem, à quo appellatur reaſſumendo jurisdictionem ipſa appellatione mediante, juxta text.

in

in c. consultationibus, de offi io delegat. reponit interlocutionem, vel etiam è contra, tunc vim habebit diffinitivæ hæc repositio, quia talis effectum operatur, & sic de aliis exemplis.

221 Ex quo venit intelligenda d. decisio Rotæ 86. *in novis, suprà*, allegata, quæ nihil probat, sed decidit quando judex inferior, qui appellationem desertam pronuntiavit, possit hanc sententiam reponere, & recusare, quia habet vim diffinitivæ ipsa interlocutio, non autem dicit, de ipsa repositione, & ita Philipp. Franc. qui eam allegavit intelligendus est, secundum hanc nostram distinctionem. Marquessa. *de commissio* 1. *p. cap.* 12. post Veral.

222 Similiter Lancelot. *ubi suprà* relatus, & alii, qui absolutè loquuti fuerint, appellari posse à repositione alicujus gravaminis, intelligendi sunt, secundùm distinctionem per nos traditam. Sicque hoc in articulo attendere debebit Senatus, quoties ad id per viam violentiæ lis trahatur, super repositione, ut si in ea gravamen sit irreparabile, per diffinitivam appellationem, vel reparabile cum magna difficultate, vel habeat vim diffinitivæ, vel quando à diffinitiva prohibita sit appellatio; quia tunc vim fieri per judicem non deferentem, ubi autem gravamen non est ita qualificatum, secus declarabit, & juridicum, & æquum est: ad quam etiam distinctionem omnimodo reducenda sunt, & intelligenda ea, quæ *superius* diximus 1. *p. c.* 5. *à n.* 13. *& c.* 4. *n.* 1. Veral. *dec.* 265. *p.* 1.

223 Unum tamen dissimulare non possum valde utile, & necessarium ad ea omnia, quæ dicta sunt hoc capite, ut scilicet appellatio ab interlocutoria exivit appellantem à jurisdictione judicis à quo, *c. ad audientiam, c.*
224 *dilectus de appell. c. tuas de sententia excommun. c. licet, eodem tit. in* 6. Craveta *cons.* 103. *visis, num.* 6. *l.* 1. nihilominus tamen in causa bene potest procedere absque metu attentati, saltim quousque sit legitimè, ac canonicè inhibitus text. *in c. non solùm de appell. in* 6. Guido Papæ *decis.* 437. *n.* 9. *versic.* 2. *quæro* Franc. *in c. super eo, n.* 6. *& sequentib.* post Antonium de Butrio contra Panormit. *ibi de appell.* & ex Lanfran. & aliis tradit Joannes de Nevisa. *in cons.* 6. *non declines, n.* 15. & Aug. Beroïus *cons.* 106. *quatuor, n.* 8. *& seqq. lib.* 3. & post Socin. *in regula* 21. tradit. Lancel. Corad. *de prætore,* §. 2. *de offic. prætor. in causa civili, in cap. de app. n.* 11. Felin. *in c. quoniam frequenter, n.* 19. *& seqq. ut lite non contest.* Rota *dec.* 2. aliàs 59. *nota de testibus, in ant.* Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 1. *à n.* 1. *& seqq.*

225 Nam ex quo appellatio non juvat appellantem, eò quòd ut non legitima est à lege reprobata, *ex l. ante sententiæ, & Concil. Trid.* & his quæ *suprà, in princ.* diximus non suspendit judicis jurisdictionem, nec ejus manus ligat, ac ideo rectè dicetur procedere, propterea à procedente eo appellationi vim non fieri declarabitur. Circa hunc articulum, vide etiam quæ non ex aliis auctoribus diximus *infrà, lib.* 3. *c.* 18.

226 Quod tamen non ita indistinctè & absolutè à te velim intelligi, ut cuncta ea quæ diximus sursum, destruere, & confundere videar, sed ut hæc doctrina tantum procedat in meris, & simplicibus interlocutoriis, quibus non quadrant limitationes, & qualitates Concilii Tridentini suprà scriptæ, in quibus judex potest liberè in causa procedere ex *suprà* citatis Doctoribus: at verò appellatio emissa ab iis interlocutoriis, quibus aliquæ ex qualitatibus requisitis, & limitationibus Concilii, & juris civilis conveniunt, utrumque habet effectum, & devolutivum & suspensivum, tanquam à jure approbata, & ideo in omnibus interlocutoriis, & his casibus,
227 quos hucusque hoc capite retulimus, appellabiles esse & appellationem appetere, nullatenus hæc doctrina locum habet, imò post appellationem suspensa remanet judicis jurisdictio, ut ultra non procedat, cùm habeat utrumque effectum, & ita de appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitivæ, expressè tenet Lancel. *ubi suprà à num.* 51. qui *num.* 56. interpretatur Guido Papæ *in cons.* 124. *circa materiam*, ubi *n.* 3. firmare videtur attentata, de quibus ibi post appellationem ab interlocutoria, etiam ibi habente vim diffinitivæ non revocari: nam hæ sententiæ interlocutoriæ habentes vim diffinitivæ regulantur generaliter secundùm naturam diffinitivæ, ut tradit post alios Alexand. *in consil.* 182. *in princ. lib.* 6. & post Socin. *in regula* 21. tradit ex recentioribus Lancelot. Conrad. *ubi proximè, sub n.* 21. *vers.* 20. *quando.* Andr. Barb. *cons.* 31. *bene cuncta geruntur, n.* 3. *lib.* 3. Natta *consil.* 92. *motivum, n.* 2. 228
lib. 1. & qui appellat à sententia interlocutoria, vim diffinitivæ habente, tenetur servare formam capitis *cordi. de appellat. in* 6. sicut appellans à diffinitiva, Milius *in verbo appellans ab interloc. vim diffin. habente, fol.* 13. ibi additio elegans Matesila. *in notabili* 39. *incipit nota, quod ab interlocutoria*, & statutum prohibens appellationem ab interlocutoria, non intelligitur de 229
interlocuria habente vim diffinitivæ, tenent Bartol. & alii *in l. Titia, de accusat.* Bald. & alii, quos refert Alciatus *in cons.* 12. *Togatus, num.* 5. *lib.* 7. Lancelot. *proximè, num.* 55.

Item etiam in sententiis merè interlocutoriis con- 230
tinentibus gravamen irreparabile per diffinitivam, quorum appellationi deferendum esse ex Concilio Tridentino, & aliis auctoritatibus, diximus, *suprà*, quæ quidem cùm utrumque sortiatur effectum, suspendit judicis à quo jurisdictionem, ita ut omnia post illam à judice gesta, & attentata ut talia revocantur, absque alia inhibitione, ut tradit Maranta *in speculo, quæst.* 2. 3. *partis, princ. n.* 201. Bald. *in l. generaliter*, §. *sed juram. colum.* 2. *vers. sed quid si est talis interlocutoria, C. de rebus creditis, & jurejur.* & tradit Petrus Dueñas *in*
regula 52. *limit.* 1. ubi reddit rationem, quod etiam ex- 231
tenditur, non solùm ad gravamen irreparabile, verùm etiam ad reparabile, sed illud cum magna difficultate, ut etiam appellatione ab eo pendente, judex nihil debeat innovare, nec in causa procedere, ita dicit Bart. *in l.* 1. §. *quæsitum, de appell. & in l.* 2. *Cod. de appellat. recipien.* quem sequitur Felinus *in cap. accepimus, n.* 5. *de fide instrument.* ut refert Petrus Dueñas *in d. regula* 52. *in* 13. *limitat. num.* 13. & Menoch. *de adipiscen. poss. rem.* 4. *quæst.* 100. *n.* 866. & in tantum hoc etiam 232
casu ligatæ sunt manus judicis à quo, ut non sit expectandum, quòd judex ad quem inhibeat, ut per Marant. *ubi suprà, à n.* 21. & eleganter Catelianus Cota *in memorialibus, in verbo appellationes interpsit.* post Bal. *in rubrica, Cod. Comminat. epist.* Veronensis *cautela* 325. *si quis timet.* & Jason. *in l.* 1. *colum.* 19. *circa fin. ff. de offic. ejus, & in l. de pupill.* §. *si quis rivos, ff. de novi operis nuntiatione.* Quo etiam casu volenti ed executionem pro- 233
cedere (spreta appellatione) potest impunè resisti, ut mirificè dicit Angel. *in l. addictos, Cod. de appel.* & ut talem celebrat Veronensis *cautela.* 6. *potest adhibere*, & Felinus *in cap. quærenti, col. penult. post princip. de officio deleg.* quos sequitur Cota *in memorabilibus verbo appellatione inter. nihil innova. fol.* 39. & Lancelot. Rob. *de attent.* 2. *p. c.* 13. *limit.* 1. *à n.* 92.

Igitur in hoc articulo ea eliciatur conclusio, quòd à 234
sententiis merè interlocutoriis appellatio non suspendat judicis jurisdictionem, quominus in causa procedat; à sententiis autem interlocutoriis habentibus vim diffinitivæ, vel damnum continentibus interparabile per diffinitivam; vel à quorum diffinitiva non potest appellari, appellatio pendens suspendat judicis jurisdictionem, & ejus manus ligat, ne ultra in causa procedere queat absque reatu attentati ex præcitatis authoribus.

Similiter animadvertendum est in hoc articulo, quòd quemadmodum diversimodè processus ad tribunalia suprema per viam violentiæ trahitur, diversimodè etiam

etiam ſortitur effectum decretum Regium in ea expeditum, nam quandoque omnia innovata reponuntur, quandoque autem non omnia, quæ tempora diſtinguenda, & conſideranda ſunt, nam ſi ab interlocutoria legitimæ appellationis virtute, in Senatu obtineat
235 gravatus primum decretorum genus, ſcilicet, *que haze fuerça otorgue, y reponga*, hoc caſu certum eſt hujuſmodi decreti virtute, debere judicem cum effectu reponere omnia facta intra terminum ad appellandum, & ea quæ poſt appellationem attentavit, uſque ad id tempus, quo ſibi decretum, & Regia proviſio intimatur, ut inſinuant decreti verba generaliter concepta, nempe,
236 *todo lo que à hecho deſpues de la appellacion*, &c. quæ comprehendunt prædicta tempora, nam qui omne dicit nihil excludit, *l. teſtatorem 58. in princ. ff. de legatis 3. & poſt contrarium, ff. de donationibus*, Curtius Senior *conſilio* 49. Aymon. *conſilio* 294. Joannes Gutierrez *numero* 4. & 5. Felinus *in capit. de quarta, numero* 15. *de præſcript.* Creſcent. *deciſione* 1. *de privileg.* Gomez. *in regul. de triennal. quæſt.* 2. *verſiculo tamen his*, Cæſar. de Graſſis *deciſione* 1. *numero* 1. 5. & 6. *deciſione* 2. *numero* 3. & 4.

237 Rurſus quia dictio, *todo*, de qua *in d. decreto*, quod Latinè, *omne*, eſt univerſalis, cuncta, comprehendens, *l. omnes populi*, & ibi tradunt DD. *ff. de juſt. & jur. l. Gallus*, §. *in omnib. ff. de lib. & poſthumis*, & continet in ſe
238 enixam, & univerſalem ſignificationem. Abb. *in cap. qualiter, & quando, el. 2. num. 8. de accuſat.* Alexand. *conſil. 72. viſis, n. 2. poſt princ. lib. 2.* Rolan. à Valle *conſil. 84. num. 22. lib. 1.* & alii, quos allegat Hieronym. Gonzal. *de alterna. gloſſ. 6. num. 20. & 21.* & illa alia verba ejuſ-
239 dem decreti, ibi, *deſpues de la appellacion*, comprehendunt omnia attentata, quæ ipſam appellationem ſubſequuntur, *l. ſi cui legetur, in verbo poſt biennium*, & ibi Franciſc. Aret. *colum. 2. ff. de legatis 1.* imò etiam (ſumma cum ratione) comprehendunt ea, quæ judex ſemel reposuit vigore Regiæ proviſionis, idémque iterum attentavit in eodemmet articulo, quia cùm in continenti ſiunt, cenſetur ineſſe, & ſic non dicitur cum effectu (ut tenebatur repoſuiſſe, imò nihil feciſſe videtur, ſi à ſe repoſitum, iterum repoſuerit, juxta *l. qui ſic, ff. de ſolutio.* & ea quæ nos latiſſimè congeſſimus, *infrà*, 4. *part. cap. fin. ante finem, verſiculo ſed contrariam partem, imo quod condemnatus, hæc ſententia, à num.* 225. *& pluribus ſequentibus*, ubi multa ad propoſitum reperies, & magis ad propoſitum dixi *ſuprà*, 1. *p. cap.* 3. §. 1.

240 Ad ea autem, ad quæ circa diverſos articulos ejuſdem cauſæ judex poſt effectualem repoſitionem, inter procedendum gravavit, ſeu etiam attentavit, non extenditur proviſio, & decretum, cùm loquatur expreſsè de his tantùm, quæ attentata fuere à judice, ibi, *todo lo*
241 *hecho*, &c. & ſic circa jam facta, non verò facienda providet, quia diſpoſitio adjecta verbo, vel participio, debet intelligi ſecundùm tempus verbi, vel participii, *l. in delictis*, §. *ſi extraneus, ff. noxalibus, l. ex facto*, §. *penult. ff. ad Trebel.* Decius *conſil.* 662. *num.* 13. Craveta *conſ.* 212. *num.* 3. Cumanus *conſ.* 166. Gutierrez *conſ.* 1.
242 *num* 14. Cevallos *pract. commun. opinionum, lib. 6. q.* 653. *n.* 16. quare ſi lex vel ſtatutum utitur verbo, de præterito tempore, non extenditur ad futurum, ſed ad ea tantùm, quæ præterita ſunt, & perfecta, ex proprio ſignificato, *l. cùm lex*, ubi B. & alii, *ff. de legibus*, ut per Jacobum Butrigar. Bart. Paul. Alexand. & alios latè dixit Jaſ. *in l. ſi quis id quod, numero* 25. *ff. de juriſd. omnium jud.* & propterea alia, & nova interpellatione opus eſt, argumento text. *in l. non poteſt videri, ff. de judiciis*, & ſic aliter ad Senatum non trahetur proceſſus, niſi virtute novæ appellationis, à noviter attentatis, quia quæ poſtea emergunt, novo indigent auxilio, *l. de ætate*, §. *ex cauſa, ff. de interrogatoriis actionibus*, & nova res novum exigit remedium, *l.* 2. *in princip. de ventre inſpiciendo*, & vide quæ latè dixi *ſuprà*, 1. *part. cap.* 2. §. 1.

Ut quando pars appellans ſive ab interlocutoria, 243
ſive à diffinitiva, ad tribunal non accedit pro delatione appellationis nanciſcenda, putà, quia judex jam ei detulit, ſed quia poſtmodum in cauſa judex proceſſit, ſpreto effectu appellationis, cupit attentata revocari, & reponi, quo caſu licèt aliàs videatur minimè poſſe tribunal adiri, quia deficit appellatio cujus virtute pro ejus delatione ad idem recurritur, ſecundùm ea, quæ latè diximus *ſuprà, cap.* 2. *part.* 1. tamen arbitror, virtute ejuſdem appellationis jam delatæ, ſi poſtmodum attentavit, poſſe ad tribunal accedere gravatus, quia violentia non ſolùm conſiſtit in denegata appellationis delatione, ſecundùm legem 36. *titulo* 5. *lib.* 2. *recopilat.* ibi: *Açar las fuerças, que los juezes Eccleſiaſticos, y otras perſonas hazen en las cauſas, que conoſcen no otorgando las appellaciones, que dellos legitimamente ſon interpueſtas*, & ibi, *den nueſtras cartas en la forma acoſtumbrada en nueſtro Conſejo, para que ſe otorgue la appellacion*, & ibi iterùm, *y ſi por el les conſtare que la appellacion eſta legitimamente interpueſta, alçando la fuerça, provean que el tal juez lo otorgue*, &c.

Sed etiam eadem violentia conſiſtit in his quæ 244
(ſpreta appellatione, eáque pendente) judex attentando exequitur, juxta text. mirabilem *in l. lege Julia, la primera*, cujus ſunt verba: Lege Julia de vi publica tenetur, qui cùm Imperium, poteſtatémve haberet, civem Romanum adversùs provocationem necaverit, verberaverit, juſſerítve quid fieri, aut quid in collum injecerit, ut torqueatur &c. *ff. ad legem Juliam, de vi publica*, de quo nos latiùs *in prima parte, cap* 1 *&* 2. diximus: tenet etiam per eandem legem Reb. *in tractatu de ſententiarum executione, in præfatione, num.* 22. *tomo* 1. *folio mih.* 307. ſicque cautela erit, ut oppreſſus 245
conqueratur in tribunali de judice non deferente; cùm re vera effectivè non detuliſſe dici poteſt, qui nihilominus attentavit, ſaltim quoad hunc effectum tollendæ violentiæ, & pro ea recurrendi ad ſuprema prætoria) quod mihi veriſſimum videtur; de qua difficultate vide quæ latiſſimè dixi *prima parte, capite ſexto, per totum* licèt etiam cautum erit ab attentatis noviter appellare, & pro ejus delatione, & repoſitione adhiberi Senatus, cùm utique ab attentatis appellatio legitima ſit, ſecundùm Lancelot. *de attent.* 2. *parte, cap.* 8. *num.* 7. & 3. *part. cap.* 1. *num.* 10. & *num.* 25. & nos latiùs *ſuo loco* diximus.

Aliæ autem plures interlocutoriæ ſunt, quæ altio- 246
rem, & difficiliorem expeditionem exigunt, ut cognoſcatur, an ab eis interpoſitæ appellationi, deferendum ſit, vel non, de quibus in diſcurſu totius hujus ſecundæ partis ſigillatim apponuntur.

Et pro complemento hujus materiæ, quid Congre- 247
gatio cenſuerit circa diſpoſitionem Concilii Trident. an & quibus caſibus ab interlocutoria ſit licita appellatio: unam referam declarationem Congregationis anno 1600. relatam per Quarantam *in ſumma Bull. in verb. Archiepiſcopi authoritas*, Piaſc. *in praxi Epiſcopali. p.* 2. *c.* 4. *num.* 191. Aloyſ. Ricc. *in praxi Eccleſiaſtica appellationum, deciſ.* 504. *à num.* 1. *fol.* 533. quæ declaratio tenoris ſequentis eſt.

Ad tollendas ambiguitates, & controverſias juriſdictionales, quæ inter appellationum, & priores inſtantiæ judices non ſine partium diſpendio, curſúſque juſtitiæ impedimento, & ſæpe cum ſcandalo oriuntur, ſacra Congregatio cum Epiſcoporum præpoſito, facta priùs relationes Sanct. D. N. Clement. VIII. ac de Sanctitatis ſuæ mandato vivæ vocis oraculo deſuper habito in hanc, qui ſequitur modum, ab omnibus, ad quos ſpectat in poſterum fieri, ac ſervari debere, mandavit, & mandat, Metropolitani, Archiepiſcopi, Primates, Patriarchæ, Suffraganeos, eorúmque ſubditos

non

non judicent, nisi in casibus à jure expressis. Item nec alii Superiores, etiam Nuntii, vel Legati de latere specificam facultatem majorem non habentes, causas in Curiis ordinariorum, vel aliorum inferiorum judicum pendentes, ad se advocent, nisi per viam legitimæ appellationis ad ipsorum tribunalia deferantur, túnc que appellantes ab inferiorum jurisdictionibus, quoad alias causas eximere non possunt.

Appellationes nunquam recipiantur, nisi per publica documenta, quæ realiter exhibentur, priùs constiterit appellationem à sententia diffinitiva, vel habente vim diffinitivæ, ut à gravamine, quod per diffinitivam sententiam reparari non possit, in casibus à jure non prohibitis per legitimam personam; & intra debita tempora fuisse interpositam, ac prosecutam.

Nec dum causæ coram inferioribus judicibus pendent, ante diffinitivam sententiam, vel habentem vim diffinitivæ, de gravamine illato Superiores cognoscere valeant licèt intra præjudicium cursus causarum, se id facere contestentur, nec ad hunc effectum liceat eis inhibere, aut simpliciter mandare, ut ipsis copia processus transmittatur etiam expensis appellantis.

Inhibitiones post appellationem, sicut præmittitur, receptam non concedantur, nisi cum inscriptione tenoris sententiæ, ut decreti diffinitivi, aut vim diffinitivi habentis, vel damnum per diffinitivam irreparabile continentis, aliàs inhibitiones, & processus, & inde sequuta quæcunque sunt ipso jure nulla, eisque impune non parere liceat.

Si appellare asserat sententiam, aut appellationis exemplum culpâ judicis, vel actuarii habere non posse, non ideo recipienda erit appellatio, aut aliqua inhibitio concedenda, sed eis tantùm, ad quos pertinet, injungi poterit, ut soluta condigna mercede actorum, exemplum authenticum appellanti intra brevem aliquem competentem terminum tradatur.

Ab executione decretorum Sacr. Concil. Trident aut visitationis Apostolicæ appellationes à Metropolitanis non recipiantur, nec si Episcopi virtute ejusdem Sacr. Concil. procedunt uti Sedis Apostolicæ delegati in causis, quæ sub eorum jurisdictione ordinaria non comprehenduntur, salva tamen in hoc casu Legatorum & Nuntiorum Apostolicorum authoritate.

In causis verò visitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantùm admittantur, nisi de gravamine per diffinitivam irreparabile agatur, vel cùm visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum.

Cum gravamine, quod per diffinitivam reparari nequit, ut in debitæ carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, nonnisi visis actis, ex quibus evidenter appareat de gravamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, vel provisio aliqua procedatur.

Causa appellationis pendente, appellans in eodem, quo reperitur carcere permanebit, quoad judex, ad quem appellatum est, visis actis, & causa cognita aliter decreverit, & tunc si à judicis ad quem decreto vim diffinitivæ habente, fuerit appellatum, nihil mandare, aut pro sui decreti executione attentare poterit, donec per judicem superiorem aliud fuerit ordinatum.

Acta originalia processus primæ instantiæ ad judicem appellationis Notarius mittere non cogatur, nisi probabilis aliqua falsitatis causa, & suspectu incidat, quæ judicialiter objiciatur, & tunc terminata causa remittenda sunt ad ordinarium, ut in suo Archivo conserventur.

Censura Ecclesiastica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per judicem appellationis non possit, nisi auditis partibus, & causâ cognitâ, túncque si constiterit eam justam esse, ad judicem, qui excommunicavit, appellans remittendus est, ut ab ipso, juxta sacros Canones beneficium absolutionis, si humiliter petierit, debitamque emendationem præstiterit, obtineat: si verò injusta esse, clarè appareat, superior absolutionem impendat, si dubitetur honestius est, ut ad excommunicationem intra brevem aliquem competentem terminum eidem præfigendum, absolvendum remittatur, licèt etiam superior hoc casu id ipsum per se præstare jure possit.

Absolutio ad cautelam, non nisi parte citata, & visis actis cùm dubitatur de nullitate excommunicationis ab homine prolata, vel à jure si occurrat dubium facti, vel probabile dubium juris, concedenda erit, túncque ad tempus breve cum reincidentia, & præstita per excommunicatum cautione de stando juri, & parendo mandatis Ecclesiæ tantùm: & si ob contumaciam manifestam, expensas pariter satisfacere & cavere de judicio sisti coram excommunicatore quis tenebitur priùs, quàm ad cautelam absolvatur.

A sententia etiam diffinitiva contra verum contumacem prolata, & appellatio non recipiatur, nec inhibitio, aut alia quævis provisio, quandiu appellans in hujusmodi vera contumacia perstiterit, concedatur. Romæ in sacra Congregatione die 13. Octobr. 1600. Alex. Card. Florent.

CAPUT II.

Appellationi gravamen præcedenti, aut conditionali, nisi, &c. seu etiam minùs legitimæ, ubi aliàs licitè interponi potuit, an judex non deferens, vim faciet, & quo tunc decreti genere uti solet Senatus.

SUMMARIUM.

Advocatorum error damnatur appellantium conditionaliter, peto hoc, & quatenus non concedas, appello, & judicis non expectata determinatione recurrunt ad Senatum per viam violentiæ, n. 1. & 6.

Decreti genere quo tunc utatur Senatus, n. 2.

Appellatio conditionaliter, & à nondum illato gravamine non tenet, n. 3.

Exceptionem oppono; & si non admiseris, appello, appellatio legitima non est, n. 4.

Exceptionem anteaquam judex, vel admittat, vel rejiciat; pars non dicitur gravata, n. 5.

Potens aliquid fieri, & quatenus non fiat, appellat statim non valet appellatio, n. 6.

Gravamen est causa fundamentalis, & finalis, appellationis, n. 7.

Gravaminis cessante causa, cessat appellatio, n. 8.

Appellare non potest non gravatus, n. 9.

Gravat judex tacitè procedendo ad actum quod non compatitur cum jure partis, & eo quod petit. n. 10.

Gravamen præcedere appellationem, non è converso, & exceptionis tacita, vel expressa expectanda determinatio, num. 11.

Præposteratio vitiat, & annullat actum, n. 12.

Gravaminis causa expressè est proponenda appellatione ab interlocutoria, n. 13.

Appellare à gravamine, & pro ejus causa assignare omnes, quæ ex actis possint colligi, non sufficit, n. 14.

Causa talis debet appellatione proponi, quæ si foret probata, reputaretur legitima, aliàs non tenet, n. 15.

Conditionaliter appellatio emissa non tenet, quia nulla causa gravaminis potest in ea exprimi, n. 16.

Conditionaliter emissa appellatio dicitur à futuro gravamine, quæ non admittitur, n. 17.

Conditionalis appellatio (si contrarium feceris) non devolvit causam ad superiorem, n.18.
Conditionalis appellatio non impedit, quominus judex queat ad ulteriora procedere, n.19.
Conditionalis appellationis virtute aditus Senatus, vel decernit, vim non fieri; vel proprius por agora no haze fuerça, *n.20.*
Conditionali appellationi proposita si subsequatur gravamen, an sit deferendum, vel alia nova sit necessaria n.21.
Conditionalem appellationem, subsequuto gravamine alia non indigere, qui teneant, n.22.& 29.
Conditionalis actus trahitur retro purificata conditione, ac si à principio fuisset purus, n.23.
Conditionalis appellatio accedente gravamine, an devolvat causam, & currat appellanti tempus ad prosequendum, n.24.
Conditionalem appellationem subsecuto gravamine non sufficere, sed nova alia appellatio sit necessaria, verius putat Author, n.25.
Conditionalis appellatio non devolvit, nec causat attentatum, nec postmodum convalescit, n.26.& 27.
Conditionalis appellatio non sufficit, si post eam judex per sententiam negaverit, quod in appellatione petebatur, sed nova est necessaria. n.28.
Secundum communem opinionem, n.29.
Abbas sibi contrarius arguitur ibid.
Judicium non debet esse in pendenti, n.30.
Prohibitum fieri principaliter, non potest fieri per viam conditionis, ibid.
Conditio ut retrotrahatur ad tempus dispositionis, debet adesse habilitas extremorum, n.31.
Fictio translativa duo requirit habilia, tempus à quo, & tempus ad quod, n.32.
Fictio extensiva non potest dari in appellatione conditionali, quoad sui convalescentiam, n.33.
Lex non fingit super impossibi i de natura, & deju: ,ne sibi repugnet, n.34.
Præsũptio ad id, quod fieri non potest, non porrigitur, n.35.
Jus non fingit, quod sibi ipsi contrarium est, n.36.
Principale si non subsistat precarium, conditio, & alia accessori evan scunt, n.37.
Conditionalis appellatio (si me gravaveris &c.) non cõvalescit, etiasi dicat: Appello ex nunc, prout ex tunc, n.38.
Conditionalis appellatio in extrajudicialibus non impedit translativam fictionem adveniente gravamine, n.39.
Conditionalis appellatio ab actibus extrajudicialibus sustinetur, n.40.
Conditionalis appellatio in extrajudicialibus, non devolvit causam, antequam subsequatur gravamen, etiam cum clausula, ex nunc, prout ex tunc, n.41.
Conditionalis appellationis præcedentis virtute subsequuto gravamine non recurritur ad Senatum, & quomodo tunc decernat, n.42.
Appellatione deficiẽte non est dabilis recursus ad Senatũ, etiã in iis casibus, quibus alias de jure licita foret, n.43.
Appellatio, peto revocationem gravaminis, & non nisi revocet, appello, tenet, si super legitimo gravamine interponatur, n.44.
Gravaminis revocatio petita est relevatio, denegatio præcedens est gravamen, à quo tunc appellatur, n.45.
Gravamen futurum quando trahit originem à gravamine illato, appellatio ratione utriusque valet, n.46.
A gravamine comminato potest appellari, ibid.
Conditionalis sententia licèt interim non possit exequi, tamen quoad appellandum tempus currit statim à tempore sententiæ, n.47.
Condemnatus per sententiam sub conditione ante ejus eventum si efficiatur diversi fori, ligatur priori adveniente conditione, n.48.
Condemnatus per laicum in relegationem, effectus interim clericus si frangat illam, an per sæculare puniatur, n.49.
Et quid è converso si clericus relegatus efficiatur laicus ibidem.
Conditionalis sententiæ tempus licèt currat ad appellandum, non expectata conditione, non tamen quoad alios juris effectus, n.50.
Appellationi etiã in casibus aliàs permissis, si nulliter proponatur, nõ defertur, & quomodo Senatus decernat, n.51.
Appellatio juris solemnitatibus carens, nec dicitur appellatio, omnibusque juris effectibus evacuatur, n.52.
Delatio supponit appellationem, super qua tanquam causa materiali firmatur, n.53.
Qualitas non potest esse sine subjecto, n.54.
Appellatio nulla sicut caret effectu, ita & nomine, n.55.
Terminus ad appellandum, ut currat à tempore notitiæ, debet condemnatus illam habere, quomodo sententia sit lata, n.56.
Condemnatus debet certificari de tenore, & qualitate sententiæ, ut currat tempus ad appellandum, n.57.
Condemnatus donec potuerit habere copiam sententiæ, non currit tempus appellandi, n.58.
Condemnatus semper dicitur esse infra decem dies à tempore notitiæ, si scientia sententiæ non probetur, n.59.
Appellans absens si post viginti dies à tempore latæ sententiæ appellat, præsumitur esse intra decem, n.60.
Scientia absque sententiæ intimatione sufficit, ut currat tempus, n.61.
Notitia ficta, & præsumpta, prout notificatio ad domum, non sufficit ut currat tempus condemnato, n.62.
Citatio ad sententiam facta ad domum, sufficit postea sententiam intimari ad domum, ut currat tempus, n.63.
Condemnatus, si dum notarius se præparat ad intimandam sententiam, non vult audire, alia intimatio non requiritur, n.64.
Citandus habetur pro citato si non patitur, ut ad illum perveniat citatio, vel aufugiat, n.65.
Citandus si aufugiat, dum citans ad legendum se præparet, habetur pro citato, n.66.
Ratificatio appellationis emissæ per falsum procuratorem debet fieri intra decem dies, n.67.
Procuratori præsenti, vel alii facta sententiæ intimatione, currunt & domino decem dies ad appellandum, n.68.
Procuratore negligente in appellando restituitur dominus in integrum, si procurator non sit solvendo, n.69.
Et ipsi domino nunc currit tempus à die notitiæ, ibid.
Procuratore doloso in appellatione, succurritur domino, num.70.
Appellari potest petendi revocationem gravaminis, & à denegata appellari, etiam ultra decem dies à tempore gravaminis, n.71.
Appellans in extrajudicialibus debet omnino appellationem interponere intra decem dies, n.72.
Ab appellatione exclusus in actibus extrajudicialibus ob lapsum decem dierum datur querelæ remedium, n.73.
Casus, in quibus post decem dies potest appellari per limitationes, & ampliationes remissivè n.74.
Appellatio sive ab interlocutoria, sive à diffinitiva requiritur in scriptis, n.75.
Extrajudicialis appellatio in scriptis requiritur, n.76.
Appellatio non dicitur in scriptis, si ad intimationem sententiæ respondeat condemnatus, quòd appellat, & quòd tabellio illud in scriptis redigat, n.77.
Appellatio ad intimationem sententiæ aliter in scriptis non præsentata, non causat attentatum, nec impedit executionem, n.78.
Senatus, in appellationibus ad se devolutis interjectis ad intimationem sentẽtiæ tãtùm declarat, por no debuelto, *& in cognitione per viam violentiæ, vim non fieri, n.79.*
Libellus appellationis non sufficit porrigi coram notario dumtaxat, & non coram judice, n.80.
Et tunc pronuntiatur non devolutam, ibid.
Libellus appellationis ut legatur judici, non est necessarium, licèt sit, ut coram ipso præsentetur, n.81.

*Recognitio scripturæ privatæ coram notario, seu Alguazello de commissione judicis dicitur confessio in judicio, quæ executionem meretur, n.*81. & 83.

Appellatio viva voce coram judice, nisi incontinenti adhuc sedente pro tribunali non prodest, n. 84.

*Notarius intimans sententiam de mandato judicis, nullam recipit jurisdictionem, n.*85.

*Appellatio illegitimè, & nulliter interjecta quando dicatur remissive, n.*86.

1 PASSIM contingit inter interponendas appellationes à gravaminibus, decipi advocatos: aliqui namque proponendo aliquam exceptionem, statim simul & appellationem emittunt, nempe opponendo subreptionis exceptionem contra rescriptum: & quatenus judex procedit in causa, appello: aliqui verò conditionaliter hoc modo, peto terminum, & si illum negaveris appello, vel si hoc feceris, vel si illud negaveris, appello, & similiter & statim alia judicis super petitis non expectata expressa, vel tacita pronunciatione, confugiunt ad Senatum pro remedio violentiæ, quo quidem post actorum inspectionem Se-
2 natores justissimè solent decernere, quòd vim judex nō fecit, & interdum vel quòd pro nunc violentiam non intulit, vel quod minimè per debitum ordinem venit ad Senatum (hoc est, *no viene por la orden*) & quòd judici remittitur secundùm casus veritatem, de quorum singulis, brevissimè tamen, noster erit nunc sermo. Talis etenim appellatio conditionaliter, vel à
3 non dum illato gravamine, sed inferendo interposita: nulla est non valet, nec tenet, ita docent Phili. Franc. *in c. ut debitus honor 9. de appell. quæst. 2. sub n. 9. & in c. dilecto 63. nota 3. sub n. 1.* Cor. *consil. 80. in decisionib. sub n. 3. lib. 1.* qui mirabiliter rem hanc tractant, Innocent. *in c. super eo 1. de appella.* & ibi Joan. Andr. Immol. etiam *in eodem cap. super eo*, Speculat. *in tit. de appella. §. qualiter columna 1. in fin. versiculo item quod faciat judicem.* & ibi Bald. *in additionib. versiculo dubium facit an si dicto*, &c. *columna 12.* idem Bald *in leg. ante sententiæ, C. quorum appella. col. 2. versiculo quæro an ab interlocutoria* glos. Joan. Andr. & Panor. *in princip. c. 2. ut lite non contestat.* Innoc. Panor. Joan. Andr. & Immol. *in c. significaverunt, de testibus.* Lap. & Geminian. *in c. 1. in fin. principii de conces. præben. l. 6.* Joan. Andr. & Panor. *in d. c. dilecto*, & ibi plenè Innocent. Geminian. *in c. 1. §. quod si appellatur, sub n. 4. de appell. in 6.* Escacia *tract. de appell. q. 5. art. 2. num. 103.* Guido Papæ *tractatu de appell. quæst. 26. sub num. 26.* Ruginellus *in tractatu de appell. §. 2. c. 3. sub n. 71.* qui omnes affirmant, non posse quem hoc modo appellare, oppono hanc exceptio-
4 nem, quam si non admiseris, vel ad ulteriora procedas; vel illud facias, & si facere recusaveris, appello: non est legitima appellatio, sed nulla, & inefficax; quoniam opponens exceptionem, debet prius expectare, an judex
5 admittitur, vel rejiciat exceptionem; & postmodum ab illato gravamine appellare, quia antequam judex admittat, vel non admittat, pars non habet gravamen, de quo possit conqueri, & est textus oppressus *in c. dilecto 63. de appella.* ubi latè Doctores, & post Innocentium *in d. cap. significaverunt, num. 3. versiculo nota, quod ab interlocutoria*, & Angelum *consilio 188. sed nunc videndum in princ.* dicit Cardin Tuschus *pract. conclus. tomo 1. litera A, conclus. 361. num. 6.* quod appellatio à gravamine inferendo non tenet, & ideo ille, qui petit
6 aliquid fieri, & si illud non fiat, appellat, non valet appellatio Idem etiam & mirabiliter tenuit pluries Rota Romana, ut testatur Jacobus de Puteo *in decis. 311.* & *decis. 313. p. 3.* Achilles de Grassis *decis. 14. de appellat.* & per eundem Achillem idem tenet Lancelot. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. limi. 50. à num. 192. usque ad 195.* Marta *in compilatione decisionem, tomo 1. tit. de appella. c. 93.* & Geminian. Craver. Phili. Franc. Escacia *locis superius citatis*, & alii per eos allegati dicunt, ignaros advocatos hujusmodi appellationes proponere solere, non expectato gravamine à judice inferendo.

Quæ conclusio verissima est, & eo fundata, nam gra- 7
vamen est causa finalis & fundamentalis appellationis, & hæc propter illud concessa est, & introducta à jure, *c. ut debitus 59. de appell.* adeò ut gravaminis cessante causa, cessat appellatio, *cap. cum cessante, de appella.* 8
Tiraquell. *in tractatu causa cessante, num. 41. in princ. tractatus*, & ideo non potest appellare non gravatus, Bal *in l. unic. sub num. 7. C. ne liceat una eisdemque causis.* Philipp Franc. *in cap. si duobus 7. num. 1. de appell.* Abb. 9
in c. interposita, n. 76. nota. ulti. sub n. 3. de appell. Alex. *consil. 89. n. 8. lib. 1.* Doctores *in caput debitus honor*, per illum textum & est text. *in cap. omnis oppressus 2. quæst. 6.* Cardin. Tuschus *pract. concl. tomo 1. littera A, concl. 361. num. 1. & sequentibus, conclusione 402. num. 15. & 16. conclus. 347. n. 11.* Bald. *in leg. post sententiam, num. 4. versiculo, illud esto, Cod. de sentent. & interloc. omnium jud. & in leg. fin. n. 2. versiculo sed hoc falsum, C quando provocare non est necesse.* Innoc. *in cap. brevi de jur.* Nicellus *in tract. de concord gloss. concord 6. fall. n. 43. num. 84. tomo 18. fol. 194* Gregor Tholos. *tract. de appella. lib. 5. c. 1. num. 1. fol. 461.* Ozasc. *decis. 61. num. 1.* Cæsar. Barz *decis. Bononi, decis. 62. lata fuit, n. 10.* & hinc dicunt But. *in c. quoad consultationem, columna 3. post medium, num. 16. de re judic.* Petrus Surdus *consilio 405. num. 26. lib 3.* Gratian. *in disceptatio. foren. 1. tomo, cap. 170. num. 11. & cap. 39.* quod appellatio solùm conceditur, consti- 10
tito de gravamine per judicem illato, quod procedit sive gravamen sit expressum, sive tacitè illatum, ut quia judex procedit, ad id, quod non compatitur cum jure partis & eo, quod à judice petit. Bald. *in l. ante sententiæ, num. 6 versiculo quæro, an ab interlocutoria, Cod. quorum appellat.* quam refert, & sequitur Francus *in c. ut debitus, quæst. 2. sub num. 9. versiculo 3. hanc sententiam, de appell.* Escacia. *tract. de appella. q. 5. articul. 2. n. 107.* & post Bal. & Jas. Mena tenet Philip Corneus *cons. 80. sub num. 6. ad medium, volum. 1.* & facit Putei *decisio 311. num. 3. p. 3.* ergo à gravamine nondum illato inanis est appellatio.

Probatur secundò, quoniam gravamen debet præ- 11
cedere appellationem, non appellatio gravamen, & priùs debet exceptio proponi atque judicis determinatio expressa, vel tacita expectari, ut dicunt omnes Doctores hactenus citati, & in specie optimè Phili. Franc. 12
in d cap. dilecto per textum ibi *notab. 3* ubi etiam vocat hujusmodi appellationem conditionalem ineptam ob præposterationem, sed ubi præposteratio datur, ibi annullatur & vitiatur actus secundùm ea, quæ latissimè adduximus *infra. 4. p. c. 13. per totum*, ubi de hoc articulo & conducunt in specie quæ post alios congessit Card. Tuschus *pract. conclus. tomo 6. liter. P. concl. 515. n. 4. & 5. & n. 15.* ergo etiam ex hoc capite meritò nulla dicenda est hujusmodi appellatio conditionalis.

Tertiò probatur quia causa gravaminis debet neces- 13
sariò, & præcisè in appellatione ab interlocutoria exprimi, & alirer appellatio non tenet, & hoc non in genere, sed in specie, Speculator *titulo de appella. §. qualiter autem, sub n. 2. versiculo hæc est una differentia. lib. 2. folio 190.* Philippus Francus *in cap. consuluit 18. el. 2. n. 1. & 3. & in cap. cum in Ecclesia 38. n. 4. & in d. c. ut debitus, quæst. 8. num. 17. & in c. cum causam, in fin. sub n. 30. de appella. & in c. 1. n. 3. in fin.* & Geminian *n. 3. de appella. in 6.* Abb *in d. cap. cum Ecclesia, sub num. 6.* & Lu- 14
cas Pæt *in pract. cap.... lib. 5. c. 6. num. 3.* & 4. Maranta *in Speculatore, 6. p. actu 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, sub n. 153.* nec sufficit, dicere appello ab iniquitate sententiæ, & pro causa gravaminis allego omnes causas, quæ ex actis colligi possēt. Rota *decis. 2. alias 7. si appellatur, de appella. in novis, sub num. 1.* Maranta *ubi*

proximè.Lucas Pax.*dict.num.*6.Franc.*in d.cap.consuluit. n.*3.*& in c.* 3,*num.*6.*de appellat.in* 6.Lancelot.*de attent. 2.p. cap.* 12.*limi.*53.*n.*44. & *limit.*1.*sub num.*44 Capicius *decis.*1.*nu.*20.latè Cardin.Tuschus *practic.conclus. tomo* 1.*litera A,conclus.*360. ubi plurimos adduxit, & talis causa debet exprimi in appellatione ab interlocutoria, quæ si foret probata, reputaretur legitima, aliàs ipsa appellatio non tenet, nec admittitur Philipp. Fran.*in c.ut debitus honor.num.*1.*versiculo.*2.*tene menti, de appella.*quem etiam sequitur Sigismund.Escacia *tractatu de appellat.q.*2.*sub n.*48.sed gravaminis nondum illati nulla potest certa, & legitima causa exprimi in appellatione: quia non entis nullæ sunt qualitates, ergo talis appellatio conditionaliter emissa à gravamine inferendo, nulla justè reputatur: ita in terminis argumentantur Philip.Fran. *in d.c. ut debitus, quæst.*2. *sub n.*9.*& in d.c.dilecto*, *nota* 3.*sub n.*3. *de appell.*Corneus *in consilio* 80.*incipit in decisivis sub num.*3.*ubi ait equam illatum gravamen,lib.*1. Escacia *tract.de appell. q.*5.*articulo* 2.*sub num.*103.qui omnes dicunt,hujusmodi appellationem nullam ex hac ratione, & insuper etiam ex ea,quoniam isthæc appellatio conditionalis à nondum gravamine illato, sed inferendo interponi, dicitur à futuro gravamine,quæ minimè admitti debet, comprobant insuper ex hac ultima ratione omnes Doctores *superius* citati *in principio hujus capitis.*

Quare cùm hæc conditionalis appellatio, si contrarium feceris,vel à gravamine nondum illato;sit nulla, pariter nullos juris effectus operatur,tum quia causam non devolvit ad superiorem,ita in terminis tenent Puteus *decis.*311.*&* 313 *p.*3.Achilles de Grassis *decis.*14. *de appellat.*Marta *in compilatione*, *decis.*1. *tomo*, *titul.* 19 *de appella. c.*93. ac propterea nec impedit hujusmodi appellatio judicem, quominus validè possit ad ulteriora procedere in causa, absque reatu attentati, ita docet Innoc.*in c. significaverunt*, *sub num.*3. *vers.sed si monachi de testibus*, Sigismundus Escacia *tractatu de appel.q.*5.*articulo* 2.*nu.*108. optimè Lancelot. Robert. *de attent.*2.*p.c* 12.*limi.*50.*à num.*192.Achill de Grassis *decis.*14. *de appel.* & ita Rotam tenuisse in una Bacar. Monas,coram Junio, 15 Decembr.1597.testatur Lan-
20 celot.*ubi proximè*,*n.*194. juxta juris regulam,quia non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum, quo attento meritò per Senatum, ad quem itur per hanc viam violentiæ, declaratur,vel vim non fieri, vel ut plurimum pro nunc vim non fecisse judicem hoc est, *dixeron que por agora no hazè fuerça, y se remite*, &c. cùm adhuc gravamen, super quo cadere possit appellatio, non apparet.

Sed major extat difficultas, an interposita appellatio conditionalis, vel à gravamine inferendo,si gravamen
21 postmodum subsequatur per judicem illatum; prædicta appellatio præcedens roboretur, ita ut ei deferre teneatur judex, vel an erit necesse, aliam de novo à subsecuto gravamine interponere, & quòd hujusmodi appellatio conditionalis, si me gravaveris, appello, si illud non facias, &c. si valida,& teneat ex eo, quòd non potest dici à futuro gravamine,sed potius à præterito:quia cùm sit conditionalis, adveniente conditione
22 trahitur ad tempus existentis conditionis & habetur, ac si appellatio interponeretur post gravamen ut affirmant Abb.Panormi *in c.significaverunt*, *num.*10.& 11. *de testibus*, argumento *cap. si propter*, & ibi glossa *de rescriptis*, *lib.*6. & idem nititur sustinere Decius *in c. dilecto* 63.*sub num.*5.*vers.sed tamen iis remotis, & n.*6. *& 7.de appell.*pro quo facit,quoniam actus cõditiona-
23 lis purificata conditione trahitur in præteritum, & habetur perinde,ac si à principio fuisset purè celebratus, *l.necessario,versiculo quod si pẽdente cõditione ff.de actio. empti.*textus *in leg.si te solum.ff.de hæred.instit leg.si pupil.ff.de conditio.instit.l. sed & si de sententia*, §. *fin. de acqui.hæredit.leg.si à reo,*§.*sub diversis.ff.de fidejuss.l.fin. ff.de verborum*,notabilis text.*in l.potior,versiculo fin. ff. qui potior.hab.leg.qui balneum, versiculo fin.eodem titul. l.nec scripto ff.de contrahen.empti.l.si quis uxori,* § *fin.ff. de furtis*, *leg.sub conditione*, *ff. de solutio.* & utrobique Doctores citati.Tiraquell. *de retra.li. nagi* § *fin gloss.*2. *n.*27 *fol.mihi* 34.latissimè, & optimè prosequitur Anton Gomez. *tom.* 2. *vari.c.*11. *à n.*30. igitur accedente gravamine, prior appellatio tenet, & aliam noviter interponi non est necesse, quia gravamen, quod pro conditione erat appositum, retrotrahitur.

Secundò probatur hæc pars, quoniam appellatio conditionalis,putà,si contrarium feceris,*&c.*advenien- 24
te conditione,hoc est gravamine illato per judicem,devolvit causam ad superiorem,& ex eo tempore,quo accedit gravamen & conditio, currit appellanti tempus ad illam prosequendum; ita tenet in terminis Puteus *decis.*111. & melius *decis.* 113.Achilles de Grassis *decis.*14.*de appell.* & illis citatis, idem videtur dicere Maria *in compilatione*, *decis.tom.*1.*tit.de appell.c.*95. ergo evidenter apparet,aliam novam appellationem non esse necessariam à subsecuto gravamine.

Sed nihilominus contrariam opinionem, imò quòd 25
conditione, & gravamine superveniente,non revivisscat, nec convalescat appellatio præcedens, imò quòd alia sit necessaria à dicto gravamine postmodum interponenda, ut veriorem amplector, quoniam omnes 26
Doctores *superius ad principium* citati ex rationibus, quas in fundamentis sursum adduximus, unanimiter fatentur, appellationem conditionalem, & à gravamine non illato, sed inferendo, esse nullam, non devolvere, nec causare attentatum, tanquam nullam: ergo postmodum, nec poterit convalescere quia quod à principio non valet, tractu temporis non firmatur *l.* 27
quod in initio vitiosum. & leg.penult. ff. de regulis jur. & utrobique latissimè Philippus Decius plures doctrinas, & exempla in comprobationem adducunt, regula *nõ firmatur,de regulis jur.in* 6.§.1.*instit.de exhæredat. liber.cap.*1.*de despon impuber.cap.*1.§.1.*de prohibi.feud. alien.*ergo per accessum conditionis non debet convalidari, prout ad responsionem contrariam clariàs apparebit.

Et in terminis quòd alia appellatio sit necessaria,pro- 28
bat Innoc *in d. c.significaverunt*,6. *num.*3. *vers.sed si monachi,de testib.s*,quem sequitur Sigismund.Escacia *tractatu de appell.quæst.*1.*artic.*2. *n.*168. dum dicunt, quòd hujusmodi appellationes, conditionales non impediunt,quin valeat,quidquid fit post eas,etiamsi judex postea per sententiam deneget, quod appellans petierat in appellatione conditionali, quia tunc appellans debet rursus appellare post denegationem, quia in ea nullum gravamen, vel causa suberat, tempore primæ appellationis,quod quidem etiam de mente est omnium Doctorum *superius* citatorum in principio hujus capituli, ex quibus quidem non obscurè colligitur, & apparet.

Quibus suppositis, non obstant in contrarium ad- 29
ducta fundamenta. Non primum ex doctrina Abbatis, quia est contra communem opinionem ab omnibus receptam, de qua *suprà*, *ad princ.* eam communem etiam testatur Felin.*in d.c.significaverunt*,*sub n.*9. *vers. extra glossam*, & quòd communiter sequatur per Doctores,& soleat pro notabili allegari ab omnibus,testatur ipse Abb.*in d.c.significaverũt*,*sub n.*10.*vers.sed quæro quid*,communem etiam dicit Philipp Franc.*in cap.ut debitus honor,q.*2. *sub n.*9.*vers. quæro eandem*, *post medium,vers.& ideo tenenda videtur cõmunis opinio de qua supra*,qui etiam ibi tenet adversùs Abbatem.& sequitur Escacia *de appella.q.*5.*art.*2.*n.*105.& pariter Abbatem reprobat Aymon.*cons.*80. *num.*7. *tomo* 1. ubi & *ibidem* illum arguit de contrarietate sui ipsius, cùm aliud ipse Abb. affirmasset *in cap dilecto*, *in princ. de appellat.* & sic tam Abb. sibi inconstans, quàm Decius audiend

noni

non sunt, quia contra communem jure fundatam sectari voluere.

30 Nec obstat secundum, quod conditio superveniens retrotrahitur, & facit actum purum à principio juris fictione, quæ etiam est ratio Abb. cui respondet Franc. *ubi proximè*, quod cùm appellatio à futuro gravamine nondum illato non valeat, judicium non debet esse in pendenti, *l. quemadmodum, ff. de judici.* & quia ubi aliquid prohibetur, fieri per viam principalis dispositionis, nec etiam potest fieri per modum conditionis, juxta textum *in leg Sejus, & Augerius, ff. ad leg fal.* & ibi B. & ipse Franc. *ibi.*

31 Ulteriùs respondetur magis in specie: nam ad hoc ut conditio retrotrahatur ad tempus principalis dispositionis, debet concurrere habilitas extremorum, secùs autem quando aliquod extremum reperiatur inhabile, sive ex parte personæ, sive ex parte rei in dispositione deductæ, quia tunc non retrotrahitur. Enimverò in materia fictionis, hoc est principale, & substantiale requisitum, quòd omnis fictio translativa de tempore
32 ad tempus, duo desiderat extrema habilia scilicet; tempus ad quod extenditur, & tempus à quo incipit extensio: textus est *juncta gl. in leg. donationes, qua parentes, in fin. Cod. de donat. inter virum, & uxorem*, textus *in lib 2. Cod. de inoffic. donatio.* & ibi glossa not. *verbo familiæ erciscundæ*, & ibi communiter Doctores *l. 1 §. si pater filio, ff. de usucap. pro donato, juncta gloss. fin. gl. in l. talis scriptura, §. fin gl. fin. ff. de lega. 1.* text. etiam *juncta gl. in l. Gallus, §. sic jus, ff. de lib. & post.* & ibi notant B & communiter DD *l. observare, §. fin ff. de offi. proconsulis, & leg.* & ibi Bald. & Alberi. *ex de extremo à quo prob.* text. notab *in l quoties, ff. de nov.* quem text. ibi ad hoc notat & commendat Bart. Paul Immola, & communiter DD. text. *in leg. necessario, versiculo sanè, el. 1 ff. de peric. & commodo rei vendi.* textus *in l eum qui, §. fin ff. de verborum oblig.* text. *in leg cùm hæredes, §. 1. ff. de acquir. poss.* text *in leg. huic scriptura, ff. ad l. Aquil. leg. ejus qui, ff. de testam.* & utrobique B. & communiter DD. latè prosequitur & ad plures inde inferens mirabiles doctrinas, & quæstiones Ant. Gomez *lib. 2. var. c. 11. sub n. 30. vers. 3. & principaliter limita* per tres columnas.

Itaque sequitur, ut in nostro casu non potest dari
33 hæc fictio translativa de tempore ad tempus, quia extremum, ad quod extenditur, reperitur inhabile, & à jure reprobatum, cujus principio jus resistit, appellationémque conditionalem, & à ferendo gravamine irritans, & annullans *ex dict. c. dilecto, & cap. ut debitus honor. de appell.* & ex iis, quæ hactenus latè probavimus: ac propterea impossibile est ut utrumque extremum conjungatur: cùm alterũ non subsistat juris resistentia,
34 quoniam sicut lex non potest fingere super impossibili de facto, vel de natura, ita nec sub impossibili de jure, quia aliàs jus sibi ipsi repugnaret, fingendo valere, id quod aliàs improbat, & annullat, ut notat Paul. de Castro, singulare dicens *in d. l. talis scriptura, col. fin. de leg. 1.* Jason *ibi colum. intepenult. n. 26.* & Bald. *in leg. fin. C. de usucapi. pro donato. col. 2. & in leg. sive possidetur. C. de probatio. col. 2. & in cap. innotuit, de electione, columna 2.* pro quo est textus *in leg. ex contrario, ff. de acquir.*
35 *poss. ff.* secundùm communem intellectum, optimè Ant. Gomez. *ubi proximè, sub d. n. 30. vers. ex quo deducitur, & infertur, &c.* & idem dicendum est de præsumptione; quæ ad id quod de jure fieri non potest, non porrigitur. Signoro. *cons. 259. n. 2.* Corneus *consil. 81. num. 38. lib. 1.* Areti. *in d l. 1. §. ex contrario. nota 1. & ibi.* Soci. *num. 2. ff. de acquir. poss.* Roma. *in leg. si donatione, n. 24. versiculo cùm ergo non possit, Cod. de collatio.* Mantic. *de contract. 2. tomo, lib. 13. à n. 20. cum sequentibus.* & facit *l. 1. C. de natura. lib. & in l. 3. Cod. de de notat. inter.* qui etiam dicunt, quod jus non fingit quod juri contrarium est:
36 faciunt etiam quæ Mascard. *de probationib. tom. 2. concl. 605. n. 2. & à princ.*

Salgado de protect. Reg.

Et eo insuper, nam cùm principalis dispositio, hoc 37
est, ipsa appellatio à futuro gravamine, seu conditionalis non subsistat & annulletur, nec ea, quæ sequuntur, locum habent; ideoque conditio, precarium, similia evanescunt *l. nihil dolo, §. cùm principalis, leg. cùm principalis. ff. de regulis jur.* & ibi latè Philipp. Decius *§. liberis institu. de vulg. & pup. §. servius institut. delega. l. 2. ff. de p. cul. lega leg. Julius ff. qui potior. in pign. hab. leg. Aurelius. §. legatum. de liber. lega l. non dubium, C. de leg. c. accessorium, de regul. jur.* gloss *in l. si patronus, §. si patronum, si quid in fraudem patro.* Bald *in l. ex testam. leg. de fideicomm.* Alex *cons. 81. lecto & discusso, col. 4. lib. 2.* B. *in leg. nemo potest, de leg. 1.* Roma. *cons. 246. clarissimè ..ccessor.* & idem Roma. *cons. 15. viso compromisso, dubio 2.* al. *in l. 1. Cod. de judi. & in leg. hujusmodi, §. legatum, de leg. 1.* Hippoly. de Marsi. *singul. 17. & singul. 125.* Socin. *consil. 61. in præsente consultatione, col. volum. 4.* Anchara *in repetitione d. c. accessorium*, & sic certissimum est, ut in nostro casu utrumque extremum deficiat; & ideo meritò dicta conditionalis appellatio non valet, & si in ea dicatur appello, si me gravaveris. vel si hoc feceris, ex nunc prout ex tunc, docent, Bald. 38
in additio: ad Specula. titulo de appell. col. 12. versiculo dubium fuit, an si dico appello secundò, Innocent. *in cap. significaverunt, de testibus*, Philippus Franch. *in d. c. ut debitus honor, quæstione 2. sub n. 9. vers. 2. quæritur, post princ. de appellati.* optimè Philip. Corneus *in consilio 8. sub n. 6. lib. 1.* Achil. de Grassis *decisione 14. de appellat. n. 6. in fin. & 7.*

Nec obstat ultimum fundamentum contrariæ, partis 39
ex Puteo, Jacobo de Grassis, & Marta, quoniam loquuntur in appellatione conditionali interposita in extrajudicialibus, in quibus cùm non detur aliquod extremum inhabile, cùm jure permissum sit, à futuro gravamine appellari in extrajudicialibus (ut statim probabo) appellatio sit à principio valida, pendens à futuro eventu, ideo adveniente gravamine non impeditur translativa fictio de uno tempore ad aliud, nec conjungi extrema, quæ habilia sunt. Et quòd in extraju-
dicialibus appellatio admittatur, & teneat à futuro 40
gravamine, probant expressè dictæ decisiones citatæ *n. 24.* & per d. decisionem Achill. de Grassis *de appell. 14.* aliàs *240. n. 3.* tenet Sigismundus Escacia *in tractatu de appell. quæst. 5. art. 2.* dicens etiam, quòd conditio-
nalis appellatio in extrajudicialibus devolvit causam 41
nisi secuto gravamine, quoniam cùm sit conditionalis, nihil ponit in esse, nisi secuta conditione, etiam interposita cum clausula, *ex nunc prout ex tunc*, & Puteus *in d. decis.* idem dicit, & ad hunc sensum referendus est Lancelotus *de attent. 2. p. c 12 limit. 50. n. 192. & sequentibus*, dum ex decis. de Grassis, generaliter, & indistinctè loquitur, & sic secundùm Doctorem, quem allegat, & in quo fundatur, debet omnino intelligi, & quòd in extrajudicialibus teneat appellatio hæc Natta *cons. 106. approbo, in fin. n. 14* idem Philippus Franc. *in c. consuluit. el. 2. sub n. 4. vers. quid autem sit*, & iterum *in c. dilecto. 23. notal. 3. vers. de quo tamen appell.* Cæsar Contard. *in repetitione leg. unica, limit. 25. sub n. 2. Cod. si de momen. poss.* ex quibus quidem cõprobata remanet hæc opinio, & conclusio, ut in judicialibus actibus prima appellatio conditionalis, vel à nondum gravamine illato non valeat, nec teneat. & si postmodum gravamen sequatur, debet omnino post gravamen ab illo de novo appellare, aliàs si virtute prioris appellationis conditionalis ad Senatum recurratur per hanc viam violentiæ; 42
vim non fieri, vel non venire per ordinem, declarabitur, & justissimè, ut ex hactenus dictis apparet. Et quibus manifestè insuper constat, hoc procedere, etiamsi aliàs gravamen sit tale, quod ab eo legitimè valeat appellari, quia vel habet vim diffinitivæ, vel continet damnum irreparabile, vel præjudiciale sit causæ principali, de quorum singulis *suo loco* diximus, quia cùm 43

appellatio non ſubſiſtat, nec teneat, nec devolvat, nec ſuſpendat, nec eſt cui deferatur, cùm non entis nullæ ſint qualitates: ideo deficiente appellatione, ad Senatum trahi prohibetur.

44 Sed quid dicendum, quando pars terminum, aut aliquid fieri, petit à judice, qui declarat non faciendum, & pars comparet, & petit revocari illud gravamen, & niſi revocaverit, appellat; an hujuſmodi appellatio tanquam conditionalis teneat, & ſit deferendum; ſi ſuper legitimo gravamine ſit interjecta. Quam difficultatem rectè explicat Innoc. *in d.c. ſignificaverunt, ſub n.3. de teſtibus*, quem ibi refert, & ſequitur Abb. *ſub n.10.* Eſcacia *de appell.d.q.5.art.2.n.109.* Joan. Andreas *in d.c.ſignificaverunt*, Speculator *in tit. de appellat.§. qualiter, colum. 1. in fine, verſ. item quod faciat judicem*, Immola etiam *in d.c.ſignificaverunt*, Philip Franc. *in d. c.ut debitus, ſub n.9. ibi quando autem judex denegaſſet, de appellat.* dum affirmant, quòd hujuſmodi appellatio valet, cùm in effectu interpoſita ſit à gravamine illa-

45 to, non ab inferendo, & futuro, & quòd revocatio, quæ petitur, (quæ eſt de futuro) non eſt gravamen, ſed eſt revelatio gravaminis, illa enim denegatio præcedens fuit gravamen, à quo potuit appellari, & in majorem judicis reverentiam, & decorem petitur revocatio: &

46 facit, quòd quando futurum gravamen trahit originem à gravamine jam illato, & appellatio interponitur ratione utriuſque, valet, & tenet appellatio. Franc. *ubi proximè, ſub n.9. limit.2.* Eſcacia *n.113.* qui aliàs ſcribunt limitationes, prout eſt in gravamine comminato, ut tunc poſſit appellari.

47 Et præfata doctrina adjuvari poteſt, ex eo, quòd licèt ſententia lata ſub conditione interim non poſſit exequi, quia nullum producit effectum, ea pendente, quia in ſuſpenſo eſt, & pendet à futuro eventu: tamen ab ea ſtatim appellatur, & à tempore intimationis, vel ſcientiæ currit tempus ad appellandum, quia licèt effectus eſt de futuro, tamen gravamen conſideratur de præſenti, à quo trahit originem, *l.1. §. biduum, ff. quando appellandum ſit, cap biduum, i princ.29.6.* & hanc rationem reddunt B. & alii *in d.§ biduum*, Nicol. Neapol. *in leg. ſi cui legatur, §.1 ff.de leg.1.* bene Jaſ. *in dict. leg.1.columna ultim.* Bald. *in leg. non dubium, colum.5. oppoſit.5. C.de legib. per l. generaliter, poſt princ. C.de rebus creditis*, gloſſ. *in leg. ſi quis iniquum 3 §.1. verbo expeditur, ff. quod quisque jur.* ubi Bald. eam notat Bald. poſt Innoc. *in c. quoad conſultationem, colum.2. verſ. ulteriùs nota, de re jud.* Panorm. *in c. præterea, col.4. verſic. & quamvis hæc opinio*, ubi Philippus Francus *col.3. de appellat.* & ibi cæteri Doctores: affirmat Ozaſc. *deciſ. Pedemont.* 146. optimè poſt Franc & alios, Lancelot. Robert. *de attent.2.p.c.12.limit.50. à n.104. cum ſequentibus.* latè proſequitur Tiraquell. *de retractu lignag.§.1.*

48 *gloſſ.10.n.44.* & iterum *à n.51. cum ſequentib.* qui *n.54.* affirmat: quòd in tantum ſententia conditionalis lædit de præſenti, ut ſi condemnatus, etiam ante conditionis eventum efficiatur de foro alterius judicis; tamen adveniente conditione manet ligatus, ut tenuit Barthol. Brix. *in quæſtionibus venera. quæſt.42.* de quo tamen & ſimilibus vide gloſſam *in c. à nobis. el. 1. verbo non niſi ſubditi*: & ibi Panorm. *de ſentent. excommun. & in c. Solenitate, verbo ſub excommunicationis, 63. d.* Archid. *in cap.2. de conſtitut. lib.6.* Joan. Andr. *in cap. cùm ſunt, de reg. jur. eodem lib.* Bald. *in d. cap. præterea, col.2. verſ. quæro pendente*, & ibi Card. Alex. *col.2. verſ. quod ſi late, de appell.* Lapus *alleg.* 48. Magiſter *columna 2.* Panorm. *in c. ſin. colum. penult.* & ibi quoque Ant. *de offic. deleg.* & Petrus de Anchar. *in conſ.158. ex nar-*

49 *ratis, col. fin.* & an jam condemnatus per laïcum ad relegationem efficiatur clericus, ſi illam frangat, an debeat per ſæcularem puniri, vide Vincent de Franc *deciſ.95.* Marc. Anton. Genue. *in praxi curiæ Archiepiſc. cap. 9. à princ.* qui negativè reſolvunt: facit Valaſc. *conſult.48. tom.1.* & quid è converſo ſi clericus relegatus efficiatur laicus ex identitate rationis; Franchis dicit puniendum à ſæculari. Contrarium tenet ex ſtylo Neapolitano Genuenſ. *ibi*, quod noſtri non eſt examinare nunc.

Unum tamen obiter (quia huc convenit) non omittam, quod licèt quoad appellandum ſententiæ conditionalis tempus ſtatim currat, non expectata conditione; tamen quoad alios affectus tempus non currit ante conditionis implementum, ut in pulchro caſu ſingulariter voluit Bald. *in leg. data, columna ante penultima, verſiculo ſed pone aliquis fuit, Cod. qui accuſare non poſſunt*, Tiraq. *de retract. lignag.§.1 gloſſ.10.n.54. ad fin.*

Et ex ſupradictis pariformiter univerſalis deducitur 51
regula, & concluſio, firmiſſimè tenenda: ut etiam in iis caſibus, in quibus juris permiſſione appellationi ejus defert, & ſit à judice deferendum, ſi ipſa appellatio minùs legitimè, minúſve ſolemniter, vel aliàs nulliter interponatur, cùm ut non interpoſita judicetur, delationem non meretur: & ejus virtute aditus ſupremus Senatus, vel vim non fieri declarat, vel non venire per ordinem, cauſaque judici iterum remitti jubetur: appellatio etenim, quæ juris ſolemnitatibus caret, vitiúmque nullitatis patitur, non dicitur appellatio, nec judicis juriſdictionem ſuſpendit, nec cauſat attentatum, aliſque omnibus juris effectibus evacuatur, notat Philipp. Franc. *in cap. ut debitus, num.47. de appellatione.* Guido Papæ *deciſione 213.* 52
ſtatuta, num. 6. & deciſione 436. de appellation. numero 21. & in conſilio 124. circa materiam, num.3. verſiculo ad ſecundum, & iterum idem Guido Papæ *in tractatu de appellation. quæſtione 12. n. 18.* Sebaſtianus Vantius *in tractatu de nullita. quando, & intra qua tempora, num.48. & in titulo de nullitate ex defectu juriſdictio. ordina. n.142.* Vitali. *in tract. de clauſul. in clauſul. nihil. novari appellatio. pendent. n.4.* ubi poſt Joann. Monachum *in cap. cupientes, §. dirigentur*, ſubtiliter, & eleganter poſuit Bald. *in conſilio 367. ad evidentiam, in princ. lib.1.* Stephanus Aufreri. *in addition. ad deciſion. Tholoſ. deciſione ultima, circa medium*, Socinus *in conſilio 45. viſa ſub numero 13. verſiculo 8. dubitatio, lib. 1.* Natta *in conſilio 606. approbo. lib.3. num. 3.* & Pariſius *conſil. 108. de bono jure, n.26. lib.1.* Joannes de Anania *conſil. 51.* Roman. *conſil 2.* Corneus *in conſilio 25. attentat. litera C. lib. 3.* & iterum *in conſilio 43. in hac conſultatione, poſt principium, eodem lib.* Ruinus *in conſilio 83. lib.5.* latè Manfred. *lib.2. practicar. concluſionum, ſuper attentat. concluſione 177.* proſequitur latè Lancel. Rober. *de attent.2.p.cap.12. limit. 52. à princ. & à n.205. & n.213.* Rota *deciſ.3. aliàs 11. fuit dubitatum, in ſecunda addit. in princ. de appellat. in novis*, Sigiſmund. Jofred. *in conſ.20. in cauſa notab. num. 13.* idem Manfred. *ubi proximè, concl.188.* Rota *deciſ. 30. aliàs 190. quoad revocationem, de appellat. in novis*, Porr. Immolen. *in conſ. 172. poſterioris, n.4. lib.4.* Cæpola *conſ.64. concl.1. in fin.*

Delatio enim ſupponit appellationem tanquam ſub- 53
jectum neceſſarium, & præciſum, & ubi deficit appellatio, judex nullo modo poteſt deferre, cùm deficiat hoc caſu cauſa materialis, ſuper qua delatio poſſet ſe firmare, ſi quidem qualitas ſine ſubjecto ſtare non poſſit, 54
l.2 ff.de uſufruct. cum ſimilibus, ita conſideravit Lancel. Robert. *de attent.2. p.cap.12. limit. 3. num.38.* & vide quæ nos *infrà, 3. part. cap.3. num....* appellatio enim nulla ſicut caret effectu ex ſupradictis, ita & nomine 55
appellationis evacuatur, *ut per lib.4 §. condemnatum, ff. de re jud. l. non putavit. §. non quæro, ff. de bonorum poſſ. contra tab.* latiſſimè proſequitur Tiraq. *in tr. de retract. ligna, §.1. gloſ.2. a n.5.* & Petrus Surdus *conſ.3. num.12. cum pluribus ſequentibus*, & iterum *in deciſione 122. à n.5.* multos citavi *infrà, 4.p.c.9 à princ. & ad finem*: non enim ſufficit, quod appellatio à jure permiſſa ſit in aliquo

aliquo casu, nisi & ipsa appellatio solemniter legitimè, & absque juris defectu proponatur, ex supradictis Doctoribus.

56 Et ex hac regula & conclusione inferri potest ad aliqua utilia usu frequentia. Et primò quod decem dies dati ad appellandum currunt sive à die notificationis, & intimationis sententiæ latæ, sive à die habitæ notitiæ, quæ notitia non sufficit, ut condemnatus sciat latam sententiam fuisse, sed requiritur, ut sciat quomodo fuisset lata, aut pro eo, contra eum, & donec hoc sciat, dicti decem dies ad appellandum non currunt. Speculat. *in titulo de appellat.* § 1. *vers. illud autem* 2. *fol.* 184. Rebuffus *in tractatu de appell. in præfatione, n.* 69. *art.* 1. *glos.* 1. *sub c.* 3. *fol.* 480. & 482. Cardin. Alexand. *in cap. personis* 4. *sub n.* 3. *ibi, nec sufficit ut sciat, de appell.* Felin. *in cap. quoad nos ulta, n.* 22. *vers. postremò circa cursum,* & clariùs *n.* 22. *versiculo duodecima conclusio, de sententia. & re jud.* Afflict. *in tractatu de jure promis.* §. 2. *n.* 4. *tomo* 17. *fol.* 7. & Vanc. § 7. *n.* 17. *fol.* 44. Maran. *in speculo,* 6. *p. actu* 2. *princ. tit. & quandoque appellatur. q.* 3. *princ. vers. limita, num.* 215. *fol.* 488. Natta *consilio* 51. *viso processu, n.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 348. *videtur* 1. *n.* 1. *& 2. lib.*

57 ubi quòd debet certificari de tenore, & qualitate ipsius sententiæ. Marc. Anton. Bald. *tractatu de temp. util. cap.* 3. *sub n.* 1. *vers. hoc autem, in fin. tomo* 5. *fol.* 212. & Doctores *tractatus de restitutione in int. q.* 69. *art.* 1. *n.* 2. *in fin.* Lanc. Robert. *de attent.* 2. *part. c.* 12. *limit.* 5. *n.* 158. & ideo donec potuerit habere copiam sententiæ, tempus ad appellandum non currit, Francus *in c. ex ratione* 8. *sub*

58 *num. n.* 2. *de appell.* & quando intimatio fit cum authoritate judicis, sufficit intimare, sententiam esse latam contra eum, licèt tenor sententiæ non inferatur, secùs verò, quando fit absque authoritate judicis, teste Natta *d. cons.* 348. *n.* 2. *in fin & n.* 3. 4. 2. quem referens sequitur Lancel. *limit.* 50. *n.* 160. *&* 161.

59 Et ita scientia, & notitia non præsumitur, nisi probetur per appellatum, cùm in dubio præsumatur ignorantia, & sic semper appellasse intra decem dies, à tempore habitæ notitiæ. Philip. Franc *in c. bonæ memoriæ* 51. *num.* 10. *de appell.* Rota *dec. is.* 55. *fuit. conclusum, in fin.* 3. *p.* 1. *diversorum,* Marquessan. *tract. de commissio.* 1. *p. de comm. appell. super diversis, c.* 28. *n.* 64. *fol.* 304. *in secunda*

60 *impressione,* quare absens, qui post viginti dies à tempore latæ sententiæ appellat, præsumitur appellasse infra decem dies à tempore scientiæ, quæ cùm non præsumitur, semper intelligitur stare intra dictos decem dies, dum sibi contrarium non probatur: latè prosequitur Escacia *de app. q.* 12. *à n.* 24 & tenet Bellam. *decis.* 349. *sicut præsumitur, n.* 1. Felin. *in d. c. quoad consultationem,*

61 *sub n.* 25. *versiculo secunda conclusio, in fin.* Menochius *in tr. de præsumptio l.* 2. *præsu.* 9 5. *versic. declaratur* 2. *n.* 7. & quod sufficit scientia alias absque intimatione. Lanc. *ubi proximè, de limit.* 50 *n.* 161. Franc. *in c. si quis sus. n.* 46. *vers. ulteriùs dubitatur, de appell.* & non sufficit noti-

62 tia ficta, & præsumpta prout est, quæ oritur ex intimatione ad domum, sed est necessaria notitia vera, ita Philip. Franc. *in d. c. bonæ memoriæ, n.* 21. *&* 22. Escacia

63 *ubi suprà, sub d. n.* 24. ubi aliud esse, quando ad sententiam quis quis fuit citatus ad domum, & postea intimatio sententiæ iterum facta est ad domum.

Sufficit tamen, quòd dum quis se præparat ad intimandam sententiam, adversarius, cui est intimanda, non vult audire, tunc alia intimatio non est necessaria,

64 ei enim tunc imputatur, ex quo per eum, & non per denuntiantem sterit, quominus intimatio fieret, Escacia *ubi suprà, num.* 34. per Philip. Franc. *in cap. fin.*

65 *num.* 47. *versiculo quid autem si quis, de appellat.* prout & generale est quòd quando quis non patitur, ut citatio ad eum perveniat, vel aufugiat, habetur pro citato: textus *in c. quoniam,* § *porro ut lite non contestata,* & voluit Cardin. Flo. post Eleaz. *in quæst.* 13. *in element. causam, de electione,* & ibi Barba. *columna* 12. *in pa vis, versiculo sed quid si tu vis,* Rebuff. *in tractatu nominationum, in* 4. *quæst. n.* 85. latè Tiraquell. *in tr. de retract. lignagi.* §. 1. *glos. num.* 105 qui etiam loquitur, quando quis ad legendum se præpararet, & intimandus continuò aufugeret, facit textus cum glossa *in leg. Labeo* 66 *scripsit. ff. de contrahend. emptio.*

Hinc cùm facultas appellandi non veniat ultrà dictos decem dies, & facta nulla sit ex supradictis DD. pariformiter appellationem emissam à falso procura- 67 tore, si dominus voluerit ratificare, facere tenetur intra dictos decem dies, alias ratificatio non valebit, ut post Innoc. tradit Millis *in reperto verbo ratificatio, vers.* 2. *fol.* 338. sentit Innocent. *in authentica hodie, n.* 4. *C. de appell.* consuluit Guido Papæ *cons.* 124. *circa materiam, sub num.* 7. *vers. ad sextum,* post Hostiens. Joan. Monach. & alios, per eum allegatos, & idem *in tract. de appell. quæst.* 8. *de appellat.* Socinus *cons.* 45. *visa appellatione, sub num.* 10. *versic.* 5. *probatur,* Corneus, *cons.* 292. *visi, colum.* 2. *lic.* 3. Lancelot. Robert. *de attenta.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 50. *à n.* 53. *& sequentibus,* Anton. Gomez. *tomo* 2. *variarum, c.* 11. *sub n.* 30. *versiculo* 1. *quod si quis appellavit,* per singularem textum *in leg. bonorum ff. rem ratam haberi,* ubi adducit plures similes, & valde practicabiles casus, & etiam videndus Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *glossa* 10. *à n* 87. *cum pluribus sequentibus, fol. mihi* 176.

Et adverte, quòd hi decem dies currunt procuratori 68 præsenti, vel cui facta est sententiæ intimatio, cum quo lis agitata fuit, etiam domino absenti & ignoranti, & si prædictus procurator infra illud tempus non appellet, præjudicat juri domini, & sententia transit in rem ju- 69 dicatam, licèt verum sit, quod si Procurator non est solvendo, succurritur domino per restitutionem in integrum, & tunc currit tempus à die notitiæ sententiæ ipsi domino, vel etiam ei succurritur, quando procu- 70 rator fuit in dolo latissimè per ampliationes, & limitationes prosequitur hunc articulum Lancel. Rob. *de attent. 2. p. c.* 12. *limit.* 50. *à n.* 88. *cum pluribus,* Escacia (post hæc scripta visus) *in tr. de appell. q.* 12. *à n.* 118. *cum sequentibus.*

Unam tamen cautelam in proposito non omittam, 71 quòd cùm terminus ad appellandum currat, etiam intactis interlocutoriis, qui incipit, putà, à rejectione exceptionis per processum ad ulteriora, & aliis tacitis interlocutoriis, sive expressis, in quibus, si volueris appellare extrà decem dies, petas à judice repositionem gravaminis, & à denegatione poteris appellare ultra dictos decem dies à tempore primi gravaminis, & interlocutoriæ, intra decè tamen dies à tempore denegatæ repositionis computandos, ut docet Paulus de Castro *in cons.* 334. *visa appellat. n.* 6. *lib.* 1. & est ex mente Millis post Paulum, Abb. & Anton. *in c. dilectus el.* 2 *electione,* tenet Lancelot. Robert. *de attent.* 2 *part. c.* 22 *dimit.* 50 *à n.* 66. & suprà facit Rota *decis.* 5. alias 29 *fuit dubitatum, de rescriptis in novis, quoad tempora,* ut per ipsum Lancelot. *ibi.*

Attende etiam, quòd hujusmodi decem dierum ter- 72 minus uniformiter procedit in omni appellatione, etiam extrajudiciali, quia qui uti hoc remedio appellationis voluerit in extrajudicialib us, debet illam omnino interponere infra dictos decem dies, text. expressus *in c. concertationi* 8. *de appell. lib.* 6. & ibi Anchara. *n.* 1. *notab.* 2. Abb. *in c. bonæ memoriæ* 51. *sub n.* 10. *differ.* 13. & Philip. Franc. *sub n.* 19. *vers.* 8. *de appell. com.* rursus idem Franc. *in cap. non sit Romana* 5. *versiculo ultimo nota, n.* 5. *& in c.* 1. *sub n.* 10. *versiculo sed dic notabiliter, de appell.* Minsinger *singul. observat. centu.* 3. *observatione* 11. *solum, sub num.* 1. Maranta *in Speculo,* 6. *part. actu* 2. *princ. titulo & quandoque appellatur. a.* 3. *princ. n.* 213. *in fin. fol.* 488. Rugin. *tract. de appella.* §. 2. *cap.* 3. *n.* 13. 15. *&* 16. Natta *cons.* 606. *n.* 2. Gondizalvus de Paz *in praxi,* 6. *p. tomo.* 1. *in proœm. 9, n.* 16. *fol.* 188. Escacia

de appell.q.22.n.115. ubi & bene reprobat Rebuffum, *tract. de appellat. in præfat. n.69.& 70. tomo.3. fol* 408. & Lancel. *de attentat. limit.* 50. *n.*137. & nos *alibi ſuo loco* diximus. Verumtamen excluſus ab appellatione gravatus in extrajudicialibus propter lapſum decem dierum, poterit recurrere ad remedium querelæ, ut bene declarat Franc. *in locis ſuprà proximè citatis*, & Eſcacia *d. n.*105. *ad fin.*

74 Et de pluribus aliis caſibus, in quibus poteſt, vel non appellari extra decem dies, exactiſſimè per ampliationes, & limitationes poteris recurrere ad Lancelotum *de attentat.2.p.c.12. limit.2.à n.*37. *cum multis ſequentibus*, & per Eſcaciam poſt hæc omnia ſcripta viſum) *in tractatu de appell.q.*12. *per totam.*

75 Ex alio etiam capite poteſt dici appellationem nullam, & minùs legitimam, eo ſcilicet; quòd non eſt interpoſita in ſcriptis: nam ſive ſit diffinitiva, ſive interlocutoria, niſi in ſcriptis emittatur, nulla redditur, ut de appellatione à diffinitiva probat Pract. Papien. *in forma appellatio. à ſentent. diffinitiva, in gl. in iis ſcriptis, num.*1. *fol.*414. Franc. *in c. cùm Eccleſia, n.*12. *de appel.* Guido Papæ *tract. de appell. concluſ.* 8. *n.*6. Nicellus *in tractatu concor. gloſſ. conc. fall.*69. *n.*110. *tomo* 18. *fol.*169. Lucas Pæt. *in practica capit. lib.*5. *cap.*1. *n.*1. Cæſar. Cont. *in repet. l. unica, limit.*25. *n.*4. *in fin. C. ſi de moment. poſſ.* Ruginel *tract. de appell. in præfat. n.*38. *fol.*6. loquendo de jure Canonico de communi teſtatur Franc. *in cap. ut debitus* 59. *q.*2. *princ. n.*11. *verſ.*2. *quæritur de appell.* de ſententia interlocutoria, ut pariter requiratur appellatio in ſcriptis, tenent Specula *in titul. de appell.* §. *qualiter autem, num.*1. *in fin. l.*2. *fol.*190. Philip. Franc. *in d.c. ut debitus, q.*7. *n.*16. *de appell. & in c.*1. *ſub num.* 5. *in ſcriptis, de appell. in* 6. & Lucas Pæt. *in pract. capit. l.*5.

76 *cap.*6. *num.*2. 3. & tam de jure Canonico, quàm civili procedere poſt alios dicit Eſcacia *de appell. q.*3. *num.*9. qui *n.*4 dicit poſt plures ab eo citatos, procedere etiam in extrajudiciali appellatione.

77 Hinc eſt, non ſufficiat, ſi condemnatus voce dicat, appello, ut putà; ad intimationem ſententiæ ſibi factam per tabellionem, & ipſe pro reſponſione dicat, quòd apppellat à dicta intimata ſententia, faciuque, & requirat notario, ut illam appellationem, reſponſionem in ſcriptis redigat incontinenti, quia non dicitur in ſcriptis facta appellatio, cùm aliud ſit quod quis teneatur appellare in ſcriptis, aliud verò quod appellatio voce facta, per alium redigatur in ſcriptis ita docet Jacobus de Aren. *in leg. preces, ſub n.*1. *ff. de re judic.* Philip. Franc. *in cap ut debitus* 59. *in* 2. *princ. quæſt.*3. *num.*12. *de appell. & in cap.*1. *ſub num.*10. *verſi ubi adverte, de appell. n.*6. Manſuer. *in additio. ad practic. Papien in forma appell. à ſentent. diffinit. in gl. in his ſcriptis folio* 415. Ruginell. *in tract. de appell. in præfatione, n.*38. *&* 39. optimè Eſcacia *de appell. quæſt.*4. *n.*5. qui dicunt ulte-

78 riùs, quòd hæc appellatio ut non legitimè interjecta non impedit executionem, nam ante omnia debet appellatio eſſe dictata, ſcripta, & data, atque præſentata, priuſquam notarius de ea ſit, vel eſſe poſſit, rogatus, & propterea meritò Eſcacia *ubi proximè*, poſt Angelum Areti. *in leg.*1. §. *fin. num.*11. *verſi ulo unum. tamen nota, ff. de appellat.* invehunt in errorem aliquorum notariorum, qui dicunt, ſe rogatos de appellatione in ſcriptis interpoſita, & dicunt parti, dabis eam poſtea mihi, &

79 ita ego multoties practicari vidi in hoc noſtro Senatu Galleco, tam in cauſis civilibus, & crimanalibus, quæ directò ad illum appellantur, in quibus paſſim declaratur, cauſam, & negotium non devolutum, quàm in his, quæ ad eundem trahuntur à tribunalibus Eccleſiaſticis per hanc viam violentiæ, in quibus quidem quotidie declarari ſolet, vim non fieri, causámque remitti iterum.

80 Quod & ex eo adjuvatur, nam etiam libellus appellationis non ſufficit dari, & porrigi appellationem coram tabellione dumtaxat; & non coram judice, quia talis appellatio necadmittitur, nec valida dicitur, ut teſtatur additio. Capellæ Tholoſ. *deciſ.*429. & tum pronuntiandum eſſe, nec devolutam, nec admittendam eſſe, ſecundum Rebuffum *in tit. de oppellat. artic ulo* 5. *gl. unica, num.*10. & pluries ita declaratum vidiſſe in tribunali hoc Galleco, teſtatur Gondizalvus de Paz *in prax.*6. *p. tomo* 1. *in proœm. ſub num.* 53. *fol.* 192. tum etiam quia de neceſſitate libellus appellationis debet porrigi coram judice à quo, ut probat text. *in clem.*1. *ibi coram ipſis, de app.* Rota *deciſ* 50. *de appell. in novis*, Innoc. relatus à Bald. *in cap. cùm olim, colum.*1. *de dolo, & contumacia*, & teſtatur communem opinionem Navarr. *in relect. c. cùm contingat, de reſcriptis in* 6. *cauſa muli num.*10. Peruſius *in c. fin. columna* 4. *de appellatio.* Paz, & Rebuffus *ubi proximè*, Gutierrez, *lib.*1. *practic.* 81
*quæſt.*102. *n.*1. *&* 2. non tamen eſt neceſſarium, quòd dictus libellus appellationis legatur, ſeu recitetur judici Franc. *in dict. c.*38. *cùm in Eccleſia, verſus finem, & cap. fin. n.*29. *de appell.* Papien. *in practica in for. appellatio. à ſent. diffinit. in gl. in his ſcriptis, num.*1. *in fin. fol.*414. Luca Pæ. *in tract. capitol. l.*5. *cap.*1. *n.*22. Ruginell. *in tract. de app. in præfatione, n.*40. plures adducit Lancel. *de attent.*2. *p. cap.*12. *limit.* 5. *à* 189. ſed ſufficit ſola præſentatio, & exhibitio appellationis in ſcriptis. Franc. *ubi proximè, d.c. fin. n.*29 *& in c. appell. n.*2 *eodem tit. appell. in* 6. vide quæ *infrà, c.*16. *hac* 2. *p. verſ & licet de jure in tribunali.*

Sed præfatæ noſtræ doctrinæ; quâ liximus, appellationem voce interpoſitam per condemnatum ad intimationem ſententiæ coram Tabellione, non eſſe vali- 82
dam, fortiter obſtare videtur; nam recognitio ſchedulæ privatæ facta per debitorem coram notario, aut Alguazello de commiſſione judicis, pro confeſſione facta in judicio reputatur, quæ executionem meretur, ut per *l.*6. *titulo* 1. *lib.* 4. *recopil.* dicit Gondizal. de Paz. *in prax.*5. *p. tomo* 1. *c.*1. *n.*24. *fol.*95. ergo idem dicendum venit in hujuſmodi appellatione.

Quoniam reſpondetur, longè diverſum eſſe unum caſum ab alio; etenim confeſſio non requirit ſcripturam, ſed tantùm, ut viva voce in judicio fiat, & cùm 83
Alguazellus, ſeu tabellio habeat à judice commiſſionem ad recipiendam illam debitoris confeſſionem, ut in judicio facta teneat: at verò noſtra appellatio non ſolùm requiritur, ut fiat coram judice à quo, ut deliberetur, an ſit illi deferendum, vel non; ſed requirit 84
ſcripturam, hoc eſt, ut in ſcriptis à parte præſentetur, & etiam coram judice in voce prorumpatur in judicio, non ſufficit ex ſupradictis Doctoribus, niſi ſit incontinenti, adhuc ſedente judice pro tribunali, & aliud eſt, quòd quis tueatur appellare in ſcriptis, aliud verò appellare in voce, & facere ut per alium in ſcriptis redigatur; ut *ſuperiùs* diximus, *verſ. Hinc eſt; ut non ſufficit, &c. à n.*77. & tabellio licèt. etiamſi de mandato judicis intimet ſententiam; non tamen ullam recipit 85
juriſdictionem, ſed nudum, & ſimplex exercet miniſterium, ut in caſu converſo de quo in argumentum diximus *n.*82. & ſupponit Pax expreſsè, quare meritò non obſtare, ſatis conſtat, & vide quæ nos *1.p.c.*2. *à n.*130.

Et pro nunc hæc tibi pro exemplis ſufficiant; ſi autem alios caſus requiras, in quibus appellatio illegitima, & nulla dicitur, latiſſimè & uſque ad refectionem 86
poteris videre Lancel. Rob. *de attent.p.*2. *c.*12. *limit.*50. *per totam*, Sigiſm. Eſcac. *in tract. de appell. quæſt.*4. *per totam, & quæſt.*12. *& quæſt.*5. *q.*6. *& q.*7. & Card. Tuſc. *pract. concl.*1. *lit. A, concl.*496. ubi ad plures alios concluſiones ipſe ſe remitti, de hujuſmodi nullitatibus appellationum tractantes, apud quos omnes, & alios per eoſdem allegatos, varios reperire poteris, & practicabiles caſus, quos mei non eſt tranſcribere, nos latiùs *infrà*, 3. *p. c.*9. *per totum* ubi multa.

CAPUT

CAPUT III.

Quando duo gravamina ita se habent, ut unum veniat in complementum, effectum, seu executionem alterius, si est omissum appellari à primo : an à secundo appellationi interjectæ judex non deferens vim faciat.

SUMMARIUM.

Pro delatione appellationis à gravamine effectuato, omissa tamen ab eo illato, recurri solet ad Senatum, n.1.

Appellatio si est omissa à judice mandante deferri juramentum parti, an ab ipsa delatione poterit appellari, num.2.10.11. & 17.

Opponens exceptionem, seu articulos admittendos, si omittat appellare à processu ad ulteriora, & postea instat pro admissione illorum à tacita, vel expressa rejectione, an poterit appellare n.3.

Ab interlocutoria si non est appellatum an à denegata ejus revocatione petita poterit appellari, n.4.

Contractus aliud est, aliud promissio de contrahendo, aliud promissio de profitendo, aliud ipsa professio, n.5.

Gravamina diversa diverso jure censentur, n.6.

Actus duo, ubi ita se habent, ut unus veniat in cõplementum & executionem alterius, si est omissum appellari à primo, non poterit appellari à secundo, n.7.

Actus secundus alterum ad effectum perducens, non est, qui gravat; sed primus, n.8.

Ab interlocutoria de admittendis articulis si non est appellatum, non potest postea appellari ab ipsa actuali admissione, n.9.

A delatione juramenti si non est appellatum intra terminum, non poterit postea appellari ab ipso actuali juramento, n.16. & 11.

Omittens appellare à sententia intra decendium, à citatione ad videndum se declarari, & denuntiari, non poterit appellare, n.12.

A censuris fulminatis per executorem executorialium in earum executionem non appellatur, licèt alias appelletur ab excommunicatione, n.13.

A captura in executionem rei judicatæ, aut obligationis in forma cameræ non appellatur, licèt aliàs licita sit à captura, n.14.

Appellari si non potest à prima sententia, ita nec à secunda idem continente, n.15.

Qualitas prioris actus gravantis, non secundi in ejus effectum gestus inspicitur ad appellandum, n.16.

Respondetur ad Gaill. in speciali casu loquentem de stylo, non de jure, n.17. & 18.

Sententia interlocutoria quoad judicem non transit in rem judicatam, quò minùs queat revocare, n.19.

A repositione gravaminis injustè denegata licet appellari, num.20.

Ita tamen quòd appellatur à causa gravaminis de præsenti, non de præterito, & sic ab ipsa denegatione, n.21.

Appellans à carceratione post decendium, debet allegare causam gravaminis de præsenti, non de præterito, n.22.

Promissio de vendendo obligat de futuro ad venditionem faciendam, n.23.

Effectus, & executio ejusdem non est ab illo diversa, sed respectu alterius sic, in 24.

1 EX vera ejus dificultatis resolutione, non parum aliæ ingentes evinci quidem possunt : contingit vicissim disputari inter litigatores, testes, probationes, articuli, & similia sint admittenda. Judex interloquendo, admittenda esse dicit, à quo gravamine pars omittit appellare, postmodum verò quando in effectum testes præsentantur, & probationes, ipsa pars gravata solet ab admissione appellare, & ob denegatam hujusmodi appellationis delationem ad supremum Senatum confugiunt, ut violentiam fecisse declaretur.

Et pro parte affirmativa, quòd vim faciat non deferendo, cùm appellatio legitima videatur, Primò quoniam si judex alteri parti deferat juramentum, licèt is contra quem juratur, statim non appellet intra decendium sed eo elapso, pars, cui delatum fuit juramentum, parata sit jurare, & tunc si pars gravata appellaverit ab hujusmodi delatione juramenti, appellatio recipitur, eique deferendum esse, testatur Minsinger. *singula. observ. centu.1. decisione 39. incipit quando à judice*, & eundem referens in proposito sequitur Lancelot. Robert. *in tractatu de attent.2. part.cap.2. limit.50. n.175. folio* 282. ergo sequitur evidenter, quòd licèt non appelletur à priori gravamine, poterit appellari à secundo, quod veniat in complementum, & executionem ejusdem.

Secundò, & pro hac parte pugnat; nam si quis opponat exceptionem, seu articulos, & petat admittendos, judex per processum ad ulteriora contrarium videtur pronuntiare, si pars omittat appellare intra decendium ab hac tacita rejectione, & gravamine, postmodum si institerit pro iterum admissione exceptionum, & articulorum, judex vel tacitè, vel expressè iterum illos rejiciat, poterit appellare ab hac ultima rejectione, etiamsi à prima non possit appellari, ob lapsum decem dierum, incipiendo ab illa priori, ita docet Paul. de Castro *in consil.* 334 *visa appellatione*, *num.6. lib.* 1. & iterum juvatur hoc argumentum ex eo, quod dicit, post Innocent. *in cap. fin de novo oper. nuntia.* Guido. Papæ *in tract. de appell. q.* 108. quòd si quis ab interlocutoria non appellet, sed petat tantummodo eam contrario imperio revocari, & judex illam non revocet, sed confirmet, ab hujumodi confirmatoria potest appellari, etiam post decem dies incipiendos, & enumerandos à die primæ interlocutoriæ, & quòd per talem interlocutoriam tota causa devolvitur ad judicem ad quem, qui poterit cognoscere de illa interlocutoria, quâ non fuerat appellatum : ergo in nostro casu idem dicendum est.

Tertiò, & ultimò urget, quoniam pronuntiare testes admitti debere, vel non, vel articulos admittendos, diversum gravamen est ab ipsa actuali admissione, postmodum facta, sicut aliud est contractus, aliud promissio de contrahendo, aliud est promissio de profitendo, aliud ipsa professio, ut per text. *in l. quod si nolit, versiculo illud plenè, ff. de adititio edicto, l. non omnes, §. si, ff. de re mili.* & ut in uno plures taceam, magnam doctrinarum, & Doctorum catervam congessit Tiraquell. *de retract. conventio. ad fin. tit. à num.* 42. *cum multis sequentibus.* ergo si sunt diversa gravamina, diverso jure censeri, & judicari debent, & de uno ad aliud non est facienda illatio, *l. naturaliter, §. ubi communi, ff. de acquir. poss.* quia à separatis non est facienda illatio, ubi etenim non datur identitas, non obstat res judicata, *l. & an eandem, cum sequentibus, ff. de re jud.*

His tamen non obstantibus, contrariam sententiam, & opinionem longè de jure veriorem esse existimo, imò, quò ubi duo actus ita se habent, ut unus veniat in complementum, perfectionem, effectum, seu executionem alterius, si non potest appellari à primo. puta; quia vel prohibitum est à jure, vel ob transitum in rem judicatam, quia lapsus fuerit terminus ad appellandum : pariter nec poterit appellari à secundo, quoniam primus est, qui gravat, non secundus, qui ad effectum perducit alterum, ita eleganter docet Bald. *in l. si cum exceptione, §. hac autem actio, ff. de eo quod metus causa,* Felin. *in capite quoad consultationem, n.14. ante fin. de sententia, & re judic.* Escacia *tractatu de appellat. quæst.17. limit.10.*

limit. 10 *num.* 11. & post Bald. & Felin. tenet Capicius *decisione* 1. *num.* 23. Lancel Robert, *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 53. *n.* 36. *fol.* 293. & iterum ipse Lancel. *ead. p. cap. limit.* 50 *n.* 118. *sequentibus*, Cæsar Contar. *in repet. l. uni C. si de monet. poss. lim.* 19. *n.* 16. optimè Escobar. à Meinez *in tract. de ratiociniis, c.* 33. *sub n.* 25. *post medium.*

Et ex hac doctrina rectè infert Paul. de Castro *in l.* 9 *ab executore* 4. *ff. de appellat. recip. num.* 2. quòd si judex pronuntiat articulos esse admittendos, & postmodum illos admittit actualiter, si non fuit (inquit) appellatum à pronuntiatione de admittendo, non poterit postea appellari ab ipsa admissione, cùm admissio sit executio interlocutoriæ prioris, & prima est, quæ gravat, non autem secunda, sequitur et á Ruginell *in tr. de appell.* § 2. *c.* 3. *n.* 83. & *n.* 267. & melius post alios, quos, ipse ibi citat, *in n.* 168. tenet etiam Sigismundus Escacia *in tr. de appell. q.* 17. *limit.* 47. *n.* 140. *fol.* 502. & ibi etiam *n.* 137. & ex eodem Paulo Castr. & notata *in c. dilecti, de renunciatione*, Joan. Ferrari. *in tr. de appell. c.* 5. *n.* 50. Ex eodem etiam fonte fluit, ut si judex deferat juramentum alicui ex litigantibus, si alter, contra quem
10 juratur, nó appellaverit ab hujusmodi interlocutoria, & gravamine delationis juramenti intra terminum decem dierum, & post illos pars parata sit jurare, ita ut ad effectum perducatur interlocutoria probationis juratoriæ minime poterit appellari ab hac admissione; quia est in executionem prioris, à qua quemadmodum non potest nunc appellari, quia extra terminum, ita nec ab admissione, ita tenet Escacia *in d. tractatu de appell. q.* 17. *limit.* 34. *num.* 8. Seraph. *in tract. de privil. jura privileg.* 102. *n.* 6. & 7.

Nec obstat Andreas Gaill. *in singula. observ. centu.* 1. *de-*
11 *cisio.* 39. *incipit quando à judice*, contrarium tenens in terminis, cui respondemus *inferiùs* ad repositionem primi argumenti.

Inde insuper ex nostra principali doctrina infertur,
1. quòd si judex tulerit aliquam sententiam, sive interlocutoriam, sive diffinitivam, cujus lapsi sunt decem dies, demum citat illum, cui officit sententia, ad videdum se declarari, & denuntiari tunc ab ista citatione, & monitione non poterit validè appellari post lapsum decem dierum, à die principalis gravaminis, & sententiæ, cùm ista veniat in illius executionem, ita consuluit Andreas Barba. *in consil.* 7. *visis dubiis, colum.* 2. *in princ. l.* 3. post Angelum, & alios per eum citatos, sequitur Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p.* 12. *limitat.* 50. *n.* 119. tenet etiam Nicolaus Gar. *de beneficiis*, 1. *part.* 1. *n.* 586. Cæsar. Con. *in repetitione, l. unicæ, lim.* 19. *n.* 20. Gallesius, ad formam Camer. oblig. *in* 2. *part.* 3. *princ. in c. reliqua de processu*, junctis iis quæ scribit *n.* 38. *& seqq. fol.* 361. Marquesia, *de commiss.* 13. *num.* 1. & vide omnino quæ latiùs in optimo casu dixi (aliis citatis Doctoribus) *infrà*, 4 *part.* 5 *quod inter se differunt*, *à n.* 68. *cum seqq. versiculo sed contrariam sententiam, & opin. &c.* ubi ali-
13 qua utilissima: ubi quòd licèt aliàs à censuris liceat appellari, non tamen à censuris fulminatis per executorem in complementum executorialium brevis, aut obligationis cameralis, quia ejus vestiuntur natura, & privilegio.

Et idem dicimus de captura, à qua licet aliàs liceat
14 appellari, tamen à facta in executionem rei judicatæ, aut brevis camæ, aut obligationis in formam camæ, minimè poterit appellari, sicuti nec à re judicata. Escacia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *n.* 160. & vide quæ nos 2. *p. c.* 5. *à n.* 37. *& sunà.* Ad quod etiam conducit, quod post Bald. tradit Felin. *in cap. quoad consultationem, n.* 14. *de re jud.* Quòd si à prima sententia
15 appellari non potest, nec etiam à secunda continente idem quod prima, Contar. *in uni. C. si dom. limit.* 16. Mugon. *de ipso e Lucens.* 48. *num.* 4. Gonzal. *regul.* 8. *gl.* 6. *sub num.* 183.

Et omnium ratio illa est potissimùm, quoniam iste actus, qui venit in complementum prioris: non est qui 16
gravat, sed prior; & sic ad appellationem interponendam ille prior actus, ejus qualitas, tempus, & natura (qui est causa gravaminis, super quo fundatur appellatio de necessitate *cap. cùm cessante, de appellat.*) inspici, & attendi debet, non iste secundus. Guido Papæ *consilio* 574. Corneus *consil* 71. *n.* 20. *lib.* 1. Felinus *in c. quoad consultationem, num.* 14. & 15. *de re jud.* Gradus *resp.* 16. *colum.* 1. *n.* 2. Rolan. à Valle *cons.* 34. *n.* 5. *in princ.* Rota *dec.* 100. *ex novem, p.* 1. *diversos.* & circa hunc articulum & principalem opinionem, & doctrinam multa adduximus *infrà, à part. c.* 1. *post princip.* quæ utiliter conducunt ad propositum.

Quibus sic suppositis, non obstant in contrarium 17
adducta fundamenta. Non primum deductum ex Andrea Gaill. quia loquitur de stylo Cameræ Imperialis, non tamen de jure communi, & ejus dispositione, ut eodem patet, & respondet Escacia *in tract. de appellat. quæst.* 12. *num.* 161. *fol.* 171. & eundem allegans Lancelotus Robert. loco, de quo in argumento *d. n.* 175. specialiter loquitur de dicto stylo Cameræ Imperialis, ut secùs sit de jure, prout ipse Lancelot. profitetur *eadem limit* 50. *num.* 118. *cum sequentibus, & lim.* 53 *n.* 36. *& eadem* 2. *p. cap.* 12. pro quo facit, quæ nos diximus hactenus.

Nec obstat secundum ex Paulo de Castro & Guido 18
Papæ, quoniam quando eorum assertio, & doctrina procederet absolutè, & sine limitatione, & scrupulo, de quo per Lancelotum Robertum *in d. tr. de attent.* 2. *part. c.* 12. *limit.* 50. *n.* 66. *cum sequentibus*, & iterùm *inferiùs, à n.* 158. tamen longè diversum est à nostro casu, quoniam illic non appellatur à secundo gravamine, veniente in executionem prioris, ut in nostro casu; sed duntaxat appellatur ab alio de novo illato à judice, eo quòd petita fuit repositio ejus gravaminis, quod ipse
19 poterat revocare, quia quoad ipsum judicem interlocutoria non transit in rem judicatam, quominus eam possit quandocumque reponere. & revocare contrario imperio, juxta text. *in l. quod si ffi. ff. de re jud.* ubi Jas. Tiraquell. & cæteris & Franc. Abb & omnes Canonistæ *in cap. cùm cessante, de appel.* Felinus *in cap. qualiter, & quando, de accusat.* & nos latè, *supra, c. præcedenti*, & ita
20 cùm injustè fu sset gravata pars, istéque petierit repositionem, judici jure permissam, à denegatione interponitur appellatio, licèt raperiatur extra decem dies à tempore prioris gravaminis, dummodo emittatur intra illos computandos à die denegatæ repositionis, in
21 tantum quòd iste appellans debet esse cautus, ut non appellet à causa, & gravamine de præterito, sed de præsenti tantùm, hoc est, à denegata repositione, ut in simili casu dicit Philip. Franc. *in c. ex parte tua* 47. *sub n.* 19. *de appell.* quem sequitur Escacia *de appell. quæst.* 12. *n.* 49 ubi postquam dixerunt, quòd à carceratione potest quandocumque appellari, etiam post decem dies, quia carcer semper, & continuo, ac quotidie grævet, limitant, ut non procedat, quando appellaret carceratus de præterito gravamine, sive allegaret causam gravaminis de præterito, quia tunc non posset appellare post
22 lapsos decem dies, & sic cautè debet appellari à causa gravaminis de præsenti: sic cum isthæc negata repositio non sit executio actualis prioris gravaminis, quia ipsa aliter fit; sed aliud & novum gravamen, ideo non officit nostræ doctrinæ, & resolutioni.

Nec obstat tertium, & ultimum *d. l. quod si nolit, ver-* 23
sic. illud plenè, ff. de edilit edict. l. non omnes § *fin. ff. de re milit.* 1 & Tiraquell. *de retract. conven. ad fin. tit. l. à n.* 42. quibus dicitur aliud esse promissionem de vendendo, alius ipsam venditionem, quia ipsa venditio obligat de præsenti, & promissio de vendendo obligat de futuro, hoc est, ad compellendum obligatum ad venditionem sibi faciendam, ut latè ipse Tiraquell. *ibi, num.* 24. post

alios;

alios: quia respondetur, quòd non, propterea unaquæque est diversa in se ipsa respectu illius effectus, quem de jure operatur, ac ideo executio ipsius obligationis de vendendo, non est aliud, quod ipsa promissio, quia executio est pars dispositionis principalis, quæ illi inhæret, secundùm ea, quæ exactiùs diximus *infrà*, 4. *part. cap.* 1 *post princ.* ubi aliqua (quæ, & utilia, & necessaria sunt) adduxi ad hujus capituli materiam, & ideo aliud est executio, effectus, seu complementum unius contractus sui ipsius & respectu ejusdem: aliud verò ipse contractus respectu alterius diversi, quapropter à separatis non fit bona illatio.

CAPUT IV.

Quando, & quibus casibus judex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ à carceratione, seu detentatione, ut qualis ea injusta sit, intelligatur: & quid ab ejus relaxatione.

SUMMARIUM.

Carceris attributa, num. 1.
Carcer est inventus ad custodiam, ut delicta non maneant impunita, n. 2.
A carceratione justa appellationi non deferentem vim non facere, decernit Senatus, n. 3.
A carceratione injusta, & minùs legitimè facta appellationi deferendum, decernit Senatus, n. 4.
Carcerationis gravamen continet damnum irreparabile per difficultivam, n. 5.
A carceratione injusta licet appellare interim reo manente in carceribus judicis à quò, donec superior aliud censeat, ibid. & n. 6.
Carceratio ex quot causis iniusta dicatur, n. 7.
Carceratio injusta est facta per judicem incompetentem, aut aliàs jurisdictione carentem, n. 8.
Carceratio ab incompetenti facta ad effectum remittendi suo judici non tamen cognoscendi, justa dicitur, n. 9. 10. & 11.
Carcerare potest judex incompetens ad effectum remittendi, etiam si non sit periculum in mora, n. 12.
Carcerare potest sæcularis judex clericum repertum in flagranti, vel in causa proxima ad delinquendum, & remittendum suo judici, n. 13.
Capi potest miles à judice ordinario ad effectum remittendi, n. 14.
Vicarius foraneus non est ordinarius, sed delegatus, n. 15.
Vicario generali quando censeantur commissæ causæ criminales, & aliæ requirentes, speciale mandatum, n. 16.
Vicarius foraneus licèt de causis criminalibus non cognoscat, tamen potest carcerare adhibita informatione ad effectum remittendi, n. 17.
A vicario foraneo carcerante clericum, ut remittat appellationi emissæ, Senatus vel non fieri, vel, remittendo no haze fuerça, &c. *decernit, n.* 18.
A carceratione facta per delegatum appellationi deferendum, declaratur, n. 19.
Carcerare potest delegatus, quando de fuga timetur, n. 20.
Carceratio per judicem non habentem merum imperium dicitur injusta, n. 21.
Carceratio est meri imperii, quo caret delegatus etiam post litem contestatam, n. 22.
Delegare potest Princeps causas meri, & mixti imperii, num. 23.
Imperii meri quot sint genera, & quæ delegabilia, n. 24.
Coërcitionem modicam quilibet delegatus, vel ordinarius recipit, n. 25.
Delegatoria sunt quæ competunt jure magistratus de jure civili, n. 26.
Causa meri, & mixti imperii de jure canonico delegari possunt, etiam per inferiorem à Papa, n. 27.
Carcerare non potest delegatus de jure civili cum limitationibus, secus de jure canonico, n. 28. 29. & 30.
Delegatus in civilibus an possit testem vacillantem torqueri, n. 31.
Et an tunc illum capere possit, n. 32. & 33.
Carceratio dicitur injusta facta à privato, n. 34.
Et quando quis incidat in pœnam privati carceris, n. 35 *remissivè.*
Carceratio dicitur injusta à judice Ecclesiastico laici sine brachio sæculari, etiam in causis, quibus de illo potest cognoscere, n. 36. & 37.
Judex Ecclesiasticus licèt in spiritualibus habeat in laicos jurisdictionem, intelligatur quoad excommunicationem, & remedia Ecclesiastica, non carcerem, nisi invocato auxilio, n. 38.
Carceratio in laicos per Ecclesiasticum absque auxilio dicitur injusta, & nulla, & recursus ad Regem legitimus, num. 39.
Et quibus remediis, ibid. n. 40. & 41.
Carceratio dicitur injusta facta per judicem habentem jurisdictionem super qualitate, de qua tamen non constat, num. 42.
Qualitas, qua defert jurisdictionem, ante omnia discuti, & probari debet, n. 43. & 44.
Jurisdictionis exercitium, ut attribuatur, satis est qualitatem in libello deducere, licèt de ea queat dubitari, num. 45.
Qualitas tamen illa si à principio negetur, debet constare summariè, plenè tamen, n. 46.
Concubinam clerici ut capiat Ecclesiasticus, si sit uxorata, debet esse concubinatus notorius, n. 47.
Judex sæcularis ut de concubinatu cognoscat, debet esse notorius, n. 48.
Carcerari non potest habens salvum conductum à Principe, num. 49.
Salvus conductus in epistola Principis habet vim legis, n. 50. & 51.
Captus sub salvo conducto ita debet in pristinum relaxari, ut amplius capi non possit, n. 52.
Captus in Ecclesia ita debet relaxari, ut iterum capi non possit, n. 53.
Relaxare obligatus debet captum ponere extra suum territorium in loco quo capi non possit, n. 54.
Et ut difficilis sit ejus persecutio, n. 55.
Salvus conductus infringitur per novum delictum, & etiam respectu antiqui, n. 56. & 58.
Princeps satis offenditur per delictum n. 57.
Clericus incarcerari non potest pro debito civili, n. 59.
Secundùm magis, & probabiliorem communem, n. 60.
Clerici non conveniantur, ubi à quàm facere possit, n. 61
Clericus pauper nec carceratur, nec bonis cedere cogitur sed cautionem juratoriam præstat n. 62.
Fructus beneficii sequestrantur ob debitum clerici, ut satisfiant creditores ad congrua præstanda clerico, n. 63.
Ludovici Gomesii opinio reprobatur, n. 64.
Clericus obligatus in forma Camera, an possit licitè pro debito incarcerari, n. 65.
Clericus ut gaudeat privilegio C. Odoardus, *debet esse in sacris, aut altari, seu ministerio Ecclesiæ deserviens, num.* 66.
Clericus pro debito ante ordinum susceptionem an possit carcerari, n. 67.
Clericus etiam in sacris pro debito potest capi, si subsit fugæ suspicio, & exportet res suas, n. 68.
Clericus ut reddat depositum potest incarcerari, n. 69.
Clericus justè capitur pro debito ex delicto etiam civiliter tractato, n. 70.
Clericum conductorem Regii vectigalis posse carcerari, & in carcere sæculari, n. 71.
Monachus pro debito civili capi non potest, n. 72.

Et

Et quid quando ingreſſus ſit religionem in fraudem creditorum, vel poſt ejus capturam, vel poſtquam jam petita ſit in eam executio, n.73. remiſſivè.
Advocatus Licentiatus, Doctor aut etiam Baccalaureus an pro debito civili poſſit incarcerari, n.74. & 75.
Et in Doctore, qui nec legit, nec advocationis officium exercet, n.76. & 77.
Tutor pro debito ſui pupilli capi non poteſt, n.78.
Tutor capi poteſt pro debito pupilli, ſi nolit exhibere illius bona ut fiat executio n.79.
Pupillus pro debito non poteſt carcerari, n.80.
Minor viginti quinque annis pubes an pro debito poſſit capi, num.81. & 82.
Mulier pro debito merè civili non carceratur, n.83
Mulier capi non poteſt pro debito publico, aut fiſcali, numero 84.
Mulier ſuccedens laico pro debito fiſcali an capi poſſit remiſſivè, n.85.
Mulier ratione tutelæ incarcerari non poteſt, n.86.
Mulier pro debito deſcendente ex delicto capi poteſt, n.87.
Mulier meretrix & perſonaliter in judicio comparet, & pro debito carceratur, n.88. & quid in meretrice maritata, n.89.
Mulier non cogitur perſonaliter in judicio comparere, ſed per Procuratorem, n.90.
Et quid quando judicium abſque illa exerceri non poteſt, num.91.
Mulier proferendo teſtimonio in cauſa criminali perſonaliter comparere cogi poteſt, n.92.
Capi non poſſunt, qui inviti non vocantur in judicio, & quales ſint, n.93.
Capi non poſſunt, qui ultra quàm facere poſſint, non tenentur, num.94.
Capi non poſſunt pro debito, qui per infortunium, naufragium ſeu incendium bona ſua amiſêre, n.95.
Ruſticus quo tempore capi non poſſit, n.96.
Nobilis pro ære alieno non incarceratur, n.97.
Nobilis conductor vectigalis pro debito carceratur, n.98.
Carcerari non debet graviter infirmus, etiam pro delicto, num.99. etiam pro debito civili, n.100.
Vulneratus non carceratur, ſed præſtat fidejuſſores, alias cuſtodias ei opponit judex ſuis expenſis, n.101.
Incarcerari nequit die feriato ob honorem Dei pro debito civili, n.102. & quando pro delicto, n. ſeq.
Debitor ſuſpectus de fuga carcerari poteſt, n.103.
Hæres durante tempore conficiendi inventarium capi non poteſt n.105. qui ultra inventarium tenetur, ſi bona in eo contenta abſcondat, ibidem.
Hæres obligatione quoad factum perſonale, quâ tenebatur defunctus, capi non poteſt, n.106.
Debitor habens literas dilatorias à partibus, vel à judice, intra illum terminum capi non poteſt, n.107.
Dilatio & mora à judice quando debitori dari poſſit, numero 108.
Literarum dilatoriarum debitoribus conceſſarum qualis ſit effectus, n.109. & n.110.
Creditorum major pars ſi inducias det debitori, interim non carceratur, n.111.
Literæ dilatoriæ generales an intelligantur in debito jurato, & debitis fiſcalibus, & debitis privilegiatis & an extendantur ad fidejuſſores affixati, n.112. remiſſivè.
Confugiens ad locum, quo jure, vel conſuetudine capi non poteſt, relaxandus eſt, n.113.
Captus in Eccleſia eidem relaxatus reſtituitur, ibidem, & num.114.
Ab Eccleſia extrahens deliquentes publicè excommunicatur, & omnia reſtituere tenetur, & vim facere declarat Senatus, ibid.
Clericus ab Eccleſia invitus extrahi non poteſt, ſicut nec laicus, n.115.
Ab Eccleſia plures particulari ratione extrahi, & capi poſſunt, n.116. remiſſivè
Immunitate Eccleſiæ ſententia non gaudentes ſi appellent ab extractione, vim non fieri, decernit Senatus, n.117.
Captus in Eccleſia an ſit detinendus in carcere, interim dum quæſtio ſuper reſtitutione ad illam, decidatur, n.118.
Immunitati Eccleſiæ an invitis rectoribus ejus poſſit aliquis renuntiare, n.119.
Carceratio dicitur injuſta ſi fiat in carcere obſcuro, & atrato & quando ita dicatur, n.120. & 121.
Carceres ſubterranei dicti, Suetanos, *ob quæ, & quando ſint prohibiti, ibid.*
Carcer ita eſſe debet, ut carceratus pœnam non patiatur, num.122.
Carceratus quando poſſit detineri in vinculis ſimul, n.123.
Salvus conductus quando tempore, & locis duret. n.124.
Carceratio injuſta dicitur ratione ordinis non ſervati, n.125.
Cauſa civilis à captura incipi non poteſt, niſi debitum ſit ex re judicata, n.126.
Capturam pro debito debet præcedere citatio, cauſæ cognitio, & ſententia tranſlata in rem judicatam, n.127.
Ante capturam quod non eſt deductum, non poteſt deduci ad ejus juſtificationem, ibid.
Debitor captus omiſſo juris ordine an ſit relaxandus, ſi vere debitor apparet, n.128.
Carceratus pro debito falſo, an poſſit pro vero detineri, n.129. & 130.
Debitor ex publico inſtrumento non carceratur, niſi habeat clauſulam guarentigiatam, & ſit liquidum, n.131.
Capturam debent præcedere legitima indicia, n.132.
Indicia ad capturam qualia legitima ſint, n.133.
Indicis arbitrium circa capturam debet ſubjacere juris regulis, n.134.
Captura ante informationem, & teſtium receptionem in ſcriptis, eſt injuſta, n.135. & ſeq.
Ad capturam in delictis gravibus, & pœnam corporis afflictivam habentibus levia indicia ſufficiunt, n.137.
Informatione non recepta in ſcriptis, ſed extrajudiciali, non poteſt in quolibet delicto ad capturam procedi, n.138.
Niſi tribus concurrentibus, quia tunc cum extrajudiciali informatione capi poteſt delinquens, n.139.
Quod procedit, ſi procedatur ex officio, ſecus ſi procedatur ex querela partis, niſi duo tunc concurrunt, n.140.
Confeſſio vulnerati graviter quando ſufficiat ad capturam delinquentium, n.141.
Captus pro uno debito, quando poſſit pro alio recommendari, n.142.
Obligatus realiter duntaxat non tamen perſonaliter, carcerari non poteſt, n.143. & ſeqq.
Hypothecans pro alio rem ſuam, & non perſonam, dicitur debitor reſpectu rei exhibitæ tantùm, n.144. & 145.
Actio perſonalis limitata ad capturam non extenditur, n.146. & 147.
Praxis hodierna tabellionum, y me obligo con mi perſona y bienes, *unde ortum habuit, n.148.*
Caſus de facto refertur, quo executor ſententiæ, quâ dicebatur, capi bona, proceſſit ad capturam perſonæ, & vim facere decrevit Senatus aditus per viam violentiæ n.149
Obligatus realiter tantùm tunc capi poteſt, ſi bona deſierit poſſidere dolosè, n.150.
Ita ſi rem attrivit, vel conſumpſit, n.151.
Carceratio injuſta dicitur ratione rei, & cauſæ, n.152.
Captus pro delicto non infligente pœnam corporalem, relaxandus eſt ſub fidejuſſione oblata, n.153.
Aliàs appellationi eſſe deferendum decernit Senatus aditus per viam violentiæ, n.154.
Clericus captus pro delicto non infligente pœnam corporalem ſub fidejuſſoribus relaxantur. n.155. & 156.
Captus pro delicto merente pœnam corporis afflictivam etiam ſub fidejuſſoribus non relaxatur, n.157.
Quod etiam obtinet in clericis, n.158.
Delictum enorme in clerico quale dicatur, n.159.
Clericus non relaxatur ſub fidejuſſoribus, ubi habet locum de poſſeſſionis pœna. n.160.

Clericus

Clericus captus non relaxatur si crimen habeat pœnam corporalem, vel delictum sit grave, n. 161. & 162.
Clericus non relaxatur captus pro delicto, in quo jure civili etiam sub fidejussoribus non relaxatur, n. 163.
Captus pro delicto, quo est appositum exilium, an sit relaxandus, n. 164.
Qui teneant partem negativam, ibid.
Pœnam exilii esse corporis afflictivam, qui teneant, numero 165.
Et quid jure regio, & canonico servandum, n. 166. & 167.
Captus pro delicto; cui apponitur pœna indignationis principis, an sit sub fidejussoribus relaxandus, n. 168.
Captus pro delicto exigente pœnam palinodiæ, non est sub fidejussoribus relaxandus, n. 169.
Palinodiæ pœna non potest exequi in absentem, sed in personam, n. 170.
Palinodiæ pœna clericus sicut nec nobilis non plectitur, num. 171.
Causa omnis tangens famam dicitur gravis, n. 172.
Palinodiæ pœna est infamatoria, ibid.
Indiciatus ad torturam sive in civilibus, sive in criminalibus non est sub fidejussoribus relaxandus, n. 173.
Tortura quando potest dari ad eruendam veritatem à testibus etiam in causis pecuniariis, carceratus non est sub fidejussoribus relaxandus, n. 174. & 175.
Carceratus pro crimine falsi, etiam ubi est pœna pecuniaria, non relaxatur sub fidejussoribus, & quid de jure canonico, n. 176.
Captus in flagranti, etiam ubi pœna est pecuniaria, non relaxatur sub fidejussoribus, n. 177.
Et quid in reperto de nocte cum armis, n. 178.
Confessus delictum etiam in pœna pecuniaria an relaxetur sub fidejussoribus, n. 179.
Et quid in solo convicto licet non sit confessus, n. 180.
Condemnatus reus non relaxatur sub fidejussoribus, sed solutione liberatur, n. 182.
Condemnatus ad rem, vel possessionem tradendam, non liberatur præstando fidejussores, n. 182.
Condemnatus ad pecuniam appellans relaxatur, si deponat pecuniam, c. 183. & 184.
Condemnatus ad pœnam pecuniariam appellans quando sub fidejussione, aut depositio sit relaxandus hodie ex Bulla Pii. V. n. 185.
Captus non relaxatur sub fidejussoribus, quando causa in termino est determinationis, si huc usque detulit fidejussores præstare, n. 186.
Captus etiam pro delicto corporis pœnam afflictivam merente relaxatur post conclusionem, si ex actis appareat de ejus innocentia, n. 187.
Reum sine fidejussoribus relaxatum tempore ferendæ sententiæ potest judex in carcerem revocare, n. 188.
Carceri se offerens an debeat sub fidejussoribus relaxari, num. 189.
Pœna corporalis quando veniat in defectum pecuniariæ, an reus sit sub fidejussoribus relaxandus, num. 190. 191. & 192.
Pœna ubi relicta est arbitrio judicis, an captus sub fidejussoribus sit relaxandus, & quando non, n. 193.
Reus confugiens à carcere non est sub fidejussoribus relaxandus, etiam ubi aliàs relaxaretur, n. 194.
Aufugiens ad superiorem non dicitur carcerem, homagium, aut juramentum frangere, quia talis fuga non est punibilis, n. 195.
Illustris etiam in quolibet delicto, vel multum dives, & aliàs nobilis, quando sit relaxandus sub fidejussoribus, vel custodibus, vel domus, palatium, civitas pro carcere sit assignanda, vel quando sub juratoria cautione, n. 196. remissivè.
Captus quando sit relaxandus sub fidejussoribus commentariensibus, n. 197. remissivè; & 198. ubi de praxi.
Debitor adjiciendus creditori torque ferreo, an sit sub fidejussoribus relaxandus, n. 199. & 200.
Captus pro delicto casu commisso, an relaxandus sub fidejussoribus, ibid.
Pœna verberum, aut fustigationis an permittat relaxationem sub fidejussoribus, n. 201. & seq.
Infamia sola de per se non admittit relaxationem fidejussorum, n. 202.
Pœna dicta de verguenza, est corporis afflictiva, n. 203.
Pœna mitræ, quam solet apponere judex Ecclesiasticus, est corporis afflictiva, n. 204.
Pœna perpetui carceris dicitur corporis afflictiva, & an de jure civili, aut Regio imponi possit, n. 205.
Pœna carceris, quibus casibus jure Regio imponi potest num. 206.
Pœna carceris quando imponitur sub fidejussoribus, reus non relaxatur, n. 207.
Pœna candentis ferri appositionis apponenda secundò nubentis vivente uxore relaxat sub fidejussoribus, n 208.
Et hæc pœna jure canonico locum habet, n. 209.
Judex Ecclesiasticus pœnam infligentem membri mutilationem, vel sanguinem, non potest imponere, aliam tamen pœnam corporalem bene imponere quit, n. 210.
Fustigationis pœnam imponit judex Ecclesiasticus, ibid.
Exilii pœnam judex Ecclesiasticus imponit, n. 211.
Item detrusionis in monasterium, ibid.
Item, & perpetui carceris, & de aliis, ibid.
Pœna suspensionis ab officio, seu beneficio non admittit relaxationem sub fidejussoribus, n. 212.
Carceratio etiam pro delicto corporis pœnam afflictivam merente relaxatur, si sit graviter infirmus, & commodè in carcere non quit curari, n. 213.
Et quando secus, n. 214.
Et quid si infirmus non habet fidejussores, vel minùs idoneos, & sit incarceratus pro delicto civili, n. 215. & 216.
Fidejussores sub quibus sit carceratus relaxandus, obligandi erunt repræsentare reum, stando juri, ac judicato solvendo, n. 217.
Fidejussor ad relaxationem ob innocentiam, de qua constat, sufficit obligari de repræsentando, n. 218.
Fidejussorem, si reus non inveniat, & pignus offerat, est audiendus, cum melius consulatur fisco, n. 219.
Fidejussores si non invenit carceratus, non relaxatur, n. 220.
Fidejussores dandi sunt in loco judicii, nisi ibi non reperiat, quia alibi recipiuntur; dummodo in loco subjecto judici, num. 221.
Fidejussores non habens, quando sub cautione juratoria relaxatur reus de consuetudine, n. 222.
Relaxatus à judice simpliciter dicens sub fidejussoribus, ad quid isti teneatur, n. 223.
Fidejussores, si non recipiantur, tabellio & judex quando parti teneatur ad interesse, n. 224.
Fidejussor non potest obligari pro pœna corporali, quia non est dominus membrorum suorum, n. 225.
Reus eadem causa, quâ in prima instantia non relaxatur, vel relaxatur sub fidejussoribus, pariter & in secunda, & ulterioribus, n. 226.
Carceratio, ubi à jure admittitur, appellatio licita non est, num. 227.
Appellatio ab injusta incarceratione quandocunque etiam post decendium admittitur, n. 228.
Carceratio, cùm quotidie gravet, semper carceratus dicitur esse intra decendium, n. 229.
A carceratione ex eadem causa, & ab eodem judice, non-nisi semel licet appellare, n. 230. & 231.
Carceratum esse legitimè, ubi est declaratum, debet carceratus appellare ab hac declaratione infra decem dies, n. 232.
Carceratus in appellatione à carceratione injusta ex una causa, si succumbat; poterit postea ex alia appellare, iterum ab ipsa carceratione, n. 233. & 234.
Relaxatus sub fidejussoribus de solvendo, vel redeundo ad carcerem, non appellat à carceratione, n. 235.
Carceratus pro causa sui natura inappellabili; ut pro executione rei judicatæ, non potest appellare, n. 236.

*A carceratione appellans post decem dies debet allegare causam gravaminis de præsenti non de præterito, n.*237.
Relaxatio carceris an suspendatur per appellationem, numero 238.
*Contrariorum eadem est dispositio, n.*239.
Carceratio non suspenditur per appellationem à reo interpositam, n. 240.
*Jus idem est in actu consiendo, quod in destruendo, n.*214.
A relaxatione excommunicationis, non licet appellare, numero 242.
Relaxationem carceris suspendi per appellationem, imò vim fieri declarandum, defenditur, n. 243.
Ab articulo præjudiciali causa principali licita est appellatio, n. 244.
Prohibitam qui dicit appellationem, tenetur probare, ibid.
Carceratio justa à principio, pariter & in causa appellationis ab ea, n. 245.
Relaxationis carceris revocatio per superiorem fuisset illusoria, si relaxatus reus fuisset, appellatione pendente, & aufugisset, n. 246.
Ratio quæ vincit regulam contrariam, multò fortiùs eam, quæ pro ratione facit, n. 247.
Ratio prohibendi appellationem à captura durat, & in ejus relaxatione, n. 248.
*Excommunicationis absolutio non suspenditur per appellationem, quia periculum est in mora, carceris autem relaxatio trahit periculum in festinatione, n.*249 & 250.
A relaxatione carceris appellationi nisi deferat judex vim facere, decernit Senatus, n. 251.
Quæ doctrina limitatur in relaxatione carceris facta per suprema tribunalia, quæ non suspenditur per appellationem, num. 252.
Relaxatio rei ob innocentiam non suspenditur per appellationem, n. 253.
Decretum Senatus, quo vim fieri decernitur ob non delatam appellationem ab injusta carceratione, an arrestet judicem deferre & simul relaxare reum à carceribus, n. 254.
Appellatio à mandato de capiendo non suspendit capturam faciendam, n. 255.
*Captura post appellationem à mandato de carcerando tendit in faciliorem causæ expeditionem, n.*256.
Gestum in faciliorem causæ expeditionem non venit ut attentatum revocandum, n. 257.
A carceratione injusta appellationi deferendum decernit declaratio Cardinalium, reo tamen interim manente in carcere judicis inferioris, n. 258.
Appellatio à carceratione jam facta illam non reddit attentatam, quo ea pendente reus relaxatur, n. 259.
Condemnatus jam, an & quando est relaxandus appellans, num. 260.
Natura appellationis est omnia in præsenti statu conservare, num. 261.
Gestum præcedens appellationem, & ejus tempus ad appellandum, non dicitur attentatum, n. 262.
Relaxatio carceris appellatione pendente est attentatum, num. 263.
*Provisio Regia, & ejus decretum non comprehendit in repositione, nisi attentata injustè facta, n.*264.
Carceratus appellans si virtute Regii decreti relaxaretur, interim de nihil serviret deferre, cùm appellatio gravamine cessante evanescat, & sic nihil superiori relinqueretur cognoscendum, n. 265. 266. & 267.
*Gravaminis cognitio, & revocatio pertinet superiori Ecclesiastico, non autem Senatui Regio, cui tantum spectat determinatio super vi, & delatione, n.*268. & 269.

CUM ille, sepulchrum vivorum, qui in omnibus mortui videntur, consummatio bonorum, consolatio inimicorum, & experientia amicorum, species torturæ, mortis similitudo, mala mansio, purgatorium hujus vitæ, & locus horribilis, carcer, tum propter privationem conversationis, 1 tum etiam propter squalorem, & immunditiam, quæ in carceribus reperitur, assignetur à jure delinquentibus, ut ibi detenti custodiantur, ne fugientes sui facinoris condignam pœnam possint evitare; nempe delicta maneant impunita, *l.* 1. *& toto titulo ff. & C. de custodia reorum*, & omnes criminalistæ: quapropter si justè à judice facta sit carceratio, eo quòd est mera interlocutio, à jure permissa, & causæ necessaria, si ab ipsa per carceratum emittatur appellatio, non cogit Senatus judicem Ecclesiasticum illam deferre, quia vim non facit, imò sibi causa remittenda est, cùm & jus delationem neget, nec tunc gravat carceratio, ita tenet Philip. *in c. super eo, el.* 2. *de appellat. in c. ex parte, el.* 1. *col.* 2. *eod. tit.* & Zerola *in praxi Episcopali*, 1. *p. verbo appellatio, in a.* 6. *versiculo ad primum dicitur quod non*, & alibi passim per Doctores, argumento text. *in l. ante sententiæ tempus, C. quorum app. non recipi.* & Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.*20. & ea, quæ in ejus declarationem adduximus *suprà, p. c.* 1. *in princip.* Camp. *div. jur. rubr.* 11. *cap.* 13. *n.* 312. 2

Quæ doctrina tunc vera est, & indubitata, quoties- 4
cunque carceratio justa est, & debitis solemnitatibus facta sit, non tamen quando injusta est, quia tunc meritò suprema tribunalia vim fieri declarant, si judex justæ huic appellationi non detulerit, quia continet damnum irreparabile, ita censuit declaratio Cardinalium circa *d. c.* 20. Conc. Trid. *d. sess.* 24. *de reform. c.* 20 *vers. ab ista reparari nequeat*, ibi: Intelligitur etiam de gravamine indebitæ carcerationis, & ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & fieri processum: interim tamen reo remanente in carceribus, donec judex appellationis causâ cognitâ aliud jusserit.) Hactenus de declaratione: & idem decisum fuit per interpretes Concilii Trid. 4. *p. dec. novissimarum*, quæ cum declarationibus Cradinalium sunt *dec.* 224. *dec.* 87. ibi: Congregatio 5
Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellationem à diffinitiva reparari nequeunt, ideoque ab eo ante diffinitivam appellare licere ex decreto *c.* 20. *circa principium*: & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & fieri processum transferri ad judicem appellationis; interim tamen reo remanente in carceribus; donec judex appellationis causa cognita aliud jusserit, &c. Vide igitur injustam carcerationem causam præstare appellationi, ut ex pluribus Anton. Gomez 3. *tomo, varia. cap.* 10. *num.* 10. uterque Barbosa, alter *in l.* 2. *in princ. parte* 2. *num.* 33. alter verò *in rem ff. ad Trid. sess.* 24. *de reformat. cap* 20. *n.* 10. Caldas Pereira *in l. si curatorem habens, verbo per quod, num.* 31. Soarez, & Donat. à Fin *tomo* 2. *communium opinionum lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 2. Mainard. *decis.* 25. *lib.* 2. Aloysi. Ricci *in collect. decis. p.* 3. *colum.* 542. *vers. primo.* Prosp. de Aug. *in additio. ad Quarant. in summa Bullarii, verbo Archiepiscopi authoritas, vers.* 18 *authoritas, n.* 20 *littera H. pag.* 64. & 7. ubi refert prædictam Cardinalium congregationem, Franc *in c. super* 12. *n.* 2. & 3. *eod. de appell.* Bal. *in l.* 2. *vers. sed incidenter, n.* 6. *C. de Episc. audien.* Ang. Areti. *in l.* 2. *n.* 27 *ff. appell. vers.* & idem Angel. *in tr. de maleficiis, verbo præsente dicto Caja, n.* 16. *vers. quæro an app.* Guido Papæ *tr. de app. q.* 30 *n.* 29. *tom.* 5. *fol.* 58. Lanc. *tr. de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim.* 33. *n.* 4 qui quidem, & alii plurimi affirmant, & Camp *ubi suprà*, ut quando à carceratione propter injustè factam, putà, appellatur, ei deferendum sit; reo tamen in carcere 6
manente, donec superior aliud præcipiat, ad cujus delationem, & judicem omnino teneri, quapropter ut in hoc nullus decipiatur, diligenter festinandum, & declarandum est, quibus casibus carceratio injusta sit, in ejus appellatione vim judex facere dicatur, de quo vide post alios Marq. *de com. l. p.* 12. *n.* 53. Dueñas *reg.* 52. *limit.* 1.

Et ad majorem claritatem, & distinctionem captura 7
dicitur injusta, aut ratione jurisdictionis, aut ratione personæ, aut ratione temporis, aut ratione loci, aut

ratione

ratione ordinis non ſervati,aut ratione cauſæ,& rei,de qua agitur,quorum vera,& exacta cognitio tibi advocato,& honorem,& lucrum , hoc in miniſterio noſtro
8 degenti in tribunalibus ſupremis præſtabit. In priori igitur,quoad primum dicitur injuſtus carcer,ſive in eo detentatio ratione jurisdictionis,& ſic ille,qui non habet jurisdictionem,vel eam habet, ſed eſt incompetens judex,carcerare non poteſt ; quod ſi fecerit,carceratio ab ipſo decreta,& invalida, & injuſta reputabitur , ita conſuluit Bald.*conſ.*285. *vol.*1.*col.*1.*& conſil.*318.*col.*4. *& in c. causã matrimonij, circa fin.de off.delegat* Proſper. Farin.*in praxi crimi.lib.*2.*q.*27.*n.*3.adeò ut faciens carcerare aliquem per judicem incompetenten , perdit cauſam,ſecundùm Paridem de Puteo *in tract.ſyndic.verbo captura,c.*5.*n.*6.*fol.*128.Socinum *conſ.*99.*col.*2.*vol.*3. Decianum *conſ.*75.*col.fin.* Ananiam *conſ.*55.*colum.*2.& ibi Bolognin.Doctores Curt. Juni. Purpu. & Jacob.de S. Georgio *in l.magiſtratibus , & in l.cui juriſdictio ff.de juriſdict. omni. jud.* Curt. *in tract. de ſequeſtr. q.*27. *Jaſ. in §.*1.*n.*95.*inſt.de actionibus, & in l.*2.*col.*6.*in fin.verſic. nota tamen diligenter,ff.de juriſd.omn. jud.*Roch. Curt.*in c.at ſi clerici.in* 3.*nota de judi.*Roland.*conſil.*65.*n.*6.*verſiculo ſed præmiſſis non obſtan.vol.*3. quæ communis opinio eſt ſecundùm Bonacoſam,de qua tenetur *in* 1.*p.ſuarum communi.opinio. verſic. captura ad hoc, in fin.pag.*19. *colum.*2 ſecundùm quorum intelligentiam , & doctrinam appellationem juſtam eſſe conſtat,vimque fieri à non deferente,eo quòd detentatio injuſta eſt.

9 Quæ tamen regula licèt in ſe vera ſit , non tamen ita procedit,quando judex incompetens aliquem caperet,non ad effectum cognoſcendi de ipſa cauſa, ſed ad remittendum captum ſuo judici competenti,quo caſu, cùm nec poſſit de incompetentia judicis allegari , & opponi juſta meritò dicitur carceratio,ut notat Bart.*in d.l.magiſtratibus,* 1. *q.* receptus communiter ibi cæteris Doctoribus, qui dicit municipales magiſtratus non ha-
10 bentes poteſtatem cognoſcendi cauſas majores,in quibus corporis , ac ſanguinis pœna imponitur de jure, poſſe delinquentes etiam majori,& corporali pœna dignos, incarcerare , & ad majorem remittere judicem,
11 text *in §.judicem,in auth.de defensoribus civi.collatione* 3.qui quamvis loquatur in defenſoribus generaliter , intelligendus tamen eſt in omnibus judicibus , ut tenet B.*in d.l.magiſtratibus,* ubi Purpu. n.8.& 9.qui ampliat,etiamſi non ſit periculum in mora,*ff.de juriſdictione omnium ju-*
12 *d.* idem B.*in l.ſi quis in ſervitute, ff. de ſortis,* per text. *in l.fin.ff.de offi. præfecti vigilum,*Boërius *d.deciſ.*215.*n.*34.*ad medium,verſ. & ſic,Dominus de Caſtellario.* Proſper. Farin.*in* 3.*tomo pract.crimi.q.*27.*n.*5.ubi adducit ſimile de
13 judice ſæculari carcerante clericum deprehenſum in flagranti, ſcilicet,vel cauſa proxima ad effectum illum remittendi ad judicem ſuum Eccleſiaſticum,de quo per
14 ipſum *in* 1.*tomo,q.*8.*à.n.*116.& Bobad.*in Polit.l.*2.*c.*...& facit etiam,quoad de milite delinquente dicimus,captoque à judice ordinario ad effectum illum remittendi ad ſuum judicem militarem,juxta text.*in l.de militibus, & l.non dubium,*& ibi gloſſ & communiter Doctores,*ff de cuſtodia reorum.*

Ex quibus etiam inferri poteſt ad vicarios foraneos,
15 judices non ordinarios,ſed delegatos ad univerſitatem cauſarum,ut ex aliis dicit Zerola *in praxi Epiſcopali,*§. *vicarius,*1.*p.verſic.*2.juxta gloſſam *in clem.*2.*verbo foraneo,de reſcriptis,*& ea,quæ ibi communiter Doctores,& quod not.*l.*1 § 1. *ff. quis , à quo appellan.* quibus inter
16 aliquas cauſas, criminalis non committitur ab Epiſcopis;imò aliquando ſpecialiter prohibita , ut praxis obſervat , & an & vicario generali hæ cauſæ criminales ſub clauſula generali intelligantur commiſſæ ab Epiſcopo,addita ſaltim aliqua particulari cauſa requirente ſpeciale mandatum expreſſa , ut eſt matrimonialis, beneficialis,&c. ſecundùm Maran 4 *p.d.*5.*num.*16.vide pro reſolutione Zerolam. *ubi proximè, verſ. tertium dubium* , ubi affirmativè reſolvit poſt diſputationem in prædictis vicariis generalibus Diœceſis. Igitur vicarij foranei , ubi juriſdictionem non habeant in cauſis criminalibus ad hoc, ut de eis queant cognoſcere , poterunt tamen delinquentem carceribus detinere poſt inquiſitionem,ſeu informationem adductam,non ad effectum cognoſcendi de cauſa,ſed remittendi ad vicarium generalem Diœceſis , juxtà doctrinam proximè à nobis
18 relatam,& ſtylum,praximque vulgarem,à qua detentatione ſi delinquens detentus à carceratione appellaverit,auxiliúmque violentiæ proteſtatus,minimè in tribunali audiendus eſt,ſed judici remittẽdus, vel ſaltim hoc caſu puto, tertium genus violentiæ dandum eſſe nẽpe: *Remitiendo lo al juez ante que del puede cognoſcer no haze fuerça,y no lo remitie do,*vim facit,deferat,& reponat,& hoc caſu hoc decreti genus & cógruius,& ſecurius eſt.

Rurſus & ex hoc eodem capite,nempe juriſdictionis
19 defectu fluit injuſtam dici detentationẽ, ſeu incarcerationem , ſi fiat à judice delegato, qui cùm non habeat merum imperium , ad ejus genus tangit carceratio ab ipſo facta,propterea nulla , & injuſta reputatur, ex defectu juriſdictionis,gl celebris *in l. conſentaneum,*& ibi. Bal.*in l.*3.*col.verſic. quæro nunquid delegatus, C. quomodo & quando jud. auth.de exhibendis reis.§. ſi verò etiam,colla.*5.*& in authent.rei , qui juvat.* ubi Bald. *col.*5.*verſ.item nota.* & Bar.1.*notab. C. de bon's author. jud. poſſi.*& per Doctores *in l.clerique, ff. de in jus vocando,* idem Bal. *in auth.omnino,vol.*3.*verſic.circa perſonam judicis,C.ne uxor pro marito.*Alex.*in l.jubemus , col.* 2. *ff. de juriſd.omnium jud.*Purpur. *in l. cui juris,col...num.*6.*ff.eodem,* Marſi. *in præxi crim.§.attingam,in fin.n.*78 & idem *tract.de bannitis,in verbo,capti,n.*51.Boërius *deciſ.*215.*n.*34.Conradus *in praxi,tit.de captura,n.* 21. *ut ſic,hinc eſt,quod captura, pag.*266.*col.*1. communem dicit Jaſ. *in l. cui juriſdictio, n.*13.& ibi Curtius Junior.*n.*18.*ff.de juriſd.omnium jud.* Diaz *in regula* 179. *incipit delegatus inferioris.* Villalobos *in communi opin. litera D. pag.*218. *incipit delegatus inferioris à parte,num.*27.Quod limittat ex aliis ibi, niſi timeatur de fuga,idem tenet Bonacoſa *commun.opin.*1. 20
*p.fol.*18.*verſic.*2.*incipit,c.non poteſt facere quilibet delegatus* , &c.

Quam quidem doctrinam ex eo fundant Doctores 21
prædicti,& dicendi quòd cùm carceratio dicatur regulariter injuſta,ſi fiat judicis mandato non habentis merum imperium,& non exiſtentis in majori magiſtratu, ſed ſimplicem tantùm juriſdictionem habentis , ut tenent Paul.de Caſtro *in l.cùm proponas.C.de bonis author. judi. poſſid.* quem ſequitur Hippolytus de Marſi. *in pract.crimi.§.attingam,num.* 77. *& in tract.de bannitis,in verbo capti,n.*51.ubi allegat.text.*in l.*2.*ff.de orig.juris,*& Doctores *in l.imperium,ff.de jur.omni. judi.*ubi latè hanc materiam , & differentiam juriſdictionum , præcipuè meri imperij adducunt.Boër.*d.deciſ.*215.*ſub.n.*34.referens Purpur.*in d.l.imperium,n.*226.faceréque dicit text. *in l.*2.*§ fin. ſecundum ultimam lectiram gloſſæ , ff.de judiciis,*Conrad.*in d. pract.d.tit. de captura,n.*1.*verſ.nec dubium erit.fol.* 266. ubi declarat Decianus *in tract. crim. tom.*2.*lib.*7.*c.*10.*n.*23. & cùm delegatus non habet,nec habere poteſt prædictum merum imperium , de cujus 22
genere eſt citatio realis,ſeu perſonalis qualis eſt carceratio,ſecundùm Doctores relatos, meritò talem incarcerationem à ſimili judice factam , indebitam eſſe ob defectum juriſdictionis,profitetur communis,& extenditur,ſive ante litis conteſtationem,ſive poſt ex eiſdem Doctoribus , præcipuè Jaſ. & Villalobos ibi.

Quæ doctrina ſic ſimpliciter , & indiſtinctè accepta, nihil mirum , ut intellectum obſcurum reddat , ſi
23 quidem videmus paſſim, delegatos cognoſcere de aliquibus criminibus, delinquentéſque detrudunt in carcerem:Quam difficultatem ut evites,dicẽdum eſt;quod Princeps abſque dubio poteſt cauſas meri, & mixti imperij , delegare indiſtinctè *lib.* 1. & ibi gloſſ. & DD.

C. qui pro sua jurisdictione, & etiam Ias. *in l. 1. in prin. ff. de offic. ejus cui*, & DD. *in l. imperium. ff. de jurisd. omni jud. & in c. quod sedem, de off. ordinar.* ubi per alios Abb. & Ias. *in d. l. 1. in prin. ff. de offic. ejus*, disputant, an delegatus principis possit has causas subdelegare, quod hoc utroque jure, civili autem, ex modis, quibus Bartol. divisit merum imperium *in l. imper.* & ubi Iason, & alij, Abb. *in d. c. quod sedem, n. 5. versic. tertia regula*, nempe: in imperium maximum, secundum, merum imperium majus tertium, merum imperium magnum, quartum, merum imperium parvum, quintum, merum imperium minus, sextum, minimum imperium, quorum omnium
24 exempla ibi exactè videre poteris, & ista duo ultima possunt delegare judices inferiores à principe etiam de jure civili, prout est merum imperium minus, quod est modica coërcitio competens cuilibet magistratui, id est cuilibet habenti ordinariam jurisdictionem, quia jurisdictio sine modica coërcitione nulla esset, *magistratibus, ff. de jurisd. omni jud. l. fin. ff. de offic. ejus, ex literis de offic. deleg. c. pastoralis, eodem tit.* Unde eo ipso, quòd
25 quis recipit potestatem ordinariam, vel delegatam, habet hanc modicam coërcitionem. Alterum est merum imperium minimum, quod consistit in leviter mulctando *ex l. fin. C. de mo. multarum, l. 2 Cod. de sponsal.* & ista duo ultima possunt delegari de jure civili, quia competunt cuilibet magistratui, & ea, quæ competunt jure
26 magistratus, sunt delegabilia de jure civili, ut *in d. l. 1. ff. de off. ejus*, superiora autem communiter tenent Doctores, quòd non sunt delegabilia de jure civili propter gravitatem præjudicii, nisi propter necessariam absentiam, de quo latè *in d. l. 1. & in authent. de collatio § ad hæc*, & ubi suprà locis jam relatis, de qua materia videre licet aliquantulum remissivè per Covar. *lib. 3. var. cap. 20. num. 1.*

27 De jure autem Canonico causæ meri, & mixti imperii delegari possunt etiam per inferiores à Papa, unde Archiepiscopi, & Episcopi, & alii Prælati, & judices Ecclesiastici merum, & mixtum imperium habentes, poterunt illa alteri committere, & delegare, sicuti asserunt glossa *in c. in Archiepiscopatu, de raptoribus*, gl. *in d. c. q. sedem*, item glosa *in cap. provenit. 95. d.* quarum sententiarum communem esse fatentur Panorm. Imola, & Alciatus *num. 76 in d. c. quod sedem*, & juniores *in d. l. 1.* præsertim. Curtius Junior *num. 26.* Alec. Ias. Purp. *n. 492.* & Jacob. de Nigris *colum. 13.* citantes text. *in d. c. in Archiepiscopatu de rapto.* text. *in c. aqua de conservatione Ecclesiæ*, vel alia, *c. vel in clem. vel mo. in 6. clem. 1. §. 1. de hæret. cap. licet, de offic. vicarii. cap. cùm opus, de offic. ordi. in 6.* quibus juribus diligenter curat respondere Cov. *ubi proximè*, quam opinionem communem prædictam nec ei placere, nec displicere videtur, sed in ejus resolutione, & electione tepidum esse.

28 Igitur hac distinctione suppositâ, secundùm eam intelligenda est, & reducenda conclusio, absolutè relata *suprà* nempe: delegatum non posse aliquem carcerare, cùm non habeat, nec potest merum imperium; ut procedat jure civili, cum suis tamen limitationibus, nempe absentiæ. & quo casu causæ meri imperij delegantur ex dd. Doctoribus *ubi proximè*, jure autem Canonico
29 indistinctè non procedit, attenta communi opinione, juxta quam merum imperium utique delegatur, & ideo si eo jure Ecclesiastico committatur, vel delegatur causa aliqua criminalis, cui lex permittit carcerationem, ab ipsa appellatio emissa injusta, & frivola reputanda est in Senatu, quo vim haud fieri, causamque judici Ecclesiastico remittendam, declarandam esse, jus
30 est, cùm jus Canonicum, quo uti debet judex Ecclesiasticus, attendendum semper est per Senatum circa has oppressiones, & violentias tollendas, & levandas, ut *suprà, 1. part. 3. c.* latiùs diximus, & probavimus, & meliùs *suprà, c. 2 § 3. per totum.*

31 Quid autem dicendum est, quando sit vera resolutio illius quæstionis, quam Doctores disputant *in l. nullum, C. de testibus*, & Ias. *in l. 1. § fin. ff. de offic. ejus*, ut delegatus in civilibus possit testem vacillantem torquere: an tunc possit ipsum capere, & in carcere detinere ad illum effectum. In quo affirmativè opinor, tum quia ubi est peri- 32
culum fugæ, ut hîc, potest timeri de teste torquendo, potest etiam inferioris delegatus capere. ut tenet Villalobos *communium opinio. litera D. fol. 218. incipit delegatus inferior. à princ. n. 27.* Ias. *in l. imperium, n. 15.* ubi Romanus *ff. de jur. omnium*, Petrus de Anch. *in cons. 184* aliàs *192, incipit in auxilium veritatis*, quem allegat Alex. *in d. l. imperium.* Et vide in confirmatione, quæ latè dicit Ias. 33
ibi, tum etiam quia hæc tortura ad indagandam veritatem si delegato permittitur, necessaria est carceratio, ad eandem deveniendum, ac ideo censetur concessa, *l. cui jurisdictio, ff. de jurisd. omnium, l. fin. in fin. ff. de offic. ejus cui mandata, c. præterea, c. suspicionis, de offic. deleg. l. 3 §. fin. in fin. ff. de penu leg. l. veteres, ff. de itinere actúque*, sicque talem capturam debitam esse arbitror

Rursus dicitur carceratio indebita, & injusta, si sit à 34
privato facto, de qua regula, & limitationibus, videndi sunt omnino infiniti authores, quos in comprobationem adducit Prosper Farinac. *in 3. tomo praxi cri. q. 27. à n.* ubi etiam agit, quando quis incidat, vel non 35
in pœnam privati carceris, de quo non curo, quia nostram materiam, & intentionem nihil tangit.

Deinde injusta dicitur detentatio ex hoc etiam ca- 36
pite jurisdictionis defectus, quoties carceratio fit à judice Ecclesiastico in laicos, etiam in his casibus, quibus competens judex est, sive in criminalibus, sive in civilibus, sive in spiritualibus, vel eis connexis (quos summa 37
cum diligentia congessit doctissi. Bobad. *in Polit. lib. 2. cap. 17. per totum*,) absque invocatione auxilij brachij fœcularis, Regiæque jurisdictionis: nam licèt prædicti judices Ecclesiastici habeant jurisdictionem in prædictis casibus in laicos, hoc intelligitur, quantum attinet
ad censuras excommunicationis, & alia remedia Eccle- 38
siastica, ita tenet eleganter Aufrerius *in cle. 1. n. 98. cum 3 sequentibus de offi. ordi.* Rober. *ubi proximè, n. 167* & alij *infrà* referendi; at quoad gladium temporalem, quantum ad usum, & exercitium, ut residet penes potestatem fœcularem, non possunt ipsi judices Ecclesiastici, nullis in casibus capere personas laicas & eas incarcerare, nisi priùs invocaverint auxilium prædictum brachij fœcularis, text. est *in capite 1. de offi. ordinar. cap. postulasti, de judiciis, capite postulasti, de homicidio, capite cum Episcopus, de offic. ordinarij, in 6. l. 59. in fin. titulo 6. part. 1. l. 14. & 15. tit. 2. lib 4. & l. 6. tit. 4. lib. 1. recopil.* & ultra ordinarios *in d. locis.* latè hanc doctrinam comprobant Boërius *decis. 217. num. 11.* Aufre. *in d. clem. 1. num. 93. cum sequentibus, de ordinarij*, Lanfran. *in clem. dispendio, num 9. de judiciis*, Alexand. *consil. 130. num. 3. volum. 4* Montal. *in reperto titul. regni, verbo judex Ecclesiasticus, folio 61. columna 4.* latè Palac. Rub. *super cap. per vestras, §. 4. nota. 2. in ipio, sed est pulchra dubitatio, n. 17. & sequentibus, pag. 499. de donationibus inter virum, & uxorem*, Covar. *in pract. quæst. c. 10. num. 1. & sequentibus*, Mencha. *de succes. creand. §. 22. num. 17.* Avenda. *in cap. 1 præto. num. 22.* Aviles *in cap. 20. prætorum, gl. usurpæ, n. 14. cum sequentibus*, Redin. *de majestate Princ. versiculo sed etiam per legitimos tramites, n. 141. & sequentibus, fol. 32.* Julius Clar. *in pract. crimi § fin. quæst. 37. numero 8.* qui dicit hanc communem opinionem, Dida. Perez *in l. 4. lit. 1. gl in verbo, que la ayuda del braço seglar, col. 473. l. ordinam* idem *in l. 49. in additione, titul. 19. lib. 8. ordin. pag. 396.* Rolandus *consil. 37. n. 4. volum. 4* Paz *in praxi, 2. tomo, prælud. 2 num. 55. & sequentibus*, & plures refert Salzedo *super pract. Bern. Diaz, c. 222. litera A. versiculo illud etiam, folio 410. in cap. 151. num 1. & sequentibus, & num. 16. pag. 504. & sequentibus, &* & idem Sal *ad regulam ejusdem Bernar. Diaz, in reg. 399. versic. novum dubium*, Michaël Timoth. *de visitan. Eccles. lib. 3. tract. 1.*

versica

verſiculo ſecundum eſt, Joan Garc. *de nob. gloſſ. 9. n. 53. verſic. 6. concl.* Joann. Guttierr. *lib. 1. practic. q. 45. fol. 106. per totam*, & infinitos alios relatos à Bobad. *in d. Polit. lib. 2. cap. 17. n. 167. litera F.*

139 Hujus igitur auxilij invocationis omiſſio nullam, injuſtam, & indebitam reddit carcerationem, pro cujus violentia adhiberi poſſe ſuprema tribunalia, ut tenet Joannes Garcia *de nobilitate, d. gloſſ. 9. n. 32. in fin. & num. 53. verſiculo ſexta concluſio*, & Bobadilla *ubi proximè d. n. 167.* quod dupliciter accidere poteſt: vel ut ſibi deferat appellationi à tali incarceratione propoſitæ, quem emittere legitimè poſſe arbitror, tum propter ea, quæ diximus *ſupra, ad princ. hujus §.* ex deciſion. Rotæ de declaratione Cardinalium ibi relatis, permittentibus appellationem ab injuſta carceratione, ut iſta eſt, tum etiam ex his, quæ *inferiùs* dicenda ſunt, circa illam partem de carceratione facta non ſervato ordine, quo caſu deferendum eſſe tribunal dicit.

40 Aliâ etiam viâ poteſt accedere captus, quâ ſibi præſtantiùs conſuleretur; nempe, petendo actum, ſive decretum laïcorum, quod vocant pragmatici, *auto de legos*, & tunc vim fieri declarant Senatores, remitténtque cauſam, & captum ad ſuum judicem competentem, de ipſo carcerato valentem cognoſcere, vel etiam multoties retinetur apud ipſum met tribunal, ſi cauſa talis eſt, in qua incompetens Eccleſiaſticus judex eſt omnino, vel eſt mixti fori, ſed tamen proventa à judice laïco, ſecundùm ea, quæ latè dicit cum pluribus Bo-
41 bad. *ubi ſuprà. num. 163. cum tribus ſequentibus.* Si verò cauſa carcerationis eſt omnino Eccleſiaſtica, vel mixti fori, & non prævenia à judice laïco, tunc à tali captura facta ſine auxilio brachij ſæcularis, appellationi emiſſæ delationem attribuet decretum, ſive actum tribunalis, ut *ſuprà* diximus.

42 Similiter dicetur injuſta, & indebita carceratio facta à judice, & habente juriſdictionem, ea tamen fundata ſuper aliqua qualitate putà, notorietate, manifeſto, & ſimilibus, ſi priùs de ipſa qualitate non conſtat, ſaltim per informationem ſummariam: carceratio facta non tenet etiamſi aliàs de ipſo delicto conſtet, deficiente tamen ejus qualitate, tanquam fundamento ſuæ juriſdictionis: nam regula generalis eſt, quòd ju-
43 riſdictio fundata in aliqua qualitate, ipſa non apparente, evaneſcit, quod quidem latè examinant, multis relatis, Abb *in cap. ſi clericus, de foro competent.* & meliùs plures opiniones diverſas, & contrarias refert Marianus Socin. *ibi, verſicul. circa undecimum articulum, de*
44 *quo ſimiliter in rubr.* &c. *per multas columnas*, qualitas enim, quæ juriſdictionem defert, ante omnia diſcuti, & probari debet, *l. 2. ſed ſi dubitatur, ff. de judiciis, l. ſi quis aliena, eod. tit. l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flumine publ. l. prætor, §. docere, ff. de vi bonorum rapto.* Bart. *in l. multùm ff. de cond. & demonſtr. & in l. ſi finita, §. Julianus, ff. de damno infecto*, Paris de Put. *de ſyndic. §. judices puras, column. 3. verſ. judicis ſemper, n. 12.* cum aliis relatis per Andream Gaill. *in tract. de pace publ. cap. 12. num. 12. & ſequentibus, lib. 1.* Proſper. Farinac. *tom. 1. quæſtion. 8. num. 86. & quæſt. 11. num. 87.* & *conſilio 10. num. 26.* Lapum *alleg. 59. num. 3. verſiculo item Innocent.* Vant. *de nullitat. ſentent. de defectu juris, num. 53.* multa congeſſit Cardin. Tuſc. *practic. concluſionum tom. 6. litera Q. concluſ. 18. à num. 1.*

45 Et licèt ad tribuendum juriſdictionis exercitium, ſatis ſit, quòd in libello deducatur qualitas juriſdictio, nem attribuens (licèt de ejus veritate dubitari poſſit, prout notat Antonius de Butrio *in cap. cæterum, verſic. venio ad gloſſam, de judiciis*, quem ſequitur Millius *in repertorio, verbo judex qui vult procedere*, Lapus *dicta alleg. 59. in Dei nomine, verſic. quæritur, & allegat. 65. incipit nunquid, poſt princ.* Angel. *conſil. 6. incipit dictum ſtatutum, num. 1.* Anton. de But. *in cap. ſi clericus laicum, num. 3. de foro competent.* & ibi Abb. *num. 12. verſ. redeo ad dicta*, Innocent. *in can. cùm ſit generale. de for. comper.* Roma. *conſil. 208 hæc interpretatio, in fin.* Farin. *d. quæſt. 8. ſub num. 86.* Tuſchus *de concluſ. 18. num. 10.*) tamen ſi à principio ex adverſo ipſa qualitas negetur, 46
ad impediendam juriſdictionem, debet ſaltem ſummariè; plenè tamen probari, & de ea conſtare, ſecundùm communem Doctorum opinionem, de qua teſtatur Alexand. *conſil. 1. num. 8. l. 5.* Felin. *in cap. ſi clericus la cum, columna 2. verſ. prima concluſio, de foro competente*, Aymon. *conſ. 196. & ſi abundè, colum. 2. in fin.* Afflict. *deciſ. 197. incip. pluries*, Anton. de But. Farinac. & Card. Tuſch. *locis proximè citatis.*

Et an illa dicetur injuſta carceratio, & captura con- 47
cubinæ alicujus clerici facta à judice Eccleſiaſtico: nam ſi ipſa concubina uxorata, & maritata eſt, id hoc, ut de ea queat cognoſcere, debet eſſe concubinatus notorius alias autem non, juxta Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. c. 8.* & ea quæ latè adducit Bobad. *ubi ſuprà, à num. 53. & 54.* & quando dicetur notorius ſeu publicus concubinarius, vide latè Tiberium Decian. *tom. 2. crim. lib. 6. cap. 21. n. 9.* quem vide omnino.

Quò pertinet etiam, ut judex ſæcularis, licèt poſſit 48
cognoſcere de concubinariis, hoc tamen intelligas contra concubinantem non occultè, ſed publicè, & manifeſtè ſive ſint ſoluti, ſive conjugati, &c. *l. 12. & 3. titulo 19. lib. 8. recop. l.* Boërius *deciſ. 72. columm. 1. num. 2. cum ſequentibus*, poſt Ancharran. *in regul. ea quæ, n. 28. verſiculo ego tunc diſtinxi, de regul. jur. in 6.* Avend. *in cap. 26. præcor. 2. part. num. 7.* Anton Gomez. *in lib. 80. Tauri, num. 20. & 21.* plures per Salcedum *in praxi Bernard. Diaz, cap. 79. littera B. pag. 272. verſic. & non ſolùm*, Cœnedum *in columna ad decreta. fol. 154. num. 3.* & ut cæteros taceam, vide Bobadillam, *ubi ſuprà, n. 54. litera C.*

Dicitur etiam injuſta, & indebita carceratio, ſi fiat à 49
judice aliquo in aliqua perſona habente ſalvum conductum à Principe conceſſum, nam tunc eo mediante, incarcerari, ac moleſtari nemo poteſt, Cynus *in leg. præſenti, Cod. de his qui ad Eccleſiam confugiunt*; Angel. *de maleſi. in verbo quod fama publica precedente, & n. 60. verſiculo Cynus verò, &c.* Nellus *in tract. de banni. 2. p. 2. tempore, quæſt. 11. verſ. & circa primum*, ubi plura adducit jura, in quibus de tali ſecuritate tractatur, *& verſic. Cynus vero poſt Petrum indistinctè*, eandem ſecuritatem ſervari debere, concludit Pariſius *conſilio 68. num. 178. lib. 4.* Paulus Caſtrenſ. *conſilio 432. in 5. dubio, columna penult. num. 9. verſiculo venio ad quintum, lib. 4.* Jacob. Novell *regul. 182. incipit, ſalvus conductus, in princ.* ubi alios adduxit concordantes Cagnolus *in leg. ea eſt natura cavillationis, num. 19. ff. de regul. jur.* Nicolaus Mo- 50
ron. *in tractatu ff. de treug. & pace, q. 105. num. 10.* dicens, quòd quando ſalvus conductus reperitur conceſſus, ſub epiſtola Principis, habere debet vim legis, per *l. 1. ff. de conſtitutionibus Principum*, Franc. Hercul. *in tract. de caut. non offender. titulo de ſalvo conducto, c. 37. num. 10. & num. 11.* qui etiam dici obtinere in ſalvo conducto non ſolùm ad tempus, ſed etiam perpetuo conceſſu, ut etiam de magis communi teſtatur Bertazz. *in conſilio 359. num. 1. & ſequentibus*; quod 51
etiam procedit non ſolùm in ſalvo conducto obtente circa delicta atrociſſima, ut de magis communi opinione contra alios contrariam tenaciter amplectentes teſtatur Proſperus Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 29. à num. 4. tom. 3.* & alij plures ab ipſo relati, apud quem rationes hinc inde adductas videre latè poteris, quam doctrinam etiam *num 6.* ampliat ex Guido Pap. Bertazz. Burſat Meno. & aliis ad ſalvum conductum, & ſecuritatem factam, & conceſſam hoſti, & in ſequentibus numeris alias latè proſequitur ampliationes, ad quem ſufficiet lectorem remittere.

Unum tamen neceſſarium, & utile non omittam, 52
nempe, captum ſub ſalvo conducto, eo quod & injuſtè,

incarceratus est,non solùm relaxari debet, & ad pristinam libertatem reduci, sed etiam taliter relaxari, ut
53 capi iterum non possit, aliter namque non dicetur liberatus,nec relaxatus,ut tenet Bart.*in l. 1.§.omnia,ff.de acquir. rerum domi.* quem allegat Marsi. *in tractatu de bannitis, in verbo capti,n. 7. versiculo nec poterit capi,* ubi infert ad captum in Ecclesia, qui debuit relaxari tanquam non bene captus, quòd relaxatus non poterit iterum capi,& nos dicemus *infrà, hoc in cap.*circa carcerationem injustam ratione loci; idem Bart.*in l.1.*per illum textum *versiculo venio ad versiculum venientes, & c.de navicula lib.11.*Archidia.*in cap.major.17.quæst.4.*
54 Felin.*in cap.ego N.columna fin.versiculo item infert,de jurejur.* dicit eitam Gui.*in tractatu de crimine læsæ majestatis, lib.1. titulo qualiter, & à quibus crimen læsæ majestatis committatur,quæst.10.num.27.* rationem reddentes,quoniam, qui tenetur aliquem relaxare, seu ad pristinam libertatem restituere,non dicitur obligationi satisfecisse:nisi illum non solùm relaxaret,sed etiam eum faciat conducere extra suum territorium, ad locum,quòd ibi possit securè stare, ut per Abb. & alios *in cap.accedens, in 3. nota. & in gl.extra. de procurato.* Cagnol.*in leg.libertas,n.3.ff.de regul.jur.* Franc. Hercul.*in tract.de cautelis,de non offen.c.37. rubr. de salvo conducto,n.24.*Brun. *decis.Bononiensi in 11.q.4.qu. prin. rubr.miles an accedat.*
55 *bonis n. 39. in fin.* ante quos tenet Paris de Put. *in tract. de syndica.verbo captura, cap.4.n. 3.* ubi dicit quòd indebitè captus,debet taliter relaxari, ut difficilis sit ejus persecutio, secundùm Bartolum *in leg. naturaliter, in prin.ff.de aquir. rerum domi. & in leg. qui nec,ff. de verb. signific.*idem Paris de Put. *verbo salvus conductus,cap.1. post n. 1.* & faciunt quæ dicit Farin. *ubi suprà, q. 35. in 2. ampliat. num. 5.*
56 Hæc tamen, quæ diximus de salvo conducto observando,non habent locum, non solùm in delictis futuris,quibus commissis, de novo infringitur salvus conductus, non solùm ad ipsa delicta noviter perpetrata, verùm etiam,ad delicta antiqua,quorum salvus conductus conceditur, non tenetur observari, quoniam salvus conductus habet tacitam conditionem in se, nisi assecuratus concedentem offenderit, vel aliàs offensionis causam præbuerit,*leg.contra,§.interlocutoriam,ff.locuti,l.quid ergo,§. si hæres, ff.de legat.1.*tradit Magalott. *in pract. de salvo conducto. in 2. p.col.4 ver. sed hoc limitatur,*Menoch.*cons.244.n. 31. & 38.seq.vol.3.*Angelus *de malef. in verbo quod fama publica,& c.n.68.in fin.*Romanus *in l.possideri,§. si servus,* satis autem dicitur offendi
57 concedens per delictum commissum,ab assecurato,cùm per delictum offendatur Princeps, & Respublica,*leg. si quis ingenuum,§.in civilibus,ff.de captivis,& postlimin.rever.l.ita vulneratum,ff.ad leg. Aquil.*ac propterea captura hoc in casu injusta non dicetur, ex his quæ scripsit
58 Hippolyt.Rimi.*in consil.490.n.24.vol.5.*ubi dicit,quòd securitas semper in se tacitam habet conditionem,nisi per assecuratum aliquid committatur, propter quod adversùs eum lex permittat capturam, *leg. qui servum,* ubi B.& Jas. *in 2.nota.ff.de verborum obligat.* Bursa.*dict. consil.345.n.34.l.4.*Quintilia.Mando.*in pract.commiss.in tract.de signatura gratia, rubr.de salvo conducto, vers. limita,*quam ut veram contra alios resolvit Farin.*3.tom. crimin.c.39.n.54. & sequentibus,* ubi plures alias limitationes prosequitur.

De indebita incarceratione personæ.

59 SEcundò,& principaliter dicitur indebita, & injusta incarceratio ratione personæ;scilicet,quando clericum pro debito civili à judice incarcerari contingit, quod omni jure meritò reprobatum est, ut asseverat Anton Butrigarius *cons. 41. incipit satis puto, & c.in fin.* *Regia l.118.styli,*Roderi.Xuarez *ad l. 2. lib. 2. fin tit.de los Goviernos,n.* 14. & jure nostro Regio probari,clericum pro debito civili nullatenus in carcerem detrudendum esse,tenet Cels *in judice Regiarum constit.verbo de arraigar,n.25.*Castellus *lib 6.Tauri, num.120.vers. ex quo infero,* quod pro civili notat Joannes Andreas per textum *ibi,in c.si clericum, de sent. excomm. lib.* 6. dixit communem Roderic. Xuarez *ubi proximè, quæst.6. col. 7.vers.idem dicendum scribit Matesilanus, & c.* hanc tamen opinionem, clericum ob æs alienum capi non posse,etiamsi inops sit,probat idem Matesil. *in leg.consentaneum,columna 2.vers. prædicta omnia fallunt, C.quomode,& quando judex,*Nicol. Mili. *in Reperto verbo clericus,vers.6.* Doctores *in c.dilectis, de appell.post gloss.2. ibi.*Innoc.*in c. ut famæ; glossa verbo prælatorum, de sententia excommun.* Philippus Decius post Perusinum *in dict.cap.dilectis, num.1.nota....*Calderinus *in c. 1. de off. ordina.* Marsil. *in tract. de bannitis, in verbo carcerari, n 11.& in pract.§.attingam,n.70.*Menoch. *de arbit.lib.1. q.88.n.8* & cum Iasone,Angelo & Caccialupo idem affirmat Parlad.*lib.2.rerum quoti. cap. fin.5.part.§.7.n.24.* 60
licèt non desint contrariam opinionem sectantes, contra quos validis rationibus, & fundamentis de magis communi, magisque juridica hac nostra testatur opinione, Baëça *de imp. debitore creditori addicendo, c. 17. n. 2. fol. 199. col. 4.*

Nam cùm clerici habeant privilegium à jure, nec 61
conveniri queant in plus,quàm facere possint,gl.B.Ias. *col.3.*Ripa *num.7.§.in leg.miles, ff. de re jud. gl. in cap. studeat,50.dist.*Capella Thol. *decis. 246.* ubi Aufrer *in addit.*Felin *in cap cùm ex offi.* & reprobata Castrensis, & Matesila,contrar. opin. hanc communem vocat, & defendit Covar. *lib. 2.variar. resol. cap. 1.n.9.post princ.* Parlad. *ubi proximè,* Paz *praxi, 2. tomo, 3. p.c.unico,n.6.* Gutierrez *de jur. confir.1.p.17. n. 34.* propterea si prædicti clerici pro debito civili conveniantur, quod qui- 62
dem haud solvere queunt, nec capiuntur,nec in carcerem mittuntur,nec coguntur bonis cedere, sed juratoria tantùm cautio ab eisdem præstanda exigitur, ut id ipsum solvant, cùm ad pinguiorem devenerint fortunam, juxta textum expressum *in cap. Odoardus,* & ibi Abb.Immola, & Anchar.*de solut.*& de hac etiam magis communi contra alios testatur idem Cov. *loco proximè citato,*sequitur Menoch. *de arbitr. casu 183. n.29. lib.2.* Anton.Gomez.*in no 2. variar. c.13.n.18. in fin.*idem testatur ex aliis Baëça *ubi suprà,* Prosper Farin. *d. 3. tomo crim.q.27 a n.60.*qui *n* 68.testatur de praxi,quòd quan- 63
do clericus convenitur pro debito civili, sequestrantur fructus beneficij,qui creditoribus assignantur usque ad debitam,& integralem satisfactionem,reservata tamen eidem clerico congrua portione pro alimentis, & ejus sustentatione, habita consideratione, ne egeat,in opprobrium ordinis Ecclesiastici mendicando postmodum,per argumentum text. *in cap.pervenit,extra,de fide jusso.* allegans Aufrer. *in. addit. ad Capellam Tholos. dist.245.*quem sequuntur etiam Cov. *ubi suprà,* & Menoch.*d.casu 183.n.30.l.1.*si igitur judex Ecclesiasticus non detulerit appellationi ab hac injusta detentatione, in carcerem,vim fieri notabilémque oppressionem declarabit tribunal, ut vides.

Hanc tamen verissimam resolutionem voluit limi- 64
tare Ludovicus Gomesius *in compendio utriusque signaturæ,col.fin.* affirmantem, clericum inopem, qui tribus sententiis conformibus fuerit solvere damnatus, non posse allegare beneficium clericis concessum, relatum ex dispositione *c.Odoardus,*atque etiam idipsum censet intelligendum, quoties jurejurando solutionem clericus promisit, imò his casibus non obstante præfato privilegio incarcerari, & capi clericum posse, quem meritò reprobant Cov. *ubi suprà. n.9.* & Baëça *num. 6. & 8.* Farinac. *num. 70.* qui efficacem reddunt pro sua opinione rationem contra Gomesium, licèt Prosperus Farinac.ibi eam sequatur, stante obligatione camerali, cujus clausularum virtute posse capi clericum dicit, 65
cùm

cùm in ea apponatur ſpecialiter, & hæc ut poſſit obligatus carcerari,& detineri,de quo pacto & quando de jure valeat,latè Maſſa,*de obligat. camerali 3.partic.q 46. & 7.*idcirco dicit Proſperus communiter practicari,clericos ita obligatos in forma Cameræ poſſe capi,& detineri, de juréque veriſſimum eſſe dicit.

Advertendum tamen eſt, hanc, quam *ſuprà* firmavi
66 regulam,nempe; clericum non incarcerari pro debito civili, nec teneri ultra quæ facere poſſit, *&c.* privilegio *cap.Odoardus,de ſolutionibus*,intelligendam eſſe,debere de clerico ſacris majoribus ordinibus initiato, vel altari,vel Eccleſiæ,proprio miniſterio ſerviente,non tamen de eo clerico,qui tantùm minoribus eſt ordinibus initiatus;hic namque ut laicus cenſendus eſt,quoad hoc privilegium, ita docet Cov. *var.reſolut. lib.2.cap.1.n.9. verſ.propter quorum*,Menoc *de arb. caſu* 183 *in fin.n.30. lib.2.*Farinac.*ind. quæſt.27.n.69.*Baëça *ind c.17.n.20.&*
67 *ſequenti.* Ubi etiam dici putat, an idem ſit in debito contracto ante ordinum ſuſceptionem, in quo plura cumulat.

Ego autem tunc conſentiam, probabóque,clericum ſacris majoribus ordinibus inſignitum, ob æs alienum poſſe carceribus mancipari, etiam pro debito civili, quando ſubeſt ſuſpicio de fuga, & exportat res ſuas, tunc etiam ex dolo capi poterit,ex Cov. *ubi ſuprà*,Farin. Baëça, & aliis *ſuprà proximè* citatis, & Baptiſta
68 Sanſen.*in tract.de debito, ſuſpicione,& fuga, quæſt.6.5. quæſt.princ.*imò etiamſi non eſſet ſuſpectus de fuga,ſed tantùm probaretur ipſum bona occultare, nam ex ipſo dolo, qui delictum eſt, & clericus ex delicto, verùm etiam,& ex debito, ſeu pecunia, delicto deſcendenti,
69 vel quia contrectavit depoſitum,poteſt incarcerari,*c.1. depoſito*, & ibi doctores expoſitores Mateſila. *ſingulari 60.incipit nota quòd clerici*, latè Hippolyt. *in practic.criminal,§ attingam,n.70.*Burriga.*conſ.41.*Boëtius *dec.*347.
70 *n. 11.* vel etiam quando de delicto civiliter tractatur, nam & tunc juſtam, debitámque dici capturam,& detentationem in carcerem,tradunt per textum *in cap. dilectus*,& ibi Abb.Philip. Franc. & Decius *in 1.notab.* tradit etiam Diaz *in pract.crimin.verbo capi,cap. cap.*114 *in princ.*ſequitur Foller. *in pract.crim.canonic.verbo & carceribus mancipatis,cap.12.n.2. & ſequenti*,& aliis citatis à Baëça *ſuprà,n.11.& ſequenti* Farin.etiam *n.75.*

71 Unum tamen diſſimulare non poſſum ex eo, quòd utile ſit in noſtro Regno, ſcilicet, clericum conductorem Regij vectigalis poſſe juſtè carcerari,non ſolùm in carcere Eccleſiaſtico, ſed etiam in Regio,ex l.Regia, quæ apud nos extat 118. in legibus ſtili hoc expreſsè diſponens,cujus meminit Baëça *d.cap 7.n.15* qui ſatisfacit diſtinctioni, & intellectui Caſtelli *in l.66. Tauri, verbo deſſe arraigar,colum.9.verſiculo niſi dicas*,& optima ratione.

72 Injuſta etiam,& indebita dicitur captura ex hoc eodem capite,& ratione perſonæ, ſi fiat namque in monacho, qui quidem pro debito civili haud valet carcerari,nec detineri,cujus doctrinæ author eſt Bald.*in authent. cauſa quæ ſit cum monacho, col. 2.n.3.verſic. quartum conſiderandum, Cod. de Epiſcopis, & clericis*,Abb.*in cap.cùm I. & A.n.27.de re judic.*Rodericum Xuarez *in l.2.titul.de los Goviernos,in 5. quæſt.verſ.idem dicendum*, & Baëça *ubi proximè,num.72.*qui ibi & pluribus diſpu-
73 tat,an hoc procedat, quando ingreſſus ſit Religionem fraudandorum creditorum gratia, & quando ingreſſus eſt, poſtquam creditor illum cepit, vel adversùs eum executionem petivit.

Ex hoc eodem capite, nempe ratione perſonæ injuſta eſt carceratio,facta à judice pro debito civili in perſonam Advocati,ſive Doctor ſit,ſive Licentiatus, ſive
74 tantùm Baccalaureus, dummodo advocationis officio actualiter fungatur;in quo nulla, imò captus relaxandus omnino eſt, etiam non præſtito, nec petito fidejuſſore, Doctorum controverſia eſt,ut videre eſt apud Bald,*in l.1 ff. ſolu.matr* Iaſ.*in l. filiæ licet,C.de collationibus*,Antilo *de muneribus,3.p §.1.n 56* communem teſtatur Petrus Lenauderij *in tract, de Doctoribus 4 p.q. 3.* & ut cæteros taceam,tenet Baëça *de inope debitore,c.16. num. 137. & num. 147 cum pluribus ſequentibus*,ubi in favorem advocatorum plura cumulat ad hoc propoſitum,Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin.§.7. à num.20.* Farin.*d quæſt 27.num. 83.* ubi hanc opinionem noviſſi 75
mè ſimul cum fundamentis adducunt plures, quod idem intelligunt & magis indubitanter in Doctoribus medicinæ,& legum actualiter legentibus, docentibúſque juvenes.Quæſtio tamen eſt,inter noſtri juris profeſſores, valdè altercata, & pro utraque parte fortiſſima argumenta adducta, an idem intelligendum ſit,& admittendum in Doctore, qui nec legit, nec actualiter 76
advocationis officium exercet. Negativam cum pluribus ſequacibus tenaciter validis argumentis defendit, eámque veriorem profitetur, Baëça *ubi proximè, à n. 127. cum pluribus ſequentibus.* Affirmativam autem de jure veriorem eſſe, magíſque uſu receptam, defendit cum pluribus Doctoribus antiquis, & modernis,Farin. *ubi ſuprà, à n.83.*& à Parlador.qui abſq;ullo ſcrupulo univerſaliter de Advocatis, Doctoribus, Baccalaureis, legentibus,vel non,opinionem hanc admittit,dubia eſt ex varietate Doctorum; ſed quidquid ſit, ego autem nunquam vidi Doctorem,erſi non legentem pro debito civili carceratum, quod Parlad. *ibi, n. 21.*intelligit 77
procedere non ſolùm, in Doctoribus, & Licentiatis Salmantinis, Pincianis, Complutenſibus, & Bononienſis collegij: ſed & in aliquibus omnibus, apud quaſcunque alias Academias lauream ſortientibus ex ratione ibi.

Ex hoc etiam capite fit injuſta detentatio, ſeu ca- 78
ptura in perſonam tutoris pro debito ſui pupilli, ex textu *in l. 1. Cod. quando fiſcus, vel privatus, in l. ſi ſe non obtulit,§ tutor, ff. de re judicata*,niſi forſan tunc carceri mancipetur, eò quòd nolit exhibere bona, quæ 79
pupilli eſſe probantur, ut in eis executio fieri poſſit, quæ tunc carceratio juſta cenſenda eſt,ex Bald. *in d. l. 1. Cod. quando fiſcus, vel priva.* cæteri ſcribentes *ibi*, idem tenet Parlador. *rerum quotidianar. lib. 2. cap.fin.5. par. § 6. num. 14.*

Ex hoc eodem capite minor facit injuſtam carcera- 80
tionem, ſi pro debito civili in carcerem trudatur: de pupillari ætate nulla dubitatio eſt, & probatur argum. *in l. nec impuberes, ff. de in qui voca.* & ibi not. B Bald. Roma.Paulus,& Alex.Iaſ. & Jacobinus, Baptiſta Sanſever. *in tractatu de debi. ſuſp. & fugi. in 5. quæſt. princ.* Speculator *in titulo de contumacia,§. fin.* Ang. *in l. nemo carcerem.Cod.de exact.tribut.lib.*10.Romanus *conſ.*120. *column. 2. num.3. cum ſequentibus*, Boërius *in reveti.leg. conſentaneum,n.165. C. quomodo, & quando jud.* & dicit Jacobinus *in d.l.nec impuberes*, Caſtellus *in l.66.Tauri, verbo deſſe arraigar, col fin.* not. Bald. *in l. 1.20.Cod.qui bonis cedere poſſunt*,Roderic. Xuar. *in l.2. tit. de los Goviernos,lib.2.fori. colum fin. verſ.limita 6.* & alibi paſſim per Doctores.

In minore autem pubeſcente maxima difficultas eſt 81
& inter noſtros in contrarias itum eſt ſententias; quidam namque minorem 25. annis pro debito civili incarcerari non poſſe, plures affirmant: quidam autem bene poſſe, ut videre eſt poſt longam diſputationem apud Gregorium Lopez *in leg. 1.titul.15.n. 5. verbo todo*,Caſſanæum *in conſuet. Burgun. titul. des rentes, rubr. 5 §.2.*Dueñas *pag.*269 Caſtellam *ub. proximè*, Socin. *regul. 46. Fall. 13. & in d. l. nec impuberes, column. 1.* Roderic.Xuarez *ubi proximè*, Iaſ *in d. leg. nec impuberes, col. 1. & 2* in cujus controverſiæ varietate, & il- 82
lud.de jure, conſuetudinéque approbante, verius eſſe cenſeo: ut ſcilicèt; minorem 25. annis puberem jure poſſe incarcerari,quando ſuarum rerum habet adminiſtrationem ſine curatore, ſi ſecùs autem,carcerari non

debet, quod etiam placuit Caccialup. *in tract. de debi fugit. quæst.* 5. Mariano Socin. *in rubr. de dilatio. 5. p. quæst.* 20. Parlador. *rerum quotid. l. 2. c. fin. quintæ part.* §. 7. *n.* 15. ad quod reducenda sunt ea, quæ dicit etiam Baëça *ubi sup. n.* 3, *n.* 14. *vers. cæterùm quidquid de jure communi, & n.* 16. qui hanc rem ampliat, & limitat.

83 Ratione personæ dicetur etiam injusta, indebita incarceratio: quando nempe pro debito merè civili mulier carceratur: text. *in l.* 1. *Cod. ut omnes Judices, authent. novo jure, C. d. de custodia reorum*, & apud nos *l. Regia* 61. *Tauri, & l. fin. t. t. 3. lib* 5 *recop.* Bal. *in l. nemo deinceps, C. de Episcop. audientia*, Roderi. Xuarez *ubi suprà*, Anton. Gomez *in d. l.* 62. *Tauri*, Baëça *de inope debitore, c.* 15. *n.* 3. Dueñas *reg.* 6. Parlad. *ubi suprà, n.* 13. Dueñas *reg.* 312. *in prin.* Cov. *variar. resolutio. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 3. *vers. fœmina tamen puellam vitam agentes*, Petr. à Placa, *in epito. delict. lib.* 1. *ap.* 34. *n.* 10. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæst.* 88. *num.* 10.

84 Quod etiam habet locum non solùm in debito privatæ personæ sed etiam pro debito publico, & fiscali, mulier nullo modo incarcerari potest, ita probatur *in d. l. 1. C. de authent. sed hodie* ibi, pro fiscalibus, vel privatis debitis, *C. de offi. in d. c. in hoc hodie novo jure*; ibi, pro pecuniaria fiscali, *C. in privata causa, C. d. custodia reorum, & in §. nec obstat* eadem pro fiscalibus debitis, aut privatis publicis, *C. ut nulli judices*, tenent etiam B. & Joannes de Platea *in l. nemo carcerem. C. de exactor. trib. lib.* 10. Joannes Baptist de S. Severino, *C. de d. b. fisp. & fugit. d. q.* 5. *n.* 22. Afflictis *in cap. unico, vers. condemnatorum, n.* 62. *tit. quæ sint Regalia*, Nicolaus Boërius *in repet. l. consentaneum, n.* 139. *C. quomodo, & quando*, Grama. *decis.* 33. *n.* 9. Dueñas *c. Reg.* 312. *in* 2. *ampli.* Placa, & Meno. *ubi proximè*, Cifuentes *in l.* 62. *Tauri.*

85 Quid autem dicendum est, quando mulier succedit debitori fiscali, an tunc ipsa hæres carceranda est, quemadmodum carceraretur masculus, cui successit, quam

86 quæstionem anxiè, & accuratè disputatam diffinit Mencha, *de succession. creatione. 1. par. lib.* 1. §. 6. *n* 38. Baëça *d. c.* 15. *n* 4. His adde, quòd mulier etiam ratione tutelæ capi, & carcerari non potest Roder. Xuarez *in d. l.* 2. *tit. de los Gouiernos, q.* 4. *n.* 4. *vers. secundo casus, & vers. additio*, & contra alios tenet ibi Baëça *n.* 13. *& sequentibus, & in tract. decima tutor. c.* 4. *n.* 46. Joan. Bapt. de Sancto Sever. *ubi suprà, n.* 26. Marsil. *in pract.* §. *attingam, n.* 65. Dueñas *d. Reg.* 312. *vers. accessamen*, Placa *ubi suprà, n.* 12. & alij plures hanc partem tuentes, quos refert, & sequitur Prosperus Farin. 3. *tomo pract. crim. q.* 26. *n.* 62. *& sequentibus*, ubi dicit, ab ea nullatenus in judicando, & consulendo recedi posse, tanquam fundata, & jure probabiliori, contra alios Doctores, quos ipse *n.* 61. refert contrariam sectantes.

87 Fallit tamen præfata regula quando mulier carceratur pro debito civili descendente ex delicto, in quo nemo est, qui dubitet posse tunc carceri mancipari, & ut cæteros taceam, Baëça *ubi suprà, n.* 7. *& c.* 16. *n.* 26. *&* 27. omnes Tauristæ *in l.* 62. *Tauri*. per textum *ibi*, Placa *in epito. delicto. l.* 1. *cap.* 34. *n.* 12. Dueñas, & alij, *ubi suprà.*

88 Fallit insuper in muliere meretrice, vel inhonestè, & luxuriosè vivente, quæ ad judiciũ ad personaliter comparendum vocari potest, & pro quacunque causa, tam civili, quàm criminali carceri, ut ex Dueñas, Socino, Marsilio Paulo Guirlano, Petro à Pach, & aliis pluribus resolvit Prosperus *ubi suprà, num.* 55. & an idem

89 sit in meretrice maritata, hinc inde duas contrarias opiniones pluribus authoritatibus fulcitas, refert Prosper, Farina. *in c. n.* 27. *n.* 56. *cum sequentibus*, ex mente plurimorum authorum, ibi relatorum pro concordia, & earum amicitia distinguit: an maritus sciat, & cognoscat inhonestam, & meretriciam vitam suæ uxoris, & tunc carcerari mulier potest: aut maritus est ignorans, nec particeps meretriciæ, ac inhonestæ vitæ suæ uxoris, & tunc illa carcerari non valet ob mariti reverentiam, imò idem esse judicandum de ea, ac de honesta, & matrefamilias dicit, quem & multa de hoc videre poteris, & ad idem require Baëçam *d. c.* 15. *n.* 18. *& supra.*

Supradictis addere unum potes, pro animadversio- 90
ne; nempe mulierem dictis casibus non solùm non posse carcerari, sed nec etiam posse cogi ad personaliter comparendum in judicio quia debet per procuratorem audiri, ut probatur *in d. §. necessarium, in auth. ut nulli jud. in prin* ibi, sed siquidem pro fiscalibus debitis pulsetur secundùm legem mulier, aut per virum suum per se, aut per quam voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem. Quæ verba transcripta sunt, & repetita *in d. authent. sed hodie novo, C. de officio diversorum jud. & in auth. hodie novo jure, post l. quoniam, C. de custo. reorum*, Socinus *regul.* 259. Dueñas *reg.* 312. *in* 1. *ampliatione*, etiam quando judicium sine mulieris præsentia tractari, ac expediri non potest, sed judex ad eam accedere debet, vel nuntium mittere, *C. mulieres, de judiciis, in* 6. & post Bart. *in d. §. necessarium*, tradit Boërius *in d. leg. consentaneum, n.* 137. *Cod. quomodo, & quando* rejecta Angeli & sequacium contraria opinione, relata per Meno. *de arb. lib.* 1. *quæst.* 80. *n.* 11. Prosperum Farin. *in d. quæst.* 27. *num.* 48. & 49 qui *num.* 51. dicit posse cogi mulierem, ad personaliter comparendum pro ferendo testimonio in causa criminali, ex gloss. *in c.* 1. *de testibus cogendis*, Socin. *de regula* 259. *in* 3. *fallen.* ubi rationem reddunt. Vide quæ nos *infrà, hac* 2. *p. c.* 5. *n.* 113. *& sequentibus.*

Injusta dicitur etiam carceratio, facta in illos, qui in 93
jus inviti non vocantur, (quales verò ij sint refert *l.* 2. *& sequentibus, ff. de in jus vocando*) quorum personæ pro debito civili capi, & incarcerari non queant, si credimus Maran. *in speculo, in titul. de executione, n.* 56. Parladoro *lib.* 2. *rerum quotidianar. lib.* 2. *cap. fin.* 5. *p.* §. 7. *n.* 16. quo quidem casu, si fiat carceratio à judice, vim faciet, quemadmodum & in superioribus jam relatis.

Injusta, & indebita dicitur similiter carceratio, & de- 94
tentatio, si à judice fieri tentetur in personas eorum, qui jure immunes, & privilegiati sunt, ut ne possint conveniri pro ære alieno in plus quàm facere possunt, quales sunt Pater, Mater, Avus, Avia, Socer, Mulier, Patronus, Donatores, & Miles, &c. *l. Parentes, ff. solu. matr. leg. sunt qui, l. inter eos, ff. de re judicata*, §. *fin cum duobus sequentibus, ff. soluto mat. l.* 1. *tit.* 15. *n.* 5. *leg. in condemnatione, ff. de reg. jur.* & quod ij, & alij qui non in solidum, sed in quantum facere possunt, capi personaliter non possint pro debito civili, tenet Areti. *in leg. marit.* §. *eleganter, ff. soluto matr.* Angel. *in* §. *sed & si quis, n.* 1. *instit. de actio.* Roderic. Xuarez *in d. tit. de los Gouiernos, quæst* 6. *n.* 4. Covar *lib.* 2. *variar. cap* 1. *num.* 4. Avenda *respons.* 8. *n.* 7 Azeved *in l.* 1 *titulo* 21. *lib.* 4. *recopil.* Baëça *de inope debitore, d. cap.* 17. *num.* 33. *& c.* 3. *num.* 2. *& sequentibus*, ubi latiùs hanc rem tractat, & Parlador. *ubi suprà, num.* 17. *&* 18. qui etiam *num.* 19. ibi dicit con- 95
numerandum esse inter hos illum, qui non suâ culpâ, seu vitio, sed per infortunium aliquod; bellum, putà, naufragium, incendium, & similes casus, qui humanis rebus solent accidere, ex Joanne Fabro *in* §. *fin. n.* 10. *instit. de actioni.* & Baëça *ubi suprà, n.* 4. *per totum*, latè de hoc ultimo tractat, & *numeris sequentibus*, accuratè qui sint ij, qui ultrà quàm facere possint, non teneantur conveniri, quem videre poteris pro hujus articuli expeditione.

Dicitur etiam indebita captura pro ære alieno facta, 96
in personam rustici, & in rebus rusticis occupatam tempore messium, & vindemiarum, ut scriptum reliquit Guillielmus Bened. *in c. Raynutius, verbo & uxorem, n.* 906. arguendo de rebus ad personam; ait namque, si rei rusticæ instrumentis hoc conceditur, ne pro debito capiantur; multò magis personis rusticorum id

conce

concedendum,est quæ opinio apud nos stat,& probata est *l. Regia 25.tit.13. 8.recop.* quod hodie parum observari videmus,ut benè advertit Parla.*ubi suprà,n.25.* Hodie tamen novâ pragmaticâ renovatum extat, ut pro debito civili nullo tempore capi possint.

97 Dicitur insuper indebita captura facta in nobilem, is enim ob æs alienum in carcerem non detruditur: ut argumento *l.medicos, C. de professor. & med.lib.10.l.miles,ff.de judi.* docuit Alex. *in leg. centurio, num.25.ff.de vulga.& jur.*Bald. *in d.l.miles*, Bald. *in l. circa fin.C. qui bon.cedere poss.*& alij citati à Baëc. *de inop. deb.c.16.n.7. & sequentibus*, idem tenet Parlad. *rerum quotid. lib. 2. c. fin.5.p.§. 6. n. 9.* & apud nos extat lex regia 4. & 5. *tit.2.lib.4.ordi.l.79. Tauri, l.4.titulo 2. lib. 6.recopilat.*& Jas. & Doctores citati, præcipuè. Tauristæ hanc rem
98 extendunt, quæ limitatur in nobili conductore regalium vectigalium, nam tunc rectè carcerari posse dicunt plures citati à Baëça *ibi n. 77.* cum aliis, & diximus *suprà* etiam de clerico.

Ex hoc etiam capite, & sic ratione personæ dicitur
99 injusta,& indebita carceratio, facta in personam gravi infirmitate jacentem,quam quidem etiamsi de crimine agatur, carcerari non debere, consuluit Gramati. *in cons.55.n 9.& sequentibus*, ut de illo,quem curia mittit capiendum, qui tamen vulneratus est, incarcerarique nequit absque suæ vitæ periculo, & dicit, quod
100 judex hoc casu debet se assecurare per fidejussoriam cautionem,quam si infirmus non haberet,adhibere debet judex custodias sumptibus, & expensis ipsius vulnerati, quousque convalescat, argumento text. *in l. 4. C. finium regundor. & l. pœnæ, Cod. de statu liber.* & in terminis tradit Paris de Put. *de syndicatu, in verbo carcer.cap.4. n. 3. in fin. vers. sin autem ipsa custodia*, & ita practicari se vidisse in urbe, & extra, profitetur Prosp.
101 Farin.*a,in d.3.tom.crim.q.27.n.87.*ubi dicit idem intelligendum esse in causa civili;pro cujus executione executores euntes invenire reum executatum in lecto graviter infirmum, foleréque his casibus judices Christiana pietates motos, concedere eisdem debitoribus inhibitionem ad tempus, intra quod possint domi conquiescentes convalescere, quod & pium, & Christianum est hac justa causa factum.

De injusta detentatione ratione temporis.

102 TErtiò, & principaliter dicitur indebita, & injusta detentatio, seu carceratio;nempe ratione temporis, quod contingere potest, quando quis capitur pro debito civili in die feriato in honorem Dei, ut probat text.*in l. fin.*& ibi Classici, & expositores omnes, *C. de feriis*, Paris de Puteo *in tractatu de syndicatu, verbo captu a,c.5.incip.captus illicit.n.5. fol.138* Bald. *in tr. de carc.n.1.6.& 9.*ubi etiam loquitur in feriis inductis ob utilitatem hominum,ut messium, vindemiarum,*&c.*de quibus *suprà* diximus: tenet etiam Farina. *tom. crim. q.27.n.105.& seq.*qui refert, quod id decretum Pij V.
103 Papæ renovantis dispositionem *d. l. fir.* in desuetudinem abeuntis.Quæ doctrina minimè procedit in debitore suspecto de fuga, qui etiam eo tempore capi potest, nec etiam ultra casum; nempe, debitum civile: nam pro delicto potest quis capi etiam die feriato ob
104 honorem Dei, si tamen delictum est grave,& enorme, atrόxve, secùs si sit delictum leve, ut latè videre poteris per Farinacium *ubi proximè.*

Et hoc eodem capite dicitur injusta captura facta in
105 personam hæredis durante tempore conficiendi inventarium, ut post idem confectum, si bona hæreditaria non sufficiant, non enim in plus tenetur, nec pro debitis defuncti debebit duci in carcerem, nisi fortè abscondet bona in inventario confecto contenta: tunc enim ex propria culpa capi rectè poterit,ut notat Bald. *in leg.fin.§.& si præfatam,n.3.*& ibi Corneus *Cod.de jure deliberan* Berοïus *q.57.col.3. ibi*,Socin.*cons.20.n.18. lib.1.*Bald. *in d.§. & si præfatum*, Salicetus *ibi n. 22.* Alex.*in l. postulante, n. 4.* Baëça plura referens *de inope debitore,c.6.à n.17.& suprà, n. 15.* idem etiam dicitur, quando hæres etiam non conficiens inventarium,etiamsi defunctus bona reliquit, qui tenebatur ex obligatione ad factum aliquod personale, personæ cohærens, pro quo hæres carcerandus non est,ut notat Bald. An- 106
gel.& Jas.*n.3. in l. si decesserint*, per text. *ibi, ff. qui satisd. cogan.* & Baëça *loco citato, n. 18.*

Ratione temporis indebita dicitur detentatio, facta 107
in personam ejus, qui obtinuit literas dilatorias à parte,vel à judice, ut intra tantum temporis spatium,putà biennium,quinquennium,seu mensem, à suis creditoribus non molestetur,nec conveniatur pro debitis,quæ quidem literæ omnino observari debent à judicibus, itaut debitor ea dilatione pendente nullo modo capi possit,probat text.*in §. sed nec, in auth.de mand.Principum*, qui licèt loquatur in securitate,& dilatione concessa à parte parti secundùm B.*in l.is qui reus,n.12.ff.de publicis judi.* idem dicendum est in dilatione concessa à judice,qui pro bono publico eandem securitatem concedit,sicuti declarat Menoch.*de arbitr.jud l.1.q.71.n.6.* & licèt in causis civilibus moratorias literas, seu fiduciam,minimè esse concedendam,ex qua damnum, seu injuria possit oriri creditoribus, arg.text.*in cùm dilecta, de confir.utili, & in l. 2.§.meritò, & §. si quid, ff.ne quid in loco publico*,quæ jura dubitationis loco ducit Paris de Puteo *de syndic.in verbo salvus conductus,c.1.n.1.* 108
vers.dic,quod potest,&c. quando autem judex concessit hanc securitatem,& dilationem,aliqua justa causa animum suum movente,& ad breve tempus,putà.30,dies, *in d.§.sed nec,in auth.demanda.Principum*,omnis cessare debet injuria,& damnum creditoris, quo casu à judice concessa dilatio, & mora utique servanda est, ut dicit Puteus *d. n.1.& 2. vers.quæ nota*, nec judex tenetur in syndicatu, licèt debitor affidatus veniat ad civitatem intra illud tempus,nec solvat creditori,ut tenet Jacob. Novell.*gl.182.salvis conductis à solo Principe, & in prima,& secunda ampliatione*,ubi Alex.Dec.Marsil.& alios plures hanc doctrinâ adducit affirmantes, quos allegat etiam Far.*in 3.to.pract.cr.q.39.n.20.& 21.*tu adde Reboff.*3.tom.tit. de literis dilato. annali, quinque. &c.*& ibi *in art.1.gl.1.à n.70.fol.375.& seqq.* inquit effectum haaum literarum dilatoriarum esse,dilatione, & termino 109
pendente nihil innovari debere, quemadmodum & dilatione, & appellatione pendente tunc poterit nec personas nec bona debitoris capi,quod idem dicit procedere pendente verificatione ipsarum literarum, quia idem judicandum est de ipso tempore,sicut & de principali post verificationem, per arg.text. *in c.non solùm, de app. in 6.* & intra id tempus ipsa captura, tanquam attentata revocanda est, ut servari affirmat Boërius *in* 110
*dec.Burdeg.l.q.296.col.2.*per text. *in l. fir.C. qui bon cedere poss.* nec ita captus tenetur præstare fidejussorem, quia absque eis debet relaxari,cùm jam fuisset indebitè captus.Bald *in l.per diversas,q.15.C.mandari,*& Reb.*ubi proxtmè*,ubi latè agit de natura harum literarum, & à quibus possint impetrari, & quibus judicibus dirigi,& alias plures quæstiones, quas per te vide.

Idem dicendum, si major pars creditorum inducias 111
illi indulserit, *juxta l.cum majorem, cum sequentibus, ff. de pactis,l fin.C.de cess. bon.l.5.tit.15 n.5.*quarum intellectum elucidat Afflict *dec.278.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. c. fin. 5. n. 8. 7. n. 8.*

An autem hæ literæ dilatoriæ procedant in debito 112
jurato,& ad debita ex causa delicti, eò quòd solùm de debitis in genere loquantur, & an extendatur ad fidejussores debitoris affidati, & assecurati, & an ad debita fiscalia, & ad debita privilegiata, ut est id,quod debetur ex causa locationis, vel conductionis, vel Ecclesiæ, & pupillare, vel ad debitum de recenti contra-

ctum

ctum, paulò ante easdem literas, & an saltim ipsa dilatione pendente, cogi possit debitor satisdationem præstare,& quæ sufficiet,vide Prosper.Farin. *d.l.3.tom. in practic.crim.q.39. n.22 23.24.25. usque ad trigesimum octavum*, & an judex inferior à parte possit concedere salvum conductum iis criminalibus,& post sententiam latam,& quando adeundum, *n.79 cum seqq.*& vide de aliis utilibus quæstionibus.

De injusta detentatione ratione loci.

113 QUartò, & principaliter dicitur injusta carceratio ratione loci:generale namque est, quod in locis, in quibus jus,vel statutum,etiam municipale, consuetudóve (quæ lex est) prohibuerit capturam fieri, ut indebitam,est relaxandus, qui ad eundem confugerit, aut quomodolibet reperiatur;ita docet Paris de Puteo, *de syndic in verbo captura,c.5.incipit captus illicitè,n.6. vers.& non solum capite impugnatur ratione loci,f.138.B. in l.si quis sit fugitivus,§.Labeonem.ff.de ædilitio,& in l. præsenti,in princ.C.de his,qui ad Ecclesiam confugiunt,& in l.1.§.1.ff.de acquir rerũ domin.& in l.si cui.§....col.1. vers.2.quaro,ff.de accusat.* quibus in locis addit captum in locis,quibus de jure capi potest,debere relaxari.Idẽ dicit Bald. *in l.sicuti,§. Arist ff.si servitus vindicetur.& in leg.requirendi,in 2.colum.C. de servis fugi.* Hippolit. in Marsil. *in tractatu de bannitis, verbo capti,num.6.* ex quo utiliter inferri potest,quòd captus in Ecclesia, vel ab ea extractus,statim debet relaxari tanquam indebitè captus,*l.præsenti,C.de his,qui ad Ecclesiam confug.* ibi, nullos penitus cujuscunque conditionis de sacrosanctis Ecclesiis orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas:textus etiam,*in cap.sicut antiquitus 17. quæst.4.cap.de raptoribus 36.quæst.1.cap. inter alia, de immunitate Ecclesiarum*,imò sic extractus eidem Ecclesiæ protinus restituendus est, tanquam spoliatæ, *cap. sane de restit.spoliat.*B *in d.l.præsenti*, Marsilius post Lapum Oldrad.& Abb.*in tractatu de bannitis,verbo capti, num.7.* Angel *de malef in verbo quod famâ publica præcedente, num.59.& ibi in additis, litera* B.Boërius *de cis.*109.*n.3.* Jodoc. *in prax. crim.tit. de citat. reali, id est captura.c.15.n.19.* Joan Mar. de Monticell.*in tract. cri.regul.12.n.12.* Nicol Moron.*in tr.de fide, treuga, & pace q* 103.*n.1.& seq.* Dueñas *regul.228.in princ.* Petr. à Placha,*in epitome delictorum, c.34. l.1.n.15.* ubi alios adducit Maria Soc.*in tract.de cit.in 17.art.prin.* Bossius *in tract.de captura, n.21.* quæ opinio communiter ap-
114 probata est per Canonistas,& Legistas ut testatur Maran.Gomez,Remig.relati à Julio Claro, *in pract.crim. q.10.* quem pariter refert,& sequitur Bonacos. *in communi opinione,1.p.vers.Eccl.habet immunitatem, fol.59.* Cov.*variar resol.lib.2.cap 20.n.2.* Menoch.*de præsump. lib.5.præsumpt.10.n.1.* Decian. *in tractat. criminal.2.p. lib.6.cap 25. rubr. de extrahendis ab Ecclesia, num.1. & sequentibus*, adeò ut ipsi extrahentes publici latrones habendi sunt, & excommunicandi, donec resipiscentes damnum omne resarciant, & ablata per pœnitentiam restituant, ut declarat bene Jod. *in pract.crim. rubr.de violat. templ.* ac propterea evidentem, & notoriam vim faciet judex Ecclesiasticus,si confugientem ad Ecclesiam vi exemerit,ab hacque carceratione,tanquam ab injusta emissæ appellationi deferendum esse tribunal supremum; cujus auxilium violentiæ protestatur,declaravit.

115 Quòd extende non solùm ad laicum confugientem ad Ecclesiam,verùm etiam ut habeat locum in clerico, ut iste ab ea invitus extrahi, & capi non possit, tenet Bernard. Diaz, *in praxi crim. canon. cap.*115. Joan. de Vischis, *in tractatu de immunit.Ecclesiarum*,ab ipso citato, & ex Decian. Cou.Diaz, Claro,& infinitis aliis latè fundat, limitat, & extendit Prosp. Farin.3. *tom. crim.q.28.num.7.& 8.*

Et ut cætera in hoc articulo taceam,dico;quòd multi sunt ad Ecclesiam confugientes,quibus peculiari ratione ejus immunitas non favet:imò jure justè,& lege permittente, ab ea capi,extrahique possunt inviti,quales ij sunt,accuratè in unum redegit Remigius, *tractatu de immunit. Ecclesiarum* Decian *in tractatu crim.2. part.lib.6.cap.25.rubr.de extrahend.ab Ecclesia.* Cou. *lib.2.variar. cap.20.*Farin *in 3.tom. praxi crimi q.28.* Bobad.*in poli.lib.2.c.. .rubr.à quales delinquentes noval. la Yglesia*, & ideo omnes ii,qui non gaudent immuni- 117
tate Ecclesiarum,justè,& debitè à judice capi possunt, & ab Ecclesia extrahi, quia appellaverint, sintque protestati regium auxilium violentiæ, causa ad ipsum judicem remittenda est,& vim non fieri declarandum, 118
& an saltim confugientes ad Ecclesiam detinendi sint in vinculis,donec quæstio, causque decidatur,an gaudere debeant immunitate nunc,nec fugiant.contrariæ sunt opiniones Doctorum,pro quarum resolutione,vide Farin.*ubi proximè,n.9.& 10.*& Decian.ad quem re- 119
mittit,*lib.6.c.28.n.25.in fin.vers.at insurgit*,& an huic privilegio immunitatis per confugientem renuntiari possit,invitis Rectoribus Ecclesiæ, vide ibi,*c.26.n.12.*

Ex hoc etiam capite injusta dicitur carceratio,& per consequens justa, & legitima appellatio,interposita à detento in carcere obscuro,& tetro, non claro,nec il- 120
luminato,saltim usurpata luce, & lumine:sed si forsan adveniẽte nocte ad majorem cautelam,& tutiorem custodiam in obscuro carcere claudi contigerit, orta tamen luce,clarescente die inde deduci, & ad clariorem carcerem reddi:ita probat textus *in l 1. C. de custodia reorum*, ibi, nec verò sedis intimæ tenebras pati debebit inclusus, sed usurpata luce vegetari: id est,sublevari,& ut nox geminaverit custodiam, in vestibulis carcerum,& salubribus locis recipiatur, ac revertente iterum die, ad primum solis ortum illico ad publicum lumen reduci, nec pœnis carcerum permittatur, quod innocentibus miserum, noxiis non satis securum esse dignoscitur, per quem textum affirmat Cardin. *in clem.1.q.7.de pœnit & remiss.*quòd Prælati qui in tetro 121
carcere clericum,seu alium delinquentem claudunt,efficiuntur irregulares,& reputãtur homicidæ,quem refert Prof. *ubi proximè,q.27.n.97.*per quem textum, & per legem,*nemo carcerem, Cod de custod. eorum lib.10, l aut factum,§.solent.ff.de pœnis*, & per alia jura generalem constituunt regulam Doctores:genus illud ergastulorum,quod apud nos *Suetanos* dicitur, carceréque subterraneos,ac caveas,in quibus verisimiliter cognosci potest,carceratos humiditate,calore, & frigore, sitique marcescere, vel vitam periclitari, omnino esse prohibitos, Corneus,*cons.325. n.4. lib.4.* Bonifac. de Vital.*in titu.de carcere priv. num.2. vers. nec debes includi*,Marsil.*in tract.de bannit.in verbo carcerati, n.45.* ubi post Cardin. & Anchara. *in d. clem.1.* idem tradit Foller.*in pract.crim.in 1.p.2.p. prin. vers. vel carcerentur. num.2.* Parla. *lib.2. rerum quotid. cap. fin.5. p.§.6. num.5.& 4.*Iod.*in pract. crim.cap.7.tit. de carcerariis, seu commentar. num.9.*Bossius, *in pract.crim. tit.de carcer.n.3.* quæ opinio, & charitati, & humanitati, ac 122
Christianæ religioni consona est, & consors,nam carcer ad non pœnam inventus est, sed solùm ad custodiam, & sic talis esse debet, ut carceratus pœnam non patiatur,*d.l.aut damnum,§.solent.ff.de pœnis*, Jas.*in l.si vitium,num.1.ff. de re jud.*Puteus, *in tract. de syndica. verbo carceratus, cap.5.incip licèt dicatur, num.1.* Angel. *de malefic. in verbo quod fama publica præcedente & versic. tenetur menti, num.80.* & ibi Hieronym. *in addition.* Paris.*consil.2.num.184. lib.4.* Jodoc *in prax. criminal.tit.de carceribus,cap.16.num.3.*Foller.*in pract. crim.verbo vel carceratur, num.1. fol.158.* Paul. Chirl. *in tract. de relax. carcerat. in rubrica,de sentent.& pœnarum executione,num.5.* Bossius, *in tit.de carcere, n.2.* Conradus,*in practicor.titul.de carcere, num.1.fol.173.*

Menoch.

Menoch. *de arbit. casu* 305. *num.* 2. *lib.* 2. & alibi passim per Doctores. An autem carceratum in carceribus possit judex, obtinere in vinculis, compedibus, vel manicis
123 ferreis: pro utraque parte sectatores refert Prosper. Farin. *in d.* 3. *tomo, quæstione* 27. *n.* 98. *& sequenti*, ubi arbitrium judicis in hoc maximè attenditur, qui ex qualitate personæ, vel delicti hoc discernere debet, ubi ad hoc ponit regulas, quibus animus judicis omnino reduci, & moveri debet, quem omnino vide: quoniam ad hunc articulum multa adducit necessaria: vide etiam Parlad. *ubi proximè*.

124 Ex eodem capite indebita dicitur incarceratio, facta in personam illius; qui habet salvum conductum legitimè obtentum, pro eundo, vel veniendo ad aliquem locum, & capiatur, vel in itinere accessus, vel recessus, vel etiam domi suæ. ubi est præparans se ad iter, etiamsi id expressum non sit: sed generaliter pro eundo, vel redeundo sibi sit salvus conductus concessus. Et hoc quia salvus conductus vim suam obtinet à die concessionis, & ex aliis rationibus efficaciter à Doctoribus adductis, *l. legato, & l. cui mutuatur, §. sed & si*, ubi gloss. *in verb. agere*, ubi iidem DD. *ff. ex quibus causis majores*, ita asserit cum Angel. *cons.* 363. *incipit quidquid addo*, & Menoch. *de arb. tr. quæst. lib.* 2. *casu* 336. *tit.* 18. *& plurimis seqq.* Afflictis *in constit. Reg. lib.* 3. *rubr.* 35. *de fide mercatorum, in verbo pœnas, in fin.* Franc. Hercula. *in tract. de cautela, de non offendendo, num.* 4. Jacob Novell. *regul.* 84. *in prima amplia.* Bossi. *in tractat. de remedio ex sola clemen. prin.* Brun. *in tractatu de decisione hon. in* 11. *quæst.* 4. *quæst. princ. n.* 34. Alexand. *cons.* 46. *lib.* 2. Gozadi. *cons.* 27. *n.* 23. Jul Ferret. *in tract. de gabellis, & pabl. num.* 95. & multa ad propositum vide per Menoch. *ibi*, & Farinac. *d. quæst.* 39. *num.* 58. *usque ad num.* 57.

De injusta carceratione ratione ordinis non servati.

125 QUintò principaliter indebita, & injustà dicitur incarceratio, seu detentatio, cum propterea justa, & legitima appellatio emissa ratione ordinis non servati, in ipsa enimverò captura facta, non servato juris ordine, & indebita est, & à judice relaxanda, ut probant Fran Cason. *in tractatu de tormentis, in fine tract. 9. tit. de captura, & carcere, num.* 23. Boërius post Bal. quem allegat *in decis.* 215. *n.* 34. Marsil. *in tractatu de ban. in verbo carcerari, n.* 24. sequens Ananiam, Gemini, Aug. & Areti quos ipse allegat, quos pariter sequitur Bruno. à Sole *in suis quæstionibus, q.* 30. *n.* 39. Cov. *l.* 1. *variarum resolut. cap.* 2. *n.* 15. *versiculo ego sanè hanc opinionem*, & suprà Prosp. Farinac. *in* 3. *tom. quæst. crim. quæst.* 28. *n.* 111. *& q.* 30. *n.* 130. *& quæst.* 32. *num.* 97. *cum sequentibus*, cui quidem appellationi, si pro ejus delatione suprema curia adeatur, vim fieri omnimodo, eique deferendum, utique justissimè declarabit.

126 Ex quo capite justa dicitur appellatio, & injusta carceratio, si ab ipsamet in causa civili judex inceperit, quod fieri minimè potest, nisi debitum debeatur jam ex causa judicati, probat text. *in lib.* 1. & ibi gloss. fin. *C. de cessione bonorum*, gloss. *in rubr. ff. eodem tit. & in leg. fin. C. eodem*, docet Bart. *in l. cum eo, ff. ad leg. Jul. pecul.* Angel. & Paul. *in d. l.* 1. *Cod. qui bon. cedere*. Bald. *consil.* 90. *lib.* 1. Roderic. Xuarez *titulo de los Governos, in l.* 2. *column.* 1. *lib.* 3. *fori*, Ripa *in l. obligationem generali, n.* 25. *vers. & si tamen, ff. de pignoribus*, debet enim citatio,
127 causæ cognitio, & sententia translata in rem judicatam præcedere, ad hoc ut debitor capi & incarcerari possit, *leg. consentaneum*, ubi notat B. *quod quomodo, & quando*, B. *in l. fin. ff. ad l. Juliam pecul.* Rom. *cons.* 224. *incipit ista captura facta*, debita enim summa probanda ante omnia est postmodum sequenda est sententia ejus declaratoria. Nam quod ante capturam non est deductum, nec probatum, non potest postea ad ipsam justificandam deduci, quoniam injuriarum nulla est confirmatio, *l. si cum nulla, ff. de re jud.* ita not. Bal. *cons.* 318. *ista, captura, l.* 4. Ripa *in d. l. obligationem. n.* 25. *ff. de re jud.* Roma. *cons.* 241. *incipit spectabilis dominus, col.* 2. Dec. *cons.* 75. *pro tenui, col.* 1. *vers. & ideo*, item tenet Baëça, *de inop. deb. c.* 1. *n.* 30.

Nec obstat contra hanc nostram propositam regu- 128
lam, illa, quam etiam frequenter deducunt Doctores *in leg. fin., §. fin. ff. quod metus causa*, nempe debitorum captum non servato juris ordine, non esse dimittendum, & relaxandum, si revera debitor est; quam patrocinatur Bal. *in c. tuæ, in fin. ut lite non contesta. & in c. conquerente, de restit. spoli.* Paul. *cons.* 472. *in causa capturæ*, Jacob. *l.* 1. *ad finem*, Gomez. Arias *in l.* 60. *Tauri, n.* 11. Alex. *nulla, n.* 8. *de re judicata.*

Quo etiam sit incarceratum pro debito falso, posse 129
detineri pro vero debito, *ut in d. l. fin. §. fin. ff. quod metus causa, l.* 2. & ibi B. *Cod. de exact. tribu. l.* 10. B. *in l.* 2. *§. qui exhibendi, ff. de custodia reorum*, Gomez. Arias supracitatus, licet plures contrariam sententiam tenentes referat Farin. *d.* 3. *tomo, q.* 27. *n.* 152. licèt non sequatur *n.* 53. nec videmus hoc admissum, imò quomodolibet captum judices detinent pro vero debito, vel delicto; & ita servatur quotidie, imò non dubitatur unquam, ubi bene etiam advertit Farin. *ibi*, licèt duas communes contrarias in hoc referat Farin. *ubi suprà. n.* 151. *& sequent.* qui se inclinat parti contrariæ, & sic ut judex hoc in casu non tenetur in syndicatu, in qua opinione animus meus & intellectus minimè acquiescit, quo-
niam, utcunque sit jam judex, quantum ad se pertinet, 130
habuit injustum principium, quia juris ordinem non servavit, & contra legem processit, quæ utique servari debet, ex vulgatis, contra quam opinionem multa possem infingere, quæ omitto, quia nostri non est instituti, discutere. Cui respondetur, quoniam etiam probato carcere: non ideo dicetur justa prior carceratio, quia nullo modo justificetur ex sequenti probatione: imò non ideo minùs judex desinit esse in culpa, & teneri in syndicatu, ut *infrà* videbimus, & ipsa captura tenet, non ex vi prioris præcepti; sed postea ex vi secundi præcepti, tacitè per detentationem, vel expressè per declarationem inducti probato vero debito, vel sententia transacta in rem judicatam, vel ex obligatione, & instrumento guarentigiato, ut in simili notavit Alex. *in l.* 1. *col.* 2. *C. de Carb. edicto*, B. *in leg. creditores, in* 5. *q. princ. de pign.* Baëça *de inop. debitore, c.* 10. *n.* 30.

Quæ conclusio *suprà* posita, ut debitor capi non pos- 131
sit, nisi ex causa judicati: adeò vera est, ut instrumentum publicum capturam hanc justam reddere non possit, nisi habeat clausulam guarentigiatam, & liquidum sit, ut latè comprobat Roderic. Xuarez *in l. post rem, in declaratione l. regiæ* 4. *& 5. tit.* 8. *lib.* 3. *ordin.* 64. *Tauri*, ubi omnes *l.* 1. *& 2. tit.* 11. *lib.* 4. *recopil.* Milius *in l.* 5. *t.* 21. *l.* 4. *recopil.* Segura, *in repetit. leg. si ex legati causa, n.* 78. *ff. de verborum obligat.* Covar. *var. resolutio. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 3. *vers. illud sanè*, utrumque etiam latè comprobat Baëça *ubi proximè, n.* 31. vide etiam Parlad. *lib.* 2. *rer. in quotidian. cap. fin.* 1. *par.* § 21. *per totum.*

Ex hoc eodem capite dicitur justa appellatio, & in- 132
justa carceratio, si fiat à judice ex obruto, de facto & sua propria cervice, & in vindictam nullis præcedentibus indiciis, præsumptione, vel diffamatione delicti: sed quia in hoc variæ sunt Doctorum opiniones, quam communis praxis hodierna servat, hîc ex opinionibus colligam, & sic generale est; ut ad capturam debent procedere legitima indicia, & ita locum habet opinio illorum, quia hoc asseveraverunt, de quorum genere, & opinione est Marsil. *in practi. crim. §. constante, num.* 1. ubi allegat Doctores *in clem.* 1. *de homicidio*, & text. *in l.* 1. *in prin.* ubi hoc idem not. Marsil. *ff. de quæst.* & *in l. penul.*

ubi

ubi gloss. Cod. eodem, Marsil. refert, & sequitur Conrad' *in practic. titulo de captura, num.* 2. Angel. *de malefi. in verbo fama publica, num.* 4. Roland. *cons.* 17. *num.* 2. *col.* 3. Novell. *in pract. crim.* §. 1. *incipit superioribus annis, numer.* 27. *fol* 25. ubi etiam adducit plures hoc idem tenentes & ipse testatur de communi, de qua etiam per Bonacos. *in commun. opin.* 1. *versiculo carceratio, & retentio, pag.* 21. *col.* 1. Clarum *in pract.* §. *fin. q.* 28. *vers. scias autem*, Angel. de Castro *inter consilia crimin. diversorum consilio* 94. *num.* 2. *lib.* 1. Marcum Anton. Eugenium Perusinum *in cons.* 64. *cum.* 14. licèt hæc opinio æmulos non paucos habeat, & verior, & communis, & æquior est, & in praxi magis recepta, quam etiam sequitur Farinac. *in* 3. *tomo pract. crimin. q.* 26. *num.* 114. quem vide *à n.* 112.

Hic tamen labor est: qualia sint hæc indicia, ut eis mediantibus rectè possit judex ad capturam devenire in quo varios Authores, varias opiniones sectantes refert *ubi proximè*, Farin. nam alii levia indicia sufficere. 133 alii præsumptionem, alii verò suspicionem, alii etiam alia dicunt, aut diffamationem; ego autem omnia vera esse posse affirmo, secundùm casus varietatem, & diversitatem, attentáque causæ, negotii, & personæ qualitate, quod maximè discreti judicis arbitrio constitutum est, textus *in l.* 1. *ff. de custodia, & exhibi. reorum*, ibi: Proconsulem existimare solere, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, an fidejussoribus commendanda, vel etiam sibi: hoc autem vel pro criminis, (quod objicitur) qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate ejus, qui accusatur, facere solet: per quem textum ita firmat Laurent. Kirco *in communi opinione contraria* 4. *conclusione* 130. *ante fin. versiculo caterum, &c. & versiculo quæ quidem regula*, sequitur Clarus *in pract. crim.* §. *...ad finem*, quem refert Bonacosa *in commun. opinione*, 1. *part. pag.* 16. *vers. captura ad hoc ut committatur, &c. in discursu*, F. Umbert. Loc. *in practica judiciaria inquisitorum, in verbo captus versiculo in criminalibus tamen relinquitur arbitrio judicis, &c.* quod etiam videtur esse de mente Paridis de Puteo *de syndica. verbo captura, cap.* 1. *incipit an judex, n.* 12. nec dissentit Blanch. *in practi. crim* §. *pro cognitione itaque hujus partis, fol.* 126. cui etiam adhæret Prosper. 134 Farinac. *ubi proximè, num.* 127. *& sequentibus, & suprà*, qui dicit hoc judicis arbitrium non erit absolutum, quin juris regulis (quas referunt Doctores, & ipse prosequitur latè) debeat subjicere.

135 Ex quo etiam capite justa dicitur appellatio, & per consequens injusta captura, & detentatio facta à judice, anteaquam redigant indicia, præsumptiones, vel ea alia, quæ insurgunt contra inquisitum, vel accusatum, 136 in scriptum; ante omnia namque judex debet examinare testes, subministrantes indicia contra capiendum: ita tenet, & testatur de communi consuetudine totius Italiæ Angel. de Castro *inter consilia criminum diversorum. cons.* 94. *n.* 2. *lib.* 1. quem refert Julius Clarus *in prax. crimin*, §. *fin. q.* 28. *versiculo scias autem, ante medium*, ubi etiam allegat Blanch. *in pract. fol.* 15. *n.* 68. *in fin.* & communiter ita fieri; testatur pariter Hippolyt. de Marsil. *in d.* §. *constante, num.* 11. *redeundo modò ad propositum*, qui etiam ponit modum examinandi testes. & hanc magis communem opinionem, & veriorem esse affirmat, testaturque Marcus Anton. Eugeni. Perus. *in suo consilio* 64. *n.* 14. *& seqq.*

137 Quod etiam extende, & declara, quod in delictis gravibus, & inferentibus pœnam corporis afflictivam, ad capturam sufficit quale quale judicium, & qualis qualis informatio: si verò delictum leve est, ut dictam pœnam non inferat, verum est, ut ad capturam non procedatur, nisi extantibus indiciis, saltem ad inquirendum sufficientibus; sic enim distinguendo declarant opinionem plurium relatam à Farinac. *ubi suprà*, *n.* 123. Brunus *in tr. de jud. & tort.* 2. *part. quæst.* 9. *n.* 6. sequitur Joan. Mar. Monticell. *in pract. crim. d. reg.* 12. *num.* 7. *versic.* 144
in hac re, fol. 266. *columna.* 2. Angel. *de malefic. in verbo judex commisit, num* 4. Clarus *in pract. crim. d. q.* 28. *vers. sciat tamen, prope finem* & relata à Bruno à Sole, *d. q.* 30. *n.* 10 sequitur, licèt confusè Farin. relatus *n.* 127. *vers. adverte tamen primo*

Extende insuper, quod in quocunque delicto, sive gravi, sive enormi, & contra quascunque personas, nobiles pauperes seu viles, captura nec solet, nec debet, de- 138 cerni informatione extrajudiciali, & in scriptis non redacta, ut ex Marsil. *in pract* §. *constante, n.* 6. *& singulari* 93. *incipit judex licet sine indiciis*, allegante text. *in c. si clericus, de sentent. excomm. in* 6. Monticel. *in d. Reg.* 12. *n.* 6 Conrado *in pract. tit. de captura, n.* 3. *vers. sic secundum eum, fo.* 266. *col.* 1. Fran. Casson. *in quæst. tit. de captura, & carcer. n.* 9. *n.* 1 Bruno *de ind. & tort.* 2. *p. q.* 9. *in fin.* 147
Foller *in pract. verbo sit de se onerare n.* 58. Rolan. *consil.* 17. *n.* 6. *vol.* 3. Novell. *in practic. crim in prin* §. *superioribus annis. n.* 23 *in fin.* & ex Bonacosa, Bossio, Mandosio Blanch. Julio Claro, & Bruno, à Sole, & aliis relatis à Farin. *ubi proxim, n.* 123 tenet ipse *n.* 130. nisi tribus concurrentibus: delictum grave, & enorme, carceran- 139 dus sit suspectus de fuga, & sic quod sit periculum, 148
quod aufugiet, dum testes in scriptis rediguntur, tertiò, quòd judex sit securus testes venire, postmodum, ad se examinandos, ut ex Claro ibi dicit Prosperus Farinac. & hoc quando procedit judex ex officio.

Ex sola autem querela partis, nunquam etiam deve- 140 nitur ad capturam in quovis genere delicti, & personæ, nisi duobus concurrentibus, nempe, si accusans, vel querelans probat summariè, querelatum, suspectum esse de fuga, & post cautionem, seu si dives est, se obligaverit de reficiendo expensas, damna, & interesse in 149
casu non verificatæ querelæ, ut tenent Julius Clarus *in pract. q.* 28. *sub vers. suis autem*, Foller. *in pract. crim. in vers. studeant se onerare, num.* 58. quos refert Farinac. *in dict. tomo pract. crim. quæst.* 27 *num.* 122. & sequitur eam, *num.* 128. secundum hanc declarationem, & cum his duobus requisitis, non aliàs, volo, & intelligas, & accipias opinionem Doctorum, affirmantium simpliciter, posse judicem ad capturam pervenire, etiam non extantibus indiciis, nec informatione in actis, quoties timetur de fuga delinquentis, & multò magis, quando est in fuga, cum sola, & simplici informatione capiendum esse suspectum de fuga, cujus authores, & sequaces sunt Marsil. Joan. Mar. Monticel. Jacob de Bellovi- 156
so, Brun. Blanch. Ang. Gram. & alii infiniti relati à Prosper. Farin. *ubi prox. n.* 125.

Unum tamen est, quòd si cum querela priùs concur- 141
rit infirmitas querelantis, graviter in lecto vulnerati jacentis, nam si coram tabellione ipse declaret ab uno, vel à pluribus vulneratum; sufficiet hæc assertio sola ad capturam, ut videamus quotidie, quia isto casu non potest dici, solam esse querelam, cùm concurrat cum ea 151
infirmitas vulnerati, quæ pro se maximam habere præsumptionem veritatis referendæ, latè comprobant relati à Farin *ubi supra, à n.* 128. ubi poteris videre alia, quæ articulum hunc tangant. *& n.* 154. *usque ad fin.* an 142
& quando captus pro uno debito, possit attestari, seu commendari pro alio vel pro delicto, & quid de capto delicto an possit recommendari pro debito.

Ex hoc eodem capite legitimam esse appellationem 143
alio, cum injusta sit, & indebita carceratio, facta in personam illius, qui tantùm realiter, non autem personaliter obligatus est: is namque in carcerem conjici nullo modo potest, not. Jas. *in l.* 4. §. *si actor. n.* 25. *ff. de re jud.* & tenet Baëça *de inope debitore, c.* 10. *n.* 5. & confirmatur ex doctrina Saliceti *in leg.* 1. *n.* 2. *vers. & est ratio, Cod. qui bonis cedere poss.* ubi dicit quòd ideo debitor tributi non potest capi, quia tributa imponuntur rebus, vel personæ propter res, *l. indictiones, Cod. de anno, & trib.* & inde

est,

141 est, quòd qui hypothecat pro alio rem suam, & non obligat personam suam, solùm est debitor respectu rei, quam hypothecat, & si eam exhibeat, certè capi non potest: ita dicit Salicetus *in l.1. ff. si certum petatur*, sicque obligatus ratione oneris realis liberatur, relin-
142 quendo ipsam rem oneratam, *cap. de terris de judæis*, cujus etiam farinæ est, quòd actio personalis limitata, non præstat jus capiendi debitorem, sicuti diximus de hærede conficiente inventarium, quoniam cùm fecerit inventarium, non tenetur ultra vires hæreditatis, nec
146 ultra bona, & res in eo contentas, & sic est debitor respectu illorum bonorum, & rerum contentarum in inventario, capi non potest ejus persona, nisi bona abscondat, ut *suprà* probavi latè. Igitur quantò magis, ille, qui non obligat personam suam sed bona tantùm,
147 ut & rectè infert Baëça *de imp. debitore*, *d.cap.1. n 5. ante medium*, *& in num.1. in princ.* dicit quòd ille non tenetur actione personali, putà, is, qui res suas mihi, non personam obligavit, non potest capi, ubi per totum caput hanc materiam defendit, & tuetur, & pro hac parte facit etiam lex stryli 134. cujus verba sunt: *Es à saver, quel fiador no se à dado por presso maguer los sus*
148 *bienes no cumplan à pagar el delicto; salvo, si no obligo su persona, y bienes*, & sic textus est expressus, ad hoc, quod ubi bona tantùm obligantur, non persona, ipsa capienda, & carceranda non est, ut indicant verba, *salvo si no obligo su persona, y bienes*, & ibi, *no se adado por presso*, &c. & ex hoc oritur frequens praxis, qua solent uti tabelliones in conficiendis obligationibus dicentes:
149 *Y me obligo con mi persona, y bienes*, ut hac cautela persona obligata simul, cum bonis ejus capi possit, hoc carens recursu: & statim post hæc scripta, hodie declaratum fuit in supremo hoc nostro Galleco, & Regio Tribunali, declaratúmque vim fieri per judicem quendam commissarium, seu executorem cujusdam sententiæ Reverendissimi Nuntii, rescriptúmque, sive commissio tantùm continebat, ut executor caperet bona condemnati, & in eis faceret executionem, nihil de persona loquens, & clarissimus, ac dilectissimus genitor meus, & praxi & theorica, pariter & prudentia, providus, cùm esset Patronus in causa vim fieri fundavit ex excessu de persona ad personam, ut nos latè Deo dante dicemus *infrà lib.4* & ex his, quæ diximus, possit etiam justificare suam intentionem.

Unum tamen est, quod si iste, qui tantùm realiter obligatus est; puta quia bona sua pro alio hypothecavit, vel bona obligavit, non verò personam, licèt ipsa non
150 capiatur, hoc tamen fallit: si rem ipsam, seu bona dolo desierit possidere, qui tunc non capitur ex obligatione reali, nec ex hypotheca sed ex dolo, *l. pro possessore, ff. de reg. jur. l. penult. ff. de dolo*, & licèt etiam ex re judicata conveniatur: justè defendi posse, dicit Baëça *ubi prox.* relatus, *n.9.* ut nec possit capi si rem obligavit, non personam, ut probatur *in d.l.134. stylo*, quoniam creditor solum videtur sequi fidem hypothecantis respectu rei hypothecatæ; eam nimirum solum obligat,
151 non personam, & ita si rem consumpsit, attrivit, & corrupit; vel abscondit, ex dolo ipso ejus persona obligata est, & ideo carcerari valet, ex contumacia, licèt aliàs capi non potuisset. B *in lib. penult. ff. de cessione bonorum*, & latè Baëça *suprà*, *n.10.* & ex aliis *in cap.16. n.19. & 7. & c.17. à n.11.* & *suprà* tetigimus etiam circa articulum de injusta detentione ratione personæ in particula de hærede, ubi vide.

De injusta carceratione rei, & causæ.

152 Sextò principaliter dicitur injusta detentatio, & carceratio ratione rei, & causæ, de qua agitur, & sic in ea quandoque rei sub fidejussoribus relaxandi sunt: *Salgado de Protect. Reg.* quandoque autem ratione ipsius causæ sub eis relaxandi non sunt qui articulus latè in genere ventilatus est, & examinatur per Rodericum Xuarez *in tractat. de fidei. in causa crim. super l.4. tit.3. lib.2. fori*, conciliando, & interpretando leges, quæ in hac materia modò variæ, modò contrariæ videntur apparere, ideo conclusionem, & regulam, quæ ex ejus, & aliorum disputatione resultat, scribam: & loco exempli in specie accuratè inferam casus, quibus carcerato, carcerum fidejussores admittantur, regulæ doctrinam limitans. Et quoniam hic punctus, sicut & superiores, adeò frequens est in tribunalibus, veniens ad ea per viam violentiæ, quàm citiùs potuerim, examinabo. In quo duas elicio conclusiones, & regulas. Prima sit, appellatio legitima est à detentatione in carcerem in delictis non
153 requirentibus pœnam corporalem, sed pecuniariam, contempta obligatione fidejussionis, quoniam in omnibus delictis, in quibus à jure non infertur pœna corporalis, seu corporis afflictiva, reus captus omnino relaxandus est sub fidejussoria cautione ab ipso oblata: text. est capitalis *in l. divus, ff. de custodia reorum*, text. *in l.1. eodem*, in quorum intellectu, concordia aliis pluribus relatis, longum fecit progressum Roder Xuarez *suprà* citatus *in d.1. stylo*, eandem comprobat B. *in d. lib.1. n.1. in fin.* ubi gloss. Bald. *in l. nullus, n.3. Cod. de exhibendis reis*, *& in l. sed si is, n.1. versiculo aut venit imponenda pœna pecuniaria, ff. de in jus vocando*, Angel. *malefic. in verbo quod fama publica, post num.66. versiculo si autem pœna non sit corporalis, & in verbo pro quibus Anton. fidejussit, n.11.* Bonif. de Vital. *in oper. malefic. sub titul. de carceribus priv. n.2. & 11.* Ghirlan. *de relax. carcer. sub titulo de fidejusso. reorum, n.1. & 7.* Conradus *practica, titul. de carcer. n.6. in fin. fol.274.* Roder Xuarez *ubi suprà*, Bert. *consil. 12. num.1. & consil.13. num.1.* Covarr. *var. resol. l.2. cap.8. num.8.* & communem dicit Anton. Gomez, qui pro ea plura adducit jura concordantia, *3. tomo var. resol. cap. 9. de captura reorum. n.8. in princ.* idem tenet Boss. *in titulo de carcerat. fidejuss. committ. n.1. & 2.* Menoc. *de arbit. quæst. lib.2. casu 303.* ubi etiam, & pluribus Doctoribus de communi testatur, idem tenet Marsil. *in pract. §. attingam, n.3. & in rubrica de fidejuss. n.247.* Jul. Clar. *in pract. crim. § fin. quæst.46. versiculo in hac autem materia*, Bonacos. *in suis commun. op.1. p. verbo carceratus ubicunque, fol.20. col.2.* & ita practicatur quotidie in omnibus tribunalibus,
154 & in causis, quæ ad suprema trahuntur per viam violentiæ, eo quòd judices nolunt appellationibus hujusmodi interpositis, cùm justæ sint, deferre, attenditúrque per Senatores semper, an pœna sit corporis non afflictiva, quia tunc absque dilatione, seu retardatione vim
155 fieri, & appellationi deferendum, declaratur; quia hæc conclusio multò magis procedit in clericis, qui quidem, si offerant fidejussores in delicto non appetente pœnam corporis afflictivam, relaxari debent; ita tenet Foller. *in pract. crim. an. in verbo, & in carceribus manipatis, cap.12. n.6* ex Felin. *in cap. I. gebatur, in prin. n.1. de major. & obed.* quod difficultatem non habet;
156 ad capturam enim clericorum majori maturitate, majoríque cum temperamento deveniendum est, ita tenet Ber Diaz. *in practic. crim. an. verbo eos citari personaliter, cap.13. in prin ip.* & Foller, *ubi proximè, num. 5. & alibi passim.*

Secunda pars hujus regulæ & conclusionis ea sit: ut
157 appellatio interposita per carceratum à detentatione in carcere pro crimine, & delicto gravi, seu atroci, requirente pœnam corporis afflictivam, etiam oblata fidejuss. & cautione, ut non legitima admittenda non est, nec tunc judex non deferens ei, vim facier, cùm hoc casu carceratio justa, debita, & à jure permissa dicatur; text. *in d.l. divus, ff. de custod. reorum*, per quem hanc regulam, & conclusionem affirmarunt B. *in lib.1. ff. eodem titulo*, Boss. Cov. Contra. Rod. Xuarez, Mar.

Put Bon. & Vitall. Ghirlan. & alii relati in ſuperiori concluſione, item tenet Oſaſ. *deciſ. Pedemon.* 18. *n.*4. Quintil. Mandoſ. relatus per Bonacoſam *in communi opin.* 2. *part. verſiculo fidejuſſ. non admittitur, fol.* 29. *col.* 2. *in fin.* licèt hæc concluſio non fuerit à calumniatoribus oblata prout videre eſt per Menoc. *de arbit. q. caſu* 303. *n.* 20. *in fin.* non tamen ab ea recedendum eſt: pro qua facit concordant. Bullæ Pij V. *incipit, cùm ſicut accepimus, in ordine* 184. *in* 2. *part. Bullarii, fol.* 639. Ubi Summus Pontifex aufert facultatem excarcerandi, ſeu relaxandi reos ſub fidejuſſoribus, non ſolùm judicibus, ſed etiam carcerum viſitatoribus, quando agitur de capitali delicto, ex quibus regulis multi ſe nobis caſus dubii, qui ex concluſione ſubſtantiam rapiunt, offerunt examinandos & ad hanc, & ſuperiorem concluſionem plures citat Bald. *in addit. ad Roder. Xuar. ad tutul. de fid. in cauſa crim. n.* 1. *litera A, fol.* 72.

158 Quæ concluſio non ſolùm locum habet in laicis, ſed etiam in clericis: quoniam ubi agitur de pœna corporali, certum eſt eum non eſſe fidejuſſoribus committendum, text. eſt *in cap. ſi clericus, de ſentent. ex. commun. in* 6. ibi: Eoſdem quoque clericos, ſi de parendo juri, tibi fidejuſſoriam dederint cautionem, detinere non debes, (niſi exceſſus enormitas, vel alia cauſa rationabilis eos ſuaſerit detinendos.) & Doctores ibi explicant,

159 illud enorme dici delictum, ſi pro eo clericus curiæ ſeculari tradatur, ut eſt crimen falſificationis literarum apoſtolicarum hæreſis, homicidii in perſonam ſui Epiſcopi, ex quibus per Farin. *in* 1. *tomo prim. q.* 8. *titul. de inquiſitione, à num.* 75. & Joan. Andr. *in d. cap. ſi clericos, col* 1. *verbo enormi*, ubi Archid. *poſt num.* 3. Franc. *n.* 15. & Germinia 9 Boſſius *titul. de carcer. fid. commit. n.* 13. Foller. *in pract. crim. c. verbo, & in carceribus mancipatis, c.* 12. *verſiculo ſed ſi veniret in ponenda pœna corporalis*, allegans text. *in cap. cùm homo* 23. *quæſt.* 5. *gloſſ. in cap. arguta* 2. *q.* 6. Felin. *in c. legebatur, in princ. de major. & obed. & in cap. ex parte, n.* 3. *de reſcriptis*, & ubi habet locum, depoſitionem relaxat, ut tenet Cal. *conſil.* 21. *tit.*

160 *de treuga*, & quando imponatur, vide Abb. *in c. ar ſi clerici, in princip. col.* 12. *de jud.* eſt enim depoſitio quædam degradatio verbalis, *c. qualiter, el* 2. & ibi Abb. *de accuſ.* Alexand. *in conſ.* 174 *volum.* 1. ponit pro quibus criminibus fiat depoſitio. Decius *in conſil* 143. *volum.* 1. & 2. ubi quando clericus ſit commit. fidejuſſ. ubi quando pœna detruſionis venit in monaſterium, vel in carcerem perpetuum, & pro declaratione *cap. ſi clericus,*

161 quando dicatur crimen enorme, vide Abb. *in cap. tuæ, de pœnis*, & ſic duo ſunt conſideranda in hac materia circa clericos. Primum, an inferatur pœna corporalis (non dico ſanguinis, quia illo jure non admittitur, *c. ſententiam ſanguinis, de cler. vel mon.*) ita tenet Decius

162 *d. conſil.* 143. Secundò an ſit grave crimen, vel non, ita ut in hoc videtur jus canonicum ſecurius civili, cùm hoc ſolùm requirat pœnam corporalem, ut tenet Boſſius *ubi proximè.*

163 Ego autem ex mente Doctorum, præcipuè Follet. *ſupra* & Farin. *in* 3 *tomo, quæſt.* 33. *num.* 58. pro evitanda dubitatione dicam, in hoc articulo attendendum eſt, an delictum, pro quo clericus detinetur, de his ſit, in quibus jus civile fidejuſſores ad relaxationem admitteret, vel non, licèt jure canonico pœna ſanguinis non ſit, adeſt tamen corporis afflictiva, adeò ut regula in hoc ſcripta procedat in clericis.

164 Ex quo capite imprimis inſurgit, an juſta ſit & legitima appellatio, emiſſa per carceratum à detentatione in carcerem pro delicto pœnæ auxilii, & relaxationis infringente, oblata per eum fidejuſſoria cautione. Et videtur affirmativè dicendum, quoniam pœna exilii non eſſe corporalem, nec corporis afflictivam, & ideo captum pro delicto eam irrogante ſub fidejuſſoribus relaxari debere affirmat Azeved latè hanc rem agens *in lib.* 8. *titul.* 18. *lib.* 4. *recop. lat. & in l.* 2. *titul.* 19. *lib.* 8. per text. *ibi*, quem ad ſuum propoſitum expreſſum vocat; ibi: *No a de llevar pœna corporal, ſi no de demaſia, y deſtierro*, & idem *in addit. ad Cur. Piſ. d. l.* 4 *c.* 6. *n.* 14. & idem videtur tenere Jodoc, *in pract. crim. c.* 19. *de relax. carc. n.* 4. *verſiculo iisdem* &c. contrarium tamen, imò in 165
pœna exilii non relaxari ſub fidejuſſoribus: quoniam talis pœna corporalis eſt, tenet ut expertus Egidius Boſſius *in tutul. de carcer. ſub fide, relax num.* 7. imò ſi exilium ſit perpetuum, capitalem pœnam cenſet, dixit 174
communem Emman. Soarez. *in collecta commun. opin. verbo capitalis, n.* 8. & ideo detentum pro delicto tali pœna digno, non relaxari ſub fidejuſſoribus, dixit Ca- 166
ſon. *poſt tractat. de ind. & tort. cap.* 9. *rubr. de captura, & carcer. num.* 8. *verſiculo & advertendum eſt*, &c & idem affirmat Boſſius *ibi*, *n.* 7. & 8. & ab hac ultima opinione non recedendum fore admonet Proſp. Far. 3. *tomo prax. crim. quæſt.* 33. *n.* 55. & 56. quid dicendum; multum ſuadet authoritas horum Doctorum, ſed ma- 167
jor authoritas eſt noſtræ l. regni, hanc difficultatem omni modo excludens, & priorem opinionem expreſsè 175
probans, quæ nullam reſponſionem habet; maximè, ſi tota legatur, & eam, ejuſque opinionem latè fundat Azeved. *ibi* & ſic dico vim judicem facere Eccleſiaſticum, ſi non detulerit appellationi, ab hac detentatione interpoſitæ oblatis fidejuſſoribus, quoniam hoc jus noſtrum commune Regium, ipſe debet obſervare, cùm in hoc jus canonicum deficiat, ſecundùm quæ *ſuprà* diximus 1. *p. in cap.* 2. §. 3.

Quid autem dicendum eſt in capto pro delicto, cui 168
per l. pœna indignationis Regis, ſeu Principis impoſita eſt? Et breviter dico, quòd appellario à detentatione, etiam fidejuſſoribus oblatis, non juvabit carceratum: quoniam hæc pœna iræ, & indignationis Principis pœna mortis judicatur: juxta textum *in l. nihil intereſt, in fin. princ. ff. de adulter.* & inducit privationem beneficiorum ſecundùm Barbo. *conſ* 11. *colum.* 5. *in fin. volum.* 1. Azeved. *in l.* 1. *titul.* 1. *lib.* 4. *recopilat. n.* 18. & 19.

Similiter nec admittenda eſt appellatio, interpoſita 169
à detentatione pro delicto, exigente pœnam palinodiæ cantandæ: juxta text. *in l.* 2. *titul.* 111. *lib.* 8. *recopil.* quam latè exornat Parla. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 17. *per totum*, quoniam talis palinodiæ pœna, & ſevera, & perquam dura eſt; ſiquidem is, qui cantat palinodiam, toto exauctoratur honore, etiam quantumvis dignitate præfulgeat, ut oſtendit *l.* 8. *titul.* 3. *part.* 7. *l.* 5. *part.* 7. & *l.* 2. *titul.* 8. *recopilat.* & cùm hæc pœna exequi in abſentem non poſſit, proinde hujus criminis reus, etiam 170
datis fidejuſſoribus non eſt carcere relaxandus, tradit Maran. *in ſpeculo aureo*, 4. *part. num.* 10. & Parla. *in d. c.* 17. *n.* 47. & ita practicatur *ubi num.* 31. & 32. ex aliis probat clericum, ſicut nobilem hac ignominioſa pœna 171
non plecti; & generaliter idem dicendum eſt in pœna infamiæ, ut tenet. Boſſ. *in titul. de carcer. a. fidejuſſ. commit. num.* 7. & 8. eum referens Farin. *ubi ſuprà d.* 3. *tomo crim. cap.* 33. *num.* 55. *ad medium*, quia omnis cauſa tangens famam dicitur gravis, *l. ſi inimicitiæ, ff. de his quibus, ut indignis*, Azeved. *in l.* 2. *titul.* 10. *lib.* 8. *recopilat. n.* 233. & ideo cùm hæc contradictionis, ſive palino- 172
diæ cantandæ pœna ſit infamatoria, & diſcens ſit infamis, ſub fidejuſſoribus relaxandus non eſt, ut etiam tenet Avend. *in titul. de las injurias, numero* 17. Secundum quem *num.* 15. & 26. hæc pœna eſt corporis afflictiva, nec per alium impleri poteſt, quæ excludunt fidejuſſorem, & idem tenet etiam Aviles *in proœmio, cap. prætorum, n.* 20. & Placa *de delictis, c.* 1. *n.* 22.

Inſuper indebitam eſſe, & legitimam appellationem 173
emiſſam à carcerato qui ſive in civilibus, ſive in criminalibus indiciatus eſt ad torturam, affirmo; is enim ante torturam inflictam, minimè relaxandus eſt ſub fidejuſſoribus, ut docet Bald. *in l. ſi quis poſt, verſiculo item eſt detinendus* ubicunque eſt torquendus, *ff. de teſt.* per 176
text. *in lib.* 2. *C. de cuſto. reorum*, ibi, donec reperiatur cognitio

gnitio celebrata: idem Bald. *in l. nemo decipeps, n. 6. in fin. verſiculo quandoque qui detinetur non ratione pœnæ, ſed ratione torturæ, Cod. de Epiſcopali audien.* dicens, quòd quando rei ad eruendam veritatem ſunt torquendi, nullo modo relaxantur, etiam oblatis fidejuſſoribus: idem dicit noſter Xuarez *in d. tract. fidejuſſ. in cauſa num. 18. verſi. ido item eſt detinendus, ut torqueatur*: ex qua doctrina idem dicendum eſt in teſtibus, à quibus
174 veritas inquirenda eſt, recuſantibus ipſam manifeſtare, quo caſu torquendi ſunt, & tunc minimè ſub fidejuſſoria hac cautione relaxandi, ut tenet Meno. *de arbit. q. lib. 2. caſu 330. n. 15. & 26.* pro quibus & faciunt, quæ adducit Paris de Puteo *de ſyndic. verbo carcer, & carcera. num. 2. an poteſtas, n. 2. fol. 140.* Afflict. *in conſ. ſi humanitate, ſub rubrica qui de fidejuſſ. dare poſſ. num. 17. & 21. 2. part.* Paul. Ghirlan. *in tract. de relax. carcerato. rubrica de fidejuſſ. reorum,* & licèt Afflict Paris de Put & Ghirl. *in locis allegatis* videantur loqui in criminibus pœnam corporis afflictivam exigentibus, idem tamen
175 eſſe ex identitate, & generalitate rationis utriuſque caſus, etiam in pœnis pecuniariis, ſi ſunt de caſibus, in quibus tortura poteſt dari, de quibus per Farin. *in 3. tomo praxis crim. libr. 2. ſub titulo de indiciis, & tortura,* qui hanc noſtram principalem opinionem tuetur *in d. 3. tom. q 33. n. 38. & 39. ad fin.* allegat Bullam Pauli IV. in ordine 50. *incipit licet ex juris p. Bullarii. f. 639.* ubi expreſsè prohibet relaxatione carcerati ſub fidejuſſione, nedum quando certum eſt locum fore torturæ, verùm etiam, quando de hoc dubitatur, & diſputatur.

Similiter vim judex Eccleſiaſticus non faciet, non relaxans carceratum ab hoc appellantem, etiam in cauſa pecuniariæ pœnæ, ſeu corporis non afflictivæ; non habentem nec præſtantem fidejuſſorem, ut dictum eſt *in d. 1. concluſione,* ut tenet, & firmat Bald. *in l. ſed & ſi is, in prin. ff. de in jus vocando, & in l. ſi quis poſt, ff. de teſtam.* Amad. *in tract. ſyndic. num. 210.* Ange *in l. nullus, n. 3. in fin. C. de exhiben. reis,* Angel *de malef. verbo pro quibus Anton. fidejuſſit, num. 16.* & ibi Angel. *in additio. & in ſequente verbo qui judex dictum Caium d tineri, & carcerari juſſit, n. 4.* Ghirlan. *ubi ſuprà, q. 1. n. 2.* Jodoc. *in pract. crim. cap. 20 num. 3.* Rode Xuarez *ubi ſuprà, num. 3. verſiculo aut non inveniunt fidejuſſorem,* Contra. *in pract. tit. de appellat. n. 22. fol. 20.* qui loquitur etiam procedere in cauſa appellationis, per text. *in l. eos, §. ſuper his, & l. minimè, in fin. Cod. de appellat.* & plures ad hoc ultimum concordantes adducit Rob. Lancelot. *de attenta. cap 12. limit. 33. num. 1. & ſequentibus,* Clarus *in prax. §. fin. quæſt. 46 verſic. in hac autem materia, in fin.*

Idem etiam verum eſſe cenſeo, appellationem admittendam eſſe à carcerato pro crimine falſi, quoties ejus pœna eſt pecuniaria: quia nec tunc poteſt ſub fidejuſſoribus relaxari, ut defendit Foller, *in practic. crim. verbo examinati ſub fidejuſſ. n. 19 verſiculo tu autem adde.* Decius *conſ. 143. n. 5. volum. 1* Farina, *d. 3. tomo practic. crim. quæſt. 33 n 30 & ſequenti,* qui omnes tenent hanc opinionem & defendunt contra Marſilium *in practica crim. §. attingam, num. 7.* addo etiam Ferrant, Gargiar. *in crim. diverſ. 125. n. 25. volum. 1.* Grama, *conſil. civ. 109.* Hierony. Magon. *deciſione Lucenſi 42. n. 1 & 2. part 1.* & fundat ſe ipſe Marſil. quoniam in hoc crimine multa ſpecialia à jure inducta ſunt, quia eſt delictum atrox, & enorme, ut ipſe dicit etiam *in ſingul. ſingu. 163. incipit crimen falſi,* & Nellus *in tract. de bannit. in 3. part 2. temporis, in quæſt. 12.* & idem. Marſi. *in l. 1 § ſi ſervus, in 3. colum. in fin. ff. de quæſtio.* quæ ratio non ſatisfacit, cùm pœna eſt pecuniaria, quæ in abſentem reum exequi poteſt, vel in ejus fidejuſſorem, per quem excluditur metus aufugiendi, & condignæ pœnæ evitandæ, & cætera alia, per quam rationem, ſed occaſionem rei in carceribus cuſtodiuntur

176 Quæ tamen doctrina, & opinio ſuperior Foller. & Farin. locum habet de jure civili, non de jure canonico, quod intueri, & attendere debemus omnino in hoc genere violentiarum: contrarium foret dicendum, imò opinio Marſilii, & aliorum ſervari deberet, quia jure civili magis verior eſt; nam canonico ad detentationem in carcerem ſufficit, ut delictum ſit enorme non tamen pœna attenditur, ex text. *in cap. ſi clericos, de ſent. excomm. in 6.* de quo *ſuperius* latiùs dixinus. Et ſic cùm falſitatis delictum enorme ſit, meritò jure canonico, etiamſi pœna ejus ſit pecuniaria ex forma ſtatuti; delinquens non foret ſub fidejuſſore, relaxandus, nec judex delationem appellationis abnegans eſſet in culpa.

Appellatio autem emiſſa à carcerato invento in fla- 177
granti, caſibus, quibus delictum ita eſt manifeſtum, vel notorium, licèt in eis pœna pecuniaria imponatur: tunc namque ſub fidejuſſoribus non relaxantur, ut per Angel. de Aret. *in addit. ad Angel. de malefi. verbo fama publica, folio 11. incipit, tu autem in hac materia adde primo, &c.* eleganter Bald. *in l. ſed & ſi is, ff. de in jus vocan.* hanc limitationem ad ſupradictam cõcluſionem ponit Hippolyt. de Marſi *in pract. §. attingam, n. 5. & ſequent.* & faciunt dicta per Innocent. *in cap. ut fama, de ſenten. excomm.* per Flor. *in l. 4. ff. de l. Aquil.* & per Angel. Felin. Alexand. & alios, quos ipſe Hippolyt. ibi refert: idem tenet Fran. Caſon. *poſt tractat de indiciis, & tortura in quæſtionibus, cap. 9. rubrica de captura, & carcere, n. 11. verſiculo ſi repertus eſt in flagranti,* Foll. *in prac. in verb. examinati liberentur ſub fidejuſſ. n. 7. & 8.* Menoc. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 303. n. 12. & 13.* Repertus tamen cum armis, ubi vel nocte, vel die prohibita ſunt, ſi in flagranti reperiatur, evitat carcerem, nec ad eum
178 vehitur ſi offerat ſi fidejuſſores de præſentando, ut tenet Angel. *in l. verò pro condemnato, §. 1 n. 1. in fin. ff. qui ſatiſda. cogant.* idem tenet Auguſt. ad Angel. *de malef. verbo pro quibus Anton. fidejuſſit, num. 9.* allegans Bald & Angel idem, tenet Rode Xuarex *in ſuo tractatu de fid. in cauſa crim. n. 3 & 4.* quod verius eſt, in cæteris autem venire eſt, quod *ſuperiùs* diximus.

Deinde juſtè negnda eſt appellationis delatio ei; 179
qui vel confeſſus eſt delictum, vel legitimè convictus eſt: nam etſi ipſum exigat pœnam pecuniariam, vel alias corporis non afflictiva n, juſtè tamen in carceribus detinetur, ad cujus relaxationem non fidejuſſione, ſed ſolutione opus eſt; nullæ enim hoc in caſu ſunt partes judicis ampliùs, quàm vel abſolvere, vel condemnare textus eſt *in lib. ſi confeſſus, ff. de cuſtodia reo um;* cujus ſunt verba: Si confeſſus fuerit reus, donec de eo pronuntietur in vincula publica detinendus eſt. per quem text. hanc doctrinam ut veram firmat B. *in lib. 1. numero 1 ff. de cuſto. reorum* Bald. *in l. nullus, n. 3. C. de exhiberdis reis.* Marſi. *in practic. crim. verbo attingam. n. 4.* Rode Xuarez *in praxi num. 4. verſiculo quod limita, niſi accuſatus confiteri crimen.* Paris de Puteo *in tractat. de ſyndi. verbo fidejuſſor. ff. ad rem, c. 3 de ſi judex malefi-ciorum, n. 11.* Auguſtinus in Angel. *de malef. ubi ſuprà, d. verbo pro quibus Anto. fidej. ff., poſt princip.* idem ſecundùm Bald. Franc. Caſon. *ubi ſuprà n. 11.* Paul. Ghirlan. *in tractatu de relaxa. car. rubric. de fide. reorum, n. 1. & n. 6. in fi.* Foller. *in practic. crim. verbo examinati liberentur ſub fidejuſſ. n. 2. & 12.* Jodoc. *in practic. crim. c. 20. n. 1.* Contra. *in practic. rubr. de carcer. n. 13. in fin fol. 176* idem tenet Farina, *in 3. tomo pract. crim. q 33. n. 9.* idem tenet Menoch *d. caſu 303. n 4 & ſequenti.*

Quæ doctrina habet locum non ſolùm in confeſſo, ſed etiam in ſolo convicto, ut per Ghirl. Jod Foller. & alios in relatis locis, & in confeſſo non ſolùm ſponta-neo, ſed etiam in confeſſo per torturam, dummodo 180
confeſſio ſponte ſit ratificata: ut probat Farina proximè relatus *à num. 11.* qui meminit Bullæ Pauli IV. de qua *in prima parte Bullarii, conſtitutione 40. incipit, licet ex juris communis diſpoſitione, verſiculo nullus etiam, qui crimen in judicio confeſſus fuerit, folio 639* & alterius Pii, V. *in eodem Bullario 2. part. conſtitutione 134.*

incipit cum ſicut accepimus, verſiculo in levioribus autem delictis, fol. 1189. quæ hanc noſtram expreſsè comprobant, & approbant doctrinam, & vide per eundem Farin. *à n.* 15. an, & quando hæc confeſſio ſufficiat extrajudicialis, vel non.

181 Inſuper appellatio admittenda non eſt, quando reus jam eſt condemnatus, quia non fidejuſſoribus relaxandus eſt, ſed ſolutione tantùm liberatur, argumento text. *in l.* 4. *§. ait prætor, ff. de re judic.* ubi dicitur condemnatum ſolvere, non liberari dando idoneos expromiſſores, *l. quod ſi non ſolvere, ff. de pignorat. actione, l ita liberatur §. qui paratus, ff. quibus mod. pig. vel hypoth. ſol.*
182 ubi paritet diffinitur condemnatum ad poſſeſſionem tradendam minimè liberari fidejuſſores præſtantem, & idem firmat Petrus à Placha, *in epitome delictorum, lib.* 1. *cap.* 2. *n* 18. *in prin. verſ. huic intellectui facit*: nam ſi confeſſus, vel convictus ſimpliciter non relaxatur propter proximam ſpectatam condemnationem: multò minùs poſt ipſam condemnationem, & ſententiam, & idem tenet Proſper Farin. *d. quæſt* 33. *n.* 19. quod ego
183 intelligo non appellante ab ipſa ſententia, vel ipſa in rem judicatam tranſacta, ſecus autem dicendum eſt appellatione ab ea interpoſita: nam tunc fidejuſſoribus relaxandum eſſe condemnatum; probat text. argument. *in l. cos, cod. de appellat. in §. ſuper iis*, ibi, ut inopia idonei fidejuſſoris in cuſtodia retenti &c. *& in l. minimè in fin.* ibi fidejuſſoris idonei copiam non habet, *Cod. eo-*
184 *dem titul.* ſed quidquid de jure communi ſit ſecundùm Farin. proximè relatum, jure noſtro Regio illud ſtat diſpoſitum *in l. fin. tit.* 18. *lib.* 4. *recopil.* ubi dicitur: *Que quando alguno fuere preſſo por cauſa pecuniaria, no ſiendo la cauſa criminal, ſi appellare de la ſentencia, que contra*
185 *el fuere dada, que depoſitando la quantidad, en que fuere condemnado, o danda fianças baſtantes por ella ſea ſuelto de la priſion, para que pueda proſeguir ſeu appellacion*, & ſic in cauſa civili jure Regio fidejuſſor admittitur; in cauſa autem criminali nullo modo, ut indicant illa verba *no ſiendo la cauſa criminal*, circa quod facere videtur etiam quæ adducit Lancelot. *de attent. lib.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 4. *n.* 21. *& ſeqq. &* 23. *limit. n.* 3. in ſtatu autem Eccleſiaſtico (quod nos intueri debemus) omnem difficultatem ſublatam eſſe teſtatur Farin. *d. c.* 33. *n.* 23. ex Bulla Pii V. aliarum Bullarum declaratoria, de qua *in Bullario* 2. *part. fol.* 1182. & eſt in ordine conſtitutio 180. qua cavetur: quòd ſi reus carceratus, vel etiam non carceratus (generaliter dicit loqui Bullam) condemnatus ſit per judicem ex ſua propria confeſſione, & tunc nullatenus executionem condemnationis impediat, ex quacunque appellatione interpoſita fidejuſſione, ſeu cautione oblata; ſed ſi ipſe reus appellans confeſſus non ſit, in appellatione audiatur ſi dives eſt facto actuali depoſito, ſi pauper, quod judicis arbitrio remittitur præſtita idonea cautione in forma depoſita, de ſolvendo pœnam, in qua condemnatus extitit, ſeu reſpectivè de ſe repræſentando toties; quæ nulla in cauſis criminalibus locum habet, cùm loquatur de pœna, qua reus condemnatur, *&c.* & ideo hanc Bullam Romæ, & in omni ſtatu Eccleſiaſtico obſervandam eſſe advertit Farin. *ibi*, & ſic ſi proceſſus ad curiam per viam violentiæ veniat vim fieri declarabitur, ſi judex non deferet appellationi, per carceratum interpoſitæ, & offerentem in hoc caſu, ſeu depoſitum, ſeu fidejuſſores ſecundùm prædictam ſententiam.

861 Cæterùm nec appellatio juvat appellantem carceratum pro cauſa, ſeu delicto corporis afflictivam pœnam non exigente ex eo, quod ſibi ad relaxationem non admittuntur fidejuſſores; quando de proximo ſperatur ſententia, & cauſa eſt in termino determinationis, quos antea ipſe carceratus vel diſtulit, vel recuſavit dare uſque ad id tempus, quo ſub eorum fidejuſſorum obligatione relaxationem obtineret, ut tenet Angel. *in lib.* 2. *colum.* 1. *in princ. Cod. de exhiben. rei*, per textum, quem allegat *in l.* 1. *§.* 1. *& in l. ſi quis, ff. de cuſtodia rerum*, dicens, aliàs admittendos eſſe fidejuſſores, ſi non eſſet cauſa eo ſtatu ferendæ ſententiæ Angelum ſequuntur Auguſt. *in additio. ad Angel. de maleſi. in verbo pro quibus, Anton. fidejuſſit, in* 1. *additione, in princ.* & hanc limitationem ad illam concluſionem primam à nobis *ſuprà*, relatam, expreſsè propoſuit Hippolyt. de Marſil. *in. pract. crim. § attingam. n.* 3. ubi, inter alia fundamenta allegat text. *in cap.* 1. ibi quia ſi proclamare voluit, cur tandiu tacuit, *de frigid. & malefic.* ubi etiam plures adducit ad hanc rem Doctores, Rode. Xuarez *in d. tract. de fidejuſſ. in cauſa crim. in* 4. *verſiculo in tantum quod ſi*, & rationem reddens, quoniã in articulo ferendæ ſententiæ, jam conſtat carceratum reum eſſe fiſci debitorem, hoc idem tenet Franc. Caſon. *in d. tract. de ind. & tort. in fin. tractat. in quæſt. c.* 9. *rubr. de captura, & carcere, n.* 11. *verſ.* 1. idem Menoch. *de arbitr. d. caſu* 303. *n.* 8.

Huic & proximum illud eſſe, quando ſcilicet, detentus pro delicto, etiam pœnam corporalem exigente, appellat: eo quòd judex eum non relaxat, quando ex actis conſtat poſt proceſſus publicationem, putà; de ipſius innocentia, & abſolutione debita, quod judex facere tenetur, etiam non ſpectata ſententia, ut notabiliter dicit Bald. *in l. ſed ſi is. ff. de in jus vocan.* allegans text. *in l. nullus, C. de exhiben. reis, in verſiculo donec reperierit, &c.* idem Bald. *in l. ſi quis poſt accuſationem, ff. de teſt.* pro quo bonus eſt text. *in l. pro pœna, § 1. ff. de manum.* idem dicit Ludovicus Roma. *in ſing.* 413. *incip. accuſatus de crimine capitali*, in quo optime loquitur videndus Hippolytus *ubi proximè n.* 16. ubi plures de facto vidiſſe & obtinuiſſe etiam dicit judicem relaxare reum hoc caſu teneri, quãdo ex proceſſu de innocẽtia ejus conſtat: idem tenet Jaſ. *in l. naturaliter, in princip.* 22. *colum. verſiculo ſi confirm. concluſionem B. ff. de acquir. poſſ.* ubi plura alia pro hujus doctrinæ affirmatione adducit Paris de Puteo *de ſyndica, verſic. fidejuſſor. officialium, c.* 3. *ſi judex maleficiorum, n.* 12. *fol.* 188. Paul. Ghir. *in tract. de relax. carcer. rubrica de fide reorum, q.* 1. *n.* 4. *&* 8. Cyril. *in ſua crimin.* 1. *part. rubrica* 12. *de cuſto. reorum. §.* 1. *n.* 3. *in fin.* plures etiam allegat Boſſ. *in tract. de carcer. fid. commit. num.* 25. *ad fin.* Xuarez *ubi ſuprà, num.* 25. & Menoch. *n.* 34. Julius Clar. *in practic. crim. quæſt.* 46 pariter etiam & communem vocant Bonacoſ. allegatus in Hieron Mago. *deciſ. Lucenſ* 42. *num.* 12. *& ſeqq.* Bertazo, *conſ.* 367. *num.* 1. *lib.* 2 quæ relaxatio cum fidejuſſoria cautione eſſe debet, non aliter, ut contra alios tenet Boſſ. *in titul. de ſentent. n* 61. Jul. Clarus *ubi proximè*, ubi plures allegat, & idem dicunt ferè omnes citati Doctores, & vide Farina. *ubi ſuprà, d. quæſt.* 33. *à num.* 67. alias annotationes ad hanc doctrinam deſcribentem.
Illam non omittam, quam *n.* 68 firmat cum Julio Cla- 188
ro, in omnem, ſcilicet eventum, & cauſam tempore ferendæ ſententiæ diffinitivæ reum ſub fidejuſſoribus relaxatum, ut judex revocet in carcerẽ, ne fortè ſecuta pœna corporali aufugiendo ipſam evitet, dicens, ita paſſim ſe vidiſſe; & ego etiam in hoc noſtro tribunali multoties. An autem & quando, qui ſe pro aliquo cri-
mine in carcerem offert, & præſentat, cenſeatur inno- 189
cens, & an tunc ſit ſub fidejuſſoribus relaxandus, quando crimen requirat pœnam corporis afflictivam, vide Bobadil. *in Politic. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 109.

Vis tamen nulla eſſe poteſt, ubi judex non deferat appellationi à detentione in carcerem pro delicto, in 190
quo pœna corporalis veniet in defectum pecuniariæ, ut putà, quia ſic diſpoſitum ſit ex forma ſtatuti, dictantis: quòd ſi reus intra tempus tot non ſolvat, ad triremes tranſmittatur, vel quid ſimile: quod tamen ita intelligas, quando ita diſpoſuit ſtatutum per verba denotantia actum ſolvendi, puta; quæ ſi non ſolverit, ad triremes tranſmittatur, &c tunc enim cùm requirat actualem ſolutionem, cùm pœna ſequuta eſt, 119
non ſufficit ſatisdatio fidejuſſoria, nec pignoratitia,

l. ita liberatur. §. qui paratus ff. rub. mod. pign. l. solutum, ff. de solutio. l. [illegible] ff. de verborum signif. se-
192 cùs si statutum loquatur per verba denotantia non actum solutionis, sed potentiam solvendi, & assecurationem; ut pùtà; quam si solvere non potuerit, transmittatur, &c. tunc enim carceratum posse sub fidejussoribus relaxari; quia jam debitum assecuratur per idoneos fidejussores, secundùm B. *in d. l. item liberatur, §. qui paratus, n* 3. & ibi etiam Salicet. quem sequitur Joan. de Anania *consil.* 21. & ibi Ludovicus Bologn. *in add. ad Angel. de malefic. in verbo quod fama publica precedente potest n.* 67. *versic. nam in d. quæst. & in verbo, quas si non solverit, n.* 9. *vers. quid autem*, Felin. *in c. ad nostram, n.* 12. *de jure jur.* Alex. *in l. si se non obtulit, §. si ex conventione, 1. nota. ff. de re jud.* Jas. *cons.* 9. *n* 9. *lib.* 1 Petra *singulari.* 63. *n.* 3 Rod. Xuarez. *in tractat. de fid. in causa crim. n.* 23. *in fin. vers. sed hoc intelligo esse verum*, idem tenet Ozasc. *decisione Pedem.* 18. *n.* 4. *versiculo in contrarium verò facit, n.* 5. qui cum eleganti fundamento hanc distinctionem non verbalem, sed realiter, & jure veram esse, demonstrat, secundùm quam Senatum judicasse, quem referens sequitur Menoch. *d. arbitr. lib.* 2. *d. casu* 303. *n.* 36. Hieron. Magon. *decis. Lucens.* 42. *n.* 31. *p.* & hanc distinctionem communem esse, & receptam testatur. Farin. *d.* 3. *tomo pract. crim. quæst.* 33. *n.* 51. *cum seqq.* secundùm quam partim vim fieri, partim non fieri constat.

193 Pariter nec vis ulla esse potest: si nec deferatur appellationi à detentatione pro delicto, cujus pœna relicta est à jure, vel statuto judicis arbitrio, qui si aliqua causa praviderit, locum etiam pœnæ corporali, non pecuniariæ, sub fidejussoribus eum relaxare non debet, licèt (ut dico, pœna corporalis determinata non sit. Secùs autem erit si expressè judex verisimiliter videat huic pœnæ locum non fore, sed pecuniariæ, quæ distinctio originalis ex Bald. *in l. nullus, in* 2. *col. post n.* 3. *vers. aut pœna est arbitraria, Cod. de exhibend. reis*, quem sequuntur Paris de Put. *in tractatu de syndi. verbo fidejussores officialium; c.* 3. *si judex maleficiorum, n.* 11. *fol.* 118. Paul. Ghirlan. *in tract. de rela. carcer. titul. de fidejussoreorum n.* 1. *n.* 5. *&* 7. Xuarez *ubi proximè, n.* 4. *in fin. vers. sed quod si pœna sit arbitraria, & n.* 25. Conrad. *in practic. titul. de carcerat. n.* 4. *in fin.* Hippolyt de Marsil. *in tit. de fidejussor. n.* 247. *in fin.* Grama. *consil.* 15. *num.* 5. *&* 7. Menoch. *de arbitr. ubi supra, n* 39. *& sequentibus*: nam si hoc casu judex sub fidejussoribus relaxet carceratum, animum suum detegit, & declarat.

194 Simili modo nec dicitur legitima appellatio à detentatione, etiam in his causis, quibus aliàs sub fidejussoribus relaxatur; quando nempe reus in carcere vel simpliciter, vel sub juratoria cautione, seu sub fidejussoria, relaxatus, vel alias à carcere pro tali, vel simili delicto detentus in ea aufugisset, nam tum indignum se reddit relaxatione: alia ita notanter dixit glossa. *in l. lege Cornelia ff. ad Syllanianum*, quam exaggerat Ludov. Romanus, & valde notab. dixit eam Alex. *in l.* 1. *ff. de custodia reorum, in* 1. *apostilla*, Aug. *in addit. ad Angelum, de malefic. in d. verbo pro quibus Anton. fidejussit, in* 1. *addit.* Bart. & Bald. *in l.* 3. *de Episcop. aud.* & illam glossam referens sequitur Angel. de Aret. *in d. tractatu de malefic. verbo fama publica, in* 13. *carta, in versic.* 4. *notandum*, & ibi etiam August. additio. & hanc limitationem ad dictam conclusionem generalem suprapositam assignavit Hippolytus de Marsil. *in pract. crim. §. attingam, n.* 7. Xuarez *in dict. tractat. de fidejuss. in causa crim. n.* 33. *& seqq.* qui hanc doctrinam bene comprobat, quam etiam firmant Paris de Puteo *de syndicatu, verbo carcer. & carceratus, cap.* 1. *judex potest de plano, num.* 2. *fol.* 140. *colum.* 1. *& in verbo fidejussor. officialium, cap.* 3. *n.* 11 Francus Cason. *post tract. de indiciis, & tortu. in quæstionibus, c.* 9. *rubrica de captura, & carcere. num.* [illegible] Boërius *decisione* 215. *n.* 22. *ante medium*, Salgad. *de Protect. Reg.*

Foller. *in practic. in verbo examinati liberantur fide jussoribus, n.* 18. Tiraquell. *de pœn. temp. causa* 31. *num.* 14. ubi ampliat; etiamsi reus sit nobilis, Boss. *d. tract. de car. fide. com. n.* 15. *in fin.* Mascar. *de probat. concl.* 1003. 195
n 52. *lib.* 2. & Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *d. casu* 303. *n.* 9. dicens; non ideo arbitrium judicis hoc in casu esse sublatum, quod non procedit, quando carceratus aufugit ad superiorem, & coram eo se præsentat, quoniam fuga talis non est punibilis, nec damnata, nec dicitur carcerem, homagium, nec juramentum fregisse, ut tenet Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 33. §. *quamvis carcer. n.* 8. *versic. sed pone miles.* Boba *in Polit. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 10. *ad medium.*

Quando autem persona est nobilis, & multum di- 196
ves, & etiam in criminalibus pœnam corporalem exigentibus, debeat sub fidejussoribus relaxari: vel quando illustris persona sub juratoria cautione, vel quando pro carcere publico domus, palatium, camera, vel civitas cum custodibus, vel sine custodibus nobilibus, seu illustribus, judex assignare debeat: vide quæ ex pluribus Doctoribus latè scribit Prosp. Far. *in* 3. *tomo practic. crim. q.* 33. *à n.* 60. Boba *in Polit. l.* 1. *l.* ... *à n.* ... relaxare reum judicem teneri: quando fidejussores 197
tanquam commentarienses, & custodes carceratum recipiant sub eorum custodia, egregiè dicit Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *de casu* 303. *n.* 37. juxta Saliceti doctrinam *in l. ad commentarienses. n.* 3. *C. de custodia reorum*, Cepola *cons. crim.* 25. Bossius *tract. de carcer. fidejuss. commiss. n.* 62. & alii per Hippolyt. Rimi, *in cons. crim. divers.* 82. *n.* 4. *& seqq. juncto n.* 20. *& seqq.* & quòd hoc casu debeat relaxari captus, etiamsi ejus delictum exigat pœnam corporalem, tenent Xuarez *ubi suprà, n.* 26. *vers.* 198
5. considera. & n. 28. Menoch. *d. casu* 303. *n.* 37. quam tamen doctrinam nunquam in hoc Senatu practicatam vidi, uti & aliàs hujus praxim pariter negat Farinacius 3. *tom. crim. quæst.* 33. *num.* 76. *ad fin.* ex Julio Claro *in pract. crim.* 5. *fin. q.* 46. *versiculo sed nunquid in fin.* licèt Xuarez *ubi proximè*, dicit se de facto illam vidisse servari.

Vim autem tunc haud fieri affirmo, si appellationi 199
non admittatur à reo debitore emissæ, carcere detento, qui jure adjiciendus est creditori torque ferreo pro debiti satisfactione, quando bona non haberi: quoniam hæc adjectio, & ignominosa bonorum cessio censetur à Doctoribus pœna corporalis, ut scribit Petrus Jacobus *tract. de cessione bonorum, col.* 2. *in praxi*, Paris de Puteo *de syndi. §. quia, n.* 10. Cardi. Floret. *cons.* 94. *in princ.* Gudo Papæ *decis. Delphinal.* 343. cujus sensum explicat *additio. littera D.* Tiraq. *in retract. l. si unquam, n.* 9. *C. de revo. donat.* Joannes Paponius *in consuet. Borbo. tit. cession. bonor. §.* 72. *prope fin.* Baëça *de inope debitore, c.* 2. *à n.* 35. *& c.* 4. *n.* 16. Qui omnes Doctores scribunt cessionem ignominiosam, loco pœnæ corporalis haberi: tanta enim est debitorum miseria, ut creditori ad- 200
jiciatur torques ferreus collo adjectus, ut latè comprobat ibi Bart. & ideo cùm corporis afflictivam pœnam reus debitor pati debeat, indebitè relaxari postulat.

Econverso autem puto dicendum in carcerato, pro delicto casu commisso, etenim ei, quia ita deliquit, pœnam corporalem minimè inponendam esse probat *l.* 1. *§. divus, ff. ad legem Corn. de sicar. l. absentem, §. fin. l. Metrodorum, l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis*, comprobat Joan. Andr. *in reg. possessore, col.* 2. *de regul. jur. in* 6. Decius *in c. cognoscentes, col.* 1. *de constit.* B. *in l.* 1. *§.* 1. *ff. quis test. liber esse jus*, Bal. & Jas. *col.* 5. *in l. in actionibus, ff. de in l. tem jur.* Paul. Salicet & Alexan. *in l. & si severior, C. quibus ex causis. infam. irroge.* Alexand. *consil.* 109. *visis, col.* 4. *l.* 1. *& consil.* 140. *colum.* 2. *lib.* 2. Baëça *de inope debitore, cap. n* 17. ergo vim notoriam judex faciet, si appellationi non deferat, in carcere detento pro delicto casu commisso, quomodo in Curia declarandum censeo.

201 Si autem pro delicto pœna verberum, fustigationis, seu flagelli imponatur, captus non potest à detentatione appellare: quia licèt hæc pœna capitalis non sit secundùm communem, de qua post Bart. & Marantam testatur Jul. Clar. *in pract. §. fin. q.70. versiculo est etiam pœna, in fin.* nihilominus pœna est corporalis, & corporis afflictiva, & multum ignominiosa, ut ad sensum patet, ut per Diaz *in practica crimin. canon. c.133. n.4.* Clarum *d.q.8. vers. mitræ quoque impositio*, quæ pœna non solùm corporis afflictiva est, & corporalis, sed etiam valdè ignominiosa, & infamatoria, cùm nonnisi pro turpibus
202 soleat irrogari: in probat text. *in l. ictus fustium, ff. de his qui not. infamia*, etsi ubi de pœna infamiam solam attribuente, non relaxatur carceratus, ut *supra* cum Bossi diximus, & Farin. multò minùs, ubi ea admixta est cum corporali, ut fustigatio est, & ita in terminis nostris decidit Bald. *in l. si quis post, in 1. annot. ff. de testament.* quem etiam text. notabilem dixit Xuarez *in tractatu de fide. in causa crim. n.18. vers. facit notabilis textus*, Menoc. *de arb. d. casu 303. num. 25* Prosp. Farin. *in 3. tomo pract. crim. q.33. n.57* quod verum, & juridicum est.

203 Qua etiam ratione pœnam corporalem, & infamatoriam esse illam, quam nos verecundiæ dicimus; qua quia condemnatur, ut publicè per urbem jumento mulove impositus circumeat, & in publico præcone ejus delictum pandatur, ac manifestetur quam vocamus, *pena de verguenza*, imponi solitam pro delictis turpibus, & hæc pœna loco corporalis habetur ut notat Baëça *de inope debitore, cap. 2. num. 35.* qui licèt aliam authoritatem non trahit (suâ demptâ) ea cum veritate juris (ut apparet) sufficiet: ac ideo captus tali pœna damnandus, indebitè conqueretur de detentatione, à qua si appellaverit Ecclesiasticus judex deferre per curiam non cogatur.

204 Similiter. & ex eodem fonte fluit pœna mitræ quam solet apponere judex Ecclesiasticus, tenet Diaz *in practic. crimin. c.143. verbo corporalibus n.1. circa fin.* nam hæc quidem pœna corporalis, seu coporis afflictiva dicitur: imò major in ea patitur infamia, quàm in proximè præcedente, ut tenet Jul. Clar. *in pract. crim. d. q.8. versi ulo mitræ quoque impositio*, & Prosperus Farin. obiter, ubi proximè allegatus *n 57. vers. negari tamen non potest*, quam pœnam corporalem esse dicit etiam Card. *conf. 94 hæc est quædam, &c.* quia continet corporis coërcitionem, Diaz proximè citatus, & vide Joannem de Anania *in c. inquisitionis, col. 2. de acc.* discentem quòd isti, qui fustigantur, mitrantur, vel ponuntur ad catenam, vel quid simile, sint infames

205 Quoties autem pro aliquo delicto pœna carceris, sive temporalis, sive perpetui affignatur (quam Ecclesiasticus absque dubio imponere potest, quidquid si de jure civili, & Regio) ut tenent Innoc. *in cap. qualiter, el secundo, de accusatio. col. penult. vers. & sunt*, latè Bernard. Diaz. *in pract. crim. canon. verb ac in perpetuum carcerem, c.137* Avilef. *in c.18. prætorum, gl. carcer. n.1. ad fin.* Orosius *in l. imperium, 29. col. 543. de jurisd. omnium judicum, c. forus, de verborum sign. c. quamvis, de pœnis in*
206 6. licèt etiam jure nostro Regio carcer pro pœna assignari potest, & debet, ut in casu & delicto blasphemiæ *ex l. 5. tit. 4. l. 8. recop.* Azev. *in l. 15. tit. 6. n. 11. & 13. l. 3.*
207 *recop. & in casu jud. l. 12 & 3. tit. 7. l. 8. recop.* aut in casu resistentiæ aut injuriæ judici factæ *l. 4. & 5. tit. 22. l. 8. recopil* quos enumerat Bobad. *in Polit. lib. 3. c. 15. n. 8.* quibus in casibus, & in cæteris aliis, quibus hæc carceris pœna adjicitur, & debetur, non est sub fidejussoribus relaxandus reus: quod etiam in nobilibus obtinet, & procedit. & an saltim nobilibus advocatis, & judicibus, sit domus capitulum, & alius locus pro carcere laxior dandus, vide Boba. *ibi n 11.*

208 Similiter nec appellatio justa erit à detentatione pro delicto merente, ut publice sibi imponatur in fronte, seu facie litera, vel signum aliud candenti ferro, de qua dignus judicari solet. qui secundas nuptias contraxit vivente prima uxore, juxta *c.6. tit. 15. lib. 8.* 215
ordin. quam pœnam praxis hujus regni adhuc retinet, ut affirmat Covar. *in epito. de sponsalibus, 2. p. c. 7. §. n. 7.* Anton. Gom. *in l. 80. Tauri, n. 27.* & licèt hæc pœna capitalis non sit, nec sanguinis, & ideo in ea transigi posse, advertit Menesius *in l. transigere, n. 14. C. de transactio.* nihilominus non desinet pœnam esse corporalem, uti vocat Anton. Gomez *ubi proximè, vers. hodie tamen* 216
iste talis punitur corporaliter isto modo, &c. & hæc pœna faciei candenti ferro maculandæ jure canonico locum habet, & Ecclesiasticus valet uti, text. *in cap. ad audien.* 20
ubi: In signum maleficii characterem aliquem imprimi facias, quo inter alios cognoscatur, &c. de crim. falsi, ex quo text. hanc pœnam corporalem esse per argumentum ab exceptione probatur, & ea posse uti Ecclesiasticum, tenet Menesius *in d.l. transigere, n. m. 14. ad fin.* Quia licèt 217
Ecclesiasticus judex pœnam corporalem membri mutilationum, vel sanguinis imponere non possit, u pro- 210
batur *in cap. sententiam sanguinis ne clerici vel Monachi*, & alibi passim per Doctores: tamen corporali pœna, illud ipsum non dictante, rectè uti valet, ut probatur *in dict. cap. ad audientiam, de crimine falsi*; & ideo etiam fustigatio permittitur *cap. in Archiepiscopatu, de raptoribus, & in cap. nullus clericus 11. quæst. 1. cap. cùm Beatus, 45. distinct.* & est Cõcilium Bracharense III. *in canone 6. & in c. 1. & fin. 35. distinctione*; & tenet cum aliis Bernard. Diaz. *in pract. crim. cano. verbo verberari. suprà*, inde etiam, & pœna exilii juxta text. *in* 211
c. 1. de calumniatoribus, & in d. cap. ad audient. & in c. penult. de pœnit. cap. his qui 3. q. 4. & cùm Beatus, 45. d. & Diaz *ubi proximè, verbo in exilium mitti, quæst. 134. detrusio in monasterium, cap. Sacerdos, 81. d.* & licèt Diaz *in c. 136.* dicat ab usu recessisse hanc pœnam: ego non consentio, quoniam de practica testor, & vidisse affirmo in quodam canonico Compostellano. Item & perpetui carceris pœna (licèt capitalis sit) ut probatur *in cap. penult. de hæreti. & in cap novimus de verborum sign. extr. divinis exemplis*, quæ est *sub titulo de pœnis in extravag. communibus* de qua vide quos allegat Diaz *suprà, c.137.* 218
verbo ac in perpetuum carcerem damnatum, de cujus qualitate vide Salcedum *ibi in additio. litera A*, Item & mitræ impositio, de quo *supra* diximus. Item & ad triremes damnare, ut tenet Diaz relatus *q.143. verbo* 219
corporalibus, & ejus additionator Salcedus *litera A*, Nava. referens & alios, ubi disputant an, & quando clericis, & Sacerdotibus sit imponenda. Quas pœnas corporales, & alias, quas prudens, scienſque judex applicare poterit delinquenti, sive clerico. sive laico, dummodo sanguinis effusionem, aut mutilationem membri non contineant: item quibus sic condemnandus, 220
est, ex supradicta conclusione, minimè sub fidejussoribus relaxandus. Item etiam idem est dicendum pro de- 212
licto, cui suspensio ab officio, seu beneficio à judice imponenda est, & etiam in crimine exigente beneficii privationem, cùm hæc pœna non nisi pro delictis gravibus, & atrocibus à jure imponatur: ut est videre latè per Bernar. Diaz. *in pract. crim. c.130. verbo suspendi, & cap. sequenti, verbo beneficiis privari*, & utrobique ejus additionator Salcedus.

Desuper carceratus etiam pro delicto gravi, & cor 213
poris afflictivam pœnam merente, si infirmus est, & commodè in carcere curari, ac convalescere non possit; debet sub fidejussoribus relaxari, habita priùs fide de medico, & fidejussor erit, de redeundo recuperata salute, & convalescentia, ita tenet Foller. *in practic. crim. verbo vel carcerentur, num. 16. in fin.* quod ita tenet practicari vidisse concurrente gravi infirmitate, 214 221
& periculo vitæ, nisi gravissimi criminis qualitas, vel indiciorum multitudo repugnaret, Prosp Farinac. *in 3. tom. crim. q. 33. n. 78* Lud. Gomez. *in practic. super reg. cancell. regula de Infir. resign. in privilegio. 7§.*

Si

215 Si autem carceratus pro debito civili sit infirmus, fidejussores non habet, vel habet, sed non idoneos, dicit Hippolyt. de Marsil. *in practic. crimin. §. attingam, n.* 74. ubi plures allegat, & Foller. *in d. pract. crim. verbo notatos capiat de persona, n.* 30. *in fin.* ut scilicet judex intimare faciat creditori, ut illum in ejus domo, & custodia recipiat: quod si recuset illum mittat, vel ad Hospitale, vel fidejussoribus, etiam non idoneis con-
216 signet. Jure autem canonico, quod servare debemus in violentiarum cognitione, stat Bulla Pii V. *in Bullari* 2. *parte, fol.* 1197. *const.* 189. *versic.* 4. *in casu infirmitatis*, &c. illud disponens in isto casu, ut debitori per creditorem alimenta, & medicamenta præstentur, aliàs autem recipit ab ipso debitore infirmo sola juratoria cautione, de redeundo habita convalescentia, relaxetur absque fidejussoris petitione.

217 Et cùm hucusque longum nos fecerimus progressum de his, quibus fidejussoribus relaxandi sint, vel non, per conclusionem, & fallentias, tunc videre libet, qui isti debeant esse fidejussores. Et omissa disputatione dico verius esse, debere; ut obligentur ad repræsentandum reum de stando juri, & judicato solvendo, ut scripsit Bald. *in l. nullus, post num.* 3. *versiculo qui erunt fide jussores*, &c. *& versiculo aut non consitetur*, &c. *C. de exhibendis reis*, Baldi opinionem pluribus comprobat Paulus Ghirl. *de relaxatione carcerato. titulo de fidejusso. reorum, num.* 7. Roderic. Xuarez *in d. tract. de fidejuss. in causa crim. n* 4. *versiculo qui fidejussores debent promittere*, & facit gloss. *in l.* 1. *verbo vel sibi, ff. de custodia reorum*, dum allegat *l. cùm clericis, §.* 1. *& §. ipse verò, C. de Episcop. & cleri* qui text. si bene inspiciatur, & attendatur; loquitur in fidejussore de se repræsentando, & de stando juri. & judicatum solvendo, nt bene considerat Jodoc. in hoc sibi contrarius *in practica crim. cap.* 20. *n.* 10 *versiculo aut si non confiteantur*. Baldum etiam sequitur Boni de Vitali. *in rubrica de captura princ. n.* 2. *versiculo si autem confiteantur, n.* 11. & Jul. Clar. *in d. practica crimin. q.* 46. *versiculo ubi verò, &c.* quando autem ex causa innocentiæ, quæ ex actis videtur con-
218 stare (secundùm quæ latiùs dictum reliquimus) tunc fidejussorem suffi ere de repræsentando, ad relaxationem dicit. Prosper. Farinac. *tom.* 3. *crim. quæstione* 33. *num* 5. ubi *num.* 6. latè cum pluribus comprobat his casibus, quando debet relaxari reus sub fidejussoribus,
219 quia argumentatur de pœna pecuniaria, si carceratus non habeat, nec inveniat fidejussores, & pignus offerat, sub eo debeat relaxari, cùm per id magis consulatur fisco.

Si autem sic relaxandus sub fidejussoria cautione, fidejussores aut non obtulerit, aut non habuerit; nullatenus excarcerandus est, nec relaxandus. Bald. *in l. sed*
220 *si is, in princ. versic. aut non invenerit fidejussorem*, &c. *ff. de in jus vocando, & in l. si quis post versic. item semper est detinendus, ff. de testam.* Amad *in tractatu syndi. n.* 20. *versic. & quia non invenerit fidejussorem*, Aug. *in l. nullus, num.* 3. *in fin. Cod. de exhibend. reis*, pro quo facit text. *in l. eos §. super iis, & in l. minimè, in fin. Cod. de appell. & in l.* 2. *in princ. ff. de custod. reorum*, Angel. *de maleficiis. verbo pro quibus Anton. fidejussit, num.* 16. Chirland. *in tract. de relax. carcer. rubrica de fide. reorum, quæst.* 1. *n.* 2. *versiculo fallit*, Jodoc. *in d. practica crim cap.* 20. *num.* 3. Rodericus Xuarez *in d. tractatu, num.* 3. *versiculo aut non invenium fidejussorem*, Conrad. *in pract. de appell. n.* 22. *versiculo* 3. *si condemnatus de crimine*, & plures concordantes adducit etiam in causa appellationis, Lancelot. Rob. *de atten. cap.* 12. *limit.* 33. *a n.* 1. Jul. Clar. *in prax. §. fin. quæst.* 46. *versiculo in hac autem materia*, imò tales fidejussores teneatur præstare in loco judicii, non au-
221 tem in alio, nisi data impotentia, & difficultate repe riendi eos in loco judicii, & carceris, dummodo talis locus subsit jurisdictioni, & potestati ejusdem Principis, non autem in extraneo loco alteri Principi subjecto, ut declarat Farin. *ubi suprà, n.* 41. *cum seqq.* quo loci etiam & hodie, & quando de consuetudine, non habens fidejussores, relaxatur in criminalibus sub cau- 222
tione juratoria.

Et secundùm hæc, quæ diximus, invenies difficul- 223
tatem, & ambiguitatem, quæ solet causari ex judicis, sive supremorum tribunalium decreto, dum generaliter concipi solent in incarceratorum excarceratione, dicitur enim relaxetur sub fidejussoribus simpliciter, & absque declaratione qualitatis fidejussorũ, ut debeat præstari fidejussor, de repræsentando judicio sisti, & judicatum solvi, juxta Doctores *suprà* allegatos, quia cùm non tractetur, nisi de asseveranda pœna pecuniaria, & pro ea tantùm mittitur in asseveratam custodiam, seu carcerem, non autem pro pœna, inde est, ut intentio judicis, & ejus verba generalia debent referri ad jus, & secundùm ejus intentionem regulari; & tunc
si principalis aufugiat, rectè in bonis fidejussoris exe- 224
quitur pœna pecuniaria, & in casibus quibus fidejussores admittantur, ii debeant esse idonei, aliàs non debere relaxari reum, & si non idonei admittantur, an & quando judex, vel tabellio teneatur ad interesse, vide Fari. *ubi proximè, à num.* 76. *cum pluribus seqq.* quæ ratio non concurrit, ubi pœna est corporalis, seu corporis afflictiva: quia cùm ad eam fidejussor nullo modo possit
obligari: enim vero dominus non est membrorum suo- 225
rum, ideo reus non relaxatur sub eo, quia si aufugere contingit, nullus restat, qui pœnam corporalem patiatur; & sic judicium redditur illusorium, & delictum impunitum, *l. liber homo*, ubi B. & alii, *ad l. Aquil.* B. *in l. si quis reum, C. de custodia reorum*, & in specie ita concludit Romanus *singulari* 129. *incipit tu scis quod in causa*, Paul. Ghirlan. *de rela carc. titul. de fid. reorum, n.* 3. *in fin.* Hippoly de Marsil. *in pract. §. attingam. n.* 2. & latiùs *in rubrica de fidejuss. n.* 143 *& sequentibus, in* 29. *q.* Cepola *consilio crimin* 39. *n.* 56. Neviz. *consil.* 61. *n.* 22. Fran. Cason. *post tit. de indiciis, & tortu. quæstion. cap.* 9. *rubrica de captu. & carcere, n.* 9. *&* 10. Jodoc. *in pact. crim. c.* 30. *n.* 4. *&* 6. Anton. Gomez. *variar. resolut.* 3. *tom.* 1. 9. *n.* 8. *ad medium.* Gloss. *in c. cùm homo, verbo supplicum* 23. *quæst.* 5. Covarr. *vari. resolut. c.* 8. Clarus *in practic. §. fin. quæst.* 46. *versiculo sed nunquid poterit.* Late Rod. Xuarez *in d. tractatu de fide, in causa crim.* 21. *& sequentibus*, Bonacosa *in commun. opin.* 1. *part. fol.* 70. Meno *de arbit. lib.* 2. *d. casu* 303. *num.* 16. *&* 21. *cum sequentibus*, & sic cùm pœnæ executio facienda sit in persona delinquentis, ipsa custodienda est, & carceribus detinenda, juxta prædictos Doctores, & *l.* 16. *tit.* 7. *part.* 7. ibi: *Si el hierro sebre que fue acusado de tal natura, que si le fuere probado, debe recivir muerte, ò perder menbro, ò recivir otra pena en el cuerpo: el judgador debe catar, que el accusado sea guardado, de manera que se pueda complir en ello justitia*, &c. quæ lex celebris, & elegans est ad propositum.

Similiter cùm hæc ultima doctrina, & ejus ratio vi- 226
geat pariter, tam in primo judicio, quàm in 2. & sic in secunda, & cæteris instantiis: propterea sicut in prima instantia reus non relaxatur sub fidejussoribus quando pœna est corporalis, secùs si pecuniaria est; ita pariter erit in secunda instantia, & sic in causa appellationis repetendum, & intelligendum, ita tradit Bossius *in tit. de carcerato sub fidejuss. comm. n.* 1. *vers. quæ cond* allegans Ananiam *cons.* 10. *circa princ.* Bal. 2. *vol. cons.* 337. *in fin.* & Calderinum *in tr. de appell. cons.* 3. Menoch. *de arb. lib.* 2. *d. casu* 303. *n.* 3. *in fin.* & ita se vidisse servari dicit Farin. *ubi suprà, n.* 24.

Igitur ex his, quæ hucusque diximus, colligere po- 227
tes appellationem justam esse, & legitimam his in casibus, quibus captura, seu detentio injusta, & indebita est, cui utique deferendum in Curia declarant; in casibus autem, quibus captura, & carceratio à jure admittitur, & approbata est: illegitima, & non admittenda redditur appellatio ipsa, cui nec judex Ecclesiasticus de-

ferret, nec ab eo deferendum, imò potiùs vim non fieri, suprema prætoria decernunt ad imitationem Concilii Trident. *sess.* 24. *de reformatione, cap.* 20. & congregationis Cardinalium, in ejus declarationem editæ *circa versiculum, ab ista reparari nequeat*, & per interpretes ejus d. Concilii, 4. *part. decisionum novissimarum decis.* 224. *fol.* 87. quæ simul stant cum declarationibus Cardin. quæ in illis appellationem permittunt, in his prohibent: de quo latè egimus *ad prin. hujus cap.*

228 Quod adeò verum est; ab injusta carceratione appellationem à detentatione legitimam reputari, ut omni tempore, & die possit eam carcerarius emittere, & interponere: quia cùm omni die dicatur gravari, & gravamen de his sit, quæ habent tractum successivum inde est, ut tempus datum à jure ad appellandum currens à tempore sententiæ, seu gravaminis non procedit, nec intelligitur in appellatione à gravamine carcerationis? quæ emitti potest, non solùm intra decem dies datos ad appellandum à die capturæ: sed etiam post eos, etiamsi sint lapsi 30 anni, quia cùm omni die dicitur gravari, omni etiam die, tanquam à novo gravamine potest appellari: enim vero sic gravatus semper intra tempus ad appellandum esse, consideratur à jure, ita tenêt Specula. *in titulo de appell. in* §. *restat, versic. & notat, & versic. & quid dices, &c.* & in simili voluit glos. & Doctores *in l.* 2. *Cod de servitu. & aq.* Bald. *in lib.* 2. *in col.* 2. *in fin. versic. secundò quæro, C. de Episcopali audientia, & in l.* 1. *C. sententiam rescin. non poss.* B. *in l.* 2. *ff. si quis in jus voca. non ierit*, idem Bart. *in suo tractatu de carcer. in* 2. *colum. in princ.* Bald. *in additio. ad Specula. tit. de appell. versic. à gravamine, & versic. si judex, &c.* & per eundem *in cap. de testibus, tit. de test.* Anton. & Ioan. de Immola *in cap san. de electione*, & Ioan. Andr. *in cap. dilectus el.* 2. *de rapto.* Angel. *in authentica hodie, C. de appellat.* Anton. *in c. fin.* 4. *colum. de feriis*, latè Alexand. *in l. inficiendo.* §. *infans. ff. de furtis, & in l.* 1 §. 1. *ff. de feriis, & in l. cũ qui,* §. *in popularibus*, ubi Paul. Castr. post glossam *ff. de jureiura.* Angel. Aret. *in tractatu de malefic. verbo qui judex dictum Caium detineri, & carcerari jusserat, in penult. col. versicul. quæro aliquis captus est*, &c. Card Alexand. *in c. ex parte tua, in* 1. & 2. *col. de appellat.* Ias. *in l. erigendi, in* 3. *colum. de procur.* Felin. *in c. exceptionem* 7. *col. versiculo fallit.* 3. *de exceptio.* & ipse *in c. accedens, el.* 2. *colum.* 7. *ut lite non contestata*, qui plura similia adducit. Philipp. Fran. *in c. super eo, el.* 2. *nu.* 4. *versiculo secundo nota*, ex text. *de appelat.* Hippolyt. de Marsil *in practica crim.* §. *attingam, nu.* 19. Anton. Gomez *lib.* 3. *var. c.* 10. *n.* 10. Lancel. *tractat. de attent.* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 131. Dueñas *regul.* 52. *limit.* 1. Marq. *tractat. de commis.* 1 *p.* 1. *c.* 12. *à n.* 53. *fol.* 251. & iterũ ipse Marq. *cap.* 28. *n.* 21. & 72. *fol.* 305. *in* 2. *impressio.* Escacia *tract. de appellat. quæst.* 12. *n.* 145. & *seqq.* Ruginell *tr. de app.* §. 2. *c.* 3. *n.* 17. *fol.* 83. Nicol. *tr. de concord. à gloss. concord.* 6. *fal.* 27. *n.* 69. Castr. *cẽsil.* 334. *visa appellat. n.* 4. *lib.* 1. Franc *in cap. ex parte tua, n.* 9. *de appell.* Vestrius *in praxi, lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 23. Cæsar Barz. *decis. Bonon.* 47. *n.* 29. & 34. & sic hoc casu quocunque tempore emissa appellatio ab injusta detentatione, seu etiam captura legitimè interposita, dicetur, etiam post decem dies ex dictis authoribus.

Nec ideo intelligas (ut aliqui ex hoc putarunt) posse captum pluries ab eodem carcerationis gravamine, & ab eodem judice appellare, sed semel tantùm: nam si captus appellavit ab injusta captura ratione personæ, putà; dicens, capi non posse, & appellationem prosecutus est coram superioribus ex ea causa, & iterum remittatur judici inferiori: non poterit iterum ex eadem causa, & ratione ab eodem judice appellare: quia ex quo à superiori justa declarata est detentatio, justa erit censenda, & transit in rem judicatam, quoad illud genus gravaminis, si iterum potuisset appellare, retur judicium illusorium, contra text. *in c. de foro cõpetente*, frustra igitur spectaretur judicis superioris in hoc casu determinatio, ut constat ex eadem Concilii declaratione, & congregatione Cardinalium *ad princ. hujus cap.* relata, *ibi*, donec judex appellationis causa 231
cognita aliud jusserit, &c. imò nullibi hoc apud Doctorem aliquem invenitur scriptũ, ut pluries possit appellari; imò esset contra juris regulam, & principia, sed solùm ipsi omnes dicunt, in hoc solùm esse hujus articuli privilegium: ut appellationis emissio non arctetur termino à jure assignato, intra quem appellatio debeat proponi, sed etiam post multos dies: in cæteris autem (à jure hoc dempto casu omissis) libera remanet juris communis dispositio: adeò ut in forma proponendæ, in forma prosequendæ, in cæterisque nihil innovatum sit. Et probatur ex similitudinibus, & comparationibus adductis à DD. *suprà* relatis, præcipuè Felin. & Hippolyt. dicentibus citatum tempore feriarum, qui in prima comparitione non opposuit, posse tamen in secunda opponere de feriis, quia secundùm eos habet gravamen continuum: ergo semel oppositа hac exceptione iterum opponi non possit: ergo eodem modo semel appellans à quodam genere gravaminis capturæ, iterum ab ipso eadem ratione, nec ab eodem judice valebit appellare; sed in eadem victus debet acquiescere, & facit quod paulò ante dicebamus: carcerationem in prima instantia legitimè reputatam, debere in secunda, & aliis instantiis similiter haberi.

Hinc est quòd quando quis declaratur semel legitimè carceratus, tunc ipse carceratus debet appellare infra decem dies à tempore declarationis hujusmodi, ut scribunt Franc. *in d. cap super eo, el.* 2. & *d. cap. ex parte, el.* 1. *sub. n.* 9 *de appell.* Escac. *ubi proximè, d. q.* 12. *n.* 146. Gravat. *in additio. ad praxim Vestrii, li.* 7. *cap.* 3. 56. Ruginel. *d.* §. 2. *c.* 3. *n.* 176. Lancelot. *d. limit.* 50. *n.* 134. *ibi secundò nisi.* 232

Aliter itaque dicendum est, si ex alio capite, & ex 233
alia causa diversa à prima appellatione, iterum, prætendat se injustè captum, & ex hoc iterum appellaverit, ut puta: si priùs, appellavi à detentione ex ratione personæ quia non eram capiendus, licet succumbam, & vincar: nihilominus ex alio capite, sic ratione rei, de qua agitur, possum dicere capturam injustam, & iterum appellare quia nullus pluribus uti defensionibus prohibetur, *c. nullus de regul. jur. in* 6. & cùm sit diversa 234
causa, pro qua captus appellat. victus in una non præjudicat sibi ex alia appellanti. text. est *in l. & an eadẽ causa petendi cum suis,* §. 5. *ff. de executione rei judicata. l. si mater,* §. *eandem, ff. eodem titulo*, si autem omnes easdem causas in principali appellatione deduxit, obstabit sibi rei judicatæ exceptio, volenti postea ex aliqua earum à detentatione appellare juxta supradicta jura, & alia plura.

Et insuper notandum, ut tunc non poterit carceratus appellare à carceratione: quando dedisset fidejussores de 235
solvendo, vel de redeundo ad carceres, quia sic consentit carcerationi. Bar. *in q.* 6. Lapus *sub n.* 18. *vers.* 2. *casu*, ideóque non diceretur gravatus. Soci. *cons.* 113. *quoniam, n.* 3. *in fin. &* 4. *lib.* 3. Ruginell *tract. de appell.* §. 2. *cap. n.* 177. Escac. *de appellat. q.* 12. *n.* 147. *fol.* 170. Magon. *in Floren. dec.* 126. *n.* 2.

Pariter nec poterit appellari: quando quis carceratus 236
fuerit pro causa sui natura inappellabili, ut pro executione rei judicatæ, aut obligationis in forma Cameræ (ubi aliàs de jure permissa sit captura pro ejus executione) Rug. *d. c.* 3. *n.* 178. Escac. *d. cap.* 12. *n.* 148. videquæ nos latè *suprà, hac secunda part. c.* 3. *per totum*, & vide *à n.* 10.

Insuper etiam advertendum est: quod appellans à 237
carceratione injusta post decem dies appellet, allegans tamen causam gravaminis de præsenti, non de præterito, quia prætetito gravamine non admittitur

appellatio

appellatio poſt decem dies. Philip Franc. *in cap. ex parte tua 47. ſub. n. 9. de appellation.* Eſcacia *de appellation. q. 12. num. 149.*

238 Videtur tamen quæſtionem ancipitem,& difficilem ad nos,reſolutionem quærentem accedere,quam apud neminem(ex his,quos in hac materia prælegi) tactam vidi,an judex Eccleſiaſticus vim faciat, non deferens appellationi emiſſæ à relaxatione carcerati,procedenſque ea non obſtante ad actualem,& effectivam ſententiæ executionem, & ſic ad relaxationem carcerati detenti, & quòd non obſtante appellatione poſſit carceratus nihilominus relaxari, probatur primò;nam contrariorum eadem eſt diſpoſitio, *l. & ſi contra, in fin. ff. de vulg. & pupil. l. pen.* & ibi Bald *de ſalut. cum vulga.* &
239 ex his, quæ in hujus argumenti comprobationem adducit latè Everard. *in loc. leg. in loco de contrariis ad diver. pugnam, ſcu oppoſit.* ubi inter alia dicit Abb. hoc uti argumento, *in cap. de priori, 2. notabili, de appell.* ad probandum,quòd ſicut punitur judex non deferens appel-
240 lationi juſtæ *ex l. judicis, Cod. de appellat.* ita etiam puniri debet deferens appellationi frivolæ *cap. de appell. in 6.* quia contrariorum eadem eſt diſpoſitio, & alias plures doctrinas,quas per te videre poteris:ſed ſic eſt, quod captura rei non differtur propter appellationem ab ea emiſſam,imò ea ipſa in carcerem mittitur reus,ut ex Iulio Claro, *in pract. crim. quæſt. 46. num. 2.* Guid Papæ, *quæſt. Delphinal. deciſ. 232.* Relatio à Marco, *deciſion. 915. incipit quæro an pendente, num. 4.* Cardinal. Tuſc. *conſil. 101. num. 11.* & aliis probavimus *ſuprà, cap. præcedenti,* circa citationem realem, ergo eodem modo mandatum relaxationis ſuſpendi non debet per appellationem ſubſequentem inſuper, quia non debet actori licere, quod reo licitum non exiſtat, *regul. non debet, de regul. jur. in 6.* ergo vel appellatio à reo emiſſa à captura eam debebit ſuſpendere, vel emiſſa ab actore non debebit relaxationem impedire,ut ideo jus detur in utroque. Deinde probatur, quia idem jus eſſe
241 debet de aliquo actu faciendo, quod de ipſo deſtruendo, & diſpoſitum in uno diſpoſitum cenſetur in alio, *l. item veniunt, in princ. junctо §. 1. ff. de petitione hæredit.* rextus, *in cap. de illis, in princip. de deſponſatione impuber. junctо cap. unico, §. idem quoque, eodem titul. lib. 6.* gloſſ *in lib. 3. §. contrarium, ff. de contraria, & utili actione tutelæ,* igitur pariter dicendum eſt, quòd quemadmodum appellatio non ſuſpendit mandatum capturæ faciendæ,nec etiam ſuſpendat mandatum carcerati relaxandi.

Cæterùm & pro hac parte facit, excommunicatio
242 etenim,& captura à pari procedunt,nam ſicut illa animam detinet alligatam, ita & hæc corpus, & eodem modo appellatio ab excommunicatione non ſuſpendit ejus effectum,ut notatur *in cap. præterea, de appell.* &
* nos latè egimus Deo dante, *in cap. ſequenti,* a relaxatione autem excommunicationis emiſſa appellatio ejus effectivã executionem non impedit,ut ibi probavimus:ergo eodem modo dicendũ eſt relaxatione carcerationis.

Contraria tamen ſententia appellatione pendente,
243 à relaxatione capti,ad ejus actualem executionem non eſſe procedendum, imò notoriam vim fieri, & deferendum,declarandnm fore per Senatum,& jure, & ratione verior eſt. Primò,quia ſi hoc caſu appellationem permittimus(ut debemus) quia relaxato reo aufugiendo, nullus eſtin quem executio ſequutæ pœnæ queat
244 fieri, & ſic illuſorium remanet judicium, & delictum impunitum, ac propterea carcer inventus eſt propter præſumptionem fugæ; ut ſæpè *hoc cap.* dixi, & ſic cùm poſſit oriri ex relaxatione præjudicium cauſæ principali, regula eſt,ut ab ea liceat appellari. Corneus *conſil. 35. circa primum in prin. volum. 1.* Rebuff. *in 3. tom. tit. de ſentent. executoria num. 7.* Petrus Dueñas *in regul 52. fallen. 9.* Barthol. Socinus, *in regul. 22.* poſt Bald. *in leg. fin. Cod. de tempor. appellat. & nota in cap. interpoſita, de appellat.* Gravat. *in addit. ad praxim Veſtrii, cap. 10. num. 6. lib. 3. verſ. rurſus,* Pedemont. *deciſ. 25. n. 14.* Jacob. Menoch. *in tract. de adipiſcend. rem. 4. num. 8. 7.* Joſeph. Ludovic. *in deciſionibus Peruſt. deciſion. 38. num 2. 4. & ſeqq.* & faciunt, quæ circa appellationem à tortura negata, & teſtibus non admiſſis *ſuperiori cap.* dixi. Ergo ſuccedit regula, ut ea pendente nihil ſit innovandum, nec ad executionem procedendum, *l. ibi, indiget enim ſtatus, &c. & tit. ff. nihil novari appellat. pendente*; ſed omnia debent in eodem ſtatu manere, *c. 1. appell. pendente nihil innovetur cap. 1. de re judicata, cap. venientes,* ibi ſententias appellatione ſuſpenſas *de jurejur.* inſuper quia nullibi reperitur in hoc caſu appellationis effectus aliquis prohibitus, & qui dicit appellari non poſſe, tenetur probare, Gloſſ. *in l. qui reſtituere, ff. de re vindicat.* Philipp. Franc. *in rubr. de appellat. colum. 4. verſ. 3. præmitte,* Socin. *conſil. 39. lib. 4.* & alii per Lancelotum Robert. *de attenta. 2. p. cap. 12. ampliat. 5. n. 9. & ſeq.*

Et quia eadem ratio, quæ militat in caſu concurſo, 245
ut appellatione non obſtante detineantur in carcere ſcilicet;ad faciliorem cauſæ expeditionem, cùm aliàs potuiſſent aufugiendo pœnam evitare; & ſi antea juſta erat captura, pariter in appellatione debet reputari, ut tenet Alciat *conſ. 16.* Rober *de attent. 2. p. cap. 12. ampliat. 4. num. 21. & 4. limit. num. 16.* Guid. Papæ, *deciſion. 235. ſi quis incarceretur, & appell.* Bald *in l. 2. verſic. ſed incidenti, Cod. de Epiſcopali audient.* Speculator *in tit. de appellat. §. noviſſimè, colum. 1. verſic. 39.* Farinac. *tom. 2. pract. crim. q. 33. num 21.* quæ ratio etiam 246
militat in hoc caſu,ſcilicet,in relaxatione, quam ſi ſuperior injuſtam eſſe dixerit,& aufugerit,judicium redditur illuſorium,& impunitum delictum,& ſic hæc ratio operatur contra regulam juris, dictantem appella- 247
tione pendente nihil eſſe innovandum, ut in caſu capturæ;à fortiori, ubi per ea regula juris eſt, ſicut in noſtro caſu,& ita ratio,quæ vincit regulam juris,& ipſam etiam contrariam ad ſe trahit,multò magis ad ſe trahit eam, quæ pro ſe facit,ipsámque coadjuvat.

Quid dicendum in hac contrarietate?quod ſi veri, tatem amamus,hæc ultima,& poſterior pars jure verior eſt,& probabilior,ejúſque regulis magis inhæret,& ego ei ex rationibus adductis, & adſcriptis fundamentis,& ſic ea retenta,non obſtant in contrarium adducta. Non 248
primum ex ratione, *l. ſed & ſi contra, in fin. ff. de vulgari & l. penult. C. de ſolut.* nec ſecundum, & tertium, quia reſpondeo, contraria fatendo argumenta, quæ procedunt, ubi militat eadem ratio contrarietatis. Everard. *ibi*, & ſic cùm illa, propter quam non obſtante appellatione à captura reus detinetur in carcere ſit perpetua, & duret adhuc in caſu converſo relaxationis:nihil mirum, ut duret ejus comparatio, maximè quando conformatur cum jure communi,& ſic appellatione emiſſa à relaxatione detinearur in carcere.

Nec obſtat ultimum ex æquiparatione de excom- 249
municatione ad capturam.quoniam: & ſi eam admittamus in genere: nihilominus quoad relaxationẽ utriuſque multùm abſimilis ratio facit,& nihil mirum ut eadem varietur,variata propoſitione,& contrarium operetur in utroque; nam in illa periculum eſt in mora, quia cùm quotidie moriamur,& quolibet momento ſimus in hoc periculo mortis; inde eſt, ut per appellationem non ſuſpendatur relaxatio excommunicationis nec abſolutio, ut latè *in cap. ſequent.* probabimus Deo dante, & ſic cùm periculum eſt in mora, recedimus 250
à regulis juris, ut ibi: at verò in appellatione à relaxatione capturæ periculum eſt feſtinatione, & anterioritate: nam ſi antequam cauſa per appellationem terminetur, relaxatur reus,poteſt aufugiendo pœnam eludere, & evitare, & propterea contraria contrariis curantur,sicque concluſio ſit judicem Eccleſiaſticum, 251
non deferentem appellationi à relaxatione carceris,ad

executio

executionem effectivam procedentem, notoriam vim facere, & protestatus Regium, & salubre auxilium violentiæ, obtinere debebit, nempe, vim fieri, & innovata reponere. Limita tamen hanc regulam, ut
252 procedat in foro Ecclesiastico indistinctè, & in sæculari quoad judices inferiores: secùs tamen quoad suprema tribunalia, Regiáque prætoria, in quibus praxis, & consuetudo obtinuit, ut decretum relaxationis carcerati non suspendatur per supplicationem emissam, imò ea non obstante reus solet relaxari, & hoc jure utimur, licèt juris regulæ sint in oppositum.

Ego autem hanc conclusionem libenter limitarem
253 secundò, etiam in judice Ecclesiastico, & sæcularibus inferioribus, ut minimè procedat, quando reus relaxatur ex capite innocentiæ secundùm ea, quæ *suprà, hoc in capite* diximus *ex leg. nullus, Cod. de exhibendis reis leg. pro quo pœna*, §. 1. *ff. de manumissionibus*, Hyppolyt. de Marsil. *in pract. crim.* §. *attingam*, *num.* 16. Paride de Puteo *de syndic. versiculo fidejussor. officialium, cap.* 3. *si judex maleficiorum, numero* 12. Roderico Xuarez *in tractatu de fide. in causa crim. num.* 25. & pluribus relatis à Menoch. *de arbitr. casu* 303. *num.* 36. Julio Claro *in practic. crim. quæst.* 46. *verbo pariter, &c.* & ex aliis sursum adductis: nam si concluса causa, & didicita testificata in judicio reus innocens ex actis ipsis evidenter constat, & apparet innocens, quid spectandum est, nisi ut ipse statim relaxetur? Postquam tam clarè de sua innocentia docuit, in quo cessat periculum fugæ, & pœnæ evitandæ, cùm sit in causa absolutionis potiùs quàm condemnationis quod æquum & humanum est. Si autem alio capite, aliave ratione, putà, jurisdictionis, personæ, ordinis, *&c.* relatus fuerit, procedat conclusio in regula prædicta, in quibus juris rigor est servandus.

Eorum autem, quæ hucusque diximus, non inutiliter hoc in loco praxim offeram, & in dubium revocabotan si in casibus, in quibus appellare posse diximus
254 ab injusta carceratione, & detentatione, quibus omnino debet judex Ecclesiasticus deferre, quòd si secùs fecerit, & per viam violentiæ ad curiam causa hæc trahatur, indubitabile est, esse declarandum, vim facere, deferátque, & reponat omnia facta post appellationem, & intra tempus ad appellandum, an judex ipse Ecclesiasticus, cui Regia provisio ordinaria hujus decreti virtute facta intimatur, simul cum delatione debeat captum reponere, sic carceratum appellantem relaxare, & facit dubium; nam cùm hoc genus gravaminis habeat tractum successivum, & quotidie gravet, inde est, ut etiam post appellationem ab injusta carceratione emissam gravamen duret, & ita illud tanquam innovatum, & attentatum, debeat reponere, & relaxare, ex qua ratione non defuit, qui hanc partem veram esse
255 dixerit.

Quod tutum mihi nullo modo videtur, nec jure probabile, ad quod suppono, quòd aut appellationem ab injusta carceratione consideramus, antequam mandatum de capiendo effectum habeat, & isto casu speciale est, ut non obstante appellatione ab ipso mandato captura sequatur, nec tunc dicitur aliquid judicē contra eum novare, nec attentare, ex eo quòd jus publicum & suum tueri videtur. Guido Papæ *in decisionibus Delphina, decis.* 235. Franc Marc. *dicis.* 915. *incipit quæro an pendente, num.* 4. Cardin Tuschus *cōclus.* 101. *num.* 11. & titulum *nihil novari appellatione pēdente*, hoc in casu ex consuetudine locum non habere, tenet Julius Clarus *in pract. crim. q.* 46. *num.* 2. & favent ea, quæ diximus *cap. præcedenti*, circa appellationem à citatione reali, ubi plures alios recitavi: ita illum titulum limitat etiam Guido Papæ *decision.* 25. *si quis incarceraretur*, dicens, quòd licet carceratus non conservetur in eo statu libertatis, in quo erat tempore appellationis, non ideo secutâ capturâ innovatum est nec ut tale venit revocandum: idem tenet Lancel *de atte t.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 33. *post num.* 4. idem Lancelotus *ibid. l. cap.* 12. *amplia.* 4. *in præfatione, num.* 21. *&* 22. & talis captura, & 256
detentatio post appellationem contendit ad faciliorem ejus, & causæ expeditionem, ut bene advertit Alciatus *consilio* 16. *incipit licuerit, sub n.* 4. *lib.* 7. & idem Lancelotus *ubi proximè, d. ampliatione* 4. *numero* 22. Prosp. Farinacius *lib.* 2. *pract. crim. quæst.* 33. *num.* 21. ubi plures refert.

Et quando judex aliquid post appellationem fecerit, quod in faciliorem causæ, & appellationis tendat, 257
nec est attentatum, nec ut tale venit revocandum, imò jure optimo sibi permissum est, textus est *in cap. cum teneatur, de appell.* Petrus Duēnas *in regul.* 42. *limi.* 17. Franc. *in d. c. cum teneamur, in* 2. *nota.* August. Beroius *consilio* 45. *in causa.* 2 *lib.* 3. textus & reg. *in verbo distinctus, in c.* 2. *de matrimonio cōtra interd. Ecclesiæ*, & ibi Abb. *in ult. nota.* & Joan. Andr. facit text *in c. tua*, & ibi Abb. *num.* 2. *de sponsa duarum*, Franchus *in c sollicitudinem, num.* 3. *de appellatio.* Parisius *n.* 54. *incipit in isto judicio. num.* 2. *lib.* 3. Rota *dec.* 4. *alias* 390 *si deferatur, de sequestr. possess. & fructū novis, & decisione* 11. *alias* 349. *nota quod si deferatur*, ergo cùm non sit hæc secuta captura, attentatum nec innovatum, juxta quæ dicta sunt nec aliquo modo revocatur à jure; imò ab eo permissum est, minùs rectè dicemu, ut virtute provisionis ordinariæ debeat reus relaxando reponi, cum intentio provisionis non tendat, nisi ad attentata, & innovata in præjudicium appellationis facta, contra canonum, & Conciliorum statuta, & decreta ut probavimus *in primo, & 2. c. primæ partis*, & vide quæ in specie hujus difficultatis latè dixi *supra, prima part. cap.* 2. §. 1. *à n.* 22. *cum pluribus sequentibus.*

Pro quo facit declaratio Cardinalium super Concilio Trident. *sess.* 24. *de reformatione, c.* 20. *versicul. ab ista reparari nequeat*, ibi: Intelligitur etiā de gravamine in- 258
debitæ carcerationis, & ordinarius tenetur huic appellationi deferre, & sinere processum, interim tamen reo remanente in carceribus, donec judex appellationis causâ cognitâ aliud jusserit. Idem decisum fuit per interpretes Concilii Trident. 4. *parte decisionum novissimarum*, quæ simul sunt inter declarationes Cardin. *ibi:* Congregatio Concilii censuit gravamen indebitæ carcerationis esse ex his, quæ per appellationem à diffinitiva reparari nequeunt: ideoque ab eo ante diffinitivam appellare licere, *ex decreto, cap.* 20. *circa princip.* & ordinarium teneri huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec judex appellationis causâ cognitâ, aliud jusserit, *&c.* quæ adinvicem videntur transcriptæ, & pondera, quia simul & deferre, & detinere jubent, cujus specialitas, & intentio ex supradictis pendet, & vide Escaciam *de appellatio. quæst.* 17. *memb.* 1. *num.* 165. *& quæst.* 20. *n.* 26.

Aut enim appellatione consideramus emissam postquam est decretum capturæ in defectum deductum, & 259
sic ab ipsa detentatione injustæ, postquam ipse appellans captus fuit, effectivè: tunc enim minùs dicēda est captura attentata, & ideo post appellationem reus relaxandus non est, ut tenet Speculator *in titulo de appellat.* §. *novissimè, in princ. versiculo tertius si cōdemnatus*, quem sequuntur Vitalis *in tract. de clausa in claus. nihil novari appellat. pend. in princ. versiculo item fallit* Maranta *in speculo.* 103 *parte* 6 *p.* 16. *princip. quæstion.* 2. *n.* 186. *versiculo.* 1. *limita.* Allegans Bartol *in leg. ab executione, Cod. quorū appellationes non recip.* & Bald *in l.* 2. *Cod. de Episcopali aud.* Petrus Duenas *in reg.* 42. *n.* 11. *vers.* 11. *fallit.* Lancelot Conrad. *de prætore* §. 2. *de offic. prætor in causa civili, cap. de appellat. sub nū.* 21. *versiculo* 1. *si condemnatum*, & per Lancel. tenet Escac. *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1. *num.* 161. ubi *n.* 162. tractat, quòd quando quis est jam condemnatus, an 260

&

& quando sit relaxandus appellans : hoc tamen velim intelligas, procedere non jure speciali ex rationibus, de quibus in causa superiori, sed jure ordinario, ut ita
261 dicam, & communi, ex eo quia natura appellationis ea est, ut omnia conservet in eodem statu, quo erat tempore appellationis emissæ, textus *in l.*1. ibi, integer enim status, *&c. ff. nihil. novari appellatione*, textus, *in dict c.*1. *ut lite pendent. nihil novari appellatione*, textus *in dict.c.*1. *ut lite pendent. nihil inn.c.*1. *de re judicata, ap. veniens, de jurejurando*; ergo cum appellans tempore appellationis, se incarceratum invenit, à quo emisit appellationem, sola ipsa appellatio non erit sufficiens, & talis potentiæ, ut factum inficiat absque superioris cognitione, & opere, ut ex pluribus aliis dicit Prosp. Farin. 2. *tomo, quæst.*33. *n.*21. nulli enim appellationi hæc est attributa potestas, ut ante eum gesta attentata jus vocet, nec ex ea causa revocet, nisi per viam ordinariam appellationis secutæ, coram superiori benè
262 appellatum, & malè judicatum decidatur, & quando factum præcedit appellationem, vel tempus ejus proponendæ, non dicitur attentatum : text. *in cap. non solum, de appellat. in* 6. & ideo cùm captura præcedat
263 appellationem, juxta regulas juris in eodem statu esse debet, quia attentatum non est : imò si post appellationem hoc casu captus appellans relaxetur à carcere, ista relaxatio respectu promotoris fiscalis, vel accusatoris erit attentatum, & innovatum, & cùm alteretur natura appellationis, omnia in eodem statu conservantis, ut post hæc ita scripta considerata inveni Lancel. Robertum hæc limitantem *in tr. de attent.* 2. *part. cap.*12. *lim.*33. *n.*3. qui non immeritò damnat Doctores *suprà* relatos, putantes, hoc etiam procedere jure, & ratione speciali, idemque adscribentes pro fallentia ad regul. *nihil novari appellatione pendente*, cùm primò potiùs detentio in carcere post appellationem ab eo emissam prædictam regulam per omnia imitetur, quod verum est, vide etiam Esca. *de app.*3.17.*q.*57. *lim.*57. *memb.*1. *n.*162. *fol.*494.

264 Si igitur ut vides, in utroque casu detentio incarcerati post appellationem ab injusta captura emissam, nec attentatum, nec species ejus dicatur : sed proveniat ex juris præcepto, & natura appellationis ejusdem, in ea nullo modo poterit verificari provisio ordinaria in illa particula, *y reponga lo he ho despues de appellacion*, &c. cùm de attentatis intelligatur non aliter, quod si secus putaret verum, magnum absurdum sequeretur ; nam si appellans relaxatur ex curiæ decreto, ad quid deferre appellationi à captura jubet ; quid posset ex ea ulterius consequi coram superiori. & ad quem
265 effectum delatam appellationem prosecuturus est, cùm nullum ex ea potest fructum consequi ; & talis appellatio nec admittenda, nec prosequenda est quia revocato gravamine, à quo appelletur per judicem inferiorem, non interest appellantis appellationem prosequi,
266 textus *in c. si à judice*, ibi, & ipse in termino gravamen revocaverit cum effectu, poterit ex tunc libere in causa procedere, ac si appellatio interposita non fuisset.) *de*
267 *appell. in* 6. dicit ibi glos. *verbo non fuisset*, quia cessante gravamine cessare debet appellatio text. *in c. cùm cessante. de appellat.* quia interesse non habet : ita eleganter loquitur Philip. Franc. *ind. c. cùm cessante*, 5. *lim. ad finem*
268 *vers. amplius intellige omnia præcedentia fol.*71. *à tergo*, generale enim est, ut appellatio emissa per eum, cujus non interest, dicatur frivola : ita tenet Fulg. *cons.*165. *n.*2 ubi latè Card. Tusch. *concl.*396.

269 Cæterùm aliud & intolerabile absurdum, ut superioris jurisdictio hac via usurpetur, intromittentis se de meritis causæ, & ejus justitia directè cognoscere; quod à nobis absit : hujus etenim cognitio ad superiorem de appellatione cognoscentem pertinet omni jure, & ei in curia attentè reservanda est, ut judicant illa verba prædictæ declarationis Card. & decisionis Rotæ *ibi* teneri huic appellationi deferre, interim tamen reo manente in carceribus, donec judex appellationis causâ cognitâ, aliud jusserit, & sic supremi auditores de appellationis delatione curent, non autem de relaxatione capti, quia hæc debet à superiori appellationis judice pendere. Laus Deo.

CAPUT V.

Ab excommunicatione, suspensione, vel interdicto, eorúmque relatione : an judex vim committere dicetur, appellationi emissæ non deferendo, & quid à suspensione, vel depositione beneficii, vel temporalia respicientibus.

SUMMARIUM.

*Excommunicatio, suspensio, & interdictum sub censura verbo comprehenduntur, n.*1.

Excommunicationis sententia dicitur interlocutoria, numero 2.

*Ab excommunicatione appellatio non suspendit ejus effectum quia secum executionem, & ligamen trahit, n.*3.

*Declaratio præcedentis excommunicationis etiam post appellationem fieri potest, n.*4.

*In prohibenda appellatione ab excommunicatione variè loquuntur Doctores, & cautè legendi, n.*5.

*Appellatio ab excommunicatione, & aliis censuris non suspendit, sed devolvit, & quid devolutio operetur, n.*6 *&* 7.

*Excommunicationis sententia conditionalis suspenditur per appellationem subsecutam, n.*8.

*Etiam postea accedente conditione, quia excommunicatus appellans non ligatur, n.*9. *&* 10.

Dictio nisi *posita in sententia illam reddit conditionalem num.*11.

*Excommunicati declaratio, & publicatio fieri potest post appellationem ab excommunicatione pura, n.*12.

*Denuntiatio est accessoria, consecutiva ad excommunicationem, & sic fieri potest appellatione pendente, num.*13.

*Excommunicatus purè per denuntiationem amplius non intelligitur, nec excommunicationi aliquid addit, n.*14.

*Denuntiationis praxis, & affigendi latrones, & zedulones Romanæ Curiæ, num.*15. *remissivè.*

*Denuntiationem, per quam excommunicatus appellans plus ligetur, prout aggravatio, & reaggravatio, facere judex requirit, n.*16. *&* 17.

*A præcepto sub pœna excommunicationis licita est appellatio suspensive, n.*18.

*A comminata excommunicatione licet suspensivè appellare, n.*19

*A comminatione judicis executiva gravaminis illati appellatur suspensivè, n.*20.

*Excommunicatio post appellationem legitimam est nulla, & attentata, n.*21.

*Excommunicatio post legitimam appellationem, cùm nulla sit, potest clericus celebrare absque irregularitate, n.*22.

*Appellatio à censuris nullis licita est, n.*23.

*A monitoriis datis ubi danda non sint, appellatur licitè, quia fit actus, per quem futurum signatur gravamen, num.*24.

*A repositione petita & negata, & censuris nullis licita est appellatio, n.*25.

*Excommunicatio & aliæ censuræ, quibus casibus dicantur nullæ, aut injustæ, n.*26. *remissivè.*

*Excommunicatio actus est executivus, n.*27.

*Excommunicatio nulla non ligat, & recipit appellationem num.*28.

*A monitorialibus literis ad effectum revelationis denegatis licet appellare, n.*29.

*Monitoriales literæ ad effectum revelationis quinque requirunt requisita, ut queant relaxari, n.*30.

Monito

Monitorialium literarum ad effectum revelationis, materiam qui tractent, n.31.
A declaratoria excommunicationis appellatio suspendit, nec appellans interim vitandus est, nec publicandus, n.32.
A declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem est licita appellatio, n.33.
A declaratoria appellatio, & ab ipsa excommunicatione in quo differant, n.34.
A declaratoria incursus censurarum appellatio impedit denuntiationem, & publicationem & causat attentatum, & vim fieri decernendum n.35. & 36.
A declaratoria super facto notorio, aut in executionem obligationis Cameralis, aut rei judicatæ appellatio non suspendit, n.38.
A declaratoria incursus censurarum in executionem obligationis cameralis appellatio non impedit denuntiationem, & publicationem, & declarationem, n.39.
Interdictum Ecclesiasticum quomodo, & quibus interponatur, n.40.
Interdicta Ecclesiastica quibus privent, n.41.
Interdictum ingressus Ecclesiæ, quod, & cujus effectus, n.42.
Interdictum ingressus Ecclesiæ an impediat exercitium jurisdictionis, n.43.
Interdictum ingressus Ecclesiæ quando pro contumacia aut pro crimine imponatur, & an ex eo denegetur sepultura n.44.
Suspensio an major sit interdicto ingressus Ecclesiæ, n.45.
Suspensio quando absque citatione sicut monitione ferenda non est, n.46.
Suspensio imposita pro delicto, necessaria pro alimentis ex beneficio præstantur suspenso, non tamen quando pro contumacia, n.47.
Suspensus ab usu ordinis an possit cætera exercere, n.48.
A suspensione, & interdicto sicut & ab excommunicatione admittitur appellatio. n.49.
Suspensio, interdictum, & excommunicatio, æquiparantur à jure quoad appellationis prohibitionem, aut admissionem, & alios effectus, n.50. & quales, n.51.
Absolutio, & relaxatio ad cautelam potest fieri in omni sententia censuræ, n.52.
Excommunicatio fertur in personam, non in locum, n.53.
Suspensio, & interdictum quod appellationis effectum eadem ampliationes, & limitationes patiuntur, quas excommunicatio, n.54.
Casus duo æquiparati, à jure dispositum in uno, in altero censetur dispositum, etiam in materia quantumcunque odiosa. n.55.
Æquiparatorum idem est jus, ubi, militat eadem ratio, num.56.
Suspensio, aut interdictum conditionale suspenduntur per appellationem, & impedit executionem, n.57. & 58.
Conditio non trahitur retrò, quando aliquid resultat contra juris dispositionem, n.59.
Excommunicatum, suspensum, aut interdictum potest judex appellatione pendente fructus & distributionibus privare, & an veniant in repositione virtute decreti Regii n.60. redditur ratio, n.61.
Fructus suos non facit excommunicatus, n.62.
Etiamsi in sententia censurarum nihil sit de fructibus dictum, quia adhuc judex excommunicatum illis privare potest, n.63.
Excommunicatus privatus fructibus appellatione pendente illos non recuperat per viam attentati, sed querela, etiamsi obtineat excommunicationem fuisse injustam, num.64.
Delegatus postquam detulit appellationi à censuris, non potest procedere ad denuntiationem, nec fructuum privationem, seu declarationem, vel postquam superior appellationem admisit, n.65.
Absolutio censurarum non suspenditur per appellationem, n.66. & 67.
Per absolutionem ab excommunicatione magis consulitur adversario, quia præstatur ei cautio, n.68.
Absolutio, & excommunicatio pari passu ambulant, n.69. & 70.
Naturale est quidquid eo modo dissolvitur, quo colligatum est, n.71.
Periculum ubi est in morâ, appellatio non suspendit, n.72.
Mori diutius quis præsumitur propter peccatum, n.73.
Mori certius, quam nasci, n.74.
Mors omni momento speranda est, n.75.
Mortem sacra Scriptura vocat fulgur, n.76. & 77.
A vitiis celeriter exire debemus, n.78.
Hieremiæ locus c.51. ponderatur & interpretatur, n.79.
Peccator in mundo eodem periculo est suppositus, quo navis in medio tempestatis, n.80. & 81.
Christus cùm nolit mortem peccatorum, nec delectetur in viventium perditione, præsto est infundere gratiæ dulcedinem, n.82.
Alimentorum sententia non suspenditur per appellationem, num.83.
Per absolutionem ab excommunicatione habilitatur quis ad alimenta animæ quibus erat privatus, n.84.
Alimenta corporalia non directò, sicut alimenta spiritualia vitam præstant directò, n.85. & 86.
Plura sacræ Scripturæ loca adjiciuntur in comprobationem, num.87.
Inter cibum spiritualem, & corporalem, & differentiæ reddutur, 88. & 89.
Panis, de quo in oratione Dominicali, de spirituali intelligitur, n.90.
Panis spiritualis quotidie assumendus, ut quotidie prosit, num.91.
Ad cibum spiritualem majori alacritate est accedendum, quàm infantes mammillas arripiunt, n.92.
Alimento spirituali animam privari, major est dolor, quàm corporali corpus privare, n.93.
Belli subsidium non suspenditur per appellationem, n.94.
Homo in perpetuo, & in continuo bello est, n.95.
Inimici spiritus quot, n.96.
Vincenti dabo edere de ligno vitæ, *dicit Dominus n.97. ubi quod est figura sacramenti Eucharistiæ, & n.98.*
Eucharistiæ sacramentum proprium subsidium est, defensio contra animæ inimicos, n.99.
Cibus spiritualis est necessarius ad prælium spiritus, quia robur, & vim tribuit, n.100.
Absolutio ab excommunicatione, qua consequentur alimenta animæ ad bellum spirituale, non suspenditur per appellationem, n.101.
Absolutio à suspensione, & interdicto per appellationem non suspenditur, sicut nec ab excommunicatione, numero 102.
Absolutio præstita cautione non est differenda per appellationem, n 103. & 104.
Quod extenditur, & n.105.
Absolvere ad cautelam quando possit judex appellationis, num.106.
Absolvere ad cautelam an possit delegatus, & quando præstanda ista absolutio cum cautione sola de standō juri, & de aliis, n.107.
Superfessoria ad effectum absolvendi quomodo expeditur ex praxi hodierna, n.108.
Absolvere superior an possit visis actis, n.109. & 110.
Absolvere potest judex ad quem data contumacia transportandi ad se acta, n.111.
Acta quando gratis transportanda sint ad superiorem, & quando non: ubi decreta Concilii adducuntur, n.112.
Mulier an cogi posset personaliter comparere pro absolutione, n.113.
Mulier pro ferendo testimonio, vel alia causa non cogitur comparere personaliter, sed ad eam mittitur tabellio. vel alia persona: n.114. & 115.
Mulier incidens in canonem, si quis suadente, non cogitur pro absolutione adire Romam, sed ordinarius absolvat, num.116.

*Absolutionem ab excommunicatione alteri potest committere judex Ecclesiasticus, n.*117.

*Absolutio ab excommunicatione delegata non subdelegatur, num.*18.

*Delegabile est quidquid est negotiabile jure canon. n.*119.

*Mulier non cogitur absens ad locum judicii pro absolutione accedere, n.*120.

*Mulieri est privilegium juris communis, ne cogatur personaliter comparere, sed per maritum, aut procuratorem audiri debet, n.*121.

*Beneficium juris communis à judice denegante licita est appellatio, n.*122.

*Suspensio, vel interdictum respiciens temporalia suspenduntur per appellationem, n.*123.

*Interdictum ingressus civitatis, vel palatii, vel suspensus à beneficio suspenditur per appellationem, n.*124.

*Suspensus ab usu pallii appellatione pendente potest eo uti, num.*125.

*Suspensus ab usu pallii celebrando nullam irregularitatem incurrit, n.*126. *&* 127.

CUM excommunicatio, suspensio & interdictum sub eadem verbi significatione, nempe, censuræ, comprehendantur juxta textum *in cap. quærenti, de verborum sig.* Philipp. Franc. *in cap. ad hæc quoniam, de appellat.* & ibi Hostiens. & Joan. Andr. *in cap. cupientes, §. cæterùm, verbo suspensus, de sentent. excommunic.* communiter approbata à Panormi. & aliis Doctoribus *in cap. nuper, de sentent. excommun.* Zuarez *de censuris, disputat.* 7. *sess.* 3. *num.*2. Villalobos *in sum. tomo* 1. *tract.* 17. *difficult.*18. *sub num.*4. Azeved. *in l.* 1 *num.* 18. *cum sequentibus, titulo* 5. *lib.*8. *recopil.* dicentes, quòd cùm istæ omnes sint pœnæ spirituales, meritò sub uno vocabulo scilicet, censura, omnes tres sententiæ contineantur, quæ quidem eisdem ferè regulis, & limitationibus subjiciuntur, ac ideo pariter illas tres sub uno capitulo describendas, & tractandas, esse censui. 1

Et ut cum distinctione procedamus, de singulis tractemus, & priùs de excommunicatione, cujus sententia licèt interlocutoria sit, videatúrque appellationem admittere, quia continet gravamen irreparabile, ut testantur Bernard. Diaz *in regul.* 39. Petrus Dueñas *in reg.* 52. *fallen.*2. Azevedius *in d. l.* 1. *n.*18. dicentes quòd hæc sententia magis accedit interlocutoriæ naturæ, & esse sententiam interlocutoriam dicunt gloss. *in summa* 2. *q.*1. Felin. *in rubr. de re jud. col* 9. Murant. 9. *part. titul. de sententia, n.*40. Abbas *in dict. rubrica de sent. & re jud. & in rubrica de sententia excommunicationis* Geminia. *in cap.* 2. *versiculo nota ergo, de constitut. lib.* 6. ex Immola, Lapo, & Joan. Andr. & ex communi opinione ibi relata. 2

Nihilominus tamen peculiari quadam ratione à jure attentata, appellatio emissa à sententia excommunicationis ipsius effectum non suspendit, quominus excommunicatus appellans ea interim ligetur, quia secum excutionem trahit, dicunt Abb. *in c. cùm in contemplatione, n.*4. *de reg.* Maran. 6 *p. tit. de app. n.*216. Joannes Andr. *in c. dilectus, el.* 2. *de rescriptis*, Philipp. Franc. *c. super eo, el.* 2 *de appellat. directorum inquisit.* 3 *part. num.*152. Specul. *in titulo de appellatio, §. in quibus, sub num.* 16. *versiculo* 17. *lib.* 2. *fol.*186. Decius *in c. reprehensibilis* 26. *numer.* 20. *de appell.* idem Maran. *in d.* 6. *part. actu* 2. *principali, d. tit. & quandoque appellatur, limit.* 31. *n.*351. *fol.*509. *& limit.* 5. *num.*278. *cum sequentibus, fol.*454. Nicoll. *in tractatu de concordia, gloss. concord.* 6 *fall.* 31. *n.*73. *fol.*194. Philipp. Franc. *in rubrica de appellat. num.* 32. *ibi sed adverte*, & iterum *in cap. adhæc quoniam, n.* 1. *& sequentibus & in cap. Pastoral.* 53. §. *verum, n.* 1. *nota.* 1. *de appell.* Escacia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 22. *n.* 1. *& sequentibus*, Bernard. Diaz *in d. reg.* 39 Petrus Dueñas *reg.* 52. *fallen.*2. Rebuffus *ad concordata Franciæ, titulo de frivolis app. in rubr. sub gloss.* 1. *in fin. versic. ulofacit quando gravamen, fol. mih.*688. & idem Rebuffus 3. *tomo. tract. de sententiarum executione, articulo* 53. Gloss. 1. *n.* 6. *fol.*242. Hieron Gonzales *in reg. de alternat. gloss.*9. §. 1. *in annotatio. n.*197. Barbosa *in remissio ad concilium, sess.*24. *de reformat. cap.* 20. *n.*12. Cappella Tholosana *q.*298. & ibi addit. Zerola *in pract. Episcopali,* 1. *part. verbo appellatio §. ad septimum respondetur*, idem Zerola 2. *p. verbo appellatio, versiculo nono quæritur*, ubi meliùs Roland. à Valle *consilio* 77. *num.*22. *volum.*2. post Innocent. Simanc. *de Cathol. instit. titulo* 65. *n.*20. Mart. *in tractatu de jurisdictione*, 3 *p. cap.*12. *num.*6. Villalobos *in summa, tractatu* 16. *d ffi ult.*13. *num.*1. & probant jura expressa text. *in cap. pastoralis, §. verum, & in cap. adhæc, de appell. cap. ad reprimendam. de offi io ordinarii, & in cap. lis qui, §. fin. de sentent. excommun. lib.* 6. *lex.* 21. *tit.* 9. *p.* 1. ubi Gregor. Lopez quod adeò verum est, ut etiam post appellationem emissam declaratio subsequi possit (ut statim videbimus.) Prosper. Farinac. *in pract. crim. q.*101. *lim.*13. *n.*65. *&* 68. Campanill. *div. jur. rubr.*11. *c.*25. *à n* 40. *cum seqq.*

Admonendi tamen sunt, qui præfatos Doctores perlegerint, ut illos cautè intelligant, etenim nonnulli ipsorum dicunt, appellationem ab excommunicatione, & aliis censuris esse licitam; alii verò non esse admittendam, alii non suspendere effectum sententiæ, quo minùs appellans ligetur. Omnes tamen in unum, eundémque finem tendunt, ut scilicet appellatio admittatur quoad devolutivum effectum, ut causa transferatur ad superiorem, apud quem de injusta conquerens excommunicatione, poterit cautione præstita, de parendo mandatis excommunicatoris à superiore absolvi, ut super censurarum injustitia audiri possit: quoad suspensivum verò effectum non esse admittendam appellationem, omnes testantur, prout plurimi ex eisdem Doctoribus ita distinctè pariter loquuntur ex specialitate rationis censuræ, quæ ideo secum trahit executionem, quia censurarum sententiæ sunt medicinales, & veniunt principaliter ad corrigendum, unde ne prætextu frivole appellationis impediatur correctio, fuit in eis inducta ista specialitas secundùm prædictos Doctores, præcipuè Abb. *in cap. sæpè, sub n.*15. & ibi Philipp. Franch. *n* 33. *de appell.* 3 4 5 6 7

Prædicta tamen regula aliquibus modis limitatur, & primò, ut non procedat in sententia excommunicationis lata sub conditione; ut puta; quando judex ita interloquitur: Excommunico te, nisi solveris creditori decem infra triduum, vel mensem, quia interim cùm pendente conditione, vel termino non sit ligatus: pariter intra illud tempus, vel conditionis pendentiam, appellatio emissa, effectum ipsius excommunicationis suspendit, textus est *in cap. præterea, de appellat.* ubi expressè hic modus sententiæ conditionalis ponitur, ubi Abb. Philipp. Franc. & cæteri Doctores, contra glossam *in leg. obligationem ferè, §. places, ff. de obligationibus, & actio.* loquentem contra textum expressum *in dict. cap. præterea*, quo probatur emissa appellatione ante eventum conditionis, sub qua excommunicatio lata est, ejus suspendit effectum, & statum appellantis conservat, ut interim non sit excommunicatus, non solùm ipsa conditione pendente; sed etiam appellatione, ut probatur *in dict. cap. præterea*, ibi, in diem statutum minimè satisfecerit. (& ibi, sententiam appellationis obstaculum debeat impedire, *&c.*) quod notandum dicit Franch. *ibi numero* 4 *ultim. nota.* pro censuris satis in curia Romana, ubi ferè semper solent ferri excommunicationes, nisi ad primam diem pervenerit: vel infra tres dies, ut tradit etiam ipse Franch. *in cap. pastoralis, num.* 5. §. *verum, de appellat.* Joannes Andreas *in cap. is cui. de sententia excommunicationis, l.* 6 Lancelot. *de attentatis*, 2. *part. cap.*12. *in præfatione n.*103. *cum sequentibus*, & per eum Escacia *de appellat* 8 9

11 *q.17. limitat.22. num.13.* Marta *de jurisd.3. p. capit.14. num.32. fol.328.* Qui omnes dicunt hanc dictionem, *nisi*, positam in sententiis, facere eas conditionales, secundùm Decium *in d. cap. præterea, notabili. 1.* per illum textum Lapum *allegatione 73. n.4.* Rotam *dec.9. in fin. alias.444. extra Rotam in finalibus verbis de dolo, & contumacia, in novis.*

Secundò limitatur, quòd licèt judex Ecclesiasticus possit (etiam pendente appellatione ab excommunicatione purè lata, quâ est excommunicatus ligatus ut dictum est) devenire ad denuntiationem,& ejus publicationem, nec tunc dicetur attentare: juxta textum *in cap. pastoralis, §. verum,* ibi, ipsum excommunicatum denuntiare potest ut ab aliis evitetur, *de appellationibus*, ubi latè Philipp. Franc. *num 3. & per totum*,& cæteri Doctores, Specula *titulo de appell. §. novissimè*, Lancel. Conrad. *de prætore, §. 2. de officio præt. in causis civ. lib. cap. de appellat. num. 20. versiculo 5. quando excommunicatus*, Rota *decisione 36. alias 426. si Decanus, §. ex eodem facto de procur. in novis*, & post Abbatem,& Franchum *in d. §. verum*, & Joannem Andream *in cap. venerabilibus, de sententia excommunic. in 6.* tenet Marant. *in speculo, quæstione 2.3. part. principali, num. 167.* Petrus Dueñas *regul. 42. num. 8. versiculo octavo fallit, in 1. part.* Lancelot. Robert. *de attentatis, 2. part. cap.12. limitat.21. num.8. & à principio*, Ægidius *decisione 411. denuntiatio partis*, Joannes Baptista Asinius *in praxi judiciali. §.7. cap.5. limit.136. versicul.136. citato, num.2.* Romanus *cons.482. n.5. incipit in casu præmisso*, Cosmas *in pragmat. Sanctio. Gallicana, super extravaganti ad vitanda scandala, in verbo specialiter*, varias omnes reddêtes rationes, tum quia denuntiatio est consecutiva, &
13 accessoria ad excommunicationem, & ex eo etiam interposita appellatio ab excommunicatione potest ferri: tum etiam quia cùm excommunicatio pura secum
14 trahit executionem, excommunicatus per denuntiationem ampliùs non ligatur, & nihil ad executionem addat, cùm respectu ipsius excommunicati, censura repellit eum à communicatione, celebratione, cæterisque actibus excommunicato vetitis, notat Feli. *in cap. Rodulphus, n.38. ad finem, de rescript.* Cov. *in cap. alma mater, 3. p. relectionis, §.2. num.11.* Joan. Guttierrez, *canoni-*
15 *carum quæstionum c.1. n.36. cum sequentibus*, ubi ad hoc propositum alia plura adducit,& *à num. 53.* latè apponit stylum, modúmque proferendi hujusmodi declarationes, & denuntiationes, & affigendi latrones, seu zedulones Romanæ Curiæ. Vide Marquessan. de *commiss. 1. p. cap.19 n 17.*

16 Tamen judex Ecclesiasticus non debet expedire declarationem, & aggravationem, per quam pars plus ligetur, & gravetur, ultra excommunicationem jam latam, prout est aggravatio, & reaggravatio, & illa denuntiatio, de qua *in cap. tua, de sentent. excommun* ubi incendiarii, & alii, de quibus sibi per denuntiationem in eo plus gravantur, quia facta publicatione, ab alio quàm à Papa absolvi nequeunt, & ideo à tali declaratione licita erit appellatio, tanquam excessiva, ex quo tunc cessat ratio textus *in d. §. verum*, ut ex doctrina Immolæ tenet Philippus Fran. *ibi num. 25. versiculo 4. quæritur*, quam opinionem ut tutiorem, & veriorem contra decisionem Rotæ, & Milis ibi citatos tenet Lancelot. *de attentatis, 2. part. cap.12. limit.21. num. 14. & 15.* Escacia *tractatu de appell. quæst. 17. limit. 22 sub n. 6. & n.12.* & ita intelligendus (qui aliquantulum intricatè loquitur) Marta *de jurisdictione, 3. part. cap.13. per totum.* Multa de hac limitatione Hieronym. Campanil. *diver. jur. rubrica 11. cap.15. n.42.* post Gutierr. Matium, Alter,& alios.

Et idem erit in ignoranter excommunicato, nam
17 si talis à die notitiæ appellet, appellatione pendente non potest fieri denuntiatio, seu publicatio, juxta formam textus *in cap. illud, & cap. penult. de clerico ex. communicato ministrante*, & ideo judex attentare dicitur, ut tenent post Joannem Andream Immolam, Geminian. & Lapum, Franc. *in d. §. verùm, quæst.5. n.26.* quem referens sequitur Lancelot. *ubi suprà, 2. p. cap.12. limit.11. n.20.*

Tertia limitatio erit, ut licita sit appellatio, quo- 18
ties emittitur à præcepto facto sub pœna excommunicationis, quia ab ejusmodi præcepto potest appellari judicialiter,& extrajudicialiter,& appellatio suspendit, in tantum, quod si judex excommunicaret, aut declararet, excommunicatio esset nulla, textus *in cap. dilecti 52. de appellat.* & ibi Abb. *not. 1. n.2.* idem Abb. *in cap. 18. consuluit, n.8. versiculo ex his, eodem titulo, de appell.* Angel. *cons.88* & Maran. *in spec. p.6. act.2. princ. in verbo & quandoque appellatur, limit.5. n 181. fol.484.* & quod possit appellari à sententia ferenda, & sic à comminata excommunicatione, & appellatio suspendat, referunt, & sequuntur Escacia *de app. q.17. lim.22.* 19
n.47. Prosperus Farin. *in pract. crim. q.101. n.70.* Marta *de jurisdictione, 3. p. cap.12. n.3. & 2. fol 323.* ubi alios allegat, & quòd à communicatione judicis executiva gravaminis jam illati de præterito, putà; quando judex præcepit parti, ut aliquid daret, vel faceret sub pœna excommunicationis, possit appellari, scribit Philipp. Franc. *in cap. cùm cessante 60. not. ultim. sub n.6. de app.* 20
& facit Cardin. Alexand. *in c. dilecto 63. n.9. vers.& per istum texum, de appell.*

Quarta erit limitatio, ut tunc sit nulla excommunicatio,& declaratio seu ejus denuntiatio, lata post legitimam interpositam appellationem, quia appellatio præcedens sententias censuræ suspendit ejus effectus, 21
eamque nullam reddit, texus est *in cap. per tuas, de sentent. excommun.* ubi omnes. Philipp. Franc. *in cap. ad præsentiam, n.3 4. & 5. de appell. & in cap. dilectis 55. not. ultim. n.12.13. & 14. de appell.* & idem Franch. *in cap. qua fronte 25. n.29. & in c. sæpe 44. sub n.3. versiculo in gloss. in versiculo rapta, de appell.* & idem Franc. *in cap. adhæc quoniam, n.2. in fin. eodem tit & in c. dilecti filii 52. n.2. & n.3. nota 3. de appell.* Navarr. *in c. cùm contingat, fol.184.* multa in propositum adducens. Escacia *tractatu de appell. q.17. lim.42. n.54.* Villalobos *in summa, tractatu 16. difficultate 13. n.3. & 4.* per textum *in c. dilectis de appell. & in c. per tuas, de sentent. excommunic. & c. ad præsentiam, de appell.*

Adeò ut excommunicatus, aut alia censura affectus, 22
si clericus est, potest eadem appellatione pendente, absque aliqua irregularitate celebrare,& prosequi officium suum in divinis, tenet Escacia *ubi proximè*, Franc. *in d. c. cap. præsentiam, n.3 4. & 5.* Lancelot *de attent. 2. p. cap.12. limit. num 5.* & post Panormitanum *in c. pastoralis §. verum, de appell.* Dominicum *in c. solet*, Feli. *in c. Rodulphus, n.43. de rescriptis*, tenet Villalobos *ubi suprà, num.3.* adducens fundamentum, quare eandem excommunicationem, & insuper subsecutam declarationem, ut attentata reponenda, meritò firmant præ- 23
dicti Doctores: imò potiùs ab ipsa excommunicatione, & censuris, quæ suum non operantur effectum, appellationi ut legitimæ deferendum est, juxta regulam legis quartæ, §. *condemnatum, ff. de re judicata*,& ea quæ latè in ejus comprobationem congessimus *infrà, 3. p. cap. 9.*

Quinta limitatio sit, ut si monitoria concederentur, 24
ubi concedenda non sunt, appellatio licita est, quia fit actus, per quem designatur futurum gravamen. Feli. *in c. significaverunt, n.9. de testibus*, Marta *in tractatu de jurisdict 3. part. c.12. n.4* qui post Lancelotum *in tractatu de attentatis, 2. p. cap.12. limit.50. n.71.* consuluit, ut appellet gravatus ab illo actu, tanquam ab illato gravamine, sed petat illud revocari, & si non revocetur, 25
poterit à non revocatione appellari,& per textum *in c. sacro. de sentent. excommunic.* dixit ipse Marta *eadem 3. p. cap.14. num.2.* quòd si excommunicatio, seu censuræ

sint

sint nullæ, poterit gravatus ab excommunicatione petere,ut censuras reponat,& à non repositione appellare poterit.

26 Quæ limitatio generaliter vera est , potest verificari in quibusvis censuris , nulliter , non canonicè, minúsque solemniter, aut jure resistente expeditis , quos omnes casus,quando scilicet excommunicatio, & aliæ censuræ sint injustæ , aut nullæ ipso jure , singulatim congerit Marta *de jurisdictione, d.3.p.c.14. per tot.* qui *n.15.*adducit dispositionem Concilii Trident. *sess.25. capite 3.*excommunicationes pro causa pecuniaria non nisi in subsidium relaxari jubentur , & pro ultimo re-
27 medio executionis apponitur,cum ipsa excommunicatio , & censura via sit executiva, & extraordinaria;ut post alios dixit ipse Marta *d.cap.18. n.21.* ubi per totum capitulum per te videre poteris,speciales casus,qui nulli redduntur ex defectu sive solemnitatis , sive potestatis, sive jure resistentiæ,ad quos te libenter remit-
28 to, in quibus omnibus pariter licitam esse appellationem omnino affirmandum est, quia quod est nullum , executionem non meretur, nec tunc excommunicatio ligat,juxta dicta in antecedenti limitatione.

29 Sexta erit limitatio, ut si Episcopus denegaret literas monitoriales , ad finem revelationis sub pœna excommunicationis,quæ fiunt ad finem revelationis,poterit à tali denegatione appellare ad Metropolitanum, quamvis resideat in ejus arbitrio eas concedere , tenent Prosper. de Augustino *in additio. ad Quarantam, in summa Bullarii,verbo excommunicatio,ad finem revelationis,pagina 232. & verbo Archiepiscopi authoritas , versiculo 19.authoritas,in fine,pagina mihi 77.* Borsol.*in*
30 *remissio.ad Concilium,sessione 25.de reformatione, cap.3. sub numero.1.* ubi congerit nonnullos doctores de hujusmodi literis monitorialibus ad finem revelationis tractantes , per quos quinque requisita necessaria , ut illæ relaxentur,pernotat, ultra quos etiam de hac materia latè tractant Xuarez *tomo 5.disputa.20. sess.3. regul.2.* Marcus Antonius Genuens. *in praxi Curiæ Ar-*
31 *chiepiscopalis , c.2. per totum ,* & plures alios adducit Giurba *dec.94. per totam ,* ubi latissimè tractat de hac materia , & copiosè etiam per Hieron. Campan. *div. jur.rubr.11.c.11.à num.93.cum pluribus seqq.*

32 Et sit septima limitatio;nempe;appellationem à prædicta sententia declaratoria interposita omnino suspendere effectum ejus , adeò ut interim appellans non debeat vitari,nec adhuc publicari, quod dictũ attribuit Lapo Cardinalis *in clement.1.8.si quis , quæst.11.de sequest.possess,* & *fruct.* & eam valde commendat Felinus *in capit.Rodulphus,columna penultima,de rescriptio.* Decius *in cap. pervenit 1.columna 2. de appellatio.* & ante omnes Joannes Andr.*in dict.§.verum,cap.pastoralis,* eo fundamento , nam licèt à pœna legis appellari non possit,*leg.si qua pœna.ff.de verborum signif.cap.quia nos,* ubi glossa communiter recepta *de appellat.*gloss.*in cap. super his,de accusatio.verbo arbitrarium,*Grati.*discep.foren.c.232.à n.19.& seqq* Roman. *singula.216. à pœna legis,*& ibi additionator Franc.*in c.pervenit,in fin n.14. & in c.consuluit,29.n.4.de appellatio.* Feli.*in c.cum non ab homine,sub num.12.versiculo nota,quod de judicis, & in cap.præterea, limit.4. sub n.6. de desponsatio.* Decius *in cap.cum cessante 60.numero 30.de appellat.* Nicellus *tractatu de cõcord.glossa concord.6.fallentia 36.num.78. fol.194.*Cornaz.*in Lucensi decis.193.in causaN.sub numero 5.versiculo 6.*Farinac.*in practic.crim.qu.101.limitat.12. num.61.* Capicius *decisione 1.num.19.* à declaratione tamen aliquem in eam incidisse , vel non , & justa,& ut legitima admittitur.gloss.*in cap.cupientes,§. insuper,verbo privatos,de electione,libro 6.* communiter
33 ibi recepta,Ludovicus Romanus *singular.213.à pœna,* Felinus *in dict. cap. Rodulphus ,* Panorm. cum Parosino , & Decio *in dict.cap.pervenit ,* idem Panormi. *in cap.super his,de causa,colum.fin.*& cæteri adducti a Gutierrez *cons.10.n.15.* & tenent etiam mox citandi omnes Doctores;latè,& optimè prosequitur Hiero. Campa,*diver.jur.rubr.11.c.15.à n.43.*plures citans.

Et hinc dicit Cardin. *in d.qu.11.* & Bonifa. *ibi* post 34
Lapum , nempe majoris virtutis esse appellationem à declaratoria,quoad vitãdam evitationem ejus, qui declaratus appellavit,quàm appellationem præcedentem ab ipsa excommunicatione , quoniam hæc solùm efficit , ut non debeat vitari in extrajudicialibus , ut latè per Franc. *in d.§. verum* , declaratoria autem sententia efficit , ut appellans non vitetur etiam in judicialibus. Quam conclusionem longè pulcherrimam , & à nemine recentiorum animadversam dicit Navarr. *in prælect.cap.cum contingat.15.causa nullitatis , ante finem,& à princ.de appellatione ab hac declaratoria,* quo casu cùm appellatio utique justa, & legitima sit,si pro ejus delatione supremum tribunal adeatur , vim fieri deferre,& reponere declarabit. Vide quæ latè Hieronym.Campan *ubi proximè* , post Covarr.Navar. Ugol. & alios.

Quæ cùm omnino suspendat effectum excommuni- 35
citationis,non poterit in ejus præjudicium interim excommunicatum denuntiare, interim enim ligatus non est,& sic denuntiatio,& publicatio super ea succedens est nulla , & innovatum , & attentatum esset evidens , & notorium , quia id impedit appellatio. Petrus Duenas *regul.42.num.8.* Maranta *ubi suprà,6.part. actu 2. princ. verbo & quandoque appellatur,limit.5.num.180. suprà , numero 169.* Felin. *in cap. cùm non ab homine , colum.fin.num.12.de judic.*post Romanum,& alios per eum allegatos. Put. *decisione 271.Papa , num.1. & 4. lib.3.* Rota *diverforum decis.100. ex novis , num.3. & 31.in fin.p.1.*Lancelot.*de attenta.2. p.c.12. limit.21.n. 21.& seqq.* Prosper. Farin.*ubi suprà,dict. qu.181.n.67.* Franch.*in d.c.Pastoralis , n.27. col.fin. q.6.* qui allegat textum *in c.pervenit,§.1.de appellat.* Capicius *dec.1.in. causa domini Comitis,n.19.*Anton,Gabriel. *comm.opinio. lib.6.de regul.jur.conclus.3.n.59.* Navarr. *ubi proximè ,* qui omnes hanc firmant conclusionem , ex ratione,de qua *suprà,*nempe ; appellationem à declaratoria sententia ejus effectum suspendere , & sic nuntiationem,& publicationem excommunicationis (quæ non est ;nullam esse posse,quia qualitas non potest esse sine subjecto,ac ideo cùm sit innovatum,& attentatum,re- 36
ponere judex debet virtute provisionis ordinariæ.

Quod fallit tribus modis ; scilicet : quando factum 37
est notorium , & in declaratoria sententia , quæ fit in
obligationibus in forma Cameræ , & in declaratoria 38
facta vigore executorialium,& rei judicatæ,quibus casibus potest ad denuntiationem devenire pendente appellatione à declaratoria sententia,quos scribit omnes Lancelot. qui Rotæ decisionem allegat *in tractatu de attenta 2.p.cap.12.limit.21.n.25.cum sequentibus,* Cæsar Contar.*in leg.uni.lim.19.num.19.in fin.& n.20.C.si de momen. poss.*

Quæ quidem limitatio procedit etiam in declarato- 39
ria incursus censurarum contra obligatum in forma cameræ , quia appellatio à declaratoria isto casu non suspendit denuntiationem , & publicationem faciendam , quia cùm ab ipsa executione non potest appellari,ita nec ab hac declaratione incursus censurarum , quæ pars executionis est. Sigismund. Escacia *de appella quæst.17.limit.42.à numero 43.& sequentibus,*Gallesius *ad formam cameræ obli.n.2.part.3.prin.in c.reliqua, de processu,num.43.junctis n.38.& sequentibus,fol.163.* quem refert,& sequitur Lancelot.*d.limit.21. num.26.* quem vide *c.12.limit.50.n.118.& 119.*& nos diximus latiùs *infrà,in 4.p.c.5.à n.68. & in hac 2 p.c.3. per totum , & præcipuè à n.12.*

Nunc autem succedit,inquirere;an à sententia interdicti,vel suspensionis emissæ appellationi , sit deferendum, Pro cujus satisfactione , brevibus dicendum est, 40

quòd cum excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum ſit cenſura Eccleſiaſtica, ut probatur *in d.c. quærenti, de verborum ſigni.* & ex authoritatibus *infra* adducendis
41 apparebit, & *ad principium cap.* diximus, interdictum enim duplici modo fieri ſolet, & emitti, aut in locum, populum, vel civitatem propter aliquam perſonam, & tunc ſuſpenduntur divina officia, Sacramentorúmque activa, & paſſiva celebratio, prohibens Eccleſiaſtica ſepultura, de quo interdicto latè videre poteris per Cov. *in c. alma mater*, 2. *p. pro electio.* §. 1. *à n.* 2. & Zerolam *in praxi Epiſcopali, p.* 1. *verbo interdictum.*

42 Aliud etiam eſt interdictum ingreſſus Eccleſiæ, & qui hoc genus interdicti patitur, ſibi cenſetur in ipſa Eccleſia celebratio divinorum interdicta qui irregularis efficitur, ſi contra hoc interdictum in ea Eccleſia ſe divinis ingerat, & ſicut antea ſuum officium miniſtraverit, ut probatur *in cap. is cui, de ſententia excommunicationis, lib.* 6. Domi. ibi poſt Calderi. Sylveſt. *in verbo interdictum* § 6. apud quos de materia multa ſcitu digna cognoſces, & cui ingreſſus Eccleſiæ interdictus eſt, juriſdictionem Eccleſiaſticam exercere poſſe, ea
43 etenim ſuſpenſus non eſt, gloſſ. eſt memorabilis *in cap. ſacroſa verbo interdictum, de ſententia excommun.* quam ibi communiter Doctores ſequuntur, Abb *in c. ab excommunic.* 4. *col. de reſcriptis*, Milis *in repertorio in verbo*
44 *ſuſpenſus*, Salced. *in addit. in practic. cr. Bernard. Diaz, c.* 129. *verbo ab ingreſſu Eccleſiæ interd. lit. A*, quod interdictum pro contumacia ſicut excommunicatio, & pro crimine etiam imponi poteſt, & quando in interdicto negatur ſepultura, vide Bernard. Diaz *ubi proximè*, Cov. *melius in c. Alma mater*, §. 1. 2 *p.* apud quos vide de materia hujus interdicti ingreſſus, & de interdicto locali latiſſimè rem hanc attingentes.

45 Pœna autem ſuſpenſionis major eſt & illa interdicti, de qua diximus, ut notat Bernard. Diaz *ubi proximè*, *in princ.* per hanc namque ſuſpenditur, vel interdicitur officium, vel exercitum competens alicui perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ ſuſpenſio aliquando à jure, aliquando ve-
46 rò à judice fit. In qua inferenda judex advertere debet ſi eam imponat in pœnam delicti, monitio non eſt neceſſaria; quando autem pro cõtumacia fertur, abſque ea, ſicut in excommunicatione ferenda non eſt, tenent Abb. *in c. reprehenſibilis, de appell.* per Innocentium, *in cap.* 1. *de exceſſibus Prælatorum*, Cardin. *in clem. fin. de pœnis*, Sylveſt. *in ſumma, verbo ſuſpenſio*, §. 4. & quòd propter delictum ferri poſſit ſuſpenſio, probat textus *in cap. tam literis, de teſtibus, in cap. in loco* 5. *quæſt.* 4. & Abb. *ubi ſuprà*, & quando pro crimine & delicto hæc pœna imponitur, providendum eſt ſuſpenſo à be-
47 neficio, ne cogatur mendicare, quando autem pro contumacia infertur, nullo modo, cùm poſſit ſibi providere, ſatisfaciendo, ita notant Abb. *in cap. paſtoralis* §. *verum, col. penult. de appellat.* & ubi etiam Philipp Fran. ſic intelligentes gl. *in cap. cum Vintonienſis, de electione*, & de aliis qualitatibus, quas judex in infligenda hac pœna ſuſpenſionis præ oculis debeat habere, & quod
48 aliquando eam emittat temporalem, & aliquando perpetuam, & pro quibus criminibus ſit imponenda, & an ſuſpenſus ab unius ordinis putà, ſacerdotalis exercitio poſſit ſuſpenſus cætera exercere, vide Bernardinum Diaz *ubi ſuprà, in cap.* 130. *verbo ſuſpendi*, & ibi ejus additionator Salced. ubi alios in materia allegaros, apud quem pluribus, & utiliſſimis quæſtionibus videre poteris, quas omitto, quia ad nos non pertinent; vide etiam Zerolam *in praxi Epiſcopali*, 1. *part. verbo ſuſpenſio per totum.*

49 Cùm igitur hæc tria, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum inter ſe cognationem quandam habere videantur, in omnibus jus quoad appellationis effectum pariter diſponit, & ideo appellationem à ſuſpenſione, ac interdicto admittendam non eſſe, eo modo, quo ab excommunicatione, diximus *ſuperius*, ex paritate, & identitate rationis, cùm ſanè ſicut excommunicatio, ſic ab officio, vel ab ingreſſu Eccleſiæ, lata ſuſpenſio, ipſiúſque effectus per appellationem ſequentem minimè ſuſpenditur. Verba ſunt text. *in cap. is cui*, §. *ſanè ſicut excommunicatio, de ſentẽtia excommunicationis, lib.* 6. Adhæc, quoniam ſub interdicto aliqui conſtituti appellant, & deinde illud ſervare contemnunt, quid in hoc caſu ſervãdum ſit, conſulere voluiſti, *&c.* ut inquit text. *in c. ad hæc quoniam, de appell.* quæ jura illud decrevêre, appellationem emiſſam à purè lata ſententia interdicti, ſeu ſuſpenſionis non eſſe talis potentiæ, & efficaciæ, ut queat impedire effectum, & executionem, quam ſecum ipſa trahit, adinſtar excommunicationis, Speculator *titulo de appellatio* .§. *in quibus, ſub num.* 16. *verſ.* 17. *lib.* 2. *fol.* 186. Decius *in c. reprehenſi. de appellat.* Nicellus *tract. de concord. gloſſ. cõcord.* 6. *fall.* 31. *n.* 73. *fol.* 194. Maran. *in ſpeculo* 6 *partis*, 2. *pr. verb. & quandoque appellatur, n.* 351. *& n.* 178. Eſca *de appella c.* 3. *a.* 65. *&* 77. *& q.* 17. *lim.* 42. *à n.* 1. Proſp. Fari *in pract. crim. q.* 101. *lim.* 13. *n.* 66. *&* 69. & probant communiter DD. *in d.c adhæc, & in d.c. is cui*, & præcipuè Phil. Fran idem dicit Bald. *in Marga.* Innoc. *verbo interdictum*, Guido Papæ *qu. cit. num.* 86. Zerola *in praxi Epiſcopali verbo appell.* 1. *p.* § *ad undecimũ dico, poſt medium*, Nicolaus Milis *in verbo appellatio*, Lancelot. Robert. *de attentatis*, 2. *p. cap.* 12. *in præfatione*, *num.* 104. facit gl. & omnes præcitati DD. hucuſque relati, qui promiſcuè loquuntur de excommunicatione, & ſuſpenſione, ſeu interdicto; quia in omnibus parificantur, & 50
facit gl. *in d.c. adhæc.* ibi, æquiparantur, ſuper qua dicit Innocent. quòd hujus ſententiæ cenſuræ æquiparantur inter ſe primò ibi, in text *d. cap. adhæc*, quia ſicut appellatio non ſuſpendit executionem, ita nec interdictum, & ſuſpenſionem; & *in d.c. is cui.* Secundò æquiparantur, quia ſicut excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla, *ex cap. per tuas, de ſentent. excommu.* ita ſuſpenſio, & interdictum, ut per textum *in cap. dilectus, de appellationibus.* Tertiò, quia omnes hæ ſententiæ cenſuræ requirunt monitionem præcedere, *cap. reprehenſibilis, de appella.* ubi notatur. Quartò æqui- 51
parantur, quia quilibet excommunicatus, ſuſpenſus, vel interdictus à divinis, vel ſpiritalibus, ut *ſuprà*, ce- 59
lebrans interim in divinis, remanet irregularis, ut probatur *in d. cap. is cui, & cap.* 3. *de clerico excommunicato*, à qua irregularitate ſolus Papa abſolvit, *ut in d.c.* 1. *& in cap. clerici, de cleri. excommun.* Quintò, quia in omnibus pariter fit abſolutio præſtito juramento de pa- 52
rendo mandatis Eccleſiæ, *cap. venerabili, de ſentent. excommun.* Deinde quia in omni ſententia cenſuræ poteſt fieri relaxatio & abſolutio ad cautelam *in d. cap. venerabili, & in gloſſ. dict. cap. adhæc deſuper*, quia omnes ligant, ſive juſtæ ſive injuſtæ, *cap.* 1. *cap. ſi quis preſbyter, c ſi Epiſcop.* 11. *q.* 3. ſaltim in omnibus æquiparantur, ut notat Philip. Franch. *in d.c. adhæc, circa prin.* & poſt Innoc. licèt in aliquibus differant caſibus; quia excommunicatio fertur in perſonam non in locum, ut 53
c. Romana, §. *in univerſitatem, de ſentent. excommun. lib.* 6. ſed interdictum poteſt ferri tam in perſonam, quàm in loca, text. *in c. non eſt, de ſponſa. cap. fin. de ſentent. excomm. lib.* 6. & alias dictas differentias videre poteris 60
per Franc. ibi.

Et ideo non ſine fundamento dicit Lancel. *de attenta. ubi proximè, limitatione* 23. *n.* 10. ea omnia, quæ *ſuprà* 54
diximus in limitationem, & ampliationem circa appellationem ab excõmunicatione intelligenda eſſe, & repetẽda etiam pendente appellatione à ſententia ſuſpenſionis, & interdicti, & in quibus *ſuprà* diximus vim fieri erga excommunicationem, & nos dicimus id repetens in ſuſpenſione, & interdicto; nam ſicut æquipa- 61
rantur ut non ſuſpendatur effectus per appellationem, ita debent, & in limitationibus æquiparari, quod probabile eſt, quia non apparet diverſitatis ratio,

ubi

55 ubi per Lancelotum. Et probatur etiam, quia quando duo casus æquiparantur à jure, dispositum in uno censetur tacitè in alio dispositum, etiam in materia quantumcunque odiosa, & correctoria, textus est *in leg. si quis servo, juncta gloss. fin. Cod. de furtis*, & ibi communis textus *in cap. filius, de pœnis in 6.* ubi communis,
56 ut latè per Antonium Gomezium *in leg. 4. Tauri, num. penultimo, & ultim. & passim alibi*, quia æquiparatorum idem jus est, maximè ubi militat eadem ratio, ex quibus vulgaribus,& ex his, quæ latè Everardus *in locis legalib. loco à pari, folio* 404. imò potiùs, omnes limitationes, & doctrinæ, quæ hactenus dictæ sunt, pariter procedunt,& loquuntur in suspensione,& interdicto, prout expresè loquuntur Doctores.

Et ex hac æquiparatione resultat, quòd quemadmodum appellatio ab excommunicatione lata sub conditione suspendat omnes effectus ejus,(ut *suprà* diximus adeo ut nec ad denuntiationem perveniri potest, juxta ea, quæ latè adducitur Lancelot. *de attentatis, 2. part. cap 12. limit. 2. à num.30.* ubi innovatum, & attenta-
57 tum, ex pluribus probat esse, quidquid ea pendente judex gesserit; ita & eodem modo ad ejus similitudinem appellatio emissa à sententia suspensionis, vel interdicti, sub conditione lata, suspendit omnem effectum ejus, ita ut interim nec interdictus, nec suspensus appellans sit; sed potest sicut priùs, se divinis ingerere, quia tunc sententia non trahit secum exe-
58 cutionem, ita probat textus expressus *in d. cap. præterea de appellat.* adeò ut etiam post conditionis eventum non liget, dum ea pendente appelletur, ex quo enim nondum injecerat vinculum ex impedimento conditionis, quo etiam tempore appellatio proponitur ante perfectum gravamen, nihil mirum, si postea conditione adveniente, non retrotrahatur ad principium gravaminis, & sic ad extremum à quo, quia idem invenit inhabile prout suspensum per appellationem, argumento text. *in c. venientes, de jurejur* & in simili est text. *in c. quamvis, de rescriptis in 6.* ut dicit, & respondet Philipp. Franc. *in d. cap. adhæc*, ubi respondet ad aliqua jura in contrarium 1. *col. versiculo in eadem gloss. ibi lex potior, &c.* ubi etiam dicit post Baldum,
59 quòd conditio non trahitur retrò, quando aliquid resultat contra juris dispositionem, *ex l. talis scriptura* & ibi per glossam *ff. de leg* 1. & gl.& Doct *in c. si propter, de rescriptis 6* idem tenent Lapus *alleg.*7.Prælatus *n.*4. ante quos Joan. And. *in dict. is cui de sent. excommun. lib.6. num.*4. Rota *decis.*19. *aliàs* 444. extra Rotam *in finalibus verbis, de dolo, & contum. in novis*, Lancelot. *ubi proximè.* Qui omnes hanc tenent conclusionem, quòd in sententiis censurarum per appellationem nullum habent effectum, nec possunt interim ligare, nec etiam conditio tunc trahitur retrò Et sic etiam omnia gesta à judice post appellationem, vel intra tempus ad appellandum à censuris conditionalibus simul cum delatione, debent reponi virtute provisionis ordinariæ à Curia suprema emanatæ,prout etiam latè *suprà* diximus de appellatione ab excommunicatione conditionali, quia omnes Doctores pariter loquuntur in interdicto, & suspensione, quæ sub censura continentur.

60 Ex hac etiam censurarum cognatione infertur, judicem pendente appellatione à sententia purè lata excommunicationis, suspensionis, & interdicti, virtute provisionis ordinariæ non teneri reponere privationem fructuum,ad quam devenit ea pendente,qua non obstante dubium non est posse judicem absque metu, & pœna attentati sic excommunicatum, suspensum, vel interdictum fructibus beneficii, & distributionibus quotidianis privare, ex text. *in cap. pastoralis*, §. *ve-*
61 *rum*, ubi Abb. Imola, & Fran. *n.*20. *& seq de appellat.* Ratio autem ea est, nam ex quo est divisus à communione Ecclesiæ, ejus præceptis contumax, & inobediens, non debet fructibus Ecclesiæ alimentari. Quam rationem rectè reddit Maranta *in speculo, quæst.*2.3. *partis 6. part. prin.num.*168.Petrus Dueñas *in reg. n.*8. Pro quo etiam facit, quod dicitur excommunicatum 62
non facere fructus suos, ut tenet Puteus *decisione* 1. *in titul. de sent. excommun. in cap. excommun.* & alia Capella Tholosa *decisione* 28. *incipit in una Brixien.*Rota *decis.*36. quam allegat Milius *in repertorio. verbo attentata post executionem* idem Marant. *ead.*6 *part. actu* 2. *prin.verbo, & quandoque appellatur, lim.*5 *n.*179 *fol.*484. Lancelot. *de attent.*2. *part, cap.*12. *lim.*21. *n.*1. & fusiùs *lim.*22. *n.*1. *& seqq.* Abb. *in cap. pastoralis* 53. §. *verum, nota. ultim. n* 6. & per omnem Præpositum Martam *de jurisd.*3. *p. c.*14. *n.*1.

Quod procedit, & extenditur, etiamsi in sententia 63
censuræ nihil de fructibus dictum sit, Abb. *in dict. cap. pastoralis*, §. *verum, sub. num.* 17. Maran. *d. lim.*5. *n.*179. *fol.*584. Escac. *de appell. quæst.*17. *lim.*42. *num.*8. *&* 9. & videndus *quæst.*3. *à num.*76.& facit etiam distinctionem *suprà* à nobis traditam in sententia suspensionis, ut si pro pœna delicti imponatur, interim providetur & aliter ex fructibus beneficii, si clericus suspensus, ne cogatur mendicare,sin verò & pro contumacia proponatur nullo modo aliter, nec providetur ex ratione à Doctoribus, quos ibi adduximus.

Quæ doctrina adeò vera est, ut hac via privatus be- 64
neficii fructibus, eos non obtineat, nec consequatur per viam attentati, etiamsi obtinuerit in processu causæ, & declaretur excommunicationem fuisse injustam, ut tenet Franc. *in d. verum, num.* 21. Lancelot. *de attentat.*2.*part.c.*12 *lim.*22. *n.*4. per viam autem querelæ bene potest eos recuperare, ut per eos ibi, & decisio. Tho de Tan. 26. *in cap. in una*, ubi voluit injustè excommunicatum fructus recuperare; quod intelligendum est per aliam viam, quàm attentati, quia illa privatio,& innovatio fuit legitimè facta & ex permissione juris, ut *in dict. cap. verum*, quæ intelligenda sunt in excommunicatione injusta, at in excommunicatione, suspensione, vel interdicto nullo,juxta ea quæ adducit Nav. *in prælectione, cap. cùm contingat in oppositionibus, à princ.* & præcipuè *in versic. decimò infertur*, nullos beneficiorum fructus abstrahi, *&c.*

Omnia sic prædicta, quibus diximus,& probavimus, 65
posse judicem non obstante appellatione à sententia censuræ, putà; excommunicationis, suspensionis, & interdicti innovare, & devenire ad denuntiationem, fructuum privationem, & similia,cum suis declarationibus, de quibus *suo loco* adduxi, non procedunt, nec locum habent in judice delegato,postquam hujusmodi appellationi à sententiæ suspensionis, excommunicationis, vel interdicti detulit, vel postquam superior ab ipso appellationem admisit, licèt ei non fuisset per inferiorem delatum,argumento *cap. pastoralis, §. præterea, de officio delegat.* quia quando judex delegatus appellationi defert, omnimodam jurisdictionem, à se dicitur abdicasse, & hanc limitationem adscribunt Philipp. Franch. post Innocentium per eum relatum *in d.§. verum, quæst* 7. *num.*28.& eos referens sequitur Lancelot. Robert. *de attent* 2 *part. cap.*12. *in* .21. *n.*10. *&* *n.*20. *&* 29. & nos latè Deo lúcente *sub loco* tractabimus *infrà, 3. p. hujus operis*, dum tractabimus de delatione appellationis latè forsan.

Succedit nunc solvenda difficultas, an judex vim fa- 66
ciat non deferens appellationi interpositæ à relaxatione excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, & ea non obstante possit,ad effectualem executionem, & sic ad absolutionem devenire, in quo articulo omissa disputatione ita dico, hoc casu vim nullam esse posse, cùm ea appellatione non obstante absolutio acceleratur, etiamsi pars, quæ ab hujusmodi sententia,qua quis absolvendus declaratur, appellans allegaverit, se satisfactam non esse, vel aliam injustitiam, ut probatur ex text. *in c. qua fronte*, ibi, judex (ne in excommunicatione

decedat) abſolvere poterit, etiamſi pars adverſa, ne abſolvat, appellationis obſtaculum interponat, &c. *appellat.* 25. *in ordine*, ubi gloſſa, & omnes hanc firmant concluſionem, præcipuè Philipp. Franc. *col.* 5. *verſicul. ex prædictis omnibus tene menti*, & iterum *col.* 7. *q.*4. *num.*35. Lancelot. *de attent.*2. *part. c.*12. *limit.* 23. *n.*3. Marant. *de ordine judiciorum*, 6. *part. princ.*3. *part. q.*2. *n.*180. qui clarè loquitur, licèt neget Lancelot. *ibi*, poſt Joan. Andream *in cap. venerabilem*, §. *tamen*, *de ſent. excommun. in* 6. Petrus Dueñas *regula* 42. *num.*8. *verſic.*8 *fallit. in pri. p. regul.* Alciatus *de judic. titul. de*
67 *appellat.* §. *in quibus caſibus*, & *ex quibus caſibus appell. poſſit.* &c *n.*8. idem Lancel. *ibi lim.*21. *in princ.* Zerola *in praxi. Epiſcopali*, 2. *parte*, *verbo appellatio*, §.4. ſi quis namque excommunicatus ſi pro manifeſta offenſa, vel contumacia, qui ad hoc, ut debeat abſolvi, debet impendere aliquam ſatisfactionem, qua etiamſi non facta, voluerit judex illum abſolvere, & antea quàm is abſolvatur, adverſarius ab hoc gravamine appellet legitimè, nihilominus judex à quo abſolutionem poteſt impertire abſque metu, & reatu attentati, probat Zerola, & Lancelotus, cæterique omnes *ibi*, & quod à ſententia abſolutionis non detur appellatio ultra relatos, idem probat Guido Papæ *tract. de appell. q.*110. *verſiculo ſed à ſententia*, poſt Innocent. *in cap. ab excommunicato*, *de reſcript.* Anton Nicellus *de concor. gl. n.*105. Rota *dec.*8. *de ſent. excomm. in novis*, Marta *de juriſ.*3. *part. cap.*14. *n.*33. & 34 Rota *dec.*8. *n.*2. *de ſent. ex. comm. in novis*, Philipp. Franc. *in c. paſtoralis*, §. *verum*, *in q. fin.* per illum text. *de appell.* Abb. *in d. c. qua fronte*, *ſub n.*1. Decius *ſub n.*17. plures allegat Rug. *in tract. de appell.* §.2. *c.*3. *n.*6. & poſt hæc viſus Sigiſmund. Eſcac. *tract. appell. q.*17. *lim.*42. *a n.*20. & *cap.*3. *a n.*39 cujus doctrinæ nonnullas declarationes, & extenſiones ſtatim adjiciendas fore.

68 Rationem hujus doctrinæ reddit gloſſ. *in d. cap. qua fronte*, *verbo decedat*, quòd judex à quo ideo abſolvit, cùm nihil pereat adverſario, imò magis ei conſulitur per præſtationem cautionis, quam abſolvendus præſtare tenetur (de qua dicemus poſtmodum.) Hanc rationem approbat Philipp. Franc. *ibi* 3. *eodem verſiculo* 3.
69 *ratio colligi.* Rota *in deciſione* 7. *alias* 199. *ſi promittitur*, *de ſent. excommun. in novis*, facit etiam, quam, quia ſicut excommunicatio etiam injuſtè lata, ligat etiam pendente appellatione, ergo eodem modo abſolutio licèt injuſta, debet operari, & permitti ea non obſtante, abſolutio enim, & excommunicatio pari paſſu ambulant, ut dicit Lancelot. *in d. limit.*23. *n.*5. imò favorabilior actus eſt abſolutio, quàm excommunicatio, vel inter-
70 dictum, &c. & ut talis magis ſuſtinendus *l. Arrianus*, *ff. de actio. & obligat.* cum aliis, ideoque pariter debet operari abſolutionis ſententia, quia nihil tam naturale eſt, eodem modo quodque diſſolvi, quo colligatum eſt. *l.*
71 *nihil tam naturale*, *ff. de reg. juris*, *cap.*1. *de reg. juris inde erim.* text. *in* §. *fin. inſt. quibus modis tollatur oblig. l.*1. *C. quando licet ab emptione diſced. l. prout quiſque. ff. de ſolutionibus authent. contra filii*, *C. de re jud. in fin.* ergo quemadmodum appellatione non obſtante ligatur quis ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, vel interdicti, & eodem modo debet diſſolvi ipſa non obſtante.

72 Et licet hæc ratio jure probatur efficacior eſt, quam reddit text. *in d. cap. qua fronte*, ibi, ne in excommunicatione decedat, &c. quæ confundatur; nam ubi periculum eſt in mora, appellatio emiſſa non ſuſpendit effectum ſententiæ, text. eſt *in l. fin. ff. de appell. recip. vel non*, text. *in cap. ei qui*, §. *diffinitiva*, & §. *ſi quorum*, *verſiculo ſi quis auſus* 2. *quæſt.* 6. *l. ult. C. de ſepulchro violato*, & tunc enim receditur à juris communis regulis, *d. l. ult.* & *l.*1 §. *ſed excipiuntur. l. eadem*, & *i ſolet ff. de feriis*, & *dilationibus*, de quo nos latius *infrà*, *ſuo loco* diximus. Sed hoc caſu periculum eſt in mora (non intelligendo hoc periculum, prout intellexit gl. ibi *in d. c. qua fronte*, ſequuta à Franc. *ubi ſuprà*, nempe; quia propter pec- 73
catum diutius homo mori præſumitur, ut ubi comprobat text. aliquibus) ſed quia cùm morte nihil certius ſit hominibus, imo magis certius, quàm naſci ut ſacra 74
Scriptura clamans dicit: *Statutum eſt hominibus omnibus ſemel mori*, Hebræo 9. quando autem incertum, & ſic quotidie, & omni momento ſperanda eſt, juxta illud Joannis: *Sobrii eſtote, & vigilate, quia neſcitis qua die,* 75
nec hora Dominus veſter venturus eſt, & illud divi Gregorii *lib.*6. *Moralium*, dicentis: *Audire ergo debemus tonitruum ſacræ Scripturæ, dicens ubi te invenero, ibi te judicabo.* Et inter hanc certitudinem, & incertitudinem, per quam periculum eſt quo oppreſſus David *Pſalmo* 101. dicit: *Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.* Solet namque ſubitò Deus venire, juxta illud, quod legimus quotidie: *Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum*, Job. 7. cap. *Scriptura enim ſancta vocat mortem fulgur.* Matthæi 24. c. *Sicut exit fulgur, in oriente*, 76
& bene advertit Franc. Anton. de Rampelo. *in figuris Bibliæ, titulo de morte*, ſuper illis verbis *ſicut exit fulgur*, &c. *littera E, fol.*109. fiunt enim ſubitò, & impro- 77
viſò fulgura, & tonitrua, quos autem extra domos pœnitentiæ reperiunt vagantes, per agros vanitatis vitæ præſentis putreſcentes, deſcendit ſuper eos repentinæ mortis tempeſtas, & ſubitò extinguuntur & à dæmonibus eis inſidiantibus rapiuntur in hora mortis, ut inquit divus Gregorius *in d. lib.*6. *Moralium*, relatus a Franc. Antonio *in proximè*, *ante finem*, ergo cùm mors ſit fulgur, ſubitò, & repentè veniat, abſolutio excommunicationis differenda non eſt per appellationem, ne fortè eum inveniat extra domos pœnitentiæ, Eccleſiam, & communionem fidelium, qua excommunicatio eum privat, & tradit dæmoni, juxta illud Apoſtoli: *Tradidi eum Satanæ, &c.* & iſte eſt verus ſenſus illorum verborum text. *in d. cap. qua fronte*, ibi, ne in excommunicatione decedat, judex abſolvere poteſt, &c. quia peri- 78
culum eſt in mora, dilationem non patitur abſolutio, imò acceleranda eſt, cùm à vitiis, & malis celeriter exire debeamus. Probatur Eccleſiaſtici 5. *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Pro quo facit illud S. Joan. Chryſoſt. in homilia 22. in 2. Corinth. in Moralib. *Ne tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem: neſcis enim quid paritura ſit ſuperventura dies: periculum enim, & metus eſt in differente, ſalus verò certa, ac ſecura, ſi nulla ſit dilatio.* Et lib. Eccleſiaſtici cap. 5. legimus ibi: *Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem, ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te, &c.*

Ad quod pondero illud Hieremiæ Prophetæ 51. qui 79
poſtquam de vitiis, culpis, & mundo loquutus eſt: *Fugite* (inquit) *de medio Babylonis*; non enim dixit *exi*, vel *abi*, de medio Babylonis, ne peccatori videretur permiſſa dilatio quàm exitus à malis, & culpis, nullo modo paritur, cùm periculum ſit in mora: *quia neſcitis qua die ac hora*, &c. ſed ſubitò, ut fulgur mors venit, ſecundùm quæ jam diximus, & ideo meritò uſus eſt Propheta illo verbo, *fugite*; ſuæ intentioni, & brevitati rei neceſſario, cùm omnem curſum præſtitum, omnimod. mque celeritatem ſignificet, quod confirmatur, nullum enim in mundo majus poteſt conſiderari periculum, quàm navis in medio maris tempeſtate laceſſitæ, quam undæ tumidæ ſurgere videntur, eodem 80
etiam periculo peccatorem expoſitum eſſe, dicit vr: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me*, Pſalmo 68 & ita divus Iſidor. de ſummo bono inquit: *Poſtquam peccato obligavimus nos in operibus Diaboli, jam noſtra virtute ſurgere non valemus; ſed* 81
ſicut navis fracto gubernaculo illuc ducitur, ubi venti tempeſtas eam devolverit: ſic homo divinæ gratiæ auxilio perdito, non quod vult, agit, ſed quod Diabolus perſuadet: & niſi valida manus Chriſti ipſum

inde

inde exierit, usque ad mortem in peccatorum suorum sordibus, & vinculis permanebit: & inde cùm is, qui est in hoc periculo, subitò potest perire, subitò, etiam, & sine dilatione auxilium ei præstandum est; ut
82 ibi prosequitur Hidor. dicens: *Sed Christus qui non vult mortem peccatorum, nec delectatur in perditione viventium, præsto est, infundere hujus gratiæ dulcedinem, ut peccatorem extrahat à peccatorum suorum profundo*: igitur peccatori excommunicato, qui tot periculis expositus est, impedimento appellationis absolutio differenda non est.

83 Hæc etiam pars insuper probatur; etenim si verùm est, quòd sententia, quâ alimenta corpori humano præstanda fore, jubetur; per non appellationem non suspendatur, quominus interim debeant alimenta præstari, ea nempe ratione, ne fame moriatur, & perire possit, *l. 1. ff. ubi pupillus educari debeat, gloss. verbo alimenta, in l. 2. ff. de feriis, & dilatio*, & ex his, quæ latè adducit Bald. Novell. *de dote, parte 9. privileg. 7.* Ozasc. *decis. Pedem. 25. n 20.* Menochius *de adipiscen. possess. rem. 4. n. 829.* & ex Lancelot. Lara Surdo, Gigante, & aliis,
84 dicemus latè *infrà* suo loco commodiori; ergo à fortiori idem dicendum est, privilegium concedendum in absolutione ab excommunicatione, qua quis habilitatur ad participationem Eucharistiæ, & cæterorum Sacramentorum, qua privatus erat per excommunicationem, vel interdictum, quæ sunt cibus, alimenta animæ ei vitam præstantiorem præstantia.

85 Nam si alimenta corporalia ordinata fuerunt ad vivendum, quæ non directò vitam præstant, sed offeruntur calori naturali, ut in eis occupatus, & detentus, his durantibus, interim non deveniat consumpturus humidum radicale, cujus existentia vita durat; at alimentum, & cibus spiritualis directò, & immediatè vitam,
86 confert, & ideo dicit Dominus Joan. 6. cap. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus*: & iterum:
87 *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego illo.* Et facit illud divi Basilii, ad Cæsaream Patritiam: *Participare de sacro corpore, & sanguine Christi pulchrum est, & valde utile, ipso manifestè dicente, qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, &c.* & ad idem
88 divus Ambrosius *lib. 5. de Sacram. cap. 4.* ibi, & panem istum vitæ, *&c.* Et sic meritò differentiam inter utrumque esum, & cibum corporalem, & spiritualem adnotat divus Gregor. homil. 6. super Evangel. *Hoc distare, fratres* (inquit) *charissimi, inter delicias corporis, & cordis solet, quod corporales delicias cùm non habentur, grave desiderium in se accendunt, cùm verò habitæ eduntur, comedentes potius in fastidium per saturitatem vertunt: at contrà spirituales delicias, cùm non habentur, in fastidio sunt, cùm vero habentur, in desiderio, tantoque à comedente amplius esuriuntur, quantò ab esuriente amplius comeduntur.* Et ibi iterum: *In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat, in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum*
89 *parit, augent enim spirituales delicias desiderium in mente, dum saciant.* Et pariter Ecclesiast. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient.* Et quia supersubstantialis panis est ex Matthei 6. *Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* Sed quid mirum, ut hæc, & aliæ plures constituantur differentiæ inter cibum corporalem, & spiritualem, cùm iste sit panis, qui de cœlo descendit, & panis Angelorum, & tandem sacrum convivium, in quo Christus sumitur, ut inquit Ecclesia in officio Corporis Christi, Antiphona ad Magnificat, & Paul. 1. Corinth. 10. *Panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* & dicitur panis quotidianus quem
90 petere nos docet Christus Redemptor noster in oratione Dominica, quæ incipit: *Pater noster, &c.* secundum Lucam 11. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; qui panis de hoc spirituali intelligitur, absque quo anima sicut corporali corpus sustineri, & vivere non potest, & ita quotidianus dicitur in Oratione hic panis, qui de spirituali intelligendus est secundùm divum Hiero. *Matthæi 6. & lib. 3. adversùs Pelagium*, divus August. *ser. 28. de verbis Domini, & epistola 121. ad Probam, c. 11. & de bono perseverantiæ, c. 4.* divus Cyprianus *lib. de oratione Dominica*, Divus Chrisostomus *homil. 9. ex variis in Matth. tom. 2. & homil. de oratione Dominica, tom. 5.* Divus Ambrosius *l. 4. de Sacr. c. 4.* Divus Anast. *in l. 1. de incarnatione*, Tertul. *lib. de oratione*, Vict. *lib. 3. adversùs Arr.* & ideo dicit divus Ambros. l. de Sacram. c. 4. *Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? quotidie accipe, ut quotidie tibi prosit*, & postquam idem dixerat divus August. *sermone 28. de verbis Domini, con. 20.* inquit: *Sic vive, ut quotidie mereris accipere.* Ergo cum hic panis sit pane corporali supersubstantialis, & cibus, seu alimenta animæ, ei per appellationem suspendenda non sunt per appellationis obstaculum, & non solùm sicut in alimentis majoribus præstandis, sed etiam in cibariis, & educationibus, quæ pupillis, infantibus præstari jubentur, juxta *in l. 1. & toto titulo, ff. & Cod. ubi pupillus educari, vel morari debeat*, ut constat ex exemplo divi Chrysostomi *homil. 53.* 92
super Matth. tom. 2. ibi: *Non vidistis quanta infantes animi claritate mamillas arripiunt? Qua propensione papillis infigunt labia? Non minori cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad hujus calicis accedamus spiritualem papillam: imò verò majori desiderio, quasi lactentes pueri gratiam spiritus sugamus, unus sit nobis dolor, una tristitia, si hoc alimento spirituali privemur.* Ecce igitur divum Chrysostomum dicentem, majorem esse dolorem alimento spirituali privari hominem, quàm infantem lacte: ergo eodem modo, & fortiori dicendum est, quòd quemadmodum appellatio non est impedimentum, quominus alimenta infantibus, majoribus interim præstentur, nec sententiæ effectus suspendatur, ut absolutione ab excommunicatione, cùm per eam permittatur alimenta spiritualia vesci.

Hinc etiam hæc nostra fulcitur, & corroboratur 93
opinio, nempe judicem Ecclesiasticum vim non facere non deferendo appellationi emissæ à sententia, quâ quis absolvi jubetur ab excommunicatione, vel interdicti vinculo: nam si subsidium, & auxilium, quod ad humanum bellum mitti, sententiam jubetur: non suspenditur ejus effectus per appellationem subsequentem pariter *in l. 1. de appellationibus recipi.* ibi, ne frumentum 94
in usum militum, in annonæ subsidium contrahatur, *&c.* quoniam hæc res dilationem non patitur ex ipsa lege, ad quod videnda sunt, quæ circa finem chartativum *supra* diximus *cap. 2.* sed sic est hominem esse 95
in continuo, & perpetuo prælio spiritus adversùs carnem, caro autem adversùs spiritum, spiritus promptus, caro autem infirma; tres enim sunt animæ fortissimi inimici continuò in statera parati, scilicet mundus, diabolus, & caro, qui insidiis ipsam minantur quique frequenter captivant spiritum in lege peccati. Mundus nunquam solus prælietur, sed dicit secum carnem, & diabolum, & hi tres simul, semel contra spiritum pugnant, de quibus per Ecclesiast. 25. cap. *Tres* (inquit) 96
species odit anima mea, pauperem superbum, divitem mendacem, & senem fatuum, & insensatum; pro quibus intelligit, & optimè, diabolum, mundum, & carnem, ut ibi latiùs explicatur, à quibus oppressus & defessus, & lacessitus David Propheta Psalmo 37. *Inimici autem mei vivunt, & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.* Auxilium Dei in hoc prælio necessarium invocans, inquit ibi: *Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris a me*: quod auxilium præstat Dominus viriliter se gerenti, juxta illud Psalmi 36. *Viriliter age, & confortetur cor tuum,*

97 & ideo dicit Dominus in Apocalypsi c.2. n.8. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ*, quod lignum vitæ est figura hujus sancti Sacramenti Eucharistiæ, corporis, & sanguinis Christi, ut ex his, quæ in hoc adducit Fran. Dida. Muril. *in suis discursibus prædicabilibus, sermone primo, de las figuras del Sacramento de la Eucharistia*, super illis
98 verbis: *Caro mea verè est cibus*, &c. *ante fin. colum.* 282. quapropter, quia noster primus Pater Adam non se gessit in hoc prælio viriliter, sed victus est à dæmone, cùm exulavit à Domino, qui dixit: *Ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum*, Genesis 3. n.22.

99 Cujus quidem prælii contra hos inimicos proprium subsidium est, tutela, & defensio, Eucharistiæ Sacramentum, ut probat divus Cyprianus in *epistola* 2. *ad Cornel.* ibi; *Communicatio danda est à nobis, ut quos excitamus, & exhortamur ad prælium, non inermes relinquamus, sed protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus, & cùm ad hæc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tuos esse contra adversarios volumus, monumento Dominicæ saturitatis armemus*, &c. Et quemadmodum alimenta, & alia cibaria temporalia admodum necessaria sunt ad bellum, ad victoriam, & ad fortes reddendos homines humanos: *Panis cor hominum confirmat*, Psal-
100 mo 101. Ita in hoc bello spirituali ad idem necessarius est cibus corporis, & sanguinis Christi, cujus præcipuus est effectus, animum, & vim attribuere, juxta illud David Psalmo 22. *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me*, & divi Ignatii Epistol. ad Ephesios: *Date operam, ut crebrius congregemini ad Eucharistiam, & gloriam Dei: quando enim sæpius in idem loci convenitur, labefactantur vires Satanæ*, &c. & D. Paul. ad Hebræos cap. 13. num. 9. *Sicque legitimè certantibus, victoribusque, & gratiam merentibus, per absolutionem peccatorum offerenda est Eucharistia*, ad quod facit illud S. Marci Anachoretæ *in lib. de Melchisedech*, postquam retulit illud Melchisedech, qui panem dedit & vinum Abrahæ, simul cum absolutione, postquam è bello, quod cum Regibus ha-
101 bebat, victor rediit, ut advertit S. Cyrill. *lib.* 2. *in Genesin*, (quod est figura hujus Sacrmenti Eucharistiæ, ut advertit S. Marc. ibi.) dicit sic: *Christus redeuntibus, ex bello spirituali, das panem sanctificatum, dicens, accipite, & manducate de eo omnes*, &c. ergo dicendum est, quòd cùm anima sit in perpetuo prælio cum forribus inimicis, à quibus vera defensio, verumque subsidium, & alimentum est Eucharistia quæ consequitur per absolutionem ab excommunicatione, vel interdicto, minimè differenda, nec suspendenda est per appellationem ab ipsa, vel à sententia, qua ipsa fieri jubetur; quemadmodum non defertur, nec demoratur subsidium prælio temporali mittendum, *per d.l. fin. ff. de app. recip. vel non*, imò à fortiori in nostro casu, cùm majus periculum immineat.

102 Et hæc doctrina, nempe; posse judicem excommunicatum relaxare non obstante appellatione; procedit etiam in interdicto, & suspensione ex æqualitate, & æquiparatione à nobis *suprà* probata, & etiam ex his fundamentis hîc adductis, & desuper idem dicit Lancelot. *de atten. 2. part. cap. 12. limit. 23. à num. 10.* ubi dicit, quod illæ tres limitationes, quas scripserat ibi *limit. 21. 22. & 23.* nempe denuntiationem, fructus privationem, & absolutionem, & de quibus etiam nos diximus latiùs *hoc eodem capite*, quas ipse in 3. capitibus divisit, dicit procedere, & habere locum in suspensione, interdicto, quemadmodum & in excommunicatione, sequuntur etiam omnes Doctores supracitati, qui de absolutione à quacunque censura expresè loquuntur.

Quæ doctrina, & resolutio in tantum vera est, ut à fortiori procedat, ut non possit appellari à sententia qua dictum sit, excommunicatum præstita cautione esse absolvendum. Cardinal. Alexand. *in cap. qua fronte, num. 10. ibi not. ult. de appell.* Ruginell. *in tract. de appell. §. 2. cap. 3. n. 7.* Escacia *de appellatio. quæst. 17. limit. 42. numero 21.* & non solum quando appellatio subsequitur absolutionem, sed etiam quando præcedit eandem absolutionem, ut tenet Lancelot. *de attent. 2.* 104
p. cap. 12. præfatione, n. 115. limit. 3. & idem Lancelot. *in eadem 2. p. cap. 12. lim. 23. sub n. 2.* ubi etiam loquitur, quando quis est excommunicatus, & instat pro absolutione, & adversarius replicat, non esse absolvendum, Decius *in c. qua fronte, sub n. 17. de appellat.* qui loquitur, quando quis excommunicatur, & petit absolutionem ab eodem judice, qui eum excommunicavit: adversarius opponit, quòd cùm offensa sit manifesta, absolutio concedi non debet, etsamsi excommunicatus velit præstare cautionem de parendo juri, juxta 105
cap. ex parte 24. de verb. sign. judex rejicit oppositionem, & adversarius appellat, nihilominus judex, non obstante appellatione, absolvi; quia licèt absolutio sit injusta, tamen tenet appellatione pendente, licèt uti talis potest per superiorem rescindi. Franc. *in d.c. qua fronte, quæst. 4. n. 35. & sub n. 38.* Lancelot. *dict. cap. 12. lim. 21. n. 36. & 37. & d. limit. 23. sub num. 3.* & vide Escac. *ubi proximè, à n. 22. cum. seqq.* qui post Lancelotum, & Philipp. Franchum aliquibus modis ampliat & limitat hanc doctrinam.

An, & quando judex superior, ad quem appellatum 106
sit, absolvere communicatum possit, & debeat ad cautelam (si & in quantum indigeat) ad tollendum murmur, & scandalum populi, vel quoquo modo: text. *in c. solet*, & text. *in cap. venerabilibus cum suis*, §. *de sententia excommunic. libr. 6.* & quæ ibi adducunt glossa, & Doctores, de interdicto, vel suspensione, vide text. *in c. Apostolicæ*, ubi Abb. Felin & cæteri latè *de exceptionibus*, vide latè Covar. *in prælectione, c. alma mater*, *de* 107
sentent. excommun. lib. 6 1. p §. 12. per totum, ubi etiam an delegatus possit ad cautelam absolvere, & an, & quando absolutio eadem debeat esse cum sola juratoria cautione, de stando juri, & casus in quibus fidejussoria requiratur, vide text. & ibi Philip. Fran. & cæteri *in dict. cap. qua fronte, de appell.*

Unum tamen advertere libet, quòd cùm superiores 108
judices sic ad cautelam absolvebant; & habilitabant excommunicatos appellantes, ipsi indistinctè non solum in judicialibus, sed & in cæteris communicantes cum omnibus non existimantes censuras, & in contemptum suffraganeorum, quod periculosum erat, ideo praxis observat, ut judex ad quem recepta appellatione, inhibeat judici à quo, ut per aliquos dies non procedat ad ulteriora, & in causa supersedeat (quam nos *sobre cessoria*, appellamus vulgariter) & ut simul acta transmittat, ex quibus superior informatus potest judicare, servatâ formâ text. *in d. cap. venerabilibus*, & aliorum allegatorum jam: & si inveniat bene appellatum, & malè judicatum, potest vel ipse absolvere, vel ad inferiorem remittere absolvendum; si autem malè appellatum inveniat, reum remittit ad eum, si autem dubium sit, in arbitrio judicis est vel absolvere, vel remittere, ut tenet Ancharan. *in d. cap. solet de sententia excommun. l. 6.* & Abb. *in c. per tuas, de sentent. excommun. num. 2.* & hac praxi utitur, quando appellatur post excommunicationem; si verò antequam incursa sit excommunicatio, facienda est inhibitio eo modo, quo surfum posuimus, & cognitio de justitia appellantis, eum remittit ad inferiorem, ut iterum in causa procedere queat, quæ praxis ortum, fundamentum habet à doctrina Abb. *in cap. per tuas, n. 3. de sententia excommun.* quam se multoties vidisse practicari testatur Zerola *in praxi Ep 1, part. verbo appellatio, §. ad secundum, cap. venerabilibus, &c.* de qua videndus tamen est Cov. *in cap. alma mater, 2. part. §. ult. a n. 7.* gloss. *in c. 1. verbo*

prater

prætermissa,de foro compet.lib.6. & Gloss. *in cap.ut debitus honor,versiculo alioquin.de appell.& in cap.Romana, §. sentent. de appell. in 6.* ubi Geminianus *versiculo quæro,an excommunicatus.*

Superior igitur non poterit absolvere excommuni-
109 catum,nisi prius visis actibus,& facta inhibitione præcipiens, ut ad ipsum transmittantur, postmodùmque, prout juris est, judicare, ad ipsum namque jurisdictio non devolvitur, nisi priùs probatâ causâ verâ, & legitimâ appellationis,ut secundùm Innoc.*in c.per tuas, de sent.excommun.num.*4.tenet Zerola *in d.prax. Episc.2. part.versiculo appellatio,§.nono quæritur,&c.*& per Hostiens.*in summa titul.de offic.deleg.§.& qualiter finiatur*, dicentem, malè facere aliquos superiores metropolitanos absolventes excommunicatum appellantem,antea quam inhibeant inferiori, ut ne procedat per aliquot dies, secundùm formam jam dictam, & transmittat acta,quod in criminali causa loquendo confirmat, & approbat sacrum Concilium Trident.*sess.13.de reform. cap.3.* ibi,coram judice ad quem appellavit,acta primæ instantiæ omnino producat,& judex nisi illis visis, ad ejus absolutionem minimè procedat; & in declaratione Card. ejusdem *cap.3.4. parte folio 254.verbo causa appellationis,&c.*Congregatio censuit Episcopum, ad
110 quem appellatum fuerit, excommunicatum coram se comparentem ad cautelam,posse absolvere,visis actis, quibus jurisdictio sua fundetur, quamvis aliàs de meritis causæ non cognoscat, diffinitivè tamen,nisi visis omnibus actis primæ instantiæ, non posse juxta hoc caput sententiam ferre.

111 Constito autem de contumacia judicis à quo recusantis exhibere acta, partes erunt judicis,ad quē appellatum est,absolvere partem appellantem à molestationibus, & pronuntiare acta, & sententiam judicis à quo, si unquam reperiuntur cassa, & vana:ita loquitur eadem declaratio *in princip.ver.acta primæ instantiæ,ibi* secundum dispositionem cap.ibi:is autem à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipsa postulanti gratis exhibeat, alioqui causa appellationis hujusmodi;prout justitia suaserit terminetur: & ad illud quod idem Concilium dicit(appellanti gratis exhibeat,*&c.*) intelligenda sunt de actis in criminali causa confectis per judicem, vel saltim per Cancellarium ejus Episco-
112 pi,vel qui acta tunc exhibere debet gratis; non tamen intelligendum est de notario actuario, cum omnino solvenda est merces, juxta alia Concilii decreta *sessione 24.de reform.cap.20.*& alibi passim,& declaravit Congregatio *ubi proximè, versiculo gratis exhibeat.*

Hinc non inutile videbitur, examinare illam quæ-
113 stionem, an judex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ per mulierem, quam ad absolvēdum(vel quia ad idem tenetur de jure,vel quia jubetur per superiorē, vel rogatur à tribunali)eo quod personaliter ad absolutionem nanciscendam cogit, & compellit, comparere corā se,de qua quæstione semel de facto vidi dubitari,licèt apud neminem,necdum,tactam,& à judice vim fieri constat, nam cùm jure prohibitum sit, ut mulieres nequaquam debeant à judice personaliter trahi invitæ, nec evocari causa ferendi testimonii,aut alia quælibet, quæ in jure non invenitur
114 expressè decisa, etiā authoritate literarum Sedis Apostolicæ, vel legatorum ipsius, aut alia quacunque; sed tenetur ad eundem tabellionem,aut aliam personā idoneam transmittere, vel ipse judex requirente qualitate negotii, text.est expressus *in c.mulieres* quas vagari nō convenit, nec virorum cœtibus immiscerī) *de judiciis, lib.6.*text.etiam *in auth.ut nulli judicum,in princ.* ibi sed siquidem pro fiscalibus debitis patietur secundùm legem mulierum, aut per virum suum, aut per se, aut per quam voluerit personam legitimè respondeat, & transigat rem, *&c.*& eadem verba scripta sunt *in auth. sed novo jure,C.de offic.diversorum judicum, post l. quo-*
niam,C.de custodia reorum,cum aliis,& latè probavimus 115
*suprà hac eadem p.c.4.a num.*90.circa carceratos ratione personæ,quod ibi de muliere dixi, ubi ex pluribus comprobavi,quod etiamsi persona mulieris necessaria sit ad judicium, ad id vocanda non est personaliter, sed ad eam debet judex aliquam personam mittere, juxta text. disposit.*in d.cap.mulieres*, secundùm quem, cùm in jure non inveniamus expressum ad absolutionem nanciscendam personalem requiri præsentiam mulieris, ferè contrarium disponitur, argum. 116
text.*in c.mulieres', de sentent. excommun. in decreta.* ubi dicitur, quod mulieres, quæ incidunt in canonem, *si quis suadente*, ne cogantur Romanam Curiam adire pro absolutione, absolvantur à diœcesano suo, ergo judex debet presbytero eam committere, & delegare.

Et quod judex Ecclesiasticus alii possit cuilibet com- 117
mittere absolutionem, sibi etiam jure speciali competentem in casibus majoribus, probat text. *in c.fin. de offic.ordinarii,*ibi, his quibus ex officio in certis casibus competit illos absolvere, qui per violentam manuum injectionem incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet aliis hujusmodi absolutionem committere, cùm viderint expedire. (hactenus,quem text.exornat Cov.& alii ab eo relati *in lib.3.var.resc.c.20,n.5.*& gl.& Doctores *in d.cap.fin. de off.ord.*text. *in c.fin. de off. & pot.jud.deleg.*loquentem in his,quibus nudum ministe- 118
rium commissum est, qui subdelegare non possunt, ut ibi:& quòd excommunicatio delegari possit, probant communiter DD.*in c.quod sedem,de of.ordinarii, & in l.imperium, ff.de jurisd.omnium jud.* ergo similiter & à fortiori absolutio, & relaxatio, quæ est magis favorabilior causa.ut *suprà, hoc cap.* diximus.

Insuper, nam, quia jure canonico quidquid est co- 119
gnoscibile,est delegabile,sive causæ sint mixti,sive meri imperii, quemadmodum & simplicis jurisdictionis, gloss.*in c.in Archiepiscopatu. de raptoribus*, gloss. *in d. cap.quod sedē*, gloss.*in cap.pervenit.95. dist.* quam communem dicunt Panormi,Immola, & Alciatus *num.76. in d. cap.quod sedem.* juniores *in l.1 ff. de offic. ejus cui mandata est jur.*præsertim Curtius Junior *n.26.* Alex. Jas.& Purpur.*num.492* & Jacobus de Nigris *colum.13.* per text *in cap.in Archiepiscopatu,de raptoribus*, textus *in cap.aqua.de consecratione Ecclesiæ,vel alia,c.vel nulli ut Monachus in 6.clem.1.§.1.de hæreticis,cap.licet,de officio Vicarii,cap. cum Episc.de officio ordin.in* 6.Covar. *in libr.3. varia. resolut. cap.20. à princ.* & nos latiùs hunc articulum examinavimus *suprà p.1.c.4 post prin-* 120
cip. ergo cùm jure non prohibita sit absolutionis delegatio,imò sit permissa, debet judex Ecclesiasticus alteri eam committere, ne cogatur mulierem personaliter accedere,maximè si mulier sit nobilis, & habitet extra civitatem,& locum judicii, quia peculiari quaddam ratione honestatis hoc est beneficium, & privilegium à jure mulieribus inter alia concessum, juxta utrumque *d. cap. mulieres, de judiciis in 6.de sent. excom.in decret.*& text.*in d.auth.ut nulli judicum,in pr.& d.auth sed novo jure,C.de off.diversorum jud.cum aliis.*

Quæ omnia satis comprobare videntur nostram 12
hanc opinionem, detegúntque hac in quæstione violentiam fieri evidentem à jure,non deferendo appellationi interpositæ à muliere, jussa personaliter comparere pro absolutione nanciscenda. Quoniā hoc gravamen talis est naturæ, ut ab eo licita sit appellatio:nam cùm hoc beneficium à jure communi sit concessum,ut pro his causis civilibus nullo modo debeat in judicium trahi personaliter, sed per maritum, vel procuratorem quemlibet legitimè constitutum, audiatur, & si causæ qualitas hoc requirat,ut persona ejus necessaria sit debet judex,vel ire,vel mittere tabellionem, vel personam idoneam,ut actus perfectè expediatur, secundùm text.& gl. *in d.c.mulieres,de judiciis in* 6.nam à judice

negante,

negante, vel non admittente juris communis beneficium, alicui cõcessum, licita est, & legitima appellatio: ita dicit eleganter Bald *in conf.* 378. *nu.* 2 *lib.* 3. Cardin. Tusc. 1. *to. conclusione* 359. sui dicti reddentes rationem, quod ubi denegatur observãtia juris communis, ibi inferri dicitur gravamen, à quo licita est appellatio, & probatur ex text. *in l.* 1. §. *si quis tutor excusationem, ff. quando appellandum sit, l. executionis, l. quicunque, Cod. de excusationibus tutorum*, ut probatur appellari rectè posse à judicis decreto, quo aliquem tutorem, vel curatorem minoris nominat non admisso beneficio excusationis legitimæ à jure sibi concessæ, vi diximus *suprà, hac part. cap.* 1. circa articulum exceptionum, ubi de tutoris nominatione dixi, & quando possit ab ea appellari.

123 Ultimo loco dicendum est, ea quæ diximus circa effectum sententiæ suspensionis, vel interdicti, intelligi debere in spiritualibus, & divinis officiis, & in his, quæ concernunt animam, secùs autem est dicendum, si interdictum, vel suspensio alia officia, vel alia temporalia respiceret: nunc enim appellatio emissa à tali interdicto, vel suspensionis sententia suspenderet omnino ejus effectum, ita tenet Philipp. Franc. *in cap. adhæc quoniam, in princ. de appell.* ubi etiam Abb. & alii, latè Emanuël
124 Rodriguez *in qu. regul. quæst.* 39. *artic.* 5. *tomo* 1. qui dicunt, quòd si judex interdixit alicui ingressum civitatis, seu palatii, vel ingressum alicujus possessionis; appellante ipso ab eo interdicto, suspenderur effectus sententiæ, quod idem dicendum est in sententia suspensionis, vel interdicti à beneficio, ut per argumentum ab speciali text *in c. is cui, de sentent. excommun. lib.* 6. tenet gloss. *ibi verbo sequentem*, ubi eam sequitur Archidiaconus, & Joann. Andr quam gloss. menti tenendam dixit Philipp Franch. & Abb. *ubi suprà*, quam ad hoc omnino vide, quoniam singularis est sine dubio, qui omnes hanc partem tenent contra Innocentium, qui contrarium insinuare videbatur *in dict. cap. adhæc*, vide etiam Lancelot. *de attentat. 2. parte, cap.* 12. *in præfatione. n.* 86. qui confusè multum loquitur, & post Philippum Fran. *in cap. adhæc quoniam, sub nu.* 5. *de appellat.* dicit Escac. *de appella. quæst. à num.* 67. *& quæst.* 17. *limit.* 42. *numero fin.*

125 Qui omnes Doctores similiter idem intelligunt, & probant in suspensione, vel interdicto ab usu pallij, seu à Pontificalibus, cujus effectus per appellationem subsequentem omnimodo suspenderetur, qua pendente, & pallio, & Pontificalibus uti poterit, cæteraque omnia facere ex doctrina Innocent. *in c. 2. de sentent excommu-*
126 *nic. in* 6. & ex Speculatore loco per Abb. & Franc relato, & post Franch. Escac. *d. quæst.* 3. *n.* 68. ubi quòd sic suspensus ab usu pallii in divinis celebrans non incurrit aliquam irregularitatem.

127 Pariter etiam idem dicendum affirmant Lancelot. *ubi proximè, nu.* 84. *&* 85. ex Decio *consil.* 204. *in causa cathedrali, per totum*, & alii, in Episcopo, seu alio clerico disposito, quia interim appellatione à talis dispositionis sententia pendente, nihil innovatur integer appellantis status, imò conservatur, ut antea: igitur omnes concludunt reg. text. *in dict. cap. is cui*, & aliorum *superius* adductorum, solùm habere locum in his suspensionibus, & interdictis, quæ concernunt animam, & spiritualia, secùs autem in cæteris temporalitatem, & profana respicientibus, in quibus judex Ecclesiasticus omnino vim fieri declarabitur in tribunalibus supremis, si recuset deferre appellationi interpositæ à tali sententia suspensionis, vel interdicti, omniáque in posterum gesta reponere.

CAPUT VI.

An judex Ecclesiasticus vim faciat, non deferens appellationi interpositæ à sententia interloquutoria, lata super articulis ejus causæ, à cujus diffinitiva prohibetur appellari.

SUMMARIUM.

A diffinitiva prohibita appellatio sive quoad unum tantum, sive quoad utrumque effectum simul, an prohibita intelligatur ab interlocutoria, n. 1.
Quod non prohibetur, censetur concessum, n. 2.
Analogum per se sumptum stat pro potiori significato, numero 3.
Sententiæ appellatione de diffinitiva intelligitur, n. 4.
Appellatio prohibita à sententia intelligitur à diffinitiva non ab interlocutoria, n. 5.
Statutum prohibens appellationem à sententia potestatis, intelligitur de diffinitiva strictè, n. 6.
Prohibitio compromittendi super causa, intelligitur super Principali, non super articulis incidentibus, n. 7.
Appellatio prohibita hæretico, quoad diffinitivam dumtaxat intelligitur, non quoad interlocutoriam, n. 8.
Interlocutoria non reparabilis per appellationem à diffinitiva, recipit appellationem, n. 9.
Gravamen non potest reparari, quando non potest appellari à diffinitiva, n. 10.
A syndicatu licèt non appelletur; tamen ab interlocutoria incidenti licere qui dicant, n. 11.
Prohibita licèt sit appellatio in remedio l fin. de edicto Divi Adria & l. uni. Cod. si de moment. poss *ab interlocutoria incidenti qui teneant n* 12.
A diffinitiva licèt prohibita sit appellatio, admittitur tamen ab inordinato processu, n. 13.
Appellatio ubi à diffinitiva prohibita est, pariter censeri prohibitam ab interlocutoria, & emergenti, defenditur, n. 14.
Pactum inter partes, ne appelletur in causa, intelligitur etiam prohibitio ab interlocutoria, n. 15.
Clausula (appellatione remota) intelligitur etiam respectu interlocutoriæ. n. 16.
Summaria ubi est causa, omnes ejus articuli summarii sunt, n. 17. *&* 24.
Causa, & ratio prohibitiva appellationis in causa appellationis militat etiam in interlocutoria, n. 18.
Statutum prohibens appellationem à diffinitiva, intelligitur & in interlocutoria, ubi militat eadem ratio, n. 19.
Statutum prohibens de nullitate dici, intelligitur etiam in interlocutoria, n. 20.
In causa quæ conveniunt, debent & in effectu convenire, num. 21.
Casus, quos nectit æquitatis, & rationis identitas, non sunt quoad juris dispositionem separandi, n. 22.
Ab interlocutoria facilius jus appellationem tollit, n. 23.
Natura eadem est quæstionis incidentis in causa principali, quæ de ipso principali, n. 24. *&* 27.
De parte quoad partem idem est, quod de toto quoad totum, n. 25.
Prohibita appellatio à causa principali, prohibetur etiam ab accessoriis, n. 26.
Appellatio ubi est prohibita ex natura causæ prout alimentis, &c. intelligitur prohibita ab incidentibus, n. 27.
Prohibetur cùm quid, censetur etiam prohibitum omne, per quod pervenitur ad illud, n. 28.
Per interlocutoriam pervenitur ad diffinitivam, n. 29.
Appellatio si est prohibita à laudo, ita prohibetur a præambula compulsione, n. 30.

Ap-

Appellatio ubi est prohibita à principali, an ita intelligatur ab interlocutoria, varii varia dixêre, n.31.
Abbatis opinio refertur, n.32.
Angeli distinctio refertur, n.33.
Ægidii Bossi distinctio refertur, n.34.
Decii distinctio refertur, num.35.
Rebuffi opinio refertur, n.36.
Achil. Personal. distinctio refertur, n.37.
Scaciæ opinio refertur tenentis absolutè prohibitam appellationem in causa principali, censeri prohibitam ab interlocutoria, n.38.
Appellatio ubi admittitur quoad devolutivum, non potest dici, quod interlocutoria non possit reparari per appellationem à diffinitiva, n.39.
Gravamen in possessorio reparatur in petitorio secùs si super petitorio, judicium non expectatur, n.40.
Doctorum omnium resolutio in quæstione proposita, & distinctiones non integrè satisfaciunt, n.41.
Authoris distinctio refertur in proposita quæstione, n.42.
Appellatione prohibita quoad suspensivum tantùm in causa principali, censetur prohibita ab interlocutoria, super incidenti, aut emergenti articulo, n.43.
Statutum generaliter prohibens appellationem à tali causa intelligitur prohibere à qualibet ejus interlocutoria, n.44.
Idem in statuto prohibente compromissum, n.45.
Oratio indefinita negativè concepta universalem significationem habet, n.46.
Negatio opposita subjecto, aut termino communi, facit orationem universalem, n.47.
Statutum prohibens appellationem specialiter à sententia, intelligitur de diffinitiva, non de interlocutoria, cùm sit stricti juris, n.48.
Statutum prohibens appellationem, est odiosum, & restringendum, ut minùs ladat jus commune, n.49.
Ratio per quam statuto prohibetur appellari à sententia, si militet etiam in interlocutoria, de ipsa intelligitur, licèt sit strictè interpretandum, n.50.& 51.
Prohibita appellatione in causa principali, prohibetur ab interlocutoria, etiamsi aliàs ab ipsa licuisset appellare, n.52.
A competentia, vel incompetentia appellatio admittitur etiam ubi sit prohibita à diffinitiva, quoad suspensivum tamen, n.53.
A competentia, seu incompetentia non censetur prohibita appellatio quandocumq; prohibetur ab interlocutoria, n.54.
Incompetentiæ exceptio quandoque opponitur, ad impediendam sententiæ executionem, n.55.
Prohibita appellatio per statutum non intelligitur prohibita à sententia super incompetentia, n.56.
Jurisdictionis defectus exceptio non censetur exclusa à dispositione prohibente omnes exceptiones, n.57.
Interlocutoria super legitimatione personarum an admittat appellationem, ubi causa principalis illam non recipit, putà; quia est executiva, n.58.
Legitimatio personarum in quocunque judicio necessaria est, n.59.
Exceptionem incapacitatis, in quolibet judicio executivo admittendam, n.60.
Legitimè actor, & reus debent comparere in quolibet judicio n.61.
Legitimatis exceptio non censetur exclusa à quolibet statuto, omnes exceptiones adversùs instrumentum excludente, num.62.
Legitimatis exceptio etiam post tres sententias potest opponi, n.63.
In judicio ex l. fin. Codice de edicto divi Adriani, *interlocutoria procuratorem legitimum non esse, vel aliquem non habere legitimam personam standi in judicio, recipit appellationem, n.64.*
Et in pronuntiatione, quem esse, vel non esse tutorem, n.65.
Beneficii curati provisio non recipit appellationem, & proceditur summarie, num.66.
Oppositor, si declaretur esse, vel non esse filium patronalem, aut aliàs personam legitimam; licitè appellat in provisione curati, n.67.
Appellatio permittitur ab ordinato processu, etiamsi in causa principali non admittatur quoad diffinitivam, num.68. & 69.
Hieronymi Gonzales opinio reprobatur, n.70.
A judice procedente ordinariè, cùm debeat procedere summariè, tanquam ab inordinato processu licet appellare, num.71.
A judice procedente summariè, aut executivè, ubi ordinariè debuit procedere, licet appellare, n.72.
Nisi quando summariè procedere, relinquitur judicis potestati, n.73.
Ordinem judiciarium servare, non potest nocere, n.74.
A judice non faciente quod ejus potestati relinquitur, non licet appellare, n.75.
Ad testium inhabilium, seu post terminum probatorium admissionem appellatio admittitur, etiam ubi à diffinitiva prohibetur quoad suspensivum, n.76.
Sententia interlocutoria, si per dolum, aut injuriam feratur, appellationem recipit, etiam ubi à diffinitiva prohibetur, n.77.
Idem est in sententia, quæ fertur per latam culpam, cùm dolo æquiparetur, ibid.
Sententia lata per dolum judicis nulla est, nec transit in rem judicatam, num.78.
Sententia nulla executionem non meretur, n.79.
A diffinitiva prohibita appellatio quoad utrumque effectum censetur permissa à qualibet interlocutoria incidenti, n.80.
Ab interlocutoria appellatur, quando per appellationem à diffinitiva reparari nequit, n.81.
Gravamen dicitur irreparabile per appellationem à diffinitiva, quãdo nullo modo ab ea permittitur appellare, n.82.
Appellatio devolutiva ubi à diffinitiva datur, non potest dici, gravamen interlocutoriæ non posse reparari per appellationem à diffinitiva, n.83.
Concil. Trid. sess.13. de reform.c.13. *ponderatur, n.84. & seqq.*
Appellatio, ubi simpliciter à jure reperitur prohibita; intelligitur quoad utrumque effectum, n.85.
Principis à voluntate quæ pendent, impossibilia judicantur. non.86.
Appellatio ubi prohibetur in delictis, non intelligitur prohibita ab incidentibus, n.87.
Jura adaptantur ad ea, quæ frequentiùs accidunt, n.88.
Gravamen non reparari per appellationem à diffinitiva verificatur quando ab ea est prohibita, quoad utrumque effectum, non quoad suspensionem tantùm, n.89.
Hæretico licèt prohibeatur appellatio à diffinitiva, non tamen ab interlocutoria, & quare, n.90.& 91.
L.1.§.quæsitum ff.de appellatio. *verba ponderantur, n.92.*
Prohibita appellatio à diffinitiva ut causa principali quoad suspensivum, appellationi à qualibet interlocutoria regulariter deferendum non est n.93.
Prohibita appellatione à causa principali quoad utrumque effectum, admittenda est à quolibet gravamine incidenti, n.94.
A possessoriis an sit appellatio prohibita quoad unum, vel utrumque effectum duæ sunt contrariæ opiniones, n.95.
A possessorio si fuisset appellatio prohibita quoad utrumque (ut plurimi putarunt) verum foret, permissam esse à qualibet interlocutoria, ibid.

IUjus quæstionis, ut debitum consequamur exitum, in duas cogimur jus imitantes, partes dividere, atque distinguere, scilicet; in appellationes ab interlocutoriis latis in causa, cujus diffinitiva prohibetur appellatio, quoad effectum suspensivum tantùm, & in appellationes, quæ emittuntur ab interlocutoriis, in causis, & negotiis negantibus à diffinitiva appellationem quoad utrum 1

utrumque, & suspensivum & devolutivum simul de quo ad resolutionem quæstionis propositæ apparebit, & pro parte affirmativa, nempe; vim judicem facere hujusmodi appellationi non deferentem. Probatur primò.

2 Quoniam quod non prohibetur, censeri permissum, *l.1.& text. in l. ex ea, ff. de testib.* text *in l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pactis dotal.* sed appellatio ab interlocutoria non invenitur prohibita hoc casu; quando prohibetur à diffinitiva; ergo censeri debet permissa, & admittenda, & quia analogum per se sumptum debet referri ad potius significatum §. *jus civile, instit. de jure natur.* & id in terminis dixit Franch. *in c. cum appell. §. si verè, n.3. de appell. in 6.* Abb. *in c. pastoralis, n.6. de appell.* quoniam appellatione sententiæ, intelligitur de diffinitiva, text est *in l. quod jussi, ff. de re jud.* ibi, licet de sententiis contra, &c. notat gloss. *in c. cum olim, de testibus,* & pariter ex text. *in c. venientes, de jurejur.* ibi, cùm leges etiam sæculares post sententiam etiam beneficium appellationis non denegent à gravatis, &c. *juncta l. ante sententiæ tempus,* & ibi Cynus *n. fin. C. quorum app. non recip.* ubi ab interlocutoria prohibetur, & non à diffinitiva, idem docet Bald. *in l. si ex causa, §. nunc videndum,* & ibi Albericus *ff. de minoribus*, post Gulielmum Cumum, quod prohibita appellatione à sententia intelligitur à diffinitiva, non autem ab interlocutoria, idem
5 Bald. *in l. 1. in prin. ff. de off. prafecti præto. & in additio. ad Specula. tit. de sentent.* Socin. *consil. 39. capio primum, num. 12. lib. 4.* Alexand. *consil. 50. visis actis sub num. 2.*
6 *lib. 2.* ubi quòd licet statutum prohibeat appellationem à sententia potestatis, debet intelligi de sententia, quæ est strictè diffinitiva: ergo quando appellatio removetur à diffinitiva sententia, non debet extendi ad interlocutoriam.

7 Facit insuper quoniam quando in aliqua causa, qua per legem, vel statutum prohibitum sit, compromittere intelligi debere quoad causam principalem, & substantiam negotii non tamen intelligi quoad articulum, emergentem in eo: docet Bald. *in l. cum proponas, in fin. de rebus creditis*, quod etiam affirmant nonnulli Doctores relati à Socino seniori *consilio 300. colum. 3. versiculo circa tertiam l. 2.* Huc pertinet, quod scriptum reliquêre Archidia. Joan. Andr. & Geminianus *in c. inquisitionis, de hæreticis, l. 6.* quo loci illud affirmant, quod
8 licèt hæretico prohibitum sit appellare, intelligitur quoad sententiam diffinitivam, non autem quoad sententiam interlocutorium.

9 Ulteriùs probatur, quoniam quando interlocutoria non potest per appellationem à diffinitiva reparari, licitè admittit appellationem, *suprà, capite primo*, latè diximus, Sed ubi prohibetur appellatio in causa principali, gravamen interlocutoriæ reparari nequit, ergo ab
10 interlocutoria iis casibus admitti debet appellatio: ita loquendo de possessorio argumentatur Ozasch. *de 25. moriuo intestato, sub. n. 14.* Contard. *in dicta l. unica, lim. 5. n. 3. vers. sed an ratio*, &c.

11 Deinde, & hac pars fulcitur, quoniam licèt à sententia lata in syndicatu contra Officialem appellari non liceat, quoniam ea pendente executio sit: tamen poterit appellari ab interlocutoria sententia, seu gravamine incidenti quoniam ab eo officialis in syndicatu rectè quit appellare, quamvis sibi à diffinitiva prohibeatur, ut per Paridem de Puteo *in tract. de syndicatu, verbo appellatio, in versiculo syndicatus, & versiculo a sententia lata.* Modernos *in annot. ad Ægidium, n. 195.* Marantan. *in Speculo advocat. 6. part. princ. 2. actu, titul. de appellat. num. 193* & alios citatos à Lancel. Roberto *de attent. 2. p. cap. 12. lim. 20. num. 4.* quibus pariter allentire videtur.

Cæterùm, & hæc pars tuetur ex his, quæ adducunt Innocen. *in cap. significaverunt, verbo appellasse, de testibus*, Angel *in consilio 46. statuto civitatis Florentiæ, col. fin. versiculo præterea*, quem sequuti sunt Nicellus *in tract. de appell. in ord. g. off. sub num. 23. versiculo 4. moderatur*, Stephanus Aufrer. *in additio. ad decisiones Capellæ Tholos.* Decius *in cap. pastoralis numero 4. de appellat.* Blanchus *in tractatu de compromi. 4. quæstione, princip. num. 21. versiculo quarto deducitur*, Lancelotus Robertus *ubi supra, d. lim. 20. n. 4.* Contard. *in l. unica, limit. 5. num. 1. & sequentibus, & quæstione 20. num. 1 Cod. si de moment. possess.* Vestrius, Gravatius, quos citat Escacia *lib. 1. causa. civil. & crimin. cap. 79. sub n. 981.* Petrus Dueñas *in regul. 44. fall. 3.* Bald. & Albericus post Guillelmum de Cumis *in l. si ex causa, § nunc. videndum, ff. de minoribus* Zuchard. *in l. fin. Cod. de edicto Divi Adrian. num. 436.* illud omnes affirmantes, quòd licèt à sententia lata in 12
possessorio, *ex l. 1. Cod. si de momentanea possessione* similiter, & in remedio legis, finalis *C. de edicto divi Adriani tollendo*, non admittatur appellatio, imò prohibita sit; nihilominus ab interlocutoria lata super articulis emergentibus in causa, & ejus discursu appellatio admittitur undique.

Pariter, & illud hanc partem affirmativam defendit; 13
scilicet, quoniam in his, & aliis casibus, in quibus non permittitur appellatio quoad merita, & substantiam causæ, admittitur tamen ab inordinato processu, & sic à gravamine articuli emergentis, ita docuit Bald. *cap. ex conquestione, n. 1. de restitutione spoliat.* Jas. *in l. 1. num. 5. versiculo limita 2. de bonorum possessio, secundum tabulas*, & ibi Decius *num. 6. versiculo quinto, & ab inordinato, &c.* idem Decius *in dict. l. fin. C. de edicto Divi Adri. num. 47. versiculo sed posset.* Covarruvi. *in pract. qu. cap. 23. n. 8 vers. cæterùm licèt*, Natta *consil. 121. n. 4. lib. 1.* Joseph. Ludovi. *decis. 39. n. 8.* Zucard. *in dict. fin. Cod. de edicto Divi. n. 436.* Bellam. *decis. 347.* Feli. *in c. suborta, n. 4. lim. 1. de re jud.* Veral *decisione 6. vel. 60. n. 5. & 6. part. 1.* Marquesa *de commissio. 1. part. cap. 12. n. 51.* & de hac re latissimè agemus *infrà, 4. Part. c. 13. per totum*, ubi plures doctrinas congessimus: Quæ pars, & rationibus, & authoritatibus satis comprobata videtur, ut firmare queat aliquis regulam generalem, appellationem, nempe, prohibitam in causa principali non censeri prohibitam in interlocutoriis prolatis super articulis incidentibus, seu emergentibus, & per consequens judicem, qui ei deferre recusat, vim facere manifestam, sibi per Senatum causam remittendam esse videri.

Et licèt præfatis Doctoribus hæc & tibi, lector can- 14
dide, placeat, multis tamen opinio aliis displicet, probantibus hoc casu hacque quæstione, vim nullam judicem cõmittere, si noluerit deferre appellationi emissæ à sententia interlocutoria, vel à gravamine incidenti ante definitivam sententiam, à qua prohibita esset appellatio. Quoniam eo casu appellationem admitti non debere, sicut nec à diffinitiva, dicunt. Quod ex eo probatur, primò, quia si inter partes litigantes pactum fiat, ut à sententia in causa lata non appelletur, intel- 15
gitur etiam ab interlocutoria hæc prohibitio facta, ita tenent Bald. & Salicetus *in l. fin § fin. C. de temporibus appellationum*, quos sequutus est Gregorius Lopez *in l. 13. tit. 23 part. 3. in gloss. 6* allegat ad hoc text. *in l. 1. §. si quis ante sententiam professus, ff. à quibus appellare non licet*, ibi, indubitatè appellandi auxilium perdit, *&c.*

Similiter quia quando Princeps prohibet appella 16
tionem, puta, quando committit causam, ea remota, intelligitur etiam ab interlocutoria remota, atque prohibita, ita contra Bart. tenent Angel. & Immola *in d. l. §. si. ff. a quibus appellare non licet*, Gregor Lop. *in d. l. 13. tit. 23 part. 3 gloss. 9.* rationem reddentes; quia eadem ratio militat in utroque, Lancelot. *de attent. 1. part. c. 12. limit. 8. n. 20. & 21.*

Deinde facit pro hac eadem parte, quia quando cau- 17
sa est summaria, omnes ejus causæ articuli summarii

esse

esse debent ut notat B. *in extravag. ad reprimendum*, *in verbo summaria*, quem sequuntur Doctores *in cle. sæpè da verborum signif.* & latè explicat Jason. *in l. 2. Cod. de edicto Divi Adrian. tol.* quibus addendus Petrus Ancharan. *in cl. dispend. 5. nota. de ind.* optimè per An. Nattam *cons. 121. c. 12. lib. 1.* ergo eodem modo dicendum
18 est, quòd quando in aliqua causa appellatio prohibetur, intelligi etiam debet à quolibet ejus articulo.

Desuper, quoniam appellatio in causa prohibita, sive ratione causæ, puta; quia celeritatem, celerémque executionem requirit, sive propter authoritatem judicis de ea cognoscentis, quæ est ratio magis frequens, ac fundamentalis, quâ regulariter appellatio est prohibita, ut patet ex juribus, & authoribus rem hanc attingentibus, ut videbimus in discursu hujus libri: sed hæc ratio pariter militat in sententia interlocutoria, sicut & diffinitiva, ut etiam considerat Benedictus à Plumbino *in l. etiam, §. absens, ff. de manumiss. vindicta.* Menoch. *in tract. de adipiscenda possess. rem. 4. n. 813.* & per Angel. & Imolam *in l. 1. § fin. ff. à quibus appellare non licet*, ita docet Gregorius Lopez, *in l. 13. tit. 23. part. 3. gloss. 9* Alexand. *consil. 50. visis actibus*, *num. 12. l. 3.* latiùs Felin. *in cap. causam quæ*, *sub num. 27. versiculo dum dicit de rescriptis*, Aquiles Personal. *tractatus*
19 *de adipis. n. possess. n. 336. versiculo ego bene fatcor*; & quod statutum loquens de appellatione à diffinitiva militet in interlocutoria, quando in casu est eadem ratio, tenet post Paul, Castrens. Franch. *in c. pastoralis*, *quæst. 6. n. 24. de appell.* Rota *dec. 110. num. 20. p. 1. diversorum*, Cæsar. Contard. *in l. unica*, *lim. 5. num 4.*
20 *versiculo lim. modo*, *Cod. si de momen. possessio.* & facit Puteus *dec. 274. die 5. Maij num. 3. l. 3.* quem sequitur Contard. dicens, *ubi proximè*, *num. 6.* quòd statutum prohibens dici de nullitate, interlocutoriam comprehendit: ergo idem, quod in diffinitiva dicendum
21 est quia ubicumque est eadem ratio, eadem est juris dispositio, *l. illud. ad l. Aquiliam*, *l. actio. ff. de verborum obligat.* & quæ in causa conveniunt, debent & in effectu convenire, *l. de quibus*, ubi Ang. & Doct notant, *ff. de legib.* casu namque, quos nectit paritas æquitatis, &
22 identitas rationis, non sunt quoad juris dispositionem separandi, *d. l. illud*, cum ibi notatis per Bald. & Oldrad. & est originale verbum Ciceronis *in Topicis*: maximè, quia facilius jus tollit appellationem ab interlocutoria, cùm sit minoris præjudicij, tenet in terminis
23 Cæsar Contard. *in repetiti. l. unica*, *lim. 5 num. 4. C. si de mom. poss.* appellationem ab interlocutoria, quàm à diffinitiva potiùs tolli quoad appellandi genus, & materiam, in illa regula est negativa, secundùm textum *in l. ante sententiæ tempus*, *Cod. quorum appell. non recipi.* in ista autem, & sic in diffinitiva regula est affirmati-
24 va, *leg. & in majoribus*, cùm aliis.

Quæ pars iterum corroboratur, quoniam eadem natura esse solet quæstionis incidentis, & emergentis in causa principali, quæ est ipsius causæ principalis, *clem. dispendiosam*, *de judiciis*, not. Bald. *in l. solet*, *n. 8. ff. de alim. & cibariis leg.* Jas. *in l. 2. n. 6. C. de edicto divi Adri. tol* Dec. *in cap. pastoralis*, *n. 4. in fin. de appell.* latè Menoch. de *arbitr. judi. l. 1. quæst. 45. num. 9. & 10.* & pulchrè scribit ad rem hanc Socinus senior *consil. 30. columna 3. l. 2* & idem Menoch. ad propositum nostrum *in dict. tractatu de adipiscen. poss. rem. 4. num. 815.* cùm ergo in causa principali, atque ita à diffinitiva appellare non liceat, non etiam ab incidentibus quò pertinet illud vulgaris regulæ, quod idem est de parte
25 quoad partem, quod de toto quoad totum textus *in l. quæ de tota*, ubi gl. B & Doctores notant, *ff. de rei vindicatione*, bonus textus *in l. juris gentium*, *§. adeò*, ubi per Jason. *ff. de pactis*, textus *in l. si unus*, *§ si cum tuo*, *cum seq. eodem tit.* text. *in l. si cui in prin. versic. proinde*, *ff. de lo. 1.* text. *in l. tres tutores*, *in pr. ff. de administratione tutorum*, bonus etiam text. *in cap. super quæstionem*, *§ fin. & in cap. pastoralis*, *§. item cùm totum*, *de officio delegati*, *c. si diligenti*, *de præscript. cum aliis*, ergo dicendum est; quòd cùm non appellatur à sententia totius causæ, & super tota causa principali, nec debebit admitti à lata in ejus parte, & articulis emergentibus, vel incidentibus, & facit quod dicit Egidius Bossius *in tractat. var. crim. titulo de appell. n. 10.* ex doctrina Alexand. *in l. paris, & filii, ff. de vulgari, & pupillari, colum. 2.* & per 26
B. *in d. leg. solent*, dicens, quòd quando prohibetur appellatio à principali, etiam intelligitur prohibita ab accessoriis, & impensis, & idem tenet omne Lancelot. sibi contrarius *3. p. c. 26. à n. 130 cum seqq.*

Cæterùm hæc pars defenditur, quia accessorium 27
debet sequi naturam sui principalis, *ex reg. vulg. accessorium*, *de reg. jur. in 6.* & ideo dicit Card Tuschus *1. tomo*, *concl. 359. n. 44. & 45.* sequutus Angelum *consil. 186.* quòd ubi appellatio prohibetur in aliqua causa ex ipsius natura, ut in momentanea possessione, alimentis, & similibus, pariter nec admittenda esse ab interlocutoria ejusdem causæ.

Quò pertinet illa vulgaris regula, qua in proposito 28
utuntur protinus referendi Doctores, scilicet; cùm quid prohibetur, etiam prohibitum censetur omne, per quod pervenitur ad illud: juxta textum *in l. orario*, *ff. de sponsalibus*, & quod ibi adducunt communiter 29
Doctores, & *in leg sicut certo*, *§. fin.* & ibi gl. *verbo dominium*, *ff. commodati*, igitur cùm à diffinitiva appellare non licet, ergo neque ab interlocutoria, per quam ad diffinitivam pervenire, & devenire solemus, ita in specie hoc argumento ad hujus partis negativæ defensionem utuntur, Bald. *in l. unica*, *n. 4 Cod. si de moment. poss. fuerit appell.* quò loci rejicit opinionem illam Guillelmi Cu. *in leg si ex causa*, *§ nunc videndum*, *ff. de minoribus*, quam pro contraria parte *suprà* ab eodem 30
Baldo sibi parum constante, adduximus; eo etiam usus est Menoch. *ubi suprà*, *d. rem. 4. n. 816.* & huc spectat Ancharani doctrina *cons. 78* dicentis, quòd, ubicunque non datur appellatio à negotio principali, prout à laudo lato inter consanguineos vigore statuti alicujus, ita nec dari à sententia præambulæ compulsionis, quam referens sequitur Cardin. Tusc. *in tomo 1. concl. 101. post num. 11.* ergo similiter affirmandum est in hac quæstione.

Jam vides, jámque colligere potes, ex tanta ratio 31
num, auctoritatúmque varietate & contrarietate simul, quàm sit anceps quámque difficilis quæstio hæc, cujus veram, & practicandam jure resolutionem pollicemur, in qua tradenda, & resolvenda varij varia dixére, & affirmarunt: in primis namque Abb. *in cap. pastoralis*, *n. 6. de appellat* dixit; quòd ubicunque per statutum removetur appellatio à sententia alicujus officialis; putà potestatis, intelligi solùm remotam appellationem à diffinitiva, non autem ab interlocutoria, 32
quia appellatione sententiæ intelligi diffinitivam; & quia statutum debet intelligi in strictiori modo, secùs autem (inquit ipse) ubi simpliciter cavetur statuto, ut à potestate non possit appellari, tunc namque intelligi de qualibet sententia, seu præcepto; per argumentum *leg. primæ*, *Cod. de offic. præfecti prætorio*, & ita Bald. consuluisse dicit, licèt consilium non alleger.

Aliam, & secundam huic contrariam, & diversam 33
omnino distinctionem tradit Cardin. Tusc. per Angel. *consil. 188* citatur *ubi suprà*, *d. 1. tomo*, *concl. 369 post numerum. 11. n. 44. & 45* quòd quando appellatio prohibetur ob reverentiam judicis, tunc admitti appellationem ab interlocutoria; quando autem eadem prohibita est ex natura causæ ut in momentanea possessione, admittendam tunc appellationē non esse putant.

Tertiam Egi Bols, *in d. tractatibus variis crim. titul.* 34
de appella. n. 11. & 12. distinguentem inter causas, & negotia civilia, & criminalia, ut in prioribus appellationem prohibitam à diffinitiva, esse simul & ab

interlocutoria prohibitam, ex doctrina Alexandri post Imolam *in leg. patris, & filij, ff. de vulgari & pupill.* &c. & Bart. *in d. leg. solent, ff. de aliment. & cibariis legatis.* Bald. *in barbarium, in princ. ff. qui satisdare cogant.*

Quarta distinctio fuit Decij *in cap. pastoralis, num. 2. verf. sed considerandum est appellatio.* scribentis, quòd 35
tunc dispositio prohibens appellationem, non prohibet ab interlocutoria, cùm simpliciter de sententia loquitur, ut si dicat, quòd à lata sententia in causa alimentorum, vel simili, non liceat appellari: nam tunc appellatione sententiæ intelligitur de diffinitiva, ut de potentiori, tum etiam, quia minùs læditur jus commune, quod in dubio admittitur appellatio, ut potè quia defensionem continetur: secus est (inquit ipse Decius) cùm dispositio absolutè, & simpliciter prohibet tali in causa appellari, tunc enim dicitur prohibita appellatio etiam ab interlocutoria.

Alij autem Doctores simpliciter cum parte negati- 36
va, scilicet; appellationi non deferentem ab interlocutoria vim haud fieri, & ultra *suprà* relatos, ita affirmant, Rebuff. *in commentar. ad Regias constitutiones Galliæ, tomo 3. titulo de appellat. in præfatione, num. 13.* latè Menoch. (cum tamen tribus declarationibus, & aliquibus ex fundamentis, de quibus nos in disputatione mentionem fecimus) *in dict. tract. de adipiscen. poss. rem. 4. à n. 807. cum seqq.*

Quintam distinctionem scribit Achilles Personal. 37
tract. de adipiscen. sub. n. 334. versiculo ego autem, quem sequitur Ruginell. *tractatu de appellat. §. 2. c. 3. sub n. 645. versiculo ab interlocutoria, in fin. fol. 118.*

Et post hæc scripta vidi Escaciam *de appell. q. 17.* 38
lim. 6. memb. 6. à n. 18. cum seqq. qui utriusque partis aliquos ex Doctoribus, eorúmque rationes, ac fundamenta refert, & absolutè huic posteriori parti, & opinioni inhæret, & amplectitur, quam *numero 36. & 37.* non solùm esse affirmat veram, sed servari etiam in praxi, & post Menoch. *de arbit. lib. 1. qu. 45. num. 9.* & Zucard. Angel. Anchara. Paulum, & alios, hanc etiam partem negativam sequitur Marc. Anton. Peregri. *tract. de fideicommiss. articulo 46. num. 50.* ubi referens aliquos Doctores contrariam opinionem tenentes, semper sibi dubitabilem fuisse eorum assertionem, & plures, ex hactenus relatis Doctoribus, hanc partem negativam absolutè, & sine distinctione, tenent cum aliquibus tamen limitationibus, de quibus statim, & in alimentis idem repetit Escacia *quæst. 17. limit. 7. n. 11. & 13.*

Qui quidem post Paul Castr. *suprà, in consilio. 39.* 39
quòd à sententia lata, l. 2. Decium *in l. fin. n. 50. Cod. de edicto divi Adri.* Menoch. *tractatu de adipisc. poss. rem. 4. q. 99 sub num. 817 & 818.* dicunt, quòd ubi appellatio à diffinitiva admittitur quoad effectum devolutivum, non potest dici, quòd interlocutoria non possit reparari per eandem appellationem. Et tacitè videntur innuere, quòd ubi datur prohibitio appellationis quoad utrumque effectum, tunc irreparabilem 40
esse interlocutoriam, & cum Bald. Zucar. Meno. & Maran. *locis superiùs citatis* dicunt, etiam in possessorio cessare hanc irreparabilitatis considerationem, cùm adhuc remaneat judicium petitorij, quo gravamen per interlocutoriam illatum reparatur, & sic respondent argumentis in contrarium adductis, & secùs foret, quando super proprietate non expetatur aliud judicium, ut post Bald. Peregri. *ubi proximè, n. 48.*

Sed verùm, nos amantes cognoscimus, harum di- 41
stinctionum neutram adeò esse universalem, & completam, quin difficultates infinitas quælibet admittat, quas figillatim in specie, ne prolixius videar, non demonstro, quas quilibet poterit per sui discursum facillimè nanciscì, quid sit dicendum in tam utili, ac quotidiana quæstione.

Ego autem ex mente omnium Doctorum distinctionem unam fui meditatus, quæ & copiosa, & universalis videtur, cunctas vincens difficultates, & omnia comprehendens, quæ intellectum, & humilem & quietum redditura censeo: Aut enim loquimur in causa, à qua prohibetur appellatio, quoad unum effectum tantum; nempe, suspensivum; aut loquimur de causa quâ appellatio prohibita est quoad utrumque, suspensivum, & devolutivum simul, ut in priori libenter admittamus opinionem illorum, qui affirmant, & absolutè tenent 43
appellatione prohibita in causa principali, intelligi etiam prohibitam ab incidenti in eam, vel emergenti gravamine, quos retulimus in posteriori parte quæstionis, cujus rationes, & fundamenta huic primo distinctionis membro quadrant, atque conveniunt, & ex his etiam adducendis in secundo.

Quo casu judex nullam vim faciet, si hujusmodi 44
appellationi negaverit delationem, & per Senatum hoc ita declarandum, causam sibi remittendam esse, prout quotidie declaratur, & communiter practicatur, quod extende etiam ad statutum, disponens tamen in genere, & absolutè, ut si dicat, non appelletur à potestate, vel à præfecto prætorio, vel non appelletur in tali causa: nam tunc etiam ab incidentibus, & emergentibus, & alia qualibet interlocutoria sententia, vel præcepto censetur appellatio prohibita, argumento text. *in l. 1. Cod. de officio præfecti prætorio*, quia tunc tangit ejus dispositio universaliter omnes causæ articulos, ut per Bart. *in leg. solent. ff. de aliment. lega.* Bald. *in l. 1. in princ. Cod. de sentent. præfecti prætorio.* dem Bald. *in cap. pastoralis, §. fin. de officio delegati*, sibi contrarius *leg. si ex causa §. nunc videndum. ff. de minoribus*, idem tenet Abb *in cap. pastoralis, num. 6. de appellat.* Philipp. Franch. *in cap. interposita. §. ille, col. 5. versic. quinto pone quod pars,* 45
vel partes renunt. &c. de appellat. quo loci mordet Bald. *in cap. causam quæ, col. fin. ante fin. de rescript.* & similem considerationem in statuto prohibente compromissum, facit Soci. senior *consilio 300. columna 3. ad finem, l. 2.*

Quod etiam probatur, nam oratio indefinita nega- 46
tivè concepta universalem significationem habere, & intelligentiam, dixit textus *in leg. qui decenta, §. utrùm, ff. de rebus dubiis*, & gloss. quam ibi notant Fulgo. *in leg. juris gentium, §. sed si fraudandi. ff. de pactis*, Decius *consilio. 3. column. 4.* idem *in consilio 490. column. 3.* Philip Probus *in cap. ut circa. de electione in 6.* Hieron Cagnol. *in l. 1. n. 8. ff. de regul. juris.* Decius *in rubrica eiusd. tituli num. 8.* & est ratio, quia negatio apposita subje- 47
cto, aut termino communi, facit orationem universalem, ut comprobat Covarr. *lib. 1. var. cap. 13. n. 7.*

Si autem statutum non ita absolutè, & generaliter loquatur in appellatione neganda, sed magis in specie, ut putà, à sententia potestatis, *&c.* tunc solùm intelligi 48
negatam appellationem à diffinitiva, non ab interlocutoria, quia cùm statutum sit stricti juris, ita strictè interpretandum esse in strictiori, & sic in potiori significato, prout est diffinitiva; & quia statutum appellationem prohibens est odiosum, & sic non ampliandum ut comprehendat laxiorem significationem, & tunc 49
etiam quia minus læditur jus commune, per quod regulariter permittitur appellatio, quæ defensionem continet, ut in specie: ita hanc limitationem latè comprobant omnes Doctores relati, ultra quos, ita etiam affirmant Florin. *in l. proinde, §. notandum, ff. ad leg. Aquil.* Bald. *in additio. ad Speculato. tit. de sententiis, colum. 2. versic. nomine sententiæ*, Alex. *in l. 2. ff. de appellat. recip. & in consil. 12. p.* Angel. *in l. fin. in prin. de leg. 1. & in leg. stipulationes non dividuntur, de verborum obliga. & in reperto. in verbo arbiter, si ex forma statuti*, & hæc extensio non procedit extra terminos statuti, de quo loqui- 50
tur, cùm ut diximus, sit stricti juris, non autem in alia juris dispositione, quod adhuc etiam declara, nisi identitas rationis aliud suadeat, nam si ratio, propter quam appellatio prohibetur, per statutum à diffinitiva, seu

sententia

51 ſententia in cauſa, militat, & viget in interlocutoria, ut putà; quia non recipit dilationem, vel ſit periculum in mora. vel alia ſimilia: tunc etiam ſtatuto prædicto in ſpecie diſponente, appellationis prohibitio extenденda eſt ad interlocutorias, & ad totam cauſam, ac ſi generaliter, & abſolutè diſpoſuiſſet, ut in ſpecie hanc declarationem, & limitationem ponit Fel. *in d. cap. cauſam quæ, column. fi. circa fin. de reſcriptis*, ſecundùm Benedictum de Piumbino *in l. etiam*, §. *abſens, ff. de manumiſſis vindicta*, propter gloſſam *in cl. 1. in verbo ſent. de re jud.* & per Alex. *in l. 1. aa finem prin. ff. quod quiſque juris*, & allegat Paul. Caſtrenſ. *conſ. 23.* dicentem, & latè probantem, ſtatutum Padicanum loquens de ſententia, habere locum etiam in interlocutoria ob omnimodam paritatem rationis, quod conſilium ego non inveni in meis: tamen doctrina, & limitatio Felini optima, & juridica eſt, quam nota.

Secundò extende, & declara ſupradictam reſolutionem, quâ diximus appellationem prohibitam per legem, ſtatutum, vel pactum, aliáve quavis diſpoſitione cenſeri etiam prohibitam ab incidenti, & emergenti, aliáve quavis interlocutoria: ut intelligatur non ſolùm de ea interlocutoria ſimplici, & à qua aliàs non ad-
52 mittitur appellatio, *ex leg. ante ſententiæ tempus, Cod. quorum appel. non recipi. & ex Concil. Trident. ſeſſ. 4. de reformatio c. 20. & ex eodem Concilio c. 2. de reformatione ſeſſ. 13* ſed etiam de ea interlocutoria, à qua aliàs permiſſum eſt appellare, de quibus *in d. capitul. Concilij Trident.* latiùs per nos *in cap. 1. ſuprà hac 2. p.* ex rationibus, & fundamentis, quæ adduximus, ad corroborationem poſterioris partis noſtræ quæſtionis, quæ omnia hîc ſupplere poteſt, & quia eſſet aliàs inanis, & ſine dubio ferè Doctorum, diſputatio quæſtionis, quod etiam probatur ex Menoch. *in 2. rem 4. de adipiſcenda poſſeſſ. num. 820. & 867.* dicente, hanc doctrinam ſupradictam procedere etiam in interlocutoria, quæ ſapit, & habet vim diffinitivæ ex Zuchardo *in repetitione, l. fin. Cod. de edict. Divi Adriatol. num. 439.* & ex Bald. *in leg. unica, C. ſi de momenta. poſſ. fuerit appellat.* & Angel. *in l. fin* § *penult. ff. de appellat.* (licèt rationes, quas ipſe ibi adducit, non multum ſatisfaciant. (Marant. *in ſpec. 6. p. actu 2. verbo & quandoque appellatur, num. 312. fol. 505.* Ozaſcus *de iſ. 25. num. 8.* Eſcacia *de appellat. quæſt 17. limit. 6. membr. 9. à n. 5. & ſequentibus*, f. 399. & eſt de mente omnium Doctorum de re hac tractantium abſque aliqua difficultate Marqueſſan. *de commiſſ. 1. p. c. 21 n. 54.* poſt Rebuff. Contard. & alios.

Illis tamen Doctoribus aſſerentibus appellari poſſe ab interlocutoria, licèt non appelletur à diffinitiva lata in poſſeſſorio, ſatis reſpondetur *infrà, p. 3. c. 15. ad fin. verſiculo qui autem contrarium, &c.* quod vide.

Hoc tamen primum diſtinctionis membrum, quo dicimus, vim nullam eſſe poſſe; ſi judex non detulerit appellationi ab interlocutoria, in cauſa, à cujus diffinitiva prohibetur quoad ſuſpenſivum tantùm, limitan-
53 dum eſt. Primò, ut non procedat interlocutoria lata ſuper competentia, vel incompetentia judicis, quia ab hoc caſu etiam in cauſis, & judiciis privilegiatis appellationem ut legitimam fore admittendam, dicit in noſtris terminis Jacob. Menoch. *de adipiſcend. poſſ. d. rem 4. num. 822.* ſi quidem non cenſetur rejecta appellatio à ſimili interlocutoria, quanquam regulariter ab
54 interlocutoria non recipiatur, ut per Angel. *conſilio 195. Domina Guillielmina*, idem docuit Bald. *in l. 2. num. 13. Cod. de Epiſcop. audi*, ex textu *in authent. habita*, ubi gl. *Cod. ne filius pro patre & cap. ſignificantibus, de officio delega.* & idem tradunt Decius *conſil 49. col. 2. ver. ſiculo tertio facit*, Guido Papæ *quæſt. 10* Jaſ. *in leg. quod juſſit, num. 25. de re judicata*, Ruinus *conſilio 1. num. 4. lib 4.* Curtius Jun. *conſilio 124. numero 13.* Minſing. *in*
55 *ſuis obſervationibus, centuria 3. obſervat. 35.* Granut. *in annotat. ad Veſtrium. lib. 3. cap. 10. num. 6.* & ideo hæc incompetentiæ exceptio quandocunque opponi poteſt, ſententiæ ad executionem impediendam, ſive ea procedat ex vi judicati, ſive ſtatuti, vel pacti inter partes initi, tam in actibus judicialibus quàm voluntariæ juriſdictionis, ita ut aliter faciens cedat à cauſa, ac jure ſuo privetur, & proceſſus ſit ipſo jure nullus, quamvis prohibeatur appellatio, quia non cenſetur prohibita illa, quæ interponitur à judice incompetente; prout latè deducit, & ſeriatim explicat Coler. *de proceſſibus execut. cap. 1. p. 2. num. 7. uſque ad numerum 16. & c. 1. p. 4. n. 54. uſque ad n. 66.* Gratian. *diſceptation. forenſ. 1. tomo, cap. 54. numer. 9.* & magis in ſpecie etiam quòd 56
quando ſtatutum prohibet appellari, non comprehendat appellationem ab incompetentiæ judicis ſententia, ſed imò eo non obſtante, appellatio licita reputetur, probant Federicus *conſilio 66. numero 1. incip. cùm ſecundum*, ſequitur Decius *conſ. 49. col. fin. ad medium. verſ. tertiò facit* concludit etiam Ang. *conſ. 195. Domina Guillielm. in fin.* Roland *conſ. 33. num. 6. lib. 4.* & ab aliquibus fundamentis contrariis hanc excipit, & probat opinionem Gratian. *in d. diſcepta. forenſ. 1. tomo, cap. 77. à princ.* licèt de hac limitatione dubitet poſt hæc Eſcacia *de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membro 7. à n. 47. fol. 584.*

Et quoniam juriſdictionis defectus, exceptio, & im- 57
pedimentum cætera omnia excedit, & in generali legis prohibitione, vel excluſione exceptionis, hæc quæ ex juriſdictione provenit, ut magis favorabilis, & magis privilegiata non cenſetur prohibita, nec dempta. Cardinal. & Immol. *in clem. 1. de ſequeſtratione poſſ. & fructuum*, per gloſſam ibi, *verbo non obſtante*, ad idem eſt optima gloſſa *in cap. noſtra, verbo momenti, de procur.* & ſimilis gl. *in cap. exceptionem, verbo condemnatus, de exceptionibus*, Barb. *in cap. jurabit, column. 3. de prob.* Domi. *con. 24. column. 5. in cap. ea quæ, col. 2. de re jud. & in cap. paſtoralis, col. 4. de exceptio.* Alexand. *in conſilio 77. n. 8. lib. 2.* Ant. Corſet. *in ſuo ſingula. in verbo ſtatutum incip. ſtatuto cavetur*, Bald. *in l. generaliter column. 1. C. de Epiſcop. & Clericis*, Romanus *conſ. 42. & conſ. 115.* Paul Caſtrenſ. *conſil. 99. lib. 2.* Hipp. *in ſingulari 10.* idem *in l. ult. n. 49. ff. de juriſd. om. jud.* Ludovic. Gomez *in tractat. utriuſque ſignaturæ n. 75.* Decius *conſilio 8. n. 6. & conſil. 38. num. 7.* Pariſ. *conſilio 45. numero 28. lib. 1. conſil. 24. numero 102. lib. 2.* & copiosè Vantius *in tractatu de nullita. ſententiar. titulo de nullitat. ex defectu juriſd. à princ.* Covarr. *in practic. quæſt. cap. 25. num. 4.* ex quibus omnibus conſtat ſimul, tale objectum juriſdictionis, talis eſſe potentiæ, ut impediat executionem trium ſententiarum conformium, ergo multò magis impediet executionem ſententiæ primæ, quæ ſuper eo lata eſt, & per conſequens vim fieri, & omnino reponendum fore tribunal per viam violentiæ additum, declarabit.

Secundò limitandum eſt, & hic non inutile erit exa- 58
minare illam celebrem, frequentémque, & quotidianam quæſtionem; an judex Eccleſiaſticus vim faciat, non deferens appellationi interpoſitæ à ſententia interlocutoria, lata ſuper legitimatione perſonarum, an tutor, procurator, hæres, & ſimiles ſint legitimæ perſonæ, vel non, ſive ſit in judiciis ſummariis, executivis & quæ celeritatem requirunt, ſive aliis à quorum principali ſententia non licet appellare quoad effectum ſuſpendendi, & omiſſa diſputatione brevitatem profitentes in præſenti quæſtione affirmativè dicimus: vim 59
hoc caſu judicem facere, quoniam ab hoc gravamine, juſta & legitima reputatur, appellatur, ſupponendo, 60
quòd in judiciis, quantumvis ſummariis, & executivis, & extraordinariis perſonas litigatorum legitimare neceſſe eſſe. Bald. *in leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. tollen. quæſt. 5. princ. verſ. 8* Parlador. *lib. 2. rerum quotidia. cap. fin. 3 par.* §. 1. *num. 8.* & ideo in eis judiciis incapacitatis exceptionem legitimam eſſe, & obſtaturam

latiſſimè proſequitur *in remedio l. fi. C. de edicto Divi Adri.* & explicat Menoch. *de adipiſcenda poſſ. rem.* 4 à
61 n. 757. plurtibus Doctoribus relatis, Pedem. *deciſ.* 1. *à n.* 35. dixit, quòd in quocumque judicio, etiam ſummariiſſimo, & ſub quavis forma agitato actor, & reus debent legitimè comparere, *ex l. licèt, C. de procurato.* Bart. *in extrava. ad reprimendum, in verbo vel legitimè,* per text. *in l. quidam referunt. ff. de jure codicillorum,* cum aliis allegatis à Vantio *de nullitate ſentent. tit. de nullit. ſententiæ ex defectu inhabilita.* Roland à Valle *conſ.* 46. *n.* 1. *& 2. volum.* 2. & alij plures relati à Pedemont. *ubi proximè*, ubi hanc regulam dupliciter limitat, quem vide, de quibus Deo dante *infrà*, *videbimus* 4. *p.*

62 Quæ exceptio, & objectio talis eſt naturæ, & cæteras exceptiones limitat, ut non intelligantur excluſæ ab ſtatuto, quo exceptiones omnes adversùs inſtrumentum & etiam guarentigiatum excluduntur, ut ſcriptum eſt à Bartol. *in l.* 1. §. *& parvi refert ff. quod vi, aut clam*, *n.* 6. quam ſententiam Bartoli apud omnes probatam eſſe teſtatur Parla *d. l.* 2. *rerum quotidia. c. fin.* 3.
63 *p.* § 1. *numero* 8. quapropter quandocunque opponi poteſt, & etiam poſt tres ſententias, *l. licet, C. de procur.* Hippolyt. *in leg. ſi quis, ff. de quæſt. n.* 10. Maranta *de ord. jud. 4. p. in 9. d n.* 38. *& in eadem parte, d. ult. n.* 16. poſt Bald Alexand. & Jaſonem per eum allegatos, latè proſequitur Sebaſtian. Vanti. *ubi proximè & in titulo an quilibet ſententia poſſit dici nulla, nu.* 16. ubi dicit. hoc procedere, etiamſi cauſa coram Principe ageretur, idem Pedemont. *ubi ſuprà n.* 26. itaque nihil mirum, ut etiam hoc in ea cauſa ſit exceptum.

64 Et in ſpecie quando judex pronuntiat per ſuam interlocutoriam, procuratorem legitimum non eſſe, vel principalem non habere legitimam perſonam ſtandi in judicio à ſimili interlocutoria licere appellare, loquendo in remedio ſummariiſſimo *l. fin. Cod. de edict. Divi Adri.* in quo non poteſt appellare, ita limitat Jacobus
65 Menoch. *de adipiſc. rem.* 4. *n.* 824. *&* 825. ex doctrina Bald. *in l.* 2. *ſi clericus, num.* 4. *C. de Epiſcop. audientia,* & ex Signorolo, *conſilio* 14. *num.* 5. dicente, appellari poſſe ab ea interlocutoria, qua pronuntiatum fuit, aliquem eſſe, vel non eſſe tutorem, argumento *authent. habita, C. ne filius pro patre*, & eam eſſe rationem Bald. & Signor. ſentiunt, quòd ſecum executionem trahit, nec alia diffinitiva ſperatur, ita etiam ſolere concedit appellare ab interlocutione lata ſuper legitimatione perſonarum, ſcribunt Petrus Dueñas *in reg.* 52. *fall.* 1. & Nicol. Anton Granu. *in annotatione ad Veſtrium, lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 7 ultra quos idem tenet Angel. Soci. & Jaſ. *in l. arbitr. colum.* 1. *ff. qui ſatisdare cogantur*, Petr. Ferrarienſis *in praxi in forma interlocutoriæ ſuper legitimatione perſonæ*, Joan. de Anania *conſ.* 93. *viſo proceſſu*, Philipp Franc. per textum ibi *in cap. ex parte* 3. *de appellat. col.* 2. *& in cap. cùm ceſſante, in fin de appella.* Salicetus *in leg. poſt ſententiam, colum.* 2. *verſ. ad* 4. *Cod. de ſentent.* & nos diximus *ſuprà, cap.* 1. *à n.* 46. *cum ſequentibus, in hac* 2. *p.*

66 Et ideò dixit in beneficio Curato, (in quo proceditur ſummariè ſecundum *Clem. diſpendioſam de judiciis*, & non admittitur in ejus proviſione appellatio ex Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformatione, c.* 18. *& ſeſſ.* 7. *c.* 13.) inquit igitur Hieronym. Gonzal. *in reg. reſerva. titulo in annotatio. nulli. & attent. in cauſis benefi. num.* 187. & 188. quòd hoc caſu admittitur appellatio, ſi interponatur à declaratione, vel non declaratione, quòd
67 aliquis ex oppoſitoribus ſit, vel non ſit filius patrimonialis, aut aliàs perſona legitima, ex Men. *ubi proxime*, & Antonio Gravatio, Petro Dueñas *ſuprà* relatis, & Bald. *in Margarita decretalium verbo appellat. q.* 8. qui Gonzal ita loquitur retento themate *n.* 187. ubi loquutus eſt de Parochiali, & beneficio curam animarum habente; & ideò in quæſtione concludo, vim facere judicem, non admittentem appellationem ab interlocutoria; ſuper legitimatione perſonæ, etiam in cauſis ſummariis, & executivis, & aliis, à quorum diffinitiva non appellatur quoad effectum ſuſpenſivum.

Iterum & nunc alia ſe offert tollenda difficultas, quæ ſolet oriri ex illa quæſtione, an in his caſibus, & cauſis à quarum diffinitiva non licet appellare, quoad ſuſpenſivum ſaltim, ſi appellatio non admittatur ab 68
inordinato proceſſu, vis fiat à judice. Et notabilis oritur difficultas, imò augetur ex reſolutione principalis noſtræ quæſtionis, quam ſurſum veram vocavimus, ac probavimus etiam, appellationem ſcilicet non admittendam ſuper incidentibus, vel emergentibus, in ſimili cauſa non appellabili, ad quam pariter, quod in præcedenti reſpondeo, vim fieri, ſcilicet quoniam hoc caſu appellationem permiſſam eſſe, omnes fatentur, ſiquidem Zuch. *in l. fin. Cod. de edicto Divi Adria. tol. n.* 436. affirmat, quòd licèt in judiciis poſſeſſoriis, aliiſque 69
ſimilibus caſibus non recipiatur appellatio, quoad cauſæ merita, & ſubſtantiam, hoc eſt, quoad ſententiam diffinitivam, & finalem cauſæ deciſionem; nihilominus tamen & ab inordinato proceſſu recipitur.

Idem quod Zuch. antè docuere Bald. *in cap. ex conqueſtione, num.* 1. *de reſtitutione ſpolia.* cujus originaliter fuit doctrina hæc, ubi reputat notabile dignum, Jaſon *in l.* 1 *n.* 5. *verſiculo limita* 2. qui ſingulare commendat *C. de bonorum poſſ. ſecundùm tab.* ubi Decius *num.* 6. *verſiculo* 5. *& ab ordinato* idem Decius *in d. lim. fin. n.* 47. *verſiculo ſed poſſet*, Bart *in l.* 2. *volum.* 2. *ff. de appell. recipi.* idem affirmant Catelianus Cota *in ſuis memorabilibus. verbo appellari non licèt.* Covarr. *in practic. quæſt. c.* 23. *num.* 8. *verſiculo ulterùm licet.* Natta *conſilio* 121. *num.* 4. *lib.* 2 Joſeph Ludovicus *deciſ.* 39. *num.* 8. idem dicit Ozaſcus *deciſ.* 25. *num.* 14. Petrus Surd. *deciſione Mantua* 16. *num* 16. *&* 17. Hieronym. Gonzal. *in regul. reſervato poſt gloſſam.* 9 §. 1. *in annotation. contra nullita, & attenta. in cauſis benef. n.* 202. *& gloſſ.* 6. *n.* 224. *&* 225. de quo articulo quia latè tractavimus *infrà.* 4. *p. cap.* 13. *per totum*, hîc omitto.

Nec eſt ferendus Gonzalez ibi, qui, *numer.* 222. *cum* 70
ſequenti, hac ſumpta occaſione appellationis ab inordinato proceſſu, de quo loquuntur Doctores, ad gravamina alia voluit eam extendere, citatis aliquibus ex ſupradictis autoribus, qui omnes ſolùm loquuntur uno ore in inordinati proceſſus gravamine, ſicque in aliis ab ejus doctrina cavendum eſt, cùm ſupradictis omnino repugnet: quod autem de appellatione ab incompetentia judicis dicit, admittendus eſt ex his, quæ paulò ante diximus, quod veritas eſt, quod nota, ne decipiaris vide etiam quæ nos *ſuprà, c.* 1. *n.* 46. *& ſequentibus, in hac* 2. *p.* diximus.

Ex qua reſolutione infero, vim fieri à judice non ad 71
mittente, ſeu deferente appellationi ab eo poſitæ, eò quòd ubi debeat procedere ſummariè contra text. *in clem. ſæpe de verborum ſignific.* & ſervare ordinem ibi traditum procedit ordinariè, ſervato juris ordine, & terminis, altera partium contradicente: quia cùm tunc id facere, nec ſic procedere valeat, argumento text. celebris *in d. clement. ſæpe*, ibi, tamem in præmiſſis caſibus ſolemnis ordo judiciarius in toto, vel in parte non contradicentibus partibus obſervetur, non erit proceſſus propter hoc irritus, nec etiam irritandus.) & ponderando illa verba, (partibus non contradicentibus) quoniam ſi contradicunt, proceſſus erit irritus. Quam etiam conſiderationem exigit gl. ibi *verb ſolemnis ordo, & verbo non contradicentibus, in verbo partibus*, ubi circa hæc multa dubia præponens, reſolvit; omnino videnda ad propoſitum, quam ſequuntur ibi Cardi. Petrus Ancarra Immola, & noviſſimè repetentes, & latè Marant. *in* 4. *diſp per totam*, quapropter ab hoc gravamine appellari licere, appellationémque legitimam eſſe, rectè affirmat Marc. Anton. *in celeberrimo ſuo conſilio* 121. *num.* 3. *tomo* 1. rationem deducens *num*

ſequenti,

ſequenti, ex doctrina, quam mox diximus, quia etiam in judiciis ſummariis, in quibus licet aliàs non poſſit appellari, tamen appellare permitti ab inordinato proceſſu, & quòd etiam idem dicendum eſt, judicem in viis executivis judicij ordinem perturbantem, & procedere velit ordinariè; & idem ego intelligo à fortiori in caſibus econtra, quando debuiſſet ordinariè procedere, vel ſummariâ vel executivâ viâ rem cognoſcat, ut notatur in d.gl. & dicti Doctores, bene probat Bartol. *in conſt. ad reprimendum inter tractatus ejus verbo ſummariè, n. 33. & ſuprà.* 72

Alitérque dicendum erit, quando ita vel à jure, judice, vel à Papa procedere jubetur, ſecundum *dict. clement. ſæpè, in princ.* non tamen quando judicis poteſtati hoc relinquitur, ut poſſit ſic procedere, juxta textum *in clement. diſpendioſam, de judiciis*, & ibi dicit *verbo valeat*, gloſſ. quia tunc etiam partibus reluctantibus poteſt ordinariè procedere, ut firmat gloſſ. *verb. non contradicentibus, in princ. & clem. ſæpè*, quia quidquid judicis poteſtati relinquitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, *leg. non quidquid, ff. de judiciis* & tenet Catelianus Cota *in memoralibus, verbo arbiter, cui data eſt poteſtas*, per Baldum *in leg. nulla circa fin. ff. de legibus* argumento illius text. & eorum, quæ tractat Innoc. *in cap. novit, in 1. columna, poſt. princ de judiciis*, & ex aliis dicentes, quòd arbiter, cui data eſt poteſtas procedendi ſummariè, & de plano, poteſt nihilominus procedere ordinariè, & ejus proceſſus valebit, quoniam ſervare ordinem judiciarium, non poteſt nocere, & idem tenet Maranta *ind. 4. diſp.* quapropter cùm nullum poteſt gravamen conſiderari; appellatio inanis cenſenda eſt, nec admittenda, quia generale eſt in omnibus caſibus, in quibus aliquid committitur à lege, vel à ſuperiori in poteſtate judicis, & non in neceſſitate, ut quia poteſt aliquid facere, ſi vult, non tamen tenetur, *juxta d. l. non quidquid*, quia tunc ſi judex illud non facit, non poteſt ab eo appellari, ex quo facere non debebat, ſecundum Felinum *in cap. ſuper his, n 5. de accuſatio* Marant. *de ordine judicio 6. p. titulo de appell. n. 354.* pro cujus appellationis delatione, ſi curia adeatur, vim non fieri, judicique cauſam remittendam declarabitur, prout etiam & nos latè probavimus *infra, 3. p. c. 13 per totum.* 73 74 75

Aliam etiam noſtra reſolutio patitur limitationem, ut ſcilicet in ſummariis, & poſſeſſoriis, aliiſque judiciis; à cujus diffinitiva non admittitur ſuſpenſiva appellatio, tamen ab admiſſione teſtium inhabilium, vel poſt terminum probatorium licitam eſſe ex Bald. Aufrerio, Ozaſco, Veſtrio. Contard. & aliis probavimus *ſuprà, cap. 1. num. 154. hac, 2. p. & ſuprà.* 76

Ulteriùs limitatur, quando ſententia eſſet lata per injuriam ſeu dolum, quia tunc poteſt appellare ab eadem interlocutoria. Bald. *conſilio 217. verba libelli. in fin. ſub. n. 9. verſiculo concludendo, lib. 2.* Nicellus *de concordia, gloſſa concord. 6. verſ. ſub n. 26. fol. 191.* Rebuff. *tractatu de ſent. execut. articulo 9. gl. 5. num. 9. verſ. fallit quando*, Marant. *in ſpeculo, p. 6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appella limi. 10. num. 315. fol. 505.* Eſcac. *de appellat. quæſt. 17. limi. 6. membro 7. à num. 76. & ſequentibus, fol. 38.* Brededo *tractat de appell. part. 1. tit. 11. verbo lex. columna 23.* latiſſimè Cæſar. Contard. *in leg. unic limi. 10. nu. 1. 2. 3. & ſequentibus*, qui *n. 1. & ſub n. 2.* quem ſequitur Eſcacia *num. 77.* hoc ampliat in ſententia lata per latam culpam, quæ dolo æquiparatur, quæ nota, quia jam ſic practicavi. 77

Et ratio hujus limitationis ea eſt, quia ſententia lata per dolum judicis, nulla eſt, adeò ut non tranſeat in rem judicatam, Contard. *ſuprà, num. 7.* & Eſcacia *n. 78.* eſt ergo univerſalis, & communis limitatio ad omnes ſententias merentes executionem, ut illam omnimodo admittant, quando ſententia ex aliquo juris defectu nulla eſt, vel quando ſententia eſt evidenter injuſta, quæ nulli æquiparetur, quia quod nullum eſt, executionem non meretur. textus eſt, *in l. 4. §. condem. natum ff. de re judic.* Bald. *l. uni. columna 2. num. 5. verſ. denuo quæro, Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* Abb. *conſilio 15 in cauſa quæ paulò poſt, in princ lib. 2.* Marant. *in ſuo ſpeculo, part 6. actu 2. princ. in verbo & quandoque appellatur, limi. 6. n. 311. fol 505* Veſtrius *in practi. lib. 7. cap. 3. verſiculo ad ubi, ſub n. 6. fol. 195.* Eſca. *ubi proximè, n. 79. & ſequentib.* Lancelot. Robert. *de attent. 1. p. c. 12. limit. 25. num. 15.* Achilles Perſonal. *tractatu de adipiſ. poſſeſſ. n. 334. & 347. verſiculo præterea dato tomo. 3. p. 2. fol. 269.* Joan. Baptiſt Pontanus *tract. de ſpoliolib. 4.* & ex Bart. mente tenet latè Cæſar Contard. *in dict. leg. unica, limi 9. num. 2. Cod. ſi de moment. poſſ.* Zuch. *in l. fin. num. 447. C. de edicto Divi Adri.* Menoch. *de adipiſ. poſſ. rem 4. quæſt 100. num. 850.* quia diſpoſitio generalis non trahitur ad ea in quibus eſt evidens iniquitas. Plurimos citat Contard. ibi *d. limi. 9. nu. 4 & 14.* & nos dicimus latè *infrà, 3 part. cap. 9. per totum*, & variis etiam in locis ubi quam plures alios Doctores congeſſimus. 78 79

Secundo autem diſtinctionis membro quæſtionis principalis propoſitæ, nempe; quando ſumus in cauſis, à cujus diffinitiva ſententia appellatio prohibita eſt quoad utrumque effectum, & devolutivum, & ſuſpenſivum ſimul, admitto libentiſſimè opinionem illorum affirmantium, prohibitam appellationem à diffinitiva in aliqua cauſa, prohibitam non cenſeri ab interlocutoria, lata ſuper incidentibus, vel emergentibus articulis in ea, etiamſi ſit quodlibet gravamen, & non qualificatum, nempe; ut non habeat ejus interlocutoria vim diffinitivæ, nec ſit præjudicialis cauſæ principali; quod probo hoc ſolido & evidenti fundamento: quoniam tunc permittitur ab interlocutoria mera appellari ante diffinitivam: inter alias limitationes, nempe, quando gravamen per interlocutoriam illatum, non poteſt reparari per appellationem à diffinitiva, probatur in Concilio Trident. *ſeſſ. 24. de reformat c. 20.* ibi, niſi à diffinitiva, vel à diffinitivæ vim habente, vel ejus gravamê per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, *&c.*) text. etiam *in l. 2. ff. de appellat recipi. l. 13. tit. 22. part. 3. l. 3. titulo 18. lib. 4. recopil.* Bartol. *in d. l. 2.* ubi omnes cæteri Doctores. *in leg. Cod. de Epiſcopal. audient.* Rebuff. *in repetit. leg. quod. juſſit, num. 76. verſiculo. 3. quando damnum, &c.* Card. Tuſchus *1. tomo, conſilio 359.* Paz *in praxi 6. part. tomo. 1. in proœmio. num. 20. cum ſequentibus*, Carret *in practica crimin. in 2. tractatu de indiciis, & tortur. § circa quintum, nu 21.* Marſil. *in pract. §. nunc videndum, num. 2. & in §. exde ita, num. 70. & in l. 1. in princ, num. 14.* Catelianus Cota *in memor. verſiculo appellatione interpoſita inhil innova.* Anton. Gomez. *3. tomo variarum, c. de tortura reorum, n. 13.* Franc Marc. *deciſ 60. incip. quan. qualiter ſit perveniendum, n. 5.* Proſperus Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 38. num. 12. cum ſequentibus*, Bernard. Diaz *regul. 39.* Petrus Dueñas *reg. 52. fall. 2.* Rebuff. *ad concordata Franciæ, titulo de frivolis appell. in rubr. ſub gl. prima, in fin verſ. fallit quando gravamen. fol. mihi 688.* Lancelot. Robert *de attenta. 2. p. c. 12. limi. 1. n. 92.* cum aliis exactiſſimè adductis in ſpecie *ſuprà hac 2. p. c. 1.* ubi allegavi quamplurimos Doctores alios ultra hic citatos. *à princ.* 80 81

Ergo in caſibus in quibus nullo modo à diffinitiva permittitur appellare; gravamen illatum abſque dubio dicendum eſt irreparabile, per appellationem à diffinitiva, cùm nulla expecterur appellatio, nec remedium aliud, quæ ratio non convenit: ubi tantùm prohibetur appellatio quoad effectum ſuſpenſivum, cui nihil detrahitur, quominus poſſit de ſua juſtitia, & injuſtitia, ſeu gravaminibus, ſibi factis in prima inſtantia, à judice inferiore, pars docere coram judice ad quem, proſequando ſuam appellationem, ut omnia vel annullentur, reſcindantur, vel revocentur, licèt iterum ſententia diffinitiva ad executionem trahatur, non ideo impeditur appellatio, & ejus proſecutio, Et ſic non 82

poſſumus dicere tali caſu, non eſſe appellationem,quâ poſſit quodlibet gravamen reparari , quia quoad id,
83 integra manet appellandi permiſſio, ſed tantùm quoad executionem ſententiæ , quod eſt multùm diverſum, & nullum inconveniens , quominus appellatio ab ipſa interpoſita , deſinat reparare præcedens gravamen, prout probant manifeſtè Doctores ſupracitati pro parte negativa hujus quæſtionis principalis , ubi quam plurimos retuli , hoc ipſum evidenter ſentire , dum firmant quòd ubi datur appellatio devolutiva , non dici gravamen irreparabile , per appellationem à diffinitiva , ut ſecus eſſe videatur , quando quoad utrunque effectum appellatio eſt prohibita. Vide quæ diximus *ſuprà* , *à n.* 39. *cum ſequentibus* , *hoc cap.*

84 Et hanc noſtram opinionem fert Concilium Trid. *ſeſſ.* 13. *de reform. c.* 13 (quod hactenus numquam vidi ponderatum , nec etiam allegatum ad propoſitum.) quod poſtquam diſpoſuerat, ut ne in cauſis criminalibus appelletur ab interlocutoriis,ſequitur dicens (niſi gravamen hujuſmodi per diffinitivam ſententiam reparari,vel ab ipſa diffinitiva appellari non poſſit) qui Concil. Tridentin. locus intelligendus eſt , quando nullo modo appellari poteſt à diffinitiva , nec quoad ſuſpenſivum,nec quoad devolutivum:non tamen quando appellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ, & admittitur quoad devolutivum, quia tunc non poteſt dici,non poſſe appellari,ex his, quæ jam dicta ſunt.

Et quoniam Concilium Trident. dixit (vel ab ipſa
85 diffinitiva appellari non poſſit) & ubi in jure , vel diſpoſitione invenimus , appellari non poſſe ; intellie e debe mus de utroque effecte eſſe prohibitionem, tam devolutivo , quàm ſuſpenſivo , ſimul & ſemel; non tamen ſuſpenſivo tantùm , ita eleganter tenet Decius *in rubr. de appella. n.* 5. Rol. à Valle *conſilio.* 77. *viſo,n.* 16. *lib.* 2. Abb *in cap. ad reprimendum, de officio ordinarij* , quos referens ſequitur Lancelot Rob. *de attentat.* 2. *p. cap.* 12. *limi.* 25. *num.* 29. & idem *in eadem.* 2. *p. cap.* 12. *limi.* 53. *n.* 58. & hoc idem non obſcurè ſentit Petrus Surdus *deciſ.* 36. *n.* 21. *&* 22. *cum ſequentibus* , qui expreſsè loquitur,quando omnino denegatur appellationis recurſus , ubi diſputat , quid quando datur ad Principem ſupplicatio , quo caſu ab
86 emergentibus pariter dicit appellationem eſſe permittendam,quia ſupplicatio pendet à voluntate Principis, quod impoſſibile reputatur,*juxta l. apud Julia. § fin. de lega.* 1. *l. quis cum major. in prin. ff. de bonis l.* quem omnino vide per totam deciſionem ; ergo de appellatione omnimodo & abſolutè prohibita intelligendum eſt Concilium. Vide quod annotavimus *infrà* ; *num. hoc cap.*

Quod Tridentinum Concilium non ſine myſterio id decidit in criminalibus cauſis , ut ex eo patet , in quibus quando appellatio prohibetur , rarò , aut nunquam prohibetur , quoad effectum ſuſpenſivum tantùm,ſed quoad utrumque ſimul,ut in duce ſeditionum, notorio criminoſo , convicto confeſſo , virginum raptore, & ſimilibus *ſuo loco. infrà* , 3 *p.* dicendis , & ſic de his prohibitionibus intelligendum eſt.

Quo etiam ſenſu intelligendus eſt Egidius Boſſius *in tractatibus variis crimi. titulo de appell. n.* 10. *&* 11. ubi dicit , quòd licèt ubi prohibetur appellatio à principali , non etiam intelligitur prohibita ab acceſſoriis
87 & impenſis , ex Doctoribus *ibi* adductis per eum. Ubi autem prohibetur appellatio in delictis , non intelligitur prohibita ab incidentibus , ſeu emergentibus , ex
88 Bart *in l. arbitrio. in primis verbis, ff. qui ſatisdare cogantur*, quoniam quando in iſtis prohibetur , ſemper ferè eſt quoad utrumque effectum , & ſic ad ea , quæ frequentiùs accidunt jura adaptari debent,*l. nam ad ea , de legibus.*

Quo etiam ſenſu intelligendi ſunt Ang. *conſil.* 46. *incip. viſo puncto , n.* 7. *verſ. licèt autem. & conſil.* 188. *incipit ſed nunc num.* 2. Marant. *in praxi.* 6. *part. tit. de appellat. n.* 355. Hieronym. Gonzal. *in regul. reſerva. gl.* 9. § 1 *tit. de nullit. & attent. n.* 201. dicentes, ab interlocutoria ſumma cum ratione poſſe appellari; 89
quando à diffinitiva prohibitum eſt,rationem reddentes , quia gravamen interlocutoriæ non ſperatur poſſe reparari , per appellationem à diffinitiva , cùm ab illa non poſſit appellari : quæ ratio nullo modo convenit ei appellationi , quæ poteſt interponi , & ſequi coram ſuperiori , licèt interim ſententia exequatur , cui appellationi nihil detrahitur quoad hunc effectum , ut poſſit reparare gravamen , ita plures DD. intelligendi ſunt , non aliter , ut *ſuprà* diximus.

Quo etiam modo intelligitur quod dicunt Archi- 90
di. Joan. Anton. & Geminian. *in c. ut inquiſitionis , de hæret l.* 6. dicentes , quòd licèt hæreticus non poſſit appellare à diffinitiva ; poterit tamen appellare ab interlocutoria , in eadem cauſa lata , quia cùm his in caſibus appellatio prohibita ſit , quoad utrumque effectum,nimirum ; gravato per interlocutoriam permittatur appellatio , quia ex quo nullum habet recurſum poſt ſententiam diffinitivam , æquitas , quam in hujus quæſtionis membri reſolutione ſequutus fui , ſimul cum juris ratione ſuadet, ut omnes cauſæ particulæ rimentur , & iterum ac iterum inſpiciantur , & juſtificentur eò modo , ut quando deveniatur ad diffinitivam,veritas eluceſcat , & nullum dubium, & obſcuritatem habeat , eáque prolata , ſine ſcrupulo ad execu-
tionem,non admiſſa appellatione,queat deveniri ; pro 91
quo expendo textum famoſum *in l. ne cauſas , Cod. de appellat.* ibi , quoniam verendum eſt , ne lis incognito negotio dirimatur , adempta copia conquerendi , *&c.* (*juncta l.* 1. *ff. à quibus appellare non licet,* quæ notant gl. & Doctores *in d. leg ne cauſa* , ideóque prædictorum omnium Doctorum Doctrina procedit; quando ſibi aliquo appellationis remedio gravato non poteſt provideri ; ſecùs autem eſſet, ſi eo providere valuiſſet ; ut benè reſpondet,& intelligit Menoch. *de adiſpiſcen. poſſ. rem.* 4. *n.* 817. & præcipuè *n.* 819. quem vide.

Et tandem hæc noſtra opinio probatur ex text. ar 92
gumento *in l.* 1. § *quæſitum* , *ff. de appellat.* ibi , ſi quis forte interloquutus fuerit Principem ſe conſulturum; cum poſſit poſt reſcriptum provocare) per quem text. & per l. 2 ubi gloſſ & B. *de appell recipi.* & Bald. *in l.* 2. *C. de Epiſcopa. audi.* dixit Anton. Natta *in conſ.* 121. *n.* 4. quod omnino dicitur gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva illud , à cujus diffinitiva non appelletur , quia eſt prohibitum ; & ita à prædicto gravamine appellari poſſe.

Igitur in quæſtione principali duæ ſunt regulæ con- 93
ſtituendæ Prima regula ſit , judicem Eccleſiaſticum vim non facere , non deferentem appellationi emiſſæ ab interlocutoria, lata ſuper articulis incidentibus,vel emergentibus in cauſa , à cujus diffinitiva,ſeu negotio principali non admittitur appellatio quoad unum effectum,ſuſpenſivum ſcilicet ; quam regulam admittas
cum declarationibus ſuprapoſitis in primo diſtinctio- 94
nis membro quæſtionis principalis. Secunda regula ſit , judicem Eccleſiaſticum vim evidentem facere , ſi negaverit, recuſaveritve deferre appellationi ab interlocutoria , quovíſve alio gravamine , emiſſæ in cauſæ proſecutione , à cujus diffinitiva nullo modo admittitur appellatio, nec quoad effectum ſuſpenſivum , nec etiam quoad devolutivum : quæ regula colligitur ex ſecundo membro diſtinctionis præfatæ quæſtionis noſtræ.

Et ad complementum , atque omnimodam perfe- 95
ctionem noſtræ reſolutionis , illud debes annotare, quòd inter noſtros,in quas itum eſt ſententias , alij ut in poſſeſſoriis de jure civili appellatio ſit prohibita, quoad ſuſpenſivum effectum dumtaxat, alij verò directò contrariam opinionem tenuêre,ut ſcilicet ; ſit pro-

hibita

hibita quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum simul. quam magna Doctorum caterva fuit amplexa, quorum nomenclaturam recensemus, *infrà, 3. p. c. 12. verf. ultra quos hanc. insuper, à num. 63.* quam communem, & magis communem esse quamplures affimarunt, de quo vide ibi: qua opinionea tenta nihil mirum, ut nonnulli Doctores asseverassent, à sententia interlocutoria lata in possessorio appellationem habere utrumque effectum, ex eo moti, quia à diffinitiva prohibita extat (ut plurimi putarunt) quaod utrumque effectum, & sic hac opinione attenta, illi Doctores in nostra quæstione rectè procedunt, & loqui dicendum erit, juxta ea, quæ hactenus dicta sunt, & quæ nos advertimus *d. c. 12. in d. 3. p.*

CAPUT VII.

A sententia adversam qualitatem habente, alia quæ prohibet, alia appellationem permittens, si appellationi emissæ judex in totum non deferat: an violentiam facere dicatur? & quid quando una qualitas apponitur conditionaliter ad aliam, aut etiam successivè.

SUMMARIUM.

Appellationi à tota sententia an sit deferendum, quæ partim prohibet, partim permittit appellare, n. 1.

Favor & odium ubi concurrunt, dispositio an censeatur odiosa in totum, n. 2.

Sententia, quæ partim prohibet appellationem, partim verò permittit, continet favorem, & odium; n. 3.

Regula negativa, & permissiva ubi concurrunt; quæ sit sequenda, n. 4.

Privilegiis duobus concurrentibus, alio permissivo, alio prohibitivo, quid attendendum, n. 5.

Obligationes duæ ubi concurrunt in eadem persona, potentior alteram vincit, & perimit, n. 6.

Negativum potentius est affirmativo, n. 7.

Negatio plus negat, quàm affirmat affirmatio, n. 8.

Magis dignum trahit ad se minùs dignum, n. 9.

Negativa præcepta magis efficaciùs obligant; & adstringunt, quàm affirmativa, n. 10.

Qualitas potentior præponderat, & prædominatur, numero 11.

Res à potentiori denominatur, n. 12.

Feudum ex gratia, & pecunia, si gratia præponderat pecuniæ, gratiosum dicitur, n. 13.

Qualitatis virtus est, rei naturam immutare, n. 14.

Eamque in diversam speciem convertit, n. 14. & 15.

Qualitas adveniens enti, reponit illud in diversam naturam, n. 16.

Qualitas formam ostendit, n. 17.

Alienationis immobilium prohibitio, & mobilium permissio, si simul conjungantur, prohibitio ad se trahit permissionem, n. 18.

Hæreditas, quid est universum, apta comprehendere mobilia, & immobilia, n. 19.

Tutor an sine decreto possit alienare, & repudiare hæreditatem, quæ habet mobilia, & immobilia, n. 20.

Sententia est individua, n. 21.

Sententia non potest pro parte valere, & pro parte non valere, n. 22.

Res una non potest diverso jure censeri, n. 23.

Res una non potest contrarios effectus operari, n. 24.

Causa dicitur criminalis, si pœna pecuniaria applicatur fisco, n. 25.

Prohibitione appellationis, & permissione simul in sententia concurrentibus, in totum esse appellationem prohibitam, qui censeant, n. 26.

Mixtura ratione appellatio multoties permittitur à tota sententia, n. 27. & n. 28.

Prohibitio appellationis, & permissio si in sententia concurrant, in totum esse deferendum, probatur, num. 28. & seqq.

Cap. super quæstio. si verò, §. de officio deleg. *ponderatur. ibid. & n. 122.*

Clausula (appellatione remota) non transit in subdelegatum, n. 29.

Compositum ex diversis speciebus non habens certam naturam quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius assumit, n. 30.

Qualitas naturalis, & accidentalis ubi concurrunt, illa hanc trahit, n. 31.

Pupillo, cui supervenit furor, non est dandus curator, numero 32.

Appellationis permissio uti qualitas naturalis est cujusque causæ, n. 33.

Appellationem non esse permissam in aliquo casu, qui asserit probare tenetur, n. 34.

Favor, & odium quando simul concurrunt, an dispositio tota judicetur favorabilis, n. 35.

L. 1. § veteris, ff. de acquir. possess. *interpretatur, n. 36. & 37.*

Qualitas contraria ubi concurrit, an attendatur potiùs permissiva, n. 38.

Et quid si concurrant in diversis subjectis. numero 39. & 40.

Statuto disponente non posse inquiri contra advocatum, alio autem, quòd contra militem inquiratur, si aliquis miles, & advocatus, an delinquens patiatur inquisitionem, n. 41.

Qualitas negativa appellationis, & permissiva ubi sine complicatæ, esse in utraque admittendam, qui tenent, num. 42.

Mixtura ratione in causa possessorio in totum admittitur appellatio, n. 43.

Causa negativa, & permissiva appellationis concurrentes in sententia, an sit in totum deferendum, variè, & confusè loquuntur Doctores, n. 44.

Qualitas negativa, & permissiva appellationis concurrens circa idem inseparabile, in totum denegatur appellatio, num. 45.

Qualitatis diversitas affirmativa, & negativa appellationis concurrens circa diversas sententias, & separabilia capitula, unaquæque suum effectum operatur, n. 46.

Qualitatis diversitas appellationis permissivæ, & prohibitivæ, quando circa idem concurrat, ut appellatio in totum admittatur redduntur exempla, numero 47. 48. & n. 49.

Qualitates contrarias circa idem suos effectus operari, monstrosum est; n. 50.

Res una circa seipsam non potest diversa jure censeri, numero 51.

Qualitas debitor cedit potentiori, ubi utraque concurrit. num. 52.

Sententia tot, quot capitula, & quando, n. 53.

Retractatus an locum habeant, ubi simul venduntur res immobiles. n. 54.

Condemnatus ad salarium, & aliam rem, exequitur sententia pro salario, & non superre, n. 55.

Appellatio à sententia respectu possessionis ex leg. fin. Cod. de edicto Divi Adri. *non admittitur, respectu autem fructuum, & interesse sic, numero 56. & 57.*

Doctoris dicta debent intelligi secundùm jura ab eo citata, n. 58.

Fructuum, damni, aut interesse respectu sententiæ super possessorio non suspenditur per appellationem, sed respectu possessorii duntaxat, n. 60.

Quæ opinio communis, & verior est. n. 61.

Appellationi à ſententia reſpectu poſſeſſionis momentaneæ minimè defertur, licet reſpectu fructuum ſic, n. 62.
Quod extenditur etiam reſpectu fructuum futurorum, ut in exemplo, n. 63.
Sententiæ tot ſunt, quot cauſæ, & capitula ſeparabilia, num. 64.
Stipulationes tot ſunt, quot ſpecies ſeparatæ, n. 65.
Qualitas utraque prohibitiva, & permiſſiva appellationis operatur in ſuo capitulo ſententiæ diverſo, n. 66.
Sententia poteſt pro parte valere, & pro parte non, ubi ſunt plura capitula ſeparata, n. 67.
Summæ ex diverſis cauſis an coacerventur, ut faciant ſententiam appellabilem, n. 68.
Sententiæ tot ſunt, quot ſummæ ex diverſis cauſis debitæ, n. 69. ubi de exemplo.
Sententiæ tot ſunt, quot annuæ penſiones, & diſtinctæ in petitione, n. 70.
Statuto ſtante, ut bannitus pro centum offendatur, an duæ cauſæ diverſæ poſſint conjungi, ut faciant centum, & queat offendi, n. 71.
Fructus, aut intereſſe non computatur in ſorte principali ut aſcendat ad ſummam appellabilem, & commiſſibilem per Rotam, n. 72.
Summæ plures petitæ ex eadem cauſa, & obligatione ſimul coacervantur, ut aſcendant ad ſummam appellabilem, num. 73.
Vtile non vitiatur per inutile in rebus diverſis, n. 74.
Favor, & odium ubi concurrunt circa idem, an tota diſpoſitio judicetur favorabilis, n. 75.
Qualitas favorabilis, & odioſa qualitas concurrentes circa ſeparabilia, unaquæque ſuum effectum operatur, num. 76.
Diſpoſitio una reſpiciens plures perſonas ex diverſis capitibus, favorabilis, & odioſa extenditur, & reſtringitur juxta ſuum caput, n. 77.
L. generaliter 5. ff. de fidejuſ. *interpretatur, n. 78.*
Illatio non fit à ſeparatis, & diverſis, n. 79.
Communio diſſenſionem præſtat, & pacem turbat, n. 80.
Res eadẽ diverſorũ reſpectu poteſt diverſo jure cẽſeri, n. 81.
Contraria poſſunt ex eadem re procedere ex diverſis reſpectibus, n. 82.
Cauſa eadem interdum eſt diverſorum effectuum diverſis rationibus, n. 83.
Reprobare poſſumus, quod approbavimus diverſis reſpectibus, n. 84.
Damnũ & præmiũ poteſt quis conſequi ex eodẽ facto, n. 85.
Appellationi à ſententia adverſam qualitatem habente circa idem, non eſſe deferendum à neutra parte ſententiæ, regula conſtituitur, n. 86.
Appellationi à ſententia adverſam qualitatem habente circa diverſa capitula, partim deferendum, & partim non, juxta uniuſcujuſque qualitatis naturam; regula proponitur, n. 77.
Mixtura ſuper poſſeſſorio, & proprietate recipit in totum appellationem, n. 88. & ſeqq.
Cauſa proprietatis abſorbet, & ſupprimit cauſam poſſeſſionis, n. 89.
Sententia denominatur à potentiori, cui magis incaleſcit, n. 90.
Mixtura poſſeſſionis, & proprietatis in ſententia, ſive proveniat ex natura poſſeſſorij, ſive extrinſecùs; quia permittitur agi de proprietate; appellationem permittit in totum, n. 91.
Poſſeſſionis cauſam quando abſorbeat cauſa proprietatis, remiſſivè, ibid.
Mixtura poſſeſſorij, & petitorij quatuor modis poteſt conſiderari, n. 92.
Mixtura ut admittat appellationem, attenditur ſententia dumtaxat, n. 93.
Mixtura quæ contingit in ſententia, tripliciter conſideratur, ibid.
Sententia lata in poſſeſſorio pro actore turbato, & ſuper proprietate pro reo na ſententia poſſeſſorij ſit exequenda, n. 94 & quid in profanis, n. 95 & 96.
Sententia in beneficialibus lata ſuper poſſeſſorio pro actore turbato, & ſuper petitorio p o reo ſi ſuper utroq; eſt actũ an ſententia ſuper poſſeſſorio ſit exequenda, n. 97. & 98.
Sententia lata pro reo turbante ſuper poſſeſſorio, & pro actore ſuper petitorio; an ſententia ſuper poſſeſſorio ſit exequenda, n. 99. & 100.
Qualitatum diverſitas prohibitiva, & permiſſiva appellationis ſi cõcurrat circa principale, & acceſſorium, attẽditur cauſa principalis, à qua regulatur acceſſoriũ, n. 101.
Sententia lata ſuper principali, & fructibus rei, ſi res non recipiat appellationem, nec fructus, aut intereſſe, ibidem, & n. 102.
Appellatio prohibita ſuper principali; intelligitur etiam prohibita ſuper acceſſorio cõtẽto in eadẽ ſentẽtia, n. 103.
Articulus incidens regulatur juxta naturam principalis cauſæ, n. 104.
Mixtura poſſeſſorij, & petitorij recipit appellationem, quia petitorium uti majus ad ſe trahit poſſeſſoriũ. n. 105.
Poſſeſſorium venit acceſſoriè ad cauſam proprietatis, ubi ſimul tractantur, n. 106.
Mixtura non operatur permiſſionem appellationis, quando petitorium incidenter tractatur in poſſeſſorio n. 107.
Titulus, aut dominium quando limitatè deducitur ad poſſeſſionis juſtificationem tantùm, appellatio non ſuſpendit poſſeſſorium, n. 108.
Mixtum non dicitur poſſeſſorium ſed merum, quando titulus deducitur ad juſtificationem ejus n. 109.
Petitorium intentare aliud eſt, aliud verò poſſeſſorium juſtificare cum titulo, ubi cauſæ natura ita poſtulat, n. 110.
Mixturæ ratio ceſſat, ubi nullitas acceſſoriè continetur in ſententia, n. 111.
Appellabilitas pendet ab eo quod principaliter agitur non ab acceſſorio, n. 112.
Principaliter quod agitur, ſemper attenditur, non quod ſtat acceſſoriè, & conſecutivè n. 113.
Liquidationis articulus veſtitur natura executivi judicij, cui incidit, n. 114.
Acceſſoria cauſa non debet mutare naturam principalis, ſed econverſo, n. 115.
Prohibito aliquo, prohibentur omnia, per quæ pervenitur ad illud n. 116.
De acceſſoriis idem eſt judicium, quod de principali etiam in iis, quæ ſunt ſtricti juris, n. 117.
Fructuum in poſſeſſorio, quæ non veniunt, ut in leg. fin. Cod. de edicto. Divi Adri, *facta condemnatione, veniunt æquè principaliter, non acceſſoriè, n. 118.*
Fructus ſuapte natura exigunt interdicta, n. 119.
Et in iis fructus veniunt acceſſoriè, n. 120.
Fructus ſequuntur naturam judicij poſſeſſorij, quando veniunt acceſſoriè ad illud, n. 121.
Fructuum à condemnatione non ſuſpendit appellatio poſſeſſorium, quando in diverſis capituli ſunt appoſiti, ibid, Cap. ſuper quæſtionum. §. ſi vero de officio delegati. *interpretatur, n. 122. & ſeqq.*
Permittitur appellatio, quando cum judice à quo non poteſt appellari, ſimul judicat alter, à quo appellatur, n. 123.
Ab alimentorum ſententia continente exceſſivam taxationem, an appelletur, n. 124. remiſſivè, & n. 125.
Liquidum ſententiæ, aut inſtrumenti guarentigiati exequitur ſuſpenſo illiquido, n. 126.
Tertius, cujus exceptiones jure regio examinantur in via ordinaria, an poſſit impedire appellans executionem ſententiæ de remate *latæ, non obſtantibus tertij oppoſitionibus, n. 127. 128 & 129.*
Qualitatum diverſitas concurrens circa diverſas perſonas, operatur unaquæque juxta ſuam naturam, n. 130.
Sententiæ addictionis latæ contra debitorem, executio ſuſpenditur reſpectu tertij oppoſitoris, qui ab ea appel. n. 131.
Qualitatum diverſitas prohibitiva, & permiſſiva appellationis concurrens ſucceſſivè, quæ ſit attendenda, n. 132.

Exhibendi ſententia non recipit appellationem, ibid.
Subrogatum ſortitur naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur n. 133.
Sententia ſubrogati in locum ejus, à cujus ſententia non appellatur, an recipiat appellationem, n. 134.
Stipulatio ad aliquid faciendum, eſt individua, n. 135.
Subdelegatus à delegato cum clauſula (appellatione remota) non poteſt cum eadem clauſula procedere, à num. 136.
Stipulatio, navem facere promitto, & ſi non fecero, centum, duæ ſtipulationes ſunt, n. 137.
Qualitas appellationis appoſita conditionaliter ad aliam diverſa dicitur, tamen una ab altera dependens, pura prior, conditionalis ſecunda, n. 138.
Qualitate priori oppoſita conditionaliter in ſententia non purificata, ſola ſecunda remanet in ſententia, quæ ſola attenditur, n. 139.
Cauſa peremptæ qualitas ei injuncta non ſubſiſtit, n. 140.
Sententia ita concepta, (ſi non exhibeat, tot ſolvat) eſt conditio proteſtativa, cujus defectus per appellationem manifeſtatur, n. 141.
Qualitas, quæ ob defectum conditionis ſola remanet in ſententia; attenditur quoad prohibitionem, vel admiſſionem appellationis, n. 142.
Natura ejus alternativi, quod ſolùm remanet in diſpoſitione; attenditur, ibid.
Petitorium abſorbens poſſeſſorium attenditur ad affectum appellandi, n. 143.
Qualitates diverſæ appoſitæ in ſententia operaturæ una poſt alteram, diverſis temporibus, & reſpectibus attenduntur, & operantur, n. 144.
Sententia, qua miſſio in poſſeſſionem ex lege fin. *datur, additúrque, ut ea apprehenſa pro indiviſo fiat partitio inter cohæredes, non dicitur mixturam continere, n.* 145.
Judex non poteſt eſſe ſubrogatus, qui principaliter non poteſt eſſe, n. 146.
Subrogati ut idem ſit jus, requiritur paritas rationis in utroque, n. 147.
Exhibere condemnatus, & in defectum juretur in litem, poteſt appellare, n. 148. *&* 149.
Sententia an poſſit exequi pro pœna appoſita in caſu non paritionis, n. 150.
Pœnæ corporalis commutatio ob defectum pecuniariæ, an ſit exequenda, n. 151.
Pœnæ commutatio ob defectum pecuniariæ quando ſit facienda, n. 152.
Qualitas quæ remanet in ſententia, exequitur qualis illa ſit, ſi ſententia ſit tranſacta in rem judicatam, n. 153.
Sententiæ ad tentum; quæ ſi non ſolvat intra menſem, condemnet ad triremes, tranſacto termino fiet executio in pœna corporali, n. 154.
Qualitatis diverſitas, ſeu mixtura circa admiſſibilitatem appellationis appoſita in libello non attenditur, ſed in ſententia, n. 155.
A ſententia data ſuper poſſeſſorio non appellatur, licèt actum fuerit ſimul de petitorio, n. 156.
Poſſeſſorium recuperandæ dumtaxat ſi ſit intentatum, & judex pronuntiet ſuper l. ſi quis in tantam, *licèt appellari, n.* 157.
Qualitas extra ſententiam attenditur, quando lata ſit ſimpliciter ſuper remedio poſſeſſorio habente indiviſibiliter cauſam proprietatis annexam, n. 158.
Sententia lata generaliter reſtringitur ad proſequuta, numero 159.
Sententia in poſſeſſorio regulatur à petitione, quando poteſt recipere petitionem juxta formam libelli, n. 160.
Qualitas ſententiæ non attenditur, quando appellatio ſemel fuit facta appellabilis, n. 161.
Doctores vix tangunt quæſtionem, an ſit appellandum à ſententia continente diverſam qualitatem generaliter, ſed ſpecialiter tantùm in uno articulo, ſcilicet, mixturæ poſſeſſorij, & petitorij, n. 162.

CUM hanc quæſtionem loco regulæ ſcribamus, quæ omnibus ſententiarum ſpeciebus valet convenire: ideò nec inconveniens, nec inutile erit, neque ordinem perturbare videbitur, ſi eam hoc loco inferamus, & ad partes diſputemus. Et pro negativa: judicem Eccleſiaſticum vim nullam facere, ſi appellationi hujuſmodi recuſaret, deferre in totum etiam ab ea parte, à qua appellatio permiſſa eſt, probatur primò, quando in aliqua diſpoſitione concurrunt favor, & odium, ea cenſetur ſimpliciter odioſa: tenet Joannes Andr. *in c. ult. ſuper gloſſ 5. quæ eſt in verbo ſimilibus*, & ibi quoque Petrus Ancharra. Domini Philipp. Franc. *ſuper eadem gloſſ. de verb. ſigni. lib. 6. Bald.* Bald *in l. 1. col. 1. verſiculo etiam nota quòd privilegium, ff. de conſti. Principum*, Nicol. Millis *in ſuo reperto. in verbo vel dicitur favorabilis*, & iterum *in verbo privilegium ſi unam*, ſed ſententia, qua concurrunt appellationis permiſſio, & prohibitio, odium & favorem concurrere conſtat, favorem nempe; ex parte permiſſionis, odium verò ex parte prohibitionis, ut vulgare eſt; ergo hæc prohibitio ſimpliciter, & in totum ſequenda eſt, ac propterea in totum eſſe ſententiam inappellabilem, & per conſequens vim nullam, ſi non deferatur. 1 2 3

Secundò & pro hac eadem parte fortiter facit: nam ubi reperiuntur duæ regulæ, una affirmativa, & alia negativa, hanc potiùs ſequendam, & attendendam eſſe, probat textus *in l. tutor quoq; 3. in ordine, §. liberti, verſiculo ſed ſi patronum ſuum, ff. de ſuſpectis tutoribus, juncta l. 1. §. conſequens, eodem tit.* per quæ jura ita traduntur hanc doctrinam Jacob. de Areti Dinus, & Bart. *in priori lectura*, quod etiam ſequitur Alex. *in l. ſi convenerit, col. 1. ff. de re jud.* & ibi concurrunt duo privilegia, aliud prohibitorium, aliud permiſſivum, illud potiùs prævalere, & ſequendum eſſe, *l. ſi Reſſin. vir. clariſſimus*, & ibi Bald. *in princ.* Raphaëlis Fulgo. Alex. Franc. Areti. & Jaſ. *Cod. de teſtam. militis*, & idem eſſe in duobus ſtatutis affirmat Socin. *conſil. 79. ſi eſſemus in terminis, col. 4. verſ. confirmatur, quia hic, l. 4.* Rebuff. *in repet. l. boves, §. hoc ſermone, 7. limit. n. 6.* ergo in noſtro caſu ſimiliter dicendum eſt, prohibitionis ſententiæ, non permiſſionis eſſe inhærendum. 4 5

Probatur tertiò, quando duæ obligationes, vel ſententiæ concurrunt in eadem perſona circa idem, potentior alteram vincit, & perimit: text. eſt *in l. generaliter*, ibi. quia rei obligatio plenior eſt, *quinta in ordine. ff. de ſi teſtat. & mandatori. cum aliis.* Sed robur negativæ vitibus multò fortius eſt, & potentius quàm robur affirmativæ, ſive permiſſivæ, ut dicunt Alberi. & Paul de Caſtro *in l. hoc genus, ff. de condit. & demonſt.* Philip. Dec. *in c. nam concupiſcentiam, de conſt. col. 1. in 3. nota. in 1. lectura*, quia plus negat negatio, quàm affirmat affirmatio, *l. quidquid adſtringenda, l. luminum §. vit. ff. de ſervi. urbanor. prædi.* & quod habetur *in l. is, qui aucena, §. ſed utrùm, ff. de rebus dubiis, & l. filius familias donare, §. denuli ff. de dona. juncta l. alienarum, §. donationis*, & ibi gloſſ. *ff. de verb. ſignif. l. 1 §. editione*, & ibi Bald. poſt Raine. *ff. de edendo, l. eum qui, §. ſi libertus de jurejur. juncta l. ſi juravero, ff. de jure patrona.* & voluit gloſſ. *in cap. cùm dilectus, in verbo ſuſpenſis, verſic. alij dicunt, & melius*, & ibi Anton. *de conſuetudine*, Bald. *in prœmio decretalium, col. 4. verſic. item potentius*, ubi & ad hoc allegat legem *Sabinus, ff. communi dividundo*, Socinus, *in l. ſervi electione, col. ult. ff. de leg. 1.* Jaſ. *in l. ſi arrogator, col. antepenult. verſic. 3. contra deciſ.* & ibi ad idem contra, *ff. de adoptionibus*, Auguſt. Bero, *in c. 1. col. 1. de rebus Eccleſ. non alienan.* ergo pars negativa, & prohibitiva, in ſententia ut fortior, atque potentior, in totum debet opprimere, & confundere partem permiſſivam, & affirmantem appellationis. 6 7 8

Quartò & huic parti proderit, quia magis dignum trahit ad ſe minùs dignum, text. *in cap. per tuas, cap.* 9

contingi

contingit, de arbi. c. 2. de conſecratione Eccleſ. vel alta. Gonzal. *in reg. de reſer. gloſſ.* 18. *n.* 9. juxta ea quæ adducit Covar. *in practi. q. cap.* 36 *n.* 5. *verſiculo tertio opportune quæritur*, ſed præcepta negativa magis digniora ſunt affirmativis, cùm potentiùs, & efficaciùs obligent, & magis præcisè adſtringant, quam præcepta affirmativa, ut tenet Archidiac. *in c. ſi peccaverit* 2. *q.* 1. quem ſequitur Panormitan. *in cap. novit. col.* 12 *verſ. ſecundò quæritur, an quilibet, de judiciis*, & quod ſcribit Raph. Fulgo. *in l. juriſgentium*, §. *ſed ſi fraudandi, per gloſſ. ibi, ff. de pactis*, & quod notatur *in c. ut circa, de election. in* 6. & per Bart. *in l. ſi pluribus, ff. de lega.* 2. & eſt text. *in l. ſi ſervit. ff. de ſervitut. urbanorum prædiorum.*

Quibus accedit, quòd qualitas major, & potentior præponderat, & dominatur, ut latè per Hierony. Gonzales *ubi ſuprà, n.* 15. *cum ſeqq.* & major pars prædominans, magis attenditur, *l. quæritur, ff. de ſtatu hominum*, argumento *l. quod major, ff. ad municipalem, l. ſed & ſi rem*, §. *l. quidquid.* § *fin. ff. de acquirendo rerum domi.* & quia res diverſæ qualitatis ſemper à potentiori denominatur, text. *in d. l. quæritur*, Jaſ. *in l.* 1. *in princ. n.* 21. *ff. de verborum oblige.* Roland à Valle *conſil.* 23. *ex num.* 26. *vol.* 1. ubi ex Bal. & aliis dicit: quòd feudum conceſſum ex gratia, & pecunia, ſi gratia præponderat pecuniæ ſolutæ, dicitur gratia, & beneficium, qui alia ad propoſitum trahit, ergo ſententia debet prænominari à prohibitione, ut potentiori, & eam omnino inappellabilem, & prohibitivam reddere, maximè cùm hæc ſit virtus qualitatis cujuſvis, quæ ſi adjecta ſit rei, imitatur ejus naturam, *cap. debitores, c. cùm contingat, de jurejuran. l. quamvis, C. de pactis*, Rota *dec.* 32. *num.* 8 *de præb. in antiq.* Afflict. *dec.* 112. *n.* 5. *&* *dec* 248. *numero* 8. poſt plures, quos allegat Alexand. 8. *conſil.* 19. *n.* 2. *libr.* 1. Brunus *conſil.* 112. *ſub num.* 6. Ruin. *conſil.* 20. *num.* 7. *lib.* 1. eamque in diverſam ſpeciem reponit, *l. jus civile ff. de juſt. & jure*, ubi habetur, quòd ſi jus poſitivum addit juri naturali, facit illud deſinere jus naturale, & eſſe jus poſitivum & civile, *l.* 1. §. *ſi quis ſimpliciter, verſi ulo cum additur, ff. de verb. oblig.* ubi notat Jaſ. *n.* 4. Bald. *conſil.* 328. *n.* 8. *lib.* 1. *l. quæſtionum*, §. *illud. ff. de lega.* 3. *l.* 1. *ff. de donatio.* Abb. *in cap. conſuluit, num.* 2. *de Judæis*, Andr. Barb. *in tract. de præſtantia Card. parte* 1. *quæſt.* 1. *num.* 12. *cum ſequent.* Natta *conſil.* 139. *num.* 6. Aymon. Craveta *conſil.* 24. *num.* 54. Gozadi *conſil.* 84. *num.* 12. Gonzalez *in regul. de menſis. & altern. gloſ.* 92. *n.* 8 *cum ſequenti.* Pariter qualitas adveniens enti, reponit illud in diverſam naturam, *cap. ſtatutum. de elect.* *in* 6. Bart. Jaſ. & cæteri *in d. l. jus autem civile, de juſtitia & jure*, Meno. *de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 11. *num.* 13. *cum ſequentib.* qualitatem namque dicimus, quæ formam oſtendit, ut bonitas, vitium, *&c.* quas qualitates eſſe diximus *l. certum*, ubi gloſſ. & Doctores *ff. ſi certum petat. & in l. ſtipula, cum l. ſequenti de verbor obligat. &* hanc qualitatem, naturam noſtri aliquando appellant, Bald. *l. etiam, Cod. de executione rei judi.* ex quibus omnibus ſatis probatum eſt, appellationi à ſententia, ſeu cauſis, diverſam qualitatem habentibus, alia, quæ prohibet, altera, quæ permittit appellationem, vim non fieri poſſe, ſi judex Eccleſiaſticus nullo modo deferat.

Et quintò probatur, quia prohibitio alienationis in immobilibus, & permiſſio in mobilibus, cùm ſimul permiſcentur in unum, prohibitio trahit ad ſe permiſſionem, & omnia cenſentur prohibita, ut tenet Cornel. *conſil.* 236. *diligenter, col. penult. verſic. nec etiam obſtat, junctis quæ edent. libro* 4. quapropter cùm tutori prohibitum ſit, alienare bona immobilia ſine decreto, & permiſſum mobilia, *C. de prædi. min. per totum, & ff. de rebus eorum* & pupillo deferatur hæreditas: quæ eſt quædam univerſitas apta comprehendere mobilia, & immobilia: non poteſt ſine decreto repudiare, & reperitur eadem ſolennitas ex natura propriæ aptitudinis, ut ad verbum ſcribit Bald. *in l. bonorum, in* 3. *q. C. qui admitti,* ex Bart. *in l. tutor. ff. de bonorum poſſeſſ.* de quo etiam per Cornel. *ſuprà alias relat. conſil.* 11. *hic lib.* 3. ergo prohibitio omnino alterat naturam permiſſionis, ſi in unum concurrant.

Quæ pars fortior, & evidentior redditur; maximè cùm ipſa ſententia non queat dividi, ad hoc ut pro parte admittatur appellatio, & partim rejiciatur, quia ſententia eſt individua, ſecundùm Bart. *in l.* 1. *circa medium, C. ſi in communi, eadémque cauſa integr. reſtit. & in l.* 1. *ſi unus ex pluribus appellat*, idem *in l.* 1. *C. ſi adverſus rem judi. in prima col.* & Bertachi. *in reperto verbo ſententia prima, n.* 10. & ideo dici ſolet, ſententiam non poſſe pro parte valere, & pro parte non valere, text. expreſſus *in l. in hoc judicio*, ibi, quia non poteſt ex uno, eodémque judicio, res judicata in parte valere, in parte non valere, *ff. familiæ erciſcundæ*, & faciunt quæ adducit Tiraq. *de utroque tract. ad fin. n.* 144.

Probatur deinde, quia una & eadem res non poteſt diverſo jure cenſeri, *l. cum qui ædes, ff. de uſucapio. l.* 1. *verſiculo nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, l. pater*, § *ſi ſervus, ff. de caſtrenſi peculio, c. cognoſcimus, in fin.* 12. *quæſt.* 2. *de electione, l. jam hoc jure ff. de vulgari, & pupi. l. Titiæ. ff. de conditio. & demonſtr.* & multò minùs poterit duplici, & contrario jure cenſeri: quia unum & idem non quit contrarios effectus operari, *l. jus noſtrum, ff. de regul. juris, l.* 1. *C. de lati. lib. tol. cap. ſi quis cum in ægritudine*, 58. *diſtinct. cap.* 2. *verſic. ſed adhuc*, & ibi gl. *verbo incomparabilia de Baptiſmo*, ſed ab una, eadémque ſententia admittere appellationem, & reiicere contrarium, eſt minimè admittendum.

Et hanc partem ſequi videtur Papien. *in forma libelli quo agi. de turba poſſeſſ. col.* 2. & Alex. *in conſil.* 82. *colum.* 1. *ad fin.* quos refert Egid. Boſ. *in tr. de variis crimi. tit. de appellat. num.* 8. *cum ſeqq.* ubi dicit, quòd ſtante ſtatuto prohibente appellationem in cauſis criminalibus, (ſuppoſita tamen vera, atque vulgari doctrina, de qua per Doctores paſſim: cauſam, cui imponitur pœna pecuniaria applicata fiſco, dici criminalem, non civilem) ideò ſi in ſententia, quis ad pecuniam condemnetur, partim parti applicata litiganti; partim verò fiſco, tunc in totum (affirmat Boſſius ubi *proximè*) appellationem non prohibitam eſſe, ex eo, quia magis potens trahit ad ſe minùs potens *ex d. l. cum quæritur, de ſtatu hominum*, quos in noſtris terminis loqui paret, & idem probant Alex. *conſ.* 123. *n.* 2. *volum.* 5. Bald. *conſil.* 141. *verſic. illud & in omnibus, l.* 1. Franch *in cap. ſi duobus. num.* 7. *de appellatio.* Capicius *deciſ.* 34. *verſ. judex*, Michel *dec.* 34. *&* *deciſ.* 17. Verak. *deciſ.* 131. *p.* 2. Marq. *de commiſſio. p.* 1. *cap.* 21. *num.* 65. *fol.* 239. qui dicunt, quòd ſi ab uno capitulo denegetur appellatio, tamen extante unione, & connexitate alterius, multoties permittitur appellatio ab utroque ratione mixturæ, de quo *inferiùs, à n.* 88. *cum ſeqq.*

Contrariam tamen opinionem, imò appellationi à ſententia diverſam qualitatem habente; appellationis prohibitivam, & permiſſivam, penitùs & in totum deferendum eſſe non minùs fortia, ingentia, & indiſſolubilia fundamenta urgent, pro qua & primò expendo text. *in c. ſuper quæſt* §. *ſi verò duo ſunt, de off. & poteſtate judicis deleg.* ubi dicitur, quòd ſi duo ſunt à Principe judices delegati cum clauſula (appellatione remota) & unus impeditus alteri ſubdeleget cauſam) nam cum generaliter in ſubdelegatum non transferatur d. clauſula (appellatione remota) *ut ex* § *nos autem ejuſdem, c. ſuper quæſt.*) pariter inquit text. non poſſe hunc judicem ſubdelegatum & delegatum à Principe appellatione poſtpoſita procedere, licèt aliàs ut delegatus potuiſſet, ibi, quia quod poteſt ex ſola juriſdictione ſibi à Principe delegata, non poteſt cum juriſdictione ſibi à condelegato commiſſa (& ibi ſupra ille nec poteſt, nec debet appellatione remota procedere, *&c.*) Ex quo evidenter probatur, quòd quando in eodem ſubjecto

concurrit

concurrit prohibitio & permiſſio, hæc in totum illi præfertur, & attenditur, ex quo text. dicit Abb. Pa-
30 normit. *ibi nu.* 4 quòd compoſitum ex diverſis ſpeciebus non habens per ſe certam naturam, ſeu determinationem, quandoque recipit naturam unius, quandoque alterius ex ſpeciebus, ex quibus componitur: ergo in noſtro caſu idem dicendum eſt, qualitatem illam appellationis permiſſoriam, in totum eſſe attendendam.

31 Secundò facit, quia quoties diverſitas qualitatum concurrit in eodem ſubjecto, potiùs naturalis trahit ad ſe accidentalem, & in ſuam naturam convertit eam, ut in pupillo, cui ſupervenit furor, non eſt ei dandus
32 curator juxta titulum, *ff. & Cod. de curatore furioſi*, ſed ſolùm tutor, qui utriq; qualitati deſerviat, ex text. *in l. qui habebat ff. de tutelis*, ſed appellationis permiſſio eſt qualitas naturalis, in quacunque ſententia, à qua in
33 dubio regulariter appellatur, *l. & in majoribus*, ubi Doctores *Cod. de appellat. & not. in l. à ſententia, ff. de appellat.* & imò inducta à jure naturali, quatenus eſt defenſio, ut probat text. *in c. cùm ſpeciali, §. porrò, de appellat. cap. omnis oppreſſus 2. q. 6. cap. ſuggeſtum, de appellat. l. 1 ff. de appella. junctis, cum l. ut vim, ff. de juſtit. & jure &c. paſtoralis de re jud.* ejus tamen prohibitio eſt acci-
34 dentalis, alicujus particularis rationis motu quam qui aſſeverat in aliquo caſu non creditur: ſed tenetur probare; quia habet regulam permiſſivam, & genericam contra textum, juxta gl. *in l. qui reſtituere, ff. de rei vindic.* Franc. *in rubrica, de appella. colum. 4. verſiculo 3. præmitte*, Socinum *conſ. 39. lib. 4.* & quos allegat Lancelot. *de attenta. 2. part. cap. 12. ampli. 5. num. 9. & ſequenti*, & nos *ſuperiùs* latiùs diximus, ergo naturalis, hoc eſt, permiſſiva qualitas in ſuam naturam qualitatem prohibitivam debet transferre, & ad ſe trahere.

35 Tertiò hæc pars probatur, quando in aliqua diſpoſitione concurrunt favor, & odium, ea diſpoſitio ſimpliciter cenſetur favorabilis, tradit Bald. *in l. 2. C. qui non paſſ. ad liber. pervenire*, Petrus de Anchara. *conſ. 37.* Contra Joannem poſt medium, per multa ibi allegata, & iterum *conſ. 215. ſcripſit Pava, colum 2. verſiculo in contrarium*, & faciunt quæ adducit Tiraq. *de retract. lignag. in præfatione, num. 56.* Panorm. *in cap. in literis, num. 34. de reſtitutione ſpolia.* ubi allegat text. *in l. 2. C. de in jus vocando*, & dicit, quòd in dubiis via æquior eſt eligenda, *ex l. placuit. Cod. de judiciis, regula, odia reſtringi, de regulis juris in 6.* quæ adducit circa illam quæſtionem, de duobus fratribus habentibus domum communem, an propter delictum unius venit domus deſtruenda, ubi multa vide circa eam, & in apoſtillis ad ipſum ibi: ergo quando appellationis prohibitio, & permiſſio in eadem ſententia concurrunt, hæc ut favorabilis, non illa, ut odioſa attendenda eſt.

36 Quartò fortiter urget text. difficilis *in l. 1. §. uteres, ff. de acquir. vel admitten. poſſeſſ.* ubi dicitur, quòd per ſervum hæreditarium acquirere quod ſit ejuſdem hæreditatis, nec quoad poſſeſſionem, nec quoad proprietatem poſſit, licèt per non hæreditatem poſſit quis ea acquirere, *l. qui abſenti, §. fin. ff. eodem titul.* ſed legatus non tamen hæreditarius ſic, quando autem partim eſt hæreditarius ſervus, & partim non, quia erat communis teſtatoris, putà, & hæredis, vel quia erat partim hæreditarius, & partim eidem hæredi legatus, tunc
37 inquit text. (ſi ex parte hæredi inſtitutus ſervus legatus ſit propter partem, quam ex cauſa legati haber, acquiret fundi hæreditarij poſſeſſionem, & idem dicendum eſt, ſi ſervum communem juſſero, adire hæreditatem, quia propter meam partem acquiro.) ubi gloſſ. *verbo. acquiro*, dicit totam hæreditatem, ex quo text. *ibi. num. 4.* Jaſ. *num. 4. verſiculo 3. in verſiculo ſi ex parte*, & Socin, *colum. 4. verſiculo 3. not. in verſiculo ut ſi plures*, illam deducunt regulam, quòd ubi concurrunt in
38 eodem ſubjecto utraque qualitas, potiùs attenditur permiſſiva, quàm prohibitiva: ultra quos facit etiam illud Geminia. *in cap. ſtatutum, §. cùm verò, per gloſſ. ibi in verſiculo ejuſdem civitatis, de reſcript. in 6.* dicentis, quòd ubi in perſona unius reſultat diſpoſitio affirmativa, & reſpectu alterius prohibitiva, attendenda eſt diſpoſitio affirmativa, quoad verificationem diſpoſitionis principalis, & idem dicendum eſſe, ſi hæ qualitates concurrant in diverſis ſubjectis, ut per text. *in l. ſi is, qui duos,* 39
de liberatione legata. notat Jaſ. *ubi proximè*, rationem reddens: quia qualitas permiſſiva tollit obſtaculum prohibitionis per gloſſam ibi, & quod in ſimili dicit Bartol. *in l. ſi quis in gravi, §. fin. ff. ad Senat. conſul. Silania, & lege 3. §. ſi quis palam, de jure fiſci.*

Cui Bart. aſſerenti *in l. 3. in princip.* per illum text. *ff. de ſuſpectis tutoribus*, quòd quando ſunt duæ regulæ alia permiſſiva, alia prohibitiva, potiùs attenditur prohibitiva; quod ſic ipſe probat: Regula eſt, quòd quilibet poteſt accuſare tutorem de ſuſpecto, *l. 1. §. conſequens eodem titulo*, & alia eſt, quod libertus non poteſt accu- 40
ſare patronum, *l. qui accuſare, ff. de accuſat.* & hæ ſimul tutoris, & patroni concurrentes in eodē ſubjecto, prohibitiva prævalet, ut ibi per eundem Bart. quem pro contraria parte retulimus: cui igitur Jaſ *in d. §. veteres*, reſpondet dicens, ſemper eum reprehendiſſe; nam ibi ideo id accidit, ex alio capite, ſcilicet: quia iſtud de liberto eſt ſpeciale; alia verò regula eſt generalis, & generi per ſpeciem derogatur, *l. uxorem, §. feliciſſimo, de legatis 3. cap. quamvis tibi, &c. dudum, circa medium, de præbend. in 6.* quibus etiam junge, quod ſcribit Bald. *in l. ſi quis decurio in ulti. colum* per illum text. *Cod. ad leg. Corneli. de falſis*, quem ſequuntur Petrus de Anchara. *in comment. c. canonum ſtatuta, de conſtit. in verſiculo quaro de ſtatuto, quo cavetur quod contra decretum*, Alexand. *in 100. conſ. 3. vol. incipit ex inſpectione autem dictorum ſtatutorum, ad fin.* affirmantes, quòd ſi ſtatutum diſponat, quòd contra advocatum non poſſit inquiri, quæ eſt regula pro- 41
hibitiva, aliud ſtatutum diſponat, quòd contra militem poſſit inquiri, ſi aliquis fortè ſit advocatus, & miles, ſi deliquerit poterit adverſùs eum inquiri; tanquam contra militem ſolum, & ſic regula affirmativa ſequatur, & prævaleat. Baldum etiam, & ſequaces comitatur 3
Jaſ. *in d. §. veteres, d. l. 1. ff. de acquir. poſſ. n. 7. verſiculo limita ex eo quod notabiliter decidit. Bal.* Reb. *rit. in repet. l. boves. §. hoc ſermone, limi. 7. n. 7.* vocat notabilem text. *in d. l. 1. §. veteres*, ad prædictorum doctrinam, inter quam & contrariam videtur eſſe in differentis: ergo eodem modo in caſu præſentis quæſtionis affirmandum eſt, regulam affirmativā perimere negativam, & prohibitivam.

Hanc partem, & opinionem non deſunt auctores 42
qui in terminis noſtræ quæſtionis ſequantur, & apprehendant, ſiquidem Bald. *conſ. 141. incipit præmiſſis, colum. ult. verſiculo illud etiam non omitto, lib. 1.* affirmat, quod ubi duæ cauſæ complicatæ ſunt, & una admittit appellationem, altera non eſſe in utraque admittenda, & idem etiam ſentit ipſe Bald. *conſil. 153. incipit. novum dubium. l. 1.* per quem dicit Meno *de recuper. poſſ. rem. 9. num. 321.* quòd ſic appellatur à ſententia in poſſeſſorio, quando una ſimul cum poſſeſſionis cauſa lata eſt ſententia ſuper reſtitutione fructuum, allegans ad hoc Bart. *in l. creditor, § juſſus ff. de appellat* & Bald *in l. unica, Cod. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appella.* & alios, qui id non probant, ut protinus citabuntur.

Pro qua etiam facit, quod communiter tenent Doctores, quòd cùm à poſſeſſorio non appellatur, *ex l. uni a, Cod. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appellat.* à proprie- 43
tate ſic, ut eſt vulgare: at quando judicium poſſeſſorium continet admixtam cauſam proprietatis, *juxta l. ſi quis in tantam, Cod. unde vi*, quo caſu concurrit regula prohibitiva, & affirmativa. tamen hæc attenditur, & præponderat adeò, ut etiam à poſſeſſorio appellatur, ita tenet gloſſ. *in d. l. unica, in gloſſ. 2.* & ibi Bart. Cynus, Butrius, Alberi. & communiter Doctores Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, n. 194. verſiculo quod tamen notabiliter limita,*

& alibi passim per Doctores gloss. *in d. l. si quis in tantum*, quam communem testatur Ripa *in cap. sape, col. ult. versiculo secunda fuit opini.* Bald. *cons.* 141. *præmissis verbis ejusdem statuti, col. ult. versic. & prædicta facit, l.* 1. & idem sentire videtur Federi de Senis *cons.* 76. *Domino auditori, in fin.* clarè Decius *consil.* 28. *n.* 2. *versiculo hoc in simili probatur*, Angel. *in Lin. verti, Cod. de interdictis*, Sozin. *in tractatu fallentiæ reg.* 24. *fallen.* 10. Beroius *in rubric. de judiciis, n.* 51. *vers. hinc etiam videmus*, Menoch. *de recupp. possess. rem.* 9. *n.* 316. *cum seqq.* & alibi passim. Cota *in memoralibus*, *verbo mixtum*, Benintend. *decis.* 79. Polido. Ripa *in tract. de noctur. tempo. & n.* 96. & 97. *& seqq.*

44 In tanta Doctorum, opinionum, fundamentorum, & authoritatum varietate, quod ut ipsimet cognoscunt, adeò intricatè in hoc fuisse loquutos articulo, ut vix quid certum sit, & juridicum, deducatur, quid dicendum? ego subsisto: etenim utriusque partis argumenta multùm ancipitem, & dubiam admodum reddunt quæstionem propositam, quæ ex difficilioribus est, quæ in jure potest reperiri, cui nostra diligentia ex mente omnium, non contemnendam adapta juridicam distinctionem, per modum duplicis regulæ cum suis declarationibus, seu limitationibus; quas totam hanc materiam exponere apparebit, enim verò aut diversitas
45 qualitatum prohibitivæ, & permissivæ concurrit circa unum & idem, unam, & eandem causam inseparabilem, & indivisibilem, & tunc primam partem, & opinionem procedere, obtinere, & habere locum; ut in totum judex Ecclesiasticus queat, appellationi delationem negare, nullumque vim faciet omnino, sed iterum ipsi causam fore remittendam; aut verò diversitas qualitatum affirmativæ, & prohibitivæ concurrit circa plures causas, res diversas, & separabiles, seu diversas, & separabilia capitula, & tunc dicendum verè puto; quòd unaquæque qualitas in sua causa, vel re juxta suæ naturæ effectum operetur: ita ut qualitas negativa impe-
46 diens appellationem, justificet sententiæ executionem, in illa causa tantùm, seu capitulo, circa quod disponit: qualitas autem affirmativa circa suam causam, & capitulum sententiæ disponens, in illo tantùm admittendam esse appellationem, cui si non deferatur, vim fieri monstrat, de quo distinctionis membro tractatur *à n.* 53. *cum sequentibus.*

47 De primo distinctionis membro, ad claritatem exempla, & rationem reddamus: tunc enim dicetur qualitatum diversitatem concurrere circa idem, atque eandem causam, quando scilicet, per aliquod statutum prohibetur, ut in causis criminalibus non appelletur, per aliud autem, ut in civilibus appellare liceat, condemnatur quis ad centum partim fisco partim parti applicata, tunc in tota centum appellationem prohibitam censeri; quia tota est una, & eadem causa, ex doctrina, quæ ita intellecta vera est, Papiens. *in forma libelli, quo agitur de turba possess. col.* 2. Alexand. *consil.* 82. *col.* 1. *ad finem*, non ex rationibus, quibus ipsi moventur, sed ex relatis per nos in prima hujus quæstionis parte, & mox consignandis, quas si excogitaret Egid. Boss. *in d. tractat. de variis crimin. titul. de appella. post*
48 *nu.* 8. vix contra illos resolvisset. Aliud ad idem exemplum, sit, ubi per unum statutum prohibetur advocato appellatio, & per aliud statutum militi permittatur, & aliquis sit miles, & advocatus, tunc prohibitiva in totum attenditur non affirmativa qualitas; quia diversitas ipsorum concurrit circa unum & idem Contra Bart. qui in simili circa inquisitionem contrariũ firmat, Bald. dixit *in l. si quis de uxio, ulti. col. Cod. ad leg. Cornel. de falsis*, quem sequitur Alexand. *in consil.* 100 3. *col. incipit, ex infrcta autem dictorum statutorum ad fin* quos *suprà* citavimus *in posteriori parte quæstionis, ad fin.* Et ut exemplis res fiat manifesta, aliud pono, quod si in
49 aliquo statuto clericus permittatur appellare, laicus verò prohibeatur, & uterque rem habeat communem, pro qua conveniuntur, & condemnantur, prohibitio attenditur in totum, quia una, & eadem est causa, & res, super qua sola diversitas qualitatum concurrit, vel quando prohibetur appellare in actionibus personalibus, & permittatur in realibus, & quis utraque agat ad rem petendam: quia tunc eadem ratione id cogimur dicendum, hæc doctrina potest exemplificari in alio casu per nos adducto *infrà*, 3. *p. cap.* 1. *per totum*, & in alio, de quo *in d.* 3. *part. cap.* 2.

Alia plura sunt exempla, quibus potuissemus verificare nostram doctrinam; quâ affirmamus, quando diversitas qualitatum affirmativæ, & prohibitivæ concurrit circa unum, & idem inseparabile, & indivisibile, unam, & eandem causam, seu capitulum sententiæ, prohibitivam attendi, quia cùm tunc illo casu sententia sit individua, ex his quæ *si prà* ex Bartol. & Bartachi. diximus (non tamen quando plures sunt res diversæ in sententia, & separabilia capitula ejus, ut inox monstrabo) tunc, cùm necessarium sit, ut una sola qualitas 50
earundem tantùm operetur, & effectum suum sortiatur: quia ambæ non possunt, quia esset monstruosum, ut unum, & idem circa seipsum diversum, seu adhuc contrarium operetur, contra text. *in l. jus nostrum ff. de regul juris. l.* 1. *§.* 1. *C. de lati liber. cap. si quis cum in agritudine*, 58. *dist. c.* 2. *versicul. sed adhuc*, & ibi gloss. *verbo incompossibilia, de baptisme*, & quia una, & eadem res non 51
debet circa seipsam diverso jure censeri. *l. eum, qui ædes, ff. de usucapio l.* 1. *versi. nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, l. pater*, *§. si servus ff. de castrensi peculio*, cum aliis *suprà*, quas ante fin. prioris partis quæstionis addiximus: tunc necessarium est, ut debilior qualitas cedat potentiori, juxta text. *in l. generaliter §. in ordine, ff. de fidejussor. & mandato*, prout est negativa, cujus ro- 52
bur magis fortius, multóque potentius sit affirmativæ, seu permissivæ robore, juxta ea, quæ *suprà* dixi ex Alberico & Paulo Castr. *in l. hoc genus, ff. de conducit & demonstratio.* Philippo Decio *in cap. nam concupiscentiam, de constitutio. col.* 1. *in* 3. *notab.* præcipuè *in* 3. *&* 4. *fundamento prioris partis nostræ quæstionis*, & in cæteris omnibus quæ locum habent, & procedunt in casu, de quo loquimur, ad quem Doctores, & doctrinæ relatæ reducendæ sunt.

Secundò autem distinctionis membro, nempe, quando diversitas qualitatum affirmativæ, & prohibitivæ concurrit circa plures causas, & res separabiles, & diversas, seu separabilia sententiæ capitula: ut tunc unaquæque qualitas in sua re, vel causa juxta suam naturam effectum operetur, ita ut affirmativa in eo, quod disponit, in tantùm faciat appellabile, prohibitiva verò in suo prohibito locum habet tantùm, ut est de mente Doctorum, quos citat Menoch. *de recip. rem.* 9 *n.* 327. qui cum Decio *cons.* 344. *n.* 3. *versic. tertius casus*, dixit, 53
l. Camelia Pia. ff. de jure patro. & cætera jura, quæ *suprà* citavi probantia, sententiam esse dividuam, & tot esse sententias, quot ejus capita; dicit intelligi, & loqui, cùm plura simul per copulam in sententia ponuntur quæ re ipsa separationem ostendunt.

Facit quod in simili dicit Tiraquel. citandus, quando 54
concurrunt mobilia, & immobilia in hæreditate vendita, cùm detur in illis retractus permissio, in istis retractus prohibitio, utraque qualitas tunc suo jure censetur, ut retractus pro immobilibus permittatur, pro mobilibus verò secus, ita post disputationem resolvit Tiraq. *de retract. lign §.* 1. *glos.* 11. 84. *cum seq. ei* argumento *l. hæreditatis, in fin.* & ibi gloss. & Doctores, *C. de petitione hæredi.* & ex eo, quod in simili voluit Bald. *in ipso retractatu in tractatu protem. eos, col. ult. vers. item pone quod quis*, & per alium similem Guill. Cu. *in consuetud. Burgogten.* 12. *de feudis*, § 24. ad quod bene facit text. *in l. tutor*, *§. curator, ff. de minoribus.* Et plures elegantes doctrinas mirificè comprobantes hoc

membrum

membrum vide omnino *infrà 3. p.16. versic.examinemus nunc,à n.29.*quas omnes hîc applica,quia probant expresè.

55 Pro quo magis in specie facit, quod in proposito dixit Rebuff. *in tractatu de sententiis provisio. art.3. gl. 7.n.6.* determinare Senatum, quòd licèt causa mercedis,& salarii non admittat appellationem (ut per nos latè *infrà 2.p.3.ad fin.*) si tamen quis fuerit condemnatus in una sententia ; ad salarium, & ad aliam rem, quod in salario exequetur sententia, sed non quoad aliam rem infavorabilem, sed postulantem appellationem, quod nota, quia est elegans doctrina in nostræ opinionis comprobationem.

56 Facit, quæ Doctores dicunt in terminis, & remedio legis finalis *Cod.de edicto Divi Adriani tollen.* in quo non admittitur appellatio ex *infrà* citatis Doctoribus, & his, quæ *suo loco* probabimus, in quo nec interesse, nec fructus ullo modo veniunt, ut *ibi* dicemus,sed ad eos via ordinaria agendum est,si tamen lata fuerit sententia cum fructuum condemnatione, & restitutione,

57 vel interesse, tunc enim non ratione possessionis (dicunt Doctores) admittendam esse appellationem,sed ratione fructuum,vel interesse. recipiendam esse, Doctorum magnus concursus affirmat,quæ doctrina originalis est Bald.*in l.unica,C.si de mom.possess. fuerit appell.n.6. vers.sed pone, & n.9.* qui non est intelligendus, prout censuit Salicet. *ibi in fin.* scribens ratione fructuum licere etiã appellare à possessorio,sed solùm dixit appellari posse à sententia restitutionis fructuum ut ejus ratio demonstrat, prout declarat Menoch. citandus statim.Quo circa dicendum est,à sententia lata in judicio possessorio cum fructuum, vel interesse restitutione,posse respectu fructuum,vel interesse appellari, non autem respectu possessionis, ita Bald. intellexit. Afflictis *decis.77.ad finem.*clariùs Ripa *in c.sæpe, colum. ulti. versic. propter hoc restitutio spolia.* Rolandus à Valle *cons.87.n.13.lib.2.*ita etiam Bald.interpretati sunt doctissimus Covar. *in practicis quæst. cap.23. n.8.vers.idem erit quoties,* Franciscus Sarmien. *in tract. de redditibus Eccles.3. part.cap.2. n.28.* quo loci rectè reprehendit Augustinum Berovium *in suis quæstio.qu.91. n.4.* quem reddidit Bald *præcitato loco* scripsisse licere appellare etiam ratione possessionis, quod causa mixta est.Bald.etiam,& Salicetus malè intellixit Nicel. *in tractatu de concordia glossa concord.1. n.19. versiculo secundò moderatur,* non etenim ita, sed ut præfatorum Doctorum authoritas suadet,ipse intelligendus est.Saliceti doctrinam minùs rectam vocat Ripa *d.c. sæpe,* & Menoch. *de adipiscen. poss. rem.4. n.71.* qui *suprà, à n.869.* hanc partem tuetur, & viribus defendit, qui licèt ibi *tract.de recuper. rem.9. n.321.* in hæc dixisset (si appellatur à sententia in possessorio, quando una simul cum possessionis causa lata est sententia super restitutione fructuum)ubi ad hoc idem Bald. Afflictis, Covarr.Roland.& alios,quos mox citavimus : tamen *in d.rem.4.n.870. ante fin.* postquam relatos Doctores retulit,hæc addit (quos sequutus sum *in tractatu de recuper.poss.rem.9.n.321.*quo loci visus sum scribere, appellari etiam ratione possessionis,sed verè dicere volui, appellari posse à sententia lata in possessorio, ratione

58 fructuũ, cùm Bald & jam citatos retulerim, & dictum Doctoris intelligi debet, secundùm jura ab eo allegata,ut inquit Bart.*in l. non solùm §. liberationis verbo, n. 10.de liberatio.legata*)hactenus Men.quo loci ut vides, libentissimè discedit ab opinione contraria, quam sequi videbatur *in d.rem.9.*de qua nos mentionem fecimus in disputatione quæstionis nostræ ad fin.posterioris partis, & hujus doctrinæ origo licèt Bald attribuatur;jam tamen idem docuerat.Bart.*in lib.2.n.19 ff. de appell.recipiẽd.*ut bene advertit.Men *in d.rem.4.n.870.* & iterum Bartol.*in l si creditor.§.jussus ff.de appell.n 1.* idem Bald. *in consil.141. ad fin.& in cons. 330.n.3. &*

*cons.331.in princ.lib.1.*Hieron.Gra *cons.35.n.3.* author commun.opinionum *lib.7.tit.27.n.6.*refert Cæsar Ursil ad Afflictum,*ubi proximè, & decisione 269. n.1.*Jas. *consil.187.n.1.lib.3.*Petrus Surd.*cons.102.n.12 l.1.*Statilius Pacificus *de Salviano interdicto, inspectione 4. cap.2.n.4.*Anton.Gomez.*in lib.45.Tauri,n.194. versic. limit.2.*Matien. *in l.9.tit.7.lib.5.compil gl.2.n.4.* idem *in l.9.tit.7.lib.5.à n.3.*Cæsar Contard.*in l.unica,C si de moment.poss.n.6.& 9. & ex n.23. usque ad 36. limit.1. principalis,* eandem doctrinam, & opinionem sequitur post alios Marant. *de ord.jud.6. p. tit. de appellati. n.298.*quòd potest appellari à fructuum,damni, & 59
interesse condemnatione in sententia possessorii, & tunc eorum respectu sententia suspendatur, non autem respectu possessorii ; quia appellatio executionem possessorii non suspendit,Socin.*in reg.18.fall.ult. additio ad Capit.Tholos ul.*Jas.*cons.178.col.2. vers. item quando,* & cum Ripa Bal Rolan.& Menochio Christophorus de Paz.*in tractatu de tenuta,cap.17.n.61.& n.2.*Peregrinus*de fideicommiss art.46.n.49.*

Qui omnes præcipuè Rolan. Afflictis,& Covarr. & 6
Maranta, & denique omnes citati advertunt, interim hoc casu suspendendam esse executionem sententiæ pro ea parte,ex qua fructuum restitutionem tangit;rectè tamen eam exequendam esse pro ea parte, quatenus nudam possessionem tangit & idem,quod de fructibus Doctores dicunt in interesse, & de utroque post Crescentium *decis.5. aliàs 120. de appell.* Marquessanum *tract. de commiss.2. p. c.2. sub n 60.* Ruginellum *tract.de appellat §.2.c.3.n.723. vers. in domini,* Cæsar. Baiz *in decisione Bononien n.1. & 2.* sequutus multitudinem,& Machinam,Contardus *in l.unica, lim.1.n.28. & sub.n.36* & alios, hanc sequutus est opinionem Sigismund.Escacia *de appell.quæst.17. limit.6.memb.9 n.* 61
23. qui *a n.22.* refert in hoc articulo tres Doctorum contraris opiniones,tamen *n.31* hanc nostram veriorem dixit,& communem,à qua in judicando recedendum non esse,quia habet æquitatem, & est favorabilis ad decurtandas lites, dixitque *n.23* post Contardum, *ubi proximè, n.29 & n.30.* refert ita obtinuisse Rotæ 62
stylum,ut appellationi à sententia lata in causa possessionis momentaneæ,minimè deferatur,respectu autem condemnationis fructuum, & interesse appellationi deferendum esse executa sententia possessionis, idem tenet post alios,quos citat.Marquef.*in tract.de commissio.1.p.cap.21 à n 32 cum sequentibus.fol 236.* pro quo vide,quæ latè *infrà, à n.118.* ubi hæc communis opinio declaratur.

Quæ doctrina, & opinio ampliatur, ut procedat 63
etiam respectu fructuum futurorum, quia si quis ita mittatur in possessionem, ut interim lucretur fructus, poterit adversarius appellare Escacia *ubi proximè,n.34.* Angel *consil.251. visis statutis sub n. 2.* Maranta *in Specul.p.6.actu 2.principal. in verbo, & quandoque appellat. lim 8.n.113.fol.505.*Minsing.*in singular.observ. centu.6.observat.13.n.8.* Achil personalis *tract.de adipisc. poss. n.343. versiculo redeundo, f. 269.* Ruginel. *tract.de appellat.§.2.cap.3.sub n.649.vers. appellabitur quoque, in fin.*

Quorum omnium virorum gravissimorum autho- 64
ritas me movit ad hujus distinctionis membrum, licèt rationem nullam reddant, sed sic simpliciter uni post alios transeunt, ego autem ea potissimùm motus fui : nam quando in eadem sententia plures sunt causæ & capitula separabilia, & distincta, tot sunt sententiæ, quot capitula & causæ diversæ. *l quædam mulier ff.famil.erciscundæ,*quæ iisdem verbis transcribitur *in l Camelia Pia,ff.de jure patron.& l.etiàsi à patre.§.1.* & ibi Albert.*ff.de minorib.cap.cum tempore, & ibi gl. in verbo capitulis,*Innocentius, Hostiensis, & alii *de arbitris,& cap.dilectus.el primo,*& ibi quoque Gloss.& alii,*de præben.* voluêre glossa, Cynus, Bartol. Bal. Salicetus,

Angel.& alii *in l.2.Codice de re judicata* gloss. *in cap si quis in pluribus.in verbo quædam 2.quæst.sexta.* Alber.*in l.Labeo,post princ.ff.de arbitr.& in l.non eo minus circa medium C.de procurato,*Cardinal.Florent. *cons.*74. Dominicus Abb. *column. ult.* cum concordatis adductis à Rom.*in l.1.§.si stipulanti,*& ibi Barba *col.*14.*vers.nunc inducitur ex cæteris recentioribus,ff.de verbo,obligatio.* & idem Romanus *cons.*195.*in casu præmisso,ad fin.*& Cardinal.Alexand.*in dict.c.dilecto.colum.ult.in* 17.*q.de ap-*
65 *pell.*Aufrerius *decis.Tholos.q.*215.*idem fuit quæsitum, si fuerunt ab aliquo,*& aliàs diximus de obligatione, quia tot sunt stipulationes, quot sunt species separatæ, & diversæ, & alteri non cohærentes, *ex l.scire debemus, ff.de verborum oblig.*

66 Ideò cùm diversitas qualitatum non concurrit iii uno subjecto tantùm,sed in pluribus distinctis,& separabilibus sententiis,inde esse potest;ut utraque & prohibitiva, & permissiva verificetur circa suum dispositum, & ambæ procedant juxta uniuscujusque naturæ motum, quia tunc sententia principalis non dicitur individua, sed dividua; quia tot sunt sententiæ, quot capitula diversa tenet gloss.*in l.in hoc judicio.verbo non valere, ff familiæ erciscundæ.* & hoc respectu, senten-
67 tia potest, pro parte valere, & pro parte non valere, ut tenet *ex dict.l. Camelia Pia*, & cæteris juribus *suprà* allegatis, & authoritatibus Tiraquell. *de retractu conventionali, ad fin.num.*142. *versicul. vigesimaquintâ quæstio,* at verò unumquodque capitulum diversum est individuum, & sic illius respectu sententia est individua,vel quando sententia principalis unum capitulum contineat tantùm;tunc enim dicitur individua,ut clarè probatur *dict. l.in hoc jud.* ibi, quia non potest ex uno eodémque judicio res judicata in parte valere,in parte non valere,junctis iis,quæ *superiùs* diximus;alio etiam modo considerant sententiam dividuam Bartol. *in l.1. circa medium, Cod.si in communi,eadémque causa in integrum,instituit.& in l.*1.Socinus ex pluribus appellat.*& in l.*1.*Cod.si adversùs rem jud.in prima col.*& Bartachi *verbo sententia. in print. n.*10. apud quos qui voluerit, videre poterit.

68 Hinc est, quòd si quis unica sententiâ condemnetur pro una causa ad aliquam summam inappellabilem,& pro alia causa,seu actione ad aliam summam, licet simul coacervatæ faciant causam appellabilem; quia ascendunt ad summam, de qua potest superior cognoscere; tamen non poterit appellari, nec ad id fit coacervatio, ita tenent Rebuff. *in tractatu de sentent. executione,art.*13.*versiculo quæro, quid si quis, tomo* 1. *folio* 409. quem referens sequitur Caravita *super ritu magnæ Curiæ* 257.*n.*11.*&* 13.*quæstio.*4. Escacia *de appellat. q.*17. *lim.*6. *membr.*9. *n.*32. rationem reddunt, quia tot sunt sententiæ,quot sunt capita separata, seu
69 summæ ex diversis causis, seu actionibus debitæ. Ex qua ratione deducunt Reb.*in d.tractatu de sententiarũ execution.art.*6.*gloss.*1.*num.*2.*tom.*1. *folio* 417. quod si ego locaverim tibi domum pro tribus annis, & annua pensione scutorum novem pro quolibet anno, & in fine triennii petiero à te pensionem integram triennii, videlicet, scutos 27. & sit statutum disponens, quòd in causis non excedentibus valorem scutorum decem,non detur appellatio.& ego in libello distinxerim novem pro primo,novem pro secundo, & novem pro tertio anno,& judex unica sententia condemnave-
70 rit ad integram summam 27.scutorũ, quod non dabitur appellatio, cùm tunc censentur tot sententiæ,quot sunt anni,& pensiones distinctæ in petitione, & ideo à dicta sententia non dabitur appellatio, sed mandabitur executioni pro integra summa, quia quot sunt termini solutiones, tot sunt actiones, & ideo tot sunt necessariæ præscriptiones, ut ex aliis dicit ibi Escacia, pro quo facit quod dicit Jul. Clar. *libr.*1. *recep.sentent.*
71 *§.homicidium, vers.sed quæritur*, qui testatur de communi dicens,quòd si extat statutum,quod bannitus in centum possit impunè offendi,& unus ex una causa sit bannitus in quinquaginta, & ex alia causa diversa in aliis 50.non poterit offendi; idem dicit Alex. *cons.*113. *sub n.*3.*viso themate lib.*5.

Facit insuper, quia si summa principalis, contenta in sententia, non sit appellabilis, aut commissibilis in 72
Rota quia non ascendit ad summam ad id requisitam: non efficitur appellabilis per cumulationem, seu coacervationem fructuum,aut expensarum,quæ in sententia continentur;quia non cumulantur, aut coacervantur tanquam res à principali separatæ,ita tenent Marquellanus *in tractatu de commissione, p.*1. *in commissione appell.super diver.cap.*28.*n.*30.*folio.*30. *in* 2.*impressione,*Escacia *ubi suprà, sub n.*37.*& n.*32.*in fin.* Caravita *super ritu* 257.*n.*4.*in fin.vers.*2.*& n.*5.

Facit etiam,quod dicit Cæsar Barz.*in d. Bononien.de-*
cisione 45.*petita, num.*1.*&* 2.dum dicit,quod licèt sententiæ continerent condemnationem fructuum, nihil- 73
ominus respectu possessionis non dabitur ulteriùs appellatio,reddit rationem;quia omni casu separationem recipiunt. quod quidem secus est dicendum, quando summæ plures sunt petitæ, ex eadem tamen causa, actione,& obligatione debitæ,quia tunc licèt de per se quælibet non ascendat ad summam appellabilem,coacervatæ tamen excedant:coacervantur,ut possit appellari;text.est *in l.si quis separatim* 10.*§.si quis cum una,*& ibi gloss.*in verbo & poterit* & Petrus Bellaper. *num.*10. *ff.de appell.*Lucas Pæt.*in praxi Capitol.l.*4.*c.*6.*n.*4. Ese. *ubi suprà,n.*25.*& n.*32.

Quò pertinet quod solemus dicere:utile per inutile non vitiari in cõtractibus: id locum non habere in rebus dividuis,*l.sãcimus,§.si quis autem, C. de donat.l.pe-* 74
*cuniæ,& l.placuit,ff.de usuris,*ex his, quæ adducit Tiraq.*ubi proximè,n.*143.*& sequenti.*ea ratione quia circa diversa utrumque potest procedere,& operari, & multa etiam alia hanc favent distinctionem nostram, quæ in satisfactione contrariorum ei obstantium clarius apparebunt.

Cui non obstet illa Doctorum contrarietas, de qua in primo fundamento prioris partis, & in tertio po- 75
steriorisalii affirmantes; quod ubi concurrunt odium & favor, odium attendi, alii verò contra putantes; quia respondeo, quòd licet eorum quæstio ventiletur inter ipsos, quando hæc duo circa unum, & idem inseparabile concurrunt, ut ex eis apparet, in qua priorem partem,ut veriorem prævalere firmavimus,tamen nulla disceptatio est inter eos; quando circa diversa,& 76
separabilia capitula, seu causas concurrunt favor, & odium:nam tunc unamquamque qualitatem in sua dispositione operari,latè affirmant Alciat.*in l.*2.per text. ibi *folio* 205.*versiculo. Accursus aliam quoque rationem affert,Cod.de in jur.vocãdo,*ubi plura exempla adducit, idem tenet Jas.*in dict.l.*2.*numero* 3.*versiculo ex secunda parte collige*, ubi dicit quòd una, & eadem dispositio respiciens diversas personas ex uno capite censetur fa- 77
vorabilis, & sic extendenda, ex alio capite censetur odiosa,& sic restringenda,ubi adducit quatuor glossas similes gloss.*in l.sed si hac,§.fin.in vers. interveniat.ff. de in jus vocan.& l.apud Celsum,§.adversus,in gloss. vel in versiculo exhiberi,ff.de exceptione doli,& in l.qui bona § si aliquo,in vers. debet jurare, ff.de damno infecto,*& gloss.*in §.pœnalis versiculo in jus vocasset, circa fin.inst. de actio.* & sic illa argumenta non solùm neutri distinctionis nostræ membro adversantur, sed imò potiùs utrique, & prosunt.

Minùs etiam oberit tertium fundamentum prioris 78
partis, *d. leg.generaliter* 5.*ff.fidejussoribus*, quia loquitur, quando in eadem persona, & subjecto se inveniunt, tunc potentior qualitas alteram confundit, & vincit; non autem quando circa diversas causas, & subjecta, nam tunc non possunt,vires suas exprobrare

quali

qualitates præfatæ *ut l.1.2. & ſequentibus, ff. & C. de fidejuſſor. & mandato. junctâ l. generaliter*, quia diverſæ
79 ſunt, & ſeparatæ, à quibus non fit illatio de uno ad aliud, *l. fin. ubi not. ff. de calumniato. l. nec naturales, Cod. de proba. l. naturaliter*, §. *nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſione*, & alibi paſſim notatur; deficit enim tunc illa cauſa propinqua, prout eſt communio, quæ inter illas contrarias qualitates diſſenſionem cauſat, & pacem
80 turbat, per textum *in ratione ſui, in hoc judicium 14. §. ſi conveniat. ff. communi. divi. l. nulla ſocietatis 71. ff. pro ſocio, l. cùm pater*, §. *dulciſſimis, de legat. 2. l. ſanctimus 34.* § *ne autem, C. de donatio.* & explicat Antonius Pichardus *in rubrica inſtitution. de rerum div. num. 3. & 4.* copiosè Tiraquel. *de retract.* §. *23. gloſſ. 1. numero 7. & num. 14.* & ideo unaquæque qualitas in ſuo ſe continet ſubjecto, *ex dict.* §. *nihil commune habet, l. naturaliter*, quæ omnia in totum potiùs noſtram diſtinctionem comprobant.

Nec obſtat illud fundamentum poſterioris partis, *ex l. eum, qui ædes, ff. uſucapio. l. 1.* §. *nec ratio patitur, ff. de rerum permutatione, dict. cap. cognoſcimus, dict. c. cùm in tua*, & aliis pluribus dictantibus, unam & eandem
81 rem non poſſe diverſo jure cenſeri; quia reſpondeo, rectè in ſe ſola procedere, & circa unum, & idem, at diverſarum cauſarum, rationum, & capitulorum reſpectu, diverſo quit jure rectè cenſeri, ut probatur *in l. miles*, §. *pro patre, ff. de legat. 2.* docuit Calderic. per eum text. *in l. filium quem, colum. 3. in 4. oppoſitione*,
82 *Cod. familiæ erciſcun.* & Panormit. *in dict. c. cùm in tua, paulò, ante fin. de decimis*, quin ex re eadem duo contraria poſſe procedere ex diverſis reſpectibus tradit gloſſ. *in c. 2. in verbo, lex civilis, in fin.* & Roch. Curt. *colum. 24. verſicul. limita 3. de conſuetudine*, & Dominicus, qui multa ejus rei exempla appoſuit *in cap. illud, 12. diſtinct.* cui aſtipulatur Ariſtot. *libro 3. Phyſicorum* tradens eandè
83 cauſam interdum eſſe contrariorum effectuum, diverſis rationibus, & Galen. *lib. 3. de ſimplicibus medic. cap. 13. & ſequenti.* quod & admittunt Bartol. *in l. ſi pupil. in*
84 *princ. in 2. oppoſ.* & ibi Angel. & Paul. Caſtrenſ. *ff. ad legem Falc.* Hinc reprobare poſſumus, quod approbavimus diverſis reſpectibus, *l. Pomp. ff. de negot. geſtis, l. 1.* §. *ulti. ff. remixtam haberi, & l. cùm interdictâ, Cod. arbitrium, tutelæ*, per quæ jura ita tenet Bald. *in c. cùm Vintonienſis, par. 1. ante fin. de electione*, & quis ex eodem facto poteſt præmium & damnum conſequi diverſo
85 reſpectu, *c. inter opera, de ſponſali. juncto cap. maritum, 33. diſtin.* & declarat Joan. Andr. *in cap. imputari, de reg. jur. in 6. in mercur.* Tiraquell. *in tractatu de utroque retract. titul. de retract. lignag.* §. *1. gloſſ. 18. n. 23.* & alias ad propoſitum vide *num. 21. & 22.* ex quibus etiam dictis aliis fundamentis, quæ in contrarium opponantur, rectè valet reſponderi.

86 Quo ſuppoſito, jàm in lucem duplex poteſt edi regula. Prima ſit; judex Eccleſiaſticus vim nullam faciet quando diverſitas qualitatum affirmativæ, & prohibitivæ appellationis concurrit circa unum, & idem, unam & eandem cauſam, ſeu ſententiæ capitulum, indiviſibile & inſeparabile, in utraque qualitate, ſic in tota cauſa ſi appellationi deferre recuſarit, & ita declarandum eſſe, cauſamque ſibi iterum eſſe remittendam per Senatum.

87 Secunda regula ſit in hac quæſtione, quòd quando diverſitas qualitatum affirmativæ, & prohibitivæ concurrit circa plures cauſas, ſeu res ſeparabiles, & diverſas, ſeparabiliáve ſententiæ capitula, judex Eccleſiaſticus vim non facit, ſi uniuſcujuſque qualitatis naturam in ſuo diſpoſito ſequatur, & imitetur: ita ut ſi reſpectu rei, vel capituli, quia prohibetur appellatio, ei non deferat, & exequatur, cujus reſpectu etiam ſibi cauſa ipſa remittenda eſt; reſpectu verò cauſæ, vel capituli, pro quo ea permittitur, vim fieri manifeſtã, ſi illi haud deferat, & ita declarandum eſſe in tribunali ſupremo

per viam adito violentiæ, deferre ſimul, & reponere veritas ſuadet.

Iſtas tamen regulas primò limitari libet in cauſis 88
poſſeſſoriis, quæ habent annexam, & admixtam cauſam proprietatis *juxta l. ſi quis in tant. Cod. unde vi.* (de pluribus interdictis habentibus cauſam proprietatis annexam, per te vide omnino apud Molin. *de primogen. lib. 3. .13. à n 9. cum pluribus ſequentibus, & authoritatibus.*) nàm tunc nec ſecundum primàm regulam, nec ſecundùm ſecundam regulantur; ſed omnino, & in totum admittatur appellatio, tam ſuper poſſeſſorio; quàm ſuper petitorio ut tenent Antoni. Gomez., Ripa, Socinus, Menoch. & alii plures, quos *ſupra, in poſteriori* 89
parte quæſtionis, ad fin. adduximus, & idem tenet Petrus Benintend. *deciſ. 79.* Et ſpecialitatis ratio eſt, quia cauſa proprietatis abſorbet, & ſupprimit cauſam poſſeſſionis, quæ effectum nullum tunc quit ſortiri, nec poteſt executioni mitti, juxt. text. *in cap. cùm ſuper*, & quæ ibi communiter adducuntur per Doctores *de cauſ. poſſeſſ. & proprietat.* & per Bartol. & Doctores *in l. naturaliter* §. *nihil commune, ff. de acqui. poſſeſſ. & in l. ordinarii, Cod. de rei vindicatione*, idirco ſententia deno- 90
minatur à potentiori, cui magis incaleſcit, *l. quæritur. ff. de ſtatu homi.* & efficitur acceſſoria cauſæ proprietatis; quia tunc omnino ſequi debet naturam ſui principalis, ut mox dicemus, & ſic in totum admittendam eſſe debere appellationem, tenent Bald. *conſilio 330. incipit ſtatuto cau. libr. 1.* Tiraquell. *in tract. le mort, 6. parte declaratione 6. num. 1. cum ſequen.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap. 13. à n. 17. cum ſequentibus*, Mieres *tractatu de majoratu, 3. part. c. 24. à n. 54. cum pluribus ſequentibus*, ubi alios, ad idem citat, & latè proſequitur, & per Decian. *conſilio 45. num. 1.* Auguſt. *conſil. 2. n. 6.* & alios, quos allegat Peregrin. *de fidecomm. artic. 46. num. 47.* Bald. *in l. unic. num. 8. verſic. quæro quid per acceſſorium, & ſub num. 16. Cod. ſi de moment. poſſeſſ.* Nicel. *tractatu de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 6. num. 27. tomo 18. folio 192.* latè ſcribit Contard. *in dict. l. unica, limit. 2. & limit. 24.* Ruginell. *tractatu de appellat.* § *2. cap. 3. num. 168. verſiculo prout etiam*, & eos ſequutus latè proſequitur Eſcacia *de appellat. quæſt. 17. limit. 6. membr. 9. per totum*, Corneus, *conſilio 10. præſuppoſito ſtatuto, n. 3. & n. 4. & lib. 4.* Rota *deciſione 34. concluſum, num. 5. & 8. parte 2. diverſorum, & deciſione 356. domini erant, ſub num. 9. parte 1. diverſorum.* Quod idem 91
dicendum eſt in cæteris cauſis poſſeſſoriis, etiam ſui natura non habentibus admixtam, & connexam cauſam proprietatis, ſed ſimul de utraque accidentaliter actum eſt in judicio, non reluctante ſpoliato, & de utraque lata eſt ſententia: nam quando, & quoties hoc in caſu cauſa poſſeſſionis abſorbetur à cauſa proprietatis, qualitas (quam hæc habeat) ſive negativa, ſive affirmativa appellationis, & prævalere, & ſequi debet, (quibus autem caſibus cauſa proprietatis abſorbeat cauſam poſſeſſionis, vide omnino Doctores *in dict.* §. *naturaliter, & in d. l. ordinarii, & in dict. capite cùm ſuper*, & alibi paſſim, & probant multi ex Doctoribus citatis,) & hanc doctrinam latè proſequitur poſt 92
Ruginellum, & Contardum. Eſcacia *ubi proximè*, quo loci explicat, hanc mixturam quatuor modis poſſe conſiderari. Primò, per modum cumulationis. Secundò, per modum mixti judicii. Tertio, per modum exceptionis. Quartò, per modum mutuæ petitionis, & reconventionis. Tamen quoad hunc effectum reddendi cauſam appellabilem mixtùm ſolùm conſideratur in ſententia, & hujuſmodi mixtura, quæ contingit in ſententia tripliciter conſideratur, prout Eſcacia poſt Contard. latiſſimè proſequitur *d. memb. fol. 402.* quem 93
videbis per te.

Hinc eſt, quòd ſi ſimul poſſeſſorio & petitorio eſt actum, & una, eadémque fertur ſententia pro re turbante in petitorio judicio, in poſſeſſorio verò re

favorem actoris turbati lata fuerit, an judex vim faciet non deferens appellationi ab utroque, putà, reo turbante, & actore turbato, in quantum contra se erat lata, non ampliùs. nec alias, vel an interim possit, ad executionem ejusdem sententiæ possessorii devenire, Et nostram doctrinam imitantes duo casus distinguuntur: nam cùm de rebus profanis agitur, & lata sit dicta sententia pro reo turbante in petitorio, quoniam 94 actor turbatus nihil de proprietatis jure suo docuit, vel probavit, & vis non fiet; quia tunc sententia lata super possessorio poterit jure executioni mandari; nam præfata appellatio non suspendit prædictæ sententiæ effectum, cùm non servatur per sententiam latam in petitorio, nihil subest, quod executioni huic repugnet, ita tenent Butriga. *in dict. cap. cùm dilectus, numero* 15. post Joan. Calde. ab eo relatum *de causa poss-* 95 *sess. & propr.* quos referens sequitur Menoch. *de reti. poss. rem. 3. quæst.* 105. si tamen pariter, & in profanis lata sit sententia in petitorio pro reo turbante, probanteque de jure suæ proprietatis, tunc sententia lata in possessorio pro reo turbato exequenda minimè est: ita tenent Alberi. & Butri. *in dict. cap. cùm dilectus, n.* 15. ex authoritate, & doctrina Speculatoris *titulo de petito. & possess.* § 1. *versiculo quid si pro uno*, & Joan. Cald. *in dict. cap. cùm dilectus*, Menoch. *ubi proximè, num.* 487. rationem reddentes, quoniam hoc modo lata super petitorio sententia illud facit potiùs, *leg. uti frui, ff. si usus-* 96 *fructus petatur*, quinimò dicit Menoch. *ibi*, adeò hanc rem præferri in suâ proprietate, ut suspensa executione possessorii, petitorii sententia exequenda est, intellige si ejus sit naturæ, & privilegii, ut appellatione non obstante exequatur, vel quando ab ea nulla est appellatio emissa, vel ultima sit sententia.

In beneficialibus autem aliter dicendum est; nam si lata est sententia in proprietate pro reo turbante possessionem, sive quia actor nihil probavit, vel quia jus 97 ipse habet, vel non, atque dato; quòd actor nihil de jure suo probavit, executio possessorii pro eodem lata retardatur, & tunc judex debet deferre, ut affirmant Calder. & Butri. *in dict. cap. cùm super*, & Menoc. *ubi suprà*, cujus rei ratio est: quoniam cùm beneficium sine canonica institutione obtineri non potest, nec possideri, atque sine ea injustè procedatur, *cap.* 2. *de instit. cap.* 1. *de regulis juris in* 6. latissimè Menoch. *de recipien. possessione, remed.* 15. *quæst.* 36. ubi multa adducit, & cùm reus super institutione canonica habeat sententiam pro se, jus meritò resistit, & obstat actori desideranti executionem sententiæ possessorii in sui 98 favorem datæ; & licèt præfati Doctores loquantur in judicio redintegrandæ, eorum ratio, & doctrina pertinet judicio retinendæ possessionis, quo casu in hac omni quæstione, & proximè sequenti loquuntur Doctores

Secundò quæro: an sententia lata pro reo turbante in petitorio, & in possessorio pro actore turbato, qui 99 à sententia petitorii appellavit: an hæc appellatio suspendat effectum sententiæ possessorii, ideò ut eam exequi non possit judex? Et hæc quæstio à superiori distat: quia ibi à possessorio appellavit reus, imò uterque ab ea parte sententiæ, quæ contra se faciebat: in præsenti autem solùm appellatum est à sententia, quatenus tangit proprietatem ab actore, contra quem fertur.

In qua ita breviter respondeo, quòd cùm lata est 100 sententia pro reo in petitorio, quia actor non probavit se Dominum, tunc sententiæ possessorii executionem minimè impediri, tenent omnes Doctores *suprà* relati, quos vide pro ratione. Quando verò ipse reus probavit se Dominum esse, duæ sunt opiniones contrariæ, an possessorii sententia sit exequenda obstante appellatione emissa in petitorio, & esse exequendam tenent Butri. *in dict. cap. cùm dilectus, ad fin.* ante quem Jacob. de Bellovisо relatus ab Alberico *in l. ordinarii, Codine de rei vindic.* contrariam opinionem sectante ex authoritate Joan. Andreæ, & Odofredi, à quibus, eorúmque ratione discedit Menoch. *d. retin. possess. remedio*, 3. *n.* 840. videndus.

Secundò, & principaliter supradictæ regulæ limi- 101 tantur, quando diversitas qualitatum prohibitivæ, & permissivæ concurrit circa principale, & accessorium, ut putà; super rem, & ejus fructus, seu interesse, quando veniunt accessoriè: nam tunc idem de accessorio judicandum est, quia accessorium sequitur naturam qualitatis sui principalis, ut si in principali concurrit qualitas negativa, & prohibitiva, ad se trahit qualitatem degentem in assessoriis, ut tenent, & ita probant Egidius Bossius *in tract. de variis crimin. titulo de appellatio. num.* 10. ex doctrina Alexand. *in l. patris, & filii, ff. de vulg. & pupil.* & per Bartol. *in l. solent, ff. de aliment. & cib. legat.* quem Egid. sequitur Lancelot. Robert. *de attenta*, 3. *parte, cap.* 28. *n.* 130. *cum sequentibus*; ut de fructibus respectu rei principalis, dixit Nicol. Mil. *in verbo appellari non potest à sententia latâ super* 102 *fructibus, fol.* 17. *in fin.* post Anton. *in quintavallis, columna antepenult. versic. sed est dubium, de jurejur.* dicentes quòd quando non appellatur à causa principali, non potest appellari à sententia lata super fructibus, & expensis, ut tenent iterum idem de Millis *in verbo appellari non potest à condemnatione, folio* 15. & è converso, ut per Lapum *allegatione* 2. *disput.. n.* 12. & lancelot. *suprà num.* 133.

Et in specie, quod appellatio prohibita à sententia lata super principali, intelligatur etiam prohibita ab accessorio, contento in ipsa sententia, probant Anton. 103 de Butr. *in c. quintavallis* 23. *sub num.* 48. *versiculo sed est dubium, de jurejur.* Alex. *in l. partis, sub n.* 4. *ff. de vulgari.* & per Boss *in tractatu crimin. titulo de appellat. numero* 10. Cæsar Contard. *l. unica, limit.* 1. *n.* 24. *cod. si de moment. possess.* & cumulat Rugin. *tractatu de appellat.* §. *duodecimo, gloss.* 2. *c.* 3. Et ea ratione, quia ac- 104 cessorium sequitur naturam sui principalis, & quia articulus incidens, & accessorius, regulatur secundùm naturam sui principalis, & ideo, si causa principalis est summaria, omnes ejus articuli debent esse summarii. Cont. *in l.* 1. *num.* 25. Marsil. *singul.* 17. *access. num.* 2. Bartol. *in l. solent, num.* 16. *ff. de aliment. & cibaria legat.* Castrens. *consil.* 21. *n.* 14. *volum.* 1. Ripa *l. damnum, n.* 4. *ff. de damno infecto* Petrus Surdus *decisione* 27. *num.* 2. Natta *consil.* 122. *in causa possessorii, n.* 12. *lib...* Carpan. *de statu Mediolan. cap.* 25. *num.* 18. *fol.* 35. & nos variis in locis diximus.

Facit insuper ratio tradita à pluribus Doctoribus, 105 tenentibus, à sententia continente mixturam possessionis, & proprietatis, dari appellationem à tota, ex eo scilicet; quia causa proprietatis uti major trahit ad se causam possessionis, uti minorem. Bald. *in l. unica, Cod. si de momentan. possess. n.* 8. & quia ubi agitur de possessorio, & petitorio simul, causa possessionis venit accessoriè ad causam proprietatis, & quòd ideo sequitur naturam petitorii, quod est causa principalis. Hanc 106 reddunt Contard. *in dict. l. unica, limit.* 2. *in princip. num.* 19. & 20 Escacia *de appellat. d. quæstio* 17. *lim.* 6. *membr.* 9. *sub num.* 1. *versiculo ratio hujus sublimitatis est, &c.* Cujus rationis doctrina verissima est, ex qua 107 idem jus observandum erit in casu converso, ut eleganter docet Paulus de Castro *consilio* 39. *incipit quod à sententia lata, libr.* 1. post plures per eum citatos, ubi affirmant, quòd licèt à sententia mixturæ possessorii, & petitorii licitè appelletur, tamen fallit, quando mixtura, & sic causa proprietatis incidenter, & accessoriè tractetur, non æquè principaliter, quia tunc non appellatur ratione mixturæ. Castrensem referens sequitur Polidor. Ripa *in tractatu de nocturno tempor. cap.* 4. *numero* 100. de quo plura

dixi

dixi *infrà 3.p.cap.12.à numero* 105.*cum multis sequentibus.*

108 Pro quo ex identitate rationis facit, quod quando dominium, seu titulus incidenter: & limitatè deducatur respectu possessionis, & ad eam justificandam, & pro ejus colore, tunc appellatio non admittatur à sententia lata in possessorio, tenet Rota, ut per Achil. de Grassis *decis.*20. *aliàs* 246. *appellationi in possessorio de appellat.fol.*112.Cæsar. Contard.*in l.unica*, *Cod.si de moment.lim.*2.§.8.*n.*21.*in fin.vers. quibus*, *& n.*22.27. 28.*&* 29.Escac.*de appell.q.*17.*lim.*6.*membr.*9.*à n.*109.

109 *& suprà* Pute. (qui loquitur in Euguidia) *dec.* 202.*in causa Placen.in fin.n.*6.*l.*2. dicentes tunc hoc possessorium non esse mixtum,sed simplex,& merum, & Esc. *ubi proximè*, atque Contar. *d.*§. 8.*n.*15. dicunt,quòd

110 possessorium in causis beneficialibus non est sui natura mixtum,quia in eis commiscetur quæ lam justificatio, seu color ipsius possessionis, quod non facit judicium possessorium desinere esse merum: aliud enim est intentare remedium petitorium, & aliud possessionem justificare cum titulo, ubi natura requirit, probat Rota *diversorum decis.*34.*concluswm fuit,n.*16.*in fin. & n.* 17.*part.*2.& latiùs prosequuntur.

111 Quò pertinet,quod in casu,quo nullitas continetur accessoriè in sententia, victus non possit appellare, quia tunc cessat ratio mixturæ;seu compilationis causarum, inter quas non datur concursus ad prohiben-

112 dam,vel admittendam appellationem, tenet Contard. *in l.unica,C.si de moment.possess.limit.*24. *sub n.*38. quia appellabilitas sententiæ pender ab eo, quod principaliter agitur, & non ab eo,quod venit incidenter, seu accessoriè, docet Paul. de Castro *cons.*39 *quod à sent. vers.ex quibus tollitur,l.*1. Escacia *in tract. de appell.q.* 77.*limit.*6.*memb.*9.*à n.*67.

113 Reddentes rationem, quia semper attendi debet, quod principaliter agitur, & non quod stat accessoriè, consecutivè,& in consequentiam *l.si quis nec causam*, 4. & exornat Jason *n.*3.*& sequentibus ff.si certum petatur*,Tiraquell.*in rubr.res inter alios acta,colum.*1. *&* 2. *versiculo sic & semper, cum sequentibus,fol.*104. Escacia *tractatu causarum civil.& crim. cap.*2. *n.*173. *&* 296. facit lex *cùm ex oratione,*§.*fin.ff.de excusat.tuto.*Bald. *in l.*1.*n.*5.*Cod.de legibus,& in leg.quod favore,Cod.eodem, in* 7.*oppositio.*glos.notabilis *in cap. quamvis*, *de pactis in* 6.quam advertit Geminian.*ibi*, Decius post plures

114 alios *in d.l.si quis nec causam.* Peregrin. *in tractatu de fid.commiss.art.*37. *n.*4. & facit ex hac eadem ratione, quæ de articulo liquidationis incidentis in sententiæ executionem exactè diximus *infrà,*4 *p.c.*10.*per totum*, ubi quòd ejus executionis natura vertitur; & pariter appellationem suspensivam non admittit.

115 Nec causa accessoria debet mutare naturam principalis, *leg.nuda*, *C.de contrahenda stipul.* & in simili proposito adducit Menochius *de adipiscend. remedio* 4. sed potiùs ipsum accessorium à principali natura immutatur, ex dictis juribus *leg. si plures*, *in fin.ff. de pactis*, cui rectè conducunt ea, quæ adduxit Everard. plures allegans *in locis legalibus in loco à generalitate*, *fol.*34.*vers.*2.*de regula fallit quando illud, &c.*

116 Quia cùm quid prohibetur,prohibentur omnia quæ sequuntur ex illo,*regul. cum quid prohibetur*, *de regul. jur.in* 6.*leg.cui pacto,ff.de servis export.cap.denique*, 4. *dist.* bonus textus *in c. pastoralis*, *in fin.de appellat.* de accessoriis enim idem est judicium, quod de principali,etiam in his,quæ sunt stricti juris,*cap. de prudentia*, *de donatio.inter vir & uxor.l.nihil tol.*§.*cum principalis*, *l.cùm principalis.ff. de reg. jur. cap. & hæc diximus* 16. *quæst.*7.*l.non dubium, Cod.de legit. reg.accessorium*, *de reg.jur.in* 6. cum vulgaribus.

117 Nec enim intelligas,immemorem me esse illius doctrinæ quam modò sectatus sum *superiùs,à n.*56 ingenti Doctorum authoritate fulcitam, cùm in possessorio fructuum, vel interesse condemnatio fit, licèt à possessorio non appelletur,à fructuum tantùm,& interesse condemnatione omnino permittatur, & sic non sequuntur naturam sui principalis contra præcedentem limitationem.

Sed pro satisfactione attende,quòd dicta Doctorum 118 sententia, & doctrina procedit in illo possessorio, in quo sui natura non patitur fructuum condemnationem, *in rem.l. fin. C. de edicto Divi Adri. toll.* ut ibi omnes repetentes latè notant,qui non eo judicio summariissimo,sed alio ordinario petantur, ut cõsequãtur Hinc est, ut non accessorium sint, sed æquè principale capitulum sententiæ,quo ipsi veniunt.At verò nos lo- 119 quimur in his causis, quæ suapte natura fructus trahunt,ac ideo cùm in interdictis veniant fructus ex eorum natura,*l.*1.§.*ex die,ff.de vi,& vi arma. l.is qui puteum,*§.*quod ait Prætor,ff.quoad vi aut clam,l.*3.*cum ibi nota,ff.de interdictis,l.videamus.la* 2.§.*in Fabiana,in fin. ff.de usuris,cap.gravis,de restitutione spolia.leg.si duo,*§. *ult.ff.uti posside.*ibi,*quanti ea res est*, latè tradunt relati à Menoch.*de recup.poss.in rem.*1.*n.*6.*cum sequentibus,& de retinen.rem.*3.*à n.*286.*& de adipiscen. rem.*4.*n.*872. 120 Moli.*de primogeniis,lib* 3.*cap.*13.*nu.*69.alios referens, alioquin enim sequeretur absurdum,ut in omnibus remediis ferè possessoriis, & interdictis admitteretur appellatio, si pariter intelligerentur fructus venire in eis æquè principaliter,quod non est dicendum, nec affirmandum, ut tenent Francisc. Sarmi. *de resti. Eccles.*3. *p.c.*2.*n.*27.*&* 28.omnino videndus, quia loquitur eleganter ad propositum, quem per totam illam columnam transcripsit verbaliter Christophorus de Paz *in tractatu de tenuta. cap.*13. *n* 62. & Menoch. *d. rem.*4. *n.* 872. qui meritò Augustinum Berotium aliud sentientem reprehendunt, quibus convenit, quod dicit Cæsar Contard.*in repetitione l.unicæ,C.si de moment.poss. limit.*1.*sub n.*25.*versiculo in hac quoque*, quod fructus sequuntur naturam judicii possessorii, quando veniunt accessorie ad illud.

Quò etiam pertinet, quod illa communiter recepta 121 resolutio, quæ habet, quòd in possessorio appellatio à fructuum condemnatione, aut interesse non suspendat possessorium,sed fructuum condemnationem tantùm; procedit, quando utrumque per capitula separata appositum est in sententia:ita Vestrius *in praxi,lib* 7.*c.*3. *sub n.*8.*versiculo addo*,quem refert, & sequitur Ruginell. *de appellatio.*§.2.*c.*3. *sub n.*223. *versiculo ratione*, & apertè Contard. *in l.unica*, *limi.*1. *sub n.*3. *&* 31. *&* 32.

Tertiò principaliter limitantur præfatæ regulæ, ut 122 nec procedant in casu,text *in cap. super quæstionum,*§ *si verò duo,de officio.& potestate jud.deleg.*(cujus *suprà,in princ. secundæ partis quæstionis princ.* mentionem fecimus) ubi qualitas affirmativa omnino debet prævalere qualitati negativæ, seu prohibitivæ, quamtumvis utraque concurrat in una, & eadem persona, propte- maximum absurdum vitandum, quod optimè consideravit Abb. Panormit.*ibi n.*5.*vers. sed quæro cur*, *&c.* post Hostiens. quem ibi allegat; solemus enim à juris regulis deviare propter absurdum vitandum: textus *in l.fin.C.de arbitr.præst.l fin. C. per quas personas nobis acquir.& in l. unica,*§.*pro secundo,C.de caducis toll.leg. si quis jusjurandum,& l.generaliter*, *C de rebus credi.*§. *fin. instit. qui & ex quibus causis*, & ea quæ adducit Everard. *in locis legalibus in loco ab absurdo.*

Cui quidem & illud conveniens est, quod quando 123 cum judice à quo,ex aliqua juris dispositione appellari non potest,alter judex simul judicaret,à quo possit appellari, tunc quoad potentiam appellationis attenditur persona hujus judicis, à quo appellari potest, tenet Sigismund.Escacia *in tract.de appellat.quæst.*16.*limit.*24. *sub n.*3. Rebuff *in tra. de privil,scholarium, priv.*106. *vers.*16.*numer.*16.*fol.*53.ubi loquitur in sententia lata

ab arbitrio juris,à quo potest appellari, ut dixi *infrà, lib.3.cap.de arbitris*, & ab altero judice à quo appellari potest.

124 Pro complemento autem hujus quæstionis,& materiæ illud ei annexum non omittam,quod etsi à sententia alimentorum non licet appellari,tamen si simul eorum præstandorum fiat condemnatio, & eorundem taxatio,tamen respectu taxationis quantitatis alimentorum tantùm,si nimis taxatur, habet locum appellatio, ut notat Speculator *in tit.de app.§.in quibus, vers.* 8.Avēd. *in dictio litera G, verbo, govierno, vers. quintò procedit d.reg.fol.*389.

Unum tamen est notandum secundùm istos, ut sententia super alimentis non exequitur, sed suspenditur executio,quousque super taxatione articulus terminetur in gradu appellationis, & hoc non alia quàm hac ratione,quia cùm sententia non sit liquida,non potest exequi,ex his quæ latè adduxit Covarr. *l.2. variar.res. c.11.per totum*,ac ideo necessarium est,ut ejus executio pendeat à futuro eventu, & per consequens in id tempus suspendatur.

125 Sed an isthæc Avēdani doctrina vera sit, latiùs examinabimus *infrà*,3.*part. c.1. ante fin. à n.*50.*cum seqq.* ubi latè iste articulus examinatur.

126 Secundo infero ex dictis regulis, conclusionibus præcipuè ex secunda, ut quando in aliqua sententia, putà;privilegiata,vel confessione partis,vel instrumento guarentigio, detur alicujus quantitatis pars liquida, & alia pars non liquida,tunc cùm concurrat diversitas qualitatum prohibitivæ, & permissivæ appellationis circa,diversa & separata, exequatur liquidum;non autem illiquidum,secundum formam,& tenorē d. regulæ secundæ *supra* à nobis traditæ,ita voluit Socin *consil.*24.*col.*11.*vers & primo,vol.*1.*&cons.*256.*col.*3.*vers. aliquando,vol.*2.Escobar.*de ratiociniis,c.*31.*n.*7.& text. est *in leg.quidam existimaverunt,de rebus creditis, & l. si certum petatur*. & ideo judex Ecclesiasticus exequendo partem liquidam tantùm non obstante appellatione vim non facit.

127 Et ex nostra distinctione deduces rationem illius difficilis, & frequentis quæstionis, quòd quando judex in eadem sententia pronuntiat in executione instrumenti procedendum, pronuntiando sententiam addictionis(quam nos *de remate* dicimus)& simul in eadem sētentia declaret; non obstare exceptiones à tertio oppositore,pro suo interesse comparente; oppositas, super quibus cognitum est in via ordinaria, *juxta l.*41. *tit.*4.*lib.*3.*recop.* & latè Gutierrez *in pract.quæstio.lib.*1. *quæst.*114.*per totam*,Castellus *in l.*64. *Tauri, gl.s'allegue,per totam*,Paz *in praxi*,4.*p.*1.*tom.c.*4.*num.*7. Parlador.*lib.*1.*rerum quotid.cap.fin.*5.*p.*§.10,*num.*22.quo ca-
128 su dividuntur qualitates,nam tertius potest appellare à dicta sententia, licèt non possit debitor executurus,& contra quem lata est dicta sententia,*de remate*:ita eruditè tenet Castell *ubi proximè,versiculo si tamen tertius, & versiculo sequenti*,videndus omnino, & Parlado.qui eum sequitur *ubi suprà,c.fin.*5.*p.*§ 15 *num.*2.*&* 3.& ex
129 his,quæ latè adducit Azev. *in d.l.*41. & Gutierrez *loco jam relato*,reprobata communiter in tribunalibus omnibus doctrina Gondizalui de Pax *in praxi,d.*4.*p.*1.*tomo,c.ap.*4.*num.*7. contrarium tenentis:nam cùm diversitas ipsa qualitatum concurrat circa diversa, hoc est, circa diversas personas prohibitiva,scilicet,circa personam debitoris,contra quem sententia addictionis lata est:permissiva verò circa tertium oppositorem executioni, cum pro non intelligitur appellationis remotio,ut latè præcitati authores comprobant, ultra quos Gutier.*in d.pract.q.l.*11.*q.*118.*per totam*, unaquæque qualitas in suo dispositio operatur,& fortitur effectum, juxta secundam regulam,& ejus doctrinam à nobis *supra* traditam.

131 Unum tamen nota, quòd licèt judex Ecclesiasticus non debeat deferre appellationi à debitore emissæ; tamen sententia addictionis non exequitur interim, sed suspenditur, quousque terminetur in gradu appellationis causa oppositoris,ut probant Doctores *ubi proximè*, quoniam ei esset maximè præjudiciale interim eam exequi;& hoc jure utimur.

Ultimo loco succedit tollenda difficultas,quæ viget 132
in illa celebri, & intacta quæstione, an judex vim faciat,non deferens appellationi à tota sententia, quando circa eam concurrit diversitas qualitatum prohibitivæ, & permissivæ appellationis, & una conditionaliter ad aliam,ut putà;judex cōdemnat aliquem, ut exhibeat servum, instrumentum, aliúdve quid, quod si non exhibuisset, eum condemnat in centum, nam ab exhibitione non appellatur.Speculator *l.2.titulo de appel.§. in quibus autem casibus, versiculo sed nunquid in actione ad exhibendum,n.*12.*ex l.*3.§.*ibidem,ad exhibendum*, juxta text.*in l.fin.ff. de appellat. recipiendis*. Gregor. Lopez *in l.*2. *titulo* 2.*p.*3. *gl.*5. à centum autem condemnatione utique permissum est, ex regulis, à juribus vulgatis.

Et quod secunda qualitas, posita conditionaliter ad 133
aliam, assumere debeat ejus naturam: probatur primò,quia subrogatum sortitur eandem vim,& naturam illius, in cujus locum subrogatum est, *l.si eum,§.injuriarum,ff.si quis cautio.cap. Ecclesia* 1.*ut lite pendente, clem* 1.*de supplen.negli Prælat.cum similibus*.Paul Cast. *cons.*73.*repetito.cons.*265. *licèt ista Domina Lisa, ante fin.lib.* 1. Philippus Decius *cons.*190. *circa primum dubium,col.*3.*versic.quartò hoc idem. & consil.*543. *in casu proposito,colum.*2. *versiculo tertiò hoc confirmatur*. Joan. Andr.post Ricard.*in additio.ad Specula.p.*2.§.*nunc breviter.versiculo licet autem detur annus*, Alexand. *in l.ne quis,col.*2.*in fin.ff.de feriis*,idem *cōsilio* 42.*in causa, & lite,colum.*1.*vers.& latè tempus,l.*2. latè Felin. *in c. illud,col.*2.*versicul.circa civiles,de præscriptio*.Iſſ.*in* §.*pœnalis,n.*111.*instit.de actio.& in leg.nemo potest,in secūda lectura, col.ante penult.ad fin.de leg.*1.Baldus *de præscr. q.*28.*princ.*4.*partis*,4.*item partis,princ.*& quos diligenter congessit Tiraquell. *de retractu lignagier*,§.1.*gloss.* 10.*n.*79. *&* 80. sed secunda qualitas deficiente prima subrogatur in ejus locum: ergo debet effici ejusdem naturæ simul cum prima.

Secundò magis in specie probatur, quoniam à sen- 134
tentia judicis subrogati, in locum ejus, à quo non appellatur, pariter appellatio nec admittenda est, ita ex doctrina Bar.*in l.*3.§.*equidem,ff.ad Tertullian.*& Joan. Andr.*in additio ad Speculatorem,in titulo de appellat.*§. *in quibus,versiculo quid si convenerit*, affirmat latè Alexand *consil.*20.*colum.penult.versiculo ex quibus mihi videtur,usque ad fin.l.*4.dicens,quod licet renuntiatio appellationis,& reductio ad arbitrium boni viri,facta inter partes concernat sententiam ferendam ab arbitro,seu arbitratore:tamen idem esse dicendum in sententia,lata à judice subrogato in locum arbitri,vel arbitratoris, argumento *l. si eum,*§. *injuriarum, ff. si quis cautio*.ergo in nostro casu idem esse dicendum,& affirmandum videtur.

Contrarium tamen videtur suadere textus dispositio *in l. stipulationes non dividuntur, in princ.ff. de verbor.obligat.*ubi dicitur, quod stipulatio aliquid faciendum)est indivisa,& *in versicul.Celsus*,dicit(ubi quid fieri stipulemur, si non fuerit factum, pecuniam dari oportere, ideóque etiam in hoc genere dividi stipulationem) ex quo patet quòd secunda qualitas conditionaliter subrogata primæ non mutat suam naturam. 135

Secundò facit text. *in cap. super quæstionum*,§. *nos autem de officio deleg.* ubi delegatus datus cum clausula- (appellatione remota) si subdelegat, subdelegatus 136
non procedit in causa cum illa clausula, *sed emissæ appellationi deferre tenetur*, licèt sit in ejus locum subrogatus, & idem probat text.§.*si verò duo,ejusdem*

ca

cap. ſuper quæſtionum. ubi notat Abb. quod ibi eſt caſus, ſubrogatum non aſſumere naturam ejus, in cujus locum ſubrogatum eſt: ergo pariter, & eodem modo dicendum eſt in noſtra quæſtione, ut qualitas ſubrogata conditionaliter in locum alterius, ejus naturam non capiat, nec ſumat propriam immutando.

137 Tertiò, quoties aliqua diſpoſitio, ſeu ſtipulatio ita concipitur: Si navem facere promitto, & ſi non fecero centum, duæ ſtipulationes ſunt, ſeu obligationes: textus eſt *in leg. obligationum ferè, §. ſi ita ſtipulatus, verſic. ſed ſi navem, ff. de obliga. & actio.* ſed juxta doctrinam ſecundæ regulæ in quæſtione principali à nobis traditam, ut nempe; quando diverſitas qualitatum concurrit circa diverſa, & ſeparabilia ſententiæ capitula, unaquæque qualitas in ſua operetur diſpoſitione; ergo cùm ſententia hoc modo concepta duplex cenſeatur, utraque qualitas prohibitiva, & permiſſiva, ſortitur effectum ſuum, & naturam.

138 Quid putas, in tam ancipiti quæſtione dicendum eſſe? Illud verius judicio meo: ut ab ultima qualitate ſententiæ appellationi emiſſæ deferatur: nam licèt duo capitula ſint ſententiæ, tamen unum eſt ab alio dependens, & connexum, unum purum, aliud conditionale: purum prius, conditionale autem poſterius, & unius defectus eſt cauſa, ut alterum ſubſiſtat, & ſic ex corruptione unius, alterum generatur: cùm enim prima
139 qualitas ponatur pro conditione ſecundæ, hinc eſt, ut ea deficiente, ſola ſecunda maneat in ſententia, probat text. in argumento *in d. l. obligationum ferè. §. fin. ff. de obliga. & actio.* ad hoc igitur, ut ſecunda qualitas attendatur, & vires ſuas habeat, neceſſe eſt, ut prima, quæ eſt poſita in conditione ſecundæ, deficiat. Cùm igitur prior cauſa pereat, qualitas ei adiuncta non ſubſiſtit; quia non entis nullæ ſunt qualitates, nec hæ
140 poſſunt eſſe ſine ſubjecto, quo caſu ſecunda diſpoſitio, conditionis exiſtentia impletur, quod omnimodo contingit, ſi condemnatus appellat, ſi quidem quando ita ſententia concipitur: Si non exhibeat, contra eum ju-
141 retur in litem, vel tot ſolvat &c. eſt conditio poteſtativa, collata in condemnati poteſtatem, & voluntatem: quam per appellationem demonſtrat, & manifeſtat, ut ei ſtare non vult, nec parere. textus *in l. 1. & toto tit. ff. & C. & decretalibus de appellat.* firmat Natta *conſilio* 108. *viſo themate, n. 2. & ſequentibus*, Ruinus *conſilio* 84. *quæritur utrùm ſub. num. 3. lib 5.* & eſt textus *in l. 1.* ibi, appellare enim debuiſtis, ſi ſententia vobis diſplicebat, *C. ſi ſapius in integr. reſt. poſtu.* unde cum voluntas per
142 contrarium actum primæ qualitati opponatur, ſecunda quæ ejus defectum ſuperat, ut convaleſcat, & adimpleatur, ſola manet in ſententia (prima perẽpta) *ex dict. §. fin. cum juribus vulgaribus.* Ideoque effectus ſecundæ qualitatis attendendus eſt, ut ſiquidem prohibitionem dictet, prohibitionem operetur; tamen ſi appellationis permiſſionem, ei deferatur. Quæ reſolutio mirificè comprobatur ex illa doctrina, quòd quando actio competit minori ad mobilia, & immobilia alternativè, attenditur finis, & effectus, ad hoc, ut in ejus alienatione decretum requiratur, & ſic an debitor malit ſolvere immobile, ac mobile, quia exitus, finis, & effectus attenditur: ita reſolvit B. Alberi. Angel Iſſ. & cæteri *in l. ſi ſic legatum, §. fin. de legat. 1.* Aretin *in l. 1. C. ſi adver. tranſact.* B. *in l. ſi ex legati cauſa, num. 6. de verbor. oblig.* Alexan. *in l. à Divo Pio, § in vẽditione, not. 1. de re judic.* Card. Alban. *in lucubratio. in B. ad d. l. ſi ſic. §. fin.* Alexã. *conſ. 126. viſis, lib. 1. & conſ. 53. lib. 3.* Turzan. *in ſuis comm. opin. 2. & per l. in l. erit, ff. de fundo dota.* Tiraquell. *tract. de utroque retract. in pri. p. retract. conventio. in fin. n. 22.* optimè Simoncellus *tract. de decretis, l. 1. tit. 4. n. 5.* attenditur igitur natura ejus alternativi, quod ſolùm remanet in diſpoſitione.

143 Quæ doctrina ſatis etiam comprobatur ex his, quæ *ſuprà, hoc capite* adduximus circa poſſeſſorium habens cauſam proprietatis annexam, & poſſeſſorium ſimul una ſententia cum petitorio terminatum: quando hoc illi abſorbet, ex authoritatibus ibi relatis, quia in præſenti quæſtione una ſola qualitas. & ſic conditionalis, poſterior nempe; quæ ſub conditione concipitur, in ſententia remanet, ambæ enim minimè ſimul vigere, & prævalere poſſunt. ſed conditionalis tantùm, pura deficiente. Quam reſolutionem veram eſſe quæſtioni tam difficili, & intactæ propoſitæ, arbitror uniformem doctrinis hoc in capite relatis, quam volo, ut extendas ad cæteras qualitatum ſivis ſententias, quibus diverſitas qualitatum ſit oppoſita, & una pro conditione alterius, vide *inferiùs, à n.* 148. ubi alia adducuntur in comprobationem.

Et ex hucuſque dictis, & præcipuè ex reſolutione hujus difficultatis, alia frequens vinci poteſt, ex paritate, & identitate rationis, ut ſcilicet, idem ſit dicendum, quando una qualitas ponitur, non alternativè con- 144
ditionaliter ad aliam: ita ut una dumtaxat habitura ſit effectum (ut modò diximus,) ſed quando duæ qualitates apponuntur in ſententia, ita ut utraque ſortitura ſit effectum, ſucceſſivè tamen, una poſt aliam, ut putà: quando in remedio *l. fin. Cod. de edicto Din. Adri.* lata eſt ſententia, ut hæredes mittantur in poſſeſſionem pro indiviſo, eáque facta cum effectu inter cohæredes, ſeu obligantes, fiat bonorum partitio, ſeu diviſio, 145
quia tunc cùm unaquæque qualitas ſola exiſtat de per ſe, diverſiſque temporibus, & reſpectibus operatura, & circa diverſa capitula, unaquæque etiam operatur reſpectu appellationis, ſecundùm uniuſcujuſque juris dictamen, ut appellatio à poſſeſſione non ſuſpendat executionem, à petitione autem illam ſuſpendat; quia tunc nulla datur mixtura, ſed omnimodo diverſitas; & ita communiter practicatur, prout practicari videmus quotidie.

Non igitur obſtant quæ *ſuprà*, de ſubrogatione diximus, cui uno verbo reſponderi poteſt; ſcilicet: ut
illa doctrina procedat, quando in utroque datur ha- 146
bilitas, & cùm in altero ex his adeſt prohibitio appellationis, non habilitatur per ſubrogationem; qui enim non poteſt eſſe judex principaliter, nec eſſe poteſt per ſubrogationem alterius, ita tenent Joan. Andr. & Gemi-
nian. *in cap. ſtatutum, §. in nullo, de reſcript. in 6.* Felin. *in c. olim, de exceptioni. in verſiculo allegato*, idem Felin. *in c. ſi pro debilitate, de officio delegati, n. 1. col. verſiculo quærò utrùm delegat. n. 2.* & aliqui per Doctores, & ſic paritas
rationis requiritur in ſubrogato, & in eo, in cujus lo- 147
cum ſubrogatur, ut ejus naturam ſapiat, & ſortiatur, adeò ut ſi ſubrogatus in aliquo diſcreparet, in eo non ſortitur naturam eandem, licèt in aliis ſit, ita dicit Paul. de Caſtro *conſilio 73. repetito conſil. 265. incipit licèt iſta Domina Liſa, paulò ante fin. lib. 1.* Philippus Dec. *conſilio 190. circa primum dubium. colu. 3. verſiculo 4. hoc idẽ, & conſilio 543. incipit, in caſu propoſito colum. 2. verſic. 3. hoc confirmatur.* Tiraquell. *in tract. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 10. num. 80.* & ideo nihil mirum, ut cùm hæ duæ qualitates, una in locum alterius ſubrogata cõditionaliter, inter ſe in omnibus diſcrepent, ut contrariæ, quia unam prohibitio regit, alii permiſſio prædominetur. alterius naturam non ſapiat, nec participet, ſed in ſuæ propriæ meris limitibus contineantur.

Et noſtram reſolutionem *ſuprà* traditam quæſtioni 148
à num. 138. videtur probare text. qui ſic poteſt intelligi *in leg. creditor. §. juſſus* omnino videndus *ff de app. l. 9. tit. 23. p. 3. verſic. peroſi el demãdado*, ibi: *O mas fueſſe deſmandado en no noſtrar, ò no entregar aquella coſa, que le demãdavã en juicio, empero lo cõdenaſſe el juzgador en tãto quanto jur ſſe la otra parte, que el menos cibava por no le ſer monſtrada, ò entregada aquella coſa; aſſi como demãdavan. ſi de tal juicio, come eſte aquel, contra quien es dado ſe quiſieſſe alçar, bien lo puede façer, &c.* ubi dicit
Greg. Lopez *gl. 7.* per text. ibi, quod ſi, qui non exhibe- 149

ret, condemnatur ad interesse, procederet appellatio, referens Immolam *in d.l.creditor,fin.§.jussus,colum.fin. ff.de appell.* idem dicit Speculator *in titulo de appellat. §.in quibus,versiculo sed numquid in actione ad exhibendum, n.*12.qui omnes possunt sic intelligi, ut loquantur;quando in una, eademque sententia una qualitas conditionaliter alterius loco subrogatur, ut *superiùs* probavi.

150 Quibus quidem mirabiliter convenit,quod per Alexand.*in consilio* 81.*in fin.*2.*vol.*dixit Marant. *in speculo judi.*6.*p.titulo de executione sententiæ,n.*62.ubi affirmat, quòd si judex posuit pœnam,in casu, quo ejus sententiæ non pareretur,si non paretur,non poterit fieri executio ad talem pœnam,ubi loquitur de sententia, quæ executionem meretur,per totum illum discursum,quæ quidem doctrina non parum hanc opinionem comprobare,& authorizare constat. Vide sursum *à n.*138. *cum seqq.*

151 In commutatione autem pœnæ impositæ per unam sententiam diffinitivam, quando propter paupertatem in aliam pœnam, putà, corporalem commutatur per aliam sententiam,ut nunc ista sentétia secunda,& pœna ejus,quoad appellationem sortiatur naturam primæ dicit Bart *in consilio* 101. *num.*2. & bene; alia autem causa facta commutatione per duas sententias aliter disponit,quia est nova causa,& nova accusatio. Vide eundem,qui licèt distinctè procedat,tandem ita resolvit,quæ non examino,quia nostræ quæstionis non est; & de hujusmodi commutatione condemnationis in pœnam corporalem ob defectum solutionis pecuniæ
152 propter paupertatem,vide latissimè Prosp Farina.*pract. crim.tom.*1.*q.*26.*d n.*1.*cum sequentibus*, qui casus difficultatem non habet, cum alia sententia ferenda sit in defectum.

153 Secundò limitatur nostræ quæstionis resolutio, ut procedat quando adhuc à sententia admittitur appellatio, devolutiva saltem;non tamen quando simus in sententia ulteriùs appellationem non admittēte: putà, quia vel est ultima ex tribus cōformibus,vel transacta in rem judicatum: quia tunc qualitas conditionaliter apposita in eadem sententia non potest ultra naturam judicii, & sententiæ, operari, quæ nullo modo appellationem admittit,ut putà;quis propter delictum con-
154 demnatur in centum,quæ si non solverit infra mēsem, condemnetur ad triremes, aut exilium;tunc cùm exilium pariter sit pœna, ac centum condemnatio, termino transacto non facta centum solutione,in pœnam comminatam exilii, aut tiremis fiet executio; multa cumulans latè prosequitur Prosper. Farinac. *practic. crim.tomo* 1.*c.*26.*à num.*13. *cum sequentibus,& à princ.* & nos latè etiam diximus *infrà.*4.*part.c.*11.*à num.*47. *versiculo sed quid dicendum in sententia, qua quis est condemnatus, &c.* & probant Angel. *in repet. l. nemo carcerem,in* 1.*colum.C.de exact tribut.lib.*10.*per gloss.in l. fin.Cod. de judi iis*, Specul. *in titulo de sentent.* §.1. *vers.sed nunquid si judex,num.*5.quem refert Abb.*in* 1. *p.statut.qu* 93.*quæ incipit, quæro an valeant condemnationes,&c.* Augusti.ad Angel *de malefic.in verbo,quas si non solverit cum quanto pluri,n.*4.& post Augustin.pariter refert Clar. *in practi*, §*fin. qu.*93.*versic. quæro, numquid valet sententia, in fine illius versiculi*;Flamin. Cattar. *in tractatu de execut. sentent. capto bann.c. fin. num.*288. & per Bart.*in l.cum duabus,*§.*fin.num.*2.*ff.pro soc.& in leg. si frater,*§.*idem respondit*, per illū text. *ff. eod.*Angel.*in leg.si quando,*§.*hæres.ff.de legat.*1.*& in l.si insulam, ad fin ff. de verb. obligat.* Alexand.*in l.non solum,*§.*morte,circa finem ff.de oper.novi nuntiatio.*Roma. *in l.*1.§ *post operis,ff.eodem*,refert, & sequitur Jas.*in* §. *pœnales, num.*47. *&* 48. *& ibi in additio.litera P.instit. de actio.*

155 Unum tamen pro complemento, & declaratione hujus materiæ non omittam necessarium, nempe, quoad ad potentiam, vel impotentiam appellandi,non attenditur qualitatum diversitas, seu earum mixtura contenta in libello, seu articulis, & probationibus, sed tantùm qualitatum diversitas & mixtura contenta in sententia;optimum Cornei consilium 10 *præsuppositio statuto,n.*3 *versus finem,& n.*4.*l.*4.quem referunt, & sequuntur Rota *decis.*34.*conclusum,n.*5. *&* 8. & apertius *n.*9.*p.*2. *diversorum*, latiùs Cæsar Contard *in leg. unica, limi.*2.§.5 *sub num.*11.*versiculo aliquando, & n.*12.*cum sequentibus*, Escac *tractatu de appellat. q.*17. *lim.*6.*mem.*9.*n.*6. *fol.*403.inferentes ex eo,quòd à sententia manifestè lata in possessorio, non posset appella- 156
ri;licet utrumque petitorium, scilicet,& possessorium, fuerit intentatum,in petitione,& articulis,subdens rationem Rota,quia non appellatur ab articulis,seu petitione.sed à sententia,& cùm non pronuntiaverit super deductis in articulis,& petitione, debeat appellari ab omissione,ut refert Contard.*ubi proximè*,dicens, quod respectu concedendæ, vel denegandæ appellationis à sententia lata in judicio possessorio;non considerantur libellus, aut probationes factæ super dominio, quia non à libello,aut probationibus datur appellatio,sed à sententia.Unde,inquit,licet in libello, vel articulis accumuletur cum possessorio;tamen si judex pronuntiet super possessorio duntaxat, non erit admittenda appellatio,& ipse Contard.ulteriùs,*num.*15.*&* 17.inquit, quòd in casu contrario;putà,si esset intentatum solum 157
possessorium recuperandæ,& sententia per judicem extraheretur ad dispositionem, *l. si quis in tanta*, possit appellari,quia sola sententia attendenda est.

Hæc tamen conclusio tripliciter fallit,ut nempe, in 158
sequentibus limitationibus magis attendenda sunt ea, quæ sunt extra sententiam,quàm ea,quæ sunt expressa in sententia. Et prima est, quando sententia est lata simpliciter super aliquo remedio possessorio, quod habet indivisibiliter admixtam causam proprietatis, juxta ea,quæ scribit Contard. *in d.l. unica, limi.*2.§.9. *sub num.*2. *C. si de momènt. possess.*

Secunda limitatio est, quando sententia est generali- 159
ter lata, non se restringens ad unam qualitatem, possessorium,aut petitorium quia tunc refertur,& restringitur ad prosecuta, *l licèt* 2. *C. de judiciis*, Philippus Franchus *in c.dilecto.sub num.*107.*quæst.*48.*de appellat.* Cæsar.Contard.*in d.l.uni.limi.*24.*n.*42.Escac *d.q.*17.*limi.*6. *memb* 9. *sub num.*8. & faciunt per ipsum scripta *memb.*6.*sub num.*59. *&* 60.

Tertia limitatio erit, quando sententia potest reci- 160
pere divisionem juxta formam petitionis, quia tunc sententia regulatur à petitione, & idcirco quot sunt capita in petitione, tot censetur sententiæ, ut per Rebuff.*tractatu de sentent.executione, artic.*16.*gloss.*5.*n.*2. *tomo* 1.*fol.*417.Caravi.*super ritu* 267.*num.*10.*quæst.* 3. & faciunt quæ Foller.*tractatu de censibus, in verbo censuis,numero* 115.*& sequentibus, tomo* 6.*p.*2.*fol.*416. & Virgin.Bocc.*tractatu de inter.uti possid.cap.*13.*num.*67. *tomo* 3.*p.*2.*fol.*321.& hunc articulum,ut attendi debet qualitas sententiæ, non judicii, latè (sequutus Contard.) prosequitur Escac *quæstion.*17.*limi.*6. *memb.*9. *à num.*6. *cum sequentibus*, qui *numero* 18. bene advertit quod qualitas sententiæ non attendatur, quando causa jam est semel effecta appellabilis: quia tunc non am- 161
plius consideratur qualitas sententiæ, sed attenditur solùm qualitas causæ jam factæ appellabilis, per ea, quæ ipse congerit *limit.*47.*memb.*1.*sub n.*111.*usque ad num.*116.

Et ne decipiaris, attendere debes ad ea omnia,quæ 162
in hoc capite dicta sunt, quæ generaliter comprehendunt diversitatem qualitatum,repertam in sententia,cui meritò regulas,& limitationes post longam disputationem adjecimus.Quam quæstionem vix tangunt Doctores, cùm omnes ferè loquantur in mixtura dumtaxat possessionis, & proprietatis: in qua adhuc

nimis

nimis varii, & confusi monstrantur.(quod nos pro uno quæstionis membro, imò limitatione resolutionis nostræ quæstionis dumtaxat scripsimus *suprà*) ut vix quid certum sit sequendum, aperiant ipsi.

CAPUT VIII.

A sententia lata in casibus, quibus à jure, vel ab homine denegatur audientia: appellationi interpositæ, an judex Ecclesiasticus, vim faciat, si non deferat: ubi de aliis dispositionis verbis, sub quorum involucro tacitè appellatio sublata intelligatur.

SUMMARIUM.

Audientia cui à jure denegatur, denegari simul appellationem, qui indistinctè teneant, num.1.
Et tunc causare attentata hujusmodi appellationem, num.2.
Processus in favorem ejus, cui à lege viva, vel mortua denegatur audientia, est nullus ipso jure, n.3.
Secundùm magis communem opinionem, n.4.
Exceptio seu defensio an possit denegari per statutum, n.5.
Audientiam denegans statutum creditori si non agat intra tot tempus, an valeat, n.6.
Audientia denegata quoad agendum duntaxat recipit appellationem, n.7.
Audientia ubi denegatur in agendo, & excipiendo simul denegata censetur appellatio, n.8.
Fundamenta, quibus Doctores fundantur, ut denegata audientia in excipiendo, & agendo simul, sit denegata appellatio, impugnantur, n.9.10. & 11.
Audientia denegata quoad agendum tantùm, non censetur denegata appellatio juxta communem, quæ defenditur, n.12.
Cap. pastoralis, §. verum, de appella. *interpretatur, n.13.*
Audientia denegata quoad agendum tantùm, non censetur prohibita appellatio quoad alios articulos, n.14.
Agere impropriè dicitur, qui ex eptione utitur, n.15.
Verbum videtur, *denotat in proprietatem, n.16.*
Audientia denegatur excommunicato, ut actori, & ut reo voluntario, n.17.
Reus voluntarius quis dicatur, n.18.
Tertius reus voluntarius excommunicatus non potest executioni sententiæ comparere, ibid.
Novum opus nuntians excommunicatus an in judicio comparens audiatur, n.19.
Audientia si denegatur tam in agendo, quàm defendo, & excipiendo, appellatio denegata intelligitur, secùs quando in agendo tantùm, n.20.
Audientia ubi universaliter denegatur, censetur etiam denegata appellatio, n.21.
Generalitas, quæ propter medium habile verificatur in qualibet sua specie indistinctè operatur, n.22.
Generalis lex comprehendit causas, & personas privilegiatas quæ specialiter in eo casu non reperiuntur habere privilegium; n.23.
Generalis dispositio includit omnes causas, licèt in uno major reperiatur ratio, quàm in alio, n.24.
Generalis dispositio etiam odiosa generaliter intelligitur, num.25.
Et in pœnalibus, n.26.
Interpretationem latam provenientem ex proprietate verborum non excludit materia odiosa, n.27.
A judice denegante audientiam in agendo à jure denegatam, appellatio non admittitur, n.28.
Appellatio non verisimilis, & habens contra se jus commune, non causat attentata, n.29.
Frustra speratur id, cujus eventus nullius est effectus, n.30.
Demolitiones ædificii constructi post nuntiationem novi operis sententia an admittat appellationem, n.31.
Novi operis nuntiationis causa recipit appellationem suspensivam, n.32. & 33.
Appellatio prohibita a causa principali, censetur prohibita ab incidentibus, n.34.
Audientia ubi denegatur in agendo tantùm, non censetur denegata appellatio, n.35.
Operis novi post nuntiationem gesta revocantur per viam attentati, n.36.
Attentatorum revocatoria sententia an recipiat appellationem, n.37.
A sententia demolitionis novi operis denegatur appellatio, n.38.
Opus ædificatum post nuntiationem, revocatur per viam attentati, n.39.
Attentatorum revocatio respicit abbreviationem litis, n.40.
Operis novi nuntiatio celeritatem desiderat, n.41.
Operis novi nuntiatio non recipit appellationem suspensivam, n.42.
Quam opinionem praxis diu recipit, n.43. & 44.
C. significat. de novi operis nuntiatio. *interpretatur, n.45. & 46.*
Nuntiatione spreta novi operis, quando quis agi patitur de jure principali omissa vita attentati, cessat attentatum, & appellationis prohibitio, n.47.
A demolitionis sententia ædificii confecti post nuntiationem appellatio est prohibita dumtaxat, non tamen generaliter in omni materia nuntiationis novi operis, n.48.
Et tunc in odium ipsius, qui judicem contempsit, n.49.
Text. in c. significanti. *verus sensus restituitur, reprobato Innocentio, n.50. & 51.*
L.1. §. sed si is cui. ff. de operis novi nuntiatio. *interpretatur, n.52. & seqq.*
Judiciũ nunc constat ex duobus reis tãtum sine actore, n.53.
Judex an vim faciat cognoscens de nuntiatione novi operis, quod Clericus nuntiavit, n.54.
Et quid de milite, vel alio privilegiato nuntiante, n.55.
Attentatorum à revocatoria sententia an appellatio suspensiva admittatur, n.56.
Silentium perpetuum ubi est appositum à denegante audientiam, non est licita appellatio, n.57.
Clausula perpetui silentii præstat exceptionem denegatæ audientiæ, n.58.
Agendi tempus an judex possit limitare, & aliter ponere perpetuum silentium, n.59.
Silentium perpetuum tollit simul appellationem, n.60.
Fraudem & turpitudinem suam allegans non auditur, n.61.
A judice repellente allegantem turpitudinem suam non admittitur appellatio, n.62.
Fraus propria in vim exceptionis bene proponitur, n.63.
A peccato desistens, an audiatur suam allegans turpitudinem, n.64.
Reconventioni respondere nolenti denegatur audientia, num.65.
A pœna legis appellare non licet, n.66.
Contraria allegans non admittitur appellans à rejectione, num.67.
Contraria, & diversa an actor, & an reus allegans audiatur, & quid incompatibilia, & de aliis remissivè, n.68.
Appellans comparens coram inferiori, si protestetur dicto, vel facto, non censetur appellationi renuntiare, n.69.
Cap. sollicitudinem, de appellat. *interpretatur, num.70. & 71.*
Creditor non auditur volens impedire sepulturam cadaveris, donec sibi solvatur, nec auditur appellans à repulsione, n.72.
Cadaver sepulturam celeriter desiderat, n.73.
Cadaver non est sequestrandum, etiamsi bona non adsint, quibus satisfiat ereditoribus, n.74.
Cadaver usurarii potest sequestrari per judicem Ecclesiasticum, donec hæres caveat de satisfaciendo, n.75.
Contumax verus non auditur appellans, n.76.

Contumax

Contumax verus qui dicatur, & in quibus caſibus, n.77.
Procuratore contumace, Domino non prohibetur appellare, num.78.
Contumax verus de ſtylo Rotæ, appellat intra decem dies à tempore latæ ſententiæ, n.79.
Contumax verus, vel fictus non appellat à primo decreto, num.80
A decreto primo appellatur, quando abſorbet jus partis, nec eſt reparabile per diffinitivam, n.81.
A denegato primo decreto parti præſentatæ appellare licet, num.92.
Contumax fictus appellat à ſecundo decreto, n.83.
Decretum ſecundum dicitur interlocutoria, continet tamen damnum irreparabile, n.84.
Miſſus à ſecundo decreto facit fructus ſuos, & in eum transfertur præſcribendi conditio, n.85.
Contumax verus non appellat à ſecundo decreto, n.86.
Latitans, aut ſe abſentans, ne citatio ad ſe perveniat, dicitur verus contumax, n.87.
Contumax verus poteſt adire ſuperiorem, & coram eo probare cauſam legitimæ excuſationis, & tunc geſta poſt appellationem revocantur, n.88.
Contumax verus quando audiatur, vel non, remiſſivè, & quid de ſtylo Rotæ, n.89.
Agens ſine intereſſe non auditur, nec à rejectione appellat, num.90.
Excipienti ſine intereſſe denegatur audientia, n.91.
Appellatio ejus, cujus non intereſt, non admittitur, n.92.
Ad exhibendum condemnatus præcisè cogitur, & non auditur appellans, n.93.
Condemnatus ad intereſſe ob non exhibitionem, an appellet, num.94.
A juramento de calumnia præſtando non appellatur, n.95.
Juramentum calumniæ recuſans appellat à ſententia diffinitiva, n.96.
Condemnatus ad cautionem non turbandi poſſeſſionem alterius, an audiatur de novo turbans, & allegans ſe inſiſtere poſſeſſioni ex nova cauſa, n.97.
C. Roma. 5 de appell. in 6. *interpretatur, n.98.*
Authorem authoris ſui tenentem de evictione laudans in judicio, an audiatur, & quando ſibi cogitur cedere actiones, n.99.
De nullitate dicens poſt ſexaginta dies non auditur jure regio, n.100.
Terminum ſibi ad aliquid faciendum præfixum labi permittens, cenſetur actui renuntiare, nec poſt illud auditur, num.101.
Oppoſitor poſt lapſum termini edictorum, an ſit admittendus, & audiendus, n.102.
Audientia quibus à jure denegatur, quatuor caſus recenſentur remiſſivè, n.103.
Clauſula (ſententia lata mittatur executioni) cenſetur ſublata appellatio, n.104.
Appellatio non ſolùm verbis expreſſis, ſed etiam tacitis tolli ſolet, n.105.
Clauſula (ſententia ſortiatur effectum ſuum) tollit appellationem, n.106.
Clauſula (non poſſit contradicere) ſeu (ſit remota omnis contradictio) appellationem tollit, n.107.
Clauſula (nulla exceptione, aut oppoſitione) tollit appellationem, n.108.
Clauſula (remota ſi omnis querela) vel (non poſſit querelari) removet appellationem, n.109.
Clauſula (non admittatur ejus defenſio) ſive (non poſſit ſe defendere) excludit appellationem, n.110.
Appellatio eſt ſpecies defenſionis, n.111.
Defenſionis genere ſublato, ejus ſpecies ſublata intelligitur, num.112.
Clauſula (ſine aliqua cenſura, & oppoſitione) excludit appellationem, n.113.
Clauſula (ad ſatisfactionem condignam faciat obſervare) an tollat appellationem, n.114.
Clauſula (liberè procedas) vel (liberè facias, &c.) tollit appellationem, n.115.
Scacia reprobatur, n.116.
Clauſula (abſque lite fiat reſtitutio) tollit appellationem, num.117.
Verba (ſine lite) important ut ſequuta judicis declaratione, nulla admittatur appellatio, n.118.
Clauſula (ſuo libero arbitrio committimus) excludit appellationem, n.119.
Clauſula (procedas de facto) tribuit liberam, & abſolutam poteſtatem, n.120.
Clauſula (procedas de facto) tollit appellationem, n.121.
Clauſula (ſuper quo conſcientiam tuam oneramus) tollit appellationem, n.122.
Et judex non tenetur jurare quod ita dictavit ſua conſcientia, prout ipſe declaravit, n.123.
Clauſula (mox, ſtatim, illico, confeſtim, incontinenti, ſine mora, ſine ulla procraſtinatione, ſine intervallo) excludunt appellationem, n.124.
Dictio (celeriter) & alia, quæ celeritatem deſiderant, tollunt appellationem, n.125.
Clauſula (paritis litteris, parito judicato, aut ſine præjudicio legitimæ executionis) tollit appellationem ſuſpenſivam, num.126.
Clauſula (ſuper quo adhibeas concilium ſapientis) non appellationem, n.127.
Conſilium ſapientis adhiberi, ubi partes conſentiunt, an liceat appellare, n.128.
Conſultore de conſenſu partium electo, non tollitur appellatio ab ejus ſententia, n.129.
Sapientis conſilio ſententia ferenda ſi partes expreſsè conſenſerint ſtare, non tollitur appellatio, n.130.
Sapientis conſilio ſi partes promittant ſtare, qualecunque ſit, non licet appellare, n.131.
Conſilium ipſum ſi feratur per ſapientem ad conſenſum partis non appellatur, n.132.
A pronuntiatione negativa, cauſam non eſſe committendam conſilii ſapientis, eſt licita appellatio, ſecus converſo, quando pronuntiatur, cauſam illi eſſe committendam. n.133.
Conſuetudo poteſt operari, ut aliqua ſententia mittatur executioni non obſtante appellatione, n.134.

HUjus quæſtionis reſolutio altiorem requirit indaginem, ſi quidem omnes, qui hanc rem tangunt, uno ore profitentur appellationem prohibitam cenſeri ei, cui à jure circa aliquam cauſam, ſeu articulum audientia denegata eſt, appellationémque ſublatam eſſe tenent & affirmant abſolutè, & abſque diſtinctione Speculator. *tit. de appellat. §. in quibus, num. 22. verſ. 32. ſecundo forte non valet in caſibus, in quibus audientia denegatur, &c.* Iſſ. *in l. 1. §. ſed is, cui, ff. de novi oper. nuntiatione*, allegans Bald. *in concluſionibus veris, in verſ. & non appellatur, cui denegatur audientia*, idem Bald. *in additio. ad Spec. ubi ſupra, in princ.* Barna. Brixi *in c. ſi quis deinceps*, per tex. & gl. *ibi in verbo, audientia 16. q. ult.* Butrig. *in c. ſignificavit. in fin. de exceptionibus*, Veroni *conſ. 64. col. 2.* & remiſſivè ad eum Egidius Boſſius *in tract. crim. tit. de appell. n. 18.* Specula. *tit. de appell. §. in quibus, ſub n. 22. verſ. 30. 2. lib. folio 186.* Nicell. *tract. de concord. gloſſ. concord. 6. fall. 62, n. 98. fol. 145.* Cæſar Contard. *in l. unico, in notabili, ſub n. 20. verſ. ideoque, & n. 21. C. ſi de mom. poſſ.* & poſt Felin. *in d. c. ſignificaverunt, n. 12. de exceptio.* Put. *deciſione 417. num. 4. part. 1.* tenet. Marquef. *in tractatu de commiſſio. p. 1. c. 10. n. 17. fol. 101.* Philipp. Franch. *in rubr. de appell. num. 25.* Lancel. *de attenta. 2. p. lim. 50. c. 1. n. 16.* & iterum idem Lancel. *3. part. cap. 28. n. 78. & 79.* Avend. *de exequen. mand. judi. c. 6. n. 8. verſ. in civilibus autem, & in verſ. in criminalibus*, & per Speculatorem, ita etiam dicit Rebuff. *in commentariis, 3. tract. de appella. art. 7. g. 2. num. 36.* Gratian. *diſceptat. forenſi. tomo 2. c. 384. n. 27.* nec eſt audiendus Cæſar Barzi. *deciſ. Bononienſis deciſ.*

*decis.*150.*in ardua. sub n.*6. *vers. nam id diluitur,* contrarium tenens.

2 Et nec tunc dari attentatum, si **judex exequatur** suam sententiam latam in causa,in qua jure denegatur audientia, tenet post Bart. Cæpola *in cons.*64. *col.*1. *in fin.*Manfre.*l.*1. *practic. conclus. super attent. concl.*188. Lancel Robert.*de attent.*2.*p.c.*12.*d.limi.*50.*n.*16 *vers. similiter*, & supradictam conclusionem firmat etiam Rebuf.*tit.de appell.art.*8 *gl.*11.*n.*36.*&* 37.

3 Quæ doctrina in tantum vera dicitur : **ut processus agitatus** per eum, cui à lege mortua vel viva, hoc est (jure,vel judice)denegatur audientia (quatenus favorem illius concerneret,sit ipso jure nullus,tenuit originaliter Jacob.Areti. quem referens sequitur Bald. *in l. jubemus,*§.*sanè,col.*2.*in prin.vers.quædameſt pæna jurisdictionis,C.de sacros. Ecclesiis,*idem *in l. edita,colum.penul.vers.item quando libellus, C.de edendo, & in l.*1.*colum.fin.vers.quæritur*, *C. de hæredi.instit.& in leg. scire oportet,*§. *consequens*, per illum text.*ff. de excusat. tutor.* idem *in l.quos prohibet,ff. de postulando*, quam doctrinam sequitur Joannes Andreas *in additio. ad Speculat. tit.de sententia,* §.*juxta,vers. & excommunicatus.*

4 Et est magis communis opinio relata per Immolam *in l.*1.§.*sublata*, ibi Alex.(ubi multa cumulat, quia testatur de communi.)*ff.ad Trebellia.* quam & idem iterum sequitur Alex. *cons.*37. *viso & opportunè, &c. col.*1.*& cons.*81. *ponderatis. lib.*1.& Bald.*in l.ita demum*, *vers.sed ponamus quod judex dū vult,quod exceptio banni.(cui denegata censetur audientia per Prætorem virtute banni)reddit judicium retrò nullum,Cod de procurato.* & tanquam communem sequutus est Decius *consilio* 275. *in causa,quæ Lucæ.colum.*3.*vers.sed prædictis,l.*2.ubi de communi attestatur,& Felin.*in c.*1.*colum.*1 *vers. amplia* 2.*de re jud.* Ancharra.*consilio* 271.*column.fin.*Cassiadorus *decis.*5.*n.*2.*de re judic.& desciſ.*2 *de prebendis*, quem allegat Vantius *in tractatu de nullit. sententiarū. tit.de nullit.sententiæ ex inhabilit. seu defectu mandat.n.* 52.ubi *usque ad n.*58.plura ad propositum adducit, & in ejus comprobationem & declarationem etiam,quod probatur *in l.sed & si per Prætorem* §.*sed & si dum.* ibi; sed & si dum decreto Prætoris non obtemperat, jurisdictionem suam ei denegavit, non esse eum restituendum,Labeo scribit,idemque est,& si ex alia justa causa non fuerit ab eo auditus,*&c.(ff. ex quibus causis majores,*idem probat text *in l.*1.§.*sed & si is cui.ff. de operis novi nuntia.* textus *in leg.*1.§. *quod autem Prætor negat, ff.de ale lusu,& aleator.*textus *in l.scire oportet,*§.*consequens,ff.ne excus.tuto.*

5 Et ultra *supra* citatos circa id,an & quando per statutum possit negari exceptio, seu defensio,vide Felin. latè *in c.*2.*de officio judicis,in vers.sequitur etiam ex his, n.*1.*fol.*223. & an statutum denegans audientiam creditori, si non egerit infrà decem annos, valeat, vide eundem Felin.*in cap.venerabilis*, *de judiciis*, *versiculo hoc tamen ego limitarem,n.*18.*& in repertorio ejus, verbo, statutum, colum.*12. ubi alii allegantur.

Præfatam tamen *superiùs* à nobis traditam conclusionem; ut judex Ecclesiasticus vim nullam facere dicatur:si appellationi non deferat ei, cui à jure,vel homine est denegata audientia:non ita genericè,& absolutè velim intelligas. Siquidem quando à jure, vel ab homine denegatur audientia solùm in agendo tantùm; tunc nullo modo intelligendum esse, denegatam quo-
7 ad appellationem, sed imò utique admittendam fore, probat text.*in c.in nomine Domini,*25.*dist.* ubi excommunicato videtur denegari audientia,& tamen non dicitur sibi denegata appellatio:text.*in c.præterea, de appell.c.significaverunt,c.cum inter,de exceptionibus.*

8 At verò, quando alicui denegatur audiētia in agendo, excipiendo, & defendendo simul : tunc satis videri prohibitam appellationem, quam distinctionem motu text.*in d.c.in nomine Domini, juncto d.c.significaverunt.*& immolæ *ibi*,assignavit Philipp. Franch. *in rubric.de appell.col.*5.*vers.sed in contrarium facit,&c.* per Bart. *in leg. peremptorias, C. sententiam rescin. non posse, col.*7.*vers.quæro,utrum exceptio.cum vers.sequenti, & in l.cum mulier.ff.soluto matri.*& hanc declarationem elegantem vocat eam sequutus Franc.*in rubr. de appell.n.* 25.*in fin.*Escacia per eum *tr.de appell.q.*16.*lim.*1.*n.*31. Lancel.*de attenta.*2.*p.c.*12.*limi.*8.*n.*3. & ipsemet Lancelot.Robert.*eadem* 2.*p. c.*12.*limit.*50. *n.*18. & Hier. Gonzal.*in reg.resen.gloss.*9. *in annot. n.*218.

Sed certè isthæc distinctio attentari(imò & fortiter impugnari)potest,siquidem his juribus,nempe *c. in nomine Domini,& c.significaverūt*,quibus Doctores citati moventur)facilis patet responsio,& satisfactio:cur ita; quoniam etsi fateamur, excommunicato audientiam denegandam,*ut d.c.in nomine Domini, & aliis*, negan- 9
dum tamen non est,ei appellationem esse prohibitam, imò etiam ea pendente absque metu attentati potest judex procedere ad ejus denuntiationem, publicationem,& fructuum privationem,& alia,de quibus *in cap. pastoralis,*§.*verum,de appella.*& nos copiosè diximus *in c.*4.*suprà,hac* 2.*p.* ubi judicem huic appellationi haud deferentem, nec vim facere,ubi ad propositum multa adduximus.

Nec obstat huic text.*in c.præterea, de appell.*ubi appellatio emissa ab excommunicato,suspendit,& devolvit, quia respondeo loqui in excommunicatione sub conditione lata,quoniam tempore,quo appellatur,non 10
est contumax, nec excommunicatus, nec etiam postmodum adveniente conditione : enimvero tēpore habili,appellatio emissa,& sic nec retrotrahitur ad extremum à quo,quia reperti ipsum suspensum,de quo *suprà* nos *in d.c.*4.*hac* 2.*p.*neque text. loquitur in casu, quo audienda denegatur:unde videtur dicendum etiam ei, cui tantùm denegatur audientia, quoad agendum, non etiam quoad excipiendum & deferendum, appellationem etiam denegatam censeri.

Et augetur difficultas, nam licèt dispositio audientiam denegaverit quoad agēdum tantum,ut DD. præfati dicunt, nihilominus virtualiter excipere, & per consequens etiam defendere comprehendit,text. est *in l.*1.& quæ ibi not.gl.& DD. *ff. de exception.*ibi, agere etiam is videtur, qui exceptione utitur, nam reus in 11
exceptione actor est; quapropter difficilis redditur Doctorum distinctio, & nec parum.

Sed nihilominus communem defende,& ab ea nullatenus recedas, ut scilicet dispositio negans audientiam quoad modum agendi tantùm, non censeatur prohibere appellationem,nec ei audientiam denegare, 12
ex his,quæ *suprà* diximus, & Philipp.Franc. *ubi suprà*, & juribus mox citandis patebit clarè.

Nec obstat excommunicato audientiam denegatam esse quoad agendum tantùm, & tamen appellationem pariter denegatam censeri,*d.cap.pastoralis,* §.*verum,de appell.*cui uno verbo respondeo,ut in casu illius textus ideo appellatio subsequens non sortitur utrumque effectum,& suspensivum, & devolutivum simul non ex capite denegatæ audientiæ, sed ex capite executionis, quam secum sententia trahit excommunicationis, mi- 13
nisterio juris velocissimi, quod hoc operatur:ut statim excōmunicatus per eam ligetur,ac innodetur,*ex d. c.pastoralis,*§.*verū,de app.*ut in pluribus aliis sententiis hoc cōtingit,de quibus plenè per DD.*in l.quod jussit,ff. de re jud.& in c.cum cessante,de app.*& hinc nihil mirū est, ut judex non obstante appellatione interposita, ab ipsa excōmunicatione purè lata, possit devenire,atque procedere ad actus omnes consecutivos,& dependentes ab ea prout est,denuntiatio,seu publicatio,fructuū privatio,& similia,ut *c.*14 *sup.*diximus,ac cōprobavimus.

Quod secus in ratione juris contingit, quando non ab ipsa excommunicationis sententia appellatum est, 14
sed ab aliis articulis negotij, seu aliis etiam articulis,

in quibus aliàs appellatio permiſſa ſtat, quæ in eis nullo modo cenſetur denegata; quantumvis ab agendo audientia denegetur, ex his doctrinis, quibus rem hanc comprobat Philipp Fran. *in d. rubr. de appell. col. 5. ver, ſed in contrarium facit, &c.* ſequutus Lanc. *ubi ſuprà, in d. 2. p. c. 12. lim. 50. n. 18.* & expreſsè probatur *in c. cum inter de exceptionibus*, ibi: Porrò cùm excommunicato, quãdo in cauſa abſolutionis extitit, non ſit juſta deneganda ſententia, nec interdici debet eidem appellationis remediũ, ſi contra juſtitiam condemnetur, *&c.* (Melior text. *in c. fin. ibi*, & ſi cauſis aliis tempore impetrati reſcripti vinculo fuerit excommunicationis adſtrictus, *&c.*) Sequitur & facit, appellationem prædictam decernimus admittendam, *&c.*) *eodem titulo de exceptionibus*, videndus omnino, & utrobique Doctores omnes communiter hoc profitentes, qui alia jura allegant, & probatur etiam *in d. c. ſignificaverunt eodem tit. de except.* quem D. Franc. citavit, & hæc attentè attende, quoniam juſtiſſimè quemlibet potuerat movere difficultas contra DD. diſtinctionem *ſupra* poſitam.

Nec obſtat etiam text. *in d. l. 1. ff. de exceptio.* quo probare contendimus diſpoſitionem loquentem in deneganda audientia in agendo tantùm exceptionem, & defenſionem comprehendere, *ex d. l. 2.* cui reſpondent
15 gloſ. & Doctores ibi *in c. cùm inter, de except.* ut excipiens efficiatur, quoad onus comprobandi exceptionem non aliàs, & tunc adhuc in proprio, & largè ſumpto vocabulo (ut ibi probatur) agere enim videtur, *&c.* quod
16 verbum, denotat improprietatem; adeò ut actionis verbo non contineatur exceptio: textus eſt *in l. verbum oportebit 8. §. actionis verbo. ff. de verb. & rerum ſign.* ac ideo licèt excommunicato, ut actori, audientia dene-
17 getur; non tamen ut reo, & ille neceſſarius, qui tũc poteſt omni exceptione uti in judicio, & defenſione: text. *in d. c. cùm inter, & d. c. fi. cum pluribus aliis*, at quando excommunicatus venit in judicium, ut reus voluntа-
18 rius, tunc audiendus non eſt, ita per Innoc. ibi tenet Abb. *in d. c. cum inter, n. 12. de exceptio.* & dicitur voluntarius, quando per judicem, putà, non neceſſitatur ad judicium venire, ſed ipſe voluntariè comparet pro ſuo, vel communi intereſſe, *ut in auth. ſi omnes. C. ſi ut ſe ab hæreditate abſtin. vic.* ut latè per Abb. *in d. n. 12. per totum*, ubi declarat, & exemplificat. Vide etiam Bart. & latiùs Alex. *in 1. l. in leg. de pupillo. §. ſervos, ff. de operis novi nuntia.* Roma. *in conſ. 217. incipit res iſta*, latè Paulum de Caſtro, Bart. Alex & cæteros, *in leg. teſtamenta omnia. C. de teſtamentis.* & Innoc. *in cap. dilecti, de exceptio.* & omnes per text. ibi *in c. veniens, C. de teſtib.* Angel. *in l. 2. §. hæc ſtipulatio, ff. ſi plus quam per l. Fal.* Marant. *de ordine judi. 4. p. in. 1. diſt. n 36. fol. 221.* Affli. *in deciſ. Neapol. deciſ. 24. n. 7. & 8.* & alibi paſſim, de quo nos *infrà* Deo dante *4. p.* dicemus, & etiam diximus *ſuprà*, *1. p. c. 1.* quia tunc ut actor, non ut reus cenſetur com-
19 parere, quæ eſt ratio, ut nec excommunicatus audiatur, opponens ſe executioni ſententiæ, ut tertius pro ſuo intereſſe, ut per Felin. *in cap. ſignificaverunt, n. 10. ad fin. & n. 11. de exceptio.* (& an audiatur, quando in judicio compareat novum opus nuntians, ingens eſt difficultas, ut *inferiùs* apparebit.)

Concludimus igitur cum Philipp. Franco, & Lan-
20 celoto, *ſuprà*, quòd quando denegatur audientia alicui: tam in agendo, quàm in excipiendo, & ſe defendendo: ut tunc cùm cenſeatur etiam prohibita appellatio, judex Eccleſiaſticus nullam vim faciat: ſi in his cauſi appellationi propoſitæ, non detulerit, ſi autem audientia tantùm ab agendo denegetur, non intelligi appellationem prohiberi, cui, ſi emittatur, judex non deferens, nororiam violentiam committet.

Ex qua vera reſolutione oritur difficultas, quid ſit
21 dicendum quando lex, vel diſpoſitio non ita in ſpecie concipiatur, mentionem haud faciens de agendo, excipiendo, ſeu defendendo, ſed abſolutè & generaliter ita diſponat: denegetur illi audientia, vel in tali cauſa, vel caſu non audiatur talis, quam brevibus reſolvo, ut tunc appellatio pariter cenſeatur denegata virtute generalitatis; quia quando generalitas propter medium habile, verificatur in qualibet ſua ſpecie, gene- 22
ralitas indiſtincte operatur, *l. emptor, §. Lucius, juncta gl. ff. de pactis*, quam reputat ſingularem ad hoc Joan. de Immola *in c. de tranſactio.* & Everard. *in locis legalibus*, *in loco à generalitate*, & quia lex, ſeu ſtatutum generale, 23
generaliter comprehendit etiam cauſas, & perſonas privilegiatas, quæ ſpecialiter & in caſu illius non reperiuntur habere privilegium, per textum notabilem *in l. in fraudem, §. ulti.* ibi, quia generalis eſt iſta determinatio (ubi notabiliter idem notat Bald. *ff. de militari teſtamento*, idem Bald. *in lege omnes populi, ante fin. verſ. item nota, quod generale ſtatutum, ff. de juſtitia & jure.* Philipp. Decius (qui meritò illum textum dixit eſſe notabilem) *in l. 1. col. 2. verſ. & ampliatur. ff. de reg. jur. & in l. nemo poteſt, in princ. eodem tit. & in l. quo tutela, §. 1. eodem tit. ipſe, in lib. 1. col. 2. in 3. nota.* per textum illum *C. de edendo*, & aliis locis de quibus per Tiraquellum *de retract. lignagier, §. 1. gloſſ. 14. n. 96. cum ſeqq.* ubi adducit plura exempla.

Et quia generalis diſpoſitio legum, vel ſtatutorum 24
includit omnes caſus, licèt in uno major ratio eſſe videatur, quàm in alio. *l. 1. §. & generaliter, ff. de legatis præſtan l. 1. §. quod autem, ff. de aleato. l. ult. §. uxori. ff. de auro. & argento legato.* voluit Philipp. Decius *locis ſuprà citatis*; & inſuper *conſil. 20. in cauſa ſtatutorum, col. 2. verſ. 4. ut ſuprà dixi, & conſ. 29.* cujus ſupraſcripto incipit, *an detur reſtitut. col. 2. verſ. 1. hoc probatur*, & alibi paſſim Ludovic. Gozadi. *conſ. 35. breviter colum. 2. n. 6. & conſilio 51. in hac cauſa, columna 7. n. 24. & conſ. 103. videtur 1. n. 3.*

Quæ omnia procedunt in odioſis, ut ſcilicet gene- 25
ralis diſpoſitio odioſa generaliter intelligatur, ex ſententia Angeli *n. l. ult. col. verſ. 3. quæritur, ff. de conſtitutio. Princip.* Philipp. Decii *in c. ſedes, col. 2. in 3. nota. de reſcriptis.* Ludov Gozadi. *conſ. 50. prima facie, colum. 3. n. 13. & conſ. ſeq. col. ult. n. 23.* imò etiam non ſolùm in 26
odioſis; ſed & in pœnalibus ſimul, ut per immol. Alex. Gozadi & alios tenet Tiraquell. *ubi proximè, num. 102.* Enimverò materia odioſa non excludit latam inter- 27
pretationem, quæ ex proprietate verborum procedit text. nota. *in l. cũ lege*, & ibi Franc. de Areti *ff. de teſt.* cum aliis. Quominus diſpoſitio, quæ generaliter loquitur, generaliter etiam deſinat intelligi, ut ſcribit Angel *in l. ult. col. ult. verſ. 3. quæritur, ff. de conſtitutionibus Princip.* Anton. *in c. olim, de verb. ſignif.* Philipp. Dec. *in conſ. 5. in cauſa Dominæ, ante fin.* & declarat Tiraq. *in repet. l. ſi unquam, in princ. n. 115 C. de revocand donatio.*

Et magis in ſpecie per text. *in l. licèt 2. C. de judiciis*, dicit Philipp. Franc. *in c. dilecto, ſub n. 107. qu. ſt. 48. de appellat.* Cæſar Contard. *in repetit. l. uni. C. ſi de moment poſſeſſione, limit. 24. n. 42.* Eſcac *de appellat. q. 17. limi. 6. memb. 9. ſub n. 8.* nos *c. præcedente, ante fin. verſ. hæc tamen concluſio, n. 259.*

Ex eadem Doctorum diſtinctione unum tamen libet 28
advertere, quòd licèt diſpoſitio negaverit audientiam ab agendo tantùm, non cenſeatur denegata appellatio, imò judex ei non deferens, vim faciat: non tamen id abſolutè intelligas, quia ſi judex jus excquens noluerit audire aliquem in caſibus, quibus denegatur audientia ipſi, & ab hac denegatione, & rejectione appellaverit, delationem appellationi pariter negando vim non facici: text. expreſſus, *in leg. ejus, qui*, cujus verba ſunt; Ejus, qui ideo cauſam agere, fruſtratur, quòd dixit ſe libellum Principi dediſſe, & ſacrum reſcriptum expectare, audire deſiderium prohibetur, & ſi ob eam cauſam provocaverit, appellatio ejus recipi, ſacris conſtitutionibus vetatur.) Hactenus de lege eleganti, *ff. de app. recip.*

Enimverò

Enimverò hæc talis appellatio esset frivola, & fru-
29 stratoria, per quam nihil aliud consequi poterit, cùm absque justa causa sit interposita, quæ nullum potest juris effectum sortiri, quæ est ratio, ut aliqua cognoscatur appellatio frivola, ita declarat Geminia. *in c. cùm appellationibus frivolis, col. 2. vers. quæro, quid importet, de appellat. in 6.* Manuël Rodriguez *q. reg. tomo 1. q. 8. articulo 13. circa princ.* & faciunt ea, quæ adducit Philipp. Franch. *in c. cum cessante, 5. lim. ad fin. vers. amplius intellige omnia præcedētia, fol. 71. à tergo, de appell.* & Nata *consil. 32. n. 8.* & nos Deo dante dicemus *infrà, 3. p. in cap. 6. de frivolis appellationibus,* & facit quod dicit Abb. *in cap. 1. n. 7. de appellat.* quòd appellatio non
30 verisimilis, & quæ habet jus commune contra se, non facit attentata, frustra enim spectatur id cujus eventus nullus est effectus, *l. aliquando, ff. ad Velleianum,* cum vulgaribus; ideóque cum appellationibus frivolis nec jus deferat, nec sit à judice deferendum, text. *in d. c. cum appell. frivolis, de appellat. in 6.* vis nulla fiet.

Ex hac sic declarata doctrina, & conclusione, nunc
31 indagare conveniens est, an à sententia lata super demolitione ædificii constructi, atque confecti post novi operis nuntiationem, appellationi emissæ, judex vim committat, si minimè detulerit, & causatur difficultas ex text. *in l. 1. §. si is ff. de operis novi nuntiatione*, ubi tunc audientiam sic ædificanti, post denuntiationem sibi factam, denegari constat, *ibi*, prætor actionem ei denegare debet, & interdictum in eum de opere restituendo redderetur.

Et pro parte affirmativa vim fieri evidentem, nisi
32 appellationi deferatur, facit, primò text. *in c. significantibus, de operis novi nuntiatione*, ubi appellatio in causa novi operis nuntiationis admittitur quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum, qua pendente, facta à judice ut attentata reponuntur, & revocantur, *ibi*, prædicti Canonici ad nostram audientiam appellarunt, & *infrà:* ideóque mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, quidquid post appellationem hujusmodi inveneris attentatum, *&c.*

Secundò & iterum probatur *ex eodem cap. sign.* ubi
33 altera pars appellaverat ab eo, quod decrevit judex, probationes admittendas esse, ut constat ex eo, *ibi*, idem N. ad Senonens. Ecclesiam provocavit, *&c.* Ex quo ultimo crescit difficultas, & efficitur ingens: nam si censeretur prohibita appellatio in causa principali novi operis, censeretur etiam prohibita in incidentibus, & emergentibus in eis articulis, ut tenent Bald. & Sali-
34 cet. in *l. fin. §. fin. Cod de temporibus appellat.* quos sequitur Gregorius Lopez *in l. 13. tit. 23. p. 3. gl. 6.* Angel. & Immol. *in l. 1. §. fin. ff. à quibus appellare non licet.* Egid. Boss. *in tractatibus variis crim. tit. de appella, n. 10.* & infiniti alii, quos nos citavimus in discursu *c. 6. suprà, hac secunda parte:* ergo cùm ex eodem text. pateat appellationem emissam fuisse à decreto, seu interlocutoria judicis, admittentis probationes in causa uni ex partibus; evidenter sequitur in causa principali denuntiationis non esse prohibitam.

Tertiò probatur ex doctrina ab aliis tradita, & à
35 nobis defensata *supra* in quæstione principali, quòd quando à jure alicui denegatur audientia in agendo tantùm, non censetur tunc appellatio prohibita, nec denegata; sed in hoc casu audientia denegata est ædificanti post nuntiationem ab agendo tantùm, ut probatur *ex dict. § si is*, ibi, deinde cœperit agere, jus sibi esse, ita ædificatum habere, prætor actionem ei denegare debet; manifestum est ergo, appellationem hoc casu, de quo loquimur, non esse prohibitam, imò potiùs admissam fore expressè

Quartò & pro hac parte facit, id quod fit post novi operis nuntiationem, per viam, & remedium atten-
36 tati revocatur. Baldi est doctrina *in consil. 245. præponitur, vers. c. secundo præmitto, sub n. 2. l. 2.* quia si post-

quam sibi est facta nuntiatio, ædificat, dicitur attentare; ac ideo ejus demolitio per viam attentati fit, Baldum sequuntur Iss. *in l. 1. num. 3. versiculo 4. limita*, ubi etiam Vincentius Hercula. *col. 8. ff. de novi operis nun-* 37
tiatione, sed à sententia attentatorum revocatoria appellatio emissa, quoad utrumque admittitur, ut videre est ex his, quæ copiosè adducit Lancelot. Robert. *de attent. 3. part. c. 28. à n. 44. cum pluribus sequentibus*, quod tunc maximè procedit, & locum habet, quando attentatum non est appellatione pendente factum, ut eo casu permissam esse appellationem, pro vero firmat Lancel. *ubi proximè, n. 227. & 228. versiculo secundò crediderim.* ergo pariter in nostro casu dicendum est; maximè cùm non appellatione, sed denuntiatione tantùm ædificando, attentetur.

Quis est humanus intellectus, qui non ingentium 38
fundamentorum horum viribus, & robori cederet? quémve suæ opinioni non reducet; ipsi meum cederet certè, si quorundam authoritas nec adfuisset; siquidem Iss. *in d. §. sed is cui*, ex doctrina Baldi loco per eum citato profitetur in casu illius text. pariter cēseri, appellationem prohibitam *in num. 2. versiculo. 3. adde*; idem & in specie affirmat Lancelot. Robert. *de attentatis, 3. p. c. 28. n 78.* dicens, quòd à sententia demolitionis novi operis non appellatur, quia denegatur audientia, per Iss. *loco proximè citato*, & per ea, quæ ipse dixerat post alios *in 2. p. c. 12. limit. 50. n. 16. cum sequentibus*, & faciunt in genere Doctores, quos ad principalis quæstionis princip. adduximus *suprà*.

Pro qua opinione illud suadet, quòd cùm ad operis 39
novi demolitionem, fabricati post denuntiationem eandem, per viam & remedium attentatorum meritò deveniatur, ex his, quæ nos in quarto fundamento contrariæ partis: revocatio autem attentatorum respiciat abbreviationem litis, ut firmat Rota *decis. 5.* 40
aliàs 433 notat nunquid reo, sub n. 5. versiculo sed an talia attentata, ad fin. ut lite pendente in antiq. quæ repetita est apud Bisignetum, quam etiam sequuta est moderna Rota in una Nolan. Abbatiæ regalis vallis coram Paleoto, ut est in resolutione ipsius 115. Joannis Michaël *ad fin.* quos allegat Lancelot. *loco proximiori citato, à n. 60. & suprà* qui *n. 63.* affirmavit, materiam novi operis nuntiationis proculdubio celeritatem desiderare, quapropter, omnibus diebus etiam feriatis, omnibúsque personis, etiam fabris, & pupillo 41
fieri nuntiationem posse *juxta l. primam, §. nuntiatio, & §. seq. ff. de novi oper. nuntia.* quibus casibus appellationem non admitti; saltim quoad effectum suspensivum, 42
probat text. *in l. fin ff. de appell. rec. & l. 1. cum seqq. ff. de feriis, & dilatio.* Speculator *in tit. de appell. §. in quibus, vers. 8. n. 10.* Iss. *in dict. l. 1. ff. de feriis. col. 1.* Muranta *in speculo, in 3. p. 6. part. princ. q. 2. n. 319. vers. 24. lim.* & alii plures à nobis *suo loco* citandi.

Quid tenendum in tanta contrarietate, in qua licèt contraria pars mihi magis probabilis sit in jure, quæ 43
longè verior videtur ut de per se patet) hāc tamen jam diu praxis elegit, tuetúrque Doctorum authoritas, & nos fundamentis juvare curavimus; ac propterea ab ea non audeo recedere, illud sequens: ut judex Ecclesiasticus vim nullam faciat; si non deferat appellationi 44
emissæ à sententia demolitionis operis, constructi post factam denuntiationem.

Cui resolutioni nec obstant, quæ pro contraria parte adduximus fundamenta. Et non primū ex text. *in dict. c. signifi. de novi operis nuntiatio*, quem Lancelot. *suprà, n. 97. & 98.* aliud agens, dupliciter conatur intelligere. Tu autem, certiùs respondes, textum illum non procedere, nec loqui in casu, de quo nos; scilicet, in sententia revocationis ædificii constructi post nuntiationem 45
novi operis, & sic in demolitione operis, quod ædificans prosequutus est, attentans spreta, & contempta denuntiatione, & anteaquam sibi fuerit à judice,

vel à parte facta remissio, juxta text. *in l. prætor ait*, §. *ait prætor ff. de operis novi nuntiatione*, quod causa est,
47 non aliùd audientiæ denegandæ, ut constat *ex dict. l.* 1. §. *sed is cui*, (de cujus intellectu protinus agendum erit (sed tantùm in casu illius text. *in cap. signif.* causa novi operis simpliciter tractabatur, cessantibus fabris, & vacantibus à labore in ædificio, postquam sibi denuntiatum fuerat à canonicis; nihil adversùs denuntiationem conficientibus insuper, ut ex textu colligitur, quod etiam procedit: quando quis spreta nuntia-
48 tione passus fuit agi de jure principali, omisso judicio, & via attentati. & fuit per judicem admissus ad probandum parte non opponente; quia tunc cùm cessat contemptus denuntiationis, & judicis, cessat etiam per attentatum demolitio operis: ita firmant Iss. *consil.* 168. *col.* 2. *in princ. versic. item licèt ædificans, libr.* 1. Plotus *in l. si quando, n.* 121. *verbo. quarto ibi nuntians, C. unde vi*, Carpanus *de constitu. Mediol. c.* 140. *n.* 31. *l.* 2. Grat. *in disceptatio. forens. tomo* 2. *c.* 384. *n.* 28.

49 Hinc est regula, quæ dicit, ut à causa, & à sententia lata super judicio novi operis nuntiationis, sive proferatur affirmativè, ut nuntiato nuntiatio remittatur, liceatque ædificium prosequi; sive negativè, ut nuntiantis jure attento opus demoliatur, appellatio emissa utrumque sortitur effectum, estque ei omnino deferendum, cùm nullibi inveniamus prohibitum, nec tunc denegata audientia, sed tantùm, quando denuntiationi contraveniatur, ut constat *ex dict. §. sed si is cui*, ibi, cui opus novum nuntiatum est, ante remissionem ædificaverit, *&c.* Quo etiam casu loquuntur Iss. & Lancelot. *ubi suprà, n.* 78. Bald. *consil.* 245. *ad medium, versiculo secundò præmitto.* Iss. *in l.* 1. *n.* 3. *versiculo quarto lim.* & ibi Herculan. *col.* 8. *ff. de oper. novi nuntia.* optimè Gratian. *in disceptat. foren. c.* 384. *à numero* 25. *tomo* 2. in odium ipsius, qui judicem offendit, argumento *c. ordi. appell. in* 6. text. *in l. sed etsi per prætorem, §. sed etsi dum decreto, ff. ex quibus causis majores, l.* 1. §. *quod autem prætor negat, ff. de aleatori. cum aliis.* Quod nec valet, nec debet in simplici & vulgari judicio nuntiationis; quo agitur, cui sit jus vel ædificandi, vel prohibendi, quo casu non solùm denegatur audientia, nec prohibetur appellatio: imò expressè permissa est, & talis ut operetur, attenta subsequens executio ipsius, est text. *in dict. significantibus*, ibi, prædicti canonici nostram audientiam appellarunt & *infrà*: ideóque mandamus, quatenus si est ita, revocatio in irritum, quidquid post appellationem hujusmodi repereris attentatum, *&c.*

05 Qui text. juncto intellectu assignato, qui est veritas, & verus sensus illius, hanc facit suavem consonantiam, non audito Innocentio *ibi post princip.* intelligens text. illum in attentante post nuntiationem procedere. Repondet ad testt. priori appellationi, de qua ibi, fuisse per judicem delatum, & à superiori admissam, sicque de facto, non de jure procedere illam appellationem, qui intellectus facilè quit impugnari, cùm omnibus difficultatibus pateat. Et primò quia secunda appellatio subsistit, cui non respondet: imò ea cùm legitimè fuerit à Pontifice approbata, priorem justificat. Secundò, quia divinatorius est; etenim solùm dicitur, quod appellavit ab inferiore, qui revocato gravamine processit in causa, quare & ultra citatos, & quod à sententia demoliendo ædificatum post nuntiationem novi operis, eo quia denegatur audientia, prohibeatur simul appellatio, per text. *in dict. l.* 1. §. *sed si is*, tractat, & defendit Ruginell. *tractatu de appellat.* §. 2. *c.* 3. *n.* 262. *fol.* 91. Escacia *de appellat. q.* 16. *limit.* 31. licèt nullus ita distinctè, prout nos.

51 Nec obstat secunda difficultas pro contraria parte, adductaque ex ejusdem text. priori parte, dum appellatio permittitur à probationum admissione, & sic ab incidentibus; quapropter non censeri prohibitam appellationem à causa principali, ex Doctoribus *ibidem* allegatis, quæ doctrina quando verè procedat copiosè dixi *suprà*, *c.* 6. *hac* 2. *part.* ubi mirabilem assignavimus distinctionem, quæ ad hæc non pertinet: siquidem hujus responsio pendet à superioris argumenti resolutione; nam causa principalis, de qua in casu illius text. appellationem admittit quoad utrumque (ut modò probavi) ac ideo nihil mirum, ut ab incidentibus, & emergentibus articulis in ea detur appellatio: maximè jure canonico, quo à quocunque gravamine libeat appellari, & hodie per Concilium Trid. à gravaminibus qualificatis, quæ ipsum refert. Quorum unum est illud, de quo in casibus text. extitit appellatum, prout est admissio, seu rejectio probationum, ut nos latè probavimus *suprà*, *c.* 1. *n.* 130. quo satis utique ejus parti satisfactum est.

52 Nec obstat tertium magis difficilè *ex dict. l.* 1. §. *sed si is cui*, ubi actio, & agere denegatur procedenti per opus post ejus denuntiationem: & sic appellationem non prohiberi ex distinctione Doctorum, quam *suprà* defendimus; quia respondeo, illum text. non de actore & actione verè, & propriè, strictéque sumpta intelligi sed de exceptione proponenda, quod sic probo. Sub-
53 stantiale est judicii, idque constat ex reo, & actore, non de duobus reis, nec de duobus actoribus, *c. ut forus, de verborum signific. l. sed cùm ambo, ff. de judiciis*, & in communibus magis placuit, eum videri actorem, qui priùs ad judicium provocat. *l. in tribus, ff. eodem*: at in casu illius text. ædificans venit se defendendo à denuntiatore, qui priùs ad judicium eum provocavit, *ibi*, sed si is, cui opus novum nuntiatum est, ante remissionem ædificavit; deinde cœperit agere, jus sibi esse, ita ædificatum habere) Quæ verba clarè demonstrant, ædificantem ut reum se defensurum accedere, cum denuntians jam actoris vicem in judicio occupasset, text. est *in l. de pupillo §. qui remissionem*, ibi, sustinet enim partes defensoris. (*ff. de oper. novi. nuntia.* ubi gloss. *verbo defensoris*, id clariùs explicat, glossa celebris *in dict. l. de pupillo §. meminisse, verbo eum.*

Nec obstant verbum, *agere*, & verbum, *actionem* qui-
54 bus usus est consultus in casu illius text. quoniam agere etiam is videtur, qui exceptione utitur, quia reus in exceptionibus actor est; text. est formalis, & expressus (de cujus intelligentia *superiùs* egimus (*in l.* 1. *ff. de exceptio.* & sic illis verbis largè, non strictè, & in sua proprietate utitur consultus ibi: tene menti hunc intellectum, quia mirificus est text. prædicto desideranti, pugnantique fortiter, Doctorum distinctam resolutionem evertere.

Cui obstare videtur resolutio illius celebris, & difficilis quæstionis; ad suprema nostra tribunalia passim accedentis per viam violentiæ, pro laicorum decreto nanciscendo (quod *auto de legos* dicimus) an judex Ecclesiasticus vim faciat, cognoscens in causa novi operis in qua laicus denuntiatus est à clerico, & an super nũtiatione nuntiati, vel potiùs nuntiantis forus sequendus, & adeundus sit; de quo articulo videndum est copiosè per Joannem Gutier. *in consil.* 49. *per totum consilium*, quod modò non disputo, nec examino, sed fortè commodiori loco *infrà*, 6. *p. tomo* 3. prope diem edendo.

Interim tamen dico praxim obtinere, ut forus denuntiari sequatur; non verò denuntiantis, etiam militis, capitanei, seu alterius privilegiati, alias tanquam actoris vices sustinentis, ut dictum sit; vide quæ post alios Castellus à Bobadil. *in Polit. l.* 2. *c.* 18. *n.* 137. *cap.* 5. *n.* 3. de quo nos altiùs *infrà*, 6 *p. c.* 11. *per totum, & lib.* 3.

Nec obstat, quartum, & ultimum; quia respondeo;
56 non esse illam veriorem opinionem: ut à sententia latâ super revocatione attentati appellatio emissa habeat utrumque suum effectum, *infrà*, *hac* 2. *p. cap.* 12. resolvimus, ubi latè videre libet: ubi etiam agendum an à sententia, tam negativa, quàm affirmativa

latâ

lata in remissione attentati, post nuntiationem novi operis, & ante remotionem ejus, habeat hoc privilegium, nec possit appellari ab eo.

57 Ex hoc capite audientiæ denegatæ infertur: judicem Ecclesiasticum vim non facere; si non deferat appellationi à denegatione audientiæ in casu, quo est alicui impositum perpetuum silentium, putà, *in rem, l. diffamari, Cod. de ingenuis, & manu. & aliis*, postquam ipsa sententia translata est in rem judicatam, quia ab ea non est appellatum, vel quia in omnibus instantiis confirmata est, seu quia ipsa sententia sui natura est privilegiata aliàs, quia si intra terminum in ea assignatum non egerit, postmodum non audietur; quoniam tunc audientia denegata censetur: ita tenent plures relati à Nicolao Boërio *in decisione 255. à princ.* & præcipuè *à n.12.* ubi etiam ex aliis firmat in judicio *l. diffamari*, posse appellari à prima, putà, & secunda sententia, quia est diffinitiva: tenent etiam Franc. *in c. Nicolao 64. in fin. n.23. de appellat.* Alex. *in l. properand. 11. §. fin autem reus, fol. n.21. conclus. 10. C. de judiciis*, & quòd ex dicta clausula perpetui silentii dicatur oriri exceptio perpetuæ denegationis audientiæ, probat *cap. in præsentia*, ubi Barb. *n.36. de probatio.* Boërium, & Capicium, & alios per eum allegatos sequitur Burfatus *in consilio 78. visis, num.21. lib.1.* Lancelot. *de attenta. 3. p. cap.28. num. 84.* quapropter si is, cui silentium impositum est, voluerit agere, & judex eum noluerit audire, à quo si appellaverit, judex ei haud deferens, nec vim committet, ex his, quæ *ad principium quæstionis principalis* diximus.

59 An, & quando judex possit imponere silentium parti, ultra tale tempus agere non possit, ut in matrimoniali, in impugnatione rescripti, seu etiam instrumenti, vide latè per Felin. *in c. accipimus, de fide instr. à n.6. & suprà*, ubi agit inter alia plura, utrùm requiratur bina monitio. & an Prælatus cùm conventu distulit comparere, an noceat Ecclesiæ hoc silentium, & an non Ecclesiæ noceat, vide etiam Bart. *in l. Titia circa*
60 *fin. §. de accusa* & quod perpetui silentii impositio tollat appellationem simul, tenet ultra citatos Nicellus *tract. de concord. gl. concord. 6. n.100. in princ. & ultimis verbis, tomo 18. folio 195.* Ruginell. *tractatu de appell. appellat. §.9. gl.2. n.7. versiculo 4.* Capicius *dec. 69. in causa Joannis, sub n.13. in tertia responsione.*

61 Pariter idem videtur repetendum in allegante fraudem, & turpitudinem suam, qui quidem nec auditur, tenent Bartol. *in l. post contractum, col. 3. versic. sed an venditor, §. de donatio.* & idem *in consil. 56. Petrus Nicola, in princ.* Bartol. *in l. emptioni, circa medium, C. plus callere quod agitur.* Petrus Anchara. *consil. 226. ad corroborationem, col. 1.* scribitur enim *in l. cum profitearis, C. de revocan. dona.* ibi, cùm profitearis, te in fraudem alterius donasse, professionem inhonestam continere, intelligis, (*& in l. si creditoribus, C. de servo pigno. dato manu.* ubi ita scribitur, nam ipse manumissor, si fraudem se fecisse creditoribus, ut revocet libertates, audeat dicere, audiri non debet, nec hæredes ejus.) & optimè etiam ad propositum facit text. *in l. transactione finita, C. de. transactionib. in l. filios, C. de revoc. his, quæ in frau. credit.* text. *in c. inter dilectos de donat.* cum concordantibus, ubique à glossatoribus adductis, & ibi etiam ordinarii repetentes: idem tenet Tiraq. *de retractu lig. §.1.*
62 *gl.18. n.20.* propterea, si hoc allegantem repellat judex, denegando ei audientiam, à tali repulsione, & denegatione, appellationi non deferat, vim non facit, quia injusta est, & minùs legitima: enim verò appellari minimè potest ab actu, quod sit secundùm juris dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à judice juris dispositionem, & decretum exequente: ut per Marant. *de ordine jud. 6. part. princ. tit. de appellat. n.345.* tenet Joan. Gutierrez *in suis consiliis consil. 10. n.21.* & probatur *in cap. consuluit 3.* ubi, non convenit, ut pro

hujusmodi appellationibus ab observatione decreti, debeat obtinere) *de appell.* judex enim tunc non gravat, nihil ipse potest per appellationem consequi, ut *suprà* diximus

Aliter atque dicendum est, si turpitudo, seu propria 63
fraus, non in vim allegationis, sed in vim exceptionis, proponatur; quia tunc audientia non censetur denegata, ut videre est ex his, quæ referens sequitur Tiraq. *d. tract. de retractatu, §.1. gloss.11. n.15. ad fin.* & idem 64
in §.1. gloss.18. n.72. & an quando quis vult desistere à peccato, audiatur allegans suam turpitudinem, vide per Abb. *in cap. ex diligenti, n.2. de simonia, & in cap. tua nos, n.7. de sponsalibus.*

Similiter audientia denegatur à jure ei, qui recon- 65
ventioni nollet respondere, nam quousque respondeat, patitur hanc pœnam, ut superfedeatur in causa conversionis, & denegetur sibi audientia, ita firmat Speculator *in tit. de reconventione, §. videndum, versic. sed quid si actor nolit, &c.* per argumentum *c. fin. §. pœna, de jurament. calum. c. si qui Episcop. 1. q.1. l. mutus, §. pœna, ff. de procurator. l. nec scriptura, C. de compensatio.* idem tenet ipse Specul. *eodem titulo de reconventione, §. fin. incipit; restat ut de pœna actoris, per totum*: idem tenet Maranta *de ordine jud. 4. p. q. prima princ. tit. de reconventione, num.7. fol. nihi 140.* & à tali denegatione au- 66
dientiæ deferendum non est appellationi propositæ, tanquam minùs legitimæ, ex jam dictis; & quia hæc audientiæ negatio est pœna à jure imposita, ut hi omnes Doctores affirmant, & de se patet, à qua minimè appellari licet, ut tenent Adrias *in l.2. Tauri, n.18.* Gurierrez *consil. 10.* Bobad. *in Polit. lib. 3. cap. 8. n.278.* Navarr. latè *in prælect. c. cum contingat, 15. cap. 8. causa nulli. fol.151.* Bernard. Diaz *in regula 675.* Gratianus *in reg. 35.* Bald. *in marg. sua, in verbo appellari à pœna potest.* Doctores *in c. ad nostram, de appellat.*

Ex hoc eodem capite audientiæ denegatæ pariter 67
oritur, judicem Ecclesiasticum, nec vim facere, si non deferat appellationi ab eo emissæ, quem ipse rejecit tanquam contraria in judicio allegantem, & adversa petentem, quia tunc jus huic tali habet denegatam audientiam, ita probatur *in cap. sollicitudinem*, ibi non est tanquam adversa petens, & sibi contrarius audiendus.) *de appell.* idem probat text. *in c. quod autem 23. q. 9.* & ibi gloss. *verbo contraria*, text. etiam *in c. quàm præposterum 13. q.2.* text. *in c. literas, de præsumptioni.* text. *in cap. gesta. 74. dist.* text. ex *in l.1. Cod. d. furtis, &* 68
servo corrup. text. *in l. professio, C. de muner. patrimon. l.10.* & ubique gloss. & Doctores, hanc doctrinam communiter profitentur, unanimitérque firmant, ibique latè de materia, præcipuè per Doctores *in dict. l.1. C. de furtis*, maximè per Bald ubi an, & quando actor possit allegare contraria & an his possit fortè reus uti, & an saltim in novo judicio contraria proponenti, adversáque petenti, sit denegata audientia, & distinctè, quæ, & quando in jure dicantur contraria, & quæ ut incompatibilia non admittantur in judicio, & de pluribus aliis materiam concernentibus, cum conclusionibus, & limitationibus videre poteris (quæ omitto, quia ad nos pertinent.)

Unum tamen rei, de qua agimus commodiùs non 69
omittam, quod colligitur ex dispositione text. *in dict. c. sollicitudinem, de appellat.* scilicet; appellans ab inferiori ab aliqua ejus sententia, sive interlocutoria, sive diffinitiva, comparens postmodum coram ipso, aliquid negotium tangens, petendo, fueritque verbo, vel facto protestatus, se prosequi velle appellationē, non censeri, nec intelligi appellationi renuntiare per talem comparitionem, tum protestatione. & non auditur in petitione tanquam sibi ipsi contrarios, seu adversa petens.

Quòd & expressè probatur in illo text. in quo exactiùs videre poteris per DD. Abb. & Felin. Franch. & cæteros, Joan. Andr. *in fin. de appellat. in 6. & in cap.*

cùm veniſſent, de eo qui mit. in poſſ. Alexand. *conſil.* 107. 4. *parte*, Bertachin. *in reperto. verbo, appellatio tollitur,*
70 *n.* 10. *circa fin.* & contrarietatis ratio in hoc conſiſtit, nam cùm per appellationem emiſſa omnimoda ſit ſuſpenſa, & abdita in illa cauſa ab inferiori juriſdictio, & in ſuperiorem integraliter tranſlata, ex juribus vulgaribus, quæ per proteſtationem ſequentem conſervatur hinc ineptum eſt velle, ut alius habeat juriſdictionem totalem, & alius abſque ea cauſæ cognitionem,&
71 ideo cùm appellans per proteſtationem inſiſtat in appellatione, per conſequensque in tranſlatione juriſdictionis ad ſuperiorem; cui non intelligetur renuntiatum: non auditur, in quo poſtulat ab inferiore carente juriſdictione, ipſi actui, & petitioni neceſſaria, quam ab eo ipſe aliàs habet per appellationem ablatam & ſic nil mirum, ut tanquam contraria petens non audiatur in petitione.

72 Ex hoc enim fonte fluit, atque emanat: judicem Eccleſiaſticum nullam vim facere, ſi nec deferat appellationi emiſſæ à creditore, eò quòd non vult detinere cadaver debitoris mortui ad ejus petitionem, neque ſepeliatur, quouſque ſibi ſatisfiat, vel ſolutione, vel ſatisdatione, ſeu fidejuſſoria cautione, quoniam iſte creditor ita poſtulans nullo modo auditur appellans: ita probant expreſsè gloſ. & Doctores *in c. ex parte, c.* 1. *de ſepulturis*, Specula. *in tit. de appellat.* §. *in quibus, verſiculo* 8. Hippol. *ſingulari* 199. Bened. *in c. Raynut. verbo, mortuo itaque teſtatore, n.* 56. *de teſtam.* Felin. *in c. ſicut Judæi, col.* 1. *de Judæis*, Bertach. *in tr. de Epiſcopo,* §. *videmus, n.* 24. Boëça *de inope debitore, c.* 1. *n.* 20. *l.* 2. talique creditoris appellationi minimè deferendum eſſe probat Vivius *l.* 2. *communium opin. opinione* 78. Parlad.
73 *l.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 5. *p.* §. 4. *n.* 26. & probatur apud nos *in l.* 11. *tit* 16. *l.* 3. *ordinam.* quod enim ratione, probo. Quoniam initantanea corporis corruptio, & putrefactio rem citò perfici, & abſolvi poſtulat; non enim patitur dilationem, quo caſu appellatio emiſſa non ſuſpendit actum, nec delationem præbet, ſed celerem executionem requirit, text. *in l. fin. ff. de appell. re. ip.* vulgaris, quod & in ſubſtantia conſideravit Speculator *ubi ſupra* citatus.

74 Bene enim verum eſt, ut etiamſi non adſint bona, unde æs alienum creditoribus exſolvatur: nullo modo cadaver ſequeſtrandum, pignorandum, nec detinendum eſt, text. *in l. fin. C. de ſepulchro viola. & authent. item qui domum, eodem tit.* & utrobique Doctores, etiamſi debitum pluſquam liquidum ſit, cujus opinionis eſt Felin. *in dict. cap. ſicut Judæi, col.* 1. *de Judæis*, Roder. Xuarez *in repetitione, l. poſt rem, in* 5. *amplia ad legem Regiam, ff. de re jud.* Covarr. *variarum l.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. Grammaticus *dec.* 82. Bened. *in dict. cap. Raynut. verbo, mortuo itaque, n* 56. *de teſtam.* Caſtellus *in l.* 30. *Tauri, verb. Gaſtos*, Parl. *in dict. l.* 1. *rerum quotid. c. fin.* 5. *p.* §. 4 *n.* 16. & magis de communi teſtatur Baëça, *de inope deb. c.* 1. *à n.* 19. ubi pluribus authoritatibus, & rationibus tam divinis, quàm humanis.

Hanc opinionem, ut veriorem comprobat, & ut æquiorem, & certiorem reſolvit juſtè, meritóque abominans, reprehendit Angel. *in authent. ut defuncti, ſeu funera eorum, col.* 1 Seguram (de quo dicit aliàs libenter judicio labi ſolere *in repetitione l. ſi ex leg. cauſa, num.* 36. *ff. de verb. obliga.*) & Carvaia Regium Senato. *in repetitione l.* 1. *col.* 3. *ff. de verb. obliga.* Præpoſ. *in c. præterea*, 51. *diſt.* & Bertol. Beleti. *in addit. o. in c. ex parte de ſepult.* contrariam opinionem ſectantes, & idem quod Baëça contra Angel. tenet Parla. *ubi ſuprà*, cui in rationibus, & authoritatibus prædominatur, & præcellit. Quæ doctrina limitatur. & fallit in cadavere
75 uſurarii, quod à judice Eccleſiaſtico ſequeſtrari poteſt, ne ſepeliatur: donec hæres caveat de reſtitutione, ut ex aliis firmat Zerola *in praxi Epiſcop.* 1. *p. verbo funus, verſiculo* 3. *cadaver, &c.*

Hinc pariter oritur, vim nullam eſſe poſſe in dene- 76
gatione delationis appellationis interpoſitæ à vero contumace, cum ſiquidem non audiatur appellans in cauſa, in qua contumax fuit, eſt *in l. & poſt edictum* 73. *fin.* ibi, ſciendum eſt, ex peremptorio abſentem condemnatum, ſi appeller, non eſſe audiendum) *ff. de judiciis*, text. etiam *in l.* 1. ibi, ejus, qui per contumaciam abſens, cum ad agendam cauſam vocatus eſſet, condemnatus eſt, negotio priùs perſcrutato appellatio recipi non poteſt.) *C. quorum appellat. non recipi.* text. etiam *in l. ex conſenſu,* § *fin.* ibi, placuit, non provocare, &c.) *ff. de appell.* Bart. Immola, & cæteri Doctores *in dict. l. conſenſu,* § *fin.* Specul. *tit. de appellat.* §. *in quibus, n.* 1. *l.* 2. Rota *deciſ.* 16. *aliàs.* 364. *cum jura. n.* 1. *de dolo, & contuma. in novi.* Ripa *in practic. in forma appell. à ſentent. diffinit. in gloſſ. coram vobis, ſub n.* 9. *verſiculo quæritur ultra, fol.* 405. Maſuer. *in addit. ad eum. in addit. in verbo, in vero contumace, fol.* 406. Franch. *in c. Nicolao, num.* 18. *de appellat.* Socin. *in reg.* 24. *de appellat. in qualibet cauſa, fall.* 6. Nicell. *tract. concord. gl. con or.* 6. *fall.* 18. *n.* 51. *fol* 193. Curcius Senior *tract. de jurejur. propter calum. dan.* § *quod ſi actor, ſub n.* 12. & 13. *tomo* 3. *p.* 2. *fol.* 134. Decius *conſil.* 34 *n.* 1. & *ſeqq.* Rebuff. *tr. de appell. art.* 7. *gloſ.* 2. *n.* 7. & *ſeqq.* Capicius *deciſione* 139. *num.* 2. Rota *deciſ.* 22. *aliàs* 137. *appellatus, de appell. in novis* Maran 6. *part. tit. de contumacia,* 2. *memb. num.* 17. vide Paz. *in praxi* 2. *p. tomo* 2. *cap. uni. à num.* 9. *cum ſequentibus*, eundem Marantam *in ſpeculo advocat.* 2. *part.* 6. *part. princ. q.* 2. *tit. de appellat. n.* 273. Lancelot. Robert. *de attenta* 3. *p. cap.* 28. *n.* 50. & 51. ea potiùs ratione ſibi denegatur audientia, quia non comparendo videtur judicem contemnere, ut notat *in d. ll. l.* 1 & per Robert. *ibi*, qui loquuntur, quando appellare deſiderant ab ipſa ſententia diffinitiva.

Et licèt longè à Doctoribus diſcedatur, quando 77
quis dicitur verus contumax, ut videre eſt per Bart. *in l. fin. ff. de in integrum reſtitutione*, & Bart. & Alexand. *in d. l. ex conſenſu,* § *fin.* Alex. *in l. properandum,* §. *fin. autem reus, C. de judiciis*, quantum autem attinet ad noſtram materiam, ut non audiatur appellans, ita poteſt eſſe, ac conſtitui vera concluſio, ut ille dicatur verus contumax, qui perſonaliter fuit citatus, potuitque in termino venire, & non venit; vel ſi fuit citatus ad domum, poſtmodúmque ipſa citatio ad ejus notitiam perveniat, qui cùm potuiſſet in termino comparere, & non comparuit; quod intelligendum eſt, quando legitimè ad ſui notitiam pervenuiſſe conſtat; utputà, per ſcripturam citationis viſam poſtea per eum, vel per relationem nuntii, aliter atque dicendum eſt, ſi per appellationem uxoris, vel cujuſvis alterius domeſtici, nam tunc non dicitur verus contumax, ita concludit Alex. *in dict.* §. *fin autem reus, col.* 2 & 3. ſequitur Eſcacia *tr. cauſar. civi. & crim. c.* 97. *ſub n.* 101. eſtque de mente Bart. *in dict.* §. *fin.* idem affirmat Marant. *ubi proximè, d. tit. de appellat. n.* 274. & verus contumax etiam dicitur ille, qui curat, ne citatio ad eum poſſit pervenire, ut ſcribit Alex. *in dict. l. properandum,* §. *fin autem reus, n.* 14. *concluſione* 6. *de judiciis*, & ex Marant. & Tiraq. Eſcac. *de appellat. q.* 17. *lim.* 3. *ſub n.* 3. & *q.* 12. *num.* 19. ubi etiam poſt alios, quod citatio debet eſſe peremptoria, & lege Marant. *ubi ſupra, num. ſeqq.* ex Alex. in pluribus tenente, quod quoad hoc, ut verus contumax non audiatur appellans, ſufficiet, ut contumax ſit in ſententia audienda, poſtquam peremptoriè eſt citatus, licèt in toto proceſſu præſens fuiſſet, quem vide: tenent Paul. de Caſtr. *in auth. ut. principal.* §. *quod ſi actor, num.* 6. & ibi Curtius Senior *num.* 13. *inter tractatus divers. tomo* 3. *p.* 2. *fol.* 134. *C. dejujur. propter cap.* Alexand. *in l. properandum,* § *fin autem reus, ſub num.* 18. *C. de judiciis.*

Hæc tamen concluſio fallit. quando procurator eſt 78
verus contumax, quia tunc Dominus poterit regu-

lariter

lariter appellare, ex eo, quia vera contumacia est delictum, sed ad delinquendum non præsumitur procurator habere mandatum, quia prohibitio appellationis datur pro pœna Rebuff. *tract. de appellat. art. 7. gl. 2. num. 10. tom. 3. fol. 503.* Altiùs Bartol. *in l. 1. §. si adversùs, sub num. 2. versiculo quæro circa ff. quando appellandum sit*, Franc. *in dict. cap. Nicolao, num. 18. & seqq. de appellat.* Felin. *in cap. 1. num. 6. versic. si procurator ut lite nos contestata*, Alexand. *in dicta §. sin autem reus, n. 24.* Nicell. *de concor. gloss. concord. 6. fol. 18. num. 61. & seqq.* & id ita tenent Bart. Botri. Abb. Cæpola, & communiter omnes, ut tastatur additionator ad Felin. *ubi suprà*, Guido Papæ *tract. de appell. q. 87. n. 56. fol. 59.*

79 Ulteriùs & secundò fallit hæc conclusio, ut non procedat de observantia Rotæ, secundùm quam potest appellare etiam verus contumax, dummodo appellet in decem dies à die latæ sententiæ, testatur Rota *decis. 16. aliàs 364. in fin. de dol. & contum. in novis* Felin. *dict. c. 1. sub n. 7.* per quem Nicellus *concord. 6. fol. 7. sub dict. c. 1. sub n. 7.* per quem Nicellus *concord. 6 fol. 7. sub n. 58.* idem Felinus *in c. quoad consultationem, n. 28. de sententia & re judic.* Ferretus, *consil. 216. vertitur quæstio, num. 3.*

80 Hinc faciliùs intelligemus resolutionem illius quæstionis, quam Doctores disputant, an primò, vel secundo decreto liceat appellare, per Dinum *in tractatu missionis*, Bart. *in l. ante sententiæ, ff. de appell. recipi.* Anton. & Abbatem latè *in cap. cùm ad sedem, n. 31. per totum, de restitut. spoli.* & ibi *in additio. ad eum, litera B.* alibi passim, & ex mente omnium, ita distingue, quòd à primo decreto tam verus contumax, quam fictus, non admittitur ad appellandum, tum quia est sententia interlocutoria, à qua nullus potest appellare de jure civili, *dict. l. ante sententiam, & l. ante sententia tempus, C. de appell.* & ex ratione ita tenet Dinus *jam citato loco*, quem sequitur Abb. *in dict. cap. cùm ad sedem, num. 31.* qua etiam motus Paz *in prax. 2. part. tom. 2. cap. unic. num. 106. cum sequentibus*, affirmat, à tali sententia non posse appellari, juxta dispositionem Concilii Trident. *sessione 24. de reformatione, c. 20.* prohibentis appellationem ab interlocutoriis, & idem tenet Avendan. *in titulo de primo, & secundo decreto, 3 part. n. 18.* cùm possit quandocúmque à judice revocari, licèt missio, nonnisi citato eo, qui rem detinet, ut ex Panormit. & aliis probant Paz, & Aven. *ibi, & l. 2. titulo 8. part 3.*

Deinde, & alia ratione moventur Doctores; quia hæc sententia primi decreti, nec est magni præjudicii, nec tollit, vel absorbet jus alterius, contumace enim ipso veniente post modum, & comparente infra annum, ante secundum decretum, solutis expensis, vel præstita cautione de stando juri, illa revocatur, ipséque recuperat possessionem per text. & ibi. Bartol. *in l. si quis, & in §. sed si quis, Cod. de præscript. 30. anno* idem Bart. *in l. consentaneum, Cod. quomodo, & quando judic.* Speculator *in titulo primo, & secundo decreto, §. 5.* text. *in cap. quoniam, §. in aliis, ut lite non contestata, authentica ei qui jurat, C. de bonis authoritate judic. possiden.* & utrobique Doctores, ac ideo cùm per comparitionem, & purgationẽ contumaciæ decreti sit revocatio potiùs videtur dependente ab ejus potestate, quam à judicis.

81 Hæc tamen limita secundùm Bartol. *in dict. l. antè sententiam*, quam sequitur Abb. *in dict. cap. cùm ad sedem, num. 21. versiculo sed tu limita*, quando primum decretum absorberet jus partis, idque non reparabile per diffinitivam, ut contingit, quando judex adjudicat missio ex primo decreto fructus medii temporis, quod facere potest, juxta textum *in l. Fulcinius, §. fin. ff. ex quibus causis in possessionem eatur*, & latè per eundem Abb. *in dict. cap. quoniam frequenter, ut lite non contestata*, qui *ubi suprà, in d. num. 31.* alia exempla reddit.

82 Unum tamen est, quòd quamvis contumaci ab hoc decreto non liceat appellare, à denegatione verò ejus parti præsenti omnimodo permissum est, ita eleganter animadvertit Avenda. *in dict. tit. de primo, & secundo decreto, 3. part. num. 11.* quem referens sequitur Gondizal. de Paz *ubi suprà, ind. prax. 2. part. tom. 2. unic. num. 108.* quæ omnino vide, qui per totum illud caput copiosissimè congessit modos, & remedia procedendi contra contumacem actorem, vel reum, & de primo, & secundo decreto in actione personali, sive reali, in spiritualibus, & beneficialibus, nec etiam de praxi, quæ circa hoc habetur in tribunalibus Ecclesiasticis, ubi perfectè invenies hanc materiam.

83 A sententia autem super secundo decreto fictus contumax benè potest appellare, etiam de jure civili, secundùm Dinum Joan. Andream, Bartol. & alios, tenet Abb. *in dict. cap. cùm ad sedem, num. 31. versic. in possessione autem 2. decreti, &c.* & per consequens etiam hodie de jure canonico per Concilium Trident. & ejus limitationes, & quod possit appellari, etiam docet Innocent. *in cap. dilecto de verborum signif.* Bald *in l. non videtur 1. ff. de jud.* Romanus *in suis singularibus, in verbo decretum, in versiculo, quæro utrùm*, quod probatur, tum verò non ficto negatur audientia, & prohibetur appellatio, ut constat ex juribus, Doctoribus jam citatis, quia in eo arguitur dolus, ut in vero, & in specie quòd iste talis fictus contumax rectè possit appellare, Bald. *in l. ea quæ, Cod. quomodo, & quando judex*, Bart. *in l. fin. ff. de in integr. restit.* Alex. *in l. properandum, §. sin autem reus, versic. 2. conclus. &c.* Marant. *ubi suprà, in d. tit. de appell. n. 277. cum sequentibus*, ubi in specie ponit, quis dicetur fictus contumax.

84 Tum etiam probatur, quia licèt secundum decretum sit interlocutoria, ut ex additione ad Abb. *ubi proximè litera B. ad medium*, & Paz *loco suprà citat. n. 110. ad fin. versic. sententia interlocutoria, del segundo decreto*, tamen ejus damnum est irreparabile, quoniam missus in possessionem ex secundo decreto, efficitur verus possessor, qua possessione mediante transfertur in eum, usucapiendi, seu præscribendi conditio, ut post longum decursum contra communem (quæ majus jus missio concedebat) resolvit cum aliis Paz *suprà, n. 93. cum seqq.*

85 Cæterùm, quia hic missus facit fructus suos secundùm glossam, Bartol. & cæteros communiter *in l. si finita. §. Julianus, ff. de damno infecto*, nam ratione veræ possessioni quam acquirit, fructus veniunt *ex §. si quis a non Domino, instit. de rerum divisione*, Paz *ubi num. 97.* deinde, quia actor originarius efficitur reus, & reus originarius efficitur actor, quod est non modicæ, & magnæ utilitatis, ut probat text. *in §. commodum, instit. de inditiis, l. is, qui dessinavit, ff. de rei vindic.* & in specie Panormitan. *in dict. cap. quoniam frequenter, § in aliis, num. 4. ut lite non contest.* quapropter si missus ex secundo decreto super proprietate tantùm tenetur respondere, & conveniri, non autem decreto super possessione, ut expressè probatur *in dict. §. in aliis*, licèt in aliquibus casibus non solùm super possessione, sed nec etiam super proprietate, quos congessit Gondiz. de Paz *ubi suprà, n. 10. cum sequentibus*, ideóque cùm secundum decretum continere dicatur damnum irreparabile, & ficto contumaci nullo jure speciali denegatur appellatio, quid mirum, ut jure communi utatur, secundùm legem communem, *ff. de appellatio. recipiendis*; & concilium Tridentin. *sessione 24. de reformatione, cap. 20.* & ea quæ latiùs congessi *in cap. 1. suprà, hac 2. part. à principio.*

86 De voto autem contumace aliud est sentiendum, enim verò is nullo modo appellat; quia absolutè sibi denegatur audientia à jure: ext. *in l. post edictum, 73. §. fin. ff. de judiciis, l. consensu §. fin. ff. de appell. l. 1. C. quorum appell. non recipi.* cum aliis *suprà*, & quia si à diffinitiva sibi non admittitur, ut *suprà*, dixi, ut constat *in d. §. fin.* ibi, absentem condemnatum, &c.) *& in l. 1. condemnatus est, juncta l. 1 ff. de re jud.* ibi, quod condemnatione,

vel absolutione contingit, &c.) & quod dicitur *in rubrica de re jur.* & aliis locis, quæ continet plenum juris præjudicium tam in possessione, quàm in proprietate, ergo multò magis idem firmandum est in secundo decreto, ubi non plenum præjudicium, sed tantùm respectu possessionis, & fructuum, & aliorum, quæ diximus reservato sibi jure super proprietate, *ut in d.c.1. quoniam frequenter § in aliis*, ibi, verus constituetur possessor, super proprietate dumtaxat, adversæ, parti defensione legitima reservata, *&c.*) & in specie quòd
87 verus contumax à sententia secundi decreti non audiatur appellans; tenet ex mente aliorum Abb. Panor. *in dict. cap. cùm ad sedem, num. 31. versic. etiam in quantum dixi, &c.* ubi idem intelligit, & rectè in latitante, quia vero contumaci æquiparatur, idémque extendendum ad eum, qui procuravit, ne citatio perveniret, ad ejus notitiam, ut si quis latitavit, vel aliter se absentavit hac de causa, quia pariter pro vero contumace habetur, secundùm Alexand. *in dict. §. fin autem reus. vers. quinto quinta conclusione, &c.* & per ea, quæ habentur *in clement. 1. ut lite pendente*, & in specie firmat Marant. *de ordin. jud. 6 par. titulo de appellat. n. 279.*

88 Attende tandem pro hujus articuli perfectione, quòd licèt judex à quo non teneatur vero contumaci deferre, etiamsi excusationem alleget, non tamen præcluditur ei via, quin possit ad superiorem confugere, & allegare causam suæ excusationis, & probare, se non esse verum contumacem, & si coram eo de vera causa excusationis doceat, judex superior ipse revocat attentata post appellationem, non aliter, ut docet Salicet. *in l. generaliter, n. 7. ad fin. Cod. de rebus creditis, & jurejurand.* Videndus item *in l. properandum, §. cùm autem, Cod. de judiciis*, & Abb. *in dict. c. cùm ante fin. de restit. spoli.* Plura etiam alia circa hunc articulum, an
89 verus contumax appellans audiatur vide latè per Gregorium Lopez *in lib. 9. titulo 23. parte 7. gloss.* ubi dicit, hunc rigorem non servari in curia Romana, allegans ad id decisionem Rotæ 364. *in novis*, (quam ego in meis non inveni) reperio tamen decisionem 49. *in novis titulo de appellat.* quæ ad unguem approbat nostram doctrinam contrariam Gregorio, nec de adverso stylo mentionem facit, imò fortiùs ea procedet de jure canonico, quia magis odit, & abhorret contumaciam, inobedientiæ proximam, ex juribus vulgatis, & titulis *de sententia excommunicationis, & de dolo, & contumacia.*

90 Ex hoc capite denegatæ audientiæ fluit, judicem vim non facere appellanti, eò quòd ipsum rejecit in judicio, nec admisit agentem sine interesse, quoniam iste de nullo modo auditur, si credimus authoritati diligentissimi Tiraquelli *de retract. lignag. §. primo, gloss. secunda, n. 51. ex l. si Patroni, § fideicommissariam*, ibi, secundùm quæ (Angel. Alexand. *ff. ad Senatusconsul. Trebellian. & l. sed nec legatarios, cum l. sequen. ff. de conditione furtiva, l. qui fundum ff. locati, l. sin autem, §. si homo, ff. de rei vindi. l. si quis ex argentariis, §. ex hoc edicto*, & ibi Alberic. *ff. de edendo, l. 1. §. reus ubi notatur. ff. eodem, per quem factum erit*, Bartol. *in l. si unus, §. ante omnia 3. nota. ff. de pactis.* Petr. Ancharan. & *consil. 119. pluribus post princip.* & ubique Doctores, & nil mirum: nam quando definit sua interesse, definit actio competere, *l. procuratorem, §. mandati actio, ff. mandati, l. si servus, ff. de condition furtiva, l. si ex conventione*, & ibi Alexand & Philippus Decius, *ff. de pactis.*

91 Super hoc tamen distinguens Bartol. *in l. qui autem, §. illud, ff. si qui cautio* quod maxime procedit, cùm etiam excipienti sine interesse, audientia denegetur quoque, *l. ille a quo §. si de testament. 1.* ubi Alexand. *in princip. ff. ad Trebellian. l. qui liberis, in fin. ff. de bonorum possessione secundum tabul.* Angel. *in l. exitus versiculo quinimo*, & ibi etiam Alexand. *columna 2. versiculo & subdit, ff. de acquir. possessione* idem Alexand. & Philippus Decius *in dict. l. excommunicatione.* Decius *consil. 418. visa col. 3. versiculo in quarto*. Doctores ubique, quod propemodum generale est, ut nemo audiatur sine interesse, ut firmat Tiraquell. *proximo loco* citatus, quia nemo sine actione experietur, ex juribus vulgaribus.

Et in specie, ut illius, cujus non interest, non reci- 92
piatur appellatio, probat text. *in l. 1. non solent audiri appellantes, nisi ij quorum interest, ff. de appellatio. recipi. & in cap. cùm inter de electione*, & quòd alicui actui, vel liti se opponens non audiatur sine interesse, probatur *in c. veniens, el secundo, versiculo cum igitur de testi.* quod & voluere Immola, Joannes Andreas *in cap. super his, in verbo, excludatur, de accusatio.* Petrus Ancharanus *consil. 297. essi ambus, column. 4. versic. est ergo videndum*, & Paul. Castrens. *in l. 2. col. 1. versic. alii verò casus, Cod. de edicto divi. Adrian.* & Tiraquell. *in d. tractatu de utroque retractu, & 1. num. 51.* ubi aliqua exempla reddit rei istius.

Pariter etiam; & ex eodem capite audientiæ de- 93
negatæ infertur, ut judex nullam violentiam committat, circa appellationem interpositam ab eo, qui conventus actione ad exhibendum, *juxta tit. ff. ad exhibendum*, condemnatur rem exhibere, quámque rem facultatem habeat exhibendi, & propterea ad id cogi præcisè potest, nec appellans audiendus est, ita ex Bartol. *in l. creditor, §. jussus, ff. de appellat.* ubi etiam Joan. de 94
Immola *colum. fin.* & Angelus, tenet & firmat Gregor. Lopez *in l. 9 titul. 27. part. 3. ff. 6.* licèt aliud sit dicendum, quando condemnetur ad interesse, eò quòd rem exhibeat, nam tunc ejus interesse, scilicet, respectu, procedere possit appellatio, ut tenent Immola, & Gregor. citati jam, & probatur *in dict. l. 9.* de qua nos *suprà* latiùs diximus, & de ejus ratione, & theorica *suprà, in cap. 7. ad fin. hac 2. part.*

Hinc etiam fluit, ut judex vim non faciat, si non de- 95
ferat appellationi emissæ à compulsione, & præcepto ejus, ut juret de calumnia, ex his, quæ diximus *hac 2. part. in cap. 2. à num. 163. cum sequentib.*, cùm ad hoc tam actor, quàm reus omnino, & in omnibus causis juramentum præstandum teneatur, secundùm juris dispositionem, & præcepta, *l. 1.* ibi, in omnibus causis, *&c.*) cum omnibus legibus sequent. *C. de jurejuran. propter calum. dando*, & cæteris titulis *in ff. & decretalibus concordantibus*, nequit enim appellari ab actu, quod sit secundùm juris dispositionem, & præcepta, nec à judice id exequente, ut latiùs probavimus nuper *suprà, hoc eodem capite*, ex his, quæ colliguntur ex Doctoribus protinus citandis.

Aliud autem determinandum est, circa appellatio- 96
nem inter positam à sententia diffinitiva, contra contumaciter recusantem hoc juramentum præstare; nampe, contra actorem, ut actionem perdat; contra reum verò, ut pro confesso habeatur, juxta text. *in lib. 2. §. quod si actor*, ubi Doctores, *Cod. de jurejur. propter calum. dando*, nam tunc audientiam non censeri denegatam appellanti hoc casu, docet gloss. *in l. creditor, §. jussus, ff. de appellat.* per text. *ibi*, quam sequitur Bart. *n. 1. eodem*, defendit Salicetus *in dict. §. quid si actor, versicul. quæro an ab hujusmodi sententia, &c.* ex authoritate Jacobi de Aretino, quem ibi allegat, ubi notatur communiter, quod & ipse Salicet. intelligit, & bene *in l. 1. n. 2. C. quorum appellationes non recipi.* dummodo suam contumaciam condemnatus excuset, aliàs autem omnino censeatur sibi appellanti audientia negata, quod & ipse libenter admitto.

Deinde ad hoc capitulum confert illud quod Faber 97
tractat *in §. retinenda institut. de interd. num. 29.* & Jacobus Menoch. *in tractatu de retinend. possess. remed. 3. quæst. 97. n. 819.* affirmantes, quod si contra quem lata est sententia, quia alium turbavit in possessione, præstitit cautionem, molestiam se ampliùs possessori non facturum, qui nihilominus adhuc possessorem

perturbet,

perturbet, asserénsque se nova ex causa possidere, atque ita venit illi possessioni incumbere, in quo nullo modo audiendum esse hoc allegare, probat Faber & Menoch. jam citati: reddentes rationem, nam sententia, quæ pro possessore turbato lata est, futuram turbationem, ad quam se refert, prohibere dicitur, possessorémque tuetur, ei vim fieri vetat, atque silentium quoque perpetuum adversario imponit, *cap. licet causam, de probationibus*, frustratoria, & inutilis, falsique & elusoria foret; si nova vis, aut conturbatio permitteretur: alias etiam rationes adducunt, ad idem, citantes etiam *l. si quis reum, l. si à te; §. si quis fundum, ff. de exceptione rei judic.* juxta suum verum sensum. Est igitur secundùm eos in hoc casu concluso dicenda, quòd iste qui succubuit, donec vivit, compescetur à molestia, nec agendo, nec excipiendo audietur: ad quod etiam facit, quæ *suprà, de impositione perpetui silentii* dixi, quod uno modo declarat Menoch. ut hæc doctrina non procedat, cùm elapso multo tempore, hic hac exceptione uteretur, cujus probationem paratam, & in promptu habeat, offeratque. Quo supposito, nec prædicto casu appellationi emissæ deferre judex cogetur cùm in totum audientia denegetur ei.

98 Ex hujus capitis principalis doctrina, idem inferre poteris ad dispositionem text. *in cap. Romanæ 4. in ordine de appellat.* ubi in negotio denegetur audientia ei, qui appellationem prosequutus non est, intra tempus, & terminum à jure præstitum ad prosequendum, *ibi*, & à causa sua cecidisse videtur nec ampliùs super eodem negotio audietur ipse appellans, *&c.*) ubi vide Franch & Doctores.

99 Inferri etiam pariter potest ad id, quod dicit Marant. *de ordine judicio. 6. part. de laudatione, 4. memb. n. 5. filio 399* ubi per *l. si res, ff. de evictionibus*, & doctrina Baldi *in lib. 1. colum. 2. Cod. communia, de legatis*, scilicet; quod conventus super aliqua re, si voluerit laudare auctorem auctoris sui, ut sibi de evictione teneatur, non debeat audiri, nisi cessisset sibi actio per suum authorem contrà illum, ad quam cessionem faciendam cogi potest auctor, quia sibi non nocet, *ex l. creditore, ff. de evictionibus*, ut per Marant. *ibi*, qui bene de materia laudationis in judicio tractat.

100 Inferri etiam potest *ad legem Regiam 2. titul. 17. lib. 4. recopilat. & l. 2. titul. 15. lib. 3. ordin.* ubi latissimè, verbo, *no sea oido despues*, quibus juribus probatur hodie in nostro regno partem dicere volentem de nullitate sententiæ post sexaginta dies, non esse audiendam, *ut in dict. tit.* ibi: *Y si en los sesenta dias no lo dixere, no sea oido despues sobre esta razon, &c.* ut scilicet à judice facta repulsione ejus non admittatur appellatio, nec supplicatio.

101 Cujus etiam est farinæ, ut qui terminum sibi ad aliquid faciendum præfixum labi permittit, censetur renuntiare, & non potest, nec agendo, nec excipiendo audiri, ut loquens de præfixione termini ad dicendum de nullitate, tradit Joan. Cephal. *in consilio 201. n. 4. lib. 2. & consil. 202. n. 18. eodem. lib. 2.* Cassiad. *decis. 4. in attentatis de delationibus, num. 5.* Vestrius *in praxi Romanæ Cur. lib. 8. cap. 4. num. 21. annotat. ad Egid. num. 108.* Lancelotus Robertus *de attenta. 2. part. c. 12. limit. 19. per totam, & cap. 18. à num. 98.*

102 Alium etiam casum, quo audientia denegata videtur, perlege apud S. Congregationem Concilii Trid. *super cap. 18 de reform. sessione 24.* loquens de oppositoribus in his verbis inquit: Alius non descriptus petens admitti ad examen jam peractum, sed beneficii nondum facta collatione, non est audiendus, nec si non est factum examen, sed terminus tantùm lapsus, non est admittendus cum descriptis. De cujus materia vide latissimè per Nicolaum Garc. *de beneficiis, 2. tomo, 9. p. cap. 11. num. 102. & supra, à num. 200.* ubi latè *folio 137.* & vide Barbos. *in remissio. ad d. cap. 18. num. 16.* vide alium casum per text. *in c. is cui 19. de electione, lib. 6.*

Alios quatuor casus, in quibus à jure alicui denegatur audientia, refert gl. *in cap. in nomine Domini, in verbo audientia, 25. distinctione.* & habetur *in cap. ad abolendam, de hæreticis*, vide etiam Speculatorem *in titulo de petitor. & possessor. in §. 2.* Anton. de Butrio *in cap. dilectus, el 1. de rescriptis.* Ludovicum Romanum *in l. 1. in §. sublata, ff. ad Trebellian.* alium casum vide etiam *in cap fin. de ordine cognit.* ubi pariter audientia negatur, *ibi*, super spoliatione conventus adversus restitutionem petentem, non est (nisi super quæstione spoliationis) si eum reconveniat, audiendus, *&c.* ubi vide Doctores pro ejus explicatione. 103

Aliæ etiam plures clausulæ sunt, quibus juris dispositio, vel Princeps inter rescribendum uti solent, sub quorum verborum involucro tacitè appellatio intelligitur sublata; ut putà, si dispositio his verbis utatur; scilicet (sententia lata mittatur executioni) quia tunc quamvis non aperiat, declaret quod fiat (appellatione remota, & non obstante) nihilominus tacitè, & virtualiter subintelligitur, Iss. *consilio 187. in. ipit circa primum, sub n. 2. ad medium versiculo similiter, lib. 2.* Lancelot Robertus *de attenta. 2. part. cap. 12. lim. 53. num. 63.* Ruginel. *tractat. de appell. § 2. gloss. 2. n. 2. versiculo prim.* Hieron. Gonzales *in reg. de men. gloss. 9. in annotatio. sub num. 218.* Escacia *de appellat. quæst. 16. limit. 1. n. 28. fol. 275.* Cæsar Centard. *in l. uni in not ab. num. 20. C. si de mom. poss.* Angui. *cons. 76 de tribus, n. 9. lib. 1.* Gratian. *discept. forens. c. 49. n. 9.* dicentes, quòd appellatio censetur prohibita, quando statutum disponit, quòd sententia mandetur executioni generaliter, nempe verum est, appellationem non solùm intelligi remotam verbis expressis; sed etiam tacitis & æquipollentibus, tenent ipsi Doctores, & præsertim Lancel. *de attenta. 2. p. c. 12. limit. 8. num. 2. in fin. &* [illegible] 3 Gonzal. *ubi proximè, num. 218. in princ.* & probatur dispositione text. *§. fin. autem, de concessione prabendæ*, Episcopus hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur.) *de con. ess. prabenda*, junctis iis quæ in ejus comprobationem, & intellectum conduximus latè *infrà, 3. p. cap. 11. versiculo probat etiam text. in cap. nulla. &c. n. 39.* ubi in optimo casu loquuti fuimus, Gratianus *discept. forens. c. 4. num. 9.*

Alia etiam clausula est præcedenti similis, quæ idem operatur, importat, putà (sententia sortiatur effectum suum) quoniam sententiæ effectus alius non est, quam ipsa executio, Joseph Ludovic. *decisio Perusi. 20. Domina Martiana, num. 17.* ubi quòd nostris temporibus important illa verba, appellationis amotio, quoad effectum suspensivum, non tamen quoad devolutivum, Ruginellus *tractatu de apellatio §. 9. gloss. 2. num. 4.* Escacia *de appellat. quæst. 16. lim. 1. n. 29. folio 257.* Cæsar Contard. *in dict. l. una, in notabilibus*, ubi latissimè *a num. 18. 19. & 20. & sub num. 23. & 25.* quem vide. 106

Altera etiam clausula est, qua tacitè subintelligitur sublata appellatio; putà (non possit contradicere) seu (sit remota omnis contradictio) docet Decius *in cap. personas, nota 4. num. 6. de appellat.* ut post Bald. Franc. & alias, tenet Lancelot. *de attenta. 2. p. cap. 12. lim. 8. num. 45.* & post Castrens. Ruginell *tractat. de appellat. §. 9. gloss. 2. num. 14.* Escacia *tract. de appellat. q. 17. lim. 1. num. 36. & seqq.* Hieron. Gonzal *in regula de mem. & alternati. gl. 9. in annot. sub num. 218.* Cæsar Contard. *in dict. l. unica, in notab. num. 23.* & probat text *in cap. personas, de appell.* text. *in dict. c. nulla, §. fin. autem, de conc. ss. prabenda*, & nos diximus in ejus comprobationem *infrà, 3. part. cap. 11. versic. probat etiam text. in cap. nulla. sub num. 39.* 107

Idem pariter operatur illa clausula sub his verbis concepta (nulla exceptione, vel oppositione, *&c.*) qui- 108

bus sublatam esse appellationem affirmat Ruginell. *tractat. de appell. 2. versiculo duodecimo quæro*, sequitur Escacia *de appellat.d. quæst.17. lim.1. num. 38. & a num.43.* ubi latè prosequitur Gratian. *in discept. forens. tom.1.c.4. n.9.*

109 Quibus & finitima est illa clausula (remota sit omnis querela) vel non possit querelari) quibus verbis sublatam censeri appellationem, affirmant omnes, Decius *in d. cap. personas, nota 4. in fin. num.7. de appell.* Lancelot. Robert. *de attent.2.p.cap.12. limit.8. num.4.* Reginell. *de appellat.d. §.9. gloss.2. num. 8.* quos referens sequitur Escacia *d. quæst.16. limit.1.num.35.* Hieron. Gonzales *in reg.8. de men.gl.9.in annotat.218.* Cæsar Contard. *in d.l.unica, in notabilib. sub num.23. C. si de nom. possess. fuerit. appellat.*

110 Et prædictis adde illam clausulam (non admittatur ejus defensio) seu (non possit se defendere) quia his verbis evidenter appellatio sublata censetur, Ruginell. *tractat.de.appell.§.9. gl.2. n.9. vers.6.* Escacia *de appell.*
111 *q.16.limit.1.n.4.* ex eo, quia appellatio est species defensionis, ut illi probant, *l.1 ff.de appell.cap.cum speciali.61.§. porrò de appell.* Bissignet. *decisione ulti. num.3. de appell.* Socin. *cons.39. capio primum, n.9. lib.4.* Alexand. *consil.113. viso themate, num.1.lib.5.* Maran. *in specul.6. part.verbo & quandoque appell. n.247. fol.496.* Philip. Franc. *in rubrica de appellat. num. 24. versic. sed tamen dubitatur,* Alberic. *tractatu de statu, lib.4.quæst.53. num.3. & num.4. tom.2. fol.74.* Abb. *in rubrica de appel. sub num 7.* Felin. *sub. num. 3.* Franc. *in cap. pastoralis, quæst.4. num.20. de appell.* Rebuff. *tract.de appell.in præ-*
112 *fatione, num.84.* Ergo sublato genere defensionis, ejus species sublata intelligitur, ut dicunt Escacia, Ruginell. *locis citatis.*

113 Et convenit illa clausula (sine aliqua censura, & oppositione) quibus verbis sublatam esse appellationem, scribit Ruginell. *tractatu de appellat. §. 9. gloss.2. sub num.17.* sequitur Escacia *de appellat.q.16.limit.1.n.43.* & licet Rugin. *d. n.17. versiculo decimam*; dicat, idem
114 est, quando dicitur (ad satisfactionem condignam faciat observari,&c.)ego multum dubito, nisi illa clausula sit apposita,re jam judicata.

Altera clausula erit, nempe (liberè procedatur) vel
115 (liberè facias,&c) quia ex maxima efficacia, & natura hujus dictionis (liberè) (de qua nos latè egimus *loco modò citato*) inter alios ejus effectus hic non minor est, ut tollat appellationem à dispositione, cui adjicitur, Bald.& Anton. de Butrio, *in c. irrefragabili, in princ.de offic.ordin.* Iff. *in l.si filium 19.sub num.9.vers.secundò facit, C.de inoffic.testam.*& contra Franc contrarium tenentem *in rubrica de appellat. num.26. versiculo sed quid si,* dicentémque licere appellare, ubi subsit justa causa appellandi, insurgit Decius *in cap.1.num.77. vers.nam dictum eorum,de rescriptis,* Ruginell. *tract. de appell.§ 9 gloss.2.n 11.& 12.* quem sequitur Escacia *de appellat.q.16.limit.1.num.41.& 42.* Hieron. Gonzal. *in regul.de mensib.& alter gloss.53. num.11.* & per text. *in cap. cùm in cunctis,§.cùm verò,* text. *in cap. extirpandæ, §.qui verò, eodem titulo*, & in eorum interpretationem, & declarationem exactissimè de natura hujus clausulæ & dictionis (liberè) egimus *infrà, 3. part. cap.7. à num.22. versiculo secundo, & pro hac mea opinione*, ubi de privatione beneficii incompatibilis appellatione non obstante tractavi.

116 Nec est ferendus Escacia *ubi proximè*, dum videtur innuere, hanc clausulam tunc habere hunc effectum tollendi appellationem, quando alia supradictis, vel dicendis ei adjicitur, sed fallitur: quoniam virtus, & natura præfatæ dictionis (liberè) de per se magna est adductis per nos *d. cap.7.* & Doctores citati: & quia tunc jam non ei, sed potiùs clausulæ adjectæ attribueretur effectus.

117 Pariter etiam clausulam (absque lite fiat restitutio) intelligitur sublata appellatio. Bald. & Bossius, quos citat, & sequitur Contard. *d.l.unica notabilibus, n. 22.* & quòd verba (sine lite) importent, quòd sequuta declaratione judicis, nulla detur appellatio scribit Corneus *in decis. Lucen.193. in causa N.n.2.in fin.* sequutus Bald. *consil.330.lib.1.* Escac. *de appellat.quæst.16. limit.1. num.34.* Ruginell. *tract. de appellat.§.9.gloss.2.* 118
q.16.num.46. ubi etiam de his verbis (sine lite,& litigio) ut tollant appellationem, tollit teste Carpan. *ad statu. Mediolan. ad causas crimin. cap.368.num.9.* Cornaz. *d.decisione 193. num.3.* quod idem important verba (procedatur de plano) Cels. Ugon. *tract. de claus. num.8.fol.495.* Redoanus *tractatu de spol. Eccles. q.11. num.17.tom.14.fol.253.*& de clausula (sine te,statim & ex officio) idem dicit Lancel. Robert. *de attenta. 3. p. cap.28. num.69.*

Similiter etiam clausula (suo libero arbitrio com- 119
mittimus, *&c.* importat appellationis prohibitionem, quia à judice habente liberum arbitrium, non libet appellari. Felin. *in cap. super his, el 1. num.8. & sequentibus de accus.* Menoch. *tractatu de arbit. jud.lib.1.q.17. num.13.* Simoncell. *tractatu de decreto lib.1. tit.1. n.8. tom.6.part.2.fol.291.* Escacia *de appell.quæst.17.lim.15. num.1.fol.451.* Magonius *decis. Lucens. decis. 42. statuto sub num. 21. versicul. quia quid*, plures citat Rugin. *tractat. de appellat.§.9. gloss.2. quæst.14. num.43.versic. secus autem, & seqq.* ubi etiam loquitur de mero arbitrio, & de pleno arbitrio, Farinac. *in pract.crimin.lib.1. quæst.1. num.50. versic. amplia igitur*, & nos latè diximus *infrà 3. p. cap.13.*

Et ex identitate rationis idem dicimus de clausulâ 120
(procedas de facto) quæ tribuit liberam,& absolutam potestatem, refert & sequitur Menoch. *tractat.de arbitra lib.1. quæst.7. num.69.versiculo nono liberan.*& comprobat Escac. *de appell. quæst.16. lim.1. num. 65. & sequentibus*, & quod hæc clausula (procedat de facto) 121
tollat appellationem, tenet Escacia *ibi num.64.* Bald. *cons.330.statuto cavetur, sub. num.7. lib.1.* Anguis. *consil. 76.de trib.n.12.& seq.lib.1.* Cornaz. *dicta decis.193. in causa. sub n.2.versic.1. quia*, Ruginell. *tract.de appellat. §.9.gl.2. q.21. n.66.* Et ita communiter tenent.Doctores, quia clausula procedatur de facto) excludit litem, & sic non excluderetur, si admitteretur appellatio.

Et eodem modo clausula (super quo conscientiam 122
tuam oneramus) quæ omnino tollit appellationem. Franc. *in rubr.de appell.num.11.* Felin. *in cap. super his, num.15.lim.4.de accus.fal.13.* Nicell. *tract. de concord. glossa concor.6. fall.22.num.63. tom.18.fol.193.* Rebuff. *tract.de appell.art.3.gloss.unic.num.2. & 3.* Tiraquell. *de retract.lignagier,§.4.gloss.1. n.11.* Gregor.Tolosa.*tractat. de appell. lib.3. cap.15.num.1.& seqq.fol.347.* Marquess. *de commiss. cap. 6. num. 53. & 55. fol. 74.* Lancelot. 123
tract. de app.2. part. cap.12. limit.10. versicul.1. & sequentibus,& num.10. Ruginell. *tractat.de app.§.2.cap.2. num.67. versiculo dabitur app.* absque eo, quòd teneatur jurare judex, quòd ita sua dictat conscientia, prout de stylo testatur Gregor. Tholosa. *de tractat. de app.lib.3. c.15.n.5.mers.ego dubito*, quem sequitur Escac.*de app. quæst.17. lim.15. sub n. fin.*

Ac iterum verba illa (mox,statim, protinus incon- 124
nenti, illico,confestim,sine mora,sine intervallo, sine ulla procrastinatione) ut quodlibet istorum verborum sublatam esse appellationem, scribit Ruginell. *tractatu de app.§.6.gloss.2. quæst.18. num.49.* ubi mirabiliter de his clausulis, & aliis omnibus, quem sequitur Escacia *de appell.quæst.16. limit.59.* ubi *num.61.* de verbo, *celeriter*, sive aliis similibus, quæ celeritatem desi- 125
derant, quæ excludunt appellationem, ut ex Castro, & aliis, refert, & sequitur Ruginell. *ubi proximè,quæst.17. n.48.* Bald.*consil.330. statuto cavetur, sub n.7. lib.1.* Cornaz. *in Lucens. decisione 193. in causa N. n.2. versic. 1. quia, & n.4.*& nos variis in locis diximus,præsertim *infrà*

frà, 3 *p. c.* 11. *de devolutione, versiculo rursus*, & ad idem plura jura n. 24.

126 His adde clausulam in rescripto appellationem appositam, nempe (paritis literis, parito judicato sine præjudicio legitimæ executionis (quæ tunc solent apponi, quando simus in casibus inerentibus executionem, à quibus est appellatum per condemnatum, quia ejusdem clausulæ virtute conservatur judicis inferioris jurisdictio, qua quidem licitè potest ad executionem effectivam deveniri, non obstante appellatione, absque reatu attentati, de quibus clausulis latè Marquella. *de comm. 2. part. c. 5. de commissione appel. n. 12.* Hieronymus, Gonzalez *in reg. de mens. glos. 9. in annota. à n. 221. & 247* ubi latè, & optimè post plurimos, quos citat, de quibus etiam vide Escaciam *tractat. de appell. q. 19. rem. 1. consi. 4. n. 9 & q. 19. rem. 2. à n. 71. cum infinitis seq. usque ad* 129 & idem *in q. 17. lim. 6. memb. 7. n. 22. & 142. & seqq. & limit. 9. num. 51.* & nos etiam diximus *infrà, 3. part. cap. 2. à num.* ... & aliis locis, amplissimè Maresco. *ver resol. l. 1. cap. 86. & c. 87. per totum.*

127 Quid autem erit dicendum de clausula (super quo adhibeas consilium sapientis (vel (pronuncies secundùm consilium sapientis) an à sententia lata de consilio sapientis liceat appellari, omnes tamen affirmant; dubitant tamen; quando partes consentiunt ut feratur sententia secundùm consilium sapientis, & Nicell. *de concord. gl. concord. 9. fol. 11. num. 45. tomo 1. fol. 192.*

128 negativam amplectitur: sed contraria opinio verior est, secundùm B. *in l. 1. § quæsitum est, in fin. n. 7.* & ibi Alexand. *in addit. ff. de appellat.* idem Bartol. *in l. ex consensu, sub n. 3. ff. eodem, in l. si convenerit, versus finem, n. 5. ff. de re judica.* Abb. *in cap. causam quæ, n. 4.* Felin. *n. 2. versiculo non prohibentur, de sententia, & re judic.* Franch. *in c. intimasti, n. 11. in fin.* & Decius *n. 19. de appell.* Catald. *tractat. de syndicatu, num. 165. versiculo primus, tomo 7. fol. 359.* Socin. *consi. 24. visis, ac diligenter, sub num. 1.* ubi de communi testatur, qui etiam

129 loquuntur quando consultor de consensu partium fit electus. Nicell. *tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 73. sub n. 119. fol. 196.* de communi testatur Alex. *in d. si convenerit n. 13.* Marquellan. *tr. de commissio. appell. ver. super diversi. apel. c. 28. n. 46. fol. 302.* latè Pac. Scal. *tr.*

130 *de consil. sapient. l. 4. ap. 15 tom. 3. p. 1. fo. 349.* Ruginel. *tr. de appel. §. 2. n. 220* & etiamsi partes expressè consenserint, de standō sententiæ ferendæ de consilio sapientis, quia adhuc datur appellatio, latè post alios Pac. Scal. *ubi proxime, l. 4. c. 13. conc. 5. p. 2. fol. 349.*

131 Quod fallit nisi partes promisissent, stare consilio sapientis, qualecunque sit. Bald. *in l. tene tractum, §. qui provocavit, col. 1. versic. item ex prædictis, ff. de pactis,* Franc. *nec intimasti, in fin. n. 11.* & Decius *n. 20. de appell.* Alex. *in d. l. si convenerit, n. 13. de re jud.* Felin. *in c. causam quæ, n. 2. de re jud.* Nicell. *tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 102. n. 142.* Catal. *tr. de syndic. n. 169. f. 360.* facit doctrina Lanceloti *de attent. appellat. pend. ampl. 2. n. 14. & 15.* & Ruginel. *tr. de appell. §. 9. gl. 1. c. 1. n. 25.*

132 Fallit secundò, quando relatio consultoris, seu consilium sapientis stet facta de voluntate partium; scilicet; quando partibus esset apertum votum, seu sententia, vel eis esset notus ejus tenor, & nihilominus consentiunt, ut judex sententiam ferat secundum illud consilium, quia tunc non poterit appellari. Scal. *tr. de consil. sapient. l. 4. cap. 19. versic. quærunt si lata sententia, tomo 3. p. 1. f. 305* & sentit Socin. *consil. 24. sub num. 4. versic. quæ conclusi. 1.* Catal. *tract. de syndica. sub n. 168. ibi, certè si partes, tomo 7. f. 360.* & ita esse intelligendum Nicell. *de conc. gl. 6. fall. 73. n. 119. fol. 196.* dicit Scacia *de appellat. c. 17. lim. 12. n. 12. seq.*

Et supradicta declara, ut à pronuntiatione, qua

133 committitur causa consilio sapientis, à tali pronuntiatione affirmativa non est licita appellatio, secus à pronuntiatione negativa, putà; causam non esse committendam consilio sapientis, quia tunc posset appellare, optimè Scal. *tr. de consil. sap. l. 3. c. 1. versi. præterea quod magis est, tomo 3. p. 1. fol. 342.* Ruginell. *tr. de appell. §. 2. c. 3. n. 19 fol. 84.* Escac. *eodem tract. quæst 17. lim. 12. n. 14. & 15.* ubi secus dicit post Scal. à gravamine informatione puncti remittendi.

Quas quidem clausulas omnes hactenus dictas in discursu hujus capituli digito ligatas habe, quia passim deservire ad plurium jurium poterunt, & dispositionum interpretationem, & declarationem, prout & per nos videbis in discursu hujus tractatus.

Illud non omittam, quo consuetudo potest inducere, ut sententia aliquo casu de jure communi non privilegiata possit exequi, appellatione non obstante, Antoni. Aug. *dec. 3 l. 1.* Maresc. *var. resol. l. 2. cap. 64. à n. 16.* latius de hac re egimus *infrà, hac 2. p. c. 13. à n. 275. cum seqq.*

CAPUT IX.

A compositione, seu diffinitione, quam facit Ordinarius Ecclesiasticus in controversa super præcedentia in processionibus, tumulandis defunctis, confraternitatibus & similibus actibus; appellationi emissæ; an si non deferatur, violentia fiat.

SUMMARIUM.

Controversiæ in processionibus, & similibus actibus componuntur per judicem Ecclesiasticum, appellatione non obstante, n. 1.

Controversias ortas in confraternitatibus tam laicorum, quàm clericorum, potest componere Ordinarius Ecclesiasticus, appellatione non obstante, n. 2.

Actiones spirituales sunt ordo incedendi in processionibus, ferendi Crucem, & similia, n. 3.

Argumentum de præparatoriis ad præparata valet, n. 4.

Læquissimum ff. de usufruct. & ejus remedium multum consonat dispositioni Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. num. 5.

Compositio controversiarum ex Concilio Tridentino provenit ex mero judicis officio inter contendentes, sed debere esse potiori loco, armisque defendentes suam quasi possessionem, n. 6.

Compositio ex Concil. Tr. controversiarum datur pro illo instanti, dum lis sive cœpta, sive incipienda disceptatur, tam super possessione, quam super proprietate, n. 7.

A compositione per Ordinarium facta controversiarum juxta Trident. appellationi non deferens vim non facit, num. 8.

Compositio controversiarum ex Trident. magis est actus extrajudicialis, n. 9.

Dictio (Controversias) verificatur in extrajudicialibus, numero 10.

Compositio controversiarum juxta Trid. nullum requirit libellum, n. 11.

Compositio controversiarum secundùm Conc. Trident. non requirit judicialem informationem, sed extrajudicialem partibus ad id non citatis, n. 12.

Extrajudicialis actus non recipit appellationem, n. 13.

Compositio controversiarum in processionibus, tumulandis defunctis, & similibus celerem expeditionem desiderat, num. 14.

Compositio controversiarum ex Trident. debet fieri brevi manu, summariè, sine strepitu & figura judicii, n. 15.

Ea quarum clausularum natura qui videndi, remissiè num. 16.

Compos

Compositio controversiarum ex Tridentino nullum præstat præjudicium, sed est remedium præparatorium judicio petitorio, aut possessorio, n.17.
Compositio ita fiet, ut religiones, sive Confraternitates consuetum locum habeant. n.18.
In honorariis potissimum locum obtinet consuetudo, ibid.
Consuetudo designat locum cedendi, eundi, & standi, ibid.
Procedendi tam in publicis, quàm in privatis actibus quasi possessio attendenda est in controversiarum compositione, appellatione remota, n.19.
Quasi possessio eundi, & cedendi honorabiliori loco, & in aliis actibus spiritualibus acquiritur per unicum actum, num.20.
Solitum esse dicitur per duos actus, n.21.
Solitum concedi, ut dicatur, an requirantur duæ concessiones, num.22.
Insolitum dicitur, quod nunquam factum fuit, solitum autem, quod aliquando, n.23.
Actus mercantiæ quod requirantur, ut mercator quis dicatur, ibid. remissive.
Prælatio offerendi prius, vel recipiendi pacem vel sedendi excelsiori loco, & aliorum spiritualium de jure acquiri potest, n.24.
Prælatiam aut scamnum in Ecclesia mulier an, & quando acquirere possit, n.25.
Præcedentia, quasi possessione cessante, confraternitates, quæ prius sacris ritibus sunt, præferuntur, n.26. & 27.
Religiosi non mendicantes præcedunt mendicantes, n.28.
Religiosi mendicantes præcedunt alios mendicantes, qui postea in illa Civitate sua monasteria construxêre, cessante quasi possessione eosdem, n.29.
Bulla Pii V. per quam Fratres ordinis Prædicatorum præcedere omnes mendicantes, erat dispositum, revocata est, n.30. & 31.
Mendicantium mentio ubi fit, semper præmittitur ordo Prædicatorum, qui inter mendicantes connumerantur, n.32.
Ordo Prædicatorum fuit ante omnes Minorum approbatus, n.33.
Præcedent dignieres, ubi de quasi possessione non appareat, n.34.
Præcedunt Canonici regulares omnes monachos in sedendo, aut loquendo in publicis, aut privilegiatis actibus, n.35.
Vita activa an excedat vitam contemplativam, n.36.
De prælatione inter monachos quis videndus, ibid.
Præferendi an sint clerici sæculares regularibus, aut religiosis, n.37.
Clericorum cœtus dignior an sit cœtu monachorum, num.38.
Præfertur clericus sæcularis in processionibus, &c. cùm antiquitas status inspiciatur, n.39.
Religio quantò magis arcta majoris humilitatis intuitu debet aliis præstantiorem locum cedere, n.40.
Controversia majoris humilitatis intuitu inter quasdam religiones refertur, n.41.
Controversia refertur inter Capucinos, & Jesuitas, contendentes humiliori loco se omnes stare debere, n.42. ubi Christi authoritate comprobatur.
Canonici Cathedralis præferuntur canonicis collegiatæ Ecclesiæ, n.43.
Canonici Cathedralis dicuntur clerici primi gradus, Canonici colligiatæ clerici secundi gradus, n.44.
Etiamsi sint clerici Capellæ Regiæ, ibid.
Canonici secundi gradus præferuntur Parochis, n.45.
Parochus præfertur clericis mercenariis, & Capellanis, num.46.
Clerici sæculares præferuntur religiosis, n.47.
Confraternitas dignior præfertur minùs dignioribus, cessante anterioritate, & quasi possessione, n.48.
Confraternitas habens statutum nobilitatis, aut puritatis sanguinis, aliis in dubio præfertur, n.49.
Nobilitatis ratio etiam in spiritualibus habetur, n.50.
Confraternitas Advocatorum, & Doctorum præfertur aliis in dubio, n.51.
Confraternitas Advocatorum quæ præfertur militum, n.52
Præcedentia causæ, & rationes, apud quos videndæ sint, tam inter Ecclesiasticas personas, quàm sæculares, & de variis quæstionibus, n.53.
Rectores Ecclesiæ parochialis in sua Ecclesia in iis, quæ suum munus attinent, omnibus indistinctè, præferuntur, cessante consuetudine, n.54.
Rectores in sua Parochia præferuntur Canonicis collegiatæ accedentibus processionaliter ad Parochiam certis diebus, num.55.
Rector in propria Ecclesia veluti in propria domo dicitur Imperator, & Rex, n.56.
Major debet cedere minori, dum est in domo minoris, n.57.
Archiepiscopus in diœcesi Episcopi debet hanc honorare, num.58.
Æquales in dignitate in proprio territorio sibi invicem præferuntur, n.59.
Rector in sua Parochiali Prælatus dicitur, n.60.
Rector in sua Parochiali tantam habet potestatem, quantam Prælatus colligiatæ cum capitulo, n.61.
Beneficium Curatum magnam dicitur habere præeminentiam, n.62.
Parochialis in impetrationibus, & aliis requiritur specialis mentio, n.63.
Rector in sua Parochiali non præfertur capitulo Cathedralis, n.62.
Canonici Cathedrales præferuntur Abbatibus regularibus in processionibus, n.65.
Ecclesia Cathedralis exercet Sacramenta omnia, & pro eisdem quilibet potest accedere absque licentia, seu injuria sui Parochi, n.66.
Episcopus cum omnibus Parochis concurrit, habétque curæ animarum exercitium, n.67.
Abbates in sua Ecclesia non præcedunt capitulum Cathedrale, n.68.
Religiosi in sua Ecclesia præferuntur Canonicis collegiatæ circa officia defunctorum, nan autem Cathedralis processionaliter congregatis, n.69.
Monachi an possint cum capa, & Cruce processionaliter ingredi Parochiam, ad exportandum cadaver eligentis apud ipsos sepulturam, n.70.
Monachi non habent territorium nisi intra ambitum sui monasterii, n.71.
Processiones non possunt facere regulares extra claustra sui conventus, n.72.
Religiosi in tantum eximuntur à jurisdictione Ordinarii, in quantum sibi conceditur in privilegiis, non aliter, n.73.
Processiones regularium extra claustra potest Ordinarius impedire, cessante consuetudine, aut privilegio, n.74.
Parochiam alienam ingredi quis non potest ad aliquod officium divinum exercendum sine licentia Rectoris, n.75.
Parocho proprio pertinet portare cadaver eligentis sepulturam in alia Ecclesia, n.76.
Processionaliter cum capa, & Cruce posse religiosos intrare parochiam alienam ad exportandum cadaver apud eos eligentis sepulturam, qui affirment, n.77.
Quæ magis vera opinio sit, & usu receptior, n.78.
Rector cum capa, & Cruce potest in exportando cadaver in Ecclesiam Religiosorum, in qua elegit sepulturarum, & in monasterii porta accipit à Parocho ultimũ valè, n.79.
Consuetudo potest operari, ut religiosi vocati ad funus portent Crucẽ, quãvis apud se cadaver non sepeliatur, n.80.
Parochi absque licentia funus levari non potest, anteaquam per eum dicatur antiphona Subvenite, *n.81.*
Stola est significativa potestatis Rectoris, quæ idem operatur in Rectore, quod pallium inter Episcopos, n.82.
Rector, vel alter, qui defert stolam in tumulandis defunctis, aliis præfertur, n.83.
Rectoris substitutus deferens stolam in tumulandis cadaveribus, aliis præfertur, n.84.
Parochi absque licentia non potest funus levari, nisi jubente ipso per aspersionem aquæ, n.85.

Parochus

Parochus potest surripere Cruces, & alia processionalia tollere, religiosis processionaliter accedentibus ad suam parochiam, pro tollendo cadavere eligentis sepulturam apud religiosos, n.86.

Parochus primò facit officium in Ecclesia dicendo orationes & intonando primo versus, n.87.

Parochus præfertur, quando defertur funus extra suam Parochiam, n.88.

Parochi præferuntur etiam Canonicis collegiatæ, ibid.

Parochus in præjudicium Ecclesiæ, aut successorum, an possit amittere, vel non utendo, vel consentiendo renuntiari juri Prælationis, n.89.

Parochi successores possunt contravenire facto invalido antecessoris, n.90.

Parochus potest præcedentiam perditam per prædecessores recuperare, n.91.

Finis, cui conceditur, censetur concessum necessarium ad finem consequendum, n.92.

Sepeliendi jus habens potest etiam per alienos fundos, & territoria deferre cadaver, n.93.

Casus de facto refertur, de quodam subdito mortuo in alterius parochia, ut sit à Proprio Parocho extrahendus, si commodè fieri queat, n.94.

Inter Parochos duos, quando sit locus præventioni in funerando corpus Parochiani utriusque, n.95.

Et quid si prævenio nulla sit, quomodo controversia diffiniatur, n.96.

Componi controversia non potest in tumulandis defunctis, ut cadaver exhumetur, etiam per attentatum, cùm sit expectanda diffinitiva, n.97.

Compositio Ordinarii juxta Concilium, etiamsi non habeat præ oculis, quæ hoc capite dicta sunt, non definit habere executionem, n.98.

Compositio ex Trid. sess.13. cap. 25. de regular super controvers. non recipit appellationem suspensivam, secus devolutivam, n.99.

Componere potest Ordinarius controversias in processionibus, sed non punire delicta, & vulnera commissa per exemptos, nisi laicos, n.100.

Componere controversias juxta Tridentinum orias inter Religiosos potest Episcopus, si ex eisdem oriatur scandalum, secus si non oriatur, n.101.

Ad processiones publicas omnes exempti etiam vocati accedere debent, nisi strictiori disciplina viventes n.102.

Ad processiones publicas etiam clerici servientes in Ecclesiis equitum Hierosolymitanorum compelluntur per Ordinarium, accedere, n.103.

Ad processiones publicas non compelluntur regulares, qui absunt à Civitate ultra dimidium milliare, n.104.

Ad processionem non coguntur exempti, qui sunt nullius diœcesis, vel extra Civitatem in loco habente plebem, num.105.

Ad processiones non compellantur regulares, ubi non accedendi consuetudinem habent legitimam, n.106.

Ad processionem publicam clericos sæculares, etiam exemptos, si habeant beneficium simplex in diœcesi, compellit Ordinarius, n.107.

Et quid in clericis nullum habentis beneficium, sed officium in Ecclesiis, n.108.

Ad processiones generales an possint regulares compelli per censuras, & alias pœnas n.109.

Ad processiones alliciuntur, & incitantur confraternitates laicorum, non tamen compelluntur, nisi ex voto teneantur, n.110.

Contraria opinio verior, ibid.

Processiones ad publicas tantùm potest Ordinarius accedere, compellere aliquos, n.111.

Processiones publicæ quæ sint, & quales particulares, & de materia processionum, remissive, n.112.

Processiones, ut Religiosi compellantur accedere, debet fieri ex gravi causa, n.113.

CONTROVERSIAS omnes de præcedentia, quæ persæpe cum scandalo orimus, inter Ecclesiasticas personas tam sæculares, quàm regulares, cùm in processionibus publicis, tum in iis, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & aliis similibus, Episcopus amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscunque componat, *&c.* ita disponendo, decrevit sacrum Concil. Trident. *sess.25. cap.13. incipit, controversias omnes, &c.* hoc idem tenent Gratian. *decis.212. numero 3. cum duobus sequentibus*, Perez de Lara *in suo celebri, & utili tractatu de anniversariis, & capella. l.1. cap 24. num.29. & num. fin.* Anton. Gama *decis. 1. num.8.* Zerola *in praxi Episcopali, verbo processiones, versiculo ad tertium principale, in prin. prima parte, fol.286.* decisio Rotæ novissima in declarationem Concilii edita 88. & meliùs decisio 1. quæ decisiones inter declarationes Concilii sedent recollectæ per Farinacium, Emmanuel Rodriguez *nova regula tomo 3. q.37. articulo 3.* per eum Barbosa *in remissio ad idem, c.13. n.2.* & per idem Trident ac declarationem Cardin. firmat Joan. Hieron. Campanill. *diversor. jur. canon. rubr.12 c.13. n.120. &c.12. n. fin.*

Quod quidem Trid. capit. & decretum omnes intelligunt, & extendunt ad confraternitates quascunque, etiam laicorum, ut in eis Ordinarius Ecclesiasticus possit pariter componere controversias, & tumultus incidentes & contingentes, & quod inter eos definierit, esse appellatione remota, cessantibusque reclamationibus, subterfugiis, & aliis hujusmodi executioni mandandum, ita decrevit Gregorius XIII. *in sua Bulla 86. fol.1323.* Zerola *loco proximè citato, d. versiculo ad tertium principale, per totum*, dictam Bullam referens ipse ibi Gratian. *in dec.232. n.1.* quem ad id referens etiam sequitur Perez de Lara *dist. c.29. n.26. & 31.* quibus congruit Joan. Gutierr. *practi. quastion. canon. l.1. c.35.* Campanill. *diversor. jur. cano. rubr.12. cap.13. n.122.* & magis in terminis de appellationibus sublatis hoc casu; idem Campanill. *rubr.c 12. n.13.* ad quod adducit in terminis constitutionem Gregorii XIII quam sine ratione in contrarium sensum curat deviate vide Campanill. *dict. cap.12. n. fin.*

Ex quo enim modus, & ordo incedendi in processionibus, ferendi Crucem, & similia sint actiones spirituales, ut affirmat Navarr. *consil.3. num.6. de foro competen. l.2.* quem sequitur Lara *d. n.29.* in quibus judicio Episcopi laici subsunt, cùm in earum cognitione rebúsque, & actibus spiritualibus judices laici, ut incapaces nullam habent potestatem, *c.1. & cap.3. de judiciis, c. bene quidem, 96. dist.* ideò nihil mirum, ut hæc compositio, ut præparatorium ad actionem, sive in possessorio, sive in petitorio intentatam, vel intentandam, eidem pariter competere, & pertinere dicatur, ex argumento de præpatatoriis ad præparata, quod solet communiter deducere Doctores *ex c. cùm infirmitas, de pœnitentiis, & remissio. leg. ad legatum, & leg. ad rem mobilem, cum ibi nota. ff. de procurator. &c. quoniam, de sententia excomm. l.6. cum vulgaribus*, & ideo judex præparati debet esse judex præparantis. Bald. & reliqui, *in l. Ordinarii, num.2.3. & 4. C. de rei vindicatie.* Giurba *dec.113. n. & 8.* Gratian. *discept for.175. à n.25.*

Cum decreto autem d. Concil. Trident. nihil in jure magis concors esse. potest, quàm text. *in leg. æquissimum*, & ejus remedii *ff. de usufruct. juncto §. fin. l. antecedenti*, à qua ortum habet, & dependet, ubi quærit *ibi*, sed si inter duos fructuarios sit controversia. Respondet *in d. l. æquissimum*, sequi *ibi*; Cur enim, inquit Iulianus, ad arma, & rixam procedere patiatur Prætor; quos potest jurisdictione sua componere? Quam sententiam Celsus quoque *lib.18 Digestorum* probat, & ego puto veram, *&c.* à quo text plura remedia huic simila originem traxisse, probant Doctores protinus allegandi ad idem etiam

etiam text. *in cap. fin.* ibi, poteris ad componendum interponere partes tuas.) *de tranſactionibus*, ad idem etiam *c. ſi placuit, c. ſi quis, c. fin.* 90. *diſt.* tex etiam *in c.* 1. & ibi gl. *de mutui petit. &* ubique gloſſæ, & Doctores notant.

6 Remedium igitur dicti Concilii decreti provenit à meo judicis officio ob rectam gubernationem, & tranquillitatem, ad ſedandas rixas, tumultum, & controverſias & vitanda ſcandala, quæ in ſimilibus actionibus, & publicitatibus ſolent oriri frequentiùs, dum contendunt inter ſe nonnullæ communitates, honorabiliori loco ſtare ſolere, & in ejus quaſi poſſeſſione eſſe, vel etiam ſibi de jure digniorem ſedem competere alicujus prærogativæ prætextu, ſingulis contendentibus, ſe eſſe in hac quaſi poſſeſſione, armiſque (ut ſæpiùs accidit) eam tuentibus, jus ſuum conſervandi cauſa, conantibus propria authoritate, manúque violenta id ſe tueri, atque defendere, quod omnem illam appetit, & requirit compoſitionem, de qua in dicto Trid. decreto, & *id. l. æquiſſimum*, & Doctores *ſupra* citati, & in terminis Joan. Faber. *in §. aliam, n. 2. inſt. de bono poſſeſſio.* Hier. Campanill. *diverſ. jur. can. rub.* 22. *c.* 13. *n.* 8 Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 298. *ſub n.* 11. ubi optimè, pro illo inſtanti, ſive lis nondum in judicio cœpta ſit: vel ſuper proprietate, vel ſuper quaſi poſſeſſione, vel quodlibet ſi jam in judicium deductum, cùm utroque tempore hæc contingere ſoleant, ut ex B *in cap. licèt cauſam, n.* 35. ubi Barba. *num.* 102. *de proba.* & Bero. *conſtlio* 35. *num.* 2. *lib.* 3. Caſtren. *conſilio* 3. *in cauſa, quæ vertitur, lib.* 2. collige licet, & utroque hoc tempore hoc poſſe interponi judicis officium, docuit expreſsè Lanfran. Orianus *in rubrica de cauſa poſſeſſ. & propriet. colum.* 9. *verſ.* 1. *concluſio*, Capi. *in deciſ. Neapolit. deciſ.* 6. *n.* 10. *& ſequentibus*, Gramatic. *conſilio* 64. *in civilibus*, Menoch. *de retin. poſſ. rem. ult. per totum*, Gaſpar Rodriguez *de ann. reddi. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 43.

8 Judex igitur Eccleſiaſticus vim nullam facere, & committere poterit, ſi ab hac compoſitione interpoſitæ appellationi non detulerit, ex d. Trid. decreto motus.

9 Enimverò hæc compoſitio magis eſt actus extrajudicialis ex his doctrinis, quas deduximus *in cap.* 1. *&* 2. *ſuprà, in* 1. *p.* & demonſtrat illa dictio *controverſias*, qua utitur Concilium Trident. *&* §. *fin.* qua verificatur

10 in extrajudicialibus, ſecundùm Bald. & communiter omnes *in l. cauſas Cod. de tranſactio.* Maranta *de ordine judic.* 5. *p. num.* 68. Paz *in practi.* 2. *annot. de inſtantia, num.* 5. probatur *in cap.* 1. ibi, concordia, vel judicio negotium utriuſque terminetis, *&c.*) *de mutui petitio.* Ex quo patet concordiam, & compoſitionem

11 non judicio, nec judicialiter procedendum eſſe, in qua judex Ordinarius ita ſe habere debet, ut arbitrator quidem, & amicabilis compoſitor, qui extrajudicialiter, & non ſervato juris ordine procedit, ut probat Baptiſta de ſancto Blaſio *in tractatu de arbitriis, & arbitra q.* 2. & notat Anton. de Butrio, Innocent. Abb. & cæteri *in c. quinta vallis, de jurejur. & in l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio, & in l. ſi demus, §. recepiſſe, ff. de arbitris*, & quia in eo non requiritur libellus, nec eſt de neceſſitate offerendus, ut in judicis officio *d. l. æquiſſimum*, reſpondit Bald. *conſilio* 338. *præmittendum eſt ad evidentiam, l.* 5. Marſillius *in pract. cri. §. opportunè, n.* 70. Zuchardus *in l. ultima, n.* 133. *C. de edicto Divi Adria.* & Neviz. *conſ.* 80. *n.* 3. *&* 4. *& conſ.* 81. *n.* 3. & ex aliis ita tenet Menoch. *in d. rem. ultim. n.* 27.

12 Et quoniam, nec in hac noſtra judicis officii compoſitione requiritur judicialis informatio, ſed interdum inter partes præſentes, interdum abſentes à judice ordinario facienda eſt, & abſque partium citatione, cùm periculum ſit in mora, ex his, quæ adducit Zuchard. *in d. l. fin. n* 130. *&* 133. & ex aliis tenet Menoch. *ubi*

13 *ſupra, n.* 31. & faciunt ad propoſitum multa omnino videnda per Baptiſt. *in d. tractatu de arbitr. quæſt.* 27. *cum multis, ſequentibus*, quem vide. Sed appellatio emiſſæ ab actibus extrajudicialibus, non ſuſpendit actus executionem, ut *ſuo loco* diximus, ergo nec hìc.

Deinde quia compoſitio hæc non patitur dilatio- 14
nem, quoniam proceſſio, umbellæ delatio, cadaverum mortuorum tumulatio, & ſepultura, anniverſarium, & ſimilia, non ſunt differenda, nec ſuſpendenda, quouſque à ſuperiori de jure partium cognitum ſit per appellationem, hæc namque celerem executionem requirunt, *fin. ff. de app. recipi. l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de feriis, & dilatio.* & ex aliis juribus vulgaribus, imò & etiam cùm periculum eſt in mora, cùm unuſquiſque pro ſuo jure, ſeu quaſi poſſeſſione conſervanda, & defendenda à jam dicto tumultu, ſcandalo, & controverſia non ceſſabit, nec deſiſtet in magnum Dei, divinæ religionis, & Reipublicæ dedecus, cum perſæpe hæc ſoleant cum ſcandalo fieri, ex d. Concilii Trident. decreto, & experientia do- 15
cet, ut quotidie videmus: quibus caſibus appellatio non ſuſpendit effectum, & executionem actus, à quo emittatur. Et confirmatur declaratione Cardin. ſuper Concilii Trid. decreto, verbo componant, *ibi*: Brevi manu, ſummariè, ac de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii expediat, *&c.* circa quarum clauſularum naturam vide 16
(ut cæteros taceam) allegatos, Maran. *de ord. jud. 4. p. 9. diſt. princ. per totum. f.* 186. *cum ſequentibus*, & relatis verbis dictæ declarationis Card. notat, Campanill. *diverſ. jur. rub.* 12. *c.* 13. *n.* 120.

Deinde; quia hæc diffinitio, & compoſitio non eſt 17
diffinitiva ſententia, ſed interlocutoria merè, quia aliam ſententiam ſpectat poſt ſe in plenario judicio, in poſſeſſorio, vel petitorio, nec affert ſecum damnum irreparabile, nec negotium definit, ſed ſolùm præparatorium quoddam eſt ad dictum judicium principale, cui nullum præjudicium præſtat, ex his, quæ dicit Men. *in dicto remedio*, *n.* 3. *&* 46. & quia hæc compoſitio ſine ſolemnitate fertur, ex quo cognoſcitur interlocutoriam eſſe, ut tenet Craveta *in conſilio* 181. *& conſilio* 273. *col.* 4. quem ſequitur Menoch. *ibi, num.* 47. & in expreſſo circa officium judicis, nempe; proveniens ex remedio *d. l. æquiſſimum*, cui iſtud aſſimilatur, eſſe interlocutoriam, tenent Paul. Caſtrenſ. *in conſilio* 3. *l.* 2. *verſ. pronuntiatio autem*, Fel. *in rub. de treuga, & pace. in fin.* Riminald. *in l. ſi ſuper poſſeſſ. C. de tranſactio.* Beroius, *conſil.* 45. *col.* 1. *verſ* 2. *de jure l.* 1. Anton. Capic. *deciſione* 55. *ad fin* Zuch. *in l. ultima, n.* 133. *C. de edicto D. Adri.* Nata *con.* 121. *n.* 9. *l.* 1. Craveta *conſil.* 140. *num.* 4. Cov. *in practi. q. cap.* 17. *n.* 2. Petrus Benintend. *concluſ.* 79. *n.* 3. *&* 7. Joſeph. Ludo. *dec.* 20. *n.* 8. & alibi paſſim.

Nonnulla tamen præ oculis ordinarius habere de- 18
bet, ut animum ſuum movere, rectúmque reddere poſſit, & in primis curaturus, ut ſive Religiones, ſive confraternitates in proceſſionibus, cæteriſque actibus cónjunctum locum ſervent, cùm hæc, quæ ſunt in honorariis, potiſſimum locum obtineat conſuetudo, utique attendenda, ita notat Bald. *in cap. cauſam, n.* 6. *de probatio.* idem Bald. *in cap, cùm olim, de conſuetudine*, Rota *dec.* 4. *in fin. de electione, in novis*, Menoch. *conſil.* 126. *n.* 3. *l.* 3. Navarr *conſ.* 2. *de majoritat. & obedien.* Purpura. *in l.* 1. *n.* 200. *ff. de officio ejus.* poſt And. Sicul. *conſ.* 5. *l.* 2. Decius *in c. cùm acceſſiſſent, col. penult. ante fin. verſ. & hæc comprobatur, de conſtitutionib.* latè Gratian. *diſceptati. forenſ. c.* 299. *à n.* 8. & pluries ita fuiſſe deciſum in Rota, cujus deciſiones adduxit, affirmat ipſe ibi iterum *n.* 99. Medic. *Marchiæ dec.* 21. Seraphi. *dec.* 335. *& dec.* 663. Aloyſius Ricc. *in collecto. dec p.* 4. *col.* 1069. Hier. Campan. *diu jur. can. rub.* 12. *c.* 12. *ſub n.* 12. *f.* 717. & maliùs *n.* 5. 6. *&* 9. Man. Rod. *in q. reg q.* 37. *art.* 1. Anania *conſ.* 40. *n.* 1. *vol.* 1. *& conſ.* 122. *n.* 1. *vol.* 2. Surd. *tractatu de alien. tit.* 2. *quæſt.* 15. *n.* 86. & multorum authoritatibus Molfert. *in comment. ad conſuetudinem Neapolit. p.* 1. *c.* 5. *ſub n.* 21. Franchus *dec.* 253. *num.* 2. &

probat

probat text. *in cap. cùm olim, de consuetudine*, per quem ibi dicit Bald. *in 1. nota*, quòd consuetudo signat locum sedendi, eundi, & standi: ita etiam tenent Franchis *in decis. 388. n. 4.* Tiberius Decianus *cons. 12. n. 6. volum. 1.* plures (ut de more habet) cumulat diligentissimus Tiraquell. *in tractatu de nobili. cap. 2. n. 55. vers. sed in hoc.*

Unde Gregor. Papa XIII. *in sua Bulla 86. fol. 1323.* dedit modum ordinario decidendi, ac componendi confraternitatum differentias circa præcedentiam, ut
19 illi qui sunt in quasi possessione præcedant omni appellatione remota, cujus bullæ mentionem facit Zerola *in praxi Episcop. 1. p. verbo processiones, vers. ad tertium principale*, quæ Bulla etiam disponit circa religiones habentes hanc quasi possessionem præcedendi, ut ea attendatur omninò tam in publicis, quàm in privatis, ut notat Campanill. *d. c. 12. n. 12.* Perez de Lara *in tractatu de anniversa. & capellan. l. 1. cap. 24. n. 26.* ubi ex Bartoli doctrina *in l. 1 §. hoc interdicto, ff. de itinere, actúque privat.* advertit sufficere unicum actum, at acquiratur quasi possessio eundi, vel sedendi in digniori loco, ut etiam quod magis est in spiritualibus, procede-
20 dit ex his, quæ notat gl. *verbo trium, in c. cùm Ecclesia Sutrina, de causa poss. & propri.* quam ibi sequuntur Abb Joan. And. & communiter Doctores Balb. *de præscr. 1 p. 5. p. q. 8. n. 2. vers. & quod sufficiat unicus actus,* Ripa *de communi opinione testis, in d. c. cùm Ecclesia, n. 91.* Covarr. *in pract. q. 14. n. 2.* alios refert Flami. *de resign. benef. l. 7. quæst. fin. num. 9.* Mascard. *de probation. concl. 118. n. 12.*

21 Quod verum est, licèt aliàs solitum esse dicatur, si bis fiat, scilicet; per duos actus, ut notat Julius Clarus *§. emphyteosis, q. 6. vers. si verè, & §. feudum, q. 3.* ubi multi etiam tenent, requiri dictas concessiones uniformes
22 ad effectum, ut dicatur solita concedi, refert Alex. Raud. *consil. 17.* contrarium tenentem, & sententiam una sola vice factum dici solitum, *ut in l. Mela, §. sed si alim. ff. de alim. & cibariis leg.* ubi Bart. & Doctores, tradit Petrus Surdus *de aliment. tit. 4. q. 16. num. 26.*
23 nam cùm insolitum dicatur, quod nunquam factum fuit, sequitur, quòd sit solitum, aliquando factum, ut dicit Curtius junior *consilio 19. numero 4.* Gozadinus aliquos referens *cons. 23. num. 5.* dicens communem esse opinionem ex unico actu solitum induci, alios etiam refert Brunor. à Sole *in compendio, verbo. solitum, & in quæstione legali, q. 32.* circa quod etiam videndus Anton. Gabriel. *l. 3. conclus. 1. de locatione, conclusione 1.* per quot autem actus mercantiæ, quem esse mercatorem dicatur, vide ex aliis Laram *de anniversa. l. 1. cap. 12. n. 41. & sequentibus*, maximè cùm ut indubitatum suppono, etiam in spiritualibus, ipsísque an-
24 nexis hanc eandem prælationem, scilicet; priùs offerendi in Ecclesia Sacerdoti, & recipiendi pacem, excellioríque loco sedendi, posse juridicè acquiri, ut probat utérque Lara, alter *in l. si quis à liberis, in princ. n. 32. cum pluribus sequentibus, ff. de liber. agnoscendis*, alter *in*
25 *d. tractatu de anniversa. d. l. 2. c. 24. n. 20.* Joan. Garcia *de expens. c. 8. n. 5. vers. adeóque*, Franciscus Marcus *dec. 275.* Gulliel. Benedic. *in c. Rainutius, verbo duas habens filias, n. 21. de testam.* & quando possit acquiri scamnum in Ecclesia, & quando mulier prælationem acquirit, & de pluribus aliis circa præcedentias quæstionibus, vide Laram utrumque, præcipuè *in d. l. si quis à liberis, in prin. à n. 32. cum pluribus sequentibus*, & Joannem Garciam *loco jam citato.*

26 Si autem inter confraternitates contendentes nulla sit consuetudo demonstrans prælationem, nullàque quasi possessio præcedentiæ; antiquiores confraternitates, & quæ priùs sacris usæ fuerint, meritò præferendæ sunt, ita tenet Gratianus *dec. 232. num. 2.* Lara *de anniversa. lib. 1. cap. 24. n. 27.* facitque text. *in l. 1. ff. de albo scribendo*, ibi, Antiquissimus quisque prior.)

& expressè probatur ex Bulla 86. Gregor. Papæ XIII. 27
folio 1323. disponente, quòd si de quasi possessione probari non possit, illi, qui priùs usi sunt sacris, præferantur, atque præcedant, idem etiam probat, & affirmat Zerola *in praxi Episcopali, verbo, processus, versiculo ad tertium principale*, ex qua Gregorij XIII. constitutione relata à Joan. Hieron. Campan. *diversa. jur. can. rubrica 12. c. 12. sub n. 12. versiculo sed cùm in processionibus*, idem etiam inter religiones dispositum est; 28
ut quòd non mendicantium, ut divi Benedicti, & sancti Basilij, & cæteri præcedent mendicantibus. Quod ex pluribus comprobat rationibus, & authoritatibus Nicolaus Boërius *in tractatu de authoritate magni consilij, n. 86. & 87.* ubi etiam an ordo S Basilij præferatur sancti Benedicti, vide prædictam constitutionem Gregorij, & Campanill. *ubi proximè.*

Ex eadem autem Bulla Gregorij constat, ut inter eos- 29
dem mendicantes quasi possessio præcedentiæ attendatur, sin minùs de hac quasi possessione constiterit; illi præferantur, qui priùs in illa civitate, villa, seu loco suum monasterium habuerunt, per quam Bullam alij 30
Pij V. 69. *f. l. 1026.* derogatur, qua cavebatur, fratres ordinum Prædicatorum præcedere omnes mendicantes, teste Zerola, cujus meminit *ubi proximè, versiculo ad quartum Pius V.* & Campanill. ubi modò citavimus; unde fit, ut non procedat Abbatis doctrina relata *in c. nimis prava, de excessibus Prælatorum, n. 1* ordinem 31
loci, & prælationem concedendam Religioni Prædicatorum in honoribus deferendis, per textum *ibi*, quem notat, quia ubi fit mentio de mendicantibus, & 32
minoribus; semper in ordine scripturæ præmitti prædicatores: ubi docet etiam horum ordinem inter minorum ordines connumerari, inde rationem reddens, qui ordo Prædicatorum fuit ante omnes minorum 33
approbatus, licèt paulò antea; ut per Joann. Andr. hîc latè relatam, circa quæ vide etiam Guidonem Papam *dec. 501.* & Felin. *in rubr. de major. & obed. col. 5. vers. fratres prædicatores, &c.*

Si verò de prioritate, nec posterioritate constiterit; 34
digniores præferendos esse, docet gl. *in §. aliam, instit. de bonorum possessio.* quam ex pluribus authoribus exornat copiosè Lara *de alimentis, in prin. à n. 24. & suprà l. honor, §. gerendorum, ff. de muneribus, & honoribus*, gl. *in l. quisquis, C. de postulando, c. licèt, el 2. dist. 45.* Leo Papa *epistola 92.* quam in idem refert Campanill. *diversa. can. rub. 12. c. 12. n. 1. & sequentibus*, Emmanu. Rodr. *q. reg. q. 37. art. 2. tomo 3. & art. 1.* opitulatur Decius *in l. cùm quid, sub n. 7. ff. si certum petat.* multa lata Cassaneus *in catalogo gloriæ mundi. in 7. part. in consideratione 14. 16 33. 38 40.* & iterum *part. 9. consideratio. 1* Freccia *tractatu de subfeudis, in l. 2. verba, quis dicatur dux, à n. 47.* Hinc, indéque præ oculis habebit Prælatus 35
Ordinarius in controversiarum compositione; ut Canonici Regulares (cùm digniores reputentur) Monachos præcedent, non solùm sedendo, loquendo, generalibus & synodalibus, seu provincialibus conciliis, processionibus, sed in omnibus aliis actibus publicis & privatis, ita docet Navarrus *in cap. si quinquies 90 q. 3. n. 5.* Zerola *in loco proximè citato, versiculo ad quartum Pius V.* pro quo stat Bulla Pij IV. sua data Romæ die 18. Januarij 1564. quod procedit cum conditionibus appositis in d. Bulla, quas etiam refert Zerola *ad fin.* Gama *decis. 1. n. 7* circa quæ etiam videndus est Gemini, & gl. *ibi in verbo prædicatorum, in c. quosdam declaratione in 6. vers. nota ex ista gloss.* Felin. *in rubrica de majoritate, & obedientia, columna 5. num. 6.* ubi latè hoc disputat: & an vita activa, de qua participant Canonici, excedat vitam contemplativam Monachorum, ubi ex Divo Thoma, & aliis pluribus Theolo- 36
gis, & Canonistis Doctoribus, hinc inde disputatam, & controversam quæstionem resolvit. Sed quantum ad nos attinet, jam eam diremit Pius IV. in sua relata

Bulla & de hac prælatione inter Monachos vide latè poſt alios Campanill. *diverſ. jur. canon. rubrica* 12. *c.* 13. *a n.* 121. *ol.* 55.

37 Quæſtio autem viget inter clericos ſæculares, & regulares, alióſque Religioſos, qui eorum aliis præferantur. Ad cujus reſolutionem ſolent in medium proferre
38 illam aliam Doctores noſtri quæſtionem; an cœtus clericorum dignior ſit cœtu Monachorum, ut videre licet per Joan. Andr. *in regula, delictum, de reg. juris, in 6. columna* 3 & gloſ. fin. *in c. qualiter, & quando, in* 2. *de accuſ.* Domi. Cardin. Alex. *in cap. Epiſcopos*, 17. *diſt* gloſſam *in verſiculo religioſo. verſiculo exhiberi, ſe ſententia excomm.* Divum Thom. *in quodlibeto* 3. *art.* 17. pro quo etiam vide Fel. *in rubr. de majorit. & obedientia, n.* 5. ubi *ad fin.* dicit, quòd non ſequitur, talis ſtatus eſt perfectior, ergo honorabilior, unde quoad prælationem in proceſſionibus, & ſimilibus clerici ſæculares attenduntur, cùm eorum origo anterior ſit, & antiquitas ſtatus inſpiciatur ad hoc, & idem etiam tenet Nicol. Boërius
39 *in tractatu de authoritate magni conſilij, n.* 84. imò quia religio quantum magis arctæ, atque ſtrictæ regulæ, ratione majoris humilitatis, & paupertatis quàm profitetur; tantò magis ſe debet abſtinere à vanitate, & humiliori loco ſe conſcribi, altiorem etiam & ho-
40 norabiliorem aliis cedendo, ut aliàs legimus apud Alber. de Roſ. *in ſuo dictionario* relatum à Boërio *ubi proximè, n.* 78 *ad medium*, diu duraſſe in Curia Romana
41 quæſtionem inter Ordinem Humiliatorum, & quoſdam alios Monachos, & Religioſos, virtute & humilitate ductos, qui priùs forent pulſaturi matutinas, & conſonat quod Campanill. *diverſ. jur. canon. rubri-*
42 *ca* 12. *cap.* 13. *n.* 8. & in noſtris temporibus unum vidimus mirabile, & execrabile humilitatis exemplum Salmanticæ in exequiis Margaritæ noſtræ Hiſpaniæ Reginæ (univerſitatis ſeu ſcholarum expenſis factis) inter Capucinos & Jeſuitas, qui dum inter alias religiones, collegia, & ſcholaſticorum nationes contendebatur pro altiori, & honorabiliori loco, inter ſe virtutis amore magna lis orta fuit, qui infimiori & humiliori magis digni ſunt, quem utraque Religio appetebat, unamquamque pro ſuæ intentionis fundamento humilitatis majoris rationes in medium proferentem, inter quos Capucinorum vicit intentio, quæ lis, & controverſia admodum laudabilis fuit in tota Hiſpania, & ubilibet ita videbitur. Quibus convenit illud Lucæ, *c.* 22. *ibi:* Facta eſt autem controverſia inter eos, quis eorum videretur eſſe major, dixit autem eis, *&c.* Vos autem non ſic: ſed qui major eſt in vobis fiat ſicut minor; & qui præceſſor eſt, ſicut miniſtrator, *&c.*

43 Ex ſuperiori à nobis tradita regula, & doctrina attendat Ordinarius, ut Capitulum, & Canonici ſæculares Eccleſiæ Cathedralis præferantur Capitulo, & Canonicis alicujus Eccleſiæ collegiatæ, licèt in redditibus, æquales ſint, pro quo facit *c. ſtatutum*, §. 1. *de reſcript. l.* 6. & not. Dominicus *in cap. Epiſcopos*, 17 *diſtinctione*, Fel. *in dict. rubrica de majorita. & obedient. columna* 3. Boërius *ubi ſuprà, n.* 78. *& n.* 15 *ſuprà*, Innoc. *in cap. fraternitatem, verſiculo frequentiùs, de ſepultur.* pro quo etiam facit *cap. quamvis*, 1. *de præben. in* 6. & *regula Cancellariæ* 12. *incipit, item quod proviſiones.* quia illi dicuntur clerici primi gradus, hi autem
4 dicuntur clerici ſecundi gradus, ut per Innocentium *in cap. ſedes, de reſcriptis, & in c. fraternitatem, in fin. de donatio.* Gard. Alex. *in d. cap. Epiſcopos*, etiamſi ſacræ Capellæ Regalis Palatij ſint, *cap. cùm Capella Burgundiæ, de privilegiis.* Abb. Siculus *in cap. cùm non liceat, in* 2. *notab.* & ibi Fel. *colum.* 1. *verſic. Juſta Benedicta, &c. de præſcriptio* & tenet etiam Boërius *ibi.* Deindéque hi clerici ſecundi gradus præferri debent Rectoribus
45 Parochialium Eccleſiarum; ut per arg. *ibi et canon. juncto cap. ſtatutum, de electione in* 6. & Rectores cæteris Clericis mercenariis, ſeu Cappellaniis ſecundùm Car- 46
dinalem Alex. *in d. cap. Epiſcopos*, & Boërium *ubi proximè, num.* 83. & hi ſæculares clerici præferuntur, præcedúntque regulares clericos & omnes religioſos, ut 47
ſupra dictum, & probatum reliquimus.

Ex ſuperiori doctrina: nempe, quando non appa- 48
reat de prioritate, ſeu poſterioritate digniorem præcedere debere, quam hucuſque extendimus, & ampliavimus, deducitur, & infertur; ut idem repetamus in confraternitatibus circa præcedentiam certantibus, ut in ſpecie firmat Perez de Lara *in tract. de anniverſ. &* Ca- 49
pellan. lib. 1. *cap.* 24. *n.* 28. & hinc fit, ut confraternitas habens ſtatuta nobilitatis, & puritatis ſanguinis, in hoc dubio præferatur aliis, ut per Maſcar. *conſ.* 25 & 50
Mencha *contr. illuſt. in præfat.* Tiberius Decius *conſ.* 21. *per totum vol.* 1. *& aliis*, tenet Perez de Lara *proximo loc. cit.* cùm in ſpiritualibus etiam habeatur ratio nobilitatis, ut videre eſt per eundem *in l.* 2. *c.* 4 idem etiam extendendum eſt ad confraternitates Doctorum, ſeu Advocatorum ex his, quæ latè congeſſit, & dicit alter 51
Lara *de alim. in prin. num.* 24. ex Caſſaneo, Tiraquello, & Otalora, quòd nobiles & literati viri celſioribus ſedibus & locis ſedere debent, quia cæteris ſunt di- 52
guniores. & tradit etiam Didacus Perez *in l.* 1. *tit.* 6. *l.* 1. *ordin. ol.* 2. adeò ut horum Doctorum, ſeu litteratorum confraternitas præferatur militum confraternitatibus, ex his, quæ adduxit ex aliis Boërius. *in tract. de authoritate magni Conſilij n.* 93. *cum ſeqq.* & Boba. *in polit.*

Alias cauſas præcedentiæ videre poteris per Marca- 53
rium *d. conſ.* 25. Tiberium Decian. *conſil.* 21 *vol.* 1 Boërium *in tract. de authorit. magn. Conſil.* Caſſan. *in catalogo gloriæ mundi*, 4 *part. conſid. 7. cum ſequent.* Felin latè *in rubr. de majorit, & obedientia, col.* 5. *cum ſequentib.* & varios alios, Lancelot. Conrad *in templo jud. lib.* 2. *c.* 9. Paul. Fuſc. *de viſit. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 66. & plurimos etiam Card Tuſc. *lit. P. concl.* 477. *& lit. D. concl.* 430 *& lit. C. concl.* 377 & de aliis circa præcedentias difficultatibus, & quæſtionibus, & quis major ad hunc effectum eſſe dicatur tam inter Prælatos, aliáſque perſonas Eccleſiaſticas, quàm ſæculares, ac confraternitates, aliáſque univerſitates, & Principes titulares, & de aliis plurimis penè infinitis conſulere etiam potes latiſſimè ſcripta per d. Caſſan, *ubi ſuprà, in* 7. *p.* in pluribus ejus conſiderationibus, præſertim 4. 26. 33. *& ſeq.* 38. *& aliis omnibus ſeqq.* necnon *n.* 6 *conſid.* 1. Freciam *de ſubfeudis, l.* 2. *in verbo, quis dicatur dux, à n.* 47. Gratian. *in diſcept. forenſ.* 2. *part. cap.* 198. *per totum* Perez de Lara *loc. cit. ſuprà*, Joan. Hier. Campanill. *diverſ. jur. can. rub.* 12. *c.* 12. *per totum. & cap.* 13. *à n.* 40. & remiſſivè per Cened *quæſt. canon.* 26. *n.* 15. latè Riccium *in prax. Eccleſ. præcedentiarum, deciſ.* 577. *cum multis ſeqq.*

Deſuper in hac compoſitione Ordinarius habere 54
debet præ oculis circa Rectores Parochiarum, & curæ animarum, dum in ſua Parochia ſunt, ut ipſos omnibus præferat, & anteponat eo loco, & quod de his *ſuprà* diximus, intelligitur, dum extrà ſuam Eccleſiam ſunt. Enimverò verum eſt, quantum attinet ad jus commune, dempta conſuetudine, ſeu præſcriptione, vel etiam quaſi poſſeſſione (quoad compoſitionem, de qua agimus) Rector intra propriam Eccleſiam Parochialem debet præcedere omnes, quoſcunque alios majores, & ſuperiores in dicendis Miſſis ſolemnibus, & aliis rebus, & præeminentiis quibuſcunque, tangentibus, & concernentibus ipſius Rectoris officium, & munus, ita docet Caſſaneus *in catalogo gloriæ n.* 4. *p. conſideratione fin*, ubi plures authoritates divinæ Scripturæ allegat, & ita fuiſſe determinatum in Romana Curia in una deciſione Calaguritana præeminentiarum debitoria 16 Novembris 1592. teſtatur Hieron. Gonzal *ſuper regula* 8. *Cancellar. de menſibus alternat. gloſſ.* 6. *numero* 105. ubi dicit fuiſſe reſolutum, quòd Rector in

ſua

55 sua propria Ecclesia, inspecto jure communi, erat præferendus Decano, & omnibus capitularibus collegiatæ, ad eam Ecclesiam processionaliter certis diebus ex antiqua consuetudine accedentibus, qui quidem Gonzales dicit ibi, se informasse pro quodam procuratore, ad favorem Rectorum provinciæ de Guibuzcoa, contra Archipresbyterum ejusdem provinciæ, prætendentem, & intentantem præcedere debere dictos Rectores intra proprias illorum Ecclesias, tanquam caput ejusdem provinciæ; in quo quidem, licèt dictus Archipresbyter priùs in judicio summariissimo, putà; manutentionis, seu, ut aliter dicitur, tenutæ, & similium: tamen iterum tandem ipse succubuit Archipresbyter, contra quem, & in favorem Rectorum in petitorio resolutum fuisse, coram, R P.D. Litta judice illius causæ sub die 22. mensis Martij anni 1604. & multa in propositum, & comprobationem, mirabiléque doctrinas adducens videndus est Gratia. *discept. forensi. cap.* 298. *per totum.*

56 Rector namque in propria Ecclesia, veluti in domo propria, dicitur Imperator, & Rex. *c. duo*, 23. *q.* 4.

57 Abb. *in cap. venerabilem*, *sub n.* 19. *de electione*, qui ibi post Joannem Andream ad propositum hoc illud de Richardo Rege Angliæ narrat, & Rustico, qui quidem eundem Regem alapa percussit ex eo, quòd in domo

58 ipsius Rustici illi cedere, atque obedire recusarat, unde dicit Lucas de Peña, & Joannes de Platea *in l. nihil, Cod. de palatiis, lib.* 22. *consilio* 67. *incipit; dico ergo, num.* 12. *& sequentibus lib.* 2. quòd major debet cedere minori, dum est in domo minoris, & ita dictum fuisse *in d. decis. Rotæ proximè citata*, affirmat Gonzales *in d. re-*

59 *gul.* 8. *glos.* 7. *num.* 107. & facit ad propositum, quod dicit Cassaneus *in catalogo gloriæ mundi*, 4. *part.* 21. *consideratione*, quod Archiepiscopus in terra, & diœcesi Episcopi, debet honorare Episcopum, per *in d. l nihil*, ubi dicitur, quòd reverentia non solùm ab inferioribus debetur superioribus, sed quandoque etiam à superiori debetur inferiori, facit gl. *in l. apud eum ff. de manumissionibus*, & quia quando sunt duo æquales in dignitate, quilibet in suo territorio est major altero, faciunt quæ dicit Cepola *in tractatu de Imperatore mili. eligendo, vers. pro Imperatore*, *col.* 12. & Cassaneus *loco citato*, referens Gonzales tenet Gratian. *discepta foren. c.* 298. *n.* 89. *cum sequentibus.*

60 Maximè cùm Rector in sua propria Ecclesia Parochiali Prælatus dicatur, textus est *in cap. sapibus* 7. *q.* 1. nec non habet tantam potestatem, quantam habet

61 Prælatus cum Capitulo in sua Ecclesia collegiata, ut mirificè dicit, & advertit Abb. Panormit. *in cap* 1. *sub num.* 28. *vers. si verò in Ecclesia, de dolo, & contumac.*, cujus dictum summa cum ratione laudat Gregor. Lopez *in l.* 2. *glos. fin. titul.* 16 *part.* 1, ad quod bene etiam facit *ead. lex* 2. *in fin.* imò Rectores in suis Parochiis

62 Apostolorum vices sustinent, ut tenet Roma. *in versiculo fin. seu sermone incipiente, vos estis sal terræ, n.* 11. quapropter Beneficium Curatum magnam dicitur habene præeminentiam, ut per Rotam *decisione* 1. *num.* 11. *de officio Archipresbyteri*, *in antiquis*, & Gonzales *in d. glos.* 6. *n.* 108. *& num.* 4. *suprà*, qui eadem glossa ibi copiosè agit, ut propter horum beneficiorum magnas

63 specialitates, & pericula, specialis eorum requiritur mentio facienda in impetrationibus, & spectativis, & aliis, de quibus per eundem, *ibi à princ.* & ex juribus vulgaribus, & sequutus in totum Gonzal. idem dicit Gratian. *ubi proximè.*

64 Hæc tamen annotatio, ut Rector in sua Ecclesia, velut domo propria, aliis debeat, etiam majoribus. præesse, dempta consuetudine; fallit in Canonicis Cathedralis Ecclesiæ collegialiter, & in forma Capituli stantibus, & procedentibus, natn cùm tunc Ecclesiam Cathedralem repræsentent, quæ plus aliis honorari debet, ut notanter dicit Dominicus de sancto Geminiano *Salgado de protect. Reg.*

in c. quamvis, in princ. §. *quanquam, in* 3. *nota de præbendis*, 5. Felin. *in cap. postulasti*, *col.* 7. *de rescriptis*, *& in cap. meminimus, in fin.* 2. *colum. de accusatio.* dicentes, quòd Canonici Cathedralis Ecclesiæ præcedunt Abbates regulares in processionibus, & facit illud Abb 65 *in c. cum non licat, in princ. de præscript.* dicentis Ecclesias inferiores debere reverentiam Episcopo, & sic Ecclesiæ Cathedrali, ut argumentatur Cassaneus *in dict. tractatu, seu catalogo gloriæ mundi*, 4. *part.* 32. *consideratio, vers. sed intellige prædicta, &c.* & Boërius *in tractatu de authoritate magni consi. n.* 15. *ad fin.* ubi hoc ea ra- 66 tione dicit, quia Ecclesia Cathedralis est major, & communis omnium Diœcesanorum, adeò ut ad eam singuli utriusque sexus clerici, & laici, pro sacramentis recipiendis, & divinis officiis audiendis, recurrere possunt, sine proprij Rectoris licentia, seu injuria, cùm tota diœcesis sit Parochia Episcopi, & Episcopus cum 67 omnibus curatis, & Parochis diœcesanis concurrat, debeatque curæ animarum exercitium, & facit quæ dicit Cassanus *ibi consideratione* 25. multa cumulat Gratian. *discept. foren. cap.* 298. *à n.* 89. & magis in specie *à num.* 73. qui post alios hanc intelligit doctrinam, quando Episcopus est præsens, & inter Canonicos collegialiter congregatos, ut tunc capitulum Parochos præcedat, ut latè ibi comprobat.

Hinc est, ut ipse Cassaneus *in dict. consideratione* 32. 68 *vers. ex quibus constat*, meritò reprehendat quosdam Monachos, qui in obitu cujusdam nobilis viri appetentes, & certantes ultimum locum habere cum capa, in sua propria eorum fratrum Ecclesia, etiam post Episcopum, & Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, reddens rationem, quia etiam Abbas eorum non potest prætendere majorem locum in præsentia Episcopi, & canonicorum Ecclesiæ Cathedralis collegialiter procedentium, ut jam dictum est: cui reducenda esse puto quæ Zerola *in praxi Episcopali*, 2. *p. verbo funus, vers.* 9. asseverans, cadaveribus defunctorum ad Ecclesiam fratrum mendicantium delatis officia mortuorum, reliquáque munia, quæ in hujusmodi monasteriis solent adhiberi, non à Canonicis, seu clero, sed ab eisdem fieri, ac peragi debere, ad quod allegat S. Congr. decla- 69 rationem 320. (quam in meis invenire non potui) cujus assertio intelligenda est, quoad Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ, & cæteros clericos; non tamen quoad Canonicos Ecclesiæ Cathedralis collegialiter, & in forma Capituli congregatos ad funus, seu cadaver sepeliendum, ex suprà dictis rationibus, & authoritatibus, contrarium etenim nec jus, nec ratio patitur.

Quonam modo Ordinarius se queat habere in de- 70 finiendis controversiis ortis inter Rectores Paroch. Ecclesiæ, & inter fratres Religiosos cùm capa, & cruce, processionaliter ingredi volentes, ad portandum cadaver illius, qui apud eos sepulturam eligit, in cujus quæstionis resolutione duplicem debet controversiam Ordinarius componere, altera inter Rectores, & fratres; altera inter Rectores ipsos, veritatem indagantes, siquidem ipsos inter se pugnantes reperio. Et oritur difficultas, quòd Monachi non habent territorium nisi intra claustra, & ambitum suorum monasteriorum, 70 Cardin. *in clement.* 1. *num.* 1. *de statu monach.* ubi dicit monasteria esse territorium Abbatis, non extra. Caputaquensis *decis.* 225. *par.*... quos ad id sequitur Zerola *in praxi Episcopali*, 1. *parte, verbo processiones, ver. fi. ad quartum extra claustra*, qui ex hac ratione dicit; regu- 72 lares non posse extra claustra sui conventus facere processiones, argumento *ex. certum est quidem*, 7. *de consecratione*, *dist.* 1. ubi multa fundamenta ad hoc adducit, affirmans, se ita in omnibus civitatibus vidisse practicari, & semel de eo dubitari, fuisséque dictum. Monachos non posse sine Ordinarij licentia, nisi intra claustra, & ambitum suorum monasteriorum processio- 73 nes facere; quia in tantum eximuntur à jurisdictione

Ordinaria Epiſcopi, quatenus ei conceditur in eorum privilegiis, *c. porrò . . . & cum plantare, de privilegiis, cum aliis*, ideó que eorum privilegia inſpicienda fore, an hoc ſibi concedatur, ut abſque Ordinarii licentia extra clauſtra queant facere proceſſiones, quod non credo ſibi conceſſum eſſe, cùm quotidie videmus ut ambitum non exeant. Quod etiam advertit Zerola *proximè citato loco*, quem vide, quod verum eſſe, ſempérque ſe ita vidiſſe ſervari, teſtatur Campanill. *in diverſ. jur. canon. rubrica* 12. *cap.* 13. *ſub numero* 18. *ante fin.* 74 exploſa ſententia Graffi *conſilio* 20. opinantis illis licere per triginta paſſus extra ambitum monaſterii, juxta textum *in cap. ſicut antiquitus* 17. *quæſtio* 1. cui ipſe reſpondet, & ſatisfacit, quòd tunc hoc caſu poſſint regulares impediri, & puniri per Ordinarium (niſi conſuetudine, aut privilegio, id fuerit ab eis obtentum) tenet relato Zerola, Cænedus *canonica quæſt.* 26. *num.* 18.

75 Secundò, quia non debet quis alienam Parochiam ingredi, ad aliquod officium divinum exercendum, competens Epiſcopo, ſeu Rectori, vel ibi aliquid diſponendum contra voluntatem eorum, *c. Epiſcopi, &c. ſeq. 7. quæſt. 1. . . nullus 9. q. 2. cap. ſcriptum, 6. q. 1.* & cùm ad hoc Parochiæ factæ fuerint, & ut ſinguli exercitium divinorum officiorum commodiùs poſſint adimplere, *toto tit. de Parochis*, & ibi Doctores *c. 1. 13. q. 1.* & ſingulæ ſint ſingulis commiſſæ Rectoribus *ex toto tit. de decimis*, & quæ not. *in cap. de multa, de præbendis, & in cap. licèt Epiſcopus, eodem tit. in 6.* licitè poterit Rector volentes ſuam Parochiam ingredi, ibique divina exercere, prohibere, tranſire namque per agrum alienum jus non eſt *cap. 1. 1. diſt.* maximè ubi tranſitus domino noxius eſt, ubi notat. *& in cap. ead. 1. diſt.* quod probatur etiam ex text. *in §. ferè, inſti. de rerum diviſione, leg. per agrum, C. de ſemita, & aqua*, quibus, & aliis juribus probatur, nulli venatori licere alienum fundum ingredi pro aucupatione, ſeu venatione, vel pro ave ibi exiſtente capienda, invito & prohibente domino fundi, licèt aliàs cuilibet ſit licita, liberéque permiſſa earum aucupatio, *l. 3. l. naturalem*, §. *apium quoque ff. de acquirendo rerum domi.*

Ergo eodem modo in præſenti quæſtione videtur dicendum, quòd licèt permiſſum ſit Monachis, ut appellare poſſint cadaver ejus, qui apud eos eligit ſepulturam, non cenſeri debet ſibi permiſſum, id ferre cum Cruce, & capa, proceſſionaliter per alterius Parochiam, & in ejus præjudicium, nam licèt quis in ſuo poſſit facere, non tamen in alienum immittere, *l. licèt. ſicuti*, § *Ariſto. ff. ſi ſervitus vindicetur*, *l.* 1 §. *idem ait*, *ff. de aqua pluvia arcenda*, jus enim tertii in omnibus generis conceſſionibus ſemper illibatum remanet.

Quod maximè procedit, cùm portare funus ad Eccleſiam, etiam alienam, Rectori eidem proprio Parochiali jure communi competit, ut expreſsè probat
76 text. *in c. cùm liberam, de ſepulturis*, ibi: Quod cùm Presbyteri quidam corpus cujuſdam mulieris, prout in ultima voluntate diſpoſuit, ad eandem Eccleſiam ſepeliendum, deferrent, *&c.* & ita tenet ibi Joan. Andreas, confirmat Oldrad. *in conſ.* 82. *num.* 2. *verſ. nam & portare*, & eſt reprobanda gl. *ibi verbo diſpoſuit*, quæ ſentire videtur, mulierem eſſe Parochianam Monachorum ſancti Vincentii, ſpoliantium fratres ſancti Martini, apud quos elegerat ſepulturam, quoniam dicti Monachi ſancti Vincentii in ea ratione alios ſpoliavé re, ſed de facto potiùs, & ſic de facto emolumenta reſtituere coguntur, ut patet ibi in textu, cujus iſte verus ſenſus eſt. Hanc partem in quæſtione propoſita tenet, & defendit ſimilibus, ex relatis fundamentis, ubi ſingulariter Oldradus *in conſ.* 82. *per totum* Card. *in Clem. dudum*, §. *hujuſmodi, circa finem, de ſepulturis*, quem veriorem, & tutiorem dicit Everard. *in locis legalibus, in loco à conceſ. conſeq. ad conceſſion. anteced. poſt princ. verſ. limitatur tamen dict. regul.* pro qua dicit, ſe conſuluiſſe, pro evitanda rixa, ſeditione, & aliis malis, quæ ex hoc provenire poſſunt, & idem tenet gl. *in d. clem. dudum*, §. *verùm ſuper verbo integrè, &c.*

Contrariam autem partem, ut Monachi poſſint 77
proceſſionaliter cum Cruce, capa, & aliis neceſſariis, invito Rectore intrare ejus Parochiam, & accipere, ſeu exportare funus, & alia conſueta facere, tenent Oldrad. ſibi contrarius *in conſil.* 225. *num.* 13. *& 14. verſic. circa ſecundum, &c.* Geminianus *in cap. ut animarum,* 78
de conſtit. lib. 6. Joannes de Ligna *in d. Clem. dudum*, & Petrus de Anchara, *ibi*, & idem Sylveſt. *in ſua ſumma, verbo ſepultura, colum.* 4. *verſ.* 4. *quæritur, &c.* Sed à priori opinione, ut de jure veriori, magiſque fundata non recedas, cui adjungere poteris, quæ *ſuperiùs* dicta ſunt pro rectoribus, reſpectu ſuæ Eccleſiæ & parochiæ, eam univerſalis Hiſpaniæ conſuetudo eligit, nam quando defunctus elegit ſepulturam apud Religioſos regulares, Rector Parochianus cum capa, cruce, & proceſſione, præeſt religioſis, ipſéque cantat reſponſum defuncto, & ſimilia conſueta facit ceremonia, 79
præcedendo, comitatur uſque ad monaſterium, in cujus porta, ſeu ambitu de manu Rectoris cadaver recipit ultimum vale, aliúdque reſponſum, juxta text. *in d. c. cùm liberum de ſepulturis*, & Doctores in ejus confirmationem allegatos, poſtmodúmque illud recipiunt monachi, cui vigiliam, ſeu miſſam ipſi celebrant, cæteraque defunctorum officia faciunt; quæ conſuetudo, ut vides, rationibus, & authoritatibus vallatur.

In quo omnino ſervandum eſſe dicit Abb. *in c. cùm* 80
liberum, num. 4. *verſic. & nota hoc ultimum, ad medium, de parochiis*, Joan. Andr. *in cap. certificari, eodem tit.* & quæ *ſupà, hoc capite* diximus, & *inferiùs* dicemus, quæque etiam operatur, ut ipſi religioſi ferant Crucem, quoties ad aliquod funus vocantur, quamvis apud eos cadaver minimè ſepeliantur, ſicque Ordinarius in controverſiis, circa hæc ortis, rem poteſt componere.

Comprobatur, quia propter juriſdictionem, quam 81
habet Parochus in ſua Parochia, non poteſt funus levari ſine illius licentia & anteaquam per eum dicatur antiphona *Subvenite*, ut declarat Immola *clem. dudum, col.* 16. *ante medium verſ. nota bene, num.* 66. & ibi Card. *in §. hujuſmodi in fin. de ſepulturis.* Oldradus *conſil.* 82. *ante fratres, n.* 2. *verſ. ante portare*, Grat. *diſceptat. foren. c.* 298 *à n.* 12. *cum ſequentibus, &* 79 quod etiam dicit poſt alios, hoc procedere, quamvis aliis Eccleſiis extra Parochiam liberè ſepultura concedatur, ut per gl. *in clem. dudum*, §. *verùm, ut Parochiales, in verbo integrè de ſepultur.* Abb. Ancharan. & ſicut Parochus præfertur cunctis in adminiſtratione Sacramentorum Parochiani, ita etiam erit præferendus in ſepultura, quaſi illa magis videatur accedere ad communionem divinorum officiorum, nam licèt ſeptem ſint Sacramenta Eccleſiæ; tamen etiam ultra ea dicuntur largè Sacramenta, omnes res ſacræ, ut poſt Federicum Geminianum *in c. alma mater*, §. *in feſtivitatibus, num.* 8. *ad fin. verſic. & iſta videtur verior opinio*, & ibi latè Coſta *num.* 7. *uſque ad num.* 10. *de ſentent. excomm. lib.* 6.

Et quòd Parochus in funeralibus debeat omnes præ- 82
cedere, quia ipſe fungitur officio ſuo in habitu Sacerdotali, videlicet; cum oratorio, & ſtola, prout in omnibus Sacramentis, quæ ſtola ſignificativa eſt poteſtatis præcellentis ac juriſdictionis, ut multa ſcitu digniſſima congerit Gratian. *ubi proximè à num.* 54. *cum pluribus ſequentibus, qui num.* 64. poſt ſanctum Anton. *in ſumma* 8 *part. tit.* 20. *cap.* 4 § 2. & Caſſaneum, dicit, ut quod operatur pallium inter Epiſcopos, operatur etiam ſtola inter Sacerdotes, & *num.* 81. adducit rituale Romanum in terminis probans præcedentiam Parochi, *& numero* 84. adducit in terminis deciſionem ſacræ Congregationis Rituum in hæc verba: Prior

Eccleſiæ

Ecclesiæ sancti Angeli terræ Saxoferaren. petiit declarari, an Canonicis Ecclesiæ collegiatæ ejusdem ter-
83 ræ, quando associant mortuos sepeliendos in Ecclesia Parochiali ipsius Prioris, debeant ipsum priorem, qui defert stolam præcedere. Congregatio Sacrorum rituum respondit, illum Presbyterum, seu Curatum, aut Priorem, qui defert stolam, ad ejus Ecclesiam funus defert, alios omnes præcedere debere, & ita declaravit die 14 Octob. 1609. & bene advertit Grat. *d. cap. 298. distinct. num. 84. versic. ubi est advertendum*, quòd prædicta Congregatio non se fundat in persona, seu dignitate personæ, quia sit Prior, vel Curatus, sed in delatione stolæ, notando illa verba: Presbyterum illum, qui defert stolam) quasi honor, & reverentia debeatur huic signo Sacerdotali, sive qui eam defert, sit, Prior, sive Curatus, sive quivis alius presbyter; sæpè
84 enim accidit, ut Parochus propter aliquod impedimentum non possit adesse funeralibus, illúdque munus simplici committit Sacerdoti deferenti stolam, ac ideò d. Congregatio istum aliis præferendum esse dicit, ut Gratianus *ibi*.

85 Et confirmatur, quia cùm Parochus in sua Parochia jurisdictionem habere dicatur; non potest levari funus, nisi jubente Parocho per aspersionem aquæ benedictæ, ita quod alij fratres in illa Parochia non possunt processionaliter efferre mortuum, qui elegit sepulturam extra Parochiam, & si aliter faciant, licitum est Parocho, surripere, & tollere cruces, & alia processionalia monachis id facientibus. Oldrad. *cons.*
86 82. *an fratres*, ubi multa, Cardin. Zaba. *in d. clem. dudum, §. si ejusmodi, num. 3. versic. secundò quæro.* Gratian. *discept. foren. cap. 298. num. 78.* ubi meminit Oldradi, contrarium dixisse *alio consilio 225. numero 13.*
87 contra quem insurgit, qui *num. 79.* advertit, Parochum primum esse, qui facit officium in Ecclesia, dicendo orationes, & intonando primos versus citat Sanct. Damascenum *in sermone de morientibus*, ubi Parochus per aspersionem aquæ exercet jurisdictionem contra dæmones, quòd ut dictum est, idem præcedit, quando defertur funus extra Parochiam, ut ita fuisse
88 determinatum à Rota, in una Lucana beneficiorum, & aliis pluribus decisionibus, quas citat, testatur Gratian. *in disceptatio. foren. d. cap. 298. num. 85. & sequentibus.* Parisius *consil. 4. num. 36. lib. 4.* de hac prælatione Parochi cæteris omnibus, etiam Canonici collegialiter latissimè multa scitu dignissima congessit Gratian. *discept. foren. d. cap. 298. per totum.*

9 Qui quidem *à num. 9. & suprà, n. 8.* tractat latè, quòd non poterit amitti jus prælationis, illa non utendo, aut patiendo Parochum alios præcedere, quia cùm non possit expresè tali juri renuntiari in præjudicium Ecclesiæ, & successorum, nec poterit tacitè ut in puncto consuluit Decia. *cons. 21. num. 47. libro 1.* &
90 successores poterunt contravenire de facto invalido antecessoris, Socin. *cons. 79. n. 47. lib. 4.* Menoch. *cons. 1. num. 102. & consil. 264. num. 18. usque ad n. 24.* post Aymon. *consil. 241. num. 17.* & quòd possint hujusmodi præcedentiam recuperare successores perditam à prædecessoribus. Bald. *cons. 387 colum. 2. in princ. lib. 2.*
91 Purpur. *versic. 540. in fin. num. 19. lib 2.* Menoch. *consil. 902. num. 78. lib. 10.* Gratian. *ubi proximè, & in addit. ad decis. March. 238. n. 1. & seqq.* conducunt, quæ dixi *3. p. c. 3. sub n. 42.*

92 Nec obstant argumenta, quæ in contrarium prioris opinionis solent Doctores relati adducere, quibus breviter respondetur, Et primum est, quòd cui conceditur finis, concessa videntur ea, per quæ pervenitur ad finem; & cui conceditur consequens, videtur sibi concedi præparatorium ad id, seu antecedens ex juribus vulgaribus allegatis ab Everardo *in locis legalib. in dict. l. à concessione consequens ad concess. anteced. suprà, citato loco*, qui eidem fundamento debitè satisfecit, sequutus Oldradi doctrinam *in d. consilio 82.* & aliorum.

Aliud autem fundamentum est *ex l. 3. §. non perpetuo, ff. de sepul. violat.* quo cavetur, quòd his, qui sepeliendi jus habent, jus competat etiam per alienos vicos, & territoria, funera ipsa deferendi, ad quod facit etiam *l. 1. §. ususfruct. ff. ususfructus quemad. caveat. l. damnas esto, ff. de usufructu legato*, quibus respondetur, procedere, quando aliter ad sepulchrum non possit aditus adhiberi, quàm per fundum, seu agrum alienum, quòd nos monachis non negamus, sed tantùm in modo ducendi, an ipsi, vel potiùs Rector processionaliter cum capa, & cruce, præcedens (cui de jure competit) queant exportare cadaver. 93

Ex quibus aliam poteris vincere difficultatem, 94
quam paucis antea diebus habuimus in hac civitate inter duos Parochos ejusdem, dum Parochianus unius subitò in Parochia alterius transeundo obiit; & uterque Parochus pro cadavere sepeliendo, non parum certabat. Quos igitur breviter compono; nam cùm Parochianus non mutasset domicilium, nec Parochiam propriam, nec eo animo in alienam, ut obiret, recessit, ideo non mutat sepulturam, maximè quando commodè ad eam exportari potest cadaver, ut in fortioribus terminis probat text. *in cap. is qui habet, de sepult. lib. 6* & notat *in cap. fin. eodem tit. & lib.* & ex his, quæ Abb. & cæteri communiter notant *in cap. 1. de sepult.* & Sylv. *in summa, verbo sepult. §. 8. quæro, versic. ad peregrini, & advena. §. pavonum*, & ea, quæ Burgos de Paz latè *n. 3. Taurt, à num.* .. quod non examino, quia mei non est; sed illud tantùm advertam, ut Parochus proprius, licèt ad ejus Ecclesiam pertineat cadaver; non tamen poterit cum capa, cruce, processionaliter alterius ingredi Parochiam, ubi decessit, altero prohibente Parocho, ex his, quæ huc usque *superiùs* dicta sunt circa monachos quod in quibuscunque obtinet, sic in hoc solet extrahi corpus sine solemnitate, secretè, putà; & in propria domo poni, indèque solemniter à proprio Rectore deferri, & hoc jure utimur.

Quando autem unus in una Parochiali Ecclesia 95
audivit divina, & in alia percipit sacramenta, vel est Parochianus duarum Ecclesiarum, si utraque Ecclesia habet jus funerandi, inter Parochos ipsos locus erit præventioni argumento text. *in cap. si dubus 14. de rescript. in 6.* sed obventiones quartæ dividentur, text. est *in cap. cum quis, de sepult. lib 6* & ibi not. sed quæstio est, quando nulla adfuit prærentio; sed inter utrosque Parochos contendentes, controversiam istam decidit 96
Sylvest. *ubi proximè, d. q. 8. versic., si autem in una Ecclesia*, Diœcesanum, hoc est, Ordinarium ipsos ad concordiam reducturum, sic ejus arbitrio relinquit compositionem, quod nota.

Unum tamen Ordinario adverto, ut dum compo- 97
nit has controversias ortas in tumulandis defunctorum corporibus ea jam sepulta (etiam de facto, & ab eo Rectore, vel religiosis, quibus id non competebat) nullo modo faciat ea exhumare, & à sepulchro transmutare, quia majus consideratur à jure scandalum, cùm eorum exhumatio, etiam in his, quibus jus maximum attribuit privilegium, ut in attentatis nullatenus, etiam labe attentati verè, & clarè existente, & intentata, pars obtinere potest, quominus cadaver attentando sepultum, in eadem remaneat sepultura, usque ad sententiam diffinitivam in principali ferendi, propter scandalum hoc consideratum, ut censuit Rota *in decis. 853. in antiquis*, & ad longum comprobat Lancelot. Robert. *in tractatu de atten.* ad id text. expressus *in cap. ex parte, de sepultura*, ubi non per viam attentati, restituitur cadaver sepultum post appellationem, etiamsi idem judicium fuit propositum, sed per sententiam diffinitivam in judicio Ordinario, & principaliter.

98 Animadverto etiam, ea quæ hactenus congesta sunt, ex quibus diximus, debere Ordinarium in controversiis componendis, & in processionibus; & similibus ortis (præ oculis suis habere ut suum animum, & arbitrium meliùs possit informare) non ita necessitare ipsum, ut si omittat, suam queat compositionem executioni mandare absque metu violentiæ, ea namque pertinent ad justitiam principalem, seu injustitiam, judici superiori de appellationis causa cognituro reservatam, & pertinentem, non tamen ipsa nullam compositionem reddere queunt, ut locus sit regulæ. *l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic.* scilicet sententiam nullam non mereri executionem, & judex, qui eam exequitur, deferendo appellationi, ab ea vim facere, de quo latiùs *suo loco* agendum est Deo dante *3. p. cap. 9. a princ.*

99 Insuper unum porrò necessarium est advertere; ut appellatio, quæ prohibita extat per d. Concilij Trid. *13 sect. 25. de regul.* de quo ad principium à compositione supradictarum controversiarum, non ita absolutè intelligenda est; sed tantùm quoad unum affectum suspensivum: ita probat Cardinalium declaratio super eodem capitulo, *verbo, annota omni appellatione*, in hæc verba: Intellige ad effectum suspensivum, sed cùm provenit sententiæ Episcopi, bene appellari poterit ad effectum devolutivum, ex congregationis sententia in una Hieracensi *&c.* Hactenus de declarat. *fol. mihi* 436.

100 Ultimo loco pro hujus capitis complemento animadverto, quòd licèt Ordinario talis compositio sit concessa super controversia in processionibus, aliud erit dicendum de maleficiis, vulneribus, & delictis ibi commissis; putà, inter exemptos, vel laicos, quia tunc Judex, qui aliàs debet de eis cognoscere, & animadversio pertinet, punitio competit; ita in simili dicit Oldrad. *in suis consiliis*, quem vide *in repertorio, verbo, compositio facta de contr. &c.* & per id inquire consilium, quia in meis & aliis nunquam reperire potui, sed nihilominus doctrina in se juridica est.

101 Ulteriùs circa *hoc cap. 13. de reform. sect. 25.* de regula, ut quamvis ex eo detur Episcopo facultas ad sedandas controversias ortas inter ipsos regulares, intelligi tantùm debere, dicit Decianus *lib. 2. consil. 63. num. 10.* quando ex ipsis controversiis sequitur scandalum; si autem illud non sequatur, non cognoscet Episcopus, quem etiam sequitur Cænedus *in q. c. 26. 217.* pro quo sunt ponderanda illa verba ejusdem Concilij *ibi* 17. quæ persæpe cum scandalo oriuntur.

102 Unum tamen quotidianum obiter non omittam, ut exempti omnes tam sæculares, quàm regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocantur, accedere compelluntur, iis tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò vivunt, juxta Concilij Trident. dispositionem *cap. 13 sess. 25. de regul.* tenent etiam Zerola *in praxi Episc. 1. part. verbo processiones. §. 2.* Emmanuël Rodrig. *quæst. reg. tom. 3. q. 36.* Barbos. *in remiss. ad idem Concilium, n. 4.* Aloys. Ricc. *Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 9.* Gratian. *decis. 232.* Bald. *decis. 339. par. 2.* charissimus mihi, ac doctissimus Perez pe Lara *in tract. de anniversa. & Capell. 1. p. cap. 24. num. 14.* Joan. Franch. Leo *in thesauro fori Eccles. 1. p. c. 8. n. 18.* Joan. Hieronym. Campan. *diver. jur. canon. rubr. 12. c. 13. n. 117.* Marc. Anton. *instit. major. l. 2. tit. 1. n. 55.* idem Zerola *in praxi, 1. par. §. excommunicatio causa materialis, ibi, secundò fall.* Vivald. *in candelabro, 1. part. tit. de absolutione, c. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 11. num. 18.* Paul. Fusc *tract. de visit. lib. 2. cap. 8. n. 12. & cap. 15. num. 64.* Cæned *in quæst. canon. 26. numer. 15.* qui *num. 17. ad fin.* adducit sacræ
103 congregat. declarationem 360. qua disponitur, sacerdotes etiam servientes in Ecclesiis equitum Hierosolymitanorum, posse similiter compelli ab Ordinario, ut intersint iis processionibus. Quo quidem sublata fuit antiqua Doctorum controversia *in c. nimis, el. 2. de ex. ffitivus prælato.* Felin. *in cap. dilecto, de offic. ordin.* an scilicet, & quando potuisset Episcopus regulares vocare ad processiones, nécne.

Regulares autem, qui absunt à civitate ultra dimi- 104
dium milliare compellendi minimè sunt, ut declaravit sancta Congreg. teste Gratiano *ubi proximè, n. 9.* 105
Aloys. Ricc. *Curiæ Archiep. Neapol. decis. 131.* Barb. *in d. remiss. n 7.* Lara & Campan. & Leo. *ubi suprà*, & hi duo ultimi idem dicunt de exemptis, qui sunt nullius diœcesis, vel extra civitatem in locis, in quibus habent plebem, qui cum illa plebe debent facere processionem, juxta alteram ejusdem Trid. declarationem 106
relatam ab eodem Joanne Franci. Leone, veluti etiam hi regulares compelli non possunt ad processiones accedere eo in loco, in quo habent consuetudinem legitimè acquisitam, non accedendi, prout sit declaratum à sacra Congregatione rituum, se vidisse testatur Joan. Hieronym. Campanill. *diver. jur. canon. rubr. 12. cap. 13. sub n. 117. post medium.*

Et nota, quòd per idem Tridentinum, *ibi*, tam cleri- 107
ci sæculares, quàm regulares, *&c.* sacra Congregatio, clericos omnes Diœcesanos, quamtumvis exemptos, si beneficia etiam simplicia in Diœcesi obtineant teneri, & compelli posse ab Episcopo, ut accedant ad 108
processiones, firmant Aloys. Ricc. *in collect. decisio. part. 4. collecta 882. in princ.* Barbos. *in remis. ad Tri. super d. cap. 13. sess. 25. de regul. n. 6.* Bald. *decis. 339. part. 2.* & hi duo ultimi quærunt, an procedat in clericis nondum beneficiatis, sed tantùm obtinentibus officium in Ecclesiis, & affirmativè respondent.

Sed major extat difficultas, an religiosi possint 109
ab Episcopo compelli, & censuris distringi, ut vadant ad publicas processiones? Et pluries per sacram Congregationem fuisse decisum, non posse compelli, sed asciscí, vocari, & allici, refert Quaranta *in summa Bullarij, verbo, prosedentia, in fin. fol. 339.* & tenent Thomas Sanch. *tractatu de matr. lib. 7. disput. 33. num. 13.* Emmanuël Rodrig. *in summa, tomo 1. cap. 74. num. 4.* allegans Gambar. *de offic. legat. lib. 8. cap. ult. num. 7.* Sed contrarium verius existimo, ut possint censuris compelli tenent Gratian. *dec. 232. num. 13.* quem refert, & sequitur Perez de Lara *de anniver. Capell. lib. 1. c. 24. num. 14.* Marcerat. *dec. 35. dub. 2.* Barbos. *in rem. ad d. c. 13. num. 5.* optimè, latéque Zerola *in praxi Episc. 1. part. verbo processiones, sub §. 1. & versic. ad secundam, & iterum verbo excommunicatio, de causa mater. §. 4. versic. 2.* qui loquuntur de compulsione per censuras, pœnas pecuniarias, aliisque juris opportunis remediis, optimè Enriquez *l. 7. c. 25. versic. ut si vocati, & num. 7. versic. hinc sequitur*, asserentes non solùm posse Episcopum in hoc casu procedere censuris Ecclesiasticis, sed etiam aliarum pœnarum punitione, Paul. Fuscus *tract. de visit. l. 2. cap. 8. n. 12.* Cænedus *in quæst. can. q. 26. n. 16.* qui post Zerolam refert sacram Congregat. Cardin *declara. 32.* ita censuisse, regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indictas, posse ab eo puniri per censuras, & pœnas arbitrarias, & alia juris remedia.

Confraternitates tamen laicorum nequeunt com- 110
pelli, sed allici, & incitari, ut tradit Gratianus *d. decis. 232. num. 13.* Perez de Lara *ubi proximè, num. 16. & 17.* affirmantes, ita fuisse decisum à sancta Congregatione, sed si fecerint votum eundi, possunt compelli ad observantiam voti, *l. profanos, C. de paganis, l. 2. §. si decimam, ff. de pollicitationibus, cap. ex parte, de censibus.* Sed contrariam, imò quòd confraternitates laicorum eodem modò possint compelli ad processiones accedere, testatur, decisum fuisse Papiæ Marcerat. *ejusdem curiæ decis. 66.* Barbosa *in remissio. ad Concil. d. c. 23. sess. 25. de regular. n. 5. ante finem*, & vide Sair. *dec. 5. de officio ordin.*

Ha

111 Hæ tamen processiones, ad quas accedere, possit Episcopus compellere supradictos, debent esse publicæ, ut declaravit sancta Congregatio, de qua,& qua-
112 les publicæ dicantur processiones, & quales particulares, & de natura processionum, & aliis difficultatibus,vide Capell. Tholosa *decision.* 485.latè, & optimè Zerol. *in praxi Episc.* 1. *p.verbo processiones* Campanill. *diversiur canon rubr.*12. *c.*13. *à n.* 117 *fol.* 749. ad quos te remitto; cui consonat,quod dicit Felin. *in cap. dilectus, n.* 7. *de offic. ord.* ut hujusmodi processiones, ad
113 quas religiosi compelluntur, debent fieri ex gravi, & urgenti causa, quod etiam censent Abb. *in cap. nimis prava.n.*3. & ibi optimè Marian. Socin. *ex n.* 7. *de excessibus prælatorum,* Cæned. *quæst. can.* 26. *sub num.* 15

CAPUT X.

A duobus judicibus delegatis, seu & aliis, in eadem causa se invicem inhibentibus, hinc inde appellationi emissæ, quis eorum non deferens vim faciet, & qui,si existant in diversis Senatuum districtibus, ad quem sit recurrendum, ut uter vim faciat, declaretur: & generaliter quid, & quando à qualibet inhibitione, sive perpetua, sive temporali appellatio legitima dicatur.

SUMMARIUM.

Inhibitionis materiam qui tractent, n. 1.
Ab inhibitione appellationi si non deferatur, an vis fiat, num. 2.
Inhibitio dicitur sententia merè interlocutoria, n. 3.
Ab interlocutoria non licet appellari, n. 4.
Inhibitio an sit interlocutoria habens vim diffinitivæ, num. 5.
Interlocutoria, quâ judex se competentem, aut incompetentem declarat,habet vim diffinitivæ, n. 6.
Interlocutoriam habentem vim diffinitivæ judex revocare non potest, n. 7.
Inhibitionem potest idem judex revocare, & reformare, num. 8.
Inhibitionis revocatæ,& repositæ effectus quales, ibid.
Inhibitionis revocatio an suspendatur per appellationem, ita ut gesta à judice inhibito sint attentata, n. 10.
Et quid si contineat damnum irreparabile, aut ipsa revocatio haberet vim diffinitivæ, n. 11.
Inhibitionis revocatio sive expressa, sive tacita per remissionem causæ inferiori, non suspenditur per appellationem, num. 12.
*Inhibitio non causat gravamen irreparabile, n.*13.
Ab inhibitione expedita absque causæ cognitione appellatio licita est, n. 14.
Ab inhibitione canonicè expedita, sive ab ejus revocatione appellationi non deferens vim non facit, n. 15.
Inhibitio non canonicè expedita justam reddit appellationem suspensivam, n. 16.& 17.
Sententia nulla sive interlocutoria, sive diffinitiva, etiam aliàs privilegiata executionem non meretur, n. 18.
Inhibitio minùs canonica nulla est, & inferiorem judicem non arctat n. 19.
Inhibitio canonica sit per causæ cognitionem, & partis citationem, n. 20.
Causæ cognitio ad inhibitionem expediendam quemadmodum per superiorem sit adhibenda, n. 21.
Inhibitio quibus de causis nulla reddatur, n. 22.
Inhibitio quòd non causet attentata in notoriis, & in confesso & convicto, & quod illa causet etiam,ubi sententia sit privilegiata quomodo intelligendum n. 23.
Inhibere potest superior etiam in causa non appellabilibus, quando simul cum causæ cognitione cognoscit de natura appellationis an sit privilegiata, n. 24.
Secus si hujusmodi causa cognitio, sit omissa n. 25.
Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 14. *declaratur, n.* 26. *& à num.* 81.
Inhibitionem non canonicam, & nullam de stylo Rotæ causare attentata quomodo intelligatur, n. 27. *& seqq.*
Stylus Rotæ extra Rotam non attenditur, n. 28.
Inhibitio temporalis quæ, de qua in l. 55. titul. 5. lib. 2. recop. *n.* 29.
Super sessoria utuntur judices Ecclesiastici omnes, ut per aliquod tempus inferior supersedeat in causa, donec exportentur acta, & ex eis se informet ad inhibendum, vel remittendum, n. 30.
Inhibitio temporalis per aliquot dies an recipiat appellationem, n. 31. *& seqq.*
Forma inducta ad actum perpetuum, non extenditur ad temporalem, n. 32.
Jurisdictio dilata non dicitur ablata, n. 33.
Supersessoria ad quem effectum sit inducta, & quibus casibus locum habeat, n. 34.
Inhibitionem temporalem non posse expediri absque causæ cognitione, fundatur, n. 35.
Inhibitio temporalis quod pariat inconveniens, n. 36.
Inhibitionem temporalem prohibet lex Regia etiam auditoribus, n. 37.
Ad absolutionem appellantis non debet procedere superior, nisi visis actis, n. 38.
Inhibitio tempotalis eandem de jure solemnitatem requirit, quam inhibitio perpetua, n. 39.
Inhibitio etiam temporalis, qua servatur forma, appellationem non recipit, n. 40.
Formæ omissio reddit actum sui naturâ privilegiatum appellabilem, & attentatum inducit, n. 41.
Inhibitionis requisitu habentur pro forma ipsius, juxta Trident. n. 42.
Formæ omissio vitiat actum, n. 43.
Actis ad Principem exportatis per viam recursus judex Ecclesiasticus ex urbanitate tenetur supersedere, n. 44.
*Inhibitio virtute appellationis à diffinitiva requirit causæ cognitionem, & in appellatione ab interlocutoria, n.*45 *&* 46.
Supersessoriam requirere causæ recognitionem in puncto juris verius est, n. 47.
Supersessoria stylus apud omnia judicia Ecclesiastica prævaluit,& vim non fieri decernit Senatus, n. 48.
Supersessoriam expedit judex contra partem, ut in aliquo actu supersedeat, quæ parte non citata revocatur; revocatio tamen intimatur, n. 49.
A judice dante se pro inhibito virtute inhibitionis legitimæ appellationi non esse deferendum, Senatus decernit, num. 50.
*A judice dante se pro inhibito vigore inhibitionis nullæ, & non canonicæ, appellationi vel defertur, vel tertium genus datur, n.*51.
Inhibitione expedita ab uno judice degente in unius Senatus districtu contra alium in alio districtu existentem, quis Senatus pro tollenda violentia sit adeundus, ubi tres casus distinguuntur, n. 52.
Senatus is adeundus, sub cujus districtu est judex, à cujus inhibitione appellatur, n. 53.
Appellatio proponenda est coram eo judice, à quo appellatur n. 54.
Appellationem an sufficiat præsentare in officio notarij postea legendam judici, n. 55.
*Inhibens judex à cujus facto dumtaxat appellatur, vim facit absque alterius dependentia, cujus districtus attendendus est ad recursum Regium, n.*56.
Mandans committi delictum in alio territorio, quo districtu sit puniendus, n. 57.
Senatus is adeundus, sub cujus districtu stat judex, à quo appellatur,quia injustè dedit se pro inhibito, n. 58.

Senatus quis adeundus, quando eſt appellatum à facto ſimul duorum judicum inhibentis, & inhibiti obtemperantis, exiſtentibus tamen in diverſis diſtrictibus, n. 59.

Cauſa continentia dividi non poteſt, n. 60.

Senatus duo de eadem violentia cognoſcere, foret abſurdum, & inconveniens, n. 61.

Senatus quilibet pro tollenda violentia adiri poteſt, ubi appellatur à facto duorum judicum inhibentis, & inhibiti exiſtentium ſub diverſis diſtrictibus, n. 62.

Declaratur, quomodo ſit intelligendum, ibid.

In uno diſtrictu exiſtens, ſi emiſſa ſagitta occidat exiſtentem in alio territorio, ab utroque judice poteſt puniri. num. 63.

Mandatarius, & mandans delictum committi in diverſo diſtrictu, ubi non punitur effectus, ab utriuſque diſtrictus judicibus poſſunt puniri, n. 64.

A conſervatore inhibente ordinario appellationi emiſſa, an non deferens, vim faciat, n. 65.

Ab inhibitione per conſervatorem expedita, nulliter tamen appellationi deferendum, n. 66.

Conſervatoris juriſdictio fundatur in notoria, & manifeſta injuria, & violentia, n. 67.

Qualitas attribuens juriſdictionem priùs apparere debet, n. 68.

Qualitas juriſdictionis ſufficit, quòd in libello deducatur ad tribuendum juriſdictionis exercitium, n. 69.

Qualitatem juriſdictionis non ſufficit deducere in libello, etiã quoad ejus exercitium, ſi à principio ſit negata, n. 70.

Quia tunc debet ſummariè, plenè tamen, probari ipſa qualitas, ibid.

Juriſdictionis defectus aliis major reputatur, n. 71.

Inhibitio non expeditur à non habente juriſdictionem, n. 72.

Ab inhibitione non canonica appell. legitima dicitur, n. 73.

Conſervator, ſi orta controverſia juriſdictionis non conquieſcat, ut arbitri eligantur, & illam dirimat, vim facit ſi appellationi non deferat, n. 74.

Concil. Trident. ſeſſ. 13. *refertur, quòd ſi ponitur competentiam juriſdictionis ortam inter conſervatorem, & ordinarium, arbitri dirimant, interimque in cauſa conquieſcatur, ibid.*

A judice conquieſcere debente, & procedente ad ulteriora, licita eſt appellatio, n. 75.

A judice procedente poſt oppoſitam declinatoriam appellari licet, n. 76.

Inhibitio expedita tempore, quo judex debet conquieſcere, eſt nulla, n. 77.

Inhibitioni de facto expeditæ per conſervatorem ordinarium parere non tenetur, n. 78.

De inhibitione minùs canonica, & de injuſta contra jus idem eſt judicandum, n. 79.

Judex quilibet an poſſit cognoſcere; an ſua ſit juriſdictio, & an queat ab alio inhiberi, n. 80.

Inhibitionibus frivolis, & contra jus expeditis, non eſt per judicem parendum, n. 81.

Trident. plura decreta determinantia in aliquibus caſibus eſſe exequendam ſententiam inhibitione non obſtante, declarantur, n. 82.

Trident. decretum in aliquibus caſibus non ſolùm permittit executionem, tollendo appellationem, ſed ultrà procedit tollendo inhibitionem, n. 83.

Inhibitio non arctat, ubi princeps aliquem actum permittit, non obſtante inhibitione, n. 84.

Dictio (nulla) negativa univerſalis omnia excludit, n. 85.

Dictio (quicunque) eſt apta comprehendere caſus omnes etiam expreſſis majores, n. 86.

Dictio (quoquo modo) includit ea, quæ aliàs non comprehenderentur, n. 87.

A duobus judicibus ſe invicem inhibentibus appellationi emiſſæ per utramque partem, quis non deferens vim faciat, n. 88.

Reſcripto ulterius prævalente, alter judex in eadem cauſa inhibere non poteſt, nec juriſdictione uti, n. 89.

Inhibitionis anima eſt juriſdictio, n. 90.

Reſcriptis à duobus judicibus pro utraque parte impetratis, qui valido utitur, poteſt inhibere, & vim nullam facit inhibendo, ſed alius, n. 91.

Reſcriptorum duorum ab utraque parte impetratorum quod prævaleat, n. 92.

Reſcriptum ſecundum ut priori prævaleat, triplex prioritas requiritur, n. 93.

Competentia inter duos delegatos ad invicem ſe inhibentes diverſorum reſcriptorum virtute ab eis ſimul dirimitur, qui ſi diſcordent, arbitri eliguntur, n. 94.

Judex quilibet etiam delegatus cognoſcit, an ſua ſit juriſdictio, n. 95.

Violentia à duobus delegatis ante competentiæ determinationem, & poſt eam poteſt deduci per Senatum ex reſcriptorum inſpectione, n. 96.

Senatus quis violentia adeatur, quando appellatur à duobus judicibus ſe invicem inhibentibus, degentibus in diverſis diſtrictibus, & quid quando ab uno tantùm appellatur, n. 97.

NOn minùs uſitatæ ſunt in ſupremis Tribunalibus perdifficiles præſentis capituli quæſtiones, nam licet inhibitionum materiam latè ſint proſequuti nonnulli, ut videre libet per Veſtrium *in praxi Rom. Cur.* Vitall *in tract. clau. in clau. appell. rem.* Mandoſ. *in tract. de inhibitio.* Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *part. c.* 20. Mantam *in compilatio. deciſ. titul. de inhibitionibus, tom.* 1. Card. Tuſc. *practic. concluſ. tom.* 3. *litera I. à concluſ.* 20. & per nonnullas declarationes Cardin. *ſuper c.* 1. *ſeſſ.* 13. *de reform.* quas adducit Barboſa *in remiſſiv. ad idem per totum*, & alij paſſim: nihilominus tamen nullus difficultatum, de quibus agimus, meminit. Quapropter non inutile videbitur, in medium priùs illam præmittere generaliter, an ab inhibitione appellationi emiſſæ judex non deferens vim faciat, & ut judex Eccleſiaſticus vim nullam inferre queat, ſi ab inhibitione ſuperioris appellationi interpoſitæ non deferat: probatur fortiter, nam inhibitio à judice expedita dicitur ſententia interlocutoria merè: ita tenent Panorm. & alij *in cap. tuam col.* 2. *de ordine cognit.* optimè Philipp. Franch. *in c. cùm ceſſante, n.* 46. *verſ.* 21. *inhibitoria ſeu*, &c. *de appell.* & ibi etiam Præpoſi. Federicus Senen. *in conſil.* 96. *factum, & aliàs* 93. *incipit factum*, Doctores *in cap. etiam, de ordine cognitio.* Socin. *conſil.* 99. *Seren. n.* 11. *in* 3. *volum.* quod etiam dicit Areti. *conſil.* 75. *diligenter, column.* 4. *ſub verſic. his præmiſſis*, Rebuff *in repetitione, l. quod juſſit, in princ. n.* 85. *ff. de re judic.* Lancelot. Robert. *de attentat.* 2. *part. c.* 20. *poſt inhibitionem in præfat. quæſt.* 1. *num.* 30. & ita nempe interlocutoria appellatur inhibitio in ſui deſcriptione, quam videre eſt per eundem Lancelotum *ibi num.* 7. Quintilian. Mandoſ. *tract. de inhibitio. q.* 17. *num.* 4. ſed ab interlocutoria non licet appellare, juxta diſpoſitionem ſacri Concilij Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 20. de cujus declaratione latè egimus, & curavimus *ſuprà, c.* 1. *hac* 2. *p. per totum*, & ibi in ejus corroborationem multa adduximus: ergo ſi appellatio emittatur, juſtè poteſt judex delationem denegare.

Et poſt hæc omnia ſcripta hoc ſolo fundamento inveni Quintilianum Mandoſ. *in tractat. de inhib. q.* 76. dicentem, ab inhibitoria non appellari, vel appellari eo modo, quo ab interlocutoria mera de jure civili, cujus effectus non ſuſpenditur per appellationem. Et confirmatur, cùm nec valet, dici talem interlocutoriam vim habere diffinitivæ, quatenus juriſdictionem judicis inhibitio tollit, vel ſuſpendit, ejúſque manus ligat, adeò ut ad ulteriora valeat procedere abſque metu, ſeu reatu attentati, juxta quæ latè Lancel. Mandoſ. *ſuprà* citati dicunt argumento illius doctrinæ, qua conſtat, illam dici ſententiam interlocutoriam

vim

6 vim habentem diffinitivæ, qua judex se competentem, vel incompetentem pronuntiat; *ex gloss. singulari, in auth. habita in fin. C. ne filius pro patre.* Rom. *in singulari* 129. Aufrer. *in decis. Cavellæ Tholos. quæst.* 88. Guido Papæ *in decis. Delphinati, quæst.* 10. *si judex*, Corneus *in singulari* 5. *incipit sentent.* Felin. *in c. qualiter, in princ. colum.* 5. *de accus.* Decius *in cap. pervenit* 2. *de appell. in fin.* Doctores *in cap. significanti, de offic. delegati.* Iff. *in l.* 2. *n.* 38. *ff. si quis in jus vocatus non ierit*, Rebuff. *in l. quod jussit, in præfatione, n.* 43. *de re judi.* Valasc. *cons.* 47. *per totam* & alibi passim; quoniam si propterea inhibitio diceretur habere vim diffinitivæ: sequeretur
7 exinde revocari, nec reponi possit iterum à superiore, ipsam expediente, juxta ea, quæ vulgariter expendunt Doctores *in cap. cùm cessante, de appell. in d. l. quod jussit*, & nos latè *supra* 1. *p. c.* 5. *à n.* 26. judicem revocare gravamen, seu interlocutoriam, habentem vim diffinitivæ, nequaquam valere, sicuti nec ipsam diffinitivam.

8 Sed hoc est falsum, quia judex superior, qui inhibitionem expedivit, ipsam qui jure optimo iterum reponere, & reformare, ita consuluit Federicus de Senis *in suo consil.* 84. *quod incipit, factum sic se habet*, sequitur Butriga *in cap. cùm teneamur*, ubi Panormit. *ad fin. de appel.* Philipp. Franch *in d. c. cùm cessante, num.* 46. *versicul.* 10 *inhibitoria, &c.* ubi dicunt, quòd inhibitio, quæ fit per judicem ad quem, est interlocutoria, & ideo posse revocari, & mutari per eundem judicem quandocunque: idem tenet etiam Rota *in decisione* 1. *alias* 138. *si appel. de offi. delegati in novis, & in decision.* 65.
9 *aliàs* 461. *si appelletur, de appell. in novis*, quales autem sint effectus inhibitionis repositæ, & moderatæ, vide latè per Lancelot. *de attenta cap.* 20. *limit.* 2. *per totam*, quod maximè procedit, cùm & ipsa revocatio, seu moderatio inhibitionis adhuc dicatur interlocutoria, quemadmodum & ipsa inhibitio, tenent Federic. Butriga Franch. & cæteri modò relati. Socinus *consil.* 97. *Serenissimus*, *num.* 11. *in* 3. *volum.* Rebuff. *in d. repetitione, l. quod jussit in præfatione, n.* 85.

Qua de causa rectè puto procedere Romæ doctrinam *in dict. decis.* 1. *aliàs* 138. *si appellatur, de offic. delegati, in novis*, & decisionem 65. aliàs 461. *de appellat. in novis.* sequutas per Lancelot. *loco nuperrimè citato n.* 5. affirmantes contra Alexand. sequutum Federic. de
10 Senis, contrarium illos sentire, istum *in consil.* 98. *incipit. Nicol.* illum *in consil.* 63. *in causa, num.* 4. *lib.* 3. quòd etiamsi ab hujusmodi revocatione fuisset appellatum, nihilominus sententia, & processus factus per primum judicem inhibitum, dicuntur esse validi; quia talis appellatio, tanquam à merè interlocutoria emissa non suspendit inhibitionis repositionem, & moderationem, imò ea non obstante, potest ad ulteriora, ad ejúsque executionem procedere, absque metu attentati, ex Lanceloto, & aliis *ibi*, & juxta doctrinam, seu dispositionem Concilij Tridentini *sessione* 24. *de reform.*
11 *cap.* 20. *& l. ante sententiæ, ff. de appell. recipien. & l. ante sententiam, Cod. quorum appellatio. non recipia.* quod aliud foret dicendum, si hujusmodi revocationis sententia haberet vim diffinitivæ, vel damnum irreparabile, *ex dict. cap.* 20. *Concil. Trident. & l.* 2 *ff. quorum appellat. non recip.* & nos copiosè *supra, secunda parte, in capite* 1. *per totum.*

Et non solùm à revocatione expressa, sed nec etiam à tacita, quæ fit per remissionem causæ factam à superiore inferiori inhibitam (putà, ob non justificatam appellationem) quia talis appellatio à remissione causæ, & sic consequenter à tacita revocatione inhibitionis
12 appellatio interposita non suspendit, nec obstat, quominus inferior inhibitus in causa queat procedere, ut tenet Lancelotus *jam citato loco, lib. imitatione tertia, numero quarto, & quinto.* Mando. de *inhibitione, quæstione trigesima sexta*, imò & quòd gravamen illarum per inhibitionem non sit qualificatum, scilicet, irreparabile, & similiter sentit bene Mando, *loco supra citato* 13 *dict. quæst.* 66. *à n.* 9.

Facit insuper ad propositum, quod dicit Franc. *in cap.* 1. *num.* 14. *de appell.* & Lanfranc. *decis.* 466. *si judex*, Lancelotus *in dict. cap.* 20. *in præfatione num.* 120. Car- 14
din. Tusc. *in practica conclusione* 141. *num.* 4 *&* 5. & per Philippum Franc. *in cap. dilecti, num.* 14. *de appellatio*, dicit Escacia *de appellat. quæstio* 3. *num.* 1. quibus locis illud determinant, quòd si judex omissa causæ cognitione deveniat ad inhibitionem, esset tunc justa causa appellandi, possétque ab eo appellari, ergo sequitur per argumentum ab speciali, & à ratione cessante, quod ipsius inhibitionis expeditio sola per se (illis non concurrentibus) non est sufficiens, justa, nec legitima causa appellandi, Felin. *in cap. dilectus* 2. *de rescript.*

Ex quibus, quæ singularia, verissimáque sunt, & 15 aliis (quæ omitto, ne te detineam diutiùs illam in hac materia regulam deduco: judicem Eccles. violentiam nullam facere, nec omittere, si appellationi interpositæ ab expeditione canonica inhibitionis, seu ejus revocatione, tanquam à merè interlocutoria sententia non detulerit; quam regulam ultra fundamenta à nobis tradita praxis supremorum tribunalium ita confirmavit hoc & approbavit ut praxim. Et quotidie videmus in casu vim non fieri, declarari, judicíque causam remitti, & in hoc jure utimur.

Hanc tamen regulam velim intelligas: ut procedat, 16 quando ipsa inhibitio, seu ejus repositio, & revocatio canonicè facta sit; secùs autem quando inhibitio non canonicè expediatur à superiori; quia tunc vim faciet judex, si appellationi ab ea interpositæ non deferat; cum eo casu justa censenda erit appellatio. Quo sensu accipiendam puto Abbatis Panormitani doctrinam *in capite cùm veniissent, numero quinto, de restitutione in integr.* dicentis, inhibitiones contra jus factas inducere nullitatem actus quantumcunque ab ipsa inhibitione non fuerit appellatum, quatenus supponit à tali inhibitione non canonica posse appellari. Idem tenet Decius *in consil. quadringentesimo sexagesimo viso, numero vigesimo, libro tertio.* Parisius *consil.* 108. *divino jure, numero decimo, & sequenti, libro primo.* Lancelotus *ubi supra, limit.* 1 *num.* 8.

Comprobatur fortiùs isthæc nostra limitatio ex his, quæ nuper diximus per Francum *in capite primo, numero decimoquarto, de appellatio.* & Lanfran. *decisione quadringentesima sexagesimasexta, si judex.* Lancelotum Robertum *in dict. capite vigesimo, in præfatione, quæstione quarta, numero centesimo vigesim.* Card. Thus. cum *pract. conclusion. centesima quadragesimaprima, numero quinto, tomo quarto*, quòd si judex omissa causæ 17
cognitione, pervenerit ad inhibitionem; justam tunc esse, & legitimam causam appellandi ab ipsa inhibitoria, quatenus minùs canonicè à judice expedita fuerit (ut statim videbimus) quibus quidem evidenter probatur, à non canonica inhibitionis expeditione legitimam esse appellationem, eique à judice necessariò deferendum, licèt à sola inhibitione, cui hæc qualitas deficit, appellari non possit.

Cujus rei ratio pendet *ex regul. l.* 4. *§. condemnatum, de re judicata*, & quæ nos, Deo dante, in sui comprobationem cumulavimus *infrà.* 3. *p. cap.* 9. quam etiam illustrant Doctores ibi, & Gratian. *in regula* 326. Afflictis *de if.* 823. Capicius *decisione* 167. *numero* 3. Guido Papæ *decisione* 50. *num.* 2. Menoch. *de adipiscend. remedio* 4. *à num.* 2. Menoch. *de adipiscend. remed.* 4. *à num.* 844. idem *de arbitra. quæst.* 98. *à numero* 6. Octavia. Chaquer. *in decision. Pedemontan. decisione* 142. 18
& alibi passim; ex qua omnes uno ore profitentur, sententiam sive diffinitivam, sive interlocutoriam, quantumcunque aliàs privilegiatam à jure, ut non obstante appellatione exequatur, non procedere, nec intelligi,

quando

quando ipſa ſententia aliquo defectu ſive juriſdictionis, ſive citationis, ſive ordinis omiſſi, alterius cujuſcunque actus ſubſtantialis judicij, vel actus neceſſarij, nullam eſſe conſtet; quia lex, vel diſpoſitio de ea exequenda mentionem faciens, ſemper intelligenda eſt de ſententia valida; non autem de nulla ex præfatis Doctoribus, & latè à nobis explicatur *dicta tertia parte, capite nono, à principio.*

9 Cùm igitur verùm ſit, inhibitionem minùs canonicè expeditam, nullam eſſe & nullius effectus, inferiorémque nullo modo arretet, ut conſtat ex diſpoſitione ſacri Concilij *ſeſſione* 22. *cap.*7. cujus ſunt verba: Legati, & Nuntij Apoſtolici, Patriarchæ, Primates, & Metropolitani in appellationibus, ad eos interpoſitis, in quibuſvis, tam in admittendis appellationibus, quàm in concedendis inhibitionibus poſt appellationem ſervare teneantur formam, & tenorem ſacrarum inſtitutionum, & præſertim Innocentij IV. quæ incipit: Romana quacunque conſuetudine etiam immemoriali aut ſtylo & privilegio in contrarium non obſtantibus, aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta quæcunque ſint ipſo jure nulla: idem etiam probat text. *in cap. Romana, cum* § *ſi verò & ſi autem,* (renovatus per Tridentini decretum) *de appellationibus in* 6 notat Speculator *tit. de appell.* §. *de officio, verſic. ſed quæritur.* Felin. *in cap. dilectus, el ſecundo. column. penult. de reſcriptis.* Geminianus *in dict. cap. Romana,* §. *ſi autem, & ſi verò,* Maranta *de ordine jud. c. ſexta parte, tit. de appellat. num.* 196 *fol.*195. & in terminis d Concilij ejus mentionem faciens tenet Gratian. *in regul.* 40. *in princip.* Gondizalvus de Paz *in praxi, quinta part. tom.* 2. *cap. unic. n.* 24. Lancelotus Robertus *de attent. ſecunda parte, cap.*20. *in præfatione, quæſtione* 5. *num.*165. qui omnes dicunt, hoc decreto renovatum eſſe in totum, & per omnia *dict. cap. Romana, cum ſuis* §. *de appellat. in* 6 Rota *deciſione* 6. *de appellat. in antiquis,* Marta *in compilati. deciſione tom* 1. *titulo de inhibition. cap* 10. *&* 11. Joachi. Minſing *deciſione* 87. *part.* 3. Gaſpard Guillelm. *in Rota deciſione* 81. *&* 130. *& deciſione* 219. *parte* 3. Marqueſſan. *de commiſſio ſecunda parte, cap.* 1. *num.* 52.

20 Tunc namque dicitur ſecundùm magis receptam, & communem ſententiam canonica inhibitio: quando facta fuit prævia cauſæ cognitione, & citata parte, ut teſtatur Covarruvias *in practicis quæſt. cap* .24. *num.*3. ubi alios ad id allegat. Robertus Marant *ubi proximè, in dict. titulo de appellat. num.* 196. Deciſio Rotæ 54. aliàs 412. *ſi appelletur, num.* 2. *de appell. in novis,* & deciſio 75. aliàs 357. *nota quod attentata, de appellat in antiquis* Pariſius *conſilio* 372. *in cauſa num.* 15. *libro quarto,* Roland. à Valle *conſilio* 372. *in cauſa n.* 15. *libro quarto,* Roland. à Valle *conſ.* 77. *viſo num.* 24. *libro ſecundo, tomo primo.* Ruinus *conſ.* 61. *in lite, num.* 28. *lib.* 5. ubi alios allegat Ozaſcus *deciſione Pedemont.* 5. *certo die, ſub num. ſept.* Felinus *in cap. dilectus, el. ſecundo, n.* 24. *de reſcript.* Vitall. *in tractatu clauſul. in clauſula nihil novari.*

21 Quonam modo hæc cauſæ cognitio ſit adhibenda à ſuperiori, anteaquam inhibeat in appellatione ab interlocutoria, vel à diffinitiva, vide exactè per Lancelotum *de attentat. d. parte, cap.*20. *in præfatione, à num.* 12. *& à num.* 133. ubi circa interlocutoria, & per Gondizalvum de Paz *in dict. cap. unic. à num.*24. ubi ad amuſſim in praxi. & in theorica multa videbis, Marantam *locis ſuprà citatis,* & Tuſchum *practi. concl. tom.* 4 *litera l. concl.*144 *per totam, & locis ubi ſuprà.*

22 Quamplures inſuper ſunt cauſæ, quarum defectus inhibitio nulla redditur de jure, congeſſit Lancelotus Robertus *in ſæpe relato loco,* 2. *part. cap.*20. *à n.* 6. *cum pluribus ſequentibus, & in limitationibus principalib. prima, & ſeptima,* & alibi paſſim, quas omnes per te videre poteris: ſufficiet enim ita clarè diſcretum lectorem in via ponere, quâ queat facillimè huic noſtræ eaſdem doctrinas applicare, itaque ubicumque inveneris inhibitionem non canonicè expeditam, vel aliàs nullam de jure reputatam, quæ ſcilicet, peccat in aliquo, quod de ſui natura eſſet neceſſarium, ibi debes appellationem admittere, cùm juſta, & legitima reputetur; potéſque applicare regulam *d.l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judicata,* ex his quæ ſatis ſurſum comprobavi.

Et priùs, ut hinc ad alia abeamus, unum porrò erit 23
neceſſarium in materia inhibitionis concordare, quod quemadmodum apud Doctores invenitur ſcriptum, magnam parit confuſionem; dicitur enim per allegatos à Lanceloto *in prima limit. princ. d. c.* 20. quòd inhibitio minùs canonica non facit, nec cauſat attentatum, vel quando fiat, & expediatur contra jus, ut quando appellationis frivolæ virtute decernitur, vel aliàs in caſu, in quo à jure appellatio prohibetur, ut in convicto, & confeſſo, & in notoriis, & ſimilibus; aliter etiam videmus, quòd in his caſibus inhibitio attentata faciat & cauſet, ut probatur *in cap. Romana,* §. *ſi autem, poſt ſententiam, in caſu jure prohibitis* &c. *de appellat. in* 6. renovatam per Tridentin. *ſuprà,* quod ſic explica, ut 24
textus procedat quando ultra cauſæ cognitionem, quæ in cæteris adhiberi debet, alia adhibetur cognitio de cauſa juſta, vel injuſta appellationis, & an appellatio recipienda ſit, vel non, per acta proceſſus, quia tunc quando judex ſuperior ita cœpit cognoſcere, poteſt etiam in caſibus non appellabilibus inhibere inferiori, quia omnino debet in executione ſuperſedere ſententiæ, ut advertit ex aliis Gondizalvus de Paz *in praxi,* 5. *part. tom.* 2. *cap. unic. num.* 14. Maranta *tit. de appellat. num.* 196. *&* 197. quomodo accipienda ſunt quæ dixit Lancelotus etiam *in dict. præfatione, quæſt.* 5. *num.*150. *cum ſequentibus,* & idem Lancelotus *ubi ſuprà amplia* 25
tione 1. *per totam*; ſecus autem eſt dicendum, quando præfata cauſæ cognitio omiſſa fuit, quia tunc inhibitio non facit attentata, ob quod ei jus reſiſtit, ut tenet Paz, & alij, citati, & ſic procedant quæ Lancelot. cumulat. *in dict. cap.* 20. *in prima limit.* & ita ſunt intelligenda, quæ *infrà lib.* 3. *cap. fin.* & in terminis hujus declarationis expreſsè faciunt etiam, quæ dixi *eodem libro* 3. *cap.* 15. *à numero* 68. ubi tractavi de judice ſuperiori, quando poſſit cognoſcere, an appellatio ſit legitima, & admittenda, nécne, ubi in hoc propoſito plurimos Doctores citavi, quos vide.

Et in hunc ſenſum accipienda Concilij Tridentini 26
decreta *ſeſſione* 24. *de reform. cap.* 10. *& ſeſſione* 25. *de reformat. cap.* 14. ubi diſponitur, quòd non obſtante quacunque inhibitione ſuperioris ſententia Epiſcopi ſuper viſitatione, aut morum correctione, aut concubinatu executioni mandetur, quia debent ea decreta intelligi, quando inhibitio à ſuperiori data eſſet abſque eo, quòd appellatio priùs juſtificata eſſet ex actis proceſſus primæ inſtantiæ, ſecus autem ſi ea præmiſſa expediretur inhibitio, quia tunc rectè decerni poteſt, ut tenet, intelligitque, & explicat d. Conc. decreta Gondizalvus de Paz *in dict. cap. unic. num.*14. *per totum* quod an verum ſit, *inferiùs* apparebit *à num.* 81. *cum ſequentibus,* ubi conſideravi, eſſe ſpecialiſſimum in caſibus Tridentinorum decretorum, ut nulli inhibitioni obtemperetur, imò ea non obſtante ſit Ordinario permiſſa innovatio, ſeu executio.

Declara inſuper ea, quæ cumulat Lancelotus *in ſæpe* 27
citato loco, ampliatione 11. affirmans, quod de ſtylo Rotæ inhibitionem non canonicam, ſeu aliàs nullam, & injuſtam facere attentata, reddens ibi rationem ſtyli, de quo etiam per Marqueſſanum *in tractatu de commiſſio. ſecunda parte, cap* 1. *num.*53. ut hic ſtylus, quantum ad nos attinet, non eſt inconveniens, quominùs procedat regula *ſuprà* tradita, vim ſcilicet fieri, ſi non deferatur appellationi ab inhibitione non canonica, & invalida: imò potiùs etiam ſtante dicto ſtylo

appellatio

28 appellatio ſuſpendit talis inhibitionis effectum devolvitque ad ſuperiorem cauſam juxta titulum *ff. nihil novari appellatione pendente*, & ea, quæ *ſuprà* diximus. Deinde quia dictus ſtylus procedit in Rota, non autem extra ipſam, ut tenet & advertit Lancelotus *prima limitat. princ. num. & ſeauenti.* ubi etiam inquit ex aliis authoritatibus, quòd ſtylus Rotæ non attenditur extra curiam in lite vertente partibus, ubi allegat ad hoc plures deciſiones Rotæ: vide quod latè *ſuprà* 1. *p.* 3. *à num.* 19.

Hodie tamen ex nova diſpoſitione ſacri Concilii Trident. *dict. ſeſſ.* 22. *de reformatione*, *cap.* 7 hic ſtylus non poteſt procedere, nam cùm per ipſum renovatum ſit *cap. Romana*, *de appellationibus in* 6. idque in omnibus, & per omnia cuſtodiri decernitur, omnino ad jus commune redactum eſt, facta expreſſa derogatione cujuſque conſuetudinis, ſtyli, & privilegii, *ibi*, ſervare teneantur formam, & tenorem ſacrarum conſtitutionum, & præſertim Innocentii Quarti, quæ incipit Romana, quacunque conſuetudine etiam immemoriali, aut ſtylo, & privilegio in contrarium non obſtantibus, *&c.*) & hoc ita etiam, licèt in caſu quodam particulari, animadvertit Lancelot. *dict. cap.* 20. *in præfatione*, *quæſtione* 5. *num.* 165. & probatur etiam expreſsè in nova Cardinalium declaratione ſuper ejuſdem Concilii decreto *ibi*, cap. *Romana*, *de appellatio. in* 6. ſervari debet etiam appellationibus ad Sedem Apoſtolicam interpoſitis, *&c.*

29 Hæc omnia, quæ hactenus dicta ſunt, locum tantùm obtinent in inhibitionibus perpetuis (ut vides) nunc autem inquirendum eſſe, quid in temporalibus dicendum, neceſſitas, & utilitas ſuadent. Et quoniam eſt frequens quæſtio; imò de tali inhibitionum genere rarò apud Doctores mentio fit, eam ad partes, quàm citiùs potuero, examinabo. Et in primis, hujus duplicis generis inhibitionis temporalis ſcilicet, & perpetuæ meminiſſe reperio legem Regiam 55. *titulo* 5. *lib* 2. *recopilacion.* ibi: *No ſe de inhibicion alguna aunque ſea*
30 *temporal. &c.* iterum, ibi: *que nigun Oydor ſemanero pueda dar inhibicione perpetua, ni temporal, &c.*) & iſtâ temporali inhibitione utuntur nonnulli ſuperiores judices Ordinarii, vel delegati, de cauſa appellationis cogniturí, quæ præcipiunt inferiori, ut per aliquod tempus neceſſarium ad transferendum proceſſum, & ſe ex ejus actis informandum de legitimis appellationibus, in cauſa, & ſententiæ executione ſuperſedeat, ut notant Paz. & Zerola ſtatim citati, de quo idem *in l.* 54. *antecedenti d. tit.* 5. *eodem lib.* 2 *recop.* ibi: *Y mandar ſobre ſer en la execucion*, & iterum: *Y que antes de inhibir mandar ſobre ſer, &c.* & idem probatur *in l.* 11. *titul.* 2. *lib.* 3. *recopilat* quapropter non abs re eſt, ut hoc genus inhibitionis temporalis, *ſobre ceſſoria*, à nonnullis pragmaticis appellata, ſumpto vocabulo à ſuperſedere, quod ſignificat dilationem, donec aliquid ſit: text. eſt *in c.* 2. ibi, donec Romanum Pontificem conſulant, executioni ſuperſedeant utrarumque, &c. *de offic. delegati.*

31 Quo cognito, videtur judicem Eccleſiaſticum vim non facere, ſi ab hac temporali inhibitione, à ſuperiori expedita, appellationi emiſſæ non detulerit. Primò, quia talis inhibitio per aliquot dies nullius, vel ſaltem modici, & parvi judicii eſſe poteſt: textus eſt *in l. ſi debitori*, ibi, nec enim damnum magnum eſt in mora modici temporis. (*ff. de judiciis*, ſed ubi conſideratur modicum, & temporale præjudicium non plenum, minimè etiam admittitur appellatio, *lib.* 1. *cum ratione*, *Codice ſi de momentanea poſſeſſione fuerit appell.* ubi ideo in poſſeſſorio negatur appellatio, quia non perpetuum, ſed temporale, & momentaneum eſt ejus præjudicium, interim dum ſuper proprietate, & judicio plenario terminatur lis: ergo idem dicendum venit in papellatione ab hac inhibitoria.

Secundò, quia forma, & ſolemnitas in jure deſcripta inhibitionibus, prout eſt cauſæ cognitio, & citatio partis, locum habet in perpetuis, de quibus tantùm loquuntur jura, & Doctores hucuſque à nobis relati, non verò in temporalibus, ut ex his patet; ſed forma, & ſolemnitas requiſita, & tradita à lege, ſeu diſpoſitione alicui actui perpetuò adhibenda, non extenditur ad eundem actum temporalem, ſeu ad modicum tempus celebratum: textus eſt *in clem.* 1. ibi, ad tempus modicum faciendas declaramus non extendi, &c.) *de* 32
rebus Eccleſiæ non alienan. ubi, & alibi paſſim Doctores notant; ergo præfatæ formæ omiſſio inhibitionis non debet vitiare temporales, quo caſu ceſſat jam regula, *lib.* 4 § *condemnatum*, *ff. de re judicata.* de qua *ſuprà* dixi ad inhibitionem perpetuam, imò manet talis inhibitio in meris terminis interlocutoriæ ſententiæ, à qua regulariter non appellatur, ut in perpetua diximus ſolemniter expedita.

Maximè quia per talem inhibitionem ad tempus, 33
& cui ſatisfieri ſtatim poteſt, non dicitur ablata juriſdictio, quia quod differtur, non aufertur: textus eſt *in l. quoties*, *Cod. de precibus Imp. offerendis*, ita in ſimilibus terminis (nempe dum acta ad principem trahuntur, ad quem clericus oppreſſus confugit) dicit Octavianus Cacherian. *in deciſionibus Pedemontanis*, *deciſione* 30. *n.* 18. *ad fin.*

Et huic praxi, & generi inhibitionis aſſentitur Gon- 34
dizalvus de Paz *in praxi*, 5. *part. tomo* 2. *cap. unicò*, *numero* 14. *verſiculo ſolent tamen nonnulli*, *folio* 58. ubi dicit, quod nonnulli ſuperiores eo ipſo, quòd appellatus coram ipſis præſentatur cum Apoſtolis, ſi eſt excommunicatus, ſolent eidem dare mandatum, quo præcipiunt judici inferiori, ut per quindecim dies, vel aliud certum tempus excommunicatum abſolvat. Vel quando cauſa eſt criminalis; ut ſuperſedeat executioni ſententiæ per aliquod certum tempus, interim dum acta proceſſus ad ipſos tranſportentur, quibus viſis, & inſpectis, vel ad inhibitionem perpetuam, vel ad remiſſionem cauſæ deveniant, cujus etiam ad idem meminit Zerola *in praxi Epiſcop. ſecunda parte*, *verbo appellatio.* §. *none quæritur.*

Hanc etiam partem defendere curant nonnulli ex doctrina Andreæ Gaill. *lib.* 1. *obſervatione* 144. conſtituente differentiam inter appellationem à diffinitiva, & ab interlocutoria, ut in illa judex ſuperior ſtatim cum citatione poſſit inhibitionem expedire in iſta autem non cuivis reddit rationem ibi. ex quo conſtat ante citationem, actorum exportationem, & cauſæ cognitionem poſſe inhibere; idem etiam probant ex Staphileo *de literis gratiæ*, *& inſtit. verſicul. in omiſſionibus juſtitiæ*, *fol.* 333. *verſi. nihilominus hoc non obſtante*, qui indiſtinctè tenet, itaque practicari affirmat, quibus omnibus conſtare videtur, ab hac inhibitione temporali, tanquam ab interlocutoria (ex his quæ ſupra, de perpetua dixi) maximè cùm canonicè expediri dicatur, etiam non adhibita cauſæ cognitione, appellari non poſſe.

Sed his non obſtantibus, contrariam partem de jure 35
veriorem eſſe videtur, vim fieri declarandum, à temporalique inhibitione appellationi deferendum fore, ex d. diſpoſitione ſacri Concilii Tridentini *ſeſſione* 22. *cap.* 7. quæ generalis eſt, apta apprehendere quodcunque inhibitionis genus, *ibi*, inhibitionibus poſt appellationem) & iterum *ibi*, aliter inhibitiones, &c.) ac ideo cùm generaliter loquatur, & abſque diſtinctionis fœdere, iſta determinatio ita intelligenda eſt, *l. emptor*, §. *Lectus*, *junctâ glo. ff. de pactis*, *in fraudem*, § *ultimo*, *ff. de militari teſtamento*, & quia generalis legum diſpoſitio, & ſtatutorum includit omnes caſus, licèt in uno major ratio eſſe videatur, quam in alio, *l.* 1 §. *quod autem*, *ff. de aleatori. l. ultima*, §. *uxori*, *ff. de auro & argent. legato*, & quæ latè adduximus *ſuprà*, *in c.* ... quæ huic omnia adjicere poteris. Ergo forma illa

deſcripta

deſcripta à jure inhibitionibus cum clauſula irritantes ſcilicet, cauſæ cognitio exactis proceſſus cum citatione partis, &c. pariter adaptatur inhibitionibus temporalibus, cùm ab utraque idem oriatur inconveniens, quod jus excludere intendit, ne ita de facili inferioris juriſdictio vilipendatur, tollatur, vel ſuſpendatur, pro quo præſumit jus attentè, & juridicè proceſſurum; ac
36 ideo maturitas in ſuperiori deſideratur per idem Concilium, tam in admittendis appellationibus ab eo, quàm in decernendis inhibitionibus, ut priùs ex actis cognoſcat, an jure, vel injuria petatur inhibitio; potuiſſet enim hac captioſa via aperta, paſſim & aſſiduè juris intentio tranſgredi, multories cupientis, nonnullas ſententias debite executioni pertrahi, appellatione non obſtante, quæ vix compleretur, niſi hujuſmodi impertinens, cauteloſa, & calumnioſa rimula clauderetur, ut conſtat *ex dict. l. Regia 54. titulo quinto, libro ſecundo recopilation.* ibi: *Que muchas vezes ſe ſiguen muchos inconvenientes*, &c.

37 Idem etiam expreſsè comprobo ex authoritate ſaltem legis Regiæ 55. & *l. 54. tit. 5. libro 2. recopilat.* ubi diſponitur, quòd etiam auditores ſupremorum tribunalium non expediant inhibitiones, etiam temporales ante exportationem actorum, & cauſæ cognitionem, ut conſtat *ex dict. l. 55.* ibi: *No ſe de inhibicion alguna aunque ſea temporal, haſta tanto, que el proceſſo ſe trayga à nueſtra audiencia, y ſea viſto en ella*, &c. & iterum: *Que ningun Oydor ſemanero pueda dar inhibicion perpetua, ni temporal, y ſi ſe llevare à el en proviſion, la remita à la ſala, para que alli ſe vea por tres Oydores*, & *in l. 54.* ibi: *Que antes que los dichos nueſtros Preſidentes, y Oydores ſobre ello provean lo miren mucho, y què antes de inhibir, ò mandar ſobre ſer, manden noſtros Corregidores*, &c. *que imbien la razon dello*, &c. Ex quibus juribus ſatis maturè à tam graviſſimis conditoribus latè patet, eandem formam, & eandem ſolemnitatem fore neceſſariò adhibendam in inhibitionibus temporalibus, quæ in perpetuis, quæ leges ſaltem ſaltem declarant jus commune, & Tridentinum, ſi fortè foret obſcurum hac in parte.

38 Quod etiam probari videtur ex decreto Conc. Trid. *ſeſſ. 12. de reformat. c. 3.* ubi prohibetur ad abſolutionem appellantis non procedi, niſi viſis actis ſuperiorum, *ibi*, appellans coram judice, ad quem appellavit, acta primæ inſtantiæ omnino producat, & judex niſi illis viſis ad ejus abſolutionem minimè procedat, *&c.*)

39 Quo ſuppoſito rectè infertur, vim fieri, ſi appellationi interpoſitæ à temporali hac inhibitione non deferatur, nam cùm formæ, & ſolemnitatis in ea expedienda requiſitæ omiſſio ipſam vitiare conſtet, reddatque nullam; ſequitur, ut exequi non poſſit, ex regula 4. §. *condemnatum, de re judic.* ac propterea appellatio legitima reputatur, & ut tali ei deferendum, ut *ſuprà* dixi, inhibitione perpetua minùs canonicè expedita, quod omne in hac temporali locum habet, quo ſatisfactum remanet ſecundo argumento contrariæ partis, quo dicebatur, formam à jure requiſitam tantùm obtinere in perpetuis inhibitionibus, quia jura de temporalibus mentionem non faciunt, quia contrarium verius eſſe, probavimus ex ſui generalitate, & virtute, modóque diſponendi.

40 Nec etiam obſtant cætera, & non primum, cui fateor ex ratione, nempe; modici, & temporalis præjudicij inhibitionem temporalem reddi inappellabilem, quando ſcilicet in ea ſervatur forma à jure inducta, & ſic quando expeditur viſis actis proceſſus, & cauſa cognitione adhibita, quæ in ea requiruntur, ut dictum eſt; ſecus autem, quando in d forma peccatur,
41 quæ formæ omiſſio reddit actum appellabilem, licèt aliàs inappellabilis eſſet, ut in eodem judicio momentaneæ poſſeſſionis, & remedio *dict. l. 1. Cod. ſi de momentan. poſſeſſione*, &c. in argumento allegatæ, & probantur multi relati à Menochio *de adipiſcenda poſſeſſ. remedio 4. à n. 844. cum ſequentibus*, Pedemont. *dec. 25. num. 22.* Rodriguez *de annuis redditibus, l. 1. c. 17. à numero 66.* idem Menoch. *de arbitrar. q. 98. à n. 6.* & in aliis etiam pluribus caſibus, ut videre licet per Capicium *dec. 167. n. 3.* Guido Papæ *deciſione 50. n. 2.* Gratian. *in regula 326.* Afflictis *deciſione 823.* cum pluribus aliis *infrà, ſuo loco* citandis. Et quòd illa requiſita pro forma inhibitionis requiratur, probat d. Trid. decretum, *ibi* 42 ſervare teneatur formam, & tenorem ſacrarum conſtitutionum, &c. (cujus omiſſio generaliter aſſolet actum vitiare, text. *in l. cùm ibi, §. prætor. ff. de tranſactio.* 43 *l. hac conſultiſſima, circa prin. C. de teſtament authentica porrectum, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cùm dilecta. de reſcript. cap. Piſanis de reſtitut. ſpolia, c. venerabili, de offic. deleg.* & latè proſequitur, explicat, & declarat Vantius *de nullitat. ſententiarum, tit. quot, & quibus modis nullitas*, &c. *à n. 48. cum pluribus ſequentibus*, & in ſpecie probat Trid. *ibi*, aliter inhibitiones, & proceſſus, & inde ſequuta, quocunque ſint ipſo jure nulla.) Igitur licèt de per ſe talis temporalis inhibitio canonice expedita, ea ratione, de qua in argumento, fiat inappellabilis, tamen ſi minùs canonicè, & abſque cauſæ cognitione expediatur, cùm nulla reddatur, appellabilis efficitur, ex his authoritatibus relatis per regulam *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judi.* de quo late *infrà, 3. p. c. 9. à principio.*

Et minùs obſtat, quod ex Pedemont, diximus *d. deci-* 44 *ſione 30.* quia loquitur in multùm diverſo caſu, ſcilicet; quando acta tranſportantur ad Principem de violentia facta à judice Eccleſiaſtico cogniturum, in quo extrajudicialiter proceditur, & non ſervato juris ordine, & omnibus ejus ſolemnitatibus poſtpoſitis, ut latè probavi *ſuprà, c. 1. & præcipuè cap. 7. in 1. part.* quia cùm tunc hæc extrajudicialis defenſio illi permittatur, nihil mirum, ut ſaltem ex urbanitate, & debita reverentia Eccleſiaſticus interim conquieſcat.

Nec obſtat ultimum ex Andreæ Gaill, doctrina con- 45 ſtituente differentiam inter inhibitionem emanatam virtute appellationis à diffinitiva, & ab interlocutoria, quæ quidem fallax eſt, quia in utraque cauſæ cognitio requiritur, ut de diffinitiva probat Aretin. *in conſil. 75. diligenter, col. 4.* Lapus *allegatione 161.* Roland. à Valle *conſil. 77. viſo num. 24. lib. 2.* Vitallinus *in tractatu de clauſulis, in clauſula nihil nova. appell. pendent. n. 23. verſiculo ſupereſt nunc*, Covarruvias *in practic. c. 24. n. 3.* Minſingerus *ſingul. obſerv. centur. 1. deciſ. 31.* Auguſt. Beroïus *conſ. 119. ex ultima, num. 4. lib. 3.* & alij plures relati, & ſequuti à Lanceloto Robert. *de attenta. 2. part. cap. 20. in præfatione, quæſt. 4. num. 112. cum pluribus ſequentibus*, De inhibitione autem emanata vigore 46 appellationis ab interlocutoria (in qua etiam exctior requiritur cauſæ cognitio) videre eſt cæteros tacendo, per Lancelotum *proximè loco relato, num. 133. cum ſequentibus.* Minùs obſtat Staphilei doctrina de ſtilo teſtantis, is enim abrogatus ſtat hodie expreſsè per dictum Concilij Tridentini decretum *cap. 7.* ſæpe relatum, ut & nos jam probavimus *ſuprà.*

Et licèt in puncto juris reſolutio hujus quæſtionis 47 veriſſima ſit, in diſputando, pro qua quondam uti obſervata, vidi pluries in hoc Senatu vim fieri, appellationi à ſuperſeſſoria, ac inhibitoria temporali vim facere non deferentem, declaratum, poſtmodum autem cùm inter omnes judices Eccleſiaſticos Ordinarios, & delegatos frequentatus eſt, & prævaluit ſtylus hujuſmodi inhibitionis temporalis, per Rotam pariter approba 48 tus, non immeritò etiam illum attendentia ſuprema tribunalia, vim non fieri quotidie declarant, illi omnino inhærendo, quoad violentiæ cognitionem, de quo ſtylo inter judices Eccleſiaſticos teſtantur deciſiones Rotæ 402 incipit, *ſi actor præſens, in novis*, Paul. Æmil. Verall. *deciſio. 13. num. 4. lib. 2.* Camill. Borell. *in*

ſumma

ſumma deciſ. titulo de citatione, *n.*497. Zerola *in praxi, verbo, appellatio*, §.2.1.*p.* Marqueſſan. *de commiſ.* 1.*part. cap.*1. *num.*32. *cum ſequentibus*, Paz *in praxi*, *cap. de cap.*1. *num.*32. *cum ſequentibus*, Paz *in praxi*, *cap. de forma procedendi in foro Eccleſiaſtico*, 5.*p. tomo* 2.*cap. uniforma procedendi in foro Eccleſiaſtico*, 5.*p.tomo* 2.*cap. unico*, *n.*14.*fol.*58. Marc.Anton.Genuenſ.*in praxi Archiep. cap.*69.*n.*6.*in fin.* & idem Marqueſſan. *ubi proximè*, 1. *part. cap.*27. *num.*56. apud quos latiſſimè de materia ſuperſeſſoriæ videre poteris : ac propterea vim nullam facere judicem Eccleſiaſticum, negantium delationem appellationi interjectæ ab hujuſmodi inhibitione temporali, decernitur in Senatu.

49 Alia etiam eſt ſuperſeſſoria, quæ datur à judice contra partem, ut interim ſuperſedeatur in aliqua re, ſeu articulo, quæ etiam abſque partis citatione poteſt revocari, dummodo revocatio intimetur, de qua latè videre poteris Gratian. *diſceptat. forenſ.*2.*part.cap.*322. *à n.*1. *cum duobus ſequentibus*, & nos *ſuprà*, *c.*4. *n.*101; *hac.* 2. *part.*

50 Unum tamen notandum in hac materia non diſſimulabo, ut omnia ea, quæ hactenus dicta ſunt circa utramque inhibitionem, & perpetuam, & temporalem, quæ ut vides, procedunt in appellatione emiſſa ab earum inhibitionum expeditione, & ſic à judicibus eas expedientibus, volo ut repetas, & pariter extendas, in appellationis interpoſitis à judice inhibito, qui virtute alicujus inhibitionis ſe pro inhibito habet, nam propterea ab ipſo appelletur,& pro delatione appellationis Regia curia adeatur, dupliciter declarari ſolet : nam ſiquidem ipſe judex ſe pro inhibito det virtute inhibitionis à jure permiſſæ, & ſolemniter, canonicéque expeditæ, tunc vim non fieri declaratur; quemadmodum ſi appellaretur à judice expediente, diximus ; cæterùm ſi ſe inhibitum dicat virtute inhibitionis nulla, & minùs legitimæ, ac non canonicè expedi-

51 tæ, tunc tertium genus decreti ſolet decerni, nempe: *Que reaſſumiendo la juriſdicion no haze fuerça, y no la reaſſumiendo la haze otorgue, y reponga, &c.* (juxta quæ notant communiter Doctores, præcipuè Abb. & Fel. *in cap. ſignificantibus, de offic. del. gat.*, & Capicius *deciſione* 1. *n.*27. *cum ſequentibus*, ubi latè tractatur quando poſſit judex qui à ſe juriſdictionem abdicavit, iterum reaſſumere Et nos copiosè *ſuprà*, .5 *in* 1.*p.*

52 Hîc & ordine ſucceſſivo difficilis illa ſe offert diſcutienda quæſtio; ad quam namque curiam, ſupremumque tribunal ipſe appellans debeat confugere, ac recurrere pro delatione appellationis emiſſæ ab inhibitione expedita ab uno judice Eccleſiaſtico, exiſtente ſub diſtrictu unius tribunalis Regii contra alium judicem, degentem in diſtrictu alterius, & ut in re hac perfunctoriè agatur tres cauſas debes diſtinguere : ſiquidem namque appellatur ab expeditione inhibitionis tantùm, aut à dante ſe pro inhibito, aut ab expeditione, & datione ſe pro inhibito ſimul. Primo caſu dicendum

53 eſſe puto, ad eam curiam recurrendum eſſe, ſub cujus diſtrictu inhibens deget : enim verò ſi ab expeditione inhibitionis ab ipſo facta appellatur & non ab effectu;

54 coram ipſo neceſſaria appellatio proponenda eſt, & præſentanda, at notat Philipp. Franc. *in c. ſi juſſus, col.*4. *de appell.* Bald. *in l. apertiſſimi, columna* 1. *Cod. de judiciis*, & alii relati per Marant. *de ordine judic.* 6. *p. titulo, de appellat.n.*121.*cum ſequentibus*, Innocent. *in cap. fin. in fin. de appellatio.* Abb. *in c. ſuggeſtum* 15. *ſub num.* 4. *de appellat.* Franch. *in c. ut debitus*, *de appell ſub n.*1. *nota.*3. *&* 4.3.*num.*12. & ibi Cardin. Alexand *num.* 8. latè ipſe Franch. *in d. c. fin. ſub n.*17. Card. Alexand. *ſub n.*11. *de appellat.* Speculator *titulo de appell*, §. *nunc dicamus, num.*10. *lib.*2.*fol.*194. Papienſ. *in forma appell. à ſententia diffiniti. in gloſſ. coram vobis*, *num.* 11. *verſic. quintò quæritur, fol.* 406 Socin. *conſ.* 39. *cap. primum ſub n.*32.*l.*4. Rota *de ij.*50. *aliàs* 29 *ſi appelletur, ſub n.*1. *de appell. in novis.* Grammatic. *dec.*36.*ſolen.n* 76. Joan. Ferrat. *tractatu de appellat. lib.*2. *cap.* 3. *n.*130. *tomo* 5. *fol.*68 Nicell. *tractatu de concord. gloſ. concer.*6.*fallen.*44. *num.*85. *tomo* 18. *fal.*195. Veſtrius *in praxi*, *l.*7. *cap.*3. *n.*27. Gravatius *in additio. ad eum*, *n.* 57. Lancelot. *de attent.*2.*p.c.*12. *ampliat.*15. *n.*1. *de limit.* 50. *num.* 184. Petrus Surd. *conſ.*228. *n.* 1. *l.* 2. Eſcacia *de appell. q.*6. *n.*1. qui *num.*6. dicit aliter nullam eſſe appellationem, nec ſuſpendere : tenet Franc. *in cap. cùm ſit Romana*, 5. *num.*6. *& cap. fin. ſub num.* 17. Cardin. Alexand. *ſub n.*11. *appell.* Grama, *d. dec.* 36. *num.* 77. Lancelot. *de attenta.d.cap.*12. *ampliatione* 4. *num.*2. *&* 3. *& lim.*50. *num.*7. *& n.*184.

Et licèt de jure in tribunali, & præſentia judicis debeat præſentari ſecundùm Surdum *conſ.*228. *ſub n.* 1. *lib.*2. & alios paſſim : tamen de ſtylo ſufficit, ut in officio notarii ſchedula appellationis præſentetur, poſtmodum legenda judici, de quo teſtatur Eſcacia *ubi proximè*, *n.*40. & paſſim alibi, vide *cap.*2.*n.*80. *ſuprà*, *hac* 2.*p.* cui appellationi ſi non defert, ſubintrat violentia, de qua ſola, & de quo ſolo oppreſſus appellans con- 56
queréndus eſt in tribunali, actúſque oppreſſionis, & violentiæ integer, & perfectus eſt tunc abſque alterius dependentia, quia ab ejuſdem judicis facto tantùm appellatur, ab expeditione ſcilicet, & ejus tantùm facto, prout eſt violentia, conqueritur : ergo de primo ad ultimum ſequitur, ut curiæ, ſub cujus diſtrictu hîc degit, de cujus violentia tractatur, pertineat iſta cognitio, *juxta l.*39. *tit.*5. *l.*2. *recopilati.* ibi: *declaramos, que los tales proceſſos vaian acada una de las dichas audiencias, debajo cujos limites eſtubiere el juez Eccleſiaſtico, y alliſe determinen por los Oydores della*, &c. *Junctò c. fin. & ibi gloſſ. de foro compet. c. ſi peccavit* 2. *q.*1. *c. placuit* 6. *q.*3. *c.*1. ubi gl. & omnes *de raptorib.* text. *in l.*1.*C. de juriſd. omnium judic. l.*1. *& l. ſi cui*, §. *penult ff. de accuſatio. authentica qua in provincia*, *C. ubi de crimine agi oporteat*; *capit.*1. *l. ſolent, ff. de cuſtodia reorum*, *l.* 1. *ubi ſenato. vel cleri.* cum aliis, maximè cùm delinquere dicatur judex appellationibus legitimis non deferens, *c. de priore, de appellatio.* & ut delicto infligitur à jure pœna ; ſcilicet depoſitionis in criminalibus cauſis, in civilibus arbitraria ; gl. *verbo de tanto exceſſu, in d.c. de priore*, per text. *in c. aut decreto* 2. *q.*2. text. *in l. quoniam judices, C. de appellationibus.* Philipp. Franch. *in d. c. de priore, col. fin.* Ludov. Roma. *conſ.*5001. *col.*2. Marant. *ubi proximè*, *n.*199. & ad propoſitum mirabilis eſt doctrina Aloyſ. Riccii *in praxi d.* 326. quæ attendenda eſt pro hujus membri reſolutione.

Et mirificè, magiſque in ſpecie facit ad propoſitum 57
reſolutio illius celebris quæſtionis, quam latè tractant Alber. *in l. hæres abſens.* §. *Labeonem*, & ibi Jacobin. de ſancto Georgio *n* 1. Curtius junior *n.*2. & Lancel. Dec. *ff. de judic.* Paul. Caſtrenſ. *in leg. ſi ut proponitur*, & ante cum Bart. & Jacob. de Aren. *n.*2. *ff. de fidejuſſio.* Marſil. *ſingul.*404. *incipit forum, & in l. unica, n* 252. *C. de raptu virg.* Angel *de maleſic. in verbo exiſtens Florentiæ*, *n.*2. & ibi Angel. *in addit.* Fel. *in c. fin. de foro compet. n.*15. Gabr. *concluſ.*1. *l.*7. *n.*27. *in* 7. *amplia.* Marſil. *in l. fin, n.*209 *ff. de jur. omn. jud.* Abb. *in d. c. fin. n.*27. Marian. Socin. *in c. poſtulaſti, de foro compet. n.*4. Dueñas *reg.*378. *in* 3. *ampliatione*, Placa *in Epitome delictorum*, *c.*15. *n.*16. *&* 17. *l.*1. Prac. Corné. *tit. de inquiſitione*, *n.*16. *verſ. ſubjungit tamen alio caſu*, Remig. *de immunit. Eccleſiæ*, *fol.*116. *in* 5. *fallen, n* 3. Clarus *in practi. crim. q.*18. *verſic. item quæro*, Bonacoſa *in common. opin.* 1 *p. verſ. mandans fieri delictum, pag.*109. *in* 4. *col.* Foller. *in pract. crim. verbo, audiantur excuſatoris, n* 103. ſcilicet ; quo diſtrictu punitur, & convenitur is, qui exiſtens in uno territorio mandat alicui, ut delictum committat in alio, in quo ſtat, reſolutio eſt ſecundùm Proſperum Farin. *in pract. crim. q.*7. *n.*18. *verſ. quid tandem dicendum* 1 *tomo* : quòd quando ſumus in caſibus, in quibus effectus puniatur, etiamſi non ſequatur effectus. & ſic ut in ſolo mandato ſit perfectus actus delicti, etiamſi

nondum in effectum, & executionem mitteretur, tunc ad judicem degentem in diſtrictu, ubi mandatum geſtum eſt, ubi eſt mandans, delicti cognitio pertinet, Proſperus in hoc ſequutus eſt Angelum, *de mal. fi. d. verbo, exiſtens Florentiæ, num. 2. in fin.* Petrum à Placa *in Epitome delictorum, d. c. 15. n. 16. & 17.* ubi hanc opinionem communem dicit, & ſequitur Pract. Conradi *d. tit. de inquiſitione, n. 17. in fin.* Alexand. *conſil. 126. num. 13. vol. 3.* Igitur quando appellatur à mandato de inhibendo, facto judici exiſtenti in alio diſtrictu, quantumvis nondum ſit in executionem; & intimationem miſſum, quia ab expeditione ſola poſſe appellari aliquando diximus *ſuprà*, & ſi non deferat, ipſe judex inhibens dicitur vim commiſiſſe, & ſic hic articulus violentiæ de per ſe perfectus eſt, ſine commixtione, & continentia alterius alibi facti: ergo cum totum inveniatur geſtum ſub illo diſtrictu, ubi judex inhibens eſt, ejus ſuprema Curia erit adeunda pro tollenda violen-
58 tia. Riccius *ubi ſuprà, n. 56.*

In ſecundo autem caſu, quando ſcilicèt tantùm appellatur à judice inhibito, qui poſtquam ſibi inhibitio intimata fuit, dixit ſe inhibitum, idem quod in proximè præcedenti reſpondendum eſt, ex eiſdem rationibus, & authoritatibus, quæ pariter in utroque militant, nempe; ut tribunal, ſub cujus deget diſtrictu, de ejus violentia cognoſcat, solùm enim quæritur, ut vis tollatur, & hæc à nullo alio commiſſa reperitur, quàm ab hoc inhibito tantùm, qui legitimæ appellationi ab eo emiſſæ deferre recuſavit, & ſic ab eo ſolo actus hic pendet, ſique ſolus, non alius cogendus eſt, deferre. Hic enim articulus violentiæ perfectus invenitur, & ſimplex nullo alio admixto, & abſque continentia alterius; ergo ei ſoli tribunali ſupremo pertinebit cognitio violentiæ, ſub cujus diſtrictu, & territorio ſtat judex Eccleſiaſticus illam committens: videnda doctrina Riccii *in praxi Eccleſ. d. deciſ. 326.*

59 Tertio autem caſu, quando ſcilicet unus judex exiſtens in uno territorio effectualiter expedivit inhibitionem contra alium judicem exiſtentem in alio, qui inhibitioni obtemperavit & ab utriuſque judicis Eccleſiaſtici inhibentis, & inhibiti facto ſimul appellatur: tunc major extat difficultas; ad quam namque ſupremam curiam pro tollenda violentia recurrendum ſit. Siquidem ad utramque nullo modo poſſit, cùm illa duo commixta, & complicata habeant neceſſariam conſequentiam ad principium, ut cauſa ſcilicet, à cauſato, effectáque ſint unum continens, & una cauſa, cujus continentia dividi non poteſt. *l. nulli, C. de judiciis*, text.
60 *in cap. 1. de cauſa poſſ. & proprie*, text. *in c. 1. §. Papa, de ſequeſtratione poſſ. & fruc.* & quòd utrobique notatur per Doctores, maximúmque ſequeretur abſurdum, ſi in diverſis tribunalibus ſingula diviſione facta vehe-
61 rentur: potuiſſet namque, ex eadem cauſa, & negotio diverſas, & contrarias declarationes fieri, concurrerétque unius tribunalis decretum cum alio alterius, quod magnum foret inconveniens, orrúmque, & non admittendum abſurdum, ſecundùm tradita per Felinum *in c. 1. de præſcript.* Socinum *in cap. 2. de mutuis petitionibus, verſiculo octavo fallit*, & per Iſſ & Decium *in l. ſi mancipati, C. de collatione bonorum*, & latè traditis per Boſſium *de foro competen. n. 110. cum ſequentibus*, Proſperum Farin. *in pract. crim. 1. tomo, titulo de inquiſitione q. 7. n. 48. verſ. 3. eſt ratio.*

62 Propter quod vitandum affirmandum arbitror, utranque curiam, ſupremúmque tribunal competens eſſe cognoſcendi in ſolidum, de violentia ſuper toto negotio, & cauſa, & utriuſque judicis Eccleſiaſtici facto, à quo ſimul appellatio emittitur, ita ut ſit ſenſus, quòd idem tribunal cognoſcat, & adeatur, cujus diſtrictu degit judex Eccleſiaſticus, à quo appellatio proponitur, & ſic ſi coram judice inhibente contingat eam interponi ab expeditione inhibitionis, & à datione pro inhibito, ejus virtute judicis inhibiti ſimul pro delatione ea cu- 63
ria adeunda eſt pro tota cauſa, ſub cujus diſtrictu deget, & econtra, juxta doctrinam huic ſimilem relatam per Joan. Andr. & Philipp. Franch. *in regula in obſc. de reg. jur. in 6.* Abb. *in cap. fin. n. 25. de for. comp.* Bald. *in leg. ſi quis non dicam rapere, col. 3. C. de Epiſcop. & cler.* Marſil. *in l. unica, num. 100. C. de raptis virg. & in l. fin. num. 110. ff. de juriſd. omnium judic.* de eo nempe; qui exiſtens in uno territorio, ſeu diſtrictu, emiſſa ſagitta ſeu ſclopo, aliquam in alio territorio occidit, ut hoc caſú uterque judex ſit competens, ſecundùm præfatos Doctores, & contrà Bartol. & Felin. aliud ſentientes communem eſſe opinionem teſtantur Abb. *dict. n. 25.* Alber. *in 4. p. ſtat. quæſt. 79.* Nullus *de bann. in 2. p. 1 temp. quæſt. 8.* Clarus *d. q. 28. verſ. item pone.* Pract. Conradi, *titulo d inquiſitione, num. 16. verſ. Attamen uſque ad n. 17.* Farin. *ubi proximè, n. 46.* & facit etiam illud mandantis, & mandatarii delictum committi in
diverſis territoriis exiſtentibus, quando ſcilicet; non 64
ſolo mandato perficitur delictum, ut *ſuperiùs* diximus; ſed quando poſtquam illud cum effectu commiſſum eſt, ut tunc utriuſque territorii judex competens ſit ad cognitionem delicti, ut videre licet per Proſperum Farin. *loco proximè citato, n. 48. aa fin. & per totum.* Quid autem ſit dicendum de violentiis commiſſis à duobus judicibus ſe invicem inhibentibus in diverſis territoriis, ſeu diſtrictibus exiſtentibus, *inferiùs* dicemus commodiori loco.

Succedit nunc, ut inquiramus de violentiis contin- 65
gentibus circa inhibitiones inter ordinarios Eccleſiaſticos, & conſervatores delegatos, ſiquidem inter ipſos lis, & controverſia oritur ſuper competentia juriſdictionis, cuinam alicujus rei, vel cauſæ cognitio pertineat? In quo maxima confuſione reperio, fuiſſe loquutũ Cevallos, à quo vix veritas deduci poteſt; quatenus attinet ad articulum violentiæ. Nos autem diſtinguentes conſideramus, aut inhibitio expeditur à conſervatore, cognoſcere volente de aliquo negotio contra judicem ordinarium, qui pariter cauſam ad ſe pértinere dicit, à qua inhibitione appellaverit pars certans circa conſervationem non compariturum, vel non conveniendum, & ſic ejus juriſdictionem declinans. In quo abſolutè loquendo Cevallos *4. p. communium opin. q. 897. n. 441 cum duobus ſequentibus*; affirmat, vim fieri, nulla facta mentione appellationis, an ſcilicet, appellatum, vel appellandum ſit ab inhibitione, nec aliquo probato circa illegitimitatem appellationis, cùm ut omnibus notum eſt, ſit pars magis eſſentialis ad hunc articulum violentiæ (de quo agimus.) nam ad hoc, ut vis detegatur; priùs inquiritur, an fuiſſet appellatio legitima, legitimèque interpoſita necne, ut *in c. 2. à n. 64. ſuprà, hac prima parte* probavi, *& in proœmio*, & conſtat ex diſcurſu operis totius: quapropter abſolutè, & genericè loquendo, ſi appellationi ab hujuſmodi inhibitione emiſſæ judex conſervator non detulerit, vim nullam facere affirmo, cùm à ſententia merè interloquutoria proponatur abſque aliqua qualitate à Conc. Trid. appellationi requiſita, à qua minùs eſſe legitimam appellationem ad principium hujus quæſtionis, ſeu capituli, ſatis probatum reliquimus, quod non repeto, ſed potiùs quæ ibi adduximus, pro repetito habeas.

Quod tamen fallere, aio, ſi aliqua nullitas in ipſa in- 66
hibitione expedienda, interceſſiſſe dicatur, ut ſurſum tam circa inhibitionem perpetuam, quàm circa temporalem diximus; quo caſu illa conſiderari quit, quando ſcilicet ipſe judex conſervator nullam priùs, vel non ſufficientem, (prout neceſſarium eſt) facit probationem, ſeu informationem qualitatis ſuæ juriſdictionis, nempe; manifeſtæ, & notoriæ injuriæ, & violen- 67
tiæ, in quo ſolo ejus juriſdictio fundatur: in text *c. 1. de offi io, & poteſtate judicis delegati, lib. 6. cap. fin. eodem titulo.* Concil. Trident. *ſeſſ. 7. cap. 14. & ſeſſ. 24. cap. 5.*

&

& l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. recop. non autem aliter, aliàs, vel alio modo, ut probat text. *in d. c. fin.* ubi decernimus, ut ſi de aliis, quàm de manifeſtis injuriis, & violentiis ſcienter ſe intromiſerint, ſeu ad alia, quæ judicialem indaginẽ exigunt, ſuam extenderint poteſtatem, eo ipſo per unum annum ab officio ſint ſuſpenſi *&c.*)

68 Et idem probant cætera jura, qualitas namque attribuens juriſdictionem (velut ejus fundamentum) ante omnia neceſſariò diſcuti, probari debet, *l. 2. §. ſed ſi dubitatur, ff. de judiciis, l. ſi quis aliena, eodem tit. l. 1. §. ait prætor, ff. nequit in flumi. publ. 1. §. docere, ff. vi bonorum raptorum*, Bart. *in l. multum, ff. de condictionib. & demonſtra. & in l. ſi finita, §. Julianus, ff. de damno infecto*, Paris de Puteo *de ſyndicatu, §. judices puras, col. 3. verſ. judici ſemper, num. 3.* cum aliis relatis ab Andrea Gaill. *in tractat. de pace publica, c. 13. num. 12. cum ſe-*

69 *quentibus, lib. 1.* imò, & quod magis eſt, licèt ad tribuendum juriſdictionis exercitium ſatis ſit, quòd in libello deducatur qualitas juriſdictionem tribuens, licèt de ejus veritate dubitari poſſit, prout notat Anton. de Butrio *in c. cæterùm, verſ. venio ad gloſſam, de judiciis*, ſequutus à Nicolao Milis *in repertorio verbo judex, qui vult procedere*, Lapo *allegatione 59. in Dei nomine, verſic. quæritur, & allegatione 65. incipit, nunquid, poſt princ.* Angel. *conſil. 6 incipit, dictum ſtatutum, n. 6.*

70 Quod quidem non procedit, nec ſic allegata qualitas in libello attenditur, etiam ad juriſdictionis exercitium; quando à principio qualitas hujuſmodi ad impediendam juriſdictionem ex adverſo negata ſit, quia tunc debet ſaltem ſummariè, plenè tamen probari ſecundùm communem Doctorum opinionem, de qua teſtantur Alexand. *conſil. 1. num. 7. lib. 5.* Felin. *in cap. ſi clericus laicum, col. 2. verſic. prima concluſ. de foro competenti*, Aymon Craveta *conſ. 196. & ſi abundè, col. 2. in fin.* Afflict. *deciſ. 197. incipit. plures*, Proſp. Farinac.

71 *in pract. crim. 1. tom. quæſt. 8. n. 85. cum ſequentibus*, juriſdictioniſque defectus nullitas major aliis omnibus ſemper reputatur, *clem. unic. de ſequeſtr. poſſ. fruc.* Angel. *in l. non erit, §. dato, ff. de jurejur.* Felin. *in cap. ex parte, el. 2. fall. 7. de offi. delegati, & in rubr. de foro competen. verſic. tertium fundamentum, & in cap. paſtoralis, verſic. amplia etiam, de exceptio.* Alex. *conſ. 79. in cauſa, & lite, in fi. l. 7.* Dominicus *in cap. tua*, per text. ibi *de offi. Vicarii*, Abb *in cap. cauſam quæ, in 3. nota de reſcr ptis*, Egidius *conſ. 207. auditur, i ca fin.* Felin. *in cap. cùm olim, col. 7. de re ju.*, dicitúrque incurabilis, & inſanabilis defectus ſecundùm Staphileum *in tract. de literis gratiæ, & juſti. fol. 145.* & alios relatos per Vantium *de nullitate ſententiarum ex defectu juriſdictio. & unde, &c. à princ.* ubi plurima huic nullitati attributa

72 congeſſit, ergo ſi de ea debet priùs conſtare, ut dixi, non conſtat, inhibitio non valet, nec canonica dici poteſt, cùm ob eam non habente expediri non poſſit, ex his, quæ latè Lancelot. *de attenta. 2. p. cap. 10. in præfat, à princ.* & probatur expreſsè *in d. Trid. decreto, ſeſſ. 14. cap. 7.* ibi privilegiis, exemptionibus, conſervatorum deputationibus & eorum inhibitionibus adversùs præmiſſa nequaquam valituris, *&c.*

73 Igitur evidenter procedit regula, ſeu potiùs limitatio, quam *ſuperiùs* ad inhibitionem perpetuam, & temporalem poſuimus; ut per inhibitionem nullam ex aliquo juris capite & ſic non canonicam, juſtificetur appellatio, eaque legitima reddatur: etiam in caſibus

74 aliàs non appellabilibus, *ex l. 4. § condemnatum, ff. de re jud.* ut latè ibi probavi, facitque attentatum judex qui eam ſententiam exequitur ex his, quæ tradit Lancelot. *2. part. c. 12. de attenta. limit. ...per totam*, Curiique ſuprema pro violentia abhibita, eam interveniſſe, declarabit, appellationque eſſe deferendum. Aliter etiam, hoc eodem themate retento, iſthæc appellatio conſideratur legitima, ſi orta controverſia competentiæ juriſdictionis, judex conſervator minimè conquieſcens in cauſa de facto procedat ad ulteriora, inhiben- 75
do, anteaquam juxta Concilium Trid. ab arbitris hæc competentia terminetur: nam cùm ejus decreto expreſsè diſponatur, tradatúrque pro forma, ut inter ordinarium, & conſervatorem orta controverſia per arbitros electos terminetur, & interim quieſcant in cauſa, *in ſeſſ. 13. cap. 5.* ibi, aut ſi qua inter ipſos judices conſervatorem, & ordinarium controverſia ſuper competentia juriſdictionis orta fuerit, nequaquam in cauſa procedatur, donec ſuper ſuſpenſionis, aut juriſdictionis competentia fuerit judicatum, *&c.*

Et tunc à tali inhibitione emiſſa appellatio dupli- 76
citer poteſt legitima reputari. Primò, quia à judice conquieſcere debente, & ad ulteriora procedente, appellatio etiam jure civili admittitur: text. eſt *in l. ſive pars*, ubi notatur *C. de dilationibus*: text. *in c. ſignificante, de appell.* ubi Philipp. Franch. & alii. Et quia à judice, qui poſt oppoſitam ſibi exceptionem declinatoriæ ad ulteriora procedit, licitè poſſe appellari, notant omnes *in authentica habita*, per gloſſam ibi *C. ne filius* 77
pro patre, & notat Philipp. Franc. *in c. ex parte*, ubi latè *de appell.* ergo in noſtro caſu idem eſt dicendum. Et probatur etiam ex his, quæ latè proſequuti ſumus *ſupra, hac 2. p. c. 6. n. ... & infrà, 4 p. c. 13. pe totum* ab inordinato proceſſu emiſſa, junctis verbis Concilii Trident. *in d. c. 5.* (nequaquam in cauſa procedatur, donec ſuper ſuſpenſionis, vel juriſdictionis competentia fuerit judicatum, *&c.*) quibus verbis ordinem procedendi deſcribi conſtat.

Deinde quoniam iſthæc ſic expedita inhibitio eſt 78
nulla, cùm expendatur tempus, quo judicis officium debet conquieſcere, & eſt actus attentatus, ita tenent Philipp. Franc. *in d. c. ſignificante, de appell. n. 5.* deciſio Rotæ 37. aliàs 406. *nota, quòd ſi judex, num. 2. de appell. in antiq.* Nicolaus Milis *in repertorio, in verbo, juriſdictio ſicut fol. 194.* & quod ſit ipſo jure nullus, ſicut geſtus poſt appellationem legitimam, vel recuſationem, tradit Probus *in add. ad Joan. Mona. in rubr. ut lite pendan. in 6.* & eſt deciſio inter reſoluta per Thomam de Tanis 108. incipit *in eandem*. Pariſ. *conſil. 106. Bonifacius, n. 14. lib. 4.* Bald. & Cin. *in d. l. ſive pars, C. de dilation.* Lap. *alleg. 2. ſub num. 7.* Rot. *in deciſ. 37.* ergo cùm ſit inhibitio nulla, appellatio ab ea legitima debet reputari, & per conſequens vim fieri manifeſtam, ſi ei non deferatur, in Senatu declarandum, ex his, quæ dicta ſunt *hoc capite* millies.

Quod adeò proce lit, ut judex Ordinarius nullo 79
modo teneatur parere huic inhibitioni, ſic de facto expeditæ, cùm conſervator dubiam, delegatus verò fundatam, & radicatam habeat a jure juriſdictionem, ita Rota *deciſ. 58. d. ...pp lat. in novis, & deciſ. 75. eo-* 80
dem tit. in antiquis. Surdus *conſ. 424. num. 35. lib. 3.* Decius *conſil. 460. num. 20 lib. 3.* Corneus *num. 25. lib. 3.* Pariſius *conſil. 168. n. 9. & 21. volum. 3. num. 1.* Socinus junior *conſ. 43. col. 4.* Mandoſ. *in tractatu de inhibitio. quæſt. 28. n. 2.* Rolaud. *conſ. 77. n. 26. volum. 2.* Vantius. *de nullit. ex defect. juriſd. n. 142.* Cov. *in practicis, q. 24. num. 3.* cùm idem ſit judicandum de inhibitione nulla, minùs ſolemniter, & minùs canonicè expedita, ſicut de injuſta, & contra jus, ut iſta eſt evidenter text. *in cap. 2. de integ. reſt.* & ibi Abb. *n. 5* Paul. Pariſius *loco proximè citato, n. 11.* Surdus *conſ. 224. conſ. 34.* Marta *de juriſd. 2. part. ...* 4. ubi explicat, an quilibet judex poſſit cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, & an poſſit ab altero inhibere, tenet in terminis hujus fundamenti Cevallos 4. *p. commun. opinion. quæſt. 897. n. 855. cum ſequentibus.*

Ad id etiam bene ponderanda loca Concilii Trid. *ſeſſ. 7. cap. 4.* ibi, inhibitionibus adversùs præmiſſa nequaquam valituris (*& in d. cap. 10 ſeſſ. 24.* ibi, nulla inhibitio executionem quoquo modo impediat.) *& in cap. 1. ſeſſion. 13.* ibi, nec Epiſcopus, ſeu Vicarius

appellationi hujuſmodi tanquam frivolæ deferre teneantur, ſed ea, quæcunque inhibitio ab appellationis judice emanata, non obſtante, ad ulteriora valeat
81 procedere, &c.) Ex quorum jurium, & decretorum verbis expreſsè conſtat, frivolis inhibitionibus, & contra jus expeditis, nequaquam parendum eſſe, quod etiam advertit Cevallos *loc. cit.* quæ decreta, vel ſaltim alia ſim lia ejuſdem Trid. nempe; *cap.* 10. *ſeſſ.* 24. *de reform. & c.* 14. *ſeſſ.* 25. *de reform.* voluit intelligere,
82 & interpretari Gondizal. de Paz *in praxi*, 5. *part. tom.* 2. *cap. unic. num.* 141. ſecundùm intellectum, & interpretationem à nobis *ſuprà*, *num.* 26. traditam textui, *in cap. Romana*, §. *ſin autem poſt ſententiam*, *de appellat. in* 6. dum probavimus, textum illum, dum diſponit, inhibitione expedita à ſuperiori in caſibus à jure aliàs inappellabilibus parendum eſſe, & ſuperſedendum in executione ſententiæ, à qua appellatum eſt; procedere, quando judex ſuperior ultra cauſæ cognitionem requiſitam à jure quibuſlibet inhibitionibus; in his, quæ expediuntur in caſibus, quibus à jure prohibetur, appellari ſimul cognovit; an appellatio admittenda ſit, vel non, ſecus autem quando judex ſuperior, hanc cauſæ cognitionem ſimul non adhibuit.

83 Quæ interpretatio veriſſima eſt, & tenenda generaliter, de quo 3. *part. cap.* 14. *à num.* 68. tamen quatenus Gondizal. de Paz *ibi* affirmat, illa decreta Concilii pariter eſſe intelligenda, juxta illam, ita ut Epiſcopus, vel ejus Vicarius ſuperſedere teneantur in executione illarum ſententiarum, (de quibus in d. Trid. locis) intimata ſibi inhibitione cum præfata cauſæ cognitione expedita; ille nimis perperam fallitur, cùm illis decretis, & caſibus permiſſum ſit, Ordinario exequi, & non obtemperare inhibitionibus ob illorum decretorum ſpecialitatem, & expreſſam providentiam.

Etenim licèt ſingula jura tam Concilii, quam *cap. Romana*, procedant inhibitionibus, & caſibus prohibitis appellare, diverſa tamen ſunt in diſpoſitione, quoniam Trid. decreta non ſe continuere ſub terminis, & limitibus *d. cap. Romana*, §. *ſin autem*. ſed ultrà procedunt, clariſſimè providentia, ut his in caſibus nulla inhibitio executionem impediat quoniam ad ulteriora procedatur ex his, quæ adducit Lancelot. Ro-
84 bert. *de attentat.* 2. *p. cap* 20 *n.* 11. ut quando Principes mandant, quòd non obſtante inhibitione aliquis reintegraretur in poſſeſſionem, vel aliquis alius actus explicaretur, nulla inhibitio arctet, ſed admittat vires ſuas, & ea expreſſa ad ulteriora valet procedi abſque metu attentati, ut in id rectè nonnullas applicat doctrinas, & fundamenta, quæ diſpoſitio cùm non inveniatur in caſu text. *in d.* §. *ſin autem*, nihil mirum, ut diverſo jure cenſeatur, & inhibitio canonicè, & debita cauſæ cognitione expedita ſuum debitum effectum fortiatur, ut dictum eſt.

85 Ideóque omnes inhibitiones, quantumvis canonica cauſæ cognitione expeditæ, comprehenſæ, & excluſæ cenſentur in dictorum decretorum caſibus, ut clarè demonſtrant. Maximè ex natura & virtute dictionum, quibus utuntur, prout eſt dictio (nulla) dictio (quæcunque) & dictio (quoquo modo) ut de dictione (nulla) quæ cùm ſit negativa univerſalis, ſeu generaliter concepta totum excludit, latè dicit Decius *in conſil.* 3. *diligenter*, *column.* 4. *num.* 4. latiùs Tiraquell. *in l. boves*, §. *hoc ſermone*, *in* 7. *limit. num.* 4. *ff. de verb. ſignific.* Roland. à Valle *in tractat. de lucro dotis*,
86 *quæſt.* 31. *n.* 7. & Alciat. *conſ.* 6. *n.* 17. *lib.* 4. & de dictione (quicunque:) quæ eſt apta comprehendere omnes caſus, etiam expreſſis majores. Fel. *cap. de quarta*, *n.* 15. *de præſcript.* Gome. *in reg. de triennali*, *quæſt.* 2. *verſ. tamen is*, Creſcentius *deciſ.* 1. *de privileg.* Cæſar de Graſ-
87 ſis *deciſ.* 1. *&* 6. *& deciſ.* 2. *n.* 3. 4. *&* 5. cum allegatis per eum *eodem tit. de privilegiis*: dictionem autem (quoquo modo) includere ea, quæ aliàs non comprehenderetur, affirmat Decius *conſ.* 373. *num.* 5. per text. *in cap. ad noſtram*, ubi gloſſ. *de probationibus*, *verbo*, *quoquo modo fecit*, *l. penult. de teſtam. milit. l. his ſolis*, *de conditione indebiti*, *c. ſi perfodiens*, *de homicidio*, & idem Decius latè *in d. c. ad noſtram.*

Nunc & alia ineſt intricata tollenda difficultas, 88
quiſnam judicum, quibus diverſa reſcripta Romana è Curia emanata, ſuper cauſa appellationis, per utramque partem in eadem cauſa, ab eadem ſententia, vel à diverſis interpoſitæ, séque invicem inhibentium, violentiam facere dicatur, appellationi à tali inhibitione interpoſitæ non deferens, (de materia hac in genere hujus quæſtionis videndi ſunt ſcribentes *in c. ut debitus honor*, *de appellationibus*, *& in cap.* 1. *de reſcriptis*, *& in cap. paſtoralis*, *eodem titulo*, & alibi paſſim.)

Ad ejus tamen veram cognitionem notandum eſſe 89
moneo, uni tantùm ipſorum juriſdictionem in totum, & in ſolidum pertinere, eúmque tantùm de cauſa cognitúrum, ut notatur ab omnibus *in d. cap. ut debitus*, *& d. cap.* 1. *& cap. paſtoralis*. ipſum igitur, qui juriſdictione caret, eo quòd ſuo reſcripto uti non poteſt, quia alterum prævalet, inhibere nullo modo poteſt, cùm deficiat anima inhibitionis, juriſdictio, juxta ea,
quæ latè per Lancelotum *de attenta.* 2. *p. cap.* 20 *in* 90
præfat. quæſt. 1. *à n.* 22. Gaſpar Guill *in Rota deciſ* 219. *part.* 3. Martam *in compilat. deciſ. tom.* 1. *tit. de inhibit. cap.* 7. *& c.* 8. & poſt alios Cardin. Tuſc. *pract. concluſ. tom.* 4 *lit. I. concluſ.* 141. *num.* 6. Alexand. *conſ.* 60 *lib.* 7.
ejuſque inhibitio nulla ſit ex hujuſmodi juriſdictionis 91
defectu, & eodem Lanceloto. & his, quæ *ſuprà*, *hoc c.* dixi, ſuccedit, cùm appellatio legitima ſit, quam juſtificat nullitas, ut vim faciat manifeſtam, inſtando pro actus nullius executione, ideo deferendum declaratur. Econverſo autem, cùm apud alium judicem tota remaneat juriſdictio, ac totius cauſæ in ſolidum cognitio, nulli fit injuria, nec violentia, ea utendo, & canonicè inhibendo, juxta regulam, *qui jure ſuo*, *de regulis jur. in* 6. quare huic judici cauſam remittendam, ut ad ulteriora procedat, in Senatu declarabitur, pariter, & vim non facere appellationi ab eo, ejúſque inhibitoria interpoſitæ non deferenti, cùm à juſta, & canonica inhibitione, tanquam ab interlocutoria mera non appellare; probavi, *ſurſum*, *à principio hujus capituli.*

Quomodo autem cognoſcetur, quis judicum ha- 92
beat juriſdictionem, qualéque horum duorum reſcriptorum prævaleat, an fortè temporis anterioritati ſit ſtandum: Et brevibus reſolve: quòd ad hoc ut ſecundum reſcriptum etiam de priori non faciens mentionem, ei prævaleat; Tria ſimul circa ipſum concurrere debent neceſſariò: prior, ſcilicet; præſentatio coram ſuo judice, prior citatio ejus virtute emanata, & prior citati exceptio; nempe; quando citatus virtute ſecundi reſcripti excipit de ſuo reſcripto, allegando aliud ſe 93
habere, & hoc anteaquam illud ſuo judici præſentaret, quia his tribus requiſitis, ſimul concurrentibus in ſecundo reſcripto, ipſum prævalebit, *juxta c. ut debitus honor*, *appell.* ejuſque communem intelligendi modum, communémque concluſionem, quam ſequuntur, ibi Abb. Panorm. Peruſinus, Præpoſitus, & Decius, & hos Martinus Navarr. *in prælect. c. cùm contingat* 13. *cauſa multa in princ.* quam etiam probant Panor. Immola, Felin Dec & Ripa *in cap.* 1. *de reſcriptis*, & an etiam vera ſit, quando reſcriptum primum præſentatum erat generale, ſecundum verò præſentatū ſpeciale, vide eundem Nav *ibi*, ubi etiam de aliis dubiis videbis.

Supradicta reſolutio à nobis tradita, ut ille judex 94
vim faciet, cui juriſdictio non competit, ejuſque reſcriptum revocatum; non ſolùm veriſſima eſt, quando jam determinatum ſit, quale eorum debeat prævalere, quod ita fieri ſolet, ut ſi ſunt diverſi judices impetrati, & primi declaraverunt, ad ſe ſpectare juriſdictionem, ſecundi etiam idem facère, vel quia primum

primum reſcriptum revocatum eſt per ſecundum, vel alia cauſa, ſive dubium ſit in facto, ſive in jure, poterunt ſimul, & ſemel cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, ſi neuter eorum alteri vult hanc competentiam terminandam cedere; ſi autem ita ſimul cognoſcentes diſcordant, eligendi ſint arbitri, ut hoc faciant, text. *in c. paſtoralis, de reſcriptis*, per quem ita tenent Innocent. Antonius de Butrio, Abb. Fel. & Decius *in eodem cap.*
95 *paſtoralis*, quos etiam ſequitur Marta *de juriſdictione, 2.p.cap.4. num.* 13 *&* 14. cùm generale ſit, ut quilibet judex poſſit cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, ut de delegato probatur *in l. præſcriptione, C. ſi contra jus, vel utilitatem publicam*, ubi Bart. & eſt caſus *in cap. ſuper literis de reſcript. in fin. & d. c. paſtoralis*, ubi Innoc. *& in c. ex parte.* ubi Abb. *in 3. nota. eodem titul.*, de quo & aliis cæteris judicibus Marta videndus *loco proximè*
96 *relato à princ.* Sed etiam procedit adhuc præfata reſolutio, quando nondum ita determinatum ſit quia ex reſcriptorum, & proceſſus inſpectione ſatis notoriè apparebit in Curia, cujus juriſdictio ſit, quinam ea careat, ut articulus violentiæ, & detegi, & determinari queat, quale ſit anterius reſcriptum, quale prius præſentatum quale prius exceptum, quale generale quale verò ſpeciale, & quale alterius mentionem faciens.

Ultimo loco ſe offert, ad quam curiam recurrendum
97 ſit pro tollenda violentia, quando iſti judices ſe adinvicem inhibentes degunt in diverſis diſtrictibus, in quibus ſingula tribunalia ſuprema reſident. Et ne lectoris animum ſuſpendam, brevibus reſolvo, ut ad hanc quæſtionem trahamus omnes doctrinas, & diſtinctiones, quas *in hoc cap.* in alio ſimili propoſito adduxi, illud præ oculis habendo, ut inſpiciatur, à cujus judicis ſolo facto, & gravamine appellatur. Nam ad curam tunc, ſub cujus diſtrictu ipſe judex degit, recurrendum eſt, pro violentia tollenda; ſi autem utraque pars appellat à cujuſlibet judicis inhibitione, quia tunc hic articulus effectus eſt unum continens, quælibet curia adire poteſt; pro utriuſque judicis violentia cognoſcenda. continentia cauſæ dividantur, juxta ea, quæ latè *ſurſum* probavi, & ſic de ſingulis.

Cæteras autem difficultates, quæ circa inhibitiones accidunt, cognitis, & viſis principiis, & doctrinis *hoc in capite* adſcriptis, facillimè per te ſolum vincere potes: vide circa hanc difficultatem mirabiles doctrinas, quas adduximus *infra, 4. p. c. cap.4. ante fin verſiculo ultimo pro ne eſſario complemento, à n.41.* & vide *ſupra, cap.2.§... ad fin. 1. p. à n.10.*

CAPUT XI.

A ſententia reddendæ rationis contra adminiſtratorem rei piæ, vel profanæ latæ, appellationi emiſſæ non deferens, an vim faciat.

SUMMARIUM.

Trid.ſeſſ.22.de ref.c.9.circa reddendam rationem ſingulis annis per adminiſtratores Eccleſiæ etiam laicos, n.1.

Ad rationem reddendam, ſi ex fundatione, aut conſuetudine aliqui ſint deputati rei piæ, Ordinarius etiam adhibeatur, num.2.

Ratio reddenda Ordinario adminiſtrationis rei piæ, etiamſi in fundatione prohibeatur expreſsè, n.3.

Rationis reddendæ ſententia contra adminiſtratorem merè interlocutoria eſt, n.4.

Rationis reddendæ à ſententia contra adminiſtratorem rei, vel loci pii, appellationis non eſſe deferendum, omnes conveniunt, n.5.

Rationis reddendæ à ſententia contra adminiſtratorem rei profanæ, an appellationi non deferens, vim faciat, n.6.

Ratio reddenda coram proprio Epiſcopo; nec antea ad Metropolitanum permittitur reddere, n.7.

A cauſæ ſententia an appellatio admittatur, n.8. & n.25.

Appellationis prohibitio ex natura cauſæ, ut in alimentis, &c. eſt privilegium: quando verò ex odio, ut in contumace, confeſſo, &c. eſt pœna, n.9.

Rationem non reddentes debito tempore odio lex habet, num.10.

Omiſſum ab ſtatuto habetur pro omiſſo maximè in diſpoſitionibus ſtrictis, n.11.

Rationis reddendæ à ſententia contra adminiſtratorem rei profanæ, appellationi non eſſe deferendum, verius defenditur, à n.12.

Rationem ſuæ adminiſtrationis jure divino reddere, adminiſtrator tenetur, n.13.

Rationem adminiſtrationis reddere obnoxius eſt omnis adminiſtrator ſive neceſſarius, ſive voluntarius ſive à jure, ſive a judice, vel homine conſtitutus; & etiam ſine mandato, num.14.

Rationem reddere tenetur etiam ſummus Pontifex, ſi ſit adminiſtrator, n.15.

A ſententia lata in obſervantia juris ita diſponentis appellationi non defertur, n.16.

Appellari nequit, ne fiat quod de jure fieri debet, n.17.

Appellari nequit à juris diſpoſitione, n.18.

Rationis reddendæ à ſententia appellatio frivola eſt, quia nullum juris effectum ſortiri poteſt, n.19.

Rationis reddendæ ſententia eſt merè interlocutoria, aliam expectans poſt ſe calculationibus peractis, & de praxi, num.20.

Ex calculatione, & computatione rationis adminiſtrator creditor poteſt apparere, interim autem nullus debitor judicatur, n.21.

Rationis reddendæ ſententia utrique parti & communis, & favorabilis eſt, n.22.

Auth. de ſanctiſ. Epiſc. p. §. œconomos collat.9. *interpretatur, n.23.*

Adminiſtratoribus appellatio denegatur à ſententia reddendæ rationis propter odium, quo habentur à jure ob non redditam debito tempore, n.24.

Et in favorem adminiſtrationis reddendæ à jure conſideratum, ibid.

Pia cauſa non prohibet appellationem de per ſe, n.25.

Ratio eadem quando eſt in pluribus caſibus, pariter decidunt non per extenſionem n.26.

Etiam in diſpoſitione odioſa, & pœnali, n.27.

Tractu permiſſo inter conjuges etiam extenditur ad ſocios extraneos, n.28.

A ſententia reliquatorum hoc eſt, de alcance, appellatio non datur, n.29.

Rationis reddendæ a præcepto contra adminiſtratorem rerum profanarum non poteſt appellari, n.30.

Tutor, ſeu ejus hæres non poteſt appellare à ſententia de reddenda ratione tutelæ, n.31.

Diſpoſitio continens favorem, & odium, tota judicatur favorabilis, n.32.

Caſus omiſſus ſimilis expreſſo ex identitate rationis pariter in diſpoſitione comprehenditur, n.33.

Rationis reddendæ ſententia contra adminiſtratorem rei piæ, vel perſonæ excludit appellationem, ſi appareat illum adminiſtratorem miſſe, non alias, n.34.

Diſpoſitio non verificatur, niſi prius verificetur qualitas, ſuper quâ fundatur, n.35.

Rationem reddere qui de jure non tenentur, vel qui tenentur, ſi ante tempus compellantur, poſſunt appellare ſuſpenſivè, n.36.

Rationum calculatio, & computatio poſtquam calculatores ſua dederunt vota, privatim tamen, an appellatione ſuſpendatur ante partem recognitionem, & approbationem coram judice, n.37.

Rationes, & calculationes, ſi tranſeant in contractum, executionem habent, ſicut cæteri contractus, n.38.

Kat omnia computata, hoc eſt, el final alcance, *quomodo ſint coram judice recognoſcenda per debitorem, & de praxi, num.39.*

Rationes, & computa privatim ſi pars coram judice non recognoſcat, & appellet, erit deferendum, q.40.

Et quid in computationibus rei p. etiam privatis, n.41.

Calculus revidetur per alium calculatorem reclamantem aliqua parte, quod tertius ſe conformet, exequitur, n.42.

Liquidatio ſententiæ reddendæ rationis, non recipit appellationem ſuſpenſivam, n.43.

Executor ſententiæ de reddenda ratione non excedit ſi exequatur computa, hoc eſt, los alcances, *n.44.*

Rationis reddendæ ſententia qua tutor, ſeu alius adminiſtrator, condemnatur, non ſuſpenditur per appellationem, n.45.

1 ADMINISTRATORES tam Eccleſiaſtici, quàm laici fabricæ cujuſvis Eccleſiæ etiam cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, eleemoſynæ, montis pietatis, quorumcunque piorum locorum, ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario, conſuetudinibus, & privilegiis quibuſcunque in contrarium ſublatis, niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ, expreſsè cautum eſſet quòd ſi conſuetudine, aut privilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius, aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur. Verba ſunt Concil. Trident. *ſeſſ.22. de reform. c.9.* ſuper quod multa in declarationem dixêre Cardinales, quæ per te videre poteris; exornant Barboſ. *in remiſſ. ad illud* Joan.Gutier. *can.q.lib.1. c.35.* Flores de Mena *pract. quæſt. lib.3. quæſt.21 n.180. cum multis ſequentibus*, Gratia. *in diſcept. forenſib. c.395. à num. 1. cum ſeqq.* idem Gratian. *deciſion.188.*

2 Aloyſ. Ricc. *in collecta. deciſio.p.3. collecta. 714.* & alii citandi, omnes unanimiter profitentes confirmationem dicti decreti Trident. ut exiſtente conſuetudine, aut fundatione, qua aliqui ſint deputati, quibus adminiſtrationis locorum piorum ratio reddatur, nihilominus cum eis Ordinarius omnino debet adhiberi.

Illud tamen ego, licet obiter, adverto in tantum verum eſſe ad Ordinarium pertinere, harum adminiſtrationum redditionem rationis; ut etiamſi fundator in
3 fundatione, hoc expreſsè prohibuiſſet Ordinario, ne ſe intromittat in regimine, & adminiſtratione, adhuc conditione tanquam turpi, & contra ſubſtantiam, & naturam actus appoſita, exploſa, & rejecta, liberè poterit ſe in adminiſtratione intromittere, ut per Joann. Gutier. *in repetitione, l. nemo poteſt, num.449. de legat. 1.* contra Mencha. *de ſucceſſorum creatione*, §.7. *num.17.* Abb. *in cap. requiſiſti, de teſtam.* & Innoc. (cujus originalis eſt hæc opinio) *in c. Later. num.5. de præb. in cap. cum dilectus, n.24. de conſuetud.* ubi Imm. *n.22.* reſolvit, ut veriſſimam Cevall. *pract. q. com. opin. q.282. à n.19. cum ſeqq. & ſuprà*, vide quæ Barb. *in rem. ad d.c.9. Trid.*

Quo cognito, notandum eſt, hoc capitulum cum aliis hujus prioris partis poſſe ſedere. Etenim ſententia, qua Ordinarius, ſeu judex profert adversùs aliquem adminiſtratorem de reddenda ratione, non diffinitiva eſt, ſed merè interlocutoria, ut dicit & rectè Muno de Eſc. *in c. tr. de ratiocin. 4. n.5. in princ.* quoniam hæc non definit negotium principale, ſed ſolùm principiat, cùm alia expectet poſt ſe, ut mox probabimus latius.

A qua interlocutoria de reddendo rationem, ap-
5 pellationi interpoſitæ an deferendum ſit, reperio; ut ſi ab adminiſtratore rei, vel loci pii emittatur, concordes eſſe juris Doctores; judicem denegata delatione, recte poſſe procedere, ea poſtpoſita, & remota appellatione, abſque metu, & reatu attentati, dummodo conſtet adminiſtraſſe, pro quibus eſt text *in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *œconomos, collatione 9.* ibi: Oeconomos autem, & xenedochos, noſocomos, brocho-trophos, & aliorum venerabilium locorum gubernatores, & alios omnes clericos, jubemus pro creditis ſibi gubernationibus apud proprium Epiſcopum, cui ſubjacent conveniri, & rationem ſuæ gubernationis facere, & exigi, quod ex ipſis debentes oſtenduntur, illi venerabili reddendum domui, ex cujus ordine debitum apparuerit, ſi verò putaverint, ſe gravari poſt repetitionem, metropolitanus cauſam examinet.) ubi gloſſa *verbo, repetit.* exponit id eſt, redditionem, cùm idem ſit, quia anteaquam cauſam appellationis proſequatur, mandatur executioni prima ſententia, pro qua gloſſa etiam facit *dict.* § *œconomos, ad finem* ibi, non enim concedimus prædictis perſonis pro memoratis cauſis ante examinationem, & exactionem debiti proprios Epiſcop. declinare, & ad alia venire judicia, *&c.*) quæ text. ita ad hoc propoſitum intelligit ibi Angel. poſt dict. gloſſam, ipſum etiam pariter intelligit Maranta ejuſdem motus authoritate *de ordin. jud. 6. part. titulo de appellatio. n.187.* ubi ſolùm loquendo de adminiſtratore loci pii dixit, quòd ſi is fuerit condemnatus ad reddendum rationes, & appellaverit poſſe interim judicem ipſum conſtringere ad reddendum eas. Petrus Dueñas in regul 42. *limit.* 21. & cum Angelo, & Maranta idem firmat Manfred. *in l. 2. practicarum concluſio ſuper attent. concluſione 112.* ante quos, & hoc dictum Angeli (cui originem attribuunt Doctores, cùm penitus eſſet gloſſæ) allegavit Firm. *in ſuo repertorio, in verbo, appell. pendente poſt executionem*, idem etiam (& de adminiſtratore loci pii mentionem tantùm faciens) ſequitur Lancelot. Robert. *in tractat. de attent. 2. p. cap. 12. appellat. pendent. limit.* 19. per quem idem tenet Eſcacia *de appell. quæſt.17. limit.29. num.1.* Ruginell. *tract. de appell.* §.2. *cap.3. cap.3 ſub n.56. verſic. idem*, & ita in adminiſtratore loci pii tenendum eſſe tenaciter, & ut veriſſimum, indubitabiléque obſervandum (prout obſervatur) quando Curia adeatur pro tollenda violentia, quæ cùm nulla appareat, iterum etiam non deferenti judici ipſi cauſa retinenda eſt, Barb. *in remiſſ. ad Trid. ſeſſ.22. de reform. c.8. n.12.*

Difficultas tamen in eo conſiſtit, eadem, an ſit trahenda doctrina generaliter ad omnes adminiſtratores etiam rei profanæ, prout ſunt tutores, negotiorum geſtores, Conſules, & Rectores civitatum, & villarum, 6
& ſimiles. Et partem negativam ad illos non extendi videtur probabilius, aut appellatio ſuſpendat ab illis emiſſi, primò ex regula generali, quod non prohiberur, cenſeatur permiſſum, *in tot. tit. ff. nihil. novari appell. &c.* ſed hoc caſu appellatio adminiſtratoribus, nec etiam loci pii prohibita invenitur, nec id probat text. *in d. §. œconomos, de auth. de ſanct. Epiſc. col. 9.* 7
cujus diſpoſitione mori fuêre Doctores relati quoniam ibi tantùm diſponitur, ut adminiſtratores coram ordinariis Epiſcop. in prima inſtantia teneantur reddere rationem, nec poſſint ejus juriſdictionem declinare, nec ad Metropolitanum pro ipſa reddenda ire, probant verba illa (alios omnes clericos jubemus, procreditis ſibi gubernatoribus apud proprium Epiſcopum, cui ſubjacent conveniri, & rationem ſuæ gubernationis facere) Sequitur, & facit ad finem (non enim concedimus prædictis perſonis, pro memoratis cauſis ante examinationem, & exactionem debiti, proprios Epiſcopos declinare, & ad alia venire judicia, *&c.*) & illum text. etiam ſummavit in hanc ſenſum, Bart. ac generaliter etiam noviter diſpoſuit Conc. Trid. *ſeſſ 24. de r for. c.20.* ut omnium cauſarum in prima inſtantia cognitio ad proprium Epiſcopum omnino pertineat, prout de jure eſt *ex toto tit. de foro competen.* ergo cùm text. ille, in quo fundantur DD. nec in genere, nec in ſpecie prohibeat appellationem, ſed diverſimodè diſponat, nec alibi inveniatur in hoc caſu prohibita, regulæ permiſſivæ inhærendum eſt.

Secun

Secundò, quia quando concedimus dictorum DD. intentionem, ut prohibeat appellationem quoad unum saltem effectum suspensivum, ex illo text. si emittatur ab administrationibus loci pii, ratio fundamentalis tamen illius textus non est realis ita ut valeat adaptari omni ratione reddendi sententiæ, & contra quoscunque administratores latæ sed specialis est,& peculiaris conveniens tantùm causis piis, quibus, quia propter sui prærogativam hoc à jure inductum est privilegium,
8 ut à quarumcunque causarum suarum sententiis non sit admittenda appellatio ex his, quæ dixit, & adduxit Tiraq. *in tract. de privileg. piæ caus. privil.* 153. *in princ.*
9 Tertiò, ut in hoc casu appellatio legitima sit quoad utrumque effectum, quia facit, prohibitio appellationis, tunc est privilegium, quando provenit ex natura causæ, ut in alimentis, beneficio curato, possessorio & similibus, quando autem provenit ex odio, ut in atrocitate criminis, seu in convicto, & confesso, vero contumace, & similiter, quia privat beneficio juris
10 communis, est pœna, ita docet eleganter Bald *in leg. observare, n.* 12. *Cod. quorum appell. non recip.* sed quando confiteamur text. *in d.* §. *œconomos*, prohibere appellationem administratoribus loci pii, nulla alia est ratione, quàm in odium eorundem sub debito tempore rationem non reddentium, ut rectè advertit Escorbar *de ratiociniis, cap.* 4. *n* 5. & 6. ergo cùm sit dispositio pœnalis, non debet extendi ultra casum in ea expressum, ut vulgare est.
11 Quartò, & ultimò pro hac parte facit, quia omissum ab statuto, habetur pro omisso. *c. penult. de jurejur. c. in nostra, de injur. is*, Alexand. *cons.* 13. *circa primum, col.* 5. *vers. benefacit, lib.* 5 Barba. *cons.* 35. *clementissimi, col. penult. l.* 1. Philipp. Decius *cons.* 188. *in casu proposito*, quod semper procedit in dispositionibus strictis, Petrus de Anchara. *consilio* 1. *pro isto, circa medium*, prout hæc (de qua agimus)est cùm sit odiosa,auferens & privans defensionibus, ut probat Philipp. Franc. *in cap. pastoralis, columna pen. versic. sextò quæritur, de appellat. c. odia restringi, de regul. jur. cum concordat. lib.* 6. ergo cùm solùm disposuerit circa administratores piæ causæ,omiserit que profanæ administratores, pro omissis habendi sunt.

Sed his non obstantibus, contraria opinio mihi, & verior,& probabilior videntur, nempe; appellationem emissam à quibusvis administratoribus, etiam rei profanæ non obstare, quominus ea pendente, ad redditionem rationis cogantur absque metu, & reatu violentiæ. Primò, quia cùm omni jure tam divino, quàm
12 humano aliena gerens negotia in calce suæ administrationis ejus redderem, ratione teneatur omnino, juxta, illud Lucæ c 6 *R. dde rationem villicationis tuæ*,
13 cujus meminit Pontifex *in cap. qualiter, & quando de accusa.* probant etiam *in c.* 1. *de obligat. ad ratioci. & l.* 23. *tit.* 6 *p.* 1. ubi Gregorius Lopez plures refert. Baëca *in tractatu de decima tuto. tract. c.* 1. *n.* 154. alios per Rolandum *cons.* 141. *n.* 9. Menoch. *l.* 2. *de arbitr. cent.* 2.
14 *col.* 109. *n.* 1. ad quam obligationem tenetur omnino, & erit obnoxius omnis quilibet administrator, sive necessarius, sive voluntarius à lege, judice, vel homine constitutus (etiamsi sine mandato administravit) Damhauderus *in tractatu de tutore, & curatore, fol.* 66. *n.* 17.
15 Escobar *de ratiociniis, c.* 3. *num fin.* quod verum adeò est, ut etiamsi summus Pontifex fuerit ad ministrator, eodem jure teneretur, ut tenet per Baërium *q. familiari* 15. Joseph Ludo. *decis.* 4. *n.* 4. Roman. *cons.* 414. *in princ.* Dec. *cons.* 90. *vers. circa secundum*, constat appellationem à sententia lata pro observantia, & conformitate jurium esse illicitam, & illegimam: text. cele-
16 bris,arg. *in c. consuluit, el.* 3. *de appell.* ibi. non convenit,ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas obtinere, &c. ex quo text. singularem quandam conclusionem deduxere Doctores, præcipuè Maranta *de ord. judiciorum, 5. p. tit. de appell. n.* 345. quem referens sequitur Gutierrez *vers.* 10. *n.* 21. videlicet,ab actu gesto secundùm legis, seu juris dispositionem, & canonicas sanctiones, à judicéque exequente, non esse licitam appellationem.

Nequit enim appellari,ne fiat,quod de jure fieri de- 17
bet,aut potest. *ex consensu, & fin. ff. de appell. c. cùm nobis olim, de electione. c.* 1. *ex ore, in fin. de his, quæ fiunt à majori parte cap.* Archidiac. *in c. decernimus, in vers. offerantur* 16. *q.* 7. & Doctores mox citandi, qui omnes ad propositum conducunt illud Christi Domini, quod dixit Saulo Actuum Apostolor. c. 9. *Durum est contra stimulum calcitrare.* Paulus de Citadinis *in tract. de jur. patr. in* 6. *p. in* 8. *q.* sequutus Abb. *in c. pastoralis*, per text. ibi *de jure patr.* & aliis relatis Lamber. *de jure patro. 2. l. 2. art.* 10. 7. *q* 1. & facit, quod in simili habetur *in l. postquam, ut legatorum nomine caveatur*: ex quo namque constat ipsum administratorem fuisse, potiùs 18
videretur appellare à legum dispositione, quàm à sententia judicis, quod fieri nequit, *l. fin.* ubi Bart. & alii *ff. de appell. recip.* Bart. *in l. si quæ pœna, ff. de verborum signif. & in l. omnes populi, 5. c. trinc. in fin. de just. & jure* Alex. *cons.* 190. *naturè col.* 3. *l.* 2. Decius *in c. quæ in Ecclesiarum, de const.* Bart. specificè *in l. nemo ex rerus, C. de Judæis*, Natta *cons.* 11. *n.* 10. *tom.* 1. ubi dicunt, quòd à legis, vel statuti generalis etiam iniquitate non potest appellari. Igitur nulla violentia à judice non deferente committitur,maximè quia hæc talis appellatio omnino frivola debet reputari, ex quo namque constat,ipsum 19
administratorem fuisse, quem potest isthæc appellatio juris effectum sortiri, cùm jure omni ad rationis redditionem sit obnoxius, aut quid ex ea (jure attento) potest sperare? Nihil. Ergo frivola notoriè, secundùm Gemin. *in c. cùm app. frivolis, col.* 2. *vers. quæro quid import. de appell. l.* 6 quem referens sequitur Manuël. Rodrig. *in q. reg. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 15. *circa pr.* & frustratoria etiam, quia frustra speratur id,cujus evẽtus nullus est effectus: igitur ei non deferendum est, *c. cum appell. frivolis*, nec jus deferat, nec sit à judice deferendum, *de appell.* 6. *lib.*

Secundò & pro hac eadem parte facit, quia hæc sententia de rationibus reddendis est merè interloquutoria, ut dicit Escobar *in d.* 4. *n* 5 aliam judicis spectans 20
post se; nam nominantur calculatores ad dispungẽdum, & calculandum rationes, quibus peractis, producuntur coram judice, ut super dubiis juris quæstionis suam sententiam proferat, secundùm Castellum *in l. b.* 27. *Tauri, vers. quæro, quæsti*, Joan. Gutier. *q. civil. q.* 37. *n.* 1. & 3. Escobar. *de ratio. c.* 9. *n.* 25. & antea dixerat Paul. Castrens. *in l. cui libertas, ff. de conditio. & demonstrat.* & probatur etiam *ex l. instar, C. de jure fisci*, ibi, instar rei judicatæ obtinere minimè potest computatio à tabulariis facta, nisi sententia procuratoris fuerit comprobata, & ibi glossa, & Doctores. Nec damnum illius in ea considerari potest, nihil enim ab eo exigi- 21
tur, nec aliud, quàm recta administratio spectatur cùm incertum sit debitum, imò & debitor etiam incertus est cùm ex calculatione,& computatione potest administrator creditor apparere, dominus verò debitor. Et quia hæc sententia de rationibus reddendis utrique parti & communis, & favorabilis est, ergo ab ea appellationi interpositæ minimè deferendum est, *ex leg.* 22
ante sententiæ, ff. de appellat. recip. & l. 9. ante sententiam, C. quorum appellat. non recip. & Conc. Trid. *sess.* 24. *de reformat. c.* 20.

Tertiò confirmatur, supponendo text. *in d.* §. *œconomos*, quo nostri fundantur verè,& realiter probare sen- 23
tentiam ad quam illum allegant; nam licèt principalis ejus disponat intentio, causas rationum in prima instantia ordinariis Episcopis pertinere, coram eisque omnino tractari debere; ultrà tamen procedit, hæc extendens ad realem. & effectivam exactionem, ut monstrant verba illa, ibi, apud proprium Episcopum, cui

subjacent, conveniri, & rationem suæ gubernationis facere, & exigi, quod ex ipsis debentes ostenduntur, &c.) & ibi ita, ut ad Metropolitanum superiorem causa non trahatur antea exactionum, & rationis redditionem.) ibi, si verò putaverint se gravari post repetitionem, Metropolitanus causam examinet, &c. & clariùs etiam apparet *ex vers. non enim*, ibi, non enim ante examinationem, & exactionem debiti proprios Episcopos declinare, & ad alia venire judicia, *&c.*) sicque inter cætera hoc simul disponit.

Qui quidem textus, licèt mentionem tantùm faciat de administratoribus loci pii; tamen ratio fundamentalis ejus est realis cæteros comprehendens administratores, & administrationes, ea namque illa est, pro-
24 pter odium nimium, quo jura habent administratores, debito tempore non reddentes rationem, ut probat Escobar *de ratio. lib. 4. c. 5* & propter nimium favorem, quem rationis dispunctio à lege divina, humana, & Canonicis institutis accipit per quæ omnia alia privilegia specialissima, & jure communi exorbitantia ipsi conceduntur, ut videre est ex his, quæ late Escobar ibi *à n. 1. & à n. 6.* & etiam aliis rationibus illius text. dispositio mota est, inductis à jure communi quas tradimus in primo, & secundo fundamento hujus secundæ partis, quæ quidem omnes militant pariter in omnibus administratoribus, & administrationibus, tanquã reales, & genericæ; sicque text. ille non fuit motus speciali, & peculiari ratione in favorem piæ causæ favorẽ
25 inducta, maximè, quoniam verius est de jure, ut sola piæ causæ ratio appellationem non prohibeat, secundùm Roman. *in auth. similiter. in 6. speciali.* Alex. *in addit. ad Bar. in l. Mela, ff. de al. & cibariis, leg.* voluit gl. ord. *in cap. tua nobis*, dum loquitur circa decimas, quæ est pia causa, & in favorem animæ, ex quibus, & aliis rationibus, & authoritatibus hanc sequitur opinionem Tiraquell. *in tract. de priv. piæ causæ, priv. 153. fol. 124.* & nos latiùs *infrà* Deo dante dicemus.

26 Quapropter certum est, textum illum etiam habere: locum in cæteris quibuslibet administratoribus; nam quando in pluribus casibus eadem est ratio, ea decidit omnes casus, non quidem per extensionem, sed sicut genus comprehendens species, sic generalis ratio comprehendit diversas species casuum emergentium, ut voluerunt Petrus, & Linus *in l. jura non in singulas, ff. de leg. & in l. quod verò contra rationem, ff. eodem.* Bald. *in l. de quibus, eodem tit. & in auth. post fratres, l. 2. C. de legit. hæredib. & in c. quia vero, ante fin. de judiciis.* Quod quidem contigit non per extensionem, sed veriùs per tacitam dispositionem ejusdem, ut ipse Bald. dicit ibi notari *in l. his solis, Cod. de revocan. donatio.* Petrus Anchar. *cons. 46 super d. col. 1.* Paul. Castrens. *cons. 83. præsens casus, col. 2. l. 2.* Hieron. à Laudentiis *in repeti. l. si emancipati, q. 5. C de collation.* Surd. *cons. 302. num 22. vol. 3.* adeò ut etiamsi sit constitutio odiosa non dicitur extendi, quando ex rationis identitate, & mente ejus extenditur, ut not. Bald. (in re omnino huc simili.) *in d. leg. de quibus, col. 11. versic. item nota, quod non dicitur*, Joan. Andr. *in c. si postquam, de electione l. 6.* ipsúm-
27 que dictum Bald. non solùm procedit in dispositione odiosa, sed etiam pœnali, ut per Alexand. *in l. uxorem, colum. ultim. C. de his, quibus ut indign.* quæ ratio à nobis *suprà* tradita *dict. §. œconomos*, & solida, & vera sit, habetur pro expressa, à qua potest sumi argumentum à simili, à contrario sensu, & alia hujusmodi, ac si expressa fuisset, ex sententia glossæ, quam omnes ibi, & ubique sequuntur *in leg. quamvis, Cod. de fideic.*

28 Quibus adjunge doctrinam And. Tiraq *de retr. lignat. §. 40. glos. un. c. num. 1.* & huic nostro casui similem, dum dixit, quod statutum permittens retractum inter conjuges, cùm ejus ratio sit societas, habeat etiam locum in cæteris sociis extraneis, licèt tantùm de conjugibus mentionem feciſſet, ex identitate rationis.

Pro qua etiam parte in quæstione proposita facit, 29
quod dicit Joan. Gutierr. *in pract. quæst. civ. quæst. 37. n. 1.* ubi loquendo de administratoribus rerum profanarum, ut villæ, vel civitatis, an habeat locum appellatio à sententia reliquatorum, hoc est, *de alcance*, & pro negativa (quam ut veram resolvit) allegat pro expresso text. *in d. §. œconomos, auth. de sancti Episcop. col. 9.* idem etiam sentit Escobar *suprà d. c. 4.* qui postquam per ejus discursum loquutus est de omnibus administratoribus profanæ rei, dicit *n. 5.* ipsos eosdem admi- 30
nistratores non posse appellare à præcepto de reddendo rationem, allegando *d. §. œconomos*, nulla constituta differentia, sed potiùs idem in eisdem sentit, & licèt ipse *in cap. 13. num. 6.* videatur prima facie tenere contrarium, ut illius textus dispositio sit specialis in ratione, scilicet cultus divini, qui quidem debet intelligi in casu, de quo argumentatur, nempe, post calculationem, & rationem redditorum, ac vota calculatorum. Nos autem loquimur in sententia interloquutoria lata, adversùs administratorem de reddenda ratione. quod est multùm diversum, ut postmodum apparebit. Et illum *§. œconomos*, intelligit in administratoribus profanæ rei post alios, quos citat Avendan. *de exequen. mandatis, 1. p. cap. 12. n. 37.* idem & expressè Escac *in tr. de appell. q. 17. lim. 29. n. 1. ad fin.* dicens, quòd exe- 31
cutio sententiæ, quæ tutor, vel ejus hæredes condemnantur ad reddendam rationem tutelæ, non suspenditur per appellationem, id in terminis tenet Borgninus Cavalcanus *in tr. de tutor. & curator. n. 113. tom. 8. part. 2. fol. 340.* In quem etiam sensum accipiendum est, quod Cavalcan. tenet. *in tract. de tutore, à n. 222.* & cæteri Doctores, quos *suprà* retulimus, mentionem facientes tantùm de administratoribus loci pii. Similem hunc casum non negant, sed omittunt transeuntes, & inhærentes verbis *d. §. œconomos*, & sic hanc secundam partem ego ut veriorem, & magis probabilem, jurique consonantem sequor libenter, ex rationibus relatis, ut rectè possit procedi ad compulsionem, pendente appellatione, emissa à quolibet administratore rei profanæ, emissa nempe à sententia interlocutoria de reddenda ratione villicationis. Et in terminis etiam tutoris idem affirmat Marquess. *in commiss. 1. p. c. 16. n. 69. & seqq.* ubi alios citat, de quo nos *infrà n. fin.*

Nec obstant quæ pro contraria parte adduximus, nec primum fundamentum, cui directò responsionem reddimus in tertio fundamento hujus secundæ partis, ut probavimus, *d. §. œconomos*, utrumque casum providisse, permisisséque executionem sententiæ de rationibus reddendis, appellatione pendente.

Nec etiam obstat secundum, quia veram, & fundamentalem rationem assignavi, *in d. fundamento hujus secundæ partis*, & hanc generalem, omni administrationi convenientem, non verò specialem pietatis intuitu (ut argumentum supponit) quia etiam tunc verius est esse appellationem permissam quoad utrumque, ex Tiraq. *in tractatu de privil. piæ causæ.* aliisque resolvi.

Nec obstant tertium, & ultimum, quia licet in odium 32
administratoris sit executio permissa sententiæ de reddendo rationem; tamen etiam inductum est in favorem, & privilegium causæ dispunctionis rationis, ut *sursum* diximus, & quando dispositio continet favorem & odium, tota ea dispositio simpliciter censetur favorabilis. ut tenet Bald. *in l. 2. C. qui non poss. ad liber. pro.* Anchara. *cons. 37. contra Joannem, post medium, & consil. 215. scribit Papa, col. 2. vers. in contrarium*, & aliis, quos *supra* adduximus latiùs *in c. 2. h. jus secundæ partis*, & quando tota diceretur odiosa, adhuc non procedit argumentum, quando fit extensio ex identitate rationis ad similes casus omissos, etiam in dispositione odiosa, per doctrinam Bald *in leg. de quibus, col. 11. vers. item not. quod dicitur*, & Joan. And. *in c. si postquam, de elect. in 6.* diximus suprà, in tertio fundamento hujus secundæ partis.

partis, & etiam in dispositione pœnali, ut ibi per Alexand. notavi.

33 Et huic objectioni in aliam quæstionem adductæ respondet, & satisfacit Andreas Tiraquell. *de retr. lign.* § 20. *gloss. unic. n.* 11. dicens, quòd, quando in dispositione omittitur casus similis expresso, aut sit in utroque eadem ratio, utrumque comprehendat dispositio, nec pro omisso habeatur, *l. si extraneus, ff. de condict. ob can. & leg. ult.* §. *ultimo ff. mandati, l. si quis mihi bona,* §. *sed si mandavi,* & ibi Bald. & cæteri *ff. de acquir. hæred.* Gloss. *in leg. si cum dotem, in princ. in verbo mulieri, post principium, ff. soluto matr.* ubi in id alias plures authoritates adducit.

34 Præfatam tamen resolutionem tam primæ, quàm secundæ quæstionis, & sic in quibusvis administratoribus tam piæ, quàm profanæ rei, libenter limitarem, ut non procedat, quando negatur, nec constat conventum administratorem fuisse, quoniam cùm *d.* §. *œconomos*, & cætera jura *supra* circa hanc materiam adducta, disponant super certo, & cognito administratore, recusante tamen debito tempore suæ villicationis rationem reddere, ut ex eis patet, & præcipuè ex Escobar *dict. num.* 5. qui hoc expresse videtur sentire dum dicit, dummodo constiterit administrasse, sequitur quòd si de eo probabiliter dubitetur, & nihilominus ad redditionem rationis condemnetur; legitima reputabitur appellatio, cui si delatio denegetur, vim fieri in Curia declarari, quia quando lex fundatur super aliqua qualitate ejus non procedit dispositio, nisi priùs de qualitate appareat. gloss. *in verbo*
35 *mancipia, verbo advocandum, C. de servis fug.* not. Jacob. Butr. Bald. Fulgo. Paul. & Salicet. ibi Roma, *singula* 459. & alii, quos citat Joan. Garcia *de conjug. ac quæstu n* 33. *&* 120. Gutierr. *consil.* 1. *n.* 16. Roland. à Valle *consil.* 19. *n.* 14. & conducunt quæ Farin. *q. crim. tom.* 1. *quæst.* 21. *à num.* 87. *& quæst.* 21. *num.* .. *& quæst.* 8. *num.* 86. Cardin. Mant. *in tractat. de contract. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 26. *num.* 11. ubi plures citant, & priùs de legitimatione personæ; etiam in executivis constare debet, aliàs appellatio legitima est, vide quæ latissimè dixi, *suprà. hac* 2. *p. c.* 6. *limit.* 2. *à num.* 58. *cum sequentib.* ubi latè de hac materia.

36 Secundò pariter limitarem, ut nec procedat præfata resolutio in his personis, quæ ad ratiocinia excusatæ sunt de jure, ut ea reddere non teneatur, vel si tenentur, debitum ante tempus compelluntur, de quibus latissimè Escobar. *d. tractatu de ratio. in cap.* 5. *&* 6. nam si hujusmodi excusationem, & exceptionem non calumniosam, se à jure approbatam allegaverint, non autem si non allegatur, sed si allegata repellatur, vel admissa non obstante, condemnentur ad reddendum rationem, libebit appellare, eique deferendum, argumento celebris text. §. *in l.* 1. *si quis. tut.* ibi. non oportet enim provocare) & ibi, sed inter tempora præstituta excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit, cæterum antè frustrà appellatur, &c. §. *quando appellandum sit.* cum aliis.

37 Hucusque disputavimus de appellatione à mandato de reddenda ratione administrationis, nunc obiter inquirendum est de appellatione; quæ emittitur à calculatione jam facta, & in esse deducta, hoc est postquam calculatores sua vota, & computa protulere, fecerúntque. In quo breviter dicendum est, quòd si provatim, & per particulares calculatores rationes dispungantur, & quantum sit reliquatum finale appareat, minimè executioni mandantur, nisi quando partes jam illis acquieverint, easve coram judice approbaverint, & recognoverint partes, tanquam, privatam scripturam ita post alios Aviles *in c. prat. c.* 30. *gloss. verb. saga, gagar,* Parla. *l.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 1. *part.* 6. *n.* 1. *& seqq. & in l. instrumenta domestica, C. de fid. instru. & in l.* §. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop.* idémque in terminis nostris fit. mat. Bartol. *in l. instar, num* 16. *Cod. de jure fisci, lib.* 10. 38
si verò in contractu hujusmodi rationes, & reliqua transeunt hoc casu, ut quilibet alius contractus executionem meretur, ut tenet Guiron. *de Gabell.* 2. *part.* §. 1. *num,* 10. Gutierr. *in pract. lib.* 1. *cap.* 37. *n.* 2. Azeved. *in l.* 22. *tit.* 6 *lib.* 3 *recop.* Bobad. *in Polit. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 84. Parlad. *ubi proximè.*

Igitur peractis, ac confectis privatis his rationibus, 39
pars, quæ alteram reliquavit, petat, ut calculatores illas coram judice producant, coram quo petitur, ut pars debitrix juret; an in illa quantitate fuerit reliquata, ísque recognoscat, hæque rationes propter instrumentum privati recognitum merebuntur executionem, ut reassumendo materiam dicit Esc. *supra d. c.* 31. *à princ. &* 6. si tamen pars reliquata non recognoscat, sed imò se gravatam dicat in ratiociniis, & calculationibus appellaverit, appellationi deferendum erit, ut per gloss. *in* §. *œconomos,* tenet Escobar *ibi d. num.* 6. Quod tamen limitatur secundùm ipsum in 40
piis causis, in quibus speciali ratione scilicet, cultus divini non minuendi, semota appellatione, ad executionem privatarum rationum proceditur, pro quo allegat *ac* § *œconomos, in versic. non enim,* quam rationem 41
in hoc casu reprobo, cùm jus commune sit in contrarium, ut dixi.

At verò in casu *superiùs* à nobis disputato est diversum; nempe; quando appellatur, scilicet, à sententia interlocutoria, qua jubetur quis reddere rationem, quo casu appellationem generalibus omnibus administratoribus negavimus, ex ratione à jure communi inducta, & sic dispar ratio militat in utroque: nam in supradicto casu generaliter prohibetur appellari ab administratoribus quibusvis, à sententia de ratione reddenda, quia nullum præjudicium ibi consi- 42
deratur: nam ex quo constat, ipsum fuisse administratorem, esset frivola, & frustratoria appellatio, & potiùs videretur interposita à lege, ejusque dispositione, quàm à sententia illa.

At verò in isto proximo superiori casu, nempe; 43
facta calculatione, & reddita ratione, cùm potest in eadem esse gravamen, error, vel aliud præjudicium, jus commune permittit generaliter omnibus administratoribus reclamantibus, adversùs ipsas calculationes privatas appellationem quoad utrumque effectum, & sic subintrat prædicta limitatio fundata in speciali ratione piæ causæ nempe. Quando igitur pars reclamat per alterum calculatorem, petitus calculus revidetur, & quod iste approbaverit judicis confirmatione sequuta, & executioni demandabitur, ut per Parlad. & Escobar suprà relatos.

Quid autem erit dicendum, ubi in executione hu- 44
jusmodi sententiæ, qua administrator simpliciter, & genericè condemnatus foit ad reddendam rationem administrationis, an à facta liquidatione per calculatores, quid, quantúmve sit reliquatum, appellationi emissæ judex non deferens, vim faciat? Et partem negativam, ut vim non faciat, quia à tali liquidatione non admittitur suspensiva appellatio, post disputationem concludunt Ozascus *de iſto. Pedemont.* 129. *per totam,* Francisc. Muños de Escobar *in d. tract. de ratiociniis, c.* 33. *num.* 22. quem sequitur disputans Gratian. *discepta. forens.* 1. *cap.* 183. *à num.* 40. *& seqq. & suprà, à num* 1. pro quo etiam vide quæ latè nos *infrà*, 4. *p. cap.* 10. *à princ.*

Ampliùs quæri potest, quid de executore dato pro executione hujusmodi sententiæ, qua quis condemnatur ad reddendam rationem, an excedat, facta calculatione, illam extendat ad reliquatorum, hoc est (*los alcances*) executionem, & solutionis compulsionem. Pro qua difficultate multa scitu digniſſima congessimus *infrà*, 4. *p. cap.* 9. *de excessu de re ad rem, versiculo rursus quari potest an executor, à num....* ubi

conclu

concludimus, nec excedere, nec appellationi à tali gravamine deferendum eſſe. Et idem etiam in terminis affirmat poſt alios, quos citat Cardin. Tuſc. *practic. concluſ. tom.1. litt. A concluſ.210. à princ.* plures citavimus d. 9. & iis adde quod *per l. cum ſervus*, ubi Caſtrenſ. *ff. de condit. & demonſtr.* Socin. *conſil. 28. ſub n.1. vol.4.* Roland. à Valle *conſ.49. n.41. vol.1.* Afflict. *deciſione 197. num.2. deciſion. Genuenſ.209. ſub num.2.* Marqueſſ. *tract. de commiſſ. appell. à Cameral. oblig.1. part. cap.16. num.69.* quo etiam loco loquitur de ſententia, quia tutor, ſeu alius adminiſtrator condemnatus eſt ad reddendam rationem, ut non ſuſpendatur ejus executio per appellationem, ita intelligens, poſt Angel. *in §. œconomos, in fin. authentica de ſanctiſſ. Epiſcopis.* Borgninum Calvaca. *tractat. de tutorib. & curat. n.22.* de quo nos *ſuperiùs.*

CAPUT XII.

A ſententia affirmativè, vel negativè lata ſuper attentatis, appellationi delatio denegari nunquid queat abſque metu violentiæ?

SUMMARIUM.

Attentatorum ſententia eſt merè interlocutoria, n.1.

Attentatorum revocatio non recipit appellationem ſuſpenſivam, n.2.

Operis novi poſt denuntiationem qui ædificat, attentat, & per attentatum demolitur ædificium, n.3.

Ædificium poſt nuntiationem, & præceptum judicis revocatur eodem privilegio, quo attentata appellatione pendente, n.4.

Nuntiatio novi operis habet vim inhibitionis, n.5.

Demolitionis operis attentati ſententia non recipit appellationem, num.6.

C. ſignificantibus, de novi operis nuntiatio. *interpretatur, n.7 8. & 9.*

Jus omne potentius operatur in cauſa, quàm in cauſato, num.10. & 11.

Cauſa magis ſervitium præſtatur, n.12.

Cauſa plus influit in ſeipſa quàm in cauſato, n.13.

Attentati ob ſuſpenſionem non admittitur appellatio articulo connexo, n.14.

Contemplatione alicujus quod fit, ipſi fieri cenſetur, n.15.

Interlocutoria ſententia prout eſt attentatorum revocatio, non recipit appellationem, n.16.

Attentata ante omnia revocantur, n.17.

Ad attentatorum revocatione appellatio eſt contra jus, num.18.

Jus quæſitum facilius amittitur, quàm jus quærendum, num.19.

Attentatum, & innovatio privant appellatum ab appellatione, cui ex eo facto cenſetur renuntiare, n.20.

Etiamſi attentatum poſtmodum purgetur, ipſa durat renuntiatio appellationis, ibid.

A gravamine momentaneo non licet appellare, n.21.

Attentatum magis favorabile eſt, quàm ſpolium, & interdictum, Unde vi, *n.22.*

Attentatorum remedium ſi cadat ſuper poſſeſſione attentata, ſapit naturam veri poſſeſſorii, n.23.

Attentati ſententia revocatoria non recipit appellationem, etiam reſpectu expenſarum, quarum condemnatio fit, n.24.

Attentatorum revocatio plura continet privilegia, pluresque pœnæ inductæ ſunt in odium attentantis, n.25.

Attentatorum revocatio celerem expeditionem deſiderat, & litis abbrevitionem, n.26.

Lancelotus Robertus trepidè reſolvit quæſtionem, an attentatorum revocatio admittat appellationem, n.27.

Attentata poſſeſſionis revocatio non recipit appellationem, num.28.

Attentatorum appellatione pendente revocatoria ſententia non admittit appellationem, n.29.

Attentati lite pendente revocatoria ſententia non recipit appellationem, quando à cauſa principali non licet appellare, n.30.

Attentatorum revocatio generaliter appellationem non admittit. n.31.

Ab attentati revocatione denegatur appellatio in odium & pœnam attentantis, & in favorem attentatum paſſi, n.32.

Attentans hanc patitur pœnam, ut non audiatur appellans, n.33.

Attentatorum revocatio non recipit appellationem ſuſpenſivam, ſed devolutivam ſic n.34.

Et qui teneant hanc opinionem mediam, n.35.

Attentatorum revocatoriam ſententiam ſemper exequitur nuntius Hiſpaniæ, n.36.

Attentatorum revocatio magis favorabilis judicatur, quàm cauſa penſionis, etiam cum clauſula (ſine retardatione ſolutionis, &c.) num.37.

Attentati ſententia revocatoria an ſit interlocutoria, vel habeat vim diffinitivæ, n.38.

Attentatorum judicium poteſt tres habere ſententias conformes, prima exequuta, n.39.

Attentati à revocatoria ſententia appellationi, ſi non deferat judex Eccleſiaſticus, vim non facit, n.40.

Attentati ſententia lata in favorem attentatum paſſi, non recipit appellationem, ſecùs ſi contra ipſum lata ſit n.41.

Appellatio prohibita in favorem alicujus, ipſi intelligitur permiſſa, ſi adverſam ſententiam obtineat, n.42.

Cujus doctrinæ varia reddunter exemplæ, ibid.

QUANTAM cognationem cum cæteris hujus ſecundæ partis habeat quæſtio hæc, ex ejus fundamento parum haud clare apparebit, ſiquidem ſupponi libet ſententiam ſuper cauſa attentatorum latam non diffinitivam, nec vim ejus habere, ſed merè fore interlocutoriam, receptius quidem eſt. Enim verò illa interlocutoria eſſe dicitur, quæ fertur ſuper his articulis, qui incidunt, ſeu emergunt in cauſis, gl *in clem. ad compeſc. de ſeq. poſſ.* Philipp Franc *in c. cum ceſſante, num.36. de appell.* ſequutus Archidiac. & Specu. ſed articulus attentatorum nihil aliud eſt, quàm incidens, & emergens in cauſa, & proceſſu, ut patet in recollectis, Moëda. *deciſione 100. commiſſio ſub rub. de judiciis,* quo etiam argumento uſa eſt Rota *in deciſ. 10. aliàs 215. nota quoa ſententia, de re jud. in antiq.* ad id etiam hoc, & alio ut ſolet fundamento. Sententia diffinitiva eſt, quæ definit negotium, & cauſam princ. ut poſt gl. *in d. clem. ad compeſcend.* & alios per eam citatos, docet Franch. *in d. num.36.* Guido Papæ *in conſil. 104. n.2.* ſed hæc ſententia id non operatur, ut probat eadem deciſio, ergo eſt interlocutoria, quod etiam probat poſt Rotam, Marqueſſ. *de commiſ.1. part. cap.29. num.23.* Quibus, & aliis fundam. quæ apud eos videre poteris, hanc doctrinam veram eſſe profitentur Alex. *conſil.99. viſis, n.5. lib.5.* gloſſa, & Doctores *in cap. non ſolùm, de appell. in 6.* Franch. *in dict. cap. cùm ceſſante, n.45. verſ. 9.* quòd ſententia fertur ſuper revocatione attentatorum, *de appellat.* idem poſt Rot. *deciſ.11. aliàs 85. in novis,* tenet Bald. *in ſua practic. ſub rub. de appel. q.2. n.2.* Guido Papæ *in tract. de appell. quæſt.121.* Joan. Andr. *in dict. cap. non ſolùm, de appell. in 6.* Rota *deciſione 1. aliàs 15. ſi judex, ut lite pendente in novis* dicens, quòd re vera eſt ſententia interlocutoria Rota etiam *in deciſione 474. de offic. judic. in antiq.* Craveta *conſilio 171.* & ut magis communem, magis veram, atque probabilem hanc eſſe amplectendam opinionem, dicit Lancelot. Robertus, *de attent. p. 2. 28. num.19.* ubi *à n. 30.* aliquas declarationes annectit.

Quo

2 Quo præmisso, ne in hac quæstione detineamur, affirmo hanc conclusionem in ea, cum declarationibus *inferiùs* apponendis; ut à sententia lata pro revocatione attentatorum appellationi emissæ minimè deferendum fore, nec vim fieri, ad quam primò, eo moveor,
3 quòd qui post denuntiationem novi operis ædificat, innovat, & attentat, ædificiúmque per viam demolitur attentati, ita tenet Bald. *in consil.* 245. *proponitur, n.*2. *lib.*2. sequutus à Jasone *in l.* 1. *n.* 3. *versiculo* 4. *limita*, ubi etiam Vincentius Herculanus *col.* 8. *de operis nov. nunciatione.*

4 Unde si nuntiatus procedit in opere post præceptum judicis, nulliter agit, & omnia sunt revocanda eodem privilegio, quo gaudent attentata, pendente judiciali appellatione, gl. per illum text. *in cap. non solùm* 7. *versiculo reducendam, post medium, versiculo nisi prohibitio, de appell. in* 6 Philipp. Franc. *in c. bonæ* 51. *colum.* 5. *n.* 19. *conc.* 7. *eodem titulo*, Ruin. *in l.* 1. *in princ. n.* 14. *&* 15. *col.* 6. *in fin. versiculo vel dic, quod licèt, de novi oper. nuntia.* Lancelot. *de attentat. c.* 18. *de sentent. in causa attent. foren. n.* 63. *&* 64. Bald. *cons.* 245. *proponitur, n.*2. *vers.* 2. *præmitto, l.*2. Jas. *in l.* 1. *in princip. n.* 1. *&* 3. *versic.* 4. *limita, de novi oper. nuntia.* Ferrar. *cautela* 58. *col. fin.* Petr. Surd. *cons.* 154. *num.* 9. *lib.*2. Grat. *disceptat. forens.* 1. *p.*
5 *cap.* 84. *à num.* 1. *& sequentibus*, dicentes, quòd ista nuntiatio habet vim inhibitionis, inducens privilegium attentatorum.

6 Sed à sententia demolitionis operis attentati, & innovati non admittitur appellatio, quia denegatur audientia: text. est. *in l.* 1. §. *sed si is*, ubi Jas. *n.* 1. *ff. de novi oper. nunti.* ex quâ deducunt Doctores regulam generalem, quòd in causis, & casibus in quibus à jure, seu à lege viva, vel mortua denegatur audientia alicui, ei etiam denegatur appellatio, quia censetur remota: ita tenent Speculator *in titul. de appell.* §. *in quibus, n.* 32. *vers.* 30. & Bald. *in addit. ad eundem, in princip.* Barnabas Brisso. *in cap. si quis deinceps*, per text. & grossam ibi *verbo, audientia*, 16. *quæst. ulti.* Butrigarius *in cap. significavit, in fin. de exceptio.* Veronens. *cons.* 64. *col.*2. & Egidius Bossius remissivè ad eum *in tract. crim. tit. de appell. num.* 18 quæ sententia absque reatu attentati rectè à judice posse exequi, non obstante appellatione, firmat Rebuff. *titul. de appell. art.* 8. *gloss.* 12. *n.* 36. *&* 37. Cepola *in consil.* 64. *col.* 1. *in fin.* post Bart. & Manfr. *lib.*2. *pract. concl. super attent. conclus.* 188. Philipp. Franc. *in cap. de appell. colum.* 5. *versiculo sed in contrarium fecit*, per Bartol. *in l. peremptorias, Cod. sententiam rescin. non posse*, & alios à nobis accuratè congestos *suprà in cap.* 13. *à principio*, ergo evidenter probatur, appellationem emissam à sententia lata in revocatione attentatorum, non esse admittendam.

7 Cui fundamento, quod (ut vides) legitimum est, non obstat text. *in cap. significantibus, de operis novi nuntiatione*, ubi expressè videtur probari, in causa novi operis nuntiationis admitti appellationem, eáque quoad utrumque effectum, adeò ut quicquid post eam à judi-
8 ce factum est, ut attentatum revocatur. Cui respondeo textum illum, licèt procedat in causa operis novi nuntiati, intentatur ad revocationem, & demolitionem operis novi constructi ante denuntiationem, cui & pars, & officiales cessantes in ædificio acquieverunt, miniméque in opere ulteriùs processerunt, post ipsam nuntiationem, & sic procedit, quando contenditur, an quis jus habeat ædificandi, vel non, quo casu sive detur sententia affirmativa, sive negativa, eum scilicet, jure carere ædificandi, ab ea appellatio utrumque habet effectum.

9 Non tamen procedit ille text. quando agitur ad revocationem, & demolitionem ædificii constructi, postquam sibi facta est denuntiatio, imò ea spreta, & in contemptum ejus ad ulteriora ædificando procedit, quod est innovatum, & attentatum, & quando pro ejus revocatione tantùm agitur suspensa, & pendente causa principali, cui sit jus ædificandi, *&c.* tunc lata sententia contra innovantem, ei denegatur audientia, & appellatio, quo casu procedit, & loquitur text. *in dict. lib.* 1. §. *sed si is cui. ff. de operis novi nuntiatione*, & quæ nos hactenus diximus, non tamen text. *in dict. c. significantibus*, de cujus intellectu latiùs egimus *in c.* 8. *suprà hac secunda parte*, quem quoniam ibi comprobavi non libet repetere.

Secundo pro hac nostrâ opinione facit, nam omne 10
jus potentiùs operatur in causa; quàm in causato. Paul. Castrens. *consil.* 129. *volum.* 1. ubi allegat. text. *in l. digna vox, Cod. de leg.* nam quando quid est propter aliud 11
potiùs consideratur id, propter quod est, *l. & si non sunt clavi*, 21 §. *perveniamus, ff. de auro, & arg. legato*, & magis causæ servitium præstatur, *l. tempus* 29. *ff. de re jud.* 12
propter enim unumquodque tale, & illud magis, *clem.* 1. *de reliquiis, & vener. sanct. auth. multò magis, C. de sacrosanct. Eccles.* nam plus influit causa in se ipsa, quàm in causam. Felin. *in c. auditis, n.* 20. *de rescript.* docisio Ge- 13
nuensis. 128. *num.* 2. & probat text. *in l. navis onusta in primo responso, ff. ad l. Rhodiam. de jactu.* sed sic est, quòd appellatio, quæ emittitur ad differendum revo- 14
cationem attentatorum, sive in causa connexa, sive diverso articulo, nõ admittitur, ut tradũt Doctores *in cap. an sit* 42. *de appell.* præsertim Franc. *n.* 7. post Joan. Andr. & Specula. ergo multò fortiùs hæc debet denegata censeri appellatio in se ipsa causa, & sententia revocationis attentatorum, cùm directò tendat ad differendum eandem, cùm hoc operetur in causa diversa; & separato articulo; quod namque contemplatione alicujus fit, ipsi fieri censetur: text. *in l. additio. vers. ult.* ibi, 15
propter me (*ff. de acquire. hæred. l. sed & si quid* 26. *ff. de usufruct. l. sed si plures*, §. *in arrogato, ff. de adoptionibus.* latissime, infinitis Doctoribus relatis, nostras Joan. Garcia *in tract. de conjugali acquestu, à n.* 101. *cum pluribus sequentibus.*

Tertiò facit, quoniam sententia lata super revoca- 16
tione attentatorum (ut *ad principium hujus capitis* comprobatum reliquimus) est merè interlocutoria, ergo nec jure civili, nec canonico appellatio ab ea admittenda est, *ex l.* 1. *Cod. quorum appel. non rec. l. ante sententiam, ff. de appell. recip.* Concil. Trid. *sessione* 24. *de reformatione, cap.* 20. & quia isthæc appellatio est contra jus, ex mente Decii *in cap. an sit, sub n.* 2. *col.* 2. *versic. secundus tamen fuit intellectus, de appell.* quia attentata ante omnia revocantur, per text. *in c. non solùm, de appellat. lib.* 6.

Et quia si attentè attendantur decretales loquentes 17
de hujusmodi attentatorum revocatione, assiduè invenies, tum Papam ante omnia mandare in commissione innovata revocari, & reponi, tum etiam ut nulbi legamus, appellationem ab hujusmodi revocatione fuisse interpositam, & admissam, licèt aliàs in longa facti serie mentionem fieri, assiduè soleat cujuslibet appellationis etiam à minimo interpositæ, de hac autem nullibi, videre est per text. *in cap. ad præsentiam, cap. constitutus. c. significavit, cum pluribus aliis, de appel. cap. significavit. de oper. nov. nuntiat. cap. venientes, de jurejur. c.* 2. *ut lite pend. in* 6. *c. exhibita, de jud.* & aliis 18
infinitis quos potiùs laboriosum esset, quàm subtile cumulare. Quod si foret permissum appellare, fortè aliquis eo remedio usus fuisset, sicque contra jus meritò isthæc appellatio judicanda est, secundum Decium *in d. cap. an. sit*, ac per consequens nullatenus admittenda: text. est *in cap. consuluit, el.* 2. *de appell.* quia durum est contra stimulum calcitrare, *Actuum Apost. c.* 9. & quæ in hoc propositum congessimus *suprà, cap. præcedenti*, quæ enim de facto, & contra jus fiunt, de facto rescindere jus est.

Desuper & quartò probantur, namque faciliùs 19
amittitur jus quærendum, quàm jus quæsitum. Jas.

cons.

conſ. 236. *an Rex* Roma *colum.* 4. *lib.* 4. Philipp. Decius *in l. ſervus, Cod. de pactis, & conſil.* 269. *Conſultus, col.* 4. Bald. *in l. illud, col.* 3. *in quæſt. C. de ſacroſanctis Eccleſ.* Anchar. *conſil.* 371. Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, num.* 147. *& in legibus connubia. gloſſ.* 3. *in princ. quæſt. verſ. illud igitur pro conſtanti*, ſed invocatio privat appellantem ab appellatione propoſita, & jam in eſſe deducta, ex text. *in dict. c. an ſit, de appellat.* ſecundùm alium intellectum, ut quia appellans aliquid appellatione pendente (putà, adverſarium ſpoliando) innovavit; cenſetur ſuæ appellationi renuntiaſſe, gloſſ. magna *in c. non ſolùm, circa fin. de appellat. in* 6. & poſt Anton. Hoſtienſ. Panormit. & Immolam latè declarat Franch. *in dict. c. an ſit, in gloſſ.* 1. *num.* 8. & ibi Decius *n.* 1. *& conſil.* 103. *in cauſa, poſt princ.* Bald. *in c. ex parte Adæ, col.* 7. *de teſtib.* Angel. *in l. fin. Cod. de temp. appel.* Mateſila. *in ſingul. ſuo* 28 Mench. *de re uxor. rem.* 27. *n.* 39. Lanfran. *de if.* 443. *appellans*, & Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 159. *ff. de acquir.* Mynſinger. *ſing. obſerv. centuria* 2. *de.* 50. Joan. de Neviza. *in conſil.* 36. *num.* 10. & *conſil.* 82. *n.* 12. Quod extenditur, etiamſi poſtmodum purgetur attentatum; quia adhuc durat ipſa appellationis renuntiatio, ut communem dicit Franc. *in dict. an ſit*, & Lancelot. *de attent.* 3. *p. c.* 31. *de pœnis attent.* 237. *cum* 4. *ſequentibus*, ergo eum fortiùs videbitur privatè à proponenda, & nondum in eſſe deducta, quia cui licet quod eſt plus, utique licet quod eſt minus, & in majori ſuper ineſt minus, ex juribus vulgaris.

21 Quibus adde & quintò, quia quando gravamen in aliqua ſententia illatum eſt momentaneum, inſtantaneum, & per modicum tempus ab ipſo non appellatur: text. eſt *in l.* 1. *C. ſi de moro. poſſeſſ. fuer. &c.* quia poſſeſſorii remedium momentaneum eſt, & in alio judicio. nempe, proprietatis poteſt reparari, & revocari, ut &
22 nos *ſuo loco, infrà* 3 *p. & ſuprà*, 6 diximus. Sed hoc remedium attentati hujus eſt naturæ ut tantum duret, quantum pervenitur ad diffinitivam: ergo nec in eo debet appellatio admitti, maximè quia hoc remedium attentatorum adhuc eſt magis privilegiatum, quàm ſpolium, & interdictum, *uti de vi*, ſecundùm communem opinionem, de qua teſtatur Decius *in c. ex parte* 2. *col. fin. verſ. quarta concluſio, de reſtitutione ſpol. & in conſil.* 200 *in cauſa circa medium*, pro qua eſt deciſio Rotæ 2. aliàs 14. *fuit dubitatum, n.* 3. *de reſtitutione ſpolia. in nov.* Franc. *in c. bonæ num.* 13. *& ſequenti. de appell. & in c. conſulit. num.* 8. *eodem titulo.* Alexand. *conſil.* 99. *viſis, num.* 4. *l.* 5. Anchara. *in cap.* 1. *ut lite pend. in fin.* Mandoſius alios allegans *in tract. commiſſio. in* 14. *form. commiſ. attentato. in verbo cauſas, col.* 8. *ſub verſiculo circa quartum privilegium*, Ripa. *in cap. ſæpe, n.* 10. *de reſtitutione ſpoliat.* Egidius *deciſio.* 49. *& dec.* 294. *id autem.* Stephan. Aufre. *in additio. ad capell. Tholoſ.* 15. *ad fin.* Ruinus *conſ.* 76. *l.* 5. Menoch. *de recuperan. in remed.* 17. *n.* 25. ſed in poſſeſſoriis his remediis minimè appellatur, *ex d. l.* 1. *Cod. ſi de moment. poſſeſſ. &c.*
23 ubi omnes Doctores, ergo à fortiori nec in iſto remedio revocationis attentati, tanquam magis privilegiato, maximè quoniam quando hoc remedium cadit ſuper poſſeſſione attētata, ſapit naturam veri poſſeſſorii, ut expreſsè dicit Rota *deciſione* 1. *aliàs* 13. *ſi judex. ſub n.* 3. *in fin. ut lite penden. in novis, & deciſio.* 2. *aliàs* 113. *tres ſententiæ, de re jud. in novis. & dec.* 28. *aliàs* 517. *de re jud. in antiquis*, & alibi paſſim.

24 Sextò probatur, quia appellatio à condemnatione expenſarum in tantum licita eſt, ut admittitur generaliter, ut aliquando etiamſi fiat earum condemnatio in ſententia, ſuper negotio principali. à qua alias non admittitur appellatio, ut in poſſeſſorio operatur, ut non ſolùm à condemnatione expenſarum, ſed etiam à tota ſententia ſuper principali admittatur, ſecundùm Lancelot, *de attentat.* 3. *p. cap.* 30. *n.* 146. ſed ſic eſt, quòd appellatio etiam à ſola condemnatione expenſarum facta in ſententiam revocationis attentati, non admittitur, ſecundùm Innocent. *in c. ſæpe de appellat.* quem refert, & ſequitur Rota *deciſione* 1. *aliàs* 13. *ſi judex, ut lite pendent. in novis*, & Milis *in reperto. verbo appellari non poteſt à condemnatione, fol.* 15. Lancolot. *loco relato, n.* 147. ergo dicendum eſt, ut hoc attribuatur maximo privilegio attentati, & ſic ut in eo non admittatur appellatio, & in eo ſervetur regula juris, ut acceſſorium ſequatur naturam principalis ſui, de quo latè diximus *ſuprà, hac* 2. *part. c.* 7. *in ſecunda limitatione principali, à numero* 101. *cum ſequentibus & à numero* 122. *cum ſeqq.*

Præfatis etiam omnibus addendum, quòd quanta 25
ſpecialiſſima privilegia à jure in favorem hujus remedii ſint conceſſa, & introducta, quantæque pœnæ in odium attentātis, prout ad longum congeſſit Lancelot. *de attenta.* 3. *p.* 30. *titul. de privil. attenta. & cap.* 31. *de pœnis attenta*, quæ ſolet eſſe efficacior ratio ad prohibendam appellationem, ut latiùs diximus *in c. ſuperiori, & in cap.* 8. *hac p. circa contumacem*; & quia hæc 26
cauſa celerem expeditionem requirit, ſecundùm Rotam Modernam in una Nolani, Abbatiæ, Regalis vallis coram Paleoto, ut eſt, in collectis ipſius *dec.* 115. *Joan. Michaël. ad fin.* qua dicitur, quod attentatorum revocatio reſpicit abbreviationem litis, ac in ea proceditur ſummatiè, juris ordine non ſervato, u per Lancelot. *de attenta.* 3 *p. c.* 25.

In reſolutione hujus quæſtionis Lancelot. Robert. 27
timidè, & non multùm conſtans loquutus fuit, etenim *in* 3. *part. cap.* 28. *à n.* 43. *quæſt.* 3. tetigit, ubi arguit, & poſuit fundamenta, ut à ſententia revocationis attentati omnimodo licuiſſet appellari, & quoad ſuſpenſivum, & devolutivum; mox alia adducit fundamenta pro directo contraria opinione; poſtmodum alia adduxit, ut appellari liceret, ſed quoad devolutionem tantùm, ut ſententiæ executio minimè impediatur, & *à num.* 91. *uſque ad* 98. *per totum*, & ad medium *n.* 95. *verſiculo quod ſi quis*, dicit, fortè, ſi quis voluerit tenere alteram opinionem, aut abſolutè affirmativam, aut abſolutè negativam, quòd ipſe magis adhæret negativæ, tanquam magis probabili, & fundatæ, in punctóque juris veriori, ex fundamentis *ſuperiùs* per eum adductis *à num.* 49. dicitque (& tenendo eam non obſtant ea, quæ in contrarium pro prima opiuione fuerunt conſiderata) quibus ſigillatim reſpondet, nulla *ſuprà*, ſcripta limitatione.

Sed adhuc ipſe ibi *n.* 98. *verſiculo verùm quia veritas* 28
novarum opinionum, &c. dicit, quòd ſi aliquis voluerit ſequi opinionem, quæ habet, appellationem admitti à revocatione attentatorum abſolutè, & quòd ad utrũque, quæ tacitè (ut ipſe dicit) colligitur ex nonnullis authoritatibus (de quibus per nos protinus) neceſſariò tamen eam debet limitare, & declarare tripliciter, non verò aliter ſimpliciter admittere. Prima autem limitatio eſt in attentatis, quæ fiunt circa poſſeſſionem, & per ſententiam revocationis attentatorum veniret reſtituenda poſſeſſio, quia tunc non admittitur appellatio, ut ipſe latè probando proſequitur *à n.* 99. Secun- 29
dam verò limitationem appoſuit *n.* 127. ut in attentatis appellatione pendente, ejus revocationis ſententia non ſit licita appellatio. Tertia limitatio eſt, ut in attentatis factis, lite pendente, quando à cauſa principali non admittitur appellatio, nec etiam à ſententia revo- 30
cationis attentatorum admittenda eſt, & hanc ſcripſit *à n.* 130. *cum ſequentibus*. Tu autem adde aliam, ut in 31
cæteris attentatis omnino prohibitam inveniamus, *ex l.* 1. *§. ſed ſi is, ff. de novi operis nuntiatione*, de cujus intellectu *ſuprà* egimus. Ecce igitur, quòd hæ limitationes extenuant regulam penitùs opinionis affirmativæ, & admiſſis his limitationibus nullas ferè alias ſpecies invenies ſub ea regula comprehenſas, & propterea potiùs

ipſas

ipsas regulam **negativam** constituere, affirmare rectè potest. Et sic etiam ipse Lancel. in ista secunda opinione etiam adhibitis dictis limitationibus, nunquam pene des suos firmavit; sed semper in priori omnino negativa appellationis; quam veriorem de jure, & certiorem vocat ibi, eámque semper sequutus fuit, & in aliis diversis locis constanter, tenaciter, & absque varietate,
32 ut videre est *in 3. part. cap. 30. à n. 105. cum pluribus sequentib.* inter alia privilegia attentatorum hoc describit; scilicet; ut ratione attentatum passi hoc sit indultum à jure privilegium, & ratione attentantis hæc pœna, ut attentans prohibeatur appellare, & regulæ generalis, ut appellatio non impeditur etiam Diabolo, ista sit limitatio in attentante, maximè appellatione pendente, ut ipse non audiatur appellans. Et *in eodem tractatu de attenta. 3. p. cap. 31. n. 318. cum pluribus sequentibus*, inter alias pœnas, quæ in odium attentantis à jure inductæ sunt, hanc pariter refert, saltim in attentantis appellatione pendente ejus, scilicet, revocationis sententia non admittat appellationem, *ex d. c. an sit; de appell.* de quo per nos *suprà, in secundo fundamento.* Et hanc opinionem omnino negativam sequitur etiam, & comprobat Cæsar Contard. *in l. unica, in ampliat. n. 37. C. si de moment. possess.* quem refert & sequitur Ruginell, *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 684. fol. 123.*

Ex quo text. *in d. cap. an sit*, & ejus intellectu secun-
33 dùm Anton. Panor. Franc. Decium, & alios, hanc deducit ibi *n. 124.* regulam, & conclusionem, quòd attentans, appellatione pendente, in pœnam, excluditur à beneficio appellationis, quæ probatur ex text. ibi, ex quo primo loco hanc conclusionem elicere. Franch. ibi *n. 1. versic. 1. regula*, & clariùs *n. 7.* & assentitur ultra jam citatos Lanfran. *decisione 443. appellans*, & Decius *in cap. ex parte, el. 2. n. 6. de rescriptis*, & Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, sub n. 159. ibi*; Joan. Corr. *n. 102. de acquir. possessione*, qui omnes hoc loquendi modo utuntur, attentantem appellationis beneficio privari, quæ pœna illam declarationem admittit, ut non perpetuo censeatur prohibita appellatio, sed pro prima vice tantùm, ut per Franch. *in d. cap. an sit, sub num. 2. versiculo quartus casus*, & Lancelot. *loco proximè relato, num. 230. & sequent.* & vide *n. 227. cum duobus sequentibus* ubi dicit ex aliis hoc non procedere in causa diversa, nisi appellatio interposita per attentatum, etiam in causa diversa, tetenderit ad differendam revocationem attentati.

34 Ego verò medius inter partes æquissimam, veram, & probabilem resolutionem apprehendam, adeò ut nec in totum sequar opinionem affirmativam, absolutè appellationem quoad utrumque effectum permittentem; nec in totum alteram pariter absolutè appellationem prohibentem, quoad devolutivum, & suspensivum; sed ut admittatur appellatio à sententia revocationis attentati, non tamen retardata ejus executione, & sic quoad effectum devolutivum sit permissa appellatio, quoad effectum verò suspensivum penitùs denagata. Quæ opinio ex mente omnium est comprobata ex fundamentis *superiùs* adductis, conveniénsque intentioni, etiam tacitæ, quæ deducitur ex aliquorum Doctorum doctrinis, mentionem facientibus, de appellatione ab hac attentatorum revocatione (ut protinus videbimus) & hanc in praxi quotidie videmus assequi ut æquiorem, & servari; ac propterea suspensio negata appellationi à revocatione attentatorum probatur ex omnibus, & singulis fundamentis *superiùs* hucusque à nobis adductis, quæ omnino concludunt, & probant expressè: devolutio autem præfatæ appellationi permissa atque concessa invitat æquitatem. Satis namque attentatum passo sibi à jure consulitur, ut possessionem sibi ablatam cum fructibus, & expensis recuperet, reponatúrque contra jus attentatum ante omnia celeri expeditione: nulla dilatione admissa, nec juris ordine servato, ut per Lancelot. *de attent. 3. part. cap. 25.* neque hoc appellatio impediat: summus enim favor, maximúmque istud est attentatum passo privilegium; nimis etiam odium attentanti, & tandem omnes effectum suum consequuntur, omniúmque hoc modo intentioni satisfit, atque consulitur, tam judici exequendo, quàm parti attentatum passæ recuperando, & attentanti condemnato, qui mediante appellationis effectu devolutivo, quandocunque sic fuerit gravatus, indebitæ sententiæ retractationem appetere potest, & jus quod hoc modo sibi incolume, & salvum est, consequi. Et hanc distinctionem sequitur Lancelot. *de attenta. 3. n. cap. 28. num. 91. & sequentibus*, cujus meminit etiam Escacia *de*
35 *appel. q. 17. limit. 6. membro 6. n. 75. versiculo pro concordia adducuntur, &c. fol. 376.* licèt ipse affirmativam, scilicet; videatur sequi, tepidè tamen ex praxis verbis. Et de communi opinione hujus distinctionis testatur Lancelot. *ubi proximè, n. 17. fol. 446.* Ad hanc concordiam reducendus etiam est Ruginellus *tract. de appell.* qui ex Mandosio, & Lanceloto tenet, *in §. 2. c. 3. n. 86.* quòd à sententia lata super revocatione attentatorum licet appellari, ut intelligatur, quòd procedat quoad effectum devolutivum, ne videatur sibi ipsi contrarius, cum ipsemet *in eodem §. 2. cap. 3. n. 684.* expressè affirmarit, appellationem non admittendam ab hujusmodi sententia super attentatis lata, quia debet intelligi quoad suspensivum effectum. Et hanc opinionem communiter etiam servat, & sequitur tribunal reverendissimi Nuntij horum Regnorum, quotidiéque videmus, ejus sententias, quibus revocantur attentata, exequi appellatione pendente.

Deinde, quia præfata fundamenta negata à nobis 36
suprà adducta, prout est, ut hæc revocationis attentati sententia sit interlocutoria, & quòd celerem expeditionem desideret, & similia, eorum appellatio non utrumque effectum habet, sed unum & devolutivum, ut *suis locis* dicitur, maximè quia cùm attentatorum remedium utique possessorio assimiletur, ut dictum est, sicut in hoc appellatio emissa uno tantùm effectu potitur, ut ex his, quæ latè per Covar. *in pract. c. 24. à n. 8.* ergo pariter, in illo dicendum est, deinde cùm causa attentatorum aliàs judicata est tam favorabilis, &
37 magis, quàm causa pensionis, etiam cum clausula sine retardatione solutionis, ut per Rotam in una Tarvisen. coram Prospero, inter recoll. per Achil. de Grass. *decis. 24. attentatorum causa, sub rubric. de attenta.* & dicit Lancel. *de attent. 3. p. c. 28. n. 95.* ac ideò cùm in pensionis solutione appellatio non habeat utrumque effectum, stante dicta clausula; ergo & ita in nostro casu, & hanc nostram opinionem æquissimam fatetur Lancel. ibi amplectendam.

Hoc & ampliùs suaderi videtur ex responsione à 38
nobis assignanda quibusdam Doctoribus, ex quorum tacita intentione videbatur deduci, ab hac sententia revocationis attentatorum licita n esse appellationem absolutè. Et primò quoniam in illa quæ tione, quæ ab aliquibus disceptatur; an hæc præfata sententia sit interlocutoria, vel diffinitiva, plures dicunt vim diffinitivæ habere, quoad effectum, *clem. appellationi, de appell.* ut appellans possit ex novis actis appellationem justificare, inter quos Author est ardin. *in d. clem. appellanti, n. 9. quæst. 9.* & Petrus Dueñas *in regul. 47. n. 3. versic. 3. fallit*, Rota *decisione 1. ut lite pender post princ. versiculo nec obstat*, ergo tacitè sequitur appellationem esse permissam, dum supponunt appellationem ex novis actis justificari posse. Quia respondeo, veram esse suppositionem, & sequelam tacitam, sed in hunc tamen sensum accipiendos fore, ut appellatio admittatur, & sequatur, etiam non retardata sententiæ executione, quia non obstante causa appellationis devolvatur ad superiorem, & coram eodem tractatur, rectè verificatur, & cadit omnino doctrina dictorum Do-

ctorum, quæ in hunc sensum receptæ nihil detrahit nostræ.

39 Nec secundo loco obstant Rotæ decisiones, 2. aliàs 113. *de re judi. in novis*, & decisio 28. aliàs 517. *eodem titulo in antiquis*, supponendo in attentatis tres fuisse latas sententias conformes; ac per tres instantias itum, quod non potest esse absque appellatione à prima, & sic successivè à secunda, quibus facilè patet responsio, etiam nostra opinione retenta, cùm in ea appellatio permittatur, ut dictum est, & sic bene potest pervenire ad tres instantias, & tres conformes, præcedente executione prioris, appellatione non obstante, imò multi possunt dari casus, nihil intentioni nostræ, & æquæ resolutioni detrahentes, quibus attentatorum revocatio non fiat, nisi post tres conformes, prout contingit, quando prima sententia, & secunda latæ sunt contra attentata passum, éstque revocatio denegata, à quibus potest ipse appellare quoad utrumque effectum, ut mox dicetur, & ita necessariò debet ire per tres instantias, & tres conformes, anteaquam attentati revocationem consequatur, ut aliàs diximus, instrumento Camerali, quia si in prima sententia denegata est ejus executio, & sic contra creditorem referatur, tenetur spectare tres conformes, anteaquam instrumentum exequatur, nisi sit postmodum aliqua pro se lata, qua recuperet privilegium executionis; quia semel prohibitionem evasit. Idem est dicendum in judicio *legis fin. C. de edicto divi Adri.* & in alimentis, multis, & similibus, quia lata prima sententia contra possessionem, alimenta petentem, admissa appellatione quoad utrumque effectum, & in tota causa tres sententiæ necessariò executoriales spectandæ sunt, quousque aliquam favorabilem actor consequatur; ut nos latè Deo dante de hac quæstione agemus *infrà, part. 3. multis capitibus*, & præcipuè *in cap. 4. per totum*, ubi latissimè de hoc articulo tractatur, cùm distinctione juridica procedendo.

Alios etiam casus possumus constituere, ut verificentur præfatæ Rotæ decisiones, adeò, ut in nihilo nostra opinio lædatur, quos ad id proposuit Lancelot. *de attent. 3. p. c. 28. n. 96. versi. ad tertium similiter*, quòd possent dari tres sententiæ in causa attentatorum, vel quia passus attentata, in cujus favorem fuit lata prima sententia, minimè attendit in hujusmodi privilegio, & sic negligens vel ignarus non petiit ejus executionem, sed curando tantùm eam defendere, ne sibi revocetur, eundo in sequelam appellationis, ut multoties contingit.

Potest in hoc etiam evenire, vel expresso accedente partium consensu, vel tacito; ut quia etiam is, qui est attentata passus, hoc suæ sententiæ privilegio abuti malit, pro tam brevi tempore, ne forte ipsa postmodum revocata sententia, per alias tres patiatur gravamina, & incommoda, quæ accidere solent in repositione executionis erga restitutionem possessionis adeptæ fructuum, & expensarum, qui, vel quia multum confidens de sua justitia causæ principalis malit, litium anfractus, & dilationes succidere pro ea diffinitivè consequenda; prout ego vidi non paucos litigatores hanc facere considerationem; ac ideo quod tacitè ex mente prædictorum Doctorum, & Rotæ decisionum deducitur, non urget, quoniam non debet attendi, quod de facto factum est, sed quod de jure fieri debet Rota *dec. 58. alias 412. si appellatur, de appellationibus in novis*, quia cum nostra opinione rectè potest concurrere, & que omnino adaptari, & quod magis est, in favorem retorqueri secundùm intelligentiam à nobis assignatam.

40 Quibus suppositis, in hac quæstione potest constitui regula, judicem nullo modo vim facere, si appellationi emissæ à sententia lata pro revocatione attentatorum non detulerit, cùm tunc à jure non cogatur deferre, imò sententiam suam absque metu, & reatu attentati possit ad effectivam, & actualem executionem trahere; quæ regula adaptatur tam nostræ æquissimæ opinioni, ut quoad suspensivum hoc casu censeatur prohibita appellatio, quam absolutè negativæ quoad utrumque, quam sequi à temeritate non distaret, cùm nimis rigorosa sit.

Quam regulam loco limitationis, ut declarares, vo- 41
lo: ut scilicet intelligatur, quando sententia lata est in favorem attentatum passi, non tamen quando contra ipsum, & in favorem adversarij attentantis lata sit, quia cùm hoc appellationis prohibendæ privilegium inter cætera à jure in favorem passi inducatur, in ejus damnum retorqueretur, si à revocatione attentati negata non sibi permitteretur appellatio qua[illegible] que, juxta regul. text. *in l. quod favore. C. [illegible]* imò loco privilegij pœnam consequeretur, [illegible] est, quia ordinata ad unum finem, co[illegible] operari, & attentans, in cujus odium appellatio non suspendit, ex suo dolo, & malitia [illegible] commodum, & sic foret ut ordinata ad unum finem, contrarium effectum operarentur. Item quia veniam est ut appellatio emissa à sententia revocationis attentati non suspendat, à denegatione autem revocationis, & sic contra attentatum passum, & in favorem attentantis, posse passum appellare quoad utrumque effectum. Pro eo facit in his terminis propriis, quod it a consoluit Augustin. Beroius *consil. 51. in hac causa, versic. secunda conclusio, n. 5. & sequentibus, lib. 3.* ubi dicit, & probat, quòd à denegata revocatione cujusdam sequestri, quod prætendebatur attentatum, & ex eo capite petebatur revocari, validè posse appellari ab ipso sequestrum attentatum passo, cui revocatio denegata est, ita ut præfata appellatione pendente nihil sit innovandum. Et facit etiam Egidius *decisione 47. ubi appellatur*, dum ibi supponit quòd à sententia lata in attentatis contra utramque partem, utramque ab ipso appellasse, quod aliud foret dicendum si adversùs attentantem solummodo lata fuisset, & hoc & notorium, & vulgare est, quod 42
quando in favorem alicujus à jure appellatio prohibetur, ut ipsi privilegiato non censentur prohibita, sed permissa, quando adversùs illum sententia fertur, sed integraliter suos effectus habeat, ut in pronuntiatione negativa hæredem non mittendum in possessionem, utentem remedio *l. fin. C. de edicto*, juxta stupendum dictum (quod vocant) Angeli *in l. quisquis, n. 3. Cod quorum appellat. non recip.* & in sententia lata in possessorio contra spoliatum, juxta ea, quæ latè Lancelot. *in tractatu de appellat. recip. vel prohib. in possess. 25. limi. regula per eum ibi posita*. Jacob. de Sanc. Georgio *in lib. fin. num. 30.* & Zuchard. *num. 443. Cod. de edicto divi Adrian. tollen.* Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. cap 3. sub num. 649. versus finem, versic. ubi appellabitur*, Lancelot. *tractatu de attent. 3. part. cap. 28 n. 89.* Escacia *tractat. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membro 6. num. 38. fol. 350.* Petrus Dueñas *regul. 44. fol. 1.* Menoch. *tractat. de adipiscen. remed. 4. quæst. 100. num. 856. versicul. secundus. fol. 54.* Achil. Personal. *tractatu de adipisc. possess. n. 344. versicula vel & quoque, fol. 269.* Petrus Surd. *tractatu de alimen. titul. 8. privileg. 60. n. 26. & 27.* Tiraquell. *tractat. le mort saisit le vif, p. 6. declara 6. n. 3. versiculo id autem.* Cæsar Contar. *in leg. unica, in annotatione, n. 113. versiculo non esse. Cod. si de moment. possess.* & loquendo in sententia negativa alimento. 25. petitorum, ut appelletur quoad utrumque, tenet Angel. *in l. fin. sub num. 1. ff. de appellatio. recip.* quem referunt, & sequuntur Contar. *ubi proximè, limit. 7. num. 19.* Petrus Surd. *d. privilegio 60 num. 24. in fin. & n. 25. & sequentibus*, & signanter *num. 23. in fin.* Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 68.* Escacia *de appellat. quæst. 17. limit. 7. numer. 19. & seqq.* qui *numer. 20.* confirmat ex doctrina Angeli *in d. l. fin. sub. num. 1.* quem referens

ſequitur Contard. *ubi proximè*, & Ruginell. *d. c. 3. n. 7.* quod poteſt appellari à ſententia, qua pronuntiatur, annonam non eſſe diſtribuendàm in uſum militum (licèt loquendo in poſſeſſorio, Marqueſſan. *tract. de commiſſio. cap. 21. n. 28. fol. 235.* poſt Puteum, affirmare contrarium auſus fuerit.) Et idem contingit in ſententia negativa, vel contra creditorem executionem inſtrumenti Cameralis, ſeu guarentigiati, ſeu ſententiæ etiam petentem, quia tunc à lata ſententia negativè concepta conceditur appellatio, licèt ab affirmativè lata non admittatur iis in caſibus, quoad ſuſpenſivum, ut *ſuis locis* commodiùs latiùs Deo dante diximus; præcipuè *infrà. 3. part. p. 4. per totum*, ubi multa circa hunc articulum congeſſimus omnino videnda.

CAPUT XIII.

Si à collatione, electione, confirmatione, præſentatione, inſtitutione beneficij, aliiſve actibus extrajudicialibus, appellationi interpoſitæ judex Eccleſiaſticus non deferat: an, & quando violentiam facere dicetur: ubi exactè, quando judicialiter, vel extrajudicialiter in proviſione beneficiorum proceſſum fuiſſe, vel debuiſſe dicatur.

SUMMARIUM.

Extrajudicialis actus non recipit appellationem, nec cauſat attentatum, num. 1.

Extrajudicialis actus eſt beneficiorum proviſio, & collatio ſui primæva natura attentata, n. 2.

Examen ad beneficium eſt actus extrajudicialis, n. 3.

Extrajudicialis proviſio beneficij non eſt interlocutoria, ſed pro interlocutoria habetur, n. 4.

Extrajudicialis inſtitutio, aut confirmatio loco interlocutoriæ habetur, num. 5.

Examen ad beneficium tanquam actus extrajudicialis non requirit citationem, num. 6.

Proviſio parochialis juxta formam Tri. non eſt judicialis, ſed extrajudicialis, num. 7.

Informatio qualitatum ad proviſionem beneficij ſit extrajudicialiter nullo citato, n. 8.

Proviſio ubi extrajudicialiter fit, collator non tenetur teſtes comparere, nec proceſſum formare, nec illum publicare, ſed extrajudicialiter animum ſuum informat, n. 9.

Extrajudicialis proviſio non requirit alicujus citationem, num. 10.

Extrajudicialiter procedit executor ad beneficium, & de qualitatibus, moribus, & vita, ſeu habilitate proviſi informatur extrajudicialiter nomine citato, n. 11.

Executor non tenetur citare volentem opponere impetrantem non eſſe idoneum, n. 12.

Extrajudicialiter procedunt regulariter executores ad beneficia, n. 13.

Diſpenſationes matrimoniales commiſſa ordinario juxta earum clauſulam, extrajudicialem informationem appetunt, n. 14.

Executor diſpenſationis matrimonialis poteſt teſtibus non ſtare, ſi aliter de veritate ſibi conſtet, & executionem ſuſpendere, n. 15.

Extrajudicialis proviſionis, & proceſſus difficile eſt probare injuſtitiam, cùm tam perſcripta, quàm per non ſcripta judex animum ſuum informat, n. 16.

Extrajudicialem proceſſum qui injuſtum dixerit, aliunde tenetur verificare injuſtitiam, quia pro actu extrajudiciali præſumitur, non verò gravamine, n. 17.

Extrajudiciali in proviſione conferens non ut judex, ſed ut privata perſona procedit, n. 18.

Executor collatoris non habentis juriſdictionem, poteſt ſe extrajudicialiter informare, num. 19.

Extrajudicialis appellatio eſt ſi interponatur à parte, vel à judice ante judicium cœptum n. 20.

Extrajudicialis actus nunquam tranſit in rem judicatam, num. 21.

Executio executoris extrajudicialiter procedentis de jure non citatis ſalvum jus reſervat, n. 22. & 23.

Ab extrajudiciali gravamine duo oriuntur remedia, appellatio intrà decendium, recurſus extra illud, num. 24. & 25.

A gravamine peraquatorum, hoc eſt, repartidores de pechos, *appellatur intra duos menſes à die notitia gravaminis, num. 26.*

Sententia non profertur, ubi deficit judicium, & litis pendentia, n. 27.

Extrajudicialiter procedens executor gratiæ nullam refert ſententiam, ſed gratioſam executionem, n. 28.

Extrajudicialiter facta inſtitutio, collatio, ſeu proviſio beneficij fieri poteſt die feriato, ſecus ſi judicialiter, num. 29.

Forma juramenti, de qua in c. ut circa, de elect. lib. 6. *ſervanda in appellatione; procedit, quando electio ſit extrajudicialiter, ſecus ſi judicialiter, n. 30.*

Extrajudicialiter poteſt Epiſcopus extra diœceſim inſtituere, & confirmare, ſecus ſi judicialiter, n. 31.

Actus quales geri poſſunt extra juriſdictionem, diœceſim, ſeu provinciam, n. 32. remiſſivè.

Proviſio beneficij facta ſervata ſua Primæva natura, non recipit appellationem, n. 33.

Proviſio beneficij judicialis ſit cum contradictore legitimo, & requiritur diffinitiva pronuntiatio, n. 34.

Judicialiter proceditur in proviſione beneficij, vel ex voluntate collatoris, vel ex juris neceſſitate, prout naturâ negotij poſtulat, n. 35. & ſeqq.

Executor ad beneficium regulariter non tenetur partes judicis aſſumere, ſi non vult, ſecus ſi vult, quia tunc poteſt judicialiter facere proviſionem, n. 36.

Extrajudiciales actus poteſt judex, vel executor judicialiter celebrare ſi vult, n. 37.

Judicium mutare in majorem cauſa cognitionem parte non contradicente, nullam cauſat nullitatem, ſecus ſi in minorem, n. 38.

Judicis partes aſſumere in proviſione beneficij, quibus caſibus judex ex neceſſitate tenetur juris, n. 39.

Judicis partes aſſumere tenetur judex in proviſione beneficij, quando commiſſio, aut diſpoſitio utitur verbo (judicium) quod in judicialibus, non extrajudicialibus verificatur, num. 40.

Extrajudicialia, & judicialia ſibi invicem contraria ſunt, & repugnantia, n. 41.

Extrajudiciales actus nunquam tranſeunt in rem judicatam, ex quo in eis judicium deficit, n. 42.

Dictio (judicium) quam habeat ſignificationem, n. 43.

Judicis partes aſſumet judex in extrajudicialibus, ſi commiſſio faciat mentionem dictionis (lis) qua verificatur in judicialibus, & lite conteſtata, n. 44.

In extrajudicialibus actibus non dicitur lis introducta, num. 45.

Per extrajudicialem actum beneficium nec res dicitur litigioſa, num. 46.

Ab extrajudiciali actu per appellationem etiam coram ſuperiori præſentatam non dicitur beneficium litigioſum, nec litem pendere, n. 47.

Judicis partes aſſumere tenetur executor ſive diſpenſationum, ſive gratiarum, ſive contineant clauſulam (vocatis vocandis) vel quod citetur alioquis, n. 48.

Executor merus tenetur aſſumere partes judicis, ſi adſit clauſula (citatis citandis,) n. 49.

Executor merus vigore clauſulæ (citatis citandis) efficitur mixtus, num. 50.

Executor vigore clauſulæ (vocatis vocandis) non tenetur aſſumere partes judicis, nullus appareat contradictor, n. 51.

Informatio ſumenda pro habilitate proviſi ad præbendam ſit abſque partis citatione, n. 52.

Informatio pro habilitate proviſi ſit abſque teſtium juramento, & abſque proceſſu judiciali, n. 53.

Informatio ubi ſit ſumenda inhabilitatis, jam electi, aut promoti, ut privetur, debet fieri judicialiter, & eo citato, num. 54.

Judicis partes tenetur aſſumere executor, ſi mandatur procedere cum cauſæ cognitione, n. 55.

Cauſæ cognitio ubi requiritur, citatio neceſſaria eſt, n. 56.

Judicis partes tenetur judex aſſumere in proviſione beneficij, ſi compareat legitimus contradictor opponens legitimas exceptiones, qui judicialiter audire debet, n. 57.

Judicialiter fiet inſtitutio, & præſentatio, ſi poſito edicto compareat aliquis de jure patronatus opponens, vel contra præſentatum, n. 58.

Et quibus temporibus hæ exceptiones opponantur, ut primæva natura proviſionis alteretur, & judicialis efficiatur, n. 59.

Inſtitutio, & confirmatio fiet extrajudicialis, ſi appareat legitimus contradictor, vel compræſentatus aliquid objiciens, n. 60.

Et idem ſi promotor fiſcalis opponat contra præſentationem, vel præſentatum, n. 61.

Inſtitutio ſi fiat cum legitimo contradictore, ſententia fertur diffinitiva, ſecus nullo comparente contradictore, n. 62.

Confirmationi petitæ ſi nullus ſe opponat, non requiritur libellus, nec litis conteſtatio, nec diffinitiva ſententia, num. 63.

Executor beneficij non tenetur judicialiter procedere, ſecus ſi comparet aliquis prætendens aliquod præjudicium, qui judicialiter auditur, n. 64.

Executor gratiæ, ſive cum clauſulis ſonantibus monitionem, ſive conditionem, tertium comparentem audire tenetur, ſaltim in via ſummaria, n. 65.

Executor tenetur citare, & judicialiter audire exiſtentem in poſſeſſione etiam de facto, n. 66.

Executor tenetur citare, & audire judicialiter, quem commiſſio præjudicat, ut ſi dicatur, ſi tibi conſtiterit N. eſſe bigamum, beneficium ejus conferas, n. 67.

Executor gratiæ tenetur judicialiter procedere, ſi adeſt intruſus, aut alius contradictor appareat, n. 68.

Executor non tenetur amovere poſſeſſorem non citatum, etiamſi commiſſio careat clauſula (citatis citandis,) n. 69.

Per executores data poſſeſſio non citato poſſeſſore dicetur intruſa, n. 70.

Executor ad diſpenſationes matrimoniales tenetur judicialiter procedere ſi compareat contradictor, n. 71.

Etiamſi adverſarius ipſe exiſtat à principio, quia citandus eſt, n. 72.

Extrajudicialis proviſio qualiter per contradictorem reddatur judicialis, redditur ratio, n. 73. & ſeqq.

Libellus oppoſitionis contra proviſionem beneficij non eſt provocativus, ſed excluſivus, n. 74.

Contradictio ubi datur, & ibi acceſſoriè inſtantia datur, num. 75.

Inſtantia quid ſit, num. 76.

Lis quando efficiatur ex comparitionibus per præſentatos coram ordinario, num. 77.

Judicialiter fuiſſe factam proviſionem, cognoſcitur, quando adeſt concurſus oppoſitorum formantium inter ſe contradictionem, n. 78.

Contradictio, & inſtantia in articulo data, ibi etiam cauſæ cognitio danda eſt, n. 79.

Cap. ut circa, & cap. conſtitutio. de electio. lib. 6. *interpretantur, n. 80.*

Proviſio beneficij à quo tempore per oppoſitionem incipiat effici judicialis n. 81.

Con il. Compoſtellanum loquens de objectionibus oppoſitis electoribus in proviſione Doctoralis, Magiſtralis, &c. declaratur, n. 82.

Executor beneficialis per citationem an videatur judicialiter procedere, n. 83.

Citatio non pertinet naturæ actus extrajudicialis, n. 84.

Citatio non expeditur niſi à judice juriſdictionem habente, num. 85.

Judicialiter tunc in proviſione proceſſiſſe cognoſcitur; quando collator fecit actum, qui à privato fieri non poteſt ſed à judice, tanquam judice, n. 86.

Citatio eſt actus de proceſſu judicij, & inter judiciales actus computatur n. 87.

A citatione proceſſus tanquam à capite ſubſtantiali exordium ſumit, n. 88.

Judicialis actus eſt interloqui, non extrajudicialis, n. 89.

Juriſdictionem ſupponit interlocutoria, n. 90.

Citatio eſt ſententia interlocutoria, n. 91.

Citatio non expeditur à judice in die feriato, n. 92.

Effectus quando non ſolùm prohibitus, ſed & ipſe actus, non ſufficit effectum conferre in tempus permiſſum, n. 93.

Citatio litis pendentiam inducit, ad hoc etiam ut nihil pendente eo innovetur, n. 94.

Potentia magis in effectu monſtratur, n. 95.

Citationis intimatio eſt actus extrajudicialis, n. 96.

Extrajudicialiter qui potuit procedere, ſi partes judicis ſemel aſſumat, an poſſit ad extrajudicialem proceſſum redire, n. 97.

Summariè qui poteſt procedere, ſi procedat via ordinaria, an poſſit redire ad ſummariam, n. 98.

Felini opinio refertur circa executorem, qui potuit procedere extrajudicialiter, & judicialiter proceſſit, an poſſit redire ad viam extrajudicialem, n. 99.

Arbiter, & arbitrator datus an poſſit judicialiter, & extrajudicialiter ſimul procedere, & variare, n. 100.

Extrajudicialiter qui potuit procedere, ſi judicialiter incipit, non poteſt variare, ut verius reſolvitur, n. 101.

Ut arbiter, & arbitrator ſimul electus, ſi ſimel partes judicij aſſumat, non poteſt redire ad viam extrajudicialem arbitratoris, n. 102.

Via ſemel electa per arbitratorem, & arbitrum ſimul, ſibi debet patere, n. 103.

Variatio præcipuè perſonis Eccleſiaſticis prohibetur, n. 104.

Electio expreſſa judicis aſſumpturi partes judicis, non poteſt variare, & redire ad extrajudicialem cognitionem, num 105.

Renuntiatio tacita reſultans ex facto contrario maximè in judicio, idem operatur quod expreſſa, n. 106.

Arbiter judicialiter, arbitrator extrajudicialiter debet procedere, num. 107.

Arbiter, & arbitrator ſimul electus ex modo procedendi detegitur, qua uti velit poteſtate, n. 108.

Potentia cauſa efficientis arguitur ex efficacia effectus, num. 109.

Ad viam executivam non poteſt redire, qui ſemel intentavit ordinariam, num. 110. niſi aliter proteſtetur creditor, ibid.

Cauſa ſemel effecta ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis, n. 111.

Judex, qui potuit procedere ſummariè, ſi procedit ordinariè, valet proceſſus, n. 112.

Exequi non poteſt obligatio in forma Camera aperta ſemel via, ut de falſitate cognoſcatur, n. 113.

Natura rei ſemel alterata, ſemper remanet alterata, n. 114.

Citatio facit legitimam perſonam citatum, etiam non citandum; ſaltim ut ante executionem de ſuo jure audiatur, & expectetur, n. 115.

Citatus non citandus ſit legitimus contradictor, ut audiatur, num. 116.

Extrajudicialis, & judicialis proceſſus ſunt adinvicem repugnantes, & incompatibiles, n. 117.

Proceſſus totius unum dicitur continens, etiamſi plures contineat articulos, n. 118.

Poteſtas utraque judicialiter, & extrajudicialiter procedendi conceſſa, ſive per copulativam, ſive per conjunctivam, non poteſt eodem tempore ſimul ita procedere, nec variare, n. 119.

Copulativa oppositæ inter incompatibilia, resolvitur in distinctivam, n. 120.
Executor beneficij si assumat partes judicis, ubi ad id non tenebatur, omnino debet servare formam judicij, n. 121.
Executor licèt admittat articulos, & juxta illos examinet testes non dicitur judicialiter procedere, n. 122.
Constitutio Pij IV. super apponendo sequestro beneficio reservato judicialiter, & extrajudicialiter, interpretatur, num. 123.
Dictio (consliterit) poterit sui natura ad extrajudicialem cognitionem referri, n. 124.
Dictio (summariè) ad judicialem refertur, ibid.
Sequestrum beneficij reservati juxta constitutionem Pianam potest judex apponere via judiciali, & extrajudiciali simul, n. 125.
Tridentini sess. 22. de reform. c. 5. *dum de dispositionibus ordinariis committendis loquitur, dicitque procedere posse summariè, & extrajudicialiter, interpretatur, n.* 126.
Executor dispensationis matrimonialis tunc tenetur citare, quando adest contradictor, non aliter, n. 127.
Clausula (vocatis vocandis) non arctat pro edere judicialiter, nec citare, ubi non comparet contradictor, n. 128.
Arbiter effectus ut possit judicialiter, & extrajudicialiter procedere simul, utraque non utitur potestate, n. 129.
Cap. nisi essent de præbendis, *interpretatur, n.* 130.
Argumentum valet ab etymologia vocabuli, n. 131.
Delegata, & ordinaria potestate potest quis simul uti n. 132.
Executor simul procedens judicialiter, etiamsi ad id non teneretur, non potest variando ad viam judicialem redire, nec utraque simul uti, n. 133.
Secus si cœpit procedere extrajudicialiter, quia potest ad judicialem viam procedere, n. 134.
Extrajudicialiter, & judicialiter simul procedendi si in commissione, lege, aut compromisso facultas detur, vel una via electa posse ad aliam redire; tum judex poterit variare, & simul utroque modo procedere, n. 135.
A judice procedente extrajudicialiter, cùm debeat procedere judicialiter, vel ab ipsa simul utraque via procedente, appellationi deferendum est, n. 136.
Ab inordinato processu, & ejus intricatione appellatio licita est quoad utrumque effectum, n. 137.
Institutio, & confirmatio facta cum legitimo contradictore non adhibita causæ cognitione, nulla erit, n. 138.
A judice procedente judicialiter, & extrajudicialiter simul (in casu quo sic procedere quit) appellationi emissæ an sit deferendum, n. 139. 140. & 141.
Variare modum procedendi judicialiter partim, & partim extrajudicialiter in eodem articulo non permittitur, etiam habenti facultatem simul procedendi, n. 142.
Judicialiter quando executor, seu collator tenetur procedere in provisione beneficij, sive sua sponte, sive ex necessitate juris; debet omnino servare formam judicij, summarij tamen, n. 143.
In provisione beneficij judiciali præ oculis habere debet judex, Clem. sæpe, de verbor. signif. & de natura clausularum summariè, simpliciter, &c. *n.* 144. & *seqq.*
Stylus curiæ ubi causa tractatur, non curiæ delegantis attenditur, n. 156.
Stylus Romanæ Curiæ ad alia loca in partibus non extenditur, n. 147.
Summariè ubi procedi debet, processus formandus est in forma judiciali, quia substantialia judicij non tolluntur, num. 148.
Juramentum de calumnia est actus judicialis, non extrajudicialis, n. 149.
Materia opposita sub aliquo rubro judicatur ejus esse naturæ cujus est rubrum, n. 150.
Casus violentiæ de facto refertur, n. 151.
Verba judicis debent intelligi secundùm mentẽ juris, n. 152.
A provisione beneficij appellationi emissæ, an sit deferendum disceptatur, n. 153.
Lambertini opinio refertur, ibidem.
Contraria opinio refertur circa appellationem admittendam à provisione Capellaniæ, n. 154.
A provisione beneficij extrajudicialiter facta appellationi emissæ deferendum non est, n. 155.
A provisione beneficij judicialiter sua primæva natura alterata facta, appellationi deferendum, quia causat attentata, n. 156.
Qui hanc teneant distinctionem in omni provisione, præsentatione, seu institutione, referuntur, n. 157.
A provisione ex sententia, qua declaratur jus patronatus, appellatio & est licita, & causat attentata, n. 158.
Provisio beneficij an judicialiter, an extrajudicialiter fuerit facta præ oculis habet Rota, ad admittendam, vel denegandam appellationem n. 159. & 160.
A provisione omnium beneficiorum, collatione, electione, confirmatione institutione appellationi deferendum quoad utrumque effectum, si judicialiter, sit actum, n. 161.
Capellaniæ à provisione facta judicialiter appellatio deferendum, & vim fieri passim decernunt Senatus Regij, num. 162.
Senatus aditus per viam violentiæ ob appellationem à provisione Capellaniæ, quandoque vim fieri, quandoque verò vim non fieri, decernit, attenta natura provisionis extrajudicialis, aut judicialis, n. 163.
Cevallos communiter à Doctoribus reprobatur, ibid.
Lambertini opinio notatur, & animadvertitur, literam esse corruptam, n. 164.
C. constitutis, el. 2. de appellat. *interpretatur, ut loquatur in provisione beneficij extrajudiciali, n.* 165.
Actus consecutivi non causant attentata, n. 166.
Parochialis provisio quoquo modo facta, non suspenditur per appellationem juxta Trident. & motum proprium Pij V. num. 167.
Parochialis provisio per sententiam judicialem qua declaratur jus patronatus, non suspenditur per appellationẽ, n. 168.
Trid. & motus proprius declarantur circa provisionem Parochialium, n. 169.
Periculum infertur animabus ex longa Parochialis vocatione, n. 170.
Parochiali multæ assignantur specialitatis rationes animarum periculi, n. 171.
Animarum cura continet magnum periculum, cùm sit ars artium n. 172.
Tr. & motus proprius si intelligerentur de tollenda appellatione in Parochialis provisione extrajudiciali duntaxat, nihil specialitatis continerent ultra jus commune, n. 173.
Cetera quæ desiderantur, appellationem non recipiunt n. 174.
Dictio (nulla) est distributiva pertinens ad plura, nec potest de uno tantùm prædicari, n. 175.
Appellationis prohibitio in Parochialibus, est privilegium, num. 176.
Privilegij ita facienda interpretatio, ut aliquid specialitatis contineat, n. 177.
Et ut aliquid addat juri communi, n. 178.
Interpretari ita debet omnis dispositio, ne superflua reddatur, etiam in materia strictæ & pœnali, n. 179.
Trident. dispositio circa provisionem appellatione non obstante est specialis in Parochialibus, quæ ad cætera beneficia non trahitur, n. 180.
Appellari prohibens statutum ab interlocutoria aliqua intelligitur, etiam quando jure communi licita erit appellatio, num. 181.
Ægidiana prohibens appellationem in possessorio, intelligitur etiam, ubi alias permissa erat, n. 182.
Appellatione remota si committatur causa possessoria, intelligitur etiam remota in casibus specialibus, quibus licita erat appellatio, n. 183.
Appellationem prohibens statutum in possessoriis operatur in casibus, quibus jure communi permissa erat, n. 184.
Clausula (appellatione remota) in possessorio operatur etiam in casu speciali, quo erat alias appellatio permissa, num. 185.

Parochialis provisionem, & collationem si aliqua de causa Ordinarius non fuerit executus, poterit superior de appellationis causa cognituras, suam sententiam exequi, licèt sit in contradictorio judicio lata, n. 186.

A collatione, electione, præsentatione, institutione, confirmatione quorumlibet beneficiorum, etiam simplicium extrajudicialiter facta appellatio emissa non suspendit possessionis traditionem, nec in denegata delatione violentia adest, n. 187.

Ab extrajudiciali provisione cujusvis beneficij appellatio, sicut non admittitur, ita nec ab articulis in ea incidentibus, & aliis gravaminibus ab ea dependentibus, n. 188.

Extrajudicialis si est provisio, omnes ejus articuli extrajudiciales sunt, n. 189.

Appellatio ab articulo incidente in provisione simplicis beneficij, ut admittatur, inquirit Rota, an lis fuisset introducta, n. 190. *&* 215.

A provisione quorumlibet beneficiorum simplicium judicialiter facta appellationi interpositæ non deferens, vim facit, n. 191.

A provisione beneficij simplicis judicialiter facta sicut appellatur, ita à gravaminibus incidentibus, si sint sui natura qualificata, n. 192.

A Parochialium provisione, sive judicialiter, sive extrajudicialiter facta, appellationi emissæ, non deferens vim non facit, n. 193.

A Parochialis provisione etiam judiciali appellatio sit ut prohibetur quoad suspensivum, ita non admittitur ab articulis incidentibus in ea, n. 194.

Ab Hieronymo Gonzalez cavendum asserente in Parochiali admitti appellationem ab articulis incidentibus, n. 195.

Ab examinatorum relatione, & mala Episcopi electione in Parochialibus, an & quomodo admittatur, vel prohibeatur appellatio? n. 196.

Trident. & motus proprius circa prohibitionem appellationis à provisione Parochialium declarantur n. 197.

Examinatorum relatio qualibet, & Ordinarij electio ad Parochiam non suspenditur per appellationem, quæ devolutivum dumtaxat habet, n. 198.

Examinatorum à reprobatione appellatio licita est quoad devolutivum, non quoad suspensivum, n. 199.

Nicolaus Garcia reprobatur asserens appellationem esse prohibitam à reprobatione examinatorum quoad utrum, que effectum, n. 200.

Ad Parochialem provisus non est à possessione amovendus etiamsi judex appellationis contrariam ferat sententiam, donec contra illum tres sint conformes, n. 201.

Ab electione ad Parochialem discordantibus examinatoribus appellationi an sit deferendum, n. 202.

Et qui affirmativam teneant, ibidem.

Ab electione ad Parochialem etiam discordantibus examinatoribus appellationem suspensivo carere, verius resolvitur, n. 203.

Examinatorum concordiam Ordinarius non expectat, sed plurimum tunc operatur suum arbitrium in Parochialibus, n. 204.

Ordinario assignantur quatuor menses in Parochialibus reservatis ad significandum concursum Pontifici, n. 205.

Præsentatus unus solus ad Parochialem juris patronatus laicorum si sit ab examinatoribus reprobatus, an poterit appellare suspensivè, n. 206.

Reprobatus habens gratiam in forma dignum, ad Parochialem appellare potest suspensivè, n. 207.

Appellatio per unicum præsentatum ad Parochialem laicorum reprobatum in examine causat attentatum, n. 208.

Parochialis provisio nulliter facta, vel ex defectu formæ Tridentini, vel aliam nullitatem contineat; suspenditur per appellationem, & idem in simplicibus beneficiis, num. 209.

Ad examen vocatus ad simplex beneficium non potest appellare juxta Trid. n. 210.

Et etiam in Curatis, n. 211.

Reprobatus ab examinatoribus ad beneficium simplex, an possit appellare quoad utrumque effectum, n. 212.

Examen ad beneficium, & concursus est actus extrajudicialis, n. 213.

A termino tacite, vel expressè denegato, petito ad accedendum ad examen per procuratorem filij patrimonialis absentis, cujus nomine se opposuit, an appellationi interpositæ sit deferendum, & quando, n. 214.

In simplicis beneficij provisione appellatio admittitur ab incidentibus, si proceditur judicialiter, non aliter, n. 215.

Renuntians semel suo beneficio, an possit iterum ei se opponere, & an ab electione de eo facta possit appellari, n. 216.

Renuntians suo beneficio non potest illud repetere nec ad id regressus datur, n. 217.

Renuntiantibus actiones suas non est ad illas dandus regressus, n. 218.

Renuntians electioni de se facta non auditur appellans, quò minus alius eligatur ad illud beneficium, n. 219.

Renuntiantem semel possunt electores iterum eligere ad idem beneficium, n. 220.

Renuntians beneficium potest ad idem denuo præsentari, eligi, & se opponere, n. 221.

Renuntians beneficio ob crimen non potest iterum eligi, nec præsentari ad illud, n. 222.

A sententia qua electores suspenditur à voce activa & passiva, an appellari possit, ita ut interim ejus votum, seu suffragium valeat, n. 223. *&* 224.

Suspensionis violatio in spiritualibus inducit irregularitatem, secùs in temporalibus, quæ suspenditur per appellationem, n. 225.

Electori opposita exceptio exclusiva suffragij, si probatio, præ manibus non habeatur, potest, ne tempus labatur, rejici cum clausula præservativa, n. 226.

Appellatio non admittitur ab eo, quod facit major pars Capituli, n. 227.

Etiamsi justificationis probatio incontinenti offeratur, n. 228. *& quibus rationibus, ibid.*

Electiones Magistralium, & Doctoralium quam formam requirant ex Bulla Sixti IV. & Leonis X. & de variis dubiis remissivè, n. 228.

Episcopus solus an simul cum Capitulo possit cognoscere de exceptionibus oppositis personis eligendorum, vel electorum ad Magistrales, vel Doctorales, n. 229.

Actus jurisdictionales in electionibus incidentes Episcopo dumtaxat pertinent, n. 230.

Nisi consuetudine illud simul acquisiverit Capitulum, num. 231.

Ab Episcopo existente electioni ut Canonico ad eundem appelletur, si verò ut Episcopo & Prælato, ad ejus superiorem appellandum erit, n. 232.

A Rege sententiante ut Comite, ad Superiorem Comitis appellatur, n. 233.

Legatus in partibus habet facultatem cognoscendi de appellationibus interpositis ad Papam, & ab appellationibus à Legato potest ad eundem redire, n. 234.

Prælatus præcedens semel ut judex ad eum non appellatur, ne dentur duo gradus jurisdictionis in eadem persona, num. 225.

Episcopus in electionibus Doctoralium, &c. assistit ut Prælatus, non ut Canonicus n. 236.

Appellantes ab electione opponentes contra personam electi, eligentis, vel eligendi præ oculis habeant formam cap. ut circa, de elect. lib. 6. *n.* 237.

Juramentum, de quo in c. ut circa, de elect. in 6. *debet esse corporale tactu Evangeliorum, non aliter, n.* 238.

Alias nullum erit juramentum, n. 239.

Juramentum per tactum Evangeliorum non requiritur de consuetudine, sed sufficit tactus cujusvis libri, vel tabulæ, num. 240.

Quæ consuetudo procedit, quando jus requirit juramentum corporale, secus quando specialiter disponit super tactu Evangeliorum, n. 241.

C. ut

C. ut circa, de electio. in 6. *disposito procedit in omni provisione beneficij, in quo objicitur defectus contra aliquem, num.* 242.
Juramentum juxta C. ut circa, de electio. lib. 6. *requiritur, quando objicitur, & appellatur in provisione extrajudiciali, non tamen à judiciali, n.* 243.
Juramentum, & forma, cap ut circa, *non requiritur, quando objectus, & crimina opposita sunt notoria, vel opponenti non incumbit onus probandi, n.* 244.
Forma non adimpletur per æquipollens, n. 245.
Forma requisita pro certo fine, & effectu, secuto fine per æquipollens, forma satisfit, n. 246.
Circa materiam, cap. ut circa, *& de aliis limitationibus remissivè, n.* 247.
C. ut circa, *omissa forma semel appellans, an possit iterum ea servata appellare, si intra terminum sit, n.* 248.
Impedimentum legitimum superveniens oppositori ad beneficium intra terminum edictorum, quominus locum examinis adire queat, an appellationi à termino denegato non deferens, vim faciat, n. 249.
Examen, & concursus sustinetur, si termino designato quidam ex oppositoribus apparuerunt, quidam verò non, num. 250.
Edictum non prorogatur, licèt ex oppositoribus unus solus compareat examini, cui idoneo facienda erit collatio, nisi cæteri legitimo impedimento detineri, se excusent, num. 251.
Et quid in provisione Doctoralium disponat Concilium Compostellanum, n. 252.
Impedito legitimè non currit tempus, n. 253.
Impeditus legitimè excusatur à publicanda resignatione, & contumacia, n. 254.
Impeditus non dicitur negligens, n. 255.
Ob impedimentum receditur à forma, n. 256.
Terminus is est noviter dandus, quantum abstulit impedimentum non ex integro, n. 257.
A dilatione brevi appellatur regulariter, n. 258.
A termini denegatione appellatio datur, n. 259.
Appellari licet à denegata dilatione legitimè impedito, quominus queat locum examinis adire, n. 260.
Dummodo impeditus intra terminum edictorum se opposuerit, n. 261.
Et dummodo de impedimento legitimo coram Ordinario doceatur per testimonium, puta, n. 262.
Impedimentum, quod potuit removeri, non excusat, n. 263.
Impedimentum propriè illud est, quod evitari non potest, num. 264.
Impedimentum ut excuset, debet probari, fuisse causam immediatam, ne aliquid fieret, n. 265.
Impedimentum non sufficit probare, sed etiam diligentiam pro illo removendo, n. 266.
Impedimenta legitima quæ dicantur, n. 267. *remissivè.*
Impedito dilatio danda est in Parochiali reservata minor, quàm in aliis causis, necessaria tamen, n. 268.
Concursus ad Parochialem reservatam debet fieri ab Ordinario infrà quatuor menses, & intra illos significari Pontifici, aliàs concursus, & provisio currit, n. 269.
Termino appositio actui gerendo, dilatio parti ita limitanda erit, ut reguletur à principali, ne actus pereat, sed perficiatur, n. 270.
Opponens se beneficio post terminum edictorum, ante tamen perfectum examen, rejectus an possit appellare suspensivè, n. 271.
Ecclesiæ interest, plures adesse oppositores, n. 272.
Terminus edicti non apponitur, ut alij nequeant admitti, sed ut sciatur, non esse amplius expectandum, n. 273.
Appellationi ab eo, qui re integra Parochiali se opposuit termino edicti transacto, non deferens an vim faciat, & an tertium decretorum genus detur, n. 274.
Consuetudo an possit operari, ut sententia in beneficij simplicis provisione exequatur, appellatione pendente, n. 275.
Beneficia si diu vacent, respublica læditur, n. 276.
Sententiam in beneficiis simplicibus exequendam appellatione pendente potest cõstitutione Synodali induci, n. 277.
Debet tamen eadem constitutio esse clara, & non turbida, num. 278.
Statuto, quo removetur audientia in agendo, & defendendo censetur appellatio sublata, n. 279.
Item quando removetur querela omnis, & contradictio, num. 280.
Vel si dixerit, quòd sententia executioni mandetur, n. 281.
Sententiam exequi in provisione capellaniæ, an in fundatione queat disponere fundator, n. 282.
Fundator beneficij quascunque conditiones, & leges in fundatione potest apponere, n. 283.
Appellatio ab actibus extrajudicialibus, an illos reddat judiciales, ita ut per eam res efficiatur litigiosa, n. 284.
Commissio, & rescripti appellationis impetratio est actus extrajudicialis, n. 285.
Apostolorum datio non est actus judicialis; sed extrajudicialis, n. 286.
Lis dicitur pendere per impetrationem rescripti vigore appellationis extrajudicialis, secuta ejus vigore citatione, n. 287.
Extrajudicialem per actum non dicitur lis introducta, nec pendere, n. 288.
Actus extrajudicialis non interrumpit præscriptionem, num. 289.
Extrajudicialis denuntiatio non interrumpit præscriptionem, nec protestatio, n. 290.
Auto ordinario, *quo utitur Senatus Gall. in tollenda vi, non interrumpit præscriptionem cœptam, n.* 291.
Extrajudicialis appellatio vim habet citationis, & ejus virtute appellatus comparere tenetur absque alia citatione, num. 292.
Extrajudicialis appellatio quando causet litis pendentiam, remissivè, n. 293.
Extrajudicialis appellatio non est propriè appellatio, sed provocatio, n. 294.
Extrajudicialis appellatio est veluti prævia ad litem incipiendam, & ideo habet vim citationis, n. 295.
Extrajudicialis appellatio à parte interponitur ad judicem ipsius partis, à judice verò extrajudicialiter procedente ad Superiorem ipsius judicis n. 269.
Extrajudicialis appellatio interponi potest à futuro gravamine, n. 297.
Extrajudicialem appellationem sufficit proponere ex causa verisimili, n. 298.

DE utilitate hujus quæstionis, ejus frequentia, ejúsque difficultas (quæ quotidie in supremis tribunalibus contingens crescit) testantur: quapropter plura circa eam in lucem edere, & declarare intendo. Pro cujus principio Regulam in hac materia generalem, & universalem constituo: Judicem Ecclesiasticum regulariter nullam violentiam committere; si ab actu extrajudiciali emissæ appellationi, non detulerit; quia etiam ipsa pendente, & postposita, licet ad ulteriora procedere absq; metu attentati, quod nec revocatur, cùm hujusmodi appellatio ejus jurisdictionem non suspendat: ad id est glossa ab omnibus recepta, *in c. non solum, de appel. in* 6. Abb. *in c. cum nobis, col.* 5. *de elect.* Franc. post alios, *in c. bonæ, de appel.* ubi Præpositus affirmat hanc opinionem communem esse; quam etiam sequitur Guid. Pap. *cons.* 138 Rot. *decis.* 34. *alias* 344. *licèt de appell. in novis*, Nicol. Millis, *in repert verb. attentata post appellationem, f.* 30. Vestrius, *in praxi Roma. Curiæ, l.* 8. *c. pen. ut lite pendente, & de attent. sub n.* 9. *vers. idem si post appellationem extrajudicialem.* Cov. *in pract. q. c.* 24. *n.* 5. Marescot. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 64. *à n.* 20. *cum seqq.* 1

Hinc est quòd omnis collatio, & provisio beneficiorum sit actus extrajudicialis sui natura primæva attenta, & in ea extrajudicialiter proceditur: textus est *in* 2

c. conſtitut. 41. & cap. ut circa, de elect. in 6. de quorum intellectu protinus latiùs agendum: textus eſt, *in cap. concertationi*, ibi, ut ab electionibus, poſtulantibus, & quibuſlibet extrajudicialibus actibus. *de appellationib. eod lib. cap. cùm inter, de elect.* text. *in cap. conſtitutis, el. 2. c. 46. in ordine, de appellat.* ſecundùm interpretationem à Doctoribus aſſignatam, qui ſtatim ſunt allegandi in illa quæſtione, an in proviſione beneficiorum liceat appellari, ex qua apparebit etiam ut in proviſione beneficiorum extrajudicialiter procedatur) & notat etiam Domi. Geminia. *in num. 3* & Philipp. Franch.
3 *num. 3. in dict. cap. concertationi*, Mareſcot. *variar. reſol. lib. 1. c. 52. num. 30.* & examen eſt actus extrajudicialis. Theſaur. fori Eccleſiaſt. *ap. 17. n. 14. & cap. 22. n. 10. p. 2.* Marius Antoni. *variar. reſol. 39. num. 3.* poſt plures, quos citat.

4 Ex quo plures effectus reſultant, & ad multa utiliſſimum eſt ſcire, & cognoſcere, quando ita in proviſione procedatur, nam tunc non erit interloquutoria, tamen habetur loco ſententiæ interlocutoriæ, ita tenet, & declarat. Philip Franc. *in d. conſtitutis, el. ſecun-*
5 *do, col. 4. verſ. & adverte quia, &c.* poſt Hoſtienſ. & Immol. *ibi, in d. cap. conſtitutis*, ubi Panorm. etiam, & in confirmatione, & inſtitutione idem dicit, & longè proſequitur Lamber. *de jure patr. art. 4. n. 11. q. princ. 2 p. l. 2.* Philipp. Franch Gay. & omnes, *in cap. fin. de elect. l. 6.* cum gl. ibi, *verbo inanes*, & in hunc ſenſum accipienda eſt Rota, *deciſ. 226. n. 7. l. 3. part. 3. diverſorum*, & Gonzal. *in reg. reſer. gloſ. 9. § 1. in annot. contra nullit. &c. n. 208* ubi allegat aliam deciſionem Calaguritanam, & ita 27. Ianuarij anno 1604. dicentes, quòd
6 quando alia non adeſt ſententia, ipſa collatio, inſtitutio, ſeu confirmatio habeat vim ſententiæ, quod ſecundum prædicta intelligi omnino debet, & quòd examen ad beneficium tanquam actus extrajudicialis non requirat citationem, probat poſt alios Theſaurus fori Eccleſ. & Mari. Antoni *ubi proximè*, Flam. Pariſ. *lib. 10. q. 3. n. 69.* Anna. *in tit. de et, n. 14. de tranſ.*

7 Ex quibus fluit veriſſimum, & firmiſſimum eſſe, quod dicit Rota in una Mediolanenſ. Parochi. 19. junij 1599 coram reverendiſſimo Patriarcha Seraph. & in aliis pluribus cauſis, ſcilicet, proviſionem Parochialium per concurſum juxta formam Concilij Tridentini, *ſeſſ. 24. de reformatione, c. 18.* non eſſe judicialem, ſed extrajudicialem, omnino; nam cùm beneficia per concurſum providentur, ut Magiſtrales, Doctorales, nihil aliud accidit, niſi affigere edicta cum certo
8 termino, admittere, & ſcribere oppoſitores, & eos examinare, & de eorum habilitatibus, & idoneitatibus quærere, per cognitionem extrajudicialem, abſque aliqua citatione partis, vel cognitione, per viſum, & inſpectionem titulorum, & ordinum, & graduum, & ſimilium qualitatum, præfatis beneficiis requiſitarum, ut ſolùm animus certior fiat, & illa indagatio tantùm adhibetur quæ ſufficiat ad animi motum informandum, quibus peractis, illi de beneficio providetur, qui magis cenſetur idoneus; quapropter tunc nulla forma judicij tali proviſioni attribui poteſt certè, prout nec attribuitur Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. c. 52. n. 30.*

9 Inſuper & illud adnotandum eſt, ut in proviſione extrajudiciali, & ſic quando in ea extrajudicialiter proceditor, collator, ſeu judex non tenetur teſtes comparere, nec proceſſum formare nec illum publicare, ſeu alicui manifeſtare, quia quando ita proceditur, cùm nullus adeſt contradictor, ſeu adverſarius; judex ita animi ſui motum in formare tenetur, quantum, & quomodo ſolummodo ad ejus ſatisfactionem ſufficere, magis ſibi viſum fuerit extrajudicialiter, ita dicit eleganter Abb. *in conſ. 41. in ſp. ſcio eorum, ſub n. 1. verſ. ex quibus verbis*, & *ſub n.* paululum antè. 1. p. cujus doctrina fuit canonicata per Rotam in una Leodicenſi Præbendi cenſus coram Orano 20. Ianuarij 1596. necnon allegatur à Rota, *in deciſ 160. ſub. n. 7. & § p. 2. diverſorum*, Hieron. Gonzal. *in regul. de menſi. & alternati. § 7. proœmiali, n. 227. & 233.* plures citat Mareſcot. *var. reſolut. lib. 2. c. 1. à n. 151.* & faciunt omnino videnda, quæ nos *infrà, hac c. à n. 52. cum ſeqq.*

Nec tunc quando in proviſione beneficij procedi- 10
tur extrajudicialiter, tenetur judex, ſeu collator aliquem citare, ut notant omnes communiter, *in cap. fin. de præſumpt. & in c. de cætero, de re jud.* & ideo dicunt Dominic. *in cap. ſi fortè, in fin. de elect. in 6.* Cardin. *in clem. 1. in 3. nota. de offi. deleg.* per Innoc. *in cap. fin. de tranſlatione Epiſcopi*, & per eos, & Modernos, *in c. per venerabilem. qui filij ſint legit.* & alios Felin. *in dict. cap. fin.* 11
n. 36. quòd executor ad beneficia. cùm in examinatione, & inquiſitione idoneitatis, habilitatis, ſeu legitimatione proviſi impetrantis extrajudicialiter procedat, non tenetur citare ipſum. ſed adhuc eo abſente, nec copia actorum data, poſt ſeipſum per teſtes, vel aliter ſe informare de vita, & moribus proviſi. Quod etiam
12 procedit, ut nec teneatur citare aliquem, qui velit opponere impetrantem non eſſe idoneum, quia tunc procedit extrajudicialiter, de quo etiam per Flores de Mena, *in pract. q. l. 1. q. 4. n. 29. cum duobus ſequentibus*, 13
prout regulariter procedunt executores in proviſione beneficiorum, ut latè, *in d. c. fin. de præſumptionibus*, per Doctores communiter, & nos, Deo dante, *cap. 7. in 5. p. 3. tom. hujus operis prope diem edendo.* latè dicemus, quod mirabiliter examinat, & defendit Farinac. *quæſt. crimin. tract. de teſtibus, q. 72. à n. 51.* & loquendo in examine ad beneficium, ut fiat ſine citatione. Theſaur. fori Eccleſ. *cap. 17. n. 14. & c. 22. n 10 2. p.* plures per Marium Antoni. *variar. reſ. 39. n. 3. l. 1.*

Hinc etiam eſt ut diſpenſationes matrimoniales, & 14
ſimiles aliæ, quæ hodie committuntur ordinariis cum clauſula (quòd diligenter ſe informent, & ſi repererint preces veritate niti, diſpenſent, *&c.*) de qua per Thomam Sanch. *de matr. lib 8. diſp. 27. num. 43* deſuper in aliis locis, Nicol. Garc. *de benef. 6. p. cap. 2. dub. 8. n. 105.* & tunc non erit neceſſarium, teſtes in forma recipere. ſed ſufficere, judicem ſe extrajudicialiter informare, ut ex aliis affirmant Puteus, *deciſ. 473. n 1. l. 2. ord. roſ. 93. à n. 1.* Garcia, *dict. cap. 2. n. 249.* & Hieronym. Gonzal. *in reg. reſer. gloſſ. 9. in annotat. contra nullit. n 1* Quod adeò verum eſt, quòd etſi per teſtes præſentatos, ſeu adhibitos ad hujuſmodi informationem extrajudicialem probaretur idoneitas impetrantis, ſeu veritas precum diſpenſationis; ipſi tamen executori 15
contrariam conſtaret, non liceret exequi commiſſionem. cùm ejus judicio, & informationi extrajudiciali relinquatur, onerando conſcientiam ipſius ut ex ipſa commiſſione diſpenſationis, *ibi*, de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem repereris preces veritate niti ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, tunc diſpenſes, *&c.*) & ita poterit ex officio examinare alios teſtes, per quos veritas ſibi commiſſa, & commendata patefiat, quam poteſt quomodolibet, & aliunde exquirere, & indagare, ut per Nicolaum Garciam, *loco proximè relato, n. 151 & 152.*

Quò pertinet, quod aliàs dicunt DD ut per Puteum, 16
deciſ. 113. n fin. lib 3. & Hieron. Gonzal *in d. reg. §. 7. proœmali, à n. 228.* ut in proviſione beneficiali. & aliis proceſſibus extrajudicialibus, difficile ſit, opponere de injuſtitia ejus, nec per viam appellationis, nec alio modo, tum quoniam judex juſtificat animum ſuum, ſive ex actis in ſcripto deductis, ſive non ſcripto; etenim non ad unam ſolam ſpeciem probationis mentem ſuam applicat, ſed ex variis cauſarum figuris, quas ejus præſentia offert, & protegit, animi ſui motum format, *cap. in præſentia, de renunciatione, cap. paſtoralis, in fin. de cauſa poſſ. & proprietat.* tum etiam quia nec eorum adhuc actorum alicui copia dari debet tum etiam quia quando abſque contradictore procedatur, nulla alia

pars

pars majus intereſſe habere dicetur, quàm ipſa judicis conſcientia,nec alia attenditur, nec alia eſt in conſideratione,inter quam & judicem tunc extat controverſia, pro cujus tantummodo ſatisfactione extrajudicialis informatio iſthæc deſideratur.Quapropter qui proceſſui voluerit contravenire,appellando , vel aliter,tene-
17 tur aliunde de injuſtitia,& gravamine docere,& ex novis actibus , & probationibus ſuam appellationem juſtificare , ut etiam conſtat ex his , quæ latiſſimè per Lancelot. *de attentatis* , 2. *p. cap.* 12.*limi.*3. *à num.* 15. *cum pluribus ſequentibus* , & per Nattam *conſilio* 606. *approbo* , *num.* 12. *lib.* 3 Covar. *in practic. q.cap.*24.*n.*5. ubi dicunt , quod pro actu extrajudiciali præſumitur, non verò pro cauſa gravaminis in appellatione ab eo expreſſa, quouſque juſtificetur coram ſuperiore ; interim tamen non revocantur quæ judex à quo attentaverit medio tempore, & conferunt etiam quæ Hieron. Gonzal. *gloſ.* 4. *n.* 124.

Advertendum inſuper eſt ; quòd in hoc procedendi modo conferens , vel providens non ut judex , ſed ut
18 privata quædam perſona inquirit , cui aliquod miniſterium committitur ab habente poteſtatem , ut extrajudicialiter perficiat, quemadmodum ipſe committens poterat facere,ſecundùm ea,quæ Abb. *in dicto conſ.*41. *ſub n.*1.*lib.*1.& Hieron.Gonzal.*in. annot.d. gloſ.* 9.*n.*36. & quæ ex Felino,Innoc.& aliis affirmat Flores de Mena *in pract.quæſt. q* 4. *num.* 20. dicens , quòd executor
19 alicujus collatoris non habentis juriſdictionem in proviſione beneficij , poterit etiam ſe extrajudicialiter informare,apparet etiam ex loquendi modo,quo in hac materia utuntur Doctores *in d. cap. fin. de præſumpt.* & alibi paſſim , quòd quando executor ad providendum non tenetur procedere in forma judicij, ſed extrajudicialiter ; dicunt non teneri aſſumere partes judicis, econtra verò quando judicialiter debet audire, & procedere,teneri, dicunt , aſſumere partes judicis. Ex quo conſtat,quando extrajudicialiter procedit,nihil judicis habere , ſed totaliter privatæ perſonæ , nec tunc pars adeſt uti litigans,ut tendit Lancel. *de attent.* 2. *p.c.*12. *limi.* 3.*n.* 47. *& lim.* 5. *n.*4.

20 Pro quo facit,quia appellatio extrajudicialis illa dicitur,quando interponitur à parte,ſeu à judice extrajudicialiter procedente,& ante judicium cœptum,Franch. *in c.bonæ memoriæ* 5. *ſub n.* 16. *col.*5.*verſ.in gloſ.in fin.de appell.* Marant. *in ſuo Speculo*,6.*p.act.*2.*verbo & quandoque appellatur*,*n.*278.*fol.*501. Lancelot. *tract.de attentatis*,2.*p.c.*12.*limi.*3.*n.*2 Ruginell. *tractatu de appell.* §. 2. *n.* 14. *verſ. interponitur* , & quòd appellatio ante judicium cœptum,& ante citationem judicis dicatur extrajudicialis,ad differentiam judicialis, tenent Innocen. *in c.cùm ſit Romana* 5.*n.*1.Abb. *ſub n.*21.*de appell.*Domini. de ſancto Gemini. *in cap.*1.*n.*3.*verſ.quæro quando*,& ibi Fran,*n.*1.*in fin.de appell.in* 6.Joan Ferrari.*in tract.de appell.c.*3.*n.*17.*tom.*5.*fol.*64. Gregor. Tholoſ.*titulo de appell.lib.*1.*cap.*11. *ſub n.*3.*verſ.prima differentia*,*fol.*36.dicens , quod appellatio extrajudicialis eſt, quando non adhuc cauſa eſt introducta in judicium , faciunt quæ Eſcacia *de appell. q.* 2. *à n.* 33. *&* 38.

21 Quo cognito,nihil mirum , ut actus extrajudiciales nunquam tranſeant in rem judicatam , cùm deficiat in eis judicium,& per conſequens quòd eſt neceſſarius finis ipſius,ut mox dicemus : ita probant Immola *in cap. fin.n.*5.*&* 12.*de præſump.*ubi Abb.*ſub num.*15.*poſt princ.* probant etiam optimè Lapus *alleg.*61.*n.*4.*verſ.& extrajudiciali*, &Cardin.Tuſc.3.*tom.lit.E*,*conſ.* 5003.*n.*7.per
22 notata *in c.fin.de præſcript.& in clem. judex. de off.deleg.* ubi dicunt,quod licèt executor poſſit extrajudicialiter procedere,quando,ſcilicet,non requiritur cauſæ cognitio,& valeat executio prædicta;tamen non præjudicat non citatis,quia eorum jus ſalvum remanet,nec res judicata his obeſſe poteſt,tenet etiam Rebuff. *tractatu de appell.in præfatione*,*n.*69.*&* 70.*tom.*3.*fol.*418.idem Abb. *in cap.*1.*num.*13.*poſt.princ.de his quæ fiunt à majori parte capit.*ubi dicit,quòd cùm univerſitas, ſeu capitulum in his,quæ gerunt,procedit extrajudicialiter,nec geſta hæc tranſeant in rem judicatam ; ideo minor pars non tenetur appellare ab eo , quod major fecerit,ſive tractetur de præjudicio ſuo,ſive tertij,ſive univerſitatis,quia tunc ex ſola contradictione poterit proſequi coram ſuperiori,ut geſta minùs rationabiliter per majorem partem retractentur , motus ex doctrina Innocentij , per quem *in d. cap fir. de præſumpt.* idem dicit Cardin.*conſ.* 140.*factum tale eſt*,*magiſter Bart.* quòd executor beneficialis poteſt procedere tanquam judex ; item etiam poteſt procedere extra judicium , & parte non citata, ſed ſi procedit primo modo , fit præjudicium parti,niſi 23
appellet intra decem dies ſecùs ſi procedit ſecundo modo , & ſic extrajudicialiter,quia tunc auditur etiam ſine appellatione,etiam poſt decem dies, Cardinalem, & alios referens,ſequitur Felinus *in d. cap.fin.ſub.n.*33. *ad fin.* & Hieronym.Gonzales *in dict. annot.n.*31. & facit etiam,quod adducit Lancelot.*de attent.*2.*p.cap.*12. *limit.*3. *num.* 1. *&* 2. quòd à gravamine extrajudiciali duo oriuntur remedia , aliud per viam appellationis, ſed hoc debet eſſe infrà decem dies , aliud autem per 24
viam recurſus , & querelæ ad ſuperiorem , etiam poſt dictum tempus , ut *in c. concertationi* , ibi, infra decem dies,poſtquam ſciverit, ſi velit , appellet , poſt decendium verò eidem aditus non pateat appellandi, & iterum per contradictionem debitam,vel alia juris remedia petierit revocare gravamen. *&c.de appell. in* 6.*cum aliis*,per quem text.ita probant Anchar.*ibi n.*1.*notab.*2. Abb.*in c.bonæ memoriæ* , *ſub num.*10.*differentia* 13. & ibi Philip.Franc.*ſub n.*19. *verſ.ult. nota*,*num.*5.*&* in *c.*1.*ſub n.*10.*verſ. ſed dic notabiliter* , *eodem tit.de appell.* Eſcac *tract.de appell.q.*12.*n.*105.*fol.* 164.Minſing.*ſingu.obſerv. centu.*3.*obſerv.*11.*ſub n.*1.& poſt Marant. & alios,tenet Rugiuell.*in tract.de appell.*§.2.*c.*3.*n.*13.15.*&* 16.*fol.*72. Natta *conſ.*606.*approbo* , *n.*5.*verſ.circa aliud fundamentum*,& poſt gloſ.Dominicum,Abb.& alios,tenet Ayora *tract.de partitionibus*,1.*p.c.*4.*n.*17.*&* 8.*fol.*31.Joan.Garcia *tract.de nobili. gloſ.*5.*à n.*9.licèt Rebuff. *tr.de appel. in præfatione* , *n.* 69. *&* 70. *tom.* 3. *fol.* contrarium teneat,qui audiendus non eſt, cùm loquatur contra textum expreſſum.

Gravatus tamen ſemel excluſus ab appellatione pu- 25
tà;quia omiſit eo uti remedio intra decendium, adhuc tamen non eſt excluſus à via,& remedio querelæ, quo etiam uti poteſt ultra illum terminum,Philippus Franc. & Eſcacia, *locis proximè citatis*, & eſt text. expreſſus *in d. c. concertationi*, per quem & gloſſam, Joan. Andr. & communiter ſcribentes ibi tenent. Ayora *de partitio.* 1.*p.dict.cap.*4.*n.*19 latè proſequitur Joannes Garcia *d. gloſ. à num.* 9.

At in cauſis immunitatis , & à gravaminibus factis 26
per peræquatores , (hoc eſt : *Repartidores de pechos , y tributos reales :*) poterit appellari intra duos menſes à die notitiæ gravaminis , ita veriorem dicit ſententiam ipſe Joan.Garcia *ubi proximè*,*ſub n.*11.*&* ſeqq.cùm ſic à jure iis caſibus ſpecialiter ſi proviſum , & determinatur per text.expreſſum, *in leg.* 1.*ff.de vacat.mun.*Gloſſa *verbo præſcriptione*,*& verbo*,*præfinita*, *in leg.*1.*ff.de vacat. mune.* idem Accurſius *in l.*1 *C.de tempor.appell.* quæ ad propoſitum magis expreſſa eſt,& iterum ipſe Accurſius *in l.*1.§.*quod in ſententiis*,*ff. quando appellat. ſit*, & hujus caſus ſpecialitatem latiùs proſequitur Joannes Garcia *ubi proximè.*

Ex quo igitur deficit judicium , litis pendentia , li- 27
tigium , ſeu res litigioſa (ut protinus dicetur) fruſtra quæritur ſententia, argumento totius tituli , *ut lite non conteſtata*,*non procedatur ad teſtium receptionem* , *nec ſententiam diffinitivam* , *in decretali.* & in terminis , quan- 28
do per executorem procedentem extrajudicialiter nulla ſit ferenda ſententia , ſed gratioſam executionem commiſſam,

commiſſam, tenet Lapus *allegatione 6. num. 5. verſiculo nec eſt opus*, ſequitur Card. Tuſc. *tom. 3. litera E, concluſ. 502. num. 2.* & per conſequens, nec res judicata, ex titulis *de ſententia, & re jud. in ff. C. & decretal.* & probat. text. *in l. 1 C. d. de executione rei judicatæ, cum concordantibus*, ubi Doctores communiter; nihil mirum, ut nec tranſeant in rem judicatam geſta extrajudicialiter, eorum remedia reſerventur, velut adversùs alia facta à privata perſona in alicujus damnum, argumento *cap. conquerente, de reſtitutione ſpoliat.* & quæ ibi Doctores, & Menoch. *de recuper. rem. 1. num. 111. & de arbitrariis jud. l. 1. q. 7. à n. 75.* Nav. *in c. cùm contingat, de reſcript. 7. cauſa nulli. verſ. hac autem cauſa.*

29 Ex hac declarata, & expedita natura, modoque procedendi extrajudicialiter tam in genere, quàm in ſpecie, circa proviſiones, abſolvere poteris illam ventilatam quæſtionem, in qua non paucùm laborem conſumit Lambert. *de jure patron. 3, art. 2. q. princ. 2. p. l. 2. fol. mihi 117. & ſeq.* an collatio, electio, præſentatio, inſtitutio, ſeu aliter beneficij proviſio, in die feriato in honorem Dei fiat, in qua multis authoritatibus relatis concludit, quòd aut in illis proceditur extrajudicialiter, & tunc omni tempore, & die feriato, etiam ob honorem Dei poſſe fieri proviſiones, & celebrari omnia acta extrajudicialia, at verò quando in his proceditur extrajudicialiter, & in forma judicij (quando id accidat *inferius* declarabo) contrarium ſit dicendum, ut latiſſimè per eundem Lambertinum vides.

30 Quò pertinet diſpoſitio text. *in cap. ut circa*, *de electione, lib. 6.* dum diſponit quòd nullus audiatur appellans ab electione facta, vel facienda objiciens exceptiones contra perſonam electi, vel eligendi abſque forma juramenti (de qua ibi) quia procedit quando ab electione extrajudicialiter facta appellat objiciens, ſecus autem quando judicialiter de ea cognoſcitur, per text. *in c. conſtitutio. 4. de electione, eodem l. b.* de cujus intellectu nos *infrà* latiùs.

31 Et ex hoc eodem fonte fluit alterius reſolutio; an præſentatio poſſit fieri extra territorium habentis inſtituere, & an Epiſcopus poſſit confirmare electionem, vel præſentatum inſtituere extra diœceſim, & affirmativè reſpondeatur, ſi extrajudicialiter procedatur, text. *in cap. poſt electionem, de conceſſione præbend. cap. quâ fronte; de appel.* quando verò judicialiter, & in contradictorio judicio procedi contigerit, ſecus, ut per
32 eundem Lambertinum *in 6 art. d. 2. q. prin. 2. lib. 2.* & vide alia per eum *in art. 5. & art. 7. ibi*, & infinitos actus, qui poſſunt celebrari, & fieri extra diœceſin, provinciam, vel juriſdictionem, longa manu congeſſit Hieron. Gonzal. *in reg. de menſi alterna. gloſſ. 62. à princip.* alij etiam caſus; quibus proceditur extrajudicialiter, vel quibus ita procedi mandatur, in diſcurſu hujus capitis apparebunt, & de aliis eorum effectibus, inter quos & illum, quem hîc indagamus, ut quando in eis, & in
33 electione, confirmatione, inſtitutione, & proviſione beneficiorum proceditur, conſervata ſua natura primæva, & ſic extrajudicialiter, ut appellatio emiſſa non ſuſpendat effectum proviſionis, nec violentia committatur ex denegata delatione per Lancel. Hieron. Gonzal. Nicolaum Garc. Laram, & alios ultra allegatos *in princip. hujus capi.* ad regul. generalem *inferius* probabimus.

34 Secundo modo proceditur etiam in collatione, præſentatione, inſtitutione, electione, ſeu confirmatione, & proviſione beneficiorum judicialiter, in forma judicij & juris ordine ſervato, cum contradictore: & tunc requiritur diffinitiva pronuntiatio: text. expreſſus *in cap. conſtitut. 41. in ordine, de elect. l. 6.* text. *in clem. diſpendioſam, de judiciis:* text. *in c. dudum 2. de elect.* text. *in c. exhibita, de judiciis:* cum aliis pluribus, tam in juribus, quàm authoritatibus, quæ in diſcurſu apparebunt, quòd ut plurimum, & frequentiùs ſolet iis caſibus ita judicialiter, ſcilicet; cum cauſæ cognitione, & in contradictorio judicio procedi, vel ex voluntate collatoris providentis, vel ex neceſſitate juris, quod ita cognoſci 35
impellit ſecundùm caſus, & occaſiones occurrentes, & prout natura negotii poſtulat, ut dicit Hieron. Gonzal. *gloſſ. 6. in annotat. n. 43. & 44.*

Sed ut clariùs procedamus, exempla deſuper conſti- 36
tuere libet, & primò tunc ex voluntate providentis proviſionem fieri judicialem accidit; quando judex executor literarum Apoſtolicarum ſuper collatione alicujus beneficii vult aſſumere partes judicis, & judicialiter in proviſione procedere, cum citatione, & audientia aliquorum, & alterare naturam ejuſdem, ad quod nullo modo tenetur regulariter, ſi non vult, niſi in certis, & limitatis caſibus, in quibus ad id jure cogitur, & adſtringitur, ut per Doctores *in cap. fin. de præſumption.* & præſertim Feli. *à num. 16.* Flores de Mena, *in practic. quæſt. q. 4. à n. 21.* & per nos latiùs *infrà, 5 p.* & conſtat *ex dec. 4 de ſentent. & re jud. in antiq. & de reſcript. deciſ. 7.* etiamſi ſit ei onerata conſcientia, Gloſſ. *in clem. uni de offic. delegati*, & ex Bald. Alex. Alva & aliis tenet Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 17. à num. 14. & ſuprà*, & quod executor gratiæ, ſi vult, poſſit judicialiter partes audire, & citare, tenet Mandoſius *in tract. de menit. q. 60. num. 16. & in regul. 34. quæſt. 32.* & ex aliis latè Flores de Mena *ſuprà, n. 33. & 34.* Quod ex identitate rationis 37
extendo, & intelligo, locum habere in cæteris actibus extrajudicialibus: dummodo celebrentur ab his, qui aut delegatam, aut & fortiùs propriam juriſdictionem aliàs habent, ut colligitur ex his, quæ Abb. *conſil 41. 1. p. ſub n. 1.* & per Puteum *deciſ. 144. à n. 1. incipit, fuit dictum in una Conchen. deciſ. 473. n. 1. lib. 2.*

Quoniam, ut inquit gl. *in clem. ſæpè, de verb. verbo,* 38
irritandus, & ibi Doctores, & Jaſ. *in l. ſi unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis, & conſil. 174.* & alibi paſſim per ordinarios ibi, quòd mutare formam judicii in minorem cauſæ cognitionem non poſſit etiam partibus conſentientibus, & tunc proceſſus eſt nullus: at verò econverſo, & ſic in majorem cognitionem, contrarium eſt dicendum; nam ubi non requiritur figura judicii, & judex procedit plena cauſæ cognitione adhibita, non contradicente parte aliqua, valet; & reddit rationem gl. quia in iſto ultimo caſu res redit ad jus commune, & ſuam naturam, quod facilè fit, *c. ab exordio, 35. diſt. l. ſi unus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis*, latiſſimè poſt plurimos de hoc tractat Giurba *deciſ. 74. n. 12.* vide *infrà. n. 134.* In priori autem caſu eſt contra jus commune, & quod naturali rationi convenit, ut in omnibus ut priùs quis cognoſcat id, ſuper quo judicare debet, & propterea dici conſuevit, quòd cauſæ cognitio à jure divino deſcendit, ut inquit Abb. *in c. de cauſa poſſ. & propr.* Fel. *in c. Eccl. col. 12. verſ. 1. not. de conſtit.* adinventa ad naturalem juſtitiam conſervandam, & ideo ſententia cauſæ cognitione non præmiſſa ipſo jure nulla eſt, ut ex aliis latè Vantius *de nullit. ſententiarum ex defectu proceſſus, n. 30. & 31.* in velocitate autem, & brevitate magis ſe demonſtrat, & ſignat iniquitas, ſecundùm text. *in cap. inter hæc & hircum, in prin. de pœnit.*

Quòd autem judex ex neceſſitate juris aſtringatur, 39
etiam ex invito, in proviſione beneficii, & in aliis actibus aſſumere partes judicis, & judicium formare ex variis cauſarum figuris demonſtrabitur, & imprimis, quando jus, vel aliqua alia diſpoſitio utitur hoc verbo, (judicium,) prout (judicium fiat, formetur judicium) 40
& ſimilibus: tunc judex debet procedere judicialiter ex virtute, & propria ſignificatione verbi (Judicium) quod in judicialibus actibus, non autem extrajudicialibus poteſt verificari. Quod probatur primo, *ex cap. conſtitut. 41. de electione in 6* ubi ad faciendam diſtinctionem inter appellationem interpoſitam in electione judiciali vel extrajudicialiter facta, utitur hoc verbo (judicium,) & (extrajudicium,) & idem probat text. *in cap. 1. de appellat.*

appell. l. 6. juncta gl. *verbo*, *in judicio*, *verbo*, *vel extra judicium*, ubi ad denominandam appellationem judicialem, & ab actibus judicialibus interpositam, dicitur in judicio factam, appellationem verò extrajudicialem, & ab extrajudicialibus actibus contrario utuntur, extra judiciúmque interpositam vocant, & hoc idem suadent DD. qui in proposito, eodem loquendi modo utuntur, præsertim Lamber. *de jur. patr.* 3. *art.* 2. *q. prin.* 2. *p. lib.* 2. *f. mihi* 117. *n.* 11. ubi referens unum casum, in quo judex debet beneficium providere cum causæ cognitione judicialiter; dicit, quòd tunc judicium debet fieri inter partes, & iterum, efficitur judiciarius, judicii tamen summarii, *&c.* & probatur ex universis titulis, *de judiciis*, qui judicialibus tantùm actibus sunt adscripti.

41 Contraria enim sunt, & sibi invicem repugnantia judicialia, & extrajudicialia. quemadmodum sibi ipsis forent contrarij testes, si alius diceret; Petrum hoc fecisse in domo; alter verò extra domum fecisse affirmet: & ideo dixit Gonzal *in d. gl.* 9. *in annot. n.* 31 quòd actus extrajudiciales nunquam transeunt in rem judi-
42 catam, ex quo in eis deficit judicium: ex quo namque removetur nomen, removetur titulus, vigor, & effectus, *l. à nullo*, & ibi Odofred & Bald. notant, *Cod. de feriis*, *l. divino*, juncta gloss. *C. de frument.* Alex. *l.* 11. *& l. fin.* & *ibid.* Bald. & Salic. *C. de in offic. testam.* judiciale enim à judicio dictum est, extrajudiciale verò ab eo derivatur, non quod in judicio, sed extra id celebratur, & ita notoriè suadet ipsa verborum significatio, à qua non est recedendum, *l. non aliter*, *ff. de leg.* 3 & ipsa verborum etymologia, à qua rectè ergumentatur, prout justus à justitia, injustus ab injustitia, de quo per Everard. *in loc. leg. in loco ab etymol.* eo namque ipso, quòd aliquid gestum in judicio testamur, extra judicium gestum fuisse negamus, faciunt expressè, quæ *suprà* diximus *vers. pro quo facit quod appellatio*, *&c. n.* 20. ubi probavimus, aliis citatis, appellationem extrajudicialem eam esse, quia fit ante judicium cœptum, & ante citationem; ad differentiam appellationis judicialis, quæ necessariò proponitur intra limites judicii, eo cœpto, & fulminato.

43 Et suadetur ex significatione propria hujus dictionis (judicium) secundùm S. Thom. 2. 2. *q.* 60. *art.* 1. Nav. *in rub. de iudi. n.* 14. Asinium *in praxi jud. in prin.* Paz, *in praxi*, *in* 1. *annotat. de judic. n.* 2. judicium significare, discussionem causæ, vel processum judicialem, *per cap. forus*, *de verbor. signif.* propriè enim, & originaliter significare dictionem juris, id est, actum judicis, quatenus est judex, & jus inter litigantes dicens, seu discernens, & probat etiam diffinitio dictionis (judicium) quam ex Abbate refert Parlador. *in sesquicentuvia differen.* 128. *n.* 2 & facit quæ deduxit Paz, *ubi suprà*, *n.* 35. *& 39.* ubi quòd propriè incipiat judicium à litis contestatione, impropriè verò à citatione.

44 Quò insuper pertinet, quòd si aliqua dispositio juris, Principis, vel judicis, utatur hac dictione (lis) ut putà; (super lite procedas, vel procedatur; litem dirimas; lis definiatur; litem confecit; litem abbrevies) vel quid simile; tunc tacitè censetur velle, ut in forma judiciali procedatur, ex propria significatione dictæ dictionis (lis) quæ propriè dicitur causa ipsa deducta in judicium, ante litis contestationem: text. *in l. litis nomen*, *ff. de verb. signific. l. nulla*, *C. de procur.* & multa, quæ in huius rei comprobationem faciunt, adducit Maranta post alios, *de ordine jud.* 5. *p. art.* 63. Paz, *in praxi*, *in* 2. *annot. de instantia*, *n.* 4. & licèt verificetur etiam in extrajudicialibus, secundùm Panorm & Decium, *n.* 7. *de appellat.* quod impropriè sic dicitur. Quod autem attinet ad jurisperitos tam Cæsareos, quam Pontificios, lis non dicitur, nec verificatur, nisi in judicialibus, & lite contestata jam, probat text. *in cap. ex n.* 30. *de verb. signif.* & tradunt Felin. & cæteri [illegible], *in cap. super quæstionum*, *in princ. de offic. deleg.* & sequitur Parlador. *in sesquicentur. differen.* 128. *n.* 4. imò litem non aliter, quàm per cœptum judicium, & litem contestatam dici, affirmat, & communiter ita tenent post Minsing. & alios, Lancelot *de attent.* 2. *n. c.* 4. *in præfation. n.* 155. ideo quando verbum (lis) profertur à lege, intelligitur *post litem contestatam*, *l.* 3 *& ibi not. C. fin. regul.* & Bart. *in l. amplius non peti. ff. rem. rat. habens*, Socin. *cons.* 245. *considerato*, *n.* 13. *lib.* 2. & vide latè Lancelotum proximè relatum, *n.* 7. *&* 8.

Et quia in actibus extrajudicialibus non dicitur 45
lis introducta, ut notant DD. *in cap. fin. de elect. lib.* 6. Lambert. *de jure patron. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 2. *princ. art.* 3. *c.* 3. *& per totam*, *& art.* 6. *n.* 3. Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 4 *in præfatione*, *n.* 275. *in noviori impressione*, Gonz. *in regul. de men. gl.* 6. *in annot. n.* 32. nec per actum extrajudicialem beneficium, nec res dicitur litigiosa, ut per Bart. doctrinam, *in leg.* 6. *res litigiosa*, *C. de litigio. n.* 1. 46
pluries canonicatam per Rotam in locis relatis ab ipso Hier. Gonz. *loco relato*, *n.* 18. & quod magis est, nec etiam per appellationem subsequutam, & etiam 47
præsentatam coram superiore ab ipso actu extrajudiciali efficitur litigiosum beneficium, nec lis dicitur pendere, ut ex his, quæ latè per Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 4. *in præfat. à n.* 178. *cum pluribus sequentibus*, *&* 1. *p. c.* 3. *à n.* 132. vide Gratian post alios, *in disceptat. for.* 1. *tom. c.* 66. *à num.* 38.

Tunc similiter etiam cognoscet, teneri judicem om- 48
nino judicialiter in contradictorio judicio procedere, & partes judicis assumere; quando in literis ad providendum de beneficio, vel ad dispensandum, aliisve in quibusvis dispositionibus adest clausula (vocatis vocandis) vel (ut aliquis citetur) ut post Innocentium, & alios concludunt plenè Immol. *n.* 12. *&* 13. Abb. *n.* 3. *cum sequentibus*, Felin. *n.* 22. *usque ad n.* 29. multipliciter declarant post alios. Anton. Gabriel *l.* 2. *de citation. conc.* 1. *ex n.* 291. *cum sequentibus*, Puteus, *decis.* 473. *n.* 1. *l.* 2. Rota, *in formis decis.* 367. *incipit*, *in forma communi*, Abb. *in c. exhibita de judiciis*, per illum text. *in ultim. nota.* Card. *consil.* 63. *incipit*, *Dominus noster Papa*, Idem Card. singulare hoc reputans, *in cons.* 92. *incipit*, *Nobilis vir Dominus Vasquez*, *n.* 1. *celam.*... ubi dicit, quòd ista clausula est tanti vigoris, quòd etiam si adjiciatur executori, qui alias esset metus operatur, ut teneatur assumere partes iudicis, & dicit, probari, *in dict. cap. exhibita*, & quod ibi habetur *super gloss.* 3. & idem etiam dicit, illum sequutus Felin. *in d. cap. fin. n.* 23. *& in d. cap. exhibita*, *n.* 4. ubi multa elegantissima dicit.

Et idem pro conclusione evidenti firmant Zarabel. 49
cons. 92. *lavendo*, *n.* 2. Rota, *decis.* 349. *[illegible]* 12. *n.* 2. *de off. deleg. & decis.* 30. *rescript. in novis*, Hug. Celsus, *in tract. clausul. n.* 65. Borgnin. Cavale *de i.* 46. 415 *p.* 1. Berei. *cons.* 14. *n.* 13. *l.* 1. Aldobr. *decis.* 202. *[illegible]* 1. *n.* 1. *diversf.* Caputaquen. *decis.* 284. *vol.* 2. *verbo Quod novies*, *p.* 2. Joan. Baptista. Ferrer. *cons.* 247. *n.* 9. Marius Ant. *var. resol.* 39. & ita reflorum fuisse in Rota in una Piscien. 21. Febr. 1578. & in causa Gennens. 21. Octo- 50
bri. 1552. testatur Aldobran. *ubi suprà*, dicentes, quòd etiam meri executores virtute dictæ Clausulæ fiunt mixti, & coguntur assumere partes judicis, plures citat Hieron. Campani. *diver. jur. can. vol.* 12. *can.* 13. *à n.* 260. & pro evidenti scribit Flores de Mena, *in pract. q. q.* 4. *n.* 32 Hieron. Gonzal. *in d. tr. de mens. alter. gl.* 9. *in annot. n.* 19. *&* 21. idem Fel. *in c. exhibita*, *d. n.* 4. *de judiciis*, *& in c. de cetero*, *n.* 10. *de re jud.* Staphileus 8 *formam mandati*, *de procid n.* 8. additio Rotæ, *dec.* 12. *de off. deleg. in novis*, *n.* 2. Marchesan. *de commiss.* 2. *p. c.* 3 *de commiss. app. ex n.* 21 Gomez *in c. statuimus*, *de rescript. in* 6. *n.* 77. Nicol. Garz. *de benef.* 6. *p. c.* 2. *n.* 111.

Quod limitandum est, quando nullus apparet, nec 51
reperitur contradictor, seu adversarius, quia tunc

etiam

etiam stante dicta clausula (vocatis vocandis) non teneretur judex executor assumere partes judicis , citare , nec judicialiter procedere , ut statim *infrà* dicetur , Vide quæ Maresc. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. n. 80.* ubi bene de hac clausula.

52 Ex his convenit, quòd quando examinantur testes, & sumuntur informationes super habilitate, vel inhabilitate alicujus personæ ad aliquam dignitatem promovendæ ; tunc enim nec etiam partis citatio requiritur, secundùm Immol. *in cap. 2. n. 9. vers. limita ultimò*, & ibi etiam Anton. de Butr , *num. 13. in fine ; vers. idem ubi agitur.* Abb. *n. 7. vers. secundus casus* , Aretin. *n. 8. post med. vers. nam informatio.* Felin. *vers. secundo limit.* Dec. *n. 45. extra. de testib.* Rom. *singul 369. fuit unus ex nobis , vers. quartò fallit* , Socin. *reg. 406. in 2. fallentia*, Campeg. *de testib. regul. 164. in 16. fallent.* Jacob. Novell. *reg. 215. in 2. fallent.* Crot. *in tract. de testibus, p. 352.* Marsil. *in d. l. de unoquoque , n. 66. ff. de re jud.* Practic. Corrad. *de offic. prætor. in causa civ. l. rub. de testib. n. 9. in secunda limitatione ; fol. 67. col. secunda*, Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 682. n. 17.* Imò & adhuc sine citatione , & sine juramento testes sumendi sunt , prout dicimus de testibus recipiendis ex officio
53 pro informatione , & instructione Curiæ, quia hæc instructio , & informatio non habet formam judicij, vel processus. Bald. *in l. 3. §. si tibi , col. 2. vers. sed pone , ff. de condictione ob turp. caus.* Alber. de Malet. *in tract. de testib. c. 7. n. 38. & seqq.* Angel. *de malefic. in verbo quod fama publica, n. 11.* & post Salicet. Marsil. *in leg. de unoquoque n. 75. vers. dicas tamen*, Marant. *de ordine judic. 6. p. memb. 1. rubr. de citat. n. 20.* Foller. *in pract. crim. in verbo , & si confitebuntur , in 3. p. tertiæ partis, n. 40. & in verbo, & demum repetantur testes, n. 1.* Arnald. Albert. *in tract. de hæret. dict. q. 34. num. 16. ante finem*, Anton. Gabr. *l. 2. tit. de citatione , conclus. 1. n. 328.* ubi *alios refert*, Gravat. *ad Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 30.* Clar. *in practic. §. fin q. 45. vers. cæterùm , referens*, Mascard. *de probat. lib. 1. in præfatione , quæst. 5. num. 39. versic. 2. sed hoc intellige, & lib. 3. concl. 1366. num. 6.* Franc. Personal. *de indiciis , & tortur. num. 18. in fine* , ubi quòd ita Doctores communiter tenent ; *n. 19. etiam in fine*, Flami. Chartarius , *in loco præcitato* , ita communiter servari , & etiam in statu Ecclesiastico , testatur, *& in practic. interrog. reorum , l. 3. c. 3. n. 61.* & ex recentioribus consulendo tradiderunt Bertazz. *cons. 553. num. 4. vers. 2. dato, lib. 2.* Decian *cons. 92. n. 33. vers. & licet, l. 2.* Honded. *cons. 101. n. 21.* ubi testatur de generali consuetudine , quam etiam dicit vigere in Curia Perusina, Prosp. Farin. *in pract. crim. tract. de testib. q. 72. n. 135. & superius , num. 51.* & nos diximus *superiùs , à num. 6. cum multis seqq.*

54 Tamen præfata doctrina procedit in statu , & terminis, de quibus loquitur ; nempe ; antequam quis sit promotus ad dignitatem, & quando de ejus habilitate sumitur extrajudicialis informatio ; secus autem si jam quis esset electus ad dignitatem", & ageretur de illum removendo à tali dignitate , tunc enim judicialiter agendum est , & in tali informatione proculdubio partis citatio requiritur , prout declarant Abb. *in d. c. 2. num. 7. in fin. vers. & intellige hoc* , & ibi etiam Aretin. *n. 9. vers. 2. fallit , juncto num. 10.* ubi etiam alio modo declarat , eum omnino videas , Felin. *n. 8. vers. non credis, quod istis , &c.* ubi etiam benè declarat Decius, *n. 45. & seqq. extra de testibus.* Mascard. *dict. cons. 682. num. 18.* latè prosequitur Prosp. Farin. *in tract. de testibus, q. 72. à num. 52.* vide etiam Maresc. *variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 10.*

55 Hæc autem quæ diximus, de clausula (vocatis vocandis) pariter & ex identitate rationis extendenda sunt
56 ad dispositionem, mandantem procedi cum causæ cognitione, prout (adhibeas) vel (procedas cum causæ cognitione , *&c.*) quoniam ubi causæ cognitio requiritur , ibi necessariò debet intervenire citatio eorum, quorum interest, ut probant Aretin. *in l. Gallus , §. & quid si tantum , col. fin. de liber. & posthum.* Card. Ruin. *cons. 96. n. 10. lib. 1.* Portius, *cons. 106. num. 34.* Molin. *de Hispan. primogeniis, lib. 3. cap. 3. n. 13.* ex his, quos ad naturam causæ cognitionis *suprà* , citavimus , quia tunc omnino debet in forma judiciali procedi , cùm debeat citare, ex jam dictis, & ex his, quæ de citatione dicemus , & conducunt bene quæ per Maresc. *var. res. lib. 2. c. 1. n. 57.* & quoniam causæ cognitio ad judicem, ut judicem, & jurisdictione utentem, non autem ad merum executorem , vel ejus officium spectat , ut omnibus notum esse, dicit Sebast. Vant. *in tract. de nul. sentent. ex defectu citationis, n. 33.* & probat text. *in l. 3. §. causa cognita , ff. de bonorum poss.*

Desuper & alio modo cognosces , judicem in acti- 57
bus extrajudicialibus sui natura , teneri partes judicis assumere, judicialitérque , & in contradictorio judicio, cum causæ cognitione procedere ; tunc scilicet, quando comparet aliquis contradictor , & opponit legitimas exceptiones, & rei , de qua agitur, necessarias, vel ex ejus natura provenientes , ut si tractatur de collatione, electione , institutione , vel aliter de provisione beneficij, & alter oppositor , vel contradictor comparens, opponat illum non clericum , vel malè ad ordines promotum, irregularem, aut bigamum & super irregularitate ; vel bigamia malè dispensatum subreptitie, vel esse excommunicatum, intrusum, aut simoniacum , aut criminosum , vel quòd ad Ordinarium non pertinet beneficij collatio , quia est juris patronatus, & sibi competentis vel quia est in ejus possessione, vel est aliàs litigiosum ; & aliter is , qui comparet, aliquod præjudicium prætendit ; quia tunc omnimodo alteratur natura provisionis, & actus extrajudicialis ex hoc in judicialem transfertur ; & comparens celebrat judicialiter , & in contradictorio judicio audiri.

Pro quo primò expendo doctrinam Lambertini , *in* 58
tract. de jur. part. in 3. art. 2. q. princ. 2. p. 2 ubi post longam disputationem ; an præsentatio, electio, seu institutio possit fieri die feriato ob honorem Dei , resolvit multis aliis Doctoribus relatis, quòd licèt isti actus sui primæva natura sint extrajudiciales , & per consequens quocunque tempore celebrari posse constat (& nos diximus *suprà* ;) tamen si proposito edicto ad beneficij prohibitionem comparent aliqui , & se opponunt, dicentes proprietatem juris patronatus, vel quasi possessionem præsentandi non pertinere ad illos , qui priùs præsentaverunt , nec ad aliquem alium , sed sibi comparenti tantùm (juxta ea, quæ ipse Lambert. *in eodem tract. de jur. patr. 8. & 9. & 10. art. 1. q. princ. 2. p. lib. 2.*) vel aliàs præsentatum ab alio compatrono criminosum esse , quòd tunc non procederetur extrajudicialiter in examinatione harum præsentationum , & prohibitione beneficij , sed fieri debere judicium inter partes ex vi , & potentia juris patronatus in dubiam contradictionem redacti , & criminum oppositorum.

Et ut ipse Lambertin. advertit (& rectè, confusè ta- 59
men) *in superiori loco citato , & art. 32. q. prin. 2. p. lib. 2. vers. bene dicerem unum* , &c. istas exceptiones & objectus dupliciter posse proponi , aut in ipso actu præsentandi, ut contingit , quando Patronus dicit : Præsento personam Francisci Clerici ad gubernationem hujus beneficij vacantis , qui scientia , moribus, vita, & ætate habilis est, præsentatum verò ab aliis esse indignum , & criminosum , vel ad eorum præsentationem non esse instituendum, quia nihil juris patronatus habent , *&c.* aut tunc litem hanc, & judicium in ipso , scilicet , actu præsentandi non deducunt, sed post modum in discursu negotij , & in isto ultimo casu , cùm præsentatio conservet & retineat suam propriam naturam, poterit fieri quocunq; die, etiam feriato ob honorem Dei , cùm sit extrajudicialis , quousque in ipsa incidat quæstio juris

patrona

patronatus & judicium exceptionum cæterarum, quibus mediantibus, alteratur, & variatur natura præsentationis, & processus, qui erat extrajudicialis, efficitur judicialis; in priori autem casu, cùm à principio ejus sit alterata natura, & effectus judicialis; quæ aliis actibus judicialibus descripta sunt, servari debent, argumento text. *in cap. constitutus 41. de electione, lib. 6.*

60 Facit etiam ad articulum, de quo agimus; quo dicit idem Lambert. *in 12. art. 9. princ. 2. p. l. 2. fol. mihi, 166. in magnis, columna 4* quòd licèt processus præsentationis, & institutionis sit extrajudicialis; tamen si apparet aliquis contradictor, vel compræsentatus aliquid objiciens, efficiatur judicialis, ubi alia in propositum adducit. Et plus dicit *in 4. art. 11. q. princ. 2 p. 2. l. n. 67. & seqq. fol. mihi 172.* ex Gay. *in repetiti. cap. fin. de electione, lib. 6.* ubi communiter ab omnibus scribentibus ibi notatur, loquendo in institutione, & confirmatione, quod si in eis compareat contradictor, sine dubio interveniet causæ cognitio, & institutio dicetur vera sententia diffinitiva, maximè si cognosceretur de juribus præsentantium, quia per eam cognosceretur verus Patronus, cæteris perpetuum silentium imponendo.

61 Et idem omnino esse affirmandum, quando nullus comparuit contradictor, sed superior discussit negotium ex officio cum vera causæ cognitione, dando coadjutorem Curiæ, hoc est, Promotorem fiscalem, qui contra jura præsentantium, Patronorum, vel merita præsentati aut formam præsentationis, & similia alleget, & opponat. Quod ita in practica servandum, dicit ipse Lamber. *ibi, & in plurib. locis ibi citatis.* secundum Gay. *dict. fin. in 2 & 3 not. de elect. lib. 6.* & idem quod Lamber dicit. Philip. Franch. *in c. constitutus el. 2. de appellat. not 4 versic. dicerte melius loquendo in confirmatione,* sequutus Hostiens. & Immolam, Anton. de Butr. *ibi*, & Joannem Andream *in c. avaritiæ de elect. lib 6.*

62 quòd quando adest contradictor opponens, cum tunc debeat procedi in ipsa cum causæ cognitione in contradictorio judicio, & judice judicialiter confirmante, confirmatio erit sententia diffinitiva; secus autem quando nullus adest contradictor quia tunc superior confirmat non præmissa causæ cognitione, sed cum simplici informatione animi sui, & extrajudicialiter; habet vim interloquutoriæ confirmatio, ut suprà diximus, & idem dicit Bertachi, *in repert. verbo confirmatio post. sub num. 80. ad medium*, quòd confirmatio prælatorum facta in contradictorio judicio est sententia diffinitiva, & confirmat electionem aliàs nullam, secus si fiat de plano, & non contradictorio judicio, sed extrajudicialiter, quia tunc est interloquutoria, allegat de hoc Bald. *in addit. ad Specula. de appellat. versiculo pro diffinitiva* & gloss. *in cap. fin. versi. inanes de electione in 6.* & ad id fecit etiam, quod ipse Bertach. *loco citato*

63 *num. 100. ad medium*, dicit, quòd confirmatio, cùm petitur, & nullus se opponit, non requirit libellum, nec litis contestationem, secundùm Specula. *in imp. sitione titulo de libelli conceptione. §. nunc videndum. n. 6. & versic. 33.* facit etiam quod eleganter dicit Francisc. Marcus *decisio. Delphinal. 1357. lib. 1.* ubi latè, quem sequitur Cardin. Tusc. *tomo 3. litera E. concl. 90. num. 5.* quòd confirmatio electionis si est facta solemniter, & in contradictorio judicio, habet vim sententiæ diffinitivæ; si verò fiat sine contradictore habet vim interloquutoriæ, & ad hos terminos est reducendus Zabar. *consil. 112. versi. secundum*, dum dicit, quòd confirmatio electionis debet fieri per modum sententiæ, & vide eundem Tuscum *conclusione 711. verbo, confirmatio quando habet vim diffinitivæ.*

64 Facit etiam doctrina Felin. *in c. fin. de præsumptio. num. 27.* ubi regulam firmat, quæ dicat, executorem beneficii non teneri judicialiter procedere, si non vult sed extrajudicialiter; limitat, quando compareat aliquis, qui prætendit aliquod præjudicium, quia ipse debet judicialiter audiri, & idem probant Innocentius & Hostiens. *in c. proposuit de collectione prebenda.* Idem & Hostiens. *in cap. ad audientiam, de rescript.* idem & Joan. Andr. *in cap. accepimus de etate. & qual.* Petrus de Anchara *in clem. 1. de offic. del eg.* & Anton. Abb & Immola *in dict. c. fin.* quos sequitur ipse Felin. reddens inde rationem, quia cùm iste contradictor possit assumere in se onus probandi, impetrantem non esse idoneum, debet audiri; & idem dicit *in num. 26.* quòd executor datus ad compellendum ordinarium collatorem, ut conferat alicui beneficium, si ipse opponit aliquas exceptiones legitimas, quæ eum excusent à collatione, debet judicialiter illum audire, maximè cùm priùs debeat collatorem monere.

Hæc doctrina Felin. & aliorum, ab omnibus moder- 65
nis recepta, & infallibilis & indubitata est, ut constat ex Flores de Mena *in pract. q. q. 4. num. 31.* dicens ex Abb. & Felin. quòd executor gratiæ, sive cum clausulis sonantibus monitionem, sive conditionem sonantibus, si tamen tertius appareat ante perfectam executionem, teneatur eum audire, saltim in via summaria, & inquit ipsemet Flores *in num. 22.* quòd si aliquis sit 66
in possessione alicujus rei, vel beneficii, etiam de facto, quòd executor tenetur assumere partes judicis & eum citare, & audire in forma judiciali, quòd sic hæc audientia intelligitur, argumento text. *in cap. licet Episcopus de prebendis in 6.* Innocent. *in cap. fin. de preben. & in cap. proposuit de collect. preben. &* & aliis pluribus relatis & Navarro *in cap. cum contingat 3. nulli causa per totam, de rescript.* Everar. *consil. 114. n. 2. fol. 114* Celsus *consilio 89. num. 4* Quintilia. Mandos. *in regula 42. num. 32. part. regularum* Abb. & Felin *n. 24. in d. fin.* & 67
ideo quando & ex commissione resultat aliquod præjudicium alicui possidenti, ut puta; si ita concipiatur (si tibi constiterit, Franciscum esse simoniacum, bigamum, irregularem, & similia, beneficium conferens Petro) quia tunc debet iste executor omnimodè partes judicis assumere, citare, & audire in forma judiciali altera natura primæva provisionis, ita Abb. *in clement. unic. de offic. del eg.* Felin. *in dict. cap. fin. n. 25.* Augustin. Beroius *in cap. conquerente n. 11. de restitutione spoliat.* & ita sentit etiam Cavalca, *decisione 22. num. 3. 1. part.* & Flores de Mena *in dict. quæst. 4. n. 28. & sursum. 41. & 42. & 43.* ubi desuper alia exempla constituit, quæ quoniam nos latè sumus tractaturi in 5. parte infrà tomo 3. cujus proprius locus erit executorum gratiarum Apostolicarum, hîc omittimus.

Et idem etiam, quòd quando aliquis intrusus adest, 68
vel aliàs legitimus contradictor apparet, executores teneantur assumere partes judicis & judicialiter procedere cum causæ cognitione & diffinitivè sententiare tenent extra relatos Beroi. *quæst. 13. volum. 1.* Flami. Pariss. *lib. 11. quæst. 10. n. 15. vers. 33 & 34.* Marc. Anton. Genuens. *quæst. 83 n. 4* Rota in Pampi. benef. de Allo de anno 1578 quæ habetur *1. p. divers. decisione. 202.* Nicolaus Garcia *de benef. 6. part. cap. 2. cap. 2. num. 110. & 106. & 141 usque ad 145.*

Qui etiam affirmant, quòd si in literis Apostolicis 69
directis executoribus, omissa fit dicta clausula (citatis citandis) tamen si adsit possessor non est amovendus, nisi præcesserit citatio. Inder text. *in c. licet Episcopus, de præbend. in 6.* Pariss. *de resign. benef. lib. 8. qu. 58. fol. num. 8. lib. 1* ac rectè probatur *in dict. fol. 802. Domini tenuerunt, n. 2. n. 1. divers. Hieronym. Campan. de exc. jur. canon. rubr. 11. cap. 13. à n. 220. fol. 551.* suppetitque imprimis assertio illa ab omnibus uno ore probata, nec processus facti tradi debeat ab executore non vocato possessore; & sine causæ cognitione, & videre licet apud Joannem Andr. *in cap. ordinarii de offic. ordinar. in 6.* Abb. Gemin. Jo. Monachum, & alios relatos per eundem Pariss. *d. q. 11. n. 16.* & alios quamplures Doctores citatos

per Marium Anton. *variar. reſolutio. d. reſol.*58. *num.*8. Maſcard *quæſt.*1523.*n.*25. *part.*3. ſuppetunt etiam per plures Rotæ deciſiones, illa præſertim Aldobrand. deciſio, quam ſuperiùs citavi, quæ eſt deciſio 202. *part.*1. *d verſo.* ubi reſolutum atteſtatur in una Piſto-
70 rien. fuiſſe mixtum executorem illum datum ad providendum in forma dignum, de Capellania, in cujus poſſeſſione erat Præpoſitus, & Capitulum Piſcien. ſive ſacriſtia, quæ erat citanda ab ipſo executore, qui tenebatur aſſumere partes judicis, & audire poſſeſſorem, qui non erat obnoxius ſolo verbo executoris ſtare, & parere, ſuúmque jus dimittere, ſed reſiſtere, nec illius poteſtatem contra ipſum locum fore, quia illum executoris poteſtas compeſcere non valebat, cùm adverſus reſiſtentes de facto, non de jure, excandeſcere valeat, per deciſ.4. Achillis *de ſentent. excommunic.* Joan Hier. Campanill. *diverſ. jur. cano. rubrica.*11. *cap.*13 *ſub.n.*220. ubi *n. ſequenti*, dicit, quòd propterea poſſeſſio alio modo adepta decernenda eſt intruſa ſecundùm Felin. *in cap. conſtitutus n.*18. *de reſcript.* Ripa *in l. naturaliter* §. *nihil commune n.*25. *de acquir. poſſeſſio.* & in his terminis cenſuit Rota in una ſentent. Pontis Arrigi. coram Decano, ſub die 12. Junii 1573. & in alia Barchinonen. præceptoriarum 10. Junii 1578. quarum meminit Lancel. *deciſ.*423. *propoſita cauſa num.*4 *d.p.*1. *diverſ.* & alibi paſſim per Doctores.

71 Et ſimiliter idem dicendum eſt in executore ad diſpenſationes matrimoniales, in quarum verificatione ordinarius (cui ſolent committi) extrajudicialiter poteſt procedere, ut ſuperiùs dictum reliquimus; qui omnimodo tenetur aſſumere partes judicis, & judicialiter procedere, quando adeſt adverſarius, & contractor, ut latè per Nicolaum Garciam *ubi proximè à num.*249. *&* 250. & Hieronym. Gonzal *in annotation.*

72 Quæ omnia extendenda ſunt, quando à principio ſtat adverſarius, quia tunc pariter, & à fortiori de eo judicandum eſt, ac de eo, qui poſtmodum comparuit, præjudicium, & intereſſe ſuum allegans, pro quo facit deciſio Rotæ in cauſa Reginen. parochialis 8. Febru 1557. coram D Chiſanenſ. ubi dicitur, quòd diſpenſatio facta à judice commiſſario, cui erat commiſſa cum clauſula iſta (ſuper quibus conſcientiam tuam oneramus, *&c.*) valet, licet non conſtet de proceſſu. Rota *deciſ* 4. *de filiis preſbyt. in antiq.* & quòd ſtylus eſt in diſpenſationibus, quòd ſi ab initio eſt adverſarius tunc pars eſt citanda, & in ſcriptis acta reducenda, & ubi non eſt adverſarius, tunc ſufficit informatio judicis, *&c.* Thom. Sanch. *de mat. lib.*8. *diſput.*35. *n.*15. & Garcia *ſupra n.*247. ubi alios allegat ad id, & dictam deciſionem Regin. & alteram refert, quæ hanc concluſionem comprobat.

Igitur hæc eſt omnium ſcribentium tam antiquorum, quàm modernorum concors ſententia, reſolutio; quòd ubi in extrajudicialibus, & ſic in collatione, inſtitutione, electione, & proviſione beneficii, quæ ſui natura extrajudicialis eſt per comparationem contradictoris exceptiones legitimas non frivolas, nec calumnioſas opponentis, efficiatur judicialis, & alteretur ejus natura, ac in ea procedi debere in contradictorio judicio, cum cauſæ cognitione, & proferenda ſententia diffinitiva, ut probat text. *in clem. diſpendioſam, de judiciis, & clem. ſæpe, de verborum ſignifi.* & Doctores ſuperiùs citati. Et unum te admoneo, ut Doctores in rem hanc citati loquentes in executoribus, & judicibus delegatis, diſponunt in fortioribus terminis, quàm hi, qui loquuntur in judicibus ordinariis, propriam & radicatam, non alienam juriſdictionem habentibus executos autem cùm delegatam, non ſuam, ſed alienam exerceant, contentam ſub limitibus intentionis, & voluntatis delegantis, quam tenor ſcripturæ demonſtrat, cujus eſt ſtricta interpretatio, ſub qua & cum timore loquuntur Doctores relati, inquirentes priùs de voluntate ſuperioris, & an habeat executor juriſdictionem, ut ex his latè videre poteris, qui timor omnino adeſt in ordinariis collatoribus, & judicibus ex propria perſona juriſdictionem exercentibus, quapropter quæ Doctores affirmant circa hanc materiam in judicibus executoribus; à fortiori & majori cum ratione ſunt accipienda, & intelligenda in ordinariis judicibus.

Rationem autem, quare oppoſitio exceptionum hanc 73
faciat proceſſuum transformationem, alterétque actus extrajudicialis naturam, Doctores nec aperiunt nec reddunt. Mihi autem meditanti, quæ occurrit referam. Etenim contradictio ipſa (ſi bene perpendamus) facit conteſtationem litis, liquidem edictum quod beneficio proponitur vim habet citationis text. *in c. fi. de electione lib.*6. & ibi à doctor. notatur, & oppoſitor mediante ſua oppoſitione comparet, & ipſam ſuam intentionem deducit, demonſtrat petendo, ſcilicet; beneficium, quod quidem eſt actoris officium pertinet, cujus vicem ſuſtinere videtur, ad inſtar communium judiciorum, argumento text. *in l. in tribus, ff. de judiciis*, ibi ſed magis placuit eum videre actorem, qui priùs ad judicium provocat, &c.) *l. qui prior.* & quæ ibi nota. *ff. eodem titulo.* & quæ notantur *in* §. 1 *inſtit. de actio.* ita hæc comparitio habet vim prioris libelli.

Et quando alter comparet contradicens, & oppo- 74
nens exceptiones, ſuſtinet partes rei *cap.*1. *ff. de ex ception.* ex d. juribus, maximè, quia iſte libellus non eſt provocativus, ſed excluſivus juris alterius, qui cùm contineat contradictionem, & exceptiones negatione præmiſſa, in eo eſt ſtatu, ut operetur litis conteſtationem, *l. rem non novam* §. *patroni C. de jud. l.*1. *c. de litis conteſtatione, l.*2. *C de jur. Calumniæ, cum vulgatis.*

Diſcurſus iſte & evidens, & legitimus redditur, ex 75
eleganti doctrina Afflictis *deciſione* 346. *ſub numer.*2, affirmantis, quòd in omnibus actibus & articulis, in quibus adeſt contradictio, ibi neceſſariò danda eſt inſtantia, cum ſequitur Maños de Eſcobar, *de ratiocin. cap.*31. *ſub n.*17. inſtantia autem nihil aliud eſt, quàm exercitatio actionis à litis conteſtatione uſque ad ſententiam diffinitivam; certo tempore coarctata, ut per Alciatum, Aſinium, Didacum Perezium, & alios de- 76
clarat Paz. *in praxi in ſecunda anno. de inſtantia num.*6. *fol.*6 & Parlad. *in ſeſquiſcentur. diverſ. cap.*128. igitur ſi contractio facit inſtantiam, quæ includit in ſe litis conteſtationem, ipſam litem à fortiori operari debere, confitendum eſt.

Quò pertinet illud, de quo aliàs dubitavit Rota in 77
una Calaguri. beneficii coram D. Auguſtino. 25. Januarii 1554. ex comparitionibus factis per præſentatos coram ordinario (præſertim ante inſtitutionem) eſſet talis lis inducta (ut poſſeſſio poſtea per Joannem vigore inſtitutionis facta diceretur attentata) & fuit per Dominos reſolutum, quod non eſſet lis inducta, nec per comparitiones prædictas facta litis conteſtatio, niſi demum per utramque partem facta inſtantia pro conſequenda inſtitutione, non aliter, quæ inſtantia ex eo inducitur, ſcilicet, per contradictionem alterius mediantibus exceptionibus (quarum exempla ſuperius reddidimus) & dictæ deciſionis Rotæ mentionem fecit Lancel. Robert. *de attentat.*2. *p.c.*4. *de attent. litependent. in præfatione, num.*155. *ad fin.*

Et confirmatur ex eo, quod in hunc ſenſum adver- 78
tit Hieronym. Gonzal. *in reg. de men. & alter. gloſſ.*9. *in annotat. num.*37. quòd tunc cognoſcetur, fuiſſe proceſſum in electione, & proviſione beneficii judicialiter; quando in ea adeſt concurſus oppoſitorum, qui formant inter ſe contradictionem, quia tunc nihil deficit ad hoc ut ſit lis introducta, & judicium formatum, ex quo invenitur in eo actor, reus, & judex, *juxta cap. forus, de verborum ſignific.* nam ut inquit Bald. *in l.*1. *Cod. de juram. calum.* idem Bald. *in l. & ſi non cognitio. n.*1.

Cod.

79 *Cod. ſi contra jus vel utilitatem publicam.* & Eſcobar *in tractatu de ratio. cap.* 31. *n.* 17. ex quo adeſt in articulo contradictio, & inſtantia, ibi danda eſt & cauſæ cognitio, quibus adde Doctores omnes, quos in comprobationem hujus articuli contradictoris comparentis huc uſque adduximus.

80 Contra quos & communem reſolutionem eorum fortiter obſtare videntur text. *in cap. ut circa.* & text. *in cap. conſtitutio.* 41. (in ejus declarationem editus) *de electione lib.* 6. quibus habetur, quòd quando in electione beneficii proceditur extrajudicialiter, quòd tunc comparens, & opponens exceptiones contra perſonam electi vel eligentis, ipſas tenetur jurare, ſe illas poſſe probare, *&c.* Quando autem in electione proceditur judicialiter, jus commune ſervetur in ipſis proponendis, dum ſupponunt, quòd contradictor, & exceptiones cadunt item in extrajudicialibus actibus, & ſic quòd per eas non alteratur natura eorum, contra Doctores & doctrinas ſuperiùs congeſtas.

81 Sed nihilominus defende communem, contra quam non urgent illa jura, quibus ut reſpondeas, diſtingue, quòd aut loquimur in ipſarum objectionum actu proponendi, & tunc ipſa jura procedere, aut loquimur de ipſis exceptionibus jam oppoſitis, & poſtquam in eſſe deductæ ſunt, & tunc Doctores procedunt non jura. Quoniam quantum attinet ad prius membrum ſcilicet; ad proponendi modum, & formam, attendenda eſt natura proceſſus, cui objiciuntur, quia ſi electio, ſeu proviſio incepit eſſe extrajudicialis; dum quis comparet, & docet de ſuo jure, & exceptionibus, debet ſequi naturam, & ſtatutum proceſſus. Si verò incipit proceſſus eſſe judicialis, jus commune obſervatur; & in hunc ſenſum loquuntur text. *in dict. c. ut circa de conſtitutio.* ultrà non procedentes, ut ex eis evidenter conſtat. Secundum autem diſtinctionis membrum ad nos attinet, ſi quidem conſiderandæ ſunt exceptiones, & objectiones, poſtquam appoſitæ ſunt jam, & in eſſe deductæ, notæque fiunt judici; quia tunc, non antea incipiunt operari ſuum effectum transformationis, quem illi Doctores attribuunt, quia in poſterum deinceps judex in earum cognitione, tenetur aſſumere partes judicis, judicialiter audire, & cum cauſæ cognitione procedere, quia tunc, non antea incipiunt alterare, & variare naturam proceſſus electionis, & proviſionis, ſi illum fortè invenerunt extrajudicialem. Et in hoc ſtatu de præſumptis exceptionibus procedit communis Doctorum arg celebris text. in ratione ſui *in l.* 1 §. *ſi minor ff de rebus eorum* junctis etiam quæ in ejus interpretationem latè adducunt Tiraquel *in tractat. de retract. conventio. ad fin. à num.* 17. *& ſuprà.* Pinel. *de bonis mater. l.* 1. 3 *p. concl.* 52.

Et hanc diſtinctionem, & intellectum (ſi diligenter quæramus) inveniemus *in d. cap. conſtitutio. & d. cap. ut circa.* facta habilium terminorum ſuppoſitione clarum enim eſt in proviſione beneficiorum, quando extrajudicialiter proceditur, non dari appellationem, quando judicialiter autem, contrà. *c. conſtitutis,* 2. *de appell.* juxta ejus verum ſenſum, & intellectum, de quo nos protinus ex Lancel. Perez de Lara, Nicolao Garcia, & aliis.

Sed ſic eſt, quod illa jura poſtquam ſunt exceptiones oppoſitæ, & juratæ propter calumniam, à non admiſſione, & exceptione earumdem, admittunt, ac permittunt appellationem quoad utrumque effectum, ut ex eis paret; ergo cum evidentia ſequitur, quod ipſæ exceptiones in eſſe deductæ, & jam propoſitæ, incipiunt alterare, & variare electionem extrajudicialem, ſuum effectum operantes, facientéſque illam judicialem de cætero, *ex d. l. ſi minor.* & hic intellectus ad illa jura proprius, & verus eſt, qui totaliter illis convenit, ſic intellecta pro communi retorquent.

82 Quibus inſuper adde Concilium provinciale Compoſtellanum actione 2. c. 34. dum dat formam electioni præbendarum Magiſtralium, Doctoralium, & lectoralium ſacræ Scripturæ, aliqua ipſis electoribus & oppoſitoribus prohibita inhibens, dicit *in verſiculo quod ſi aliquis. &c.* in hæc: Quod ſi aliquis de his ſufficientiſſimis probationibus fuerit infamatus, aut notabiliter ſuſpectus, Epiſcopus vel ejus Vicarius in abſentia diligenter cauſæ merita inquirat, & quem reum invenerit pro illa vice inhabilem ad eligendum activè, vel paſſivè declarat, aliàs cum cæteris admittat, *&c.* ut intelligatur, hæc inquiſitio judicialiter, ut denotant verba Concilii, & probatur ex text. *in cap. exhibita de judiciis,* ibi, ſuper propoſitis, & aliis negotium contingentibus inquirerent veritatem, & juncta gloſſ. *in verbo, inquirerent.* quoniam agitur de magno ejus præjudicio ſecundum ea, quæ ſuprà dixi, ſine dubio tamen procedit, quando aliquid oppoſuit, dictas Concilii Compoſtellani exceptiones.

Nunc reſtat, ut illud abſolvamus, an citatio ſit actus judicialis, adeò ut judex qui cùm poſſit procedere ſine ea, & extrajudicialiter ſuper aliquo negorio, ad quod citavit aliquem, intereſſe prætendentem, cognoſcatur judicialiter procedere, & aſſumere partes judicis. In qua difficultate, ne te detineam diutiùs, affirmativè reſolvo. Moveor primò ex doctrina Baldi *in l. nec natales in colum. ult. Cod. de probatio.* & Felin. *in c. fin. de præſumptio. n.* 22. *& n.* 34. alios allegantes, qui omnes, dum aliud quærunt, hoc fatentur, ut judex executor, qui aliàs non tenebatur procedere judicialiter, ſi tamen aliquem citavit, videtur aſſumere partes judicis. 83

Quoniam citatio non pertinet naturæ actus extrajudicialis, Paul. Caſtren. *conſ.* 338. *volum.* 1. poſt Innoc. *in c. cùm olim. el.* 2 *de electione.* Bald. *in l. nec natales Cod. de proba.* Roma. *conſil.* 212. Cardin. *conſil.* 32. Decius *in cap.* 2. *de teſtament.* Felin. *in c. fin. de conſuetudine.* Rota *in novis* 356. imò eſt actus juriſdictionalis, qui nullo modo poteſt expediri niſi à judice, & juriſdictionem habente, ut notant Abb. *in c. ſuper quæſtionem* §. *verum n.* 1. *de officio delegati.* Doctores *in cap. prudentiam in c. ex litteris de officio delegati, & in cap. ſi duobus de appellat. & in l. contumacia ff. de re jud.* Speculator *in titulo de citati.* §. *jam de citati. colum.* 5. *verſiculo hoc autem not.* & aliquid per Vantium *in tract. de nullitate ſent. ex defectu citat. num.* 27. *&* 31. *cum ſequentibus.* Et ut inquit Hieronym. Gonzal. *in d. reg. de menſ. gl.* 9. *in annot. num.* 35. *&* 37. poſt Lancelot. *de attenta.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 5. *n.* 3. & Vitalli. *in tract. de clauſu. in clauſ. nihil novari appellat. pend. ſub n.* 3. *calum.* 89. Angel. *in l.* 1. *ff nihil novari appell. pend.* ut tunc cognoſcitur in collatione, & proviſione fuiſſe proceſſum judicialiter, quando actum fecit collator ſeu providens, qui fieri non poteſt à privata perſona, ſed à judice tanquam judice, & à parte uti litigante, vel quando adeſt aliquis actus de proceſſu, & pertinens ad proceſſum, & quod tunc dicetur actum pertinere ad proceſſum, quando non poteſt expediri à privato, ſed à judice tanquam judice. 84 85 86

Et cum citatio, ut dictum eſt, non poſſit expediri niſi à judice, tanquam judice, & cum juriſdictione; meritò eam vocant Doctores actum de proceſſu, & pertinentem ad proceſſum judicii; ita tenent Speculator *in titulo de citatione* §. *contra. verſiculo excipitur quod citatio eſt de proceſſu.* Maria Socin *in uberrimo tr. de citatione art* 4 *princ in princ. verſiculo primò infertur, quod cum citatio talis ſit de proceſſu.* & ipſe *in art.* 19. *in prin. verſic. & idem eſt ſi dicatur.* ubi alios allegat. *& in primo articulo principali, verſic. deinde ſubjiciunt, &c.* imò & citatio inter actus judiciales computatur, text. expreſſus *in c. quoniam contra.* ibi judex ſemper adhibeat; aut publicam ſi poteſt adhibere perſonam, aut duos viros idoneos qui fideliter univerſa acta judicii conſcribant, videlicet, citationes, dilationes, *&c.*) *de probationibus,* & ita eam meritò in ejus deſcriptione vocat ipſe 87

Socin. *in d.* 1. *art. in princip.* ut fiat judicialiter judicis mandato

88 Et etenim principium, & fundamentum actus judicialis, ut tenet Speculator *in dict. titulo de citati. in cap. princ.* not. Cynus *ibi. & quia ff. de jurisdict. in omnium judic.* Marian. Socin. *ibi proxime versic. deinde subjiciuntur*, à qua quidem omnis institutio processuum exordium sumit, tanquam à substantiali capite judiciorum, ut colligitur ex §. *fin. instit. de pœna temer. litig.* & gloss. *in rubr. ff. & Cod. de in jus voc.* gloss. *in clem.* 1. *verbo, citationes, de jud. l.* 1. *titul.* 7. *part.* 3. Didac. Per. *l.* 1 *titul.* 2. *lib.* 3. *ordinamen. fol. mihi* 813. Damauderius *in praxi cap.* 54. *numer.* 1. Gondizal. de Paz. *in praxi* 2. *tom. cap.* 2. *num.* 1. *&* 2 ubi nonnullos alios ad id citat, & in actibus judicialibus spectamus, & attendimus initium, ut vidit Oldral. *in eo fi.* 88. quem refert & sequitur Socin. *in dict. tract. de citatio. articulo* 19. *in prima quæstione paulo ante fin.* per text. *in l. fin. Cod. qui legiti. person. habeant. & l.* 3. §. *scio ff. de minor. & l. in univ. Cod. qui deserentes vel curat.* imò in hoc distinguitur appellatio extrajudicialis à judiciali, ut illa à judice ante citationem interponatur hæc post citationem, de quo latiùs superiùs diximus, & inferiùs dicemus.

89 Deinde facit, quia in actibus extrajudicialibus non datur sententia, etiam interlocutoria, nec judex, qui extrajudicialiter in negotio procedit, interloquitur in eo, quia interloqui, est actus judicialis, non verò extrajudicialis, ita docet Bald. *in additio. ad Specula. tit. de arbitr.* §. 1. *versic. ab interlocutoria.* quem sequitur Baptista de sancto Blasio *in tract. de arbitro, & arbitratore, quæst.* 32. *per totum inter tractatus Doctorum*, ubi dicit, quod cùm arbitrator procedat extrajudicialiter, non judicialiter, *l. si de meis* §. *recepisse ff. de arbitr.* & habetur per Innoc. & cæteros scribentes communiter *in c. apud, quinta vel de jurejur.* non potest

90 ferre sententiam interlocutoriam rationem reddens, quia interloqui est actus judicialis, maximè quod interlocutoria requirat, & supponat omnino jurisdictionem, ut per notata *in l. jubere cavere ff. de jurisdict. omnium judic. & in l.* 1. *ff. siquis jus dicenti non obtemperaverit.* & per Socin Beroium, & alios latè probat Lancel. Robert. *in tractatu de attent.* 2. *part. cap.* 20. *in præfatione quæst.* 1. *à num.* 2. *cum pluribus sequentibus.* sed citatio & ejus expeditio ex quo habet in se annexum præceptum, est sententia interlocutoria, ut per Dynum, Cynum, ac itidem per notata *in cap. exposait. de dilation.*

91 & per Innocent. *in cap. præterea eodem.* tenet Socin. *in tractatu de citat. artic.* 1. *ad fin. versic.* 2. *nota. & in art.* 19. *post princ.* & probatur *in l. cùm clericis, Cod. de Episc. & cleric.* ibi, sententiarum tuarum authoritate pulsantur, ubi gloss. *verb. scientiarum*, & Bald. *ibi* affirmant, citationis decretum esse interlocutorium, idem dicit Sebastianus Vantius *de nullit. sententiar. ex defectu citat. n.* 35. & Maranta *de ordin. Judic.* 6 *p.* 3. *part. de sent. n.* 27. & nos *suprà c.* 6 diximus alii citatis authoribus: ergo necessariò affirmandum est quòd cùm citatio sit interlocutoria, si actus judicialis, non extrajudicialis, quæ nullo modo potest expediri, & sic interloqui à judice, uti privata persona, sed ut judice jurisdictionē habente.

92 Desuper, quia tanquam actus judicialis, & processalis judicii, ac etiam jurisdictionalis non potest fieri; nec expediri à judice in die feriato, ex text. *in l. fin. Cod. de feriis*, ibi taceat apparitor, &c. (& ibi nulla quemquam urgeat admonitio, &c.) & iterum ibi fileat horrida vox præconis, &c. & ut veriorem, & certiorem de jure hanc resolvit Socin. *in dict. tract. de citatio. art.* 19. per Specula *in tit. de citat.* §. *contra, versic. excipitur.* Oldral. quem sequitur Bart. *in l.* 1. §. *nuntiatio ff. de novi oper. nuntia.* Bald. *in l.* 2. *Cod. in quibus causis in int. restit. non est necessaria, & in l.* 1. *ff. de feriis.* Joan. Cald. Ant. Zab. & alios modernos *in c. fin. de feriis.* & per alios plurimos, quos ibi à princ. per eum videbis citatos & idem Socin. *ibi articul.* 4. *in princip. versic. primò infertur.* ut citatio commissa, & decreta à judice in die feriato ob honorem Dei, ad diem non feriatum non valeat, quia jus prohibens citationem, non solum habuit respe-

93 ctum ad effectum, & quando prohibetur non solùm effectus, sed etiam ipse actus, non sufficit, effectum conferri in tempus permissum, cum actus sit gestus in tempore prohibito, ut argumento *c. fi. de rest. spol. & l. Fulcinius post prin. ff. quibus ex cas. in pos. ess.* & quòd prohibeatur principium, probant præfati Doctores *ex dict. l. dies festos.* & hanc opinionem communiter à Doctoribus teneri post multa adducta probat Vantius *de nulli. senten. ex defectu citat. à n.* 46.

Nimis etiam fortiter probatur, nam per citationem 94 litis pendentia inducitur etiam ad hoc ut ea pendente nihil debeat innovari, ita probant jura expressa text. *in clem.* 2. *ut lite pendente, & in cap. cùm Ab.* Ferrariensis *de constit. & in cap. Ecclesiæ sanctæ Mariæ, ut lite pend. c. ad dissolvendum, de desponsat. impuber.* & ut infinitos ad id Doctores taceam, videndus est Lancel. Robert. *de attentatis* 2. *part.* 4. *in præfatione à num.* 28. *cum pluribus sequentib.* asseverantes omnes, ut statim transmissa citatione vitium litigii contrahatur, & ibi aliquas declarationes adducit, omnino videndus, & alia in comprobationem, quæ rei de qua agimus, satis conveniunt, quæ nullatenus operatur actus extrajudicialis, ut superiùs diximus, quibus adde, quæ de significatione, hujus verbi *lis*, congesta remanent.

Ultimo loco ill hæc nostra doctrina comprobatur ex 95 eo, quod suprà diximus, de dispositione jubente, aliquem citari, scilicet; in clausula (vocatis vocandis) nam si sola ejus appositio facit causam judicialem, & alterat naturam causæ, cùm ejus clausulæ virtute judex, qui alias poterat in negotio extrajudicialiter procedere omnimodo tenetur assumere partes judicis, & in illa judiciali de causa cognoscere, ut latè vidisti; multò ergò fortiùs hoc debet attribui ipsi citationi jam expeditæ, exequutæ, & in esse deductæ, secundùm ea, quæ latè Lancel. *loco proximè relato à num.* 29. *&* 30. potentia namque rei magis in effectu monstratur. *l. rem non novam, circa fin. Cod. de judic.* §. *quorum utramque, versiculo & bellicos, in proœmio instit.* cum aliis.

Hinc intelligendi sunt quidam Doctores, qui dum 96 defendunt, citationem posse fieri in die feriato ob honorem Dei, dicunt; quòd citatio est quid facti, & actus extrajudicialis, quia loquuntur in executione, & intimatione citationis tantùm, facta à nuntio, non tamen in ipsius expeditione, ut videre est per Vantium *de nullit. ex defectu citat. num.* 46. *versiculo idem dicitur de executione*, & ex aliis suprà, quia quantum attinet ad illud nudum factum Ministri, potest esse, ut sit extrajudicialis actus; quatenus verò attinet ad ipsam citationem intimatam, ejus expeditionem, & ad judicem committentem, cùm tot requirātur judicias, omnimodo fatendus est actus judicialis, minimè enim forent audiendi ipsi Doctores, si aliter intelligerent, tot juribus efficacibus, & evidentissimis rationibus, atque authoritatibus convicti, de quibus hactenus.

Sed ille casus est indifficilis, an ille, qui poterat pro- 97 cedere extrajudicialiter, & partes judicis assumat, judicialiter procedendo; possit iterum ad extrajudicialem cognitionem redire. In qua quidem & rationes & authoritates invicem invenio pugnare, & imprimis reperio Bald. *in l. nec tales num.* 10. *Cod. de probationib.* asseverantem, quòd officium executoris, qui datur ad providendum de beneficiis, censetur extrajudiciale & ideò neminem tenetur citare, & si fortè citavit, non tenetur expectare; quia licèt assumpserit partes judicis in citando, potest ab hac via recedere, & assumere partes executoris, nam cùm habeat duplicem potestatem, & utraque sit publica, non potest alteri renuntiare juxta notata *in l. cum qui ff. de jurisd. omnium judic.*

&

& ipſe Bald. idem dixit. *in c. fin. de præſumpt.* quòd ubi executorincipit cognoſcere tanquam judex, poſſit omiſſa via judicii tranſire ad aliam viam, argumento *c. paſtoralis, de cauſa poſſeſſ. & proprieta.* potiùs enim videatur citare ad cautelam, quàm ut præcludat ſibi viam poteſtatis, argumento *l.3. ff. de milit. teſtam.*

98 Pro qua facit opinione, quod ipſe Bald. inquit *in l.3 ff. de milit. teſtam.* ubi dicit, quòd ſi is, qui poteſt procedere ſummariè, & de plano, incipit procedere ordinariè per libellum, poteſt omittere viam ordinariam & reliquum proceſſum expedire ſummariè: unde infert ibi Bald. quòd ſi eſt compromiſſum in aliquem tanquam arbitrum, & arbitratorem (cum ille judicialiter, hic extrajudicialiter procedat (& tunc ſi incepit procedere, ut arbiter, & in forma judicii, & proceſſit inordinatè, valeat nihilominus ejus laudum tanquam arbitratoris. Et movetur argumento *ejuſdem l.3.* ubi miles, qui teſtari poterat jure militari ſi voluit teſtari jure communi, & adhuc juris communis omiſit ſolemnitates, valet teſtamentum, jure militis ſaltim, quia eligendo jus commune, non videtur privilegio renuntiare, vide infrà num. 135.

Econtrario autem Felin. *in cap. fin. de præſumptio. n. 22.*
99 *poſt medium*, Allegat Anton. de Batr. *in cap. cum contingat, col. ult. de reſcript. & num.* 34. allegat Immol. contrarium ſentientes, ut executor: qui non tenebatur aſſumere partes judicis, ſi aſſumpſit, & judicialiter proceſſit, non poſſit variare, ipſe tamen Felin. in utroque non tangit quæſtionem, in n. 22 non reſolvit, in numero verò. 34. diſtinctionem adhibuit, ſequutus authoritatem Immolæ idem innuentis ut tunc non poſſit executor variare, quando expreſsè dicit ſe velle judicialiter procedere, ſed ſi nihil dixit, ſed proceſſit in aliquo actu judiciali, non teneatur in aliis ita procedere.
100 Abb. *in c. quinta vallis n. 42. de jurejurando*, contra Inn. ibi Bart. *in l. ſocietatem. §. arbitrorum ff pro ſocio*, & Dynum ibi, quod quando fuit compromiſſum in aliquem tanquam arbitrum, & arbitratorem, quòd licèt poterit eligere à principio alteram viam, an judicialiter ut arbiter, an extrajudicialiter ut arbitrator; tamen ſi non elegerit, quòd poterit procedere utraque poteſtate & authoritate ex eo, quod dicit Innoc. *in c. cùm ex officioſo, de reſcriptis*, de habente delegatum & ordinariam poteſtatem, qui ſimul poſſit utraque uti, & quòd tunc ut arbitrator proceſſiſſe intelligitur. Et huic inferens cum Hoſtienſ. quòd ſi compromiſſarius hoc modo electus, proceſſit partim judicialiter, partim extrajudicialiter, & non ſervato juris ordine, ut quia fecit libellum dare, litem conteſtari & non in ſcriptis, nec partibus citatis, teſtes recipit, nec eos publicavit, & laudum ſine ſcriptis dedit; quòd licèt videatur ſententiam non valere, quoniam eligendo, à principio viam judicialem, cenſeatur alteri renuntiare; tamen eſſe dicendum, ut valeat proceſſus ab arbitratore, tanquam, ex quo potuit procedere utraque poteſtate.

Et ad Bart. & Dynum, qui in hoc contrarium dicit tenere, ut compromiſſarius electa via judiciali non poſſet ad extrajudicialem redire, reſpondet, procedere, ubi habet neceſſe eligere alteram viam, argumento *l. ſi cui. ff. de ſer.* ſecus ſi potuit procedere utraque via, nec ſpecificè procedit à principio. Vides igitur quam variè loquitur, quamque difficilis ſit reſolutio hujus quæſtionis.

161 Ego autem nec priorem affirmativam Baldi opinionem *in d. l. neque natales*, nec diſtinctionem Felini, & ſi qui ſunt alii, ſed abſolutè negativam, ut veriorem, probabiliorem de jure, majoribuſque, & fortioribus rationibus vallatam amplector, nempe judicem, qui non tenebatur procedere judicialiter, ſi partes judicis incepit aſſumere; non poſſe variare, & ad extrajudi-
102 cialem viam redire. Moveor primò ex eo, quod magis receptum eſt inter Doctores, quòd quando compromiſſum in aliquem, ut arbitrum, & arbitratorem ſimul, qui ſi partes aſſumpſerit judicis, & judicialiter procedendo intelligitur viam arbitri elegiſſe, ac ideo non poterit variare, nec redire ad naturam arbitratoris, extrajudicialiter volens procedere, ita tenent Specula *in tr. de arbitr. § fin. verſic. ſed pone ſicut quotidie.* Dynus & Bart. *in l. ſocietat. §. arbitr. ff. de arbitrar.* Alex. *in l. ſi ſervus §. fin. ad fi. ff. de legatis primo.* Bart. *in l. ſi dominium ff. de furtis.* Idem Bart. *in l. 3. ff. de re milit.* Ludovi. Romanus *in rubr. col. 21.* Felin. alios allegans *in c. ex officii, n. 23. de præſcript.* nonnullos alios referens ſequitur Maſcard. *de probat. concl. 125. tomo 1. per totam.* & communem dicit Baptiſta de S. Blaſio *in tract. de arbitro, & arbitratore in 4 quæſtione verſ. cul. 12.* quando compromittitur, *& quæſt. 48. ante fin. & quæſt. 67.*

Rationem ibi ſubdentes, & præcipuè Baptiſta de 103
ſancto Blaſio in locis relatis; ex quo enim procedendo judicialiter eligere maluit viam judicii, ſibi debet via potere, quam ſemel elegit, textus *in l. ſi mulieris §. fin. ff. quod motus cauſa.* textus *in leg. quod in hæredem §. eligere, ff. de tributaria actione. leg. ſi duo actu ff. de noxali* & ſic variando non poteſt illam viam mutare, *leg. ſi dominium ff. de furtis, leg. ſiquis juſjurando, Codice de rebus creditis, & jurejur. leg. ſi ut, Codice de actio. & obligatio. clem. cùm illuſio. de renuntiatione* & not. *in leg.* 104
quod ſemel placuit de regul. jur. lib. 6. quod maximè procedit in Eccleſiaſticis judicibus, quibus fortiùs prohibita ſtat variatio, *cap. cùm autem de jure patron. clem. prima de renuntia.* ubi advertit Felin. *in c. ex parte decani de reſcriptis, verſiculo dict. clem. prima* Felin. *in cap. 1. de præſumptio. num. 34. ad medium.*

Secundò facit, nam ſi expreſſa electio, quam judex 105
facit viæ judicialis, ſe aſſumpturum partes judicis, hoc operatur, ut non poſſit ampliùs variare, ex Felin. & Immol. ſuprà: pariter, & eodem modo idem operari debet electio tacita, quæ reſultat, deducitur ex modo procedendi, & via quam aſſumpſit, quia tacita renunciatio, quæ reſultat ex facto contrario, idem quod expreſſa operatur, maximè in judicio, ejus calore text. *in l. ad ſolut. C. de re judicata c. ſolicitudinem de appell. c.* 106
gratum de off. & poteſt. judi. del. per actum enim contrarium à jure ſuo contrario receſſiſſe videtur, text. *in c. cùm veniſſet de teſtib. c. ex ore de his quæ fiunt à major. par. capit. c. ult. de vita & honeſt. cler. l. 2. C. de jure dom. impetr. l. ſi exheredatus ff. de inofficioſo teſtam. & l. ſi §. 1. eodem titulo cum aliis.* & quæ ubique locorum Doctores adducunt. Par enim judicium, & virtus eſt taciti, & expreſſi. *l. cùm quid ff. ſi certum petatur*: ſi quidem tacitum, & expreſſum procedunt ex eadem potentia cauſæ efficientis; ergo idem debent operari, ut dicit eleganter Bald. *in l. 3. ff. de teſtamen tute. l. de quibus in fin. ff. de leg. l. triticum ff. de verbor. obl. q.* & infinitas quæſtiones exempli loco erga hanc doctrinam congreſſit Everard. *in locis legalibus, in loco ab expreſſo ad tacit.*

Satis enim & clarè inſinuat, & demonſtrat in indi- 107
ce, judicialiter & extrajudicialiter valente procedere; voluntatem ſuam & electionem, & modus procedendi, ut à princ. hujus capituli uſque modò diximus, & in arbitro, & arbitratore, quorum ille ordinem juris, & judicialem debet ſervare, *l. prima ff. de arbit.* iſte autem non, ſed extrajudicialem, *l. ſi de meis § re epiſſe ff. de arbitr.* & de utroque Baptiſta de ſancto Blaſio *in d. tr. de art. q. 2. ante fin.* & in ſuprædictis locis, & omnes *in c. quinta vallis, de jurejur. & in l. ſocietatem. §. arbitr. ff. de arbit. & in d. §. recepiſſe* & quando in aliquem compromittitur ut arbitrum, & arbitratorem per modum procedendi manifeſtatur, & cognoſcitur, an arbitratoris poteſtate utatur, an arbitri: nam ſi procedit in forma judicii, & juris ordine arbiter erit; ſi extrajudicialiter verò, arbitrator, ut notat Inn. Anno. de Dunt. Ab. & cæteri communiter omnes *in c. quinta vallis* 108

de jurejur. Bart.& cæteri Doctores, *in d.* §. *arbitrorum.* Blaſius *ſuprà in quæſt.* 4. 5. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.*125. *n.*1. quia cauſas cognoſcimus per effectus,& ex eorum efficacia arguitur potentia cauſæ efficientis,

109 *l. rem non novam, circa fin. Cod. de judiciis,* §. *quorum utramque verſiculo, & bellicos, in proœmio inſtituta,&. ubi periculum, in princ.& fund.& circa medium, de electione.*

110 Secundo probatur hæc opinio, nam ille, qui potuit agere via executiva, ſi cœpit ſimul agere via ordinaria, non eſt dandus regreſſus ad viam executivam,nec pœnitentiæ locus eſt, quia non poteſt variare, *l. minor annis cui fideicommiſſum, ff. de minoribus* Bald. *in l. per diverſos q.*10. *C. mandati.* Paul. Caſtrenſ. *conſ.*78. *l.*1. Decius *conſ.*146. *&* 400. plures citat Burgos de Paz. *conſ.*39. *n.*7. Azevedius *in l.*1. *n.*144. *tit.*21. *lib.*4. *recopil.* Parlad. *lib.*2. *rer. quotid cap. fin.*5. *part.*§. 11. *num.*20. (dicens audiendam non eſſe Gondizal. de Paz. *in pract.* 5. *p. tomo* 1. *cap.*3. *n.*31. contrarium tenentem (& hujus noſtræ eſt etiam ſententiæ cum pluribus relatis, Cæſar de Graſſis *deciſione* 2. *n.* 2. *&* 3. *de ſententia ex commun.* Lancelot. *de attenta.*2. *p. c.*4. *limit.*30 *ex n* 9 Rota *deciſione* 551. *n.*5. *lib.*3 *t.* 3. *diverſorum*, & conſtanter fuiſſe reſolutum in una Romana pecuniaria 28. Junii 1593. rejecta opinione contraria affirmat, & ſequitur Gonzalez *in regul. de mon. al. gloſſ.*7. *n.*192 tenet Gutierrez *lib.*3. *pract. quæſt.*39 Elcacia *de judiciis lib.*1. *c.*62. *num* 33. *& de appellat. q.*17. *lim.* 9 *num.*45. Gratianus *diſceptat.*118. *à num.*43. *cum ſeqq.* Felicianus *de cenſibus c.*2. *num.*9 Molina *de primog. in additio. ad fin. operis cap.*13. *n* 31. *lib.*31. *lib.* Giurba *deciſione* 100. *num.*53. *& deciſ.*74. *num.* 11. niſi cum viam ordinariam intentaverit, proteſtetur creditor,ſe viæ executivæ præjudicare nolle Giurb Molina Burgos de Paz, & Azevedius poſt alios citati affirmant.

111 Hinc etiam fit, quod cauſa quæ ſemel effecta eſt ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis. Lancelot. Robert. *in tract. de attent.*2. *p. cap.*4. *in præfatione, n.*172. *&* c.12. *lim.*24 *n.*18. Rota *deciſ.*132. *n.*1. *p.*1. *diverſorum.* Pontanus *de alimentis cap.* 19. *num.*17. *& ſeqq* & Gonzal *ſuprà num* 191. pro quo optimè facit quod eleganter dicit gloſſa *in l. proinde.*§. *notandum, ff. ad l. Aquil.* quòd quando in cauſa non requirebatur libellus, ſi interveniat libellus, & ſic ſit cœpta via ordinaria, debet determinari, ut per eam dicit Franch. de Cur. *in additio.* poſt Alex. *in l. unum, colum fin. ff. ſi certum petatur, in additione, quæ incipit tamen fallit, &c.* ubi dicit, quòd tunc non valet ſententia ſuper libello inepto. Maranta *in diſp.*4 *num.* 2. quod nec negavit in reſponſione *n.*12. videndus ad propoſitum.

112 Quò etiam pertinet, ponderandum dictum Bal. *in l. nulla ff. de leg.* & meliùs *in l. quod favere col.*1. *C. de legibus* docentis, quòd ſi Princeps committit cauſam judici, ut ſummariè in ea procedat,& ille procedat ordinariè, valeat proceſſus tanquam ordinarius, & ordinariè factus, idem tenet etiam Lanfr. *in clem. ſæpe colum.*3. *in princ.*15. *concluſione de verborum ſign.* Maran. *ubi proximè n.*3. *&* 11. quod dictum intellige ſecundùm *d. cle. ſæpe*, & gloſſ. ibi *verbo contradicentibus, &c.* & quæ latiſſimè Marius Giurba. *deciſ.*74. *n.*12. vidè ſuprà n.38 & infrà n.134.& facit ad propoſitum, quod dicit Quintilia. Mandoſ. *in tract. de monitoriis q.*65. *n.*2. *&* 3. quòd ille potuit eligere viam executivam juxta tenorem reſcripti; tamen ſi elegit viam ordinariam incipiens ea agere, ei via præjudicat, quia via,quem ſemel elegit, patere debet, pro quo allegat textus *in l. quod in hæredem,*§. *eligere ff. de trib. l. ſi duo actu ff. de noxalis.* Bart. *in l. ſocietatem* §. *arbitrorum, ff. pro ſocio.* Inno Bart.

113 Alexandr. & alios, locis quibus non ſuprà. Et facit pro hoc etiam illud, quòd obligatio in forma Cameræ non debet exequi pro ſumma in ea contenta, poſtquam aperta fuit via, ut de falſitate inſtrumenti cognoſceretur. Caputaquenſ. *deciſione* 274. *num.*1. *part.*2. Hieron. Gonzalez. *in regul. de men. & alter gl.*6. *n.*193. de quo nos diximus latiùs infrà 3. p. cap.4.

Tertiò, & pro hac noſtra opinione facit, quòd ſemel 114
alterata natura rei, ſemper remanet alterata. Alciatus, loquendo in feudo *conſ.* 19. *num* 8. *lib.* 2. Urſillus *ad Afflictum dec.*338. *ſub n.*6. *verſ. item alia ratione,*& conferunt quæ dicit Moli. *de Hiſpanor. primogeneis lib.* 3. *cap.*4. *n.*13 Ruinus *concl.*19. *num.*6. *lib.*2. & conferunt, quæ adducit Gonzalez *ſupra in gloſſ.* 24. *num.* 94. *cum ſeqq. & gloſſ.*6. *n.*200. & hinc eſt quòd merum imperium, quod non eſt ſui natura delegabile, ſi incipiat ſemel delegari, ſuſtinetur factum delegabile. Bartol. *in l. pater filium* §. *quindecim ſub n* 4 *ff de legat.*3.& plures 12
(ut aſſolet) congeſſit ad id Tiraq. *de retract. lignagier.* §.32. *gloſſ.*1 *ſub num* 6. *&* n.8. quem vide omnino.

Et facit quartò, quoniam quando judex aſſumpſerit 115
partes judicis citando aliquem (licet ad id non teneretur) hujuſmodi citatio talis eſt naturæ,& qualitatis, ut illum faciat legitimum contradictorem, & perſonam ſaltem ad hæc, ut de juribus citatis diſcutiatur, antequam ad executionem deveniatur, & ſpectandus eſt Innocent. *in c. cùm inter olim.*1. *de exceptionibus,* & per Jacobinum Zuchard Marſil & alios latè,& optimè proſequitur Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſ. remed.*4. *n* 611. 612. 613. *& uſque adn.* 622. ergo ſi hoc operatur citatio in perſonam ejus, qui aliàs citari non tenebatur,ut debeat audiri, & de ejus juribus diſcuti; ergo non poterit judex variando ad extrajudicialem viam redire; maximè quia cùm efficiatur legitimus contradictor virtute citationis, ut ultra relatos Bartol. *in l. fin. Cod. de edict. div. Adri. n.*21. *verſic. quandoque venit poſt juſſum,*& etiam Bald. *n* 42. Jaſ. *n.*23. Jacob *n.*45. *& ſeqq.* Decius *num.*45. Zuchard. *num.*450. Marſil. *in l. ſi quis, nec quæſtio, n* 33. 39. *ff de quæſtio.* ſuccedit doctrina latè à nobis ſuprà comprobata, ut quando judex poterat procedere extrajudicialiter, teneatur neceſſario aſſumere partes judicis, & forma judiciali audire, & procedere quando adeſt legitimus contradictor,& ſic quod à principio erat voluntarium, cùm per hujuſmodi factum ſit effectum neceſſarium, non poterit pœnitendo variare. 116

Inſuper, & ad ſupradicta moveor, quoniam (ut ſu- 117
prà diximus) proceſſus judiciales & extrajudiciales ſunt directò contrarii, & adinvicem oppoſiti, quemadmodum albedo nigredini, & latè docet Baptiſta de ſancto Blaſ. *in d. tract. de arbitro, & arbitrar. à princip.* & per totas quæſtiones, & incomparabiles eſſe docet Bal. *in l.*3. *de milit. teſt.* non poteſt ſimul procedi, & cognoſci, & in aliqua cauſa utraque & via, præſertim, & in uno articulo judiciali & extrajudiciali, niſi etiam quando compromittitur in aliquem ut arbitrum & arbitratorem, quia duo contraria non poſſunt concurrere ſimul in eodem ſubjecto, ut probant jura in ſecundo fundamento hujus partis ſupra poſita, & quia quis non poteſt eſſe in duplici ſtatu contrario, *l. uni,* §. *cum quæſtitur ad fin. Cod. de lati. lib. toll.* quia tota cauſa,& proceſſus dicitur unum, & idem continens, 118
cujus continentia diviſionem non recipit text. *in l. nulli Codice de judiciis, c.*1. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* quæ utrobique notant Doctores, qui licèt diverſis articulis componantur, unum & idem cenſendum eſt, & id non debet diverſo jure cenſeri, *l. eum qui ædes ff. de uſucapi.* monſtruoſum foret namque, hominem membra quadrupedum habere; ac ideo ſi incipit agere via judiciali, meritò denegandus recurſus ad extrajudicialem; quia ad poſitionem unius contrariorum ſequitur remotio alterius, *leg. illud. ff. de acquir. hæred. leg. ſed ſi pupillus* §. *ſi inſtitoria ff. de inſtitoria actione. leg. hæc verba ff. de verborum ſignificatione, leg.*1. *Codice de furtis c. cùm tencantur* 31. *quæſt.*1. *quicumque ab origine de pœnitentia diſtinct.*2.

Quod non ſolùm procedit, quando reſcriptum com- 119
promiſſum,

promiſſum, vel alia quævis diſpoſitio in dando alicui has duas procedendi vias, utitur disjunctiva (vel, ſeu (ſimilibus, ſed etiam pariter procedat etiamſi utatur copulativa, ut ſi dicatur (procedas ſummariè, & extrajudicialiter, eligimus in arbitrum & arbitratorem, procede de jure, & de facto.) ex quibus verbis ſignificatur judiciale, extrajudiciale, ut per Doctores latè *in dict. l. ſocietatem* §. *arbitrorum ff. pro ſocio, & l. ſi de meis* §. *recepiſſe. ff. de arbitris, & in c. quinta vallis de jurejur.* Baptiſt. de ſancto Blaſio *in locis ſuprà relatis*, quia tunc adhuc una tantummodo via procedere debet, non utraque ſimul judiciali & extra-
120 judiciali. Quando etenim dictio copulativa ponitur intra contraria, ſeu incompatibilia, mutat ſuam propriam naturam, quæ eſt copulare etiam diverſa, & reſolvitur in disjunctivam, textus eſt notab. *in l. Titio fundus ff. de uſufruct. legato.* per quem ibi decidit Bart. quòd ſi teſtator in teſtamento dicat, quòd vult ſuum teſtamentum valere jure teſtamenti, & codicillorum, illa copula reſolvitur in disjunctivam, vel *juxta* ¶. *fin. C. de codicill* Bald. *in l. quod locum circa fin. C. ſi ſecund. nupti. muli.* Paul de Montepico *in repetitione leg. Titia cum teſtamento* §. *Titia, colum.* 32. *de legatis* 2. Bald. & Salicet. *in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi.*

121 Et tandem pro hac noſtra opinione facit quod eleganter, & bene advertit Hieron. Gonzal. *in regula de menſ. alter. gloſſ.* 9. *in annot. n.* 44. dicens, quòd executor Apoſtolicus ſuper collatione beneficii procedit extrajudicialiter, & poteſt etiam aſſumere partes judicis, non tamen ad id tenetur, ſi non vult (niſi in certis caſibus) ſi autem procedit judicialiter in proviſione beneficii, diligenter cavendum eſt, ut omnino ſervetur forma judiciaria, quod idem etiam dicit Felin. *in c. dudum n.* 34. *de præſumpt. fol.* 193. Bened. Bendo, *in repertorio ad eum, verbo, executor datus ad beneſi ia, colum.* 5. *in princip. fo.* 52. ergo ſi tenetur omnino tunc judicialiter procedere formam judicii ſervando; ſequitur evidenter, ut non poſſit in aliquo extrajudicialiter procedere, nec variando redire ad extrajudicialem viam; maximè quoniam jus admodum reprobat, & abhorret intricationem proceſſus, ut eſt ſtatim dicendum.

122 Et hoc idem voluiſſe, reperio Rotam in una Hiſpalenſ. Canonicatus die decima Aprilis, anno milleſimo ſexcenteſimo ſexto coram Ludoviſio, teſte Mareſco *variar reſol. lib.* 2 *c.* 1. *n.* 154. qua fuit dictum, quòd etiamſi executor admiſerit articulos ſuper juſtificatione narratorum, ſuper quibus aliqui fuiſſent teſtes examinati, non propterea dicitur feciſſe ſe mixtum, ad hoc ut juſtificatio narrativæ judicialis ſit neceſſaria, tanquam ſi dixiſſet, quod ſi per illum actum admittendorum articulorum intelligeretur mixtus fieri executor, neceſſariò teneretur, etiam facere juſtificationem judicialem, & formam judicii ſemel electam continuare, & non alterare, quæ mirabilis eſt ad hanc reſolutionis comprobationem.

123 Et ex proximè dictis primò infertur ad conſtitutionem 142. Pii IV. de apponendo ſequeſtro in beneficiis ſervatis, quam ad literam refert Hieron. Gonzal. *in regula de menſib. in* §. *ſeptimo proœmiali in princ.* per quam ſtatuitur, quòd quando beneficia ratione menſium, ſeu aliàs ſunt reſervata, ſeu inter proviſum Apoſtolicum, & ab ordinario proviſum deſuper litigare contigerit; judex ſtatim quod parte legitimè citata, & citatione reproducta, cognoverit præfatam reſervationem, etiam ſummariè, & extrajudicialiter, quantum ſibi, & pro rei qualitate videbitur ſufficere; fructus, redditus, & proventus beneficiorum ſequeſtrari mandet, ac faciat, &c. *ibi*, etiam ſummariè, & extrajudicaliter, quantum ſibi pro rei qualitate, ſufficere, parte legitimè citata, videbitur, conſtiterit ex qua diſpoſitione, licèt extrajudicialis, & judicialis cognitio committatur, ut de primo conſtat ex verbo (extrajudicialiter (in ea appoſito, & ex verbo (conſtiterit, &c.) quod poteſt ex illius natura referri ad extraju- 124
dicialem cognitionem, *c. cum contingat, de reſcript.* & ibi Felin. *n.* 6. *& in c. fin. n.* 18. *in & n.* 28. *ſub fallentia* 6. *& ſub n.* 33. *ad meum, verſic. adde etiam in l. non dubium, de præſumpt.* idem Felin. poſt Bald. & alios, quos allegat *in c. ſi conſtiterit ſub n.* 5. *de accuſat.* Abbas *in d. cap. fin. ſub n.* 13. *ante finem verſic. extra prædictos caſus; de præſumpt.* de ſecundo autem, & ſic de cognitione judiciali, docent verba illa appoſita in d. conſtitutione Piana, ſcilicet (ſummariè) quæ id denotant juxta text. *in clem. diſpendioſam, juncta rubrica de judiciis*, & ex aliis verbis parte legitimè citata, quæ id etiam ſignificat juxta ea, quæ de clauſula (citatis citandis) & iterum de citationis natura ſuperiùs dicta reliquimus hoc in capite.

Non tamen illa intelligenda eſt, ut videatur judice 125
concedere ſimul poſſe utraque via uti in appoſitione ſequeſtri, ſed altera tantùm, ac ideo cœpta via judiciali non poterit variare (licet ſummariam cognitionem adhibere poterit) adeò ut illa dictio copulativa, & appoſita in d. Prima, reſolvatur in diſiunctivam juxta modò dicta. Et licèt ſic poſſet procedi extrajudicialiter, ut not. Gonzal. *loco proximè relato n.* 227. *cum duobus ſeqq.* & ſupra *n.* 56. *& 57.* hoc tamen facere non poterit: quando ſemel aſſumit partes judicis, & cœpit in forma judiciali procedere.

Hinc etiam pariter infertur ad Concilium Triden- 126
tinum *ſeſſione* 22. *de reformat. c.* 15. quòd, dum loquitur de diſpenſationibus matrimonialibus, hodie Ordinariis locorum committendis, ut ſe informent, ſi preces veritate nitantur, de quo ſuperiùs dixi, his utitur verbis, *ibi*, ſummariè tantùm, & extrajudicialiter cognoſcatur, &c. (& declaratio ſanctæ Congregat. Cardin. ibidem dicit: requiritur tamen citatio) pariter quod in ſuperiori caſu intelligendum, & declarandum eſt, ut poſſit procedere judicialiter, & extrajudicialiter, non ſimul, ſed electivè, ſive tacitè, ſive expreſsè nec Doctores conſtituunt aliquam differentiam inter hanc commiſſionem ſic conceptam, & alia, putà, mandata, de providendo, quibus nihil exprimitur de judiciali, ſeu extrajudiciali ultra id, quod tacite intelligitur à jure, ut videre eſt per ea quæ pluribus Doctoribus relatis adducit Nicolaus Garcia *in tract. de beneficiis 6. p. c.* 8. *à n.* 249. *& ſuprà.*

Et illa verba declarationis S. Congregat. requirentis 127
citationem non coarctant judicem, ut omnimodo teneatur aſſumere partes judicis, & judicialiter procedere, quia intelligenda ſunt, quando adeſt adverſarius, & contradictor: deciſum eſt à ſacrâ Rota in una Reginenſi Parochiali, die octavo menſis Februarii, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſeptimo, coram Domino Chiſanienſ. cujus ſuprà mentionem feci, & ita etiam intelligit, & interpretatur verba illa Gonzal. *ubi proximè num.* 205. nam adhuc ipſa commiſſio habens clauſulam (vocatis vocandis) non aſtringit judicem ad procedendum in forma judicii; quando nullus adeſt contradictor, nec debeat vocari, ex quo etiam tunc procedi poteſt extrajudicialiter. Rota *deciſ.* 636. & in una Anconi. terrarum de anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, coram Seraphino, quæ habentur *in prima parte diverſorum.* Nicol. Garcia *de beneficiis* 11. *p. c.* 11. *n.* 139. & ex eis poteſt etiam intelligere, & interpretari reſcripta, & alias commiſſiones, quibus paſſim deſcribitur hac eadem clauſula, ut procedat ſummariè, & extrajudicialiter.

Et idem quod non ſentit, probat etiam Baptiſta 128
de ſancto Blaſ. *in d. tractatu de arbitrio, & arbitratore quæſtione* 4. *verſic.* 9. quando compromittitur in aliquem dicens; quòd quando compromittitur in ali-

129 quem copulativè ut arbitrum, & arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, ac etiam ut procedat juris ordine ſervato, vel non ſervato, dicit, quòd ſi eligat viam judicialem, & arbitri, quod tunc procedere cenſetur ut arbiter, aliàs ſecus, per Innocentium *in d. c. quinta vallis*, quod à principio habet mixtam naturam, cum poſtmodum poſſit eligere viam arbitri, vel arbitratoris, quod idem ſit ac ſi diſiunctivè compromiſſum concipiatur, de quo per eundem Baptiſtam *in verſic. proximè ſe uenti, incipit. decimò, quando compromittatur in aliquem diſiunctive.*

130 His accedit modò interpretandus, & declarandus textus *in c. niſi eſſent de præbendis, & dignita.* ubi delegatus, in quem à partibus fuit compromiſſum, ſimul delegata & arbitraria poteſtate uſus eſt, & ſic judicialiter, ut judex delegatus, & extrajudicialiter ut arbitrator; quoniam reſpondeo illum text. non eſſe intelligendum in arbitratore, ſed in arbitro. quod colligitur primò, quia ibi compromiſſum fuit in delegatum ſimpliciter ſuper lite, non expreſſe, an ſit arbiter, vel arbitrator; quia tunc in dubio cenſeri debet arbiter, quando ſuper lare aſſumitur. Ita tenent Ant. de Butrio, & Joannes de Immola *in c. quinta vallis, de jurejur.* quos referens ſequitur Baptiſta de ſancto Blaſio *loco ſupra relato, q. 4 in princ. verſic. ſecundo, quando, &c.* Deinde quia in ejuſdem text. diſpoſitione illud adjicitur, *ibi*, intelligitur eſſe præceptum, & arbitraria poteſtate. Non enim ibi dicitur ex arbitratoria, & ſic non de arbitratore, ſed de arbitro intelligi oportet, quia arbiter non dicitur arbitrator, nec econverſo, ut advertit Baptiſta *ſuprà in prima quæſt.* imò à jure pro differentia diverſis nominibus nuncupatur uterque *l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio, & in titulo toto, ff. & C. de arbitr.* textus *in l. C. de contrahen. emptio. & l. ſi quis arbitr ff. de verb. oblig. c. quinta vallis, ad jurejur.* & utroque Doctores. & ſic pro uno alius, minimè nuncupatur, argumento, *l. ſi idem. C. de codic. ill.* ac propterea cùm dixerit textus *arbitraria poteſtate, &c.* deductum vocabulum ab arbitrio, de ejus poteſtate intelligi neceſſe eſt, ab etymologia enim vocabuli
131 rectè arguitur, *l. notionem, §. inſtitutum. in verbo proprie. l. quibus præcipiùa l. tuguvii l. ut Alphenus, & l. pupillus, §. territorium* cum utrobique not. per gloſſ. *ff. de verbo. ſignific. c. foras, eodem titulo.* textus cum gloſſa *in §. fin. titulo per quos fiat inveſt. in uſibus feudorum.* cum ſit etymologia reſolutio vocis in proprium effectum rei, quæ demonſtratur, ſecundùm Baldum *in c. 1. §. ſi quis de manſo. in ultim. colum. de controverſia inveſt. in uſi. feudi*, & quia analogum per ſe ſumptum ſtat pro potiori ſignificatu.

Nec enim in juribus ille ſequendus eſt intellectus, ex quo ſequeretur abſurdum, prout in illo text. ſi admitteremus duas naturas contrarias ſimul in eodem ſubjecto, & proceſſu, prout eſt judex delegatus, & arbitrator, quorum ille cum juriſdictione, & in forma judicii, hic ut privata perſona, & extrajudicialiter procedat, propter quod vitandum; id fatendum non eſt *l. prima, §. unde quæritur ff. de publicanis l. nam abſurdum. cum l. præcedenti, ff. de bonis liber. l. obſervare, §. fin. ff. de officio proconſul. & legat. l. ſi quis ex argentariis, §. fin. ff. de edendo l. ſcire oportet, §. aliud ff. de excuſatione tutorum l. ſecunda, §. ſed ſi agant, & in § ſed ſi dubitetur ff. de judiciis, leg. eum qui ades, ff. de uſu capionib.* delegati verò, & arbitri poteſtate rectè poteſt quis ſimul uti, quia arbiter non extrajudicialiter, ſed in forma judicii procedit, *l. 1 ff. de arbitris cum vulgatis.* ſi-
132 cut delegatus cujus juriſdictio ex arbitrio cumulatur, augeturque poteſtas ex mixtura: ac ideo cum non ſint contraria, ſed diverſa, rectè inſimul concurrunt, & utraque proceditur, *c. cum olim. de arbitris*, prout etiam delegata, & ordinaria juriſdictione idem judex poteſt ſimul uti, text. *in c. cum ex officii.* & ibi notant Doctores *de præſcript.* & ita etiam illum text. de delegeto arbitro intelligit Blaſius *in d. tr. de arbitro q. 15. verſic. 4 fallit*, ex Hoſtienſ. *in titulo de arbitris, §. ſecundò facit.* Abb. *in c. exhibita. de rerum permut.* per gl. *in l. ſed & ſi ſervum, §. ſi quis judex, ff. de arbitr.* & ex his non eſt audienda gloſſam *in d. c. niſi eſſent. verbo arbitraria*, quæ in ejus intellectu variavit.

Et ex hac quæſtione illa elicienda eſt reſolutio, ut 133
is qui non tenetur aſſumere partes judicis, ſi eas aſſumpſerit faciendo actus judiciales, poſſit variare, & redire ad extrajudicialitatem, nec ſimul utraque via judiciali, & extrajudiciali uti, ſed omnimodo teneatur ſervare formam judicialem à jure requiſitam, & ita teneo prout hactenus late probavimus ſatis.

Eam tamen ex mente omnium Doctorum (quorum 134
in hac quæſtione mentionem facimus) declarat ut procedat, quando judex aſſumendo partes judicis, elegit partem judicialem, ut non poſſit variare; ſecus autem econverſo, ita ut ſi cœpit extrajudicialiter procedere bene poſſit redire ad viam judicialem, quia jus favet cauſæ cognitioni ob ſuam juſtificationem, juxta ea, quæ leguntur, & notantur *in clem. ſæpe.* per gloſ. & Doctores ibi. *de verb. ſignifi.* & quæ nos ſuprà hoc capite diximus, verſiculo, quoniam ut inquit gloſſa, *& c. n. 38. & à 112.* Ultrà quæ faciunt etiam ad propoſitum quæ dicit Bald. *in nulla circa fin. ff. de leg.* Innoc. *in c. innotuit in prima colum. de judi.* dicens, quòd ſervare ordinem judicialem, non poteſt nocere. Bald. *in l. teſtam. in 3, nota. C. de teſtam.* & quæ latè Felin. *in cap. cum dilecta, colum. 4. ampliatione 5. de reſcript.* & Cotelian. Cotà *in memorabilibus verbo arbiter cui data eſt poteſtas, &c.* & vide dictum Bald. *in l. obſervare § proficiſci q. 14. colum. 5. ff. de offi. proconſul. & leg.* & Marant. *in 4. diſp. n. 14.* & huic noſtræ limitationi rectè convenit quod pluribus citatis Doctoribus affirmat Marius Giurba *in dec. 74. num. 12.* quòd cauſa ſummaria ſuî natura poteſt, cenſenſu partium fieri ordinaria. Ordinaria autem non poteſt fieri ſummaria, quos vide. Et ad hanc doctrinam reducendi ſunt Doctores, qui affirmant, arbitrum habentem ſimul poteſtatem arbitratoris, ac executorem, qui poteſt extrajudicialiter, & judicialiter procedere, ut vult; & ut una via electa poſſint ad aliam redire, procedant, & habeant locum; quando cœperint procedere extrajudicialiter, ut poſſint rectè redire ad judicialem cognitionem, non tamen èconverſo, quia militat diverſa ratio, & juris regulæ repugnant, & ita accipienda 138
ſunt etiam, quæ de utroque arbitro, & executore congerit Mareſcotus *viriar. reſolut. lib. 2. c. 1. à n. 151, & ſeqq.*

Secundò declara dictam reſolutionem, ut non procedat, quando in commiſſione, lege compromiſſo, ſeu 135
alia diſpoſitione aliter diſponatur expreſsè, veluti, ut procedat judex judicialiter, & extrajudicialiter ſimul, vel quòd poſſit etiam una via electa, ad alteram redire, ut pro cautela dat dubitationis tollendæ cauſa. Bald. *in l. 3. ff. de milit. teſtam.* loquendo in compromiſſo alicui facto tanquam arbitro, & arbitratori; quo 139
inſuper loco ſentit, ut tanquam incompatibili non poſſit aliàs utraquè via uti compromiſſarius, nec variare, & ſic eum intelligunt & allegant multi ex Doctoribus ſuperiùs allegatis & in contrarium ejus, pro quo illum ad principium hujus quæſtionis citavi *n. 98.* Faciunt etiam ad hanc limitationem & declarationem reſolutionis, quæ Baptiſta de S Blaſio *in d. q. 4. à princ.* quia tunc bene poterit variare, & ſimul utraque via judiciali, & extrajudiciali procedere, quando hæc ſibi poteſtas à diſpoſitione data eſt

Ex hucuſque dictis utilis ſuboritur quæſtio, an in 136
caſibus, quos diximus, judicem teneri omnino judicialiter procedere, vel quia adeſt clauſula (vocatis vocandis) vel comparet legitimus contradictor, vel

quando

quando ſemel cœpit judex in forma judiciali audire, & an procedendo extrajudicialiter vel intricatè ſimul judicialiter, & extrajudicialiter; ſit licita appellatio, ejuſque denegata delatio vim denegat. In qua quidem ne detineam diutius, affirmativè reſpondeo, ut juſta ſit, & legitima hæc appellatio. Pro qua primò pondero textum expreſſum (ſi benè perpendamus) *in cap. exhibita, de judiciis.* ubi ſuper electione cauſa appellationis fuit commiſſa, quibuſdam judicibus cum clauſula (vocatis vocandis) ipſi autem, ſive moti ex natura electionis quæ erat extrajudicialis, ſive propter verbum (inquirerent) in commiſſione appoſitum, ut dicit ibi gloſſa *verbo, inquirerent*, non proceſſerunt in forma judiciali, ſed extrajudiciali, nolentibus hac de cauſa exceptiones, nec probationes oblatas recipere, à quo procedendi modo parte gravata appellante, cùm deberet judicialiter procedere, tum ex d. clauſula (vocatis vocandis:) tum quia aderant adverſarii contradictores, nimis juſta, & legitima reputata fuit appellatio hæc à Rom. Pontifice, cum faiſſet ab ordinato proceſſu emiſſa, ac ideo omnia poſt eam facta, ut attentata revocari mandantur, pro quo facit etiam gloſſ. ibi *in d. verbo inquirerent.*

137 Pro quo ſecundò facit, quod ex d. text. communiter deductum eſt à Doctoribus vulgare velut axioma; quòd ab inordinato proceſſu, & ejus intricatione licita ſit appellatio quoad utrumque effectum devolutivum ſimul, & ſuſpenſivum, Ricard Malumbra *conſ.7. incipit ſatis videro*, inter conſilia Federici de Senis, Cardin. Tuſcus *conſilio* 359. *tomo* 1. *n.*21. & nos late in c.6. ſuprà hac 1. part. ubi de præpoſteratione proceſſus, & in locis modò citandis. Quod adeò generale eſt, & abſolutè procedit, ut locum habeat non ſolum in cauſis ordinariis, in quibus appellatio permittitur à diffinitiva; ſed etiam ab interloquutoriis, à quarum finali determinatione prohibetur, ſive quoad utroque effectus, devolutivum & ſuſpenſivum, ſive etiam quoad unum ſuſpenſivum tantùm, ut tenent Carelianus Cota *in memorialibus, verbo appell. nullitat. Cov. in pract. quæſt. c.*23. *n.*8. *verſi. veteranus.* Ozaſchus *deciſ.*25. *n.*14. Natta *conſil.*121. *n.*4 Zachar. *in repet. l. fi. C. de edicto Divi Adri.* 436. nos late ſuprà hac 2. p. cap. 6. à num. 68. ubi plurimos alios addoximus, & multa ad propoſitum noſtrum invenies infrà 4. part. cap. 13. per totum.

138 Pro quo facit doctrina Lambert. *in tr. de jure p.* 3. *art.*11. *quæſt. princ.* 2 *p. lib.*2. *n.*1 *verſ. Lapus autem dicit, &c.* ubi ſequutus Innoc. Abb. Lapum, & alios inquit loquendo in confirmatione, & inſtitutione; quod ſi pars comparet ſuper ea, vult judicium ordinare, & contentioſè agere, quod tunc neceſſariò eſt cauſæ cognitio adhibenda, qua minimè adhibita inſtitutio & confirmatio non teneret, ergo tanquam ab actu nullo licita & legitima appellatio erit, cum exceptionem non mereatur, juxta regul. *l.*4. §. *condemnatum ff. de re jud.* & quæ nos latiſſimè infra 3. part. cap 9. principio.

139 Major tamen difficultas eſt an judex vim faciat non deferens appellationi eo caſu, quo ſimul poteſt procedere in aliqua cauſa utraque natura ſimul modò, ſcilicet, & in aliquibus articulis judicialiter, modò & in aliis articulis extrajudicialiter, quod contingere poteſt, quando ita in diſpoſitione, ſeu commiſſione expreſsè dicitur, ut paulò ante diximus n.135 Et ſtat difficultas, nam pugnat duplex natura contraria, alia & ſic extrajudicialis, negans appellationis delationem, alia verò judicialis eam concedens, & permittens. Et quia hanc quæſtionem ſaltim in regula latè diſputavi ſuprà c.7. ubi egi de ſententiis, ſeu cauſis ad diverſam qualitatem habentibus, aliam permittentem, aliam prohibentem appellationem, ex cujus reſolutione, cui adhibui diſtinctionem; præſenti reſpondeo: quòd aut loquimur, quando appellatur à toto proceſſu, in compoſito; puta, ſententia ſuper eo lata, & tunc prævalet qualitas prohibitiva, quia totus iſte proceſſus eſt unum corpus, & unum continens, cujus continentia non dividitur, *l. nulli C. de judiciis c.*1. *de cauſa poſſ. & prop.* & faciunt quæ latè adduximus in d. c.7. hac. 2.p.

Aut enim non appellatur à toto ipſo proceſſu, ſeu 140
ſententia, ſed tantum ab aliquo articulo emergenti, vel incidenti ipſius proceſſus, & tunc appellatio regulabitur juxta naturam ipſius articuli, ut ſi in eo fuit proceſſum extrajudicialiter, minimè deferatur, ſi verò fuit proceſſum judicialiter, & ipſe articulus eſt aliàs qualificatus: vel quia habet vim diffinitivæ, vel quia continet damnum irreparabile, & ſimiliter aliàs ſit appellabilis, deferendum eſt omnino appellationi, aliàs ſecùs ex juribus vulgaribus, nam licèt tota cauſa, & proceſſus ſit unum corpus, & continens inſeparabile; tamen articuli ejus ſeparati ab alteris cenſentur, ita docet Immola *in c. ſi colum.*25. *verſ. ut potes. on. ludere, de præſump.* per gl. *in clem. ſæpe ad fin. verbo partibus, de verbor. ſignif.* Felin. *in d. c. ſi. ſub. n.*24. & ipſe Felin. *in c. cum ex offi ii, ſub. n.*13. *de præſump.* maximè cum inter ipſius cauſæ articulos, quoad appellationem adſit differentia. Si quidem videmus alii & ſic qualificati eam permittentes, alii negantes. ut merè interloquutoriæ ex toto diſcurſu hujus primæ partis *ff. de appell. recipi l. ante ſententiam Cod. quorum appell. non recip.* Concil. Trident. *ſeſſ.*24 *de reformat.* .20

Ex quo enim ſimul iſte procedendi modus cum 141
mixtura eſt in diſpoſitione permiſſus, unuſquiſque articulus cauſæ admittat, vel prohibeat appellationem ſecundùm quod dictat ſua propria natura, maximè, quia licet tota cauſa ex promiſſione diſpoſitionis admittat hanc mixturam, ut in uno articulo ejus queat judicialiter, & variando in alio extrajudicialiter procedi; tamen unus, & idem articulus eam mixturam non patitur, nec hoc modo poteſt in proviſione procedi (quando expreſsè alteram viam non eligit) ut 142
intelligatur hæc variatio in diverſis articulis cauſæ, non in eodem, ut eſt videre per Felin. *in d. c. fin. ſub. n.*34. *de præſumpt.* motus Immol. ibi *d. colum.*25. *verſ. hinc potes concludere*, & ipſe Felin. *in d. c. cum ex offi ii, ſub num.*23. & vide hanc quæſtionem & reſolutionem ejus quæ latè adduximus ſuprà in d. cap 7. hac. 2. p.

Et prius quàm hinc abeamus non incongruum, nec 143
inutile erit, animadvertere in hac materia, ut iis in caſibus, in quibus judex ſuper electione, collatione, inſtitutione, conformatione, ſeu proviſione beneficiorum & ſimilibus, judicialiter procedere cœperit, vel ex ſua voluntate, vel ex neceſſitate juris (ut ſuprà diximus) diligenter cavere debet, ut omnimodo ſervetur forma judicialis, judicii tamen ſummarii, cum ita in cauſis beneficialibus ſit procedendum, juxta textum *in clem. diſpendioſam de judiciis*, & in terminis docent & advertunt Felin. *in c. fin. de præſumpt. n* 34 dicens quòd eo caſu, quo exequutor aſſumit partes judicis, debet judicialiter procedere *ſecundùm clem. ſæpe de verborum ſignif.* & Lambert. loquendo in ordinariis judicibus collatoribus *ſupra, de jur. part.*3. *art.*2. *q. princ.* 2. *p. lib.*2. *n.*11. dicens, quòd in cauſis beneficialibus ubi apparet contradictor exceptione opponens, ipſæ efficientur judiciales, ſed tamen judicii ſummarii, in quo procedi debet ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii, *ut clem. diſpendioſam de judiciis* in idem facit etiam (nullum allegans) Hieronym. Gouz. *in reg. de mens. & altern. in annot. gloſſ.* 9. *poſt. princ. num.* 44.

In hujuſmodi tamen proceſſu ſummario judex præ 144
oculis habere debet omnino *dict. clem. ſæpe de verb ſignif.* quæ dat formam huic procedendi modo, deſignans requiſita neceſſaria, quæ in eo intervenire requiruntur, ad cujus, & dictæ clemen. *diſpendioſam*, majorem

decla

declarationem, videndus Bart. *in extrav. ad reprimendum.*Georg Natra *in repetitione ipsius clem.* & ibi etiam Lanfranc. Marant. *de ordine jud.4.p.9. dist.à princ.fol. mihi*,186. Optimè Octavian. Cacheran. *in decisionibus Pedem. decis.2. per totam.* & Perez de Lara *in tract.de anniversar.& Capell.lib.1.c.10.à n.46. cum plurib. seqq.* quibus locis exactè tractant de natura & qualitate dictionis summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figurâ judicii, de quibus in dictis clem.& quid unaquæque appetat in jure.

145 Et de prædicta & de modo procedendi in causis beneficialibus juxta tenorem *d. clem. dispendiosam & d. clem.sæpe.* ultra prædictos latè tractat & seriatim Lam. *in tract. de jure patro.12. art.cum sequentib. & suprà 9. q. princ.2.p.lib.2.& per totam q. princ.10. & 12.* cum omnibus suis articulis *eadem 2. per lib. 2.* & stylum Rotæ in causis beneficialibus, & spiritualibus quæ ibi agitantur, late ponit, ex aliis pluribus Sebastian. Vantius *in tract.de nullit.sententiarum ex defectu processus à n.58.usque ad 66.* in quo quidem advertit, quòd cum stylus curiæ,seu loci in quibus causa agitur,non autem
146 curiæ delegantis servandus sit,ut per Eguidium *concl.78. super appellatione*, & quæ ipse Vant.*ibi num.56.* idcirco si Papa causam alicui judici in partibus cum potestate summariè procedendi,commiserit,talis judex non cogeretur, servare stylum, & terminos Romanæ curiæ,sed juris communis dispositionem sequi deberet, ex Eguidio *concl. 82.si Papa.* nam talis stylus ad alia
147 loca non se extendit. Rot. *a consil.367 col.3.* Aimon. *cons.121. scripsi, colum.penult.* prout nec stylus palatii, non extra egreditur, nec ad alia se extendit Eguidius *conclus.177.*etiam ubi, quod & ex aliis authoritatibus nos suprà cap.10. hac 2. part. num. 27. probavimus, quòd stylus Rotæ non attenditur extra curiam in lite vertente in partibus, diffusè etiam dixi suprà 1. part. capit.2.§. à principio.

148 Unum tamen non dissimulabo, quòd quando in sententia, rescripto, vel quavis alia dispositione, summariè procedi jubetur : processus formandus est in forma judiciali, ut constat ex Doctoribus in toto hoc articulo supra citatis, dictio enim (summariè) aliter quàm in judicialibus actibus non verificatur, nam in processu summario, & etiam si in eo procedatur simul, simpliciter,& de plano, sine strepitu, & figura judicii, licet ordo judicii tollatur ; non tamen substantialia judicii, ac ideò causæ cognitionem adhiberi necesse est, nec legitimæ probationes, prout causarum qualitas exposcit, sublatæ censeri debent, late pluribus relatis Pedemont. *ubi suprà d. dec.1. sub.n.1.& 2.* & Pe-
149 rez de Lara *in d.c.3. n.46. cum tribus sequentib.* & quia quando sic proceditur requiritur citatio, juramentum calumniæ ; & similia, quia actus sunt judiciales, non autem extrajudiciales, ut expressè ex aliis dicit Baptist. de S. Blas. *in tr. de arbitro & arbitr.q.30. & 31.* & sic quòd coram eo, qui extrajudicialiter procedit, non juratur de calumnia ubi etiam *q.29.30.36 39.& 40.* quòd libellus,litis contestatio,recusatio, interloquutio, ac processus publicatio & similia,sunt actus judiciales, non extrajudiciales.

150 Et quoniam d. clement. *dispendiosam,* quæ ita summariè, & in beneficialibus procedendum, disponit, situatur sub titulo seu rubrica *de judiciis*, ergo ejus processus pertinet ad judicium, & in judicialibus verificari debet. Etenim quando aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex hoc judicatur esse illius naturæ, cujus est rubrum,ita vult gl. notab.*in c.1.in c.si super gratia.* & ibi Dominicus *de offic. delegati, lib.6.* gloss *in c.tibi qui de rescript.eodem lib.* gloss. *in clem. unica de offic.delegati,*quas commendat ad id Panormit. *in proœmio decretal.& in c.suspensionis de offic. delegati.* Joan.de Immola *rubr.ff. verber. oblig.* Everard. *in locis legalibus, in loco,a rubro,* quia lex, vel Canon, debet intelligi secundùm Rubricam, sub quâ situatum est ex eisdem authoritatibus. Et ita consultus semel respondi, dum super electione præbendæ Doctoralis Tudensis Ecclesiæ, ad quam Licentiatus Ferdinand. de Mera ac Carbaial oppositor comparavit, coram Capitulo exceptiones irregularitatis, bigamiæ, ordinum, & alias legitimas opponens, contra personam alterius, pariter oppositoris ad præbendam, & à Capitulo recusante eas examinare, & de his cognoscere, appellavit ipse Licent. Mera, & protestatus auxilium Regium vio- 151
lentiæ, & adductis actis ad hanc Curiam almam Gallograecam, me patrocinante, informante, & insistente appellationem legitimam forétque necessariam super exceptionibus judicialiter procedi, decretum est à toto Senatu, ad datum tertium genus violentiæ. Nempe *que oyendo el Cabildo y el obispo, ò el que dellos pudisse y devieſſe conoscer, al Licentiado Mera sobre sus exceptiones,y procediendo en ellas conforme à derecho,ne hazia fuerça, y no lo haziendo la hazia, otorgasse, &c.* & hujus decreti intimata Regia provisione Episcopo, & capitulo, quod cum voluisset, extrajudicialiter de dictis exceptionibus cognoscere, licet Episcopus contra ; iterum D. Ferdi. de Mera appellans protestatur,& viso processu per totum Senatum me informante, ac iterum insistente, jus esse, ut omnino de eis debet fieri judicialis examinatio, licet in judicio summario ex supra dictis authoritatibus, & clementinis, iterum tertium genus datum est in Senatu ut, *procediendo summariamente, y dando al Licentiado Mera dies dias mas de termino, ne hazia fuerça, y no lo haziendo, la hazia otorgasse, &c.* Ita intelligi in judiciali cognitione juxta Clement. *dispendiosam* respondi, cum ita jus dictet, quando in electione comparet, contradictor legitimas exceptiones opponens, ut hactenus dictum est superiùs, & quia verba judicis debeant in- 152
telligi secundùm mentem juris, text. *in cap. causam,de rescriptis, l. si stipulatus, in princ. de usuris, l. Gallus,§. quidam recte, de liberis & posthum.* Alexand. *consil. 2. num.2. lib.3.* & ita intelligendum esse, omnes Senatores nemine dempto, non aliter ; affirmarunt. Melius tamen & commodius erit pro hujusmodi subtilitatibus vitandis, aut parcendis litigantium expensis, ut clara decreta concipiantur propter cavillationes excusandas, quæ ex verbis obscuris, & subtilissimi juris solent deduci, & altercari : multa etiam alia, quæ ad extrajudiciales spectant quæstiones, inferiùs dicemus.

Hujus sic expeditæ materiæ præparatio princi- 153
palis nostræ quæstionis resolutionis locum facit : an judex Ecclesiasticus vim faciat, non, deferens appellationi interpositæ à provisione cujusvis beneficii, in qua partem negativam, nempe ; vim non fieri tenet Lambert. *de jure part.p.2.q.11.art.5.n.2. vers. bene verum,* dicens, quòd quando institutio facta est, possessionem, adeptam non esse attentatam, appellatione pendente, cùm suspensivo careat, sed imò posse exequi, mandari institutionem, pro qua etiam parte videtur text expressus *in c. constitutis el 2. 46. in ordine de appell.*ubi dicitur quòd contra electum, vel confirmatum non admittitur exceptio vel appellatio, ad impedimentum electionis, vel confirmationis effectum, sed demum posse habita possessione, pro quo solet etiam citari Philip Franch *ibi.*

Et in terminis, ut nulla violentia fiat in provisione 154
Cappellaniæ, si appellationi non deferatur ; videtur affirmare Cevallos *in contra comm.q.693.n.31.in 1.tom.* per text.*in d. c. constitutis*, ut hujusmodi Capellaniæ provisio non impediatur, vel suspendatur,etiã il fuerit appellatio interposita,& suprema Cancellaria ad quam vehitur per viam violentiæ, aliquando vim fieri, aliquando verò non fieri,arbitrari,licet melius esse(dicat) appellatione spreta, ut tales provisiones exequantur,

nè

ne ultima teſtatorum elogia, & animarum eorum ſuffragia ſuſpendatur, bonaque, lite pendente diſſipentur, ex quibus ipſe videtur probare, appellationem interpoſitam in proviſione beneficiorum admittendam non fore, quo modo emiſſa, ſive extrajudicialiter procedatur, ſive in contradictorio judicio.

155 Sed ne te detineam diutiùs, illa eſt concors, ac receptiſſima omnium Doctorum,& Rotæ ſententia,omni jure probabilis ac vera in hoc articulo circa proviſionem quorumcunque beneficiorum, quod ſi in ea procedatur ſua primordiali natura retenta, hoc eſt extrajudicialiter, appellatio emiſſa ab alia nullatenus ſuſpendat, nec impediat poſſeſſionis beneficii, ſeu Capellaniæ adeptionem, nec violenta, nec attentata dicetur, nec vis in delationis denegatione committitur, quemadmodum nec in cæteris actibus extrajudicialibus, de quibus ſuprà ad princ. hujus capitis dixi: textus eſt expreſſus,(ſic etiam à Doctoribus ſtatim citandis, communiter intellectus) *in c. conſtitutis el.2.46. in ordine de appell.* ſuprà citatus.

Aut enim ipſa beneficiorum proviſio amiſſa primæva & alterata ſua natura, judicialiter celebratur, in contradictorio judicio cum contradictore, & cauſæ cognitione judicii ordine ſervato, & per diffinitivam
156 ſententiam (ſecundùm quæ hucuſque dicta ſunt) tunc ab ea emiſſa appellatio ſuos effectus retinet, ita ut poſſeſſio adepta, & omnia poſtmodum geſta ſint attentata, & nulla,ante omnia revocanda, & reponenda,quia utrique & licita eſt, & permiſſa text. *in c. à ellatione beneficii, de electione lib.6. juncto, c. non ſolùm, de appell.* text.*in clem. diſpendioſam de judiciis, juncta clem. ſæpe, de verborum ſignif. c.2. ut lite penden. in 6.*

157 Et hujus articuli iſtam diviſam reſolutionem probant Abb.*in d.c.conſtitutis n.6.14.& 15.* Philip Franch. *ibi n.9.* & Immola *n.6.& 13.*Anton. de Butrio *n.9.10. & 11.* Decius *n.fin.* Lamb. *de jur. patri lib.2. p.2. c.11. artic.5.n.2.* Lancelot. Robert.(qui in hac diſt optimè, & cum maxima claritate multis in locis loquutus eſt) *de attent.2. p.c.12. limitr. 4. n. 11.* dicens, ſic per Dominos de Rota pluries fuiſſe judicatum, quòd quando inſtitutio habet vim interloquutoriæ, & ſic quando extrajudicialiter efficitur (ut ſuprà per nos) appellatio non admittatur, ut verò quando diffinitivè pronuntiatur, & per ſententiam celebratur, appellatione ab ea pendente, nihil eſſe innovandum, per eundem Lancelotum *de attent.2. p.c.12. limit.49.num.3.& 5.& limit.5. num 14. & 15.* & loquendo in inſtitutione facta pendente appellatione judiciali, hoc eſt, quando proceditur judicialiter, ut ſit attentata poſſeſſio, ipſe Lancelot.2. *p. in præfatione num.298.& 603. & ſequentibus* Natta *conſilio 568.* Calder. *conſil. 1. ut lite penden.* & idem cum Lanceloto locis ſuperius allegatis tenet Azevedus in Curia Piſa *lib. 2. c.4. num. 4.* cum quibus hanc doctrinam optimè adeptus eſt noſter Perez de Lara *de Capellan. lib 2. cap. 11. à princ.* dicens, quod à ſententia lata in favorem alterius ex litigantibus, cui jubetur Cappellaniæ collationem fieri altero appellante, non poſſit ſententia præfata, & in contradictorio judicio lata executioni demandari. Secus autem quando proviſio habet vim interloquutoriæ, hoc eſt extrajudicialis, optimè & meliùs quàm alibi præfatam diſtinctionem probat, explicat, & declarat Hieronym. Gonzal. famoſus advocatus, *in regula. 1. de men. & alter gloſſ.9. in annotat. à n.27.cum ſequentib.* & iterum inferiùs *à n.203. uſque ad num.208.* hoc itidem affirmat Cujus *in inſtitut. major. lib.4. tit. 4. n.67.* Nicolaus Garcia *de benef.9.p.c.4. à n.16.* dicen. inſtitutionem præſentati factam pendente appellatione per alterum iuterpoſita àſententia ordinarii, & poſſeſſionem ſubſequutam, & præſentato inſtituto captam, pendente appellatione judiciali, interpoſita ab inſtitutione facta in ſententia; eſſe attentatam, cùm tunc cauſa appellabilis ſit, allegat in id Joann. Andr. Lapum, Domin. *num.7.* & Franch *in c. avaritiæ de electione in 6.* idem etiam probant Brededor. *in tract. de appellat.1. part. à quibus actibus titulo 20. verſ. ab inſtitutione præſentati, pag. 419.* Marcus Anton. Genuenſis *in praxi Archiepiſcop.Curiæ Neapol.c.61. num.16* affirmans in dict Curia eſſe receptum; quod ubi poſt ſententiam eſt facienda inſtitutio, ut ſit attentata, quando pendet appellatio, per quos & Perez de Lara Lancelot. & Azeved. ita firmat Nicolaus Garcia loco relato *n.22.* idem etiam probat Borgninus Caval. *deciſ.26. num.56. p.3.* & ejus additionator Brixian. *in repertorio, verbo, appellatio interpoſita.* dicentes quòd appellatio interpoſita à proviſione, & inſtitutione beneficii facta extrajudicialiter, nec ſuſpendit exequutionem, nec impedit adminiſtrationem lite durante. Secus ſi judicialiter eſt facta, quia tunc admittitur, & cauſam ſuſpendit.

Et loquendo in proviſione beneficiorum facta per 158
ſententiam, & contradictorem, qua etiam declaratur, beneficium eſſe juris patronatus ut poſſit quoad utrumque effectum appellari, poſt Lancelot. & alias Rotæ deciſiones, atque Doctores tenent Joan.Hieron.Campanill. *diverſ.jur. canon.rubrica 11.c.13.n.476 fol.398.* & ita pluries tenuiſſe Rotam, firmat Mareſc. *var.reſol. lib.2.c.64.à n. 20.* eandem diſtinctionem à Rota receptam eſſe, paſſim reperio; ipſamque hujuſmodi in appellationibus recipiendis, vel non, & deducendis attentatis: præ oculis ſemper habere.ut in terminis videre eſt per unam Zamoren.beneficii coram Cotta 20. 159
Junii 1575.& alia Calaguritana beneficii 7.Maii 1574. coram Blanqueto. Compoſtellana parrocial 9. Decemb.1592. noviter fuit reſolutum in alia Calaguritana beneficii 18. April. 1603. & in alia etiam Calaguritana, de Ollavari. 28 Januarii,& 22. Marci 1604. quarum meminit Hier.Goniz. loco citato ſuprà *n.203.* & iterum *n.27* quo loci dicit, in hac ultima deciſione ipſo informante, deciſum fuiſſe, quandam conſtitutionem diſponentem inſtitutionem, quòd præſentata à majori parte Capitularium, præſentato ſtatim fiat collatio, & traditio poſſeſſionis, de qua conſtitutione fuit oppoſitum per quemdam præſentatum, de quo ibi. cui per Rotam fuit reſponſum, ultrà alias rationes, non excuſans attentatam poſſeſſionem, & inſtitutionem ſubſequutam, quia dicta contradictio eſſet intelligenda, quando extrajudicialiter proceditur ad inſtitutionem, non autem quando judicialiter, quia tunc appellatio emiſſa habet utrumque effectum ſuſpenſivum, & devolutivum. Ita ut ea pendente, vel termino ad eam proponendam, non poteſt fieri actualis collatio, & inſtitutio. Imò facta foret attentata, & nulla,ut per eundem *in dict. num.* 203. & Doctores ſuprà citatos.

Ejuſdem etiam diſtinctionis ſequutus meminit optimè Marqueſ. *in tract. de commiſſionib. c.13.num 90.* ut ab inſtitutione extrajudicialiter facta appellationi emiſſæ deferendum non ſit. Secus autem appellationi interjectæ ab inſtitutione facta, & celebrata in forma judicii contradictorii, quia tunc ut licitæ deferendum eſt, & quicquid ea pendente fuerit attentatum, tunc ut nullum protinus revocandum, allegat Rotam *d. 30. de appeli. in novis*, & Achill *de 26. de appell.* qui ita nuperrimè fuiſſe deciſum per Rotam coram Domino Pernia in una Aurienſ.1. Julii 1596 teſtatur, allegat etiam Lancelot. ad id.

Pariter etiam hanc doctrinam amplexa eſt Rota 160
pluribus cauſis ſignanter in una Neapolitan. Capellaniæ de menſe Decemb 1562. & in alia Calaguritana portionis de Amarita 27 Julii 1575.quæ eſt deciſio 6. 2. part diverſorum, & alias plures, quas allegat Nicolaus Garcia *dict.2. tomo. 9. p.c.4. à num. 17.* & ibi *à n.24. verſiculo non refragatur uſque ad n.26.* alias deciſiones

ſiones Rotæ ad literam refert, expreſsè tenentes, Doctores & jura prohibentia appellationem à proviſione benficiorum, & Capellaniarum procedere, & debere intelligi; quando extrajudicialiter in illa procedatur, ſecus autem quando judicialiter proceſſum eſt, quia tunc appellationem admittendam eſſe, & attentatum facere, quæ deciſiones præcipuè allegatæ *ibi*, *n.*25. alios extra jam à nobis citatos Doctores allegat, alias etiam deciſiones plures Rotæ videre poteris per Lancelot. Robert. & Perez, de Lara in locis ſuperiùs allegatis, & plures alias Rotæ deciſiones & Doctores pro hac diſtinctione adduxi 3.p c.11.à n.31. quos omnino vide; & teſtatur etiam Mareſcotus *var. reſolut. lib.*2. *c.*64. *à num.*20.

161 Quam doctrinam & diſtinctionem, ut admittas, velim generaliter in omni, omniumque Beneficiorum, proviſione, collatione, confirmatione facta ad electionem, & inſtitutione facta ad præſentationem alterius, ut extra Doctores proximè ita loquentes ſupracitatos, tenent Franchus *in c. fi. de electione lib.*6. *n.*9. *& in d. cap. conſtitutis* 2.*de appellat.* Sarnerius *deciſ.*31. Guido Bonus *deciſ.*104. & fuit reſolutum in una Neapol. Capellaniæ de menſ. Decemb. 1602 & Rota *deciſ.*266 *n.*1. *lib.*3. *diverſo.& in dec.*6. *cum ſeqq. part.*2. *diverſ.*Lancelot. Robert.2.*p.c* 4. *in præfatione*,*n.*725.*& cap.*12.*dict.limit.*49 *n.*1 *& per totam*, & ex ſuprà relatis DD. id poteſt etiam colligi; & optimè animadvertit Gonzal. *d. gloſſ.*9. *in annotat. num.* 206. qui *n.*207. rectiſſimè damnat aliquos, præcipuè Azevedum in Curia Piſana *lib.*2. *c.* 4. *num.*14. dicentem, aliud eſſe ad impediendam exequutionem in confirmatione, & inſtitutione. & aliud in collatione. Eundem etiam in hoc damnat Garcia *d.* 9. *part. cap.* 4. *numero* 26. maximè cum ſuperiùs probavimus, hoc in cap. in omnibus his caſibus dupliciter etiam procedi ſolere, quandoque extrajudicialiter, quandoque verò judicialiter.

162 Iſthæc noſtra reſolutio omnino practicanda eſt, quemadmodum paſſim, & quotidie practicatam vidi in hac noſtra alma Regia Galleca Curia,in cauſis. quæ ad eam trahuntur per viam violentiæ: & ſic etiam in terminis noſtræ quæſtionis dicit Perez de Lara *in d. tr. de anniverſ. & Capell. lib.*2. *cap.*11.*n.*8.quod ſi de facto Ordinarius exequitur ſuam ſententiam latam ſuper proviſione Capellaniæ, appellatione ſpreta, & cauſa feratur ad Regiam Cancellariam prætextu violentiæ auferendæ, jubetur ab auditoribus, omnia reponi eo in ſtatu, quo erant tempore prolatæ ſententiæ; quem ad id referens, etiam ſequitur Nicolaus Garcia *proximè relato num.* 27. ubi deſuper etiam affirmat, quòd ſuperior ad quem appellatur, revocat omnia geſta, appellatione judiciali pendente, ut attentata.

Et uterque, Lara, ſcilicet, & Garcia, ille *n.*10. iſte
163 *num.*26. reprobant Cevallos *in d. q.*693. *n.*31. qui dum in contrarium videtur ſe inclinari (ut ſuprà ad princ. hujus quæſtionis diximus) ex eoque movetur, quòd ſupremi Cancellariæ auditores diverſimode declarare ſolent, aditi pro delatione appellationis à proviſione Cappellaniæ, modo vim fieri. modo verò nullarenus, ex quo quidem nulla arguitur contrarietas noſtræ doctrinæ, & diſtinctioni. Enimverò, quandoque ad eam vehuntur cauſæ hujuſmodi retenta ſua primæva natura, & ſic extrajudiciales omnino, quo caſu nihil mirum, ut vim non fieri declarent, cum appellatio non ſuſpendat, quandoque verò cauſæ prædictæ accedunt alterata natura proviſionis, & ſic judiciales omnino, & ideo vim fieri, non deferendo loquuntur, & ſalvando D. Cevallos dico, quòd ipſe nihil loquatur, quando proviſio Capellaniæ facta eſt. vel mandatur fieri per ſententiam; & in contradictorio judicio, nec id ex ejus verbis colligitur, ſed loquatur generaliter, ut proviſio fieri debet appellatione ſpreta, qui aſſumendus eſt in hunc ſenſum, ſcilicet; in proviſione Capellaniæ retinente ſuam primævam naturam, & ſic quando eſt extrajudicialis,& ad hoc ſuadeo, cum alleget text. *in d. c. conſtitutis* 2 *de appell.*qui (ut diximus, & dicemus) loquitur in extrajudiciali proviſione.Opinionem tamen Cevallos falſam vocat Aloyſ. Riccius *in praxi dec. jur. patron.dec.*229. *n.*351.*cum ſequentibus*, culpabilis quippe redditur cum genericè, & indiſtinctè loquatur.

Et ideo nec etiam debent obſtare cætera, quæ ad- 164
duximus pro contraria parte hujus quæſtionis, non Lamb. dum dicit, inſtitutum poſſe pendente appellatione: ab inſtitutione capere poſſeſſionem, quia eſt quid facti & effectus conſequutivus inſtitutionis, cui reſpondet Azeved. Lara, Gonzal. *n.*207. Garcia *n.*20. dicentes, literam Lambertini eſſe corruptam, & ita à Rota in una Neapolitana fuiſſe declaratum, cum debeat intelligi, quando inſtitutio facta non habet vim diffinitivæ, ſed fuit facta extrajudicialiter, & ſine contradictore, ut colligitur ex his quæ ipſe dicit ibi *n.præced.* quod caſu appellatio tanquam ab interlocutoria non debet facere attentata. Pro quo etiam vide Aloyſ. Ricc. *ubi proximè*, & quæ nos 3. p.2.c.11.à n.31.

Et ita etiam ad text.*in d.c.conſtitutis* 2.*de appell.*dum 165
dicit, appellatione pendente poſſeſſionem beneficii adeptam, non eſſe attentatam, eo modo reſpondetur, loqui in extrajudiciali proviſione quod latè tradit Lancel. *de attent.*2. *part.c.*4. *num.*614. *&* 627. *&c.*12. *in præfatione n.*79. & præſertim *limit.* 40. *&* 49. ſuprà allegatus, & ultra eum Joan.And. Lapus, Domin. & Franc. *in d. c. avaritiæ*, Cuchus *in inſtit. majori. lib.*4. *tit.*4. *n.*67. Garcia *d.n.*19. Hieron. Gonz. *ſuprà n.*207. *verſic. & ad text.*

Unum tamen utile adverte, quod ſcribit Lancelot. in ſuprà dictis locis, & præcipuè *in d.*3.*p.cap.*12.*limit.* *d.*49. *n.*4. Doctores hac de re loquentes, eſſe reducendos, & intelligendos ſecundùm terminos noſtræ reſolutionis, propter aſſerentes præſentatum, electum,ſeu alias proviſum beneficio, poſſe pendente appellatione à tali proviſione; capere poſſeſſionem, & non eſſe attentatam; intelligi debere in appellatione extrajudiciali, & quando in proviſione extrajudicialiter proceſſum eſt.

Hinc intelligenda veniunt, quæ ipſe dicit Lancel. 166
loco proximè citato *limitatione* 40. geſta poſt appellationem quæ ſunt conſequutiva ad actus factos ante appellationem non eſſe attentata, nec ut alia revocanda, cujus inter alia hoc exemplum reddit, quod inveſtitura, & traditio poſſeſſionis eſſet actus conſequutivus ad ipſam collationem, & electionem celebratam ante appellationem, quia ea ratione hoc fieri licitum eſſe appellatione pendente, dicunt Doctores ab eo citati ibi *à n.* 5. quia hoc eſt intelligendum, & præfati Doctores, quando ipſa proviſio beneficii facta eſt extrajudicialiter, quia tunc poſſeſſio non ſuſpenditur per appellationem ſubſequutam, non autem quando judicialiter facta fuit proviſio, quia tunc ſententia non exequitur, ſed per appellationem ſuſpendit ejus effectus, quod ita hanc doctrinam intelligit, & declarat expreſſe idem Lancel. *ibi à n.*10. *&* 11. *ſeqq.*

Hujus tamen noſtræ quæſtionis reſolutio, & doctri- 167
na, cui dicta diſtinctio ineſt, licèt jure communi generaliter procedat, & habeat locum in quorumcunque beneficiorum collatione, inſtitutione, electione, confirmatione, vel quavis proviſione: in parrochialibus tamen fallit, inquibus ſpeciali prærogativa, peculiarique ratione, ut animarum ſaluti meliùs conſuleretur, noviori inductum eſt à ſacroſancto Tridentini Decreto *ſeſſ.*24.*de reformatione c.*18.*ante finem*,*verſiculo nec prædicatorum examinatorum*, & in conſtitut. motu proprio edita Pii V ſub 14 Kalen. Aprilis 1566. incipienti, *in conferendis beneficiis*, & ſæpe cenſuit

Sacra

Sacra Concilii Trident. congregatio, & Rota resolvit, ut in collationibus, & possessionum traditionibus Ecclesiarum Parochialium, per nullam appellationem suspendantur, quomodo, nulla adhibita distinctione, an extrajudicialiter, an judicialiter sit processum.

Quòd ita expressè limitavit præfatam doctrinam Hieronym. Gonzal. *in d. gloss. 9. in annotat. num. 213. cum sequentibus*, constituit regulam generalem, quòd quando in provisione beneficiorum proceditur judicialiter, appellatio habeat utrumque. Eam *num. 208.* limitat in Parochialibus, & specialiter declarat ipse in annotatione quam habet in margine, *ibi, penes d. 263.* ita (à collatione, vel provisione judiciali regulariter datur appellatio, nisi in casibus declaratis usque ad finem, *&c.*) quorum casus prior est iste de Parochialibus, qui habetur *dict. num. 208.* & loquendo in provisione Parochialis juris patronatus facta per sententiam, qua etiam declaratur beneficium juris patronatus esse, tenet idem, ut non possit appellari quoad suspensivum. Joan. Hieronym. Campanil. *divers. jur. canon. rubrica 11. cap. 15. n. 476.* pariter & eodem modo Perez de Lara *ubi supra dict. l. 2. c. 11.* qui postquam à principio resolvit permissam esse appellationem, quando per sententiam diffinitivam jubetur fieri institutio, seu collatio beneficii, dicit *num. 7.* ex Trident. decreto, prædictam doctrinam non habere locum in Parochialibus, allegans ad id Rotæ decisionem *6. 2. p. num. 3. in novissimis.*

168

169. Et ita omni modo, non aliàs intelligendus est præ dicti Tridentini locus & motus proprii, ut in Parochialium provisione, sive extrajudicialiter, sive judicialiter procedatur, possessio per appellationem non suspendatur, peculiari ratione, qua fundantur ea jura, quæ non viget in cæteris beneficiis favore animarum, cùm expediat earumdem saluti celerrima Parochialium provisio, cùm alias ex longa vacatione Parochialium periculum sequatur animabus, textus *in c p. si Apostolica 35. de præbend. in 6.* ibi, ne ipsarum vacatio diutina periculum valeat animabus afferre, *&c*) & in motu proprio Pij V. in conferendis probatur ad mendium, *ibi*, Ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspenso maneant, in maximum animarum periculum, *&c.*) quæ est ratio, ut multoties recedatur à juris communis regulis, & dentur in Parochialibus specialitates aliquæ extra citraque beneficia, quæ simplicia sunt, ut videre est ex his, quæ Gonzal. *de mensi*, §. 5. *proœmiali a num. 125. & in gressa 6. per totam*, & sic dicitur, quòd curæ animarum exercitium continet in se magnum periculum, cùm sit ars artium, *cap. penultim, de ætate & qualitate.* Bonifac. Vitallinus *in clem. 1. n. 29. de præbend.* ubi *n. 30. & 32.* dicit, quòd cura est tanto pretiosior, quanto periculosior, & quòd non omnis Sacerdos est ad curam animarum idoneus, & sic si intelligerentur dictæ novæ dispositiones de appellatione extrajudiciali tantum, nihil specialitatis, nec favoris continerent ultra jus commune, quod eo casu omnibus aliis beneficiis quibusvis, & Parochialibus licet adimere appellationem *ex d. c. constitutis*, & Doctorum caterva; dixi & sic ut dubio serviat, illorum juris dispositio *juxta l. Labeo de Carbonia edicto*, intelligenda, & trahenda est ut disponat in casu, quo aliàs erat ei permissa appellatio, ut est in processu judiciali.

170 171 172 173

174 Quod novum non est, quia quando periculum est in mora, recedimus à regulis ordinariis, ac ideo ea, quæ celerem expeditionem desiderant, appellationem non admittunt, Specul. *de appellat. §. in quibus versic. 8.* Franchus *in cap. qua fronte sub num. 18. de appellat.* per illum textum, & Lancelot. Robert *de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 43. num. 1. cum seq. & ultim. & penult.* Ergo cùm immineat animabus periculum ex Parochiali longa vocatione, & morosa provisione, prout foret, si tres sententiæ executoriales que ad ejus provisionem expectarentur; nihil mirum, ut concilium omnem appellationem, & extrajudicialem, & judicialem adimeret periculi, & specialitatis ratione attenta.

174

Desuper suadetur, quoniam Concilium ita disponit: (nec prædictorum examinatorum relationem, quominus exceptionem habeat nulla devolutio aut appellatio, etiam ad S. Apostol. *&c.* impediat, aut suspendat, *&c.*) quibus verbis omnem appellationem tam judicialem, quam extrajudicialem excludit, quia dictio (nulla) est distributiva, pertinens ad plura, nec potest de uno tantùm prædicari, ita Jas. *in leg. quemadmodum num. 3.* per illum textum, *ff. de acquiren. possess.* Alexander. *in l. 1. ff. eodem tit.* Zenedus *in singular. singul. 67. num. fin.* ubi *n. 1.* ex pluribus dicit, quòd est negativa universalis omnia excludens. 175

Deinde probatur ex eo quòd licèt quando appellatio prohibetur in odium alicujus, & atrocitatem criminis, sit pœna, tamen quandò prohibitio appellationis provenit ex natura causæ, ut in possessorio, alimentis, hoc casu, *&c.* tunc est privilegium inductum ipsi causæ. Ita eleganter Bald. *in l. observare n. 12. Cod quorum appellat. non reci.* sed privilegii ita debet fieri interpretatio, ut aliquid specialitatis contineat, *cap. in his 20. de privilegiis.* Hostiens. per textum ibi *in cap. 11. num. 9. de rescriptis.* Anastasius Germin. *in tractatu de indultis §. etiam si secularia num. 14.* & ut aliquid addat juri communi, ut in simili dicit Purpuratus *consil. 271. in fin.* Socin. *consil. 84. num. 6. vers. confirmantur præmissa.* Barba. *consilio 44. num. 9. in fine.* Petrus Surd. *decisione 123. num. 11.* & probant textus *in leg. 1. ff. ad municip. l. si quando, ff. de leg 1. leg. fin. de constitution. Princ. l. si quando Cod. de inoffic. testament.* & ubique gloss. & Doctores, ne inane, & superfluum dicatur, & omnis dispositio ita debet intelligi, & interpretari, ne reddatur superflua. Castrens. *consil. 175. num. 4. volum. 1.* Socinus *consilio 33. num. 14. volum. 1.* Craveta *pro gener. num. 46. & sequentibus*, etiam in materia stricta, & pœnali, Baldus *in cap. 1. de cap. qui cur. vend.* Abbas *consilio 32 columna 1. in fine volumn. 2.* Surdus *decisione 195. num. 1.* plures allegans *in consilio 127. num. 9.* ergo cùm in Parochialibus jure communi, quando proceditur extrajudicialiter, appellatio non admittitur, & hoc noviter privilegio inducat Tridentin. & motus proprius, ut nulla in eis appellatio admittatur, debet intellig ultra jus commune, & sic in casu, quo aliàs admittebatur. 176 177 178 179

Aliter enim minimè posset verificari doctrina suprà tradita à Doctoribus, præcipuè Lara *dict. cap. 11. num. 7.* & Gonzalez *dict. gloss. 9. in annotatio. num. 209.* & *iterum 184. cum sequentibus*, pro quibus est decisio Rotæ 10. *num. part. 2. part. 2. diversorum*, & decis. 6. *sub num. 1. & suprà cum sequentibus part. 2. divers.* Trident. disposition. *dict. cap. 18.* quoad appellationem esse specialem, quoad Patriarchiales tantùm, & ita nullo modo esse trahendam, nec intelligendam in cæteris beneficiis simplicibus, quæ si in appellationibus judicialibus non loqueretur, idem utique contineret, quod jus commune, & ita necessariò trahi deberet ad alia beneficia simplicia, quod esset absurdum & non speciale. 180

Et facit ad propositum ferè in terminis, quod dicit Aretin. *in consil. 106. n. 7. & 11.* quòd statutum prohibens appellari ab interlocutoria, puta; locum habeat, etiam quando ex jure communi permissa est appellatio, & dicit Negusantius *de pignor. in 1. membr. 8. part. princ. num. 3.* quod Ægidiana constitutio prohibens appellationem in causis possessoriis, obtinebit etiam, quando licita esset appellatio, latè Surdus *decisione 164. num 18.* ubi dicit, quòd etiam procedit in rescripto ex infinitis decisionibus, & doctrinis, quas 181 182

ipſe ponit *in conſilio* 252. *num.*24. *& ſeq.* ubi latiſſimè. Adde quòd dicit Bald. *in l.* 2. *Cod. de appellat.* quod ſi cauſa poſſeſſorii, in qua eſt prohibita appellatio, com-
183 mittatur appellatione remota, non poterit appellari in illis etiam caſibus ſpecialibus, quibus erat permiſſa. Sequitur Ruinus *conſil.* 82. *num.* 4. *vol.* 5. Roland. à Valle *conſ.*7. *vol.*3.

184 Ex qua ratione dicunt Joſeph. Ludov. *deciſ. Peruſ.* 20. *Domina. n.*22. *&* 23. Joan. Baptiſt. Ponta *tractatu de ſpolio. lib.*4. *cap.*3. *ſub num.*42. *fol.*305. Neguſantius *de pigno. part.*8. *memb.*1. *num.*3. *fol.*252. Pute. *deciſ.*293. *in cauſa Placent. ſub num.*2. *lib.*2. Contardus *in l. unic. in ampliatio. num.* 131. *Cod. ſi de moment.* dicentes, quòd ſtatutum prohibens appellationem in poſſeſſoriis, debet intelligi, ut illam prohibeat in caſibus, quibus aliàs jure communi erat permiſſa, ne redderetur ſuperfluum.

185 Et confirmatur, quia ſi clauſula (appellatione remota) apponatur in reſcripto poſſeſſorii, operatur, ut nullatenus appellatur, etiam ubi aliàs appellaretur in aliquo caſu ſpeciali. Ampliat autem naturam poſſeſſorii & removet obſtaculum, ut ſic aliquid ultra jus commune operetur, Franch. *in cap. paſtoralis* 53. *num.* 12. *in fin. quæſt.* 17. *de appellat.* Contard. *ubi proximè in ampliationib. num.* 134. licèt aliter intelligat Eſcacia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *num.* 114. *& ſequentibus*, & iterum *quæſt.* 17. *limit.* 6. *membr.* 6. *ſub num.*24. *&* 25.

186 Et denique hoc idem probatur ex reſolutione illius quæſtionis, de qua per nos infrà 3. part. cap.4. & per Hieronym. Gonzal. *de alternat. gloſſ.*6. *n.*226. *& ſuprà*, quòd quando Ordinarius aliquem elegit ad Parochialem, cujus ſententiam, ſeu judicium aliqua juſta cauſa non fuit exequutus, & poſtmodum judex ſuperior per appellationem ab altero oppoſitore aditus, eam revocavit. Sed tunc ſuam ſecundam ſententiam, qua juſſit alicui fieri collationem, poſſit exequutioni mittere appellatione ab ea interpoſita non obſtante, quia par ratio in iſta ſecunda ſententia ad executionem viget, quæ in prima, quando non eſt exequuta à primo judice Ordinario, cui rectè conducunt quæ latè dixi infrà 3. p. cap. 11. per totum. Vides igitur & in fortioribus terminis, prout eſt ſecunda ſententia, quòd appellatio non admittitur in Parochialibus emiſſa à ſententia lata in contradictorio judicio cum cauſæ cognitione, & proceſſu judiciali, quia (ut inferiùs probavimus) appellatio poſtquam legitimè intimata eſt, beneficium faceret litigioſum, & ita iſta noſtra ſententia, & intelligentia ad Concilium Tridentinum, & motum proprium Pii V. communiter practicatur in ſupremis tribunalibus aditis per viam violentiæ, ut ſi aliàs ſervata eſt forma prædicti decreti Tridentini, motus proprii, aliarumque Canonicarum conſtitutionum, ordine non omiſſo, & juridicè ab Ordinario proceſſum eſſe inveniant; vim nullam fieri appellationi hujuſmodi non deferendo, indiſtinctè declarant, & inſuper pro hujus quæſtionis noſtra reſolutione vide quamplures doctrinas, & fundamenta adducta per Rotam, cujus deciſio literaliter eſt appoſita infrà. 3. part. cap. 4. à num. 67.

Igitur in prædicta quæſtione, & limitatione tres ſunt deducendæ concluſiones, cum aliis tribus declarationibus pariter deducendis ex reſolutione à nobis tradita circa illam altercatam quæſtionem, an quando prohibita eſt appellatio à cauſa principali cenſeatur etiam prohibita à gravaminibus incidentibus, & emergentibus, de qua nos ſuprà hoc 2. part. cap.6. à numero 32. ubi latè. Ex quibus faciliùs apparebit reſolutio ad nonnulla dubia, circa hanc materiam in diſcurſu agitanda.

187 Prima ſit concluſio, ſi in proviſione quorumcumque beneficiorum ſimplicium, puta, collationè, electione, præſentatione, inſtitutione, ſeu confirmatione, proceditur ſui primæva natura retenta, hoc eſt, extrajudicialiter, appellationi ab his actibus, tanquam extrajudicialibus, emiſſæ ab aliquo judex non deferens, ſed ea non obſtante, ad exequutionem, & poſſeſſionis traditionem deveniat; vim non facit, quam probant Doctores ſuperiùs citati.

Hanc concluſionem declara, ſeu extende, quòd 188
cùm in his actibus appellatio unum habeat effectum, devolutivum ſcilicet; non ſuſpenſivum, pariter procedat, & habeat locum in his gravaminibus, quæ accidere ſolent in diſcurſu ipſius proviſionis, etiamſi de qualificatis ſint qualificata; gravamina voco, quæ vel habent vim diffinitivæ, vel contineant damnum irreparabile, vel præjudiciales ſint principali negotio, ſecundùm Concilium Tridentinum, & ea quæ latè in ejus explicationem congeſſimus ſuprà 2. parte cap. 1. nam hoc caſu prohibita appellatione in negotio princ. cenſeri etiam prohibitam ab incidentibus articulis, probavimus latè in dict.c.6. in 1. diſtinctionis membro dict 2. part. à num.42. cum ſequentibus, quia acceſſorium ſequitur naturam cauſæ principalis, & quia articuli cauſæ ejuſdem naturæ ſunt, cujus eſt cauſa, & cùm quid prohibetur, prohibitum cenſetur omne, per quod pervenitur ad illud, de quibus per nos latè in d. cap.6. à n.42.

Et illud magis præcipuè urget, quia quando provi- 189
ſio eſt extrajudicialis, ſinguli ejus actus, & articuli de per ſe ſunt neceſſariò extrajudiciales, & ſic à nullo tanquam ab actu extrajudiciali appellatio emiſſa ſuſpendit, & hoc optimè probatur in duabus deciſionibus Rotæ, in declaratione ſecundæ concluſionis infrà adductæ, in quibus ad judicandam appellationem habere utrumque effectum, interpoſitam à quodam le- 190
gitimo gravamine incidente in proviſione cujuſdam beneficii ſimplicis, fuit neceſſarium, ut conſteret, in proviſione litem eſſe introductam, & judicium formatum, vide infrà à n.192. ubi dictæ deciſiones adducuntur, & n.215. & ſuprà.

Secunda ſit concluſio, generaliter ab omni proviſione quorumcumque beneficiorum ſimplicium, in qua proceditur alterata ſui primitiva natura, & ſic judicialiter judicii forma ſervata cum contradictore & cauſæ 191
cognitione: appellationi interpoſitæ non deferens judex, vim facere, declarandum, & poſſeſſionis traditionem, omniaque reponenda in eodem ſtatu, quo erant tempore appellationis emiſſæ, vel emittendæ, quam comprobat Doctores ſuprà in iſta quæſtione adducti.

Et iſtam concluſionem declara, quòd cùm à diffini- 192
tiva hoc in caſu ſit admiſſa appellatio quoad utrumque; minimè deneganda eſt ab incidentibus, ſeu emergentibus gravaminibus, quando, ſcilicet, ſunt qualificata, vel quia vim habent diffinitivæ, vel quia damnum continent irreparabile, vel præjudicialia ſint cauſæ principali, quemadmodum in cæteris caſis; ſecus autem quando qualificata non ſint, ſecundùm concilium Tridentinum *ſeſſione* 24. *de reformatione cap.*20. textus *in leg.*2. *ff. de appellat. recip. leg. ante ſententiam*, *C. quorum appellat. non recipit.* & quæ latè congeſſimus ſuprà hac 2. part. cap.1. Et hanc declarationem probant duæ Rotæ deciſiones, altera 265. *libro* 3. *part.*3. *diverſ.* alia verò 227. *part.*3. *lib.*2. *diverſ.* ubi appellatio ab incidenti gravamine, nempe; injuſta denegatione termini petiti à quodam, oppoſitore cuidam Capellaniæ, & ſic beneficio ſimplici, & ſic emiſſa à quodam gravamine irreparabili, & juſta, ac legitima in Rota fuit judicata appellatio, habens utrumque effectum, inquiſito & conſtito priùs quòd præfata appellatio eſſet judicialis, quia erat proviſionis proceſſus judicialiter inchoatus, & lis introducta, cùm eſſet edictum propoſitum, & facta oppoſitione, & oppoſita legitima exceptione, quia erat in

proxi

proximiori gradu consanguineus ad Capellaniam, allegando ad hoc Lambert. *de jure patronatus, artic. 9. quæst. 4. Princip.* quem nos in id multis in locis superiùs citavimus, de quibus decisionibus mox est tractandum.

Tertia sit conclusio, à provisione Parochialium, sive judicialiter, sive extrajudicialiter procedatur; appellationi emissæ judex non deferens, sed executioni sententiam mittens, vim nullam facit, cùm hoc casu appellatio non suspendat, ex dict. Trid. motu proprio, & Doctoribus suprà, & ex infrà dicendis.

194 Hanc conclusionem declara pariter, quo prima conclusione, ut cùm sit prohibita appellatio, non quoad utrumque effectum, sed suspensivum dumtaxat, (ut mox apparebit) minimè admittenda est ab incidentibus, & emergentibus in ipsa provisione, sive judicialis sit sive extrajudicialis, ex his, quæ resolvimus suprà hac. 2. p. cap. 6. à num. 42. ubi diximus, quod quando appellatio prohibetur quoad unum effectum tantùm, censeatur etiam prohibita ab incidentibus, seu emergentibus, cui adjecimus nonnullas limitationes, quas hîc repetere potes. At verò quando in negotio principali appellatio prohibita sit quoad utrumque; tunc appellatio admittenda est ab incidentibus, seu emergentibus quibusvis gravaminibus, etiam non qualificatis quia tunc quodcumque gravamen fit, jam est irreparabile per appellationem à diffinitiva ex Concilio Tridentino *sessione* 13. *de reformat. cap.* 20. & nos latè probavimus ibi 2. distinctionis membro *à numero* 8. ad quæ te remitto, & ita conferendas & conciliandas illas duas contrarias doctorum opiniones, firmavimus ibi.

195 His sic propositis & declaratis conclusionibus, facillimè devenies in cognitionem difficultatum, quæ circa hanc materiam accidunt, quarum nonnullas in specie resolvam. Et primitus ex his, quæ in hac tertia conclusione cum declaratione diximus, cavendum est omnino à Hieronym. Gonzal. *n.* 223. & 224. quem similiter reprobando citavi *suprà. 2. part. cap. 6. à n.* 70. dum dicit, loquendo in Parochialibus, quòd licèt in eis non appelletur, poterit appellari à denegatione termini ad probandum, non admissione articulorum, & similibus gravaminibus incidentibus in causa, motus ex doctrina aliquorum Doctorum tenentium, prohibita appellatione in causa principali, sic censeri prohibitam in incidente, à me cum aliis *in d. cap. 6. hac 2. part. ad num.* 70. & suprà adductis, quos ibi procedere, & intelligi dixi, quando appellatio in principali prohibetur quoad utrumque effectum; aliqui verò loquuntur in terminis aliquarum limitationum, quæ communes sunt omnibus negotiis, & causis à jure privilegiatis, respectu suspensivi effectus, quas ibi probavimus, scilicet in interlocutoria super legitimatione personarum, in ordinato processu, in defectu jurisdictionis, seu aliorum defectuum, & nullitatum, & aliis, quibus casibus permissam esse appellationem quoad utrumque, diximus, etiamsi à principali causa prohibita sit quoad unum devolutivum, nempe, ex nonnullis ex his Doctoribus, quos ipse Gonzalez citat absolutè, & indistinctè qui omnino est reducendus ad terminos hujus conclusionis cum declaratione, ut etiam latiùs adnotavi jam *in d. cap. 6. hac d. 2. p. ad n.* 70. & sursum per multos numeros.

196 Illud etiam libet declarare, in quo nimis variè & confusè loquutum fuisse Nicolaum Garciam reperio, quomodo negata intelligatur, vel permissa appellatio à relatione examinatorum, & electione Episcopi ad Parochialem, in quo Nicol. Garcia *de beneficiis 2. tom. 9. part. cap. 2. n.* 240. & 242. & 246. hoc divisit in duas ..res, scilicet; in reprobatione, seu quavis alia relatio.. examinatorum, ut in illa sit per consilium prohi.. appellatio quoad utrumque effectum, devoluti.. *gado de protect. Reg.* vum, suspensivum simul, ut *ex dict. n.* 242. constat, & repetit iterum *in num.* 252. *prope finem*, & in mala electione Ordinarii, quod in illa appellatio quoad unum tantùm, suspensivum effectum, & prohibita, de quo *in dict. num.* 246. quibus ita declarat, quod antea *n.* 239. dixerat absolutè, ut à reprobatione examinatorum non dari appellationem, à mala autem Ordinarii electione dari.

Sed ut tibi clarior iste articulus liqueat, suppono, 197
quòd Concilium Tridentinum *dict. sessione* 24. *de reformatione cap.* 18. dum formam assignat Parochialium provisionibus, ita dicit post medium (nec prædictorum examinatorum, quominus executionem habeat, nulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam, *&c.* impediat aut suspendat, &c.) & in constitutione mota proprio Pii V. post medium ita legitur (quod si Episcopus minùs habilem posthabitis magis inoneis legerit, possint hi, qui rejecti fuerint, & mala electione hujusmodi ad metropolitanum, *&c.* vel si ipse eligens, metropolitanus, aut exemptus fuerit, ad viciniorem Ordinarium, uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut aliàs ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, *&c.*)

Sequitur & facit (hæc tamen appellatio interposita interim non impediat, aut suspendat, quominus electio per Ordinarium primo loco facta, interim debitæ mandatur executioni, & provisus ab eadem Ecclesia causa appellationis hujusmodi pendente, non amoveatur, *&c.*) Ecce igitur quanta hæc jura claritate procedunt in amovenda appellatione in provisionibus Parochialium, ut scilicet; relatio quælibet sive repro- 198
bando, sive approbando, examinatorum Synodalium, quam faciunt Ordinario, ejusque arbitraria electio mandentur executioni, hujus virtute possessio Parochialis tradatur; quam nulla appellatio impedit, nec suspendit. Ex quo evidenter colligitur, & apparet, solum suspensivum effectum esse in hujusmodi appellapellationibus sublatum, ita comprobant Flamin. Paris. *de resig. beneficii lib. 8. quæst. 9. n.* 104. Cechus *de re Ecclesiast. cap. 28. de Parocho num.* 6. & 7. Marc. Anton. Genuens. *in prax. Archiepiscop. cap. 65. num. 5.* Zerola *in practic. Episcop. 1. part. 1. verbo Parochia* §. 2. *dub. 8.* Hieronym. Gonzal. *de men. alter glossa 6. n.* 163. & idem *in glossa, in annotat. n.* 209. dicens ibi, ita pluries censisse sacram Concil. Trident. Congregationem, ex quibus parem vim habet appellatio à reprobatione, quam ab electione, virtute ejus facta ab Ordinario, Joan. Hieron. Campanill. *diverf. jur. canon. rubrica 11. c. 11. c. 13. n.* 476. *post medium.*

Et ita minùs rectè loquutum fuisse Nicolaum Garciam suprà; in distinguendo hos casus; apparet, qui convincitur tam ex D. Doctoribus, quàm ex duabus Rotæ decisionibus, interpretum Concilii Tridentini 199
congestis à Farinacio 4. *part.* quarum altera est 23. in ordine edicta 4. Maii 1592. quæ sic ait. Congregatio Concilii censuit, à reprobatione examinatorum dari appellationem ad effectum devolutivum à die scientiæ, altera 256. in ordine, die 7. Augusti 1600. in hæc verba. (Congregatio Concilii censuit, à reprobatione examinatorum, qui aliquem ex concurrentibus ad Parochialem Ecclesiam vacantem, minùs idoneum renuntiarunt; dari appellationem ad effectum devolutivum, non autem suspensivum) ergo à reprobatione examinatorum non est prohibita appellatio quoad 200
utrumque, ut perperam intellexit Nicolaus Garcia *suprà dict. num.* 242.

Est desuper advertendum, quòd cùm in Parochia- 201
libus, non detur appellatio suspensiva, sed devolutiva dumtaxat, provisus in possessionem missus interim pendente dicta appellatione coram superioribus ab ea amovendus non est, juxta dictam constitutionem Pii V. suprà relatam, & notant Zerola Cech. Genuens.

Gonzal. *ubi suprà*, & Nicolaus Garcia *num.* 246. & idem dicens declaratio Concilii *in dict. c.* 18. *super verb. poterit Ordinarius, versic. si Episcopus minus habilem, & c. ab eo sic non sequenti*, pro quo facit elegans & Rotæ decisio omnino videnda quam addoxi *infrà* 3. *part. cap.* 4. *à num.* 76. *usque ad finem*, *num.* 88. etiamsi à judice appellationis contra ipsum sententia lata sit, qua revocat primam, & judicium ordinarii, adhuc ista secunda non est executioni demandanda, nec ejus virtute amovendus possessor pendente appellatione, ab hac secunda sententia interposita per ipsum emissa, sed sunt expectandæ executoriales ex eisdem authoribus, & Gutierrez *lib.* 2. *canon. quæstion. cap.* 11. *num.* 25. *& pract. quæstion. lib.* 1. *quæst.* 146. & nos hanc latiùs & aliàs similes *infrà* 3. *part.* commodiori loco examinabimus, nempe *in cap.* 4. & ita in terminis pluribus comprobans fundamentaliter determinavit Rota, ut testatur Far. *decis.* 537. *tom.* 2. *i. p. fol.* 98. quam vide ad literam, *d. cap.* 4 *num* 57.

202 Quibus proximum est, quærere; an examinatoribus deputatis ad concursum Parochialis in relatione discordantibus, appellatio ab electione Episcopi habeat utrumque effectum, ita ut impediat provisio beneficii possessionem. In quo partem affirmativam amplexus est Hieron. Gonzal. *d. glos.* 9. *n.* 209. *ad fin.* motus ex sententia Sanctæ Congregationis, & per Flaminium Paris. *de resig.* l. 8. *q.* 9. *n.* 104.

Sed contrariam, eodem modo hujusmodi appellationem suspensivo carere, veriorem existimo, quoniam
203 Flamin. Paris. illud ait dumtaxat, in una Vicentina fuisse resolutum, in congregatione Concilii pridie Kalendas Septembris 1570. quòd detur appellatio à mala electione, quam fecit Episcopus, quoties examinatores sunt discordes. Quod non sine magna difficultate potest pro sua opinione Gonzal. inducere, siquidem prædicta Congregatio idem, quod motus proprius, sentit, quo disponitur; ut quomodocunque delegatur mala electio ordinarii, appellatio detur, quod intelligitur de devolutiva, ut suprà diximus, ita etiam ex eodem motu proprio dicit Joan. Hieronymus Campanill. *divers. jur. canon. rubrica* 11. *cap.* 13. *num.* 476. *ad finem*. dari ab Episcopi electione in Parochialibus appellationem, sed postmodum dicit intelligendam quoad devolutivum tantùm, & hoc etiam loquendi modo utuntur præfatæ Rotæ decisiones Farinacii suprà relatæ, num. 199. *ibi*. (à reprobatione dari appellationem,) quod devolutiva ibi declaratur, & sic præfata sententia Congregationis, ex quo aliud non aperit; debet de devolutiva intelligi, non de suspensiva, & referri ad mentem juris, quam ita intelligendo aliis rationibus adductis hanc partem contra Gonzal. defendit Nicolaus Garcia *dict.* 9. *part. cap.* 2. *sub numero* 247.

Imò potiùs inter examinatores discordes potissimum est arbitrium Ordinarii, ut videre est ex his, quæ
204 ipse Garcia *ibi*, *sub n.* 252. *versic. cum autem ipsorum vota &c* non enim in culpa est ordinarius, si discordant, sed ex relatione sibi à quolibet facta, quod sibi
205 sanctius sit, & rectius visum fuerit, arbitrabitur; si enim teneretur spectare concordiam eorum, perpetua foret Parochialium vocatio, in maximum animarum, & divini cultus dispendium, & periculum, ut diximus supra, & vix provideret beneficium aliquod cùm spectans laberetur terminus sex mensium, datus ad perficiendum concursum, vel quatuor in reservatis ad significandum intra illos Romano Pontifici. juxta constitutionem in conferendis, d. Pii. V. & sic provisiones passim ac quotidie devolverentur.

206 Deinde disputatur, an dispositio Tridentin. *d. cap.* 18. & motus proprii, dum prohibent appellationem suspensivam à reprobatione examinatorum in Parochialibus, locum etiam habeat in Parochiali juris patronatus laicorum, quando unus solus ad eandem est à patronis præsentatus, quo casu non habet locum concursus, ut alibi dicetur, an si iste reprobatus sit ab examinatoribus, possit ab hujusmodi reprobatione appellare quoad utrumque, ita ut appellatio causet attentata. In quo partem affirmativam, scilicet; utrumque effectum operari, magis me movet: quia iste ex præsentatione jus habet acquisitum ad Parochialem; & appellatio ab eo recipienda, sicut in habente gratiam informativam ad Parochialem, qui si reprobetur, & appellaverit, appellatio suspendit, ut probat Garcia *de benefic. iis 6. part. cap.* 2. *num.* 76. Et quoniam in 207
appellatione ab uno duntaxat præsentato, & reprobato non viget ratio impeditiva. Concilii, & motus proprii disponentium, appellationem à relatione non impedituram executionem, & possessionis traditionem proviso, quia cùm nullus alter est in examine, nullus est provisus, & electus, nulli impeditur executio, imò ipsa reprobatio, cum sit actus negativus, secum trahit executionem ex his quæ ibi N. cæteri *in leg. quod jussit, ff. de re judicata*, & omnes *in cap. cùm cessante, de appellat.* ac ideo nihil mirum ut jus, quod habet ad Parochialem per suos & legitimos tramites consequatur, & pro hac doctrina faciunt pluriæ aliæ, de quibus nos suprà 1. *part. cap.* 6 *à num.* 33. *& 3. part. cap.* 13. *à num.* 74.

Et hæc opinio placet pariter Gonzal. *in dicta glos.* 6. 208
annotation. num. 187 ubi testatur de Rotæ decisione ipso patrocinante, in qua fuit judicatum, talem appellationem causasse attentatum, eandem etiam sequitur Nicolaus Garcia *de benefic. iis à lib.* 9. *part. cap.* 2. *num.* 245. & sic tenendam, videtur ex horum Doctorum & Rotæ authoritate, pro quo conducunt quæ nos latissimè congessimus *dict.* 1. *part. c. cap.* 6. *à num.* 33. *& 3. part. cap.* 13. *a n.* 74. *& seqq.*

Quid autem si in provisione harum Parochialium 209
peccatum sit in forma, in Concilio Tridentino, & motu proprio descripta, vel quia jus patronatus contemptum fuit, vel quia alias in processu intervenit aliqua nullitas, an judex vim faciat, non deferendo appellationi tunc emissæ, à sententia vel provisione? in quo affirmativè resolvo, quia nulla provisio pro infecta, habetur, & ideo nullam executionem meretur, *juxta l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re judic.* & hanc limitationem extende etiam, & intellige in beneficiis simplicibus ex identitate rationis, de quo nos latiùs egimus *infrà* 3. *p. cap.* 9. & ideo hîc omitto, quia copiosè ibi tractatur, quibus casibus nulla reddatur provisio tam in simplicibus, quàm in curatis, ut tunc appellatio legitima reputetur.

Nunc de aliis violentiis, quæ in appellationibus à 210
beneficiis simplicibus accidunt tractemus; & imprimis an committatur ab ordinario non deferente interpositæ ab eo, qui ad examen vocatur. Et breviter respondetur, in hoc casu nullam vim esse, siquidem præsentati, seu electi, vel nominati à quibusvis Ecclesiasticis personis, etiam Sedis Apostolicæ Nunciis, ad quævis Ecclesiastica beneficia non instituantur, nec confirmentur, nec admittantur etiam prætextu cujusvis privilegii, aut consuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præscriptæ, nisi fuerint, priùs à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti, & nullus appellationis remedio se tueri possit, quominus examen subire teneatur. Ita disponendo decrevit secum Concilium Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 13. & obiter Nicolaus Garcia *de beneficiis* 9. *part. cap.* 2. *n.* 243. quod etiam intellige in Curatis ex verbis Concilii ibi (ad quævis Ecclesiastica beneficia) & vide Cardinalium declarationem ibi circa v. instituantur, *&c.*

Cæterùm dubitatur, an à reprobatione examinato- 211
rum in beneficiis simplicibus appellationi emissæ sit deferendum, tanquam suspensivum habenti. In quo

Garcia

Garcia *suprà num.* 244. referens Gonzal. absolutè dicit sine distinctione appellationem utrumque habere effectum. Sed Gonzal. *in d. gloss. 9. num.* 184. *cum seqq.* non magis in genere locutus est, siquidem cum decisione Rotæ 10. *n. part.* 2. *divers.* ait, quòd datur appellatio à mala ralatione, & gravamine examinatorum in non approbando aliquem ex oppositoribus ad beneficium patrimoniale, & ad Tridentinum *sessione* 24. *de reform. dict. cap.* 18. *versiculo nec prædictorum examinatorum, &c.* respondet, prædicta decisio, ut procedat in
212 parochialibus, non autem in beneficiis simplicibus patrimonialibus, quæ remanent sub dispositione juris communis, & ideo nos, ut ab eo non recedamus, de quo in prima & secunda conclusione suprà ad quos omnino hanc doctrinam reducere, & intelligere debemus, ut admittatur quoad utrumque, quando provisio judicialiter, & in contradictorio judicio fit, prout frequentiùs solent hujusmodi patrimonialia beneficia provideri, ob varias filiorum objectiones, exceptiones, & contradictiones in jus deductas, aut quoad unum & devolutivum duntaxat effectum: quando extrajudicialiter proceditur, juxta d. cap. *constitutis el.* 2. *de appell.* & alia, quæ ad primam conclusionem adduximus, quia
213 examen sui natura est actus extrajudicialis, ut in princ. hujus capitis latè probatum est n 3. & n. 6.

Sicut alias ipse Hieronym. Gonzal. ibi. num. 180. nimis absolutè, & in genere dixit; admitti appellationem. & tamen decisio, quam allegat, limitatè procedit
214 siquidem dicit ipse, quòd si tempore vacationis unus ex filiis patrimonialibus esset absens in longinquis partibus, Curia vel quovis alio loco remoto, ejus procurator, cujus nomine se opposuit, peteret secluſa fraude terminum, & dilationem competentem ad certiorandum d. absentem, ut accedere possit personaliter ad examen in casu, quòd ordinarius vel nolit, vel non possit remittere examen ad locum, quo absens degebat, aliàs appellabit; dictus ordinarius denegando expressè vel tacitè ad ulteriora procedat, quòd omnia gesta post d. appellationem esset attentata, & nulla, prout resolutum est in una Capellaniæ Conchens. 18. Octo-
215 bris 1569. *num.* 1. 2. & 3. & per totam *lib* 3. *p.* 3. *divers.* in qua decisione ideo illa appellatio fecit attentata, in provisione illius simplicis Capellaniæ, quoniam reperere Domini de Rota, in secundo casu fuisse litem formatam tempore appellationis, & litem cœptam & introductam, & simul à legitimo gravamine præjudiciali & irreparabili, ut expressè constat ex d. decisione, Quod iterum dixit Rota in alia decisione 227. *part.* 3. *lib.* 2. *vers.* cujus non meminit Gonzal. ibi, qui quidem tacuit causam essentialem, quæ reddidit illius simplicis beneficii provisionem appellabilem, & eundem ibi cautè legas *à n.* 175. *cum seqq.* quia loquitur in beneficiis simplicibus, ut constat ex Doctoribus ab eo citatis, & declarat ipsemet ibi *n.* 184. & *seqq.* excepto num. 187. quia ibi loquitur in parochiali speciali ratione, de qua nos suprà, & n. 183. quod potest etiam in parochiali intelligi, ut inferius latiùs.

216 Dubitatur insuper, si is qui semel suo beneficio, aut præbendæ renuntiavit, & ob suam nimiam peritiam, puta; maximamque Ecclesiæ utilitatem, vel aliam demum justam causam moventem electorem, iterum velit ad illud, seu illam eligere; an possit appellari, quominus eligetur. Pro cujus resolutione breviter suppo-
217 no quòd licèt renuntians suo beneficio non possit ad illud redire, repetere, nec regressus dari Cravera *consil.* 511. *n.* 4. & *cons* 856. *n.* 11. *cons.* 959. *n.* 1. Jacobus Ermil. *cons.* 82. *num.* 1. & *sequentibus*, & *consil.* 100. *num.* 4. & *cons.* 21. *num.* 9. 11. 12. Gigas *cons.* 20. *n.* 10. Menoch. *consil.* 187. *num.* 87. *volum.* 1. Nava. *in cap accepta oppositione* 7. *n.* 10. *cum seqq. de restit. spolia* Car. Paris. *cons.* 69. *titul.* 21. *num.* 13. idem Paris. *cons.* 5. *n.* 165. *volum.* 4. Rebuff *consil.* 36. *n.* 12. Cephal. *cos* 37. *num.* 56. & *cons.* 284. *num.* 6. & *cons.* 192. *num.* 16. & *consil.* 127. *n.* 17. Grab. *cons.* 127. *n.* 6. *vol.* 1. Socinus junior *cons.* 94. *n.* 31. *cons.* 129. *n.* 1. *volum.* 3. renuntian
218 tibus siquidem actiones suas „ non est dandus ad illas regressus, *cap. ille* 23 *quæst.* 4. *l.* 1. §. *qui semel. ff de successorio edicto, l. postquam. Cod. de pactis l. quæritur* §. *si venditor. ff. de ædilitio edicto, cap. si quis. Episcop. dist.* 92. *cap. duduum* 18. *q. ult. cap. deniq.* 6. *quæst.* 3.

Adeò ut renuntians electioni de se f ctæ non potest
219 appellare, quominus electores de novo alium eligant ad illud beneficium, cùm justissimè possint, nec sic appellans auditur, text. est *in c. cum inter R.* 16. *in ordine de elect.* ibi Nos attendentes, quòd ex consensu compositionis receptæ jus, si quod sibi competierat R. Senior amisisset, ac per hoc, ne Monachi ad electionem procederent, de jure minimè appellare potuisset, cum nisi quorum interest, audiri non solent appellantes: appellationem illam diximus legitimam non fuisse, unde per eam electio non potuit impediri. *&c.*) Flam. Paris. *in resignatione benefi. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 20.

Tamen si electores velint eum iterum elegere ad
220 beneficium semel renuntiatum, aliqua causa moti, bene poterunt, ut docet Ancharr commoniter receptus *in d. c. cum inter Ro. n.* 1. *de electione*, cùm in jure non prohibeatur, argumento *l. illam C. de collationib.* adeò ut ipse non potest appellare, quominus de novo iterum eligatur: Ancharr. *dict. cap cum inter Ro. d. num.* 1. ubi etiam alii, & ut valde notabile dicit, & reputat Flami
221 Paris. *loco proximè citato num.* 21. & 22. & *n.* 23. dicit cum Ancharra. *in cap. per suas num.* 4. & 5. loco citato, quod si contigerit eundem de novo eligi, potest huic secundæ electioni consentire.

Et præfata doctrina maximè procedit, cùm ille sic
222 renuntians possit beneficium resignatum habere, & repetere ex nova causa accedente, prout si data vacatione potest se iterum de novo opponi, ad illud præsentari, eligi ex nova postulatione, confirmatione, seu collatione, glossa communiter recepta *in cap. ad nostram el* 2. *verbo probarent, versiculo si enim aliquid de jurejur.* Doctores *in cap.* 2. *de renunt.* ubi Abb. 1. 2. *notâ* Anton. de Butrio *num.* 4. quod ita quotidie practicari, affirmat Flamin. Paris. *d. cap.* 13. *n.* 43. & *seqq.* qui *n.* 51. dum pluribus aliis hoc limitat. ut non procedat in renuntiante ob crimen aliquod, quod nota, quia de jure satis probabile est.

His & proximum est, quærere, an appellatio emissa
223 à sententia, qua Canonicus, vel alius elector, suspenditur à voce activa, & passiva, utrumque habeat effectum, ita ut ea pendente, possit Capitulum, seu Collegium ingredi; ibidemque suum suffragium præstare, in quo negativa pars videtur probari, *ex cap.* 15. *is cui*, §. *fin. de sententia excommun. lib.* 6. ubi sicut excommunicatio, sic ab officio vel ab ingressu Ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius suspensio per appellationem subsequentem, minimè suspenduntur, *&c.* & idem probatur *in cap. ad hæc quoniam de appellat.*

Sed contrariam sententiam verissimam esse de jure,
224 rectè defendit Manuel. Rodrig *in quæst. regul.* 1. *tomo. quæst.* 29. *art.* 5. & meliùs hinc inde multa adducens fundamenta, insignis Navar. *consil.* 8. *per totum lib.* 1. *fol.* 29. & 30. qui respondent ad præfata jura, quod illa sola suspensio effectum habeat, etiam non obstante appellatione, cujus violatio induxit irregularitatem, ex mente *d. c. is cui*, & *c. is qui*, junctis glossis, at sola violatio suspensionis ab officio divino, & sacramentis, duntaxat facit quem irregularem, cujus naturæ hæc nostra à voce activa & passiva non est secùndùm glossam communiter receptam *in dict.* §. *fin. dict. c. ad hæc* quæ gloss. relatis Innoc. & Hostiens. concludit prædictum §. non habere locum à beneficio, vel perceptione fructuum, quæ pœna major est, quàm suspensio à voce activa & passiva, quia ut dicit gloss. illum §. non procedere, nisi in

suspensione ab spiritualibus, quæ ligant animam, cujus non est naturæ nostra suspensio, cum ea obstante possit exercere omnia, divina officia ministrare, & recipere omnia sacramenta; & sicuti usus pallii suspensio, & à Pontificalibus, quæ magis suspensioni ab officio videtur adhærere, & tamen suspenditur per appellationem legitimè subsequutam, secundùm Panormit. com-
225 muniter receptum *in dict. cap. ad hæc. primo notabilis.* ita cùm præfata jura in spirituali suspensione, cujus violatio inducit irregularitatem, procedant tantùm; ad nostram suspensionem minimè esse trahenda tanquam diversam, sicuti nec ad illam, qua alicui interdicitur ingressus possessionis agri, vel beneficii, vel collationis ejus, vel aliorum actuum, qui non tangunt animam, in qua appellatio legitima ejus effectum suspendit, ut & omnes notant communiter *in dict. § fin. & d. c. adhæc.* & firmant enim etiam Manuelis Rodriguez latiùs, ac utiliùs Navarr. *dict. cons.* 8. concludentes appellatione non obstante posse suffragium præstare.

226 His & illud accedit, si contra volentem votare in Capitulo, objiciatur aliqua exceptio incapacitatis, vel quavis alia exclusiva à suffragio, propter quam rejiciatur, ne tunc tempus labatur, quia fortè probationes præ manibus non sunt; inquit Azeved. *in additio. ad Cur. Pisa. lib. 2. c. 4. n. 11.* alios referens in hoc casu, admittendum esse ad suffragium cum clausula; & si in quantum de jure valeat, nec nocebit comminationi, si postmodum certior fiat objectio ut per Ab. *in cap. Cumana de electione.* Cepola *cautela* 232. & idem Azev. *in l. 2. n. 12 & seqq. tit. 7. lib. 3. recopil.* an ab eo quod
227 facit, & decernit major pars Capituli appellationi emissæ si non deferatur, vis fiat. Negativè respondent text *in cap. 1. & cap. ex ore de iis, quæ fiunt à majori parte cap.* imò ea non obstante, nec contradictione minoris partis, omnino exequendum esse, *ut in d. cap. 1.* ibi appellatione remota prævalet semper, & suum consequatur effectum, quod à majori, & saniori parte Capituli fuerit statutum, *&c.* (*& in d. cap. ex ore,* ibi nos attendentes, sibi de jure non potuisse competere, ut per
228 appellationem ob id interpositam, communem ordinationem Ecclesiæ impediret) quod adeò procedit, ut etiamsi probatio justificationis incontinenti offeratur, nisi obstet executioni, tres, & elegantes reddit rationes Immola *in d. cap. 1. colum. 1. & 2* & iterum *in cap. 1. cùm inter canonicas, colum. penult. in fin. cum seqq. de electione,* contra Innocent *in dict. cap. 1. prior*, quia in extrajudicialibus non fuit objectus contradictionis vel exceptionis legitimæ, etiamsi illius fiat oblata probatio: quia extrajudicialia non suspenduntur appellatione, tum etiam, quia cùm procedendum sit hoc casu appellatione remota, tollitur facultas justificandi appellationem, per probationem oblata ad impedimentum: tum etiam quoniam cùm sit interim præsumptio pro factis à majori parte, nihil obsit d. oblatio, quas rationes comprobans Azeved. *in addit. ad. Curiam Pisan. lib. 2. cap. 14. n. 12.* sequitur etiam aliis ad id citatis.

Sed quoniam in electionibus factis à Capitulo circa beneficia Doctoralium, Magistralium, & similium, juxta Bullam Sixti IV. & motum proprium Leonis X. quas adducit ad litteram Nicol. Garcia *de beneficiis, 5. part. cap. 4. à num.* 168. easque optimè declarat, & multa dubia frequentia circa earum præbendarum electiones agitat, resolvit, & ideo te ad illum, & per eum allegatos libenter remitto, quoties id necessitas suadeat.

229 Unum tamen non omittam, de quo jam non parum dubitari vidi, de controversiis occurrentibus circa electiones hujusmodi, nempe; an aliquis oppositor inhabilis, an concurrant in eo qualitates à jure illis requisitæ, gradus, seu etiam ordinis, vel aliqua alia exceptio, seu subjectio, seu recusatio opposita contra personas eligendi, vel electorum, quis ad cognoscendum de eis, debeat esse judex, an solus Episcopus, an cum Capitulo simul.

In quo breviter resolvo, hujusmodi cognitionem ad 230
solam Episcopum pertinere, quemadmodum quando occurrit aliqua alia lis, super electionibus, quia uti ordinaria sibi competunt actus jurisdictionales, quas non possunt capitulares exercere, cùm jurisdictione careāt, quæ omnino necessaria est in litibus exercendis. Pro quo facit expressè Concilium Provinciale Compostel. *actione 2. decreto* 34. ubi habetur, quod Episcopus solus, vel ejus Vicarius declaret, & judicet electores inhabiles, & eligendos ad Doctoralem seu Magistralem præbendam, seu scripturæ, & in concordia confirmata per Pium V. declaratur, ut in hoc ita præce- 231
dat, nisi in contrarium sit alicujus Ecclesiæ consuetudo, ut in harum inhabilitatum cognitione, & determinatione concurrere debeant Capitulum, & Vicarius Generalis, quia ubi hæc viget consuetudo, ipsa servetur, & sic Capituli debet adesse consuetudo ad hujusmodi jurisdictionem acquirendam. Probatur etiam ex ratione text. *in cap à collatione, de appellat. lib. 6* ubi à collatione beneficii, quam communiter per Episcopum, & Capitulum factam fuisse proponitur, non ad ipsum Episcopum, si in ea ut prælatus interfuit, sed ad 232
superiorem appellandum est; aliàs si ut canonicus interfuisset in ea, posse appellari licitè ad eundem per quem, ita etiam Abb. *in c. dilecti 66. el 3. n. 17. de appell.* Card. Jacobat. *tract. de cons. lib. 10 art. 1 sub n. 8. tom. 13. part. 1. fol. 351.* Ever. optimè *in locis legari in loco de tanquam n. 8. versic. sextò facit, fol. 696.* multa adducens in propositum Efcácia *tract. de appellat. quæst. 8. à n. 60. & num. 92.* & comprobatur ex eo, quod dicit Bartol. *in l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellat. & in l. si quandon. 1. Cod. eodem.* Franch. *in rubric. num. 38. de appellat.* Barbatia *tract. de præstant. Cardin. quæst. 1. n. 32. tom. 13. part. 2.* Henr. Boër. *singula, 9. titul. de appellat. fol. 203. tom. 1.* Guido Papæ *tract. de appellat. quæst. 36. n. 33. tom. 5. fol. 58.* Craveta *de antiq. temp. rubrica antiquum in præscriptione sub num. 34. tom. 17.* Brædedorius *tractatu de appellat. p. 1. titul. 10. verbo Regibus, colum. 167.* Escac. *de appellat. quæst. 16. limit. 5. n. 9.* Cont. *in l. unica limit. 3. n. 11. Cod. si de moment. poss. fol. 270.* Ruginell. *tract. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 19.* dicentes, quòd Rex sententians tanquam Comes, appellatur 233
ad Ducem, vel alium superiorem Comitis, & idem de Duce judicante uti præside, quia quando una persona gerit vicem duarum, potest ab eadem, ad eandem appellari.

Prout quando judex à quo, gerit etiam vicem ju- 234
dicis ad quem, qualis est legatus in partibus, qui ex privilegio habet facultatem cognoscendi etiam causas appellationum interpositarum ad Papam, & sic appellans à legato, post ad eundem redire, tanquam judicem ad quem; ita Felin. *in cap. gratum sub num. 10 limit. 8. de offic. delegati.* Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. decis. 194. an pars gravata, sub n. 4. fall.* Escac *de appellat. q. 17. limit. 2. n. 66.* Ant. Gabr. *commun. conc lib. 21. de appell. 2. limit. 8. n. 22.*

Cujus rei rationem ibi. Iterum aliam reddunt ratio- 235
nem Doctores superiùs citati communiter cum glossis relatis, quia quando Prælatus adest ut ordinarius judex, semel usus est jurisdictione, ac ideo iterum de causa non potest cognoscere, ne dentur duo gradus in 236
una & eadem persona, & jurisdictione, contra text. *in cap. secundo, de consuetudine lib. 6. & l. eos, Cod. de appellat. cum vulgatis,* sed Episcopus in hujusmodi electionibus assistit ut Prælatus, & non ut Canonicus, tenet expressè Nicolaus Garcia *de benefic. d. p. 5. cap. 4. num. 224.* ergo actus jurisdictionales, & in quibus judicialis processus requirēdus est in prima instantia, ad ipsum dumtaxat, vel ejus Vicarium pertinere debebit dumtaxat, cùm tunc ab ipsis actibus emissæ appellationi sibi non

pertineat

pertineat cognitio, ex d. juribus. Et hanc opinionem aliis ad eam applicatis fundamentis, veram reputat, & resolvit Nicolaus Garcia *loco proximè citato à n.*214. *cum seqq.* ubi etiam respondetur ad illam difficultatem, quæ resulat ex eo, quòd electio simul pertineat ad Episcopum, & Capitulum, quod ex hoc non possit inferri ad actus jurisdictionales, ut latè per eum.

Quod scire, non parvi est effectus, nam cùm solet frequenter appellationem emitti à declarationibus hujusmodi habilitatis, qualitatis, & recusationis, ac similium,& cùm pro ejus delatione additur Curia suprema, constituto de defectu jurisdictionis,qui facit nullitatem rectè declarant, vim fieri,& reponi,vel saltem tertium genus.

237 Unum porrò in hac materia scire est necessarium,in quo passim advocati errant conficientes appellationes, quibus inserunt aliquas objectiones, crimina, vel defectus contra personas eligentium; eligendi, seu electi, non attenta, imò neglecta forma tradita *à c. ut circa* 4. *in ordine de electione lib.* 6. qui ita disponit:ut circa electiones, postulationes, & provisiones Ecclesiasticas, viam malitiis (prout est possibile) præcludamus, ne diutius periculosè vacent Ecclesiæ, vel personarum, dignitatum, & aliorum Ecclesiasticorum provisio differatur, edicto perpetuo providemus; ut si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel provisionibus se opponunt; proponendo aliqua contra electionis, postulationis, seu provisionis formam, aut personam eligentium, vel electi, sive illius, cui erat provisio facienda, sive facta, & propter hoc contigerit appellari, appellantes in instrumento publico, seu literis super appellatione confectis, omnia, & singula exprimatur, quæ in formam intendunt objicere, vel personas, coram personis authenticis, an persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito juramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & posse probare, *&c.*) qui insuper ad alia pergit. Eadem etiam constitutio expressè renovatur, declaratur, extenditur, & confirmatur aliis pluribus canonum decretis,ex text. *in cap. is qui* 19. *in cap. qui contra* 20. text.*in cap.constitutio* 41. *de electione lib.* 6. text. *in clem. constitutionem ut circa de electione*, ejus etiam meminit. & decidens Rota *decisione* 261. *de exceptio & 269. de appell. in antiq.* Doctores communiter *in l.*1. *ff. de lib.* & post Everar. & Doctores infrà citandos, Nicol.Garcia *de benef.* 3. *p. cap.*3. *à num.*71. *cum seqq.* ubi plurimos allegat.

238 Adeò ut præfatum juramentum de necessitate requiritur,ut fiat corporali tactu Evangeliorum, non autem aliter satisfit illius constitutionis formæ, & intentioni, ita expressè per jura probant communiter glossæ, & Doctores in eis. Doctores etiam expressè, præcipuè Jas. *in l.*1. *ff. de liberis & posth.* gloss. *in clem.* 1. *de hæret not.* Anton. Corsetus *in singularibus suis*, *sing.*270. Everar. *in locis legali loco ab effectu eorum, quæ simul requiruntur ad ea, versiculo; hinc etiam est quod si ad validitatem Ecclesiæ, &c.* aliàs juramentum aliter præsti-
239 tum nullum est,& non valet, ut ultra supradictos probat gloss. 1. *in princip.* §. *item sacra de pace juramento firm.* Bartol. *in authent. sacram. puberum n.*7. Bald. *n.*7. Salicetus *colum.*2. & alii posteriores ibi sequuntur,*C.de rescind. vend.* Anton. Gabr. *commun. concl. lib.*2. *tit. de minoribus,concl.*5. *à n.*34. ubi latè declarat complures ad id adducens *c. laudabile*,ubi Abb. *in* 2. *nota. de frig. & malefic.* Simoncel. *in tractatu de decretis lib* 3. *titul* 8. *n.*187. ubi post alios dicit, de consuetudine hodie non servari tactum Evangeliorum, vel aliarum sacrarum Scripturarum, ut statim dicemus; qui quidem, & Ant. Gabriel latè prosequuntur hunc articulum, materiam, præcipuè respectu minorum juramento firmantium alienationes, ubi requiri de jure juramentum corporale, ut Simoncellus ubi proximè.

De consuetudine tamen non requiritur tactus Evan- 240
geliorum,vel sacrarum Scripturarum sed sufficit tactus cujuscunque libri, vel tabulæ, secundùm glossam *in authentica jusjuran. quod præstatur ab his, verbo quatuor, & in* §. *item sacram.* gloss.1. *titulo de pace jura. firm.* Immola *in cap. cùm contingat, de jurejur.* Abb. *in c. fraternitatis, verbo & adverte.*& ibi Felin.*versiculo in glos.fin.* Abb. *in c.*1. *fin.*2. *de nov. de jur.calum.* Guid Papæ *q.*35. Jacob. Butr. *in d. authent. sacram. puberum in* 3. *q.* & ibi Alber. Rossa. & ibi Bald. & Salic 3. *q.* Isernia *in* §. *item sacram.*Alber.*versic. in hac gloss.*& ibi Præpos. & Aflict. *num.*21. Anton. Gabriel *lib. commun. conclus. tit. mino. concl.* 5. *n.*36. sequitur Simoncellus *d. tract. de decretis lib.*3. *tit.*8. *num.*188.

Quæ consuetudo limitatur, ut procedat, quando in 241
dispositione requiritur juramentum corporale, secus verò quando jura expressè dicunt,quod interveniat tactus Evangeliorum, Petr. de Ancharan. *in d.c.ut circa, versiculo item nota.* Cardinal. *inclem.*1. §. *porrò in* 4. *q. de hæreti.* Felin. *in d. c. fraternitatis*, *loco proximè allegato*, sequitur Anton. Gabriel *d. concl.*5. *n.*37. quæ nota ad intellectum *d. c. ut circa*, & aliorum.

Quæ jura procedunt non solùm in electionibus, sed 242
generaliter inprovisione beneficii; ut eis patet expressè, hinc igitur deinceps præ oculis habe illius constitutionis formam, quando aliquos defectus, vel crimina contra aliquem oppositorem, vel conferentem velis objicere, quia vidi periclitari tres appellationes emissas in tribus electionibus Doctoralium, cùm ad hanc nostram Curiam supremam pro earum delationibus processus adducti fuere; nam cùm ad obtinendum auxilium Regale,principale fundamentum sit appellatio, illa verò quæ peccat in forma, nulla est,& pro infecta, seu non emissa habetur,facillimè justéque vim non fieri declarabitur, juxta ea, quæ inferiùs dicenda sunt 3. parte cap.9. à principio.

Hæc tamen constitutio non ita absolutè procedit, 243
quin aliquas limitationes patiatur, quarum seriatim nonnullas annectam. Et prima sit, constitutio felicis recordationis Gregorii Papæ prædecessoris nostri edita in Concilio Lugdunens. formam exprimens, secundùm quam ab his, qui in electionibus, postulationibus, seu provisionibus se opponunt, debeat appellari, locum sibi non vendicat, nisi solùm in his extrà judicium appellatur; quando verò in judiciis in hujusmodi negotiis appellari contingit, anteriora jura (cum per eam mutata non fuerint) observari oportet. Ità præscriptis verbis probat text. (in declarationem *cap. ut circa*, edictus) *in cap. constitutio* 41. *in ordine eodem tit.de electione*,qui,ut vides, disponit,quando in provisione beneficiorum proceditur propria natura retenta, & sic extrajudicialiter, etiam procedat *d. cap. ut circa*, si autem lis cœpta est, & processus formatus, tunc appellatio, & objectio formantur à jure communi.

Secundò limita, ut præfatæ constitutionis forma uti 244
excusatur in opponendis prædictis defectibus, & criminibus contra personas electi, eligendi, vel eligentis aut formam electionis, ille, qui aliàs non astringitur ad præfatorum defectuum probationem, vel quia sint defectus notorii vel resultantes ex confessione partis vel ex sententia, juxta text. *in cap. fin. de cohabitatione cleri, & mulierum*, vel quia aliàs legitimè probati sunt, text. *in clem.constitutionem* § *fin.*ibi,probationem tamen factam super his per adversarii confessionem, vel aliàs legitimè, non infirmat, *&c.* (vel quando non opponenti, sed adversario incumbit eorundem probationis onus, ita probat Bonicontus *in tract. de appellat.* 5. *inter tractatus noviss. Doctorum num.* 26. *versiculo scire autem debet*, & iterum & meliùs inferiùs *versic.*4. *quæro an sufficiat*, ubi alios ad id allegat.

Nam cùm ad evitandas calumnios exceptiones, 245
requiratur illa forma juramenti continentis, quod

credunt ea, quæ ſi exprimunt eſſe vera,& ſe poſſe probare,*&c.*ut ex d. juribus conſtat.in ſupradictis caſibus nimirum ceſſare, quoniam licèt forma ſpecifica ſit adimplenda,& non per æquipollens, juxta notata *in l.ff. de liberis.& poſth.*tamen quando forma requititur propter certum finem, & certum effectum, ſequuto fine,
246 & effectu, per æquipollens ſatisfit formæ,& principali legis intentioni, ita tene Rota apud Farinacium *deciſione* 272. *à numero* 19. ubi plures authoritates adducit Flamin. Pariſ. *de reſignan. benefic. lib.* 11. *ſecundo tomo quæſt.* 12. *à num.* 35. *uſque ad* 39. ubi infinitos allegat.

247 Aliam etiam limitationem deduces ex text. *in dict. clem.conſtitutionem*, ubi de materia apud repetentes,& gloſſam invenies, alias plures,& declarationes, ſeu annotationes ad præfata jura poteris exactiùs videre apud D. Bonicontum *in d. tractatu de appellat.per tot.*qui integer dumtaxat continet hujuſmodi appellationes in beneficialibus cauſis, ubi de materia multa invenies, ultra gloſſas, & ordinarios in d. juribus,ibid.Bonicont. *in quæſt.* 1. *verſic. ad quæſtiones igitur veniamus* reſolvit poſt alios, quòd ſi ſic appellans omittit. d. formam in caſibus, quibus tenebatur ea uti, licèt ſi intra terminum ad appellandum, non poteſt aliam appellationem iteratò proponere, ſervando formam in ea, quia jam
248 ex prima adverſario erat jus quæſitum,juxta text.*in d. clem. conſtitutionem* §. *penult.*

249 Nunc & illud, de quo jam vidi dubitari examinemus;an oppoſitor ad beneficium vacans,ſive curatum, ſive ſimplex, qui ſe intra terminum edictorum oppoſuit,& dum intra illud voluerit ire ad ſe ſubjiciendum examinationi,ei legitimum impedimentum ſupervenit, ut locum examinis adire non potuerit, vel in itinere, vel ob aquarum inundationes,vel quia aliàs ei tranſitus fuit impeditus, puta, propter peſtem, aut gravi infirmitate eſt detentus, & is, vel ejus procurator petit dilationẽ ab ordinario,& à denegatione appellationem emiſit, an ei deferendum eſſe, omniaque poſtmodum ſubſequuta, attentata reponenda; declarandum ſit in ſupremo prætorio per viam adito violentiæ, in quo brevibus affirmativè reſpondetur.

250 Nam licèt declaratio Cardinalium circa d. c. 28. Concil. Trid. *ſeſſ.*24. *de reform.* in hæc diſponat:Epiſcopos,vacante Eccleſia propoſuit edicta ex hoc capite, & infra decem dies quatuor comparuerunt, qui adſcripti fuerunt juxta formam Concilii: ſed in die pro concurſu, & examine deputato, ex ipſis quatuor duo tantùm comparuerant, qui examini ſe ſubjecerunt, & idonei reperti ſunt; dubitatum fuit, an examen prædictum ſubſiſtat, ex quo duo alii adſcripti non fuerunt examinati, congregatio cenſuit, ſubſiſtere, quia verba Concilii intelliguntur, quatenus veniant ad examen, aliàs in poteſtate unius eſſet nolle venire,impedireque, ne ulteriùs procederetur, *&c.*

251 Tamen eadem Congregatio ſuper eodem decreto, *verbo per edictum publicum*, ita quæret, an uno comparente, poſſit prorogari terminus, & proponi aliud edictum; Congregatio cenſuit, aliud edictum non eſſe proponendum. Sed ille qui comparuerit, examini ſubjiciendus, & ſi idoneus repertus fuerit, eidem beneficium eſſe conferendum,niſi qui deſcripti fuerint excuſent ſe legitimo impedimento detineri, quominus valeant ad concurſum accedere, tunc enim poterit Epiſcopus legitimè terminum prorogare,*&c.* (cujus etiam mentionem fecit Nicolaus Garcia *de benefic.*9.*part.c.*2. *à num.*214.

252 Et ita Concilium Compoſtellanum Provinciale *actione* 2.*decret.*32.loquendo in proviſione præbendarum Doctoralis, & Magiſtralis, in hæc diſponit (nullus tamen ad electionem de eo faciendam admittatur,niſi ad examen prædictos actus publicè fecerit, aut morbo ſontico laboret, quem ſufficienti teſtimonio coram Epiſcopo, aut ejus Vicario comprobaret teneatur)

Igitur ubi adeſt legitimum impedimentum, termi- 253
nus competens prorogandus eſt, quoniam legitimè impedito non currit tempus, *l. ut perfectius Cod. de anna. except.*Craveta *conſil.*271.*col.*2.Menoch *conſ.*38. *n.*35.*vol.*2.Riminal.*conſ.*21.*n.*29.*lib.*1.Ripa *in tractatu de peſte in* 3.*p. quæſt.* 6.Hieronym. Previdon. *in eodem tractatu de peſte, verſic. vidimus.* Pariſius *conſil.* 143. *colum.*1. *vol.*4. Caſſador. *deciſione* 1. *de dilat.*Caputaq. *deciſ.*73. *part.*2. hinc impeditus reſignatarius propter
legitimum impedimentum excuſatur à publicatione 254
facienda de beneficio ſibi reſignato, Roma *conſil.*433. Felin. *cap. cùm dilecti colum.* 21. *num.* 13. *de reſcript.* Sarner. *de publicand.reſign.quæſtione* 13.*num.*2.Rebuff. *in eadem regula.*

Et legitimè impeditus excuſatur à contumacia, ſi citatus intra terminum non jerit. Butr. *in cap. cum dilectus num.*26. *de dolo.* Boër. *deciſ.*40. *n.*4. idem Boër. *conſil.*60. *num.*1.*lib.*10. Pedem *deciſ.*20.Socin.junior. *conſil.*116. *num.*2. *vol.*3. Bertran.*conſ.*15.*num.*12.*vol.*2. nam impeditus non dicitur negligens, *c. quia diverſi-* 255
tatem, de conceſſione præbendæ. Staphileus *de literis grátia ſpect. tit. de variis modis.* Bicza. *num.*53. & impedimentum excuſat à mora. Alb. *in tract. ſta.q.*11. *n.*1. Dueñas *regula* 199.

Ac ideò propter impedimentum receditur à forma. 256
Pariſ. *conſ.*32. *num.*11.14. *&* 15. *&conſ.*13. *num.*35. *&* 31. *volum.*2. Craver. *conſil.*12. *n.*2. Burſat.*conſ.*74. *num.*253. *volum.*1. nec impeditus videtur formæ, ac legi contravenire. Jaſ. *in l. ſi quis num.* 7. *ff. de juriſd. omn.jud.* Eguid. Boſſ. *in pract. crim. de carceribus fidejuſſor. num.*47.

Igitur cùm legitimè impedito omnia ſibi ſint jura 257
reſervata, ut ex citatis, & citandis apparet, ſecunda dilatio ei danda eſt,& hæc regulata per impedimẽtum, & ad id tantùm, in quo in prima fuit impeditus,*l. admonendi verſic. quibus ſolis*, & ibi Jacob. & B.2. *colum.* 26
*de jurejur.*Alexan.*ibi* 3.*nota.*Butriga *in cap.ultrà tertiam de teſtibus.* Paul. Caſtrenſ. *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te ff.de verb. oblig.* Bartol.& Alexand *in l.fin.ff.de feriis* Lanfr.*in cap.quoniam contra,verbo dilatione,de probatio.* 258
quia tempus impedimenti non computatur in termino ex ſupradictis; ideo regulare eſt, ut dilatio brevis pariatur appellationem, *cap.*1. *de dilation.* Joan.Andr. *in c.*1. *de dilat.* Bartol. *in l.*2.*ff.de re jud.*Sald. *in l.*2.*C. de Epiſc.audient.*Bartach. *in reperto. verb dilatio peremptoria intelligitur, verſ.* 14. & multo magis à denegatione ejus licita erit appellatio, Fulgoſ.*conſ.*165.Card. Tuſc. *concluſ.*339. *num.*4. *tom.* 2. quibus adde ea quæ dixi ſuprà 2. part.cap.1. Et quoniam cùm ex conſilio & motu proprio declarationibuſque,Congregationibus 259
ſuprà; non ſit ad examen deveniendum,niſi ita demum tranſacto termino edicti, intra quem iſte legitimè impeditus mediante impedimento reperitur, ut forma conſilii peccatur ad ulteriora procedendo eo excluſo, de impedimento conſtituto, ac propterea nulliter, & ſic licebit appellare.

Et in terminis noſtræ quæſtionis tenuit Rota in una 260
Calaguritana beneficii de Brantevilla 8. Martii 1604. ubi cum quidam P. ſe oppoſuiſſet ad quoddam beneficium patrimoniale vacans, & accedens ad ſe ſubjiciendum examini, fuit prohibitus ingredi in civitate Calicat. eo prætextu, quòd eſſet ſuſpectus de peſte; & cùm per ſuum procuratorem peteret dilationem competentem, fuit ei denegata, à quo appellavit; & ordinarius ad ulteriora procedendo contulit cuidam oppoſitori beneficium, ac eum in poſſeſſionem immiſit, & cùm dubitaretur, an dicta acta geſta poſt appellationem eſſent attentata, & nulla, fuit affirmativè reſolutum; quam referens ſequitur Hieronym. Gonzalez *gloſſ.*9. *in annot. n.*183. & ita etiam in hoc Galleco Senatu vim fieri, declaratum fuit in quodam beneficio

curato

curato de Nigran. Diœceſis Tudenſis, ex hoc eodem impedimento, de quo in deciſione relata, & ita tenendum eſt, dum aliàs omnis omnino dolus abſit, & fraus.

161 Quod declara, ut hæc reſolutio procedat dummodo ſic impeditus revocationem prætendens intra terminum edictorum ſe oppoſuerit, ut conſtat ex declaratione, *ibi*, niſi, qui deſcripti fuerint, excuſent ſe legitimo impedimento, *&c.*) ut conſtat *ex d. deciſione*, & Gonzal. *ibi*.

162 Secundò declara, dummodo impedimentum fuerit probatum, & conſtiterit ordinario, probat d. Concilium Provinciale Compoſtell. *d. actione* 2. *decreto* 32. (aut morbo fontico laboret, quem ſufficienti teſtimonio coram Epiſcopo, aut ejus vicario comprobare teneatur, *&c.*) probant etiam Caputaq. *deciſ.*71. *part.*2. *& l. altiùs*, §. *illum*, *C. de tempor. appell. l. in exceptionibus ff. de proba.* Abb. *in c. plerumque num.*6. *de reſcript. & in cap. tranſmiſſa*, *num* 6. *de præſcriptio. & in cap. ſuſcitatus de reſcr.* Angel. *in l. ejus num.*2. *C. eorum appellat. non recipian.* Decius *conſ.*554. *n.*6. Pariſius *conſil.* 108. *n.*11. *volum.*4. *deciſ. Pedem.*9. *num.*4. Curtius *in l. admonendi n.*280. *ff. de juejuran.* Corneus *conſ.*56. *lib.*1. Oldrad. *conſ.*60. *col.*2. *num.*4.

163 Debet tamen, qui vult prætextu impedimenti ſe adjuvari, duo probare, ſcilicet, quòd impedimentum fuerit tale, ut illud removeri non potuerit, *ſed etſi* §.2. *ff. ex quibus cauſis major.* Decius *conſ.*677. *n.*4. Socinus junior *conſ.*76. *num.*79. *volum.* 1. Craveta *conſilio* 270. *num.*2. Gonzadi *conſ.* 38. *n.*11. & eſt Doctorum communis opinio; quia regula vulgaris eſt impedimentum non excuſare, cùm poſſet removeri, Bartol. *in l. ſi de eſt* §.2. idem *in l. quibus diebus*, ubi Socin ſenior. 3. *vol. ff. de condition. & demonſt.* cum aliis à Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 118. *& conſ* 1101. *n.*116. *vol.*1. impedimentum propriè eſt, cum evitari non poteſt, non aliter. Pariſ.

164 *conſ.*67. *n.*64. *vol.*3. Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.*11. *tom.*2. *q.*13. *l. num.*29.

165 Secundum, quod debet probare, eſt; impedimentum allegatum fuiſſe cauſam immediatam non faciendi illud de quo quæritur Innocen. *in cap. tranſmiſſa de præſcript.* ubi Felinus *n.*7. Decius 557. *colum.*2. Craveta *conſ.*151. *n.*22. Boërius *deciſ.*40. *num.*4. Menoch. *dict. caſu* 128. *ad fin.* Caputaq. *deciſ.*72. *n.*5. *part.*2. *& n.*7.

166 refert ita deciſum fuiſſe in una parochiali Toletana prima Junii coram Achille de Graff. & ſic non ſatisfacit ſimpliciter probare impedimentum, ſed debet quis probare diligentiam ſuam, quam fecerit pro illo removendo, *l. qui commeatus*, ubi Bart. *ff. de re milit.* text. *in cap. fin. de electio.* Alex. *conſ.*4. *lib.*2. Affli&is *deciſ.* 29. *num.* 1. latè Contard. *in repetitio. l. diffamari*, *n.*117. *Cod. de ingenuis, & manu.* Rebuff. *in tract. de execut. num.*48. Cevallus *conſ.*304. *n.*123. Crotus *conſ.*81. *n.*24. *lib.*3. Natta *conſ.*258. *n.*6. & ita fuiſſe reſolutum in Rota in d. Parochiali Toletana teſtatur Caputaq. *d. deciſ.*72. *p.*2. & ita etiam fuit reſolutum in una Lucanen. Abbatiæ coram Thom. de Thanis 16. Martii 1556. teſte Pureo *deciſ.*8. *ſub rubrica de reſtitut. in integ.* ex ratione ſcripta, quia non dicitur quis aliquo modo impeditus, ſi impedimentum poteſt removeri.

167 Qualia autem ad hæc dicantur legitima impedimenta, vide text. *in l.*2. *cum ſuis* §§. *ff. ſi quis cau. dict. l. qui commeatus*, *ff. de re milit. cap. fin. de elect.* latè Maſcard. *de proba. concl.*884. optimè per Menoch. *de arbitr. caſu* 118. *per tot.* meliùs & magis ad longum Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.*11. *num.* 2. *n.*13. apud quos, quæcumque quæſieris, circa impedimentorum materiam, invenies ad refectionem, ultra ſuprà relatos.

168 Cæterùm circa prædicta nota, quòd ordinario in proviſione parochialium ob ejus, & animarum periculum, & præcipuè vacantium in menſibus reſervatis impedito danda eſt dilatio multum taxata, & moderata, neceſſaria tamen, & minor, quàm ſi in aliis cauſis contingeret impedimentum allegatum; tum ex ratione periculi, de quo ſuperiùs, tum etiam quia parochialium vacantium in menſibus reſervatis, debet fieri concurſus ab ordinario intra quatuor menſes à die vacationis, ſeu ſaltim habitæ notitiæ, & infra illoſmet quatuor menſes, mitti literas commendatitias, ſeu fidem 169
approbationis Romano Pontifici ſignificare, aliàs corruit proviſio, ut conſtat *ex d. conſtitutione motu proprio Pii. V. verſiculo ac illarum etiam quarum collatio, &c.* ut fuit reſolutum in una Toletana beneficii 28. Novemb. 1578. quæ eſt in impreſſis deciſio 481. *pag.*1. *diverſ.* & tradunt Flamin. Pariſ. *de reſignat l b.*8. *quæſt.* 9. *n.*107. Hieronym. Gonzal. *d. menſ. alter. gloſſ.*6. *n.*131. *cum ſeqq. & ſuprà num.* 111. *cum ſeqq.* & quando alicui actui gerendo, ſeu celebrando terminus oppoſitus eſt, dilatio 170
à judice parti aſſignanda, ita limitanda, & regulanda eſt, ut actus principalis tempeſtivè & perfectè celebretur, & ne pereat; ita probant eleganter Bart. & omnes, *in l.*1. *ff. de glande legenda.* Menoch. *de arbitr. judic. diſt. caſu* 118. *num.*... & probatur text. argumento *in l.*2. §. *omnes*, & ibi Petrus de Su. *ff. de judiciis*, & notat *in l. quotics*, *C. de precibus Imper. offer.* Speculator *titulo de dilatio. verſiculo nunc videamus*, *verſic. ſeà nunquid.* & Bartol. *in l. fin. de dilat.* Bertachi. *in verbo dilatio nova*, *verſic.* 38. *& verſicul. dilatio etiam*, *verſ.*49. quibus addes quæ nos 4. *part. c.*13. *à n.*62.

Sed jam ille me invocat, qui jam tranſacto termino 171
edictorum ſe opponit, petens admitti ad examen, & concurſum, cum jam deſcriptis, tamen nondum perfectum, & non admiſſus à denegatione emittens appellationem; an ſi ei non deferatur, vim fieri declaretur. Pro cujus reſolutione unum ſuppono; quòd ille, qui ſe opponit poſt terminum ab edicto deſignatum, re tamen integra, id eſt, ante factum, & peractum examen, utique ſit omnino cum deſcriptis admittendus, ut cenſuit ſancta congregatio in his verbis: An occurrente vacatione beneficii in concurſu providendi, ad quod intra terminum in edicto præfixum plures ſint oppoſiti, ſi dicto termino elapſo, alter ſuperveniat re integra, debeat admitti? Congregatio Concilii cenſuit, re integra eſſe utique admittendum.) juxta quam, & alias Rotæ deciſiones, ita reſolvit Hieron. Gonzalez *de altern. gloſſ* 9. §. 1. *num.*115. *cum ſeqq.* & poſt longam hinc inde diſputationem, multa adducens ita pariter reſolvit Nicol. Garcia *de benef.*9. *part. cap.* 2. *n.*200. ubi ad lieram refert deciſiones Rotæ inhærentes præ- 172
fatæ declarationi Congregationis; dicentes, ut ad hoc æquitas, & favor Eccleſiæ ſuadere videtur, cujus intereſt plures oppoſitores concurrere, ex quibus poſſit eligi commodior, juxta text. *in cap. de quæſt.* 20. *diſt. cap. noſcitur in fin. de his quæ fiunt à Prælato.* Cæſar de Graffis *deciſ.*2. *num.*10. *de jureiuran.* nec cæteri oppoſitores deſcripti poſſunt conqueri, cum principaliter agatur de re, & utilitate Eccleſiæ, quia edicti terminus non præfigitur, ut poſtea alii nequeant admitti, ſed 173
ut ſciatur, non eſſe ampliùs expectandum, pro quibus etiam facit Concilium Provinciale Compoſtel. *actione* 1. *decreto* 3. cujus verum intellectum aſſ. grat Garcia *ſuprà n.*204. *& ſeq.* ubi etiam aliis, quæ in oppoſitum afferuntur, ſatisfacit.

Igitur cum forma Concilii Tridentini *d. cap.*18. *ſeſſ.* 174
ut edicta proponantur, ut omnes illi, qui velint ſe opponere admittantur, & omnes, qui velint, ſe examinari, & deſcripti fuerint, examinentur, ut conſtat ex d. conſtitut. *motu proprio*, & declarationibus Cardinalium. & iſte comparens re integra, intra limites ſit Concilii conſtitutus; ſequitur, ut à ſibi dengata admiſſione, & proviſione, tanquam nulla, & ſtricta, eo quòd peccatur in forma; appellationi ſit interpoſitæ deferendum. Et hanc opinionem ut poſſit ab hujuſmodi admiſſionis denegatione appellari, loquendo in parochialibus à

principio

principio quæſtionis, tener Nicol. Garcia *de benef. d.9. part. cap.2. num.206. prope finem*, eandem eſſe opinionem comprobat Gonzalez *d. gloſſ.9. in annot. num.183.* qui pariter poteſt intelligi in Parochialibus, tum quia ſe refert ad gloſſ. *num.* 115. ubi de his loquitur, tum etiam ex ratione modò tradita à nobis, & in hoc caſu commodius erit, tertium genus violentiæ concedere, nempe; reponendo attentata, & admittendo oppoſitorem, vim nullam eſſe; ſin minus ita fiat, vim eſſe deferendum, ac reponendum.

Et pro perfectione hujus materiæ circa illud, quod in ſecunda concluſione ſuperiùs tradita, qua firmavimus; appellationem interpoſitam in beneficiorum ſimplicium proviſione, in contradictorio judicio & judicialiter per ſententiam diffinitivam facta; habere utrumque effectum: nunc quærere libet: an conſuetudo in aliqua Eccleſia vigens, poſſit contrarium operari, ita ut debeat ſuſtineri. Hanc quæſtionem latè tractarunt Lancelot. Robert. *de attenta. 2. part. cap.12. limit.* 48. Gonzalez *ſuprà à num.* 211. Perez Lara *de anniver. & cap. lib.2. can.11.n.13.* Rota *deciſ.1155.3.p. lib.10. diverſ.* Nicol. Garcia *de benef.9. part.c.4 à n.27.* reſolventes unanimiter, hujuſmodi cõſuetudinem exequendi ſententias virtute earum, & mittendi in poſſeſſionem Capellaniæ, ſeu cujuſvis alterius beneficii ſimplicis, illos, in quorum favorem latæ ſint, eſſe omnino validam, & tolerabilem, quam revera & de ea legitimè conſtiterit; quia tunc ceſſant attentata, & ita fuiſſe deciſum in Rota, in una Pamphilonen. Parochialis 16. Junii, anno milleſimo quingenteſimo nonageſimoſeptimo, teſtatur Gonzal. *ſuprà*, & in alia Compoſtellana, de qua Garcia *d.n* 29. cùm ſat ſit talis conſuetudo laudabilis ad evitandum præjudicium, imminens Eccleſiæ periculum ex diurna vacatione, *cap. ſi Apoſtolica 35. de præbend. lib.6. cap. quam ſit 6. c. ut circa 4. de electione lib.6. cap. nuper defectu cap. cùm inter univerſas de electione in decret. cap. poſtquam 50. diſtin.* nam res publica læditur, ſi diu beneficia vacant. Joan. Monach. *in c.1. n.25. de conceſſione præbendæ*, & ideo ſi pro hujuſmodi appellationis delatione Curia Regia adeatur, ſi ex actis apparuerit de hujuſmodi conſuetudine exequendi ſententias, vim nullam adeſſe; declarabitur, alios DD. citavimus in propoſito hac 2. *p. c.8. num fin.*

Pariter & idem dicendum eſt, & probandum in ſtatuto ſeu conſtitutione Synodali, diſponente hujuſmodi diffinitivas ſententias executioni mandandas, ut Lancelot. *de attenta. 2 p. cap.12. limit.48. num.7.* Hieronim. Gonzalez *ſuprà num.* 213. Nicolaus Garcia *d.c.2.n.30.* & pluries ita ſenſiſſe Rotam, cujus deciſiones referunt: teſtanturque ipſi, dummodo talis conſtitutio Synodalis, ſeu ſtatutum foret authoritate Apoſtolica confirmatum, ſeu confirmata, aut longo tempore obſervata, ut probat Gonz. *ibi num.214. & ſeq.* quidquid cenſeat Garcia *d. num.31. ad fin.*

Qui tamen in hoc libenter conveniunt, ut ſtatuti, vel conſtitutionis diſpoſitio debeat eſſe clara, non dubia, nec turbida, ſed clarè diſponens *ex Rotæ deciſione ibi per eos*, ſufficit tamen ſi ſublata fuerit appellatio per verba æquipollentia, ut puta, quòd denegetur audientia in agendo, & deferendo, de quo nos hac 2. *p. cap.8 per totum ſuprà*, vel quòd ſit remota contradictio, & omnis querela, ut poſt Bald Franchum, Decium, & alios, concludit Lancel. *de attent.2.p.c.12. limit.8.n.4. & 5.* vel ſi dixerit, quòd ſententia lata executioni mandetur, quamvis non declaret appellatione remota. Jaſ. *conſ.187. circa primum ſub n.2. ad medium, verſ. ſimiliter lib.1* Lancel. *d.2.p.cap.12. limit.53.n.63.* ac autem hujuſmodi Synodalis conſtitutio, ſeu ſtatutum clara dicentur, ſi diſponant per dictionem (ſtatim) vide latè per Gonz. *d.n.216. & ſeqq.* ubi cum Rota & rationibus ibi negativè reſolvit, de quo nos alibi, ubi quid verius ſit, d ximus *3. p. cap.7. à n.39. cum ſeqq.*

Hujus etiam farinæ eſt, an appellatione pendente ab hujuſmodi ſententiis diffinitivis, latis in proviſione beneficiorum, & Capellaniarum, dicetur attentata executio, & poſſeſſio, & cætera poſtmodum geſta, quando fundator Cappellaniæ, & beneficii removiſſet appellationem, in fundatione. Et dico quòd non, quia fundatoris diſpoſitioni omnimodo eſt ſtandum, ut ſcilicet, non obſtante appellatione, ſententia lata exequatur abſque reatu violentiæ, ita in terminis reſolvit Lancelot. *de attenta. 2. part. c.12. limit.8 n.7.* quem ſequuntur Gonzalez *d. gloſſ.9. n.216.* & Garcia *d. n.31. ad fin.* nam fundator beneficii in fundatione poteſt apponere quaſcumque voluerit leges, & conditiones. *cap. præterea el 2. de jure patron. cap. quanto de cenſibus*, & Trid. *ſeſſ.25 de reformat. cap.5. & ſeſſ.22. cap.9. de reformation.* Rota *deciſion. 2. de teſtam. in antiq.* Rochus de Curte *de jure pat. verbo pro eo quod, n.25. & ſed.* Rota *deciſ.1. de prabend. in novis.* Joan. Gut. *conſ.1.n.2. & conſ.2.n.1.* benè Navarr. *in conſ.8. de præben. incipit, Eccleſia collegiatæ.* Caputaq. *deciſ. 290. part. 2.* Lambert. *de jure patron. lib.1. q.6. prin. à n.49. & per totam.*

Illud tandem ad materiam hujus capitis reſtat ſcire, an per appellationem emiſſam ab actibus extrajudicialibus, negotium fiat judiciale, & litigioſum, vel quando poſt ejus interpoſitionem litis pendentia inducatur; & facit difficultas, quia cùm per appellationis interpoſitionem non inchoatur proceſſus, nec ſuper appellationem, ſed eſt quoddam præparatorium ad illum, Bartol. poſt gloſſam *in l. invitus 2. colum. in princ. verſiculo oppono 3. Cod. de procura.* Bertach. *verbo appellatio. dicitur ſub num.10. ad medium*, imò & ipſa commiſſionis, & reſcripti impetratio, eſt actus extrajudicialis, Rota *deciſione 6. ſub num.2. verſiculo & quia reſcripti impetratio non eſt actus judicialis, ſed extrajudicialis.* Felin. poſt alios *in cap. quoniam contra ſub num. 8. de probationibus*, item nec datio Apoſtolorum eſt actus judicialis. Rota *deciſ.82. & deciſ.88. de appell. in antiq.* Hieronym. Gonz. *de menſ. altern. gloſſ.9. in annot. n.22. & 23.* Hinc eſt, ut in difficultate propoſita variæ ſint contrariæ, atque diverſæ opiniones, quas ad longum videre poteris per Lancel. Robert. *de attent.2. p. cap.4. lite pend. in præfatione n.187. uſque ad n.107.* ubi quinque ad id refert opiniones. Illud tamen eſt apud omnes indubitatum, ut per appellationem extrajudicialem impetrationem reſcripti ſeu commiſſionis, & citationem ejus virtute legitimè exequutam, lis dicatur pendere, & res effici litigioſa, deſinatque actus extrajudicialis eſſe, ut & hæc etiam deduces ex his, quæ latè ipſe Lancelot. poſt alios loco proximè citato *à num.28. cum pluribus ſeqq.*

Adverte denique, quòd cùm actus extrajudicialis non dicatur lis introducta, nec pendere, ut notant communiter Doctores *in cap. de electione lib.6* Lamber. *de jure pat. lib.2. p.2. a.2. princ. art.3. n.3. & per totum, & art.6. n.3.* Lancel. Robert. *de attent.2.p.c.4 in præfatione n.275.* poſt alios quos ipſe allegat, & nos etiam diximus *ſuprà ad princ. hujus capitis*, ſic nec actus extrajudicialis, vel declaratio interrumpit præſcriptionem regulæ de triennali, Puteus *deciſione* 174. *num.4. & 5.* nec ullam aliam præſcriptionem interrumpit denuntiatio, aut proteſtatio extrajudicialis, *l. alienam, ff. pr mo-e ptorc, cap. nihil de præſcriptio.* ubi latè Felin. *n.5.* & idem Felin. *in cap. illud ſub n.17. verſiculo decimaquinta concluſio eodem titulo de præſcription.* Franciſcus Balb. *in tractatu de præſcriptio. 3. part.6. part. princ. quæſt.4. n.18. & 19. cum ſequentibus*, ubi multis aliis modis declarat Gonzalez *ſuprà num. 33. & 34* ex quo ego dum aliquando in hoc tribunali dubitatum fuiſſet, an decretum ordinarium, quo utuntur ſupremi ejus auditores in adimenda vi illata, ſive in perſonis ſæcularibus, ſive Eccleſiaſticis, ſive in prophanis, ſive in ſpiritualibus, & Religioſis, ut videre eſt de ejus natura apud Rodriq.

de

de annuis redd. lib. 2. cap. 17. cujus ✕ mirificum, & longum libellum confecit doctiſſimus, & prudentiſſimus Lincen. Alvarus de Paz de Quinones meritiſſimus olim hujus Regalis, & ſupremæ Curiæ Senator ampliſſimus poſtea in Valliſoletana Cancellaria Auditor, vel dum ipſius cognitio pendet, interrumpat præſcriptionem; reſpondi interrogatus, quòd non, ex proximè dictis, juncto eo, quòd in præfato ſecreto non proceditur judicialiter, ſed extrajudicialiter per mododum extraordinariæ, & extrajudicialis defenſionis, ut per Rod. *ſuprà*, & Doctores ab eo citatos, & eſt notiſſimum apud nos, & maximè, quia hoc decretum nullum gerit præjudicium, nec quoad poſſeſſionem, nec quoad proprietatem, ut ex ejus conceptione, deregitur, ibi *cenſienta de no le maleſtar*, &c. *ſin periuyzio & de ſu derecho*, *aſſi en poſſeſſion como en propriedad*, & hoc jure utimur. Hactenus de actibus extrajudicialibus, alios autem nonnullos poteris videre in duobus his proximis ſequentibus capitibus.

192 Unum tamen obiter eſt notandum, quòd ut memorabile mirum in modum intulit, & exclamant Marant. & Veſtrius ſtatim citandi, quòd in cauſis beneficialibus appellatio extrajudicialis vim citationis habet, adeò ut appellatus comparere tenetur coram judice ad quem, abſque alia aliqua citatione, aliàs in ejus contumacia procedi poterit, in quo & non paucos decipi, ſpectantes, & imputantes iterum citari debere, ideoque in judicio ſui copiam facere neglecti, lis abſque contradictore agitur, facileque appellans obtinet, ſicque pluries ſe in Romana Curia deciſum vidiſſe, teſtatur ipſe Maranta *in praxi* 6. *part. princ. verſiculo & quandoque appellatur n.* 258. *&* 279. *fol.* 1501 eleganter poſt eum Ant. Cravet. *in additio. ad praxim Veſtrii lib.* 3. *c.*7. *n.*4. poſt Abb. *in cap. cùm ſit Romana n.*10. *de appellat.* & per eundem Marant Eſcacia *de appellat. quæſt.* 17. *ampliat.* 16. *à num.*44. Phili. Franc. *in bon. memoriæ* 51. *ſub num.*17. *verſiculo ſed contra hoc ſic, de appellat.* Greg. Tholoſa. *tract. de appellatio. lib.* 1. *cap* 11. *ſub num.* 3. *verſicul.* 1. *differentia fol.* 86 & quòd hujuſmodi appellatio extrajudicialis in beneficialibus habeat vim citationis, & devolvat cauſam ad Curiam tenet Rota, teſte Caputaq. *deciſ.* 35. *appellaverat n.* 1. *part.* 1. Achilles Graſſis *deciſ.* 14. *peccbat. n* 2. *de appella. & deciſ.* 5. *aliàs* 231. *appellatio extrajudicialis num.* 1. *&* 2. *de appellatio. fol.* 106. Sarnerius *de triennali q.* 54 *vol.* 4 *in fin.* Gratian.
293 obiter *diſceptat. forenſ. tom.* 1. *c.* 66 *ſub n.* 38. ubi tractatus, an & quando appellatio extrajudicialibus inducat litis pendentiam, ex Sarnerio excipit appellationes extrajudiciales in cauſis beneficialibus.

Quibus convenit, quòd appellatio extrajudicialis
294 non eſt propriè appellatio, ſed provocatio ſecundùm Innocent. *in cap. cum ſit Romana num.* 1. & Abb. *n.*21. *in fin.* & rurſus ipſe Abb. *in cap. bonæ memoriæ* 51. *n.*5. *&* 8. Decius *num.*20. *incondifferentia*, *de appellat.* Cæſar Contard. *in leg. unica limit.* 15. *n.* 3. *Cod ſi de moment. poſſeſſ.* & ex hoc provocatio hæc: ſive appellatio extrajudicialis cùm proponatur in judicio, cauſa non cepta, ſed ante illam, ut ſuprà diximus, ideo dicitur provocatio ad cauſam incipiendam. Innoc. *in dict. cap. cùm ſit Romana* 5. *ſub n.*1. Abb. *n.*21. *an fin.* Joan. Ferrar, *tract. de appellat. cap.* 3. *num.*17. *tom.* 5. *folio* 64. &
295 eſt veluti prævia ad litem incipiendam, ideo habet vim citationis, tenent Geminia. *in cap.* 1. *n.*5. *verſiculo. nota incidenter, de appellat. in* 6. Gregorius Toloſa. *tractat. de appellat. lib.* 1. *cap.* 11. *ſub num.* 3. *verſiculo prima differentia fol.* 86. Eſcacia *de appellat. quæſt.* 2. *num.*34. *n.*39.
296 *&* 49. ubi quòd quando provocatur ab actu partis, appellatur ad judicem ipſius partis ſuperiorem; quando autem à judice extrajudicialiter procedente, appellatur ad ſuperiorem ipſius.

297 Et iis adde, quòd licèt appellatio judicialis non interponatur à gravamine de futuro, ſed de præterito, vel præſenti illato, extra ea quæ latè diximus ſuprà c. 2. à princ. 2. p. extrajudicialis tamen interponi poteſt à gravamine de futuro, quo, ſcilicet, quis timet gravari, Philip. Franch. *in cap. bonæ memoriæ, ſub num.* 16. *&* 17. *verſic. ſed concludes* 11. & idem Franch. *in d. conſuluit el* 2. *ſub num.*4. *verſic. quid autem ſit*, & iterum *in c. dilecto* 63. *not. ab.*7. *verſicul de quo tamen, de appell.* Natta *conſ.* 606. *approbo in fin. num.*14. Eſcacia *de appellat. q.*2. *n.*43. Cæſar Contard. *in l. unica limit.* 25. *ſub n.*3. *ſi de momen. poſſeſſ.* & nos diximus ſuprà d. c. 2. à num. 39. & ſufficit etiam, quòd hæc extrajudicialis appellatio non proponatur à præcedenti gravamine, ex cauſa vera & legitima, prout in judiciali; ſed ſufficit quòd cauſa ſit 298
verisimilis & probabilis, Eſcacia *ubi proximè num.* 41. Franch. *in d. cap. bonæ memoriæ ſub n.*7. & ibi Decius *ſub n.*17. *nota. ultim.* Felinus *in cap.* 1. *ſub n.*3. *conſideratione* 2. *de appellat.* Gregor. Tholoſa, *titul. de appellat. lib.* 1. *c.*16. *n.*8. *differentia.* 6.

CAPUT XIV.

A decretis Ordinarii, putà, ſuper alienatione rerum Eccleſiaſticorum, donatione juriſpatronatus, & ſimilibus appellationi interpoſitæ, an ſi non deferat judex, vim faciat.

SUMMARIUM.

*Decreta judicis ſunt actus extrajudiciales, n.*1.
*Decreta ſuper alienatione rerum, aut Eccleſiæ, aut minoris extrajudicialiter abſque alterius citatione, eſt extraæ judicialis informatio, n.*2.
*Idem & in delegato, cui dirigitur commiſſio, ut ſe informet de utilitate ad alienandum, n.*3.
*Teſtes pro ſola inſtructione judicis, & ejus animi motu ſine partis citatione poſſunt recipi, n.*4.
*Informatio pro judicis inſtructione nullam habet formam judicii, n.*5.
*Informationis ſummariæ receptio ſuper infamia delicti ad effectum relaxandi mandatum de perſonaliter comparendo, eſt omnino extrajudialis, n.*6.
*Ad informationem pro inſtructione judicis, & ejus animo motu, teſtes non jurati recipiuntur, n.*7.
Teſtibus non juratis poteſt credere judex deputatus ad conferrendum beneficium cum clauſula (ſi idoneum inveneris) n 8.
*Ex teſtibus non juratis informatur conſcientia judicis, num.*9.
*Teſtes requiruntur jurati, ſi princeps mandat alicui, ut ſe diligenter informet, n.*10.
*Decretum ſuper alienatione rei Eccleſiæ aut minoris, & ſuper tranſactione, aut confirmatione alicujus actus, &c. eſt extrajudicialis, n.*11.
*Decreta judicis in quibus caſibus ſint neceſſaria, & quando in eis procedatur, remiſſive, n.*12.
*Extrajudicialis actus non recipit appellationem ſuſpenſivam, n.*13.
*A decretis ſuper alienatione, &c. appellationi non eſt deferendum, ut ſuſpendat, n.*14.
*Ab inſinuationis donationis decreto appellari non licet, num.*15.
*Ab inſinuationis decreto donans appellare non poteſt, n.*16.
*Decretum in judicio eſt interlocutoria, n.*17.
*Decreta ſuper alienatione, &c. non ſunt interlocutoria, ſed vim earum obtinent, n.*18.
*Decreta ſuper alienatione, &c. nullius ſunt præjudicii, ſed ſemper intelliguntur abſque tertii præjudicio, n.*19.
*Confirmatio non tollit defectum rei confirmatæ extra confirmationem, n.*20.
*Decreta ſuper alienatione, &c. non impediunt, ut aliter poſſit contra eam venire, n.*21.

Decretâ

Decreta ſuper alienatione. &c. non tranſeunt in rem judicatam, n 22.

Solemnitates, & decreta enuntiata in alienatione rerum Eccleſiaſticarum probant, donec do contrario doceatur, n.23.

Solemnitatibus enuntiatis in ſpecie per tabellionem ſtatur, licèt non in genere, n.24.

Solemnitatum enuntiatio per judicem in ſpecie an requiratur, vel in genere an ſufficiat, n.25.

Executio non impeditur ob modicum præjudicium, n.26.

Decreta ſuper alienatione, &c. expenduntur per modum voluntariæ juriſdictionis, n.27.

In his, quæ voluntaria ſunt juriſdictionis judici permittitur innovare, n.28.

A facto mere voluntario appellatio non permittitur, num.26.

Decreta ſuper alienatione, &c. expedita in contradictorio judicio recipiunt appellationem, n.30. & 31.

Act. s voluntariæ juriſdictionis per comparitionem contradictoris efficiuntur contentioſi, n.32.

Aſſertioni executoriæ ſe informaſſe de utilitate Eccleſiæ pro alienatione ſtatur, & pro ejus decreto præſumitur, num.33.

Dummodo tempus præceſſerit, quo veriſimiliter capi potuit extrajudicialis informatio, n.34.

Vel dummodo contrarium non probetur, n.35.

Executor ſuper alienationis utilitate ſi non adeſt contradictor poteſt ſine citatione procedere etiamſi adſit clauſula (vocatis vocandis,) n.37.

Executor ſuper alienatione, &c. cum clauſula (citatis citandis) eſt mixtus, ſi adeſt contradictor, & cujus intereſt, eſt citandus, n.37.

Executoris ſuper alienatione proceſſui facto, & formato abſque tamen alicujus citatione, quia nullus adeſt contradictor, nec ad id tenetur, an ſit ſtandum, n.38.

A confirmatione donationis aut ceſſionis juriſpatronatus, appellationi non deferens ordinarius, an vim faciat, num. 39.

Juriſpatronatus donationi ſi ordinarius non præſtet aſſenſum, poteſt per ſuperiorem ad id compelli, num.40.

Ab eo licet tunc appellare, n.41.

Confirmatio donationis juriſpatronatus, recipit appellationem, fiat cum legitimo contradictore, n.42.

Executor datus pro confirmatione donationis juriſpatronatus procedit extrajudicialiter, & tunc ab eo non appellatur, n.23.

Secus ab eo procedente judicialiter, n.44.

HÆc quæſtio licèt ejuſdem ſit farinæ & materiæ, cujus & eſt proximè antecedens, quoniam tamen ſpecialem requirit mentionem ejus & nos ſequimur apperitum, in
1 cujus implementum ſuppono; quòd omnia judicis decreta ſui ſunt natura actus extrajudiciales, in quorum diſpoſitione, ac interpoſitione judex extrajudicialiter procedit; ita affirmant Decius *in rubric. de judiciis in decreta lectura 1. num.4. & lectura 2. n.3.* ſequitur Paz *in praxi 1. tom. annotatione 1. de judicio num.9.* dicentes decreta judicis ſuper prædiis minorum, vel Eccleſiarum diſtrahendis, pro exequendis ſententiis contra eos latis; eſſe actus extrajudiciales, ac præterea nec eis convenire judicii deffinitionem, de quorum decretorum natura tractat Bald. *in l. ne quicquam, §. ubi decretum, ff. de offic. proconſulis, & lega.* Matthæus de Affl. ctis *deciſ.261.*

2 Et propterea in eorum expeditione, ac interpoſitione non adhiberur cauſæ cognitio judicialis, ſed extrajudicialis informatio tantùm abſque alicujus citatione ut probat celebris doctrina Abb. Panorm. *eleganti conſ.41. incipit, videndum, num.1. ante fin. verſic. ex quibus verbis part.1.* quod conſilium commendat Decius *conſ.341.n.12.* Capicius *deciſ.16.n.4.* Puteus *deciſ.432. lib.2.* & Rota in una Raguſina Emphyteuſis, 20. Junii 1578. quæ habetur *1.p. diverſ.deciſ.479.* & præfatam Abbatis doctrinam iterum canonizavit Rota in una Laodicen. prætenſi cenſus coram Orano 20 Jan. 1596. ut teſtatur Hieronym. Gonzal *in reg. de menſ.§.7.proœmia, n.233.* ejus etiam meminit, & movet Rota *in deciſ.166. ſub n.7. & 8. p.2. diverſorum.*

Et cùm hoc demus in judice ordinario, meliùs & commuodiùs præmittendum eſt in delegato; cui reſtri- 3
ctæ juriſdictionis poteſtatis ſemper interpretationem faciamus, ac ideo delegatus, cui aliquis actus extrajudicialis committitur, eadem poteſtate in eo uti debet, qua uteretur committens, ut in his terminis probat Abb. *in d. conſ.41.* propterea delegatus cui Papa committit, ut ſe diligenter informet de utilitate Eccleſiæ, & ſi repererit in evidentem utilitatem Eccleſiæ cedere alienationem, eam confirmet, ſeu licentiam alienandi concedat, ſatis eſt, ut adhibeat cognitionem extrajudicialem abſque citatione, & pro ejus decreto præſumitur abſque proceſſu, maximè ſi aſſevereturad-hibuiſſe cauſæ cognitionem, ſeu ſe infamaſſe, ut ex eodem Ab conſilio ultra ſuperiùs citato probat Hier. Gonzal. *ſuprà*, & optimè determinavit Rota in d. Raguſina Emphyteuſis, & in una Anconitana terrarum de anno 1577. & in una Romana devolutionis 20. Maii. 1582. quæ eſt 636. *n.1. & 4. p. diverſorum*, & in alia Averſana Tenimenti, 15. Februar. & 15. Mai 1582. quæ eſt in impreſſis 716. *n.4. d.1. p. diverſor.* Ex quibus conſtat cavendum eſſe à Rotæ deciſione, cujus ſuprá meminimus, dum innuere videtur, non ſufficere extrajudicialem informationem rerum Eccleſiæ ſecundùm conſtitutionem Paulinam, niſi in reſcripto [ſi in evedentem]illi derogetur; & ſpecialiter concedatur facultas extrajudicialiter ſe informandi, cui ſtandum non eſt, cùm tot deciſionibus contrarium ſit deciſum, authoritatibus vallatum, & ex infrà dicendis apparebit.

Et cum ut vides, in hujuſmodi decretis procedatur 4
extrajudicialiter, nimirum, ut partis citatio nulla requiratur, quia hic agitur de ſolo ſuperioris formando animo, & ſatisfaciendo propriæ judicis conſcientiæ, in quo articulo illa inter Doctores immutabilis regula, quod teſtibus receptis pro informatione, & inſtitutione judicis, aut curiæ: poſſunt ſine dubio abſque partis citatione recipi, & examinari. Bal. *in l.3. §.ſi tibi col.2. verſ. ſed pone, junctoverſ. ſed an iſta compulſione debeat pars citari, ff. de conditionib. ob turp. cauſam,* ſequitur Alber. de Malet *in tract. de teſtibus, c.7. poſt.28. 38. & ſeqq.* Ex reddunt rationem, quia hæc informatio, & inſtructio Curiæ, ſeu judicis, non habet in ſe 5
formam judicii, vel proceſſus, ideo citationem non requirit Angel. *de malefic. in verbo quod forma publica n.11.* ubi quod cauti judices antea quàm forment inquiſitionem, recipiunt informationem à teſtibus inſcriptis, non citata parte, ne poſtea dicant contrariũ, quod & ante eum dicit Salicet. *in fin. l. in fin. Cod. de q.* Marſ. *in l. de unoquoque n.75 verſ. dicas tamen ff. de re jud. & poſt. n.81.* Bonifac. de Vital. *in clem.2. n.89.* Maranta *de ordine jud.6.p. memb.1. rubr. de citatio. n.20* Maſar. *de probat. lib 1. in præfatione q.5. n.39. & lib 3 concl 1366. n.6.* & ita ſervari etiam in ſtatu Eccleſiaſtico teſtatur Flam. Contar *in tr. de executione ſententiæ c.p. fin. n.175. & in pract. interr. reorum, lib. 3. c.3. n.61.* Bertazzo, *conſ.553. n.4. verſ.2. dato lib.2.* videnda etiã, quæ in hunc ſenſum poſt alios congerit Mareſc *variar. reſol. lib.2. c.1. n.151.*

Et hinc intelligitur doctrina, quam docuit Rota. 16. 6
ſub num. 1. de judiciis novis, cujus meminit Gonzal. *in regul. de menſib. alter. gloſſ.9. in annot. n.24.* dicens, quòd informationis ſummariæ receptio ſuper infamia delicti, ad effectum relaxandi mandatum de perſonaliter comparendo, ſit omnino actus extrajudicialis, non judicialis, quam ex proximè dictis intelligere, & declarare poteſtis.

Quod

Quod & in tantum præfata doctrina eſt vera, & recepta communiter, ut in hujuſmodi informatione pro ſatisfactione, & inſtitutione judicis, ſeu ejus animo informando teſtes recipi poſſint abſque juramento, quod & generaliter verum eſt, ut per gloſſ. *in cap. 1. §. ſi duo in verſ. teſtamentum, de pace jur. firm.* addition. ad Bart. *in l. jusjurandi in additione magna. verſ. quid autem informationes C. de reſtibus.* Iſſ. *in l. admonendi, in 2. lectura, num. 230. & ſeqq. & n. 223. de jur. juran.* ubi infert,
8 ad judicem deputatum ad conferendum beneficium, cum clauſula (ſi eum idoneum inveneris.) quod poteſt tunc credere teſtibus non juratis, quod idem & voluerunt Addition. ad Abb. *in cap. tuis el. 3. in 1. additione litera A, verſ. item adde de teſtibus.* Crotus *de teſtibus n. 234.* Maſcard. *de prob. lib. 3. concluſione 1362. n. 16.*

9 Nam ex teſtibus non juratis informatur conſcientia judicis, ita docet Ripa *in leg. admonendi n. 197. de jur. jura.* Romanus *ibi n. 99. verſiculo, ſed ſi non deponunt,* quòd teſtes non jurati recipiuntur, non ad plenum informationem, ſed ad judicis informationem, Felin. *in d. c. tuis poſt. numerum 2. verſic. aliud eſt quando agitur* Campeg. *de teſtibus, regula 167. poſt verſiculum teſti. ſi non fuerit juratus, in 7 fall.* Cartelia Cotta *in memorabilibus verſiculo teſti non jurato, ad finem verſ. notandum eſt unus caſus.* Socinus *in regul. 424. in 4. fallen.*

Hæc tamen ultima doctrina & concluſio de teſtibu non juratis videtur non poſſe adaptari ad commiſſiones, de quibus nos agimus ſuper alienationem rerum Eccleſiaſticarum, & ſimilium, cum magis frequenter ſoleant his verbis concipi; nempe (ut te diligenter in-
10 formes de utilitate, *&c.* (nam his inſpectis, ſi his verbis concipiantur, non procedit. Enim verò quando Princeps mandat alicui, ut ſe diligenter informet; tunc neceſſarium eſt juramentum in teſtibus, ut tenet Socin. *loco proximè citato.* Blanc. *de judiciis num. 328.* practica Conrad. *rubrica de teſtibus num. 11. & quando Pontifex.* Monticel. *in reperto. teſtium, rubrica, jurare debet teſtis, fol. 127. colum. 1. verſ. 3.* Alex. Stiatic. *in practic. jud. dic. c. 16. n. 80.* Maſcar. *de probatio. l. b. 2. concr. 1362. n. 14. & 15.*

11 Cùm igitur appareat; eſſe actus extrajudiciales, puta; decretum ſuper alienatione rerum Eccleſiaſticarum, & minoris, ut *l. 1. ob es alienum C. de prædiis min. quæ tutores C. de admin. tuto.* decretum quod interponitur in tranſlatione rei ſtabilis minoris per Bald. *in leg. præſes. C. de tranſact.* decretum ad confirmationem alicujus actus, de quo Bald. *in l. non aliter C. de adoptio.* idem *in l. 1 nequiquam §. ubi decretum ff. de offcio proconſul. & legati col. 1. ſub verſ. ſexto, & verſ. decimo & ultimo dicitur decretum, confirmatio.* & iterum *n. 2. ad fi.* per textum *in l. in hac conſultiſſima §. penſ. verſ. decernimus. C. de teſt.* Matthæus de Afflict. *de if. 261. verſ. item decretum ad confirmationem actus*, qui quidem per totam illam deciſionem alia plurima decreta ſuper ali-
12 mentorum futurorum tranſactione, *juxta l. cum hi ff. de tranſact.* & de decreto in inventario tutoris; decretum inſinuationis, *&c.* conjicit in unum, u per te videbis, & de variis decretorum ſpeciebus, & in quibus caſibus locum habeant, & de ſingulorum natura, & modo procedendi vide latiſſimè per Simoncellum *in ſpeciali tr. de decretis*, & præcipuè *in præfatione*; ſunt neceſſariò regulanda ſecundùm naturam extrajudicia-
13 lium, & ſub ipſorum regulis continenda, dictantibus ab actibus extrajudicialiter geſtis appellationem ſuſpenſivo effectu carere, ſecundùm gloſſam ab omnibus receptam communiter, *in c. non ſolum de appellat. lib. 6.* Abb. *in c. cum nobis, col. 5. de electione.* Philip. Franc. poſt alios *in c. bonæ, col. 5. de appell.* ubi etiam Præpoſitus qui de communi teſtatur, Guido Pupæ *conſil. 138.* Roma *deciſ. 34. aliàs 344. licet de appell. in nov.* Nicol. Milis *in repertorio verbo, attentata poſt appell. fol. 30.* Veſtr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 8. c. penult. ut lite pendente.* &

iterum *de attent. ſub n. 9. verſ. idem ſi poſt appellationem extrajudicialem*; Cov. *in pract. quæſt. 24. num. 5.* Lanc. Robert. *de attent. 2. part. c. 12. limit.* ..... & alii plures ab eiſdem relati, & quos nos ſuprà in cap. præcedenti à princ. & per totum diſcurſum congeſſimus.

Et in terminis, ut à præfatis decretis judicium, & 14
eorũ expeditione non liceat appellari, & ſaltim quoad hoc; ut ea appellatione non obſtante exequutioni demandentur abſque reatu attentati, probant Nicolaus de Afflict. *deciſ. 261* in princ cujus ſuperiùs meminimus, idem tenet etiam Marant. *de ord. judic. 6 part. tit. de ſentent. n. 29. fol. mihi 524.* licèt eorum neuter dictas jam, & dicendas rationes conſideraverit.

Et comprobatur quòd à decreto inſinuationis dona- 15
tionis nullus poteſt interponere appellationem, ſcilicet, non conſanguinei, quia non gravantur, nec ex eo, quod conſanguinei ſint donatoris, gravamen aliquod recipere poſſunt, nam poteſt quis de ſua libere diſponere *l. in re mandata C. mandat.* etiam abutendo *l. ſed. & ſi §. conſuluit, de petitione hæred.* & judex ex illa oſtenſione donationis nihil contra partem agit, ergo
cùm eam non gravat, non appellet, quod ſi fecerit per- 16
peram appellari diceretur, *l. 1. in princ. ff. de appell. recit.* quia non habent intereſſe, nec donans appellabit, quia donando actui conſentit. *l. generaliter §. 1. de rebus reditis.* quapropter nec iſte nec illi appellare poſſunt ab hoc decreto, ita Anton. de Canario *in tract. de inſinuatione q. 2.* ſequitur Rebuff. *in commentar. tract. de donat. inſinuation. art. 1. gloſſ. 1. n. 11. 2. part.*

Deſuper comprobatur, quòd licèt decretum quòd 17
judice in judicio interponitor ſit vera interlocutoria adeò ut quoque tempore poſſit eam revocare, *ut in l. ſi opus ff. de operis nova nunt.* & quod notatur *in leg. præſent. Cod. de his qui ad Eccleſiam confug.* & declara Philip Franch. *in c. cum ceſſante, col. 3. verſic. 15. decretum de appellatio fol. 73.* Melius & latiùs Iſſ. *in l. nequiquam §. ubi decretum col. ... ff. de offi. præſ.* Franch. de Aret. *in l. is ad quem ff. de acquir. hæred.* & exactè explicat Marant. *de ordine jud. d. 6 part. tit. de ſententia num 29.* Pro quibus eſt text. *in l. qualem in fi. ff. de arbitr.* & gloſſ. *in §. ſi quis autem in auth. de hæred. & falc.* cujus reddunt exempla, ipſæ præcipuè Marant. tamen hæc, de quibus nos agimus, decreta ſuper alienat. rerum Eccleſiæ, vel minoris, confirmatione donationis, & ſimili, 18
quæ interponuntur à judice extrajudicialiter pro ſolemnitate tantùm actus, & contractuum, adhuc non ſunt verè interlocutoriæ, ſed ejus vim habent, quemadmodum cæteri actus judiciales, ut de extrajudiciali confirmationis decreto, ita declarant Philip. Franc. *in cap. conſtitutis el. 2. colum. 4. verſic. adverte quia*, poſt Hoſtienſ. & Immol. *ibi de appell.* exactiùs Lambert. *de jure patro. art. 411. quæſt. princ. 2. p. lib. 2.* Philip. Franc. Garcia, & omnis *in c. 6. de electione, lib. 6.* cum gloſſ. ibi *verbo, inanes* quæ minoris effectus ſunt, cùm habeant ſe reſpectivè rectpectu interloquutoriarum, quòd interloquutoriæ habentes vim definitivæ, ac ideo quemadmodum interloquutoriis appellatio non eſt licita ut text. *in l. ante ſententiam, & l. ante ſententia tempus* & Concilium Tridentinum *ſeſſion. 74. de reformatione, c. 20.* pariter imò fortiùs in his decretis affirmandum eſt.

Cæterùm qui iſta decreta nullius ſunt præjudicii 19
cùm ſemper intelligantur conceſſa cum clauſula abſque præjudicio tertii, ut de decreto confirmationis docet Bald. *in l. 1. in princ. ff. de conſtitu. Principum.* Andr. Barbaſ. *conſil. Cristofori nenalt. col. poſt conſilium 103.* Alexand. 4. *part.* Barthol. Socinus *conſil. 164 vide Bulla Bonifacii verſic. ſed ad hanc obiectionem in 3. n.* & hinc eſt ut confirmans nihil novi dat, & ſi aliter actus aliquem patiebatur defectum ultra confirmationem, poſt eam etiam intelligitur durare, & afferri, ita Bald. *in c. dudum de decimis*, ubi Abb. *n. 11.* dicit hanc eſſe hujus vocabuli

(confirmatio) ſignificationem , ut quod firmum erat
20 confirmetur , & ideo firmitas debet præcedere confirmationem,ſequitur Alexan. *in conſilio* 122. & 32. *vol.* 4. Craveta *in conſilio* 425. & 72. Petrus Surdus *deciſ.* 289. *n.* 8. & 9. quibus alios concordantes congeſſit *conſ.* 47. *num.* 19.

21 Et ideo quandocumque de læſione , & præjudicio doceatur , reponuntur , & revocantur , ut in minore probat text. *in cap.* 1. *de integ. reſt.* Covar. poſt alios latiſſimè *lib.* 2. *var. c.* 17. *à num.* 2. per multas columnas plures referens, tenentes, quod quantumcumque adhibeatur decretum , & ſolemnitates in alienatione rerum immobilium minorum, & Eccleſiarum, non impeditur eiſdem, ut ſuo jure , & reſtitutionis remedio utantur, probata læſione, & damno, prout aliàs etiam adversùs contractus authoritate totius , vel curatoris celebratos poteſt reclamare , ſi ſe læſum putaverit , ut latè per Joannem Mauricum *in tractatu de reſtitutione in integ. cap* 143. poſt alios.

22 Nam cùm iſta decreta ſunt actus extrajudiciales,ubi interponuntur non tranſeunt in rem judicatam , quia nec ſunt ſententiæ,nec acta judicii, nec continent condemnationem ſeu abſolutionem, ut ſuprà latiſſimè, & præcedenti diximus , & evidenter probabiliſque rationibus , & authoritatibus verum reſolvimus, nec interveniunt in vim judicii, ſed in vim cujuſvis alterius ſolemnitatis alicujus contractus , ſeu actus , prout teſtis , tabellio , præſentia conſanguineorum , licentia patris, &c. ac ideo nihil mirum,ut illæſum,& integrum jus intereſſe , & præjudicium putantium , juxta text. *in leg. & ſi præſes* ibi. Et ſi præſes provinciæ decreverit alienandum, vel obligandum pupilli ſurburbanum, vel ruſticum prædium , tamen actionem pupillo ſi falſis allegationibus circunventam religionem ejus probare poſſit, Senatus reſervavit , quam exercere, tu quoque non vetaveris. *C. de prædiis* , & aliis rebus min. idem probat *l.* 1. *in fin. princip.* ibi manente pupillo actionem ſi poſtea potuerit probare, *&c.*

23 Et quamvis pro hujuſmodi decretis,judicium auctorantium in alienationibus Eccleſiæ rerum , & aliorum actuum , in quibus enuntiantur ſolemnitates interveniſſe,præſumatur,omnia ita fuiſſe ſolemniter actu : tamen hoc eſt interim,donec contrarium probetur Felin. *in cap. quoniam contra num.* 27. *concluſ.* 7. & Decius *à num.* 187. *de probatio.* Alciatus *regul.* 3. *præſumptione* 10. Aimon. *de antiquit. tempor.* 2. *part.* §. 1. *à num.* 14. Ang. Gabr. *de ſententiis concluſ.* 5. *in princ.* & *num.* 31. & 38. Maſcard. *de probation. conc.* 487. & *concluſ.* 489 & *concluſ.* 1321. *n.* 21. Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 35. *à num.* 12. dicens magis receptum , ubi plures allegat. idem etiam probant Simoncellus *de decretis lib.* 3. *titul.* 8. *n.* 41. Achilles *deciſ.* 190. *alias* 2. *de decretis.* Puteus *deciſ.* 410. *lib.* 2. & Rota *deciſ.* 598. *ex n.* 3. *part.* & *deciſ.* 72. *n.* 34. & 36. & *deciſ.* 178. *n.* 4. & *deciſ.* 193. & 316. *num.* 7. *p.* 2. *diverſorum.*

24 Et quando ſolemnitates requiſitas , & cauſæ cognitionem adhibitam fuiſſe , & interveniſſe enuntiatur à tabellione, & exprimuntur in inſtrumento decreti nominatim, & in ſpecie,procedat etiam de doctrina, licèt ſecus ſit , quando in genere exprimuntur , ut tenent Pariſius *conſilio* 12. *num.* 58. *lib.* 2. & *conſil.* 85. *n.* 39. *lib.* 3. & Anton. Gabriel. Achilles,Rota, Menoch. Alciat. & alii relatis in locciis, Oldrad. *conſilio* 162. *n.* 4. Quando autem enuntiatur ab ipſo judice præfatæ ſolemnitates in inſtrumento , & ſic quando inſtrumentum nomine judicis concipitur , etiamſi in genere non in ſpecie ſolemnitates cauſa legitima, & his cauſæ cognitionem adhibuiſſe , pro ejus decreto eſt præſumendum, donec de contrario doceatur , ut id conciliando duas opiniones contrarias in hoc,an ſit nominatim,vel ſuffi
25 ciat in ſpecie ſolemnitatum enuntiatio facienda , ex pluribus Doctoribus comprobat Nicol. Garc. *de beneficiis* 11. *part. cap.* 2. §. 2. *num.* 129. *& ſeqq. & ſuprà è num.* 121.

Igitur ubi parvum , imò nullum præjudicium generatur , ſed integrum & perfectum jus maneat illæſum illud habentibus ſeu præendentibus, nihil mirum , ut decreta non ſuſpendantur per appellationem ſubſequutam , imò ea pendente exequutioni mandantur,ea quæ communiter annotantur *in leg. unica quod ſi de moment. poſſ. fuerit appellatum*, & nos latè infra 3 p. maximè cum adſit juris præſumptio,pro hujuſmodi judicis decretis , quod eſt non paucum conſiderabile ad exequutionem eorum, quæ judex ſtatuit, ut eſt videre per Rotam, *de iſtone* 233. *aliàs deciſ.* 35. *de appellat. in novis* Caputaq. *deciſ.* 328. 1. *part. n.* 2. *& per totam.*

Deſuper , quoniam hæc decreta interpoſita ſuper 27
alienatione rei Eccleſiæ , aut minoris , tranſactione alim. adoptione & ſimilibus expediuntur per modum voluntariæ juriſdictionis, ut docet Felin. *in c. quoniam contra ſub n.* 27. *verſic. ſeptima concluſ. de probation. l. ab ea parte ff. de probation. l.* 3. *ff de offi. proconſulis,& leg.* cùm inter volentes tantùm , exerceantur & expediantur, *ſecundum dict. leg.* 2 & ibi gloſſ. *verbo contentioſam*, & ut inquit Bald. *in l. nequaquam* §. *ubi decretum verſ. tertio modo* , quòd decretum judicis ob hoc ipſum dicatur permiſſio, vel diſpoſitio, condemnationem vel abſolutionem non continens , quod iſtud reperitur in juriſdictione omnino voluntaria , ubi nemo eſt citandus *ut in d. l. ab ea parte, & leg.* 3 §. *penult. ff de bonorum poſſeſſ.* Sed in his quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis, 28
judici appellatione pendente , permittitur innovare, tenet Iſſ. (qui meliùs illum text Alexand. intellexit & interpretatus eſt) *in l.* 1. *verſiculo ſecundo & ulteriùs. C. de bonorum poſſ ſecundum Tab.* ibi adde etiam Decium, quos referens in hoc ſequitur Bertachin. *in repertorio verbo appellat. pendente, colum.* 2. *ad fin.* quoniam 29
à facto merè voluntario appellatio non admittitur, *l ſi. de appell. recip.* ibi , item quominus pignus vendere liceat appellari non poteſt. *& l. ex conſenſu* §. *fin. ff. de appell* faciunt quæ adducit poſt alios Lamberti. *de jure patron. art.* 20. *q.* 7. *princ.* 2. *p. lib.* 2 *fol.* 156. & quod ita tenendum eſt, licet Lancelot. *de attentat.* 2. *p. c.* 12. *ampliatione*, ſequutus contrarium tenuerit, nempe, in his, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis licitè appelletur, nulla adducta ratione nec fundamento, ſed ex Alexan. & aliis moti omnes ex text. *in l.* 2. *C. de bon. poſſ ſecundùm Tab.* ſed ille text. nihil ſuæ intentioni probat, quia & poſſ. ex illo titulo ſit voluntariæ juriſd. ſua natura attenta , quia in non volentes expeditur, tamen quando comparet contradictor , jam deſinit eſſe voluntariæ & fit neceſſariò contentioſæ, ut dictum eſt, & notatur *in d. l.* 2. *per gloſſ.* & Doctores , & ſic in caſu illius text. comparens arguit de facilitate contra teſtamentum, & 34
contra ipſum per ſententiam in contradictorio judicio pronuntiatum eſt, & judicialiter , ut ex adductis in hoc articulo apparet evidenter , ex tot efficacibuſque rationibus , quarum aliquam ſi præfati Doctores conſideraſſent, contrarium dixiſſent. 35

Et ex his, quæ hactenus dicta ſunt poteſt formare unam reſolutivam concluſionem , ut à decretis interpoſitis extrajudicialiter à judice , ut in alienatione rerum Eccleſiaſticarum , vel minoris , vel confirmando aliquem actum, & ſimiliter, appellationi emiſſæ judex Eccleſiaſticus non deferens, nec vim facit. 36

Hæc tamen concluſio probabiliter limitatur , ut in- 5
telligatur prout loquitur, quando ſcilicet ; decreta expedita ſunt extrajudicialiter, ut aliter ſit affirmandum, quando judicialiter præſtantur cum contradictore, nam veriſſimum eſt , actus extrajudiciales effici judiciales per comparitionem legitimi contradictoris opponentis ad illos legitimas exceptiones , ita ut tunc debeat omnino judicialiter audiri , & de exceptionibus oppoſitis in forma judiciali cognoſci , adeò ut 37

actus

actus qui aliàs erat extrajudicialis sui natura, per comparitionim legitimi contradictoris ; efficiatur judicialis,& causæ cognitio adhibenda,ita exactissimè authoritatibus validis, & rationibus, probavi suprà c. præcedenti à princ.ubi videre poteris,ubi etiam,quòd tunc est necessariò negotium per sententiam diffinitivam terminandum, & sic appellationi omnino locum fore quoad utrumque effectum devolutivum & suspensivũ.

31 Quod in decreto confirmationis hanc distinctionem constituere expresè Philip. Franch. *in c. constitutis el 2. col.4. versiculo sed certè melius loquendo in confirmatione &c. de appellatio.* Hostiens. Anton.de Butrio, *ibi*, & Joann. Andreas *in cap. avaritia, de electione, lib.6.* idem etiam dicit Berrachi. *in reverto. verbo. confirmatio potest. sub num.*80. *ad medium.* allegat Bald. *in additio. Speculato. de appellatio. versiculo pro diffinitiva.* Idem & latè probat Lambert. *de jure patro. in 3. art.q.princ.2.p.lib.2.* idem Lambert.8.9. *&* 10. *art.1. quæst. princ.part.lib.2.* & notant omnes, Abb. Felin. & cæteri *in c. fin. de præsumptio.* & alios plures citavi ad id suprà *c. cap.* superiori.

32 Et his convenit,& illud,ut actus,qui sunt voluntariæ jurisdictionis sui natura, quando apparet contradictor, efficiuntur jurisdictionis contentiosæ, ut per text. *in l.1. C. de bonorum poss. secundum Tabul.* docent Odofr. Salic. & Palud. de Castro *ibi*, & Bald. *in § si causa cognita ff. de bonorum poss.* Iff. *in d.l.1.sub n.3. versi. secundò pulchrius, & versi. secundò & fortius,*& per sententiam diffinitivam terminentur data copia actorum judicii eidem, quod secus est, quando nullus comparet contradictor in his actibus voluntariæ jurisdictionis, quia tunc nullius adhuc citatio requiritur, ut optimè advertit.Bald.*in d.l.ne quicquam §. ubi decretum vers. tertio modo ff. de offi. præf. prætoris & legati.*& prædictam doctrinam, etiam latè in exequutoribus probavimus, *c. superiori* succedit ad propositum nostræ quæstionis, ut delegatus, cui Papa committit, ut se diligenter informet de utilitate Ecclesiæ, & si reperierit in evidentem
33 utilitatem. Ecclesiæ cedere ; alienationem confirmet, seu licentiam alienandi concedat cùm sat fit, ut se extrajudicialiter informet absque citatione, ut ad principium hujus capitis probavimus, procedit, quando Papa ita simpliciter committit alicui,ut se informet,& tunc circa informationem statur ejus assertioni, & pro ejus decreto præsumitur absque processu, Rotæ *dicis.716.n.4.& decis.160.num.8.part.2.diversi.* Prosper de August. *in appendi. ad summam Bullarii, verbo, alienatio sub numero 12. pagin.498.* etiam si non appareat. Compostellanus *in c. Capitulum. num.25. vers. nunquid creditur, de rescript.* Puteus *decis. 144.n.2.lib.2.* Maresc. cotus *variar. resolution lib.2. c.1. num.152.* dummodo
34 tantum tempus præcesserit, quòd verisimiliter præsumatur, potuisse extrajudicialis informatio per judicem exequutorem capi. Marescotus *ubi proximè. num.153.* Achil. *decis. de filiis presbyter.*vel etiam dummodo contrarium non probetur, scilicet ; nullam fuisse captam
35 extrajudicialem informationem, & indagationem : ita tenuisse Rotam Romanam in una Spalen. canonic. 10. Aprilis 1606. coram Ludovisio testatur Maresc. *ubi proxime dict. c.1.n.154.*

36 Quod non solum procedit, ubi non est clausula (vocatis vocandis) vel & nullus est contradictor, ut per Puteum *decis.144. n.1. & 2.* sed etiam quando in commissione adest clausula (vocatis vocandis) nullus tamen est contradictor, nec qui debeat vocari, nam adhuc in his casibus omnibus procedere potest exequutor delegatus extrajudicialiter, ut per Rotam in una Romana devolutionis 20. Martii 1580. quæ est 636.*n.1.& 4.1.p.diverso.*& alias,quas allegat.Sequitur Nicolaus Garcia *de benef.in part.11.c.2.n.138. & 139.*

37 At verò quando commissio fit cum clausula vocatis vocandis, quoniam cùm tunc faciat exequutorem mixtum,ut per Felin. *in cap. exhibita num 4 de judiciis, & in cap. de cætero n.10. de judic.* per ipsum & omnes *in cap.fin.de præsumptioni.* & per alios resolvimus suprà *cap.* præcedenti à *num.*48. cum sequentibus, & tunc necessario interesse habens est citandus, & vocari debet,seu etiam aliàs adest contradictor,nam tunc omnino debet procedere in forma judicii contentiosè, formaque processus, & acta juris ordine servato,requiritur receptio testium, & probationum super veritate narratorum, de quo processu debet doceri & constare: Eguid. *decis.*617. Puteus *d. decis.*144. *num.*4. Nicolaus Garcia *loco proximè relato, num.*140.

Quid autem venit dicendum, ubi hujúscemodi de- 38
creti interpositio commissa est cum prædicta clausula (vocatis vocandis) qua,ut diximus, uti non debet,ubi nullus est, qui possit citari, si fortè ipse exequutor delegatus formavit processum, & recipit testes cum juramento & in forma judicii, de quo processu constat, non tamen de partis citatione, nec alicujus vocatione, & apparet de decreto interposito à judice delegato ; & exequuto ; an ei sit standum,donec contrarium non probetur ; & respondendum est affirmativè, ut colligitur ex Rota in una Aversana Tenimenti 15 Februarii & 5. Martii 1580. quæ habetur in impressis *decis.716. ad finem 2. part. diversor.*Garcia *d.11.part.c.2.num.141.* ubi citat ad id Oldraldum, Corneum, Covarruv.Hojedam, & alios.

Et ita ex hac limitatione, seu potiùs declaratione apposita conclusioni superiùs præmissæ in hac materia, aliam deducamus, & illam ; ut appellationi interpositæ à decretis super alienationis confirmatione, & similibus, ubi processum est judicialiter,& in contradictorio judicio ; si judex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus non deferat, vim faciat.

Et ex his quæ hucusque adducta sunt facilè poteris 39
absolvere dubium unum de quo jam semel fui interrogatus,& consultus:an à decreto confirmationis factæ ab ordinario super donatione juris patronatus ; appellationi emissæ non deferens, vis committatur. Circa quod suppono, quòd donatio, legatum, seu concessio juris patronatus facta à laico, vel clerico pio loco, non indiget confirmatione ordinarii, at donatio seu aliàs particularis concessio juris patronatus facta clerico, vel, laico recipienti nomine proprio, non valet, nec tenet nisi demum accedente consensu, seu confirmatione Episcopi diœcesani, de quo cum variis & multis aliis quæstionibus, usque ad refectionem invenies per Lambert. *in tractatu de jure patronat. 2. part. lib.1.* per cunctos articulos & quæstiones ejus à principio, & alibi passim etiam per Doctores.

Hinc succedit, & potest, prout in cæteris decretis, de quibus supra, responderi, præsertim ex his,quæ de decreto confirmationis latè diximus ; ut scilicet, cum sui sit natura primævâ attenta, actus omnino extrajudicialis,& voluntariæ non contentiosæ jurisdictionis quia celebratur inter volentes, non invitos, & quia nedum est interloquutoria, sed vim habens, & ad ejus similitudinem inventum pariter, & eodem modo minimè sit in hujusmodi confirmationis decreto appellationi deferendum, quominus exequutioni actus confirmatus mandetur.

Nec omissa consideratione parvitas nimis præjudicii & juris proprii conservatio, quod ex decretis præcipuæ confirmationis hujusmodi assolet, ut diximus jam, & quod in propositum ait Lambert. *supra citato loco 9. art.1. quæst. princ.d.2.n.d. lib.1.* præcipuè *n.6. & sequentibus.* dicens, quòd quando aliquis laicus donat aliquam Ecclesiam, quam nec detinebat,nec jus patronatus in ea habebat, ut tunc ejus donatio,legatum,vel concessio non est in consideratione ; etiam si consensus Episcopi intercederet:& reddit ipse rationem, quia nemo dat quod non habet, unde cùm iste nihil dare

poterat, nec Epiſcopi conſenſus aliquid operabitur, quia confirmat actum, quem ille facit; ſed ille nihil agit, nec conſenſus aliqualiter ſuffragabitur, quia confirmans nihil de novo agit, ſed tantum authorizat rei exiſtenti, & ſic non exiſtenti non prodeſt, *c. inter dilectos. de fide inſtrumento. & per totum tractatum de confirmatione utili vel inutili.* conferunt hoc etiam quæ nos ſuperiùs adduximus, ubi etiam quòd per hoc confirmationis decretum extrajudicialiter expeditum, nihil juris alterius detrahatur, imò maneat illæſum, iſtudque
40 decretum nihil ponit ineſſe, quantum ad jus tertii, ſed ſolùm eſt quædam authoritas, quam præſtare nullo modo poteſt Epiſcopus, ſe excuſari, quòd ſi fecerit & abſque juſta & rationabili cauſa, poteſt adiri ſuperior, qui aut eum compellat ad conſentiendum, aut vel ipſemet conſentiat: de quo eſt text. *in c. nullus de jure patronat.* ubi Doctores omnes & præcipuè Abb. ita exactè Lamber. (plures & utiles ex eo deducens quæſtiones) *in 20. art. 1. q. princ. 2. p. dict. lib. 1. n. 46.* hoc declarat, ut in caſibus, in quibus poteſt adiri ſuperior, propter denegatam confirmationem, conſenſum, conſilium, licentiam, authoritatem, abſolutionem, & ſimilia (ad quæ extenditur diſpoſitio *d.c. nullus*, ut alios ipſe *ibi n. 51.* (ſit omnino adeundus per viam querelæ, & non per viam appellationis, ita etiam tenet Barba *in c. cæterum in 11. colum verſi ulo tu adde, de judiciis*, dicit plura quæ per te ipſum vide, ſed contrarium ve-
41 rius eſt imò per viam appellationis poſſe adiri, ut ex multis probavimus infrà cap. ſequenti circa licentiam denegatam beneficiato, ut poſſit abeſſe à beneficio, ut ibi latiſſimè videbis à *n. 27.* & ſurſum.

42 Hæc tamen doctrina eandem diſtinctionem, ſeu declarationem pati, dubium non eſt, quam cætera decreta, & præcipuè confirmationis patiuntur, prout ſatis remanet probatum ſuperius, dum firmavimus, ut ſcilicet procedat, quando expediatur ſua primæva natura retenta, ſcilicet; extrajudicialitatis; & abſque contradictore, ſi verò contradictor apparet, allegans legitimas exceptiones, cum judicialiter ſuper eis debeat procedere ordinarius, & cauſa per diffinitivam terminanda, utique appellatio ſuos habet effectus, multæ enim ſunt legitimæ exceptiones, quæ hujuſmodi confirmationis decreto poſſunt opponi ab intereſſe habente; ut quando facta fuit donatio juris patronatui ſine dicto Epiſcopi conſenſu, & poſtmodum facta eſt alteri illi interveniente, ut primus ſi petat confirmationem; ſecundus poſſit legitimè contradicere, cùm ſua donatio prævaluiſſet; de quo per Lambert. *ſupra 19. art. 1. q. princ. d. 2. p. d. lib. 1.* & de aliis exemplis videre poteris *ibi art. 18.* & per totos articulos, ubi de legitimis exceptionibus tibi conſtabit.

43 Et in terminis noſtri dubii ultra doctrinas, authoritates ſuprà adductas, magis in ſpecie probatur in una Rotæ deciſ. Lucana plebis ſeu Parochialis 8. Junii 1572. coram Domino Lanceloto, ſeu Benarino ex qua apparet, quòd cùm fuiſſet datus delegatus à Papa, ut confirmaret donationem, juris patronatus, & ipſe ad eam proceſſiſſet judicialiter, voluerit confirmationis, & inſtitutionis ſententiam exequi; appellatione pendente, & Rota decrevit in hæc verba: Domini dixerunt poſſeſſionem eſſe attentatam, quia captâm appellatione pendente, non obſtat quòd ordinarius proceſſerit tanquam exequutor deputatus in confirmatione donationis, quia hoc non procedit, quando aſſumit partes Judicis Felin. *in cap. fin. de præſumption.* & pronuntiavit parte citata inſtitutionem faciendam, non obſtat, *&c.* (& *ibi*, ſecus in caſu iſto in quo agitur de jure patronatus, & inſtitutione facienda vigore illius, *&c.*) quam deciſionem aliud agens adducit ad literam Nicolaus Garcia *de benef. 4. p. c. 9. num. 18.*

44 Ex quo duo utiliter colliguntur ſimul ad noſtrum propoſitum, ut exequutor datus ad confirmationem hujuſmodi donationis, procedere poteſt extrajudicialiter & de facto, & ob id ab illo minimè poſſe appellari. Secundum; ut quando procedit judicialiter cum partis citatione, & cum diffinitiva in contradictorio judicio; & ob id cauſa effecta fuit appellabilis, quæ deciſio rectè probat hujus dubii reſolutionem, convenitque cum aliis deciſionibus, quas ad eamdem doctrinam ſuprà adduximus, & ita detegenda eſt judicis violentia in hujuſmodi decreti appellatione, ex modo etiam procedendi, quo fuit uſus, an judiciali, ut tunc appellatio delationem deſideret, an extrajudiciali abſque contradictore, ut tunc vim non fieri declaretur, prout etiam præfatum dubium, quando de eo fui conſultus, reſolvi, reſpondens

CAPUT XV.

A mandato de reſidendo beneficium; vel de ordinando de ordine ei neceſſario, ac etiam à viſitatione, an vis fiat, ſi appellationi interpoſitæ minimè ſit à judice delatum.

SUMMARIUM.

Reſidentiæ beneficii præceptum eſt ſententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, n 1.

Reſidentiæ præceptum ſi expeditur abſque cauſæ cognitione, eſt actus extrajudicialis, n. 2.

Reſidentiæ præceptum non requirit citationem judicialem num. 3.

Reſidentiæ præceptum non ſuſpenditur per appellationem, ſed ea non obſtante opponitur beneficiato ſubſtitutus n. 4.

Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reform. c. 1. circa reſidentiæ præcepta explanatur. ibid.

Reſidentiæ ab ipſo præcepto non datur appellatio, quominus abſens compellatur reſidere, & detur ſubſtitutus congrua portione n. 5.

Reſidendi à præcepto dicetur fruſtratoria, n. 6.

Appellatio ſi negetur à cauſa principali, pariter negata cenſetur à præambula compulſione, n. 7.

Reſidentiæ pœna per diffinitivam impoſita in contumaces abſentes non recipit appellationem, n. 8.

Trident. ſeſſ. 23. c. 1. circa non reſidentes loquens, declaratur, n. 9.

Reſident. neglecta pœnam appellatione & inhibitione non obſtantibus, exequendam contra abſentes ſive contumaces, ſive non contumaces, decrevit Senatus ſupremus, n. 10.

Non reſidentiæ pœna impoſita parochis, non extenditur ad non reſidentes beneficia ſimplicia, num. 11.

Reſidentia eſt de jure divino in animarum curam, ſeu gubernationem habentibus, n. 12.

Non reſidentiæ pœna non recipit appellationem quoad ſuſpenſivum, ſecus quoad devolutivum, n. 13.

Trident. removens appellationem intelligi quoad ſuſpenſivum ſæpè declaravit ſancta Congregatio, n. 14.

Reſidentiæ monitorium, & præceptum extrajudicialiter expeditur, pœnarum verò impoſitio per diffinitivam juris ordine ſervato, n. 15.

Non ſolùm in Parochialibus, ſed in aliis ſimplicibus beneficiis, n. 16.

Contra non reſidentem ſive ſciatur ubi ſit, ſive non, ad beneficii privationem quomodo ſit procedendum, & quod tempus abſentiæ requiratur, n. 17.

Monitio trina non eſt neceſſaria contra non reſidentem, ſive abſentem, ſive præſentem, ſi commodè citari poteſt perſonaliter, n. 18.

Et tunc quod tempus abſentiæ requiratur, in. 19.

Non reſidentis citatio ubi agitur ad privationem an ſufficiat extrajudicialis, n. 20.

Contra non reſidentem ubi agitur ad privationem fructuum

Etum alias pœnas arbitrarias, an & quando trina citatio sit necessaria n.21.

Determinatio una respiciens plura determinabilia, illa pariformiter determinare, n.22.

Non residente monito à quo incipiat currere tempus, quo debet expectari, anteaquam ad privationem deveniatur, n.23.

Contra non residentem sententia privationis, qua non est servatus juris ordo, exequi non potest appellatione pendente, n.24.

Non residens ex justa tamen causa aut impedimento, seu licentia condemnatus ad privationem, &c. an queat appellationem suspensivam interponere, n.25.

Residentiæ materia, & quæ beneficia illam exigant; & quæ personæ excusentur, & de licentia quando concedenda, vel non, & qui sine ea possunt abesse, & de aliis remissivè, n.12.

Licentiam absentiæ ab ordinario negante appellationi emissæ, an sit deferendum, n.27.

Abesse an possit beneficiatus pendente appellatione à denegata licentia, n.28.

Licentiam absentiæ non sufficit petere, sed & obtinere, n.29.

Appellatione pendente parti & judici non permittuntur, quæ ante appellationem non poterant geri, n.30.

Fructibus & re, ō privatur quis appellatione pendēte, n.31.

Licentia absentiæ expresse concedenda, n.32.

Actus negativus secum trahit executionem, n.33.

Ab ordinis requisiti suscipiendi decreto appellationi emissæ per beneficiatum an sit deferendum, n.34.

Annus ad ordines suscipiendos à quo tempore currere incipiat, n.35.

Ordines quales, & quæ beneficia requirant, & qua pœna plectantur beneficiati ob non receptos intra annum, & quæ impedimenta illos excusent, & de aliis hujus materiæ quæstionibus, remissive, n.36.

Canonici non ordinati non habent vocem in Capitulo, n.37.

A præcepto de suscipiendis ordinibus necessariis appellationi deferendum non est, n.38.

In spiritualibus judex potest incipere à præcepto, n.39.

Monitorium de ordinibus suscipiendis est actus extrajudicialis, n.40.

Appellationi à mandato de suscipiendis ordinibus deferendum non est, n.41.

Ecclesiæ favor aut cultus divinus suspendunt appellationis effectum, quæ non causant attentatum, n.42.

A sententia diffinitiva, qua quis privatur beneficio ob non susceptos ordines necessario appellationi emissa an sit deferendum, n.43.

Ab eo, quod fit in executionem canonicorum decretorum non licet appellare, n.44.

Sententiam privationis, & aliarum pœnarum ob non susceptos ordines intra annum appellatio non suspendit, n.44. & 48.

Sententia privationis vel compulsionis suscipiendorum ordinum suspenditur per appellationem, ubi allegatur de legitimo impedimento, n.46.

Quod procedit, quando ex actis evidenter de legitimo impedimento constat, n.47.

Ab ordinibus susceptis suspensus an pendente appellatione possit accedere ad alios, & an illis potest interim uti, n.48. & 49.

A visitatione & morum correctione appellatio, nec inhibitio executionem suspendit, n.50.

Trid. sess.24. de reformat. c.10. explanatur, ibidem.

Trid. sess.13. c.1. explanatur, n.51.

Remedio ad innocentiæ præsidium justituto, ad iniquitatis defensionem non est abutendum, n.52.

Visitationis, & correctionis causa ante diffinitivam non recipit appellationem, n.53.

Visitationis causa non suspenditur per appellationem, numero 54. & 55.

Visitationis diffinitivæ admittit appellationem devolutivam, non suspensivam, n.56.

Residentiæ mandatum in visitatione edictum non recipit appellationem, n.57.

Visitatio recipit appellationem, ubi privilegium exceptionis quis dotet, n.58.

Trident. sess.24. de reform. c.10. declaratur, n.59. & seqq.

Privilegium exceptionis, si proveniat ab immemoriali, an admittit appellationem à visitatione, n.60.

Visitationem extrajudicialem, & ejus executionem an impediat appellatio vigore privilegii, & quid in judiciali, n.61.

Visitatio citata parte & cum causæ cognitione facta recipit appellationem, n.63.

In visitatione extrajudicialiter facta ordinarii recusatio non advertitur, secus ubi agitur judicialiter, n.63.

Cultus divinus celerem executionem exigit, & non recipit appellationem, 64.

Visitatio & morum correctio propter excessum admittit appellationem, n.65.

Extrajudicialiter proceditur in visitatione & correctione sui primæva natura attenta, n.66.

Visitationis materia remissivè, n.67.

Episcopo asserenti in aliquo casu se procedere per visitationem, statur quoad appellationis receptionem, n.68.

Trident. sess.22. de reform. c.1. circa renovandas pœnas decretorum tractantium de honestate Clericorum appellatione remota, n.69.

A visitationis casibus, quibus appellatio permittitur, causa gravaminis erit exprimenda, n.70.

CIRCA prioris hujus capitis partis, de residentia, inspectionem, notandum censeo, ut licèt præceptum judicis jubentis, clericus ut resideat in beneficio, residentiam sui natura requirente, sub pœna, & comminatione privationis ejusdem; sit interlocutoria sententia vim diffinitivæ habens *cap.* 1. & ibi notat. *de cleric. non resident.* Panormitan. Decius & alii *in c. pervenit de appellation.* Barba, *in rubrica de sentent. & re judic. in clem. col.* 2. Rebuff. *in præfat. l. quod jussit. num.* 50. *de judicat.* à quibus posse appellationem emitti, latè diximus *suprà, c.1. hac 2. p. à principio.* E

Quod intellige, & declara, tunc hoc præceptum seu monitionem vim habere diffinitivæ, quando, scilicet expediatur cum causæ cognitione, aliter namque istum præceptum, seu monitorium est omnino extrajudicialis actus, & extrajudicialiter expeditur, ita tenet Philip. *in c. pervenit 23. not. de appell.* dicens, quòd quando fit præceptum ut aliquis resideat in ejus beneficio, non requiritur monitio, seu citatio judicialis; sed sufficiat extrajudicialiter, & *ante fin. ibi in d. c. verv.* quod quando fit præceptum cum causæ cognitione habeat vim diffinitivæ, non aliter, & ibi not Joan. Andreas per ea 3
quæ habentur *in c. dudum, el. 2. de electione* Bart. *in l. non fatetur ff. de confessis,* & est de mente gl, *in c. ex parte in Christo de ver. signif.* & Spec. *in tit. de appell. §. 1 vers. in quibus,* bene Abb. *in rub. de sent. & re jud. n.* 8. post alios.

Tamen justissimæ rationis motu Alex. III. *in c. 4.* 4
pervenit. el. 2 de appell. respondit, appellationi à monitorio facto absenti canonico, ut in Ecclesia resideret minimè esse deferendum, sed ea non obstante, posse procedere ordinarium ad compulsionem, & appositionem vicarii substituti, ut admoniti vices sustineat; assignata ei de fructibus beneficii congrua sustentatione, & si monitus nihilominus nolit monitoriis acquiescere privetur eodem, & alteri personæ idoneæ conferatur. Idem etiam renovatum fuit sacro Tridentino decreto *sess. 23. de reform. c. 1. vers. quod si.* in hæc. Quod si per edictum citati, etiam non personaliter per contumaces fuerit; liberum esse vult ordinariis, per censuras ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec exequutionem hanc quodlib.

privilegio, licentia, familiaritate, exceptione, etiam ratione, cujuscunque beneficii pactione, statuto etiam juramento, vel quacunque auctoritate confirmato, consuetudine, etiam immemoriali, quæ potius corruptela censenda est, sive appellatione, aut inhibitione, etiam in Romana Curia, vel vigore Eugenianæ constitutionis, suspendi posse, &c.

Circa quorum jurium dispositionem duo sunt nobis distinguendi casus, ut facilè queat cognosci, quandovis in hujusmodi executione committatur spreta appellatione, alter, considerantes ipsa monitoria simpliciter & de per se, cum pœnarum comminationibus, & compulsione antequam ad pœnarum executionem, scilicet; fructuum subtractionem, aut beneficii privationem: alter est ipsa privatio seu pœnarum executio.

5 Et quoad primum dico, quòd quando clericus monitus est ab ordinario, ut infra aliquem competentem terminum accederet ad residendum beneficium quodlibet, residentiam desiderans, appellationi ab hoc monitorio interpositæ minimè vim fieri, non deferendo, imò ea reclamatione & recursu non obstantibus, potest ordinarius ad actualem compulsionem procedere, & vicarium deputare de fructibus beneficii sustentandus, absque reatu attentati, ita probat text. *in d. pervenit el 2. de appellat.* & ibi Abb & cæteri, & ita per illum text. affirmant Maranta *in speculo advo* [illegible] *3. p. 6 p. princ. q. 2. n.* 184. Petrus Dunas *in regu. 42. n. 19.* Cardin. *in cl 1. nota 9. vers. quartus in appellante de sequestrat. posse & fructuum.* Pavinus *in tr. de visitat. q. 10. 1. p. n. 7.* Manfr. *lib 2. pract. concl. super attenta. 50.* Lancelot. Robert. *de attentat. 2 p. c. 12. limit. 18. n. 1.* [illegible] 2 Menoch. *de arbitra. jud. lib. 2. cent. 1.* [illegible] *ca. 69. n. 11* Marq. *in tr. de commiss. appellat. extra Rom. Cur. 1. p.* [illegible] *6. n. 77. f l. 77.* Quintil. Mando. *in tr. de monitoriis q* 77. quæ est finalis, ubi hoc constanter affirmat, licèt nec jura, nec aliquam ex authoritatibus dictis alleget.

6 Et hujus rei rationem reddunt Doctores, præcipuè gl. *in d. c. pervenit*, Franch. *ibi in fin.* Præpos. & alii, post quos & Lancel. *num. 5. & 6.* ut hoc inducat favor Ecclesiæ & divini cultus, ex eo, quia ab hoc præcepto appellatio præsumitur à jure frustratoria, quã expressè reddit *d. c. pervenit*, ibi, frustratoriæ dilationis causa videatur dictus Canonicus appellasse, quibus illam adde, quæ cõvenit præcepto extrajudicialiter expedito, prout sui est primæva natura, ad principium dixi, ac ideo tunc, & ex hac ratione appellatio non suspendit, ut latè probavimus suprà c. 13 in hac 2. p. & c. 14. à principio.

7 Quod & eo etiam probatur, quia quoties in aliquo principali negotio non datur appellatio, censetur etiam negata à præambula compulsione, ut est celebris doctrina Anchar. *consil. 48.* quem referens sequitur Card. Tuscus *in tomo 1. conc. 181. post. n. 11.* sed in nostro casu non admittitur appellatio ab ipsa sententia principali qua pœnæ imponuntur non recedentibus, ut statim videbimus, ergo nec ab hoc præambulo monitorio & compulsione.

8 Circa autem alium casum, quando ad subtractionem fructuum, & beneficii curati privationem devenitur, & residere recusantes ordinarius dictis pœnis per diffinitivam sententiam coërcet, dico appellationem effectum sententiæ non impedire, nec in denegatione delationis violentiam adesse, id probant text. in d. Concil. Trid. *d. sess. 23. c. 1.* ubi de curam habentibus beneficiis dumtaxat, disposuit. text. etiam *in c. relatum*, ibi, nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interjectum, &c. (*de Clericis, non residen.* text. etiam *in c. concurrente.* ibi, vel quod eidem Ecclesiæ non deserviat, sibi super præscripto beneficio silentium sublato impedimento appellationis imponas, &c.) *eodem tit.* quorum jurium nullus ex præfatis Doctoribus minimit, nec recenset.

9 Ita in id etiam expendentes Trid. illud intelligentes tantùm in Parocho D. Joan. Ocon. Regius Senator *in c. 1. de Cleric. non resid.* Licentiat. Anton. Gomez *in ex lic. bullæ c. 7. ad 4. Laudam n. 35. & 36.* D. Sagum *in repetitione c. 2. de sequestra. poss. & fruc. num. 54.* Nicol. Garcia *de benef. 3 p. 2. n. 161.* dicentes præfatum Tridentini decretum, dum disponit; exequutionem sententiæ privationis, & similium pœnarum appellationem, seu inhibitionem non impediri, generaliter accipiendum, intelligendum esse contra absentes, sive inobedientes, sive contumaces, & ita in supremo Senatu fuisse obtentum, & ita etiam text. *in d. c. relatum* gloss. ibi *verbo diffugium*, intelligit & interpretatur de beneficio curato loqui dumtaxat, text. verò *in d. c. revenit. el. 2. de appell.* loqui in simplicibus, curam animarum non habentes, ac etiam omnes declarationes factæ super dicto Tridentini decreto, nominatim & in specie loquuntur de Parochis dumtaxat, & sic extra illum casum jus commune omnino servandum est, *l. præcipimus C. de app.* quia dispositio limitata ad unum casum non ad alios est extendenda. *l. age cum Geminiano. C. de transactio.* cum vulgatis, restringetur ad suam causam, *l. cum Pater §. duo isti ff. de lega. 2. l. 1. in fin. ff. de fonte.* Cravet. *consil. 16. n. 5.* Petrus Surd. *decis. 93. n. 28. & cons. 150. n. 58* & faciunt, & omnino, quæ in similibus terminis dicit Perez de Lara *ae anniver. Capell. lib. 2. c. fin.* quod est [illegible] *11. n. 7.* & Gomez *de mens. alt. gl. 9. in ann. n. 209 & n. 184 suprà* & quæ ipse 5. *proœmiali à n. 125.* & nos suprà hac p. c. 13. erga Parochiales à *n. 180.*

10 11 12

Cùm præcepto divino sit in Parochialibus, & his, quæ habent animarum regimen, curam, & gubernationem, sacramentorumque administrationem, personalis residentia necessaria. Joan. XXII. c. Pasce oves meas. *act. 20. Ephesios 43.* [illegible] *sicut 7. q. 1. c. qui Episcopatum 8. q. 1. c. præcipuè 11. q. 1. c. gloria Episcopi 12. q. 2.* & expressè probat Trid. *in d. cap. 1. d. sess. 23. de reform. in princ.* cùm præcepto divino mandatum sit, &c.) & imò omni jure non solùm canonico, & divino; sed etiam naturali hæc inducta sit in Parochialibus residentia, ex quo tenentur pascere greges. Probatur iterum Trid. *sess. 6. c. 1. de reformatione.* & post alios docent Cajetanus *2. 2. q. 185. art. 5. & in summa verbo, beneficium Ecclesiasticum*, Carranca, & Franc Torren. *de residentia, & comm. Regis. c. 1.* Soto *de just. & jure, lib. 10. q. 3. per totam, & in Apologia contra Catharinum. c. 1.* Alphonsus de Castro *de justa hæret. punit. c. 4. lib. 3.* Cordub. *l. 1. qq. q. 10.* Valent. *3. tom. disp. 10. q. 3. pun. 5.* Paul Grisal. *in decis. Catholicis, verbo, Episcop.* Bot. *de Synodo 3. part. art. 1. n. 150.* Covar. *l. 3. variar. c 13. n. 9.* ubi alios refert. Navarr. Vargas *de Episcoporum jurisdictione, axiomate 12.* Ferretus *consil. 32. ex n. 32.* Azeved. *in l. 27. tit. 3. lib. 1. recopil. 8.* Melchior Gallego *in tract. de Parochorum obligatione tempore pestis 1. p. disp. 1. à n. 56.* Quintanadueñas *Ecclesiast. lib. 4. n. 50. & 51.* Cenedus *in collect. 30. ad 6. n...* Cevallos *q. 585. à n. 1.* Vivald. *in append. sui Cand. aur. c. 9. n. 6. & 7.* Zechus *de casib. reserv. casu 6. & tit. de beneficiatis n. 6. & de munere Episcopali c. 5. n. 3.* Vega *in Episc. de curas c. 17.* & ideo nihil mirum, ut eis in hoc etiam specialiter consulatur, & propter speciale majus & ingens periculum imminens, præstantius remedium præstetur.

13 Hoc tamen, quod diximus; per Concilium esse prohibitam appellationem ab hac sententia privationis beneficii, & aliarum pœnarum juxta Concilium; evidenter intelligendum est de appellatione quoad effectum suspensivum, non autem quoad devolutivum, ut probatur ex eodem Conc. *ibi:* nec exequutionem hanc privilegio, &c. suspendi posse, &c. & sic suspensionem tantùm prohibet, & ex aliis Cõcilii capitibus removentibus appellationem sæpe sacra Congregatio censuit, quorum nonnullas in c. 81. suprà adduxi, & advertit Nicol. Garc. *de benef. 3. p. c. 2. n. 162* quod sine dubio est.

14

15 Et in hoc etiam constitui potest differentia inter utrumque ex duobus præfatis casibus suprà, ut scilicet

in

in simplici præcepto, & monitorio, quod expeditur extrajudicialiter, nullo juris ordine servato, prout dictum est superiùs. At verò ad privationem beneficii vel fructuum detractionem, debet omnino fieri juris ordine servato in contradictorio judicio, & cum plena causæ cognitione, ut ita declaravit sancta Congregatio Concilii *in d.c.1.sess.23.de reformat. super verbo, quod super edictum*, ubi in hæc dicit: Parochus, qui non vult in sua Parrochiali residere, debet ea servato juris ordine privari) *& in eod.c.1.* ubi (causa prius per Episcopum cognita, *&c.*) præcedente legitima citatione, causamque per sententiam diffinitivam condemnatoriam, non declaratoriam terminandam, non solùm in
16 Parochialibus; sed etiam in cæteris beneficiis simplicibus, & dignitatibus, residentiam requirentibus, ut videre est ex his, quæ Nico. Garcia aliis relatis, disputat *in d.3.p.c.2.n.135. cum seqq. & supra.*

17 Illud est igitur observandum ab ordinario, dum velit, contra non residentes procedere ad privationem beneficii, & in primis si beneficiatus sit absens & ignoretur ubi, vel etiàm si sciatur, commodè tamen citari non potest personaliter; debet ante privationem adesse absentiam semestrem, & priùs trina monitio per edictum cum competenti termino procedere, alioquin privatio nulla erit: ita sæpe Congregatio Concilii censu *super d.c.n.1 ibi*, quòd si per edictum citati, *&c.* respuit modum procedendi contra absentes. (& *ibi*, usque ad privationem, *&c.* intelligendum exclusivè, usque ad privationem, dum tamen præcesserunt tria edicta publica, & lapsi sint sex menses, juxta *c.ex tua, de clericis non residentibus* (hoc idem probant Abb. & *si* Doctores *in c. quoniam frequenter §. porro.n.10.& 11.ut lite non constet.* Salva *de benef.4.p.5.* Marant. *in speculo advocatorum 6.p. de citatione n.91.* Zerol. *in praxi Episcopali 1.p. verb. privat. n.3. & 4.* Lechus *de repub. Ecclesiast. tit. de beneficiatis, n.9. vers. quod attinet verò ad praxim.*

18 Quando autem proceditur contra beneficium non residentem, præsentem tamen, vel absentem, & scitur ubi sit, & commode personaliter citari potest; tunc omnimodò citandus est personaliter nec est necessaria, nec requiritur tunc trina monitio, supradicta; quod dumtaxat procedit, & locum habet in processu contra absentem, ut ex dictis apparet, & ita plures decisum fuit in sacra Rota, ut in una Guienen. Canonicatus de Ubeda 11 Decembris 1587. coram Mantica & in una Zamorensi Cappellaniæ 12. Junii 1589. coram eodem. & in causa Terdomensi præposituræ 17. Maii, & 5. Junii 1600. coram Serafino; & tenet etiam Garcia *suprà n.154 & seq.* resolventes, quòd tunc Ordinarius non teneatur, expectare sex menses prædictos, sed tempus erit arbitrarium.

19 Ab isto tamen, scilicet, Garcia, omnimodo cavendum est; dum dicit ibi, ut istæc unica citatio possit
20 esse extrajudicialis; quoniam nullo modo potest, jure probari, si quidem licet monitio de residendo possit, & sit extrajudicialis, ut dictum est, tamen quando proceditur ad privationem, *&c.* judicii forma est servanda, jurisque ordo simul, ut ex declarationibus suprà apparet, & simul procedere judicialiter, & extrajudicialiter oppositum est sibi ipsi contrarium, & ideo citatio judicialis tunc est, imò præfatæ decisiones proximè allegatæ, expressè dicunt; sententiam privationis hujusmodi esse nullam, cum citationes non fuissent legitimæ, ut debuerant, & circa hæc vide, quæ diximus latè in c.3. suprà, ubi de modo procedendi in judicialibus & extrajudicialibus, & in quibus unum ab aliis cognoscatur, & distinguatur docuimus, quæ huc conveniunt. Imò ubi beneficium vacat ipso jure, ut ab illo ejiciatur possessor; debet citari & præcedere causæ cognitio, text. capitalis *in c. licèt Episcopus de præb. in 6.* & quæ copiosè dixi infrà p. c.7. per totum.

Dubium tamen est, quando proceditur contra ab 21
sentes ad alias pœnas, puta; detractionem fructuum, & similium, quæ arbitrio ordinarii relinquitur à Trid. & declaratione sacra Card. præter privationem; dicta citatio trina per edictum (de qua diximus,) sit necessaria. In quo affirmativè respondeo, ut expressè decidit Rota in una Caurien. fructuum coram Domino Orano 10. Aprilis 1592. ut refertur Garcia *suprà n.196.d.3. p.cap.2* idem tenet Abb. *cons.67.p.1.* Felin. *inc. consuluit n.13. de offic. delegat.* adversùs quos ipse Garcia ibi nulla adducta authoritate, doctrina, nec ratione in oppositum se inclinat, addens, ut tunc nec esse necessarium, expectare prædictos sex menses. Qui audiendus non est, siquidem Concilium Trident. & declarationes indistinctè dum requirunt edicta, loquendo in omnibus prædictis pœnis, insimul & uno contextu sub uniúsque orationis sensu procedunt, & ideo communis debet esse omnibus casibus dispositio, cùm una determinatio 22
respiciens plura determinabilia, illa debeat pariformiter determinari, *l. jam hoc jure ff. de vulgari.*

Duo tamen te volo admonere, quæ ex supradictis tribus Rotæ decisionibus colliguntur, quas ad literam 23
refert Garcia *ibi n.156.* Primum, ut dicti sex menses, quibus tenetur Ordinarius expectare absentes, incipiant currere post ultimum edictum, ut constat ex d. dec canonicatus de Ubeda ad medium, *ibi*, debet in ejus Ecclesia trinæ citationis edictum publicari, & post ultimum edictum per sex menses expectari, *&c.* & omnes firmant, non expectato dicto tempore, processum non excusari à nimia festinatione, & præcipitatione. Secundùm autem quod ex d. decisionibus notandum 24
est, & præcipuè ex d. decis. Terdonen præposituræ ut in casibus, quibus non esset aliàs licita appellatio à privatione beneficii, & ejus alteri facta collatione, sed ea non obstante possit appellari; non procedat, nec locum habeat; quando nulliter processum est, & juris ordine non servato, defectu citationis, seu edictorum, quoniam tunc ipsa privationis sententia non merebitur exequutionem appellatione pendente, quod enim nullum est, nullum parit juris effectum, de quo nos latius infrà 3 p.ex quo limitabis Trid. decretũ in d c.1.

Ultimò circa illud quæro, an Parochus, qui abest 25
ex justa causa, vel licentia, aut aliàs est legitimo impedimento detentus, an dictæ privationis seu detractionis fructuum, *&c.* à sententia appellans, sit deferendum. In quo libet distinguere, quod cùm (ut dictum est) ad hujusmodi pœnarum imponendarum processum ordo juris sit servandus, & causæ cognitio adhibenda super legitimatione exceptionum beneficiari; & impedimentorum licentia, natura, & qualitate beneficii, & similibus, tunc si nihilominus Ordinarius sententiam condemnatoriam proferat, pro ea est præsumendum, & sic appellatio non impedit exequutionem, & illud non nullitatem, sed attineat justitiam, vel injustitiam, partis, cujus cognitio semper superiori Ecclesiastico pertinet ad quem reservanda est, ut in alimentis, possessoriis, & similibus, & probant expressa verba Concil. Trid. *d.c.1. sess.23.* ibi, nec exequutionem hanc quolibet privilegio, licentia, familiaritate, exemptione, etiam ratione cujuscumque beneficii pactione, *&c.* sive appellatione, & inhibitione, *&c.* suspendi posse. Quæ verba cum clara sint, cavillationem subterfugiunt. Si verò dictæ exceptiones licitæ, & excusantes à residentia evidenter & notoriè ex actis appareant, secluſa omni fraudis, & doli suspicione, cum tunc hæc notoria injustitia nullitati æquiparetur quoad impediendum sententiæ cujuscunque, etiam privilegiatæ exequationem, ut diximus infrà 3 p.c.9. hinc est, ut omnimodo esset ejus appellationi deferendum à judice, declarandumque in Senatu. & ita interpretandus, & intelligendus est text. *in c. inter quatuor*, ibi possunt eis justè privari, dummodo non sunt justo impedimento detenti, *&c.*) *de clericis non re-*

cipien. juncto etiam c. relatum &c. conquirent, eodem titul.

26 De materia autem residentiæ, quæ beneficia illam exigant, quæ personæ excusentur, quando licentiæ prosint, quæ sint à jure justæ & legitimæ causæ ad illam concedendam, & quæ sine ea abesse possunt & quanto tempore, qui à jure habentur pro præsentibus,& per quod tempus possit licentia dari, & de pluribus aliis quæstionibus, quæ nostri non sunt instituti, nec ad nos attinent, videre poteris ex d. consilio & ejus declarationibus, ex DD. adductis & aliis, quos in idem congessit Nicol. Garcia *de benefic.3. p.c.2.a princ. cum omnibus suis §§.* ad quos te remitto; hactenus de residendi præcepto.

27 Et tandem unum, quod nos attinet, non omittam; an ab injusta denegata licentia per Ordinarium petenti illam appellationi emissæ deferendum sit, ita ut interim ea pendente, possit abesse absque licentia obtenta. In quo dic, quod quando Parochus ex justa causa postulat ab Ordinario licentiam, eo recusante, possit ad superiorem recurrere, & appellare, ex Abb. *in c. relatum, n.6. & in c. & c. tuæ n.3.* & Butrigarius *de cleric. non resid.* Felin. *in c. fin. de magistras n. 3. vers. sexto limitat.* Selua *de benef.4.q.7.n.29. n.171.* Horatius Lucius *princ.99.* Zerol. *in praxi Episcop. verbo studium,§ 1. & verbo residentia.§.3.* Zech. *de repub. titul. de benefic. num.6.*

28 Et sic respondeo à non obtenta licentia appellans, non potest abesse, ut in terminis dicit Nicol. Garcia *supra n.39.* contra Joan. Ocon. *in repetitione c.1.de cler. non residen. n.56.* & Ant. Gomez *in explicatione de Bulla n.32.*(qui contrarium videntur tenere)Pro quo suppono, quòd Parochus non potest abesse absque licentia, & ea obtinenda est, ut abesse possit, non autem sufficit eam petere, nisi expressè sibi concedatur, ut respondit S. Congregatio Concil. his verbis: Nec Parochus habens justam causam abeundi extra Parochiam per duos menses,aut tres satisfaciet suæ conscientiæ, si petat licentiam jurans, se gravem habere causam, quam non
29 expediat manifestare, ut si petita licentia abesse possit, licèt Episcopus non concedat. Similiter abesse non potest in casu,quo causam rationabilem expresserit;quam vir bonus, & æquus rationabilem judicaret, sed rigidus Prælatus minùs æquam judicat, & licentiam deneget, vel quia moveatur suspicione, quòd fiat, cùm tamen sit vera, sed habere potest recursum ad superiorem, *&c.*) cujus meminit Gonz. *ubi suprà n.37.*

30 Et tunc sic, appellatione pendente ea duntaxat permittuntur parti, & judici fieri quæ possunt fieri ante appellationem, *l.si postquam, ff.ut legat.nomin.cave* & ibi Bart. per illam text. 1. *oppos.* Corsetus *in singula. suis in ver. appellat. incipit regul. est in limit.* & potest formari exemplum ex eodem text. ut cautio, quæ exigi potest ante appellationem, pedente causa principali, potest etiam exigi post appellationem, quem text. alibi non esse, dicit Dynus, & etiam notat per B.ubi Vitallinus *in tract. clausular. clausula, nihil novari appell. pendent. sub n.1. vers. item fallit.* & iterum, *sub n.9. vers. unum tamen.* Alex. *in rub. nihil novari appell. pend.* Marant. *in speculo.2.part.6. princ. n.164.* Firmian. *in repert. verbo appellatione pendent. colum.1. vers. item nisi attent.* Lancel. Rob. *de attent.2.p.c.12. limit.14.* Franch *in c. cum speciali §.porro.col.2.de appell.in 1.gloss.* Æguid Ballam. *conf.18.incipit ecce col.3. in princ.* Manfred.*lib.2. pract. concl. super attent. conc.61.*

31 Et hinc est, ut appellatione pendente à sententia contra illum lata, potest interim continuare suam possessionem, & ejus, & rei commodo frui,fructus percipiendo, quemadmodum poterat ante appellationem, & lite pendente, *l. sciendum,§ penult.ff.qui satis,cogant.* gl.*in l. Imperatores, §. fin. verb. adversario, ff. de appell.* Iss. *in cons.187.circa primum.col.7.vers.quintò facit.lib.2.* Rota. *decis.10.aliàs 89.nota quòd ubi, de appell. in antiq.* Rota *dec.24.aliàs 615.nota quod licet de dolo & contum. in antiq* Parisius *cons.38.non poss.n.3. lib.1.* alios per eum citatos Mandos. *in regul. de subrogand. collitiganti. q.8. num.4.& in tract.de inhibitio. a.23. per totam.* Æmilian. *cons.72. viso processu n.8* Rob.Lanc.*loc.supra cit.lim.26.* apud quos plura alia exempla reperies. Sed sic est,quòd iste clericus beneficiatus ante appellationem,seu etiam denegationem ordinarii non poterat abesse absque expressa licentia; ergo nec post appellationem.

Deinde, quoniam beneficiatus ad se absentandu expressa indiget licentia, ut sibi expressè concedatur, 32
ut dictum est, & probant Trid.& declarationes Card. tunc sic licet appellationis effectus sit, suspendere actus. *l.1. ff. nihil novari appell.pend.*& sic licèt suspendat effectum negationis expressæ, non tamen præbet licentiam, qui inter concedere expressè licentiam, & denegare expresse licentiam, est dabile medium, scilicet; nec dare, nec negare, & in hoc medio remanet appellans, quia non potest plus operari appellatio,imò major ejus effectus est, conservare appellantem in eo statu, quo appellantem invenit ante sententiæ probationem, *lib.* 1 ibi, integer enim status esse videtur provocatione interposita, *&c. ff. nihil novari*, sed eo tempore appellationis,& antea ipsum invenit & absque expressa licentia, ergo per solam appellationem, vel recursum non potest abesse.

Deinsuper, quia ille est unus actus negativus, qui secum trahit executionem,juxta ea quæ communiter 33
notantur *in l quod si ff. de re jud. & in c. cum cessante, de appell.* foret namque absurdum dicere,quòd quando pars petit à judice,ut sibi concedatur terminus, vel admittatur ad probandum, & illud judex neget Et quod per interpositionem appellationis à negatione, occupet terminum petitum, vel faciat probationem negatam, ideo datur appellatio, seu recursus ad superiorem propter denegatam ab inferiori licentiam,ut examinata causarum legitimitate, & ratione, revocet negationem, & compellat illum ad concedendum, vel ipse concedat, frustrà enim foret superioris cognitio,si sufficeret appellatio sola, cum nihil amplius sibi facere, remaneat; & ita libenter in re hac recedo ab opinione dictorum DD. prout etiam fecit Nic Garc. superiùs citato loco, licèt nullas consid[illegible] nec adduxit rationes, nec fundamenta, nec contra ipsos,nec in comprobationem & justificationem hujus nostræ opinionis.

Circa inspectionem autem illius, quod secundo loco nostri principalis capituli continet[illegible], an à mandato, seu præcepto, de ordinando emissæ appellationi à beneficiato compulso non deferens vim faciat Ordinarius, præmitto ut, ii, qui dignitates, personatus, 34
officia præbendas, portiones, aut quælibet alia beneficia in Ecclesiis obtinent,aut in posterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa, videlicet; ut alii Missas, alii Evangelium, alii Epistolas dicant, seu cantent, quocumque ii privilegio, exceptione, prærogativa, generis nobilitate, sint insigniti; teneantur justo impedimento cessante, infrà annum ordines suscipere requisitos, alioquin pœnas incurrant juxta constitutionem Concil. Viennensis, *quæ incipit ut ij qui*, quam præsenti decreto innovat, cogátque Episcopus eos diebus statutis dictos ordines per se ipsos exerce- 35
re, ac cætera omnia officia, quæ debet in cultu divino præstare, sub eisdem,& aliis gravioribus pœnis, arbitrio eorum imponendis) ita in hæc verba decrevit sacrum Trid. Conc. *sess.22.c.4.* idem probat text. *in c. commiss.35. in ordine de electione lib.6.* ibi,annus autem hujusmodi qui à tempore illo incipit, quo ipsius Ecclesiæ regimen commissum sibi existit, & possessionem ejus pacificam habuisti,vel per te stetit, quominus haberes eandem tibi nec currit, si promoveri justo impedimento detentus, infrà tempus hujusmodi nequivisti,

sti,&c.) idem probat etiam text. *in c. licet canoni, eodem tit. & lib. clem. ut ij, qui de ætate, & qualitate*, circa
36 quam materiam, quòd parrochi sint ipso jure beneficiis privati, ob non susceptos ordines infra annum, cæteri verò ita demum moniti, privari possint, & quæ legitima sint impedimenta suscipiendorum ordinum, & quòd canonici interim vocem non habeant in Capitulo, & qua fructuum parte sint privati, & de singulis beneficiis, singulos ordines requirentibus. De aliis pluribus quæstionibus, quæ ad nos non attinent, vide ex his, quæ in unum congessit longa manu Nicola. Garcia. *de benef. 3 p. c. 4.* & iterum *7. part. c. 1. cum suis §§.* apud quem, & catervam Doctorum ab eo allegatorum videre poteris, ne aliquo à nostro proposito recedamus.

37 In eo igitur illud opinor; appellationem emissam ab hoc præcepto, seu monitorio de suscipiendis ordinibus ad beneficium, quod quis possidet requisitis, minimè suspensionem habere, quominus ordinarius ad compulsionem procedere queat, nec ei denegans delationem vim faciet; quod ex eo probatur, quia judex Ecclesiasticus, in his, quæ concernunt & tangunt animam, & in spiritualibus generaliter expendit præceptum & ab ipso rectè recipere potest, *c. pervenit. 2. de*
38 *appell.* circa residentiam beneficii, etiam circa solutionem decimarum, ut absque mora solvantur, hanc doctrinam docet Cardin. *in cle. 2. q. 23. de judiciis.* Petrus Paris. *consil. 113. monitorium, in quarto volumine*, quos sequitur Rebuff. *in tract. de literis obligatoriis art. 6. glos. 2. n 27. fol. 87. & 88.* illud autem monitorium, cum expe-
39 diatur absque causæ cognitione, est extrajudicialis actus, prout suprà latiùs in quæstione præcedenti hoc in cap. diximus ex Authoritatibus citatis, & sic ab eo tanquam actu extrajudiciali appellatio carere debet suspensivo.

40 Et quando hæc ratio cessat, & expediatur cum causæ cognitione, regulariter verum est, ut ab istis monitoriis simplicibus non sit appellationi deferendum, text. *in d. c. pervenit 2. de appell.* & in terminis ita tenet
41 Hugo de Celso *in repert. legum regni, verbo appell. n. 6. in fin. fol. 34.* & quia quando versamur circa favorem Ecclesiæ, cultus divini, aut animarum appellatio non causat attentata, Rota *decis. 35. de appell. in novis* Escacia *de appell. q. 17. limit. 26. n. 1.* Rebuff. *tract. de sentent. provis. in præfatione n. 37. & sub n. 38. in fin. tom. 1 fol. 229.* Marquessa *in tract. de commission. de appell. extra Rom. Cur. 1. part. c. 6. n. 78. fol. 78.* & huic adjunge, applicaque omnes rationes, quæ ad præcedens monitorium adduximus, quia idem sunt, & etiam ex dicendis apparebit, & facit Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 10.* & vide infrà *n. 50. & seqq.*

42 Quid autem est dicendum, quando non parito monitorio, seu præcepto, ordinarius ad privationem, seu pœnarum executionem vult procedere in contradictorio judicio, sive quia allegans in contrarium monitorii comparuit monitus, quia tunc resolvitur in simplicem citationem, ut resolvunt proxime citati Doctores, de quo latissimè plures allegans prosequitur Mieres *in tract. de majoratu 3. q. 16. n. 40. fol. 74.* in noviori impressione, nos 4 p. c. 8 n. 37. nihilominus quòd etiam generaliter certum sit; præceptum resolvatur in eam per comparitionem; vel quia est absens, & contumax, proceditur adversus eum per audientiam contradictorum, seu contumaciam, & tunc cognito de causa in ea diffinitiva pronuntiatur, qua aliqua ex dictis pœnis, seu alia etiam arbitraria applicatur, an ab ea appellationi propositæ sit deferendum, & nullam vim adesse; ob denegatam delationem, probatur.

43 Tot enim est juris decretis, & constitutionibus sancitum, validisque rationibus vallatum, ut clericus beneficiatus ordinem annexum à beneficio intra annum recipere, omnimodo teneatur, qui quidem beneficiatus hac illud obligatione, & conditione ingreditur, de quo etiam juramentum præstat in pœnam privationis ejusdem, hócque perpetuo edicto continetur. *d. c. commissa*, ibi, tibi Ecclesia ipsa, qua dicti statuti authoritate jam privatus existis, ne statutum ipsum fiat ludibrio, debitóque frustretur effectu, & non rebus, sed verbis, cum sit potius contrarium faciendum, lex imposita videtur (text. *in d. c. licet canon.* ubi, quia tamen in observatione canonis memorati se multi exhibent negligentes, *&c.* (*& de clem. ut ij, qui ad fin.* ibi, pœnis aliis quæ contra tales promoveri ad ordines recusantes, statuuntur in jure, *&c.* (& etiam Trid. *d. sessione 22. c. 4.* ibi, alioquin pœnas incurrant juxta constitutionem Concilii Viennensis, *quæ incipit, ut ij qui*, quam præsenti decreto innovat, *&* .) sed ab eo quod fit secundùm juris dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à judice eas, & decreta exequente, non admittatur appellatio, text. optimus *in c. consulit in c. 3. de appell.* ibi, nec convenit, ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeat abstinere, *&c.* text. etiam *in c. relatum, ad fin.* ibi nec patrocinari debeat eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decreti fuerit interjectum, *& . de cleric. non residentibus*, text. etiam *in l. fin.* ibi, item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur, id quo minus fiat, non permittitur appellare, *&c.* (*ff. de appell. re. ipien.* & facit illud, quod Christus Dominus noster dixit Saulo, Durum est contra stimulum calcitrare:) quia talis appellatio frivola judicatur, & faciunt ea, quæ late diximus infrà 3. p. c. 6. per totum, ergo cum hujusmodi sententia detur ab ordinario in confirmatione, & executionem tot canonum, decretorum, canonicarum constitutionum, ab illa minimè est admittenda appellatio.

Et hanc sententiam tenet Hugo de Celso *in d. repert. verbo appell. n. 60. ad fin. fol. 34.* meliùs Greg Lopez 44
in l. 31. & iterum, *in l. 30. tit. 6. p. 1.* hoc idem melius in nostris terminis probant text. *in c. cum in cunctis 7. verbo cum autem*, ibi, *&* reliqui admoniti non fuerint, præfixo à canonibus tempore in Presbyteros ordinati, & ab illo removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint, & possint illud convenienter implere; nec prosit eis appellationis refugium, si forte in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerint se tueri, *&c.* (*de electione*, text. etiam *in c. quæris 6. in ordine, de ætate, & qualitate*, ibi ad majores ordines recipiendos per amissionem locorum; & beneficiorum subtractionem appellatione cessante, compellas, *&c.*) probant etiam expresse *l. 30. tit. 6. p. 1.* ibi, *e si por ventura por esto no se quire ordenar, deben le toller la dignidad, e darla a otro, que sea conveniente para ello, e si alcare sobre tal razon teniendose por agraviado, no deve dexar de lo façer por aquella alçada*, &c. (& idem probat etiam *l. 31. eodem tit. & ante fin.* ibi, *debelo el obispo apremiar que lo faga tollendole el beneficio, si entonces ne le embargaria a su fecho a cada, que el otro ficisse sobre tal razon*, &c.) quæ licet cum non sint contra libertatem Ecclesiæ, sed omnimodo in ejus auxilium, & expressum favorem, servandæ sunt, absque dubio eis standum, prout nos late suprà 1. p. c. 1. à n. 25. & sursum. 45

Et ita concludendum est in hac quæstione, ut appellationi emissæ à sententia privationis beneficii vel subtractionis fructuum, & similium, lata contradictorio judicio, & juris ordine servato; ordinarius non deferens, violentiam nullam facere dicetur. Hæc tamen appellationis prohibitio de suspensiva tantùm intelligenda est, ut constat ex dictis juribus, quæ tantùm suspensionem adimunt.

Hanc tamen resolutionem non modo limitabis, nisi 46
(secluså fraude) de legitimo impedimento ordinum suscipiendorum doceatur, nam si de eo constat, appellationi, non deferens violentiâ facere, quia tunc licitam esse

esse, asseverat Greg. Lopez *in d.* 32. *gl.* 3. *verbo, puede esse alçar.* & expresse etiam *ead. l* 31 ibi, *mas si el clerigo se excusasse por razon de otro embargo, assi como por enfermedad, o por otra cosa, que le embargasse a tiempo, o para siempre, que le viesse acaecido por mal que obiesse fecho, entonces no le deben apremiar, e si si iessen premiar, puede se alçar, e valdra su alçada,* &c. (& facit text. *in d. c. quæris* §. *quod si*, in illis verbis; quod si pro sua voluntate renuerint ordinarii, *&c.* appellatione cessante compellas, *&c.* & favent verba text. *in d. c. omissa* 35. *de electione l.* 6. ibi, tibi non currunt, si promoveri justo impedimento detentus, infrà tempus hujusmodi nequivisti, *&c.* & facit etiam text. *in l.* 1 § *si tutor*, ubi, excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit, cæterùm ante frustra appellatur, *&c.*) *ff. quando appellandum sit.*

47 Quod ita debet intelligi, & declarari; ut procedat, quando de impedimento constat evidenter, non turbidè, intricatè, nec confusè, ut ex ejusdem justificationis evidentia evidenter ex ipsis actis notoria ordinarii injustitia detegatur, quæ cum nullitati æquiparetur, executionem impedit, si autem ita non constiterit, cum in dubio pro sententia judicis, & ejus judicio præsumat jus, prohibens etiam appellationem, tangit injustitiam principalis negotii, reservata superiori appellationis judici, multum distincta, & separata ab hoc; de quo in tribunali tractatur articulo violentiæ, tantùm circa appellationis delationem, & sic de eo tribunal non potest se intromittere, de quo latè dixit *suprà* 1. *p. c.* 2. *à n.* 183. *&* 188. *& à n.* 190. *cum seqq. & c.* 8. *d n.* 38. erit tamen justum gravamen, ut superior revocare post sententiam inferioris Ecclesiastici: quemadmodum autem & cum quibus qualitatibus debeat probari impedimentum, diximus *supra c.* 13. *hac p. à n.* 249. *cum pluribus sequentibus.*

48 Et pro hujus articuli complemento quid quæso dicendum; quando Prælatus aliquem suspendit ad ordinibus jam susceptis, ac ita hic suspensus, aut interdictus sit etiam à suscipiendis, adeò ut ad alios non possit ascendere, ex aliqua causa etiam ob occultum crimen, quomodolibet etiam extrajudicialiter si fuerit interdictus, cum omnimodo hujus prohibitioni, & suspensioni est standum, de quo latiùs per Concilium Tridentinum *sess.* 14. *de reform. c.* 1. & de ejus materia agitur per jura ipsa *in c. ex teno. & c. ad aures, de temporibus ordinandorum.* an non obstante dicta suspensione appellationi emissæ ab ea possit ordines recipere, & ministrare seu exercere susceptos, adeò ut ei non deferens ordinarius vim faciat.

In quo breviter negative respondetur, ut tali appellationi deferendum non sit, nec tunc vis fiet, &
49 probatur text. expresso *in c. is cui* §. *fin. de sent. excom.* 16. text. *in c. ad hæc quoniam, de appellat.* Manuel Rodrig. *quæst. regul.* 1. *tom. q.* 29. *art.* 5. Navarr. *cons.* 8. *per totum l.* 1. *fol.* 29. *&* 30. & vide quæ nos circa c. de excommuni. & suspensione suprà hac p. diximus, &c. 13. à n. 123. circa suspensivum à voce activa vel passiva, & magis in specie & in terminis *d. c.* 1. Concilii Trid. ita declaravit sancta Congregatio super ipso, *ibi*, in ipsisque potestatè appellandi ademptam esse, *&c.* (& iterum *ibi*, quod si adimat appellationem non recursus, *&c.*) quam omnino vide ad declarationem d. Concilii, cujus etiam meminit, & ad literam refert (aliud tamen agens, non hanc quæstionem (Nicol Garcia *de benef.* 3. *p. c. n.* 8.

Circa inspectionem autem ultimæ hujus capituli partis; à visitatione, & correctione morum appella-
50 tioni emissæ judex ordinarius deferre teneatur, vel negans violentiam inferat, tractaturus resolvo: Episcopi, ut aptiùs, quem regunt populum, possint in officio atque obedientia continere: in omnibus his, quæ ad visitationem, ac morum correctionem subditorum suorum spectant, jus & potestatem habent, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegati, eà ordinandi, moderandi, puniendi & exequendi juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, ac diœcesis suæ utilitate necessaria videbuntur, nec in iis, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, seu querela etiam ad Sedem Apostolicam interposita: exequutionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut judicata fuerint; quoquo modo impediat, aut suspendat; ita salubriter sacrum Concilium Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 10. *incipit, Episcopi ut aptiùs*, &c.

Eadem sacro-sancta Tridentina Synodus; præsiden-51 tibus in ea eisdem sanctæ Sedis Apostolicæ Legato & Nuntiis, intendens nonnulla statuere, quæ ad jurisdictionem pertinent Episcoporum, ut juxta proximæ sectionis decretum illi in commissis sibi Ecclesiis eo libentius resideant, quo faciliùs, & commodiùs sibi subjectos regere, & in vitæ ac morum honestate continere potuerint; illud primum eos admonendos censet, ut se pastores, non percussores esse meminerint; atque ità præesse sibi subditis oportere, ut non in eis dominentur, sed illos tanquam filios & fratres diligant: elaborentque, ut hortando, & monendo ab illicitis deterreant, ne ubi deliquerint, debitis eos pœnis coërcere cogantur, quos tamen si cui per humanam fragilitatem peccare contigerit, illa Apostoli est ab eis servanda præceptio, ut illos arguant, obsecrent, increpent, in omni bonitate, & patientia, cùm sæpe plus erga corrigendos agat benevolentia, quàm authoritas, plus exhortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas; sin autem ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia judicium, cum lenitate severitas, adhibenda est ut sine asperitate disciplina populis salutaris, ac necessaria conservetur, & qui correcti fuerint emendentur, aut si respicere noluerint, cæteri salubri in eos animadversionis exemplo à vitiis deterreantur; cùm sit diligentis & pii simul pastoris officium, morbis ovium levia primùm adhibere fomenta, post, ubi morbi gravitas ita postulet, ad acriora, & graviora remedia descendere. Sin autem ne ea quidem proficiant, illis submovendis cæteras saltem oves à contagionis periculo liberare. Cùm igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas & Episcoporum subterfugienda judicia, querelas & gravamina simulent, & appellationis diffugio judi-
52 cis processum impediant, ne remedio ad innocentiæ præsidium instituto, ad iniquitatis defensionem abutantur, atque & hujusmodi & eorum calliditati, & tergiversationi occurratur, ita statuit & decrevit. In
53 causis visitationis & correptionis, sive habilitatis, & inhabilitatis, nec non criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali ante diffinitivam sententiam ab interloquutoria, vel alio quocumque gravamine non appelletur, nec Episcopus seu Vicarius appellationi hujusmodi tanquam frivolæ deferre teneatur, sed ea, ac quacunque inhibitione ab appellationis judice emanata, nec omni stylo & consuetudine etiam immemorabili contraria non obstante; ad ulteriora veleat procedere, nisi gravamen hujusmodi per diffinitivam sententiam reparari, vel ab ipsa diffinitiva appellari, non possit: quibus casibus sacrorum & antiquorum canonum statuta illibata persistant: ita in hæc statuit pariter sacrum Concilium Tridentinum, *sess.* 13. *c.* 1. *quæ incipit, eadem sancta Trid. Synodus.*

Quæ decreta tot spiritus, totque verborum effica-
54 cia, dum in concedenda exequutione, actibus visitationis & correctionis morum, & amovendis appellationibus seu inhibitionibus loquentes statuunt; idem etiam probat text. *in c. reprehensibilis, de appellat.* text. *in c. a l nostr un eodem tit.* cum aliis pluribus probant etiam Oldraldus *cons.* 89. *colum.* 1. Alciatus *cons.* 68. *incipit gubernatorem n.* 9. *lib.* 6. *tom.* 2. Pavinus *in tract. de*

vi

*visitatione q.*10.1.*p.n.*7. Manfred. *lib.*2. *pract. conf. super attenta conf.* 50. Abb Philipp. Franc. & cæteri omnes DD. *in c. ad nostram, & in d. c. reprehensibilis.* Rota *dec. f.* 35. *aliàs* 234. *si Rector, de appell. in novis.* Ant. Gabriel *commun. con. l.* 5. *de acquir. vel amit. poss. conf.* 6. *n.* 5. *vers.* 1. *limit.* Navarrus *conf.* 1. *de appell.* Zerola *in praxi Episcopali* 2. *p. verbo visitat. vers.* 3. *incipit.* 2. *& vers.* 5. *an detur.* Caputaq. *dec.* 361. *p.* 1. Lancel. *de attent. p. c.* 12. *limit.* 18. *n.* 5. *&* 6 per quem etiam Escacia *de q.* 17. *limit.* 26. *n.* 1. Ruginell. *eodem tract. de appell.* §. 1. *c.* 3. *n.* 46. Marq. *tract. de commissio. appellat. extra Rom. Cur. c.* 6. *num* 78. *fol.* 78.

Hanc eandem conclusionem pluries declarando docuit sacra Cardinalium Congregatio in declarationem
55 Concilii, ut est videre, *super d. c.* 1. *sess.* 13. *super vers. in causis visitationis & correctionis*, ubi ita dicit (appellatio à correctione non est admittenda per Metropolitanum (& ibi *vers. nisi gravamen.* &c. ita (post diffi-
56 nitivam sententiam in causa visitationis, & correctionis appellari potest, ita tamen, ut appellatio non suspendat exequutionem) & super verbis (non appelletur) iterum ait appellatio in diffinitiva in causa correctionis non suspendit exequutionem in nonnullis casibus veluti in materia correctionis morum. Ubi Concilium expresè substulit appellationem sublatam, intelligi quoad effectum suspensivum, non autem devolutivum, *&c.* Pariter etiam decisum fuit à Rota 8. Junii 1595.
57 quæ est *dec.* 140. in recollectis per Farin. 4. *per.* in hæc verba (Congregatio Concilii censuit, à mandato de residendo in visitatione adito non dari appellationem ad effectum suspensivum, sed devolutivum tantum,) & iterum eadem declaratio Cardinalium *super d. c.* 10. *sess.* 24. *de reform.* super illis verbis (quæ ad visitationem, ac morum correctionem, *&c.*) inquit (ea quæ ad visitationem & morum correctionem subitorum spectant, non possint per appellationem impediri, vel suspendi, *&c.* & facit etiam Bulla Pii IV. quæ est 17. *in init, de salute gregis*

58 Hanc tamen conclusionem videtur limitandam, ut non procedat, quando appellans se tueri velit privilegio exemptionis, de quo docet, & verificat, ejusque ratione appellationem emittit, quoniam tunc admittendam esse probant Pavinus *ubi suprà d. q.* 10. 1. *p. n.* 7. & Manfred. *loco citato, & lib.* 2. *pract. concl. super attent. concl.* 50. Rota *dec.* 35. *aliàs.* 234. *si Rector. de appell. in novis.* Alciat. & Ant. Gabriel *supra* Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 18. *n.* 3. *&* 4. Escacia *tract. de appellat. q.* 17. *limit.* 26. *n.* 4. Michael Agia *tract. de exhibend. auxilit. in* 8. *concl. in* 3. *casu pag.* 136. & per eum Cened. *q. canon.* 36. *n.* 13. *ad fin.* Marquess. *tract. de commiss. appel. extra Rom. Cur. c.* 6. *n.* 78 *fol.* 78. dicentes etiam, quòd si Episcopus procedat in exemptis, seu aliàs privilegiatis, & ultra privilegiorum normam, dabitur appellatio, & attentata, secus autem si aliter allegetur exemptio de qua nec appareat, nec doceatur, quo casu loquitur Trid.
59 *sess.* 24. *de reform. c.* 10. de quo statim etiam si ipsum privilegium & exemptio proveniat à præscriptione immemoriali, cum (ut diximus) eam probaverit, etenim
60 aliàs non præsumitur. Caputaq. *d. dec.* 361. *p.* Zerola *in praxi Episcopali* 2. *p. verbo, visitatio. vers.* 7. *an aliqui sunt exempti.*

Sed huic limitationi contravenire videtur Concili-
61 lium Trid. *d. sess.* 24. *de reform. c.* 10. *vers. nec in iis*, ibi, nec in iis, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, *&c.* quoquo modo impediat, aut suspendat, *&c.*) Sed ut hujus decreti difficultatem evites, respondendum est; Trident. *in hoc c.* 10. locum habere, quando ordinarius in his visitatione & correctione procedit extrajudicialiter, non autem judicialiter, & processu formato; quia tunc exemptio non impedit appellationem. Ita declaravit illud sacra Congregatio Card. super illis dictis verbis (nec in iis ubi de visitatione) in hæc verba, (Congregatio censuit, habere locum, quando non fuit processum judicialiter.) & iterum super illis verbis (quoquo modo impediat, aut suspendat) & in hæc inquit (in causis visitationis, & correctionis appellari potest post diffinitivam, ita tamen ut appellatio non suspendat exequutionem) prout sancitum est suprà *c.* 10. *sess.* 21. (quod si Episcopus compilato processu, formato judicio, servatis servandis, prout juris fuit procedat, veluti ex causa blasphemiæ, & adulterii, aut restitutionis fructuum beneficiorum, ob non recitatum Divinum Officium, & similium, non habet locum hæc Decretalis:) & ideo cum in solo hoc cap. exemptio enervetur, non verò in cæteris, sequitur, ut cum illud locum habeat dumtaxat, quando proceditur in visitatione extrajudicialiter, non tamen judicialiter: ita etiam ipsa exemptionis admissio regulanda est, itaque in visitatione, & correctione judicialiter gestis procedit limitatio suprà præposita, & doctores ibi citati.

Et ideo etiam rectè dicit quoddam decretum san- 62
ctæ Congregationis Card prolatum die 18. Octob. anno 1600. Alex. Card Florenti Hieronym. Agucchius secret. quem referens sequitur Barbosa *in remiss. ad Concilium Trid. sess.* 13. *c.* 1. *n.* 15. in hæc inquit d decretum In causis verò visitationis ordinariorum, aut correctionis morum, quoad effectum devolutivum tantùm admittitur, nisi de gravamine per diffinitivam irreparabili agatur, vel cùm visitator citata parte, & adhibita causæ cognitione judicialiter procedit, tunc enim appellationi locus erit, etiam quoad effectum suspensivum, *&c.*) Et facit congregatio Card quam
63 refert ipse Barb. *super sess.* 7. *de reform. c.* 8. *n.* 1. in hæc Sacra congregatio Card. censuit, non posse Episcopum in visitatione recusari tanquam suspectum, dum tamen in ea processum non compilet, & se intra visitationis terminos contineat.) referunt etiam Vallasc. *conf.* 70. *n.* 7. Curia Philipp. *p.* 1. §. 7. *n.* 10. & alia etiam adducit idem Barb. *super d. c.* 10. *num.* 5.

64 His convenit, quod dicit Escacia *de appell. quæst.* 17. *lib.* 26 *n.* 10. quòd in visitatione proceditur per modum provisionis, & tunc jus remanet integrum parti, si autem agitur de re, quæ nullum, aut parvum præjudicium infert, requirit celerem exequutionem, cùm agatur de cultu divino, quibus casibus prohibita est appellatio suspensiva. Si autem de re gravi tractatur, in visitatione diffinitivè tractari non potest, quia si determinaretur diffinitivè solemnitatibus omissis, retenta scilicet natura visitationis, daretur excessus, & tanquam ab excessu in visitatione hoc casu sequutam esse appellationem tenet Escacia *ubi proximè*, & quando in visitatione & correctione datur excessus, ut sit
65 licita appellatio quoad utrumque. Speculat. *tit. de appell* §. *in quibus sub n.* 14. Franc. *in c. de Priore. n.* 2. *de appell.* Card. Alex. *in c. ad nostram n.* 3. *eodem tit.* ibi Decius *n.* 1. *& seqq.* Maranta *in spec.* 6 *p. tit. & quandoque appellatur limit.* 27. *sub n.* 333. Greg. Tholos. *tit. de appell. c.* 1. *n.* 1. *& n.* 8. *fol.* 156 Reginell. *eodem tract.* §. 2. *c.* 3. *num.* 229. multa per Pavin. *tract. de visit. p.* 1. *c.* 10. *per totam fol.* 189. *& seqq.* reddunt rationem, quia nulla est causa mundi in qua possit prohiberi appellatio ab excessu. Et hoc ex eo corroboratur, quia in visitatione & correctione morũ sui primæva natura arcta, proceditur extrajudicialiter per modum fori pœnitentialis, ut ultra supradictas authoritates tenet etiam Joan. de Imola. *in c.* 1. *de excessibus lib.* 6 Socinus *super decreta. in tract. de visitatione decimo principali libro post medium, sub vers. quintò quæro.* nonnullos etiam refert Maresc. 66
Var. resol. l. 2. *c.* 35. *à num.* 129.

Et de multis & variis quæstionibus attingentibus 67
hanc materiam visitationis & correctionis, & de quibus casibus, & moribus, seu criminalibus, an occultis, an publicis,

publicis,queat procedere; & quando pœna imponenda delictis commensuranda est, & aliis pluribus,integrum tractatum feci de visitatio. Socinus Pavinus etiam *in eod. tr.* & Zerola *in verbo,visit. 1.& 2.p.* & post Concil. Trid.in d locis, & aliis, declarationes Cardinalium super his, & Doctores superiùs relatos, apud quos omnes de difficultatibus materiæ tibi satisfacies, quas omitto, quia nostri instituti non est ultra jam dicta.

Vnum tamen non dissimulabo, quòd Episcopo visitanti asserenti, se super aliquo casu processisse, seu pro-
68 cedere per visitationem, quando de contrario non apparet,creditur,ut appellatione non faciat attentat a,quia hoc pertinet ad officium suum, & convenit hæc interpretatio subjecta materiæ visitationis ut ita fuit tentatum per Rotam in una Concordien. Decanatus 16 Junii 1570. Quam sequutus Lancel. testatur,*de attent. 2. p.c.12. limit.18. n.*8.ex qua etiam deducit,ut hoc non solùm procedant in his,quæ actuali visitatione per ordinarium gesta sunt, verùm etiam in iis, quæ ratione visitationis, per eum dicerentur fieri, à quibus si appellatur,& appellatione pendente, ad exequutionem deveniat, non dicentur attenta, & probant etiam d. Trid. decreta, ubi de visitatione aut morum correctione agitur, *&c. d.c.* 10. & vide etiam suprà citatos Authores.

Horum autem morum, quæ sub hac fraterna & pœnitentiali correctione, & emendatione cadere assolent exempla nonnulla constituere poteris, bonum exemplum, & scandalum fugiendum respicientia. Etenim nihil est quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduè instruat, quàm eorum vita & exemplum, qui se divino ministerio dedicarunt; cùm enim à rebus seculi in altiorem sublevati locum conspiciantur, in eos tanquam speculum reliqui oculos configunt, ex eisque sumunt, quod imitatur,quapropter sic docet omnino clericos in sortem Domini vocatos, vitam, moresque suos omnes componere, ut habitu,gestu,incessu, sermone, aliisque omnibus rebus,nihil, nisi grave, moderatum,ac religione plenum præse ferant,levia etiam delicta(quæ in ipsis maxima essent) effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationis motum.

Cum igitur quo majore in Ecclesia Dei & utilitate, & ordinamento hæc sunt, ita etiam diligentiùs sint observanda; statuit sancta Synodus, ut quæ aliàs à
69 summis Pontificibus & sacris Conciliis de clericorum vita, honestate, cultu doctrináque retinenda, ac simul de luxu,comessationibus, choreis,aleis, lusibus,ac quibuscumque criminibus, vel secularibus negotiis fugiendis, copiosè ac salubriter sancita fuerunt eadem, in posterum iisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio ordinarii imponendis, observentur, nec appellatio exequutionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet,suspendat. Si qua verò ex his in desuetudinem abiisse compererint, ea quamprimum in usum revocari, & ab omnibus accuratè custodiri,studeant,non obstantibus consuetudinibus quibuscumque, ne subditorum neglectæ emendationis ipsi condignas Deo vindice, pœnas persolvant: Ita decrevit sacrosanctum Trid. Concilium 22. *de reform.c.*1.Alia etiam exempla apud Doctores relatos invenies & posui in unum compilata.

Et illud obiter notandum; quòd quando est appel-
70 latio permissa à correctione, seu visitatione,puta,propter excessum (ut suprà diximus) debet exprimi causa gravaminis, sive agatur in judicio, sive extra judicium sive ante sententiam, sive post sententiam. Escacia *in tract. appell. q.*17. *limit.*36. *n.*13.Philip.Franch.*in c. ad nostram* 3. *sub num.*3. *&* 4. *de appellat.* illam reddentes rationem: quia quando jus resistit appellationi nisi in certo casu speciali, tunc appellans debet illum exprimere casum, ut sic appareat, appellatum esse in casu permisso, cui regula non resistit.

CAPUT XVI.

A sequestro, ejúsque relaxatione: sive etiam à depósito, vel ejus remotione; appellationi interpositæ an non deferens vim judex faciat.

SUMMARIUM.

*Sequestrationis decretum est interlocutoria, n.*1.
*Sequestratio regulariter est prohibita,n.*2
*Sequestrum regulariter recipit appellationem, etiam absque causæ expressione, n.*3.
*Gravamen si constat juris præsumptione,seu allegatione juris appellationem requirit aliam causæ expressionem,n.*4.
*Sententia ubi demonstrat causam jure reprobatam, aliam appellãs non tenetur exprimere, si illa notoriè consistat, n.*5.
*Actus contra legem prohibentem est nullus ipso jure, n.*6.
*Juris resistentia efficax est ad prohibendam appellationem, num.*7.
*Legitimum dicitur, quod lege probatur, & favet, n.*8.
*A sequestri attentati denegata revocatione appellationi deferendum est, n.*9.
*A sequestro attentato appellatione pendente licita est, n.*10.
*A possessione & fructuum perceptione non debet quis desistere lite pendente, n.*11.
*Sequestrum quando necessitatur judex, apponere plures referunt casus, remissivè, n.*12
*Sequestrum ex justa causa ex officio potest judex apponere etiam in casibus, quibus denegatur ad instantiam partis, num.*13.
*Sequestrum apponitur in beneficialibus, maxime etiam instante dilapidationis ratione, quando timetur ut ne fructus possint recuperare, n.*14.
*A sequestro non datur appellatio, quando rex apponi jubet præcipuè, non permissivè, n.*15.
*Clem.*1. *de sequest. poss. & fruct. & de ejus materia & intellectu, remissive, n.*16.
*A sequestro imponendo vigore d. Clem.*1. *de seqq.poss. appellari non licet, n.*17.
*Sequestrum quando sit apponendum in beneficiis reservatis ab ordinario provisis, n.*18.
*Sequestrum apponendum in beneficiis reservatis non suspenditur per appellationem, n.*19.
*Sequestrum appositum legis præcepto potiùs ab ipso, quam à judice appositum censetur, & à legis dispositione non licet appellare, n.*20.
*Sequestri remedium dicitur cautio, per quam regulariter cessat, n.*21.
*Sequestrum non evitatur per cautionem, quando à lege apponi mandatur, secus quando simpliciter permittit, n.*22.
*Gravamen legis non est gravamen, à quo non appellatur, num.*23.
*Sequestrum ex Clem.*1. *de sequest.poss.non recipit appellationem, quia à lege non judice juris executore impositum intelligitur, n.*24.
*Sequestrum ubi permittitur, judicis arbitrio appellationem admittit, n.*25.
Sequestri mandatum ob periculum fugæ debitoris non suspenditur per appellationem, ne 26.
*Periculum ubi est in mora, appellatio non suspendit, n.*27.
*Periculũ quando est in mora,receditur à juris regulis,n.*28.
*Sequestri decretum requirit partis citationem, & causæ cognitionem, n.*29.
*Sequestrum revocatur de facto, si ex obruto fuit appositum, n.*30.
*Sequestrum ubi apponitur ob periculum in mora, citatio non est necessaria, nec juris solemnitates, n.*31.
*Sequestrum ob periculum positum sine citatione, non potest revocari, & relaxari absque ea, n.*32.

Sequestrum

Sequestrum appositum propter scandalum, & rixam vitandam non recipit appellationem, nec per eam suspenditur, n.33.
Ob sequestrum possessio non amittitur, sed retinetur, n.34.
Sequestrarius ex consensu partium possidet, datus autem à judice nullatenus, n.35.
Sequester depositarius, aut conductor ad longum seu modicum tempus, an & quando possit præsentare, n.36.
Sequestratæ rei aut beneficii fructus reservantur vincenti in fine litis, n.37.
Damnum magnum non est in mora modici temporis, n.38.
Sequestratis fructibus non sequestratur possessio, quæ per alios actus potest continuari, n.39.
Descriptio bonorum non suspenditur per appellationem, & ad quem effectum fiat, n.40.
Descriptio bonorum nemini præjudicium facit, & sic facile fit, n.41.
Descriptio bonorum permittitur, etiam quando sequestrum prohibetur, n.42.
Descriptio, per quam bona incorporantur fisco, non permittitur lite pendente, secus de descriptione ad probandum, & liquidandum, n.43.
Descriptio bonorum contra delinquentes hodie non est in usu, n.44.
Actus, qui licite geri possunt lite pendente, possunt & post appellationem, n.45.
Descriptio bonorum permittitur appellatione pendente, ut facilius fiat executio, & probatio fructuum, n.46.
Descriptio bonorum non aufert possessori liberam eorum, & fructuum dispositionem, cùm solùm tendat ad probationem & liquidationem, n.47.
Descriptio bonorum debet fieri, ubi est periculum dilapidationis, & subtractionis, etiam ubi sit prohibita sequestratio, n.48.
Sequestri restituendi sententia non recipit appellationẽ. 49.
Sequestri reddendi decretum est interlocutoria merè, n.50.
Sequestrum relaxatur, & tollitur statim, quod aliquis possessor declaratur; n.51.
A depositu facto per judicem appellationi non deferens an vis fiat, n.52.
Depositum, & sequestrum idem & promiscuè usurpantur in jure, n.53.
Sequestrum est judiciale depositum, n.54.
Inter sequestrum judiciale & depositum extrajudiciale quæ sit differentia, ibid. remissivè.
Sequester in omnibus depositorio æquiparatur, n.55.
Sequester ad restitutionem sequestri actione depositi tenetur, n.56.
A sequestri, aut depositi denegata revocatione appellationi an sit deferendum, n.57.
Distinguitur, num.58.
A sequestri revocatione legitimè facti licita est appellatio, n.59.
Secus ubi nulliter factum sit, n.60.
Prohibetur quid, cùm prohibentur omnia, per quæ pervenitur ad illud, n.61.
Solemnitas requisita actui construendo, eadem requiritur ei destruendo, n.62.
Sequestri revocatio non suspenditur per appellationem, quando cessat causa sequestri, aut depositi, n.63.
Sequestrum appositum juris dispositione, non finitur nisi per sententiam transactam in rem judicatam, n.64.
Sequestrum ut tollatur, requiritur sententia executio, cum aliter lis non dicatur finita, n.65.
Et quid quando sequestrum apponitur judicis officio, & ejus arbitrio, n.66.
Sequestri loco data cautio de re non varianda, & restituenda, durat post rem judicatam, n.67.
Sequestrarius semel electus non potest removeri, nisi ex nova causa, n.68.
Depositarius munus suscepti sequestri non potest deponere, nisi jussu judicis, aut alia justa causa superveniente, n.69.
A sequestrario compulso ad depositi redditionem, appellationi an sit deferendum, n.70
Verbum compelli, aut cogi, ad executionem pertinet, n.71.
Depositi causa est privilegiata & celeris solutionis, n.72.
Depositio non verificatur nisi verificetur suppositio, n.73.
Dispositio supponens non per relationem, disponit etiam in supposito, n.74.
Compelli dicitur si condemnatio præcedat, n.75.
Dictio (illico, quàm celerrimè) non admittit exceptionem requirentem altiorem indaginem, n.76.
Appellatio removetur etiam per verba æquipollentia, n.77.
Contra depositarium aut sequestrum agitur actione ad exhibendum, n.78.
Dictioni (illico) attribuitur executionis significatio, n.79.
Dictio (omnibus modis) importat ipso jure, 80.
Depositum confessatum an rejiciat appellationem, sicut depositum verum, n.81. & seqq.
Depositum confessatum inter easdem partes vim depositi retinet privilegium, n.82.
Depositarius seu sequester potest appellare, ubi depositarius ipse non apparet, n.83.
Sequester compulsus ab executore rei restituendæ vincenti in lite an possit appellare, eo quòd in sententia non nominetur, n.84.
Instrumentum factum in judicio paratum habet executionem, n.85.
Fidejussio judicati solvendi purificatur per rem judicatam & exequitur etiam non nominatus in sententia, n.86.
Sequester ad mandatum judicis tenetur sequestrum restituere vincenti, n 87.
Executio directè fit adversus tertium rei litigiosæ possessorem, n.88.
Sequester, & depositarius potest urgeri quandocumque ad rationem reddendam, n.89.
Sequestri remotione intimata statim sequestrum est restituendum, n.90.
Depositarius condemnati etiam non nominatus in executorialibus potest directo exequi & compelli, n.91.
Tertio cui ex obligatione aliquid resultat; competit executio instrumenti, n.92.
Administratio condemnati non exhibens rem, in quem executio est facienda, compellitur omnis juris rigore, n.93.
Depositarius seu sequester compulsus à judice, ut alteri tertio restituat sequestrum, an teneatur appellare, n.94.
Debitor compulsus solvere minus legitime personæ appellare potest, n.95.
Debitor compulsus solvere minori sine tutoris authoritate, potest appellare, 96.

LICET quamvis verissimum sit, ut sequestratio; seu decretum de sequestrando, merè interlocutoria sit, secundùm Bald. *in additio. ad Specula. tit. de sequest. poss. & fruct. vers. fin.* Bartach. *verbo sequestratio ad princip. vers. 2.* Philipp. Franch. *in cap. cordi 4. limit. de appell. l. 6.* Cassiad. *dec. 5. de sequest. poss. & fruct. n. 1. 2. & 3.* & per Rotam Marescotus *variar. resol. lib. 2. c. 77. num. 12.* Escacia *tr. de appell. q. 17. lim. 6 memb. 2. n. 17. ad fin. & n. 2.* ubi allegat Cæsar. Bar. *decis. 71. n. 1.* & à qua interlocutoria, regulariter prohibetur appellari, *l. 2 ff. de appell. recipiend. l. ante sentẽ. C. quorum appell. non recip.* Conc. Trid. *sess. 24. de reform. c. 20. & in reg. 36. cancellariæ.* 1

Tamen ex quo sumus in materia prohibitiva, prout sequestratio, quæ omni jure Canonico, & Civili prohibita est regulariter, ut in rubro & nigro, *C. de prohibita sequestratione pecuniæ, l. nimis properè, ff. de execut rei jud. c. 1. de sequestr. poss. & fruct. c. 1. ut lite pend.* Francisc. Curtius *in tract. de sequestro, n. 6.* appellationem admittendam, non prohibendam esse regulariter, affirmandum ex statim dicendis, adeò ut nunc procedat absque expressione causæ, licèt interposita dicatur ab 2
interlocutoria, secundùm Bald. *in l. minoribus, num. 5.* 3

vers. sed in appellatione. Philip. Franch. *in d. car. cordi. 4. limit.* quos refert Cassiodorus *ubi proximè, lib. num. 2.* rationem reddentes, quia quando constat de gravamine juris præsumptione, vel per allegationem juris, ut si judex mandat sequestrum fieri (quod est regulariter prohibitum) non requiratur causæ expressio, ut ex Bald. *in d. l. nimis*, ubi Paul. Castrens. *col. 1. in fin. vers. & dicitur hic. n. 7.* Philip. Franch. *in c. 1. col. 3. ad medium, vers. 3. limit. n. 7. de appell. in 6.* Gratian. *discept. forens. 2. tom. c. 232. n. 27. & seqq.* Franch. *in c. ut debitus q. 11. n. 22.* Cardin Alexand *sub n. 41. vers. stat ergo regula, fallen. 3. de appell.* & idem Franch *in c. 1. sub n. 7. eodem tit.* Escacia *eod. tract. q. 4 n. 34. vers. amplia hanc restrictionem, & q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 216. sublim. 6.* Cæsar. Conrard. *in leg. unic. q. 1. n. 49. vers. si declara. C. si de momentanea poss.* Lancel. *tractat. de attent. 2. p. c. 12. limit. 1. n. 33. & lim. 53. n. 42. & 43.* dicentes, quod cùm de hoc gravamine constat per allegationes juris, & ejus præsumptione (cùm regulariter sit sequestratio prohibita) ideo alia gravaminis expressione nō est necessaria, cùm in re tam aperta, & evidenti supervacua, sit licèt aliqui contrarium dicant, ut est videre per Escaciam *d. q. 4. à n. 34.*

4

Et comprobatur, quia quando ex tenore, forma, & inspectione sententiæ verè constat de gravamine, puta; quia in ea exprimitur justa causa, vel reprobata à jure, tunc isto casu notorietas excusat etiam ab onere proponendæ causæ Franc. *in cap. ut debet q. 10. n. 21.* & ibi. Card. Alexand. *n. 41. fallen. 2. de appell.* & ipse Franch. *in d. c. 1. sub. n. 7 de appell. in 6.* Lucas Pæt. *in pract. Capitol. lib. 5. lim. 4* Capicius *decis. 1. sub. n. 21. & 22.* Lancelot. *de attent. 2 p. c. 12. limit. 33. n. 40. & 41.* Escacia *ubi proximè d. c. 4. n. 34.*

5

6 Primò probatur, quando lex resistit aliquid fieri, prohibendo, si actus sequatur adversùs legem prohibentem; est nullus ipso jure; *l. non dubium, ibi*, ut ea, quæ lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solùm inutilia sed pro infectis etiam habeantur, (& *ibi*, nullum contractum inter eos videri volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente) *& l. jubemus, §. sanè C. de sacrosanct. Eccles. l. prohibitum, C. de jure fisci lib. 10. gl.* licèt sententia de sequestrando sit interlocutoria, & propterea non appelletur, imò executionem mereatur : tamen quando nulla est, ipsum privilegium amittit, *l. 4. §. condemnatum de re judicata*, appellationéque ab ea pendente attentatum exequendo fieret violentia, juxta ea, quæ exactè dixi *infra 3. p. c. 9. à princio.*

7 Deinde, quia sicut resistentia juris apta est, & efficax causa prohibendæ & emendatæ appellationis, Rota *decis. 234. alias 35. de appell. in novis.* Caputaq *d. c. 228. 1. p. n. 2. & per tot.* Ita similiter, & à fortiori per contrarium ipsa juris resistentia eam debet admittere, quando scilicet; in favorem appellantis resistit contra factum & gravamen, quia contrariorum eadem est disciplina, & ita in simili casu argumentatur Marq. *tract. de commiss. 2. p. c. 22. n. 36 fol* 249. promptior si quidem lex est in appellatione admittenda, quam regulariter & in dubiis semper admittit; quam in prohibenda, maximè quoniam hæc talis appellatio juris habet præsumptionem pro se, ut dictum est, & ideo omnimodo licita

8 judicanda erit. Enimverò legitimum id dicitur, quod lege approbatur, & favet lex *legitima, ff. de pactis l. 3. § fin. ff. pro socio.* Dec. *conf. 258 vol. 2. n. 4* Parlad. *l. 2. rerum quotid. c. fin 5. n. § 11 n. 4* ubi de simili nostro argumentum facit, ut illa erit legitima admittenda exceptio, quā lex approbat, sicut è converso illegitima, & non admittenda erit illa, quam lex reprobat, & resistit, & aliud simile facit Bertach. post Card. *in reperto. verbo, sequestratio, vers. 28.* quòd sicut impediens justum sequestrum punitur *ex clem 1. § 1. de seq. est p. ff.* & sicuti permittitur

9 injustum impediri; ac sicuti prohibita est sequestratio, facta à judice attentante; ita licita est appellatio à non revocatione ipsius sequestri attentati, latè Affl. *decis. 98. pulchrum, n. 1. usque ad 5.* Escacia *de appellat. q. 17 lim 6 memb. 217 fol. 334.* Maranta *de ordine jud. 6. p. 2 tit. de appell. n. 296 sub. 15 limit.* Lancel. Robertus *de attentat. 2. p. cap. 12. limit. 12. in princ. & n. 25.* ubi solùm Cardinalem refert, dicit attentatam esse sequestrationem factam regul triter appellatione pendente, & quòd 10
appellatio ab hac interlocutoria de sequestrando licita sit, tenet Hieronym Gonzal. *in regul. de men. & alter. in 7 §. proœm. n. 89.* Barbosa *in remiss. ad leg. Lusit. tit. de partit. l. 4. tit 96. § 13. fol. 206.* Grat. *in discept. forensi tom. 1. cap. 232. n. 23.*

Prætextu enim litis motæ, non debet quis à sua pos- 11
sessione, & fructuum perceptione desistere. nec ejici. Ita Eguid. *decis. 701 si possess.* Lanfran. *decis. 447. possidens.* Capicius *dec. 72. sub. n. 2* Franch. *in c. cum tenamur in 1. notab. de appell.* Parisius *conf. 41. n. 38. lim. 1.* Gonz. *conf. 75.* Bellon. *conf. 18. perpensis, n. 14. & seqq.* Menoch. *de recuperan. possess. rem. 17. n. 49. & 17.* (ubi nullum ex præallegatis citat.) Bertran. *conf. 41. n. 21 p. l. 1* Natta. *conf. 606. approbo, n. 13. lib 3.* apud quos ne te allegationum mole gravare velle videamur, alios innumeros inveniens, quam & communem esse tetatur Castrens. *conf. 346. forma amplior. col. 1. l. 2.* loquens in eo, qui erat in quasi possessione eligendi, testatur etiam Probus ad Menoch. *in c. 1. ut lite pendente n 6* à qua nemo discrepare, affirmat Ant. Gabr. *communi opinion. lib. 5. concl. 6. in princ.* apud quem alios videbis. Quò pertinet, quod dicimus, lite seu appellatione pendente, omnia esse in suo integro statu debere, continuando suam possessionem, & fructus percipiendo, & legitimam administrationem conservando, prout antea, ut superiori circa quæstionē residentiæ beneficii ante si dixim us, à n. 30.

Sed isthæc conclusio aliquot modis declarari con- 12
venit; quod licet ita verum sit, ut regulariter prohibita sit sequestratio, aliquibus tamen casibus, vel ex permissione juris, ut quia lex permittit judici, secundū quod sibi necessarium esse videatur, ut tunc possit sequestrum apponere, vel perceptione & mandato præciso juris, ut quia lex statuit, & mandat necessitativè, ut aliquo in casu apponatur aliqua sibi justa & rationabili causa motus, qui casus plures sunt quorū quatuor meminit. gl. *in l. 1. C. de prohibit. sequestrat.* Undecim ponit gl. fin. *in c. 2. de sequestr. possess. & fruct.* eosdem ponit Angel. de Perusio *in tract. de sequestro, ex n. 4. cum seq.* Sexdecim confert Abb. *in d. c. 2. à n. 7. usque ad n. 10.* quos omnes reducit ad sex. *l. 1. tit. 9. p. 3.* ut dicit Greg. Lupus *ibi gl. 1* Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 12. ex n. 19.* & viginti & octo casus in unum congessit Jacob. Sahagum primariæ Cathedræ Salmanticæ Canonum Professor, & Doctor & Præceptor *in repetit. c. 2. de sequestr. poss. & fructuum à num. 26. cum pluribus seq.* alios ponit etiam Gonzal. *reg. 8. de men. in §. 7, proœmiali à n. 21.* & de materia tractantes extra Doctores omnes supradictos, & communiter *in c. examinata de judiciis, & in l. interesse puto, ff. de acquir. poss.* Jacob. de Arena Franc. Curtius *in tract. de sequestris, & sequestrationibus*, qui habentur inter tr. dictos assecurationis & de pign. & novissimè Carrasius *in tract. de sequestro*, quos tui est videre, mei non transcribere.

Adeò ut judici à jure permissum est generaliter ex 13
justa causa sibi bene visa ex officio apponere sequestrū etiam in aliis cæteris casibus, in quibus sequestratio ad instantiam partis apponi non potest. Bart. *in l. Imperatores, §. fin. num. 3. ff. de appellat.* Beroius *conf. 116. n. 6. lib. 3.* Calv. *decis. Fivizana 23. sub. n. 34. vers. judex tamen ex officio.* Lancelot. *de attenta. 2. p. c. 12. limit. 12. n. 26.* & idem *in 3. p. c. 29. n. 148. & 149.* ubi dicit quòd Rota generaliter ex causa sibi bene visa solet devenire ad oppositionem sequestri: præsertim quādo constat de attentatis, tenet etiam Caputaq. *decis. 151. & 157. p. 3.* Rota *decis. 10. n. 4. ad medium & per totam, ut lite pendente,*

*pendent.in noviſ.*Moëda *deciſ.*1.*n.*3. *de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fructuum.* Caſſador. *deciſ.*3.*n.*6. *de reſtitutione ſpoliat.* Cæſar. de Graſſ.*deciſ.*2.*de appellat.*& fuiſſe ita deciſum in cauſa Urgelia. Archidiaconatus 24. Octob. 1582. coram Gypſio, & aliàs ſæpius teſtatur Mareſco.*variar. reſolutio. lib.*2. *c.*77. *num.*58. *&* 59. & interdum etiam ceſſante fructuum dilapidationis ratione, generaliter
14 poteſt opponi ſequeſtrum, in cauſa, ſcilicet beneficiali quando timetur, quòd non poſſit commodè fieri executio, & recuperatio fructuum, Puteus *deciſ.* 150. *n.*3. *lib.*2. *& deciſ.*249.*n.*3.*p.*3. Rota *dec.*1.*n.*3.*& per totam p.*2. *diverſorum*, ubi multa in propoſito adducuntur.

15 Prædicta tamen regula, ſcilicet, appellationem licitam eſſe, vimque,ſi à ſententia de ſequeſtrando appellationi non deferatur; fallit in aliquibus caſibus, ut primò ſcilicet; non procedat,nec locum habeat, quando lex vel canon præcipit & mandat, ſequeſtrum apponere in aliquo caſu, hoc eſt, quando jus diſpoſuit præceptivè, non permiſſivè. Et ſit exemplum in caſu text.*in clem.*1.*de ſequeſt.poſſ.& fruct.*qua eſt ad compeſcendas litigantium malitias, ita diffinitum (Ut una contra poſſeſſorem diffinitiva ſententia ſuper beneficio apud ſedem Apoſtolicam dumtaxat in petitorio, vel poſſeſſorio promulgata, beneficium ipſum,etiamſi dignitas,& perſonatus exiſtat,& curam habeat animarum, à poſſeſſore hujuſmodi (dum tamen triennio pacificè antea ab eo poſſeſſum non fuerit) per loci ordinarium
16 apud aliquam perſonam idoneam ſequeſtretur, quæ plenam de ipſo & debitam curam gerens, id quod de fructibus ipſius (debitis ejuſdem ſupportatis oneribus) ſupereſſe contigerit, illi reſtituat, qui finalem in cauſa victoriam obtinebit, *&c.* de cujus intellectu latè videndus eſt Mareſcot *variar. reſolut. lib.*2. *c.*77. *per tot.* & Gratia *in diſceptat. in cap. citandis.*

Et ſic ab hoc mandato de ſequeſtrando, non eſſe licitam appellationem quominus executio locum ha-
17 beat. nec ſuſpendi queat; notant communiter DD. *in d. clem.*1. præſertim Cardin. *ibi notab.*9. Afflict. *deciſ.* 152.*n.*6. Caſſador. *deciſ.*5. *de ſequeſt. poſſ. & fruct. per totam*,& præſertim *verſ. ſed major pars Dominorum.* Maranta *de ordin.judic.*6.*p.tit.de appellat.n.*182. Lancelot' *de attenta.*2.*p.c.*12.*limit.*12.*n* 4. Veſtrius *in praxi lib.*7. *cap.*2.*n.*5. rationem hujus limitationis ſtatim reddemus, quam ſimul reddens ſequitur Mareſcot.*ubi proximè d. c.*77. *n.*9.*&* 10.11.*&* 12.

18 Secundum exemplum huic doctrinæ potes invenire in Pii IV. Pontificis maximi Bulla ſub die 26. menſis Octobr.anni 1560. quæ in Bullario eſt 142. inter ejuſdem Papæ conſtitutiones, qua ſtatuitur; quòd quando beneficia ratione meſſium, ſeu aliàs ſunt reſervata, & inter proviſum Apoſtolicum,& ab ordinario proviſum deſuper litigare contigerit, judex ſtatim, quod parte legitimè citata, & citatione reproducta, cognoverit, præfatam reſervationem etiam ſummariè & extrajudicialiter, quantum ſibi pro rei qualitate ſufficere videbitur; fructus, redditus, & proventus beneficiorum ſequeſtrari, mandet, ac faciat, *&c.*

Pariter in hoc caſu ſicut & in ſuperiori appellatio nulla impedit hujuſmodi ſequeſtri appoſitionem ex identitate rationis, ut per Veſtrium *in praxi de lib.* 7. *c.*2, *n.*9. *verſ. ſed. præcipitur*, &c. Hieron. Gonzal. *d.* §.7. *proœmiali, n.*83. *& ſeqq.*

Aliud etiam poteſt conſtitui exemplum in caſu text.
19 *in c. cum vos, de off. ord.* de quo nos alibi. Et quartum poteſt exemplum reddi *in l.Imperat.*§.*idem reſcripſerunt ff.de appellat.* ubi mandatur res ſequeſtrari, quando aliquis appellat ab executione, ſeu executoris exceſſu, etiamſi non ſit ſuſpectus propter magnam præſumptionem, quæ eſt contra hunc appellantem, ut faceret cauſa differentiæ executionis.Cardin. *in d.clem.*1.*q.*22. ut poſt Imol. *in d.* §. *reſcripſerunt*, declarat Æmilian. *conſ.*77. *Divi,n.*47.*&* 48.Panorm. *in c.*2. *de ſequeſt poſſ.*

& fructu. Currius *in tract. de ſequeſtro q.*1.*limit.*1. Reb. *in* 3. *tom. tract. de ſentent. execut. gloſſ.*4. *n.*5,*fol.*232.

Et hujus rationem ipſimet reddunt Doctores, quia 20
cùm lex mandat apponere aliquo caſu ſequeſtrum, quia potius impoſitum dicitur ab ipſa lege, quàm ab homine, & judex apponendo id, legem exequitur obtemperans tanquam ejus executor, à legis autem diſpoſitione non eſt licita appellatio, nec à judice eam exequente, *l. fin. de appell. recip. c. conſulit.*3. *de appell.* text. *in c. relatum de cleric. non reſid.* Navarr. *in repetit. c.cum contingat.* 15. *cauſa nulli fol. mihi.*151. Bern. ad. Diaz. *regul.*675.Gratian. *reg.*35.Bobad. *in pol. l.*3 *c.*8. *n.*278. & diximus *in c. præ ed.* & pluries in diſcurſu, & propterea nec à pœna legis appellatio admittitur, *l. ſi qua pœna* 244. *ff. de verbor ſignif.c. quia nos* 32.& ibi gloſſ. *in fin. de appellat.*gloſſ.communiter recepta *in c. cupientes de electione lib.* 6 *in* §. *quod ſi, verbo privatos.* Bald. *in l.*1 *C. ne ex delict. defuncto.*

Et hinc fluit, quòd licèt regulariter ſit verum, ut ſe- 21
queſtrum evidenter ceſſet oblata, & præſtita cautione, quæ dicitur medicina ſequeſtri, *l. ſonat. in fin.ff. de offic. præſidis, l. ſi fidejuſſ.* §.*fin.ff. qui ſatisdare coguntur*, quia cautio ſubrogatur loco ſequeſtri. Cæſar. de Graſſis *deciſ.*3.*n.*5.*de fidejuſſor.* Bernard. Diaz. *in regul.*685. *ſequeſtrum evitatur.* Azevedius *in l.*1. *num.*4. *&* 5.*tit.*12.*l.*4. *recopilat.*text.*in c.de ſequeſtra.poſſ. & fruct.* cum ibi notat ab Ab. Sahagum & aliis, Mareſcot. *var. reſol. lib.*2. *c.*77. *num.*16. tamen locum habet dumtaxat, quando ſequeſtratio à lege,vel canone judici apponenda permittitur;non verò procedit,quando à lege præcipitur, 22
& fieri mandatur, ut in caſibus d. Clem. 1. & Pianæ conſtitutionis, quæ incipit, *cordi nobis eſt*, quæ eſt in Bullario 67. quæ eſt inter conſtituriones Pii V. mandantis ſequeſtrari fructus in caſu, de quo loquitur, advertunt expreſsè Nicolaus Milis *in repert. verbo ſequeſtrum, ubi eſt, ſiendum*, allegat Joan. Andream *in addit. ad Specul.in rubr.de ſequeſt.poſſ.& fru.verſ.& nota. quod licèt regulariter.* Veſtrius *in praxi l.*7. *c.*2. *n.*9. Hieron. Gonzal. *ad* §. *proœmiali num.*79. loquendo in terminis conſtitutionis Pii V. ſuperiùs allegatæ, & loquendo circa diſpoſitionem clem.1. ultra citatos,quod in caſu illius text. non poſſit impediri ſequeſtrum per cautionis oblationem; tenet expreſſa ratione hac Cardin. *ibi n.*29.Puteus *deciſ.*311.*n.*1. *lib.*1. Grat. *in diſcept. forenſ. tom.*2.*c.*232.*n.*16.& poſt Joan. Andream *in addit. ad Spec. in rubric.de ſequeſt.poſſ.& fruct.verſ.& nota, quòd licèt regulariter.* Milis & Veſtrius *locis prox. citatis.* Mareſc. *var. reſol. lib.*2.*c.*77.*n.*17.

Et ideo concludere potes, quòd appellationi emiſſæ à mandato de ſequeſtrando eo caſu, quo à lege fieri mandatur, ſeu præcipitur, non deferens judex vim facit ut ex adductis rationibus. Et quia cùm hujuſmodi ſequeſtrum imponatur potius ab ipſa lege, quam ab homine: & judex nihil aliud facit, quàm legem exequi; ideo appellatio ab eo non ſuſpendit executionem ſequeſtri tanquam ab executore.

Etenim gravamen legis, non eſt gravamen. Bald. 23
*in c. ad noſtram, col.*1. *de appell.* quia leges omnes obedire debent §. *arripiat.authent. ut omnes obedire jud.provin.* unde non mirum,ſi appellatio prohibeatur.Rebuf. *in l. ſi qua pœna,in princ. verſ.namque harum, de verbor. ſignific.* Et in terminis, hac noſtra ratione hoc ipſum
affimat Gratian. *in diſcept.forenſ.t om.*2.*c.*232. *à n.*19. 24
ubi dicit, quòd in caſu *d. Cle.*1.*de ſequeſt. poſſ.& fr.*ideo appellatio non impedit ſequeſtrum, quia tunc illud ſequeſtrum imponitur potiùs à lege,quam ab homine, & ideo judex ut legis executor procedit,à quo juſtè denegatur appellatio, oprimè & de hac ratione in terminis etiã per Mareſc.*ubi prax.n.*9.10 11. *&* 12.at in cæteris caſibus,etiam ubi ſibi ſit permiſſum cùm hoc per- 25
mittatur quantũ ſibi viſum fuerit arbitrari, juſta & legitima cauſa exiſtente, inter arbitrandam juſtã cauſam

potest pars censeri se gravatam, ac ideo superior per appellationē aditus de ejus legitimitate gravamen an sit, judicabit; quia à judice cujus arbitrio aliquid relinquitur, & gravat, potest licitè appellari regulariter, & ex his, quæ latè Farin. *in tr. crim. tom* 1 *q.*17. *à n.*27. *cum pluribus seqq.* & nos latè *infrà* 3. *p. c.* 53 *per tot.*

26 Secundò præfata regula & conclusio adhuc fallit in aliquibus casibus, in quibus licèt non mandetur, nec præcipiatur à jure fieri sequestrum; sed solùm permittitur appellatio admittenda est suspensivè ex alio capite, seu aliis specialibus juris rationibus vigentibus peculiariter in illis. Et horum unus sit: quando propter suspicionem fugæ probatam sequestrum fieri permittitur; de quo fit mentio per Doctores suprà inter casus gestos: nam in hoc casu imminet periculū per moram, nam si appellatio suspenderet effectum mandati de sequestro, ea interim pendente aufugeret. Et confirmabuntur suspiciones in maximum periculum juris petentis, quod illusorium maneret, & inane id. & præjudicium propter difficultatem executionis, & hæc fugæ suspicionis ratione multa sunt à jure permissa specialissima, quæ aliàs non permitterentur aliquo modo, ut est videre apud Villal. *com. opin. it. D. fol.* 218. *n.*27. Ilf *in l. imperium, n.* 15 *ff. de jurisd. omn. judic.* & ibi Rom. Anchar. *cons.* 184. *alias* 192. Farin. *in pract. crim.* 3. *tom. q.*23. *n* 130. vel alios Azev. *in l.* 15. *tit.*9. *lib. recop. in princ.* Escacia *de appellat.* 17 *limit.*6. *memb.*2. *n.*30. & *q.*13. *n.*100. & *l b.*1. *c.*58. *sub n* 2.

27 Et ubi est periculum in mora, appellatio nullatenus suspendit, *ff. de app. tut. recip.* Ripin. *in l. admonendi, n.*193 *ff. de jurisd.* Joan Bapt. Asinius *in praxi jud.* §. 32. *c.*2 *lim.*2 *n.*7 Franc. *in c. qua fronte, in gl. in ver. decedat. col.*5. *a medium sub n.*18. Ilf. post alios *in l.*1. *n.*5. *ff. de feriis*, Hippol de Marsi. *sing.*87. & 258. Manfred. *in lib.*2. *cons.*356. Ozas. *decis. Pedemont.*86. facit quod Bart. & Salic. *in l. generaliter in fi. pr. C. de rebus cred.* quia quan-

28 do periculum est in mora, meritò à juris regulis recedimus, de quo per Doctores, præsertim Decium *in c. dilecta ad fin. vers.* & *hoc verum, de confirmatione uti. vel inuti.* & per Hippol. de Marsi. *in l.*1. *C. de probat. col.*40. Mandos. *super reg.*31. *quod commissio causarum q.*3. *n.*2. & *seqq.* ergo nihil mirum, ut licèt in hoc casu cesset ratio illa legis mandātis fieri sequestrum, cùm hæc altera periculi imminentis vigeat in eo, appellationi non deferendo, vim nullam adesse, dicatur.

29 Et confirmatur, quoniam licet ad expediendum decretum sequestrationis, necessaria sit partis citatio, & causæ cognitio, Angel. *cons.* 107. *n.* 1. & 3. Alex. Stiat. *in pract. jud. c.*12. *n.*5. Achil. Personal. *de adipiscend. n.*23. *vers.* & *judex tom* 3. *p.*2. *fol.*46. Beneintend. *dec.*73. *orta, n.*3. & Contar. *in l. unic. limit.*16. *n.*10. Gratian. *discept. forens. c.*14. *n.*36. Curtius *de sequestro c.*2. *num.*59. dicentes quod revocatur de facto sequestrum, quando ex Obruto fuit concessum Virginius de Boccat. *tract. de*

30 *inter. uti possi. c.*14. *de probat. n.*44. *vers.* & Menoch. *to.*3. *p.*2. *fol* 309. tamen quando periculum esset in mora; tunc citatio non est necessaria, nec juris solemnitates requiruntur in sequestri appositione, Beneintendi *dec.*73. *orta n.*14. Joseph. Ludov. Perusi. *decis.*20. *sub n.*2. Escacia *de appell. q.*17. *lim* 6. *memb.*2. *à n.*28. Meno. *de adipisc. rem.*6. *n.*19. Achil. Person. *d. tract. de adipisc.*

31 *sub n.*24. *vers. quod ego tom* 3. *p.*2. *fol.*246 & *n.*38. Alex. Stiat. *ubi proximè, sub n.*2. & loquendo in periculo fugæ, tenet Escacia, *ubi proximè, sub n.*30. Alexand. *cons.*6. *num* 10. *l b* 4 ex supradicta ratione, quia tunc receditur à juris regulis, & solemnitatibus. Quando au-

32 tem ex hac urgenti causa sine citatione appositum est sequestrum; non erit relaxandum, nec revocandum absque ea, Contard. *in l. unic. n.*16. *n.*14. & *seqq. C. si de mort. poss.* aliàs autem factum, non servatis servandis etiam de facto potest reponi, Achil. Personal. *de adipiscend. n.*35. 36. & 37. Escacia *ubi proximè n.*7.

Tertio limitatur; & sic alius sit casus ad tollenda 33
scandala & rixam, ne partes ad arma deveniant juxta *l. æquissimum. ff. de injust.* cum pariter (ut in superiori casu dixi) multa à jure specialia sunt inducta & permissa propter id vitandum. Etenim hanc esse permissam, & legitimam causam apponendi sequestrum, non obstante appellatione, ab eo interposita, seu aliàs pendente, tradit August. Beroius. *cons.* 116. *appellatione pendente, in princ. & per totum*, ita ut à sequestro in hoc casu non admittatur appellatio, ne ejus executio impediatur, tenet Tiraquell. *in tract. le mort.*6. *p. de electione* 6. *num.*6. *pag.*270. Mieres (loquendo in bonis majoratus) *in tract. de majora* 3. *p. q.*7. *n.*4 alios etiam per Gratia. *in regul.*413. *n.*4. (qui licèt loquatur absolutè, ita est intelligendus) Bald. *in l. unic. sub n.*3. & ibi Salicet. *sub n.*3. *Cod. si de nomen. poss.* Alexand. Stiat. *in pract. jud. c.*12. *sub n.*3. Escacia *de appell. quæst.*17. *lim* 6. *membro* 2. *n.*14. *& seqq.* Ruginel *eodem tract* §.2. *cap.*3. *verbo sequestrum num.* 877. Carrocius *tract. de sequest. part.*4. *q.*8. *vers. contrarium.* Pedemonta *decis.*25. *n.*141. Beneintendi. *decis.*79. *n.*1. & *seqq.* Asini. *in tract. de executione n.*122. *cum plurib. seq.* Marquessa *tract. de commiss.*1. *p. c.*22. *à num.*32.

Præsertim cùm in hoc, & aliis casibus, quibus per 34
appellationem sequestrum non impediri dixi, attentis rationabilibus causis & legitimis rationibus, leve ac parvum præjudicium adest, cùm is, cujus res sequestratur; non admittat, sed retineat suam possessionem, seu detētationem, sicut antea, *l. licet* §. *res depositæ, ff. depositi*, gl.2. *in c. examinata de judiciis*, ubi Abb. *num.*13. Card. *num.*25. Imola *n.*6. *in d. clem.*1. Felin. *n.*14. *de cap. examinata.* Curtius *tract. de sequestr. quæst.*20. *n.*71. Guido Papæ *decis.*246. *num.*6. & ibi additionator. Grammat *decis. Neapolita.* 51. *n.*2. Cassador. *decis.*14. *super regul. n.*12. Moēda *decis.*14. *de rest. spol.* Sarnerius *in reg. de annal. quæst.*46 & Mandos. *eadem regul.*14. *quæst.*43. *n.*5. & 6. Tiraq. *de jure constitut. limit.*17. *n.*6. Greg. Lopez *l.*1. *tit* 9. *p.*3. *verbo por avencia.* Corrasius *de sequestro, c.*6. & *l.*3. *Miscel. c.*2. Menoc. *de retinen. rem.*3. *num.*86. Gravatius ad Vestrium *lib.*7. *c.*2. *num.*17. Rota *dec.*46. *p.*1. *diverso.* & 273. *n.*1. *p* 2. Doctor Sahagum *in repe-* 35
*titione d. cap.*1. *de sequest.* ℣ 9. qui omnes illud in hac re constituunt discrimen inter depositarium, seu sequestrum voluntarium, qui ex voluntate ambarum partium præponitur, & necessarium, qui judicis authoritate datus est, ut ille possideat, hic autem nullo modo.

Et an, & quibus casibus sequester depositarius, creI 36
ditor bonorum seu conductor ad modicum tempus ve in perpetuum possit præsentare, vide latissimè ex his, quæ congessit Nicol. Garcia *de benef.*5. *p. c.*6. *à princip* & Cened. *in cano. quæst. q.*10. *per totam*, ubi quid in pignoribus.

Ex quo namq; fructus rei, vel beneficii reservantur 37
Domino vincenti, in tempus & eventum litis finitæ, in casu quo illi pertinere declaretur; non illi auferuntur, sed differuntur dumtaxat, nam quod differtur non aufertur, *l. quoties. C. de precibus Imp. offerendis, c. ancillam* 31. *q.*2. *c. nemo desperandus est de pœnit. d.*7. & præjudicium dilativum non est in consideratione, cùm magnum damnum non sit in mora modici temporis, *l. debitoribus, ff. de re jud.* Caputaq. *decis.*61. *n.*3. *p.*1. ubi plu- 38
res allegat. Pute. *decis.* 245. *in medio lib.*1. *& decis.*68. *lib.*2. *decis.*141. *sub n* 4. *eod.l* 2. Abb. *in c.*2. *num.*28. *de seqq. poss. & fr.* sed in hoc casu appellationem minimè esse admittendam, probavimus suprà hac 2. parte circa inhibitiones temporales *cap.*10 *à num.*31.

Quod maximè procedit in his, in quibus solum- 39
modo fructus sequestrantur, non etiam res, cùm propterea nihilominus potest continuare suàm possessionem per se ipsum, per alios actus possessorios, dempta fructuum perceptione, nam limitata sequestratio

limitatos

limitatos producit effectus, *l. age cum Geminiano C. de transactio. l. in agris, de acquir. rerum dom.* & ita sentit, quando possessio non esset sequestrata, ut per se possit alios actus possessionis exercere. Vitallinus *in d. clem.1. n.67. & num.fin* ibi Vestrius *in praxi lib.7.c.2. num.1.in fin. & n.2.* & tenet Aveved. *in l.1. sub n.17. vers. quoad fructus tit* 10. *lib.4. recop.*

40 Quid autem nunc dicendum venit in descriptione bonorum, an à præcepto judicis eam mandante fieri, ut licitæ sit appellationi deferendum? Et negativè respondeo. Siquidem cùm hujusmodi descriptio bonorum ad finem fiat dumtaxat, ut habeatur illorum notitia, ne subtrahantur: nulli potest dici fieri præjudicium, nec in re, nec in possessione, nec in proprietate, nec in fructibus ejus, & sic tanquam à mera interlocutoria nó qualificata, sed omni legitimo gravamine destituta, nec damnum irreparabile, vim diffinitivæ, nec præjudicium aliquod ex ea potest oriri negotio, seu causæ principali, & sic omnimodo hanc esse permissam descriptionem bonorum, probat text. *in l. fin.* ubi Bart. *ff.de requir.reis,& in l.1.ff.de ventre in poss.mittent.l.fin. ff.de bon.authoritate jud. poss.* Vitall. *in tract. clausula nihil. nov. accusatione pen. sub n.20.*& tradit Bald. *l. defen.C.de jure fisci l.*10. Bart. *in l. post contr. ff.de dona.*

41 Quod ex eo probatur, nam descriptio bonorum ex eo facilè conceditur, quia nomini præjudicium affert, ut videre est apud decis. Pedem. *fol.*112. *in cons.ibidem impresso, n.*26. Sequitur Arif. Tepat. *tom.*1. *tit. de descriptione bonorum in princ fol.*332 adeò ut in casibus, in
42 quibus sequestrum prohibitum est, descriptio bonorum (ne bona pereant, sed appareant fieri potest. Bart. *in l. fin.§.fin.de requir.reis,* nam licèt sit prohibita sequestratio, non tamen est prohibita descriptio, idem Bart. *in l.1. §.eligitur ff.de ventre in poss. mit.* Arisemin. Tepat. *supr. ad fin.* nisi certis casibus, de quibus per Bart, *proximè citato loco,* & per Bald. *in l.unica C.de prohib.seq.pecun.* tenet Garcia. *discepta. forens.c.*14. *n.*28.

43 Qui *num.*26. *& seqq.* respondet *ad l.defensionis facultas C.de jure fisci lib.*10. ubi controversia pendente fas non est, describi facultas possessoris, aut inquietari, ut intelligatur de tali præscriptione, per quam res incorporantur fisco, non autem de simplici inventario, &
35 descriptione. Bart. *in l.1.vers.eligitur num.*1. *ff. de ventre in poss.mitten.* Curtius *tract.de sequest.in princ.n.*15. *vers. prædictam tamen.* Martias Coler. *de proceff. execut. c.*2. *part.*1. *n.*180.& voluit Bald *in d. l.unic.n.*6. ubi distinguit inter descriptionem ad probandum, & liquidandum, & descriptionem ad incorporandum, cùm ista
36 non admittatur, illa autem sic, tanquam non præjudicialis etiam in casu, in quo aliàs sequestratio non permittitur, & hanc distinctionem inter utramque descriptionem sequuntur Marsil. Laud. *de fisco quæst.*142. *tom.*12. *fol.*4. Imol. *in l. Imperatores,* §. *rescripserunt, col.ff.de appell* Menoch. *de arbitra casu* 457. *n.*2.

37 44 Et quamvis annotatio bonorum contrà contumaces juxta *l.*1 *ff de requir.reis,* hodie non sit in usu, descriptio tamen, & adnotatio, de qua *in l. si quis intra provinciam, C. de bonis præscriptor.* hodie servatur, post alios testatur Jul. Clar *pract.crimin. quæst.*44. *vers. sed hodie,* vide quæ nos hac 2. *part. cap.*1. *à n.*178. qui suprà citati Doctores communiter probant, quòd hujusmodi descriptio bonorum, cùm nullum afferat præjudicium, nec damnum queat considerari, licitè posse
38 fieri, etiam lite pendente super accusatione, quod etiam probat Lancelot. *de attent.*2. *part.cap. de attenta.*
45 *accusatione pend. num.*21. *limit.*11. absque reatu attentati, ergo sequitur evidenter, quòd possint fieri etiam post appellationem ab illo, quia est regula generalis,
39 ut omnes hi actus, qui licitè possunt fieri in lite pendente, item appellatio ipsa interposita impedimento non est, quominus generantur, text. celebris *in l si postquam, ff.de legat. seu fideicom. nomine caveat.* & nos diximus *suprà cap. precedenti circa residentias ad fin. à num.*30. & sursum.

Et in expresso ut etiam post appellationem, & ipsa 46
pendente, possit fieri bonorum descriptio, constanter tenet Lancelot *de attenta* 2.*p.c.*12. *limit.*12. *n.*16. ut is, qui non potest obtinere sequestrum; potest appellatione pendente, petere à judice hanc fructuum descriptionem, sperans sibi pertinere, & restituendos, ut postmodum longa evitetur confusio, & obscuritas, quæ oritur ex difficultate probandi per testes, quot fuerit fructuum perceptio; & tandem finita lite sententia habebit meliorem & faciliorem exitum, quia actor relevabitur per hujusmodi bonorum descriptionem ab onere probationis per testes, quantitatem fructuum recollectorum, & justitia facilius expedietur, & commodiùs ministrabitur, & ita propterea permittitur innovare id, quod fit in meliorem causæ expeditionem, text. *in c. cùm teneamur de appell.* & ibi Franch. & communiter Doctores.

Et cùm hæc descriptio bonorum non auferat possessori liberam potestatem disponendi de rebus, & fructi- 47
bus sic descriptis & in inventario positis, cùm etiam illorum alienatio permittatur ex eo, quod dumtaxat fiat, ut sciatur quid steterit tempore litis motæ, & quid collectum fuerit, pro faciliore eorum probatione, & liquidatione, ut post Bart. *in l. post contractum n.*19. *de donatio.* Butriga. *in cap.fin.n.*6. *de sequest. poss. & fruct.* Iff. *in l.fi dejussor.*7.§. *fin.n.*28. *qui satisd.cogan. & per l. si quis intra C. de bon. præscr.* Imol. *in l.Imperat.*§. *idem rescripserunt, in princ. vers adde quod licet ff.de appell.* Bald. *in l. unic.n.*6. *C.de prohibit. sequestr.pecun.* optimè Gratia *in discept.foren.tom.*1.*c.*114. *a n.*24. & facit text. *in l.cùm Domini horreorum* 58. *ff.locati,* judicemque absque attentato posse sibi illa concedere. Est etiam opinio ista Ant. de But. Bart & aliorum quos modò citavi, imò dicit Bertach. *in repert.verbo, sequestratio. vers.*72. quòd quando sequestratio est prohibita, debeat fieri 48
descriptio bonorum, si timor sit ne dissipentur, vel subtrahantur, ut facilior eorum pateat probatio, ut ipse *in verbi annotat.vers.*2. *ad quam refert,* ubi plurimos in id refert. Sed etiam Rebuff. *in constit. reg. tom.*3. *tract. de seq. art.*1. *glos.*2. *n.*9.

Sed quid dicendum, quando appellatio emittatur 49
à relaxatione, seu mandato de restituendo sequestro, an sit ei non deferatur à judice, vel fiat, in quo breviter respondeo negativè, scilicet; vim non fieri, cùm hujus decreti executio per appellationem impediri nequeat, tum quia hoc decretum est sententia merè interlocutoria, ita probat text. *in l.fin.*§ *fin.*§. *fin.autẽ per medium, vers.* (per suam autem interlocutoriam creditorem præcipiente secundùm modum debiti ex depositis pecu- 50
niis suum accipere debitum) *Cod. de bonis authori. jud. poss.*& expresè Lud. *in l. si finita,* §. *si quis autem, ff. de damno infecto,* ubi reputat ad hoc illum tex. singularem. Felinus etiam *in rubr. de sentent. & re judic. sub n.*21. idem etiam tenet Bald. *in l. fin. ad fi.vers item not.C de ordine cognitio.* quem allegat ad id Bertach. *in repertor. verb sequestrat. vers.* 56. ergo appellari non debet ex Conc. Trid. *sess.*24. *de reform.c.*20. *d.l.*2. *ff. de appel.recip. l. ante sententiam, C. quorum appell.non recipiantur.*

Deinde quia hæc interlocutoria secum trahi execu- 51
tionem paratam, nam quando judex lite pendente, & appellationem sequestrat: avocat ad se possessionem ad evitanda scandala, ut diximus; & per partes instetur, ut sumpta à judice informatione, quis tempore litis esset in possessione, tunc judex per suam interlocutoriam declaret aliquem possessorem, & sequestratam possessionem relaxaret, ille declaratur possessor, appellatione pendente poterit se in possessionem relaxatam mittere, ita tenet ex hac ratione Augustin. Beroius *in consil.*45. *in causa num.*25. *lib.*3. quem sequitur Lancelot. Robert. *de attent.*2. *part.cap.*1. *n.*36. *& seq.* ubi

dicit, quòd cùm per hujuſmodi ſequeſtrum factum judicis authoritate poſſeſſio non perdatur (ut diximus *ex l. licet, ff. depoſiti,*) ſtatim, ut judice declaratur poſſeſſor, relaxetur, & tollitur impedimentum illud, & continuat ſuam poſſeſſionem, quod fieri poteſt etiam pendente appellatione, nec dicetur attentare, cùm continuatio ejus ſit permiſſa non obſtante appellatione, de quo etiam per nos ſuprà, ex quo namque judex ante ſequeſtri appoſitionem ſemel cognoverit de cauſa, ac iterum ea cognita revocat, maxima erit pro illo præſumptio, inveniſſe, ipſam ceſſare, & ideo pro ejus decreto præſumendum eſt, res enim faciliùs & abſque minori impedimento debet reverti ad ſuam naturam, quã ab ea diſcedi, *l. ſi unus §. pactus ne peteret, ff. de pactis.*

52 Et ex hucuſque deductis ſatisfacies ſecundæ parti hujus capituli, dum quærit an à depoſito vis fiat, ſi appellationi non deferatur, nam idem in totum, & per omnia quod de ſequeſtro diximus; de hoc depoſito à judice facto pariter & neceſſariò intelligendum eſt, cùm idem ſit in effectu ſequeſter, & depoſitarius depoſitarius, & ſequeſter, hoc dempto, ut depoſitum unus, ſeu plures facere poſſunt: ſequeſtrum autem non niſi à pluribus, nam tunc id fit, cùm aliqua res in controverſiam deducit, in cæteris autem omnibus nulla adeſt 53 differentia, ſed imò idem eſt & promiſcuè in jure accipitur, & apud ſequeſtrum deponi dicemus non aliter, text. eſt (qui hoc probat) *in l. ſequeſter ff. de verborum & rerum ſignif. l. ſi oleum ff. de dolo, in l. ii et in princ. & in §. rei depoſitæ, ff. depoſiti* & vides, & illa lex ſedet ſub tit. & rubr. *depoſito*, & ideo omnimodo, & ſecundùm eam intelligenda eſti, nam quando aliqua materia ponitur ſub aliquo rubro, ex hoc judicatur eſſe illius naturæ, cujus eſt rubrum, ut notabiliter voluit gl. *in c. 1. & in c. ſi ſupr.* Gratia, & ibi Domini, *de off. delega lib. 6.* gl *in c. ubi qui de reſcript eod. lib.* gl. *in cl. unica de off. deleg.* quas commendat ad id Panorm. *in prœmio decretal.* Everard. *in loc. legal. in loco à rubro*, ubi latiſſimè & nihil aliud eſt ſequeſtrum, quàm judiciale depoſitum, ut latè per Ant. Pichar. *in §. præterea 3. à n. 17. & n. 21.* ponit 54 differentias inter hoc depoſitum judiciale, ſeu ſequeſtrum, & id quod fit extra judicium inter privatas perſonas, ſcilicet; abſque judicis authoritate; vide ad id per Azeved. *in l. 13 tit. 9. lib. 3. recop. à princ.* & ita etiam d. conſtitutio Pii V. ſuprà adducta, dum mandat fieri ſequeſtrum. dicit fructus, *&c.* penes perſonam idoneam deponantur, *&c.* & quòd ſequeſter in omnibus & per omnia æquiparetur depoſitario probat deſuper expreſsè Joſeph Ludov. *deciſ. 51. n. 15. & 16.* quem ſequitur 55 Ariſmin. Tepat. *tit. de ſequeſt. 7. col. ante fi. fol. 331. tom. 1.*

56 Hinc ſequeſtrarius ad reſtitutionem ſequeſtri tenetur actione depoſiti, *l. ei. apud quen, § 1. ff. depoſiti* gloſſ. *in l. ſequeſter ff. de verborum ſignif.* Salicetus *in l. unica n. 15.* ubi Cortius ſenior *n. 55. C. de prohib. ſequeſtr. pecun.* Alexand. *in l. intereſſe n. 6. ff. de aquir. poſſ.* Bart. *in l. ſi oleum, ff de dolo malo.* Iſſ. poſt alios, *in l. ſi fidejuſſ. §. fin. n. 3. ff. qui ſatiſ. rogam.* Gravat. *ad praxim Veſtrii lib. 7. cap. 2. n. 20.* Petrus Surd. *conſ. 28. n. 10. tom. 2.* qui etiam præſcriptis verbis teneri affirmant, & propterea cùm idem ſint omnia, quæ ſuperiùs dicta ſunt cum regulis, diſtinctionibus, & limitationibus, nullatenus ab hoc depoſito ſeparanda ſunt, tam de mandato, de deponendo, ſeu ſequeſtrando, quàm de ejus relaxatione aut remotione.

Quid autem reſpondendum ſit, nunc quæro, an ſi appellationi interpoſitæ à denegata depoſiti, ſeu ſequeſtri relaxatione, judex non deferat, vim faciat. In quo invenio Auguſtinum Beroium *conſ. 51.* incipit *in hac cauſa verſ. ſecundò concl. n. 5. & ſeqq. ib. 3.* ubi conſolit, quòd à non revocatione cujuſdam ſequeſtri, quod nunquam attentatum, prætendebatur revocari, validè appellari poſſet, ita ut tali appellatione pendente nihil ſit innovandum; & per eum idem dicit Lancelot. *de attenta. 3. p. cap. 28. n. 90.* Idem tenet Eſcacia *appell. q. 17. limit. 6. membro 2. n. 17. fol. 334.* Afflictis *deciſ 98. pulchrum, à n. 1. uſque ad n. 5.* & faciunt, quæ ſupra diximus hoc capite poſt principium.

Quam doctrinam omnino accipe cum diſtinctione 58
de qua ſuprà, ut ſcilicet, non procedat; quando ſequeſtrum, ſeu depoſitum mandatur, ſeu præcipitur fieri à lege vel canone ſed tantùm in iis, quæ fieri permittuntur judici, demptis limitationibus ſupradictis, & ſit in iis caſibus, in quibus appellationem permiſſam eſſe ſuperiùs diximus, hanc Beroii, & aliorum doctrinam procedere, ut ex ea colligitur, quia prætendebatur attentata. At verò in iis, quibus appelllationem non admiſimus, pariter, & à denegata remotione, & à relaxatione negamus appellationem, cùm eadem duret cauſa, & hanc intelligentiam apertè ſentit Marqueſſa. *tract. de comminſſ. 1. p. cap. 22. n. 35. & 36. fol. 249.* di- 59
cens quòd quando ſequeſtrum legitimè & juſtè factum eſt à judice, tunc à revocatione illius datur appellatio, reddens rationem; tum, quia idem eſt gravamen, & tum, quia contrariorum eadem eſt diſciplina, *juxta l. 1. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alieni jur.* Ex qua doctrina ſequitur alia limitatio ad principalem concluſionem no- 60
ſtram, & regulam, ut quando judex in apponendo ſequeſtro nulliter, & in debitis ſolemnitatibus proceſſit, appellatio licita eſt, & ſuſpendit, rectè conducunt, quæ poſt alios Eſcacia *de appell. quæſt. 17. lim. 6. memb. 2. a n. 4. cum ſeqq.* Et iterum apertè dicit Marqueſſa. *ubi proximè n. 34.* poſt Marant. *de ordine judic. 6. p. actu 2. n. 191.* ita etiam Angel. *conſ 107* & foret notabile inconveniens, ut ſtatim facto ſequeſtro in his caſibus, in quibus non appellatur, appetereretur relaxatio ejus, à denegationeque appellare, conſequeretur enim ſuam 61
intentionem hac via, in fraudem & contra intentionem legis, & foret ad id admiſſus altera via, quod ſibi una erat prohibitum, nam cùm quid prohibetur, prohibetur omne per quod pervenitur ad illud, *juxta l. oratio. ff. de ſponſalib.* & quæ ibi adducunt Doctores *in l. ſi ut certò §. fin.* ubi gloſſ. *verbo dominium, ff. commodati.* quo fundamento utuntur etiam Doctores ad illud, quòd quando una via prohibetur appellatio, ad eam alia via admittendus nullus eſt, ut per Bart. *in l. unica num. 4. C. ſi de nom. poſſ. fuer. appellat.* Menoch. *de adipiſcenda poſſ. rem. 4. n. 816.* & conducunt, quæ adducit Ancharanus *conſ. 78.*

Et ubi eſt rationis identitas ejuſdem eſt qualitatis & 62
naturæ, eademque ſolemnitas requiritur, paritaſque juris in aliquo actu celebrando, & conficiendo, & in ipſius revocatione, & remotione, text. *in l. item veniunt in princ. junctо §. 1. ff. de petit. hæredit.* bonus text. *in c. unico, §. idem quoque, deſponſatio, in publ. lib. 6. junctо c. de illis in princ. eod. tit. in decret.* gl. *in l. 3. §. contrarium judicium, ff. de contraria, & utili actione tut.* Bald. *in rubr. extra de jurejur.* idem *in l. pactum in 21. quæſt. C. de collati.* Bart. Bald. Alexan. & Salicet. Iſſ. & DD. communiter *in l. unus §. pactus ne puterat. ff. de pactis*, gloſ. Paul. Card. & cæteri *in l. de tutela, C. de in integ. reſtitut.* & latè per Everard. *in locis legal. in loco de contract. ad diſtract.* ac propterea cùm in hac remotionis negatione duret adhuc illa cauſa primæva, & ratio prohibitiva appellationis pariter de ea judicandum eſt.

Secus autem eſſet affirmandum, quando ipſa cau- 63
ſa non viget, ſed ceſſavit jam, puta; quia finita jam lis ſit, propter quam ſequeſtrum appoſitũ fuit; vel præſtita eſt cautio ſeu oblata cum effectu in iis caſibus, in quibus per illam tollitur, vel aliter ceſſavit cauſa, propter quam hoc depoſitum judiciale fuerit appoſitum, vel accedit dies, ad quem collata eſt reſtitutio, nam tunc cùm ceſſante cauſa, omnes ceſſant effectus, *c. cum ceſſante, de appell. l. age. cum Gemina. C. de tranſact.* & conſiderentur diverſæ naturæ depoſitum, & remotio, juſtiſſimæ huic appellationi deferendum fore, declarabitur, com-

ducunt

ducunt optimè quæ Gratian. *discept. forens. cap.* 232. *num.* 31.

64 Hinc est quòd sequestrum appositum juris dispositione & ubi fieri jubetur, non relaxatur, nec revocatur; nisi causa jam finita per sententiam transactam in rem judicatam, & donec duret causa appellationis, sive sit primæ sive secundæ instantiæ. Bald. *in l. fidejuss.* §. *fin. num.* 2. *vers. adde hic utrum. qui satisd. cogant.* per text. *in l. litibus* 19. §. *fin. autem fidejussiones, C. de agricol. & cens. lib.* 11. Puteus *decis.* 77. *lib.* 1. *&* *decis.* 255. *lib.* 2. & de veriori opinione (quidquid alii contrarium censeant) testatur. Ang. Aret. *in l. Imperatores* 21 §. *idem rescripserunt, col. penult. inie fin. vers. fortius dico, quod talis sequestratio, ff. de appell.* Gratia. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 114. *à num.* 30. Curtius *tract. de sequest. cap.* 2. *q.* 18.
n. 65. *tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 147. qui ibi *n.* 67. *vers. ego sequor,* &
65 Gratian. *num.* 34. *&* 35. quòd requiritur executio, ut sequestrum revocetur: cùm aliter non dicatur lis finita, hoc tamen non procedit, quando sequestrum apponitur judicis officio, & pro ejus arbitrio, quia tunc hic
66 rigor non attenditur, nec expectatur, vide latè Garcia *d. cap.* 114. *à num.* 36. *cum seqq.*

67 His adde, quòd quando cautio fidejussionis præstita est loco sequestri, non tamen simpliciter, sed de re non barattanda, aut restituenda, hæc satisdatio durat post rem judicatam, ut in specie declarat Curtius *d. tract. de sequestro quæst.* 18. *n.* 66. *&* 67 *tomo.* 3. *p. fol.* 247. Gratian. *discept. forens. tom.* 2. *cap.* 348. *n.* 25.

68 Quò pertinet, quòd sequestrarius, qui loco depositarii est semel electus, non potest mutari sine nova causa, latè Surdus *cons.* 511. *in fin.* Gratia. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 167. *num.* 28. quemadmodum nec ipse sequester, aut depositarius non posset deponere munus
69 susceptæ sequestri sine jussu judicii, aut ejus interlocutione, vel nisi alia justa causa superveneriat, Iss. *in l. si fidejussor* §. *fin. n.* 4. *&* 5. *ff. qui sao. cogant.* Matthias Coler. *de proc. executiv. p.* 3. *cap.* 11. *n.* 5. per text. *in l. ei apud quem* §. *fin. depositi.* Gratia. *supra num.* 19. *ubi per totum cap.* latè de aliis officiis etiam ad beneplacitum non revocandis sine justa causa.

Hæc procedunt, ut vides, quando à partibus appellatur à remotione depositi judicialis, à depositione remotionis, & relaxationis, nunc tractemus de depositario, apud quem res sequestrata reponitur, an à sibi facto præcepto per judicem de restituendo depositum relaxatum, & appellationi interpositæ judex haud defe-
70 rens vim faciat. In quo brevius resolvo, nullam vim adesse ob denegatam delationem. Quod probatur primò *ex l. penult. ff. depositi*, qua probatur, instrumentum depositi executionem paratam habere contra depositarium, quemadmodum & res judicata, ut ex illius. text. verbis clarè patet, *ibi*, illico reddere & omnibus modis compellatur, & *ibi*, quam celerrimè, *&c.* ex quibus verbis clarè patet, executionem significare, nam illa
71 verba scilicet, (compellatur, *&c.*) pertinent ad viam executivam, executionemque significant, ita docet Bart. *in l.* 1. *C. de executione rei jud.* & Panorm. *in cap. olim. n.* 23. *de litis contestatione.* Parlador. *rerum quoti. lib.* 6. *cap. fin.* 5. *n.* 9. §. 1. *n.* 18. & quod causa depositi sit privile-
72 giata, & eeleris solutionis, tenet Boërius *decis.* 296. Petrus Surd. *decis.* 323. *n.* 6.

73 Et ideo cùm compulsio non possit verificari, nisi executivè procedatur, quia compulsio ipsa, cùm non demus nisi in executivis, supponit executionem, quia non verificatur dispositio, nisi verificetur suppositio, glossa. *in l. mancipia, vers. avocandum, C. de servis fugiti.* Roma *singulari* 495. Ripa *in c.* 2. *n.* 39. *de rescript.* Ruin. *cons.* 83. *n.* 5. *volum.* 1. Socin. Junior *cons.* 114. *n.* 22. *vol.* 3. *&* *in cons.* 150. *a.* 7. ubi alios allegat. Decius *consil.* 251. Petrus Surd. *in consil.* 150. *num.* 78 ubi plurimos refert, *&* *in decis.* 289. *num.* 4. imò lex unum supponens non per ralationem, & alterum disponit, disponere censetur etiam in eo, quod supponit, ut ex d gl. & Romano probat idem Surd. *decis.* 114. *num.* 22. & dicit Bart. *ibi*, quod non compelletur illico si condemnatio deberet 74
præcedere, antequam perveniretur ad compulsionem, quod est verum, quoad ordinem judiciorum, probatio verò debet esse plenaria, ut per eum defendit constanter doctissimus Roderic. Xuares *in repetitione l. postea quam not.* 5. *ff. de re judic. sub n.* 1. ubi constanter defendit Bart. in hac sententia & opinione contra Bald. & Salicet. qui tamen fundamentis efficacibus Bart. non respondent. Moveor etiam, quoniam *d. l. fin.* celerem 75
expeditionem desiderat, prout important verba illius, (illico, quàm celerrimè, quàm citiùs) quæ significant summariam causæ cognitionem, rejecta exceptione altiorem indaginem requirente. Ita Bart. *in l. unic.* loquendo in dictione, mox, per gl. ibi, *C. si de mor. poss. fuer. appell.* quem sequitur Xuarez *supr. num.* 2. 76
quod maximè procedit in casu nostro, ubi tot verba celeritatem, & executionem significantia geminata apponuntur, imò expresè lege illa removentur omnes exceptiones habentes altiorem indaginem ad judicium ordinarium.

Nam non solùm verbis claris censetur remota ap- 77
pellatio, sed etiam per verba æquipollentia, ut quando est in aliquo casu remota contradictio, vel querela, quia horum remotione censetur remota appellatio, ut post Bald. *in l.* 1. *versic. sed an remota, ff. de off. præfecti prato.* cui loquitur de querela, & text. *in cap. personas de appellat.* qui loquitur de contradictione, not. Decius *in eod. cap. persona, in* 4. *n.* 4. Lancelot. *de attenta.* 2. *p. c.* 12. *limit* 8. *n.* 3. *&* 4. Hieron. Gonzal. glos. 9. *in annota.* *num.* 2. 14. *&* *seqq.* prout latè probavi suprà hac 2. *p. c.* 8. 78
ante finem, à n. 114. & illud etiam; qui contra depositarium, seu sequestrum agitur ad exhibendum depositum, text. est *in l.* 3. §. *si tabulæ* 2. *ff. ad exhibendum,* ubi Bart. & Alexand. & notat. *in l. si oleum, ff. de dolo* Bald. *in l. fin. ult. col. C. de edendo.* Bartach. *in repertorio. verbo, sequestratio. vers.* 19. quo casu celeriter agitur, & exequitur judicium rejectis omnibus exceptionibus quæ illud differunt. Parla. *lib.* 2. *rerum quoti. c.* 5. *conclusione circa fin.* Joan. Garcia. *de expensis c.* 6. *n.* 19. & alibi passim.

Prædictam insuper Bart. opinionem extra Xuarez & 79
relatos defendunt Alexand. & Imol. *in d. l. penult.* And. Siculus *in c. bona fides. depositi in* 4. *col.* ubi huic dictioni (illico) attribuit executionis significationem, & verbum (omnibus modis) importare ipso jure, ut dicit gl. 80
nota. *in* §. *sancimus in authent. ut defunct. seu fun. eorum in parte omnibus modis.* Sequuntur etiam Angel. *in l. si depositi. ff. depositi.* Alexand. *in l. penult.* Segura *in l. si ex legati causa, ff. de verborum oblig. certa.* 101. *colum.* 4. *vers. alius & secundus casus,* eundem sequitur etiam hinc inde aliqua adducens fundamenta Zuchar. *in repetit. l. fin. C. de edicto D. Adria. à n.* 138 ac propterea appellationem ab eo suspensivo carere.

Qui quidem *n.* 142. limitare voluit, ut procedat in 81
deposito actualiter, & realiter facto, non verò in depositio confessato, de cujus numeratione non apparet, sed per confessionem solam depositarii. Movetur ex Socino *cons.* 171. *col. penult. vers. confirmatur, vol.* 2. pro quo facit & dicit Additionator ad Rodericum Xuarez *in d. notabili* 4. ex Bald. *in consil.* 384. *in* 1. *vol. consil. di. entibus,* quòd ubi non apparet de numeratione depositi, sed tantùm de confessione depositarii: non habeant locum leges dicentes, depositum esse privilegiatum, quia ejus privilegiis non gaudet, & adde Iss. *in l.* 1. *C. de edendo in* 3. *nota.* ultra quos idem affirmat Soc. *consil.* 143. *diu pro secto, col. ultim. vers. confirmantur prædicta lib.* 3. Quod idem repetivit *in d. cons.* 171. *lib.* 2. moventur ex eo, quia dos similiter confessa non habet privilegium veræ dotis.

Sed contrarium mihi longè verius de jure videtur, 82
nam licèt verum sit, ut depositum confessatum non

gaudent privilegio veri depoſiti, hoc procedit in præjudicium tertii, non tamen inter eaſdem partes, & deponentem & depoſitarium, ita expreſsè diſtinguunt, & loquuntur Doctores omnes allegati, & infiniti alii quos in id congeſſit Tiraquel. *de retract. convent.* §.4. *gloſſ.*6.*à n.*14.*cum ſeqq.* nam quoad ipſum depoſitarium virtute ſuæ confeſſionis, quæ veram numerationem probat, præfata doctrina non procedit, ità probant expreſsè text. *in l. Publia,*§.*ult.ff.de depoſiti, l. in contractibus de non numerata pecunia.*

Quod maximè procedit in noſtro caſu dum loquimur de depoſito judiciali, cujus confeſſio de per ſe, & etiam abſtracta à depoſito, paratam executionem habere, nemine dubium eſt, *l.*1. *de confeſſ. l.*1.*C.eod.tit. poſt rem, ff. de re jud.l.*7.*tit.*3.*p.*3. & ità ex ſupradictis libenter recede à limitatione Zuchard. ſiquidem ex abſoluta doctrina, nec perpetua motus fuit,& ideo reſolve in utroque caſu, appellationi emiſſæ à depoſitario deferendum non eſſe.

83 Secundo limitatur, ſeu declaratur, ut tunc non poterit à ſequeſtro, ſeu depoſito appellari; quando apparet ſequeſtrarium acceptaſſe ſequeſtrum; non tamen quando ipſe depoſitarium negaverit,& aliter non apparet, quia tunc admittitur appellatio, ut in terminis loquitur, & declarat Marquef. *de commiſſio.* 1. *p.c.*22.*n.*33. quo loci ſequitur, quando creditor exequitur, & in pignus capitur debitum ſibi ab alio, qui conſtituitur ſequeſter,& debiti depoſitarius; quia ſi negando debitum non acceptat munus; poteſt appellare, & in alia re executati fit executio.

84 Sed nunc quæro,an facto ſequeſtro alicujus rei apud depoſitarium, illam reſtituendam victoriam habenti in lite *juxta clem.*1. *de ſequeſt. poſſ.& l.licet* §.*rei depoſitæ,ff. depoſiti & ſimilibus*, ſuper qua obtinuit aliquis executoriales, ut ſibi res reſtituatur: aut depoſitarius poſſit appellare ab hoc executore tanquam excedente eum exequendo, cùm in executorialibus expreſsè non contineatur: In quo minimè tali eſſe appellationi deferendum opinor, ad quod moveor extra ſupradicta; nam inſtrumentum depoſiti judicialis paratam habet executionem, quia factum eſt inſtrumentum in judi-
85 cio, vel apud officium, fori & judicii calore & authoritate efficiente, executionem meretur B. *in l. qui tale pactum,*§.*qui provocavit, ff. de pactis.* Ubi Paul. & iſſ. *n.*8. idem Bard. & Paul. *l. cum pro quo, de jus vocan.* Alex *in l.divo Pio in princ.ff.de re jud.* Afflict.*deciſ.*387. *n.*1.ut ſcilicet; quando per viam contentio juris, ſit non voluntariæ Bald. & Xuarez, quos allegat Parla. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin* §.10. *princip. par.* & ideo cùm dilatio appoſita reſtitutioni ſit per ſententias executoriales purificata, & liquidata, contra eum executio locum habet.

86 Et probat, quòd in ſimili habetur *in l.*1.*ff. judicatum ſolvi*, ubi fidejuſſor de judicato ſolvendo ſtatim cedit dies obligationis, quòd res judicata ſit, & condemnatio ſequuta, & virtute ejus ſententiæ ſeu executorialium, per quam declaratur & liquidatur obligatio abſque novo proceſſu, fit executio contra fidejubentem licèt in ſententia expreſsè non contineatur, nam cùm iſta obligatio facta apud pacta, dicatur appendix ipſius judicii, ita Odofred. *in l.*2. *C. de uſuris rei jud.* Guido de Suza, Guillel. de Cunis, & ali relati à Bald. *in l.*2. §. *in fidejuſſorem, ff.qui ſatiſd. cognat.* Peru *in d. l.*2.exactè Roder. Xuar. *in repetitione l.poſt rem.in decl. l.Reg.fol.*81.Sed pone quæſtionem quotidianam,ubi ex Bald. dicit *in n.*10. quòd iſta obligatio apponitur ad ſoliditatē ipſius judicii,& ſic erit pars intrinſeca ipſius judicii, ſecundùm quod iſta ſententia non meretur de per ſe ſola executionem ſed ſtipulatio judicatum ſolvi declarata per ſententiam,& ſic illa juncta cum ſententia eſt, quæ executionem habet, quia tunc per ſententiam liquidatur, ut advertit, & idem Bald. *in l.*1. ubi etiam Angl. de Peruſio quæ quidem omnia faciunt ad propoſitum noſtrum.

Deinde, & hoc eſt potiſſimum fundamentum, nam 87
litigium eſt ſuper hac re depoſita, & ſequeſtrata, quæ per ſententiam à judice vincenti reddi jubetur, ad cujus mandatum debet reſtituere, *ad l. pen. C.depoſit.l.ſi olcum,ff.de dolo l.*3.*tit* 9.*p.*3.& ibi Gregor.*& l.*5.*tit.*3. *p.*5. Alberic. *in dictionario in verbo ſequeſtratio, l. licet.* §.*rei depoſitæ, ff.eod.* ſed adverſus quemlibet etiam ter- 88
tium, in quem res litigioſa pervenit etiam non comprehenſum in ſententium directa executio fit. *l.*2.*& l. fin. C.de litigio,l.mater* §*fin.de exceptione jud.l. ſi ſuperatus,*§.1.*ff.de pignorib.*& nos late *infrà* 4.*p.c* 8.*an.*168. *cum ſeqq.* ergo adverſus eum tanquam detentorem rei adeptæ lite pendente executio rectè procedat.

Cui convenit, quod dicunt Bald *in l. in fin.de bon.* 89
auth. jud. poſſid. Abb *in c.*1. *n.*1. *de depoſito.* Franciſc. Curt. *in tract. de ſequeſtro q.*26. *n.*81. *vol.*4. ut depoſitariis quandocumque judici viſum fuerit ad petitionem partis,vel ex officio rationem exigi poſſit, maximè ſi cauſa propter quam fuit factum ſequeſtrum ceſſaverit; quia eo ipſo quòd remotio ſequeſtri per judicem 90
fiat, illis intimata, celeriter ſequeſtrum reſtituere tenentur, ut latius probat Eſcobar *de ratiocin. cap.*6. *à n.*85. ubi ex Bald. Afflicto,& aliis firmat teneri ex illa intimatione, per quam in mora conſtituitur, ad intereſſe parti læſæ, & in terminis, quòd adverſus hunc ſequeſtrum executio locum habeat abſque novo proceſſu, probat Hieron. de Monte *in ſuis quæſt. q.*325. quem referens ſequitur Arimin. Tepatus *tom.*1. *tit. de ſequeſtris, fol.*331. *col.*2. *circa medium.*

Quod evidenter probatur, nam ſi obtinui contra te 91
executoriales, vel habeo inſtrumentum guarentigii ad præſtandam rem, vel pecuniam; poſſum directò exequi depoſitarium, apud quem rem vel pecuniam depoſuiſti, licèt ipſe nihil mecum contraxerit, nec fuerit ad executoriales citatus,text. eſt *in l.à Divo Pio* §.*fi.ff.de re jud.* Parlad. *lib.*2.*rerum quot. c. fin.*5.*p.*§.3. *à n.*45. ergo à fortiori potero exequi depoſitarium,qui rem meam tenet, & nomine mei victori factum eſt depoſitum; & quia tertio, cui ex obligatione aliquod commodum reſultat,executio competit adverſùs obli- 92
gatum, ita ex aliis probat Parla.*lib.*2.*rerum quotid.c.ſi. p.*§....late Gratian.*in diſcept.foren.c.*49.*à n.*1.*& à n.*23. *uſque ad fin.& cap.*332.*à princ. to.*2.& nos alibi latiùs.

Et quia licèt contra tutorem vel adminiſtratorem alicujus, adverſùs quem decretæ ſunt exequendæ executoriales, non poſſint in adminiſtratores dirigi directò, tamen ſi penes adminiſtratorem res ſit, in quem 93
facienda eſt executio, & non exhibeat, poteſt omni juris rigore compelli, etiam per capturam perſonæ, ut exhibeat, ita ex pluribus probavimus *infrà lib.* 4. *cap.*8. de exceſſu de perſona ad perſonam, *à num.*165. ſurſum.

Unum, & quod ſolet à DD. adnotari non omittam, 94
ut ſcilicet; depoſitarius quilibet. vel apud quem res ſequeſtratur; ſi à judice compellatur depoſitum alteri reſtituere, quàm ei, cui de jure tenebatur, ut poſſit, imò debeat iſte depoſitarius appellare ab hac injuſta compulſione, ad hoc ut poſſit liberari. quod ita procedit, ut quando talis juſſus eſſet notoriè injuſtus, quia tunc non excuſaretur ab appellatione depoſitarius, quando vel eſt clarum mandatum judicis compellentis reddere depoſitum alteri, eſſe juſtum,à juréque approbatum, vel ſaltem eſt hoc ſub dubio;quo ſtante pro judice præſumendum; tunc etſi depoſitarius ab eo non appellaverit, liberabitur depoſitarius,parendo ejus juſſui, & obtemperando mandato. juxta text.*in l.Imperatores.ff ad municip.l.non videtur* §.*qui juſſu, ff. de regul. juris l. liberorum in fin. de iis qui not. infa.* quibus probatur ſolventem juſſu judicis liberari, de quo articulo vide ad longum per Afflict.*deciſ.*150,*n.*19.Didac.Per-ez

in l.1. tit.16. lib.3.ord. q.15. colum.1144. Faciunt quæ Ripa *in c. si quando n.17. de rescript.* & Gregor. Lopez *in l.5. tit.15.p.7.* Orosius *in l.ut.vim,n.16. colum.21.ff. de justitia & jure*, Paul. de Castro *in l.2. ff. de judiciis.* Hippolyt. *in pract. crim.§.nunc videndum, n.41.* exactiùs de hoc artic. per Azeved. *in l.13.tit.9.lib. recopil.à n.17. & seqq.* & ultrà eos id, loquendo in depositario judiciali, seu sequestro, dicunt ex Bart. *in l. mulier, ff. de lege commissio.* & Guid. Pap. *q.340.* & Francisc. Curt. *de sequest. q.16.* Avend. *in dictionario verbo, fuerça,* de qua *quæst. vide latè 4. p.c.7.à n.51. cum seqq.*

95 Debitori autem cui judex jubet solvere debitum minus legitimæ personæ, quia cùm tunc minimè liberetur, & tot, hic sit præjudicii jussus & irreparabilis, appellationem ab eo omnes permittunt; ut videre est ex his, quæ latè in unum congessit Greg Lop. *in l.4.tit.14. p.5.gl.4* & ultra Azeved. & Didacum Perez suprà Gutierrez *pract.q.lib.1.q.113.* & per Parla. *lib.2.rerum quotid.c.fin.5.p.§ 17.à n.7.* quando autem ad appellandum ipse debitor coactus necessariò teneatur, ut se liberet, eosdem Doctores lege, & quod ab hac compulsione,
96 puta: quando judex debet debitori solvere debitum minori sine curatore, tanquam legitimo gravamine liceat appellare, probat *l.ait prætor, §. permittitur, ibi,* nisi fortè quasi adversùs injuriam appellandum quis ei putet, *&c.) ff. de mino.* circa quam vide latè per DD. citatos & præcipuè Greg Lop. *in d.gl.3.* & de hoc articulo latiùs dixi, post plurimos *4.p.c.7.ad n.151. cum seq.*

CAPUT XVII.

A judice, cui à superiore appellationis semel causa (etiam tacitè) remissa est, ad ulteriora procedente in causa principali, appellationi emissæ, vis an fiat haud deferendo, ubi an hodie stante Tridentini decreto, attribuente primam instantiam ordinariis; superior an valeat articulum committere cum clausula (unà cum toto negotio principali) (quam & quas) & similibus.

SUMMARIUM.

Causa in prima instantia in aliquibus casibus jure communi Metropolitanis & Nuntiis est permissa, n.1.

Causæ omnes in prima instantia sunt tractandæ coram ordinariis, nec superiores possunt adiri, nisi per legitimam appellationem, ex Trident. n.2.

Causa ubi in prima instantia avocatur ab ordinario, casus violentiæ est legitimus, n.3.

Jurisdictionis defectus insanabilis, præstat causam appellandi, n.4.

Causa in prima instantia quando per superiorem tractatur, violentiæ decreti tertium genus datur in Senatu, num.5.

Judicem ordinarium Ecclesiasticum ex quibus rationibus dici, n.6.

Superior ad quem declarans bene appellatum, & revocato gravamine an possit causam in prima instantia retinere, vel remittere ordinario, n.7.

Gravamine justificato per superiorem invento potest causam retinere, aliter autem remittit inferiori, n.8.

Causa non devoluta vel malè appellata statim redit ad primum judicem, n.9.

Delegatus super gravamine incidente in prima instantia tùm, an possit se intromittere in negotio principali, quomodolibet gravamen declaret, num.10.

Appellatio limitata ab uno articulo separato, non devolvit totam causam, n.11.

Delegatus quando possit de causa principali se intromittere, n.12.

Rescriptum interpretatur secundùm jus, n.13.

De causa principali potest superior cognoscere, si à gravamine legitimè appellatum reperiatur, n.34.

Causæ gravaminis appellatio quando committitur cum clausula una cum toto negotio (quam & quas, &c.) operatur indistinctè principalis negotii retentionem, n.15.

Causa principali quando committi videtur æquè principaliter cum causa gravaminis, potest de ea cognoscere delegatus quomodolibet, secus si accessoriè, n.16.

A remissione negotii principalis facta per superiorem inferiori appellatio non suspendit, quominus interim inferior queat validè procedere, n.17.

Etiam si judex inferior fuisset inhibitus, quia per remissionem totum amovetur impedimentum, n.18.

Causa statim redit ad inferiorem, ubi superior declarat, non esse devolutam, vel malè appellatam, n.19.

Et tunc virtus inhibitionis etiam expirat, ibid.

Remissio tacitè facta idem operatur quod expressa, n.20.

Etiamsi adsit inhibitio, n.21.

Et etiamsi adsit desertio, n.22.

Remissio expressa non est necessaria, quando judex à quo non detulit appellationi, n.23. & seq.

Inhibitio accessoria, & ex causa appellationis tollitur sublata appellatione, n.24.

Absque remissione expressa inferior non potest procedere in causa, si appellationi detulerat, n.25.

Processus judicis à quo pendente appellatione à remissione tacita vel expressa pendit à futuro eventu, n.26.

Ab inhibitionis moderatione per quam remittitur causa alteri judici, appellatio non admittitur, n.27.

Inhibitione expedita per superiorem cognoscentem de appellatione à tacita, vel expressa remissione causa, inferior non potest interim validè procedere, n.28.

Trident. sess. 24 de reform. .20. concedens in prima instantia cognitionem superiori ob negligentiam ordinarii ipso priùs requisito, declaratur, n.29.

Monitio trina an unica sufficiat ut negligentia inferioris arguatur, n.30.

A tarditate & negligentia judicis in administranda justitia appellationi esse deferendum, n.31.

Negligentiæ & tarditatis gravamen post appellationem an inferior possit revocare, n.32.

Causa in prima instantia etiam per sedem Apostolicam committitur ordinario, n.33.

Causæ prima instantia in beneficiis reservatis tractatur in Romana Curia, n.34.

Causa in prima instantia an possit per superiorem agi, si per judicem seu partium cavillationes, aut qualitatem causa stetit, quominus intra terminum Concilii terminetur, num.35.

Clausula (quam & quas) ejusdem naturæ & efficacia est, cujus clausula (unà cum toto negotio, &c.) & qui de his clausulis sint videndi, n.36.

Et idem est de clausulis (cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, & emergentibus, annexis, & connexis) de cujus materia qui videndi, n.37.

CUM Legatis, Nuntiis, Metropolitanis, & 1
aliis superioribus judicibus à jure sit communi in prima instantia multoties cognitio permissa, eorumque (ordinariis omissis) pariter sit subditis inhibitio concessa, sive per viam appellationis, sive querelæ avocationisve, ut notatur communiter per glossam & Doctores *in cap.1. ex toto tit. de off. legati in decretal. & in 6.* exactè etiam per Doctorem Sahagun in explicatione horum titulorum de offic. legati à princip. ubi multa refert, Covar *in pract. c. .9. a prin.*

Sed hæc ita receptissima fuere usque ad novissi- 2
mum facti Concilii Tridentini decretum in quo *sess. 24. de reform. cap.20.* interdictum est omnibus superioribus, etiam Nuntiis Apostolicis, Metropolitanis,

Legatisque

Legatiſque de latere, quaſlibet cauſas in prima inſtantia audire, ſed in ea earum cognitio, & examinatio ad ordinarios locorum pertineat omnimodo, itaque omnes cauſas Eccleſiaſticas ad forum Eccleſiaſticum quomodocunque ſpectantes, etiam beneficiales experiendas eſſe in prima inſtantia coram judicibus ordinariis, terminandaſque eſſe infra biennium connumerandum à die motæ litis: nec ſuperiores judices poſſe de eis cognoſcere ante appellationem à diffinitiva, vel ab interlocutoria habente vim diffinitivæ, vel continente gravamen per diffinitivam irreparabile, etiam ex mandato Apoſtolico, niſi urgenti & rationabili cauſa tale mandatum manu propria Romani Pontificis fuerit ſubſcriptum, vel cauſa fuerit de eis, quæ ſecundum Canonicas ſanctiones ſunt tractandæ apud Sedem Apoſtolicam, de quibus habetur *in c. nec licuit. 17. d. & in c. majores, in princ. de baptiſmo*, nec etiam Legatos de latere Nuntios, & alios quoſcumque judices quacumque facultate fulgentes poſſe in prædictis cauſis; quantumcumque graviſſimis in prima inſtantia præcipere, impedire, ſeu turbare juriſdictionem ordinariorum, niſi prius fuerit requiſitus ordinarius & negligens, ut & latiùs in eodem Tridentini decreto continetur.

3 Cujus in id rectè meminit Doctor Sahagum ubi proximo loco *ſub n* 14. Gondizalvus de Paz *in praxi tom. 2. prælud.* 11. ubi mirificè ad violentiam applicat, ut ſcilicet, ſi ſecus factum fuerit, & aliquis coram alio judice non ſuo, hoc eſt ordinario, præterquam in prædictis caſibus exceptis & permiſſis appellari poterit, & invocare protectionem Regiam, & auxilium violentiæ, eo quòd violatur Concilii Tridentini decretum, hocque auxilium minimè huic oppreſſo denegandum eſt in ſupremis tribunalibus, cùm iſthæc appellatio ſit
4 licita omnibus ſuis partibus conſtans: nam actus judicis ſine juriſdictione nulli ſunt, quia nulla major nullitas, nullus magis inſanabilis defectus, quàm juriſdictionis. Felin. *in c. ea quæ col. 2. de re judic.* Alex. *conſ. 77. n. 8. lib 2.* Anton. Corſetus *in ſingulari verbo ſtatutum*, incipit, *ſtatuto cavetur*. Bald. *in l. generaliter col. 1. C. de Epiſc. & Cleric.* Roma. *conſil. 42. & conſ. 116.* Paul. Caſtren. *conſil. 99. lib. 2* Hippol. *in ſingul. 10. & in l. ult. n. 49. ff. de juriſd. omnium judic.* Ludov. Gomez. *in tract. utriuſque ſignaturæ n. 75.* Decius *conſ. 8. n. 6.* Pariſius *conſ. 45. n. 28. lib. 1.* Covar. *in pract. quæſt. cap. 25. n 4.* Vancius *de null. tit. de nulli, ex defectu juris à princip* ſed actus nullus quantumcumque aliàs privilegiatus executionem non meretur, *l. 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* ergo cùm ſuperiores in prima inſtantia careant penitus juriſdictione, vim facient manifeſtã, aliquod decretum huic contrarium executioni mittentes, & ita poſſet hoc ca-
5 ſu tertium genus violentiæ concedi, ſcilicet; *reponiendo lo hecho, y remitiendo la cauſa à quien della deva y pueda cognoſcer*, &c. non vim faciat, aliter autem vim adeſſe deferat, & reponat.

6 Proprium judicem ordinarium alicujus illum dici, vel rationem originis, domicilii, vel beneficii, ut *in c. ſi. de foro compet.* vel ratione contractus, ſi ibi inveniatur, *ut in c. dilecti eodem tit. & in c. Romana §. contrahentes de foro compet. in 6.* vel ratione delicti, *ut in c. cùm ſit g neral. de foro compet. in decretal.* vel ratione rei ſcitæ, petitur, *ut in c. ſanè eodem*, quibus modis plures quis habere poteſt judices ordinarios, ſed coram uno tantùm conveniendus reus eſt, quem actor ex eis elegerit, & qui prævenerit judex per citationem, ordinarius erit in cauſa, *ut in cap. propoſuiſti de foro compet.* ubi latè notant Doctores.

Circa quæ multoties dubitatum, vidi, minus tamen
7 digeſtum, an hodie ſtante dicto Tridentini decreto; ſuperior ad quem, de aliquo gravamine incidenti ſuper cauſa principali appellatum eſt, cognitio de cauſa invenit bene appellatum, & injuſtè gravatum; an poſſit cauſam principalem retinere, & avocare antea quàm prima inſtantia coram ordinario finiatur, ſeu terminetur, ſed ei omnino terminato gravaminis articulo, teneatur remittere. In quo affirmativè reſpondeo. Nam Tridentini decretum circa hoc nihil ſtatuit, ſed omiſit illud juris communi depoſitioni, illud reſervans illæſum, ita declaravit S. Congregatio Concilii ſuper d. cap. 20. ſub die 4. Auguſti 1588. in hæc; quòd quando fuit appellatum à diffinitivæ vim habente, cujus gravamen per appellationem à diffinitiva reparari nequeat, & gravamen fuerit juſtificatum, tunc Concilium non diſponere, an cauſa principalis remittenda ſit ordinario, ſed remanere in diſpoſitione juris communis, & iterum ſuper illis verbis Concilii, (& cujus gravamen per appellationem, *&c.*) ita decrevit; an juſtificato coram Metropolitano, nihil innovare Concil. Trident.

Illud autem jure communi inductum eſt, ut judex 8
ordinarius aditus per appellationem ab interlocutoria poſſit juſtificata appellatione, cauſam principalem retinere. ſi autem injuſtam declaraverit, negotium principale ad inferiorem à quo redit, ita probat text. *in c. ut debitus h nor. de appell. exhibita de judiciis*, & notatur *in c. de foro compet. in 6. & c. cum appellation. frivolis. de appell. lib. 6* Covar poſt alios *in pract. q. c. 9. n. 1. & 5. concluſ.* & hoc etiam obiter tamen, citato Covar. tetigit circa appellationem ab interlocutoria in curatis beneficiis Hieron. Gonzal. *in regul. 8. de men. gl. 6. n.* .. & tunc quando vel devolutum, vel malè appellatum 9
ſtatim cauſam redire ad primum judicem, affirmant Specul. *tit. de exeq. ſentent. §. 1. n. 11.* ubi Joan. Andr. Abb. *in cap. paſtoral §. præterea num. 7. de off. delegati.* Præpoſ. *in d. c. ut debitus n. 10.* Petrus Surd. *deciſ. 175. num. 3.* Lancelot *de attentat. 3. p. c. 12. lim. ſub n. 28. & limit. 29. num. 1.* Rota *deciſ. 1. aliàs 138. ſi appelletur de off. deleg. in noviſ.* Eſcacia *de appell. q. 17. limit. 47. memb. 2. n. 9.* Marqueſſa *tract. de commiſſ. 2. p. c. 1. n. 40.* Cinus *in l. per hanc quæſt. 7. ſub n. 11. C. de tempor. & repar. appell.* Bart. *in l. intra utilem, in princ. ff. de minor. & in l. 4. quæſt. 6. num. 10 ff. de appellat.* Franch. *in cap. accepta. 33. ſub n. 1. de appellat.* Decius *in cap. ut debitus n. 7. 18. & 19. de appell.* Guido Papæ *tract. de appell. conc. 9. n. 7. fol. 57.* Eſcacia *ubi proximè memb. 3. n. 19. fol. 518* ex ea ratione, quia cauſa in prima inſtantia debet terminari coram judice à quo.

Quid autem in delegatis ab eis ſit dicendum, ad Ree 10
verendiſſimum Nuntium ſolet recurri per appellationem à gravamine, cujus cognitionem alteri ipſe delegat, qui quidem delegatus multoties ſe intromittit in examinatione cauſæ principalis, à quo appellatur, & pro delatione abnegata, ſuprema tribunalia adhibentur per viam violentiæ, & actus aliàs in appellabiles arguunt advocati ex juriſdictionis defectu, inſtantes hoc capite appellationem ſaltem fuiſſe licitam, & vim eſſe manifeſtam Pro cujus claritate libet diſtinctè procedere, ut aut gravamen tantum, à quo fuit appellatum; delegatum eſt, & tunc ſive juſtum ſive injuſtum declaraverit, ad inferiorem cauſæ principalis cognitio redit, *ut per d. cap. ut debitus, & d. c. examinata*, hanc firmavit poſt alios reſolutionem Philipp. Franch. *in d. c. ut debitus, n. 40. ſuper gloſ. penult.* quæ illud innuit, judicem, ad quem fuerit ab interlocutoria appellatum, teneri, eandem cauſam remittere ad judicem à quo, ubi appellatio apparet injuſta, erit remiſſio hujuſmodi omnino neceſſaria, ſi inferior judex appellationi detulerit, *cap. cum appellat. frivolis de appellat. l. 6.* explicant Doctores, maximè Philipp. Franch *in d. c. ut debitus n. 42.* ſequutus gloſſ. *ibi* quæ idem docet hanc concluſionem firmat etiam doctiſſimus Præſul Covar. *in pract. d. c. 9. ſub n. 5. verſ. 1. concluſio.*

At cauſa ſolet unà cum toto negotio principali com- 11
mitti, in quo ſuppono, quòd cùm appellatio interpoſita devolvit illum ſolum articulum, ſuper quo fuit interpoſita,

posita, ac ideo quando fuit appellatum ab uno articulo separato, jurisdictio primi judicis non suspenditur in tota causa. ita determinavit Rota *dec.436. nota actio. in antiq.* & Besig. *decis.2. de causa poss. & propriet.* Decius *in c. bona n.19. de appellat.* Doctores communiter *in c.v. super eo primero de appellat.* Sebast. Vancius *de nullit. sententiarum ex defectu juris ordin. n.87.* Parisius *cons.66.n.8. volum. 1.* quia appellatio ad unum articulum limitata, limitatum parit pariter effectum, & probatur *in l. appellanti in princ.* & ibi Bart. *ff. de appellat.* nisi modo, & forma superiùs dicta, quando legitima declaratur appellatio.

Et ideo judex superior appellationem ab interlocu- 12
toria delegans, cùm vult hæc prævenire committit examinationem gravaminis, una cum toto negotio principali, quod & rectè & jure procedit, quia hic delegatus non potest de causa principali cognoscere. si appellatio minimè justificetur, & injusta detegatur, quia tunc, ea scilicet justificata benè in ea valebit se intromittere, quia cùm judex appellationis ita demum cognoscit de ipsa, quando bene fuisse appellatum apparet ex supradictis, cùm rescriptum & commissio debeat 13
intelligi, & interpretari secundùm jus commune, ad illúdque referri, *c. causam quæ, de rescriptis.* Decius *in c. ut debitus n.18. & 19. not.7. de appell.* Vestrius *in praxi lib.3. cap. sub n.11.* qui in terminis hanc clausulam interpretantur Romanus *cons. 392. in 2. dubio*, statim citandi, hæc ita in ea tacitè inest subintellecta dictio & interpretatio, ut possit de principali causa cognosci, 14
si justè & legitimè fuisset appellatum, ita probant Fel. *in d.c. causam quæ, de rescript. n.6. col.7. in princ. vers. & dicit Rot.* Præpos. *in c. ut debitas n. 9.* Decius *n.6. de appell.* Beroi. *familiaribus. q.120. n.8.* Roman. *in d. consil.397. dub.2.* Carol. Ruinus *cons.114.* Rota *decis.237. ordinaverunt in novis.* Staphilius *de literis gratiæ & justi, fol.271.* Bellamera *decis.419. si auditori, & decis. sequenti.* Covarr. *in pract. q.19. sub n.5. vers.2. conclusio* (ubi reprobat. Franchum contrarium tenentem) idem etiam tenet Venti. *de nulli. sent. ex defectu juris d. ordin. n.65.* Put. *decis.278. lib.2.* Petrus Surd. *decis.175. per totam*, dicens *sub n.8.* ut rescripta interpretantur secundùm ordinem juris Alexand. *cons 98. vol.5.* Bursatus *consil.234. n.21.* Rota *decis.237.* & quia potestas delegati regulariter à jurisdictione & potestate delegantis. Nos latè diximus *infrà 4. p. cap.4 per tot.*

Hæc tamen conclusio fallit, quando fit commissio 15
in Romana Curia cum prædicta clausula (unà cum toto negotio principali) vel cum clausulis (quam & quas) de qua statim) quia tunc indistinctè operatur retentionem causæ in eadem Curia, non tamen fit ejus remissio ad judicem à quo. Marquesia. *de commiss. 1. p. de commissione appell. ab interlo. c.22. n.22. fol.247. & p.2. de commiss. san. nullitat. c.1. n.40. in fin. & seq. fol.335.* Escacia *de appellat. q. 17. limit.47. membro 7. num.31. fol.319.*

Quando autem Princeps causam hujusmodi com- 16
mittit, & ex ejus commissionibus, verbisque apparet de Principis voluntate, causam gravaminis & principalem causam voluisset committere, quia tunc etiamsi injustè fuisset appellatum, beneque judicatum, poterit delegatus de negotio principali cognoscere, quando, scilicet, causa principalis videatur commissa æquè principaliter, non accessoriè, & modo, quo de jure accedebat causæ appellationis, & ejus cognitioni, *juxta l.1. & 2. ff. de pecul. lega.* & ex his quæ Bart. not. *in l. Titia, §. nihil. ff. de legat. 1.* & optimè explicat Ruinus *consil.114. lib.4. col.2.* Covarr. *d.c.9 sub n.5. in 3. & 4. concius.* idem Sebast. Vantius *in null. ex defectu juris ordin. de n. 65.* Quintil. Mandos. *in praxi commissionum forma 17. vers. uno cum toto negotio.* Crotus *cons 27. per tot.* Surd. *d. decis.175. sub n.8.* cujus redde exemplum, scilicet; quando Principis rescriptū non committit causam principalem accessoriè unà cum toto negotio principali, &c. sed æquè principaliter, puta; cognoscas de causa appellationis à gravamine, & de toto negotio, & causa principali, ut declarant Doctores ipsi, præsertim Covarr. apud quem & Surdum alia rei huic attingentia, & circa avocationis materiam videre poteris latè.

Hinc faciliùs cognoscetur quæstio, dubiumque no- 17
strum principale, an judex superior, quia malè appellatum vidit in articulo, illum remittit, nunquid judex inferior possit non obstante appellatione à remissione hujusmodi; vel ab eo procedente interposita ad ulteriora in negotio procedere, absque reatu violentiæ, & attentati. In quo breviter affirmativè resolvendum esse arbitror, siquidem appellatione pendente à remissione causæ facta per judicem ad quem, judici à quo fuerat appellatum à gravamine, potest judex à quo procedere ad ulteriora; sententiam ferendo, quæ, & ejus processus valida reputantur, nec aliquid ex eis tanquam attentatum venit revocandum, ut notabilis est decis. Rotæ 1. aliàs 128. si appellatur de off delegati *in novis.* postquam id ipsum notat Nicot. de Milis *in suo repertorio, verbo, judex, à quo appellatum est, fol.125* & mel ùs multo hoc probat decis. Rotæ 66. aliàs 461. incipit: *si appellatur de appellatio. in antiq.* idem etiam probat Lancelot. Robert. *de attent. 2. p. cap.12. lim.26. n.1.* Marquesi. *tract. de commiss. c.22. n.31.* post Abb. *in cap. cum tua, de ordin. cognit.*

Quæ doctrina in tantum vera est, ut pariter proce- 18
dat, etiam quando hic judex inferior fuisset à superiori illius interlocutoriæ appellationis virtute inhibitus, nam adhuc facta sibi remissione per judicem illi inhibentem, quia per remissionem censetur simul inhibitio, & omne impedimentum sublatum, ut ex eisdem duabus decisionibus Rotæ tenet idem Lancelot *suprà, 2. p. cap.29. limit. 2. num.15.* Mandos. *in tract. de inhibitionibus quæst 36.*

Et facit, quia ubi judex appellationis declarat ap- 19
pellationem non devolvere, vel malè appellatum, statim causa redit ad primum judicem, ut voluit Speculator *in tit. de executione sententiæ, §.1. n.11.* & ibi Joann. And. Abb. *in pastoralis §. præterea num.7. de off. delegati.* Præpos. *in c. ut debitus num.10. de appellat.* Petrus Surd. *decis.175. n.3.* qui ex Præposito *n.9.* dicit hoc ita procedere, etiamsi priùs appellationis judex inhibuisset, quia virtus inhibitionis expirat, sequuta illa declaratione, tenent etiam alii statim citandi.

Et horum ultimo loco relatorum Doctorum præ- 20
fatam Doctrinam potes extendere, & amplicare, ut non solùm habeat locum in hujusmodi remissione expressè, & verbaliter facta, simul cum declaratione appellationis illicitæ; sed etiam in tacita remissione, nam quando secundùm terminos *d.c. ut debitus hanc* (est in- 21
venta & declarata appellatio legitima) debuisset ad inferiorem remitti, ut dixi superiùs, nam etiam tunc potest non obstantibus inhibitione, & appellatione in causa ad ulteriora inferior procedere, ut ultra modò citatos authores ita notabiliter habetur per Rotam *decis.3. aliàs 11. fuit dubitatum, in additione vers. sed iis oritur subdubitatio ad appellat. in novis.* Utra quos expressè hanc declarationem, & appellationem adducit Lancelot. *de attent.2 p.c.20. de attent. post inhib. limit.3. n.3.* quæ declaratio, & extensio eo usque procedat, ut locum habeat, quando appellatio fuisset deserta, quia 22
etiam tunc negotium devolvit ad primum judicem, ut inquit Bald. *in l. cos, n.7 C. de appellat.* Beroi. *in quæstio. famil. 120. n.5.* Petrus Surd. *d. decis 175. n.4.* & ipse iterum *in cons.139. n.11.* & hoc modo sunt intelligendæ 23
doctrinæ & Doctores asseverantes, ut inferior non possit se intromittere de negotio, postquam superior in eum mantum imposuit.

Quoniam eo ipso quòd judex à quo non detulit appellationi, sufficit, quòd dumtaxat declaretur malè appellatum,

appellatum, ad hoc ut possit procedere, quia expressa remissio non est necessaria, ut tenet Cardin. Alexand. *in reg. de decimis honor. num.*28. *vers. gl. in verbo, alioquin,* & ibi Franch. *n.*47. additio, ad Rotam *decis.*3. *vers. fin.* 24 *de appell. in novis.* Imò isto casu judex à quo poterit sine alia remissione procedere, etiamsi fuisset vigore appellationis inhibitus, quia inhibitio erat accessoria appellationi, cujus sequitur naturam, qua deficiente corruit remissio, & sic rectè poterit procedere non moderata inhibitione, tenent ultra Doctores citatos Franc. Card. Alexand. *in additio. ad Rotam, ubi proximè*, tenet etiam Escacia *de appell. q.*17. *limit.*47. *memb.*3. *sub n.*34. ubi quòd multo magis dicetur revocata inhibitio, si causæ expressè fiat remissio, Rota *decis.*1. *alias* 138. *si appelletur in fin. de off. delega. in noviss. & decis.*65. *alias* 411. *si appelletur vers. fin. de appell. in noviss.* qui omnes contrarium affirmant, ubi judex à quo appellationi deruit, quia tunc non potest procedere, etiamsi malè 25 appellatum pronuntiatur, nisi expressè causa iterum sibi remittatur.

Et ad intelligentiam prædictorum obiter adverte, 26 quòd judex à quo potest valide in causa procedere, pendente appellatione, ab interlocutoria, etsi iterum sibi vel tacitè vel expressè remittatur, & iterum à remissione appelletur, interim per eum gesta valent, non obstante appellatione à remissione tacita, vel expressa, pendet tamen validitas à futuro eventu, quia si tandem gravatus obtinuit bene appellatum, per ultimum appellationis judicem revocabitur totus processus primi judicis, factus post appellationem, latè explicant distinguendo inter causas connexas & separatas Phil. Franch. *in c. super eo, n.*8. *& sub n.*9. *de appell.* Lancelot. *de attent.*2. *p. cap.*12. *limit.*2 *sub* 28. *& lim.*29. *n.*1. latè etiam Escac. *de appell. q.*18. *limit.*47. *memb.*2. *à n.*9. *cum seqq.* quod corroboratur ex eo, quod dicit Marquessa, *tract. de commiss.*1. *part. cap.*22 *n.*31. *fol.*248. post Abb. & Doctores. *in cap. cùm in tua, de ord. cognit.* & regulam Cancel. 44 Lanc *de attent.*2. *p. c.*20. *lim.*2. *in princ.* Rota 27 *decis.*2. *de off. delega. in novis* dicentes, quòd appellatio non datur à moderatione inhibitionis, per quam moderationem alteri judici causa remittitur, licèt contrarium vendicatur tenere Capic *dec.*144. *n.*6. Rota *dec.*46. *de appell. in novis* quos reprobat Marques, *ubi proximè.*

28 Hîsce nostra resolutio limitatur, ut minimè procedat, quando tertius judex, hoc est, ille, qui adeptus est super cognitione appellationis interpositæ ab hac tacita vel expressa remissione, & revocatione inhibitionis, nam, si hic tertius judex inhibuisset in primo inferiori, postmodum nullatenus poterit procedere in causa, sed in ea supersedere virtute hujus ultimæ & novæ inhibitionis, cujus processus & sententia nullatenus valent, sed visis attentatorum subjiceretur, ut per Rotam *decis.*1. *alias* 138. *si appelletur de off. delegati in noviss. & decis.*65. *alias* 461. *de appell. in noviss.* Tenet Lancelot. pluribus locis sui tract. *de attent.*2. *p. c.*12. *lim.*20. *n.*2. *ad fin.* & iterum eadem 2. *p. c.*20. *de attentatis post inhibitionem lim.*2. *ampliat.*4. *n.*17. *& lim.*3. *n.*5. Sequuntur Escacia *ubi proximè sub n.*11. *& n.* 27. *& quæst.*17. *limit.*46. *memb.*2.

Et ultimo loco pro declaratione præfati Conc. Tridentini *de sess.*24. *de reformat. cap.*20. ubi principalem 49 sententiam, & dispositionem, scilicet; ut nullus superior de prima instantia cognoscat reservata ordinario; limitat *in verb. nisi Episcopo*, ibi, nisi Episcopo propiùs requisito eoque negligente procedat, *&c.* quibus verbis datur facultas superioribus, ut ob negligentiam, & tarditatem administrandæ justitiæ, causas in prima instantia terminandi Episcopo, advertendum est, circa istam requisitionem ut Joan. And. *in cap. dilecto, de appellat.* videtur velle, hanc monitionem trinam esse debere, dum dicit quòd si judex tertiò monitus non pronuntiat super exceptionibus, aut non procedit in causa, causa forte vexandi excipientem supersedet, posse ab hoc gravamine licitè appellari, quod videtur etiam probari *in cap.* 1. *de suspicenda negl. Prælato,* 30 cum quo etiam residet Panor. *in cap. ex part.*2. *de appellatio.*

Sed contrarium, imò ut unica monitio, seu requisitio sufficit, & trina procedat ad majorem cautelam, & ex superabundanti, videtur verius, namque semel judicem requirere sufficit, *l. Titia Seio*, § *usuras*, & ibi etiam Bart. *ff. de legat.*2. *& in l. mora, ff. de usuris*, & hanc etiam opinionem sequitur contra intentionem tacitè inductam à Joan. Andr. affirmat. Philipp. Franc. *in d. c. ex parte el.*2. *de appell. post princ. vers. quid autem si judex*, tamen ad majorem cautelam, & ut magis indubitanter appareat de negligentia judicis; securius erit, & commodius trina adversùs eum monitione, requisitione uti, quo articulo & sequenti exactiùs videre poteris *infra lib.*3. *c. de arbitr.*13. *vers. quibus convenit*, &c. *à n.*69.

Ex his nec inutile erit, scire; an ab hujus modi tarditate, & negligentia judicis in non administrando parti justitiam appellationi emissæ non deferens violentiam adesse dicitur. In quo affirmativè respondeo, scilicet, vim esse, & appellationi deferendum, ut per gloss. *in c. de appell. ad fin. in* 6. *& in c. ad aures de simonia.* Philip. Franch. *in c. ex parte el.*2. *de appell. supra cit. loco, l. fin.* §. *illud, C. de temporibus appell.* & ibi Bald. facit *l. nullus de jure patr.* Innocent. *in c. ex conquæstione in princ. de restitut. spol.* & sequitur B. *in l. quamvis col. penult. ff. de damno infecto, & in auth. ut differentes judic. per tot.* & facit Concil. Trid. *suprà*, apud quos etiam videre poteris, an postquam sic ob judicis tarditatem & 32 negligentiam gravatus superiorem adhibuit, an inferior possit hujusmodi gravamen reponere, & revocare, resolventes negativè, ex quo jam alteri causa commissa est. Vide Franch. *loco relato ad fin.* & quòd à judice negligente, seu negante justitiæ administrationem, vel causam diffinire, licita sit appellatio, probat glos. *in c.* 1. *de confessis lib.*6. Bart. *in l.*1. *n.*7. *de jurisd. omn. jud.* Menoch. *d. arb. judicum lib.*1. *q.*70. *à n.*15. plurimos Doctores de hac re tractantes congessimus suprà hac 2. *p. c.*1. *à n.*194. *cum seqq.*

Unum non omittam, ut scilicet illud decreti Trid. 33 dispositio, licèt habeat locum etiam in causis delegati ab Apostolica Sede, nam in prima instantia ordinario venit commissa, ut constat ex declaratione Cardinalium super verbis (causæ omnes, *&c.*) *ibi.* Causæ omnes ad forum Ecclesiasticum pertinentes, & beneficialibus in prima instantia nunquam per signaturam justitiæ, aliis committantur, *&c.*) tamen Concilium limitatur in 34 beneficiis reservatis Sedi Apostolicæ, nam virtute brevium Cameralium citantur possessores beneficiorum, ut etiam in prima instantia compareant Romæ circa causam tractandam, expressè declaravit eadem Cardinalium Congregatio super eodem c 10. Concil. Trid. in sequentia verba: Item provisi per Sedem Apostolicã de beneficiis reservatis possunt virtute breviũ in favorẽ literarum, seu nomine Cameræ Apostolicæ, ad accipiendam possessionem & auditori ejusdem Cameræ directarum, citare, & ad judicium coram eodem auditore Cameræ vocare possessores talium beneficiorum occupantes, & detinentes, ac si coram ordinario super possessorio tantum causæ ventilarentur, & cùm sententia super eodem possessorio prolata fuerit, potest pars adversa causam in curia committere, *&c.*) de quo etiam nos dicimus *infrà* 5. *p. tom.*3. prope diem edendo; & alias limitationes ad dictum Concilium videre poteris ex eadem declaratione.

Unam tamen Card. declarationem, & illam, quæ 35 ibi apponitur super illis verbis (infra biennium, *&c.*) afferam in sequentia. An hoc cap. quo cavetur, eas à locorum ordinariis esse intra biennium terminandas

alioquin,

alioquin poſt id ſpatium liberum eſſe partibus, vel alteri illarum judices ſuperiores adire; habeat locum, ſi non ſteterit per judicem, quo minus infrà dictum tempus cauſam diffiniat, ſed vel ob qualitatem cauſæ, vel pariunt cavillationes; Congregatio cenſuit, ſi per judicem non ſtetit, partes alios ſuperiores adire non poſſe, facit *c. venerabil. de judiciis*, ubi Abb alii *l. proverandum*, § *ſin autem & §. de illi. C. de judiciis.*) Et hactenus de declaratione, quam digito ligatam habe.

36 Ultimò eſt advertendum, quòd omnia, quæ diximus de clauſula (una cum toto negotio principali) eadem ſunt repetenda in clauſula (quam & quas) quia ejuſdem eſt naturæ, & effectus, de qua latiſſimè videndi ſunt Achilles *dec.14.n.1.de reſcriptis & dec.22.n.2.* Cæſar de Graſſ. *dec.10.de judiciis num.2 &* Mohedanus *dec.162.*

37 Saner. *irregul.cancel. de infr. reſig.q.34.n.4.* Graſſ *dec.1. à n.1. cum ſeqq. de judiciis, & dec.2. à n.6.* Veralli *dec. 125.n.2.p.3.* Staphileus *de literis juſtitiæ c.8.per tot.* Peregrin. *dec.94.lib.1.* Achil.de Graſſ. *dec.8.de reſcript.* Gomez. *in regul.de infirm.reſig.q.34.n.4.* Menoch. *conſ.166. à n.8. cum ſeqq. vel.2.* Mandoſ. *in forma commiſſ. appell.§.*

38 *unà cum toto negotio verſ.2. quæro.* & idem Mandoſſ. *in commiſſ.9. admiſſio. pro intereſſe. verſ. quam & quas.* Papazon. *ad dec. Rotæ 23. voluerunt ſub n.3. de reſcriptis in noviſſ.* latè Marqueſſ. per ampliationes & fallentias *in tract.de commiſſ.1.p.c.5.de commiſſ. appell. in Rom. Curia à n.39. cum ſeq. fol.48. & 2.p.c.1.de commiſſ. ſenatio nullit. à n.40. & ſeqq. fol.335* Joan. Hier. Campanill *diverſ. jur. canon, rubr.11.c.13. à n.206. fol.346.* Et idem etiam dicendum de clauſula (cum omnibus ſuis incidentibus, de quibus clauſulis videndi ſunt Mandoſ. *ſuper regul. Cancel. de ſubrog. q.14.n.7.* latiſſimè Marqueſ. *d.c.5. à n.54. cum ſeqq. & num.64.* Bellamera *dec.619.* Caſſiad. *dec.9. n.3. de cauſa poſſ. & propriet.* Achilles, *dec.7. de attentat.* Rota *dec.187. n.6. & 7. p.2. diverſum*, & de clauſula (cum toto negotio principali) latè ipſe Marqueſſ. *d.1. p.c.5. à n.65.* ubi plurimos citat.

CAPUT XVIII.

A reſervatione, quam facit judex, declinatoriæ, ſeu alterius articuli incidentes, ſeu emergentis in cauſæ; ad litis diſcurſum, ſive diffinitivam; appellationi interpoſitæ, an & quando ipſe deferre teneatur; ubi etiam obiter, quid ab inordinato proceſſu.

SUMMARIUM.

Reſervationis articuli decretum an recipiat appellationem, num. 1.

Et quid ſi non eſt additum, quod ex diffinitiva reſultabit articuli reſervati expeditio, an admittatur ſupplicatio, num.2.

Exceptiones quæ ſtatim poſt oppoſitionem requirunt examen, & cognitionem, quæ ſint, n.3.

Exceptiones ſeu articuli præjudiciales quales ſunt, n.4.

Præjudiciales articuli priùs examinandi, ita ut in cauſa principali ſit interim conquieſcendum, n.5.

Præjudiciales exceptiones ad ſeipſas, vel reſpectivè ad alias quales dicantur remiſſivè, n.6.

A reſervatione articuli anteriorem cognitionem requirentis, an ad finem litis, ſeu diffinitivam, appellationi ut licitæ deferendum, n.7.

Reſervatio exceptionis rei judicatæ ad diffinitivam eſt nulla, num.8.

Reſervatio ad finem litis exceptionis, tranſactionis, aut juramenti, eſt nulla, n.9.

Reſervare ad litis diſcurſum non poteſt judex exceptionem declinatoriæ, n.10.

Reſervare poteſt judex præſcriptionis exceptionem ad cauſæ diſcurſum, n.11.

Reſervari quæ poſſint exceptiones, & quæ nō remiſſivè, n.12.

Reſervari non poſſunt exceptiones declinatoriæ, & ex quibus ordo judicii perveteretur, n.13.

Articuli reſervatio pervertentis ordinem juris, præbet cauſam appellandi, n.14.

Exceptio declinatoria priùs diſcutienda, & à proceſſu ad ulteriora licèt appellare, n.15.

Exceptio declinatoriæ an expreſſam exigat pronuntiationem, vel tacitam ſuffi iat, n.16.

Super exceptione declinatoria an expreſſe teneatur pronuntiare delegatus, ita ut per proceſſum ad ulteriora non ſuffi iat, n.17.

Super exceptione ſurreptionis, poteſt delegatus expreſsè & tacite per proceſſum ad ulteriora pronuntiare, n.18.

Exceptio incompetentiæ recipit appellationem, itaut ſi ab interlocutoria non appelletur, tranſit in rem judicatam, n.19.

Exceptio incompetentiæ interlocutoria tacita per proceſſum ad ulteriora tranſit in rem judicatam, ſi non appelletur ab ea, n.20.

Incompetentia interlocutoria judicis omnimoda cavenis juriſdictione an tranſeat in rem judicatam, ſive apponatur, ſive non, ſive tacita ſive expreſſa, n.21.

Litterarum falſarum virtute proceſſus factus eſt nullus ipſo jure, n.22.

Judex habens juriſdictionem, ſed eſt omnimodo incompetens in aliquo caſu, ſi ſe expreſſe declarat competentem, ſententia tranſit in rem judicatam, ſi non appelletur, & proceſſus tenet, n.23.

Idem ſi citatus nihil oppoſuit, quia de cætero non poteſt de incompetentia tractari, n.24.

Judex delegatus prout ordinarius cognoſcit de articulo an ſeu ſit juriſdictio, n.25.

Incompetentia ejus, cujus juriſdictio per exceptionem eluditur, non requirit expreſſam declarationem, ſed tacitam per proceſſum, n.26.

Recuſationis exceptio ante cæteras debet proponi, & cognoſci, alias in judicem videtur conſentire alia priùs oppoſita, n.27.

Exceptionibus generaliter oppoſitis, debet priùs propoſita intelligi exceptio contra judicem, & cætera conditionaliter, n.28.

De exceptione declinatoria & contra reſcriptum, remiſſivè, n.29.

Ab inordinato proceſſu appellatio legitima eſt, n.30.

Etiam in caſibus, quib. à diffinitiva eſt prohibita appellatio, ſive quoad unum, ſive quoad utrumque effectum, n.31.

Ordinis præpoſteratio appellationem permittit, n.32.

Ordinem executionis præpoſterans executor illam reddit appellabilem, n.33.

Exceptio contra teſtes ejus examen non impedit regulariter, ſed in finem poteſt reſervari, n.34.

Reſervare quas exceptiones contra teſtes non poſſit judex in finem litis, n.35.

Reſervare vel cognoſcere de exceptionibus contra teſtes in finem litis judicis eſt arbitrium, n.36.

Et ex quibus moveri debet judex reſervare, vel cognoſcere, num.37.

Reſervare vel non exceptiones contra teſtes gravatur pars, à quo erit neceſſe appellare, n.38.

A judice ubi tenetur procedere judicialiter, ſi ſimul extrajudicialiter tantùm, licita eſt appellatio, n.39.

Reſervare exceptionem nullitatis oppoſitam, non poteſt, ſed ad omni determinare, n.40.

Exceptio nullitatis dicitur præjudicialis, & plus quàm poſſeſſorium, n.41.

Caſus de facto refertur, quo à reſervatione appellationi non deferentem vim ſe iſſe, fuit obtentum, n.42.

Exceptio inhabilitatis eſt præjudicialis negotio principali, quo ſuſpenſo, debet priùs examinari, n.43.

Proceſſus geſtus tempore, quo judex debet conquieſcere, nullus eſt ipſo jure n.44.

Reſervari poteſt in finem litis in ſummariis exceptio requirens altiorem indaginem, n.45.

A reſervatione exceptionis, requirentis altiorem indaginem in judiciis ſummariis, appellatio non eſt licita, n.46.

Reſervare exceptiones requirentes altiorem indaginem disponens ſtatutum, à reſervatione non admittitur appellatio, n.47.

Reſervandi ad effectum judicis ſtatur arbitrio, quæ exceptiones requirant altiorem indaginem, n.48.

Reſervata non intelligitur per ſtatutum exceptio clara, quæ incontinenti poteſt conſtare, n.49.

Exceptio juris an poſſit reſervari, quod de ea priùs debet cognoſci, n.50.

Ordo judiciarius non requiritur ſuper diſputatione juris num. 51.

Reſervanda exceptio juris dubii an ſit, n.52.

A reſervatione non appellatur, quando contra opponentem articulum juris eſt præſumptio, n.53.

Nſi tunc offeratur probatio incontinenti, ibid.

Reſervari non poteſt exceptio contra teſtem examinandum, ſi ejus probatio offertur incontinenti, etiamſi requirat altiorem indaginem, n.54.

Et multo magis quando exceptio per ipſum jus eſt probata, num.55.

Et an ſufficiat verbo ſimpliciter offerri incontinenti, n.56.

A reſervatione exceptionis contra teſtem oblata incontinenti appellari licet, n.57.

Reſervatio exceptionis in finem litis in tribunalibus regiis non admittit ſupplicationem, n.58.

Reſervata exceptio in finem litis operatur, ne poſtea probata legitima corruant omnia geſta antea, n.59.

Reſervata juris cauſa in aliud judicium coram eodem poteſt tractari, quia ad illam efficitur competens, num.60.

Reſervata exceptio in finem litis an priùs ſit terminanda, num.61.

Exceptiones liquidæ dicuntur, quorum probatio in promtu eſt, ut per inſtrumenta, &c. n.62.

Exceptiones altiorem requirunt indaginem, quæ intricatæ ſunt, & in facto & in jure ſunt dubiæ, ibid.

Reſervari non poſſunt ad finem litis exceptiones requirentes altiorem indaginem, n.63.

Reſervari tamen poſſunt, quæ illam requirunt, ibid.

A reſervatione prædictarum exceptionum non licet appellari, n.64.

Reſervationis judicis de facto ſtatur, quando exceptio ſit intricata, n.65.

Reſervatio operatur, ut probata demum exceptione geſta omnia retro ſint nulla, n.66.

Dummodo exceptio reſervata opponatur proceſſui, ſecus ſi ſubſtantiæ negotii, n.67.

Reſervata exceptio ſi obſtet, expenſæ reficiendæ ſunt, n.68.

Reſervatas exceptiones deciſi non petente parte, ſententia eſt valida, n.69.

Sententia lata parte non inſtante eſt nulla ipſo jure, n.70.

Acta non debet quærere judex, ſed debet expectare ſibi deferri, alias redditur ſuſpectus, n.71.

Exceptioni competenti renumiare cenſetur pars, ſicut & non opponens, n.72.

Reſervatas exceptiones omittere poteſt pars, & principale terminare, quas tacitè videtur tunc rejicere, n.73.

Reſervatis exceptionibus non deciſis ſi judex ad diffinitivam procedat parte opponente, ſententia eſt nulla ipſo jure, n.74.

Actus tenet ſe ad favorem alicujus intelligitur parte opponente, n.75.

FREQUENS eſt hujus quæſtionis dubitatio non 1
amen ejuſdem reſolutio, ac propterea accura-
tum examen deſiderat, & negativa pars, ut nulla vis
aufit in denegata hujus appellationis delatione; mul-
tum ſuadet regula *l.2.ff.de appell.recip. & l.ante ſententiam. C. quorum appell.* Concil. Trid. *ſeſſ.24. de reform. cap.20.* quod in terlocutoriis & ante diffinitivam appellare, impedit.

Secundo & pro hac parte negativa in terminis urget, quòd Gratia, dicit in regul.33. *ſub n.5* ubi ait, quòd à decreto, articulus cauſæ reſervetur diffinitivæ, ex qua ejus juſtitia, & determinatio reſultabit, nonpoſſe appellari nec ſupplicari.

Tertiò, tertiam etiam & mediam partem in hujus 2
articuli reſolutione amplectitur practicus Monteroſo (aut quis ille ſit ſupreſſo proprio nomine) in practica *tr.5. de Cancellaria, c.2. de las ſupplicaciones n.21.* ubi dicit, quòd à mandato interloquutorio quo decernitur, articulum cum proceſſu trahi in diffinitiva, & quod ex ea reſultabit ejus articuli expeditio, nunquam ſoleat admitti ſupplicatio, ſecus autem quando iſte articulus diffinitivæ reſervatur non addito, quod ex ea reſultabit, quoniam tunc, ait ille, ſupplicari poſſe, affirmat.

Sed ne magis immoretur, triplex eſt in hac mate- 3
ria conſtituenda concluſio, & prior ſit, ut in omnibus his articulis, & exceptionibus, quæ ſtatim, ut opponantur, & deducantur proceſſui, requirunt ante omnia examinationem & cognitionem, prout ſunt exceptiones dilatoriæ, aliàs emergentes veluti recuſationis, declinationis, ſeu incompetentiæ, defectus, mandari, & ſimilium ſecundùm gl. *in c.1. de ord. cognit.* & ibi Panorm. *n.22.* & communiter DD. omnes ibi ex Immola *n.6.* Cyrus, & Paul Caſtr. *in l.1. n.9. C. de ord. judic.* Gondizal. de Paz *in prax. 1. p. tom. 1. tempore 5. n.84.*

Et generaliter etiam & univerſaliter de omnibus ex- 4
ceptionibus, & articulis præjudicialibus ad alteram cauſam, quia tunc dicuntur, ratione, ſcilicet, excluſionis, quia una eſt excluſiva alterius, ita quod ſententia, lata in una cauſa ſeu articulo, parat præjudicium in altera, ſeu articulo, *l.1. C. ſi quis alterum teſtam. prohib.* §. *præjudiciales*, ubi DD. *inſtit. de actio. l. ſi quis libertatem, ff. de petitione hæredi. l. ſi crim. l. ſi conteſtatus C. de ord. cognitionum l. quoniam*, ubi Alexand. *C. ad legem Jul. de adulter. l. præſens. C. ad legem Flaviam de plagiariis*, qui quidem præjudiciales articuli, ſive per viam exceptionis, ſive reconventionis proponantur, ideò neceſſarium eſt, ut priùs de eis cognoſcatur, ut interim de- 5
beat conquieſcere cauſa, & negotium principale, probant expreſsè jura relata & ex Doctoribus adductis latè Covallos *in contra commun. opin. q.818. per tot.* & præcipuè *à n.7. & ſeqq. 2. tomo*, apud quem plura invenies exempla harum exceptionum præjudicialium, & exa- 6
ctiùs ubi de materia per Marantam *de ord. judicio. 4. p.20. d. per tot.* cum maxima claritate & diſtinctione procedentem, ubi quales dicantur exceptiones præjudiciales ad ſeipſas, & quales dicantur præjudiciales reſpectivè, hoc eſt, ad alias cauſas, de quibus omnibus præjudicialibus ante omnia debeat fieri examinatio & proceſſus, & interim ſuperſedendum eſt principalibus cauſis; de quo latè etiam per nos infra *4.p.c.13. per tot.*

In omnibus igitur exceptionibus & articulis, quæ 7
ſui & judicii natura, & ordine anteriorem cognitionem; ſeu determinationem exigunt ante cauſam principalem, de quibus per Doctores citatos, tunc ſe judex illos ad proceſſus diſcurſum, ſeu diffinitivam reſervaverit, à tali reſervatione appellationi emiſſæ judex deferre tenetur, quoniam licita eſt, text. expreſſus *in C. exhibit de judiciis*, ubi Abb. text. *in c. cùm ad diſſolvendum, de diſpenſatione in pub.* latè, quia dicitur partem gravare, ex hac reſervatione, & ſecundum gloſſ. & DD. *in c. cum contingat de eſſ de legat.* Bald. *in l.1. C. qui accuſare non poſſ. ex parte ult. de appell.* Bart. *in l. art. prætor. §. permittitur, ff. de minor.* exactiſſimè concludit Felin. *in d. c. exhibit. num.6.* Ubi latiſſimè diſputat per totam an & quando harum opinionum reſervatio ſit nulla,

multis

multis ad id citatis Authoribus, inter omnes tamen receptissimum est, appellationem licitam esse, idem etiam probat Domini, *in c. exceptio.* 3. *q.* 6. idem Felin. *in c. exceptionem n.* 25. *de except* Fel *in c. cùm contingat. de off. delega. n.* 18. *vers. an. autem judex*, ubi Hostiensis & alii-

8 Hinc etiam est, quòd exceptio rei judicatæ, qua apposita ad processum, judex non potest ulteriùs procedere reservando eam, & si contrarium facit, non valet processus. Castrens. *cons.* 247. *colum.* 3. *in fi. libro* 1. ubi additio plures adducit concordantes, Card. Tuscus 3. *tomo litera E. concl.* 379. *n.* 9. idem repetit *in n.* 10. in exceptione transactionis, & juramenti. Sequitur Signorolus *cons.* 148. *n.* 7. & 8. ubi loquitur in delegato, Alex.

9 10 *cons.* 183. *n.* 5. *lib.* 6. Hinc etiam est, quòd exceptiones declinatorias judex ad litis progressum, & post litis contestationem reservare non potest, Alex. *cons.* 182. *in causa & lite n.* 5. *vers. ad idem adduco lib.* 6. Tuscus

11 *ubi proximè, num.* 4. licèt exceptio præscriptionis, quæ potiùs respicit merita causæ, ad ejus discursum judex poterit reservare, *l. nam & postea* §. 1. *de jurejur.* Castren. *cons.* 247. *in causa quæ vertitur, col.* 3. *lib.* 1. & quæ excep-

12 tiones possint reservari, vel non, vide Cardi. Tuscum. *d. conclusio.* 379. *per totam.*

13 Quæ comprobantur, quia statuto, quo cavetur exceptiones requirentes altiorem indaginem, jubetur in finem reservari, non intelligitur de illis, quibus omissis perverteretur ordo judicii prout de exceptione declinatoriæ, aut incompetentiæ, & exceptione defectus mandati, quia istæ tales priùs sunt indistinctè discutiendæ, ut per Fel. *in c. exceptione in n.* 24. *de exceptionib.* optimè etiam & in terminis Gratian. *disceptat. forens.* 1.

14 *tomo c.* 170. *num.* 1. & *num.* 12. post Bald. *in l.* 1. *colum. penult. in fi. in verbo. altiorem, de jurejur.* dicentes; quòd à reservatione articuli, pervertentis ordinem datum à jure licet appellari, tenent etiam Ab. *cons.* 14. *individuæ Trinitatis vers.* 2. *probatur n.* 2. *l.* 1. Fulu Pacianus *tract. de probat. lib.* 1. *c.* 53. *n.* 50. Ruginel. *tract. de appell.* §. 2. *c.* 3. *n.* 303. Et ex Fel. refert & sequitur Escacia *eodem tract. q.* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *n.* 97. *fol.* 498. dicentes, posse appellari ab exceptionum reservatione in finem litis, quia de emergenti præjudiciali & de negotio principali simul tractari non potest, quia esset confundere & inordinare processum, de quo nos latiùs suprà *cap.* 1. *n.* 36. & 37. hac p.

15 Et illud obiter attende, quòd declinatoria, adeò discutienda est, & non reservanda, ut etiam adeò per processum ad ulteriora videatur declaratio facta super illius rejectione, tanquam incompatibili cum processu, à qua licitam esse appellationem, diximus latè suprà hac 2. *p. cap.* 1. *à num.* 88. & licèt Joan. Garcia *de nobilitate gl.* 1. *sub n.* 25. dicat post. Isf. super declinato-

16 ria opposita esse expressè pronuntiandum, super quo duas opiniones contrarias recenset Escacia *tit. de appel. quæst.* 17. *limitatio.* 6. *memb.* 7. *à n.* 58. *fol.* 386. tamen illi, ut veriori, indistinctè inhæret, ut communi, ut sufficiat declaratio tacita per processum ad ulteriora Gabriel. *comm. opinio. lib.* 2. *tit. de exceptioni. concl.* 1. *n.* 2. *ampliat.* 1. & *num.* 6. Beccius *cons.* 31. *sub num.* 6. Felin. autem in delegato firmat non sufficere tacitam pronuntiationem per processum ad ulteriora, in aliquibus casibus non absolutè, de quo articulo per regulam & limitationes amplissimè infinitis penè citatis Authoribus ipse videndus Felin. *in c. suberta num.* 6. *vers. limi-*

17 *ta* 4. nisi contra delegatum sit apposita exceptio jurisdictionis *&c. de sententia & re jud.* quem omnino vide, & quod à tacita, vel expressa pronuntiatione super declinatoria appellationi si non deferatur, vim fieri declarari communiter in tribunalibus, dicit in terminis Joan. Garcia *ubi proximè sub d. n.* 25. circa doctrinam autem Fel. *ubi proximè* dicentis delegatum non intelligi tacitè super declinatoria opposita pronuntiasse per processum ad ulteriora, non caret scrupulo,

rum quia plures Doctores adducit in contrarium, tum etiam quia pro concordia tot tantasque suæ resolutioni apponit fallentias, ut vix regula vim fieri verificari possit aliquo in casu, ut per te videre potes.

Tum etiam facit in contrarium, quoniam si judex 8 delegatus oppositæ subreptionis exceptione non cognitur pronuntiare super illa, sed tacitè per processum ad ulteriora, ut post Berolum *in c. super literis* 1. *lectu. n.* 21. & 2. *lectu num.* 31. Guido Papæ *singula* 747. *sententia* Muscatellus *in praxi Regii Concilii p.* 5. *glos. reservatis, n.* 36. & 37. & nunquam ab hac prosiluisse opinione, quam usu receptam vidisse, ut sive expressè, sive tacitè validè & justè pronuntiare judicem, affirmat Joan. Hieron. Campanil. *diversor. jur. can. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 191. *fol.* 345. Escacia hanc sequitur sine distinctione delegati, aut ordinarii & cæteri etiam Doctores ultra alios, quos allegat. Fel. *ubi supra in d. c. suborta.*

Ut pro complemento obiter attende, quòd adeò est 9 licita appellatio ab interloquutoria super incompetentia, ut non appellando, transit in rem judicatam. Philip. Franch. *in c. si duobus* 7. *num.* 22. *vers.* 2. *quæritur, quia si judex de appell.* Rolan. à Vall. *cons.* 33. *articulus iste num.* 5. *lib.* 4. Francisc. Beccius *cons.* 31. *quod appellari. num.* 3. *in fi. & num.* 6. *lib.* 1. Escacia *de appellatio. q.* 17. *lim.* 6. *sub num.* 51. *fol.* 385. qui ibi, *vers. amplia*, hanc firmat, id procedere etiam in tacita pronuntiatione per 20 processum ad ulteriora, quia non appellando similiter transit in rem judicatam, tenet Decius *in cons.* 107. *in causa quæ nominc, in princ.* Becc. *d. cons.* 31. *sub n.* 6. *lib.* 1.

Quæ doctrina declaratur tres casus distinguendo, 21 primò quando is, qui pronuntiat se competentem judicem, caret omnimoda jurisdictione, & nullum ejus genus habet, & hoc casu sive appelletur, sive non, sive opponatur, sive non incompetentia, sive tacitè ipse judex, sivè expressè pronuntiet, processus est ipso jure nullus, Innocen. *inc.* 20. *super literis, num.* 5. *vers. forsan in fi. & 7. de rescript.* Escacia *ubi proximè n.* 52. *afflict. dec.* 354. *in causa revocationis n.* 14. *vers nec obstat, & sub num.* 15. ita intelligendus est Muscatellus *in praxi civili p.* 2. *gloss. competentes num.* 41. Joan. Hieron Cam-

22 panil. *diversor. jur. can. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 189. *fol.* 344. dicentes quod nullum parat processus præjudicium ex defectu jurisdictionis, quod comprobatur ex doctrina Bart. *in repetit. l.* 2. *ex quacumque sub num.* 16. *vers. vos Domini ff. si quis in jus vocatus non jerit.* dicentis, quòd si literæ impetratæ veræ non sint emanatæ à Principe, sed sint falsæ, earum vigore processus est ipso jure nullus, & semper de falsitate potest objici idem dicit Innocent. *ubi proximè.*

Alius est casus, quando judex habet aliquam juris- 23 dictionem, sed tamen in causa de qua agitur est omnino incompetens, isto casu si judex se competentem pronuntiet expressè, pronuntiatio tenet, & transit in rem judicatam, si non appelletur, & processus & sententia validi erunt, ita Innocent. *in d. cap. super literis sub num.* 5. & 7. *vers. forsan de rescript.* latè prosequitur Franch *in cap. si duobus num.* 22. & *num.* 30. *vers. ex quibus de appell.* Inno *in c. præterea in fine vers. sed. si postquam de dilatio.* B. *in l.* 2. *num.* 7. *in fi.* Isf. *ibi n.* 39. *vers. in quarta parte.* dicentes, quod si partes citentur, & judex ad ulteriora processit, quia nihil fuit oppositum, vel opposita exceptione pronuntiat se competentem, 24 de cætero ampliùs non potest de incompetentia opponi, si non fuit appellatum, latissimè prosequitur per ampliationes, & limitationes Escacia. *de appell. quæst.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *à num.* 54. dicentes omnes, quòd cùm judex semel pronuntiavit se competentem, à quo non est appellatum, non poterit postmodum hæsitari de incompetentia, aut errore, cùm sub hoc articulo sit judex competens, scilicet, an sua sit jurisdictio, & sic facit jus inter partes. Et comprobatur, quia cum op- 25 ponitur declinatoria adversus rescriptum, ob idque

negatur, posse judicem in causa se intromittere, circa dubium cognoscit idem judex, tam ordinarius quàm delegatus, an sua sit jurisdictio. text. insignis passim ad hoc probandum in curia citatus *in cap. super literis, de rescriptis.* & super eo Doctores omnes. Gloritius *n.* 115. *cum multis seqq.* Iss. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. si quis in jus vocatus non ierit.* Joannes Hieron. Campanil. *diversi. jur. canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 190. vide latè Escaciam *ubi proximè*, per ampliationes & limitationes, sequendo Francum *in d. c. si duobus.*

26 Tertius casus est quando judex est ipso jure competens, sed ejus jurisdictio potest per exceptionem elidi, & isto casu expressam pronuntiationem super competentia, nullo modo est necessariâ, & tacitam per processum ad ulteriora semper sufficere, & esse appellandum Franch. *in d. cap. si duobus n.* 30. *ibi, secundo casu princ.* Escacia *ubi proximè n.* 65.

Et quod hactenus diximus de exceptione declinatoriæ, ut non possit reservari, sed priùs de ea cognosci, aliter appellatio licita sit, multo fortiùs procedere in-
27 telligo in exceptione recusationis, cùm declinatoriam & alias exceptiones debeat antecedere & præponi, de eáque priùs cognosci, adeò ut si aliqua alia priùs sit proposita non poterit ampliùs de recusatione pars opponere, quia dicitur in judicem consentire nec ampliùs super recusatione locus erit, Doctores omnes per gloss. *exceptionem n.* 4. ubi latè tractat. Joan. Hieron. Campanil. *d. vers. jur. canon. rub.* 11. *c.* 13. *n.* 187. *fol.* 344. quo
28 loci hoc declarant, ut si generatim oppositæ fuerint exceptiones, intelligitur priùs & primo loco exceptio contra judicem opposita, & reliquæ sub conditione, si constiterit ipsum esse judicem, & de hoc articulo, sci-
29 licet, recusationis & declinatoriæ oppositæ, tam contra judicem, quàm rescriptum, vide nonnulla utilia per Campanill. *ubi proximè.*

30 Et hujus conclusionis illa fortis est, & potissima ratio, quam communiter Doctores omnes deducunt *ex d. c. exhibita de judiciis*, nam cum à jure hic sit ordo præscriptus, ut priùs & de his articulis cognoscatur, & in principali supersedeatur, ordinem juris pervertere, est intolerabile gravamen, & ideo ab ordinato processu esse licitam, & permissam penitus appellationem, ultra relatos Doctores *in d. c. exhibita.* repetentes, fatentur Zuchardus *in repetitione l. fi. C. de edicto divi Adri. tol. num.* 436. ante quem & Bal. *in c. ex conquæstione n.* 1. *de restitut. spolt.* Iss. *in c. l.* 1. *n.* 5. *vers. limita* 2. *C. de bonorum poss. secundum tabul.* & ibi Decius *n.* 6. *vers.* 5 *& ab inordinato*, idem Decius *in l. fi. num.* 47. *vers. id posset.* Bart. *in l.* 2. *vol.* 2. *ff. de appellat. recip.* idem etiam tenet Catelianus Cota *in suis memorabilib. verbo, appellat. non licet.* Covarr. *in pract. q.* 23. *n.* 8. *vers. caterum licet.* Natta *cons.* 121. *n.* 4. *lib.* 1. Joseph Ludovic. *decis.* 39. *num.* 8. Ozascus *decis. Pedemon.* 25. *n.* 14. Petrus Surd. *decis. Mantuana. decis.* 16. *n.* 16. *&* 17. Hieron. Gonzal. *in regul* 8. *de men. & alter. g l.* 9. *in annotat. n.* 202. *& gl.* 6. *n.* 224. *&* 225. ex quibus & aliis Authoribus latiùs probavimus infrà 4. *p. c.* 13. per totum & alibi passim, &
31 suprà hac *p. c.* 6. *à n.* 68. hanc conclusionem non solùm procedere, & habere locum in judiciis & causis, à cujus diffinitiva, permittitur appellatio, verùm etiam in omnibus, in quibus non permittitur, sive quoad unum, sive quoad neutrum effectum, prout ibi potes videre: & vide quæ nos latè *infrà* 4. *p. d. c.* 13. *à princ.* & ex hac ratione & fundamento tenent hanc doctrinam plures Doctores superiùs relati.

32 Et quoniam à præpositeratione ordinis judiciarii; appellationem licitam esse omnimodo, eique esse deferendum, probant Ricard. Malumb. *cons.* 7. incipit, *satis videre*, inter consilia Federici de Senis Cardinalis Tuscus *tomo* 1. *concl.* 359. *num.* 21. & nos latiùs ubi ad alios casus fecimus illationem, *d. cap.* 13. *& cap.* 6. quæ omnia huc quadrant.

Quod & eo fortissimo isthæc conclusio corroboratur fundamento, nam si in exequutorialibus omissio 33
ordinis, & ejus propositeratio facit negotium appellabile, ut pura; quando sententia & exequutoriales dicunt, restituas prædium tertio, refusis priùs expensis, si exequutor procedat ad compulsionem restitutionis ante expensarum solutionem; excedit: & ab hoc excessu appellatur, probat latissimè Negusantius *in tract. de pignori. 4. memb. 3. partis. n.* 10. *& sequentib. vers. tertia conclusio*, multi etiam relati à nostrate Joanne Garcia *in tract. de expens. & meliora. 6. p. n.* 18. *cum sequentib.* & nos exactiùs examinavimus & declaravimus etiam *infrà 4. p. d. cap.* 13. ubi plurimos concludentes omnes quòd exequutor præposterans ordinem executionis excedit, eumque facit appellabilem; ergo à fortiori in nostro casu dicendum est admittendum & probandum.

Hinc & ex eo etiam fulcitur, quoniam licet regu- 34
lariter exceptio contra testes opposita, ejus examen non impediat, sed possit in finem litis reservari, ut per Bart. *in auth. si aliquis. n.* 3. 2. *notab.* & ibi Bald. Salicet. & Joan. Ficar. *in summario* Castrens. *num.* 4. *vers. regulariter autem C. de test. b* gloss. *in cap. ex parte in verbo infames*, & ibi Felin. *num.* 12. *vers. si autem non esset casus juncto num.* 13. Ancharra *n.* 1. *&* 12. *vers. regulariter exceptio juncto n.* 13. Joannes Andreas *num.* 1. *in fi. vers. probatio exceptionis, & n.* 15. *ad fi.* & ibi additio *littera G. in verbo excipitur.* Bald. *n.* 11. *versic. si autem opponitur crimen occultum.* Abb. *in princ. num.* 8. Immola *in summario, & colum.* 5. *post medium, versic. exceptio quæ opponitur & colum.* 6. *princip. versic. præterea etiam.* Anton. de Butrio *num.* 2. *& n.* 15. Anania *num.* 2. *extra de testib.* Alber. *in tract. de test. cap.* 3. *p.* 52. *ad fi.* Socin. *regul.* 129. *in princ.* Conrad. *in pract. §.* 2. *de off. prætor. in causis civi. tit. de testi. rub. personas testium, in princ. n.* 9. *fol.* 76. *col.* 2. Lanfranc. *de test. num.* 49. Viv. *in suis commun. opinio. in materia testium, verbo contra testes exceptio, versic. item videtur dicendum* Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 694. *n.* 1. alios referens.

Tamen cùm hæc regula multas patiatur exceptio- 35
nes & limitationes, in quibus judex omnimodo tenetur statim de exceptionibus testium ante examen cognoscere, & admittere, non tamen reservare in finem litis, ut latissimè videre per te poteris apud Farina. *in tract. de testibus quæst.* 62. *a num.* 330. *cum seqq.* ubi plu- 36
res allegat. Imò & in hoc plurimum potest judicis arbitrium, an debeat reservare in finem litis exceptiones contra testes oppositas, vel non reservare, sed admittere, & cognoscere de eis, secund. Bart. *in auth. si dicatur n.* 9. *C. de test.* Joan. And. *in c. ex parte num.* 15. Abb. *n.* 8. Immol. *col.* 6. *ad fi.* Anton. de Butrio *n.* 15. *versic. opinio. extra de testi* Alberi de Malet. *in tract. de testi. cap.* 3. *n.* 52. Socin. *regul.* 129. *in ultima fall.* Conrad. *ubi suprà fol.* 76. *col.* 2. *vers.* 2. Menoch. *de arbi. casu* 339. *num.* 9. *lib.* 2. Mascard. *de probatio conc.* 694. *n.* 2. *vers. cæteris melius.*

Circumstantias autem ex quibus moveri potest ju- 37
dex ad reservandum, vel admittendum, vide ultra dictos Dictores And. *in d. c. ex parte n.* 16. *vers. in arbitratu autem isto.* Abb. *ibidem num.* 8. *vers. & judex arbitrando*, & Ant. de Butrio *n.* 15. *vers. in arbitrio autem informando* & vide etiam dictas fallentias positas per Farinacium loco proximè citato, quæ quidem debeant movere judicem, ad admittendum præfatas exceptiones, non autem reservandum in finem litis.

Et quamvis Joan. Andreas *in d. cap. ex parte num.* 6. 38
vers. & si prius & sequent. de testibus. dicat, quod judex in reservatione hujusmodi, vel non reservatione in finem litis, has exceptiones contra testes oppositas in nihilo parti præjudicat, tamen contrarium verius est, imò ut judex reservando, vel non resevando possit partem gravare aliquâ, ex quo aliqui sint casus, in quibus de

de eis debet cognoscere, & regulariter reservare, ut dictum est; propter quod posset imò sit necesse parti ex hoc gravamine appellationem interponere, comprobat Ab. *in d. c. ex parte nun. 8. vers. ego tamen, usque ad numerum. 9.* sequitur Alber. de Malet. *in tract de testib. c. 5. num. 54.* post Speculatorem, quem ibi allegans sequitur; quos etiam & contra Joannem Andream suprà, pariter sequitur Prosper. Farinac. *in praxi crimi. tit. de testib. q. 62. n. 365. & n 366.* quæ resolutiò ex ea pendet doctrina, à nobis superiùs hucusque tradita, quoniam in his casibus, in quibus debet judex statim de exceptionibus contra testes oppositis cognoscere, eas reservando pervertit, & præposterat ordinem juris, & judicium à quo appellationi esse utique tanquam licitæ deferendum, probavimus sursum, ut probant Doctores citati & sequuti à Farinacio loco modò citato.

39 Et ex hac nostra doctrina pendet resolutio vera ad illam quæstionem celebrem, an in casibus extrajudicialibus, in quibus judex tenetur omninò judicialiter procedere, quando scilicet, vel adest legitimus contradictor, vel adest clausula in commissione (vocatis vocandis) à judice procedente simul judicialiter, & extrajudicialiter, vel extrajudicialiter tantùm, omissæ appellationi non deferendo vis fiat, in qua affirmativè, nempe appellationem esse licitam, & ei si non deferat judex, violentiam ferat, probavi suprà post latam examinationem *hac p. c. 13. à n. 136.* & suprà per text. *in d. c. exhibit. de judiciis*, quia ab ordinato processu omnino licita reputetur appellatio, ubi & rationibus, & authoritatibus id ipsum affirmavimus, ponderando ac interpretando *d. cap. exhibita.* & sic illuc te remitto.

40 Quod & nostræ conclusioni pertinet, quòd cum exceptio nullitatis ab aliquo opposita ejus sit naturæ & qualitatis, ut requirat statim examinationem & determinationem, adeò ut non possit in discursum processus reservari, imò foret nullitati nullitatem addere, si stante hac oppositione nullitatis non pronuntiaretur ante omnia super illis, ita decrevit Rota teste Puteo *dec. 150. lib. 1. & decis. 72. num. 2. & 3. lib. 3.* Caputaq. *dec. 60. num. 1. & 2. p. 2* & fuisse pariter decisum in una Tiracon. construendæ Capellæ 25. Junii anno 1597. testatur Hieron. Gonzal. *in regul. 8. de men. & alter. gl. 9. in annot. n. 171.*

41 Namque quoniam nullitatis judicium dicitur præjudiciale, & magis præjudiciale, quàm possessorium, ut docet Bald. *in l. ordinarii n. 13. C. de rei vindicatione*, Cæsar de Grass. *dec. 8. n. 7 de sentent. & re judic.* Hieron. Gonz. *proximè cit. loco n. 173.* nulla siquidem major est injustitia, quàm nullitas, Eguid. Bellamera *dec. 343. incipit. appellans n. 2.* & judex nulliter procedendo spoliat. Aymon. *cons. 140. n. 2. & 3. & cons. 24. n. 4.* Caputaq. *dec. 112. num. 1. p. 2. dec. 186. p. 3.* & sic ab ejus articuli nullitatis reservatione appellationi interpositæ delatio si negetur, vis fiet ex doctrina in nostra conclusione & Doctoribus adductis hucusque, & ex regul. *! 4. §. condemnatum, ff. de re judic.* ut nulla dispositio disponendo de alicujus actus executione, in actu nulliter gesto non procedit, prout longum fecimus sermonem *infrà 3. p. c. 9. à princ.*

42 Hujus etiam farinæ est, quod aliàs declaratum fuit in hac alma Galleca Curia Regali, dum adhibita fuit per viam violentiæ in provisione Doctoralis Tudensis Ecclesiæ Cathedralis pro delatione appellationis emissæ à Licentiato Mera de Carbaja! (hodie meritissimo Collega Valisoletani Collegii S. Crucis) oppositore à reservatione quarundam exceptionum habilitatum adversùs personam alterius oppositoris oppositas, quas Capitulum & earum cognitionem reservavit in discursum processus, at me informante, & insistente vim fecisse non deferendo, eo quòd appellatio legitima esset omnimodo, quoniam cùm præfatæ exceptiones habilitatis, & incapacitatis respiciant, & afficiant legitimationem personæ, sint præjudiciales causæ principali, deberet ante omnia de eis cognosci, principali suspenso, text. *in l. 1. C. si quis aliquem testari prohibuerit, l. si cum testibus C. ordine cognitionum, l. quoniam C. ad legem Jul. de adulter. l præsens, C. ad legem Flaviam, l. si quis libertatem, ff. de petitione hæred. §. præjudicialis, Instit. de actionib.* Maranta pluribus relatis ad id Authoribus, *de ordinat. judic. 4 p. 20 dec. à n. 16.* Cevallos 3. *tomo comm. opinio. q. 818 à n. 7* ac ideò appellationem tali reservatione licitam esse, illud insuper in confirmationem adducens, omne gestum à judice tempore, quo in casu debet conquiescere, nullum est 44 ipso jure, ut tradunt Probus *in additionib.* ad Jo. Monach. *in rub. ut lite pend. lib 6.* Parisius *cons. 166.* Bonifacius *n. 14. lib. 4.* Bald. & Zinus *in l. sive pars C. de dilat.* omnes not. *in c. exhibita, de judiciis*, ubi Abb. & Felin. Caputaq. *dec. 37. sub n. 7. p. 2.* ac ideo talem interlocutionem Capituli executionem non mereri, licitamque appellationem, vimque fieri, in quo tertium genus violentiæ datum est, in tribunali (*oiendo denuevo al Licentiado Mera sobre sus exceptiones opuestas, no hazia fuerza, no lo haziendo, la haze otorgue y reponga*, &c.) quod in his casibus justissimum & proprium decretum est.

Secunda sit conclusio in hac materia, ut cùm in ju- 45 diciis summariis exceptio, & articulus requireus altiorem indaginem reservari possitin finem litis, *l. 3. §. ibid. ff. ad exhibendam, l. penult. C. depositi. l. ille à quo § testament. ff. ad Senatus Consul. Trebel. l. ult. C. de compensat.* quia cum eas possit rejicere judex, multo magis reservare, Bar. *in extravag. ad reprimendum, in verbo summariè, n. 4.* Angel. Aret. *in § bona fidei. n. 2. Instit. de actio.* Marsil. *sing. 365. excep.* ac propterea dicit Felin. *in c. exceptionem, de except. n. 25. ad fin. & n. 24 per totum*, quod licet queat appellare ab exceptionibus reservatis in finem litis fallit in duobus casibus.

Et primus hic est, quando exceptiones requirunt al- 46 tiorem indaginem, quarum cum sit licita reservatio ut ex aliis Doctoribus ibi probat, iicita non dicitur ab ea appellatio; & quod sit sententia de jure, tenet post Menoch. *de arbitr. casu 20. in fin.* Gratian *disceptat. forens. 1. tom. c. 170. à n. 1.* vide etiam alios Doctores infrà *à num. 62.*

Et ita in terminis etiam statuti mandantis exceptio 47 nes requirentes altiorem indaginem posse, & debere reservari diffinitivæ (cum juri communi sit conforme) si judex reservaverit exceptiones, tanquam indaginem altiorem requirentes; non posse appellari defendit, & latè probat Gratian. *disceptat. forens. c. 170. à n. 4.* quia cùm stetur dicto judicis reservantis, quando exceptio dicatur intricata, & requirere altiorem indaginem, ejusque sit arbitrio relictum, prout & tenet Tiraquel. *in l. si unquam, in verbo omnia, vel partem n. 31* Menoch. *de arbitr. casu 20. n. 3. & de recup. rem. 1. n. 260* 48 Matthias Collet. *in c. cum venerabilis, num. 72. usque ad n. 78. de except. & in tract. de prosc. sib. executivis 4. p. c. 2. num. 3. cum seqq.* & ita etiam omnino intelligendus est ipse Gratian. *ibi n. 12. cum seqq.* ubi loquitur intricatè, & potiùs lapsu scribentis, ut ex ejus rationibus, discursu, & Doctoribus citatis coll gitur Facit etiam, quod ipse dicit *n 3.* quòd hujusmodi statuto non intelligitur reservata exceptio clara, de qua incontinenti potest constare, quia hæc non intelligitur ab statu- 49 to reservata, quemadmodum exceptiones juris etiam dubii.

Quæ quidem conclusio ita admittenda est, ut tunc 50 exceptio talis reservari potest, quando est facti, & sic intelliguntur Doctores citati, cum secus sit dicendum quando exceptio juris est, quia nec rejici, nec reservari debet; cujus est ratio, quia jus est certum, nec aliquam probabilem dubitationem recipit; ac propterea

prerea statim super illa tali exceptione cognoscendum est, nec debet reservari, ita docet, Bald. *in l. ancilla, C. de furtis*, Menoch. *de arbit. judic. lib. 1. quæst. 53. n. 4 & 5.* 51 quia super disputatione juris ordo judiciarius non requiritur, & una semper esse debet apud judicem determinatio, sive modò, sive imposterum Bald. *in l. posteaquam litis, col 2. vers. septima exceptio. C. de pactis*, Marianus Socin. senior, *in c. 1. n. 51. & 52. de litis contestatione*, Blancus *in tract. de compromisso, q. 4. princ. n. 102.* Alex *in additio. ad Bart. in l. vir bonus, in verbo impedit. ff. judicat. solvi.* Felin. *in c. exceptionem. n. 40. de exceptio.* Menoch. *loco proximè citato n. 6. & 9.* ubi dicit, quòd cum à judice super exceptione juris judicandum est, unam semper sententiam, vel affirmativam, vel negativam amplecti teneatur; reservatio nihil præstat, quia illud præjudicium super illa exceptione, quod in fine causæ facere potest, & tenetur, ita potest & debet tempore, quo objicitur, debet enim semper pronuntiare uno & eodem modo vel pro actore, vel pro reo excipiente, ubi etiam 52 latè disputat, quid dicendum sit quando jus non sit clarum, sed dubium & perplexum; & tandem pluribus hinc inde adductis idem quod de jure claro respondit, qui & *in d. q. 5.* ad hoc alias ponit declarationes. Fusiùs etiam ipse Menoch. *cons. 25. n. 13. lib. 2.* quem sequitur Grat. *discept. forens. to. 1. c. 170. n. 3.* Capicius *d. c. 10. n. 19. & 20* & Aretin. *in §. in bonæ fidei, n. 2. Instit. de action* tenuerint contrarium, vide etiam *infra n. 62.*

Istæ autem duæ conclusiones possunt uno modo li- 53 mitari, ut à reservatione non possit appellari, quando contra excipientem & proponentem articulum juris foret præsumptio; probat Hostiens. *in c. cum contingat, de off. delegati.* per text. *in c. nullus, de præsump.* Felin. *in d. c. exceptionem, de except. n. 24. vers. secundus casus est*, ubi hoc declarat, nisi tunc offeratur probatio exceptionis incontinenti, prout ad id adducit plures Doctores. Ultra quos & eo potest confirmari, nam licèt, ut superiùs dictum est, regulariter exceptio contra testes opposita non impediat eorum examen, sed reservetur in finem, & discursum litis, cui adjecimus aliquas limitationes remissivè, earũ tamen una hæc est, ut exceptio contra testes debeat statim, & admitti, & de ea cog- 54 nosci, non tamen reservari quoties, etiam, si altiorem requirat indaginem, offertur probatio incontinenti, hoc ita probatur per DD *in auth. si dicatur C. de testib.* ubi præcipuè Bart. *post n. 3. in ejus summario. vers. breviter litera hæc dicit.* juncto *n. 9. in fin. & n. 10.* & ibi Bald. *n. 2. vers. nisi prob. in continenti.* Salic. *n. 2.* & bene ibi comprobat Joan. de Sicar. *n. 2. vers. veruntamen.* gl. *in c. ex par. verbo infames vers. Sed ex hoc etiam*, ubi Innoc. *n. 1.* Felin. *n. 15.* Joan. And. *n. 15. post medium.* Bald. 10. ubi etiam multo magis, quando exceptio est ipso jure probata. Immol. *col. 6. in fin. vers. sed iste intellectus, &* 55 *col. 7. in princ. versiculo alius fuit intellectus*, ubi quod sufficit verbo simpliciter offerre se probaturum, quia intelligitur incontinenti, licet ad cautelam melius 56 sit adjicere etiam incontinenti. Ant. de Butr. *n. 15. vers. 3. fuit opin. eod. tit. de testi.* Alber. de Mallet. *in tract. de testib. c. 13. n. 51. & 53. & n. 55.* ubi de veriſſima conclusione testatur Soci. *regul. 129. in 7. fall.* Lanfr. *de testib. n. 49. vers. item fallit.* Gramm. *dec. 86. n. 2. & seq.* Conrad. *in pract §. 2. de off. prato. in causis civilibus tit. de testib. rubr. personas testium aggred. in princ. n. 9. fol. 76. col. 1. in 7. fall.* Monticell. *in repert. testium, fol. 228. col. 1. vers. 1.* Beneint. *dec. Bononi. 7.* ubi dicit, quod ita docent communiter DD. *in c. exp.* Menoch. *de arbit. lib. 2. casu 239. n. 8. vers. si constat statim, & n. 12. vers. præterea vivi. in communi. opinio verbo, contra testes exceptio in fin.* Mascard. *de probat. lib. 2. cons. 694. n. 2. vers. aliud fecisse videtur Innoc.* &c. *n 4. & 5.* ubi bene comprobat Prosper. Farin. *in pract. crim. in tract. de testib. q. 62. n. 358.*

Et in terminis exceptionis contra testes reservatæ, 57 cujus probatio in continenti offert, ut appellari liceat, licèt coram judice superiori justificanda sit, Philipp. Franch. *in c. interposita sub n. 4. limit. 2.* & Card. Alex. *sub n. 4. fall. 2. & 3. col. 3. de appell.* sequitur Escac. *de appell. q. 11. n. 76.* & nos latiùs explicuimus hanc doctrinam, *supra c. 1. à n. 8. cum seqq.*

Tertia & ultima etiam in hoc articulo potest con- 58 stitui regula, ut à reservatione cujuscunque articuli, seu exceptionis appositæ in processu pendente in supremis tribunalibus, nec appellatio, nec supplicatio admittatur, ut approbant & affirmant ita procedere in eis de speciali stylo & consuetudine, Monter. *in pract. 5. tract. de Cancellarias, c. 2. de las suplicaciones, num. 21.* Grat. *in regul. 33. sub num. 5.* rejecta tamen distinctione Monterr. dicentis, ut supplicari possit, quando non dicitur *de alli resultara*, quia sola reservatio sufficit de per se, & tacitè subintelligitur, ut tunc reservetur ad diffinitivam, ut inde resultet articuli discussio, quoniam isthæc sola reservatio exceptionis operatur, ut probata postmodum exceptione & legitima inventa, nulla reddantur omnino, quæ antea gesta erant, docet Bart. *in l. ille à quo §. ad Senatus Consultum Tebellianum*, quod & declarat Felin. *in d. c. except. n. 24. sub vers. secundus casus*, &c. Marsill. *sing. 365. n. 2. & sing. 198. testis qui non debet, n. 3. vers. ideo dicit.* Gratian. *in discept. forens. 1. tom. c. 170. n. 7.* dicentes etiam, quod in iis casibus, in quibus exceptio reservari potest de jure in finem litis aut diffinitivæ, tunc non posse appellari, quia nulla læsio, præjudicium, aut gravamen datur considerabile, cum in fine litis, quo reservatur, reparari rectè possit, cæteraque gesta nulla retro sint de exceptionibus, & sic cum tacitè ille effectus subintelligitur in reservatione, absoluta, declaratio, & expressio requisita per Monterr non est in consideratione, cum expressio illius quod tacitè inest, nihil operetur, de quo vide latissime infrà *n. 67. cum seqq.*

Clausula isthæc reservativa jurium in aliud judi- 60 cium, sententia facta à judice, operatur coram eod. judice juris reservati causam tractari, ac discuti posse, de qua ejus virtute efficitur competens, ita tenet Peregrin. *de fideicommiss. art. 48. num. 66. fol. 266.* Contrarium tamen, imò hujusmodi causam coram eodem judice tractari non posse, defendit Marta *de jurisdict. 4. p. centur. 2. casu 199. à n. 22. cum seqq. & supra n. 5.* Quid tenendum prior opinio frequentiùs admittitur in praxi.

Et pro complemento hujus materiæ illud inquirendum est: an exceptio in fine litis à judice reservata, 61 priùs sit terminanda actore constante pro diffinitiva.

Pro cujus resolutione priùs supponenda sunt non- 62 nulla ex hactenus dictis, nempe, liquidas dici esse exceptiones, quæ aliam non requirunt probationem, nec oppositionem, sed in prompsu instrumentis aut aliter. Benit. *dec. 7.* Muscatell. *prax. civil. p. 5. gl. Reserv. n. 21.* Trivis. *dec. 2. n. 5. lib. 1.* & quæ non sint multis ambagibus innodatæ, *l. fin. C. de compens.* Muscatell. *n. 21. 22.* altiorem verò requirunt indaginem, quæ intricatæ sunt, nec de facili possunt liquidari, cum & in facto, & in jure sint dubiæ *l. 3. §. ibid.* & ibi gl. *verb. obscurior. ff. ad exhib. l. ille à quo §. 1. ff. ad Trebel.* Jas. *in §. præterea, n 58. Instit. de actionib.* Capic. *dec. 10. n. 19. 20.* Aret. *in §. aquæ Instit. de except.* Alex. *cons. 165. col. pen. in fin. vol. 2.* Surd. *cons. 52. n. 10.* Cavagnol. *ad decret. Montis. 6. §. 10. n. 16.* Tilm. *dec. 3. vot. 6. recup. poss. n. 23. 24. syntagm. 3* Trivis. *d. dec. 2. n. 2.* Mar. Giurb. *dec. 21. n. 1.* illæ in fine causæ, ad merita reservari non possunt, sed ante litis ingressum terminandæ sunt Felin. *in c. cum contingat; de off. deleg. n. 18 & in c. ex p. n. 12. de testib.* Afflict. *dec. 63. n. 1.* 63 Capic. *dec. 77. n. 66.* Trivis. *d. dec. 2.* Muscatell. *d. n. 21. 25.* aliàs processus redderetur nullus ad text. *in c. cum ad dissolvendum, de desponsi. impub.* Felin. *in d. c. cum contingat. n. 18* Alb. *cons. 14. n. 3. l. 1.* Triv. *d. n. 6* Cavag *d. §. 10. n. 7.*

Hæc verò in fine causæ reservari rectè possunt, ne retardetur processus super negotio principali, *d. §. ibid. ff.*

ad

ad exhiben. & d. l. ille à quo § 2. *ff. ad Trebell.* confert. text. *elegantèr.* §. *si quis post ff. de condict. indeb. & l. nam, & postea* ubi Bar. & Doctor. comm. *ff. de jurejur.* Marſ. *ſing.* 365. Afflict. *dec.* 52. *n.* 2. Muſcatell. *de gloſ. reſerv. n.* 20. 25. Georg. *alleg.* 15. *n.* 9. Conrar. *in l.* 1. *limit.* 12. *C. ſi de nomen. poſſ. fuer. appell.* Maran. *de judic. tit. de except. n.* 14. com. teſtatur Cum *Rit.* (*ſuo ordine*) 38. *n.* 57. Tepat. *lib.* 1. *var. t.* 1. *de except. col.* 7. *in med.* Barboſ. (*in l. divortio.* §. *fin. n.* 54. *ff ſolut. mat.* Gratian. *diſcept.* 170. *n.* 1. Ann. *ſingul.* 446. *&* 605. Cavagnol. *d.* §. 10. *n.* 15. Gail. *de arreſt. c.* 3. *n.* 13. Laderch. *conſ.* 121. *n.* 5. *conſ.* 133. *n.* 16. 17. Maſull. *ad Capic. dec.* 6. *n.* 6. *deciſ.* 10. *n.* 9 comm. dixit Intrigl. *dec.* 17. *n.* 18. Triviſ. *d. dec.* 2. *n.* 1. Gramm. *de* 65. *n.* 83. 84 Menoch. *de arbitr. c.* 53. *& caſ.* 20 *in fin.* Quo in caſu nec appellari poſſet. Gratian. *d. diſcept.* 170. *n.* 4.

64 Ruginell *de appell.* §. 2. *c.* 3. *n.* 303. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 58. *n.* 50 Scac. *de jud. lib.* 1. *c.* 102. *n.* 2. *& de appel. q.* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *n.* 97. 98. Mar. Giurb. *dec.* 21. *num.* 3. tum quia ſtatur dicto judicis reſervantis, quando exceptio ſit intricata, & ſi altiorem reſpiciat indaginem, poſitum eſt ejus arbitrio, Bald. *in l. ſi ex falſis, n.* 11. *C. de tranſact.* Felin. *in c. exceptionem, n.* 24. *de excep.* Tiraquell. *in l. ſi*

65 *unquam* gl. *omnia, vel partem, C. de revoc. donat.* Menoc. *de arbitr. caſ.* 10. *n.* 3. & *recup. poſſ. rem.* 1. *n.* 260. Gratian. *diſcept.* 170. *n.* 4 Ann. *ſing.* 605. Mar. Giurb. *deciſ.* 21. *eodem n.* 3. tum quia exceptiones nec ſunt deciſæ, ſed eas in fine cauſæ dicendas reſervat judex Alexand. *in d. l. ille à quo* §. 1. *n.* 5. Felin. *in d. c. cum contingat, n.* 18. Franc.

66 *dec.* 298. Carpan. *ad ſtat. Mediol.* 23. *n.* 112. Ann. *ſingul.* 605. Afflict. *in conſtitut. Filiationis, n.* 8. *rubr.* 22. *lib.* 2. Milan. *dec.* 3. *n.* 96. *lib.* 1. Intrigl. *l.* 1. *ſing.* 35. *l.* 2 *ſing.* 161. tum quia reſervatio hujuſmodi id operatur, ut probata demum exceptione geſta omnia ſint nulla, & proceſſus gloſſ. eſt ſingul. *in d. c. cum contingat.* Bart. *in d. l. ille à quo* §. 1. *n.* 5. & Alex. *num.* 6. Afflict. *ſub d. n.* 8. Bald. *conſ.* 96. *n.* 4. *vol.* 1. plenè Felin. *in c. ſaborta, de re jud.* Cum. *Rit.* 42. *n.* 44. 68. Narſ. *ſing.* 198. *ſing.* 365. *n.* 2. *ſing.* 696. *n.* 3. Marant, *de jud. p.* 6. *memb.* 9. *n.* 14. Grat. *d. diſcep.* 170. *n.* 7. Tuſc. *tom.* 7. *litera S. concl.* 526. *n.* 3. Cavagn. *d.* §. 10. *n.* 20. 24. Tepap. *loc. cit.* An Sola *ad decret. Sabaud. tit.* 8. *de except. dilat. gloſſ.* 13. *n.* 5. Carpan. *d. c.* 23. *n.* 109. Abb. *conſ.* 575. *n.* 21. Ancha. Jun. *lib.* 2. *q.* 29. *n.* 6. *& lib.* 3. *q.* 58. *per tom.* Ann. *ſing* 605. Cornaz. *dec.* 106. *n.* 15. Muſcatel. *d. gl. reſervatis, n.* 26. Triviſ. *dec.* 2. *n.* 89. *lib.* 1. Aſin. *in prax* §. 18. *c.* 5. dummodo exceptio reſervata, proceſſui oppo-

67 neretur, ſecus ſi ſubſtantiæ ipſius negotii, ſuper quo agitur, quia ad hoc ut dicatur nullum, quod antea factum eſt requiritur ſententia declarans, quòd illud pro irrito haberi debeat, ſicuti advertit Gratian. *d. n.* 7. 8. ex Felin. *in d. c. exceptione, n.* 24. *in fin.* poſt Rom. & Alex.

68 quos citat. Ita ut reſiciendæ etiam ſint expenſæ ſi obſtaret reſervata exceptio, *Clem. appellant. de appell.* Ann. *ſing* 605. Gratian. *loc. nuper cit. n.* 9. quæ ſi locum habent in præfacto prætorio à cujus ſententia reclamatur tantùm, Ann. *de ſing.* 605. Grat. *diſcept.* 170. *n.* 13. qua ſic facta exceptionum reſervatione, tenetur judex ante ſententiam diffinitivam, ſuper ipſis reſervatis exceptionibus interloqui, aliàs ſententia eſſet nulla, per ſuperiùs allegata.

69 Sed ſententiam eſſe validam parte non petente reſervatas exceptiones decidi, ut judicatum teſtatur Triviſ. *dec.* 2. *à n.* 9. *lib.* 1. Mar. Giurb. *dec.* 12. *n.* 9. idem ſentit Afflict. *d. n.* 8. etenim ſi teneretur judex intra inſtantiam, ſub certa etiam pœna aliquid proferre ſeu interloqui pœnam comminatam, nec meretur, niſi pars in cujus gratiam reſervatio facta fuit, iterum pater, Abb. *in c. venerabilis, n.* 9. *de jud.* Felin. *in c. ſin. autem* 3. 4. *de reſcript.* latè Franch. *in c. exortionem. n.* 103. *de appell.* Bart. *in l. cum Papinian. n.* 1. *C. de incert. omn. jud.* Triviſ. *dec.* 2. *n.* 9. *lib.* 1. Cavagnol. *ad decret. Mont ſ.* 2 § 14. *de n.* 1. *cum ſeq. & dec.* 10. *n.* 2. 3. Bim. *conſ.* 158. *num.* 12. Gram. *conſil.* 54. *n* 6. Immo ſententia latas parte non conſtante, eſſet, ipſo jure nulla, cum nec poſſit judex in cauſis ci 70
vilibus officium ſuum impertiri, niſi parte petente, *l.* 4. §. *hoc autem judicium ff. de damn. infect.* ubi Rip. *n.* 75. gl. *in l. properandum,* §. *etſi quidem verb. triennii, verſ. item not. C. de jud.* ubi Iſſ. *à n.* 5. Rauden. *dec.* 1. *n.* 101 Gratia. *diſcept* 40. *n.* 23. *diſcept.* 100. *n.* 7. *diſcept.* 156. *n.* 27. 28. Viu. *dec.* 390. *n.* 4. latè edocuit Menoch. *lib.* 2. *præſump.* 46. & præſertim *n.* 30. Nig. Camp. *in c. R. N.* 206. *ab olim n.* 6. Cæſ de Graſſ *dec.* 9 *n.* 4. *de cauſ. poſſ. & propriet.* Vant. *de nullit. tit.* 9. *de null. ex defect. juriſd. ord. n.* 121. *& tit.* 13. *ex defect. proceſſus, n.* 21. 22. Mont. *dec.* 12. *n.* 45. *dec.* 30. *n.* 30. Cavag. *ad decret. Montiſ.* 14. *n.* 24. *decr.* 15. *n.* 4. *decr.* 21. *n.* 1. *decr.* 22. *n.* 5. *decr.* 23. *n.* 4. *Affin. in prax.* § 3. *c.* 1. Gonzal. *ad regu.* Cancel. *in annot. gl.* 9. *n.* 147 148. 71
& gl. 56. *n.* 109. copiosè Giurb. *dec.* 130. *n.* 7 & 8 Nec judex ipſe debet quæ ere acta, ſed expectare, quòd ſibi deferantur, aliàs redderetur ſuſpectus. Cravet. *conſ.* 170. *n.* 2 Ant. Sola *ad decr. Sabaud. tit.* 32. *gl.* 10. *n.* 7. & cùm ſciat pars judicem ad ſententiam procedere, & non opponit, competenti exceptioni tacitè renuntiaſſe cenſetur ut poſt Crav. *conſ.* 140. *n.* 5. reſumit Aſin. *in prax.* §. 19. *3 lim.* 12. *n.* 1. Mont. *d. dec.* 12. *n.* 56. Cancer. *var. reſol. c.* 20. *de teſt. b. n.* 21 23. Amat. *dec.* 24. *n.* 27. Triviſ. 72
d. dec. 1. *n.* 12. quia conſentire videtur, *cui tacet de reg. jur. in* 6. Put. *dec.* 150. *d.* 1. quæ quidem tacita renuntiatio in prohibitiva etiam diſpoſitione admittitur; ut reſolvit Dec. *in c.* 2. *n.* 10. *de probat.* Mont. *d. n.* 56. Quare poteſt judex reſervatas exceptiones omittere, & ſuper negotio principali procedere. illudque definire tanquam de partium conſenſu, *l. ſi convenerit, ff. de re jud.* quia tacitè pronunciaſſe videtur, reſervatas excep- 73
tiones illas minimè admittendas, ſed penitus rejiciendas eſſe, arg. *c. ex parte. M. app.* Abb. *in c.* 1. *n* 10. *de ord. cog.* Bar. *in l. à procedente, n.* 4. *C. d. dilat.* latè Gab. *tit. de except. concl.* 1. multa enim parte non opponente ſubſiſtunt, quæ aliàs de jure non valerent, pulchre oſtendit Felin. *in c. inter monaſterium, n.* 23. *de re jud.* Cravet. *conſ.* 220. *n.* 3 *in fin.* Mag. *dec. Luc.* 52. *n.* 21. & Giurb. *in dec.* 14. *n.* 8.

Non obſtant contraria: quia procederent parte ſuper eis interloqui petente, quo in caſu ſi ad ſententiam 74
procederet judex reſervatis exceptionibus non deciſis, nulla erit, ex Afflict. *in d. conſt. Fi. tatio. n.* 8. *& 9.* Triv. *d. dec.* 2. *per tot.* & eſt verior opinio, ſecundùm quam fuit ſæpe judicatum, quòd oppoſitio ſit neceſſaria, cùm quilibet actus tendens ad favorem alicujus, intelligendus ſit parte opponente, ad text. *l. univerſa,* ubi gl. *verb. præbeatur,* & Iſſ. *n.* 3. *C. de precib. Imper. offer.* Polyd. Rip. *obſer.* 290. *n.* 3. & plures DD. citat Giurb *dec.* 15. *n.* 8. *&* 75
dec. 14. *n.* 8. qui *d. dec.* 21. *n.* 14. præmiſſis difficultatibus ita ſatisfacit & juxta hanc ſententiam & opinionem ita determinaſſe Senatum Siciliæ menſe Junio 1622. & in aliis cauſis, teſtatur.

TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM.

PARS TERTIA.

Qua continentur capita circa violentias, quæ ab Ecclesiasticis judicibus, non deferentibus appellationibus legitimis, interpositis, principaliter à sententiis diffinitivis, committuntur.

CAPUT I.

Si virtute alicujus contractus, quo alimenta promissa sunt, quibus Judex ex officio dare jubet (puta Filio à Patre, Patri à Filio, & similibus) agatur, à sententia super tali contractu lata appellationi non deferens; an vim faciat. Et quid generaliter à qualibet alimentorum sententia, vel eorum, quæ celerem executionem desiderant.

SUMMARIUM.

A sententia præstante alimenta appellatio interposita non suspendit executionem, quia venter delationem non patitur, num.1.

Alimentorum præstatio celerem executionem desiderat, ibidem.

Alimenta præstare condemnatus, non auditur in prosequutione appellationis, nisi prius solvat alimenta, num.2.

Ab alimentorum sententia prohibetur appellari quoad effectum suspensivum tantùm, non quoad devolutivum, numero 3.

Commissio appellationis super sententias alimentorum præsentium, aut futurorum datur cum clausula (sine retardatione præstationis alimentorum) vel (sine præjudicio legitimæ executionis.) n 4.

Alimentario satis consulitur sublata dumtaxat appellatione quoad effectum suspensivum, quo procedunt rationes, quibus ab alimentorum sententia negatur appellatio, num.5.

In omnibus causis quæ celerem expeditionem desiderant: appellatio quoad suspensivum tollitur, n.6.

Periculum ubi sit in mora, quando tollitur appellatio, ibidem remissivè.

Ab alimentorum sententia denegatur suspensiva appellatio, non solum quando omnia alimenta petuntur, sed & quando eorum pars tantùm petitur, ut vestitus, habitatio, & similia, n.7.

Alimentorum à sententia appellatio denegatur, non solùm quando procediter principaliter, sed etiam quando incidenter ad illa actum est, n.8.

Circa materiam l. si institut. § de inofficioso, ff. de inofficio. testam. *qui sint videndi, ibid.*

Reprobatur opinio Corduba à Lara contrarium asseverantis, scilicet, ubi agitur principaliter non negari appellationem, ibidem.

Alimenta petita à paupere habent privilegium, ut per appellationem non suspendantur, quando petuntur à paupere, secus si à divite in quo cessat ratio prohibitionis & privilegii, n.9.

Alimenta futuri temporis petita hoc habent privilegium; ut præstatio non suspendatur per appellationem, secus alimenta præteriti temporis, quia jam semel evasit periculum, n.10.

Alimenta futura dicuntur etiam ea quæ debentur à die motæ litis, n.11.

Inter alimenta præterita & futura dispar est ratio, & sic in istis summariè procedituri, in illis verò non, n.12.

Alimenta quando petuntur officio judicis, non admittitur appellatio suspensiva, secus quando jure actionis, quia tunc admittitur, n.13.

Reprobatur Sigismundus Scacia hanc communem distinctionem non admittens, ibid.

Quæ distinctio procedit in inope petente alimenta, ibid.

Reprobatur opinio Petri Surdi. n.14.

Alimenta quæ officio judicis petuntur, jure naturali debentur, in petitis jure actionis solum jus civile operatur, ibidem.

Alimenta ut lite pendente præstentur pauperi habenti pro se sententiam, tria requiruntur copulativè, n.15.

Alimenta quando petuntur jure actionis, judicium non est summarium sed ordinarium, quo datur appellatio, n.16.

In legato pro alimentis agitur jure actionis, n.17.

Alimenta petens, si reportet contra se sententiam negativā potest licitè appellare quoad utrumque effectum, n.18.

A sententia negativa lata contra agentem aliqua via privilegiata generaliter admittitur appellatio, n.19.

Alimenta petita vigore contractus, quo fuere promissa ei, cui jure naturali, & officio judicis debebantur, puta filio, patri & similibus, an à sententia lata pro illis præstandis admittant appellationem suspensivam, n.20.

Act o judicati licèt habeat exequutionem paratam, stipulatio tamen per quam ipsa novatur ejus privilegio non gaudet, n.21.

Contractus celebratus in ultima voluntate propriam amittit naturam, & eam assumit ab ultima voluntate, num.22.

A mero possessorio licèt non appelletur à possessorio intentato virtute contractus, ibid.

Provisio hominis facit cessare privilegium sibi à jure concessum, n.23.

Appella

Appellationis prohibitio, & illius permissio ubi in uno subjecto concurrunt, hæc an prævaleat, n.24.

Ad alimenta ubi agitur virtute contractus per illum, cui jure naturali debentur, pariter appellationem carere suspensivo, defenditur, n.25.

Duæ regulæ ubi reperiuntur, una firmativa, alia prohibitiva, hæc præponderat, ibid.

Privilegia duo ubi concurrunt, aliud prohibitivum, aliud permissivum, illud potiùs prævalet, n.26.

L. qui id quod, ff. de donatio in proposito pulchrè ponderatur, n.27.

Donatione in stipulationem deducta, & virtute stipulationis condemnatus donator, non amittit privilegium illi competens, ne conveniatur ultra quam facere potest, ibid.

Actio aliqua quando devolvitur in aliam intelligitur devoluta secundùm suam naturam primævam, n.28.

Qualitas naturalis, & accidentalis quãdo in aliquo cõcurrunt, & simul stare non possunt, prævalet naturalis, n.29.

Causa primordialis & originalis potiùs attenditur, ibid.

Principium est fine potentius, causáque incipiens potentior est perficiente, n.30.

Finis regulatur à suo principio & ad illud trahitur, n.31.

In filio contrahente alimenta concurrunt officium judicis inductum ab ipsa natura, & contractus quod est quid accidens, sicque illud naturale debet attendi, ibid.

Stipulatio quæ est stricti juris, si interponatur super contractu bonæ fidei, hujus natura & effectus retinetur, quia qualitas primæ obligationis censetur adjecta in stipulationem, n.32.

Remedium l.2. C. de rescinden. vend. *licèt non detur contractibus stricti juris, locum tamen habet in stipulationibus adjectis super contractibus bonæ fidei, num.33.*

Deposito subrogato loco alterius contractus possunt opponi omnes exceptiones, quæ poterant opponi priori contractui, n.34.

Resolutio quæstionis propositæ cũ fœdere distinctionis, n.35.

Alimenta quæ judicis officio debebantur, si in obligationem deducantur, animo novandi officium judicis competens pro illis (quæ novatio expressè hodie requiritur) evanescit officium judicis, & remanet sublatam, & sic ex contractu agendum est, & jure actionis, ibid.

Extincta prima actione per novationem, extinguuntur omnia ejus privilegia, n.36.

Verba l. si non obtulit, §. si ex conventione, ff. de re jud. *expenduntur, n.37.*

Alimenta, non deducta in contractum ab eo, cui jure naturali debebantur, non novandi animo, sed potiùs ad illius corroborationem additamentum, & majorem securitatem, & cautionem non amittunt suum privilegium competens ex officio judicis, n.38.

Verba l. si non obtulit, § ex conventione, ff. de re jud. *ulterius ponderantur, n.39.*

Verba l.2. vers. quare ff. de privil. credi. *expenduntur in proposito, cui mirabiliter conducunt, ibid.*

Semper attenditur, quod principaliter agitur & res denominatur à potentiori, n.40.

Qualitas proveniens ex officio judicis ad alimenta & ejus privilegium ut præponderet, debet Actor in judicium deducere, & probare qualitates huic officio judicis necessarias, n.41.

Officium judicis cum concurrit cum actione, quando per illud uberiùs consulitur agenti, atque aliquid addatur actioni, n.42.

Ad alimenta quando agitur ex utraque obligatione, una admittens appellationem, alia excludens illam (prout est officium judicis) hæc illi detrahit, n.43.

Qualitas prohibitiva & permissiva quado concurrũt circa unum & idẽ individuũ, qualitas negativa vincit, n.44.

Alimentorum promissio (cessante novatione) obligationi à lege inductæ accedit accessorie; & ita ejus natura vestitur quoad appellationis prohibitionem, n.45.

Alimentorum à sententia diffinitiva prohibita appellatio quoad suspensivum, multo fortiùs prohibita intelligitur ab interlocutoria, n.46.

Ab alimentis ad dotem valere argumentum, plures affirmant, n.47.

Ab alimentorum sententia sicut non licet appellare, ita in causa dotis non licere plures affirmant, quod author nunquam vidit practicari, n.48.

Alimenta in causa dotis an sint pendente appellatione ministranda, vide ibid.

Alimentorum à sententia reformatoria appellationi emissa an sit deferendum, n.49, remissivè

Alimenta nimis taxata in eadem sententia, quo quis ad eorum præstationem condemnatur, aut admittant appellationem quoad utrumque effectum, num.50. ubi opinio Avendani reprobatur.

A taxatione seu fructuum liquidatione facta in executione rei judicatæ, non datur appellatio suspensiva, n.51.

Taxatio seu liquidatio quando fit in eadem sententia de cujus executione tractatur, non admittere appellationem omnes fatentur, n.52.

Alimentorum taxatio facta in sententia stat accessoriè ad illorum condemnationem, & sic regulatur ab ejus natura quoad appellationis prohibitionem, ibid.

Alimentorum taxatio facta in eadem sententia, si admitteret appellationem, nunquam posset effugari periculum, quod ex dilatione à jure consideratur, n.53.

A taxatione ciborum vendendorum in populis, & civitatibus facta per judicem non admittitur appellatio suspensiva, juxta l. regiam, *n.54.*

A condemnatione facta vigore statuti aut ordinationis civitatis super vestibus, & cibis disponentis à mille marapetinis infrà non admittitur appellatio suspensiva, ex l. regia, *n.55.*

Taxatio mercedis seu alimentorum facta in sententia eadem non recipit appellationem suspensivam, prout determinavit Rota Romana contra Avendañum, n.56.

Ad exhibendam rem condemnatus, quando habet facultatem rei restituendæ non appellat, quia tale judicium non patitur dilationem, n.57.

Ad exhibendum condemnatus si ulteriùs ultra rei exhibitionem ad aliquod aliud, puta, interesse seu pœnam condemnetur, an possit appellare, n.58.

Ad exhibendum condemnatur, & in eadem sententia conditionaliter ad interesse condemnetur, nisi solvat, &c. an possit appellare, n.59.

Legatum relictum pro sepultura dilationem non recipit, & propterea nec appellationem suspensivam, n.60.

Legatum, quod dilationem non recipit, debetur antequam hæreditas adeatur, n.61.

Periculum ubi imminet ex mora, potest legatarius impunè propria authoritate legatum capere, n.62.

Cadaver debitoris detineri non potest per creditorem, nec eius appellatio quominus sepeliatur, donec solvatur debitum, admittenda erit, n.63.

Studiorum causa dilationem non patitur, n.64. quare à sententia lata contra turbantem scholarem in habitatione appellatio non admittitur, n.65.

Sententia lata contra fabrum malleantem circa domum scholaris seu Doctoris appellatio non admittitur, n.66.

Testes senes, & valetudinarios, potest judex à quo licitè recipere appellatione pendente, ob mora periculum, ne pereat probatio, n.67.

Juramentum sub cujus forma & præstatione lata fuit sententia, potest etiam appellatione pendente, ne scilicet probatio pereat, ibidem.

Excommunicatum in articulo mortis constitutum potest judex à quo appellatione pendente absolvere, quia periculum est in mora, n.68.

Vindemiæ & messes non recipiunt dilationem, & ideo appellatio iis negotiis suspensivo effectu caret, n.69.

Dilationem non recipiunt causæ aliquæ, quæ generaliter non admittunt appellationem, n.70.

Alimentanti, seu alimentatis crescente, vel decrescente, patrimonio, etiam post factam condemnationem & taxationem à judice, an crescant vel decrescant alimenta, n.71. remissivè.

Periculum in mora caret lege, legem non admittit, atque legem tribuit, n.72. licitum facit, quòd aliàs licitum non est, ibid.

Judicem incompetentem legitimum facit ibid. multoties alterat non solùm præcepta humana, sed etiam divina, ibidem.

Periculum imminens, & instans necessitas attribuit jurisdictionem etiam non habenti, n.73. & à juris regulis tunc receditur, ibidem.

1 Ujus dubii facilis ut pateat exitus, à posteriori Capituli parte, initium est sumendum, an scilicet, & quando violentia adesse dicetur haud appellationi deferens interpositæ à sententia, qua præstari mandatur alicui alimenta. quod ut prolixitas evitetur verbosa, quæ doctos assolet stomachari, & juniores confundere, illa generalis est regula constituenda, ut appellationi emissæ à sententia præstante alimenta alicui, vim non fieri à judice non deferente, quoniam venter dilationem non patitur, atque alimentorum præstatio celerem executionem desiderat. text. est. *in l. fin.* ibi, ne frumentum in usum militum in annonæ subsidia contrahatur, *&c.*) *ff. de appell. recipiend.* text. est etiam *in l.2.* ibi, sed perrarò intra statutum tempus sententiæ exequantur; veluti si alimenta aliquibus constituantur, vel minori 25. annis subveniatur, *&c.*) *ff. de re judic. l. si instituit. §. de inoffic.* ibi, sed quia scriptus hæres appellaverat, placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, quæ inofficiosi testamenti accusatione pro parte ejus vindicabantur decerni, *&c. ff de inofic. testam.* quæ jura ad hoc ponderant, allegant Bart. *in d.l. fin. n.1.* gl. verbo *decedat, in c. qua fronte de appell.* Specula. *in tit. de appell. §. in quib.* Bart *in l. Mela. in fin. ff. de alim. & cibar. legat.* idem Bart. *in l. solent. col. fin. eodem tit.* Alberic *in d.l fin.* Aretin. *consil. 97. num. 3.* DD. *in l. de alimentis C. de transact.* Bernard. *scholio decedat. in c. qua fronte de app.* Bart. *in tract. de alim.* Cumanus *in d l. fin. n.4.* Forcatol. *in libello, qui scribitur penus juris civil. c. fin.* Bald. *in l.2. C. quando provo. non est necess.* Rom. *singul. 286.* incipit *à sententia.* Iff *in l. de alim. c.5. C. de transact.* & ibi Alciat. *pag.4.* Aretin. *in stipulatus, n.9. ff. de verbor.* Angel. *in l. penult. in fi. ff. de his qui sunt sui, vel. alien. jur.* Nicel. *in tract. de concordia glossa, c 6. fallen. 7. n. 35. fol. 192. t. 18. tractatuum novar.* Natta *cons. 108. n. 1. lib. 1.* idem Natta *cons. 409. n. 5. lib.* Tiraq *in tract. de privilegiis piæ causæ, privileg. 147.* Ant. Cordub. de Lara *in tract. de alim. §. si vel parens, n.26. & seqq.* Petrus Surd. *in tract. de alim. tit. 8. privileg. 60. n. 5.* Everard. *loco 24. in fi.* Crotus *cons. 178. in fi.* Gramat *in cons civi. 146. n. 14.* Guigas *in tract. de pœn. q. 9. 5 n. 3.* Practic. Papiens *in form libel. quo agitur pro re singul. n. 85.* Afflict. *in dec. 152. n. 3.* Bal. Novel. *in tract. de dote p. 9. privileg. 7. n. 2.* Rebuff. *1. to. ad ll. Gal. tit. de sentent. proviso. art. 1 gl. 2.* Faquineus *lib. 1. controv. jur. c. 77.* Joannes Bottas *cons 24. n. 29. volum. 1.* Lancel. Gallus *in tract. de statu. vers solidos q. 6. n. 27. fol. 333. to. 2.* Ludov. Pontan. *in tract. de alim. c. 19. per tot. tom. 8. p. 2.* Vitari. *in tract. claus. tit. an poss. juri alim. ren. col. 12. circa fin.* Cephal. *cons. 485. n. 86.* Mar. Mant *sing. 22. n. 4.* Manfred *lib. 2. pract. concl. super attent. concl. 57. & concl. 157.* Fabius Montelc. *in sua pract. arbitr. in 1. p. 6. q. prin. dubio. 13 n. 23.* A fin. *in praxi §. 31. c. 2. in 2. lim. princ.* eleganter Aven. *in rep. legum. Regn. verbo. govierno per tot.* Lancel *de attent. 2. p. c. 12. limit. 24.* Flores de Mena *in pract. q. lib. 1. q. 14. n. 4.* & etiam per Covar. & Lud. Mol prosequitur Alvarus Vasq. *rerum jud. consult. 1. per tot.* qui quidem respondet aliquibus mediis, quæ in contrarium (facilibus tamen) offeruntur.

Quod & in tantum procedit, ut magis sit speciale, quòd condemnatus alimenta præstare, non auditur in prosecutione appellationis: nisi priùs solvat alimenta, ita fuisse decisum per Rotam testatur Caputaq. *in dec. 118. lib. 1* Contard. *in l. unica in 3 lim. n. 57. C. si de mortuo non solv.* quia cum subtrahat parti defensionem, & non præstando alimenta, impediat causæ prosequutionem, meritò non auditur, quod esse notabile privilegium, dicit Surd *de alim. tit. 8. q. 96.*

Quam regulam declares velim. Primò, ut si ab hac 3
alimentorum sententia prohibita appellatio quoad unum effectum tantùm suspensivum, quoniam ipsa non obstante executioni traditur: ut secus si quoad devolutivum, quia quoad eum admittitur appellatio; ut decidit Rota in una Romana status, & alimentorum coram Capizucho, 17. Octobris 1552 & iterum 5. Maii 1513. ut est decisio in recollectis Caputaq. 1. *p.* 1153. incipit *cum causa.* Lancel. proximo loco citatus *n.6. & super* Flores de Mena Surdus, & imò ex multis Doctoribus Barbos. *in l. 1. ff solut. matri. 1. p. ex n. 56. & 57. fol. mihi 217.* Cæsar Bartius *dec. Bononien. 69 n. 10. per totum, & num. 18. & 32.* Alexand Trentacinquius *variar. resolut. lib. 1. tit. de alimentis, resolut 1. num. 17. &* 18. ubi explicat *fol. 116.* Domin. Joan. *à Castillo quotidian. controv. lib. 3. cap. 27. n. fin.* & quando sumus in alimentis præsentibus, vel futuris commissio super appellatione datur cum clausula (sine retardatione præstationis alimentorum) vel sine præjudicio legitimæ 4
executionis. Veralli. *dec. 39. & dec. 48.* cum adductis 1. *p.* sequitur Marquessa *de commissio. 1. part. c. 18. à n. 14. fol. 210.* ubi *n. 17. & seqq.* quod quando contra alimentarium datur sententia; non rescribitur, ita & omnes ferè citati jam hanc probant uniformiter declarationem,

Satis enim consulitur alimentario ablata suspen- 5
sione, & impedimento, ita ut statim incipiat alimentis frui non spectatio finis litis, quo quidem pariter satis fit rationi legum & Doctorum in re hac assignatæ, ut scilicet, venter delationem non patitur, & dum causa appellationis cognoscitur, potest creditor fame pe- 6
rire, & ideo appellationis pars illa, & effectus deletur tantum qui huic rationi contrarius esset, & dilationi causam præbere potuisset, prout accidit in cæteris casibus, quæ delationem non patiantur, sed celerem expeditionem desiderant, ut probant text. *in l. fin. de appel. recip. c. fi. 2. q. 6.* Specul *in tit. de appel. §. in quibus, vers. 8.* Iff *in l. 1. col. 1 ff. de feriis.* Marant *de ord. judic. 6. p. vers & quandoque appellatur, n. 229.* Contard. *in repetit. l. unic. ult. ratione decid. n. 17. C. si de momen. poss.* & probant omnes citati Doctores, cum in his periculum sit in mora, latè Lancel. *de attent. 2. p. c 12. lim. 46.* Alciat *de judic. tit. de appel. §. in quæstionibus & casibus, & de quib. causis appellari poss. n. 8.* Menoch. *de reti. poss. rem. 3. n. 843. jejunus venter non audit appellantem liben. ter.* Marquessan *de comm. 1. p. c. 16. n. 17.*

Secundò & ex eadem ratione regulam declarat; ut 7
procedat non solùm quando alimenta ipsa petuntur, sed etiam quando petitur aliqua eorum pars dumtaxat, ut vestitus, habitatio, *&c.* cum idem sit argumentum de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, *l. quæ de tota ff. de re vin. l. an pars ff. pro derelicto,* docet Ulpian. *in l. cum ii in princ. ff de transact.* ibi ejusdem prætoris notio ob transactionem erit, sive vestiarium; sive de prædiis alimentum legabitur) notat Philip Castren. *in l eum his in princ. n. 5.* orduba à Lara *in d. tract. de alim. §. si vel parens num. 30.* Vide latiùs infrà *c. 2. à n. 23. cum seqq.*

Tertio declara præfatam regulam, ut procedat gene- 8
raliter, quando proceditur in causa alimentorum principaliter vel incidenter, ut quomodocunque sententia lata sit pro alimentis præstandis, appellationi esse minime deferendum, ut probant *l. si instit. §. de inofficioso, ff.*

ſo, ff. de inoffic.teſtam. juncta l.9.ff.de appell.recip. & l.2. de re jud. & Doctores huc uſque citati, qui ita omnes indiſtinctè & genericè loquuntur, & circa materiam d.l. ſi inſtituta, §. de inoffi io, quæ de alimentis incidenter petitis loquitur, videndus Covar. in pract.c.6. n.6. & 8. & per totum. Molin. de primogeniis lib.2.c.16. & multa per Surdum de alim. tit.1 à q.110. cum pluribus ſeqq. in quo nimis perperam loquutus eſt Lara in dict.§.ſi vel parens, num.33. dicens, quod appellatur à ſententia alimentorum, quando principaliter agitur de eis, ſecus ſi incidenter, tum quia l.7.tit.19.p.4 Alber. Pala. Rubeus, & alii quos ipſe allegat, nihil probant, nec incidens debet eſſe favorabilius ipſo principali, & ideò illum meritò reprehendit Surd. ubi ſuprà tit.8. q.60.n.24. dicens ejus ſententiam, & opinionem erroneam prout etiam ſtylus communis probat, ſcilicet, in utraque ſententia alimentorum, ſive principaliter, ſive incidenter lata appellatio non ſuſpendat.

9 Quartò declara præfatam regulam, ut procedat, quando alimenta petuntur à paupere, ſecus autem ſi à divite, quia tunc cùm ceſſet ratio fundamentalis, & immediata, propter quam alimentorum cauſa celerem expeditionem deſiderat, & executionem, ne patiatur dilationem, quia in divite, & eo, qui aliunde poteſt ſe educare, ſeu alere, nullum conſideratur moræ, & dilationis periculum, ut fame pereat, ut eſt receptiſſima ſententia Speculatoris in tit. de appell.§.in quibus n.12. Bart. in l.ſi ff. de appell. recip. n.1. & ibi Cuma. à n.4. Aretin. conſ.96. Lara à Cordub. in d. ſi vel parens, n.31. Cevall. in contra comm. opin. tom.4 q.897 n.917. Marq. de commiſſio 1.p.18.n.5.& n.11. ubi adducit Rotæ deciſiones, & ex his, quos in unum cumulavit Surd. dict. q.50.n.21. & ſeqq. licet quatenus id extendat ad pauperem agentem jure actionis, non bene fuiſſe loquutum, mox videbimus pro quo eſt text. in d.l.6.ſi inſtitut. §.de inoffi..ff. de inoffic. teſtam. ibi, placuit propter inopiam, pupilli alimenta, &c.

10 Quintò declara dictam regulam locum habere, quando petuntur alimenta futuri temporis, non verò præterita alimenta, quoniam in iſtis appellationi emiſſæ niſi deferat judex, vim faciet, cum ſit licita, ſiquidem cauſa hæc nec celeritatem deſiderat, nec periculum conſideratur, cùm in alimentis præteriti temporis ceſſet ratio, & timor, ne quis fame pereat, jam enim evaſit periculum, & reperitur in ſtatu vitæ, ac ideo non eſt neceſſaria celeritas, ut declarat Joan. Andr. in addit. ad Specul. d. §. in quib. in verſ. ſed nunquid ſuper verſ. aliorum, & hanc ſententiam communem eſſe, dicit Alberti. in l. penult. in ſi ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. Cuman. in l.ſi.ff.de appell.recip. Aret. in conſ.97. in cauſa, & puncto n.3. verſ. pro hoc dicto. Decius in l. de alim. n.10. C. de tranſact. Iſſ. ibi Curtius junior n.13. Alciatus pag.4. Felin. in c. cum dilect. n.16. de reſcript. Matth. de Afflict. dec.152.n.3. Dedacus Perez in rubr. tit.1.lib.3. ord. col. ante penult. & Dueñas in regul. 365. lim. 7. Guigas de penſi.q.51. in fi. Foller. in praxi cenſual. verſ. hujuſmodi cenſus ſuper rebus, n.86. Pedem. dec.86. in fi. Surdus ubi ſuprà n.15 & ibi Lara in d §.ſi vel parens, n.32 Lancel. Robert de attent.2. p.2.12.um.24. Contard. in repet.l. unic. C.ſi de momen.poſſ.lim.t.3.n.34. Caputaq. dec.115. incipit. cum cauſa, p.1. Sarmi. de reait. eccle. 3.p.c. num 5. plures etiam ad id allegat Marqueſſ. de commiſſi. 2.p. c.18. à n.8. & à n.16. cum ſeqq.

11 Et tunc alimenta futura dicuntur hoc caſu, etiam ea, quæ debentur à die motæ litis, volunt Caputaq. dec.118. vol.1. Contard. in d.lim.3.n.56. & ſeqq. Natta conſ.108. quoniam poſt princ. lib.1. Lancel. ubi proxime d. lim.24.n.8 quem ſequitur Surd. d.q.60.n.16 Rota diverſorum, dec.764. Dominicum præſi poſito, n.5.p.1. diverſo. Caputaq. dec.24. dim.p.1. Ruginel. tract. de appel. §.2.c.3. Et cùm diſpar ſit ratio in præteritis, ac futu
12 ris, in illis enim judicium nec eſt ſummarium, Marant, de ord. judicio. 4.p. d.9. num.52. Hieron. Gratus conſ.68.n.52. & alios quos citat Lara. d.§ ſi vel parens, n.23. Marqueſſa. de commiſſio.1.p.c.18. à num.16. cum ſeqq. fol.202.

Ultimò declara hanc regulam propoſitam, ut locum 13
habeat, & procedat, quando officio judicis alimenta petantur, non autem quando jure actionis; quoniam hoc ultimo caſu appellationi non deferens à ſententia emiſſæ, violentiam facere dicetur; quoniam licita reputatur, quæ ſententia receptiſſima eſt, ut probant Specul. in tit. de appell.§. in quibus verſ. in dic. quod ſi petantur officio judicis, quam etiam poſt Alberi. ſequitur Joannes Andreas ibi in addit. in verbo aliorum, Bart. in l.ſi.ff.de appell.recipi n.1. & ſeqq. Pedem. dec.25. n.in.20. Lancel. Robert. in tract. de attent. 3 p.c.28. à num.65. & ſeqq. & poſt Bart. & Aretin. tenet Vitall. tract. clauſularum in verbo, an juri alimentorum, ſub n.10. tomo 18. fol. 487. ol.3. Cæſar Contard. in l. unica, in ampliat. n.141. C.ſi de momen.poſſ. Ozaſcus dec.25. n.20. licet voluerit cavillare hanc diſtinctionem, Eſcacia de appell. q.17. lim.17. n.17. dicens quòd rejecta communi diſtinctione appellari non poterit ab alimentis petitis ab inope, ſive jure actionis, ſive officio judicis illa petat, quia cum contra communem loquatur, audiendus non eſt; tenet etiam Avenda. in dictionario legum Regni, poſt reſponſa, verba, gravierno, verſ. iſta tamen regula fol.189. & ex aliis tenet Flores de Mena pract.q.q.15.n.11. & ſeqq. & ex Fachineo controverſiarum jur. lib.1. c.77 Bart. & aliis affirmat Ceval. in contra comm.4. p.q.897. n.920. Guillielmus de Cunis in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. Arg. l.2.ff.de re jud. Cuman. in l.ſi.n.4 ff.de appell. recip. Vitalli. in tract. de clauſ. tit. an juri alim poſſit renun. cum jura. n.106 fol. mihi 633. Aretin. conſ.97. n.3. in fi. ſequitur Rota dec.764. lib.1. diverſ. per totam, ubi dicitur, quòd à ſententia lata in cauſa alimentorum, quæ non jure actionis, ſed officio judicis propter inopiam petita eſſent, non poteſt appellari. Plures alios (aliquibus ex his citatis) in hanc ſententiam allegat Surdus d.q.60.n.21. & ſeqq. quæ veriſſima eſt, licet minus recte minúſque peritè, minus digeſtè, & ſub verborum confuſione contrarium tentare voluiſſet, intricatè allegando Doctores, qui ſuammet reprobant intentionem dicentes, quod etiam quando agitur pro alimentis jure actionis; non admittitur appellatio ſi actor inops ſit; ut tunc par ſit ratio, ac in agente officio judicis, de quo ſtatim dicendum.

Hanc noſtram concluſionem (licet à principio æqui- 14
vocè) tenet Marquella. de commiſſ. 1.p.c.18.n.8. fol.202. dum ad id allegat Pedemont. Guidobon. & Lancel. dicit in comprobationem, quod ad hoc ut à præſtatione alimentorum procedat appellatio ſuſpenſiva, tria requiruntur. Primum, quod judicis officio, non jure actionis petantur. Secundùm propter inopiam, qua ceſſante appellationi locus erit. Tertium, quòd futura, non præterita petantur, & ita cenſuiſſe Rotam coram Domino Orano in una Anconitana alimentorum 4. Decemb. 1585. poſt Bart. in tr. alim. n.47. Alberic. in l. ſi judex in fi. ff. de iis qui ſunt ſui vel alieni jur. Roman. in l.1.n.15.ff.ſolu.matr. in aut. ſi ſimiliter, n.43. C. ad leg. Falci. Aret. conſ.97. num.3. in fi. Bald. novell. intr. de dote p.9. privil.7. & cave à Marqueſſano, ſeu attenta lege, quia intricatè loquitur cum terminorum confuſione.

Quod autem dicit Surd. ubi proximè citatus, negandum eſt libenter, non quando officio judicis petuntur alimenta, ideo eſt, quoniam ipſa natura juſque naturale hoc inducit præſtari, puta, filio à patre patri à filio & ſimilib. l. vel negare, ff. de iis, qui ſunt ſui vel ali. jur. l. ex hoc jure, de jure natur. gent. & civil. gl. in l. ſed & ſi §. conſului, le petit. hæreditatis Claud. in d.l. ex hoc jure col.14. Cognolus in l. cum amplius §. is natura num.1. & ſeq. ff. de excuſ. tut. at quando jure actionis petuntur, ſolum jus civile operatur; quod multum intereſt, &

illud

illud adeò fortiùs, ut filius alimenta sibi debita à parte jure naturali non possit renuntiare, Secundùm Barto. *in l.1.§.si vel parens, ff. de lib. agnos.* Cevallos *in contra comm.1. tomo q.388.* ac ideò æqualitas inducta à Surdo
15 non procedit, ut vides, nec etiam ob aliud fundamentum, quo movetur nempe, quod paupertas & inopia sit sufficiens, ut actori, habenti pro sententiam, alimenta præstentur, lite pendente, quia falsum est, & improbabile; siquidem tria copulativè concurrere necesse est, scilicet, quòd sit filius, vel nepos, & quòd pauper, & quod jam habeat pro se sententiam, *ex l. si instit.§.de inoffic.ff.de inoff.testam.* ut latè probavit noster Cov. *in pract.c.6.n.6.* Lud.Molin.*de primog. Hspan.l.c. n.30.* Lara *in d.l.si quis à liberis, §. si vel parens num.42.* Alvar. Valasc.*consult.1.n.9.vers.nec existimo,* insinuantes iis tribus, vel aliquo illorum deficientibus, sumptus actori non deberi, sic sequitur, ut paupertas hæc, non operatur speciale, sola ipsa & de per se.

16 Deinde facit pro hac parte, & contra Surdum; nam quando alimenta petuntur jure actionis, ut ex contractu, *&c.* causa alimentorum non est summaria, ut probant Bart. *in l. de alim.n.2.C.de transf.* idem approbant. Bald. *in l. nonnunquam, l. 2. ff. de judiciis*, Decius *in d.l.de alim.n.12.* & ibi Curtius junior *n.8.* Decius *in l.si certis annis n.7.C.de pactis.* Marant.*de ord. jud.4. p. d.9. n.52.* Didacus Perez *in rub.tit.1.lib.3.ordinam.* Lara *in d. §.si vel parens, n.24.* & post Alex.& Barto. idem latè tenet Marquess. *tr. de commissio.p.1.c.18.n.5. & 6. & 7. fol.201.* Surdus *de alim privil.2.tit.n.16.* Gratia.*discept. for.to.1.c.33. & 22. & 22.* ubi intelligit in inope, rationem reddentes quia in hac specie cessat causa, cujus favore introducta sunt privilegia alimentorum, quia ille, qui sibi quærit alimenta, tuebitur parta, cùm præsumatur vir prudens maturi gravisque consilii. Probat
17 etiam Flores de Mena. *in pract.q.d.c.14.n.11. & suprà,* ut hoc casu agatur jure ordinario, & appellatur, & jure actionis etiam agitur in legato pro alimentis, ut post alios Gratia *discept.foren. c. 104. à num. 57.* Maresc.ot. *variar.resolutio.lib.2.c.83.à n.1.*

18 Prædicta tamen conclusio, qua diximus, à sententia super alimentis lata non esse licitam appellationem suspensivam: fallit, & non procedit, quando sententia est lata contra eum qui petit alimenta, quia is à negativa sententia potest quoad utrumque effectum appellare, Angel. *in l.si sub n.1.ff.d appell. recip.* quem referunt, & sequuntur Cæsar Contard. *in l.unica limit. 17. n.19.C.si de momen.poss* Ruginel. *in tract.de appell. §.2. c.3.n.68.* Escacia *tract.de appell.q.17.lim 7.n.19.* Petrus Surd. *tract.de alim.tit.8.privil.60.n.24.in fin.& n.23.& seqq.* & signanter *n.33. fi.* Marquess. *tract.de commiss.1. p.c.18.num.17.fol.210.* Generaliter verum est, quòd à
19 sententia negativa lata contra agentem aliqua privilegiata via, & sui natura inappellabili, admittatur appellatio quoad utrumque effectum, de quo latè infra *c.4. hac 3. p.*

20 Hinc ut vides, pedetentim labimur in nostram propositam quæstionem, an à sententia lata virtute contractus, quo alimenta promittuntur, & cui aliàs pro alimentis consequendis jus naturale, & officium judicis est paratum; sit appellationi interpositæ deferendum & facit difficultatem resolutio proximè præcedentis declarationis, ut quando ex contractu agatur, appellatio sit licita quoad utrumque; quando officio judicis, secus.

21 Et pars affirmativa, ut in nostro casu sit deferendum, probatur, primò nam licèt actio judicati executionem habeat paratam, & stipulatio tamen, per quam ipsa novatur, ejus privilegio non gaudet, *l.minor. 14.ff. de minorib.* Arisimin.Tepat.*lib.1. tit. de re judic. fol.316. col.2. circa fin* nec ipsa sententia illud conservat, nec retinet text.est *in l.si se non obtulit.4.§ si ex conventione, ff.de re judic.* Si quidem etiam contractus gestus in ultima voluntate amittit suam naturam, & assumit naturam ultimæ voluntatis, *l.1 §. si quis sub conditione, ff.* 22
ut legato no. caveat. ff. in l. nemo potest à n.21.ff.de leg.1. Ergo idem in nostro casu est dicendum, ut privilegium exequutionis, quod habebat sententia lata in favorem patris, vel filii, per stipulationem amittatur subsequutam Et compobatur quoniam licèt à mero possessorio non appelletur, tamen in possessorio intentato, vigore contractus & obligationis appellatio admittitur quoad utramque, ita latè dixi hac 2. *p. c.12. à n.99. cum multis seqq.*

Secundò & pro hac parte facit, quoniam provisio 23
hominis facit cessare privilegium à jure sibi concessum, *l.cenuit.ff.quib.mod.pig.vel. hypoth. solvi.* ubi tacita hypotheca alicui à jure competens amittitur per expressam ab eo stipulatam, ex quo text. illam communiter eliciunt DD nostri conclusionem, quòd provisio hominis novando provisionem legis, tunc provisio legis, etiam si sit de jure communi tollitur per provisionem hominis; ita tenent Cynus, & Salicet. *in l 2.C.de jure emphyteu.* & habetur *in l.4.§ fi.ex convent. ff.de re jud.* Salicet. post Petrum *in l. fin. C. de pactis conven. in d.l.2.76* Negusan.*de pig.4.memb.2 n.93 & si sum.* ergo idem est dicendum, ut cesset privilegium executionis, tacitè à jure filio concessum per instrum alimentorum contractum.

Tertiò facit, quia quando in aliquo negotio propter 24
aliquam causam est prohibita appellatio, si ei accedat aliud, quod illam prohibitionem non patiatur, hoc prævalet, & ut potentius facit cessare prohibitionem, itaut, appellatio admitti debeat, probat elegans text. *in § super quæst §.nos autem de eff. sublcg.* ergo jus actionis permittens appellationem cum accedat officio judicis prohibentis illam, attendendus est.

Sed his non obstantibus etiam pro contraria parte, 25
imò à sententia lata pro alimentis virtute contractus pariter appellationi non esse deferendum, facit fortiter. Primò, nam ubi reperiuntur duæ regulæ, una affirmans, alia verò negans, hanc potiùs (ista neglecta) sequendam & attendendam esse, probat text. *in l.tutor quoque 3. in ord. §. liberti.vers.sed si patronum suum, ff.de sepectus tuto. junctæ l.1. §. consequens, eod. tit.* tradit per hæc jura Ant. Dinus, & Bart. *ibi in prima lectura.* sequitur Alex. *in l. si convenerit col.1. de re judic.* & ubi con- 26
currunt duo privilegia, aliud prohibitorium, aliud permissivum, illud potiùs prævalere, & sequendum esse, *l. si Ruffinus vir clar ffinus* & ibi Bald. *in princ.* Raphaël Fulgo Alex. Franc. Aretin. & Iff *C. de test. militis*, sed circa alimenta hæc concurrit actio, & officium judicis, & sic duæ causæ, alia permittens appellationem, alia prohibens, ergo causa prohibitionis est sequenda necessariò.

Secundò pro hac parte facit dispositio text. *in l. qui* 27
id quod. ff.de donat. ubi donatione in stipulationem deducta, & virtute stipulationis condemnatus donator non amittit privilegium, ne conveniatur in quantum facere potest, quod donationis virtute sibi competebat, reddens rationem text. *ibi*, causam enim & originem constitutæ pecuniæ, non judicii potestatem prævalere, placuit, *&c.* & sic potestas stipulationis, seu actionis constituti, quod id significant illa verba (non judicii potestate) ut declarat ibi glossa, non est apta impediendi privilegium antea competens.

Tertiò probatur, quando una actio devolvitur in 28
aliam, intelligitur devoluta secundùm suam naturam primævam, text est *in l. item veniunt.5. cum prædiximus ff.de petitione hæredit.* ubi gl. & Doctores hoc notant, quemadmodum quando una actio in alterius locum succedit, ejus naturam assumit, *l.1 §. si quis sub conditione,* & huic stipulationi easdem causas, & conditiones inesse, sciendum est, *&c.*) *ff. ut legator seu fid. nomine caveatur l. si quis stipulatus, ff. de usuris, l. si id quod*

ff.

ff. de constit. secun. l. si cum §. 2. *ff. si quis cautioni*, ergo ista actio ad alimenta, quæ succedit in locum officii, judicis, ejus naturam assumere, & retinere debet.

29 Quartò & huic proximum est, quòd quando in unamet persona concurrunt qualitas naturalis, & accidentalis, quæ insimul stare nequeunt; prævalet naturalis, *l. qui huic, ff. de tutelis*, siquidem & attenditur potiùs
30 causa primordialis; & originalis. Craveta *cons.* 144. *n.* 2. & principium est fine potentius, & causa incipiens potentior est perficiente *l.* 1. *ff. de orig. jur. l. Pomponius, ff. de negotiis gest. l. si filius, ff. de verborum obligat.* & omnis
31 processio sit à principiis Arist. *l. de cœlo.* Angel. *cons.* 110. *num.* 6. *post medium.* Craveta *cons.* 883. *n.* 13. & finis regulatur à suo principio, & ad illud trahitur, *l.* 3. §. *Seio*, ubi Bald. *ff. de minori.* Angel. *in l. si possessor.* §. *Seio*, ubi Bald. *ff. de petitione hæred* sed in filio, vel patre alimenta trahente concurrunt officium judicis inductum ab ipsa natura, & contractus, qui est accidens, ergo illud prævalet.

32 Quintò facit, nam si stipulatio, quæ est stricti juris, & strictæ interpretationis, interponatur super contractu bonæ fidei, hujus naturam, & effectum retinet) quia qualitas primæ obligationis censetur adjecta in stipulationem, *l. aliam. ff. de donatio. l.* 2. *vers. qua, ff. de privilegiis credit.* Bart. *in l. si quis cum aliter num.* 4. ubi Alex. *num.* 3. & Iss. 12. *ff. de verbor.* ubi Aret. & alii plures citati à Pinello *in repetit. l.* 2. *C. de rescind.* 1. *p. c.* 3. *n.* 11.
33 *& seqq.* Cevall. *in contra commun. opinion. tom.* 1. *q.* 510. *ante fin.* dicentes quod remedium *l.* 2. *C. de rescind. vendit.* quod non datur in contractibus stricti juris; locum habet in stipulationibus interpositis super con-
34 tractibus bonæ fidei, & hinc est, quòd si depositum subrogatur loco alterius contractus, licet opponere omnes exceptiones, quæ poterant primo contractui opponi, Corrasius *tract. de deposito* 1. *p. tit. de causis n.* 42. *cum pluribus seqq.* Marta *de jurisd.* 4. *part. cent.* 2. *casu* 104. Ergo privilegium non admittendæ appellationis inhærens officio judicis, & æquitati, naturali filio præstante alimenta, debet durare, & repeti in contractu eademmet promittente, qui eo sui natura caret. Longum potuissem in re hac facere progressum, sed hæc sufficiant.

35 Quid dicendum in tam difficili, & intacta quæstione? eam fœdere distinctionis intendo componere, aut enim contractus, quo alimenta promittuntur filio, puta; celebratus est animo movendi priorem obligationem inductam ab æquitate, & ratione naturali (prout hodie requiritur ut expressè fiat novatio *juxta l. fi. C. de novatio.*) & tunc cùm officium judicis penitus evanescat, remanet sublatum, cum provisio hominis faciat tunc cessare provisionem legis, quando fit ad eam novandam non aliter, ut expressè ita declarat Negusan. *in d.* 4. *memb.* 2. *p. num.* 93. & omnes alii DD. quos ad secundum argumentum prioris partis *n.* 23. *suprà* adduxi-
36 mus, remanetque dumtaxat jus actionis ex contractu, quia per translationem unius actionis in aliam prior extinguitur, ut per DD. *in l. singularia, ff. si certum, & in l. certi condictio. in* §. *depositi eod. tit.* extincto autem primo contractu, extinguuntur omnia ejus privilegia, *c. accessorium de regul. jur. in* 6. Salicetus *in auth. ad hæc n* 13. *C. de usuris*, ac ideo ex eo agendo ad alimenta sententia super ipso lata patitur suspensionem per appellationem subsecutam, ut superiùs diximus in ultima declaratione, *num.* 13. Et magis etiam in specie facit dispositio text. *in d. l. si non obtulit.* §. *si ex conventio-*
37 *ne, ff. de re judicat.* ibi, si modò novatio interceserit, *&c.* & cæteræ doctrinæ additæ in primo fundamento ejusdem prioris partis, ut loquuntur, quando novatio interceserit, & ideo hoc casu appellationi tanquam licitæ non deferens, vim faciet.

38 Si autem hic contractus fiat non novandi causa, sed ut accedat priori obligationi, à natura inductæ, ad corroborationem, & additamentum ejus, & multiplicetur cautio ac securitas tunc cùm judicis officium a alimenta integraliter, & in suo esse remaneat, retineatque suam propriam naturam, quæ prævalet, & attenditur tanquam causa originalis, primordialis & qualitas naturalis. Et quia qualitas prioris obligationis; censetur adjecta in stipulationem subsecutam, quæ probant text. *in d. qui id quod, ff. de donat. l. alium, ff. de donat. l.* 2. *vers. quare, ff. de privilegiis credit.* & alia jura, & Doctores omnes adducti in 2. 3. 4 & ultimo fundamento, quæ pro secundæ partis comprobatione quæstionis adduximus, & secundum Doctores in secundò fundamento prioris adductos, *num.* 23. & magis ad nostrum casum probant, *a.* §. *si ex conventione*, verba *ibi*, cæterum si non novandi causa id factum est, manebit ordo executionis, sed & si pignora accepta sint, vel fidejussores in rem judicatam consequens erit dicere, non cessare executionem, quippe cùm accesserit aliquid rei judicatæ, non est à re judicata recessum, *&c.*) expendo insuper text. celebrem *in l.* 2. *vers. quare ff. de privilegiis creditor.* ibi, quare si in stipulatum funeris impensa deducta sit, dicendum est locum esse privilegio, si modò quis non abjiciendi privilegii causa stipulatus est, *&c.* Et faciunt, quæ in primo distinctionis membro dixi, sequitur evidenter, ut appellationi emissæ à sententia super tali contractu lata, esse nullatenus deferendum, absque metu violentiæ, quia tunc officium judicis principaliter attenditur, juxta quæ probavi in ultima declaratione ad regulam suprà appositam, ubi appellationem suspendere, asseveratum est. 39

Unum tamen essentiale in hoc secundo distinctionis membro libenter advertam, nam cùm ut semper attendimus, quod principaliter agitur, res semper denominetur à potentiori, atque in hac obligationis mixtura potentior illa sit quæ ex judicis officio provenit secundùm supradictas doctrinas: actor debet in judi- 41
cium deducere, & probare qualitates, quæ in hoc officio judicis desiderantur, ut puta; filium esse, *&c.* & inopem, quia cum judicis officium non detur, nisi quibus lex præstare jubet, inopibus tamen non divitibus ex specialibus rationibus inducta ab æquitate, & naturali ratione, *l. si quis à liberis*, §. 1. *ae liberis agnosc end.* Bald. *in l. libertus, quos* §. 1. *ff. de alimen. & cibar. leg.* DD. *in l. de alim.* per illum text. *C. de transf.* Petrus Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 108. *n.* 4. *& eod. tit. q.* 112. *n.* 13. *& q.* 9. & propterea diximus, quòd quando ad alimenta agitur judicis officio, proceditur summariè, nec admittatur appellatio suspensiva, quoniam paupertas, & fames dilationem non patiuntur; ad differentiam quando agitur sine judicis officio, quia tunc sive pauperibus, sive divitibus debentur alimenta. Idem est veluti si alia res promitteretur, ac ita cùm officium judicis sit fortis qualitas excludens appellationem in hac mixtura, ideo omnia quæ ejus naturæ conveniant agens deducere, & verificare tenetur, ut queat obtinere in privilegio non ad- 42
mittendæ appellationis, tunc verò officium judicis concurrit cum actione quando per id uberiùs consulitur agenti & per id aliquid additur actioni, *l. in causa*, & ibi communiter DD. *ff. de minoribus.*

Cum eo etiam casu, quando agitur ad alimenta ex 43
utraque obligatione commixtim, una admittens appellationem alia (hoc est officium judicis) excludens, hæc illi præponderat, & detrahit ex illa resolutione, non minùs probabili, quàm vera, de qua *suprà in* 2. *p. c.* 7. *à n.* 44. *& per tot.* Quod quando duæ qualitates adversæ, alia prohibens appellationem, alia desiderans, concurrunt circa unum, & idem individuum, qualitas negativa præferatur, & vincat, ex his, quæ exactissimè in comprobationem congessimus. Ubi sic intelligendum esse celebrem text. *in d. cap. super quæstion.* §. *nos autem, de off. deleg.* quem adduximus pro tertio fundamento prioris partis hujus quæstionis. Et insuper etiam

facit quod in *c.7. num.101. cum seqq.* affirmavi, ut ex dictis qualitatibus contrariis, si una est accessoria ad aliam, ejus naturam sequatur,& sic cùm ista promissio alimentorum (non animo novandi) à lege inductæ obligationi accedat, & accessoria sit, ejus naturam assumere, & sequi tenetur, quando simul concurrant, pro quo applica mirabiles doctrinas, fundamenta, & Doctores, quos adduximus *in d.c.7.à n.101.* & sic habes absolutam quæstionem difficilem,quam nota,quia alibi non invenies.

45 Et ex hujus principalis quæstionis resolutione, qua diximus in alimentis non dari appellationem suspensivam; extende ut multo fortiùs procedat in interlocutoria,quia quando prohibetur appellatio à causa principali,quoad suspensivum tantùm,pariter censetur prohibita ab interlocutoria, sicut à diffinitiva,quia eadem ratio degit & militat in utraque, ita in terminis alimentorum tenet Escacia *de appell. q.17.lim.7 sub n.13. vers.infero 3. fol.*422. sed quia de hoc articulo egimus

46 generaliter *suprà 2.p. c.6.* per totum hîc omitto.

Et pro complemento hujus capituli obiter adverto; quòd licèt aliqui valere affirment argumentum ab alimentis ad dotem, & propterea ut nec sit in causa dotis appellatio licita quoad suspensivum, communiter sit à Doctoribus receptum, Ozascus *decis. Pedem.25.*

47 *n.20.* Menoch. *de adipiscen.poss.rem.4.n.829.* Aret. *in l. 51. Tauri à num.32. fol.24.* Joan Lupus *in c.per vestras §.14.vers. adverte Gratianum regul.33. n.3.* Escacia *de q.17.lim.7.n.9* & latè prosequitur *in limit.8.à n.3. cum seqq.& n.8. fol.*423. ubi latè tractat an super causa pia

48 admittatur appellatio, ut est videre per Bald. novel.

49 *in tract.de dote p.9. in 7. speciali.* Petrum Surd.*ad alim. tit.8 q.60.n.6.& 7.* & sursum(ego tamen nûquam vidi practicari) quem *n.34.* & 35. vide an pendente appellatione, sint alimenta ministranda, & quid sit dicendum quando agitur ad reformationem alimentorum, an tunc appellationi emissæ deferendum sit, dicemus *infrà hac parte c. seqq.*

50 Unum tamen non dissimulabo, quod dicit Avend. *in dictionario legum Regni* post Reponsa *fol.*199. *verbo govierno vers.5 procedit*, scilicet, quod illa regula superiùs à nobis tradita, quòd à sententia præstari jubente alimenta, non liceat appellari, limitetur respectu taxationis eorum alimentorum, quæ si nimis taxentur, habeat locum appellatio, nulla pro sua opinione adducta lege aut ratione, sed solum Speculatorem *tit.de appell. §. in quibus vers.9. n.11.* qui quidem apertè id non dixit, sed illud dumtaxat ait, quod si diceretur modum excessivè, iterum præstabuntur alimenta.sed non appetit ante executionem sententiæ; vel post, & sic secundùm juris regulas est intelligendus, maximè quia allegat ad id *l. si instituta §. de inofficioso,ff.de inofficioso test. & l. si neget,ff.de liberis agnosc.*quorum quidem jurium casus appellationem suspensivam non admittunt; sicuti *de d.§.de inofficioso*, superiùs diximus,at *de dicta l.si neget*,ipsius verba indicant, *ibi*, alimenta quidem liberis præstare interim compellendum, *&c.* nihil autem ad casum probant, attamen in casibus de quibus loquuntur appellationem negant, & sic Doctor debet intelligi secundùm leges quas allegat.

51 Desuper & contra Avend. facit quod quando aliqua sententia meretur executionem à gravamine ex excessiva fructuum, vel interesse liquidatione, & taxatione, appellationis executionem non suspendit, nec ei esse deferendum tenent Bart. *in l.2. C. de sententiis quæ sine cer. n.5.* sequitur Roderic. Xuarez *in l. post rem.* in declaratione *ll.regni lim.4.n.5.*& Addition.valde plures pro hac sententia allegat.*n.1.& 4.* Soc.*cons.30.n.6.*Octavia. Ozas.*decis.Pedem.129.n.10.*Cov.*lib.2.var. cap.11. n.1.* Joan. Garcia *de expens.cap.fin. n. fi. in noviori impress.* Ayora *part.1. cap.4. num. fin.* Ursillis *in add. ad Afflict. decis.35.num.2.& 175.n.1.*Aymon.*cons.231.n.5.& 14.* alios allegat Parlad. *lib.2. rerum quot. cap.fin.1.p. c.12. num.32* plurimos Escobar. *de ration. cap 33.à n.20* vide quæ nos latissimè *infra 4.p.cap.10.à prin.* & est receptissima omnium tribunalium supremorum sententia, quæ licèt habeat contradictores, quando liquidatio & taxatio fit per sententiam, de cujus executione tractatur (ut nos suo loco videbimus) illud apud omnes concors est: quòd quando taxatio fit in eadem.et 52
sententia, nullatenus à taxatione excessiva appelletur, quemadmodum, nec ab ipsa principali parte sententiæ, ut apud eosdem Doctores est videre, prout accedit in sententia, de qua agimus, nam in ea semper fit alimentorum, & quantitatis taxata condemnatio; & tunc etiam concurrunt in sententia circa unum & idem duæ contrariæ qualitates, quarum negativam appellationi præferendam diximus *suprà*, & probavimus *2.p. cap.7.* maximè quia taxatio venit accessoriè ad principalem condemnationem alimentorum, prout superiùs dixi.

Desuper, quoniam exinde maximum sequeretur in- 53
conveniens, cùm nunquam posset evitari periculum à lege consideratum in dilatione præstationis alimentorum, propter quod vitandum sententiæ executio acceleratur appellatione non obstante, quæ si à quantitate emissa admitteretur suspensiva, nunquam haberet locum hujusmodi sententiæ privilegium, & permitteretur una via, quod alia prohibetur, contra text. *n. oratio, ff. de sponsalib.* aperiretur via fraudibus; quis enim condemnatus acquievit quantumvis legitimæ taxationi? quis eam non impugnabit? & excessivam injustissimamque non dicet appellans dumtaxat suspendendæ executionis, & differendæ præstationis causa? si principale confidit lex de judice, cur non de accessorio? cognoscat superior de utroque gravamine, reponat, vel moderetur, quod injustum reperiat, evitetur calumniosa dilatio, non pereat interim actor inops, non fame ac tædio affectus litem deserat, exequatur sententia, quia res, & venter dilationem non patitur,cum
periculum sit in mora.Pro quo etiam facit,quod hujus 54
efficacis rationis calore justissimè disponit *lib.54.tit.5. lib.2. nostræ recopil. Legiæ*, quod à taxatione ciborum, vel alimentorum, quæ in oppidis, & civitatibus venduntur, appellatio emissa executionem non suspendat, præcipitque & advertit auditoribus supremorum tribunalium, quod si ad eos eatur per viam appellationis, vel aliam etiam quamlibet, minimè impediant executionem inferioribus,nec faciant, ut superfedeant in ea, respectu multorum inconvenientium ex contrario resultantium, *d. l.9. tit.18. l.4. ejusdem recopilation.* disponitur etiam, quòd quando ordinationis vigore & 55
statuti populorum facti super vestibus, & civis, judex aliquem mercatorem condemnaverit, vel aliquam personam delinquentem in mercantili officio in mille marapetinos & infra, exequatur pœna in ejus bonis & persona non obstante appellatione, sed post executionem factam jus suum prosequendi sit facultas.

Et in terminis nostræ quæstionis ita determinavit 56
sacra Rota *in decis.764. per tot. 1.p.diversorum*, & specialiter *n.2.* in hæc: Unde si Josephus tempore petitæ mercedis erat adeò pauper, ut res non reciperet dilationem: sequitur; ut à decreto facto super taxatione mercedis non potuerit appellari. Sicut enim à sententia in causa alimentorum debitorum officio judicis propter paupertatem non potest appellari, quia res non recipit dilationem, *l. fin. ff.de appell.recip.*ita etiam dicendum est de sententia lata in causa mercedis pauperis, ut non sit appellabilis,propter eandem rationem. Et hoc etiam in terminis tenet gl.*in clem.1.verb oneramus, de jure patr.* quam alii sequuntur, de qua per nos *cap. seqq.à n.9.* latiùs, quarum quidem doctrinarum immemor fui, tempore, quo contra Avendanum resolvi, sed postea vidi, & sic tenendum est fortiter contra Avend.

ut

nt appellationi nec respectu condemnationis, nec respectu taxationis, & quantitatis alimentorum sit nullo modo deferendum, nec violentia dicetur à judice commissa, & vide etiá DD. cit. ad hoc *in d. c. 1. à n. 3. hac 3. p.*

Efficax enim est, fortis, & potissima illa ratio, quam jura & Doctores à nobis superius allegati considerant, ad excludendam appellationem suspensivam hac alimentorum causa, ut scilicet; periculum sit in mora, atque quod dilationem non patitur, sed celerem expeditionem desiderat, sub cujus quidem præsidio, & protection multi casus speciales degunt, & à malitiosis tutantur, & propterea vim nec fieri, nec appellationi interpositæ à sententia (qua quis condemnatur super actione ad exhibendum) esse deferendum, quando habet condemnatus facultatem rei restituendæ, imò appellatione non obstante eam cogitur exhibere, cùm tale judicium non debeat moræ dilatione differri, §. *ibid. ad exhibendum, l. 2. ff. de feriis*, affirmat Speculator *in tit. de appell. §. in quibus, vers. sed nunquid in actione ad exhibendum n. 12.* quam doctrinam sequuntur etiam Bart. *in l. creditor §. justus*, ubi Joan de Imola *col. fin.* ubi etiam per Angel. Gregor. Lopez *in l. 20. tit. 3. p. 3. verb. si fuere tenedor della. glos. 5.* & idem Greg. *in l. 9. tit. 25. p. 3. gl. 6.* profitentes, quod tunc cogetur rem præcisè exhibere, & si appellet, non audietur. 57

Quod quidem limitatur, ut non procedat quando quis ultra rei exhibitionem ad aliquid aliud condemnaretur, putà; quia propter inobedientiam non exhibendi intra terminum condemnatur in interesse, juxta *d. §. justus*, vel quia dolo desiit possidere, ad id sit condemnatus cum subjaceat periculo juramenti in litem, quia est grave, juxta text. *in l. Celsus, & idem Julianus, & Julianus cum suis §§. & toto tit. ff. ad exhibit.* quia tunc appellationi nisi deferatur, vis fiat tanquam permissa, ut probat videndus Speculator *ubi proximè*. Imola & Gregor. *dict. locis*. Maran. *de ord. judic. 6. p. tit. de appel.* qui suprà dictam conclusionem esse intelligendam, dicit, & declarandam, prout declarat, & intelligitur illam Speculator, ad quem se remittit. Hanc nostram limitationem probat expressè text. *in l. creditor, §. justus, ff. de appell.* ibi, quia instrumenta per contumaciam non exhibuerat, cùm petitor quanti sua interesset, exhiberi jurasset, facta erat condemnatio, quæsitum est, an post jusjurandum appellationem interponere posset; respondit, nihil proponi, cur denegandum esset appellandi auxilium, &c. Vide tamen quæ nos *suprà part. 2. cap. 7. ad fin.* latè diximus *à num. 132. cum pluribus sequentibus.* 58

Quid autem sit dicendum, quando in eadem sententia, qua quis ad exhibendum condemnatus est, & si non faciat præstet actori interesse, latè disputando resolvimus *suprà 2. part. cap. 7. ad fin.* ubi videre poteris ad *n. 132. cum multis sequentibus*, quò te remitto pro resolutione vera hujus difficultatis, & præcedentis *n. 58.* 59

Et prætextu hujus rationis legatum relictum pro sepultura dilationem non admittit, & propterea nec appellationi emissæ à judice deferendum esse firmat Ripa *in l. 1. in princ. n. 17. ff. quorum legat.* tradunt Speculat. *in tit. de appell. §. 1. in quibus vers. 8.* Mantua *in l. ultim. in 2. lict. n. 273. de edicto D. Adr.* Gramm. *decis. 32. n. 2.* Menoch. *de adipiscend. poss. rem. 2. n. 71.* ubi *num. 62.* ex Ripa Bal. & Angl. dicit, legata, quæ dilationem non admittunt, deberi etiam anteaquam hæreditas adeatur, ut etiam ibi *à n. 59.* quòd quando in mora hoc imminet periculum, legatarium posse propria authoritate occupare legatum, nec teneri remedio, quorum legatorum, sicuti etiam non auditur creditor petens, ut detineatur cadaver debitoris, ne sepeliatur, nec ejus appellationi deferendum esse, probant ex aliis Baëza *de inope debitore c. 1. n. 20.* latè diximus pluribus adductis Doctoribus *suprà 2. part. c. 72. à n. 8. & seq.* 60 61 62 63

Et ex hac etiam ratione, nempe, quia causa studio dilationem non patitur, docuit Bald. *in l. 1. vers. 1. quid si unus, C. si de nom. pet.* appellationem non recipi à sententia contra turbantem scholarem in habitatione sequitur Menoch. *loco proximè citato, n. 63* & ex hac etiam fluit, quòd à sententia lata contra fabrum malleantem apud domum scholaris seu Doctoris studium impedientem, appellationi emissæ minimè esse deferendum. Iff. *in l. 1. in fin. sub n. 45. ff. soluto matrim.* Bald. *in l. 1. §. de feriis.* Alex. *in d. l. 1 ff. soluto matrim.* idem Felex. *in l. fin. ff. de appell. recip.* Thom. Gram. *in dec. 58. n. 15.* ubi etiam tractat an admittatur appellatio generaliter à qualibet domus expulsionis sententia. 64 65 66

Ex qua quidem ratione potest judex à quo appellatione pendente absque reatu attentati ad perpetuam rei memoriam examinare testes senes & valetudinarios, quoniam dilata examinario periculum afferret, & ob periculum mortis probatio periret, nisi examinarentur, tenet Maranta *de ord. jud. 3. p. 6. p. princ. n. 2. n. 195. vers. 22. limitat.* Petrus Dueñas *regul. 42. n. 33.* Afflict. *in constit. Neapolit. lib. 1. n. 32.* incipit *probationem in constit. colum. 2. in fin.* Roland. à Valle *cons. 23. n. 19. lib. 3.* & facit Rota *in decis. 3 alias 110. nota quod casu de testibus senibus, in antiquis*, & explicat Lancel. Robert. *de attent. 2. part. c. 12. limit. 28.* quò pertinet quæ dicunt Bar & Salicet. *in l. generaliter in fi. princ. C. de rebus credit.* quod ideo juramentum sub cujus forma, & præstatione fuit concepta, & lata sententia, præstari potest etiam pendente appellatione, ne scilicet probatio pereat. 67

Hinc est, quòd judex appellatione pendente excommunicatum in articulo mortis constitutum valet absolvere, ut notavit Franch. *in cap. qua fronte, in gl. verbo decedat col. §. ad medium sub n. 18.* & ibi etiam cæteri Doctores *de appell.* quia potest decedere in ea, si expectetur superioris absolutio. Sequitur Lanc. *suprà lib. 4. §. 2.* cujus est etiam fatuæ quod *sup. 2. n. 5.* latè diximus, appellationi ab absolutione excommunicationis emissæ non esse deferendum, quia periculum est in mora. 68

Quòd etiam pertinet, ut tempus vindemiarum vel messium suspendatur appellatione interposita, quæ effectum suum saltim suspensivum non habet, cùm ex eo resultet periculum in dilatione juxta text. *in l. solet ff. de feriis num. fin. eod. titul.* & in expresso hanc conclusionem probat *l. 6. titul. 18. lib. 4. recopil.* Avend. *de exeq. manda. 1. p. c. 6. n. 4. post princ.* 69

Et alia etiam exempla ad hanc doctrinam ponit *d. l. 6.* & Lancel. ubi proximis locis *l. nulla etiam l. fi. ff. de appell. recip.* & sic generaliter in omnibus casibus in quibus periculum est in mora, appellatio non suspendit, ultra Doctores huc usque relato in discursu hujus capituli, probat Franch. *in cap. qua fronte n. 18. de appell.* Thom. Gram. *dec. 58. magnifica. n 6.* & alios *in d. l. fi.* Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 53.* vide infrà Menoch. *de rest. poss. rem. n. 834.* Iff. *in l. 1. col. 1. ff. de feriis.* Maran. *in spec. 6. q. tit. de appell. n. 319. & per l. quisquis C. quorum non recip.* Gratia, *discept. foren. tom. 1. c. 78.* quia quando periculum est in mora, recedimus à juris ordinariis regulis, ut latè scribunt Decius *in c. dilecta ad fin. vers. & hoc unum de confir. utili.* Hippolyt. de Marsi. *in l. 1. C. de reprobat. col. 40* Mandos. *super glos. 41. quod commissio causarum q. 3. n. 2. & seqq.* Menoch. *de adipis. rem. 2. n. 59.* & probat *l. de pupillo, §. si quis rivos, de operis novi nuntia. l. ait prætor, §. si debitorem, ff. qua in fraudem creditor.* Felin. *in c. 2. de præscript.* Gratian. *discept. foren. tom. 1. cap. 74. n. 18. ad fin. fol. 175.* 70

Et in crescente vel decrescente patrimonio alimentati, vel alimentatis crescant, & decrescant alimenta etiam post sententiam judicis, & ejus taxationem, & an ad executionem possit opponi isthæc exceptio, latè diximus *infrà 4. part. cap. 7. vers. ex quo fonte fluit quòd licèt pater. à num. 88.* & Doctores ibi citati loquuntur quomodocumque alimenta præstentur, sive officio 71

judicis, ſive jure actionis, quos omnino vide, quia elegantèr loquuntur, *ibid. à n.*88. *cum multis ſeqq.*

72 Periculum etenim in mora caret lege, legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit quod non eſt, ac judicem incompetentem, legitimum, multoties alterat non ſolùm præcepta humana, ſed etiam divina, atque naturalia, *c. ſicut de cenſeor. d.* 1. *dilecti de feriis, c. diſcipuli de conſecr. diſt.* 5. *c. anni rumore, &c. ſi nulla neceſſitas* 23. *q.* 8. *c ſecundo. de obſerv. jejun. c. quanto de conſuetudine, c. quod non eſt licitum de reg. jur. in* 6. *l. nomine C. de religioſ. & ſumptib. funer. l.* 2. *C. de patr. qui filios diſtraxe. l. unica*, & ibi gl. *expeaire, ff. de offic. conſul.* cum multis quæ congeſſit Tiraquell. *de retract.* § 1. *gloſſ.* 9. *n.* 32. & latiùs § 26. *gloſſ.* 1 *n.* 18. *& ſeq.* & iterum *intract. de panis temper. cauſa* 33. *per tot.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr.* 1. § 4 *gloſſ.* 1. *n.* 26. *&* § 5. *verbo, Je il ne à grace, n.* 15. *& ſeqq.* Cacheria *dec. Pedem.* 68. *n.* 28. alios refert Quetada, *div.* 4. 3 Petr. Greg. *in ſyntagm. jur.* 1. *pel.* 3. *c.* 8. *n.* 4. latè Camill Gobin. *de verb. ſign.* 10. *ex n.* 21. Bob. *in polit. l.* 2. *c.* 18. *n.* 318.

73 Et quòd imminens periculum, & inſtans neceſſitas, cùm non recipiat dilationem attribuat juriſdictionem etiam non habenti. cùm tunc à juris regulis recedatur, probat text. *Anib. defenſo. civ.* § *aud. l.* 2. *tit.* 9. *n.* 5 Abb. *in c. cùm non ab homine n.* 15. *cum ſeq.* & ſuprà *de judiciis, & in c. conſtit. n.* 9. *de appell.* Alex. & Immola *in lib.* 2. *ff. de jur. omn. jud. & conſ.* 62. *diſertiſſimè Doctor volum.* 4. Suarez *in de. l. l.* 2. *cri n* 47. *& ſeqq.* poſt repetitio, *lib. poſt rem. ff. de re jud.* Bern. Diaz. *in reg.* 496 Greg Lop. *in d. l. part gl.* 2. Cacheria *in dec. Pedem.* 30. *n.* 14. Tallada *de carcere c.* 11. § 2. *n.* 2. Caſt à Bobad *in polit. l.* 2. *c.* 21. *n.* 71. *& c.* 17. *à n.* 109. *cum ſeq* & iterũ. *eodem l.* 2. *c.* 18. *n.* 318.

CAPUT II.

A ſententia reformante alimenta, ſeu penſionem, & aſſignante congruam beneficiato vel coadjutori dato illiterato, ſeu imperito Rectori, œconomóve, vacanti Eccleſiæ nominato: ſeu etiam lata pro ſolutione decimarum, mercede famulorum, appellationi emiſſæ an non deferens vim faciat.

SUMMARIUM.

Congruæ novæ aſſignatione facta per ordinarium Rectori beneficii appellationi emiſſa non eſt deferendum, quia ſuſpenſivo, n. 1.

Concil. Trident. ſeſſ. 7. *de reformat. c.* 5. *verba adducuntur ibidem Concl. Trid. locus ſeſſ.* 7. *c.* 7. *refertur, ibid.*

Concil. Trid. locus refertur ſeſſ. de reform. c. 2. *& ſeſſ.* 2. *c.* 4. *eadem ſeſſ.* 25. *de reform. c.* 25. *quibus eſt cautum, in qualibet congrua portionis aſſignatione ordinarium poſſe appellatione poſtpoſita exequi, ibid.*

Congruæ in aſſignatione Epiſcopus procedit ſecundùm conſcientiam, & velo levato, ſemotis omnibus exceptionibus, & per conſequens ſemota appellatione, n. 2.

In congruæ aſſignatione tractatur de alimentis præſtandis judicis officio, n. 3.

A congruæ aſſignatione, ſicut ab alimentorum præſtatione non admittitur ſuſpenſiva appellatione, n. 4.

Conſcientia quando à jure judici eſt onerata, appellatio regulariter non ſuſpendit, n. 5.

Congrua aſſignata etiam clerico ſuſpenſo à beneficio, non ſuſpenditur per appellationem ſubſecutam, n. 6.

Congrua præſtari jubetur per ſententiam proviſionalem, & ideo non ſuſperditur, n. 7.

Subſidium charitativum impoſitum pro ſui ſuſtentatione pariter non ſuſperditur per appellationem n. 8.

Ab exceſſiva congruæ aſſignatione appellationi interjectæ deferendum non eſt n. 9.

Ab exceſſiva fructuum taxatione & liquidatione facta in executivis, an & quando ſit licita appellatio, n. 10. *remiſſivè.*

Alimentario ſeu portionario exigenti annuatim alimenta, aut portionem ab antiquo legitimè conſtitutam, ſi moralis ſit per reformationem, quæ putà, vel auctæ ſit res, ſuper quæ portio eſt conſtituta, vel alia bona quæſivit alimentarius, n. 11. *quibus cæteris patet agi ad reformationem portionis & alimentorum, n.* 12. *remiſſivè.*

A ſententia ſuper reformatione portionis, ſeu alimentorum ſive contra actorem, ſive contra alimentarium lata, licita eſt appellatio quoad utrumque effectum, n. 13.

Alimentorum reformatio idem in effectu eſt, ac ſi ſententia lata fuerit contra alimentarium petentem, cui ab hac negativa præſumatur appellare quoad utrumque effectum, num. 14.

In favorem congruæ aut alimentorum aſſignatione, inductum eſt privilegium, & ratio prohibendi appellationem ſuſpenſivam, ibid.

In favorem alimentarii quod eſt introductum, non debet in ejus damnum retorqueri, n. 15.

Ratio prohibendi appellationem cùm ceſſet, debet ceſſare ipſa prohibitio, ibid.

Appellationis prohibitio in alicujus inducta favorem debet intelligi, ſi in favorem ejus lata ſit ſententia, ſecus ſi contra, n. 16.

Appellatio quando ſit prohibita in remedio lib. fin. C. de edict. D. Adr. tol. non præſumitur quando ſententia fertur contra actorem, n. 17.

Sententia contra alimentarium lata ſi exequeretur, foret dare privilegium, cui jus non eſt, ibid.

Appellatio permiſſa à ſententia quoad utrumque effectum à ſententia, qua declaratur non eſſe reformandam, nec minuendam portionem, ſeu alimenta jam antea conſtituta, num. 28.

Appellatio permiſſa à ſententia denegante congruæ ſuæ alimentorum reformationem, ſi alimentarius eſt in quaſi poſſeſſione percipiendi, illi non officit, quia lite & appellatione pendente privari non debet ſua poſſeſſione, ibidem.

Continuans ſuam poſſeſſionem lite & appellatione pendente non attentat, n. 19.

Penſionario exiſtente in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem late ſententia ſuper reformatione penſionis, aut nullitate ipſius non exequitur prima ſententia, nec ipſe interim impeditur ſua uti quaſi poſſeſſione, imò tunc reſcribitur cum clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis, n. 20.

A ſententia reformante penſionem ab antiquo conſtitutam ſuper beneficio, ex omnibus cauſis, & quando admittat appellationem ſuſpenſivam, n. 21.

Reprobatur Cevallos opinio, n. 22.

Congruæ ex antiquo conſtitutæ quando per Rectorem agitur ad augmentum, ex quo incidenter tractatur de penſionis reformatione, appellationi ab augmento congruæ, & incidenter à diminutione penſionis non eſt deferendum, n. 23.

Alimentarium privilegium non admittendæ appellationis ſuſpenſivæ procedit, non ſolùm quando ſententia lata eſt pro omnibus alimentis præſtandis, ſed etiam pro aliqua parte ipſorum.

Augmentum regulatur ſecundùm naturam principalis, cui augetur, n. 25.

Appellari ſi non poteſt à ſententia lata ex juriſdictione ordinaria, pariter nec poterit appellari à ſententia lata ex juriſdictione prorogata, n. 26.

Appellari ſi non poteſt ab aliquo propter dignitatem perſonæ vel alias, pariter nec poterit appellari ſi procedat ex juriſdictione prorogata, n. 27.

Juriſdictio prorogata & augmẽtata nõ eſt diverſa à prima, ſed ea cõtenta & de utraque idem eſt judicium, n. 28.

Con

Congruæ & alimentorum augmentum ubi concurrit in eadem ſententia cum penſionis diminutione quoad appellationis prohibitionem diverſa ſunt qualitatis, & quæ prævalet, n.29.

Sententia quamvis ſit ſtricti juris, tamen ex vi attractiva continens unum trahitur ad aliud, ſine quo illud unum ſuper quo lata eſt, non poteſt ſortiri effectum, n.30.

Quod procedit etiam in libello. ibid.

Sententia lata ſuper congruæ augmento cauſativè & incidenter præjudicat penſionario ſuper diminutione penſionis cùm principaliter agatur de congruæ augmento, n.31.

Attenditur ſemper, quod principaliter agitur, ibid.

Congruæ augmentum cùm ſit cauſa diminutionis penſionis illius naturam attendere debemus, ibid.

Jus potentiùs operatur in cauſa, quàm in cauſato, n.32.

Qualitates contrariæ quando in eadem ſententia concurrunt, alia permiſſiva, alia verò prohibitiva appellationis, acceſſoria cedit naturæ principalis, n.33.

Qualitates contrariæ concurrentes in ſententia circa unam inſeparabile æquè principaliter tamen, qualitas prohibitiva appellationis prævalet, n.34.

Congruæ augmentum & penſionis concurrunt circa unum & idem indiſſolubile, n.35.

A penſionis diminutione non poteſt admitti appellatio ſuſpenſiva, quin eundem effectum cauſet in augmento congruæ contra ejus privilegium, ibid.

Flores de Mena inconſtantia in hac quæſtione refertur num.36.

Penſionis ad reformationem quando agitur ex cauſa agendæ congruæ, non agitur jure actionis, ſed officio judicis contra Flores de Mena, n.37.

Clauſula Bullæ dummodo remaneant centum pro Rectore) ad corroborationem juris Rectori competentis eſt appoſita; non ut illud innovetur, n.38.

Alimentorum augmenti ſententia multò fortiùs excludit appellationem ſuſpenſivam, n.39.

Alimentarius quamvis conſenſerit taxationi alimentorum facta per rem judicatam, ſemper poterit petere augmentum ſi reditus decreverint, vel alia juſta cauſa, n.40.

Congruæ petitio non habet locum in beneficiis ſimplicibus, ſed in curam animarum habentibus dumtaxat, n.41.

Rectori impedito perpetuo, ſeu etiam imperito, atque illiterato, ordinarius poteſt dare coadjutorem temporalem, non perpetuum, nec cum futura ſucceſſione, n.42.

Rector inutilis effectus, atque ſenio impeditus, non eſt privandus ſuo beneficio, ibid.

Coadjutori Rectoris impediti aſſignanda eſt certa congrua pro victu de fructibus beneficii, n.43.

Intellectus ad text. in c. tua nos, de clerico ægrotan. Miniſtr. traditur, n.44.

Coadjutor poteſt dari Parocho exempto propter identitatem rationis, n.45.

Parochus cui ex impedimento vel imperitia datur coadjutor, non excuſatur à reſidentia, n.46.

Trident. ſeſſ. 21. de reformat. cap. 6. verba recenſentur, num.47.

Coadjutoris deputatio, etiam facta judicialiter, non ſuſpenditur per appellationem ſubſecutam, c.48.

Quod intelligitur quoad effectum ſuſpenſivum, quo dumtaxat caret hæc appellatio, non tamen devolutivum, n.49.

Impediti & imperiti à jure æquiparantur, cùm ex utroque oriatur impedimentum officii exercitio, n.50.

Illiterati quales dicantur, ibidem remiſſivè.

Coadjutoris temporalis de materia, qui ſint videndi, ibid.

A congrua aſſignata œconomo & Vicario Eccleſiæ vacanti deputato an ſuſpendatur per appellationem ſubſecutam, n.51.

Text. in c. cum vos, de off. ordinarii expenditur, ibid.

Oeconomus an aſſignandus ab Epiſcopo durante lite inter patronos vel in totum queat beneficium providere, n.51. remiſſivè.

Vicarium idoneum poteſt Epiſcopus conſtituere Eccleſiæ vacantis habita notitia cum congruæ aſſignatione ejus arbitrio, donec de Rectore provideatur, n.53.

Congrua Vicario aſſignanda eſt ex fructibus ejuſdem beneficii, aliis tamen reſervatis ſucceſſori, n.54.

Vicarius Eccleſiæ vacanti conſtitui non poteſt is qui in concurſu, ut magis idoneus electus eſt ad idem beneficium, donec facta collatione nanciſcatur poſſeſſionẽ, n.55.

Quod procedit etiam in aliis beneficiis quibuſvis. ibid.

Oeconomi deputatio, ſi aut & ejus congrua aſſignatio non impeditur per appellationem ſequentem, n.56.

Tridentini verba ponderantur in d. c.18. ſeſſ.14. de reformat. ibid. & Eccleſiæ vacanti deputatus Vicarius etiam appell. pendente, non admovendus donec de Rectore provideatur, ibid.

Congrua quantitas Vicario aſſignanda relinquitur Epiſcopi arbitrio, quod hodie limitatum eſt ex Bulla Pii V. num.57.

Congrua Vicarii temporalis quæ ſit per Congregationem Cardinalium arbitrata, n.58.

Vicario dato Eccleſiæ vacanti non ſunt aſſignandi omnes fructus beneficii, & quid ſi omnes ſint neceſſarii ad congruam portionem, n.59.

Congrua Parochis non poteſt eſſe minor centũ ducatis, n.60.

Vicarius ad nutum amobilis, non poteſt removeri ante finitum anni ſervitium, n.61.

Officiales ad nutum amobiles, non poſſunt abſque cauſa amoveri, n.62.

Decimarum condemnatio an recipiat appellationem ſuſpenſivam, n.63.

A decimis ad tributa valet argumentum, quia illas reſervavit Deus in ſignum univerſalis dominii, n.64.

Decimarum executio ſit appellatione non obſtante, n.65.

Decimis jus aſſiſtit, & debitum eſt evidens, & ideo habent executionem paratam, n.66.

Decimæ cùm clericis aſſignentur pro alimentis, dilationem non patiuntur, n.67.

Decimarum ſolutionis tarditas continet peccatum, n.68.

Divini cultus aut animæ favor non recipiunt appellationem; & excuſant ab attentatis, n.69.

Tributa & vectigalia Principi debita cur non ſuſpendantur per appellationem, n.70.

Multo minus debent ſuſpendi decimæ cùm ſint tributa animæ debita principi cœleſti, ibid.

Decima cùm proveniat à jure divino, dicitur cibus domus Domini, n.71.

In decimis cùm agatur de materia concernente animam, poteſt Judex Eccleſiaſticus incipere à præcepto de ſolvendo, & monitorio, n.72.

Monitorium pro ſolutione decimarum reſolvitur in ſimplicem ibid.

In decimarum cauſis commiſſis ſuper appellatione non reſcribitur niſi cum clauſula (ſine retardatione ſolutionis decimarum) n.73.

Conſuetudo ſeu præſcriptio non eſt legitima cauſa ad impediendã ſolutionem penſionis appellatione pendente, n.74.

Exemptionem habitam à Papa, aut legitimam compoſitionem allegans, ſi ſuper illa non audiatur in cauſis decimarum, poteſt licite appellare, n.75.

Exemptio tributorum permittit appellationem ſuſpenſivam, num.76.

Sententia inter duas Eccleſias contendentes ſuper jure decimandi appellationem, n.77.

Et etiam quando collector decimarum excedit modum, quia datur appellatio, ibid.

Salarii famulorum ſententia non ſuſpenditur per appellationem à condemnatione emiſſam, quia res non patitur dilationem, n.78.

Salarii & mercedis famulorum cauſa ſummariè tractatur, atque etiam appellatio à ſententia ſalarii & mercedis non retardat executionem, n.79.

Salarium Advocatorum, Procuratorum, & ſolicitatorum an recipiat appellationem ſuſpenſivam, n.80.

Sententia lata pro solutione salarii, & mercedis famulorum, tunc mercetur executionem non obstante appellatione si petatur à paupere, secus si à divite, n.81.

A taxatione mercedis non datur appellatio suspensiva sicut nec à sententia alimentarum præstandorum, n.82.

Qualitas divitiarum & paupertatis in causa mercedis quoad admittendam vel rejiciendam appellationem attendenda est, n.83.

In famulorum salario, & mercede operarii non attenditur qualitas divitiarum, aut paupertatis, sed indistinctè non admittitur appellatio, n.84.

Paupertas uti qualitas naturalis in famulis & operariis sumitur, qui ut plurimum necessitate coacti, serviunt, n.85.

Salarii & mercedis famulorũ causa tractatur in die feriato ob honorem Dei, quia succedit loco alimentorum, n.86.

Signatura justitiæ solet rescribere cum clausula (sine præjudicio legitimæ executionis, &c.) in causa mercedis promissæ, vel inter eum qui solet operas suas locare, & eum qui solet conducere, n.87. secus è converso, ibid.

Si tamen signatura videat judicem à quo excessisse in taxatione mercedis non conventa, solet pro parte admittere executionem, pro parte verò deferre appellationi, n.88.

Pro mercede conventus si opponat, potentem esse divitem, ac constet, cessabit privilegium appellationis, imò admittitur quoad utrumque effectum, n.89.

Mandos. & Flores de Mena reprehenduntur abutentes juridico loquendi modo, dicentesque, in causa salarii, & mercedis procedi summariè & executivè, n.90.

Probatio nulla quantumque liquidissima executionem habet, ibid.

Causa est summaria, ergo est executiva, non est validum argumentum: à contrario autem benè procedit, est executiva, ergo summaria, n.91.

Causa non ex eo quod agitetur summarie, & ex aliqua juris ratione sententia exequatur, & non recipiat appellationem, dicitur executiva, n.92.

Salarii materia remissive, n.93.

Salarium petitur in judicio, ubi lis mota fuit, & etiam in foro Ecclesiastico, quo laicus potest compelli pro salario litis ibi tractatæ, n.94.

1 ET perfectiùs rem quam ago cognoscamus, illud est primitus supponendum: quòd nulla vis fiet, si à nova assignatione congruæ, & alimentorum, quam ordinarius facit rectori beneficii minimè fuisset appellationi interpositæ delatum. Enimverò isthæc à jure minus legitima reputatur, saltem quoad effectum suspensivum, pluries decrevit Sacrum Concilium Trident. *sess. 7. de reformat. cap. 5.* ibi, Addens insuper, quòd si ipsi ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congruæ portionis fructuum assignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur, & beneficia ipsa debitis obsequiis minimè defraudentur, appellationibus, privilegiis, exemptionibus quibuscumque, etiam cum judicum specialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmissis minimè suffragantibus, *&c. & eadem sess. 7. cap. 7.* ibi Ut per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis ordinariis pro bono Ecclesiæ regimine aliter expedire videbitur, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut majori vel minori arbitrio ipsorum ordinariorum portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos, animarum cura utiliter exerceatur appellationibus, privilegiis, exemptionibus, & cum judicum deputatione; & illorum inhibitionibus quibuscumque in præmissis minimè suffragantibus, *&c. & sess. 6. de reformat. cap. 2. & sess. 25. cap. 4. & eandem sess. 25. de reform. cap. 25.* de quibus omnibus istud est cautum, ut in qualibet alimentorum, & congruæ portionis deputatione ordinarius appellatione remota procedat. Quod confirmavit, & declaravit etiam Pius V. in bulla 16. inter motus proprios *fol.* 558. declarat insuper Fr Manuël Rodriguez *in quæst. reg. tom. 1. q. 36. art. 2. fol.* 346 Navarr. *cons. 7 tit. de præbend.* Cuch. *lib. 2. inst. majorum tit 13 n. 3.* de qua congruæ assignatione vide multa per Camp. *diver rub 7. c. 6. à n. 116.*

Quæ doctrina & jure communi comprobatur, ex text. *in clem. 1. de jure patronatus* disponens, quòd Episcopus in assignatione congruæ debeat procedere secundùm conscientiam, & velo levato, remotis omnibus exceptionibus, & allegationibus, & per consequens remota appellatione juxta ea, quæ copiosè dixi 2 *par. c. 8. à n.* 104. *cum seqq.* quem text. ultra glossam & repetentes ibi latè & eleganter ad hoc declarant Lamber *in tract. de jure patr. c. 3. lib. 2. q. 10. art. 9. & 10. cum seqq.* Rebuff. *in tract. de congrua portione, quæst. 4. per totam.* Flores de Mena *in pract. qq. q. 14. n. 2. lib. 1.* quod confirmatur, tum quia tractatur de alimentis judicis officio debitis, à quorum præstatione appellationem interpositam non suspendere longam seriem *suprà cap. 1.* fecimus. Ut idem sit in causa congruæ, quæ alimentis æquiparatur Guid. *de pensio. q. 95.* & not. Doctores *in d. cl.* & Rebuff. *in d. tract. de congrua part. & de sententiis provision. in præfatione num. 137* & ex Flores de Mena *suprà n. 4. ad fin.* tum etiam, quia ubi à jure judici est onerata conscientia, appellatio regulariter non suspendit, ut per glossam *in d. cle. 1. verb. oneramus*, admodum in jure laudata, & ut singularem pluries commendatam, firmant Jacob. Menoch. *de arbit. judic. lib. 1. q. 8. n. 40.* & idem cum Covar. & infinitis aliis eam defendit *in d. tract. de arbit. lib. 1. q. 70. per tot.* & cum Philippo Franch. & aliis eam sequitur Lancelot Robert *ac attent. 2. part. cap. 12. limit. 10 per totam*, & nos Deo dante *infrà hac part. 3. cap. 13. à n. 36. & seqq. & 2. p. c. 8. n. 122.*

Quò pertinet congrua, seu alimenta præstanda clerico suspenso à beneficio quia pariter à sententia, super illis lata, non admittit appellationem suspensivam, Rebuff. *in tract. de sentent. provis. in præfat. n. 100.* Escacia *de appell. q. 17. lim. 7. n. 7. fol. 422.* illud ex eo comprobat, quoniam præstari jubetur per sententiam provisionalem, sed ab iis quæ per sententiam provisionalem expediuntur, non datur appellatio suspensiva, ut ipsimet Doctores ibi probant, & iterum idem Rebuff. ibi *sub. n. 12, vers. sed ob id & n. 20. q. 2. to. 1. fol. 225. & 226.* & idem Rebuff. *in tract. de sentent. execut. artic. ult. gl. 1. num. 12. in fin. vers. 6: tom. 1. fol. 429.* sequitur Escacia *ubi proximè d. lim. 7. n. 3.* Quod & idem dicimus de charitativo subsidio impositio per Episcopum pro suis alimentis, & sustentatione. Guigas *de pensio. q. 95. n. 4.* Escacia *ubi proximè n. 6.* Ruginel. *tract. de appellat. § 2. cap 3. n. 278.*

Quam conclusionem & ad illud insuper extendi, receptissimum est quòd quando in hujusmodi nova portionis congruæ assignatione aliquis de excessu conqueratur, & ab ista excessiva taxatione appellatio prorumpuerit, ei ordinarius non deferens minimè vim faciet, quæ executioni impedimentum non est, cùm suspensivo careat, ut probat celebris glossa *in d. cle. 1. verbo oneramus*, quam sequuntur ibi Cardinal Anchar. & alii Lamberti. *ubi proximè art. 13.* Flores de Mena *d. q. 4. num. 3.* & nos hujus glossæ & Doctorum immemores eam sic resolvimus, disputantes contra Avendan. loquendo in alimentis, quod idem est, ac in congrua, & fundamenta ibi apposita validissima sunt, *suprà cap. 11. num. 50.* & an & quando hac excessiva liquidatione in executivis sit licita appellatio, latè & accuratè diximus *infrà 4 part. c. 10.*

Quando autem super portione, & alimentis antea & ab antiquo legitimè constitutis, & hujusmodi constitutionis, & assignationis virtute seu alimentarius, seu portionarius alimenta annuatim, putà, percipit, controversia oriatur; duo sunt nobis casus distinguendi, ad quos Doctores non attendunt, cum sit inter

eos

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11

eos longum grandéque discrimen, sed promiscuè utriúsque doctrinis utuntur, confundentes, quidem re-
solutionem veram. Et primus sit, quando agitur de reformanda, & diminuenda hujusmodi congrua, & alimentis legitimè constitutis: aut agitur de augenda portione, & alimentis jam semel deputatis, tanquam insufficientibus. Declarabo.

12 Primo igitur casu quando lis movetur portionario: vel alimentario super reformanda, & moderanda portione, quæ prætenditur excessiva ex alicujus causæ motu, putà; quia fructus rei sibi assignatæ, juxta *d. cap.7. sess.7.* ibi, super certa re, *&c.* & Lambert. *sup. art.24.* creverunt, & sunt aucti, vel quia alimentarius aliunde bona noviter, quæsivit, vel ob alias juris causas (quòd utroque casu, & causa posse fieri alimentorum moderationem, diximus *sup. c.1* latè *infrà 4.p.c.7.vers. ex quo fonte fluit, quòd licet parter. n.88.* ubi plures Doctores ad id citavimus) an à sententia lata in hujusmodi judicio appellationi non deferens, vim faciat. In quo articulo affirmativè resoluto; scilicet; vim fieri,
13 enimverò hujusmodi appellatio hac in causa reputari debet legitima, sive contra alimentarium, sive contra ipsum, qui reformationem postulat. sententia lata sit, secundùm quod intelligendus Cevallos *in contra comm. in epistola ad Regem n.922.* in propositum allegat Sese *de inhib. iust. Arag.c.6 §.2.n.8.* & allegat Flores de Mena *d.q.14.n.5.* qui quidem id non dicit, sed solùm loquitur in alio casu, secundo puta; quando agitur de augenda portione, non de diminuenda, ut mox videbimus, inter quæ magnam dissimilitudinem reperies.

14 Hanc tamen doctrinam veram esse constat, nam si contra alimentarium feratur sententia continens portionis moderationem, ei ab ea justissimè permittitur appellatio suspensiva, cùm in causa alimentorum contra ipsum lata est sententia, nam privilegium (à jure, justissimis & efficacibus rationibus inductum) non tardandæ executionis sententiæ semper congrua, & alimentis procedit, quando in ipsa sententia præstari jubetur, & assignatur, itaut in ejus sit favorem dumtaxat introductum, quia tunc viget ratio, propter quam prohibita est appellatio, ne scilicet fame pereat, *&c.* ut est videre ex his quæ longa serie firmavimus hoc in cap. præsenti, & præcedenti, ac propterea quando contra illum, congruam & alimenta petentem, lata est: potest
15 licitè ab ea appellare quoad utrumque effectum, aliàs quod est in ejus favorem inductum, retorqueretur in odium, contra text. *in l. quod favore C. de legib.* & cùm cesset ratio, cessare debet etiam dispositio, ut in proposito dicit Bald. novel. *in tract. de dolo speciali 7. in fin.* Angel. *in l. fin. de appell. recip.* Surdus *de aliment. tit.8. privileg.60.n.250. cum sequ.* & diximus *suprà c.1.* quod est generale verum in omnibus casibus, quibus in fa-
16 vorem alicujus inducta est appellationis prohibitio, ut intelligatur, quando pro eo lata est sententia, non tamen quando contra, ut docuit idem Angel. *in l. cassatis Cod. quorum appell. non recip.* dicens, quòd etsi non appelletur à sententia lata in judicio, *l. fin. C. de edicto*
17 *D. Adr.* tamen fallit, quando judex pronuntiat contra actorem, puta; non esse mittendum, ut tunc permittatur appellatio ei. Et inquit Jacobin. *ibi n.10.* hoc esse stupendum & elegans dictum, & se quoque obtinuisse in practica. Idem voluit Zuchar. *ibi n.443.* Tiraquel. *in tractatu le mort saisit p.6. declaratione 6. n.3.* Dueñas *in regul.44. in prima fallen.* Cæsar Contard. *in repetione l. uni. C. si de nomen. poss. fuer appell. in 1. lim. & in lim.17. num.4* Menoch. *in tract. de adipis. poss. rem 4.n.876.* quo casu si appellatio esset prohibita, foret contra privilegium alimentorum, fuissétque exequi sententiam ad favorem negantis illa, hujusmodi privilegio carentis, de quo exactè *infrà c.4. à principio*, ubi quamplures doctrinas reperies in comprobationem.

Si autem in hujusmodi judicio reformationis portionis, & alimentorum constitutorum jam in favorem congruarii, & alimentarii fertur sententia, qua locum non esse reductioni, & diminutioni, declaratur, pariter adversario permittenda appellatio ab ea quoad utrumque effectum, nec ista appellatio obest, nec obesse potest congruario, nam cùm jam ante litem motam, & ab antiquo sibi essent constituta alimenta, in quorum perceptionis possessione est annuatim vel datim, ea demmet lite & appellatione pendentibus potiri licet; nec est interim ejus commodo, & fructibus privandus, text. *in l. 1. ff. nihil innovari appell. pen.* ubi, integer enim status esse videtur provocatione interposita (*c.1. ut lite pendente, l. sciendum §. penult. ff. qui satisdare cogan.* glos. *in l. Imperatores, §. fin. verb. adversario, ff. de appell.* Card. *in cle.2.2. oppositione, ut lite penden.* Rom. *consil.37. viso puncto, in fi.* Decius *in cons.97. in casu, & cons.103. causa in princ. lib.1.* Lancel. *de attent.2 p.c.4. de attent. licite penden. n.15.* quia continuans suam possessionem lite, 19
& appellatione pendente, non dicitur attentare, Rota *decis.10. aliàs 89. nota, quod ubi, de appell. in antiq.* nec tunc ea quis est privandus Rota *decis.24. alias 615. nota quod licet, de dolo in antiq.* Parisius *consil.38. n.3 lib.1. & cons.106. n.4. & 5. vol 4. & cons.39. n.2. & consil.105. n.23. vol.1.* Mandos. *super regul. de subrog. quæst.8. c.4. & in tract. de inhibit. q.23.* in cujus doctrinæ comprobationem multa specialia exempla adducit Lancelot *de attent.2. p.c.12. limit 26.* qua propter cùm congruarius continuans suam possessionem fruatur suis antea designatis alimentis, cessat ratio periculi, & famis: quibus evidenter apparet à sententia lata in judicio reformationis, & moderationis alimentorum, & congruæ jam constitutæ contra quemlibet litigantium prolata, appellationi interpositæ, nisi judex deferat) violentiam manifestam committet.

Et quando pensionarius est in quasi possessione, si 20
super reformatione, aut nullitate, & extinctione ipsius, etiamsi contra illum lata sit sententia prima, non impeditur possessione illa uti posse, & pensionem exigere, adeò ut tunc rescribitur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) quia expectantur tres sententiæ conformes ad hoc, ut ille non possit pensionem exigere, latè post alios Marescot. *variar. resol. lib.1. c.21. num.6.* Staphileus *de liter. just. §. imprimis num.84.* Guigas *de pension. quæst.35 num 9.* Covvarr. *variar. resolut. lib.2. cap 1. num. 9. in fin.* Cassiador. *decis. 10. num.8. descript.* Æguid. *decis 41. & decis.225.* Cassiador. *dec.8. n.5. de rescript.* Puteus *decis.426. num. 2. lib.2.* Optimè Rota *decis. 43. p. 2. diversor.* & fuisse resolutum per Rotam in una Navarrien. decimarum 11. Decembris 1573. coram Blancheto, & in una Brixiens. pensionis 15. Martii 1599. coram Penia testatur Marescot. *cap. 22. n.7.* plurimos Doctores citat, & Bene prosequitur Marquessa. *de commissio. 4. part. c.14. cl.2. à n.51. & supr. à n.42.*

Pariformiter, & idem etiam ex eisdem rationibus 21
erit demiterminandum in sententia lata super reformatione alicujus pensionis jam ex antiquo constitutæ super beneficio, sive fuerit reservata pro alimentis, sive quia resignavit quis beneficium, secundum quæ dicit Guigas *de pen. quæst.95. num. 2. & 3.* & sic quando ad reformationem actum est, ex eo, quòd fructus ad minorem quantitatem sunt redacti, vel ob alias juris causas, contra quemlibet lata sententia, ab ea erit concedenda appellationis delatio, ut in terminis tradit Guigas *d.q.95. sub n.6.* maximè, quia tunc agitur via ordinaria. Cevallos *in contra commun. in epist. n.922.* ubi ad id allegat Sese *de inhibit. just. Aragon. c.6. §.1. n.8* dicentem hunc esse casum violentiæ, ut ipse advertit, quod tamen intelligo, quando principaliter est actum ad pensionis reformationem ex dicta ratione, seu alia qualibet; non tamen quia rectoris portio & congrua est insufficiens, ut statim declarabo.

22 Ex his conſtat non eſſe audiendum Cevallos ubi proximè citato loco, tanquam ſibi contrarium, qui quidem *ſub n.*921. dixit, quòd quando agitur lis ſuper reformatione alimentorum ab antiquo conſtitutorum, eſſe licitam appellationem, at verò *in num.*915. dixit, quod quando lis vertitur ſuper moderatione congruæ ab antiquo conſtitutæ,ut Epiſcopus appellationi deferre non teneatur, quid enim quæſo aliud eſt congrua rectori conſignata,quam alimenta? inter ſe non differunt niſi tanquam genus & ſpecies, imò eiſdem regulis promiſcuè ſubmittuntur, & pariter in his prohibetur appellatio propter unammet rationem, quæ utroque caſu militat, ut & nos probavimus in toto hoc capite,& ipſe etiam agnoſcit,& merito congruam paſſim vocat alimenta,ſi igitur imò de ratione,& reformatione alimentorum admiſit appellationem, cur contrarium dicit in reformatione congruæ, ab antiquo pariter conſignatæ: maximè quia citat ad hoc ultimum Flores de Mena *in d.q.*14.*n.*3.qui quidem id non dixit in reformatione, & diminutione congruæ, ſed ſolùm quando agitur ad augendam eandem, tanquam inſufficientem, qui eſt caſus diverſus, ut mox videbimus.

23 In ſecundo autem caſu principali, quando agitur ad augmentum congruæ ex antiquo conſtitutæ, ut puta; quando rector ex aliqua juſta cauſa dicit, non eſſe congruam ſufficientem ad ejus commodam ſuſtentationem, & hac de cauſa petit penſionem reformari, cauſativè ſcilicet, & incidenter, quo caſu ſi ordinarius ſententiam tulerit, qua auget congruam, & per conſequens minuit penſionem in augmento, ab hac ſententia penſionarius appellans non erit admittendus, nec ejus appellatio obſtabit, quominus ſententia ipſa in augmento novo executioni mittatur, ſicut in principali, nec tunc non deferens ordinarius vim faciet.

Et ad hanc opinionem juſtè moveor: primò, ex celebris gloſſæ determinatione *in cl. verbo, oneramus, de jure patr.* docente, quòd ſi ſit contentio ſuper congrua portione ab antiquo aſſignata, quæ à Rectore allegatur minùs ſufficiens, nec ex ea poſſit ſuſtentari competenter, & Epiſcopus juſtam judicans petitionem augendo congruam, majorem aſſignet, & ab hujuſmodi aſſignationis augmento contigerit appellari, Epiſcopus minimè tenetur deferre appellationi, quoad effectum ſuſpenſivam, quia eſt ſibi onerata conſcientia, & ex aliis rationibus per eam, quarum ſuprà meminimus, quam quidem gloſſam noſtrum caſum determinare videtur.

24 Secundò & pro hac parte, fortiſſimum, & indiſſolubile facit fundamentum, nam privilegium tollendæ appellationis in cauſa alimentorum non ſolùm procedit quando ex integro ipſa alimenta petuntur: verùm etiam, quando aliqua eorum pars dumtaxat, puta; habitatio, veſtitus, vel quando cùm ſibi neceſſaria ſint centum, præſtentur ſexaginta, & agat pro aliis quadraginta, quæ ſibi deficiunt, ita ut ab hoc augmento pariter ſit prohibita appellatio, ac in toto; juxta text. diſpoſitionem Ulpiani,*in l. cùm ii, in princ.ff.de tranſac.* & probant in expreſſo Paul. Caſtr. *ibi n.* 5. Corduba à Lara *de alim.in* §. *ſi vel parens,n.*30. Surd. *eodem tract. tit.* 8. *privil.*60. *n.*.. & nos adnotavimus *ſup cap. præcedenti in princ.in* 2.*declaratione n.*7.ergo pariformiter dicendum eſt in noſtro caſu, in quo appellatur à conſignatione totius congruæ, ut ſuperius probavimus, ita nec ab ejus parte augmentata, quia idem augmentum eſt de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, *l. quæ de tota ff.de rei venditione.*

25 Tertio corroboratur mea opinio, nam augmentum regulatur ſecundùm naturam ſui principalis, & idem eſt de una ad aliud argumentum, *l.ſi ex toto, & l.quòd in rerum,* §. *ſi quid poſt,ff.de legat.*1. & ideo augmentum dotis iiſdem privilegiis, & regulis judicatur, quibus ipſa dos *l. inter ſocerum,* §. *cùm inter,ff. de pactis.dotal.l. etiam C. de jure dotium.*ubi Bald.*ibi n.*2.*not.*Aretin. *in l. ſi in teſtam.ff.de regul.*Ill.*in rubrica, ff.ſolut.matrim. col. fin.* Natta *conſil.* 253. *n.*4. latè Rolan. *in tract.de lucro dotis quæſt.* 100. ſed hæc conſignatio alimentorum & congruæ illam habet naturam, & privilegium; ut appellatio careat ſuſpenſivo: ergo & in augmentum eorum idem debemus confiteri privilegium.

Quartò corroboratur hæc pars ex illa celebri doctrina Cyni *in l. ſi quis ex conſenſu, C. de Epiſcopali audien.* docentis; quòd ſi à ſententia lata ex juriſdictione ordinaria, non poteſt appellari; pariter nec poterit appellari à ſententia lata ex juriſdictione prorogata, ut tenent gl. & DD. *in c. penult.de off. delegat.* & quòd à ſententia judicis prorogati appellari non poſſit; quando aliàs ab ejus ſententia appellari non poteſt, tenet in ſpecie B. *n l.Epiſcopal, C.de Epiſcopali audientia.* Ang.*in l.*1.2.*col.ff.de judiciis,* poſt Cynum *in d. l. ex conſenſu,* idem firmans ſequitur Iſſ *in l. ſi quis adverſus C. de precibus Imperat. offerend* ubi ſubdit, eſſe diligenter notandum; quando ſi propter dignitatem perſonæ 27
non poteſt ab ejus ſententia appellari, ut procedat etiamſi ex prorogatione, vel ex commiſſione partium ipſa ſententia feratur, per text. *in d. l.Epiſcopali,*& ibi allegat Angel. *ubi ſup.* & ita ſequitur conſulendo Decius *in conſ.* 3. *& in conſ.*25. & ita fuiſſe judicatum in conſilio Neapolitano, teſtatur Thom Grammaticus *in deciſ.*9. *per tot.*& ad id moventur Doctores ex doctrina ſuperiori fundamento adducta, ut idem ſit judicium de augmentato, quod de ipſo augmento, & quia iſta juriſdictio prorogata, & augmentata non eſt diverſa à 28
prima, ſed eadem extenſa, ut in precario dicitur, ex text. *in l.ſed & ſi manente, ff. de precario,* & in juriſdictione prorogata probat *l.miniſſe,ff.de off.proconſ.& leg.*ergo & in augmento portionis appellatio prohibita intelligitur, ſicut & in augmentata congrua.

Nec huic inconveniens eſt illa qualitas reformatio- 29
nis penſionis, quæ ſimul concurrit in ſententia cum ipſius congruæ, & alimentorum augmento, quaſi illa permittat appellationem, ut ſuprà diximus, quoniam hæc mixtuta accidit in conſequentiam, & incidenter, puta; nam cum demus augmentum neceſſarium, conſequenter inducitur diminutio in eadem penſione etiãſi nihil in ſententia de penſione tractetur; quamvis enim 30
ſententia ſit ſtricti juris, ex vi tamen attractiva, continens unum, indiſtinctè trahitur ad illud, ſine quo illud unum, ſuper quo lata eſt, non poteſt fortiri effectum, ut dicit Angel. *conſil* 257.*ſub n.*6. quem ſequitur Rota *deciſ.*150.*n.*51.1.*part.diverſor.*ubi *n.*2.dicit,non ſolùm procedere in ſententia, verùm & in libello, ex his quos allegat, maximè, clericus ſiquidem, qui de augenda portione incongrua inſufficienteque, nec correſpondente vitæ humanæ neceſſitati,agit,accipiet ſupplementum aliunde, etiamſi non ſit de penſione deductum, & ſic cauſativè & acceſſorium ei præjudicium generatur,cùm principaliter tractetur de congruæ augmento, & ſemper attendimus quod principaliter agimus, *l. de unoquoque,ff.de re judc.* & cùm congruæ aug- 31
mentum ſit cauſa diminutionis penſionis; ipſius ſolam naturam,& qualitatem attendimus; quia jus potentiùs operatur in cauſa quam in cauſato, *le.*1. *de reliquiis &* 32
*veter.Sanct.*Paul Caſtr. *conſil.*129.*vol.* 1. & plus influit cauſa in ſe ipſa, quàm in cauſato, & attenditur potiùs quàm exercitium actus Felin. *in c. auditis n.*20.*de præſcription.* deciſio Genuenſ.128.*n.*2.& eſt text. *in l. navis* 33
onuſtæ in 1. *reſponſo,ff.ad l. Rhodiam de jactu.*nam quando aliquid eſt propter aliud, potentius eſt in conſideratione illud, propter quod eſt,*l.& ſi non ſunt clavi* 21. §.*perveniamus,ff.de auro & argento lega.l.tempus* 29.*ff.de re jud.*& ſic ſuccedit à nobis ſatis comprobata doctrina *ſup.*2.*p. c.*7. quòd quando in ſententia concurrunt duæ qualitates contrariæ, una permiſſiva appellationis, alia prohibitiva, & una eſt alteri acceſſoria, hæc ſuæ

prin

principalis ſequitur naturam, in cujus comprobationem elegantes doctrinas adduximus à *num.* 101. *cum ſeqq. in d. c.*7.

Et etiam ex alia doctrina, quam pariter ibidem deſcripſimus à *n.*45. *& ſeqq.* quod quando dictæ qualitates contrariæ, æquè principales concurrunt circa
34 unum, & idem inſeparabile, & indiviſibile, qualitas prohibitionis præponderet, & quando iſthæc duæ qualitates forent æquè principales (quod negamus) cùm concurrant circa rem inſeparabilem & indiviſibilem, ſiquidem ex augmento congruè reſultat tacitè diminu-
35 tio & reformatio penſionis,& non poſſumus dare executionem in augmento, quod non demus etiam executionem in diminutione penſionis,nec poſſumus dare appellationem ſuſpenſivam à reformatione, quæ non operetur in congrua contra ſuam naturam, quia generatio unius eſt migratio alterius,& ſic cùm unaquæque qualitas non poſſit operari in ſua natura abſque præjudicio alterius, negativa ſola prævalet, ut *in d.c.*7. latè probavimus, ad cujus fundamenta te remitto, *in* 2.*p. ſuprà à n.*45. *cum multis ſeqq.* ubi articulus iſte ſatis per diſputationem luceſcit.

36 Quæ ſententia ita tenenda eſt in hac quæſtione,licèt Flores de Mena *in pract. quæſt. q.*14. eam tetigerit, & contrariæ videatur adhærere *num.*5. nullo ad id adducto fundamento,ſed tantùm allegat Rebuffum & Guigant. *de penſ. de quæſt.*95. *circa fin.* qui tamen in noſtra quæſtione nihil loquitur, ſed tractat tantùm, quando agitur de reformatione penſionis ex aliqua cauſa, quo caſu fateor appellationi locum eſſe,ut ſuperiùs dictum eſt, non tamen loquitur, quando agitur propter augendam congruam, tanquam inſufficientem ad reformationem penſionis, quæ eſt noſtra quæſtio. Sed adhuc non requieſcens ipſe Flores prædictæ opinioni, dicit *n.*12. quòd ſi congrua ab antiquo rectori aſſignata per tractum temporis ita facta eſſet exigua, ut ipſe magnam inopiam pateretur per viam proviſionis ſibi deberet decerni congrua ſufficiens, imò & ſi aſſignata per ſententiam non eſſet exceſſiva, poſſet judex appellationi non deferre quoad effectum ſuſpenſivum.Illum etiam ſequitur nihil addito Cevall. *in contra comm. in epiſt. ad regem num.*923. ſed adhuc ille vir agnoſcens ſimilem reſolutionis imperfectionem, illam terminandam judicis arbitrio relinquit. At mehercle ſi noſtra fundamenta conſideraret, quæ aperti juris regulas demonſtrant: non ita inconſtanter reſponderet, ſed conniventibus oculis noſtræ huic acquieviſſet; maximè cum fundamentis, quæ adversùs ſuam urgebant, ab eo
37 ibi adductis minimè ſatisfacit, nam illa doctrina, qua ille omnibus ſatisfacit; nempe, in hoc caſu agi ad reformationem penſionis jure actionis, non officio judicis: minùs vera eſt, quando agitur ad reformationem hac de cauſa ſcilicet; quia tractatur de augenda congrua exigua; etenim pariter Prætor in ſupplemento alimentorum interponit officium ſuum, & ſic in parte ſicut & in toto, ut probat text. *in l. cum ii, in princ.* ibi ejuſdem prætoris notio erit. *&c.*) *ff. de tranſact.*& probant DD. qui affirmant in parte alimentorum petitæ appellationi non eſſe deferendum, quorum nos paulo antea mentionem fecimus; quod procedere minimè potuiſſet ſi non officio judicis, ſed jure actionis peteretur, ex his, quæ dixi *cap. præcedenti* ad ultimam declara-
38 rationem *n.*13. maximè cum caſu hoc nullo modo poteſt conſiderari cauſa,unde provenire poſſit Rectori jus actionis, nec ex Bulla reformationis penſionis ex illa clauſula (dummodo centum remaneant pro Rectore, *&c.*)hoc inducitur,cùm illa potiùs in favorem Rectoris, & admajorem confirmationem, & corroborationem ſui juris ſit inducta, non autem innovando officium judicis à jure conceſſum, quod erat Rectoris,ex his,quæ latè circa innovationem officii judicis diximus *ſupra cap. præcedenti*,nec Rectoris juri quidquam clauſula detrahit, cùm imò ſit in ejus favorem appoſita, faciunt expreſsè *dicta cap. præced. à num.* 35. ubi quòd ex hac ratione officium judicis, non amittit ſuum privilegium.

Et adverto, quòd ea, quæ hucuſque diximus, nempe; appellationem ſuſpenſivo carere, nec vim fieri, ſi 39
interponantur ab augmento congruæ etiamſi ex eo reſultet reformatio penſionis: multo fortiùs procedit, & habet locum in augmento petito in alimentis,quando inſufficientia allegantur ex aliqua juſta cauſa; putà quia decreverunt fructus, vel aucta eſt familia, quia tunc poſſe peti alimentorum augmentum,etiamſi filius priùs factam taxationem approbaſſet, conſenſiſſet, 40
quia ſemper in hac materia intelligitur rebus ſic ſtantibus,ut elegãtiſſime potes videre per Rotam *dec.*431. in noviſſimis recollectis per Farinacium (ubi alias rationes adducit ad petendum augmentum hoc) de quo latè Marqueſ. *de commiſſ.*1.*p.c.*18. *à num.* 88. Palacius Rubeus *in rubr. de dona. inter.not.*3.§ 23 *num.*7. *fol*354. Surdus *de aliment.tit.*5.*quæſt.*7. *num.*59. Albert. Brunus *in tract.de augm.concl.*12.*num.*5. Gratian.*diſcept. forenſ. tom.*2.*cap.*237.*n.*5. latiùs dixi *infrà* 4.*p.c.*7.*verſ. ex quo fonte fluit*, quòd licèt Pater *à num.* 88. *&c.* ex his quæ diximus in ſecundo uſque ad quartum fundamentum, quia tunc hæc qualitas negativa appellationis adeſt ſola in ſententia aſſignante augmentum abſque alia, quæ permittat, & dictet oppoſitum, & ſic nihil mirum, ut ſua qualitas liberè operetur appellationem impediendo. Et unum te admoneo, ut congruè aſſigna- 41
tio locum non habet in ſimplicibus beneficiis, quia cùm clericus tunc non ſit adſtrictus ad onus curæ, ceſſat cauſa, & fundamentum præſtationis, & ſolutionis congruè quod eſt neceſſitas,& onus curæ,ut tenet Rebuff. *in tract. de congrua portione. n* 68.& tenet Rota *deciſ.*83.*n.*21.*p.*2.*diverſorum*,ubi aliam allegat,& teſtatur ita pluries decidiſſe Rotam; & faciunt quæ Surd. *de alim. tit.*1.*q* 6. *per tot.*

Accedendo jam ad tertiam capituli partem ſcilicèt, 42
an ab aſſignatione congruæ ab ordinario facta coadjutori dato Rectori impedito,vel imperito,& illiterato, appellationi non deferens, violentiam facere dicatur ordinarius. In quo illud ſupponamus, quòd Rectori, beneficii, qui ſenio, morbo perpetuo, & incurabili factus eſt inutilis, & impeditus miniſtrare, ſuumque officium exercere, adhibetur coadjutor temporalis,non perpetuus, nec cum futura ſucceſſione, qui pro eo miniſter, & officium exerceat;non tamen hic clericus ſuo eſt privandus beneficio, ſed ſolùm ei dictus coadjutor dandus eſt, dando ei ſtipendium,& congruam portionem pro victu de fructibus beneficii. Ita probat text. *in c.de Rectoribus c.ex parte,c.fin.de clerico ægrotante c.*1. *eod.tit. in* 6.*c.teſtes* 7. *q.*1. *c.*1. *de ſupplen. negl. prælato, in* 6. & diſponit Concil. Trid. *ſeſſ.*25. *de reformat. c.*7. 43
Bonifa.*in c.cupien.de pœnis num.*46. Staphileus *de litteris gratiæ tit. de modis proviſionis n.*22 Rebuff. *in praxi tit. de proba, benef. impet.n.*59. Corraſius *de ben.*1. *part. cap.*7.*n.*5. *&* 3. *p. cap.*6. *num.* 7. *&* 8 Lancelot. *inſtit. canon. lib.*1 *tit.*3.*de coadjutore* §.1.*& vit.*Navarr.*in c.*1. *de cler.ægrotan.*Petrus Gregor.*ſyntagm.juris tit.de beneficiis c.*7.*num.*13 & Suarez *tom.*5.*de cenſ.diſput.*51 *ſect.*2. *ad fin.* Gonzal. *ad Regul.de menſ.gloſſ* 5 § 9.*n* 31.Gurb. *de offic.legati lib.*5.*tit.de coadjutor.n.*11. Eſcobar *de variis c.*28 *à n.*26. quia reſpondent, præcipuè Navar Lance- 44
lot. & Suarez ad text. *in cap. tua nos de clerico ægrotan.* in illis verbis *ibi*, ab adminiſtratione, & officio debeat removeri) ut intelligatur amotio quoad exercitium dumtaxat,quod & etiam poſſe facere Epiſcopum etiam in Parochis exemptis propter identitatem rationis; firmant Zerola *in praxi Epiſcopali p.*1. *verb. Pare bis* §.7. Hier.Gonzal. *ad regul.*8.*Cancel. ubi proximè n.*29 P.Va- 45
leria Regin. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 30. *tractat.*3. *n.*172. Barboſ. *in remiſſ. ad Trid. ſeſſ.*21. *cap.*6. *n.*1. qui

cum

cum Gonzal firmat, hunc Parochum etiam dato ei coadjutore non excusari à residentia beneficii, adducunt declarationem Cardinalium & ab hujusmodi congruè deputatione appellationi quoad suspensivum effectum minimè esse deferendum, probat ex. juribus & rationibus, quæ ad prin. hujus capitis adduximus in discursu.

Et probatur etiam ex eo, quòd hodie in sacro Concil. Trid. *sess. 21. de reformat. c. 6.* in hæc disponit: 46 Quia illitterati, & impediti Parochialium Ecclesiarum Rectores sacris minùs apti sunt officiis, & alii, propter eorum vitæ turpitudinem, potius destruunt, quam ædificant: Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati, eisdem illiteratis & imperitis (si aliàs honestæ vitæ sint) coadjutores, ut vicarios pro tempore deputare, partêque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, vel aliter providere possint, quacumque ap- 47 pellatione & exemptione remota, &c.) & ex hoc decreto Rota in una Detucensi Archipresbyteratus 16. Novembris 1594. coram Penna resolvit: deputationem coadjutoris, ab ordinario vigore istius decreti, 48 non esse attentatam; etiam sit executa post appellationem interpositam à sententia ejus, qui judicialiter 49 processit, &c. quam refert Nicolaus Garcia *de benef. 4. part. c. 5. n. 8.* qui *n. 10.* ex declaratione Sanctæ Congregationis advertit, hoc decreto tolli duntaxat appella- 50 tionem quoad effectum suspensivum, non tamen quoad devolutivum; & quia causa imperiti vel impediti assimilatur, quia sunt casus à jure æquiparati, cum ex utroque impedimentum oriatur exercitio officii, *c. nisi cum pedem. de renuntiat. cap. illiteratos 36. d. cap. 1. 38. d. c. cum ex eo, de electione in 6. c. quia frater. 7. quæst. 1.* & quales dicantur illiterati, vide latè Menoch. *de arbitr. jud. casu 425. à n. 51. & sup. fol. 584.* & de materia coadjutoris temporalis vide supradictos omnes DD.

De quarta autem parte capituli tractaturus, hoc est, de congrua œconomo, & Vicario Ecclesiæ vacanti deputato designata: an ab ea appellationi interpositæ 51 ordinarius vim faciat, non deferens, pariformiter, quod & in superiori casu terminandum esse, moveor, ultra supradicta, ex dispositione text. celebris *in c. cum vos, de officio ordinarii*, ibi, Fraternitati vestræ mandamus, quatenus, si quando in vacantibus Ecclesiis, in quibus Ecclesiastica persona præsentationem non habet, vel quia personæ minùs idoneæ præsentantur, vel alia de causa de jure, personas non poteritis in eis instituere: appellatione remota ponatis œconomos, qui debeant fructus percipere, & eos aut in Ecclesiarum utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare, &c.) & idem quando inter Patronos & Episcopum radix dissensionis emergit, ex eodem text. & *l. 11. 52 tit. 15. p. 1.* & an hoc ultimo casu durante lite currat tempus, patronis datum ad præsentandum, Episcopusque debeat hunc œconomum apponere, vel potiùs totum providere consulè Lapum *allegatione 78. quæst. 5. num. 15.* Rochum de Curte *de jur. pat. verb. honorificum, n. 54.* Zerolam *in praxi Episcop. 1. part. jus patr. ad 5.* & tharum mihi Perez de Lara *in tract. de anniver. & capella lib. 2. cap. 9. à n. 37.* ubi eleganter contra alios resolvit œconomum constituendum multâ elegantia praxim in medium proferens.

Ex quo text. infertur ad Conc. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 18.* 53 dum disponit, quòd Episcopus debeat statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, ejus arbitrio fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Et idem statuit Pius V. per motum proprium in conferendis transcriptis verbis Concilii, & ita etiam censuit Sancta Congregatio Concilii per quandam declarationem factam ad instantiam Capituli Toletani anno 1577. quam ad literam refert Nicol. Garcia *de ben. 8. part. cap. 2. num. 8.* quæ ita ait, in vertículo tertio: Et in specie statim habita notitia vacationis 54 Ecclesiæ, & anteaquam ullum fiat examen constituat idoneum in ea Vicarium cum congrua fructuum portionis assignatione, reservatis reliquis fructibus iis quibus vere debebuntur, hic autem Vicarius sic positus ejusdem Parochialis onera sustinebit, donec de rectore provideatur, &c.) qui quidem Vicarius, & 55 œconomus non potest constitui is, qui in concursu, uti dignior magis ab Episcopo est electus ad beneficium, nec ejus administrationi se inferere potest ante factam collationem, uni ab ordinario vel à Pontifice in reservatis, nanciscaturque ejus virtute, & capiat possessionem beneficii, ex text. *in cap. avaritiæ de elect. in 6.* quod procedit in quibuslibet Beneficiis, ut videre est ex his, quæ latè per Garc. *ubi proximè à n. 21. & in p. 11. c. ult. dub. ult. num. 216.*

Et non solùm ab assignatione congruæ appellari non 56 licebit ex supradictis hucusque, quia foret appellare ab alimentis, verùm nec etiam ab ipsa Vicarii, seu œconomi constitutione, *ex d. cap. cum vos, de off. ordina.* quia in ea viget periculum animarum, ratio propter quã à provisione principali Parochialis appellatio non suspendit, ut indicant verba ejusdem Concilii & motus proprius *ibi*, debet statim habita notitia, &c.) quæ celeritatem inducant, & supponunt periculum, cui vult per contrarium obviare. Et quoniam concilium in illis verbis: debet statim, &c. disponit necessitativè Episcopo, & appellatio in hoc casu foret à juris clari dispositione, & ab eo, quod fit secundùm Canonicas sanctiones, cui nullatenus est deferendum, dicemus infrà suo loco Deo dante *cap. 6.* Et hanc deputationem non solùm ei facere licebit, habita notitia vacationis, & antequam provisionem; verùm etiam post eam factam, & pendente appellatione ab illa, ut apparet ex d. Conc. decreto *ant. fin.* in illis verbis loquendo de appellatione ab ea dicit: Alioquin Vicarius quem Ecclesiæ vacanti antea Episcopus arbitrio suo ad tempus deputavit, vel forsan postea deputabit, ab ejus Ecclesiæ custodia, & administratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri probatus, & electus fuerit, *ut suprà*, sit provisum, &c.) vide *n. 61. & 62.* & sic hoc est innovatum, permissum à lege, quod non revocatur, ut alibi dixi.

Quantitas autem congruæ, constituendæ Vicario 57 perpetuo vel temporali, qualis sit, Episcoporum arbitrio relictum est, ut apparet ex decretis Concil. Trid. *sup. in princ. hujus capitis adductis*, & quæ etiam in discursu, hodie autem Pontifex maximus Pius V. in Bulla 16. inter motus proprios *fol. 55.* per quam restringitur judicis arbitrium, quinquaginta usque ad centum, in illis verbis *ibi*. Ita se contineri, & arbitrari debere, ut non major centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa comparatis omnibus, etiam incertis emolumentis, & aliis obventionibus, communiter percipi solitis, eis omnino assignetur, nisi Vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari sive in quantitate, & quota fructuum pecuniaque numerata, &c.) & secundùm hanc dispositionem esse hodie faciendam taxationem hujusmodi, advertit Cevall. *in contra comm. quæst. in Epist. ad Reg. 916.* de qua re latè post alios Camp. *diversi. jur. rub. 7. cap. 6. n. 116.*

Circa ultima autem verba motus proprii *ibi*, nisi in 58 Vicariis temporariis, &c.) quod etsi S. Congreg. super illis verbis Conc. Trid. *c. 18. ibi.* cum congrua ejus arbitrio fructuum portionis assignatione) sic censuit: duorum aureorum pro singulis mensibus visa fuit congrua portio:) tamen ibi dicit: Iterum Congregatio respondit ad hæc omnia referenda ad congruam portionem, & stipendium arbitrio ordinarii, & sumendam ex fructibus percipiendis, nisi aliquæ personæ sint jure obligatæ ad supplendum aliunde.) vide latissimè per Joan. Hier. Camp. *ubi proximè* per multos numeros, & DD.

Ac

59 Ac ideo rectè respondit Navarr. *cons.5. de off. ordin.* quòd Vicario Parochiali Ecclesiæ vacanti simpliciter dato non omnes fructus, sed congrua portio arbitrio ordinarii justè determinanda debetur; nec Episcopus à principio posset omnes fructus eisdem assignare, nisi omnes essent necessarii ad congruam portionem. Nec prædicta declaratio de duobus aureis tollit, quin si pro loco, & tempore videatur plus necessarium ad congruam portionem, quàm duorum aureorum, pro singulis mensibus assignari possit, cùm in hoc possit dari certa regula, omni loco, & tempore, & ut bene dicit Nicolaus Garcia *de ben.9. c.2. num.17. & suprà*, ab hujusmodi autem taxatione facta per Episcopum quando sit vel non appellationi deferendum, jam di-
60 ximus sursum *n.9.* in Parochialibus verò Ecclesiis congrua videtur esse centum ducati juxta dispositionem Concil. Trident. *sess.24 de reformat. cap 13.* ubi dicitur quòd pensio non constituatur in beneficio Parochiali, si ejus valor non excedat centum ducatos Flamin. Paris. *de resign. lib.6. quæst. 2. n.21.* & ita communiter in gratia, pensionis hujusmodi beneficii apponitur clausula (dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro Rectore, *&c.*) & vide declarationem Concilii super *d. cap.13.* & quemadmodum liberi dicantur: vide Nicol. Garcia *de benef. cap.5. à n.372.* post alios, quod tamen intellige quando hæc congrua centum ducatorum assignatur ipsimet Rectori dumtaxat, quia de Vicario dic ut hactenus.

61 Illud obiter annotare potes, quòd Vicarius ad nutum amobilis, non potest amoveri ante finitum anni servitium, tenent Rebuff. *in praxi benef. lib.2.tit.de dispensatione, non residen.n.18.& tom.3.ad ll. gallica. tit. de mater. possess.in benefic. art.9. unica in præfatione.* Barbos. *in remiss.ad Trid.sess.7.cap.7.de reform.n.6.fol.20.* Flores de Mena *variar resol. lib.1. quæst.10. num. 34.* Gutierr. *de jur. confirmat.1.cap.58. n.15.* Steph. Gratian. *discept.*
62 *forens. cap.167. n.22. cum seqq.* qui per totum exactè tractat de aliis quibuscumque officialibus ad nutum amobilibus sine causa non amovendis, sed de Vicario deputato parochiali, donec de rectore provideatur juxta Concil. Trident. dic ut suprà dixi per illud *n.56. ad finem.*

63 Accedit jam solvenda difficultas, in quinto loco hujus capituli proposita, à sententia lata in causa, & judicio decimarum, appellationi interpositæ an sit deferendum. In quo & jus & Doctores concordes invenio, siquidem text. *in cap. tua nobis 26. in ord. de decimis* postquam comparavit, & fecit argumentum à decimis ad tributa temporalia, dicens etiam decimas esse tributa egentium animarum, quas Deus in signum universalis
64 dominii, sibique reddi præcipit, suas esse decimas inquit, *in fin. vers.* Quoniam igitur pati noluimus, ut Ecclesiarum, & Clericorum jura præsumptione qualibet minuantur: mandavimus, quatenus omnes, qui ratione personarum, aut etiam prædiorum decimas Ecclesiis, & Clericis tuæ Diœcesis exhibere tenentur, ad eas cum integritate reddendas appellatione remota compellas,
65 *&c.) c. decimæ 7. quæst.3.* & hanc doctrinam ex his juribus sequitur Speculator *in tit. de appellat. §. in quibus vers.4. à num.5.* & ibi *in additione.* Joan. Andr. *& in d. c. tua nobis* Alciatus *de judiciis tit. in quibus casibus, & ex quibus causis appellari possit, sub. n.4.* arguentes, quòd cùm non appellatur in tributis, nec à decimis, *l. abstinendum, & l. fin. C. quorum appell. non recip. l. nulli versic. sunt etiam C. eod. tit. c. ei qui, §. diffinitiva, & §. quoties 2. q 6.* Marant. *de ord. jud. 6. p. tit. de appell. n.293.* sequitur etiam Socinus *in regul. 40. fallen.* qui cum Bald. quem refert, eodem usus est argumento Nicel. *tract. de concor. gloss. concord. 6. fall. 53. n.52. fol.195.* Rebuff. *tract. de app. art.7. gl.2 n.14. vers. quartus.* Gregor. Tholosa. *eodem tract. 2. p. cap.9. n.2. gloss. in cap. fin. in verbo quoties 2. quæst.6.* Federic. de Sen. *const.81. n.5.* Rebuff. *tract. de decimis quæst. ult. num.21.* latissimè & optimè Marquessa. *de commiss. 1. p. c.13. n.9.16.17. & 27. fol.157.* qui *n.17.* 66 dicit quòd decimæ habent executionem paratam, quia illis jus assistit, & debitum est evidens Abb. *in cap. tua nobis num.9.*

Et quia decimæ assignantur Clericis pro alimentis, 67 ideo dilationem non patiuntur, ex dictis *in c. præced.* & probat text. *in c. decimas, in vers. sed tardius dare peccatum est, 16. quæst.1. cap. cum hominis vers. mandamus,* ubi gloss. *in verb. fructibus, decimis.* Marquessa. 68 *ubi proximè num.17.* & quia cùm eorum solutionis tarditas contineat peccatum, non datur appellatio suspensiva; quia quando versamur circa favorem animarum, aut cultus divini; appellatio non causat attentata. Rota 69 *decis.35. de appellat. in novis.* Escacia *de appell. quæst.17. limit.26. n.1.* Rebuff. *tract. de sentent. provisional. in præfatione n.37. & sub n.38. in fin.1. tom. fol.229.* Marquess. *tract. de commiss. 1. p. c.6. n.78. fol.78.* & nos alibi passim diximus.

Comprobatur insuper, quia si in vectigalibus, & tri- 70 butis principis solvendis appellans non auditur, *l. abstinendum, C. quorum appell. non recip. l. fin. eod. tit.* gloss. *in c. tua nobis, in verbo tributa, de decimis.* Speculator *in tit. de appell. §. in quibus n.4 & 5.* Angel. Aret. *in l. sciendum n.4 ff. de appell. recip. in regul.24. fall.3.* Nicel. *tract. de concord. gloss. concor. 6. fall.17. n.50. in fin.* Maran. *in specul. 6. p. actu 2. tit. de appell. n.300. fol.504* Rebuff. *tr. de appell. gloss. 2. n.4.* Reginell. *tract. de appellat. §.2. c.3. sub. n.95. & seqq. & n.131.* Prosper. Farin. *in praxi crim. q.101. limit.5. n.70.* & omnes statim citandi, sed decimæ sunt tributa animæ debita Principi cœlesti, *can. decimæ 66. 16. q.1.* gloss. *d. c. tua nobis, verbo, tributa,* ergo in illo pariter suspensiva appellatio denegari debet, hoc argumento utuntur ferè omnes citati Doctores, & Escacia *de appell. q.17. limit. sub. n.1.* melius Marquessa *de commiss. 1 p. c.15. n.9.*

Et ideo cum decimæ solutio à jure sit divino prove- 71 niens, ut probat text. *in c.1. & cap. tua cum c. seq. de decimis,* dicuntur cibus domus Domini, *c. revertimini 16. quæst.1.* dixi ex aliis Rebuff. *3. tom. commentar. titul. de liter. oblig. art.6. gloss. n.27.* quòd judex Ecclesiasticus 72 potest incipere à præcepto de solvendo, & monitorio, ut solventur decimæ debitæ, quando agitur de materia concernente animam ut in decimis, & idem dicit Cardin. *in c.1. de causa poss. & propriet. in clem.2. q.3 de judiciis*, & quo regulariter hoc judicis Ecclesiastici præceptum, & monitorium resolvitur in simplicem citationem; an autem ab hujusmodi monitorio expedito pro solutione decimarum liceat appellari, vide latè Mendos. *in tract. de monitoriis q.57. per tot.* ad quem te remitto, quod in tantum procedit, ut in commissionibus super appellatione à sententia decimarum non res- 73 cribitur, nisi cum clausula (sine retardatione solutionis decimarum) latè Marquessa. *tract. de commiss. 1. p. c.15. n.16.17. & 35. fol.158. & seqq.* ubi latè.

Hæc tamen conclusio limitatur, ut procedat, quan- 74 do is à quo petuntur decimæ, allegaret consuetudinem, seu præscriptionem, vel aliam similem justam causam, ex his quas rejicit text. *in d. c. tua nobis,* quia tunc (ut dictum est) appellatio non admittitur: secus autem si 75 allegaret exceptionem, habitam à Papa, seu legitimam compositionem, quia tunc si non audiretur in ista allegatione, posset appellare Joan. Andr. *in d. c. tua nobis n.7.* & licet Anton de Butr. *num.7.* Abb. *num.9.* & ita potest procedere, quod ex Anguis. *conc. 27.* refert & sequitur Ruginell. *tract. d. c. appell. §.2. sub. n.256.* tenet Escacia *de appell. q.17. limit.18. num.2* & quòd quando ve- 76 rum est, quòd adest exemptio à Papa, admittatur appellatio in causa decimarum suspensiva, tenet post Abb. *in c. cùm non sit de appellat.* & Henric. Boic. *num.8.* & Butr. *num.9.* Marquessa. *de commiss. 1. part. cap.5. num.35.* prout etiam in exemptione à tributis, quòd detur

appella

appellatio ſuſpenſiva, Eſcacia *de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 17. *num.* 5.

77 Limitatur ſecundò dicta concluſio, ut non procedat in ſententia lata inter duas Eccleſias contendentes de jure decimandi, ut declarat Joan Andr.& Butrius *in d. cap. tua nobis*, uterque *num.* 7. Eſcacia *de appell. q.* 17. *limit.* 8. *num.* 3.

Ultimò limitatur,ut non procedat,quando collector decimarum excedit modum, quia tunc ab exceſſu poteſt appellari, Dec. *in c. novit.* 34. *lim.* 10. *n.* 28. Eſcacia *ubi proximè n.* 4. quia nullus eſt caſus de mundo, in quo propter exceſſum non admittatur appellatio ſuſpenſiva : latè diximus *infrà* 4. *p.c.* 3. *per tot.*

78 Cujus etiam farinæ eſt, quod in ultimo loco hujus cap. appoſuimus, quòd ſit dicendum in ſententia lata pro ſolutione ſtipendii, & ſalarii famulorum, an ab ea appellationi à condemnato propoſitæ, violentia fiat, niſi deferatur. In quo non vim eſſe, affirmo, cum hujuſmodi appellatio non ſuſpendat, quia res dilationem non recipit. Probatur Levit. c. 19. Non morabitur(inquit) opus mercenarii tui apud te uſque ad mane.) & Deuter. 24. c. Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, ſive advenæ,qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas eſt, ſed eadem die reddes ei pecuniam laboris ſui ante Solis occaſum, quia pauper eſt & ex eo ſuſtentat animam ſuam ; ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi ad peccatum.) Et probatur Tobiæ 4. c. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedem reſtitues, & merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.)

79 Ac propterea meritò dicunt Doctores ; quòd in cauſa ſalariorum proceditur ſummariè, & ſententiæ in ea latæ qua condemnatur quis ad ſolvendum ſalarium famulis ; eſſe executionem faciendam,nec appellationi ab illa eſſe à judice deferendum, ita elegantiſſimè probat Rebuff. *in tractatu de ſententiis proviſion. art.* 3. *gl.* 7. & idem *in tractatu de ſalariis famulorum gloſſ.* 7. ſequitur Azeved. *in l. fin. tit.* 15. *lib.* 4. *recopilat. n.* 38. Flores de Mena *in pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 8. §. 2. *n.* 23. & ultra eos

80 idem probat Mandoſ. *in tract. de monitoriis quæſt.* 59. Paz *in praxi* 4. *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 56. ſequitur Amador Rodrig. *tract. de executione cap.* 1. *art.* 3 *n.* 24. *& ſeqq.* & ipſe promiſcuè intelligit in ſalariis Advocatorum,Procuratorum, & Solicitatorum, apud quos multa de materia ſalarii reperies, facit Magon. deciſ. Flor. *deciſ.* 12. *minut. num.* 11.

Quod tamen verum eſſe cenſeo non generaliter,ſed quando petens mercedem & ſalarium eſſet pauper, & non haberet, unde ſe alat, non aliter ; ita pereleganter Rotæ *deciſ.* 764. 1 *part. diverſorum*, ubi dicit:Domini,cum præſupppoſito,quòd Joſephus eſſet pauper,non

82 in genere,ſed eo reſpectu ut non haberet, unde ſe aleret;dixerunt cauſam mercedis,de qua agitur;non fuiſſe appellabilem, *&c.*) iterum *ſub num.* 2. Unde ſi Joſephus tempore petitæ mercedis erat adeò pauper, ut res non reciperet dilationem ; ſequitur, ut à decreto facto ſuper taxatione mercedis,non potuerit appellari, ſicut nec à ſententia lata in cauſa alimentorum debitorum officio judicis, propter paupertatem, non poteſt appellari quia res dilationem non recipit, *l. fin. ff. de appell. recip.* ita etiam dicendum eſt de ſententia lata in cauſa mercedis pauperis, ut non ſit appellabilis prop-

83 ter eandem rationem,quia res dilationem non patitur, *&c.* quæ vera eſt. Cui & huic noſtræ opinioni videtur ſe inclinare Mena *d. num.* 13. 13. ubi dicit,quòd reſpectu appellationis admittendæ vel non, attendatur perſonarum qualitas, divitiæ, & paupertas, quod verum eſt, tenet etiam Ruginel. *tract. de appell. cap.* 3. *n.* 286. tenet etiam Eſcacia *eodem tract. c.* 17 *limit.* 8. *n.* 7. *& ſeqq* tenet

84 Marqueſ. *de commiſſ.* 1. *p.c.* 19. *n.* 27. *fol.* 216. optimè Grat. *diſceptat. for. c.* 257 *à n.* 44. *cum ſeqq.*

Quod indiſtinctè procedit in ſalario famulorum, & mercede operarii, etſi de eorum paupertate non conſtet,quia operarii paupertas,uti qualitas naturalis præſumitur, bene *in tractatu de paupertate & ejus privilegio quæſt.* 6. *n.* 1. *tom.* 10. *fol.* 64. Eſcacia *de appell. q.* 17. *limit.* 8. *ſub num.* 9. ubi inquit, quòd præſumitur in his 85 famulis & operariis paupertas,qui ut plurimum ex ſudore vultus vivunt, & neceſſitate coacti ſerviunt. & ideo in cauſa ſalarii famulorum proceditur die feriato 86 ob honorem Dei, ex quo illud ſalarium ſuccedit loco alimentorum. Eſcacia *ubi proximè ſub num.* 8. *& lib.* 1. *in cauſa civil. & crim. c.* 5. *n.* 61.

Quare ſignatura juſtitiæ quando agitur de mercede 87 promiſſa, vel de mercede inter eum,qui eſt ſolitus locare operas ſuas, & eum qui eſt ſolitus conducere;non ſolet reſcribere in commiſſione niſi cum clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis) aut ſine retardatione executionis) præſertim quando ſententia eſt lata in tribunali Rever. Gubernat. urbis Marqueſ. *de commiſſ.* 1. *part. in commiſſ. appellat. in cauſa mercedis* 519. *num.* 22. *& 23. fol.* 216. Eſcacia *de appellat. q.* 17. *limit.* 8. *ſub n.* 9. *& 10.* ubi dicit, quòd ſi agatur de mercede non conventa, nec inter ſolitos locare, & conducere, ſignatura ſolet reſcribere cum clauſula(ſi quid exequendum) Marqueſ. *ubi prox. n.* 24.

Et ubi agitur de mercede non conventa, ſed inter 88 ſolitos locare & conducere, & ſignatura ſentiat, judicem à quo exceſſiſſe in taxatione mercedis, ſolet in aliqua parte dare executionem, & in alia appellationi ſimpliciter deferre, aut aliter ſub arbitrio ſub diverſis temporibus reſcribere. Eſcacia *ubi ſuprà n.* 10. & Marcheſ. *num.* 25.

Si autem pars opponat, operarium eſſe divitem, & 89 de eo conſtiterit, ceſſabit privilegium appellationis; quia imò tunc habebit locum quoad utrumque effectum, etenim ſub hac qualitate neceſſaria paupertatis fundatur appellationis denegatio, quia ceſſante, debet cauſa remanere ſub diſpoſitione juris communis, ut ex d. Rotæ deciſ. tenet optimè Gratia. Marqueſſa. & aliis *locis ſupra citatis.*

Unum tamen obiter adverto, quòd in hoc articulo 90 juſtis juris terminis abutuntur Doctores, præcipuè Mandoſ. & Flores, dum dicunt:in cauſa ſalarii & mercedis procedi ſummariè & executivè : ſiquidem nulla probatio, quantumcumque liquidiſſima executionem habet Andr. R. *in tract. de executione c.* 1. *art.* 2 *n.* 16. Nec valet conſequentia,cauſa eſt ſummaria, ergo exe-
cutiva, quia in cauſa ſummaria proceditur juris termi- 91
nis ſervatis, licèt abbreviatis, & admittitur appellatio *cle. & diſpendioſam de judiciis, clem. ſæpè, de verb. ſignif.* niſi aliqua ſpecialis ratio obſtet. A cauſa contraria autem conſequentia valet, eſt executiva, ergo ſummaria ; non enim quòd aliqua cauſa ſit inappellabilis, & ſententia exequatur, dicuntur procedi in ea executivè, quoniam hoc etiam accidit in una ſententia in judicio ordinario, ut eſt videre in poſſeſſorio (ut infrà ſuo lo- 92
co dicemus) & in cauſis criminalibus, & in cauſis ſuper proviſione beneficiorum Parochialium, quando judex vult, juxta text. & gloſſ. *in cle. diſpendioſam, de judiciis*, & aliis infinitis.

Et de materia ſalariorum ultra ſuprà citatos vide 93 multa allata in propoſitum per March. *d. c.* 19. *per tot.* qui *n.ſ.* bene advertit pro ſalutariis Advocatorum Procuratoris & ſimilium, tractatur & convenitur debitor, ubi cauſa tractata eſt, ejus ſortitur forum, *ex l.* 1. §. *in honorariis, ff. de variis, & extraordinariis cognit.* & ita practicatur,Bobadilla *in pol. l.* 2. *c.* 17. *à n.* 130. qui loqui- 94
tur in judice Eccleſiaſtico, ut poſſit laicum litigantem compellere ad ſalarium Advocatorum & aliorum. Mandoſ. *in formula commiſſ.* 21. *in verbo validitate juriſdictionis.* Gratian. *in diſcept. forenſ. c.* 154. *n.* 24. *tom.* 1.

CAPUT

CAPUT III.

Appellanti à ſententia, qua quis condemnatur ad ſolutionem penſionis ſuper ejus beneficio oppoſitæ; an & quando ab denegatam delationem vis fiat.

SUMMARIUM.

Penſio reſervata pro alimentis & pro vitæ humanæ ſuſtentatione non recipit appellationem ſuſpenſivam, ubi de exemplis, n.1.

Penſionis proceſſus ſive fulminetur executivè, ſive ſummariè tantum, appellatione ſuſpenſiva caret, n.2.

Subſidium charitativum impoſitum per Epiſcopum pro alimentis appellationem non admitit, n.3.

Salarii & mercedis executio non ſuſpenditur per appellationem, n.4.

Penſionis ad ſolutionem condemnatus vigore Bullarum Pontificialium ex cauſa puta, reſignationis, non poteſt impedire executionem per appellationem, n.5.

Literæ Apoſtolicæ ob ejus reverentiam habent executionẽ paratam, quæ non ſuſpenditur per appellationem, n.6.

Literarum Apoſtolicarum virtute proceditur executivè contra titulatum, tam ob earum reverentiam, quàm ob obligationem Cameralem, quæ in eis fieri aſſolet, n.7.

Commiſſio appellationis ab executione literarum penſionis reſcribitur cum clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis) & non cum clauſula quam dicit Guigas, n.8.

Clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis) tunc apponitur, quando committitur appellatio ſuper nullitate, aut reductione penſionis, & alias, ut in n.9.

Clauſula (ſine præjudicio litterarum Apoſtolicarum) quando apponatur, n.10.

Commiſſio appellationis ab executione virtute cameralis obligationis, qua clauſula reſcribatur, n.11.

Ab executione literarum Apoſtolicarum, inſtrumenti cameralis, aut rei judicatæ appellans præſupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat conſequens, nempe executionem, & ſic nihil agit, n.12.

Clauſula (ſine præjudicio literarum, &c.) & ſimiles præſervant juriſdictionem judicis à quo, nec commiſſio impedit ad ulteriora procedere, n 13.

Clauſula (ſine præjudicio literarum, &c.) ſtante poteſt judex à quo titularẽ cogere ad ſolutionem penſionis, 14.

Clauſula præſervativa ſtante commiſſarius non poteſt inhibere judici à quo, n.15.

Clauſula præſervativa enervat vim & effectum inhibitionis, n.16.

Inhibitio cenſetur expedita ſubintellecta illa clauſula præſervativa prout in commiſſione, à quo non aliter judex recipit juriſdictionem, n.17.

Inhibitioni cenſetur ineſſe dicta clauſulæ conditio, quia judex non habet juriſdictionem niſi peracta executione, qua deficiente evaneſcit inhibitio, n.18.

Ab inhibitione, cui virtualiter, ineſt clauſula præſervativa, appellationi emiſſæ eſt ut legitimæ deferendum, n.19.

Clauſulæ præſervativæ limitant, & ſuſpendunt juriſdictionem judicis de appellatione cognituri ubi clauſula præſervativa (ſine præjudicio, &c.) tribuit juriſdictionem conditionalem, & operatur, ut judex non poſſit in cauſa appellationis procedere niſi ſoluta prius penſione, num.20.

Clauſula præſervativa operatur ut non poſſit in cauſa principali procedi etiamſi verè penſio ſit ſoluta, in actis tamen de ſolutione non conſtat, n.21.

Judex debet eſſe certus de ſua juriſdictione, n.22.

Qualitus & natura appellationis multoties valet, & alteratur ex modo procedendi, n.23.

Exceptionem legitimam, puta ſurreptionis, defectus juriſdictionis, vel ortam ex ventre gratiæ tacitè, expreſsè, purè, aut conditionaliter, ſi executor non admittat, excedet, & appellatio ut legitima ſuſpendit, n.24.

Et hoc caſu ſenatus Regius aditus per viam violentiæ deferre, & reponi, decernit, ibid.

Auditori Cameræ denegatur juriſdictio in prima inſtantia, quando excedit metas, & formam reſcripti, & rectæ executionis, n.25.

Penſionis executioni locus non erit, nec clauſula (ſine retardatione) vel (ſine præjudicio legitimæ) effectum habet, quando ex ventre Bullarum conſtat de vitio nullitatis, penſionis, aut alterius legitimæ exceptionis, n.6.

Clauſula præſervativa (ſine præjudicio legitimæ executionis, &c.) non procedit niſi pro ſumma contenta in ſententia, n.27.

Executio orta ex ventre Bullæ tunc impedit executionem illius, quando gratia eſt conditionalis, non alias, n.28.

Clauſula (ſine retardatione, &c.) effectus non impeditur, quando penſionarius eſt in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, licèt exceptio oriatur ex ventre Bullæ, n.29.

Quod fallit ſi ipſa poſſeſſio ſit turbida & non clara, penſioque fuerit exacta per compulſionem & metu cenſurarum quia tunc neminem conſtituit in poſſeſſione, n.30.

Auditor Cameræ poſtquam ſibi literæ penſionis ſint præſentatæ, procedit vel per viam monitorii uſque ad mandatum executivum, vel per viam proceſſus fulminando cenſuras, committendo publicationem omnibus & ſingulis, &c. n.31.

Subexecutor virtute clauſulæ (cæterum proceſſibus fulminatis, &c.) debet eſſe canonicus Cathedralis, vel aliàs in dignitate conſtitutus, qui eſt mixtus ſummariam & executivam habens cauſæ cognitionem, n.12.

Subexecutor literarum penſionis quemadmodum procedat ad earum executionem, & quo utatur ſtylo, n.33.

Si agitur contra poſſeſſorem beneficii, qui penſioni conſentit ſtatim, ſervatis tamen terminis de ſtylo Romæ ſervari ſolitis, aut accuſata contumacia, datur in eum ſententia declaratoria facta expenſarum condemnatione, 34.

Penſionis reſervatio ſi eſt conditionalis, aut poſſeſſor non eſt qui illi conſenſit, debet penſionarius coram executore de quaſi poſſeſſione exigendi penſionem docere, alias debet narrativam & conditionem verificare, n.35.

Penſioni non conſentiens ſucceſſor, ut queat declarari in cenſuras incurriſſe, debet Bulla ipſa intimari, ad faciendam autem executionem in ejus bonis ſufficiet monitorium auditoris inſerto tenore gratiæ, n.36.

Citatus ad totam cauſam ſi eſt contumax, alia non requiritur citatio, n.37.

Citandæ ſunt partes ad omnem cauſam incluſivè, & citationes quæ poſtmodum fiunt in Curia per audientiam contradictarum, procedunt potius ex urbanitate, quàm neceſſitate, n.38.

Citatus ſi compareat, & aliquam legitimam exceptionem opponat contra executionem penſionis (de quibus hic) debet judex brevem terminum aſſignare, cum incontinenti exceptio probanda ſit, n.39.

Exceptiones oppoſitæ ſi requirant altiorem indaginem, reſervantur judicio ordinario, n.40.

Exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate aut reformatione penſionis non impedit interim agere via executiva ad ipſam penſionis exactionem, n.41.

Quod procedit ſive quando lis pendet vigore commiſſionis Pontificis cum clauſula ordinaria (ſine retardatione ſolutionis penſionis, &c. & quibus rationibus hæc clauſula in commiſſionibus apponatur, ibid. & n.50.

Poſſeſſori novo beneficii competunt remedia poſſeſſoria pro rebus ad illud ſpectantibus, quas non poſſedit, dummodo prædeceſſor fuerit in poſſeſſione, ibid.

Penſione tranſlata vigore literarum ſi titularis alleget, non rectè factam fuiſſe tranſlationem, commiſſio conceditur cum clauſula (ſine retardatione) licèt tranſlatarius numquam fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi, ſed transferens ſit, n.42

Titulari etiam habentee unam sententiam pro se in commissione super translatione pensionis, rescribitur cum clausula (sine retardatione, &c.) n.43.

Lis super reformatione aut nullitas pensionis etiamsi pendeat coram ordinario absque commissione, vel cum ea, etiam absque dicta clausula præservativa, adhuc talis exceptio non impedit executionem pensionis, n.44.

Etiamsi ordinarius hoc casu executorem inhibuisset, quia cum sit inferior non potest, n.45.

Clausula (sine retardatione, &c.) opponi solet in commissione, super causa reductionis vel nullitatis pensionis ob Pontificis reverentiam, & calumnias debitorum, n.46.

Clausula præservativa limitat, & suspendit jurisdictionem judicis commissarii, n.47.

Clausula præservativa importat conditionem, ita ut judex non possit procedere, nisi prius soluta pensione, n.48.

Et etiam facta inhibitione, cujus potentiam enervat clausula, & subintelligitur conditio commissionis, num.49.

Clausula præservativa si deficit in commissione super nullitate aut reformatione pensionis, exceptio litis pendentiæ impedit executionem interim, n.50. vide n.41.

Exceptio nullitatis opposita executioni pensionis debet apparere notorie & evidenter, alias non impedit executionem, n.51.

Nullitas quæ versatur circa extrinseca gratiæ pensionis (prout in exemplis quæ apponuntur) non impedit executionem, sed reservatur judicio ordinario, n.52.

Exceptio quæ apponitur executioni pensionis debet constare incontinenti, n.52.

Nullitas quæ versatur circa intrinseca gratiæ, nempe circa surreptionem, vel obreptionem & similia, legitima exceptio est ad impediendam executionem pensionis, n.54.

Exceptio surreptionis, & obreptionis efficit executorem incompetentem, n.55.

Literæ reservationis de stylo Curiæ regulantur juxta naturam literarum beneficialium, n.56.

Surreptio annullat gratiam ipso jure, & per consequens datione executionis, cui nulla attribuitur jurisdictio, 57.

Nicolai Garciæ opinio reprobatur, n.58.

Pensionis reservatio super aliquo beneficio non facta relatione alia, esse jam gravatum, est nulla, etiamsi motu proprio fuerit reservata, n.59.

Exceptio, quod in secunda reservatione pensionis non fuit facta mentio de alia pensione ejusdem beneficii, an requirat altiorem indaginem, n.60.

Pensionem si tertius habens super beneficio petat committi causam nullitatis primæ pensionis, exigetur cautio quamvis allegetur paupertas prioris pensionarii, n.61.

Cautio juxta l. is à quo ff. de rei vend. precedit etiam in beneficialibus, n.62.

Exceptio reductionis pensionis quando provenit ex ventre Bullæ conditionaliter, nempe (dummodo tantam partem remaneat, &c.) impedit executionem, etiamsi incontinenti non probetur, n.63.

Exceptio quæ oritur ex ventre instrumenti Cameralias, etiamsi requirat alteram indaginem, admittitur ad impediendam ejus executionem, n.64.

Pensionis reservatio cum clausula (dummodo remaneant centum pro rectore) & similibus, est conditionalis, de qua prius debet constare, n.65.

Quod procedit sive ordinariè, sive executivè agatur, ibid. & num.66.

Pensionis reservatio conditiones aut aliquas qualitates habens facit ut auditor tenetur assumere partes judicis, num.67.

Et an contrario sit talis causa in prima instantia remittenda, vide ibid.

Persone Rector gravatus si per decennium non solverit oppositæ exceptione, & causas non solvendi, & si apparentes allegando, (remissa causa ordinario) non potest executor contra illum executivè procedere, n.68.

Pensionis non solutæ per longum tempus apposita exceptione commissio appellationis non datur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) cum pro opponent, adsit præsumptio, n.69.

Pensionem appositam super duobus beneficiis ab uno possessis, quæ postmodum ad duos possessores devenissent, isti non teneantur in solidum, sed pro rata solvere, n.70.

Pensio apposita super duobus beneficiis devenis postea ad duos possessores, non dicitur liquida, sed prius debet executor cognoscere, de rata portionis quæ tangat unumquodque beneficium, n.71.

Quo casu non rescribitur commissio appellationis cum clausula sine præjudicio legitimæ executionis.) ibid.

Exceptio illa consentientem pensionis caruisse bono jure & beneficii possessione, non impedit executionem contra titulum, n.72,

Pensionarius an teneatur verificare bonum in consentientis reservationi pensionis, n.73.

Pensionis translatarius an teneatur justificare jus & titulum transferentis, n.74. remissivè.

Exceptio opposita per citatum, se non possidere beneficium pensione gravatum, legitima est ad impediendum illius executionem, n.75.

Citatum esse possessionem beneficii pensione gravati, & fructus percepisse, vel per eum stare, quominus percipiat, quis teneatur verificare, n.76.

Pensionis extincta per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem, quia requirit altiorem indaginem, n.77.

Et an talis exceptio debeat prius discuti in judicio ordinario, ibid.

pensionis extincta per matrimonium subsecutum non impedit executionem literarum, n.78.

Pensionarius si post professionem aut matrimonium permansit, in quasi possessione exigendi pensionem, vel ostendit dispensationem etiam intricatam, & non claram, non suspenditur executio, ut dictum est, aliàs autem exceptio extinctionis pensionis executionem impedit, cum sit relevans probata intra brevem terminum, n.79.

Exceptio quæ requirat altiorem indaginem, relinquitur arbitrio judicis regulato ex dictis hoc cap. n.80.

Pensionis solutionem quales exceptiones impediant, num.81. remissivè.

Subexecutor vigore clausulæ (cæterum) an queat procedere executivè contra bona debentis pensionem, & an sic excedere dicatur, ut appellationi locus sit contra Flor. de Mena, & Camillum Plautum defendit Auctor, n.82.

Subexecutor cum clausula (cæterum) debet esse in dignitate constitutus, cum sit maximus non merus, n.83.

A declaratoria incursus censurarum, contentarum in Bulla pensionis appellari an liceat quoad utrumque effectum, num.84.

Commissio appellationis super declaratoria censurarum latarum pro executione literarum Apostolic. rescribitur cum clausula (parito brevi) ne suspendatur executio, n.85.

Declaratoria incidens in judicio executivo, ejus natura restituit propria emissa, n.86.

Pensionis reductio potest peti coram ordinario, si fructus Parochialis post reservationem venerint in diminutionem, absque speciali commissione Papæ, n.87.

Pensionis reformatio à principio ex officio non potest coram ordinario tractari, nec legato, nisi ex speciali rescripto Papæ, n.88.

Exceptiones plures aliæ quando possint opponi executioni pensionis, & de effectibus quasi possessionis pensionem exigendi, & quibus clausulis in ejus causa appellatio nis rescribatur, & de aliis pluribus in causa judiciali in materia pensionis, qui sint videndi, n.89.

HANC libet brevibus difficultatem absolvere, cum duplicis casus suppositione. Et primitus; quando pensio fuit assignata, pro alimentis Clerico, aut pro servitio temporali,

ut

ut puta pro pulsandis campanis, aperiendis foribus,
1 aliove pro quolibet simili temporali officio,& hoc casu appellationi à sententia lata super hujusmodi pensione interpositæ minimè esse deferendum, justè putant Hieron Guigas *in tract. de pension. quæst 95. num.3.& 4.* ubi dicit, quando pensio reservatur pro alimentis, & pro vitæ humanæ sustentatione quoquomodo in eis processus fulminetur, sive executivè, sivè summariè tantùm, appellatio non admittetur, quemadmodum
2 nec causa alimentorum, *ex l. fin. ff. de appell. recipiend.* de quo & nos exactè *suprà cap.* 1. & sequutus Guigantem idem tenet Escacia *de appell. q.17. limit.7. n.5.* Ru-
3 ginellus *tract. de appellat.* § 2. *cap* 3. *n.*277. quam doctrinam & ex eo etiam probat, quia in charitativo subsidio imposito per Episcopum pro alimentorum necessitate appellatio nequeat admitti, ut determinat Belenci. *in tract. de charitat. subsid. q.55.* eodem etiam motivo Guigantem sequitur Petrus Surdus *in tract. de alimentis tit* 8. *privileg* 60. *num.* 9. quod & valet ex eo comprobari, sequidem appellatio non suspendit exactionem salarii & mercedis, quia res delationem non pa-
4 titur, sed celerem executionem desiderat, ut per Rebuffum. Azeved. & Flores de Mena dixi *suprà hac p.3. cap.*2. *n.*78. *usque ad fin.*

Quando autem pensio alicui reservata fuit eo quòd
5 beneficium resignavit, seu litigando cessit juri litis, & causæ, super qua literæ Papales fuerunt expeditæ, & tunc pariter nec à sententia lata super eis per executorem pro solvenda pensione appellatio emissa à possessore condemnato, minimè admittenda est, nec in denegata delatione violentia committitur, cùm careat suspensivo, probant Hieron Guigas *ubi suprà, dictà quæst.95.n.5.num.*579 & per Rebuff. *in tractat. de sententi. provision. in præfatione n.* 125. Escacia *de appellat. quæst.*17. *limit.*7. *sub. n.*5.

6 Tum ob reverentiam Apostolicarum literarum, quæ cùm habeant executionem paratam, non datur regulariter appellatio suspensiva; mò humiliter & reverenter illis per executorem parendum in eisdem literis nominatum, *l.*1 *ff. de constitut. Princip. si quando de rescript. l.*51 *tit.*18 *p.*3. Mohedanus *decis.*35. *ante fin. vers. quia tunc propter authoritatem literarum debent exequi, de renuntiatione* Staphileus *de literis gratiæ* § *ad prædicta facit. n.*14. Marquess. *num.*39. Rebuff *in praxi de reformatione & declaratione novæ, sub illis verbis, ipsi vel duo, in vers. postea dicetur.* Hieron. Gonzal. *in regula, de mens. glos.*9. *in annot. n.*220. & novissimè dixit Rota pluries, ut per Marescot. *lib.*1. *var. resol. c.*21. *à n.*1. & post alios Marescot. ipse *l.*1. *d.c.*21. *num. fin.* & utroque loco plures adducit Rotæ decisiones.

7 Et magis in specie facit, quoniam in exactione pensionis virtute literarum proceditur executivè adversus titulatum tam ob earum reverentiam, quam ob obligationem cameralem quæ fieri assolet (ut aliud agens) dixit Rota in una Lucen. sacramen pensionis 15. Febr. 1593. coram Seraphino,& in alia Aretina pensionis 26. Junii 1600 coram Milino, quas in aliud propositum adducit Nicol. Garc. *de benef.*1. *p. c.*5. *n.*4.5 6. *& seq.* Mohedan. *d. decis.* 331. Guidobonus *d. cis.*145. *& decis.*141 Flores de Mena *in pract. qq.*q 12 *à n.*24 Hieron. Guigas, *de pension. quæst* 95. *num.* 5. ab executione appellari non posse quoad suspensivum effectum, notum est *ex l. ab executione, C. quorum appellat. non recip. l. ab executore. ff. de appellat.*

8 Et in tantum hoc verum est, quòd appellatio à decreto, seu sententia probata, vigore harum literarum interposita, suspensione careat, quoniam non solet concedi commissio appellationis hujusmodi absque clausula (sine præjudicio legitimæ executionis) secundum Vestrium *in praxi l.*3 *c. ult. n.*3 optimè Marescot. *variar. resol. l.*1. *c.*19. *num. fin.* Garc. *de benef. d. c.*5. *n.*571. ubi advertit quòd prædictam clausulam signatura apponere consuevit, non autem alia, quam ponit 9
Guigas *de pension. ubi suprà. n* 4. & Maquess *de commiss. c.*42. *n.*32. scilicet (sine retardatione solutionis pensionis) quæ tunc apponitur, quando committitur appellatio super reductione, aut nullitate pensionis, vel etiam quando causa nullitatis, & reductionis committitur cum appellatione à sententia super executione pensionis, saltim implicitè, virtute clausulæ (cum annexis & connexis, totóque negotio principali) quia tunc commissio utraque clausula signari solet, & obtinet quod Guigas & Marquess dicunt idem advertit Marescot. *ubi proximè, d. num fin.*

Et pariter videre solemus, quod quando appellatur 10
à decreto, seu sententia vigore literarum Apostolicarum prolata; communiter in commissione appellationis solet apponi clausula (sine præjudicio executionis literarum Apostolicarum, *&c.*) prout accidit, quando appellatur ab executione facta vigore publici instrumenti cameralis, ut guarentigii, docet Geminianus *in* 1
*cons.*99. incipit *super primo, n.*2. *&* 3 Gallecius *in tract.* 12
*de Camerali oblig.*3. *p. in cap. de quæstionibus variis, post pro essam incidentibus n.*3. *&* 10. *cum tribus seqq.* Marquess *de comm.*1. *part. cap.*16 *n* 34. Hieron. Gonzal *in regul de mens. glos* 9 *in annot. à n.*221. Et ratio est, quoniam taliter appellans ab executione facta vigore lite- 12
rarum Apostolicarum, aut instrumentorum cameralium, seu guarengiorum, aut rei judicatæ, præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet & negat consequens, scilicet illorum executionem,& sic nihil agit, ut dicit Geminia, *in d. cons.*99. *n* 3. allegans ad hoc Joannem Monachum, & eandem rationem cæteri citati reddunt

Et præfatæ clausulæ hujus sunt naturæ, ut præser- 13
vet jurisdictionem judicis à quo imò operatur, quòd commissio appellationis à dicta executionis sententia non suspendat, nec impediat, quin judex à quo suam sententiam debitæ executioni tradat, & ut ad ulteriora queat procedere. Paleotus *dec* 58. *n.*1 *quæ ff* 3. *p. diversorum lib.*3. *decis.*412 Marquess. *de commiss.* 2. *part. c* 5. 14
*num.*11 *&* 19. qua extante, potest judex à quo cogere titularem ad solutionem pensionis, ut post Lancelot. *de attent. post inhibitionem* .26. *n.*23. Rota *de is.*641. *n.*10. *&* 11. *p.*1 *divers.* Cæsar de Graff. *decis.*3. *in fin. de re jud.* Marescot. *variar. resol. lib.*1. *cap.*20. *n.*1. qui testatur, ita fuisse resolutum in una Taraconen. villæ de Reus 8. Februarii 1593. coram Card Seraphin & in alia Spoletana responsionis 5. Julii 1599. coram Corduba. 15
nec inhibitio à judice commissario, de causa appellationis cognoscente, emanata afficit judici à quo, ut probant Cæsar de Graff. *de is* 3. *n.* 4. *de sententia, & re jud.* Hieron Gonz *ubi sup a* .224. & Garcia *n.*573. nam illa clausula enervat vim & effectum inhibitionis, imò inhibitio censetur facta subintellecta de conditione, prout in commissione, à qua non aliter re- 16
cipit jurisdictionem. Mandos. *de inhibition. q* 30. *&* 82. 17
Lancelot Robert. *de it. n.*2. *part. cap* 20. *ampliat* 11. *num.*28 Cæsar de Graffis *de is* 33. *num.*4. Nicol. Gracia *ubi supra* 6. *part p* 3. *c.*140 quia inhibitioni dicta conditio inesse videtur (licet contrarium tenuerit Ma- 18
rescot *variar. resol. l.*1. *d. ap* 20 *n.*2) quoniam si judex, cui committitur causa, non habet jurisdictionem nisi executione peracta, ergo non poterit inhibere, ea deficiente, nec impedire judicem à quo, ut exequatur.

Ac propterea & ab hujusmodi inhibitione appella- 19
tioni interpositæ est tanquam licitæ à judice deferendum,& supradictis & quia prælictæ clausulæ limitant, & suspendunt jurisdictionem, quæ detur judici commissionis de appellatione cogniturо, æsar de Graffis 20
*decis.*101. *num.*1. imò talis clausula tribuit jurisdictionem conditionalem & operatur, quòd judex non possit validè procedere in negotio principali, nisi soluta

priùs pensione, Sarnerius in compendio signaturæ *num.*84. Paris. *cons*94. *n.*12. *lib.*4. Joan. Paul. *decis.*61. Puteus *decis.*9. *de pension.* Anton. August. *de clausul. sine retardatione*, &c. *num.*6. Cæsar de Grassis *decis.*8. *n.*1. *de re judica.* Rota diversorum *decis.*301. *p.*1. Maresc. *variar. resol. lib.*1. *cap.*20. *num.*3. qui testatur, ita fuisse dictum in causa Verull. pensio. 29. Maii & 15. Junii 1587. coram Card. Plato & in Romana de Cineiis 23. Junii. 1595. coram Mantica, & de eodem anno in alia Burgen. pensionis 24. Novemb. coram Cardin. Blanchetto, adeò ut per istam clausulam non possit in causa procedi, etiamsi pensio sit verè soluta, sed tamen de solu-
21 tione in actis non constat: quia judex debet esse certus de sua jurisdictione, ita ampliat Maresc. *ubi proximè n.*4. & testatur, ita fuisse tentum in una Tarraconsi. pensio. 15. Novemb. 1593. coram Gypsio & faciunt ea
2 quæ latè à nobis dicta sunt *suprà* 2. *part. in cap.* 10. dum egimus, quando sit deferendum appellationi ab inhibitione.

23 Sed quia multoties ex modo procedendi in exigendis pensionibus soleat qualitas, ac natura rei alterari, seu variari, ita ut sententia appellabilis (ut diximus) appellabilis efficiatur; ideo aliqua utilia & necessaria annectere libuit, ex quibus interdum unum, tum aliud cognoscere queas, illo supposito, quòd aliquando à possessore beneficii, contra quem dirigitur exercitio literarum: legitimam aliquam opponi exceptionem,
24 quæ si admitteretur, ut talis impediret executionem, sive quia gratia est subreptitia, & auditor Cameræ est incompetens, ac per consequens ejus subexecutor, vel exceptio, quæ oritur ex ventre, seu natura ipsius gratiæ, tacitè, vel expressè, purè, vel conditionaliter, quæ allegata, & opposita, saltim incontinenti, & summariè apparet, & constat (secluſa calumnia) tunc executor auditor vel ejus subexecutor excedit si eam non admittens, exequatur, & ab eo potest appellari quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum, probat Guigas *in tract. de pension. d. q.*95. cum Fel. notat. Æmil. Beral. *decis.*333. *p.*1. & idem Guigas *q.*70. Hier. Gratian. *consil.*36. *per tot. lib.*2. & cum Guigante *d. c.*95. *n.*5. idem dicit Maresc. *variar. resol. l.*1. *c.*19. *num. fin.* ubi de excessu exutoris loquitur, Flores de Mena *in pract. q.*12. *n.*44. qui *n.*46. ad nostrum propositum dicit, quòd si oppressus pro hujusmodi appellationis delatione ad suprema tribunalia occurrat, vim fieri declarabitur, & innovata post eam senatores reponi jubebunt,
25 quoniã hac directa via aperta, auditori cameræ servatur illæsa jurisdictio, authoritas, & obedientia debita maximè Gregorius XIII. in Bulla proprio motu; quæ est inter collectas 9. non dat auditori jurisdictionem in prima instantia excedendo metas, & formam rescripti, Rotæque executionis tramitem, & ut nos alibi Deo dante diximus, *infrà*, 5. *p. cap. fin.*

Verùm executioni Bullarum pensionis pariter locus non erit, nec etiam clausula (sine retardatione) aut sine præjudicio legitimæ excutionis) effectum suum
26 operabitur, quoties ex ventre literarum constat, & apparet ex ejus inspectione vitium seu nullitas pensionis, seu aliqua alia exceptio, quæ hanc impediat executionem illarum, Rota *decis.*310. *num.*3. *fuit tentum*, *p.*1. *divers.* Gomes. *in compend. signat. n.*85 & 86. Sarner. *in compend. signat. n.*84. Anton. Augustinus *de clauſ. sine retardatione*, *in princ.* Cassiador. *decis.* 10. *de rescript.* Achil. *decis.* 4. *in fin. eod. tit.* Joan. Hieron. Campanil. *divers. jur. canon. rubr.*11. *n.*13. *n.*286. Maresc. *variar. resol. lib.*1. *cap.*21. *n.*7. ubi allegat Guigantem *de pension. q.*85. *n.*10. & idem Maresc. *q.*22. *n.*18. & *seqq.* qui alios, contrarium tenentes recensel, qui *n.*23. optimè
27 declarat, ut clausula non procedat, nisi pro summa contenta in sententia, ut fuit resolutum in una Romana pensionis 23 Maii 1576. coram Blanchetto, quæ habetur *in decis.*310. *p.*3. *divers.*

Et ista conclusio, qua dixi, exceptionem ortam ex 28
ventre Bullæ illius executionem impedire intelligitur quando gratia est conditionalis; cùm hoc casu visum, seu exceptio nullitatis dicatur oriri ex ventre literarum, & non aliàs, ita declarat Maresc. *variar. resolut. lib.*1. *cap.*22. *n.*19. & nos diximus inferiùs, & ipse *c.*21. *num.*9. post alios, quos allegat.

Secundò declaratur, nisi adsit quasi possessio exi- 29
gendi pensionem, quia tunc non obstante, quòd exceptio oriatur ex ventre bullæ, effectus d. clausulæ (sine retardatione) non impeditur. Cassiador. *decis.*10. *n.*8. *de rescriptis.* Vestrius *in praxi lib.*3. *cap. ult. n.*1. Puteus *decis.*585. *n.*4. *lib.*1. Maresc. *variar. resolut. lib.*1. *cap.*21. *num.*10. & 22. *n.*20. quibus locis testatur, ita fuisse tentum per Rotam in una Burgen pensionis 19. Februarii 1596. coram Blancheto, & in una Sabinens. pensionis
coram Mantica ibi allegata, & hoc ultimum bene li- 30
mitat ipse Maresc. *d. cap.* 22. & 22. nisi ipsa possessio esset turbida, & non clara, vel pensio soluta fuisset per compulsionem, & metu censurarum, ad quod plures Rotæ decisiones adducit in comprobationem, ut tunc non constituit eum in quasi possessione.

Igitur quando executivè agitur, auditor cameræ 31
(executor literarum executorialium) postquam sibi sint literæ præsentatæ, procedit vel per viam monitorii usque ad mandatum executivum, vel per viam processus, fulminando censuras secundùm tenorem Bullæ, & committendo publicationem omnibus & singulis, & cùm clausula (cæterum) Octavia. Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.*2. *c.*4. *à princ.* Camilius Plautius *in tract. de pension. Episcop. à num.*27. *fol.*534. *tom.*5. *tractatuum novorum*, Mandos. *in tract. Domini quæst.*31. *cum seqq. & q.*76. & ille subexecutor virtute clausulæ (cæterùm
processibus fulminatis, *&c.*) debet esse Canonicus 32
Cathedralis vel aliàs in dignitate constitutus, quia est mixtus, licèt summarium, & executivam habeat causæ cognitionem, & formam mandati, ut in terminis advertit Ferretus *cons.*5. & Navar. *in cap. cum contingat de rescrip.*3. *causa nulli.*

Et cùm primum præsentantur prædictæ literæ tam 33
gratiosæ, quàm rigorosæ, seu executoriæ, & si vigore dictæ clausulæ (cæterum) sumitur judex, simul præsentatur prædictus processus fulminatus, vel dumtaxat ipse processus in quo literæ sunt insertæ, quibus præsentatis, pensionario petenti mandatum seu monitorium contra possessorem beneficii, pensione gravati, pro tot ducatis, *&c.* executor jubet dari, literis insertis, vel prædicto processu, ejus virtute assumptus judex, quod quidem mandatum continet ut possessor *infrà* 6. dies, vel alium brevem terminum pensionario tot ducatus debitos solvat, sub excommunicationis sententiis, censuris, & pœnis, *&c.* & infra eundem terminum doceat de solutione, & paritione, & alioquin dicto termino compareat, ad videndum se incidisse in excommunicationem, aliasque sententias, censuras, & pœnas prædictas declarari, facta citatione ad omnes, & singulos actus executionis aggravationem, & reaggravationem, cum communicatione, seu certificatione, quòd sive comparuerit, sive non, ad prædicta & alia, quæ justitia suadeat, ejus absentia, seu contumacia non obstante, procedat, *&c.*

Hoc igitur monitorio, & mandato intimato, aut 34
agitur contra possessorem, qui consensit pensioni, & tunc servatis terminis de stylo curiæ servari solitis, aut accusata contumacia, nisi compareat statim absque alia verificatione (nisi reservatio fuerit conditionalis) datur sententia declaratoria, facta condemnatione expensarum, servata taxatione, ut latiùs videre poteris ex Garcia *de benef.*1. *p. cap.*5. *n.*532. *cum seqq.* & plures allegans Flores de Mena *ubi, suprà n.*24. Si verò reservatio est conditionalis, aut possessor, contra quem agitur, is idem non est, qui consentit pensioni, debet

pensio

penſionarius coram executore oſtendere, & probare, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione, exigendi dictam penſionem, quo quidem relevatur ab onere juſtificandi literas; alioquin verò illas tenetur juſtificare, earumque narrativam, aut conditionem verificare, ex his, quæ ipſe Garcia *ſuprà num.539. & 6. part. c.2. dub.11.* Flores de Mena *ſuprà num.26. & ſeqq.* ubi dicit cum Mandoſio, Caſſiadoro, Gomeſio, & aliis, quòd ſufficiet monitorium auditoris in certo tenore gratiæ, quoad faciendam executionem in bonis ipſius ſucceſſoris, non tamen ad eum declarandum, incidiſſe in excommunicationem & pœnas Bullæ, niſi ei intimetur, ut latiùs ibi per eum. 36

Et ex quo ille, qui eſt abſens à loco judicii, fuit citatus ad totam cauſam, & eſt contumax, alia non erit facienda citatio. Specula. *2.p.tit.de citatione § viſo n.4. & 5.* & ibi Joan. Andr. *in addi. verbo incumbit.* Nicol. Milis *verbo citatus ſpecialiter ad unum.* Abb. *in c. fin. de dilationibus n.9. & ſeqq.* Vantius *in tract. de null. ex defectu citationis, à n.101.* Maranta *de ord.jud.6.p.tit.de citatione n.118.* Gravatius *ad Veſtrium lib.4.c.4.n.15 &* Rota *deciſ.8. de teſtibus aliâ 93 in novis ad fin.* ubi dicit, quod partes ſunt citandæ ad totam cauſam inclusivè, & citationes, quæ poſtea fuerint in curia per audientiam contradictarum, ſeu aliàs potiùs ſunt de urbanitate, quàm de neceſſitate, & rigore juris, ut tradit Hieron. Gonzal. *in gloſſ.9. in annot. n 74.* 37 38

Et tamen ſi citatus comparens allegaverit contra executionem aliquam legitimam exceptionem, velut ſolutionis, remiſſionis penſionis, aut redemptionis, factæ authoritate Papæ, vel ſimilem aliam notoriam, ſeu evidentem, quæ incontinenti poſſet probari, nec longiori indagine indigeret, & tunc debet judex brevem terminum ei aſſignare, cùm ſit incontinenti probanda, non decem dies, quæ in Hiſpania, conceduntur executatis, ſed majorem, vel minorem, prout judex arbitrabitur. Hieron. Gigas *in tract. de pen. quæſt. fin. n.20. & per totam,* & etiam per Menoch. *de arbitr.lib.2. caſ. 9. & 12.* Contar. *in l. unica C.ſi de monem. lim.12.* Maſſa Galleſius *de obligatione Come.4. part. q 1.* Garcia *d. c 5. n.544. & ſeqq.* Flores de Mena *d. q.12.n.32.* ubi dicunt, quòd ſi exceptiones oppoſitæ requirant altiorem indaginem, reſerventur judicio ordinario. 39 40

Unam non omittam examinare, an exceptio litispendentiæ in via ordinaria inter poſſeſſorem ſeu Rectorem gravatum, vel ſuper reformatione penſionis, vel ſuper nullitate, oppoſita coram auditore cameræ, aut ſubexecutore in partibus, à dicto vigore clauſulæ (cæterùm) procedente ad executionem per viam monitorii, & reintegrationis, vel per viam declarationis incurſus cenſurarum (ut dictum eſt) an eandem executionem debeat impedire. Brevibus negativè reſpondeo, imò ea non obſtante poteſt executor ad ulteriora procedere, ſive quando dicta lis pendet ex vi commiſſionis Pontificis cum clauſula ordinaria (ſine retardatione ſolutionis penſionis) ut per Rebuff. *in tract. de pacificis poſſeſſ. n.156.* & per Hieronym. Guigan. *ſuprà quæſt.69.* notat Octav. Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.3.c.fi.n.1.* & idem Guig. *q 85 & 47.* Camillus Plautius *in tract. de penſion.n.2.* Lancelot Robert. *de attent. 2.p.c.10.n.38. & c.17. n.60. & 92.* idem Guigas *q. 39.* Fabius *deciſ.182. in una 3.part. diverſ.* & poſt Marqueſſa. & plures Rotæ deciſiones tenet Joan. Hieron. Campanil. *diverſ. jur. cant. rubr. 11.cap.13.num.285* Staphil. *de liter.juſt.§.in primis n.85.* idem Guigas *quæſt.62.n.12.* Mareſcot. ubi bene explicat. *lib.1.variar.reſolu cap.21. à n.1.* qui teſtatur hic fuiſſe dictum in una Cuſſentina cenſionis 6. Novem. 1596. coram Corduba, in una Romana penſionis, ſub die 18 Junii 1597. coram Pamphilo, & alias plures, quas adducit *num.2.* qui dicunt dictam clauſulam hoc caſu apponi duplici ratione, prima ad obviandum fraudibus, & malitiis, ſolvere recuſantium: altera eſt propter honorem Papæ, ne ſcilicet ejus literæ, in quibus penſio mandatur ſolvi, careant obedientia. 41

In tantum, quod ſi penſionarius tranſtulerit penſionem (quam vigore literarum tranſferre poterat) & titularis dicat, non rectè tranſlatam fuiſſe, & petat committi cauſam ſuper nullitate, datur hæc clauſula, licèt tranſlatarius nunquam penſionem perceperit, dummodo tamen transferens fuerit in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem, Ant. Auguſt. *de penſion. tit. de tranſlat. verſ. clauſula ſine retardatione n.3.* Mareſcot. *ubi proximè d.cap.21. n.4.* qui teſtatur, ita fuiſſe dictum in una Bononien. penſion 17. Maii coram Cardin. Melino. Plures Doctores in propoſito adducit, eleganter loquitur Marqueſſa. *de commiſſion. 1.p.cap.14.num.71. & 72. fol.140* qui poſt alios loquitur in utroque caſu, ſive adſit quaſi poſſeſſio exigendi, ſive non, dummodo facultas Papæ trãſlationis doceatur. Cui convenit doctrina Innocentii *in cap. cum ſuper. de cauſa poſſ. & prop.* quòd novo beneficii poſſeſſori competunt omnia remedia poſſeſſoria pro rebus ſpectantibus ad beneficiũ, etiamſi nunquam fuiſſet in poſſeſſione illarum, dummodo prædeceſſor fuerit in poſſeſſione. Rota *in novis deciſ.4.* Rebuffus *in d. c. cum ſuper pag.225. col.2. verſ. & ideo in illo text.* facit *l.fin. tit 28. p.3.* Mieres *de major.3.part quæſt.6 n.34. in noviori impreſſione,* & quæ dixi *2.n.cap.9.à n.89.* Et quando in tranſlatione penſionis fit reſcribendum cum dicta clauſula, vide latè per Marqueſſ. *ubi proximè à n.58.* ubi plurimos citat Mareſc. *d. c.21.n.17* etiamſi titularis unam pro ſe habeat ſententiam, vide latè Mareſcot. *d.lib.1.cap.22.n.5* quem vide, *& cap.21. n.6.* 42 43

Sive etiam coram judice ordinario præfata lis de reformatione, ſeu de nullitate pendeat, & abſque commiſſione, vel cum ea abſque d clauſula, quoniam adhuc dicta exceptio litis pendentiæ non impedit viam executivam literarum, ut ultra ſupradictos tenet Flores de Mena *in d. quæſt 12. n.31* ſequitur eum, ejus verba referens, Garcia *de benef.d. cap.5. num.225* qui addit, etſi ordinarius executorem inhibuiſſet, quia non poteſt, cùm ſit inferior. Nam dicta clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis) quæ apponi aſſolet in commiſſione appellationis ſuper cauſa reductionis vel nullitatis penſionis ob reverentiam literarum Apoſtolicarum, & calumnias debitorum, ut ex his, quæ Flamin. Pariſ. *de reſign.lib.6.quæſt.2. num.153.* Guigas *q.35. num 9* Rebuff. *de pacificis poſſeſſor. n.156.* Gambara *lib.6 quæſt.17. & 36.* quæ clauſula cùm limitet, & ſuſpendat juriſdictionem, quæ datur judici commiſſario, Cæſar de Graſſ. *deciſ.101. num.1.* & importet conditionem; adeò quòd judex non poſſit procedere niſi priùs ſoluta penſione, tenent Pontan. *de admen. cap.19. n.4.* Marqueſſ. *de commiſſion. 4.p.n.36.* Gomeſius *in compendio. utriuſque ſignaturæ verſ. confirmatur iſta opinio.* Rota *deciſ.816.l.3 part.3. d verſorum,* quod & adhuc procedit, ut etiam facta inhibitione virtute talis commiſſionis Lancelot *de attent.2.p.c.17. n.64. verſ. circa ſcript.* idem *c.20. ampliatione 1. n.28.* nam illa clauſula enervat vim, & effectum inhibitionis, & inhibitio cenſetur facta ſtante dicta conditione prout in commiſſione, & intelligitur repetita. Mandoſ. *de inhibit. q.30. & 82* idem Lancelot. *ap.20. ampliat. 11. n.28.* Cæſar de Graſſis *de iſ.96.n.4.* Gonzal *de alter.gloſſ.9. in annota. n.214* & ſuperiùs dximus, quod aliter erit dicendum & intelligendum, quando dicta clauſula in commiſſione prædicta non adeſt: nam tunc exceptio litis pendentiæ ſuper nullitate, aut reductione oppoſita executioni, ejus progreſſum impediat, ut ex aliis pluribus notat Nicol. Garcia *de benef.1.p.c.5.num.523.* vide *ſup.num.41.* 44 45 46 47 48 49 50

Hoc autem, quod de exceptione nullitatis diximus; ita erit intelligendum, ut ſi non ſit notoria, ac eviden- 51

ter de ea conſtet, ſed requirat altiorem indaginem ſive cùm ex litis pendentia ſimul ſive ipſa ſola apponatur executioni; utique obſtare non tenetur, ex his, quæ per Bart. & Ripam *in l.* 4 §. *condemnatum, de re judic.* Lancelot *de attent. tit. de attenta. nullitate pendente*, & nos his quæ ſurſum diximus, & inferiùs *in cap.* 9. ubi latè,

52 ut puta quando nullitas verſatur circa extrinſeca gratiæ penſionis, videlicet: quando penſio fuit reſervata ex cauſa reſignationis aut ceſſionis juris, & litis, & diſputatur de titulo, & juribus reſignantis, vel de validitate concordiæ, quæ non impediunt, ſed reſervantur judicio ordinario, & procedunt Doctores ſuprà ſecundùm Flores de Men. *d. quæſt.* 12. *n.* 32. quem in hoc ſequitur Garcia *ſuprà num.* 546. & quod d. exce-

53 ptio debeat incontinenti conſtare, poſt alios tenet Joan. Hieron. Campan. *diverſ. jur. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 286. poſt alios quos citat.

54 An verò quando prædicta nullitas verſatur circa intrinſeca ipſius gratiæ; nempe, circa ejus ſurreptionem; vel obreptionem: ſcilicet; quia impetrans, non fecit mentionem de alia penſione priùs conſtituta, quia tunc ſecunda impoſitio nulla judicatur, & ſubreptitia. ut per Caccialup. *in tract. de penſionib. deciſ.* 3. Petrum Gambara 6. *part. n.* 127. Paul. Æmil Veral *deciſ* 310. & 311.

55 *n.* 4. & 311. *lib.* 2. & hæc eſt legitima exceptio ad impediendum executionem, quia efficit executorem omnino judicem competentem, ut concludit Hieron. Gaigas *de pen. quæſt. fin. n.* 13. & per eum elegantèr quidem dicit Flores de Mena *ubi ſuprà n* 33 circa quod æquivocè loquitur Nicol. Garcia *de benef.* 1 *part. d. cap* 5. *n.* 546. ex cujus verbis, vix apertè colligi poteſt; an contra Menam reſpondeat, quod ſi faciat, & reſpondet ad Guigantem allegatum, & dicat, ut ille ſe declarat, *n.* 21. profectò Guidas ibi meliùs ad propoſitum opinionis Flores de Mena loquitur, applicans validiſſima fundamenta, nullo autem pro ſua uſus eſt Garcia.

56 Nam cùm literæ reſervationis penſionis de ſtylo Curiæ regulentur ſecundùm naturam literarum beneficialium, ut teſtatur Guigas *n.* 13. & ideo, prout ipſe

57 arguit, ſi ſurreptio vitiat gratiam, litteræ ſunt ipſo jure nullæ, *c. ad audientiam el.* 2. *de reſcript.* & datio executoris in illis contenta. etiam nulla eſt, nec per illas aliqua tribuitur juriſdictio executori, ſecundùm Ab. & Imol. per text. *ibi, in cap. cùm in noſtris de conceſſ præbend.* Felin. *in cap. fin. quæſt. penult. de præſumpt.* idem *in d. c. ad audientiam* 1. *verſ. literæ beneficiales non dant jus*, &c. latiſſimè Menoch. *de arb. lib.* 2. *cent.* 1 *caſu* 201. *à princ.* & facit *cap. ſi ſuper gratia de reſcriptis lib.* 6. igitur bene concludere, dicendum eſt, Guigantem & Menam, quia cùm auditor non ſit judex competens, ſi ſurreptio coram eo, vel ſub executore allegetur; non poterit ad executionem procedere, lite ſuperdicta ſurreptione, & nullitate pendente, nam aliàs hæc cùm ſit legitima exceptio, executor non admittens excederet notoriè, ac propterea appellans decretum violentiæ obtinebit, & reponet attentata, ut ſuprà dixi.

58 Nec eſt bona illatio, nec bonum argumentum, quod aliàs facit ipſe Nicolaus Garcia videlicet, *n.* 560. *cum ſeqq.* ubi dicit: quòd exceptio nempe, quòd beneficium erat gravatum alia anteriori penſione: non impedit executionem literarum ultimæ penſionis regulariter, nam quamvis certum ſit, ipſam non valere ipſo

59 jure, ſi de prima mentio facta non fuit, etiamſi motu proprio reſervata ſit, ex Caſſiado. Caputa. Mohedano, Mandoſio. Flaminio Pariſio, & aliis, etiamſi prior ſit conditionalis: tamen dicit ille, cùm excipiens teneatur probare, quòd tempore ſecundæ, prima erat reſervata, & quod erat valida ſecundùm Caputa. *dec.* 301. Flamin. Pariſ *de reſig. lib.* 6. *quæſt.* 2. *à n.* 40. Cota *dec.* 110.

60 & 107. iſta exceptio requirit altiorem indaginem. Sed miror tanti viri, hanc namque, quis opponens incontinenti intra terminum datum à judice non verificabit? in ò breviſſimum, cùm probata ſit ex datis utriuſque Bullæ dumtaxat, & ſic non ſequitur, aliqua exceptio requirit probationem, ergo requirit altiorem indaginem, quoniam, ut ſuprà diximus. ad hoc dumtaxat datur à judice executori terminus. licèt brevis, ejus arbitrio, ut appoſita exceptio intra illùm probetur, & ſic nihil mirum, ut contra ipſam fortiter tenendum ſit

61 Et contra opinionem Nicolai Garciæ doctrina Mareſcoti *variar. reſol.* 1. *c.* 21. *n.* 5. urget, ubi dicit, quòd ſi tertius habens penſionem ſuper beneficio, & petat committi cauſam nullitatis prioris penſionis, etſi allegetur paupertas prioris penſionarii: exigetur cautio

62 *juxta l. is à quo. ff. de rei vend.* quia ut ipſe dicit poſt Ab. & alios *in cap. veniens, de teſtib.* locum habet etiam in beneficialibus.

63 Quid autem dicendum eſt de exceptione reductionis penſionis, quando eâ ventre ipſius Bullæ provenit conditionaliter; nempe; dummodo tantam partem remaneat, vel, centum pro Rectore, *&c.* in quo dicendum eſt, quod iſta exceptio admittenda eſt, ad impediendam executionem, ex quo oritur ex ventre ſupplicationis, etiamſi non probetur incontinenti ut determinavit Rota in una Ravenaten tranſactionis 22. Junii

64 1592. quam ad id tradit literaliter Garcia *ſuprà n.* 489. *cum ſeqq. & ſuprà*, in qua fuit reſolutum quòd exceptio quæ oritur ex ventre inſtrumenti etiamſi requirat altiorem indaginem, in quocumque judicio admittitur, etiam ad impediendam executionem obligationis Cameralis, Caſſiador. *deciſ.* 10. *n.* 2. *d. de reſcript.* Sarnerius *in compendio ſignaturæ n.* 84. *& ſeqq.* Acorambonus *deciſ.* 36. *l.* 1. Tiraquel. *de retr. lignag.* 4 *gl.* 1. *n.* 4. Gallefius ad obligationem in forma Cameræ 4. *p. formula* 1. *quæſt. n.* 8. & alias etiam deciſiones Rotæ ibi Garcia refert, & ex aliis pluribus latè ſuprà probavimus.

65 Maximè, quia reſervatio penſionis cum illa clauſula (dummodo remaneant centum pro Rectore,) (ſeu mille pro Epiſcopo) vel dummodo tantam partem fructuum non excedat) eſt conditionalis, de qua in primis, & ante omnia conſtare debet, & verificari, ſive ordinariè, ſive executivè agatur, ut latè ex his, quæ cumulat Nicolaus Garcia, plures allegans, *d. cap.* 5. *à n.* 485. Caſſiador. *deciſ.* 10. *de reſcriptis.* Guigas *quæſt.* 85. *n.* 10. idem *quæſt. fin. n.* 15. & plures deciſiones Rotæ in hoc propoſitum, ad literam refert Garcia *ſuprà à n.* 464. *cum pluribus ſeqq.* late etiam plures Doctores, ac Rotæ deciſiones in propoſito congeſſit Marcheſſa. *de commiſſ.* 1. *p.* 1. *cap.* 14. *num.* 45. *fol.* 137. & latè etiam *eod. c.* 14. 66 quòd eſt additamentum *num.* 79. *cum ſeqq fol.* 153. & ex Gomeſio *in Compendio utriuſque ſignaturæ* dicit Flores de Mena *d. q.* 12. *n.* 42. quòd ſi gratia penſionis aliquas qualitates, aut conditiones contineat: non poteſt executivè executor procedere, niſi priùs verificatis præfatis qualitatibus, & ſi contradictorium judicium, & viam 67 ordinariam requirant, quia tunc auditor tenetur aſſumere partes judicis, ex Felin. *in fin. de præſumptio.* remittendæ ſunt ordinario in prima inſtantia ex diſpoſitione Concilii Tridentini, ut pariter ſit dicendum, 68 quando Rector onere penſionis gravatus per longum tempus; puta, per decennium penſionem non ſolveret, & hac exceptione oppoſita cauſas apparentes non ſolutionis allegando (remiſſa cauſa ordinario) non po- 69 teſt auditor, & executor contra eum procedere via executiva, nec tunc commiſſio appellationis datur cum ſupradicta clauſula (ſine retardatione ſolutionis penſionis) ob præſumptionem, quæ viget in ejus favorem, ut notat Guigas *d. quæſt.* 85. *num.* 2. & per Gomezium *ubi proximè*. Flores de Mena *n.* 41. plures in propoſito citat, & ſequitur Marqueſſa. *de commiſſo part.* 1. *cap.* 14. *el.* 2. *n.* 42. *fol.* 148. & hac ratione vim facere ſubexecutorem in partibus non deferentem appellationi declaratum vidi.

Item

70 Item legitima reputatur exceptio, ad impediendam Bullæ pensionis executionem: quando ipsa imposita fuit super duobus beneficiis, aut pluribus, quæ postmodum devenere ad diversas personas, & possessores:
71 quia scilicet non tenentur ad dictam pensionem insolidum, sed pro rata tantùm, quo casu cùm pensio non possit dici liquida; donec judex cognoscat, quæ sit rata portionis, quæ tangit unumquemque, & discutiat valorem omnium beneficiorum; ideo tanquam exceptio executionis legitima reputatur, quare non rescribitur etiam cum clausula (sine præjudicio legitimæ executionis) vel (sine retardatione, &c.) ita tenent Anton. Aug. *de solut pension. n.2.* Sarnen. *in compendio signaturæ n.88. vers. est & alius casus.* Guigas *de pensio q.85. n.5. & ex constitutis*, & illis Abb. Innocen *de religios. domi. conclusit.* Rota adducta per Sarnen. *ubi proximè.* Paleot. *dec.304. in manuscriptis.* Paris. *de resig. benefic. lib.6. q.4. n.47.* Joan Hieron. Campanil. *divers. jur. cano. rubr.11. c.13. n.287. fol.362.* Marescot *variar. resolut. lib.1. c.21. n.16.* ubi testatur; sic fuisse resolutum in Rota in una Segobien. pensionis coram Cardin. Seraph. sub die 19. April. 1602.

72 Rursus si citatus vigore monitorii comparens opposuerit prædecessorem consentientem pensionis reservationi, non habuisse bonum jus nec possessionem beneficii, quamvis pensionarius adstringatur ad verificationem illius, hoc procedit, quando agitur via ordinaria: secus autem, quando via executiva, quia tunc isthæc exceptio executionem non impedit opposita,
73 ita Rebuff. *de pacificis possess. n.156. alias 137.* quem ita intelligit Nicol. Garcia *d. cap.5. n.515.* quem vide *à n.511.* ubi agit, an, & quando pensionarius bonum jus consentientis teneatur verificare, & quando translatarius pensionis teneatur justificare jus, & titulum trans-
74 ferentis sui antecessoris, latè per Marescot. *variar. resol. lib.1. c.22. à n.24.*

75 Aliter itaque judicandum erit de exceptione, à citato opposita; nempe se non possidere beneficium, super quo pensio reservata est; quia hæc, ut legitima admittenda est, ut probat Bucca, *in tract. de stylo curiæ audito. Cameræ cap.22. vers. quia sibi.* Salustius Tiberius *in praxi auditor. Cameræ lib.3. cap.3. n.6.* Sequitur Nicol.
76 Garcia *suprà n.567.* qui quamvis numeris sequentibus dubitet an ipse pensionarius teneatur verificare: reum conventum successisse in dicto beneficio, & ipsum percepisse fructus, vel steriisse per eum, quominus illos percepisset, anteaquam reus id asserat: tamen quando executatus id opponit, nemini dubium est: ipsum teneri legitimare, cùm est de substantia judicii, & executionis.

77 Quibus adde, quòd exceptio extinctionis pensionis, per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem pensionis, imò, ea non obstante, declarandus est titularis; si non solvit, quia requirit altiorem indaginem, cùm Monachus ex dispensatione possit pensionem retinere, & sic de ea prius est in judicio ordinario cognoscendum, & judicandum, ut tenent Caputaq. *decis. 821. p.1. & dec.223. & 317. p.2.* Guidobonus *decis. 138.* & ita pariter terminavit Rota, cujus decisionē literaliter refert Nicol.
78 Gartia, *d. p.1. c.5. n.548.* ubi id infirmat in exceptione extinctionis per matrimonium subsecutum, allegans alias decisiones, quas quidem omnes & bene ipse *à n.553.* intelligit, & declarat; ut locum habeant in casu, de quo loquuntur, nempe: quando post contractum matrimonii, vel professionem, pensionarius permansit in quasi professione exigendi pensionem, aut etiam quando pensionarius post matrimonium ostendit dis-
79 pensationem, quamvis intricatam, & non claram: quia tunc interim dum in judicio ordinario de ea extinctione non judicetur, solutio pensionis differenda non est, quo deficiente (dicit ille) ista exceptio extinctionis relevans est probata incontinenti, & intra brevem terminum, ab executore assignatum; cùm non requirat altiorem indaginem, sed sit clara, & excludat pensionem; & pensionarium ex Vicamel. *cons. 284.* & ibi latè prosequitur hunc discursum.

80 Et quando exceptio requirit altiorem indaginem; relinquitur arbitrio judicis, regulato tamen ex his, quæ longa manu cumulavit Menoch. *de arbitrar. casu 20. & de recuperanda possessione rem. 1. q.21.* Contard *in l. unica lim. 12. C. si de mom. poss.* Rota *dec.57. n.3. p.2. divers.* ibid. Menoch *lib.2. casu 9. & 12.* & de his etiam regulato quæ hucusque diximus, & plures exceptiones alias
81 quæ executioni possunt opponi, vide per Guigantem *de pension. q. fin.*

82 Memineris tamen, quod dicit Flores de Mena *in pract. d. quæst. 12. n.25.* cum Camelio Plautio *in tract. de pensioni. Episcopal. à n.27. fol.534. tom.5. tract. novorum*; quod subexecutor vigore clausulæ (cæterùm) non posset procedere executivè contra bona debentis pensionem, quia hoc sibi commissum non est: sed solum potest publicare censuras fulminatas ab auditore Cameræ in casu non solutionis, & denuntiare debitorem excommunicatum & præcipere aliis: ut eum denuntient, & evitent, aliàs excederet, & posset propterea ab eo appellari, quia meritò contra eos resolvit Nicolaus
83 Garcia *ubi suprà 1. p.c 5. n.185. & sursum*, ex eo quòd executor auditor committit illi suas vices absolutè pro executione pensionis, prout ipse Flores de Mena sentire videtur, *n 30* quod corroboratur ex eo, quod superiùs diximus, ideo hunc subexecutorem debere esse in dignitate constitutum; quia mixtus est, non merus executor.

84 Sis & illius sententiæ memor: quòd cùm ad denuntiationem & publicationem excommunicationis hujusmodi requiratur prævia declaratoria illius, ad Guigantem *q.78. n.4.* ut nec ex eo causa efficitur appellabilis, cùm sit executiva, secundùm Nicolaum Garcia *d.c.5. n.586* contra Camillum Plautium *loco proximè citato*, nec ab hujusmodi declaratoria appellationi interpositæ non deferens vim facit executor, & ultra Nicol. Garcia idem affirmat Marquef *de commiss. 1. p.*
85 *c.14. n.1.* quòd commissio appellationis à declaratoria censurarum latarum pro executione literarum Apost. nisi cum clausula (parito brevi) quia appellatio à declaratoria lata vigore processus executivi, cùm careat suspensivo effectu, nisi cum dicta clausula non rescribi, ne suspendatur, & impediatur executio literarum, allegat etiam Cassiadorum *decis. 10. de rescriptis.* Staphil. *de uter. justitiæ c. prædicta n.13* Pureum *dec.41. p.1.* quia cùm declaratoria incidat in judicio executivo, præcisè debet ejus natura vestiri, propria amissa,
86 *cap. accessorium de r. gul. jur. lib.6.* Et quia cum causa est executiva, omnes ejus articuli sunt executivi, ut pluries dixi, & vide quæ nos latiùs *infrà lib.4. c.5. de compulso, vers. circa quod notab. adverte, & c. à n.60. cum seqq.* de quo articulo etiam latè & luculenter diximus *suprà lib.2. c.3. per tot.*

87 Et ampliùs circa ea, quæ dixi *suprà*; adverte, quòd quando fructus Parochiales devenerunt in diminutionem post reservationem pensionis factam; potest peti reductio, & ejus reformatio coram ordinario sine speciali rescripto, & commissione Papæ, etiamsi pensio fuerit reservata per ipsum Papam, quia intelligitur rebus sic stantibus, Decius *cons. 335.* Aymon. *cons. 195. n.4.* Tiraq. *in l. si unquam de revoca. don. in princ. à n.166. & 161.* Guttierr. *de jura. confirm. 1. part. cap.71. n.6.*
88 quando verò à principio isthæc reservatio per Papam facta fuerit excessiva, quia tunc de ejus reformatione non potest tractari per ordinarium, nec legatum, nec alium judicem nisi ex speciali rescripto Papæ, videndus Garcia *d.c.5. num.440. & 441. & superiùs 368.* ubi etiam agit in qua quantitate pensio reservanda sit,

tam in beneficiis simplicibus, quàm in curatis & Episcopalibus, hæc ad nos attinent, cætera autem pensionis materia suos habet authores, illos require in necessitatibus.

Et de pluribus aliis exceptionibus, quando locum habeant in pensionis executione, & de effectibus quasi possessionis in illius exactione, & quando rescribatur vel non rescribatur, cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) vel (sine præjudicio legitimæ executionis) & de natura, & de variis effectibus illius clausulæ, de alius pluribus de materia judiciali in exactione pensionis, vide ultra Nicol. Garciam & Flores de Mena loco pluries citato, Marquessa. *de commiss. appellatio in causa pensionis c.14. per tot. 1.* scilicet & *2.* quod in duas partes divisit. *1. part. fol. 133. um seq. & fol. 142. cum seqq.* amplissimè, Marescotum *var. resol. lib. 1. c. 21. & c. 22.*

CAPUT IV.

A secunda sententia revocatoria prioris, sive contra actorem, sive contra reum lata in judicio sui natura privilegiato & non admittente appellationem; an ei interpositæ non deferens judex vim faciat & quid à prima lata contra agentem, & eandem viam privilegiatam intentantem.

SUMMARIUM.

Sententia lata contra agentem aliqua via privilegiata, & non admittente appellationem an illam admittat quoad utrumque effectum, n.1.

Sententia in secunda instantia lata in favorem agentis via privilegiata revocatoria prioris contra illum latæ, an executioni sit mandata non obstante appellatione, ibid.

Sententia secunda revocatoria primæ privilegiatæ, & jam executæ, an sit pariter executioni (altera revocata) mandata appellatione non obstante, ibid.

Sententia lata contra intentantem viam executivam, remedium possessorium, & petentem alimenta & similia, appellationem admittit quoad utrumque effectum, n.2.

Sententia lata contra petentem missionem ex l. si de edicto D. Adr. permittit appellationem suspensivam, n.3.

Idem est in sententia negativa lata in aliis possessoriis remediis, n.4.

Sententia lata contra actorem petentem alimenta licita est appellatio suspensiva, n.5.

Appellari non licet, quando agitur de convertendo frumentum in usum militum & subsidium annonæ, n.6.

Sententia negativa distributionis annonæ in usum militiæ admittit appellationem quoad utrumque effectum, n.7.

Sententia lata contra mulierem petentem dotem recipit suspensivam appellationem, licèt lata in ejus favorem non suspendatur, n.8.

Præceptum de solvenda pensione licèt non admittat appellationem, tamen ubi negatur, ipsum præceptum ad pensionem agenti, licita est quoad utrumque, quia cessat privilegium, n.9.

Sententia de non exequendo rem judicatam aut obligationem Cameralẽ permittit appellationẽ suspensivam, n.10.

Licèt alii contra inadvertenter & promiscuè dicant, à præcepto de exequendo, & non exequendo non dari appellationem, ibid.

Ratio redditur fundamentalis, quare detur appellatio suspensiva actori intentanti actionem privilegiatam, & portanti sententiam negativam, cum affirmativa non suspendatur, n.11.

Senatus regius aditus per viam violentiæ quotidie decernit. vim facere judicem non deferentem appellationi emissæ à sententia negativa latæ contra agentem aliqua via privilegiata, scilicet executiva, n.12.

Dilatio decem dierum in via executiva debitori assignata, ut intra illam suas probet exceptiones, cùm sit in favorem actoris limitata, potest eo desiderante prorogari, num.13.

Text. in c. fin. de mut. petitionibus interpretatur, n.14.

Appellatio prohibita in causa conventionis, an censeatur prohibita in causa reconventionis, n.15.

Clausula rescripti ad lites (appellatione remota) si respicit totam causam, est communis Actori & Reo n.16.

Rescriptum ad lites est commune, & regulatur secundùm jus & justitiam, ibid.

Actor & Reus non debent ad imparia judicari, nec actori licere, quod reo licitum non existat, n.17.

Æqualitas in judicio semper est servanda, n.18.

Correlativo in uno si sit prohibita appellatio, in altero ex correlativis intelligitur prohibita, n.19.

Rescriptum quo prohibetur appellatio, pariter operatur in præjudicium actoris ex rei capite æqualitatis servandæ in utroque, n.20.

Appellanti ne tradatur possessio suo adversario, pariter nec ei tradenda erit, n.21.

Causa conventionis si est tractanda summariè vigore rescripti pariter summariè tractanda est causa reconventionis, num.22.

Clausula (appellatione remota) apposita in commissione primæ instantiæ, censetur repetita in commissione appellationis, n.23

Clausula (appellatione remota) idem operatur, quando virtualiter subintelligitur in secunda commissione, ut puta quando refertur ad aliam, à qua virtutem & potestatem recipit, ibid.

Causa quando est summaria, omnes ejus articuli etiam summarii sunt, n.24.

Clausula appellationis prohibitivâ non intelligitur repetita in alia persona, quando diversitas rationis aliud specialiter judicat, quia in una ex partibus tantum favor, aut odium dumtaxat viget, num.25.

Agens privilegiata via si sententiam contra se reportet, appellat suspensivè, si autem reus illam reportet, non quia in utroque diversa favoris militat ratio, n.26.

Sententia lata contra agentem via privilegiata, qui ab ea appellans revocatoriam illius obtinuit, hæc secunda revocatoria erit executioni mandanda, n.27.

Exemplo comprobatur in executione instrumenti guarentigiata, ibid.

Executione denegata vigore brevis per subexecutorem à quo appellatur potest judex Rotæ justificato constito brevis, illud exequi, quẽadmodũ poterat judex à quo, n.28.

Sententia lata in favorem rei conventi de spolio intentato, si in causa appellationis revocetur hæc secunda sententia lata in favorem actoris, mittatur executioni non obstante appellatione, n.29.

Sententia secunda affirmativa, & revocativa prioris negativæ si simul lata sit declarando primam nullam, an mereatur executionem, n.30.

Judex ad quem appellatum est in provisione Parochialis ob aliquam legitimã causam anteaquam ordinarius proviserit vel tradiderit possessionem, aut tulerit sententiam, declarans bene appellatum, ac prævio concursu dignior ẽ eligat, poterit hic possessionem vacantem tradere, n.31.

Concursu & electione Rectoris facta per ordinarium differentem possessionem aliqua justa causa, si superior de appellatione cognoscens interim revocato concursu, & electione, potest suam sententiam executioni mandare, & aliquem in possessionem mittere vocantem, non obstante appellatione, n.32.

Favor appellationis prohibitæ in Parochialibus non est inductus propter provisum, sed propter Ecclesiam vacantem, & ita quocumque vadat Ecclesia vacans, replenda erit Rectore, qui tunc provisus reperiatur, n.33.

Privilegium

Privilegium exequendæ ſententiæ ubi conceditur tantùm ratione perſonæ, ſcilicet, creditoribus, alimentariis, & in poſſeſſoriis & ſimilibus, ſi prima ſententia pro eis lata non fuit executa, ſi interim in gradu appellationis revocetur, non poteſt exequi, nec etiam revocatoria ex ratione aſſignata, n.34.

Senatus, ad quem recurritur per viam violentiæ, quotidie declarat, vim non fieri appellationi non deferendo interjectæ à ſecunda ſententia revocatoria prioris, ſi ejus virtute mittatur aliquis proviſus in poſſeſſionem vacantem beneficii, & ita communiter practicatur, n.35.

Judex appellationis in beneficio curato vacante dicitur primus judex, & loco ordinarii ſubrogatus cujus jure uti licet, n.36.

Ratio propter quam ſententia in Parochialibus exequitur, durat in qualibet inſtantia, qua beneficium adhuc ſit vacans, ex quo nullus dejicitur de poſſeſſione, ibid.

Sententia lata in favorem creditoris in via executiva, quando nulla præceſſit executio in ſecunda inſtantia an exequatur, n.37.

Devolutio beneficii fit ad ſuperiorem cum omni ſua cauſa, oneribus, & qualitate requiſita in ſui principio, n.38.

Sententia addictionis executionem deſiderans nihil intereſt, à primo, an ſecundo judice appellationi lata ſit, ut exequatur, n.39.

Judex appellationis ſuccedit in locum prioris judicis, n.40.

Judex appellationis poteſt facere ea omnia, quæ poterat primus judex, n.41.

Cauſa, quæ eſt ſummaria in prima inſtantia, pariter & in ſecunda ſummaria erit, n.42.

Clauſula quod ſummariè procedatur, ſi fuit appoſita in commiſſione primæ inſtantiæ, tacitè intelligitur repetita in commiſſionibus aliarum, n.43.

Sententia prima ſi vulneravit inſtrumentum guarentigiatum ſcilicet, declarans illud falſum aut uſurarium, ſecunda revocatoria illius non meretur executionem, donec obtineat creditor tres conformes ſententias, n.44.

Executiva via ſi ſemel fuit vulnerata, non ſignatur commiſſio cum clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis,) n.45.

Executio ubi denegata eſt ex eo, quòd inſtrumentum eſt vulneratum, expectantur tres conformes ſententiæ, ſecus ubi ex alia cauſa denegatur non tangente vires inſtrumenti, n.46.

Executio quando denegatur ob aliquam nullitatem reſervato jure creditoris, conſultiùs faciet ex integro executionem repetere, quàm appellatione uti, n.47.

Appellationi à ſecunda ſententia revocatoria primæ privilegiatæ, & executioni jam traditæ erit deferendum omnino, n.48.

L.4.tit.21.lib.4.recopil. ponderatur, ibid.

Sententia, qua eſt reus condemnatus, nititur ſententiæ aut inſtrumento habenti executionem paratam & privilegium, at ſententia ſecunda, qua actor condemnatur, illi non nititur, ſed ejus privilegio repugnat, n.49.

Sententia ſecunda lata contra actorem revocatoria prioris executivæ virtualiter eſt negativa executionis, quo caſu etiam in prima inſtantia actori licet appellare, n.50.

Sententiæ addictionis ſi nulla ſeu iniqua ſit manifeſtè, an judex de appellatione cognoſcens queat ea neglecta, ſuam exequi, & quo caſu, n.51.

Sententia judicium ordinarii, cujus virtute ut magis idoneus electus fuit in poſſeſſionem Parochialis miſſus, licet ſit in cauſa appellationis revocatum, non amovetur a poſſeſſione, donec per tres ſententias conformes vincatur, n.52.

Et ab hac revocatoria appellationis per poſſeſſorem emiſſa eſt deferendum, ibid.

Proviſus ad Parochialem per ordinarium non eſt à poſſeſſione avocandus, etiamſi judex appellationis nullum & notoriè injuſtum declaret ordinarii judicium, n.53.

Proviſio Parochialis per ordinarium ſi eſt ſortita effectum, & tradita poſſeſſio, à ſecunda ſententia illius revocatoria emiſſæ appellationi per poſſeſſorem eſſe deferendum, quotidie decernitur in Senatu Regio, vimque facere judicem eam exequi volentem, n.54.

Res poſtquam ſemel prohibitionem evaſit, ſe nper remanet libera, n.55.

Res ſemel effecta alienabilis, ſemper remanet alienabilis, num.56.

Res ſemel alterata natura, ſemper remanet alterata, n.57.

Res quæ ſemel exivit de trunco, & de familia, non dicitur amplius eſſe de trunco, quominus retractui locus ſit, n.58.

Cauſa ſemel facta ordinaria, & appellabilis, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis, n.59.

Executioni locus non eſt, nec pœnitentiæ, ſi creditor qui potuit agere via executiva, cœpit agere via ordinaria, n.60.

Sententia prima lata in curia contra poſſeſſorem beneficii ſequeſtrum apponitur, tamen licèt ipſe poſſeſſor ſecundam pro ſe obtineat, non revocatur ſequeſtrum, n.61.

Parochialis proviſio & poſſeſſionis traditio nec ſuſpenditur per appellationem, nec poſſeſſor amovetur, donec per ſententias vincatur, ubi referuntur & ponderantur verba conſtit. Pii V. n.62.

Stylus Curiæ Romanæ obſervat, quòd lata ſententia ſuper executione Brevis, inſtrumenti Cameralis, aut literarum Apoſtolicarum, eamque exequitur, licèt in Rota feratur illius revocatoria, non mandatur executioni, ſed appellationi ab ea defertur, & donec executoriales relaxentur, in omnibus ſuperſedetur, n.63.

Sententia prima, qua executioni petitæ locum non fore, eſt declaratum, & inſuper Actor in expenſis damnatus, licèt pariatur appellationem, tamen expenſarum reſpectu mittenda executioni, n.64.

Sententia pro Actore in alimentis, aut via executiva lata cujus executionem omiſit petere, & lata eſt ſecunda ſententia illius confirmatoria, poterit ejuſdem petere executionem non obſtante appellatione, quia nec efficitur appellabilis, nec cenſetur ejus privilegio renuntiare, n.65.

Secus è converſo, quando prima pro actore lata nondum executa, ſecunda illius revocatoria lata eſt, quia tunc prima non exequitur in ſecunda inſtantia, n.66.

Quæ doctrina fallit in Parochiali vacante, ibid. remiſſivè & n.33. cum ſeqq.

Rotæ deciſio refertur, ut ſecunda ſententia revocatoria primæ executæ in Parochiali non ſit exequenda appellatione remota, n.67. & 52.

Alia ſummaria deducuntur ex dec. ibid. uſque ad 88.

CApitulum hoc tres habet inſtantias. Prior, an à ſententia lata contra agentem 1
aliqua privilegiata via, non permittente ſcilicet appellationem ipſi ut appellatio permiſſa quoad utrumque; ita ei non deferens, vim judex feciſſe dicatur. Secunda, an hoc privilegiato obtinente in ſecunda inſtantia appellationis ſententiam in ejus favorem, & ſic revocatoriam primæ, an hæc ad executioni mandanda, non obſtante appellatione, per adverſarium ab ea interpoſita. Tertia & ultima ſit inſtantia: an ſcilicet ſecunda ſententia revocatoria primæ privilegiatæ, & ut talis, effectualiter executæ: an revocata priori executione, ſit pariter executioni mandanda, non obſtante executione ab ea emiſſa.

Circa primam autem inſtantiam illud brevibus feram: 2
ut à ſententia lata contra intentantem privilegiatum aliquod remedium, putà, petentem alimenta, agentem poſſeſſorio, vel petentem executionem vigore obligationis cameralis, aut guarentigiatæ, & ſimilia, ei ſit adeò licita, & permiſſa appellatio, quod ſi interpoſitæ judex non deferat: vim faciet evidentem, ita probat Angel. *in l. quiſquis, C. quorum appell. non recip.* quem ſequuti ſunt Jacob. à S. Georgio *in l. fin. n.36. de edicto D. Andr. tolen.* ubi etiam Zuchard. *n.433.* idem etiam cenſuerunt Tiraquell. *in tract. le mort ſaiſit le vif. part.5. declarat.6. n.3.* Petrus Dueñas *in ſuis regulis regula, 44. fall.1.*

*fall.*1. Menoch. *de adipiſcenda poſſ. rem.*4. *num.*876.ubi
3 dicunt, quòd etſi in remedio *l. fin. D. de edict. D. Adr.* lata ſententia in favorem actoris petentis, ſe immitti in poſſeſſionem, appellatio non ſuſpendat: tamen hoc non procedit, nec locum habet, quando contra ipſum actorem, ut ſcilicet, immiſſioni locus non foret, & in favorem rei lata eſt ſententia, quoniam tunc ab illa per actorem licet appellare quoad utrumque effectum devolutivum & ſuſpenſivum, ſimul quæ opinio eſt Alexandri originalis, & eſſe ſtupendum, & elegans dictum, dicit Jacob. *ubi proximè*, qui ſe ita obtinuiſſe in praxi teſtatur. Sequitur Joſeph. Ludov. *deciſ.*20.*n.*23 Petrus Surd. *tract. de aliment. tit.*8.*privil.*60.*n.*26.*in fin. & n.*27. Lancelot. *de attent.*3.*part.c.*28.*n.*89.*fol.*448. Ruginell. *tract. de appell.*§.2.*c.*3. *ſub n.*649. *verſus fin. verſ. appell.* Sequitur eam poſt plures authores Achil. Perſonal. *de adipiſcend. poſſ. n.*343. & 344.& per Angelum ſequuntur à Jacobino de Sanct. Georg. *in l. quiſquis in fin. C.*
4 *quorum appell. non recip.* & alios etiam firmat Mareſc. *var. reſol. lib.*2.*c.*75.*n. fol.*136. (licet aliqui contrarium teneant) & generaliter in omnibus poſſeſſoriis plurimos citat Eſcacia *de appell. q.*17. *lim.*6. *mem.*6. *n.*38. & 133. idem firmantes.

5 Et facit, quòd dicit Alexand. *in l. fin. ff. de appell. recip.* quod licèt appellari non liceat à ſententia, lata in favorem alimenta petentis: tamen à ſententia ea denegante, & ſic adversùs eum, ei ſit omnimodo permiſſa quoad utrumque effectum. Sequitur Menoch. *ubi ſup. num.*878 Petr. Surd. *in tract. de alim. tit. & privileg.*60.*à n.*34. & *n.*33. Angel. *in l. fin. ſub n.*1. *ff. de appel. recip.* Eſcacia *de appell. q.*17. *limit.*7. *n.*19. Cæſar Contar. *in l. unica lim.*17. *n.*19. *C. ſi de mom. poſſ.* Ruginell. *tract. de*
6 *appell.*§.1.*c.*3.*n.*68. & probatur, quoniam licèt quando agitur, de convertendo frumentum in uſum militum, in ſubſidium annonæ, non permittatur appellare, *l. fin. ff. de app. recip.* tamen à ſententia negativa, qua eſt dictũ
7 annonam non eſſe diſtribuendam in uſum militum, licita eſt appellatio, Eſcacia *ubi proximè d. q.*27. *limit.*7. *n.*20 Angol. *in d. l. fin. ſub. n.*11. Contar. *d. lim.*17. *n.*19. Ruginell. *ubi proximè n.*70. Marqueſſ. *de commiſſ* 1.*p. c.*18.*n.*19 *fol.*210. Bald. Novel. *in tract. de dote* 9.*p. priv.* 7. *ad fi. verſ. & hoc intelligo*, dum ſcribit, quod etſi quan-
8 do mulier agit pro dote & in favorem ejus fertur ſententia, non ſuſpendatur per appellationem, quando mulier eſt pauper: tamen aliud eſſe dicendum, quando ſententia eſſet lata adversùs eandem mulierem, quia tunc appellatio ei permittitur, quem referunt Menoch. Gratianus, & Surdus *ſuprà*, & de alimentis idem dicit Marcheſ. *de commiſſ.* 1 *p. c.*18. *à n.*17. *fol.*210.

9 Facit etiam, quia licèt præcepto de ſolvenda penſione non admittatur ſuſpenſiva appellatio itaut ſemper in commiſſione appellationis ab ea apponatur clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis prout *ſuprà* latè diximus *c.*3. præcedenti.) tamen hoc non procedit, quoties lata fuit ſententia adversùs penſionarium, ſive penſionem petentem, quia tunc datur appellatio ſuſpenſiva & ſimiliter denegatur clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis) quia cùm ſententia ſit negativa, non eſt quid exequendum, quia ceſſat privilegium: ita animadvertit Marcheſſ. *de commiſſ. appell. in cauſa penſion.*1.*p. c.*14. & 2.*n.*59. *fol.*150. ubi teſtatur ita reſolviſſe Rotam in una Nucerina penſionis, *&c.*

10 Et probatur etiam, quia licèt à mandato de exequendo, & executione non appellatur ſuſpenſivè, ſecundùm quæ latè dixi *infrà* 4. *p. c.*1. tamen à ſententia negativa; ſcilicet de non exequendo rem judicatam, aut obligationem Cameralem appellatio permittitur quoad utrumque effectum, gloſſ. 1. *in l. ab executione C. quorum appell. non recip.* & ibidem Bart. *ſup. n.*1. Salicet. *ſub n.*2. & 3. Eſcacia *de appell. q.*17. *limit.*10. *n.*20. & *lim.*9. *n.*50. ubi vocat rem claram, & ſine controverſia, Ruginel. *tit. de appell.* §.2. *c.*3. *n.*157. Carrocius *exceptione* 44. *ſub n.*73. qui plures citat. Marqueſſ. *de commiſſ.* 1. *part. c.*16. *n.*19. *fol.*196. *in* 2. *impreſſione*, & Eſcacia *d. lim.*9. *n.*58. *verſ. his non obſtantibus*, dicit receptam in praxi hanc opinionem, quoniam in hoc caſu militat ratio differentiæ, & ita communiter practicatur, licèt aliqui inadvertenter contrarium dicant, promiſcuè firmantes, à præcepto de exequendo, aut non exequendo denegari appellationem, prout eſt Bald. *in d. l. ab executione ſub n.*4. & ex Antonio de Butrio tenet Bald. Novell. *tract. de dote p.*6. *privil.*2. *in fin. tom.*9. *fol.*193.

Rationem autem omnes ejus doctrinæ reddunt; etenim ratio illa unica, & finalis prohibitiva appellationis 11
à ſententia affirmativa, illeque favor & privilegium actioni intentatæ ab actore, & ejus favore inductũ, ceſſat, minimeque viget, nec concurrit in ſententia negativa: ut putà in alimentis datis, ideo non admittitur appellatio, ne interim fame pereat actor, & in poſſeſſorio adipiſcendæ illa celeritas mittendi hæredem juſta ratione inducta, & à lege conſiderata non militat in reo impugnante hanc miſſionem: in cujus favorem ſententia negativa lata eſt, & ſic appellationis prohibitio non procedit à pari in utroque caſu, actore ſcilicet, & reo, quæ ratio comprobatur *ſuprà n.*26. & *à n.*75. *cum ſeqq.* Imò ſi non admitteretur appellatio, alimẽtario putà, ſeu adipiſcenda utenti nunquam miſſio locum, nec effectum ſortiretur, & inducta ad unum finem, contrarium effectũ operaretur, contra *l. quod in favorem, C. de legib.* & quod in favorẽ eſt alicujus non debet in ejus odium retorqueri, cùm ceſſante ratione legis ejus, ceſſet diſpoſitio; *l. quod dicitur de regulis juris, §. quamvis, ff. de jure patr. l. cum pater.* §. *diſtinctis, ff. de leg.* 2. *l.* 1. §. *hujus rei, ff. de off. ejus cui mandata eſt jurisdict. & cùm ceſſante, de app.* & contrariorum eadem eſt diſpoſitio, ſi in utroque eadem militat ratio, ut latè per Everard. *in loris legal. in fine à contrariis*, & tandem appellatio cenſetur permiſſa, ubi expreſsè non prohibetur, gl. *in l. qui rem alii, ff. de rei vind.* cum vulgaris, maximè cùm nec ratio prohibitionis hoc inducat, & ita ab opinione Alex. nec in judicando, nec in conſulendo, recedendum eſſe firmat Menoch. *ubi ſup. n.*877. adversùs Bart. *in l.* 2. *n.*5. *ff. de appellat.* Alb. & Caſtrenſ. rem hanc conditionaliter abſolventes, & ita quotidie practicamus in ſupremis prætoriis, adhibitis per hanc viam violentiæ, & ut clarum ac cognitum 12
tonſoribus, vim fieri ab Eccleſiaſtico judice negante delationem, ſimili appellationi, quidquid incontrarium & cum Bart. dixerit Contard. *in repetitione l. unic. C. ſi de momen. poſſ. lim.*17. *n.*2. & 4. & Puteus *dec.*316 *lib.*2.

Ex his apparet, ut dilatio decem dierum data à lege 13
Regia debitori, ut intra illam ſuas legitimas exceptiones oppoſitas adversùs inſtrumentum guarentigium, & ejus executionem probet, ita limitata ad illum brevem terminum; ne verſutiis debitores eum trahant, ſolutionemque procraſtinentur: ut poſſit dicta dilatio prorogari deſiderante creditore juxta regulam *d. l. quod in favorem, C. de leg. l. nulla. ff. eod. tit. l.*3.§ *duæ cauſæ, ff. de Carboni. edicto*, & ita per Monteroſum validis ad id adductis rationibus firmat Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidian. c. fin.* 5. *n.*§.10. *n.*13.

Et ex his venit interpretandus, & intelligendus text. 14
alias difficilis *in cap.*2. (qui eſt finalis) *de mutuis petitio.* ubi in hæc dicitur: Sanè conſuluiſti nos, utrùm cùm cauſa appellatione remota committitur, & reus coram eodem judice actorem reconvenerit, & actor ſuper reconventione appellationis obſtaculum interponit: an ſit hujuſmodi appellationi deferendum. Nos verò ita ſentimus; quod cùm actoris, & rei eadem ſit conditio: & uno eodemque jure circa appellationis remedium debeat uterque cenſeri; ſicut deſiderat actor, ut ſibi juxta mandatoris reſcriptum juſtitia appellatione remota: eodem modo reconvenienti debet in ſua juſtitia reſpondere, *&c.* quo apparet appellationem prohibitam in cauſa conventionis, cenſeri,

etiam

etiam prohibitam in causa reconventionis, secundùm gl. 11. *ibi*, ubi Abb. & omnes. Philip. Franch. *in c. pastoralis n. 6. de app.* Magon. *in dec. Lucen.* 52. *n.* 14 Lancel. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 53.* latè prosequitur Giurba *d ec. 3. per tot. 1. p.* Cæsar Contard. *in l. unica limit. 17. n. 5. C. si de mom. possess.* ut intelligatur, quando ipsa clausula prohibitiva respicit totam causam, & est
16 generalis, ut scilicet in causa, & negotio procedatur appellatione remota. Et quia cùm rescriptum ad lites sit commune, & reguletur secundùm jus, & justitiam, ideo quod quisque juris in alium statuit, eodemmet uti debet, *l. 1. ff. quod quisque juris*, nec debet actor, & reus ad imperia judicari, *l. fin. C. de fruct. & litium expens.* & non debet actori licere quod rec licitum non existat. *l.*
17 *non debet 41. ff. de reg. jur. c. non licet 31. eod. tit. l. 6.* quia in judiciis semper est servanda æqualitas, *l. fin. C. de procur. c. statutum §. insuper de rescript. in 6. c. in jud. 22.* &
18 ibi per Dinum, & alios *de reg. jur. l. 6.* Aimon. *cons. 133. n. 7. & seqq. lib. 1.* & quia prohibita appellatio in uno ex correlatis, censetur prohibita etiam in altero, Rugin. *tract. de appell. §. 2. c. 3. n. 230.* Magon. *dec. Lucens. 8. in*
19 *causa Vincentii n. 8.*

Et hinc est, ut si quis impetraverit rescriptum, per
20 quod removetur appellatio eadem appellationis remotio etiam intelligitur, tam in præjudicium ipsius impetrantis, quàm ipsius adversarii ex hoc capite æqualitatis servandæ, optimè Fel. *in rubr. de rescript. n. 2. post princ.* Bald. *inc. 1. n. 21. de rescript.* Contard. *in repetit. l. unic. C. si de mom. poss. fruct. limit. 7. n. 9. & 10.* ubi in proposito adducit Surd *de alim. tit. 8. priv. 60. n. 32.* quò pertinet, quòd quando quis appellat, ne tradatur possessio
21 adversario suo nec ipsi appellanti tradenda est. Achil. de Grass. *dec. 18. n. 2. sub tit. de appell.*

Cujus etiam est farinæ, ut si actor obtinuit per res-
22 criptum, ut causa de sua natura plenaria, agitetur summariè, erit idem si in eodem judicio impetrans reconveniatur ab adversario; namque pariter in reconventione summariè agendum est, gl. *in clem. sæpè in verb. voluerit. de verb. signif.* sequitur Domin. *in c. 1. col. 2. de dolo & contumacia lib. 6.* Abb. *in d. c. fin. col. 2. de mutuis petit.* ubi etiam Fel. *& in rubr. de rescript. sub num. 2.* qui utroque loco multa de æqualitate inter reum, & actorem servanda, conduxit exempla.

Quò etiam pertinet, ut clausula (appellatione remo-
23 ta) posita in prima commissione tacitè intelligitur repetita etiam in secunda commissione, data vigore appellationis, & prout habebat commissio primæ instantiæ, ut post Anton. de Butr. *in c. pacto, de off. deleg.* & Bald. *in l. si actor. C. de appell.* eleganter considerat Æmilian. *in cons. 68. in causa appellans, n. 7.* Lanc Robert *de attent. 2. p. c. 12. limit. 8. n. 7.* ubi dicit, idem esse dicendum, quando virtualiter hæc clausula intelligitur in secunda commissione; puta, quando refertur ad aliam cujus vis, virtus, & potestas, censentur in secundum translata, ac propterea dicta clausula appellatione remota, apposita in rescripto ab uno impetrato, in causa conventionis, repetita censetur in causa reconventionis, quia
24 est clausula realis comprehendens totam causam, & negotium, quemadmodum aliàs solemus dicere, quòd quando causa est summaria, omnes ejus articuli summarii sunt, ut & nos latiùs variis in locis diximus.

Tamen hæc clausula appellationis prohibitiva, imò
25 & omnia dicta &c. cumulata non procedunt, nec locum habent: quando odium, aut favor specialiter in una ex partibus dumtaxat degat, & vigeat, diversitasque rationis aliud specialitatis inducat, ut eleganter dicit Bald. *in c. 1. in fin. de rescript.* Abb Panor. *in d. c. fin. n. 2. de mutuis petit.* ubi etiam Felin. & per eundem Abb. ita illum, *in d. c. 2.* qui est finalis, *de mutuis petit.* interpretatur Parlador. *lib. 2 rerum quotidian. cap fin. 4. part. §. 10. sub n. 16.* idem videtur sentire Surd. *in tract. de alimen. tit. 8. priv. 60. num. 33. & suprà*, & quidem optimè idem Felin. *in rubr. de rescript. à n. 1.* & præsertim *n. 2. ad finem*, & nullo citato idem respondet Escacia *l. appl. c. 17. l. m. 9. sub n. 58. vers. his non obst. rotibus, & limit. 7. n. 26. & 27.* & sic in nostro casu, cum favor vigeat, & consideretur 26
à jure in actore agente privilegiata via, nihil mirum, ut ad imparia judicetur reus, qui simili via non agit privilegiata. Hanc etiam considerationem facit in terminis Rotæ *decis. adducta infra n. 67.* videnda *à n. 75. cum seqq.*

Circa secundam autem instantiam nostri præsentis 27
capituli; an scilicet; lata sententia in prima instantia contra agentem privilegiata via, qui appellans in secunda instantia obtinuit aliam revocatoriam, & sic in ejus favorem, an sit executioni mandata ista secunda sententia, non obstante appellatione, per adversarium ab ea interposita, quam brevibus absolvere libet; nempe, vim non fieri, appellationi ab ea interpositæ non deferens: ex eo, quod in terminis dicit Parla *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 15. n. 8.* affirmans, quòd si judex, apud quem executio vigore instrumenti guarentigiati postulata est; pronuntiavit; addictioni, & executioni locum non fore, & à tali sententia actor appellavit, & judex appellationis rescissa prima sententia, executioni locum esse, declaravit, à qua itidem pro parte rei executati fuit appellatum, ut non obstante hujusmodi appellatione ipse judex, qui secundam protulit sententiã, executioni locũ fore, dixit: eam potest ad debitã executionem perducere, pro quo etiam facit, quod dicit Puteus *decis 426. lib. 2.* ubi testatur, tantum fuisse in 28
Rota, quòd judex, ad quem causa appellationis super denegatione executionis juxta formam statuti urbis, potuit executivè procedere juxta formam ejusdem statuti, prout etiam quando appellari contingit à denegatione executionis, vigore brevis & causa in Rota committitur: potest judex Rotæ justificato constito brevis illud exequi, quemadmodum posset judex à quo, Rota *de . 19. num. 3.* de re judicata in novissim. dictumque fuisse in una Hispalen. fructuum 15. Martii anni 1596. coram Lira, testatur Gonzal. in regula de mensib. & alternativis *gloss. 6. n. 241.*

Rursus facit, quod dicimus de spolio intentato, ut 29
quamvis super eo sequatur sententia absolutoria in favorem rei, si tamen in causa appellationis illa sententia revocetur, & fuerit mandatum restitui ea bona, de quibus est actum, tamen non obstante prima sententia, erit locus executioni secundæ, nec admittetur appellatio ab ea interjecta, Puteus *dec. 480. lib. 2.* quem referens sequitur Gratian. *in disceptat. foren. tom. 1. c. 103. n. 14. cum seqq.* hanc eandem sententiam tenet in terminis Æguidinæ Chisenens *dec. 51. aliàs 49* Caputaquens. *dec. 227. l. b. 1. in manuscriptis*, benè Marescotus *var. resol. lib. 2. 75 sub n 13. vers. sed hoc in loco subsequitur, & à n. 14.* qui in possessorio modo limitat; puta quan- 30
do secunda sententia affirmativa simul declarat; primam nullam esse: quia tunc propter mixturam datur appellatio suspensiva, non tamen quando simpliciter lata est super rei restitutione, quam limitationem modò non examino.

Facit etiam, quod eleganter dicit ipse Hieron Gon- 31
zal. *ibi n. 222. cum seqq.* quòd si ordinarius primus judex in provisione Parochialis non elegit, nec sententiam protulit, nec aliquem ex oppositoribus in possessionem immisit juxta Triden. decretum, eò puta; quoniam antequam ad id pervenerit, ab aliquo fuit appellatum ob aliquod legitimum gravamen, suspendens hoc casu ejus jurisdictionem; utputa; super exceptione incompetentiæ, & declinatoriæ, vel in ordinatione processus, & aliis (à quibus posse ante diffinitivam appellari hoc casu diximus *2. p. in cap. 6.* ubi multa congessimus *à num. 53. cum pluribus seqq.* quæ hic pro repetitis habe) & Metropolitanus, seu judex appellationis declarans bene appellatum, retinuit causam

principalem

principalem (juxta *c. ut debitus honor. de appell.* & ea quæ congessimus *2.p. c.17.*) ac prævio concursu dignioremelegit, illique fecit collationem,ac poterit ille suam sententiam exequens, mittere electum in possessionem non obstante appellatione,ab ea per aliquem ex aliis oppositoribus interjecta.

32 Et idem sit, quando facto concursu , electione , & collatione alicui Parochiali, illum tamen minimè misit in possessionem , sed suspendit aliqua sibi bene visa justa causa, vel ea mediante appellatum fuit, & appellationi detulit ; posteaquam Metropolitanus de appellationis causa cognoscens revocata hac priori collatione ; in possessionem potest mittere aliquem,& ad executionem procedere, quando prima collatio,& sententia effectum non est fortita , nec executioni mandata, sed imò Parochialis vacans sit , & sine pastore proprio secundùm Hieron. Gonzal. *ubi proximè.*

Hoc ultimum dictum Gonzal. intelligitur , ut procedat specialiter in casu, de quo loquitur tantùm,nempe:quando Ecclesia curata vacans est , & prima provisio nondum executa, revocata fuit per secundum judicem appellationis ex speciali ratione, quæ in eo viget,
33 nam favor executionis non conceditur proviso , nec propter provisum , sed vacationi Ecclesiæ , & propter Ecclesiam , &;sic quocumque vadat vacans ; replenda est Rectore,qui tunc reperiatur provisus, juxta ea quæ latè adduximus *infra hac 3.p.in cap.11.de devolutione à prine. & præcipuè à vers. rursus quoniam* , &c. Et mox dicenda , & ita communiter practicatur in tribunali-
34 bus , ad quæ processus per viam violentiæ trahitur, at verò in aliis casibus in quibus privilegium hoc exequendæ sententiæ concessum est personis , & propter personas tantùm , prout in alimentis, possessoribus, & ditoribus ,& similibus , præfata doctrina admittenda non est. Nam si prima sententia pro eis lata est, & non fuit executa , sed passus est tacitè , causam tractari in gradu appellationis,ubi revocata fuit prima: jam non poterit exequi , quia reperitur revocata , nec secunda exequetur, quia ejus,in cujus favorem fertur , non est privilegiatus,nec in hac secunda viget,aut durat privilegium primæ,sicut in parochiali vacante, ita loquendo in alimentis probat Joannes Baptista Pontanus *in tract. de alimentis cap.19. in fin. n.7.* Sequitur Gratianus *in decis.74. num.8.* ubi per te vide , & quæ nos in fin. hujus capitis.

Et ita hæc opinio,& resolutio de qua *num.31.& 32.* & verissima est , satis ab stylo supremorum tribunalium approbata , quoties ab ea occurritur per viam violentiæ pro delatione appellationis , ab hujusmodi
35 secunda sententia revocatoria primæ : vim non fieri declaratur , imò judici causa iterum remittitur exequenda,namque judex appellationis in isto casu dicitur
36 primus judex,& instantia prima quoad negotium principale , & tanquam primus judex subrogatur in locum Episcopi, jure illius ut debet, *l. si cum §. injuriarum, ff. si quis cautio.* Tiraq. *de retract.lignag.(.32.gloss.1.à n.10. usque ad 28.* Anton. Gabriel. *tit.de requl. jur.concl. 2.* & militat eadem exequendi ratio , idem favor , & idem privivilegium in ista secunda sententia,quæ consideratur in prima à jure & ejus respectu adhuc durat causa
37 prohibitiva , ex quo nullus dejicitur de possessione, & sententia lata in favorem creditoris , hoc privilegium habentis , & nulla præcessit executio , quæ extinguat privilegium, nec effectum viæ executivæ , ex his quæ Bart. *in l. à Divo Pio , §. si post additum pignus n.1.* & ibi Iss. *n.1. & 2.* & cæteri etiam , *ff. de re judicata.* Parlador. *lib.2.rerum quotid. cap. fin.4.p.§.16.n.20. & 21.*
38 Joseph.Eudo *decis.11.n.9. cum seqq.* ideo ad superiorem transit cum sua qualitate, & sua causa devolvitur, & oneribus requisitis in sui principio , & sua natura, ita Felin. *in cap. cum accessissent n.18.de constitut.* Lamber. *de jure patron.3.p.2.lib.q.2.l.q.7.* Serva *de benef.3.p. q.49.* Rebuff. *in praxi tit.devolutio à n.49.* Corrasius *4. p.c.4.n.16.* Ferreus *cons.211.n.2.* Joann. Gutier. *cons.1. n.31.* Cavedo *dec.52.n 4.* & de patron.Regiæ Coronæ *c.28.num.3.& 4.* Azor. *lib.6.c.27.q.8.* noster Perez de Lara *de univers.& Capell.lib.2.c.10.n.27* Nicol.Garcia *de benef.2.tom.10.p.c.3. num.42.* & ut bene considerat Parlador. ubi superiùs *d. §.15. n.8.* nihil interest , an sententia addictionis executionem sui natura desi- 39
derans lata sit à primo , an secundo judice appellationis, *l.postquam §. Imperator,ff. ut legator nomin. cavea.* Bart. *in l.3 §.1.n.5.ff.de duobus reis.* Abb.*in c.cum Joan.n.17. de fide instrum.* Imol. *in l. amplius, §. fin. ff. de damno infecto.* Judex etiam appellationis succedit in locum 40
prioris judicis , Capicius, *decis. 86. n.19.* & quia cùm judex appellationis succedat primo judici,ita ut omnia quæ primus judex facere potuit,ipse pariter potest , & debet. Rota 19. *de re jud.in novis.* Put. *dec.184.* incipit 41
Joan. Solano *n.5. lib.3.*

Ac propterea quando causa est summaria in prima 42
instantia , pariter etiam in secunda erit summaria. Puteus *dec.421.n.2.n.2.& decis.434. num.3. lib.2.* & ideo quando clausula quòd summariè procedatur , vel alia similis fuit apposita in commissione primæ instantiæ, semper durat , & censetur repetita in commissionibus aliarum instantiarum , quamvis expressa non sit , Cas- 43
siad. *decis 8.n.1.& 6.de rescript.* Rota *dec.43.n.2.divers. & dec.321. n.1.p.1.diverso.*

Illud quod superiùs diximus, à denegata addictionis 44
sententia , puta à declaratione locum non esse executioni instrumenti guarentigiati ; appellationi per creditorem emissæ esse omnino deferendum,& in secunda instantia ipsa sententia revocata alia fertur contraria, & revocatoria , locum scilicet esse executioni petitæ, hancque secundam executionem mereri,non obstante appellatione : est omnino limitandum ; ut non procedat, nec habeat locum : quando prima sententia vulneravit instrumentum executivum, declarando, id esse falsum,vel usurarium, aut ex alio quolibet capite nullum,quia ratione hujus vulnerationis semper cessat via executiva , donec pro ea sint probatæ tres sententiæ conformes. Rota *dec.132.n.1. p.2. diversor.* & probat optimè Hieronym. Gonzal. *de alterna.gloss.6.n.202.* & ibi ita decisum fuisse in Rota anno 1599. testatur, idem affirmat latè Gratian. *in discept. forens. 1. tom. cap.103.n.10. & 11.* plures decisiones Rotæ allegans, tenet etiam Rota *dec.123.agens n.11.in fin.p.2. divers.* Marquess. *de commiss 1.p. de commiss. app. à camer.obliq. c.19.n.19.fol.169.in secunda impressione,* quem referens sequitur Escacia *de app.q.17.lim.9.sub n.58.vers. subextende eandem extensionem.* Ac ideo quamvis in commissione appellationis à sententia lata vigore instrumenti executi, seu literarum Apostolicarum pensionis, & similium , soleat apponi clausula (sine præjudicio executionis) vel (sine retardatione solutionis pensionis, vel census) ut suprà dixi latè *in c.3.* de pensione; 45
tamen si ipsa executio fuit per sententiam vulnerata ; absque dicta clausula signatur commissio,sed simpliciter,secundùm Marquess.*de commiss.2.p.titul.de commiss. appell.c 4.n.59.*

Sed est intelligendum , ut procedat , & habeat lo- 46
cum ; quando ipsa executio denegata fuit per judicem à quo ex alia causa, non concernente vires instrumenti ; ut pote,quia apparet de solutione,cùm revera non constaret , vel quia non fuit actoris persona legitima, seu processus bene fulminatus , ac substantiatus non erat, ut optimè distinxit *decis.132.* & Gonzal. *ubi proximè num.235. cum seqq.* & Gratianus , *d. decis.103. à* 47
n.6.cum seqq. & sentit etiam Parlador. *in d.cap.fin.5.p. §.15.in fin.* dum dicit,quòd tunc solent judices executionem irritantes, integrum jus creditori reservare , & tunc cautius , & circumspectius erit , ad difficultates evitandas stante tali reservatione, potiùs ex integro

executio

executionem repetere ; quàm ad appellationis remedium confugere.

48 Circa inſpectionem autem tertiæ noſtri capituli inſtantiæ ; an ſcilicèt, à ſecunda ſententia revocatoria primæ privilegiatæ,& executioni traditæ jam ; appellationi emiſſæ per actorem, in cujus favorem prima lata erat, ſi non deferatur à judice, & ad ulteriorem executionem ſecundæ procedente (non obſtante appellatione) vim faciet , quæ quæſtio ſemper difficilis, & celebris reputata eſt, cui uno verbo reſpondeo,amplectens partem affirmativam, nempè vim fieri manifeſtam tali appellationi non deferendo : pro quo facit Parladorii ſententia communiter recepta *lib.2.rerum quotid.c fin. p.5.§.15.n.4.*(qui in viis executivis hanc inſurgit quæſtionem) in qua & ille concludit, quod ſi debitor,adversùs quem executio , & bonorum addictio facta eſt cum effectu, appellaverit , & in ſecunda inſtantia ſententiam revocatoriam primæ reportaverit , quod ſi actor, in cujus favorem prima facta eſt ; provocaverit ab hac ſecunda revocatoria, quod ſit deferendum omnino hujuſmodi appellationi , non autem exequenda eſt ea pendente, hæc ſecunda, pro quo facit *l.4.tit.21. lib.4.recopilationis*,ibi, *y ſi la ſentencia fuere revocada por el preſidente y oidores,que de la tal ſentencia revocatoria ſe pueda ſupplicar para ante ellos miſmos,quedando en ſu fuerça la execquucion , haſtaque ſe de ſentencia reviſta , &c.*

49 Cui convenit , quod in terminis dicit Afflict. *deciſ. Neapol.*358.*n.*8. etiam in eiſdem terminis executionis rei judicatæ, ſeu obligationis Cameralis (nullo tamen Doctore citato) tenet Eſcacia *de app.q.*17.*lim.*9.*n.*58. reddens rationem differentiæ ; quia ſententia, qua fuit condemnatus reus , nitebatur obligationi , ſeu inſtrumento , habenti executionem paratam ; à ſententia ſecunda , qua condemnatur actor , illi non nititur, ſed

50 imò illi repugnat : Quod & etiam confirmatur Etenim ſi à negativa ſententia , lata contra actorem agentem privilegiata via , ei licet appellare quoad utrumque effectum,ſecũdùm ea quæ *à prin.hujus capitis* diximus, ergo idem erit dicendum, & illi permittendum in hac ſecunda, cum virtualiter ſit negativa, dum ea abſolvit reum , & mandat reſtitui ſolutum, quia virtualiter declarat, reum non eſſe obligatum, ergo ab hac negativa pariter actori licebit appellare ſuſpenſivè , hanc etiam conſiderationem reperio , feciſſe in propoſito Eſcac. *ubi proximè d.n.*58.*verſ.confirmatur hæc extenſio*,de qua ratione vide etiam per Rotam *infrà n.*84. quem latiùs comprobat.

51 Subdit tamen Parlador. *ubi ſuprà n.*6. quod ſi prima ſententia additionis,à qua fuit provocatum, manifeſtè iniqua fuerit, nullâve : juſtiſſimè facere eum qui de appellatione cognoſcat,ſi neglecta ea, à ſe datam exequatur , quod in ſupremis tribunalibus admittam libentiſſimè; quando ita notoriè denegant calumnioſam injuriam, & ex obruto proceſſum fuiſſe, ab inferiore, & attentatè , non tamen aliàs nec alio modo , nec in aliis judicibus inferio ibus , de appellatione cognoſcentibus, ut contra ipſum Parlad. bene advertit. Hier. Gonz in loco proximè citando *num.*219. loquendo in proviſione beneficii curati.

52 Qui hanc partem poſtquam egregiè diſputavit , & hinc inde plurima , & ad propoſitum nonnulla fundamenta,& doctrinas conduxit ; libentiſſimè fuit amplexus, ubi dicit quòd poſſeſſor Parochialis , qui virtute collationis, ſeu ſententiæ in ejus favorem latæ, miſſus eſt per ordinarium in poſſeſſionem beneficii , ac facta executione ejus remota appellatione juxta diſpoſitionem Concilii Trid.*ſeſſ.*24.*de reform.c.*18.quæ collatio, ſententia, ſeu ordinarii judicium fuit per Metropolitanum revocatum mediante appellatione ab illo per aliquem ex oppoſitoribus emiſſa, & ſic lata ſecunda ſententia primæ revocatoria , ut iſta ſecunda ſententia non eſt pariformiter executioni demandanda ; revocata prima, & poſſeſſionis traditione, nec poſſeſſor amovendus eſt ab ea , donec contra eum primus appellans obtineat tres conformes ſententias , imò appellationi per poſſeſſorem interjectæ ab hac ſecunda ſententia ſuæ revocatoria, eſſe omnino deferendum , ſuóſque habet effectus ſuſpenſionis , & devolutionis , etiamſi judex 53
ſuperior declaraverit, primam ſententiam eſſe notoriè injuſtitiam,& nullam, quia non propterea eſt à poſſeſſione amovendus , donec de dicta nullitate adſint tres conformes , ut advertit ipſe Gonzal. *ubi n* 219 hanc etiam opinionem noviſſimè amplexus eſt Rot. Rom. cujus deciſionem literaliter referam *infra hoc cap.n.*67. quam vide.

Hanc etiam doctrinam Hieron. Gonzal. famoſi & diligentiſſimi , clarique ingenii advocati , ſecutus eſt Nicol. Garcia *de benef.*1.*tom.*9.*c.*2.*num.*247. ubi licit: quòd judicium ordinarii in Parochialium proviſione exequitur, & poſſeſſio traditur proviſo , non obſtante appellatione , quod & adhuc procedit : ut quamvis contra eum ſit lata ſententia per judicem appellationis, à qua ipſe poſſeſſor appellavit , nam iſta ſecunda ſententia non eſt executioni demandanda , pendente ab ipſa appellatione , quæ habet utrumque effectum devolutivum, & ſuſpenſivum , allegat ad id etiam Joan. Gutt. *lib.*1.*canon.q.c.*11.*n.*25. Gonz. etiam (quem de verbo ad verbum tranſcripſit) ſequutus eſt Cevall *in contra comm. opin.q.*897.*à n.*262.ubi vim fieri dicit ſi hujuſmodi appellationi à ſecunda ſententia minimè ſit per judicem delatum.

Et ab hac ſententia nec in judicando , nec in conſu- 54
lendo recedendum eſt, quam ſtylus univerſæ Hiſpaniæ fuit amplexus , & ſuprema etiam tribunalia adita perviam violentiæ , paſſim ac continuò declarant abſque difficultate ; vim fieri appellationi non deferendo, deferrique. & reponi jubent, quando prima ſententia ordinarii ſortita eſt effectum,executionique mandata,ac propterea minimè eſt audiendus Hippolyt de Marſil. *ſingulari* 389. incipit, *tu ſcis quod natura*, contrarium dicens, ut ſcilicet,ſecundam ſententiam revocatoriam primæ executioni mandatæ ; pariter executioni mandandam eſſe.

Nam poſtquam ſententia,cui privilegium executionis à jure datum eſt , ac ſimul prohibitio appellationis ; effectum eſt ſortita , & executioni mandata ; jam expiravit privilegiatum,quia intelligitur de prima vice, 55
juxta *l.boves.*§. *hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* maximè quia dumtaxat & limitativè ſententiæ pro agente judicio privilegiato prohibitio attributa eſt ; ut ſuperiùs diximus , ac propterea poſtquam res ſemel prohibitionem evaſit , ſemper libera remanet , latè Menoch. *de arbitr jud.lib.*1.*q.*54.*à n.*23.*cum ſeqq.l.Pater* §. *Quindecim libertos,ff.de legat.*3.*l.cætera* §.*fin.de leg.*1.*l.*1.§. *res vero C. de impon.lucr.de reſcript.l ſi C. de remiſſ. pigno-* 56
rum, quæ jura in optimis caſibus loquuntur. Et res ſemel effecta alienabilis ; ſemper remanet alienabilis Molin. *de Hiſp. primogeniis lib.*1. *c.*10. *à n.*7. & idem Molin.*lib.*4.*c.*1.*à n.*31.Caſſiad *deciſ.*8.*n.*1.*de reſcriptis*, Cæſar de Graſſis *dec.*3.*n. fin. & deciſ.*4. *n.*20. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*.

Quia ſemel alterata natura rei, ſemper remaneat al- 57
terata. Alciatus *conſ.*19.*num.*8.*lib.*2.Urſillis *in addit.ad Afflictum deciſ.*338. *ſub n.*6. *verſ. item alia ratione*, & ita res quæ ſemel exivit de trunco , & de familia, non 58
dicitur amplius eſſe de trunco, nec retractui locus erit, Anton.Gomez. *in l.*50. *Tauri num.*34. *in fin. & in l.*7. *n.*24.Tiraquel. latè *de retract. lignag.*§.1.*gloſſ.*9.*n.*119. ubi plures ſimiles congeſſit. Joan.Guttierr. *conſil.*21.*ex n.*16. & hinc etiam eſt : ut cauſa ſemel facta ordina- 59
ria , & appellabilis, ſemper remanet ordinaria , & appellabilis. Rota *deciſ.*132.*num.*1.*p.*1 *diverſ.*Pontan.*de alim c.*19.*num.*7.*& ſeqq.*& ex Lancelot. ita etiam dicit

Gonz. *ubi suprà.n.*191. ubi ***n.*** *sequenti* dicit ; quòd non
60 est locus executioni, nec pœnitentiæ , quando ille qui potuit agere via executiva ; cœpit agere via ordinaria, testaturque , ita pluries fuisse constanter tantum per Rotam (rejecta opinione contraria,) & pro hac facit Cæsar de Grail,*de.*2.*n.*2.*&* 3.*de fem.excomm.*Lancelot. *de atten.*2.*p* 4.*lim.*30.*ex n.*9. Parl. *lib.*2.*rerum quotid.c. fin.*5.*p.*§.11.*n.*20.Rot.*dec.*551.*n.*5.*n.*5.*lib.*3.*diversorum,* nos latius pluribus citatis Doctoribus diximus 2. *part. c.*13.*n.*110. *& sursum.*

Facit etiam pro hac parte text. *in cle.*1.*de sequest.poss.*
61 *& fruct.* dum dicit;quòd data prima sententia in curia contra possessorem beneficii apponatur sequestrum. Tamen licèt postea pronuntietur alia sententia favorabilis possessori, revocatoria primæ, non propterea removetur sequestrum , vigore primæ sententiæ oppositum. Puteus *dec.*133. *n.*1. *& dec.*305.*n.*2.*lib.*1.

Et pro ea facit etiam expressè constitutio Pii V.32.
62 *in confirmatis* , dum prohibens appellationem suspensivam à judicio ordinarii , & possessionis traditione in parochialibus subdit ista verba : Hæc tamen appellatio interposita interim non impediat , aut suspendat, quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ executioni mandetur , & provisus ab Ecclesia , causa appellationis hujusmodi pendente , non amoveatur, &c.) quia causa appellationis pendens dicitur tam in secunda instantia , in tertiave vel ulterioribus etiam instantiis , ut interim non sit amovendus possessor , donec & appellantis contra eum tres sint latæ conformes, ubi bene comprobat, & interpretatus fuit Gonz. *ubi supra num.*216 *cum seqq.* & facit etiam quod dicit ipsa constitutio,quòd si quis ab ipsa sententia per judicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem Apostolicam appellabit, quia intelligitur quoad utrumque effectum , ut hucusque diximus , nam quando in prohibitivis appellationis lex permittit , in aliquo casu , appellari intelligitur quoad utrumque effectum. De quo infrà *n.*69 *& seqq.*& facit in terminis Rotæ decisio,quam literaliter adduxi infrà *à n.*67. quæ hanc doctrinam pluribus comprobat fundamentis.

Ac ita etiam facit communis Romanæ Curiæ sty-
63 lus de quo testatur diligentissimus Hieron. Gonz *in d. regul.de mens.gl.*6. *n.*208. ubi dicit , quòd postquam auditor Cameræ , vel alius inferior pronuntiat sententiam super executione alicujus instrumenti Cameralis, aut brevis seu literarum Apostolicarum,ac dictam sententiam exequitur : etiamsi appellationis causa committatur in Rota,ac judex appellationis,quod à primo judice factum est,injustum, irritumque pronuntiet,non propterea suam revocatoriam sententiam appellatione non obstante mandat executioni;sed potiùs defert ipsi appellationi , & donec sint tres sententiæ conformes, ac literæ executoriales relaxentur ; in omnibus supersedetur , & idem esse testatur , quando appellatur ab irrationabili judicio,& electione ordinarii in provisione Parochialium , quæ quidem sunt intelligenda in omnibus aliis causis,& judiciis sui natura privilegiatis, seu aliàs appellationem prohibentibus.

Illud tamen , quòd superiùs diximus circa secundam
64 sententiam revocatoriam executionis vigore instrumenti guarentigiati, aut cameralis, ut appellatio ab ea utrumque habeat effectum,intellige ita in casu de quo loquimur , scilicet in secunda sententia primæ revocatoria. At quando in prima sententia executionis declaravit primus judex, addictioni locum non esse rerumque absolvat , & actor tanquam malè executionem petens fuisset condemnatus expensis , earum respecta hæc prima sententia executioni mandanda erit , non obstante appellatione à creditore interposita , ut elegantèr docuit per plura Hyppolytus de Marsil. *sing.* 389. *rxcved. in l. fin. n.*41. *tit.* 21. *lib.*4. *recopi.* Bal. Novel. *de dote* 5. *part. privileg.*2. *n.*12. Parlator *lib.*2. *rerum quotid. cap. fin.*5. *part.*§.10.*n.*14 Joann Gutierr. *q. pract. quæst.*119. *lib.* 1. qui quidem Doctores plura adducunt in propositum , & comprobationem , & ita potes superiorem doctrinam , circa executionis materiam limitare.

Ultimo autem loco ultra præfatas tres instantias 65
hujus capituli appositas, illud elegans erit considerandum ; & quarta, ut scilicet; quando nulla revocatoria fertur sententia , sed quia prima lata fuit pro actore agente aliqua privilegiata via,ut in alimentis, possessoriis, creditore executionem petente , & similibus , sed is, in cujus favorem lata fuit, ejus executionem petere omisit, & tacite passus est negotium tractari, & sequi in secunda instantia, si in ea alia secunda sententia lata fuit, confirmatoria primæ ; poterit rectè petere executionem ejusdem etiam in secunda instantia : & non obstante appellatione ab ea emissa , imò nec expectata tertia sententia executioni mandanda erit, ita loquendo in possessorio probat Cæsar Contard. *in uni. C. si de mom.possess.in c.*4. *n.*8. *fol* 638. *& q.*13.*n.*106. *fol.*572. ubi dicit,ita fuisse decisum in Rot.per Vestam.*dec.*211. *alias unica,de exhib.*& probat, *lib.*2. latissimè prosequitur, & comprobat videndus Grat. *dec.*74.*per totam,* quia illo casu causa non efficitur appellabilis , nec re 66
nunciare censetur ejus privilegio. Secus è converso, quando prima sententia nondum executa , in secunda instantia revocata fuit, quo casu prima non exequitur in secunda instantia,& gradus appellationis, ea obstante,ita ex eodem Gratiano, & Pontano,dixi superiùs ad secundam capituli instantiam,vers.hoc tamen ultimum dictum n.33. ubi hanc doctrinam non procedere , dixi in parochiali vacante ob specialitatem rationis , quæ adhuc durat in secunda instantia revocatoria primæ nondum executæ

Circa ea, quæ suprà diximus *à n.*25. circa secundam 67
sententiam revocatoriam primæ latæ ab ordinario in provisione parochialis , & ut privilegiatæ executioni mandatæ ut non debeat exequi appellatione pendente, nec possessor parochialis interim amovendus,annotandam esse censui Rotæ Romanæ decisionem, novissimè hanc opinionem amplectentem. in una Barchinon Paroch. Vener.29.Novemb.1613 coram Baratto, quam refert,& de ea testatur Prosper Far. *tom.*2.*p.dec.*537. *fol.*98 quæ decisio in hæc verba ait

Prævio concursu ad Parochialem S. Stephani Gra- 68
nullorum Barchinon. diœcesis de mense Augusti anni præteriti vacante . electus fuit ab ordinario Balthassar Mir, & ad sanctissimum D.N. pro collatione obtinenda remissus. Cùm verò Franciscus Domenech. à dicta electione ad Metropolitanum Tarraconensem provocasset, prævio novo examine fuit electio primi judicis revocata, & ipse habilis declaratus,Mir verò inhabilis, à qua pronuntiatione Mir appellavit : & cùm notaret ejus supplicationem licet post Metropolitani sententiam signatam expediri,Domenech verò aliam per eum porrectam ad sui favorem signari vigore literarum Metropolitani,R.D.Datarius transmisit ad me dubium in Rota proponendum , an esset relaxanda supplicatio signata ad favorem Balthassaris , vel potiùs signanda porrecta per Franciscum, quod resolutum fuit pro Balthassare.

Nam supplicationem Franciscí non esse signan 69
dam , Domini dixerunt, quia cùm à sententia Metropolitani Tarraconen. sit expressè concessa appellatio ex constitutione Felic. recordat. Pii V super collatione Parochialium edita *in verb. & seq. is à sententia,* quæ intelligitur tam quoad effectum devolutivum, quàm suspensivum,Gratian. *discept. cam.*316.*n.*17 *lib.*2. Paris. *cons.*28.*n.*22.*vol.*4. *lib.*4 Rota. *dec.*330.*n.*4. *p.*2. *in novis,* cum tamen sufficeret illam non prohiberi ad hoc, ut diceretur permissa, *can. omnis, ait.ad Roman.*2. *quæst.*

quæst.6. l. & in majoribus,& ibi gl. *Cl.de app.*gl. vulg *in l.qui restituere,ff.de rei vindic.* sequitur ex pendente nihil innovari posse, *c. venientes* 19 *de jurejur.c.pastor.*28. *præterea vers.nos autem de off. deleg.tot.tit.nihil.nov. app. interp.*

70 Et si Bulla voluisset tollere appellationem suspensivam à sententia Metropolitani, id expressisset, prout fecit in appellatione ab electione ordinarii *in vers. hæc tamen appellatio* ad text.*in l.omnes.§. sin autem ad defidentis C.de caduc.tollend.*Nec sufficiunt illa verba:Constito de

71 prioris eligentis irrationabili judicio, eóque revocato parochialis per eundem judicem appellationis conferatur, seu conferenda remittatur : de quibus *in vers.ut autem*,quia clausula (constito) non refertur ad cognitionem & revocationem faciendam à Metropolitano, nec illi dirigetur, unde infrat conclusio, non posse dici, constare de irrationabili judicio, nisi per rem judicatam Ægid. *dec.*103. Rota *dec.*79.*n.*6. *& 7.p.*2. *diversf.* facit text. *in l. furti* ubi gloss. *in vers. inter famosas*, & Doctor. *ff. de his qui not. infam.*

72 Sicuti licèt dicatur constare de non jure agentis, & de dominio rei conventi, ad excludendum spolium per sententiam in petitorio, ut post Angel. Immol. Alex. Socin.& Iff.Rip.*in l. naturaliter.§. nihil commune. n.*35. *&* 36.*ff.de acquir.poss.*qui de communi Affl. & *dec.*303. *num.*1. Cæsar.de Graff. *dec.*141. *alias* 1. *num.*7.*de locat.* tamen hoc non procedit, nisi ubi illa transivit in judicatum, quia tunc solùm dicitur constare de non jure actoris, & jure rei conventi. Beroius *in cap.literis num.*4.*vers.*2. *quia de rest. spol.* Immol.*in l.*1. *num.*8. *ff. de novi oper.mun.*Iff.*concil.*9.*num.*1.*versic.item cum lib.*3. Rot. coram Robustorio in Cæsaraugustan.Paroch.16. Januarii. 1589.

73 Unde facultas Metropolitano concessa, conferendi, vel remitendi pro institutione post rem judicatam, est intelligenda, ne tollatur appellatio parmissa ex eadem constitutione juxta not. per Cyn. Angel. & Salicet. *in l.ita nobis C. ad l. Julian de adult.* & ne contrarietas in eadem in constitutione inducatur, Abb. *in cap. gratum, n. 2. & in c. super quæstionem, in* 3. *not.de off.deleg.*ita ut operetur Metropolitanum uti Sedis Apostolicæ delegatum exequi posse suam sententiam revocatoriam electionis ordinarii in judicatum transactam cùm aliàs executio spectaret ad judicem qui ultimam sententiam ferret. Bart. *in l.à Divo Pio n.*15.*vers.quæro,& revoco, ff.de re jud.in lege præcipimus,*§. *offi iis v.*1. *in*,2. *vol. & n.*2.*C.de app.*quem omnes sequuntur Franch.*in c. Rom. §.fin.n.*31.*vers.quando sententia d ffinitiva de app.* & sufficere debet, constitutionem hoc operari contra jus Commune, licèt posset etiam aliud : Gratia. *cons.*13. *n.*43. *lib.*2. Gosad. *cons.*19. *n.*5.

74 Eò magis quia si aliter intelligeretur, resultaret hoc absurdum executiones,& immissiones juxta varietatem sententiarum variari debere, modo pro electo ab ordinario, modo pro electo, à Metropolitano,seu judice appellationis, & ideo intellectus iste vitandus est, *l. Salvius Aristo.ff.de leg.præst.*Rot. *decis.*70. *num.*5. *p.*2. *diversorum.*

75 Nec inconvenit appellationem suspensivam esse denegatam ab electione ordinarii, & tamen concessam à sententia Metropolitani, seu judicis appellationis revocatoria ; cùm electio ordinarii celeritatem desideret, & sic vigeat ratio tollendæ appellationis suspensivæ,*l.fi.ff.de app.vel ip.l.quisquis C.quorum app non recip.*

76 *c.fin.*2.*q* 6. quod non est sententia revocatoria Metropolitani,, sicuti ratione celeritatis non datur appellatio ab immissione hæredis scripti,*d. l. fin.ff.de appell. recip. d.l.quisquis.* ubi Bartol. Bald. Salicet. & Castr. *C. quorum app.* gl. *in l.fin.in ver. missus* & ibi Bartol. *num.*21. *C.de edicto divi Adrian. tollen.* & tamen datur, quando judex pronuntiat denegando immissionem, juxta opinionem Angel. *d.l.quisquis num.*3. quam se in sacris Audientiis practicasse testatur Jacob de S. Georg. *dict. l. fin. num.*56.*C. de edicto divi Adrian. tollen* ubi Zuchard. *n.*433 cum aliis Menoch. *rem.* 4. *de adipis. en. post. quæst.* 200. *num.* 876 Lancel.*d. attent. p* 3. *cap.*28. *n.*89 Surd *de alimen.*8.*privileg.*6.*num.*26. *in fin. &* 27. quia scilicet, cessat ratio celeritatis : Menoch. *ubi supra vers. ea est ratio*, & eadem ratione fit eadem distinctio in sententia super alimentis. & tradita per Surd. *d. privileg.*66.*num.*10.25.*&* 33.*vers. ideo non est curandum.* 77

Supplicationem Balthasaris relaxandam dixerunt 78
moti ex de constitutione *versic. hæc tamen appellatio*, cujus verba clarissima & præcisa sunt quòd appellatio interposita ab electione Ordinarii, interim non impediat, aut suspendat quominus electio per illum facta debitæ demandetur executioni,& ulterius quòd provisus ab eadem Ecclesia causa hujusmodi appellationis pendente non amoveatur,non est itaque ulteriùs quærendum *l. Gallus* §. *si ejus*, ubi no. Bald. *in.* 2. *not.ff.de liber. & posthum.*

Non obstat, quòd constitutio loquatur pendente 79
causa appellationis ab electione Ordinarii, *ibi*, hæc tamen appellatio, & *ibi*, causa hujusmodi appellationis pendente, ideóque secus dicendum videbatur ea finita prout est per sententiam *l.* 1. *versic. recepta autem app. ff.nihil nov. app. interp.* vel casus iste dicatur omissus & sic in juris communis dispositione relictus, ad vulgat. *l.commodissimè* ubi Bart *ff. de lib & posthum.* prout ita constitutionem intellexisse videtur Rot. in causa Dertucen. Parochialis coram bonæ memoriæ Gipsio, 30. Martii 1584. nam Domini respiciendam esse magis dixerunt mentem constitutionis quàm verba, cùm ex lege veniat quod sumitur ex mente *l. nominis, & rei* §. *verbum*, & ibi Alciat. *ff de verb.signif.l. cum mulier,la.*1. *ff.solut. matrimonio.*Bart.*in l.contra in prin.ff. de leg.* quæ est verbis præferenda, *l.non dubium C.de leg.*Bart.*in d.l. contra n.*1. etiam ubi est illis contraria. Dyn *in c. fi. de regul.jur. in* 6 Oldra. *consil.*103.*n.*5.

Ratio autem, ob quam Summus Pontifex sustulit 80
suspensionem executionis electionis Ordinarii, duplex reddi potest una secundùm informantes pro Balthasare, ne Parochiales dici in suspenso maneant in maximum animarum periculum, de qua *in versiculo insuper*, quæ licet videatur apposita in capite distincto, negari tamen non potest huic etiam convenire ; ratio enim generalis reddit totam legem generalem,*l. regula* §. *cum quis.* ubi Bartol. *in* 2. *not.ff. de jur. & facti. ignor.* & in quacumque parte sit,regulat totam dispositionẽ. Joan. de Anan. *consil.*4. *num.*2. quæ ratio diutinæ vacationis tollendæ fuit maximè præ oculis habita, dum voluit Summus Pontifex concursum & alia juxta formam præscriptam ab Ordinario infrà sex menses expediri, alias collationes ad ipsum devolvi,videtur non mirum, si ab electione tanquam celeritatem requirente non detur appellatio suspensiva ex præallegatis.

Et hæc ratio celeris collationis Parochialium con- 81
sideratur etiam per canones,*ut in cap.si apostolica,*31. *de præben.*damnosa enim Ecclesiarum vocatio.*c. quam sit. de elect. in* 6. Rebuff. *in concord.rubr.de collatio.*§.*si quis verò verbo ad alium superiorem versic.nec refragat,*& militat etiam lata revocatoria, ideo cõstitutio disponens, non retardari electionem per appellationem,habet locum nedum in prima,sed in qualibet alia appellatione ob hanc rationis identitatem, ne vacatio protollatur. Compost.*in c.*1.*col.*2.*versic. unde etiam dicimus de elect. in* 6. dicens ita servare Innoc. & ibi Arch. *col.*3. *in fin. vers propter rot.* Joan. Andr.*col.*1.*n.*4.*vers.plus dicit.*Gemin. *col.*2.*n.*4 *post med.vers.imò plus.*Anchar.*sub num.*3. *vers.& sic exponat.* Franch.*sub.n.*5.*versic. ad hoc dicens,* quod Doctores sequuntur Gloss.*in clem.*5.*in verb.occasione eodem titulo.* ubi Card. *sub num.*5. *versic.* 5. *quæro,* Aucharan. *sub n.*4. Immol. *num.* 40. *vers. quinimo plus*

dicit. Vital. & Barbat. *n.* 32. & in hæc Bulla Modern. *ſuper reg.* 8. *gl.* 6. *n.* 216. Et ſi utcumque hæc ratio ſcripta ſit in conſtitutione, caſus dicitur comprehenſus per illius identitatem abſque alia extenſione. Gloſſ. *in c.* 1. *de empt. ord. n.* 6. Oldra. *conſ.* 185. *in* 6. Oldral. *conſ.* 1. *ut lite pend.* Bald. *in illud poſt n.* 6. *C. de ſacroſ. Eccleſ.*

82 Vel ſi ſecundùm informantes pro Franciſco negetur rationem eſſe prædictam, quæ expreſſa legitur, ſed dicatur eſſe præſumptionem pro electione Ordinarii, cum iſta tantum reddi poſſet, haberur pro expreſſa, juxta gloſſ. *in l. quamvis.* ubi Bald. *in princ. verſic. & cum una ſola. C. de fideicomm.* & ibi Add. Caſtr. *n.* 4. Iſſ. n. 6. adeò ut ab ea tanquam unica licita ſit extenſio etiam in correctoriis. Caſtr. *in l. ſi verò* §. *de viro n.* 1. *verſiculo idem. ſi ratio. ff. ſolut. matrim.* Adden. ad Bald. *in aut. quas actiones litera E.* & ibi Iſſ. *num.* 22. *C. de ſacroſ. Eccl.* idem Iſſ. *in d. l. quamvis n.* 7. *verſ.* 2. *C. de fideicom.* cum concord. per Surd. *deciſ.* 174. *art.* 12. & 13. & *dec.* 292. *n.* 15. & 16.

83 Et hæc præſumptio eſt adeò vehemens, ut non tollatur ex ſententia revocatoria Metropolitani, quia cum in electione ad Parochiales ex diſpoſitione ſacri Concilii Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. *verſ. peracto*, ultra doctrinam, ſint etiam conſiderandi mores, prudentia, & alia ad Eccleſiam gubernan. opportuna, quæ ratio eſt, ut dignior non ſimpliciter dicatur ille, qui doctior ſit vel ſanctior, ſed is qui juxta munus, cui præficiendus eſt, aptior ejus miniſterio apparet; & hic eſt præferendus, ut ex ſententia Divi Thomæ tradit Covarr. *in regul. peccatum* 2. *p.* §. 7. *ſub. n.* 4. *verſ. dignior verò*, & dicit Rot. in Beneventana Parochial. 13. Junii 1590. coram bonæ memoriæ Orano, & in Ravennaten. Parochial. 2. Decemb. 1594. coram illuſtriſſimo Arigonio in nullius Parochialis ſeu concurſus 4. Decembr. 1610. coram Revet. D Bononien. ex quo cenſuit ſacra Congregatio illuſtriſſimorum Cardinalium Concilii interpretum præferendum eum cujus mores noti, probatique ſunt ei, cujus vita ignoratur, licèt doctiori, ordinarius præſumitur inſtructus de vita & de moribus concurrentium & aliis ultra doctrinam requiſitis tanquam ejus diœceſanorum, Card *in clem.* 1. *n.* 20. *verſ. ſi autem*, ubi Anch. *n.* 7. *verſ. & hoc ideo de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Veral. *dec.* 406. *p.* 2. Put. *dec.* 395. *num.* 2. *lib.* 3. & conſiderandum fuit in terminis hujus bullæ in dictis Ravennaten. coram illuſtriſſimo Arigonio, & nullius coram Reverend. Bononienſ. Metropolitanus verò per novum concurſum non poteſt certior fieri niſi de doctrina, & ſic ceſſat in eo præſumptio, vel ſaltem non æquè viget, & adeo præſumitur pro judicio ordinarii, ut debeat clarè doceri de dolo, & irrationabilitate illius, ut tenuit Rot. in Camerin concurſus 19. Decemb. 1603. coram. R. Atrebaten & in Sabinen. concurſus 6. April. 1609. coram R. Domino meo Damaſceno, etſi quælibet ex prædictis rationibus de per ſe ſufficit, tanto magis ſimul junctæ, exemplo duorum vinculorum, quæ magis ſtringunt, *cap.* 1. *de treug. & pace cum ſimilibus.*

84 Præterea etam ſi conſtitutio eſſet reſtricta ad primam appellationem, tamen cùm à revocatoria ſententia detur appellatio quoad utrumque effectum, ut firmatum fuit, perinde eſt illa interpoſita, ac ſi eſſemus in caſu verbis expreſſo, ante ſcilicet latam revocatoriam, quæ habetur pro extincta, inſpecto præſenti ſtatu, juxta text. *in l.* 1. *in fi.* & ibi gl. *ff. de Turpil l.* 2. *verſ. cæterum ff. de pen.* Bald. *in rub. C. de appell. n.* 2 & *in l. ita demum n.* 2. *C. de procur.* Roman. poſt Immol. *in l.* 1. *n.* 30. *verſ. quoad ſecundum* ubi Alex. *n.* 2. Iſſ *n.* 9. Rip. *n.* 10. *ff. de re jud.* de communi Felin. *in rubr. de app. ſub. n.* 2. *col.* 4. *verſ. & adde. & in c. paſtoralis.* 18. *n.* 14. *verſ. concluſio ſit de off. de leg.* ubi Adden. de communi dicit veram Alex. *conſ.* 36. *n.* 6. *lib.* 4. & communem *conſ.* 188. *n.* 10. *lib.* 2.

Et ideò licet verba conſtitutionis videantur reſtricta ad appellationem ab electione ordinarii: tamen 85 non excluderentur caſus ſimiles, gl. *in l. ob æs in verb. alienum in princ.* & ibi Sabcet. *C. de pend. minor. & in l. ſervi nomine* ubi Bartol *n.* 3. *ff. de uſucapio.* gl. vulg. *in l. illud in verb. alia cauſa*, & ibi Bart. *in princ. C. de ſacroſ. Eccl.* præſertim in hac materia favorabili diutinæ vacationis tollendæ Bart. *in d. l. illud, n.* 3. Bald. *n.* 6. *in fin.* Caſtr. *n.* 4. *verſ. hic. eſt una* Bart. *in d. l. ſervi nomine n.* 3. ubi quæ veniunt in neceſſariam expreſſorum conſequentiam, ex quibus ceſſant dicta de caſu omiſſo.

Nec etiam poteſt dici ſublata vel eliſa præſumptio 86 electionis ordinarii per contrariam ſententiam juxta doctrinam Card. *in clem.* 1. *q.* 4. *num.* 15. *de ſequeſt. poſſ. & fruct.* nam in quæſtione ibi poſita per Cardinalem non minor militabat præſumptio pro ſecunda ſententia, quam pro prima pro poſſeſſore lata, ſed eadem, cum utraque eſſet lata in curia, ut ipſe inquit, imò in terminis d. clem. ipſa prima ſententia eſt quæ parit ſequeſtrum Caſſad. *dec.* 1. *eod. tit.* ſed in caſu noſtro negari non poteſt, quin major ſit præſumptio pro electione Ordinarii à qua non datur appellatio ſuſpenſiva, quàm pro ſententia Metropolitani, à qua datur quoad utrumque effectum: & ideo ſententia, quæ habet majorem præſumptionem, habet aliquem effectum executivum 87 non obſtante alia contraria, prout in terminis ejuſdem Clementinæ primæ ſententia lata in curia pro actore operatur effectum appoſitionis ſequeſtri, quamvis adſint contrariæ in partibus pro poſſeſſore, & hoc ratione majoris præſumptionis pro eo, ut ibi explicant Doctores.

Prædictis ergo non obſtat allegata deciſio Dertucen. 88 coram bonæ memoriæ Gipſio, uti ſimpliciter fundata in verbis reſtrictivis, non conſiderata conſtitutionis ratione, & in qua Domini priùs ſuſtulerunt præſumptionem pro electione Ordinarii, quam reſolverunt, fuiſſe gratificatoriam, & judicium Ordinarii fuiſſe ſuſpectum, ut in deciſione præcedenti de menſe Decembris 1581. & per ſententiam revocatoriam, ubi conſideratur, quod niſi apponeretur ſequeſtrum, facile apponeretur via fraudibus, contra mentem & verba dictæ conſtitutionis in verſiculo, nos ad quorum, *ibi*, perſonis minus dignis, *&c.*) nec colligitur fuiſſe appellatum à ſecunda ſententia lata in curia, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, quo præſumptio viget manifeſtè aliqua conſideratione, tanquam extincta præſentaneo ſtatu per appellationem, & ita concluſum utraque parte informata. Hactenus de deciſione, quam ut elegantem inſerere volui, quia continet plures doctrinas concernentes materiam hujus c. licet eam viderim poſt hæc ſcripta.

CAPUT V.

A ſententia, ſeu compulſione, quam facit Ordinarius Eccleſiaſticus Rectori, vel Parochianis in contributione pro conſtructione Eccleſiæ dirutæ, ſeu etiam à ſententia, qua juſſit, novam aliquam Eccleſiam Parochialem ædificari, eò quòd aliqui Parochiani non poſſint, vel propter locorum diſtantiam, vel aquarum inundationem, aliámve probabilem difficultatem, matricem adire; an appellationi interpoſitæ non deferens vim faciet.

SUMMARIUM.

Eccleſia diruta & collapſa debet reparari & reædificari ex redditibus ſuæ fabricæ, num. 1.

Fabricam

Fabricam si Ecclesia diruta non habeat, clerici ejusdem tenentur contribuere pro adificatione ex redditibus, qui sibi supersint deducto necessario, n.2.

Parochiani contribuere tenentur in Ecclesiæ collapsæ reædificationem, & clerici redditus, qui supersunt, non sufficiant, num.3.

Parochiani non possunt renunciare administrationi, & perceptioni Sacramentorum, ut à contributione hac excusentur, n.4.

Expenditur text. in c. decernimus 10. q.1.*n.5.*

Expenditur in proposito l 11.tit.1.p.1.*ibid.*

Beneficiati tenentur non solùm ad fabricam, sed etiam ad alia ornamenta, sine quibus divinum officium celebrari nequit, sed etiam ad alia paramenta necessaria ad divinum cultum, n.6.

Fabrica deficiente, vel non sufficiente, beneficiati deducta congrua tenentur ad reparationem, & Episcopi, commendatarii, & alii interesse habentes in fructibus ejusdem Ecclesiæ, quibus minimè sufficientibus Parochiani tenentur ad contributionem, n.7.

Regis & ejus Concilii supremi jussu, an possint capere, & pignorare bona Ecclesiastica, sive decimas contribuere tenentium ad hujusmodi Ecclesiæ reparationem tanquam Concilii Tridentini executoris, n.8.

Parochiani in subsidium tenentur ad contributionem reficiendæ Ecclesiæ dirutæ, sicut Clerici tenentur ad opera publica communia omnibus, pontes, & fontes, &c.n.9.

Clerici an teneantur contribuere pro operibus publicis & communibus, ibid. & sub n.10.

Parochiani tenentur pro oneribus Ecclesiæ, putà, si reconciliatione egeat, n.10.

Parochiani quando in subsidium tenentur contribuere pro necessitate Ecclesiæ, tam nobiles, quàm plebeii indistinctè coguntur, ubi de ratione, n.11.

Redditus Clericorum ubi non supersunt ad reparationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica universitatis, & in subsidium, collectari vicinos, n.11.

In reparatione Ecclesiæ ut quis ad eam teneatur contribuere, attenditur primitus consuetudo, & observantia, n.13.

Contribuere coguntur, qui tenentur ad Ecclesiæ refectionem appellatione non obstante, n.14.

Patroni Ecclesiæ fructuum ejus participes tenentur ad reparationis contributionem ibid.

Concil. Trid. sess 21.de reformat.c.7.*expenditur, ibid.*

Contradictio ubi est remota, appellatio etiam remota intelligitur, n.15.45.

*Intellectus ad Concilium Trid.*de sess.21. de reform.c.7. *num.16.*

Ordinarius potest exemptos compellere ad Ecclesiæ reparationem appellatione & inhibitione non obstantibus, num.18.

*Concilii Trid.*sess.21.de reform.c.8. *verba expenduntur, ibidem.*

Clerici quorumlibet beneficiorum simplicium tenentur (deficiente fabrica) ad Ecclesiæ reparationem, & non alii, num.19.

Ecclesiæ non Parochiales ubi collapsæ sint, & deficiat, qui contribuat, an & quãdo radicitus erunt destruenda, n.20.

Ecclesia simplex diruta (deficiente fabrica) seu beneficiato. aut his adhuc non sufficientibus, an petenda sit eleemosyna in populo & inter vicos circumvicinos, maximè si Ecclesia maximæ sit devotionis, n.21.

Eremitoria destructa tempore Clerici, ex qua plures fructus & proventus percepisse apparet, an ejus hæredes ad reparationem sint compellendi: casus de facto refertur, num.22.

Clerici simplicis Ecclesiæ quando tenentur ad reparationem coguntur appellatione non obstante juxta Concil. Trid. n.23.

Determina io una respiciens plura determinabilia, debet pariformiter determinare, n.24.

Hæredes Clerici quando ad reparationem tenentur, coguntur non obstante appellatione, quia qualitas obligationis ex persona hæredis non mutatur, n.25.

Ecclesia simplex diruta omni destituta remedio ad refectionem, quomodo cum omnibus oneribus, & emolumentis sit ad matricem transferenda, n.26.

Et quid & quando Ecclesia Parochialis collapsa est, & non sit unde reparetur, ad quam Ecclesiam sit transferenda, cum quibus qualitatibus, & conditionibus, juxta Concil. Trid. & congregat. Card.n.27. & quando ipsa Ecclesia est profananda, & de aliis vide ibid.

Matrix Ecclesia, ad quam simplex diruta erit facienda translatio, dicitur Ecclesia Parochialis, n.28.

Matrix Ecclesia, ut Parochialis transferatur, erit Ecclesia Cathedralis, ibid.

De translationis Ecclesiæ dirutæ materia, qui videndi sunt, n.29.

Translatio hæc an sit unio, vel Ecclesia distincta, & an ordinarius ita profanatæ Ecclesiæ lapides, & trabes possit vendere, & quæ ex his ædificia construi possint, & de aliis vide remissivè, n.30.

Parochialem novam fieri quando jussit Ordinarius, an possit ad id compellere non obstante appellatione, n.31.

Causa quæ sufficiens sit, ut nova Parochialis construatur, n.32. & n.14. remissive.

Concil. Trid. sess.21. de reform.c.4. *expenditur ibid.*

Populo ita numeroso, ut Rector non possit sufficere sacramentis, vel cultui divino ministrandis, potest ipse Rector, vel alius ad quem pertinet sufficientes sacerdotes sibi adjungere, n.33.

C. ad Audientiam de Ecclesiis ædificandis renovatur per Trid. sess.21. de reform.c.4. *n.34.*

Sententia qua ex justa causa & à jure approbata ordinarius invitis etiam Rectoribus novam Parochialem erigi, declarat, executitur (appellatione non obstante) n.35.

Concil. Trid. sess.21.c.2.*decretum cum sit jus novum editum in confirmatione, ad audientiam, de Eccles. ædif. debet recipere omnes ampliationes, & limitationes illius, num.36.*

Parochus præficiendus Ecclesiæ noviter constructæ, debet institui ad præsentationem Rectoris primæ, & de ratione. num.37.

Patronum si habeat prima Ecclesia simul & ille cum Rectore debet noviter constructæ præsentare, n.38.

Termini Parochialis si inter antiquam Parochialem & novam Ecclesiam non dividantur, an decimæ prædiales sint dividendæ, vel quæ emolumenta nova Ecclesia debeat percipere, n.39.

Rectori noviter ædificatæ Ecclesiæ quæ portio assignari debet per Episcopum, & unde deducenda juxta noviter per Trid. dispositæ, n.40.

Concil. Trid. sess.24.de reformatione dispositio expenditur, num 51.

Portionis assignatio, & Clerici institutio & præsentatio ad novam Ecclesiam fieri debet appellatione, & contradictione, non obstante, n.42.

Congruæ ab assignatione Rectori factæ non admittitur appellatio suspensiva, n.43.

Provisio Rectoris Parochialis non suspenditur per appellationem subsecutam, n.44.

L. Partitæ verba ibi (aunque lo contradigan. &c.) *ponderantur, n.45.*

Reædificans, vel reparans Ecclesiam dirutam an acquirat jus patro. & an illud acquirens ex constructione si funditus diruta sit, illud admittit, & quid quando simul dotavit, n.46. remissivè.

Construens Ecclesiam an in reparatione & reædificatione sit aliis præferendus, n.47. remissivè.

Capella, vel Ecclesia construenda ex præcepto testatoris intra quod tempus sit ædificanda, n.48. remissivè.

Beneficii ob fructuum diminutionem ad faciendam sit suppressio, extinctio, aut unio per Episcopum cum Capituli consensu, n.49. remissivè.

HUic est satis difficultati jure Canonico succursum, & pro prioris partis satisfactione, illam esse attendendam Abbatis distinctionem, Ecclesiam dirutam, collapsam,& ruinam debere reparari,ac reædificari ex redditibus suæ fabricæ,& si non habeat fabricam,seu minus sufficientem,quod clerici illius Ecclesiæ cõtribuant,ex eo quod eis supererit(deducto necessario,) etsi nihil supersit eis, vel quod supersit,non sufficiat,ad dictam reædificationem debent ultimò compelli Parochiani ejusdem Ecclesiæ ; ut contribuant ratione sacramentorum,quæ in ea recipiunt,sibique ministrantur ; & divinorum Officiorum, quæ ibi audiunt, quibus non poterunt renunciare dicentes,se ab hinc nolle uti dicta Ecclesia,quam relationem ad distinctionem Abb. sequitur ut veram Greg. Lopez *in l.11.tit.10.p.1.gl.sacando onde.*Francisc. de Ripa 1. *secundò respondeo,de Ecclesiis ædific.n.1.2.& 3.* peregrinam vocant ad propositum text. *in c. de Eccle.ædificand.*ubi Abb.*n.2.*Paul.de Citadi.*tract. de jure patro.5.art.princ.vers. secundo intelligo sub n.173.* Boius *cons.3.n.22* Ripa *consil.68.n.3.*Capella Tholo. *q.39.* optimè Joan Hier. Campan. *diverf.jur. cano. rubr.12.c.13 sub n.19. fol.725.*ubi quod cleri beneficiati non tenentur nisi excessu suæ legitimæ congruæ.

Ad quam ut certam reducendam esse gloss. *in c. quamvis 2.q.2.in fi.*dicentem laicos non esse compellendos ad reparationem fabricæ, sed tantum clericos, & Hostiensem *in sum. de Ecclesiis ædific. n.2.& 3.* dicentem, laicos nisi de consuetudine,de jure tamen non teneri reparationem Ecclesiæ,& opinatur Joan. Gutier. *lib.1.pract.10 sub n.2.ad fi.* & idem sequendo Abbatem dicit Zerola *in praxi Episcop.1.p. verbo visit. ad 6. dub.9.* quod si ob inopiam Ecclesiæ, & beneficiati non possit parochialis reparari : parochiani sunt compellendi,nec valeat per hoc possent usui Parochiæ renuntiare.

Et de clerico beneficiato ut ad id teneatur, probat *Innoc. decernimus 10. q.1.*ubi dicitur & si qua fortè basilica fuerit reperta destituta, ordinatori ejus reparationi præcipiatur, (text. *in c.fin.16. q.1.* utrobique gloss. *in c.1.de Ecclesiis ædi. & c.de his,eod.tit. l.11. tit. 10.* 1.ubi dicitur : *que la yglesia se ha de reparar por el Patronadgo, y los feligreses della, y no bastando la dicha renta el Patronadgo de la tal yglesia es obligando a gastar lo que fuere, segun la renta,que jubiere, sacando lo que ubiere* &c.Aviles *in capitibus Prætorum c.23.in gl.den ord. lit.d.199* hanc etiam quæst. tangit Cepola *de servit. rust. prædio,59.c. n.22.* ubi nihil resolvit, sed tantum refert loca ordinaria.

Qui beneficiati non solum tenentur ad fabricam, sed etiam ad ornamenta, calices, pluvialia, & alia quæcumque paramenta ; ea, non tantùm sine quibus divina officia celebrari nequeunt, & illa quoque necessaria ad cultum divinum, secundùm solemnitatem festivitatem dierum (scripsit Barbos. *consil.26. lib.3.* Petrus Surd. *consil.62. n.5.* Cavalca, *dec. Fibizana, sub. n.24 p.2.* Joan.Hieron.Campan.*diverf.jur.cano.rubr.12. c.13.sub n.19.fol.725.*& idem *in dec.84.*

Et quòd si Ecclesia Parochialis non habet fabricam, vel, non sufficientem beneficiati teneantur deducta congrua Episcopi, commendatarii, seu aliæ personæ illas recipere habentes in decimis, & redditibus Ecclesiæ, quibus minimè sufficientibus Parochiani contribuant, ita probat optimè Bobadilla *in polit. lib.2.c.18. n.135.* Gomez. 5.Aufrer. *Capel. Tholos. dec.120.* Dec. *consil. Pedem. 5.cons 3. principaliter.* Calvacan. *dec.22.n.23.&* Rebuff. 2. Guigas *concil. 117.* Joannes Nicol. Delphinat. *de jur.patr.lib.2.ex n.128* Sarmien. *in defens. de Eccles.1 p.monito 41 n.5.* & videndus Navarr. in Apologia contra ipsum ibidem *q.1. monito 82. n.8.& § 1.n.3.& § 10.n.7 vers.4.*Michaël Thenoch. *de Rep. lib.2 in 6* Rebuff. *in respons.135. per totum.* Petrus Cened. *in collecta.ad decret.153.n.1. & 2.*

Imò hoc casu posse jussu Regis tanquam Concilii Tridentini executoris, & Regii ejus consilii capi, sequestrari, aut pignorari hæc bona Ecclesiastica, sive decimas, ad hujusmodi Parochialis reparationem faciendam, affirmat Bobadilla *d.lib.2.c.18. n.135.* ubi de praxi etiam testatur. 8

De laicis verò Parochianis, ut in subsidium teneantur ad hujus reparationis contributionem, ratio ultra dictam dictat, nam si clerici in opera publica, & pia, quæ sunt communia omnibus, prout est refectio murorum,viarum,fontium,& pontium, tenentur ad contributionem *per l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. l.11.& 12. tit.3.l.1.novæ recopil.5.4 tit.6 p.1. & l.20. tit.32.p.3.*& utrobique Gregor Lopez, Petrus Dueñas *in regn.100.lim.16.* Didacus Perez *in l.5.tit.3.l.2. ordin.* latissimè Aviles *ubi suprà d.c.23. prato. in gl. den.ordin. per totam* Mincha *lib.1. controvers. ut frez.c.6. n.4.* ergo pariter, & à fortiori Parochiani laici tenentur contribuere in refectionem,quandoquidem est causa pia, publica, & omnibus communis,ac necessaria, quo argumento usus est Gutier. *in allegat.10.n.2.* cujus quidem licet consequentia verissima sit(ut superiùs diximus,& dicimus) Lamberti *tract. de jure patr. art.13.§.2 princ. lib.3.n.8.*Joan Hieron.Campanil.*d verfic.item adde. rub.12. n.13.n.18.*qui loquuntur de Parochianis;ut contribuere teneantur pro oneribus Ecclesiæ ; scilicet : si reconciliatione,aut reparatione indigeat ; antecedens tamen difficultatem patiatur, ut est videre ex his,quæ Nicol. Garcia *de benef.1.p.c.3.à n.14.* ubi tamen, alios plures pro Gutier sequendo refert Bobadilla *in polit. l.2.c.18. n.304.*à qua contributione quando laici ad eam tenentur : omnes quidem instinctè, nempe, tam nobiles, quàm plebeii ; cum ad eam teneantur obligatione Parochianorum, operis publici communis, concernentisque omnium utilitatem,& necessitatem,ut per Avend. *lib.2.de exequen.mand.Regiis,c.14.n.9* & magis in specie ipsum Avend. *ibi lib.1.c.10.n.29.*Barbos *in remiss.ad Trid.sess.11.c.7.n.4.*Cened.*in collect.ad decret.153. n.2.* Bobadil. *in polit.d.c.18.n.135. ad fin.*probat Gutier. *ubi suprà n.5. & 6.* ubi etiam dicunt : quòd quando non supersunt redditus clericorum ad reædificationem Ecclesiæ, potest expendi pecunia publica universitatis, & à deficiente debet perveniri ad collectam inter vicinos, quod est notabile, & ego jam practicari ita feci. 9 10 11 12

Hæc tamen, quæ diximus,beneficiatum,& Parochianos in subsidium teneri ad reparationem Ecclesiæ ; fallunt,ubi contradicit consuetudo, & observantia,qua apparet ad alterum spectare hæc onera,quia cùm quæritur : quis teneatur Ecclesiam reparare seu ad ejus reparationem contribuere : primitus inspicitur, & attenditur observantia, & quid hactenus consueverit. Ita docent Innoc. *in c.fi.de his quæ fiunt à major. par. capit.* Paul.de Citadinis *in tract.de jure patro.art.5.princ. vers. secundo intelligo,sub n.173.* Beroius *cons.3. num.1. lib.1.* Archid. *in c. quatuor.12.q.2. ille Prævositus n.3.* Joseph. Lud. *consil.38.illatione 135.* & defendit Abb. quem referens sequitur Joan Hieron.Campanill.*diverf.jur.cano. rubr.12.c.13.sub n.19.post princ. fol.725.* 13

Hæc suppositi : ut nostra principalis intentio clariùs deducatur ; an scilicet ab hujusmodi compulsione, & sententia in contributione pro reædificanda Ecclesia diruta ; appellationi interpositæ non deferens vim faciat ordinarius, in qua sacrosanctum Concilii Tridentini decretum invenio *sess 21.de reform. c.7.* omnes difficultates dirimens disponendo : Valde curandum esse, ne ea quæ sacris ministeriis dedicata sunt temporum injuria obsolescant, & ex hominum memoria excedant, procurent Episcopi, parochiales Ecclesias, etiamsi juris patronatus sint : ita collapsas reficiendo, & instaurari : ex fructibus ; & proventibus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocumque pertinentibus, qui si non fuerint sufficientes,omnes Patrones,& alios, qui 14

qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes, percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant appel-
15 latione, exemptione & contradictone remota.) Quod & fulcitur etiam ex illo verbo(contradictione remota, *&c.*) quo utitur Concilium,per quod censeri appellationem esse prohibitam probat post. Philip. Franc. Decium,& alios Lancelo. *de attenta.2.p.cap.*12 *limit* 8.*n*... Hieron. Gonzal. *in regul. de alternati.gloss.* 9. *in annota. n.*218. de quo latiùs videre poteris 2.*p. c.*8. *ad finem.* præcipuè à *n.*107 ubi plures citavi.

16 Quod Tridentini decretum circa obligationem reparandi Ecclesiam, quatenus dicit ex fructibus. & proventibus Ecclesiæ patronos, & alios teneri ad expensas in subsidium intelligo(salva correctione matris Ecclesiæ(prout jus commune scilicet, deducto necessario ad suam sustentationem, ut possit Ecclesiæ apriùs servire, & ita etiam intelligit Joannes Gut. *de allegatione.* 10.*num.*7. *ad fi.* qui etiam ejusdem Tridentini. *cap.* 7. *sess.*21. meminit ibi, tenet etiam Barbosa *in remiss.ad d. cap.*7. *num.*3.affirmat Sarmient. *de reddit. Ecclesiæ* 1. *p.monit.*82.*num.*3. Cened. *in collecta ad decret.al.*153. *ad medium.*

17 Patiter & ex eo vides; Episcopum vim non facere haud deferentem appellationi interpositæ à sententia, seu compulsione hujusmodi,cùm sibi permittat ea non obstante, nec contradictione,aut exemptione prædicta faciant, & cogant clericos patronos, aut parochianos, & idem disponit Trid. *sess.*21. *de reformatione*, *cap.*8. loquendo etiam in beneficiis; tam secularibus, quam regularibus, & etiam exemptis, ut singulis annis visitentur, & curent Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renovatione indigent, aut restitutione, reficiantur, appellationibus quibuscumque, *&c.* judicum deputationibus,
18 & eorum inhibitionibus, *&c.* idem quod *cap.*8. etiam decrevit idem Trid. *in sess.*7. *de reformatione cap.* 8. ut ordinarii opportunis remediis provideant:ut Ecclesiæ, quæ reparatione indigeant, reparentur, appellationibus, privilegiis, consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore præscriptis, judicum deputationibus, & illorum inhibitionibus, penitus exclusis.

19 Hæc tamen, quæ diximus clericum in parochialis diruta reparationem teneri: intelligendum, & extendendum est ad quoslibet beneficiatos, beneficiorum simplicium in quibus ad reædificationem ipsi soli(deficiente fabrica) compellendi sunt non alii, ita tenent Abb. *in c.*1. *n.*3. *de Eccl.siis ædif.* Joan Gutier Valascus *consil.*179.*num.*13. Navarr. *de Sp.cl.clericorum* §.8.*n.*11. *versiculo secundo* Joan. Gutier. *allegatione* 10 *sub. n.*1. Zerola *in praxi Episcop.*1.*p. verbo visitatio* §.6. *dubio.*9. & probat *l.*11. *tit.*10. *p.*1. & facit quod congregatio
20 Concilii censuit *super d.cap.*7.*sess* 11.*de reformatione in principio.* dum loquitur de reædificatione Ecclesiæ non curatæ, & beneficii simplicis super illis verbis (ob eorum inopiam, *&c.*) ita inquit: Si populus nolit Ecclesiam,quæ minatur ruinam; instaurari debet penitus destrui,*&c.*)& sic sequitur, quòd populus non tenetur reædificare Ecclesiam non curatam, si nolit,secus parochialem in subsidium, ad quod tunc de necessitate,
21 non de voluntate tenentur, & ad id modis omnibus compelluntur ex supradictis Tridentini decretis Sed tunc quando dicta Ecclesia non curata diruta, vel collapsa sit deficiente fabrica,vel beneficiato,seu,his adhuc non sufficientibus de licentia ordinarii petatur eleemosyna per populum, & vicos circumvicinos, maximè in Ecclesiis devotionis, ut ita se vidisse semel affirmat Gutier.suprà *n.*8.ubi etiam superius *n.*7.*ad fin.* dixit, se vidisse litem agitari; cujus expensis deberent ædificari
22 quædam eremitoria illius diœcesis Placenti, quæ erant destructa tẽpore cujusdam cleri & tamen eo defuncto, directo libello à defensore piarum causarum illius Episcopatus contra bona dicti defuncti, & ejus hæredes fuisse condemnatos:ut solverent quãtitatem necessariã ad eorum reparationes,constito,quòd defunctus plures redditus, & fructus percepisset ex ipsis eremiteriis,quã sententiam justissimam reputo ex jam dicta doctrina.

Quapropter beneficiatus simplicis Ecclesiæ condem- 23
natus ad impensas pro reædificatione, & reparatione Ecclesiæ diruæ, compellendus est pariter etiam non obstante ab eo emissa appellatione; nec ei delationem ordinarius denegans, violentiam facit ex identitate rationis, quæ in utroque casu viget, & probat Concilium Tridentin.*d.* 8.*sess.*21. quod dum disponit circa refectionem, & reparationem Ecclesiæ, tam curatæ, quam non curatæ, permittit compulsionem, & exemptionem, appellatione non obstante. & sic de utroque casu censuisse certissimum est: quia una determinatio respiciens plura determinabilia, illa debet pariformi- 24
ter determinare,*l.jam hoc jure ff. de vulg.ari*,& per consequens etiam in compulsione hæredis condemnari, juxta terminos casus per Gutier relati, quia qualitas obligationis ex persona hæredis non mutatur. *l.*2. §.*ex his ff.de verborum oblig.*& contra eos pariter,ac contra 25
defunctum obligatum rectè executio procedit,*l.ex contractu ff. de re judic.* & ibi omnes, & ex pluribus aliis latè Parla. *lib.*2. *rerum quotid.c.fir.*4.*n* §.1.*in princ.*

Hæc tamen quæ huc usque diximus,procedunt:quan- 26
do Ecclesia diruta, vel ex ejus redditibus, seu fabrica, vel ex beneficiati proventibus, vel in subsidium ex collecta, & reparatione Parochianorum, vel in simplici, & non curata ex eleemosynis refici, & reædificari potest: at quando omnes nimia egestate laborant, & ob eorum inopiam nequit instaurari, quid esse faciendum disponit sacrum Tridentini decretum *in d. c.*7.*sess.*21. ut si sint beneficia simplicia, & jurispatronatus, Ecclesias quæ vetustate, vel alias collapsæ sunt vocatis iis, quorum interest, Episcopus, etiam tanquam sedis Apostolicæ delegatus, transferre potest in Ecclesias matrices, aut alias Ecclesias locorum eorundem, seu vicinorum arbitrio suo atque in eisdem Ecclesiis erigant altaria, vel capellas,sub eisdem invocatoribus,vel in jam erecta altaria,vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus prioribus Ecclesiis impositis, & ad Ecclesias Parochiales etiam jurispatrona- 27
tus pariter extendit Trid. *ibi in versic. Parochiales verò* ibi,quod si nimia egestate omnes laborent,ad matrices seu viciniores Ecclesias transferantur, cum facultate tam dictas Parochiales, quam alias Ecclesias dirutas in profanos usus, non sordidos, erecta tamen ubi cruce, convertendi, *&c.* Zerola *in praxi Episcop. verbo visitatio.* §.6. *versic. novum dubium* 1. *p.* & declaratio sanctæ congregationis super eodem c.7.*à princip.* & super illis verbis(quod si nimia egestate omnes laborent, *&c.* dicit quod Ecclesia diruta parvulorum reddituum potest ex sententia Congregationis, in profanos usus,non tamen sordidos (erecta tamen ibi cruce) converti, & transferri ad matricem, seu viciniorem Ecclesiam, ubi erigendum est altare, sub eadem invocatione impositio oneri titulari; ut curet ibi celebrari singulis hebdomadis per sacerdotem idoneum: cæmeterium ita profanandum, & deinde ossa transferenda esse ad novum cemeterium, quod à titulari construatur in eo loco, quo magis placuerit populo. Et eadem congregatio super versiculo(ad matrices seu viciniores, *&c.*) dicit in hæc: Quod quando Ecclesia diruitur, onus Missarum ad matricem Ecclesiam transferendum est,& in ea expensis possidentis Ecclesiam dirutam,altare erigendum sub nomine dirutæ (Et eadem super versiculo)in profanos, usus non sordidos (dicit: Quòd ordinarius non debet sine causa profanare capellas, & si aliquam profanandi causam habeat, eorum cæmenta potiùs attribuenda esse Ecclesiæ, quæ est caput dictarum capellarum, quam alteri.)

28 Et adverte, quod matrix Ecclesia, ad quam hæc translatio facienda est, intelligitur de Parochiali, scilicet;respectu capellarum,& aliarum inferiorum simplicium,sub illius distractu existentium, quia earum respectu Parochialis dicitur matrix, ad eamque facienda est translatio prædicta, text. *in cap.ad audientiam.1. de Ecclesiis ædific.* text. gloss. & Abb. *in cap. venerabili de verborum signific.* idem Zerol. *in clem.1.n.3.& 4.de sententia excommunic.*Zerol. *in praxi Episcop.verbo, Ecclesiæ matrix.* respectu autem Parochialium Cathedralis Ecclesia matrix est, & ad eam translatio est facienda.

29 Et de Ecclesiarum translatione facienda, quando necessitas id exigat, vide Rebuffum *in praxi benefic. tit.de unio gloss.11.n.8.*Mandos. *regul.21. cancellar. q.7. & 8* Boër. *decis.* 345. Perusi. *de unione c.4. num.11.* Zerola *in praxi Episcop.verbo visitatio.§.9. p.345.*Frater Emanuel Rodrig. *quæst. regularium.1.q.43.art.13.*Bobadil. *in polit. lib.3.c.5. n.34.* Plures Doctores refert Cenedus *in collect. ad decretal.153.*

30 Et de pluribus aliis huic attingentibus, an ista translatio dicatur unio, & incorporatio, vel remaneat Ecclesia distincta, cùm retineat invocationes easdem introitus, emolumenta, & onera distincta ab alia, in quam transfertur. Et ad hoc ut in ea translatione tanquam unione possit ordinarius tanquam delegatus Sedis Apostolicæ se intromittere, & revidere juxta dispositionem Trid *sess.7. de reform.c.6.*vide Zerolam *in d. praxi ver. visitatio.1.p §.6.dubio.10.* & an ordinarius lapides, ligna, trabes, & alia hujusmodi Ecclesiæ diruta, & collapsa, & profanata ab eo possit vendere, vide Navar. *de spoli.§.18.n.10.vers.3. & n.11. vers.2.* Iss. *in l.2.n.16.* vide de jure Emphyteutico Zerolam *ubi proximè, dub.9.* & declarationes Cardinalium *sub. d.cap.7.* & quibus vendi possunt, & quæ ex eis opera construi & effici possunt, vide *c.ligna Ecclesiæ, de consecratione d.1.*& ibi glos. *c.ex antiquis 54.d.c.quæ semel.19.quæst.3. optima l.8. tit.10.p.1.* ubi Greg. & Montal.

31 Circa inspectionem autem ejus, quod secundo loco posuimus hujus capitis, an à sententia, qua ordinarius Ecclesiasticus jussit, novam aliquam Ecclesiam Parochialem ædificari, aliqua urgente necessitate à jure approbata, interpositæ appellationi non deferens vim faciat;arbitror supponendum nonnullas esse à jure justas, & legitimas causas assignatas, & ob quas quidem ordinarius Ecclesiasticus licitè potest (invitis Parochis) novas construere Ecclesias,text. *in c. ad audientiam el.prim.d.Ecclesiis ædif.*ibi.Quia quòd villa H. tantum perhibetur ab Ecclesia Parochiali distare: ut tempore hyemali, cum pluviæ inundant,non possint Parochiani sine magna difficultate; ipsam adire,unde non valent congruo tempore Ecclesiasticis officiis interesse, quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abundare: quòd præter illius villæ proventus: minister illius convenienter valeat sustentationem habere, mandamus quatenus si res ita se habeant Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem, *&c.*) Hanc decretalem expressè confirmat Sacrum Concil. Trid *sess.21.de reformatione c.4.*quo dicitur,quod Episcopi etiam tanquam Apostolicæ sedis delegati in omnibus Ecclesiis parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, ut unus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis sacramentis ministrandis, & cultui divino peragendo cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ibi tot sacerdotes ad hoc munus adjungere quot sufficiant ad sacramenta exhibenda.

34 In his verò in quibus ob locorum distantiam, sive difficultatem parochiani sine magno incommodo ad percipienda sacramenta,& divina officia audienda, accedere non possunt: novas Parochias, etiam invitis Rectoribus juxta formam constitutionis Alexandri III. quæ incipit ad audiendam, constituere possint.) Idem etiam dispensit (ubi alias rationes novas constituendi Parochias refert (text. *in c.cum tribus, de consecration.d.1.*ubi glossa *in Ecclesias 16. quæst.7 cap. antepenu'. eadem causa & q.c. felix c.multis c. præcipimus de consecratione d.1. c. temporis qualitas 16. quæst.1.l.9. & l.7.& 8.tit.10.p.1.*Abb.*in c.2.num.7.de decimis* Gregor. Lopez *in d.l. 7.* idem Gregorius facit etiam *l.13. tit.5. p.1.* ubi Greg. *gloss.6.*Zerol.*in praxi Episcopali 1.p.verbo Parochia. §.6.*

Igitur si Episcopus aliqua ex his rationibus, causisque justissimis motus,construi faciat novam Ecclesiam non faciet violentiam,si appellationi ab hac recta sententia interpositæ, non detulerit, quia caret suspensivo effectu, text. est *in d.c.ad audientiam.*ibi sublato appellationis obstaculo, *&c.*) & iterum ibi ad finem; appellationis cessante diffugio, *&c.* & in Trident.ibi; nec hujusmodi ordinationes & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscumque provisionibus:etiam vigore resignationis,aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus, *&c.*) 35

Quod quando ita clarè non disposuisset, tacitè in eo debebat subintelligi, cùm sit jus novum editum in confirmationem, & approbationem *d.c. ad audientiam,* cujus ampliationes, & limitationes accipere debet, juxta *l faciendum.* juncta gl.*ibi.*ubi communiter notant Doctores *ff. qui satisd. cogan. & in l.3. C. de silentiariis lib.12. verbo decurionibus.* communiter probat, *& in l. hac consultissima in princ.gloss.3.C. qui testam. facere possunt.*Bart.*in l.sed & si posteriores,*& ibi Joannes Orosius *n.12.ff.de legib.& in l.1.num.31. de constitu. Principum,* post Iss. *ibi num.16.* Mencha *de success.creat.§.3.n.10.* Covarr.*in rubr.de testam.2.p.num.19.* Mexia *in l. Regia Toleti.in 6. funda.2.par.num.18.cum seq.*Gutier. *pract. quæst. civil.lib.4 quæst.1.n.4.*Gregor.Lopez *in l.7. tit.13. p.6.gloss.9.* 36

Huic tamen Ecclesiæ noviter erectæ, novus etiam sacerdos præficiendus est ab Episcopo ad præsentationem Rectoris, & patroni construentis (si quis est)nam ex quo illis competens assignatur portio arbitrio ordinarii vel ex fructibus ad Ecclesiam matricem, quomodocumque pertinentibus, ut dicit Concilium Trid. *in d.cap.4.vers.in illis autem,& d.c.ad audientiam.* Quia igitur dicta Ecclesia ita dicitur redditibus abundare: quod præter illius villæ proventus, minister illius convenienter valeàt sustentationem habere, *&c. d.l.9. tit.10.p.1.* justum visum fuit pro tanti damni compensatione, illi attribuatur jus præsentandi, ut per text. *in d.c.ad audientiam*, ibi ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris,cum canonico fundatoris assensu, institutas ad sustentationem suam ejusdem villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum, *&c.*) ubi gloss. *verbo Rectoris,* rationem hujus juris præsentandi reddit, & ibi etiam Doctores, & elegantem etiam assignat *d.l 9. p.ad medium,* ibi, *el menoscabo que recivieſſe la primera, por los parochianos que le menguan,otorga el derecho, que los clerigos della puedan præsentar al Obispo,el que ubieren de poner en la yglesia segunda, e otorgarles ainde mas desto que ayan en ella alguna renta en manera de censor por conocimiento de mayoria,e deviela señalar el Obispo, segun que viere, que mengan las otras rentas de la segunda yglesia.*&c.)Idem hoc ultimum probatur *in d.c.ad audientiã.* 37 38

Quibus adde, quod huic novo sacerdoti non applicantur decimæ prædiales Parochianorum illius novæ Ecclesiæ: sed dumtaxat primariæ obventiones,hoc est, obligationes & decimæ personales, quæ dantur diebus festivis, & mortuaria, seu pro eis legata in testamento; ita tenent doctores *in d.c.ad audientiam*, ubi eleganter gloss. *verbo obventiones*, clarius*d. l.9.p.vers.como viere que aguardamiento*, quod procedit, quando non divi litur Parochia; at quando dividuntur termini Parochiæ antiquæ, dividuntur etiam termini prædiales, & tunc debebuntur decimæ prædiales novæ Ecclesiæ de prædiis suæ Parochiæ,ut per Abb. *in cap.ad audientiam.* 39

super

uper gloss. *in verbo obventiones.* tenet Gregor. Lopez *in d. l. gloss. 9.*

40 Et ideo sanctissimè providit Concilium Trid. *in d. c. 4.* ubi, Ut ei, competens assignetur portio ex fructibus matricis, & si necesse fuerit, Episcopus compellere possit populum, ea subministrare, quæ sufficiant ad vitam dictorum sacerdotum sustentandam. cujus etiam meminit Zerola *in praxi Episcopa. 1. p. verbo Parochia* §. 6. Pro qua facit quòd aliàs decrevit idē Trid. *sess. 24.*

41 *de reformatio. c. 13.* Quòd in Parochialibus Ecclesiis, quarum fructus adeò exigui sunt, ut debitis nequeant rectoribus satisfacere, curabit Episcopus, si per beneficiorum unionem, non tamen regularium, id fieri non possit, ut primitiarum, aut decimarum assignatione, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua ei videbitur commodiori ratione, tantum redigatur, quod pro rectoris, aut Parochiæ necessitate decenter sufficiat, & hoc etiam de jure divino & naturali Abb. *in c. novum genus, n. 7. de decimis. quæst 87. à num. 1. in corpore, & ad 4.* Covarr. *lib. 1. c. 17. n. 2. & 4. vers. quarta ratio l. 2. variar resolu.* Turrecrema. *in c. omnis Christianus, de consecratione d. 1.* Silvester *verbo decima 1. p. 5. q. n. 168.* Zerola *ubi suprà.*

42 Quibus & illud utile valde non omittam quod ab hujusmodi sacerdotis deputatione, & institutione, nec ab ejus portionis assignatione appellationi interpositæ, sive per Rectorem Matricis, sive alterum, Ordinarius non deferens violentiam dicetur commisisse, quia pariter nec suspendit hujusmodi ordinationes, nec admittitur, ita expressè probat text. *in d. c. ad audientiam,* ibi, Ecclesiam ibi ædifices, & in ea sacerdotem (sublato appellationis obstaculo) ad presentarionem Rectoris Ecclesiæ majoris, cum canonico fundatoris assensu, institutas, *&c.*) & iterum ibi *in fin.* Si vero persona matricis Ecclesiæ virum idoneum præsentare distulerit, vel opus illud voluerit impedire: tum nihilominus facias opus ad perfectionem deduci, & virum bonum (appellationis cessante diffugio, instituere, non omittes, *&c.*) & idem probatur *in d. c. 4. Concil. Trid. ad finem,* ibi, assignetur portio: *&c.*) nec hujusmodi ordinationes, & erectiones possint tolli, nec impediri, ex quibuscunque provisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus, *&c.*) & facit etiam *d. l. 9. d. tit. 10. p. 1. ad fin.* ibi, *bien quedan mandar que la fagan en termino de otra, e proponer clerigo en ella que la sierva, aunque lo contradigan, e no selo presenten los clerigos de la primera,* &c.

43 Et insuper ex eo, tum quia ab assignatione congruæ Rectori, seu vicario Parochialis appellationem minimè esse deferendam diximus suprà 2. hac. 3. *parte.* Tum ex eo, quia est providere Ecclesiæ de Rectore, in quo pariter appellatio non suspendit, ex Trid. *sess. 14. de reformation. cap. 18* & dixi latè suprà 2. *parte. cap. 13. à*

44 *num. 167.* & infrà hac 3 *parte, cap. 9. à num. 44.* & etiam probatur ex verbo *d. l. parti.* ibi, *aunque lo contradigan,* &c.) quod importat appellationem non admittendam, ut diximus etiam hoc *cap.* suprà *num. 15. & 2. parte*

45 *cap. 8.* ante finem à *num. 107.*

An reædificans, vel reparans Ecclesiam dirutam, vel collapsam adquirat jus patron. & an quando patronus, qui illud acquisivit in ea ex constructione tantùm, si

46 funditus sit ditura illud admittat: & quid quando etiam propter dotationem simul, vel simpliciter illud etiam dicatur amisisse, vide latè, & optimè cum pluribus prosequitur Rochus de Curte *in tract. de jure patro. verbo construxit, num. 12. & 13.* ubi etiam an ille qui primò construxit, præferatur aliis in refectione, & re-

47 paratione, & de aliis huic utilibus quæ omitto, quia mei non est instituti. Et infra quod tempus debeat construi Ecclesia vel Capella, quam testator construendam

48 mandavit sine præfinitione temporis, vide ibi optimè *num. 15.* ubi multa in propositum adducit, & quando ex causa, putà ex diminutione reddituum possit ab Episcopo cum consensu Capituli, fieri suppressio, & extinctio beneficii, vide latè per Nicol. Garciam *de benef. tom. 2. p. 12. c. 1. per totum,* & an beneficii divisio possit fieri: vide eundem *ibi c. 4.* & quando ob tenuitatem unio sit facienda *ibi c. 2. cum suis §§.*

CAPUT VI.

Ab eo, quod fit secundùm legis, & juris dispositionem, canonicas sanctiones, aut decreta, à judiceque eas exequentes: seu ibi jus commune resistit, aut ubi juris, & de jure præsumptio adest: appellationi emissæ non deferendo, violentiam adesse, dicatur: ubi etiam exactè de appellationibus frivolis.

SUMMARIUM.

Stultum est contra stimulum calcitrare. n. 1.

Appellatio emissa ab eo quod fit secundùm juris decreta & determinationem, non suspendit, n. 2.

A præcepto de residendo beneficium residentiam requirens non datur appellatio, n. 3.

A judice jurisdictionem exequente non permittitur appellare, n. 4.

Appellationem non esse admittendam ab eo, quod fit secundùm juris dispositionem & canonica decreta, qui probent. n. 5. & à n. 1.

Resignatarius tenetur dimittere possessionem à se possessi beneficii, postquam adeptus est possessionem beneficii resignari (non obstante appellatione) cui non deferens judex vim nullam facere declarabit Senatus, n. 6.

Appellationi contra juris clari dispositionem ut frivola non est deferendum, n. 7.

Præsentatus an possit appellare, ne patronus alium intra terminum præsentet accumulativè tantùm: numero. 8.

Appellari non potest, ne fiat quod de jure fieri permittitur, num. 9.

Ordinem suscipere necessarium beneficio compulsus possessor non appellat, quominus interim exequatur præceptum, num. 10.

Sequestrum licet regulariter sit prohibitum, tamen quando in casu particulari lex præcipit sequestrum apponendum appellatio non admittitur, n. 11.

Lex ubi aliquid fieri præcipit, judex id faciens dicitur legis executor, à quo non est licita appellatio, n. 12.

Quia tunc potius operatur lex, quam homo, cujus est executor, ibid.

Juris executio non gravat, n. 13.

Canon seu lex quando in aliquo casu determinatè aliquid faciendum præcipit, (ut in exemplis appositis) non admittitur appellatio, n. 14.

Cautionem præstandam in aliquo casu particulari ubi lex determinatè præcipit, sit appellatione non obstante. n. 15.

Licitum quod est fieri ante appellationem, & post illam fieri potest, n. 16.

Lex ubi præcipit aliquid fieri, jam casus censetur decisus & determinatus per sententiam legalem, quo casu à legis dispositione videtur appellare si à judice ut legis executore appellatur, n. 17.

Appellatio à juris dispositione & determinatione non est licita, n. 18.

Appellatio rei non admittitur à sententia, pariter nec ab ejus executore, aut executione, n. 19.

Ab executione rei judicatæ, aut obligationis Cameralis, & guarentigiati appellans præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet & negat consequens necessarium, quapropter non auditur, n. 20.

Appel

Appellatio à sententia legali est contraria juri, & per consequens frivola, cui nec defertur, nec causat attenta, n.21. & sub n.26.

Appellationi à sententia legali jus resistit, habétque contra se juris præsumptionem, & ideo non causat attenta, n.22.

Appellanti à monitorio, ut intra certum tempus accedat ad recedendum, resistit jus commune, & potest Episcopus ea non obstante ad executionem procedere, n.23.

Appellanti à correctione resistit jus, ac interim non causatur attentatum, n.24.

Appellatione pendente interposita per Canonicum à Capitulo imponente honestam correctionem, seu etiam à correctione per ordinarium, potest ad executorem devenire, quia dicitur frivola, n.25.

Concil. Trid. sess 13. c. ad fin. *adducitur, ibid.*

Frivola dicitur appellatio interposita ab interlocutoria expressa minùs legitima causa, aut à jure improbata, n.26.

Appellari licet à denegante beneficium concessum per jus commune, quia ubi denegatur juris communis observantia, gravamen infertur, n.27.

Appellatio innititur justitiæ, n.28.

Causa immediata appellationis est injustitia, injuria, & gravamen n.29.

Frivola appellatio dicitur, ubi non adest gravamen, nec legitima causa, n.30.

Jus & injuria opponitur invicem, quia jus neminem gravat. n.31.

Executio juris jure non facit injuriam, n.32.

Pignus quominus vendat creditor, appellari non licet per debitorem, n.33.

Mandata regia, vulgo (provisiones ordinariæ) dicta, quibus utuntur suprema tribunalia non recipiunt supplicationem, quia partibus invitis expediuntur, executione legis ita disponentis, n.34.

Appellatio quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris, ut minùs legitima non impedit executionem, n.35.

Corpus carens anima & spiritu vitali, quemadmodum manet frigidum, ita appellatio carens justitia (cujus est minima) ut frivola mortua censenda est, n.36.

Frivola esse dicuntur, quæ informia & fragilia sunt secundùm Budæum, n.37.

Frivola appellatio dicitur inanis & varia, n.38.

Frivolum verbum importat caducum vel inutile, n.39.

Frivolæ appellationi nec jus defert, nec est à judice deferendum, n.40.

Frivolæ appellationi non deferens judex Ecclesiasticus, vim non facere declarat Senatus, n.41.

Frivola appellatio quæ dicatur, relinquitur judicis arbitrio, n.42. vide n.57.

Frivolam esse appellationem, ut judex arbitratur, potest appellatione non obstante procedere ad ulteriora, n.43.

Frivola appellatio illa dicitur, quæ nihil prodesse potest, nec ullum unquam juris effectum sortiri, n.44.

Appellatio quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris non impedit executionem, n.45.

Appellatio Calumniosa illa dicitur, non solum quæ in ejus interpositione apparet talis, sed & quæ talis detegatur in fine litis, n.46.

Causa inserta in appellatione attenditur ad detegendum ipsam frivolam, frustratoriam, aut calumniosam, n.47.

Causa in appellatione ab interlocutoria inserta, quando illam frivolam detegat, n.48.

Legitima appellatio illa dicitur, quæ interponitur ex causa, quæ si esset probata, reputaretur legitima, n.49.

Causa legitima & jure approbata si inseratur in appellatione ab eo, quod fit secundùm, juris dispositionem, & à judice illam exequente, deferendum est illi, n.50.

Appellatio contraria juri quocumque vadat, in nulla instantia potest effectum sortiri (jure attento) quia jus est certum, & ubique idem operatur, n.51.

Frustrà aliquid faciens nulliter facit, etiam ipso jure, n.52.

(Frustra) dictio significat impotentiam faciendi, n.53.

Frivolam appellationem tunc arbitrabitur judex, quando apparent legitima indicia ad torturam, & illa reus in termino sibi concesso non purgavit, n.54.

Frivola appellatio tunc recipi potest, quando notorie & manifestè talis detegitur secus si in dubio, sive dubium sit juris sive facti, n.55.

Frivola & calumniosa appellatio quando ita notoriè & manifestè dicatur apparere, n.56. remissivè.

Frivolam appellationem non debet judex arbitrari, ubi ita notoriè apparet, n.57.

Frivola non dicitur appellatio interim, dum remanet disputandum, ibid.

Frivolæ appellationis redduntur exempla, n.58.

Frivola appellatio dicitur notoriè, quando quis petierit in causa recusationis, quod eligantur arbitri, ubi eligendi non sunt, n.59.

Frivola dicetur appellatio, quando interponitur à sententia, quæ illam non tangit, n.60.

Appellatio non auditur, si ex sententia non gravatur. n.61.

Appellatio non admittitur à judice aliquid admittente cum Clausula (si & inquantum, &c.) quia tunc neminem gravat, n.62.

Clausula (si & inquantum) operatur secundùm jus, & sic cum jussit certũ non remanet admissum, ubi jus id dictat, n.63

Ad probandum admitti non debet quis ad id, quo probato non relevat, nec prodest, putà quando aliquid consistit in jure, n.64.

Approbatione de negata ejus articuli, qui probatus non prodest, appellationi emissæ tanquam frivolæ non erit deferendum, n.65.

Imperari non debet alicui non feciſſe, quod factum non profuisset, n.66.

Juramentum sibi oblatum licitè recusat pars, quæ bene probavit, n.67.

Articuli impertinentes & non relevantes non sunt admittendi, n.68.

Articuli impertinentes qui dicantur remissivè, n.69.

Patronus an teneatur præsentare intra terminum edictorum, cùm habeat terminum juris, an possit eorum petere prorogationem pro tempore sibi à jure concessa, ut interim præsentibus queat ordinari, vel ejus alias legitima compleatur, n.70. remissivè.

Frustratoriè appellans dicitur in dolo esse, n.71.

Judicis officio pertinet reformare, quæ dolo aut malitia gesta sunt à parte lite pendente, 72.

Judex ex officio potest repellere calumniosas exceptiones ad intricandum & procrastinandum judiciũ oppositas, n.73.

Idem de appellatione frustratoria, ibid.

Clausula (appellatione remota) aut (appellatione post posita) tollit effectum suspensivum, n.74.

Clausula (appellatione remota) apposita in bulla super provisione beneficii, non procedente causæ cognitione parum aut nihil operatur, quia per eam non tollitur aliàs appellatio legitima sed frivola dumtaxat, n.75.

Clausula (appellatione post posita) non operatur, ubi apparet de notorio gravamine, n.76.

Clausula (appellatione post posita) semper apponitur in parte executiva literarum, quæ non comprendit contradicentes de jure, sed tantum de facto, ibid.

Clausula opposita in executivis gratiæ, nec auget gratiam, nec tollit surreptionem, n.77.

Clausulæ (appellatione post posita) de materia qui latè sint, videndi, n.78.

Frivola appellatione non obstante, an judex ad ulteriora queat procedere, & an per illius delationem à se abdicet jurisdictionem, & an inhibitio à superiore emanata vigore frivolæ executionis impediat executionem sententiæ, vide remissivè, n.79.

Concil. Trid. sess 13 de reform. c. 1. *verba recensentur, ibid.*

Appellatio tanquam frivola à judice rejecta, si pars non contradicat appellando, videtur fateri frivolam esse, num. 80.

Frivoli

Frivolè appellantem potest judex à quo excommunicare tanquam contumacem, n.81.

Præsumptio juris & de jure condemnato repugnans, non erit in appellatione audiendus, n.82.

Condemnatus præsumptione juris & de jure, dicitur convictus & confessus, ac ideo nullo modo auditur appellans, num.83.

Præsumptio juris & de jure non recipit probationem in contrarium, n.84.

Præsumptio juris & de jure ubi recipit probationem in contrarium, admittit etiam tunc appellationem, n.85.

Præsumptio juris & de jure, in quibus casibus admittat probationem in contrarium, & quales sint præsumptiones juris, & de jure, n.86. remissivè.

Præsumptione juris tantùm condemnatus non prohibetur appellare.

GRANDIS est hujus capituli materia, in qua parum negativam amplector, judicem Ecclesiasticum vim non facere, denegans delationem appellationi interpositæ ab eo, quod facit in executionem Cano-
1 nici decreti & sanctionis, atque secundum juris dispositionem, dictantis. Pro qua expendo, & illud Christi Domini actuum Apostolorum 9. dicentis. Durum est,
2 contra stimulum calcitrare text. expressus *in l.fi. § ff. de appell. recip.* ibi, item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur; id, quo minus fiat, non permittitur appellare.) text. celebris *in c. consuluit, 29. in ord. de appell.* ibi, non convenit, ut pro hujusmodi appellationibus ab observatione decreti debeas abstinere, *&c.* text. *in cap. cum in cunctis 7. in ord.* ibi, nec prosit eis appellationis refugium, si fortè in constitutionis istius transgressionem per appellationem voluerit se tueri, *&c.* (*de electione lib.6.* probat etiam text. optimus, *in c. relatum, de clericis non resid.* ibi, nec patrocinari debet eis appellationis diffugium, si contra hujusmodi intentionem decre-
3 ti fuerit interjectum, *&c.*) Ex quo constat appellationi non esse deferendum, per beneficiatum interjectæ à præcepto, seu sententia, qua mandatur residere beneficium, de jure residentiam requirens, per quem & alia jura latè probavimus, & resolvimus *suprà 2. part. c.15. à princ.* Hanc conclusionem probant etiam gl. *ibi in d. c. consuluit, 1. nota. & gloss. in verbo pro hujusmodi appella-*
4 *tionibus*, ubi etiam uterque Abb Sicul & Panormit. ex quo etiam aliam similem eliciunt conclusionem, ut à judice jurisdictionem exequente non permittitur appellatio, latè etiam ibi Philip Franc. Abb. Panor. *in d. c. relatum, n.3.*

5 Hanc insuper conclusionem probant Maran. *in tract. de ord. judiciorum 6. p. vi. de app. n.345.* quem solùm referens sequitur Joan. Gutier. *in cons.10. n.21* dicentes, quòd ab acta celebrato, & gesto secundùm legis dispositionem, & canonicas sanctiones, nec à judice eas, & decreta juris exequente, non potest appellari, allegant ad hoc text. *in d. c. consuluit.* Et ita in casu, de quo per eundem Gutierr. *ibi*, nempe, ut possessor resignatarius
6 dimittat possessionem prioris beneficii adepta possessione secundi resignati secundùm jus commune, & clausulam expressam Bullæ resignationis) ex hac doctrina potissimum tenuit, appellationi deferendum non esse, & Cancellariam Regiam Valladoletanam aditam per viam violentiæ pro appellationis à condemnato interjectæ delatione vim non fieri, causamque judici remittendam declarasse.

7 Pro quo facit etiam quòd aliàs determinavit Rota, ut refertur Seraphi, *dec.310. lib. n.1* dum hæc dicit: tum etiam consideratum fuit; appellationem Muttini fuisse frivolam & calumniosam, & contra juris cleri dispositionem, concedendis patronis sex menses, ideo non causare attentata, cum ei judex deferre non teneretur, *ad c.2. de dolo & contum. lib.6.* Achille *de. 6. de appell.* quæ ut vides, optimè nostram probat conclusionem.

Cui & conveniens est quod disputant Lamberti. *de* 8
jure patr. 2. p. lib. 2. art. 20. p. 9. princ. an primus præsentatus à patrono possit appellare; ne intra terminum à jure concessum alterum præsentet; cujus resolutionem & ab hac nostra doctrina desumpsit: ut scilicet, cum claro jure sit canonico permissum patronis laicis, variare in præsentatione, & iterum alium præsentare (accumulativè saltem, non exclusivè, *c. quod autem, &c. cum autem, de jure patr.*) appellationi à primo præsentato deferendum non esse, nec admittendam rationem reddens, quia est contra juris dispositionem, & non valet, secundùm Specul. *in tit. de appell. §.22. vers.23. &* 9
vers.27. allegat etiam *l.fi. de app. rec.* & quia non potest appellari, nec fiat, quod jure fieri permittitur, *per c. cum nobis olim. de elect. 1. &c. ex ore de iis quæ fiunt à major. p. capit.* Ancharranum *in c. decernimus, in vers. offeratur 16. q.7.* & hoc etiam dicit post Abb. *in cap. pastoralis de jure patr.* Paul. de Citad. *in tr. de jure patr. in 6. p. in 8. q.* ubi etiam adducit illud actuum Apost. *cap.9.* durum est contra stimulum calcitrare, cujus & nos ad principium meminimus, & referens Hostien. & Inn. ita tenet Joan. And. *in d. c. pastoralis super gl. pen.* & etiam Card. *ibi in 3. col. in vers. appono ad hoc*, & secutus Abbatem idem dicit Maran. *de ord. jud. 6 p tit. ad app. n.165.* eleganter melius quàm alibi, de hac re agit post alios Spino *in tr. de testam. gl.4. princ. n.94.* & facit text. si bene perpendatur *d. c. past. v. de jure patr.*

Et ex hac nostra doctrina resolutionem veram ac- 10
cepit articulus ille: ut appellationi interpositæ à beneficiato compulso ab ordinario; ut ordinetur secundùm ordinem requisitum ab ipso beneficio, quod possidet; deferendum esse nullo modo; cum hoc sit à jure canonico tot decretis, tot decisionibus, & constitutionibus inductum, ac perpetuo edicto ita contineatur Trident. *sess.22. de reform. c.4. commiss.* ibi, statuti auctoritate (& iterum, ne statutum ipsum, *&c.*) *de elect. lib.5. c. licet canon.14.* quia in observatione canonis memorati, &c. (*Clem. 2.* quæ statuuntur in jure, &c.) *de state & qualitate*, & est elegans text. qui utramque conclusionem probat *in c. cum in cunctis 7. in ord. vers. cum autem*, ibi & reliqui admoniti non fuerunt, præfixo à canon. tempore in Presbyteros ordinati: & ab illo removeantur offic. *&c.* (nec possit eis appellationis refugium si fortè in constitutionis illius transgressionem per appellationem voluerint, se tueri, *&c.*) prout & nos latiùs hunc articulum examinavimus *supra 2. p. c.15.*

Ex eodem fonte procedit, quod Doctores dicunt: 11
quòd licet appellatio licita reputetur à mandato de sequestrando; tamen non procedat, quando in aliquo casu lex mandat, & præcipit sequestrum apponi; *ut in c.1. de sequest. poss. & fruct.* quia tunc appellationi deferendum non esse, notant communiter DD præsertim Card. *cons.9. in d. c.1.* Afflict. *dec.152. n.6.* Cassiad *dec.5. de sequest. poss. & fruct. vers. sed major pars duorum.* Marant. *de ord. jud. 6. vide de app. n.182.* Lanc. *de attent. p.2. c.13. lim.12. n.4* Vestr. *in prax. lib.7. c.2. c.5.* & nos latè *1. p. c.21. per tot* reddentes rationem, quia tunc judex legis est executor & ab executore legis non est licita appellatio, latè prosequitur Maresc. *ver. resol. lib.2. c.77. n.11.* 12
latè, & pene in terminis nostræ quæstionis Grat. *discept. forens. tom 2. c.232. à n.19. cum plurib. seqq.* dicens, quòd tunc potiùs operatur lex, quam homo, & judex nihil aliud facit, quàm legem exequi, & sic tanquam à legis executore non datur appellatio, juxta *l. ab executore, ff. de app.* Rebuff. *in l. si qua pœna in princ. vers. nam. harum* 13
ff. de verb. signif. quia juris executio non gravat, Gratia. *ibi, n.21.* Bald. *in c. ad nostram col.2. de app.*

Et sic generaliter est verum, quòd quando lex, vel 14
canon in aliquo casu determinato aliquid præcipit, & mandat faciendum, prout in vacatione beneficii apponatur edictum, in curato præficiatur œconomus, & assignetur ei congrua, non suspendit appellatio, nec

aliquid

aliquid operatur in his caſibus, ut ſuis locis diximus. Et etiam quando lex in aliquo caſu determinato jubet cautionem præſtari, ut in edicto prætoris ſecundum
15 *l.1. & Rubr ff.ut legatorum ſeu fideicomm.nomine cavea tur.* quoniam ejus præſtationem non ſuſpendit appellatio ſubſecuta,text elegans in ratione ſui, *in l. poſquam §.imperator.* ibi, Imperator Marcus Ant Julio Balbo. reſcripſit, eum, à quo res fideicommiſſæ petebantur, cum appellaſſet, cavere,*&c.* rectè placuit Principi;poſt provocationem quoque fideicommiſſi cautionem interponi, quod enim ante ſententiam, ſi petitionis dies moraretur, fieri debuit: amitti poſt victoriam delata petitione non oportuit, *&c. ff.ut legato ſeu fideicommiſ.*
16 *nomi.cavea.*ex quo text. & unam communiter eliciunt Doctores Concluſionem: ut omne illud quod licitum eſt fieri ante appellationem, & ipſum etiam libet illa pendente,ut eſt videre per Bart.*in l.furti* §.1.*in princ.ff. de iis qui nota infa.* Alex.*in rubr.ff.nihil.novari* Marant. *de ord.judic.6.p.tit.de appell n.*164. Corſetus *in ſingul. verb.app.incipit.regula in 6. lim.*& per dictum text.qui ſecundùm Dynum *ibi, n.*1. alibi hanc format concluonem Vitall *de clauſ.in clauſ.nihil novari appell.pen. ub n.*1. *verſ.item fallit.*multos citat, multaque exempla adducit in comprobationem. Lancel.*de attent.*2.*p. cap* 12. *lim.*15. *per totam.*

17 Et hujus noſtræ doctrinæ, ſcilicet; appellationi non eſſe deferendum interjectæ ab eo, quod fit ſecundùm juris & canonis & diſpoſitionem, aut judice eam exequente, rationem libentiſſimè reddam, quia quandò lex ſuper aliquo caſu determinato aliquid diſponit, &
18 fieri jubet,jam ipſe caſus videtur ab ipſa lege determinatus & ſententiatus,ex ſententia ab ipſa lege lata, & ideo quando in tali caſu appellatur, potius ab ipſius juris diſpoſitione cenſeretur appellari, quod utique nec permittitur, nec admittendum eſt, Bart. & omnes *in l. omnes populi à n.*53. *& ſuprà ff. de juſtitia & jure.* Bobadilla *in polit.l.*3.*c.*8.*n.*278.*litera B,ad fin.*Bernard. Diaz.*in regul.*675.Gratian.*in regul.*35.idem *in reg.*171. & ſic judex qui id quod lex mandat,obtemperans exequitur,nihil non facit, ſed eſt miniſter & executor legis, ergo cum ab ipſa ſententia legali, & legis diſpoſitione, ac determinatione non ſit licita appellatio, pariter nec ab ejus executore & executione,& latè comprobant Gratian. Rebuff. & Mareſcot. poſt alios locis proximè citatis *num.*12. quia actus non attribuitur gerenti, ſed mandanti, ut alibi in ſimili propoſito latiùs diximus pluribus comprobantes, nempe 2.*p.c.*3. *per totum.*

19 Nam certum eſt, quòd quando à ſententia aliqua. vel quia eſt privilegiata,vel quia tranſivit in rem judicatam, ſint vel tres conformes; appellatio non admittatur, pariter nec ab ejus executore,& executione,*l. ab executore,ff.de appell.ab executione,C quorum appell.non recip.l.executorem C.de appell.*optima *l.quoniam judicis* ibi, appellationem ſuſcipere recuſaverit,quæ non contra executionem,ſed adverſus ſententiam,&c.*de appell.*
20 & facit *l. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignific.* nam taliter appellans ab executione facta vigore rei judicatæ, obligationis cameralis aut guarentigiatæ, præſupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat conſequens; ſcilicet, illorum executionem, & ſic nihil agit; ita eleganter dicit Geminia *conſ.*99. incipit *ſuper primo, n.*3. allegans ad id Joan.Monachum, Galleſius *in tr.de Camerali* 30.*p. in c.de quæſtionibus variis poſt proceſſum incidenti, n.* 3. *cum tribus ſeqq.* Marq. *de comm.*2.*p.c.*2.*n.*11.Hier.Gonz *in regul. de menſib. gl.*9. *in annot. num* 221.

Altera etiam ratio eſt quoniam iſthæc appellatio ab
21 hujuſmodi ſententia legali interjecta eſt contraria juri, ac ideo dicitur frivola, fruſtratoria, & calumnioſa, quæ nec eſt admittenda, nec ei defertur, nec cauſat attentata,probat text.*in c.pervenit.*ibi,fruſtratoriæ dilationis cauſa *de appell.* juncto text. *in d. c. relatum, de clericis non reſid.* & probat expreſſe dicta deciſio Rotæ 310.apud Seraphinum ſuprà relatum Geminia & Abb. *in c. conſuluit.*3.*de appell.*Socin.*conſ.*39.*col.*6.*in* 4. *vol.* Marant.*de ord.jud.*6.*p tit. de appell. n.*171. & cum illi reſiſtat jus, cujus præſumptionem contra ſe habet, ap- 22
pellatio non permittitur, & licitum eſt judici, ad ulteriora procedere,Rota *dec.*234.*alias* 35.*de app.in novis,* incipit *ſi Rector.*Alcianus *conſ* 58.incipit *gubernatorem, n.*9. *vol.*6. optimè Caputaq.*dec.*328.1.*p.n.*2. *& per totam.* Mandoſ. *in tract. de monitoriis q* 77 *per totam,*ubi dicit; aliquo appellante à monitorio, ut intra aliquod tempus accedat ad reſidendum beneficium, appella- 23
tione non obſtante: poteſt Epiſcopus ad ulteriorem juris executionem procedere,quia huic tali reſiſtit jus commune,ejuſque recurſui, appellationi, & reclamationi, ac ita non audiatur, & idem Alciatus *in conſ.* 3 incipit *in hac n.*2.*& ſeqq.lib.*6. ubi dicit, quod interpoſita ap- 24
pellatione à correctione, quia ei jus commune reſiſtit, & contra appellantem præſumitur, attentata non ſint revocanda,& facit quod dicit Anchar *conſ.*410. *num* 7. *&* 8. Tuſcus *conſ.*397.1.*tomo* quòd appellatio,quæ interponitur à canonico ſuper honeſta correctione appo- 25
ſita per Capitulum, cum ſit frivola, poteſt Capitulum (ea ſpreta) ad ulteriorem executionem devenire, & idem de appellatione à correctione facta per ordinarium,ut pariter tanquam frivolæ deferre non teneatur, probat expreſs Trid *ſeſſ.*13.*c.*1.*ad fin.* & ideo appella- 26
tio dicitur frivola interpoſita ab interloquutoria expreſſa minus legitima cauſa, vel expreſſa aliqua reprobata à jure, Corneus *conſ.*193.*pro dec.primi in fin.n.*17. Eſcacia *de app. q.*2. *ſub n.*48.

Quia quando appellatio eſt juri contraria, non cauſat attentata, probat, ultra ſupradictos Bald referens Joan. Andr. *in Novella in c. ff.col.*1.*quo tempore miles,* Joan. Andr. *in Novella in c. ff.col.*1.*quo tempore miles,* & ſecundùm Innocentium *in c.bonæ,de app.* Greg.Lop. *in l.*26.*tit.*23.*gl.*5. *ad medium,* quemadmodum, & è converſo appellari licet à denegante beneficium con- 27
ceſſum per jus commune, quia ubi denegatur obſervantia juris communis, ibi infertur gravamen,ita per Bald. *conſ.*378. *n.*2. *lib.* 5. tenet Card Tuſcus 1. *tom. concl.*359.*tit.de app.ab interloc. an admittatur & quando, n.*39. *litera A.*

Deinde & aliam rationem reddamus, nam cum ap- 28
pellatio innitatur juſtitia,Matth.de Affl.ct *dec.*341.*n.*4. etiam cauſa immediata appellationis eſt injuſtitia, in- 29
juria, & gravamen *c ſuggeſtum in fi. c. cum ceſſante, de appell.*Petrus Surd *conſ.*102 *n.*13.1.*p.*ac ita tunc dicitur frivola; quando interponitur ſine legitima cauſa, ut 30
quia appellat, ubi non eſt gravatus injuſte, & tunc dicitur vana, & inanis, ut per Geminia. dicit Marant *de ord.judic* 6.*p.tit.de appell.num.*336 jus enim neminem gravet, imò jus & injuria opponuntur invicem, *l. me-* 31
*minerint C.unde vi. l.*2.*C.de judic.vidui.tollen.l.*1.*C.de iis qui veniam ætat. impetran.c.*2.16.*q.*6. pariter arque nec juris executio, nec judex exequens quia facit lege permittente,*c.qui peccat.*23.*quæſt.*4.*l.Gracchus,C. de adulteriis*, ergo non poterit appellari. & hanc rationem ita tradit Abb *in d. cap. conſuluit el.tercero ſub n.*3.*de appell.* cujus ſuprà meminimus, probantis noſtram concluſionem. Pro quo facit,quia juris executio non habet injuriam *l.injuriarum,&* §.1.*ff. de injuriis,l. quemadmodum,l.Magiſtratus ff ad legem Aquil.* Proſp 32
Farin.*in tract.praxi crim.*1.*tom.q.*5.*ſub n.*17.ubi etiam dicit, quod compulſio neceſſaria & probabilis actum non vitiat,per text *in l.*1. *ff ſi quis omiſſa cauſa teſtam.* gl *in l.interdum ff.quod fal'ſo tutore auctore,*& hoc etiam pertinet,quod dicit *l.ſi. in fi de appell. recip.* ibi: item quominus pignus vendere liceat appellari non poſſit.) 33
nam cum hæc facultas liberè ſit creditori à jure permiſſa, putà: quando creditor adivit judicem, & per ſententiam judicialem expectato biennio obtinuit dictam

ctam licentiam,vel aliter per denuntiationē,juxta text. *in l. fi. § fin.autem el.* 1. *C. de jure domini impetr.*ac jure ſuo utendo creditor neminē gravat,qui etiam jure ſuo utitur nemini facit injuriā, ex regula juris,ut per gl *in d.l.fin.verb.vendere,ff.de app.recip.* ubi B & cæteri, vide quæ circa pignoris venditionem dixi *inf.*4.*p.c.*7.*ad fi.*

34 Et hinc venit, quod inquit Joan. Garcia *tr.de nobilitate gl.*11.§.1.*n.*9. quòd quotidie in ſupremis tribunalibus dantur mandata Regia, vulgò proviſiones ordinariæ contra particulares judices ipſis inauditis; quia nulla excuſatione vitari poſſunt, etiam illis partibus contradicentibus, nec unquam interponitur ſupplicatio ab iſtis mandatis, & ſi quis ſupplicationem interponat:tum punitur, tum non auditur, reddit rationem ipſe Garcia in comprobationem, quia à præcepto legali non eſt licita appellatio gl. fi. *in c.conſuluit.de app.* ubi Abb.*n.*3.lex enim neminem gravat,ac ſubinde nec exequens ipſum jus, *ex d.c.qui peccat.* 23.*c.*4.*d.l.Grach.*

35 Quare cùm iſthæc appellatio juri contraria ſit,ac juſtitia deſtituta,& ejus fomento careat, minùs legitima reputatur, enimvero appellatio quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris, non impedit executionem, docet Bald.*in c. paſtoralis col.* 2. *de off.deleg.*Iſſ. *in*

36 *conſ.*187.*col.*6.*verſ.ubicumque.*Rolland.à Valle *conſ.*77. *n.*21.*vol.*2. *tom.*1. & rectiſſimè frivola dicta eſt ex ſupradictis,quia quemadmodum corpus, quod caret anima, & ſpiritu vitali, frigidum manet; ita appellatio, quæ caret jure, cujus eſt propria vita, & ſcientia, ut

37 frivola mortua cenſenda eſt. Quæ declaratio appellationi frivolæ magis quadrat, quàm tradita à Budæo *in annot.ad Pandect.ad l. ſolutam de pignorat.actione,*ut frivola eſſe dicantur,quæ infirma, & fragilia ſunt, & ex

38 ejus deſcriptione etiam apparebit, atque cùm juſtitia careat, juſtè denegatur delatio, imò appellatio frivola dicitur inanis,& vana, Maranta *in Specul.*6 *part.actu* 2. *princ.in verbo, & quandoque appellatur*, *n.*347. Eſcacia

39 *de app. q.*2.*n.*48. ubi etiam dicit ad fin. verbum frivolum importare caducum, vel inutile, Geminia, *in d. cum app. n.*5. *de app in* 6.

40 Cùm appellationibus frivolis nullus deferat, nec ſit à judice deferendum, *c. cum appellationibus frivolis,de appellat.lib.*6. imò talis appellatio manifeſtè frivola, & calumnioſa poteſt regulariter à judice rejici,& (ea non obſtante) ad ulteriora procedere abſque attentatorum vitio. Bart. *in l.*1. §. *interdum*, *ff. à quibus appellare non licet* Felin.*in c.de cætero n.*11.*de re judic.& in c.licet cauſam, n.*5.*de probationibus.* Specul. *in tit.de appell.*§.*nunc dicamus, num.*8. *verſ. item appellatione penden.* Andreas Barba. *in addit. ad Bald. in verſ. habet locum in cap.*1.§. *ſancimus tit. quo tempore miles inveſti. pet.deb.*Innocent. *in c. dilecti de exceptio.* Idem Innocent. & Bald. *in c. paſtoralis de off. delegat.*Abb.*in c. conſuluit.el*3. *de appell.* Philip.Franch. *in c. ut ut debitus n.*47. *de appell.* Socin. *conſ.*39.*col.*6.*lib.*4. Guido Papæ *dec.*213.*ſtatuta n.*6.*& in tract.de appell.q.*12. Marant.*de ord. jud.*6.*p.tit.de app. n.*171.Aufrerius *in additio.ad deciſ.Tholoſ.* 500.quæ eſt fin. *ad med.* Anton. Corſetus *ad ſingulari.verbo appellation.* incipit, *regula eſt, verſ.limit.*2.*ſeqq.* Vantius *in tr. de nullit. in tit.quoties & intra quod tempus num.* 48.*& tit.de mill.ex defectu jur. ordinar.ſub n.*142. poſt Rotam *dec.*75. *aliàs* 356. *nota quod de appellat. in antiq.* Æguid. *deciſ.* 239. incipit *in cauſa.* Pariſius *conſ.*49. *ad primum n.*21.*lib.*4. Carrerius *in praxi crim.in* 1.*tract.de appell. non recipien.ad l. obſervare curabis in princ. n.*7. *&* 8. *C. quorum appell.non recip.*Contard. *in l.unica C.ſi.de mom. poſſeſſ.fuer.appell.in* 7.*lim.num* 41. *& ſeqq.* Bertazola *in*

41 *conſ.*404.*n.*1. & ibi in addit.*vol.*4.& in eiſdem in addit. *conſ.*384.*l. A.eod.vol.*4 & in terminis,ut hujuſmodi appellationi frivolæ judex Eccleſiaſticus non deferēs vim nullam committere dicatur,notat noſter Gaſp Rodr.*in tr.de redditibus annuis lib.*1. *c.*17. *n.*67. & noſter Perez de Lara *in tract.de anniverſ.& Capell.lib.*2.*c.*11.*ſub n.*8.

Et cùm à jure, non omnes modi,quibus cognoſcitur, & deregitur calumnia appellationis frivolæ, potuerunt diffiniri: propterea judicis arbitrio eſſe hoc rem iſſum, ſcripſerunt Marſil. *in l. quæſtionis modum n.*45. *ff. de q.* Men. *de arbitr.jud.l.*2.*caſu* 197.*n.*7. Cæſar. Contard. *in repet. l.unic.C.ſi de mom.poſſ.fuer.ap. n* 40 Lancelot Robert. *de attent.*2.*p.c.*12.*in* 6 *lim n.*3 *& ſeq* Claud. Bertazzo. *ad conſil. Bartazzi patris*, 348. *ad* 4. quapropter ſi judex(cùm ejus arbitrio hoc ſit relictum) 43
arbitratus fuerit appellationem in aliquo caſu frivolam eſſe,& calumnioſam,ea non obſtante ad executionem procedere poteſt, ut loquendo in appellatione à decreto torturæ, ſcripſit Bajardus ad Clarum *q.* 64. *n.*85. ubi affirmat, ita ſervari in ſtatu Eccleſiaſtico, allegat Foller. *in pract. crim.in* 3.*p.prin.n* 50. Proſper. Farin. *in tr.crim.tom.*2.*q.*38. *n.*27. vide *n.*57. quomodo hoc arbitrium ſit regulandum.

Illud tamen poriſſimum judex in ea diſcernenda 44
præ oculis eſt habiturus,in quo omnes conveniunt; ut illa regulariter dicatur frivola appellatio, quæ prodeſſe nihil poteſt, nec ullum unquam juris effectum ſortiri, ita eleganter Geminianus *in c.cum appellationibus frivolis col.*2 *verſ.quæro quid importet*,&c. *de appellation.lib.*6. Philip.Franch.*ibi in princ.* Geminianum referens ſequitur Marant. *de ord.judic.*6 *p.tit.de appellat.n.*336.& per Joan.Andr. *in clem. ſi ante, de dolo & contumacia* Rota *deciſ.*58. *aliàs* 417. *ſi appellatur n* 5.*de appellat.in noviſſ.* Rebuff. *in comment. ſuper concord.Franch. in rubr.de frivolis appellat.* Lancelot. *de attent.*2.*p.c.*12.*limit.n.*3. *&* 4. Menoch.*de arbit.jud.*97.*lib.*2 *cent.*2.*n.*5 *&* 6 (ubi egregiè agit de hac dictione, frivola) & per Geminia. ſequitur Manuël.Rodrig.*in quæſt.regul tom.*1 *c.*8.*art.*13. & ex Francho & Maranta ſequitur remiſſivè ad eos 45
noſtras Gaſpar Rodr. *in tr.de annu.reddit d. lib.*1. *q.*17. *n.*67.*&* 68. & hoc etiam in effectu ſentit Rolandus à Valle *vol.*2. *conſ.*77.*n.*21.*tom.*1.dum ex aliis dicit,quòd appellatio, quæ caret effectu, & non habet adminiculum juris,non impedit executionem.Et convenit quod 46
dicit Eſcacia *de appell.q.*2.*n.*50. *ad fin.* quòd appellatio calumnioſa dicitur non ſolùm illa, quæ in ejus interpoſitione apparet talis,ſed etiam quæ talis detegitur in fine cauſæ.

Et hoc principaliter poteſt conſtare, & apparere ex 47
cauſa propoſita in ipſa appellatione,quæ quidem utique attendenda eſt, ut rei qualitas cognoſcatur, an frivola, fruſtratoria, ac calumnioſa ſit, probat Contard. *in d.l. unic.C.ſi de moment.poſſ.fuer.appell.in* 1.*q.n.*35.& ſequi- 48
tur Proſper.Farinac.*ubi ſup. n.*27. *in princ.* Etenim illa ducitur frivola appellatio ab interlocutoria; ſcilicet; in qua nulla exprimitur cauſa, vel exprimitur minus legitima,ſeu eſt reprobata,aut falſa,& quando interponitur ſine legitima cauſa, ut puta, quando quis non gravatur, Corneus *conſ.*193. *pro deciſione primi dubii in fin.n.*17 *lib.*2.Franc. *in c.ut debitus honor.n.*2.*de appellat.* Maranta *in ſpecul* 6 *p.actu* 2.*in verbo, & quandoque app. n.*327. *fol* 509. Cæſar Contard. *in l.unica q.*1. *num.*27. Eſcacia *de app.q.*2.*n.*48.*& lib.*1.*cauſarum civ.c.*97.*n.*85. Contar.*in d.l.unica q.*4.*n.*14 Philip.Franc.*in d.c. ut debitus honor.n.*11.*verſ ſecundò tenement, de app.* Eſcacia *d. q.*2.*n.*47.*& ſub n.*48. dicentes, quòd appellatio legiti- 49
ma illa dicitur, quæ interponitur ex tali cauſa, quæ ſi eſſet probata, reputaretur cauſa legitima, aliàs autem ab interlocutoria non teneat.

Et ideo per contrarium dicit Marant. *ubi ſup. tit. de* 50
*appell. ſub n.*345. ubi dicit per Philip. Franch. *in c.conſuluit.el* 3 *& in c.de priore de appell.* quòd licèt ab actu, qui fit ſecundùm legem, & juris diſpoſitionem, & canonicas ſanctiones,ju diceque eas exequente: non licet appellari: tamen ſi in appellatione inſeratur talis cauſa rationabilis, per quam ſpecialiter in illo caſu admitti deberet: pariter atque etiam & ipſa appellatio admittitur, quod declara: ut & nos alibi commodiori

loco explicamus, quòd pluribus comprobat exemplis Contard. & quando apparet evidenter eſſe calumnioſam, & frivolam: tunc rejiciendam, cùm in nulla inſtantia quocumque vadat (jure attento) poteſt effectum ſortiri, jus ſiquidem eſt certum, & univerſale, & ubique idem operatur, ex his quæ latè Felin. *in c. exceptionem n.40. de exc. ept.* Menoch. *de arb. judic. lib.1. q.53. num.6. & 9.* & vide inferiùs *n 63 & ſeqq.*

51

52 Quoniam qui fruſtrà aliquid facit, nulliter facit, etiam ipſo jure; voluit Bart. *in l. penult. §. crimen in fin.* & ibi clariùs Imola *ff. de publicis judiciis.* Salicetus *in l. quamvis, C. de adulteriis.* Dominicus poſt Joan. Andr. *in c.1. col ult. in princ. de accuſat. lib.6.* Panormit. *in c. veniens col. fin.* & ibi Aret. *eod. tit.* Panorm. *in c. quia fruſtra, col.2. de uſuris 4.* Fulgoſ. *conſ 150. quidam civis col. penult. verſ. rurſum & 3.* Aret. *in l. verbis civilibus*, per

53 illum text. & ibi Iſſ. *in 2. nota. ff de vulg. & in l. centurio col.9. cod.* ubi etiam dicit hanc dictionem (fruſtra) ſignificare deeſſe potentiam faciendi, & ibi quoque Iſſ. *col.10. verſ. in ea gloſſ.* ibi, ut modò. Alexand. *in l. cum ea quæ* & ibi Iſſ. *ad fin.* & Jac. à S. Georgio *C. de tranſact.* Barba *in c. prudentiam, de off. deleg. & conſ. 454. ſcribitur apud Prophetam. col.2. lib.1.* Alexand. *in l.1. §. ſi quis ita col.2. in. princ.* & ibi apertiùs Curtius ſenior *in additio. ipſius ff. de verbor. oblig.* Felin. *in c. Rodulphus col 21. verſ. fruſtra aliquid fieri, de reſcript.* Corſetus *ſingulari, verb. nihil agit.* & probat text. *in l. ſi tutor. C. in quibus cauſ. in int. reſt. non eſt neceſſaria, l. in dubium C. de tuto. vel curat. qui non ſatis & in l. ex conſenſu §. cum prætor. ff. de appell. & in l. ſi cauſa, C. de tranſact. l. tutel. §. impuberi. ff. de teſt. tut.* juncta *l.1. C. eod. & l. juris prætor. §. ult. ff. de excuſ. tut.*

Et tunc illo in caſu judex arbitrabitur, appellationem eſſe frivolam, calumnioſam; quando videbit in proceſſu, apparere legitima ad torquendum indicia, &

54 ea non fuiſſe purgata in termino conceſſo reo ad faciendum ſuas defenſiones, ut & bene conſiderat Carrerius *in pract. 1. tract. de appell. ad l. obſervare curabis*; *C. quorum appell. non recip. §. vigeſimus primus caſus eſt n.2.* & meliùs per Foller. *in pract. crim. verb. & ſi confitebuntur in 3. p ſub n.50. verſ. quod puto eſſe*, & eſt de mente gloſ. *in l.2 ff de appell. recip. in verbo, ſi contra.* Cyril. *in ſumma crim. rubr. 31. de appell. §. fin. num.2. in fin. fol.170. col.1.* Proſper Farinac. *ubi ſupra 2. tom. q.38. n.28.* qui *n.30.* latè examinat: an hoc caſu judex debeat eſſe certus de calumnioſa appellatione; an ſufficiat, eſſe in dubio, an fruſtratoria ſit, vel non?

55 Enimverò ſuprapoſita à nobis tradita concluſio; ut appellationi frivolæ judex non deferens vim facere non dicitur, cùm eam poſſit rejicere, & ea non obſtante, ſine attentatorum vitio queat ad ulteriorem executionem procedere: eſt utique intelligenda, & declaranda, ut locum habeat, quando appellatio evidenter eſt frivola & calumnioſa, ſecus in dubio, ſive dubium ſit juris ſive facti. Ita Innoc. *in c. paſtoralis ſub n.3. verſ. ad hoc.* & ibi Bald. *n.3. de off. delegat.* Iſſ. *in l.1. in 1. not. C. de bonor. poſſ. ſecundùm tabulas, & in l. præſes, n.4. de re jud.* Philip Franc. *in c. à judic. c.5. de appell. in 6.* ultra eos, quos allegat & ſequitur Contard. *d.l. unica C. ſi de moment poſſ. q.1. n.41. cum ſeqq.* Lancel. Robert. *de attent. 2. p. c.12. lim.6. num fin.* allegans Iſſ. *in l. præſes n.4. ff. de re judic.* Aſinium *in praxi jud. §.31. limit.2. n.8. in fin.* plures (loquens ſpecialiter in appellatione à tortura) vide

56 per Farinacium *loco proximè citato*, & vide Contard. *ibi*, qui declarat, quando appellatio dicatur evidenter, & notoriè calumnioſa & frivola.

57 Et ideo cùm nuper diximus, quam eſſe appellationem frivolam & calumnioſam, relinqui arbitrio judicis, dicit Eſcacia *tractatu de appel. q.2. n.50.* poſt Arvar. de Roſſ. *in l. tutor. 41. n.2. ff. de uſuris*, quòd judex non debet appellationem arbitrari frivolam, niſi eam, quæ notoriè apparet inutilis, & calumnioſa, illamque dici appellationem frivolam, quæ eſt manifeſtè frivola, aliàs quandiu non apparet miniſeſtè frivola, ſed remanet diſputandum, an ſit frivola, non dicetur frivola, & ſic evidenter talis debet conſtare, ut quando quis appellavit 58
ab electione, dicens electum eſſe monoculum; cùm appareat contrarium; ſcilicet, duos habere oculos, vel quando appellat, ne quis providus, literatus, aut honeſtus eligatur; aut quando ultra decem dies appellat, Eſcacia *ubi proximè & lib.1. cauſa. civil. & crim. c 97. ſub num. 85.* ubi alia exempla de appellatione manifeſtè frivola.

Item appellatio dicetur frivola notoriè interpoſita ſuper inepta petitione; ut pura, quando quis in cauſa 59
recuſationis petit, quòd eligantur arbitri, ubi eligendi non ſunt, juxta ea, quæ leguntur, ac notantur *in c. ſi contra unam de off. deleg. lib.6.* quia tunc propterea appellatio interjecta, erit frivola, Oldra. *conſ. 302. in princ. n.2. & 9.* vel quando is qui appellat, non gravatur, quia eum ſententia non tangit Fulgoſ. *conſ.165. n.2.* ubi latè, & utrumque caſum probat Cardin. Tuſchus *concl.397. tom.1.* ubi etiam idem dicit: quando procurator con 60
ſentit, & in judicem, & locum principalis Dominus allegat illos ſuſpectos, ut per Ancharanum *conſil. 158. num.29. & ſeqq.*

Quibus convenit, quod dicit Phil. Franc. *in c. ſi duobus in princ. de appellationib.* quòd ille qui non gravatur 61
ex ſententia, nullo modo auditur appellans, *non ſol.2. q.6. ut debitur, de appell.* ſecundum Innocent. *in d. c. ſi duobus in prin.* ac ideo qui obtinet ſententiam pro ſe, aut qui non eſt gravatus ex ſententia, non poteſt appellare, nec appellatio devolvit cauſam ut tenet Inn. *in c. brevi de jureiur.* Bart. *in l. fin. C. quando provocare eſt neceſſe, col.4* pro quo facit idem text. *in l. ſi ſervus plurium, §. ſi hæreditate, ff. de leg.1.* & ibi Bart. *in fin.* quod dicit notandum Franch. *ubi proximè.*

Item & illi appellationi, tanquam frivolæ, non eſt 62
deferendum, ſi interponatur ab aliqua admiſſione articulorum, puta, appellationis, aut inſtrumenti, facta (ſi & in quatum de jure poteſt, *&c.*) quia judex admittens aliquid (ſi & in quantum) neminem gravat, ac ideo appellatio non admittitur, ita Imola *in l. judex in fin. ff. de re judic.* Natta *conſ.32. n.8.* Cardinal. Tuſchus *ubi proximè d. concl.397 lit. quando dicatur app frivola*, quoniá hoc caſu cùm jus ſit certum, ſi de jure non debeat fieri, nec admitti, ita nec admiſſa remanet, nec cenſetur à judice admiſſa, ſecundùm Ruinum *conſ.61. in lite n.27. lib.5.* Rolandus à Valle *conſ.77. viſo n.18. lib.2.* Alciatus 63
conſ.409 n.3. Pedemont. deciſ.5 n.9. verſ. nec obſtat clauſula. Natta *conſ.556. n.5. lib.3.* Menoch. *de recuper. poſſ. rem.9. n.331.* & nos alibi diximus latiùs.

Et his addere potes, quòd cùm ad probandum non 64
admittatur quis, ad id quo probato non relevat, nec prodeſſe poteſt; puta quia res confiſtit in jure, vel quia confitetur à parte, & ſimilia, *l. ad probationem, C. de probat.* & per Cornel. Dynum, & Imolam dicit Rolandus à Valle *conſ.47. n.28 vol.3.* ibi, ſi ab hac denegata probatione pars appellationem interponat, deferendum tanquam evidenter frivolæ non eſt his quæ ſuperiùs dicta ſunt, quia nihil hæc appellatio prodeſſe poteſt, ſicuti nec ipſa probatio, quia fieri non debet, quod 65
factum non relevat. *l.2. in fin. ff. ſi quis in jus vocatus non ierit, l. arbitror. ſi calendis, ff. de arbitris*, multos citat Pariſ. *conſ.100. n.45. col.1.* Craveta *conſ.802. num.15.* Petrus Surd. *deciſ.360. n.5.*

Et hinc eſt, quòd imputari non debet alicui, ut non 66
fecit, quid factum non profuiſſe, Bald. *in conſil. 145. col.4. vol.3.* Caſtrenſis *conſil.73. in fin. vol.1.* Pariſius *ubi ſupra n.94.* Craveta *conſ.15 num.16.* Beccius *conſ.100. n.10.* quia fruſtratorii actus ſunt evitandi, *l. hac ſtipulation. §. divus, ff. ut leg. nom. caveatur l. non cogendum, §. Sabinus, ff. de procurat. cap.2. de probat. l.1. ff. quod metus cauſa l.2. in fin. ff. ad municip. §. quibus in prima conſtitut. codicil. l.3. in princ. ff. de jurejur.* Lex enim abhorret

fruſtra

fruſtratorios & ſuperfluos actus, *l. unica. C. de theſaurariis lib.10. d.l.1. in fi. ff. ad munic.* Petrus Surd. *ubi ſuprà n.7.* ac ideo dicimus, quòd pars, quæ plenè probavit
67 licitè recuſat juramentum ſibi oblatum, *c.2.* ubi Doctores *de probatio.* Gloſſ. *in l. admonendi ff. de jurejur.* Iſſ. *in ejus repetitione n.29. & n.266.* Alexand. *in l. manifeſtè n.4. ff. eodem.* Neviz. *conſ.7.n.6.*

68 Ex hac etiam ratione non ſunt admittendi articuli impertinentes, nihilque revolantes, *cap. cum contingat. de officio delegat.* Bart. per illum textum *in l. ſi duo § idem Julianus* ubi Iſſ. *n.13. de juſt. & jure.* Card. Pariſ. *conſ.97. n.131. volum.1. & conſil.67. num.14. volum.4.* Craveta *conſ.23.n.4.* & plures in Rota ita fuiſſe tentum, deciſiones referens dicit Flamin. Pariſ. *de reſigna. tomo.2. lib.11.*
69 *quæſt.10. à num 5.* qui dicantur articuli impertinentes, vide Cravetam *conſ.5.n.18.* Quibus proxima ſunt quæ optimè diſputat, & reſolvit Perez de Lara *de anni. &*
70 *Capell. lib.2. cap.9. à n.46. uſque ad finem.* an Patronus teneatur præſentare intra terminum edictorum, cum habeat tempus à jure 4. vel 6. menſium, & quando ad id teneatur, vel quando poſſit petere eorum prorogationem, alio inſtante, vel non inſtante pro probatione, & an ſit audiendus petens dictam prorogationem edictorum pro tempore, ſi à jure præfixo ad præſentandum, interim dum aliquis, quem prætendit præſentare tonſuretur, vel ordinetur ordine requiſito ad beneficium, vel alàs expectentur qualitates, puta, ætatis neceſſariæ, ſive alteri ſit jus quæſitum, vel non, vide per eundem ubi multa.

71 Et quia appellans fruſtratoriè eſt in dolo, & lata culpa, Bald. *in l. tutores §. tutor ff. de adminiſtratione tutorum.* Bertachi *verbo appellans teneri n.120. ante fi.* ad judicis officium pertinet, ut illa corrigat, & reformet
72 quæ dolo vel malitia fiunt à partibus lite pendente, Bald. *in l.3. C. de appellatio.* Gregor. Lopez *in l.26. tit.23. p.3. gloſſ.5. admodum*, Matthæus de Afflictis *deciſ. 354. n.19. ad fin.* judex enim tenetur calumniis obviare, &
73 exceptiones ad intricandum, & procraſtinandum judicium oppoſitas etiam ex officio repellere, ſecundum Innocentium *in cap. poſt electionem de conceſſione præbendæ.* cum aliis per Foller. allegatis *in practica crimin. in verbo ſi confiteantur in 3. p.3. parti poſt. n.50.* & per Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem. 15. num. 326. & ſequenti*, & loquendo in appellatione fruſtratoria, & frivola, ita dicit etiam Farinac. *in tract. crim. 2. tomo. quæſt. 38. n.25.* & facit quod ſuprà circa deſcriptionem appellationis frivolæ dictum eſt, ut tunc cognoſcetur quando nullum juris effectum poteſt fortiri, & ſic ad alios ſimiles huic caſus poteris inferre, diſcurrere & applicare, ſed hæc pro exemplo ſufficient, cùm omnia referre, foret in infinitum progreſſus.

74 Quibus & illud conveniens non omittamus, quòd literæ Apoſtolicæ expeditæ ſuper proviſione alicujus beneficii, ſemper continent clauſulam (appellatione remota) ſeu appellatione poſtpoſita) quæ clauſula excludit effectum ſuſpenſivum appellationis, & excluſat ab attentatis *c. paſtoralis §. præterea de officio delegat. c. tuæ nobis in fi. de decimis.* Franc. *in c. bona n.36. de appellatio.*
75 quæ clauſula quando non eſt appoſita præcedente cauſæ cognitione ſuper proviſione ipſius beneficii, parum aut nihil operatur, quia intelligitur ſolummodo, de appellatione frivola, quæ excluſa per dictam clauſulam cenſetur duntaxat, non autem legitima, & legitimè interpoſita, gloſſ *verbo ante ſententiam, l. ff. in fi. debitus horis 53. de appell.* Gloſſ. *2. in c. ex parte. 13. de offic. delegati* Joan. Selva *de benefi. 3. part. quæſt. 15. n.9.* Gregor. Lopez. *in l.70. gloſſ.4. tit 18. p.3.* Puteus *deciſione 328. num.1. lib.2.* Lancelot Robert *de attent. 2. p.c.22. limit.8. num 42.43. & 44* Hieronym. Gonzal. *de menſibus & alter. gloſſ. 9. in anno. at. num.244. ſupra*,
67 nec dicta clauſula (appellatione poſtpoſita) aliquid, operatur, quãdo conſtat de notorio gravamine, Decius

conſil.49. num.2. lib.1. Ruin. *conſil.82. viſo num.1. lib.5.* Puteus *deciſ.414. num.2. lib.3.* Lancelot *ubi proximè à num.28. cum ſequentibus*, quia dicta clauſula ſemper apponitur in parte executiva literarum & non comprehendit contradicentes de jure, ſed ſolum refertur ad contradictores de facto, cùm generale verum ſit quod clauſula appoſita in parte executiva gratiæ, vel cujuſlibet actus nunquam auget gratiam, vel actum, nec tol- 77
lit ſubrogationem, *clem.1. in fi de præbendis*, ut latè hoc explicat & egregiè declarat Hieronym. Gonzal. *ubi proximè d. gloſſ 9. à n.241. uſque ad num.245.* ubi latè de effectu, & natura hujus clauſulæ, ad quod etiam videndus eſt Covarr. & ab eo relati *in pract. quæſt. c.26. n.6. in fi. verſ. eff. ctus*, Puteus *deciſ.147. lib.2.*, pleniſſimè Lan- 78
celot. *de attenta 2. p.c.12. lim.8. à princ. & per tota*, ubi ponit ad dictam clauſulam Regulam cum quinque ampliationibus, & duodecim limitationibus, & pluribus declarationibus, quem videas.

Et aliqua nonnulla circa hanc materiam frivolæ 79
appellationis, an ei judex deferens à ſe abdicet jurisdictionem, ita ut ad ulteriora non queat procedere: vel an inhibitio à ſuperiori judice ad quem emanata, executionem impediat, & cauſet attentata de aliis pluribus ſimilibus, vide multa per Lancelot. Robertum. *de attenta. 2. p.c.12. lim.6. per totam.* licèt quoad inhibitionem multum ejus reſolutioni officiat Concil. Trident. *ſeſſ.13. de reform. c.1. ad fi.* ibi. Nec Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius appellationi hujuſmodi, tanquam frivolæ deferre teneatur, ſed ea ac quacumque inhibitione ab appellationis judice emanata, *&c.*) nonobſtante ad ulteriora valeat procedere, *&c.*) quod conſtat inhibitionem vigore appellationis frivolæ emanatam non ceſſare attenta nec impedire executionem permiſſam alias à jure, *juxta c. cum appellationibus frivolis de appellat. lib.6.* de quo nos latiùs *2. p. c.10. à n.80.* cum ſeqq. ubi copiosè videre poteris veram reſolutionem.

Unum non diſſimulabo, ut tunc appellatio cogno- 80
ſcetur eſſe frivola quando à parte propoſita ab aliqua ſententia, ſeu decreto, & judex illam aliqua juris ratione motus tanquam frivolam rejecit, & pars huic rejectioni, & facto judicis non contravenit, ac contradicit appellando ſed acquieſcit: videtur, & cenſetur conſentire, & cognoſcere eam eſſe frivolam, ac ita talis judicanda eſt; ita Cardinalis Zabarella *conſ.32.* per quem ita adnotavit Cardin. Tuſc. 1. *tomo concl.397. ante fi. tit. quando dicatur appell. frivola.*

Ultimò notandum, poſſe judicem à quo excommu- 81
nicare frivolè appellãtem tanquam contumacem Abb. Philip. Franc. Card. Alex. & Doc. *in cap. ſollicitudinem 44. not.1 num.1. de appell.* Eſcacia *de appell. quæſt.2. n.51. in fi.* & nos alibi diximus

Quid autem, ubi alicui juris & de jure præſumptio 82
adverſatur, an hujuſmodi condemnatus præſumptione audiatur appellans, & quòd ejus appellationi deferendum non ſit probatur evidenter, nam qui contra ſe habet hujuſmodi præſumptionem, dicitur convictus & confeſſus, qui nullo modo regulariter appellat, ut diximus latè infrà *in c. de criminalibus .14.* & in ſpecie per
hanc rationem probat Bald. *in l. ſi hic qui num. 2.* per 83
illum text. *C. ad l. Jul. de adulte.* Alexand. *in addit. ad Bart. in l.2. litera C. in fi. C. quorum appell.* Marſil. *in l.1. n.157. C. de rapt. virg.* & idem Marſil. *in rubr. C. de probatio. n.264.* & idem Marſil. *in ſingul.116.* incipit. *præſumptio jur. & de jure.* Everar. *in controv. legal. in arg. à veriſimili n.18.* Brun. *de indi. & tortu. p.1. quæſt.4. n.16. in fi.* Carterius *in pract. crim. in 1. tract. de appellatio. §. quartus caſus eſt n.1. & ſeqq.* Paul Caſtrenſ. *in l.2. n.2. in fi. C. quorum appell.* Nicell. *in tract. de concor. gloſſ. concord.6. fall.31 num.21. fol.121* Farinac. *in pract. crim. quæſt.101. cap.2. à num.124. in meis, tomo 3.* Menochius *de præſ. [illegible] q.76. per totum*, Carrerius *ubi præ[illegible]* quia hujuſmodi præſumptio juri [illegible]

probationem in contrarium, ex qua ratione & bene (cum Mascardo per eum citato) infert à ratione cessante Fatin. *ubi proximè n.*125. quod in omnibus, in
85 quibus præsumptio juris & de jure recipit probationem in contrarium, in eisdem etiam casibus condemnatus tali præsumptione appellare potest, quales ii sint casus, in quibus præsumptio juris & de jure admittat, probationem in contrarium, vide exactissimè Menoch *in*
86 *præsum. t.d.lib.*1.*q.*61.*cum pluribus seqq.* ubi etiam, quales sint præsomptiones juris & de jure; condemnatus autem sola juris præsumptione non prohibetur appellari,
87 quia semper admittit probationem in contrarium. Ita Menoch. *d.q.*76.*in fin.*

CAPUT VII.

A sententia declarante, beneficium incompatibile vacasse, mandantéque providere personæ idoneæ; appellationi interpositæ an judex Ecclesiasticus vim faciet; non deferens, procedensque ejus ad executionem.

SUMMARIUM.

*Declaratoria sententia, aliquam incidisse in pœnam ipso jure impositam, an sit necessaria, n.*1.

*Clericus privatus beneficio ipso jure per adeptionem secundi, an ad declaratoriã sententiam sit necessariò citandus, n.*2.

*A pœna per legem ipso jure imposita, licet non sit licita appellatio, tamen à declarateria aliquem in eam incidisse, illam admittit quoad utrumque effectum, n.*3.

*Incompatibile beneficium obtinens ob non residentiam an possit de facto spoliari, vel an prius debeat citari, & audiri, n.*4.

*Incompatibile obtinens sententia an requiratur diffinitiva ad privationem, & an appellationi ab ea deferendum, levnat Senatus Regius auditus per viam violentiæ, n.*5.

*Appellationi à sententia declaratoria, beneficium incompatibile vacasse per adeptionem pacificæ possessionis secundi, non esse deferendum, verius demonstratur, n.*6.

*Incompatibile beneficium ipso jure vacans potest liberè ab ordinario conferri absque declaratoria sententia, nec citatione possessoris, n.*7.

*Possessore privato ipso jure, potest alius eligi absque alia sententia privationis, n.*8.

*Beneficium quando vacat ipso jure per obtentionem secundi non est necesse judicem adire pro sententia declaratoria privationis, n.*9.

*Incompatibile beneficium quantum ad juris effectum vacans est, & ideo in ejus collatione & provisione nulla requiritur possessoris citatio, n.*10.

*Possessor privatus ipso jure per adeptionem secundi incompatibilis si ad collationem de jure vacantis non fuit citatus, tamen possessio facti, & detentio avocari ab eo non potest, nisi citatione præmissa, n.*11.

Text. in c. licet Episcopus de præbend. in 6 *explanatur, ibi.*

*Executor Apostolicus ad tradendam possessionem beneficii vacantis ipso jure proviso tradere non debet, nec à detentatore auferenda, nisi isto prius citato, quando ad ejus provisionem citatus non fuisset, n.*12.

*Quod extenditur ad omnes, privat omnes ipso jure, n.*13.

*Dominium licèt sit amissum, & publicatum ipso jure, non tamen possessio, quæ est facti, n.*14.

*Notariè ubi constat, quem esse privatum beneficio ipso jure, vel quando in sententia declaratoria possessor vocatus fuit, aut etiam in collatione vacantis beneficii, ipso jure possessio avocari potest à detentatore absque alia citatione, n.*15.

Et ita procedunt Doctores indistinctè tenentes, posse à possessore primi beneficii incompatibilis amoveri, ibid.

*Causæ cognitio quæ est adhibenda in tollenda possessione à detentatore ob vacationem ipso jure, debet esse summaria, n.*16.

*Beneficium incompatibile cum vacans sit per sententiam legalem, nihil aliud remanet faciendum, quam ipsa nudi facti executio, n.*17.

Nec tunc ordinarius aliud agit nisi ut juris executor & minister, illam legalem sententiam executioni tradit, ibi.

*Sententia judicis non debet esse melioris conditionis, quàm sententia juris, & quemadmodum ab illius executore non appellatum, ita nec debet appellari ab executore juris, n.*18.

*Dejectus per judicem à beneficio vacante ipso jure præmissa citatione, non est restituendus, n.*19. & 21.

*Privatus ipso jure si spoliatur à privato (authoritate tamen judicis) restitui non debet, quem excludit exceptio privationis ipso jure, n.*20.

*Ordinarius liberam facultatem & potestatem habet à jure providendi beneficia incompatibilia vacantia ipso jure per pacificam possessionem secundi, n.*22.

*Plurima jura canonica ad idem expressa explanantur ibidem appellationem non esse admittendam a judice, cujus fabricati seu libero arbitrio aliquid de jure committitur, omnium receptissima est sententia, n.*23.

*Libera facultas dici non potest, quæ ab alio dependentiam habet, n.*24.

(Liberè) dictio idem importat quod sine alterius consilio, consensu, interventu, requisitione, seu interventione, ibid.

*(Liberè) dictio importat voluntatem absolutam, n.*25.

*(Liberè) dictio liberam denotat potestatem in faciente sua sponte & alterius voluntate non requisita, n.*26.

*(Liberè) dictio, ubi apponitur, impedit appellationem, quia idem importat, quod appellatione & præscriptione non obstante, n.*27.

*Commissio signata cum clausula (liberè expedienda & determinanda) intelligitur appellatione remota, n.*28.

*Philip. Franc. de Laratar, dum dicit, quod in commissione cum clausula (liberè terminanda) non sit appellari, ubi justa causa & ratio appellandi subest, n.*29.

*Privilegium aut rescriptum Pontificis, quo conceditur alicui ut causa possit liberè appellare, poterit etiam tertio in ea provocare, n.*30.

*(Liberè) dictio nec jure, nec ratione, nec æquitate aliqua regulatur, n.*31.

*Contradictio ubi à jure sublata est, pariter & appellatio sublata intelligitur, n.*32.

*(Liberè) dictio ubi est apposita, intelligitur sublata omnis contradictio, & impedimentum, n.*33.

*Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipso jure per adeptionem secundi cùm per jus accipiat ordinarius, debet intelligi appellatione non obstante, n.*34.

*Sine contradictione actuum celebrat, qui potest facere libere, n.*35.

*Jura loquentia de privatione beneficii vacantis per adeptionem secundi incompatibilis juxta verba quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis avocationem, prout est verbum (illico, absque mora dispendio, &c.) & quæ ea sint jura plura explanantur, n.*36.

*Moram aut dilationem ubi res non recipit, appellatio sublata intelligitur, n.*37.

*Appellatio sublata intelligitur per verba æquipollentia, n.*38.

*(Illico) dictio significat executionem paratam, nec requiri aliam condemnationem, n.*39.

*(Illico) dictio exponitur, id est sine ulla dilatione, & significat latam sententiam ipso jure operante, n.*40.

*(Mox) dictio idem operatur, n.*41.

*Statutum tollens appellationem, debet esse clarum, non turbidum, cùm suapte natura sit etiam strictæ interpretationis, n.*42.

*Secus autem in lege, quia per eam tollitur appellatio etiam per æquipollens, n.*43.

L.con

L. ordinario, ff. de appella. interpretatur, ibidem.
Dictiones (statim , illico , mox) excludunt appellationem num. 44.
Opinio Hieron. Gonz. & Gratian. reprobatur dicentes dictiones (mox, statim, confestim, illico,) & similia , non excludere appellationem, n. 45.
Dictiones , (mox, statim, illico) & similia nullam dilationem admittunt , & intelliguntur sine temporis intervallo, n. 46.
Dictiones (statim, mox, illico) & similia important summariam cognitionem, & non requirunt sententiam, n. 47.
Dictiones (statim, illico ,) & similium intelliguntur cum temperamento ratione subjecta materiæ, n. 48.
Temporis intervallum quod requirunt dictiones (mox, statim, & similia) est ut non statim sententia lata exequatur , sed omnia substantialia executionis prout citationes & similia præcedant, n 49.
Dictiones (mox , statim) & similia , effectu non indiget sententia transita in rem judicatam, n. 50.
Executorialium paritio licèt sit statim facienda , intelligitur tamen civiliter, & cum aliquo temperamento, 51.
Executorialium paritionis temperamentum respicit tempus, non appellationem , quam executoriales non recipiunt, num. 52.
Sententia , qua declaratur incompatibile vacasse per adeptionem alterius , ac simul mandatur ejusdem fieri provisionem , non suspenditur per appellationem interjectam per detentatorem utriusque prout decrevit Senatus Vallisoletanus, num. 53.
Clausula (dimittendi primum incompatibile) intra duos menses, &c. adjecta in Bulla impetrationis secundi quomodo intelligenda est , & declaranda , & an ad juris terminos sit reducenda, n. 54. remissivè.
Clausula (dimittendi) an existenti in Curia terminus currat à tempore notitiæ capiæ possessionis in partib. n. 55.
Clausula (dimittendi) virtute quando possit vel non , ob non dimissionem beneficium impetrari, n. 56. remissivè.
Conc. Trid. sess. 7. de reform. c. 7. disponens contra retinentes incompatibilia procedendum esse appellatione, & inhibitione non obstantibus, dilucidè explanatur, n. 57.
Clausula (appellationibus, &c. minimè suffraganibus) ut generalis omnia in concilio contenta comprehendit. n. 58.
Text. in c. 2. requiris 41. de appell. extenditur, n. 59.
Verbum (in præmissis) quo utitur Tridentinum, ad omnia præcedentia refertur, juxta ejus grammaticalem significationem, n. 60.
Clausula (de præmissis) ad omnia & singula præcedentia refertur de necessitate, n. 61.
Dictio (præmissa) est repetitiva omnium præcedentium, num. 62.
Dictio (supradictis) restringit dispositionem ad superiora, perinde ac si specialiter essent repetita, n. 63.
Dictio (hujusmodi) præcedentia repetit cum omnibus suis qualitatibus, n. 64.
Bulla Pii Papæ IV. edita in confirmationem Concilii mandat omnia & singula decreta ejus observari appellatione remota, n. 65.
Declaratoria sententia requiritur cum previa causæ cognitione , quando beneficium vacat ipso jure ob pœnam alicui facti , puta , ob non residentiam , non tamen quando ex juris dispositione puta ob adeptionem secundi incompatibilis, n. 66.
Inter vacationem beneficii ipso jure ob pœnam facti , & ob vacationem, ob juris dispositionem id dicentis, differentia , & ejus genuina ratio redditur, n. 67.
Sententia declaratoria ubi requiritur in privatione beneficii ob pœnam, non ideo sequitur, quod appellatio sit admittenda, si aliqua ipse initiatis ratione excludatur , ut in privatione ob non residentiam, n. 68.
Sententia declaratoria latur sit in pœnam privationis ipso jure quoad appellationis prohibitionem , vestitur ex natura casus , cui adjicitur , ut si casus est appellabilis , à declaratoria appelletur , si inapellabilis , à declaratoria multo fortius prohibetur appellari, n. 69.
Judex in declaratoria privationis ipso jure nihil novi agit, sed actum in præteritum ostendit, n. 70.
Appellari licèt non possit à pœna excommunicationis lata ipso jure , tamen a declaratoria admittitur appellatio quoad utrumque effectum, n. 71.
Declaratoria sententia incursus censurarum si sit lata in causa executiva , secundum ejus naturam regulatur , & pariter non recipit appellationem suspensivam, n. 72.
Appellari non licet à pœna legis seu canonis , a declaratoria tamen aliquem in eam incidisse , licita est appellatio, num. 73.
Declaratus incidisse in pœnam si sit convictus & confessus non appellat, n. 74.
Beneficiatus absens monitus & contumax plectitur pœna privationis beneficii ob non residentiam , cujus executionem debet præcedere declaratoria sententia affirmativa cum causæ cognitione , alias erit attenta , & nulla , num. 75.
Declaratoria sententia aliquem esse privatum beneficio ob non residentiam quando non recipit appellationem suspensivam, n. 76.
Contra non residentem quando proceditur ad privationem beneficii admittitur appellatio, si non præcedit causæ cognitio & citatio, & quo decreti genere tunc utitur Senatus Regius , n. 77.
Beneficia omnia etiam simplicia quomodolibet residentiam requirentia, dicuntur incompatibilia, & per adeptionem possessionis pacifica secundi , vacat primum ipso jure ex dispositione Trid. n. 78.
Concil. Trid. sess. 7 de reform. c. 4. explanatur, n. 79 & 85.
Beneficia simplicia etiam requirentia residentiam per secundi adeptionem inter se non vacare hodie ipso jure, qui teneant , n. 80.
Beneficia simplicia requirentia residentiam sunt inter se incompatibilia, & per consequens hodie vacat secundum ipso jure ex magis vera opinione, n. 81.
Text. in cap. de multa, de præben. interpretatur, ibid.
Beneficium simplex non dicitur incompatibile , quando ejus residentia non est præcisa & absoluta , sed causativa ratione amissionis fructuum, n. 82.
Beneficium simplex non dicitur incompatibile , quando residentia non est continua , sed ad certum tempus , nisi in eodem tempore concurrat servitium & residentia alterius, n. 83.
Navarrus relatus pro contraria opinione explicatur, 84.
Autor valde miratur aliquorum Doctorum cavillantium clara verba, ibi relata Concil. Trid. d. cap. 4. sess. 7. de reform. n. 85.
Concil. Trid. decreti sess. 24. de reform. cap. 17. quod contrarium videbatur d. c. 4. sess. 7. de reform. secundum aliquorum siniştram declarationem formalis sensus restituitur, n. 86.
Circa incompatibilitatem beneficiorum , & ejus plurima quæstiones, Doctores qui sint videndi, n. 87.

RTICULUS iste perdifficilis est , quem ad partes examinabo, quorum affirmativam ; nempe : judicem Ecclesiasticum vim facere , non deferentem appellationi interjectæ à possessore primi beneficii vacantis ipso jure per adeptionem alterius incompatibilis ; probatur primò, licèt pœna imponatur alicui ipso jure; requirit sententiam declaratoriam, quem in ipsam incidisse, quæ nihilominus est necessaria, Bart. *in l. ejus qui delatorem*, per text. *ibi*, *ff. de jure fisci*, & Joan. Andr. & alii scribentes , per text. *ibi in c. cum secundum leges in § confirmationis, de hæreticis, lib 6.* Joan. Andr. Archidia. Petrus de Ancara, Dominic. & Philip. Franc. *in c. 2 de præscript. lib. 6.* Ant. *Felicis*, *§. nullus, de pœnis, lib. 6.* & omnes ferè scribentes *in cap. 1. de homicidio, eod. lib.* Cardin. *in clem. 1. in princ. annotat. 14. de pœnis*, & Petrus

de Ancara *in cap. cupientes* §. *quod si per viginti, col. ult versiculo item collige, de electione lib.* 6. ubi ad hoc dicit singularem text. *in* §. *confiscationis, & in cons.* 133. incip. *satis advertenter, colum.* 1. *vers. ego etiam, & in concil.* 189. incipit *tribus, colum.* 1. *vers.* 2. *moveor*, Dominic. *in cons.* 42. incipit *in nomine, &c. quia revocatur, colum.* 1. & Felinus *in c. Rodulphus, colum.* 24. *vers. sed declaratoria sententia de rescript. & in c. cum non ab homine, colum.* 4. *versiculo utrum autem data de re judic. & in c.* 2. *in princ. de sponsalibus, & in cons.* 35. incipit, *cuidem habens unum filium, colum. ult.* & multos & hanc sententiam tenentes refert, & sequitur Alexand. *in l. si quis major colum. penult. C. de transact.* & ita tenendum est contra aliquos, quos refert Tiraquel. *in l. si unquam, verbo, revertatur, n.* 398. *C. de revocand. donation.* resolvit etiam Ojeda de Mendoza *in tract. de clericis, & eorum exempt. limit.* 4. *n.* 7.

2 Et in hac sententia declaratoria citandus est clericus privatus beneficio, ipso jure, quia cùm de ejus præjudicio tractetur, necessaria est gl. *in clem. præsenti in verbo, constituit, de pœnis*, sequitur Roman. *in l. is cui bonis ff. de verbor. obligation.* Panormit. & alii *in cap. pervenit el. 1. de appellat.* & Bald. *in l. ea quæ C. communia utriusque judicii.* Bart. *in l. ab executore, in princ. ff. de appellat.* Aret. *in c. 1. colum.* 8 *vers. utrum autem quando pœna de judiciis, & in cons.* 116. incipit, *sicut Joannes dixit, colum.* 9. & Alexand. *in addition. ad Bart. in l. Imperator. ff. de jure fisci*, & Felin. *in c. Rodulphus, col. antepenult. vers. sed justior est cùm citatur pars, de rescriptis*, & Socinus *inter consil. Federici senioris, cons.* 20. incipit, *Domine labia mea aperies, in* 4. *dubio*, ubi inquit de hoc esse text. expressum *in cap. parochianos*, ubi notat Panormit. & facit *clem. dudum. de renuntiat.* Tiraquell. *ubi supr. n.* 404. ergo succedit regula *l. & in majoribus C. de appell.* juncto *tit. ff. nihil novari appell. pend.*

3 Secundo, quia licèt ab ipsa pœna, à jure imposita, non sit licita appellatio, tamen à sententia declaratoria aliquem incidisse in illam, licita est quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum plures, quos congerit Navarr. *in c. cum contingat* 15. *causa nullit. fol. mihi* 151. plurimos per Bernard Diaz. *in regul.* 675. & exactè per Gratianum *in regul.* 35. *per totam*, ubi de ratione, *& in regul.* 171. Gutierr. *cons.* 10. *n.* 16. plures per Bobadillam *in politic. lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 278. ergo pariter & in nostro casu, ut ab ista sententia declaratoria; beneficium vacasse ipso jure, appellationi à possessore emissæ, ut legitimæ deferendum videtur.

4 Tertiò magis in terminis videtur hanc partem corroborare, Flores de Mena *in practic. quæstion. quæst.* 13. *num.* 26. ubi dicit: Quòd si ordinarius procedat contra recipientem secundùm beneficium, etsi non inducens primi privationem ipso jure, & ad ejus privationem ob non residentiam, ob incompatibilitatem, non potest ipso facto eum spoliare, & privare, sed priùs eum tenetur audire, & citare de causa cognoscere, si aliquam defensionem habeat, & sententiam diffinitivam proferre, à qua poterit appellari, allegat glossam in pragmatica sanctione Gallicana *titulo de collation. verb. providerent. in fin.* & aliàs procedent nulliter, & omnia per

5 ipsum judicem facta revocabuntur per viam attentati, mutatis, & injustitiæ, allegat ad id *cap. inter quatuor, & ibi glos. ex parte, de elect. non resident.* & Abb & Ojedam *de benefic. incompatib. c.* 18 *n.* 5. & alios, ac *in fin.* dicit, quòd quando ordinarii non audiunt possessorem, in tribunalibus Regiis declaratur vim fieri.

6 Sed his & aliis non obstantibus, contraria sententia, imò hujusmodi appellationi interpositæ à sententia declaratoria beneficium vacasse obtentionem possessionis pacificæ secundi incompatibilis, ita ut nec illius provisionem, & possessionis traditionem, non suspendatur, non deferens ordinarius violentiam nullatenus facere; & longè verior est, & de jure probabilior, quam & ex sequentibus fundamentis talem demonstrabo.

Primò, quia beneficium incompatibile, quod ipso jure vacat, potest licèt ordinarius alii conferre nulla 7
expectata sententia, nec citatione possessoris, Bald. *in cap. cum in canctis de electione*, notant scribentes *in cap. de multa de præbend. & in cap.* 2. & ibi Panorm. *in* 3. *not. de feudis, & in cap. fundamenta*, ubi glossa & Dominic. *de electione lib.* 6. *& in cap. licèt Episcopus, de præbend. eod. lib.* Doctores *in c. ordinarii de offic. ord. lib.* 6. Gloss. *in cap.* 1. *verbo libera.* & Joan. de Anania, & Dominicus, *de homicidio*, Gloss. *in cap. fœlicis, verbo, disponant, de pœnis lib.* 6. tenuere etiam Innocentius, Joan. Andreas & Panor. *in cap. accepta, de restit. spolia.* Bald. *in c.* 2. *in vers. amittat. in fin. ff. de feudis sine cul. non amit. fol.* 133. incipien. *quæstionis istius determinationem, ad fin. lib.* 4. & Cardin. Flor. *in clem.* 1. *in princ.* 15. *nota de pœnis.* Imol. *in c. de multa col.* 2 *vers. nota quod, ubi per ejus de præb. & in c. exhibita col.* 8. *vers.* 3. *quæritur de rerum permutatione*, per notat *in c. audivis, & in cap. inter electos, de excessibus prælatorum*, & Roman. notat. *in cons.* 212. incipit, *quoad primum, in dubio primo, & in cons.* 483. incipit, *ambitatur* 1. *col.* 3. *vers.* 3. *hoc demonstratur*, & Panorm. *in c.* 2. *in nota* 3. per illum textum *de feudis. in consil* 67. incipit, *in causa quæ vertitur, colum.* 2. *in lib.* 22. & Martin Laudens. *in c. si quis miles post medium titulo de feudis, sine culpa non amit.* & Ludov. Bologninus *in addit. ad cons. Ananiæ, in cons.* 32. incipit, *præsta via Domini, in vers. plus dico, col.* 2. & ita tenuerunt Domini de Rota *de dec.* 301. incipit, *nunquid Patronus in antiq.* & Franc. de Ripa *in c. sæpe, col. pen. vers. sed dubitatur, de rest. spol.*

Quemadmodum cùm quis est privatus ipso jure, po- 8
test eligi alius absque alia sententia privationis, probat text. *in c. fundamenta* §. *quod si secus*, & ibi Domini, qui hoc notat. *in* 2. *not. de electione, lib.* 6. & denique præfatam sententiam receptissimam esse, probant Quintil. Mand. *in addit. ad Lapum, in allegat.* 16. *litera A.* ubi refert infinitos pro ea, optimè per Ojedam de Mendoza *in tract. de benef. incompet.* 1. *p. c.* 4. *n.* 6. & 7. ubi reprobat & dicit errasse aliquos contrarium tenentes, idem 9
Ojeda *d.* 1. *p. c.* 13. n. 59. ubi dicit, quòd quando beneficium primum vacat ipso jure per obtentionem secundi, non sit necessarium, judicem adire ipsius beneficii, & petere sententiam declaratoriam privationis, adducit ad id notata per Andream Tiraq. *in l. si unquam in verbo, revertatur, n.* 446. Flam. Par. *de resignat. benef. lib.* 12. *tom.* 2. *quæst.* 10. *n.* 10.

Quæ sententia licèt verissima sit, ut ordinarius possit 10
providere, & conferre alteri dictum beneficium, ipso jure vacans absque aliqua sententia declaratoria, & absque citatione, quia verè realiter quantum ad jus attinet, beneficium vacans est: tamen quando in collatione possessor privatus citatus non fuit, possessio facti, 11
& illa detentatio proviso tradenda non est, nec ab ipso detentatore auferenda absque citatione, quia inauditus de ea dejici non valet, ita probat text. in tribunalibus frequens *in c. licèt Episcopus, de præbend. lib.* 6. Licèt Episcopus (inquit Pontifex) beneficium, quod cùm animarum cura tenebat (postquam aliud recepisti consimile ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit quominus haberes eandem) possit alteri de jure conferre illum tamen cui contulerit, non debebit, te non vocato (cùm tibi forsan jus possit competere retinendi in possessione ipsius inducere corporalem, quod tenet ibi gl. *verbo, te non vocato*, & ibi latè Joan Mona. quos referens sequitur Geminia, *ibi n.* 9. Lap *alleg.* 103. *jub. n.* 3. Hostiens. *in c.* 1. *n.* 9 *de consuet. prælib.* 6. Innoc. *in c. dudum, verbo contrarium*, & ibi Abb. *in* 4. *not.* Joan. Andreas *in verbo libere*, Imol. *col.* 2. *vers. nota quòd*, & alii, omnes ibi scribentes Abb. *cons.* 67. *lib.* 2. Gem. *cons.* 117. *col. ult.* Card. *cons.* 63. *col.* 2. *vers. item si informa, & cons.* 74. *col.* 2. *vers. pro hoc est ratio.* Alex. *cons.* 103. *col. ult. vers. ic.*

unde

unde dicit, lib.1. Barba. *conſ.13.colum.2. verſ. propterea lib.3.* Ruin. *conſ.128.n.8.* Bald. *conſ.133. in fin. lib.4.* cum aliis Hoſtienſ. *in c. ſolicite de reſtitut. ſpolia.* Andr. Iſſ. *in conſtit. Neapol.* incipit, *ſi vaſſallus a Domino, colum. 3.* Bald. *in l. ſi maritus quondam, C. de donation. inter vir. & uxorem, & in c. cum in cunctis, de election. 141.* incipit *thema hujuſmodi col.2.l.2.* Lapus *alleg.89. in Dei nomine col.19. in parvis.* Card. Floren. *conſ.63.* incipit, *Dominus noſter, col.2. verſ. item ſi forma,* & alii, ut per Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo, revertatur, n.388. C. de revoca. donat.* Ojeda *de benef. incompatib.1.p.c.4.n.8.* Flamin. Pariſ. *loco mox citando.*

12 Quod item eſſe intelligendum in proviſione facta à Summo Pontifice hujuſmodi beneficii vacantis ipſo jure, non facta in ipſa collatione, & proviſione, citatione poſſeſſoris, executor ad tradendam poſſeſſionem proviſo teneatur citare poſſeſſorem, latè etiam comprobat Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. tit.2. lib.11. q.10. per tot.* Ferretus *conſ.4. num.4. & conſ.10. n.10.* & extendit

13 etiam ad omnes privationes ipſo jure beneficii, ſecundùm gloſſ. *in d. cap. licèt Epiſcopus, verbo te non vocato, in fin.*

14 Et præfati Doctores rationem reddunt, quoniam licèt dominium ſit amiſſum, aut publicatum, non tamen poſſeſſio, quæ eſt facti, ut ex Bald. *in addition. ad Specul. tit. de locato, §. nunc aliqua q.46.* & idem Bald. *conſ.356. lib.4. & in leg. ſi quis in tantum, col. ven. C. de ju. vi,* plures alios, plurimaque in comprobationem adducit Tiraq. *in d. l. ſi unquam, verbo, revertatur, num.338.* Ojeda *ſuprà n.9.* & Flamin. *n.11.* & licèt non deſint, qui contrarium tenuerunt; ut etiam abſque citatione poſſeſſor poſſit dejici; qui obtinent, quando eſſet notorium, quem privatum eſſe beneficio, aut ſi poſſeſſor vocatus fuiſſet in ſententia declaratoria, vel privativa, aut etiam in collatione ipſius beneficii, nam iſtis tribus caſibus ei

15 poteſt auferri poſſeſſio beneficii, aliter non vocato, & ſine alia cauſæ cognitione, ultra quos ſuperiùs tradita doctrina veriſſima, & certior eſt, ut videndus plures in comprobationem adducens ipſe Ojeda *ubi ſuprà ſub n.9.* quem vide.

16 Adverte tamen, quòd iſta cauſæ cognitio debet eſſe ſummaria, ut ſcriptum reliquit gl. *in d.c. licet Epiſcopus de præbend. lib.6. verſ. te non vocato, circa medium,* quam referens ſequitur Flamin. Pariſius *loco primò citato, num.34.*

17 Nam cùm per ſententiam legalem verè vacans ſit beneficium, tot conſtitutionibus & decretis canonicis ſtatim referendis, non ampliùs remanet faciendum quàm ipſius executio facti, & ordinarius tunc aliud non agit, quam tanquam juris miniſter, & executor ipſam debitæ executioni tradit, & exequitur, ut in ſimili propoſito ex aliis conſideravit Azeved. *in leg.27 tital. 3.*

18 *lib.1. recop. poſt princ.* & nos *ſup. cap. proxime præcedenti* exactè probavimus, nec debet eſſe melioris conditionis ſententia judicis, quàm ſententia juris, & ab executione & executore illius non appellatur, *l. ab executore, ff. de appell. l. ab executione, C. eorum appell. non recip.* nec ab eo, quòd ſit ſecundum legis, & canonis diſpoſitionem, & præceptum, nec à judice, illud exequente, appellationi interjectæ deferendum eſt, tanquam contraria juris, fruſtratoria, non habens adminiculum, & fomentum juris, *c. conſuluit el. 3. d appell. relatum de eo qui non reſidet. l. fin. ff. de appell. recip.* & ex his, quæ nos exactiſſimè adduximus, & in unum congeſſimus, & reſolvimus *ſuprà c. præcedenti,* pluribus ad idem citatis Doctoribus.

19 Adeò ut ita dejectus à tali beneficio per judicem non eſt reſtituendus, ut inquit gloſſ. *in verbo audientia in ſpol. in c. in nomine Domini 23. de ſpol. in c. præſentiam 7. q.1.* & ibi Archidia. circa fin. gloſſ. *in ſum. 3. q.1.* Felin. *in c. cum cauſa de off. deleg. col.1.* Abb. *in cap. dilectus 1. col.1. de reſcriptis.* Abb. *in cap. conquerente col.1. & ſeq. de reſtit. ſpol. & in cap. licet ex ſuſcepto in 4. colum. de foro compet.* Felin. *in cap. dilectus el.1. col.1. de reſcript. & in d. cauſa col.1. de off. deleg. & in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ 13. de conſtit. & in c. cum ordinem col.5.* Decius *in cap. referente col.1. de præbend.* Franc. *de repet. in l. naturaliter §. ſi nihil comm. n.92. de acquir. poſſ. n.6. cum ſeqq. & in c. ſæpè, de reſtit. ſpol. n.86.* & reſolvit multa in propoſitum adducens Anton. Gabriel. *commun. opin. tit. de reſtit. ſpol. concl. 1. num.108.*

Et idem eſſe in ſpoliato à privato (aurhoritate tamen judicis) latè, & cum diſtinctione proſequitur 20
poſt alios plurimos Ojeda *ubi ſuprà 1. p. c.4. n.68. cum ſeqq.* quia ei obſtat & excludit & exceptio privationis ipſo jure appoſita.

Et accipiendam puto hanc doctrinam (licèt ipſi 21
Doctores abſolutè loquantur) cum temperamento, de quo ſuprà, ut ſcilicet, procedat, quando aliquo modo fuit citatus à judice, uti videre eſt per Ferretum *conſil.10. num.10. verſ. alias.* Iſſ. *in conſ.38. prope finem lib.3.* Bald. *conſ.135. in cauſa prope finem lib.2.* Afflictis *deciſ.361. n.35.* quam & ratione, & authoritate comprobat Menoch. *de recup. poſſ. 8. remedio, n.50. & 53.* quem ad id referens etiam ſequitur Flamin. Pariſ. *de reſignatione benef. tom.2. lib.11. q.10. n.23.*

Secundò & pro hac mea opinione, ſcilicet ut ordi- 22
narius vim non faciat appellationi non deferendo, ab ejus proviſione, & poſſeſſionis traditione beneficii, tanquam incompatibilis ipſo jure vacantis; facit. nam omnia ferè jura hoc diſponentia circa proviſionem horum beneficiorum, id committunt totum liberæ facultati, & arbitrio judicis, probat text. *in cap. cum in cunctis §. cum verò,* in finalibus verbis *ibi,* habeant liberam facultatem,) *de electione* text. *in cod. cap. in princ.* ibi, de illis diſponendi liberam habeant facultatem. (text. *in c. de multa,* ibi, liberè conferat cui meritò viderit conferendum, *&c.*) *de præbe.* text. *in c. extirpande § qui vero,* ibi, liberè alii conferenda cui velit & poſſit, *&c. eodem* text. *in c. fundamenta, verſ. quod ſi ſic vos* ibi, Cliberam habeant poteſtatem) *de electione lib.6.* idem probant text. *in c. ordinari, de off. ordin. lib.6. nec aptandæ, de conceſ. præben. lib.6. c.1. §. ſacri cod. lib. c. felicis in princ. verſ. aria verò, de pœnis in 6.*

Sed ſic eſt quòd licet inter noſtros in varias itum 23
eſt ſententias, an licet appellari à judice, cujus arbitrio aliquid relinquitur, ut infrà videbimus ſuo loco, tamen illud eſt apud omnes receptiſſimum, ut à judice cujus facultati, & arbitrio libero aliquid relictum eſt à jure, appellationi deferendum non eſſe, ita docent Innocentius & Hoſtienſis *in c. ultimo de feriis,* & Joannes Baptiſta à Sancto Severino *in c. admonendi, n.265. verſ.1. ff. de jurejuran.* Felin. *in c. exceptionem, n.2. in fi. de exception. & in cap. ſuper his n.8. de accuſatio.* Ruin *conſ.149. num.9. lib.4.* Iſſ. *in l.1. in princ. n.6. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper.* Covarr. *lib.2. variar. cap.12. num.5.* Menoch. *de arbitrar. judic. lib.1. quæſt.7. num.13.* & alii per nos inferiùs allegati, latè diximus *ſuprà 2. c. cap.8. ante fin. verſ. ſimiliter clauſula* (ſuo libero arbitrio, *&c.*) *à num.119.*

Cùm libera facultas, & arbitrium dici non poteſt, 24
quod ab alio dependentiam habet, cùm illud hæc dictio (liberè) importet ſcilicet ſine alterius conſilio, conſenſu, interventu, requiſitione, ſeu interventione, vel alias, ita optimè & exactè per Tiraquellum *in l. ſi unquam in verbo revertatur n.135.* & Bald *in c.1. n.6. de reſcript.*, dicit, quòd importat voluntatem abſolutam, ut poſt Bart. Alexand. contra alios conſuluit Ro- 25
land. à Valle *conſ.62. n.18. volum.1.* Aymon. *conſ.322. n.5.* Ruinus *conſ.18. n.6. & conſ.84. num.9. lib.1.* & hæc dictio, liberam denotat poteſtatem faciendi actum ſua 26
ſponte, alterius voluntate non requiſita, *cap.1. de reſcript.* juncta gl. *verbo, ut liberè cap.2. in fin. de teſtament. lib.6. cle.2.* ubi gl. *verbo liberè,* & Doctores *de jure patr.*

& in cle. dudum §. si verò in verbo liberè, de sepulturis, latè Aret. *cons.59. in fin. lib* 3. Decius *cons.* 360. *num.*3. Socin. senior. *cons.*13 *n.fin.lib.*1. Gozad. *consil.*58. *n.*2. Curtius junior *cons.*2.*n.*3. Cassiad *decis.* 3. *sub n.*2. *de privilegiis, & n.*4 *in fin.* Caputaq. *decis.*297.*n.*5. *&* 6. *part.*1. Mieres *tract.de majorat.*1 *part.quæst.*1. *n.*127. *in noviori impressione.*

27 Tertiò, & magis in hac specie hæc pars probatur quia isthæc dictio, seu determinatio (liberè) idem importat & significat,scilicet appellatione,& præscriptione non obstante, ita ut ubi apponitur, appellationem impediat, *cap.*1. *in princ.*& ibi gl.mirabilis *verbo liberè, de consuet in* 6. Sequitur Hieron. Gonzal. *in regul.de mens. & alter.gl.*53.*n.*11.& idem tenent Butrius,& Imol.*in c. irrefragabili in prin. de off.ordinar.* dum per text. ibi di-
28 cunt, quòd quando committitur alicui causa liberè expedienda, & terminanda, intelligitur appellatione remota cùm dicta verba id importent, Philip.Franch.*in rubr. de appell. fol.* 2. *col.*1. *in fin. vers. sed quid si committatur,* ubi videtur, hanc doctrinam voluisse tempe-
29 rare, per illum text. *in d.c.irrefragabili,* ut scilicet non procedat, quando adest justa causa, & ratio appellandi, quod & ego admitto, quando ratio appellandi est in promptu, secundùm ea quæ latè diximus *infrà hac* 3. *p. cap.*9 non aliter, per ea quæ hîc dicuntur. Plurimos etiam Doctores in terminis congessimus *suprà* 2.*p.c.*8. *a num.*115. *vers. altera clausula erit nempe* (liberè procedatur) asserentes per eam sublatam intelligi appellationem:facit quod per Antonium *in cap.*1 *in* 1.*colum. de rescriptis,* notat Joan. Anton.de S. Georgio *in cap.*
30 *tua nobis num.*8. *vers.septimò fallit*, dicit, quod quando Papa dedisset in rescripto privilegium alicui, ut possit in causa liberè appellare,poterit ille etiam tertio
31 provocare, contra text. *in l.veri, C.ne liceat tertio prov.* &c quia talis dictio talem inducit libertatem, quæ nec jure, nec ratione,nec æquitate aliqua regulatur. Socin. *consil.*170. *num.*8. *lib.* 2. Menoch. *de arbitrariis lib.* 1. *q.*70. *num.*33.

32 Et fortius illo redditur hoc fundamentum, quoniam quando contradictio in aliqua dispositione removetur, ibi pariter & appellatio remota censetur,ita eleganter post Decium, & alios concludit Lancelot. Robert. *de attentat.*2.*p.c.*12.*limit.*8.*n.*4. *&* 5.Gonz. *ubi proximè gl* 9 *in annot. n.*218. & nos *d.c.*8. *à n.*107. sed
33 sic est, quòd per hanc dictionem (liberè) in dispositione prolata, excluditur omnis contradictio & impedimentum secundùm gl.*in cap.ordinarii*,per illum text. *verbo liberè, de off. ordinarii lib.* 6. Barbatia *in tr.de præ-*
34 *stan ia Cardinal.*1.*p.q.*3.*n.*24. ergo evidenter apparet in nostro casu prædicta jura concedentia ordinario facultatem liberam providendi, & conferendi beneficium vacans ipso jure per promotionem ad aliud, censeri prohibitam appellationem quoad suspensivum saltim,
35 quia sine contradictione actum celebrat, qui potest facere liberè, Calcanius *consil.*3. *n.*8. Gozadin.*cons.*47. *num.*9. *lib.*1. Menoch. *de arbitrariis lib.*1 *q.*7. *n.*34. *cum sequentibus.*

36 Quartò & pro hac parte, nostræque opinioni fortiter faciunt verba specialia, quibus jura, in hac materia loquentia,utuntur,recipiendia possessionem privati & executionem demonstrant,prout text.*in c. de multa, in*, tenetur illico (*in præbendis & dignitatibus*, text *in* [illegible] *ibi*, postquam secundi possessionem habuerint; vel per eos steterit, &c. absque moræ dispendio, &c.) Et eisdem terminis utuntur, & loquuntur Doctores, ut ea videre per Asbatem *in cons. aria nomolli num.* 4. [illegible] & alii plurimi relati à Nicolao Gar-
37 cia *de ben.p.*2.*tom.*12.*c.*1. *n.*36. *&* 37.sed quando reservatam,nec dilationem recipit,appellatio intelligitur excluda,tanquam dilationi clausulam præstans.text.*in*
38 *[illegible] de appellationib. recipiendis*, cùm etiam per verba æquipollentia intelligitur sublata appellatio ut post Franchum. Decium, & alios, concludit Lancelot.Robert. *de attentat.*2. *p. cap.*12. *limit.* 8. *num.* 4. *&* 5. Ilf. *cons.*187. incipit *circa primum sub num.* 22. *ad medium vers. similiter lib.*2. Gonzal.*in regul. de mensi. glos.*9. *in annot. num.*218.

Et facit dictio illa (illico) posita *in d.c.de multa*,si- 39
gnificat, habente executionem paratam, ut rem judicatam, nec requiri aliam condemnationem, secundùm Butr. *in l.si quis C. depositi.* Alex. *cons.* 42. *visa pro ejus col.*1. *verbo,nec prædictis obstat.lib.*4. Pro quo est text *in l.si quis C.depositi.* Tiraquell.*in repetit.l.si unquam,verbo, revertatur, num.*115 *ad fin.* idem Tiraq. *sub n.*92.*ad fin.* Butr. loquens in dictione (mox) per glos.*ibi. in l.unic. C.si de nonn.possit.iter.appell.*Sequitur Roderic.Xuarez *in repet. l. postquam n* 5 *ff.de re jud. n.*2. & facit optimè *l.fin.C.de judiciis*, dum ibi hæc dictio illico, id est, sine 40
ulla dilatione, quia hæc dictio significat latam sententiam jure operante, *l. itemque* §. *si cui mandavero, ff. mandati,* § *filius familias,vers. sed ex consuetudine*,juncta glos. *ibi, verbo, illico, instit. quibus mod's patria potestas solvi*,text. *in l.ult.C.de fideicommiss.libert.*Lucas de Peña *in l. ult. col.*2.*C.de spect. lib.*11. Petrus de Ancara. *inter consilia* Joan. Carder. *tit. de verb. sign. cons.*10. Angel. Aret. *in* §.1. *extraneo instit. de usucap.* Ilf. *in l.post bam. col.*6. *vers. pro qua opinione C.de bonor.poss. contra. tabul.* ergo evidenter sequitur in hoc casu, de quo agimus; appellationi nec est deferendum, nec suspendit. Prout
etiam de dictione (mox) dicit Ilf. *in l.*2.*col.*7. *vers.*2. 41
*ponderо,ff de jurejur.*habere executionem paratam,facit *l.si quis post hæc,in princ.C.de bonis præscriptor.*& ibi Ang. *in princ.*sequitur Tiraq, *ubi sup.d.verb.revertatur n.*109. *præscriptum ad fin.*

Et ex his venit intelligendus Hieronym. Gonzal. *in* 42
*regul.de mensib.glos.*9.*in annot.*dum *n.*216.*& seqq.*dicit, statutum dictans ut statim facta electione beneficii, tradatur possessio, intelligatur, si non intra terminum ad appellandum, appellatio interponatur, vel aliàs transit in rem judicatam, quia respondeo, ut procedat in statuto, quod quidem quoad prohibitionem appellationis, debet esse clarum, non turbidum statutum.ut ibi dicit,& nos etiam alibi, cujus statuti quatenus tollit appellationem, strictam fieri interpretationem, etiam ex aliis fundavimus *suprà*, maximè cùm suapte natura strictum sit, ita ut secus sit dicendum in lege quia tunc 43
intelligitur, & interpretatur etiam appellatione interposita, ut aliquid operetur: text. est *in l. constitutiones, ff.de appell.*qui loquitur de dictione (statim) & interpretatur, ut executio fiat lata sententia, etiam post appellationem, & ea pendente, quod in nostro casu dubium non videtur, respectu aliorum verborum extravagantis execrabilis, *ibi*, sine moræ dispendio (quæ omnimodam difficultatem tollit, simul atque dilationem,& suspensionem, prout & bene ponderavit Nicol. Garcia *d.n.*11.*c.*5.*n.*37. 44

Et ultra supradictos quod dictio (statim,illico mox, &c.) excludant appellationem, latè Ruginell. *tract. de appell.*§ 9.*gl.*2.*q.*18.*n.*94.sequitur Efficacia *de appel. q.*16. *limit.*1.*n.*59. & nos *sup.*2.*p. c.*13. *ante fin. vers. ac iterum verba illa mox*, &c. *à n.*124. 45

Nec admittenda est opinio Hieronym. Gonzal. *in* [illegible] *de mensib. & alter gl.*9. §. *annot. num.*217. quem sequitur Gratian.*in discept. forens.tom.*1. *c.*41.*n.*11 dicentes, dictionem statim, confestim, mox,illico & similia, non excludere appellationem,ex eo quia licet nul- 46
lam dilationem adjungant, & intelligantur sine temporis intervallo, ut ipsi probant,& exactissimè per Cenedam *in singularibus regulæ regulari* 61.*n.*1 ubi plurimos 47
citat, ita ut hujusmodi verba importent summariam cognitionem absque ordine judiciario, & non requirant sententiam, ut ex Matthia Coler. *de proc.exec. cap.*2.*p.*3.*n.*18. Tamen dicunt Gonzal.& Gratianus, ut

hujusmodi

48 hujuſmodi dictiones debent intelligi cum temperamento ratione ſubjectæ materiæ, per Tiraquell. Menochium & alios, quod verum eſt Sed inferunt ex ea doctrina, intelligi eo modo,ut non excludant appellationem,ſed ſtatim quod de jure fieri poteſt executioni mandetur; ſcilicet, vel poſt decem dies datos ad appellandum, aut ſi non appelletur, vel aliàs, tranſeat in rem judicatam.

49 Sed ni fallor, iſti viri ex eorum ratione convincuntur, etenim fatentur, iſtas dictiones (ſtatim, mox, illico, *&c.*) intelligi cum temporis intervallo, & temperamento ſecundùm ſubjectam materiam, ut ſcilicet non ſtatim, ut lata ſit ſententia; exequenda ſit: ſed quòd juris termini ſint expectandi, & ſolemnitatis, citationéque neceſſariò præcedere debent, & ea omnia, quæ in hujuſmodi judicio executivo requiruntur, non omittantur; & ſic non eſt expectandum, ut appellatio non interponatur, & ſententia tranſeat in rem judicatam, quia hujuſmodi exemplificatio illius doctrinæ potiùs eſt mutare, & tollere ſubſtantiam illarum dictio-
50 num, quàm tempus ſecundùm ſubjectum materiam aſſignare. Etenim poſtquam ſententia tranſit in rem judicatam, nullæ expectantur dictiones illæ; cùm de per ſe juris diſpoſitione mereantur executionem, quo caſu nihil ſpecialitatis, & virtutis continerent dictæ dictiones, itaque omnimodo debent intelligi, ut aliquid operentur ultra jus commune, maximè cum ſui natura & propria ſignificatione celeritatem deſiderent ex Doctoribus citatis.

51 Et hæc noſtra interpretatio contra dictos Doctores evidenter probatur, etenim executoriales, quibus ſtatim parendum eſt licet hæc paritio ſtatim facienda, debeat civiliter intelligi; & cum aliquo temperamento, juxta text. *in l. quod dicimus, ff. de ſolution.* Doctores *in c. quoad conſult. de re jud.* Mand. *ſer.* 20. *omniſ. q.* 8 *in verb.*
52 *executoriales.* Grat. *diſcept. for. cap.* 1. *c.* 41 *n.* 13. (pront pariter de dictis dictionibus diximus) tamen hoc temperamentum reſpicit tempus, non tamen appellationem, cùm ab executorialium executione non admittendam eſſe, certum ſit, & probabimus latiùs infrà 4. *p. c.* 1. *&* c. 3. *& ferè per tot. c. ejuſdem* 4. *p.* quia tunc foret alterare ſubſtantiam rei, quod fatendum non eſt, & ſic evidenter victi apparent Gonz & Gratian. ſuiſmet rationibus, cùm in ipſos retorqueantur, & redeundo ad noſtram principalem quæſtionem, quæ ulteriùs corroboratur.

53 Quintò & pro hac noſtra parte facit, quod in terminis conſuluit Gutier. *in conſ.* 10. *n.* 8. *cum ſeqq.* ubi dicit; quod ſententia ordinarii ad petitionem promotoris fiſcalis, lata ſuper declaratione cujuſdam beneficii; ſcilicet, id vacaſſe per obtentionem alterius incompatibilis, ex gratia ſuæ Sanctitatis & virtute bullarum Apoſtolicarum, mandatoque fieri proviſionem ejuſdem; eſt exequenda non obſtante appellatione, interpoſita à detentatore utriuſque, imò plus dicit; quòd cum ſuprema Valliſoletana cancellaria adita fuiſſet per viam violentiæ, ut judici Eccleſiaſtico præciperet appellationi deferre, innovataque reponere, cujus proceſſus & cauſa viſa per tribunal illud, declaratum fuiſſe; ordinarium Eccleſiaſticum vim nullam feciſſe, haud deferentem appellationi prædictæ, ab ejus ſententia interpoſitæ, imò cauſa iterum ſibi remiſſa eſt, de quo quidem teſtatur ipſe, quòd decretum in tribunalibus his in caſibus frequenter videmus & in ſui comprobationem nonnulla fundamenta adduxit Joann. Gutier. *in d. conſ.* 10. *non tamen ex his, quæ nos*, ubi etiam aliis pro contrario conſideratis ſatisfacit.

54 Et de natura decreti ſive clauſulæ demittendi primum incompatibile intra duos menſes, putà; à die habitæ ſecundi poſſeſſionis, vel à tempore, quo per eum ſtetit non capere, appoſitæ in gratia & bulla impetrata pro ſecundo incompatibili, de qua latè Gutier. & an reci-
piat interpretationem à jure: ut intelligatur de poſſeſſione pacifica nondum quoad factum, ut percipiat fructus, ſed etiam de jure, ſcilicet, minimè litigioſa, & de qualibet moleſtia, etiam extrajudiciali, tamquoad conceſſionem, quàm quoad fructus perceptionem, & exiſtenti in Romana Curia à quo tempore currat notitia 55
poſſeſſionis captæ in partibus, & de aliis multis difficultatibus quæ conducunt ad interpretationem clauſulæ, & decreti (dimittendi,) vide ampliſſimè, & elegantèr per Joan. Hier. Campanill. *diverſ. jur. canon. rubr.* 11. *c.* 13. *à n.* 269. *cum plur. ſeqq. fol.* 359. *& ſeqq.* ubi *n.* 270. *cum ſeqq.* refert ad literam mirabilem Rotæ deciſionem, allegat etiam Hier. Gonz. *in regul.* 8 *glo.* 15. *n.* 119. & infinitos alios, & nonnulla etiam de dicta clauſula (dimittendi) vide per Mareſc. *var reſol. lib.* 2. *c.* 35. *à n.* 103. *cum ſeq.* & quando ex non dimiſſione poſſit impetrari juxta 56
dictum decretum, vel non, vide per Campanill.

Sextò, & ultimò pro hac noſtra opinione in terminis 57
facit Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 5. ubi expreſsè diſponitur, quod in hoc caſu appellatio non impediat judicia ordinarii, *ibi*, appellationibus, privilegiis, exceptionibus quibuſcumque, etiam cum judicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis minimè ſuffragantibus) quem text. adducens Joan. Gutier. *ibi proximè* pro fundamento contrariæ partis illum intelligendo, ut illa prohibitio appellationis intelligatur, reſ- 58
pectu deputationis Vicarii & portionis ejus: non tamen reſpectu compulſionis, dimiſſionis, prioris, beneficiis; & licet ipſe Gutier, noſtram amplexus eſt ſententiam, non tamen video illi ſatisfeciſſe. Et ſic dicas, ut reſpectu omnium in illo decreto diſpoſitorum intelligenda eſt illa clauſula generalis, prohibitiva appellationis, ut probat text. expreſſus *in c. ſecundò requiris* 41. *in ordine, de app.* cujus verba ſunt: Secundò requiris cum pluribus articulis in una commiſſione poſitis, in uno tantùm contingit appellationem expreſsè vetari: utrùm appellatio teneat, ſi ſuper aliis fuerit appellatum in quo tir. 59
quod *&c.* hæc ſit noſtra intentio, ut de omnib. articulis, qui in commiſſione ponũtur, juſtitia ſuum conſequitur effectum, in omnibus appellatio intelligitur interdicta; nihil enim intereſt, utrùm inhibeatur prius, an ſecundò, in medio, an in fine; cùm (ſicut utriuſque juris argumenta nos docent) ea quæ in principio, ad medium, & ad finẽ: illa verò quæ in medio, ad finem, atque principium, ſæpè referri contingat.) H. ctenus Pontifex loquens in fortioribus terminis; ſcilicet, reſpectu articulorum plurium, & in uno duntaxat appoſita prohibitio appellationis: appoſita nihilominus, in cæteris intelligatur, multò fortiùs debet ſic intelligi in caſu d. Conc. Trid. cùm id abſque dubio evidenter demonſtrat, ut 60
conſtat expreſsè ex illis verbis ejuſdẽ, *ibi*, in præmiſſis, *&c.*) quæ omnimodam difficultatem tollunt, cùm ſint repetitiva omnium & ſingulorum præcedentium.

Et cùm ea ſit natura, ac propria ſignificatio hujus verbi, præmitto, ſcilicet, ante mittere. & præmiſſus, a, um ſeu præmiſſis, in plurali, ea quæ antè mittuntur, ut explicat Calepinus ſuper hoc participio, quod & evidentiùs probatur, nam quando in ſupplicatione poſtnarrativam plurium delictorum; putà: appoſita eſt clauſu- 61
la (ſi de præmiſſis conſtiterit, *&c.*) nec addantur illa verba (ſeu altero eorum, *&c.*) non ſufficit unum delictum verificare, ſed omnia narrata verificanda ſunt: cùm illa clauſula (de præmiſſis, *&c.*) ad omnia & ſingula præcedentia de neceſſitate referantur ita probat Staphilus *de ſignatura juſtitiæ*, §. *& primo ſi ſiendum*, *n.* 22. Sarnerius *in regul. de ſubrogandis q.* 7. *verſ. item ſciendum.* Et ita fuiſſe reſolutum in una Oſcen. Archidiaconus 19. Octob. 1601. coram Horatio Cardin. Lancelot. teſtatur Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 65. & quòd hæc dictio (præmiſſa) ſit repetitiva præcedentium omnium, docet Alex. *conſ.* 63. *diligenter n.* 8. *in fin. verbo non obſtat.* 26
ſecundum lib. 6. Card. Tuſchus *pract. concl.* 1. *tom. litera*, C. *concluſ.*

con. l. 290. *n.* 2. & ad omnia præcedentia refertur Alex. de Nevo. *in rubr. de ſponſ. & matr. n.* 3. Alex. Moneta. *in tr. de conſerv. pri. c.* 7. *lib n.* 607.

63 Prout etiam de dictione. (ſupradictis) quæ reſtringit diſpoſitionem ad ſuperiora, proinde ac ſi ſpecialiter eſſent repetita. Ripa *in l. filius familias* §. *dici n.* 3. *de legat.* 1. Anton Gabriel. *tit. de fideicommiſſ. concl.* 3. *n.* 9.

64 Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 51. *n.* 7. idem etiam, & pariter dicimus de dictione, ſeu adjectivo (hujuſmodi) quæ præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus repetit, gl. *in c. ſi Abbatem, de elect. in* 6. Corneus *conc.* 97. *n.* 8. *lib.* 4. Pariſius *conſ.* 52 *n.* 3. *lib.* 3. Mareſc. *lib.* 2. *c.* 77. *n.* 27. & ad ea clauſula generalis ſequens eſt referenda, & ita reſponderur.

65 Maximè & hoc attende, quòd ex Bulla Domini noſtri ſancti Pii V. Pontificis Maximi edita in confirmatione Conc. Trid. ad calcem ejus, ſcilicet fol. mihi 387. quæ poſtquam omnia, & ſingula decreta ejus confirmavit, mandavitque obſervari, & commendat omnibus perſonis cujuſcumque ſtatus; ut illa faciant ſervari & cuſtodire appellatione poſtpoſita, ut conſtat ex eadem Bulla *ad medium.*

Quibus ſic ſuppoſitis, & præhabitis: reſtat reſpondere fundamentis pro contraria parte, & opinione adductis conſideratiſque Nec obſtat primum, quod diximus, pœnas ipſo jure impoſitas requirere ſententiam declaratoriam præmiſſæ cauſæ cognitione, & ideo appellationem permiſſam cenſeri, quia reſpondetur: quòd ultra id, quod hoc habeat, contineatque difficultatem ex his, quæ ſuprà diximus in primo fundamento pro noſtra opinione *à n.* 7.

66 Tamen magis in ſpecie reſpondendum eſt: ut illud argumentum, & DD. citati loquantur; quando beneficium vacat ipſo jure ob pœnam alicujus facti; ut puta: ob non reſidentiam beneficii curati, tunc ex magis communi requiritur declaratoria ſententia prævia citatione, ſeu monitione, & cauſæ cognitione, ut eſt videre ex his, quæ longa manu congeſſit, Ojeda de Mendoza *de beneficiorum incompatib. lit.* 1. *part. cap.* 18. *à n.* 11. *cum ſeqq.* at nos ſumus in diverſo caſu; quando ſcilicet primum beneficium vacavit per adeptionem pacificam ſecundi beneficii, non ex pœna, ſed ex diſpoſitione, & effectu juris, id juſtis de cauſis, ac rationibus dictantis. mot. quod eſt multum diverſum, & ſeparatum.

67 Et ratio diverſitatis in hoc conſiſtit: quoniam quando quis eſt promotus ad aliud beneficium incompatibile, & illius poſſeſſionem pacificam amplectitur, poſſidetque quietè: cenſetur renuntiare voluntate propria, & verè omnibus beneficiis antea habitis, ab illo poſſeſſis, juxta text. *in c. cum in cunctis de electione, lib.* 6. *in* §. *cum verò*, at verò quando quis amittit beneficium ipſo jure propter non reſidentiam, puta; illud amittit in pœnam ob non reſidentiam ſcilicet, & hujuſmodi pœnam declarandam eſſe per ſententiam præmiſſa monitione, citatione, & cauſæ cognitione, juſtum eſt, cùm fortè non ex voluntate propria, ſed ex neceſſione potiùs illam incurriſſe, apparere poteſt: conſtabitque in cauſæ diſcurſu ex ejus allegatione, & verificatione aliqua, juſta, & legitima cauſa, à jure admiſſa, & approbata, permittens abſentiam beneficiati, at verò conſtando de contrario nulla ſe tueri beneficiatum legitima defenſione, & cauſa feratur à judice declaratoria ſententia, beneficium vacaſſe ipſo jure; hanc ſolutionem nota, quoniã elegans eſt, & eam inventori libentiſſimè reddo, ille eſt Ojeda de Mendoza *in tract. de beneficiorum incompatibilitate, lit.* 1. *p. cap* 18. *n* 22. & facit, quod dicit Joan Gutier. *in conſ.* 10. *à prin.* Nec ex hoc conclu-

68 ditur, nec confiteor, quòd licèt ſententia in privatione ob non reſidentiam requiratur, ab ea locum eſſe appellationi, nec etiam in noſtro caſu, etiam ſi declaratoria neceſſaria foret; procedere poteſt conſequentia, ex ſpecialibus rationibus in eo vigentibus, ſtatim dicam.

Nec obſtat ſecundum argumentum, quod videbatur magis difficile, & concludens; nempe: licèt à pœna à lege impoſita, non ſit licita appellatio; tamen à decla- 69
ratoria incurſio illius admittitur, quoad utrumque effectum, ex Doctoribus in eo citatis; quia nihilominus quod in caſu noſtro declinatoria non eſt neceſſaria, tamen reſpondeo; ut licèt quod dicitur de declaratoria, ita procedat generaliter, non tamen eſt indiſtinctè, & abſolutè verum, ſed veſtitur ex naturâ, & qualitate rei, & caſus, cui adjicitur, & applicatur, & ſecundùm eum variatur, nam ſi cadit ſuper caſu ſui natura appellabili (prout generaliter omnes caſus appellationem permittunt ex juribus vulgatis) tunc appellatio à tali ſententia ſuos habebit effectus, at verò ſi illa cadit, & profertur ſuper aliquo caſu privilegiato, vel aliàs ex aliqua ſpeciali ratione juris eſt prohibita appellatio: tunc multo fortiùs hoc caſu à declaratoria erit appellatio deneganda, quàm alias; quia in eo jam jus operatur, & protulit ſententiam ſuam, quæ majoris eſt privilegii, quam lata à judice, ut ſæpè dixi, & judex ita declarans nihil novi diſponit, ſed quid in præteritum jam ſit actum, oſtendit, ut inquit Bald. *in l. cum teſtam. in fin. C.* 70
de manumiſſis teſtam. Decius *in l. edicta n.* 47. *C. de edendo*, probat text. *in l. hæredes palam,* § *ſed etſi nota, ff. de teſtam.* text. *in l. adeo,* §. *cum quis de acquir. rerum domin. & in l. aſſe toto. ff. de hær. inſtit. & in l. unum ex familia,* §. *ſi de falcidia, ff. de legat.* 2. *& in clem.* 1. *in princ. de jurepatr.* & etiam probatur *in proœmio lib.* 6. *in prin. & in cle. exivit, verſ, locum autem, de verb. ſign.* gl. *in cap. per tuas, verbo de novo, donat.* gl. *in c.* 1. *in verbo, & filio, de ſumma Terſt. lib.* 6. ubi Domini. *col. penult. verſ. nota iſtam. gl.* Joan. Andreas *in addit. ad Spec. in tit. de teſtam. in* § *nunc videndum col. penult. verſ. hoc etiam nota.* & Dominic. *in proœmio lib.* 6. *in princ. & verſ. nota optimus text.* Cardin. *in clem. fin. col.* 2. *verſ. ſi verò diſponit. de conſtitut.* Imol. *in clem.* 1. *col.* 8. *in gloſſ. c. vidiſſe. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* Barba. *conſ.* 28. *col.* 2. *verſ. ecce autem, vol.* 1. *& in conſil.* 7. *col.* 1. *verſ.* 3. *facit volum.* 4. *& in conſ.* 87. *col.* 9. *verſ. & hoc ſatis apertè, cod. vol.* Felin. *in c. ſuper quæſtionum, col.* 1. *de off. deleg. & in c. qualiter & quando el.* 1. *col.* 14. *verſ. & pro iſta fallentia, de accuſat. & in c. non poteſt col.* 2. *verſ. facit gl. ſingularis, de re jud.* Philip. Dec. *in l. edicta n.* 47. *C. de edendo & in l.* 1. *col.* 1. *C. de inpub. & aliis ſubſt. & in c. fin. col.* 6. *verſ. & advertendum de conſtit. & in c. paſtoralis,* §. *verum in* 13. *not. de appell.* Purpurat. *in l.* 1. *n.* 39. *ff. ſi certum petat.* & latè cum ampliationibus, & limitationibus proſequitur Anton. Gabr. *conc. l.* 3. *per tot. lib* 6. *commun. concl.* & magis in noſtris terminis loquens in ſententia declaratoria ob privationem beneficii ipſo jure optimè per Ojedam *de benef. incompatib.* 1. *p. cap.* 18. *num.* 23.

Et præfatam ſolutionem ad argumentum; libet 71
exemplis & doctrinis comprobare. Ecce à pœna excommunicationis lata ipſo jure non licet appellare; à declaratoria tamen aliquem in eam incidiſſe, libet regulariter quoad utrumque effectum, exacte per Navarrum *in repetitione c. cum contingat.* 15. *nullit. cauſa fol. mihi* 152. at ſi iſta declaratoria ſententia cadat ſuper excommunicationem in negotio executivo, puta ſuper execu- 72
tionem obligationis Cameralis, aut guarentigiati, aut bullarum, penſionis, & ſimilium, tunc appellatio non ſuſpendit, ab illa interpoſita, quemadmodum nec ab executione, quia regulariter declaratoria ſecundum naturam, & qualitatem negotii, cui adhæret, ita elegantur Nicol. Garcia *in tr. de benef. 1. p.* 5 *n.* 586 per quem, & nos ita reſolvimus *Cova hac* 3. *p. c.* 3. *ad fin. & 2. p. c.* 3. *à n.* 12. *cum ſeq. & a n.*

Secundam fit exemplum; à pœna legis, vel canonis 73
non licet appellare, *l. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignif. cap. quas nos, de appell.* à declaratione tamen aliquem illam

illam incidisse ; est regulariter licita quoad utrumque secundùm magis communem gl. *in c. cupientes, verb. privatos in vers. si autem de electione lib.* 6. Cortius jun. *in l. unic. n.* 41 *ff. si quis jus dicenti non obtemp.* & plures congessit Boba. *in polit. 2. p. 3. lib. c. 8. n. 276.* & nos supra ita secundo fundamento contrariæ partis.

74 Quod si declaratus est convictus, & confessus, tunc ejus appellationi deferendum non est, quia convictus, & confessus de crimine non appellat, *l. observare, C. quorum appellat. non recep. l. constitutiones ff. de appellat.* vel quando crimen est notorium, *&c* ecce quomodo declaratoria sententia regulatur secundùm naturam casus, cui accedit ; ita ut si interponatur super causa inappellabili sui natura, inapellabilis pariter & necessaria sit.

75 Tertium sit nostræ solutionis, & doctrinæ exemplum, quo apparebit simul satisfactio ultimo argumento, imò & omnibus pro contraria parte consideratis ; absens à beneficio monitus, & contumax plectitur pœna privationis ejusdem ob non residentiam ; ad ejus tamen executionem requiritur declaratoria cum citatione beneficiati, & causæ cognitione, & diffinitiva sententia, ut superiùs diximus, & est videre ex his, quæ latè per Ojedam *de beneficio incompat. 1. p. cap. 18. à princ.* & præcipuè *à n.* 20. ita ut erit nulla, & attentata sententia, & privatio seu pœnæ executio ; si absque dicta citatione fiat, cognitio de causa, ut etiam dicit
76 Flores de Mena *in pract. q. 13. n. 26.* alios allegans, cujus meminimus *suprà* in 3. fundamento contrariæ partis, à declaratoria tamen sententia hujusmodi appellationi emissæ minimè deferendum esse : probant jura expressa, text. *in c. relatum* text. *in c. conquerente, de clericis non residentib.* text. *in c. pervenit el. 2. de appell.* Conc. Trid. *sess. 23. de reform. c. 1.* & quæ nos exactè diximus *suprà 2. p. c. 15. à princ.* ubi hic articulus & sequens explicatur cum distinctione.

Et ad hoc reducendus est ipse Flores in illo 3. argumento, & glossa pragmaticæ per eum citatæ loquentes,
77 quando ordinarius compellit suum subditum ad residentiam beneficii, quia tunc ita proceditur contra ipsum ; quando ad privationem ejusdem proceditur, & tunc appellatio admittitur modo prædicto, & à nobis latiùs *in d. c. 15.* & tunc bene dicit ipse Flores, de Mena, quòd in tribunalibus declaratur, vim fieri, quando contra clericum hujusmodi actum est sine cognitione causæ, & citatione, quod requiritur, ut dictum est, imò tunc frequentiùs solet dari tertium genus violentiæ, nempe, *que oyendole de nuevo, y reponiendo lo hecho no haze fuerça, y se le remite, y no lo haziendo la haze, otorgue, y reponga,* &c.

Et hoc jure utimur, non tamen ipsa glossa pragmaticæ, & ipse Flores agunt in nostro casu ; scilicet quando ordinarius tractat de auferendo, & amovendo ejus possessionem beneficii incompatibilis, vacantis ipso jure per obtentionem secundi, qui ex casus longè à nostro diversus, ut suprà diximus, licèt in utroque admittatur minimè appellatio diversis respectibus, & specialibus rationibus consideratis, quoniam aliud est amovere beneficium ex capite non residentiæ, aliud autem amovere ex capite vacationis ipso jure, pro obtentione secundi incompatibilis, ut videre est ex Ojeda *de beneficior. incompat. 1. p. c. 9. n. 5* & rationem tradidimus differentiæ *supra*, & in primo capite non admittitur appellatio, cum distinctione tamen, de qua per nos *suprà 2. p. d. c. 15.*

78 Unum tamen, & necessarium rei de qua agimus, ad majorem declarationem non omittam : quæ scilicet beneficia vacare dicantur ipso jure per pacificam possessionem adeptam secundo. In quo breviissimis affirmo, quòd quidquid sit de jure communi, hodie tamen ex dispositione noviori Concilii Trid. docemur, in omnibus beneficiis, etiam simplicibus, de jure sui natura, vel quomodolibet residentiam requirentibus, vacare primum ipso jure, per obtentionem secundi ut constat ex eodem Trid. decreto *sess. 7. de reformatione c. 4.* Et licèt inter Doctores gravis sit difficultas circa
79 dictum decretum Concilii : an etiam beneficia simplicia juxta illud vacent ipso jure, etsi residentiam requirant, & in varias seu contrarias itum est sententias, siquidem Navarr *cons. 17. de præbend.* Dueñas *Eccles. iast.* 80 *lib. 4. à n. 96. 120.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 3. q. 1. à n. 132.* Zechus *de repub. Eccles. tit. de beneficiatis lib. 3. quæst. 1. n. 4. vers. in secundo capite, & vers. ad dignoscendum in fin.* cùm scripserunt post Trid. & Flores de Mena *in pract. quæst. q. 13. n. 15. & seqq. & quæst. 23. n. 59.* Marcus Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. curiæ Neapolitanæ c. 64. num. 4. & 5.* Prosper de August. *ad summam Bullarii, Quar. verb. beneficiorum 6. causa* affirmantes (licèt aliqui trepidè) beneficia simplicia per Concilium non vacare ipso jure, quantumvis residentiam requirentia, sed idem sit hodie, quod de jure communi cautum *per c. de multa de præbend.* & alia jura de hoc loquentia.

Sed contrariam sententiam ; imò quod hodie no- 81
viori dispositione Concilii Trid. *d. cap. 4* innovatum sit jus commune & extendatur ad omnia beneficia simplicia, residentiam de necessitate requirentia, tanquam incompatibilia vacare ipso jure, defendit Ojeda *de beneficiorum incompat. 1. p. c. 9 n. 5.* dicens quòd text. *in d. c. de multa*, inducens vacationem ipso jure, in dignitatibus, & personatibus extenditur ex dicto decreto Concilii, ad quæcumque beneficia incompatibilia, prout sunt residentiam requirentia. Idem dicit *c. 11 in fin.* Gutierr. *cons. 10. n. 3. & 4.* Zechus *in tract. de benef. & pension. c. 5. sub n. 4.* tenet idem ex declaratione sacræ Congregationis, determinavit Rota *in dec. 483. p. 1. diversor.* pluries etiam ita declaravit sancta Concilii congregatio, quarum duas refert Hieron Gonzal. *in regul. de mensib. & alter. gl. 15. n. 16. & seqq.* indubitanter tenendum esse, ait : quòd in beneficiis, etiam simplicibus residentiam
82 requirentibus, primum vacat ipso jure, per assecutionem secundi, quando residentia est præcisa, & obligatoria, secus si causativa respectu amissionis fructuum,
83 aut non continua, sed ad certum tempus, quia tunc beneficium non dicitur incompatibile, sed id de residentia ad certum tempus accipiendum est, quando in eodem tempore non concurrit residentia, seu servitium alterius beneficii.

Hanc etiam novissimè opinionem tenet Vicamesius *cons. 233. num. ultim.* ubi aliam declarationem ad idem adducit, sequitur etiam novissimè Leonar. Lessius *de just. & jur. lib. 2. cap. 34. num. 144.* eandem etiam tenet Azor. *2. p. lib. 6. c. 13. q. 2. 4. 5. 7. & 8.* & eandem etiam sententiam sequitur, & pluribus defendit Nicolaus Garcia *de benefic. 2. tom. 11. p. c. 5. à num. 78. cum multis sequentibus*, ubi ita pluries censuisse sanctam Congregationem, cujus plurimas declarationes ad Concilium Tridentinum editas, ad literam refert hoc ita dicentes, & interpreantes, ut est videre *in num. 84.* ubi quinque adducit, aliam *sub n. 86. ad fin.* & alias *usque ad n. 91.* ubi dicit hanc sententiam, & interpretationem Concilii esse veram, satisque ei conformem, ubi in comprobationem aliqua adducit, & *in d. num. 86.* dicit hanc sententiam receptissimam esse, testatúrque eam ita practicari in datatia, & Cancellaria Apostolica & pariter teneri à Rota

Et adverte, quòd Navarrus relatus pro contraria, 84
non absolutè eam sequitur, & defendit : sed dicit, quod nisi authoritas sanctæ Congregationis Concilii eum in contrariam sententiam traheret ; putaret respondendum esse negativè, scilicet ; Concilium Trident. idem disponere, & nihil innovasse jus commune, sed pariter ac in illud etiam hodie beneficia simplicia incompatibilia residentiam requirentia ; non vacare ipso jure.

Et

Et sic tacitè intelligitur ipsum in ea non perseverasse, cùm in nostram trahat (ut ipse dicit) authoritas sanctæ congregationis, nostram expresè approbantis; quam literaliter citat Nicol. Garcia *ubi proximè n.*84. quod & ipse Navar. expresè fatetur.

85 Sed non possum non mirari tantorum virorum, adversus hanc tenentium, volentiúmque cavillari, & offuscare verba admodum clara Concilii Trid. *d. sess.*7. *de reformat. cap.*4. quæ nullum dubium profectò accipiunt, ea autem sunt; Quicumque de cætero plura curata, aut aliàs incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, sive commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo, contra formam constitutionis Innocentii III. quæ incipit, *De multa*, recipere, ac simul retinere, præsumpserit, beneficiis ipsius juxta ipsius constitutionis dispositionem ipso jure, etiam præsentis canonis vigore privatus existat, *&c.*) Vides quàm clara verba sunt, quamque inadvertenter moti sunt Doctores præfati, sequentes antiqui, communis juris vestigia, & audiendi non sunt.

86 His & vinces aliquos grossi ingenii literatos, qui vulgò existimant: aliud decretum Concilii Trident. *sess.*24. *de reform. c.*17. quo decernitur, quòd obtinentes plures parochiales, una retenta (alias infra spatium sex mensium dimittere teneantur, *&c.*) huic esse contrarium deducentes ex eo, quòd in omnibus beneficiis incompatibilibus non dari vacationem ipso jure, etiam in beneficiis curatis; sed imò in eis ex nova hac Concilii dispositione possessores habere sex menses ad optandum, & eligendum, dimittendúmque, quod voluerunt, & evidenter falluntur ignari prædicti Decreti 4. de quo *sup.* quod in hoc disponit (ut diximus) vacare ipso jure: nec ei hoc contrarium est, nec esse potest: siquidem loquitur duntaxat, & disponit circa possessores plurium beneficiorum tunc tempore; scilicet, illius decreti, ut infra dictos sex menses eligant: non tamen disponit, nec procedit in imposterum obtinendis, scilicet, post Concilium Trident. de quibus & sic *d. c.*17. disponit de tempore præsenti, & præterito, usque ad ejus editionem, & promulgationem, ut ex ejusdem verbis evidenter apparet ut verò edictum *cap.* 4. à tempore futuro, quod & ita bene advertit Nicol. Garcia *in tr. de beneficiis tom.*2. *c.*5. *n.*78. dicit, ita esse accipiendum quod tradunt Salzedus *in addit. ad Bernard. Diaz. in pract. crim. c.*48. *lit. C.* Manuel. Rodrig. *in summa c.*31. *n.*4. Vega 1. *p. c.*36. *casu* 24. Petrus Ledesma 2. *p. summa tr.* 7. *c.*2. 12. *conclus.*6. *diffi.* qui satis confusè loquuntur.

Alias autem quæstiones, quæ materiam incompatibilitatum beneficiorum attingunt, & concernunt, ad longum poteris videre, consulere integrum, ac egregium etiam tractatum per Ojedam de Mendoza, qui scripsit *de benef. incompat.* ad longum. Multas etiam celebres quæstiones, ubi multa in praxi contingentia, necessaria conduxit noviori etiam jure inducta, corroborata, ac illustrata plurimis decisionibus Rotæ novissimis, ac declarationibus Cardinalium, in explicationem decretorum Concilii Tridentini editas, videre poteris apud Nicolaum Garcia *de benef. dict.* 11. *p. cap.*5. per totos suos paragraphos *tom.*2. apud quos cæteri de materia tractantes citantur, quas quidem libentissimè omitto, quia ad meum institutum non pertinent, nec conducuntur.

CAPUT VIII.

A sententia, qua quis suspenditur, privatúrve officio, vel à nominatione muneris, authoritate, utilitate publici, sive authoritate tantùm, appellationi interjectæ Regia curia deferri, an mandabit.

SUMMARIUM.

A suspensione & interdicto officii aut beneficii respicientis temporalitatem licita est regulariter appellatio, ac interim suspensus potest illius usum continuare, n.1.

Notarii Ecclesiastici etiam Apostolici imperiti, aut delinquentes repeti possunt per ordinarium perpetuò vel ad tempus suspendi ab officio non obstante appellatione, n.2.

*Concilii Trid. sess.*22. *de reform. c.*10. *verba expenduntur ibid.*

Sententia lata contra quoslibet Ministros justitiæ, puta, Tabelliones, Alguazelos, executores, &c. ob varatariam, vel excessum tangentem exercitium officii executitur appellatione non obstante, n.3.

Quod intelligitur, quando à judice cui subsunt condemnantur ex ratione ibi, n.4.

Officiales minores, ut Alguazeli incorrigibiles excessus committentes, possunt ab eorum judice statim expelli, & manumitti sine lite, & appellatione, sed liberè, n.5.

Officialibus tunc prohibita est appellatio, quando condemnantur pro delicto commisso in administratione officii sui, & à proprio judice, n.6.

Officialis delinquens extra officium captus ab una Curia remittitur ex urbanitate ad curiam superiorem, cujus est delinquens ipse, n.7.

*Concil. Trid. decretum sess.*24. *de reform. c.*20. *disponens de suspendendo multando Notario non exhibente actorum copiam appellanti, explanatur, ut intelligatur appellatione non obstante, cùm sit delictum tangens officii administrationem,* n.8.

Officialis suspensus vel privatus officii administratione in Syndicatu pœna exequitur appellatione non obstante, num. 9.

Sententia lata in Syndicatu contra officialem jure Regio quomodo exequatur appellatione pendente, n.10. *remissivè*

Judices Ecclesiastici liberè possunt punire suos officiales laïcos delinquentes in officiorum administratione, n.11.

Episcopus Vicarium, Castellanus castelli sui substitutum, judex suum locum tenentem quando possit liberè amovere cum causa, vel absque illa, vel quando non revocare juravit, n.12. *remissivè*

Officia & beneficia ad nutum amobilia, quando sine causa possint tollit, n.13. *remissivè.*

Notarium semel electum per judicem ad aliquod negotium, non poterit judex sine causa removere usque ad finem ipsius negotii, n.14.

Notariis duobus electis si unus cœperis acta alicujus negotii scribere, alius deinceps non poterit se intromittere, nisi impedito primo, n.15.

Instrumenta & alia acta conducentia ad litem, quæ tractatur coram uno Notario, non sufficit coram alio Notario, etiam ejusdem judicii & tribunalis præsentare: & producere, n.16

Electus & nominatus ad officium seu munus publicum utilitate & authoritate, si habens excusationem intra terminum ad appellandum ea opposita, non provocet; videtur electioni consentire, & amplius non auditur appellans, n.17.

Cavendum est ab Scacia indistinctè asserente, esse appellandum intra decem dies à nominatione muneris utilitate & authoritate publici, quia hoc pendet à justificatione excusation in proposita intra illud tempus, n.18.

Ab

Ab electione & nominatione muneris nulliter & non ſervata debita forma celebrata, nec eſt neceſſe appellare, nec executioni mandanda erit, n.19.

Electio ad munus publicum facta de incapace ſuſpenditur per appellationem & contradictionem, poſſeſſioniſque traditio interim nulla eſt, n.19.

Electio ad munera publica quibus pertinet, & quia ad eam ſit citandus, & an per electionem indigni privetur eligens pro illa vice, n.20. remiſſivè.

Concil. Trid ſeſſ.24. de reform.c.18 *explanatur prohibens ne examinatores ad examen beneficiorum recipiant ſtipendium aliquod, etiam ex fructibus ipſius beneficii, n.21.*

Examinatores electi & nominati poſſunt per ordinarium cogit illud munus (cum ſit publicum utilitate & authoritate) ſubire, n.22.

Examinatur ſi electus intra terminum ad appellandum legitimas excuſationes non proponat, impoſterum erit cogendus, & appellationi non deferendum, n.23.

Electio ad officium publicum authoritate, privatum verò utilitate, ut eſt tutelæ, & cura, ſi intra quinquaginta dies legitimas excuſationes probatas judex non admittat, permittitur appellare, non ſecus, n.24.

Lex 1.§. *ſi quis tutor, ff. quando appellandum ſit, dans formam, & conſtituens differentiam quoad appellandum ab electione ad tutelam, & ad munus ſeu honorem, explanatur, n.25.*

L ſcire, 15 ff.de excuſat. tutor. *verba referuntur, ibid.*

Reprobatur opinio Sigiſmundi Scaciæ, n.26.

Appellare non poſſe a nominatione muneris, & poſtea appellare à rejectione legitimæ excuſationis propoſitæ, multum diſtat, n.27.

L.cum in una §. tutor,ff.de appellationibus, *verus ſenſus redditur, n.28.*

Termini habiles in omni diſpoſitione ſupponendi ſunt, ibid.

BENE licèt verum ſit, ut appellationi interpoſitæ à ſuſpenſione, & interdicto officii, ſeu beneficii temporalitatem reſpicientis, non deferens vim faciat manifeſtam, cum ea pendente, continuare poſſit ejus uſum, Philip. Franc. *in c.ad hæc, quoniam, in princ. de app.* & per argumentũ ab ſpeciali text. *in c.is cui, de ſententia excomm. l.6.* tenet gl. *ibi, verb. ſequentem*, approbata per Archid. & Joan. Andr. eam commendant poſt Abb. Franch. *ubi proximè*, per Abb. & alios, ita tenet Eman. Rodrig. *in q. regula q.39. art.3. tom.1.* Lancel Robert. *de attent.2.p.c.12. in præfatione n.84.85.86.* Decius *conſ.204. in cauſa cathedrali, per tot.* & poſt alios nos exactiſſime rem hanc examinavimus *ſuprà l.2.c.5. ad fi. n.123 uſq; ad n.127.* Ultra quæ quod ſuſpenſus, vel privatus aliquo officio, aut dignitate; appellans regulariter maneat illæſus continuans executivum, & uſum officii & dignitatis, probat gl. celebris *in c.ſæpe verbo, ſententia, in fin. de app.* communiter approbata ſecundùm Abb. *ibi n.14. in fi. & n. ſeqq.* Iſſ. *in l.1.n.10. ff. de re jud.* gloſ *quod autem, in c. in ſumma 8. q.4.* Alexand. & Bart. *in l. furti. ff. de iis qui notan. infam.* Bobadil *in polit. lib 5.c.1.n.191. ad fin.*

1

2 Tamen nonnulli ſunt caſus ſpeciales, quibus à ſententia qua quis privatur vel ſuſpenditur officio, appellationi interjectæ, haud vim faciat non deferens, ut de tabellione diſponit S. Concil. Trid *ſeſſ.22. de reformat. c.10.* in hæc: Cum ex notoriorum imperitia plurima damna, & multarum occaſio litium oriatur, poſſit Epiſcopus quoſcumque notarios, etiamſi Apoſtolica Imperiali, aut Regia authoritate creati fuerint, etiam tanquam delegatus ſedis Apoſtolicæ (examinatione adhibita) eorum ſufficientiam ſcrutari, illiſque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, ac ſpiritualibus exercendi uſum perpetuò aut ad tempus prohibere, nec eorum appellatio interdictionem ordinarii ſuſpendat, &c) tenent Barboſ *in rem ff. ad d n.10.* ſuper illis verbis, *nec eorum appel.* & Avend. Azeved. *in l.2. n.18 tit.7. l.2. recop. p.2. 85.*

Quod quidem, & generaliter verum eſt & obtinet jure communi in cæteris judicis officialibus. alguazelis, birroariis, executoribus, tabellionibus, & aliis miniſtris; qui ſi à judice condemnentur ob exceſſum, violentiam, vataratiam, vel quodvis aliud delictum, commiſſum in ſuorum officiorum adminiſtratione; non audiantur appellantes, imò appellatione non obſtante, ſententiam, & ejus pœnam executioni licitè mandari, deſiderat *l. nulli officialium C. quorum app. non recip.* ibi: Nulli officialium à ſententia proprii judicis provocatio tribuatur, niſi in eo tantùm negotio, quod ratione civili ſuper patrimonio fortè apud proprium judicem inchoaverit, ſcilicet ut in eo tantùm negotio à ſententia ejus, cui paret, judicis, quiſquis velit officialis appellet, &c.) prout etiam text. *in c. ſi quis appellat. alias. ei qui* §. *nulli quoque officialium 2 quæſt.6.* ubi hæc lex canonizata eſt, ubi gloſ. *verbo officialium*, intelligit dictam legem; quando à proprio judice ejuſdem officialis damnatur, quam referens ſequitur additio ad gloſ. *verb. nulli, d.l. nulli officialium*, reddentes rationem, cùm veriſimile non ſit, ut talis judex ferat contra eum ſententiam, niſi clarè teperiret delictum: & eandem juris diſpoſitionem probat optimè Speculator (loquendo in tabellione, & executore, quibus condemnatis ob malam adminiſtrationem officii rem, negandam appellationem) *lib. 2. tit. de app.* §. *in quibus num.4.* optimè Bald. Salicet. & Paulus de Caſtro *in d.l. nulli.* ubi Bart. *in fin. optime exacte.* Avileſius *in capit. prætor. c.10. verbo appellare, fol.296* Rebuff. *in comment.3. part. tract. de app. art.8. gloſſ.2. n.13.* quam intelligunt in proprio judice prout intellexit gloſ *in d.§. nulli quoque*, & Angel *in d.c. nulli.* Amedeus *in tract. de ſyndicatu, n.236. fol.72.* Puteus *in eodem tract. de ſyndicatu, verbo, appel. c.1. num.16. & ſequent. fol.118.* Bobadilla *in polit. lib.1.c.12. num.62. & ſuprà*, & idem Bobadill. *in lib.2.c.17. num.48. ad fi.* & idem ibi et *eodem lib.1.c.13.n.37.* ubi probat, officiales inferiores (prout ſunt Alguazeli) incorrigibiles exceſſus committentes, poſſe à judicibus ſtatim, & abſque dilatione manumitti, & expelli, quia cum in horum punitione plures ſint à jure ſpecialitates, ut poſſint amoveri officia abſque reſpectu aliquo, proceſſu, nec appellatio, liberè judici hoc libet, ut ceſſent impoſterum ſcandala & delicta.

3

Et quod intellige, prout præcitati, & citandi Doctores communiter intelligunt; ut procedat *d. l. nulli.* in prohibitione appellationis, quando officialis damnatur à ſuo proprio judice, & pro delictis commiſſis in officio, ut probat *d. l.* ibi, à ſententia proprii judicis, *&c.)* latè reſolvit & optimè Proſper. Farinac. *in tract. crim.3. tom. q.101. à n.83. cum ſeq.* ubi *n.86.* poſtquam ex aliis refert particularem poteſtatem judicum in ſuis officialibus puniendis; dicit ex urbanitate officialem delinquentem extra officium captum ab una Curia, remitti ſolere ad Curiam ſuperiorem officialis, prout teſtatur de urbe Romana, quod nota ad officiales ſupremorum tribunalium, ut etiam delinquentes extra officiorum adminiſtrationem, judices ordinarii inferiores hos debeant remittere ad tribunalia ſuprema, & ab eorum cognitione ſe abſtinere, ut debitus honos deferatur.

6

7

Ex quibus inferre poteris ad ſacr. Conc Trid *ſeſſ.24. de reform.c.20. ad fi. verſ. qui notarium*, dum dicit: Porrò ipſam actorum copiam teneatur notarius (congrua mercede accepta) appellanti quantùm citiùs, & ad minus intra menſem exhibere, qui notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii adminiſtratione arbitrio ordinarii ſuſpendatur, & ad duplicem pœnam, quanti ea lis fuerit inter appellationem, &

8

pauperes loci, distribuendam, compellatur, &c.) ut intelligatur hujus pœnæ appositio appellatione remota, cum delictum tangat malam officii administrationem ex Doctoribus relatis, & indicat illud verbum (compellatur) quo Trid. utitur, quod pertinet ad executionem, ut latè nos *lib.2. c.de deposito* quod est 16. *à n.71. cum segq.*

9 Quibus quidem convenit, quòd officialis suspensus, vel privatus officii administratione, vel aliàs quoquo modo condemnatus in Syndicatu, non potest appellatione pendente officio uti, cum pœna, in tali judicio illata, executioni mittatur ea non obstante, ac ideo ordinarius denegans delationem, violentiam nullam committet, tenet Maranta *de ord. jud. vit. de appel. n.193.* Petrus Ducinas *in regul.42. num.20.* fundatur uterque (non in jure communi) sed in regiis quibusdam constitutionibus, ab eisdem citatis. Sed quod idem sit omnino dicendum de jure communi, scribit Speculator *in tit. de appell. §. in quibus vers.3. lib.2.* III. *in l. qui jurisdict. col.3.* Angel. & cæteri *in l. nulli, C. quorum appell. non recip.* Paris de Puteo *in tract. de syndicatu, in verbo, appellatio, & in verbo, syndicatus, & in verbo, à sententia late fol.14 & 17.* Lancel. Robert. *de attent.2.p. c.12. lim.20. per totam*, Manfred. *lib.2. pract. concl. super attentat. conclus.128. & seqq.* & iterum *concl.173.* Modernus *in annotat. ad Ægidium n.195.* & sic pariter in syndicatu ab officiali damnato appellationi interjectæ non deferens ordinarius vim non faciet, licet in hoc
10 Regno Hispaniæ officialibus secularibus damnatis per syndicatum certo modo, & non absolutè, eis est prohibita appellatio, ut est videre per adducta latè ab Avilesio *in capitib. prætor. c.10. à num.2. cum seqq. fol. mihi 296.* Robadill. *in polit. lib.5. c.1. àn.191. cum seqq.* & latissimè hoc examinans probat ex multis aliis Prof. per. Farinac. *pract. crim.3. tom. quæst.101. c.1. à num.89. cum seqq.*

11 Et quoad supradicta adverte, quòd Episcopus, & judex Ecclesiasticus liberè potest punire, & castigare suos notarios, Alguazelos, officiales, aliósque ministros, & officiales laïcos, delinquentes in suis officiis, ut expressè dicit S. Concil. Trid. *sess.22. de reform. d. c.10.* ubi imperiali, aut, Regia authoritate creati fuerint, *&c.*) probant Aufrerius *in tract. de potest. Ecclesiast. super Laïco, num.19.* Bald. *in l.2. C. de sportul. & in c. cum parati*, ibi Præpositus *de appell.* Puteus *de syndic. verbo officialis, c.1. num.3. fol.247.* Tiberius Decian. *in tract. crim. 1. tomo lib.4. c.10. num.3. vers. septimo argumento d. §. si quis*, Bobad. *in polit. lib.2. c.77. n.48.* Parlad. *in sequicen. differ. diff.9. §.1. num.28.* allegans Bald. ei cæteris annuentibus, *in l. nullus, C. de testib.* & probatur arg. *l.1. C. de off. magist. militum, l. officium, ff. de re milit. l. si quis forte, § si quos, ff. de pœnis auth. de manda. Principum, §. quod si delinquentes.*

12 Et an & quando Episcopus Vicarium, Castellanus Castellitenentem, vel judex sui substitutum, vel locumtenentem, possit liberè amovere, cum causa, vel absque illa, vel quid, quando, id non facere, juraverunt, vide Bald. & Alberi. *in l. si ita §. Dominus, ff. de usu & habitatione, & in c.1.* juncta gl. *de feudis guard. & gast ild.* & ibi Bar. Boërius *decis.199. n.25.* glos. *in clem.2. de rescript. verbo, per elect.* Domin. *in c.1. de off. vicar. in 6.* Ripa *in c.1. n.44. de judiciis*, Rebuff. latè *in praxi benef. in form. Vicarii lib.1. à n.192.* Didac Perez *in l.1. tit.5. col.963. vers. & ista opinio, l.3. ord.* Segura *in decreter. ord.2. p. .5. n.1. fol.205.* Conradus *in templo judicum lib.2. .6 §.1. de constitut. Vicarii n.7. fol.176.* Loazes *in alleg. pro marquione dolos velles, in respon. ad 5. & 6. funda. num.133.* Bobad. *in polit. lib. 1. c.16. à num.9.* Anton.
13 Gab *lib.2. comm. opin. conf. 1. de jur. jur. n.14.* Joan. Gusti. *de jur. confir. p.1. c.1. num.89.* latè etiam Grat. *discept. foren. c.167. per tot.* ubi de officiis, & beneficiis amobilibus etiam ad nutum.

Qui *n.17.* firmat, quòd notarium, semel electum 14
ad causam non poterit judex removere sine causa usque ad finem causæ. Felin. *in c. quoniam contra n.4. de probat.* Castren. *in l. testamenta omnia, C. de test.* Bald. *in l.2. n.9. C. quomodo, & quando judex, in auth. sed judex* 15
C. de sacros. Eccles. adeò ut duobus tabellionibus electis, si unus ceperit acta scribere, alius non poterit deinceps se intromittere, nisi impedimento primo; tenet Grat. ubi proximè. *d.c.197. n.19.*

Cui conducit, quod dicit Maresc. *variarum resolutio-* 16
num. lib.2. c.107. n.4. quod instrumenta seu acta, quæ coram uno notario tractantur; non sufficit præsentare, nec producere in actis alterius notarii, etiam ejusdem judicis, judicis & tribunalibus, sed omnino debet produci in actis ejus, qui causam cœpit tractare, qui testatur, ita fuisse determinatum per Rotam in una Romana census 4. Decembris 1597. coram Cardinali Pamphilio.

Supereſt secundam nostri capitis partem examina- 17
re: an non deferens appellationi interpositæ à nominatione publici officii, vim judex facere dicatur: in quo duplex consideratur à jure distinctio amplectenda. Etenim aut agimus de nominatione, & electione, muneris publici authoritate, & utilitate simul, hoc est, quod omnimodò, & principaliter sit inductum in reipublicæ utilitatem, prout est syndicus, procurator, decurio, executor tributorum, & similes, & tunc si nominatus ad munus legitimam excusationem habens intra tempus ad appellandum minimè provocaverit; videtur tacitæ electioni de se factæ consentire, & acquiescere, ac ideo ulteriùs non admittitur, nec auditur appellans text. *in l. hi qui.* ibi: Hi qui ad civilia munera, vel ad decurionarum, vel honores evocantur, licet vacationem à principibus acceperint: si appellationis auxilio non utantur, consensu suo nominationem confirmant, cum igitur ad munus vocatus appellaveris apud præsidem provinciæ justè te appellasse ostende, &c. *C. de appel.* text. *in l.* (cives, & incolæ manifestas etiam excusationes habentes, si sub justa nominatione non appellaverint; ad earum probationem non admittuntur, &c.) *C. eodem*, text. etiam expressus *in l.1. si ad scribatum nominatus non provocasti l. nominationes. C. eodem tit. de appel.* bonus etiam text. *in l.2. & l. cum decurionatus, C. de decurionibus l.10. c. nominationes 2. quæst.6. l.8. tit.2.3.* Cynus Bald. & Salicetus *in d.l. si hi qui, & in d.l. si ad scribatum.* Bart Bald. & Salicet. *in d.l. cives* Bart. *in l.1. § ff. quando appellandum sit*, optimè Speculator & ejus additionator *in l.2. tit. de appellationibus, §. in quibus num.9.* Angel. *in §. qui autem excusare, post. princ. instit. de excus. toto.* Joan. de Platea & Lucas de Pena *d. l.2.* & ubi liber glos. Avend. *de excusen. mand. c.19. n.26. in fi.* & est videnda *l.3. tit.16. l.3. ord.* Bald. *in l. si pater n.4 Cod. si pend. appel. mors.* Maranta *in spec. vul. 6. p. actu 2. in verbo, & quandoque appellatur, num.324. fol.506.* Rebuff. *in tract. de sent. provisio. art.3. glos.2. n.1. & in tract. de appel. art.7. glos.2. n.18.* Ruginel. *tract. de app. §.2. c.3. n.146.* Cavendum est tamen à Sigismundo Escacia *tract. de appel. q.17 limit.13.* 18
fol.478. dum absolutè dicit, appellandum esse intra decem dies à nominatione muneris, authoritate, & utilitate publici, cum hoc pendeat ex legitimis excusationibus per nominatum allegatis, & sic sub hac qualitate illius appellationi deferunt jura, & Doctores citati.

Quam conclusionem, ut limites, velim: quando 19
ipsa nominatio validè facta fuit, secus si nulliter ob non. puta, servatum ordinem, & formam electionis, vel ob aliquod aliud defectum: quia tunc tanquam à nulla, non indiget appellari, nec est executioni mandata, text. est *in l. si constat. 12. ff. de appel.* ubi glos. *verbo supervacua fuit*, & Bart. glos. *verb. interposuerunt in d.l.1. §.1. ff. quomodo & quando appellandum sit*, optimus text,

in

in l. nominationes 27. ubi glos. Bart. & Salicet. *C. de appellationibus, & in l. veteranis*, pex text. *ibi C. quando provocare non est necesse*, ut tunc non deferens appella-
19 tioni vim facere, declarabitur juxta traditam à nobis regulam *infrà hoc lib. c.9.* ut scilicet, deferatur appellationi, cujus ratio in promptu esse constat, & quòd electio seu nominatio ad hoc munus publicum facta de incapace & indigno suspendatur per appellationem, & contradictionem, ita ut interim ejus executio suspendenda sit,& possessionis itidem traditio,ex pluribus comprobat Boba.*in Polit.l.3.c.8.à n.48* qui quidem
20 *à n. 40. cum infinitis seqq.* plures quæstiones resolvit, horum officiorum nominationes tangentes, quibus pertineat,quis sit citandus,& an per ejectionem,indigni privetur eligens illa vice, & de multis aliis utilibus,& necessariis ibi vide.

21 Et ex superiùs dicta resolutione infero ad ea, quæ, dicit Nicolaus Garcia *de benefic. tom.2.9. p. c.2. n.378.* dum superiùs *à num 368.* disputat, an examinatoribus ad examen beneficiorum deputatis,juxta Concil.Trid. *sess.24. de reform. cap.18.* possit (non obstante prohi-
22 bitione ejusdem Concilii, & Sanctæ Congregationis super eodem) nihilominus aliquod stipendium, seu merces pro suo labore dari, saltim ex fructibus beneficii; qui postquam negativam amplexus, dixit *in d. n.378.* rectè posse examinatores cogi, hoc minus gra-
23 tis subire, cùm sit munus publicum, & à sancto Concilio Trid inductum,ut faciat ad nostrum propositum, quod sit ita nominatus, legitimas excusationis causas proponens non appellaverit intra tempus à jure concessum appellantibus; nequaquam sit imposterum audiendus, sed potiùs cogendus, nec delationem denegans vim faciet, cùm sit munus publicum authoritate, & utilitate simul.

24 At verò quando munus, ad quod aliquis nominatur, seu eligitur; non est publicum authoritate, & utilitate simul, sed authoritate tantùm (prout est tutela, & cura) quod licet sit publicum quoad authoritatem, quia convenit reipublicæ,ut minores tutentur; tamen utilitas non est publica, sed privata omnimodo,cedens ipsi minori,in cujus commodum principaliter hoc munus inductum est à jure, tunc quidem nominatus ad idem non potest appellare à tali nominatione, & electione,sed tamen ei permittitur, ut intra quinquaginta dies suas legitimas, & à jure approbatas excusationes proponat, quas si probatas judex non admiserit, licita
25 est nominato appellatio, ita probat text. elegans (utrumque distinctionis membrum probans) *in l.2.§. si quis tutor. ff. quando appellare sit*, cujus sunt verba: Si quis tutor datus fuerit, vel à testatore, vel à quovis alio, qui jus dandi habet, non oportet eum provocare, hoc enim Divus Marcus effecit;sed intra tempora præstituta excusationem allegandam habet, & si fuerit repulsa, tunc demum appellare debebit. Cæterum ante frustrà appellatur: alia causa est eorum, qui ad aliquod munus, vel honorem vocantur; cùm dicant, se habere excusationem, nam non aliter allegare possunt causas immunitatis suæ; quam si appellationem interposuerint, *&c.*) text. etiam *in l. tutores* 18. text.*in excusationis 3. C. de excusation. tutor.*text.expressus *in §. qui autem excusare se volunt non appell.* &c.18. *instit.de excusat. tutor. vel curat.* text. *in l. scire* 15. ibi: Scire oportet, quoniam nec dati tutores, nec testamentarii provocare necesse habent, ut ostendit constitutio Divi Veri & Antonii, hoc autem observari oportet, & in datis curatoribus; in pauciſſimis enim distant curatores à tutoribus, adversùs denique sententias auferentes eis excusationes, licentiam habebunt appellandi, *&c. ff.de excusation. tutorum, l. Caii* 19. *ff. eodem tit. can. viduum 2. q.6.l.4 titul.17.p.6.* hanc doctrinam probant Rebuff. *de sentent. provision.art.3. gloss.2. num.1.tom.1. fol.276. & in tractat. de appellation. articul. 6. gloss. 2.*

Salgado de protect. Reg.

num.18. vers.septimo, tom.3. fol.503 & idem Rebuff. *in comment.3.p.tract.de appell.art.8. glos. 2. num.18.* Bald. *in l. si pater.4. in fin. num.4. Cod. si pendente appellatione mors.* Marant.*in specul.6. tit. 2. prin. in.verbo, & quandoque appellatur, n.324.lim.20.fol.516* Ruginell.*tract. de appellat.§.2.cap.3.num 246.* glossæ B Bald. Cyn Salicet, & alii in locis superiùs citatis, glossæ & Doctores in his allegatis legibus, Angel. post glossam, & ibi optimè Picard. à Minuesa acutus, & præceptor meus, *in a §.si quis autem excusare.* Speculator. *lib. 2. titul. de appell. §.in quibus n.9.*

Hinc venit meritò reprobandus Escacia *de appellat.* 26 *quæst.17.limit.33.sub.n.1.* dum dicit,quòd licèt hæc doctrina communiter teneatur,illi tamen videtur de vento, cum saltim possit appellare post rejectam excusationem, sed minùs rectè, minusque loquitur peritè. Etenim non omnes tutores habent legitimas excusationes ad proponendum, vel si habent,omittuntur,vel si proponunt, aliquando non legitimas excusationes ad proponendum habent, sed frivolas, & à jure non approbatas. Quibus casibus omnibus cessat ratio appellandi, & sic evidenter apparet jura disponentia, à 27 nominatione muneris utilitate privati,non appellari, non servire de vento,ut putavit Escacia, quia aliud est, non posse appellari à nominatione, aliud posse appellari à rejectione legitimæ excusationis propositæ.

Nec his obstat, text. *in l. cum in una §. tutor.ff. appell.* 28 ubi dicit: tutor pupillo datus si provocet interim pupillo curator dabitur, *&c.*) quasi innuere, & supponere videtur ab ipsa datione, & nominatione fuisse provocatum,quia intelligendus est secundùm *d.§.si quis tutor. & l. scire oportet, cum aliis*, ut ab excusationibus non admissis, non autem à nominatione dumtaxat appellatũ fuerit prout optimè interpretatur, & intelligit glos.*verbo non appellant. in d.§. qui autem excusare, instit. de excus. tut.* qui est verus intellectus. quia tunc à rejectione justæ excusationis propositæ, licet appellari, ex supradictis, quoniam à denegato beneficio juris appellationi deferendum est interpositæ, ut diximus ad propositum *supra lib.2.c.1.de interlocut.circa appell. ab except.* & sic illa verba *d.§.tutor si provocet*, & intelligi necessariò debent, tempore quo potest (terminis habilibus suppositis) quia dispositio de aliquo acta loquens, intelligitur de valido, solemni, & solemniter celebrato, *l. non paravit, §.non quævis, de bonorum possess. contra tab.* latè *in c.9. in fin. hui. 3. p.in c. quando ratio appellandi est in promptu, à principio.*

CAPUT IX.

Si in judiciis privilegiatis seu aliàs appellabilibus ratio appellandi sit in promptu, appellationi à sententia emissæ an judex non deferens vim faciet: & ibi exactè quando appellandi ratio in promptu esse dicatur: præcipuè in provisione beneficiorum, tam curatorum, quàm simplicium.

SUMMARIUM.

Clavis est totius tractatus violentiæ solemnitatum ac formæ omissio, quæ inducuntur nullitates,ad quas veritissimi advocati confugiunt, cùm eos impedire executionem, etiam his causis sui natura inappellabilibus, n.1.

Nullitas aut evidens iniquitas apparens ex actorum inspectione dicitur esse in promptu, & notoriè constare,n.2. & vide num.35.

Dispositio exclusa omnes nullitates non intelligitur exclusa nullitas notoria, quæ patet ex actis, num.3.

Et quid jure regio remissivè, ibidem.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, etiã casibus aliàs privilegiatis, & sui natura irrapellabilibus, si nullitas appareat ex actis, cum tunc sententiæ executio suspẽdatur, 4.
Appellandi ratio in promptu esse dicitur, quando incontinenti justificatur appellatio quæ ut legitima admittitur quoad utrumque effectum, n.5.
Iniquitas evidens, & injustitia notoria, idem operatur ac nullitas, atque pariformiter sententiæ executionem impedit, n.6.
Appellatio nunquam intelligitur prohibita ratione respectu notoriæ iniquitatis, n.7. vide n.34.
Senatus Regius additus per viam violentiæ communiter decernit, deferendum esse appellationi interjectæ, ubi evidens injustitia apparet ex actis (reprobata opinione Josephi sese) n.8.
Sententia nulla executionem non meretur, quæ & nomine sententiæ caret, n 9.
Dispositio loquens de actu, intelligitur de valido, non de nullo, n.10. & n.12.
Quod nullum est, effectum non sortitur, n.11.
Dispositio nulla caret executione, nomine & effectu, atque pro non facta reputatur, n.12.
Per actum nullum non interrumpitur præscriptio, n.13. remissivè, ubi simul de effectibus sequentibus.
Non perpetuatur jurisdictio.
Non rumpitur primum testamentum validum.
Non inducitur mala fides.
Non inducitur litis pendentia.
Non tribuit causam præscribendi.
Non expirat potestas quominus actus iterum valeat celebrare.
Testium examen nulliter factum non derogat primis depositionibus.
Publicatio minus rectè facta non impedit.
Non cadit quis in commissum, vide remissivè d.13.
Actus nullus alios an pariat juris effectus, & quot, n.14. remissivè.
Clausula (parito judicato) operatur his casibus dumtaxat, quibus sententia transivit in rem judicatam, aut alias executionem meretur, n.15.
Rescriptum Principis recipit interpretationem à jure communi, ibid.
Clausula (parito judicato) non operatur quando sententia est nulla, nec alias meretur executionem, n.16.
Clausula (parito judicato) ut effectus impediatur, debet nullitas esse notoria patens ex actis, n.17.
Clausula (parito judicato) non operatur ubi sententia est notoriè injusta, quia non transit in rem judicatam, n.18.
Ratio appellandi ubi est in promptu, puta per nullitatem, etiam in remedio l.fin.C.de edicto D.Adr. appellatio utrumque habet effectum, n.19.
Appellatio ab executione notoriè nulla virtute obligationis Cameralis, aut guarentigiata admittitur quoad utrumque effectum, n.20.
Jus præcipiens fieri executionem contractuum, non intelligitur de nullis & invalidis, cujus exceptio executionem rectè impedit, n.21.
Nullitas notoria patens ex actis impedit executionem trium conformium, n.22.
Appellari potest etiam ubi aliàs jus prohibet, quando nullitas patet ex actuum inspectione, quia tunc cessat præsumptio, quæ erat pro sententia, n.23.
Nullitas notoria in genere sumpta dividitur in tres species, n.24.
Appellatio à nullitate paratum habente probationem, impedit executionem actus sententiæ, sive sui natura sit privilegiata, ut in alimentis, possessoriis, obligatione Cameræli, &c. sive quia transierit in rem judicatam, ibidem.
Sive nullitatis exceptio probetur ex eisdem actis, sive aliunde, dummodo sit incontinenti, n.25.
Nullitas notoria & manifesta patens ex actis impedit trium conformium executionem, non tamen alia probatio, etiam incontinenti hoc casus relevans est, n.26.
Jurisdictionis defectus probatur ex inspectione processus, num.27.
Citationis defectus probatur ex actorum inspectione, n.28.
Mandati defectus probatur ex actorum inspectione, & impedit executionem etiam trium conformium, n.29.
Nullitas apparens ex facie sententiæ magis quàm alia quævis dicitur notoria, n.30.
Sententia lata non servatis terminis substantialibus judicii est notoriè nulla, atque nullitas insanabilis, n.31.
Nullitas proveniens tam ex non servatis terminis substantialibus, quàm ex aliis concernentibus substantiam judicii, & ob non servatum formam statuti requisitam ad actum, impedit executionem, n.32.
Nullitas requirens altiorem indaginem, quia nec constat ex actis, nec incontinenti ejus probatio offertur, impedit executionem irretractabilem, n.33.
Notoria injustitia tunc impedit executionem sententiæ, quando evidenter ex actis apparet, sufficiet tamen qualis offuscatio ad tollendam illius notorietatem, n.34.
Acta faciunt rem notoriam, quia quod ex actis resultat, notorium dicitur, n.35.
Sententia amplius non dicitur notoriè ex actis nulla & iniqua, quando ex adverso aliquid opponitur, quod dubitationem, aut offuscationem pariat, n.36.
Oppositio & offuscatio etiamsi contineat juris subtilitatem tollit notorietatem nullitatis ex actis resultantem, n.37.
Nullitas velata, quæ potest habere dubitationem, & disputationem, non est notoria, nec impedit executionem trium conformium, n 38.
Forma si est omissa in provisione beneficii tam curati, sive simplicis, vel alia nullitas apparet, appellatio admittitur suspensiva, n.39.
Provisio beneficiorum erit nulla, si non servatur forma præscripta à jure statuto, aut fundatione, n.40.
Forma omissio actum corrumpit, & vitiat, n,41.
Beneficium provisum non servata debita forma nec acceptari, nec retineri potest, etiam in foro conscientiæ, secundum magis communem opinionem, n.42.
Forma & solemnitas ad provisionem beneficii non fundatur in præsumptione, nec falsa causa, & sic etiamsi fraus absit obligat in conscientia, n.43.
Provisio Parochialium facta non servata forma præscripta à Concil. Trid. sess.24. de reform. cap.18. & motus proprii in conferendi, irrita est ipso jure, n.44.
Provisio Parochialis non servata forma vacare dicitur, ut antea, ibid.
Clausula (irritans) quæ utuntur Concil. Trid. & motus proprius inducit formam, n.45.
Clausulam (irritans) continens omnia decreta Concil. Trid. n.46.
Decretum (irritans) contentum in lege conciliari, an & quando etiam ipsum Papam liget, n.47.
Appellationi à provisione beneficii sive curati, sive simplicis, sive judicialiter, sive extrajudicialiter celebrata, nulliter tamen & cum formæ omissione, deferendum esse, indistinctè decernitur in supremis tribunalibus aditis per viam violentiæ, n.48.
Edictorum omissio in provisione Parochiali an vitiet concursum, & qui affirmativam indistinctè tenuerint, n.49.
Edictorum omissio regulariter provisionem beneficii non vitiat, nisi tantã ubi Conc. Provinciale id statuit. n.50.
Convincuntur DD. contrariam opinionem tenentes, scilicet Zerola & Cechus, ubi verus sensus declarationi Congregat. per eos citatæ restituitur, n.51.
Concursus est præcise faciendus in provisione Parochialis, ergo edictum est necessarium: non est legitimum argumentum, ibid.
Edictum in provisione beneficii juris patronatus indistincte an sit necessarium? n.52.

Edictum

Edictum ad Parochialem proponendum est cum termino decem dierum, nec ultra alios decem dies prorogari potest, n.33.

Circa provisionem beneficii curati quæ forma sit præscripta à Concilio Compostellano refertur, n.54.

Terminus edictorum an currat, ex quo tam in valvis Ecclesiæ Cathedralis, quàm Ecclesiæ beneficii fuere apposita, itaut sit attendenda ultima effigies, n.55.

Edictorum prorogatio fieri non potest absque causa, n.56.

Edicto apposito cum majori termino vigimi dierum provisio an vitietur in totum, an solum edictum respectu excessus dumtaxat, n.57.

Oppositores post viginti dies, & intra terminum recessivum & prorogatum per Episcopum, nec sunt legitimi oppositores, nec ad concursum sunt admittendi, n.58.

Edictum appositum cum minori termino decem dierum vitiat provisionem, n.59.

Terminus à lege inductus non debet à judice abbreviari, num.60.

Judex non debet arbitrari in his, quæ sunt à jure determinata, n.61.

Terminum nimis brevem ne ad plurimorum notitiam veniat edictum procurans petens collationem, institutionem facit irritam, n.62.

Forma juris non satisfit ex nimia festinatione, imò illi detrahitur, n.63.

Concursus, & examen ante lapsum terminum edictorum est nullum, n.64.

Concil. Trid. sess. de reform. c.18. in illis verbis (transacto constituto tempore, &c.) exponitur, ibid.

Concursus factus intra terminum edictorum an sustineatur, si alius oppositor non compareat, n.65.

Examen Parochialis vacantis non debet fieri nisi cum tribus saltim examinatoribus, n.66.

Examinatores ad minus sex singulis annis eligendi sunt ab Episcopo in Synodo ex quibus tres quoslibet ad singulas vacationes potest eligere, n.67.

Synodus formalis quemodo, & ad quid sit, n.68.

Examinatoribus minus sex deputatis in Synodo deputatio non erit legitima, sed contra formam Concilii, & concursus per eosdem defectus erit irritus, n.69.

Examinatoribus sex deputatis in Synodo, si aliqui intra annum vel mortui, vel absentes sint, tota facultas spectat ad superstites, etiamsi unus tantùm sit unà cum Episcopo, aut Vicario, n.70.

Examinatoribus omnibus intra annum mortuis vel absentibus, Episcopus usque ad numerum subrogabit alios ex antiquis Synodalibus, n.71.

Examinatores antiqui si tot non sint, Episcopus alios suppleat, approbatos tamen à Capitulo, n.72.

Examinatores etiam antiqui si nulli supersint, alios novos non minus sex deputet cum approbatione Capituli, n.73.

Forma quando non potest servari præcisè, sufficiet actum facere eo modo, quo potest, & per æquipollens, n.74.

Forma à nova constitutione inducta, & illa de facto non potest observari, puta; quia deficit persona, aut qualitas requisita, sufficit actum fieri eo modo, quo prius geri poterat, n.75.

Examinatores non possunt deputari incerti, puta; Prior talis monasterii Magistralis aut Doctoralis, &c. ita ut futuri comprehendantur, n 76.

Concursus per examen in provisione Parochialis requiritur pro forma, itaut ejus omissio illam vitiet, ac nullam reddat, n.77.

Oppositori quantumcunque docto etiam notoriè non potest conferri beneficium Parochiale absque concursu, quem ipse subire tenetur, n.78.

Examinatores debent pro forma renunciare Episcopo, quotquot idonei reperti fuerint, & an debet hæc renunciatio fieri secreto aut palam, n.76.

Concursus etiam requiritur pro forma in Parochialibus juris patronatus Ecclesiastici, n.80.

Forma Concilii est ut patronus Ecclesiasticus unum præsentet ex approbatis ab examinatoribus peracto concursu, n.80. & 81.

Patronus Ecclesiasticus si præsentaverit ante examen per concursum, ejus præsentationis virtute non erit facienda institutio, n.82.

Nisi iterum denuo expressè vel tacitè præsentatus sit post examen, & approbationem inter cæteros, ibid.

Institutio, seu collatio quando facienda est ex certo genere personarum, vel ex personis certi generis, quibus aliqua qualitas requiritur (prout in exemplis ibi appositis) aliis facta, irrita est, & nulla ipso jure, n.83.

Qualitatum appositio in provisione beneficii est forma, & earum omissio vitiat, n.84.

Collatio seu præsentatio quando sit facienda certæ personæ, seu certo generi personarum, dicitur necessaria, n.85.

Forma noviter inducta à Trid. præcisè & specificè est servanda, n.86.

Qualitas adjecta verbo, vel participio, debet intelligi secundùm tempus verbi, vel participii, n.87.

Verba præteriti temporis præcisè requirunt confirmationem & perfectionem actus, n.88.

Qualitas quæ à principio requiritur tempore provisionis beneficii, non sufficiet, si postea sequatur, n.89.

Instrumentum productum ante litis contestationem, non probat; nisi postea tempore probatorio fiat ejus nova reproductio, n.90.

Appellatio à Procuratore interposita tempore, quo carebat mandato, non sustinetur, etiam postea habens sufficiens, si de novo non appellet intra terminum, n.91.

Nec talis appellatio causat attentata, quia qualitas quæ requiritur tempore actus, non sufficit, si post actum sequatur, n.92.

Patronus Ecclesiasticus non solùm potest noviter præsentare expressè, sed etiam tacitè aliquem actum gerendo in favorem illius, quem præsentaverat ante concursum, n.93.

Resignatio facta sine consensu patroni est nulla, & si ex hac causa patronus præsentet aliquem, non tenet, quia non abdicatur jus à resignante, at si lite pendente resignans moriatur, & patronus prosequatur litem cum resignatario, & asserat instituendum jam præsentatum, hæc litis prosecutio æquipollet novæ præsentationi, n.94.

Præsentatio tacita inducta ex litis prosecutione excludit devolutionem, ibid.

Collatio beneficii illiterato facta, licèt sit nulla; tamen si postea literas addiscat, & conferens sciens non pœnituit, intelligitur denuo tacitè conferre, & prior revivisicit, num. 95.

Possessionis beneficii traditio facta ab habente potestatem per necessarium antecedens, inducit tacitam & virtualem collationem, n.96.

Collatio & præsentatio beneficii potest fieri non solùm expressè, sed etiam tacitè, n.95.

Concursus ad Parochialem juris patronatus Ecclesiastici, sicut & ad alias merè collativas etiam reservatas suæ sanctitati, & etiam in mensibus reservatis; debet fieri ab ordinario, & tunc in mensibus reservatis electio est Episcopi, non patroni, n.98. & 99.

Parochialis juris patron. Ecclesiastici vacantis in mensib. reservatis Sedi Ap. concursus fit spreto patrono, n.99.

Et quomodo sit, fides concursus ad sedem transmittenda, ibidem & latius, n.103.

Jus patronatus Ecclesiasticum ex quibus acquiratur, n.100.

Beneficia juris patronatus Ecclesiastici sub reservatione comprehendantur, quia facile huic juri patronatus præjudicatur, n 101.

Derogatum intelligitur jus patronatus Clericorum ex sola collatione beneficii facta à Papa alio non expresso, n.102.

Ordinarius intra quatuor menses currentes a tempore notitiæ vacationis tenetur mittere Sedi Apostolicæ fidem approbationis concursus facti in Parochialibus vacantibus in mensibus Apostolicis, n.103. & qua forma, ibid

*Forma à Concilio tradita si omittatur in provisione Parochialis vacantis in mensibus reservatis, tale beneficium potest impetrari, & concedi solet breve rigorosum de capienda possessione Cameræ, n.*104.

*In Provisione Parochialis juris patronatus laicorum concursus non requiritur, & quæ forma inducta, n.*105.

*Concil. Trid. sess.*24 *de reform. c.*18. *in illis verbis (quod jus patronatus laicorum, &c.) explanatur circa formam servandam in provisione Parochialis juris patron. laïcorum, ibid.*

*Concursus ad Parochialem juris patronat. laïci in quibus casibus requiritur: remissivè, n.*106.

*Concursus an sit necessarius in beneficio juris patronatus mixti Ecclesiastici & laïci, affirmativè resolvitur,*107.

*Concursus est necessarius in Parochiali juris patron. mixti pro una tantùm parte, pertinentis ad Clericos, & pro duabus ad laicos, n.*108.

*Concursu peracto in Parochiali juris patronatus mixti Ecclesiastici & laïcalis, ex approbatis, patroni præsentant ordinario restituendum. n.*109.

*Qualitas attenditur quæ Ecclesiæ prodest, & est magis favorabilis, cùm ex concursu major utilitas sequitur Ecclesiæ, n.*110.

*Jus Patronatus Ecclesiasticum ut dignius, trahit ad se seculare, ut minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laïci, n.*111.

*In jure patronatus mixto ubi non concurrit Ecclesiæ favor, Sed patroni dumtaxat, tunc qualitas laïcalis prævalet Ecclesiasticæ, n.*112.

Laïcus propter societatem Clerici non debet damnum pati, nec suum perdere privilegium, ibid.

*Societatem in re individua alteri non præjudicare, æquum est, n.*113.

*Jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus, n.*114. *& n.*127.

*Juri patronatus quando derogetur, n.*115. *remissivè.*

*Concursus est necessarius in provisione dignitatis unita Parochiali æque principaliter, n.*116.

Ex unione facta æquè principaliter nihil alteratur, sed quodlibet beneficium manet ut antea, & qualibet Ecclesia in suo statu, honore & privilegiis, proprioque reditus agnoscit, sed utriusque unus est Rector, ibid.

*Unio à duæ Ecclesiæ æquè principaliter si sint in diversis diœcesibus, vel collatio duobus pertineat, ut earum provisione utriusque Episcopi aut collatoris requiritur consensus, n.*117.

*Unio si est facta accessoriè, ejus tantùm Episcopi requiritur consensus, in cujus diœcesi extat principale benef. n.*118.

*Qualitas & natura beneficii uniti accessoriè non attenditur, sed principalis, n.*119.

*Unitum alteri accessoriè, principalis naturam, consuetudines & privilegia assumit, n.*120.

*Unitum accessoriè perdit propriam prærogativam, proprium nomen, ac titulus extinguitur, & de cetero denominatur à principali, n.*121.

*De effectibus resultantibus ex unione accessorie aut æquè principali facta, qui videndi remissivè, n.*122.

*Concursus in parochiali juris patronatus laïci non requiritur, quando unus tantùm præsentatur à patrono, secus autem quando plures à patrono præsentantur, quia inter ipsos & non alios necessarius est concursus & ex approbatis unus elegit ordinarius, n.*123.

*Quod procedit, quando singuli præsentati à patronis laïcis habent æquales seu æquales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus, secus si aliquis haberet plures, aut majores voces, & majorem partem patronorum, quia is dumtaxat erit examinandus, n.*124.

*Quod fallit ut infrà sub n.*128.

*Major pars prædominans attenditur, n.*125.

*Denominatio semper fit à potentiori, n.*126.

*Reservatio licèt non intret in patronatu mixto, procedit in mixtura æquali, secus si pars Clericorum habet plures voces, quàm laicorum, quia alteratur beneficii natura, n.*127. *Vide n.*114.

*Præsentati plures Clerici à patronis laïcis, majorem vocum partem habens, solus est examinandus ad Parochialem, nec appellationi interpositæ à minorem partem habente deferendum est, n.*128. *quod limita ut ibi.*

*Appellationi interpositæ à provisione beneficii cujuslibet factæ spreto & contempto jure patronatus, an sit deferendum, & vim fieri declarandum, n.*129.

*Appellationi à provisione beneficii nulla cum executionem non mereatur, erit deferendum, n.*130.

*Collatio facta ab ordinario spreto & contempto patrono, & jure patronatus intra tempus datum ad præsentandum, est nulla ipso jure, n.*131.

Text. in c. decernimus 16. *q.*7. *& text. in cap. cum Bartold. interpretantur, ibid.*

*Verba præsentis temporis inducunt nullitatem ipso jure, num.*132.

*Collatio facta per ordinarium de beneficio juris patronatus tunc erit nulla, si patronus reclamet contra illam intra terminum sibi competentem ad præsentandum, non aliàs, n.*133.

*Ratio vera redditur, quare collatio ab ordinario facta spreto patrono non sit nulla, non reclamante patrono intra terminum, n.*134.

*Annullatus actus in favorem alicujus subintellitur illa conditio, si voluerit ille, in cujus favorem actus annullatur, num.*135.

*Emphyteuta ob non solutionem tunc cadit in commissum, domino volente, & declarante, n.*136.

*Contradictio contra collationem facta, spreto patrono inducitur non solum tacitè præsentante patrono intra tempus, sed etiam expressè, & etiam per appellationem interpositam à collatione, n.*137.

*Actus gesti inconsulto patrono qui revalidentur subsecuto, & superveniente patroni consensu, remissivè, n.*138.

*Appellatio in Parochiali per præsentatum asserentem se majorem partem patronorum, & vocum habere, interposita ab ordinario instituente alterum præsentatum, quem minorem partem vocum habere contendit appellans, an ut legitima suspendat, n.*130.

*Præsentato à majori parte patronorum & vocum debet fieri institutio, & præferri habenti minorem partem, n.*140.

*Jus patronatus competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut universis, quomodo consideratur respectu vocum pluralitatis, n.*141. *remissivè.*

*Institutio facta contemptis patronis est irrita, & propterea appellatio ab ea etiam in Parochiali, ut licita suspendit, num.*142.

*Appellationem interpositam per præsentatum (ut asserit) à majori parte ad Parochialem regulariter non suspendere executionem institutionis, ut verius defendit Author, n.*143.

*Institutio facta præsentato à minori parte patronorum, non dicitur facta contempto jure patronatus, n.*144.

Text. in d. c. decernimus 16. *q.*7. *mirificè interpretatur, ut procedat quando ordinarius confert beneficium ut malè collativum, ibid. & n. seqq.*

*Ordinarius instituens ad præsentationem patronorum quomodo fiat, jus patronatus agnoscit, & ideo institutio non est irrita, ex c. contempti juris patr. n.*145.

*Inter patronos vertente lite super jure præsentandi præsentatus à possessore sustinetur, etiam postmodum evicto jure patronatus à veris patronis, secus quando lis est inter patronos & Episcopum: & ratione, n.*146.

*Ordinarius instituens præsentatum à patrono non dicitur contempsisse jus patronatus, & ideo institutio non est nulla ipso jure, sed erit injusta respectu veri patroni, n.*147.

*Sententia lata contra probantem fundum suum esse, & ad alterum spectare declarans, non dicitur nulla ipso jure, sed tantum injusta retractanda per viam appellationis, non nullitatis, n.*148.

Sententia

Sententia, qua declaratur aliquem non habere jus patronatus, licèt probaverit habere tamen non potest dici nulla, sed injusta regulariter, n.149.

Superiorum tribunalium auditoribus cognoscentibus per viam violentiæ non pertinet regulare voces patronorum, sed vim notoriam dumtaxat tollere, n.150.

Quod maximè procedit in his controversiis super jure patronatus inter compatronos, quibus vix datur notoria injustitia absque intricatione, & dubitatione in jure, aut in facto, ac ideo in Parochialibus vim non fieri decernitur: secus si notorietas injustitiæ notorie apparet absque aliqua dubitatione, ibid.

Bald. à Cardinal. Tusc. sequutus declaratur, & ad juris terminos reducitur, n 151.

Præsentatus à majori parte patronorum instituendus est, num.152.

Ordinarius præsentatum à majori parte patronorum si non instituat, facit injustitiam, non nullitatem, n.153.

Si ex sententia facta patronorum & vocum computatione clerè patet mandari, instituendum præsentatum à minori parte, appellatio erit licita quoad utrumque, etiam in Parochialibus, n.154.

Exempla in comprobationem plura adducuntur, ibid. ubi late de errore apparente in sententia.

Ordinarius potest etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatus apponere Vicarios perpetuos in beneficiis curatis, unitis dignationibus, vel quibusvis Ecclesiis, constante appellatione, juxta Concil. Trid. de reform. c.7. sess.7. num.155.

Concursus non est necessarius in provisione Vicariæ perpetuæ, sed solùm ad nominationem, seu præsentationem ejus, cujus dignitati aut Ecclesiæ unita est Parochialis, faciendæ est institutio & provisio, n.156.

Vicariæ perpetuæ non sunt ad liberam electionem ordinarii, sed ad nominationem ejus, cujus Ecclesiæ aut dignitati Parochialis est unita, prævio examine coram ordinario erit facienda provisio, num.157. ubi refertur constitutio Pii V.

Monachi quando ad hanc Vicariam perpetuam nominari possunt per Abbatem, cujus Monasterio unita est Parochialis, n.158.

Appellationi interjectæ per superstitem collitigantem à provisione, seu concursu facto per ordinarium cedente vel decedente collitigante in possessione vel absque ea, si non deferatur, an vis fiat, n.159.

Ordinario non est prohibita provisio beneficii litigiosi cedente vel decedente collitigante in perpetuum, sed dumtaxat suspenditur ejus potestas, donec litis declaretur eventus, n.160.

Ordinarii potestas in provisione beneficii litigiosi suspensa est, quousque superstes evincatur, & executoriales effectum sortiantur, atque possessio avocata ab illo, n.161.

A provisione beneficii sive curati, sive simplicis facta per ordinarium cedente vel decedente collitigante, tanquam nulla ipso jure appellationi interjectæ non deferens vim facit, n.162.

Provisus contra formam & dispositionem c.2. ut lite pendente lib.2. est de facto removendus à possessione, n 163.

Subrogatio gratiosa in locum, jus atque possessionem collitigantis demortui, quomodo fiat, n.164. remissivè.

Dispositio c.2. ut lite pendente lib.6. habet locum in beneficiis juris patronatus, ita ut super eodem jure pendente lite, patronatus præsentare non potest, n.165.

Litigiosum non dicitur beneficium, nec lis super eo pendere, quando esset dumtaxat mota super possessione, tunc enim sola possessio litigiosa est, n.166.

Litigiosum non dicitur beneficium, quando super eo ut unito tantùm lis vertitur, n.167.

Litigiosum non dicitur beneficium, quando agitur super privatione beneficiati, nisi agens de privatione sibi simul petat adjudicari, n.168.

Concursus cessat in beneficio litigioso cedente vel decedente collitigante, cùm nec ordinarius conferre, patronus præsentare, elector eligere possit, n.169.

Concursus locum habet in parochiali litigiosa, quando per Pontificem facta est subrogatio gratiosa alicui, quam superstiti, n.170.

Concursus factus in subrogatione gratiosa electo ut magis digno non est facienda collatio, quousque lis finiatur & vincatur superstes, potest tamen admitti electus pro suo interesse in statu litis, n.171

Præsentatio debet fieri corporaliter coram ordinario, nec sufficit patronum mittere instrumentum præsentationis dumtaxat ordinario, n.172.

Præsentatus priùs quàm instituatur debet examinari, ut sciantur an sit idoneus, n.173.

Præsentatio non facta præsentialiter & corporaliter præsentati erit nulla & patrono currit tempus, n.174.

Præsentatio de clerico absente erit nulla, n 175.

Formam annullativam non inducunt omnia contenta in Concil. Trident. sess.24. de reform. c.18. circa provisionem parochialium, n.176.

Exempla reddumtur in deputatione Vicarii, seu œconomi & in edicto cum majori termino apposito, item quod eligatur magis dignus, quorum omissio non reddit provisionem nullam, n.177.

Beneficiorum simplicium provisio ex quibus nulla reddatur, ut appellationi ab eo omnino deferatur, n.178.

Edicta omnino & necessariò præcedere debent provisionem beneficii sive simplicis, sive curati, quod sit juris patronatus, aliàs erit nulla, n.178. aliud est in beneficiis merè collativis, ibid. & num. seqq.

Edicta debent continere terminum competentem & peremptorium, n.180.

Edictum non sufficit, sed debent specialiter & nominatim citari patroni, qui sunt certi & cogniti, aliàs provisa erit nulla, n.181.

Provisio beneficii merè collativi nullam requirit etiam per edictum citationem regulariter, n.182.

Edictorum, oppositio emissa in beneficio juris patronatus, licèt vitietur, non tamen vitiat præsentationem, n 183.

Concil. Trid. sess.7. de reform. c.13 quam formam induxerit in provisione beneficiorum simplicium, n.184.

Appellari non potest nominatus seu præsentatus ad beneficium simplex, quominus examen subire teneatur, n.185.

Nominatus seu præsentatus ab Universitatibus & Collegiis generalium studiorum non tenetur examen subire in beneficio simplici, n.186.

Concil. Trid. d.c.13. de reform. sess.7 interpretatur, & ejus verba ponderantur, ut loquatur in præsentatis ab Ecclesiasticis personis, ibid.

Ordo datus formam inducit, 187.

Examen requiritur etiam in beneficiis simplicibus juris patronatus mixti, n.188.

Examine non excusatur etiam quilibet notoriè doctus, num.189.

Præpositio ordinis inducit nullitatem & appellationem, num.190.

In provisionem canonicatuum Doctoralis & Magistralis multa pro forma requiruntur, de quæ n.191.

Canonicus, qui non interfuit lectionibus aut postorum ad Doctoralem seu Magistralem an possit votare: & electio an sit irrita, n.192.

Canonicus in provisione Doctoralis, &c. an possit per Procuratorem vocare, & an procurator teneatur jurare sicut mandans, n.193. remissivè.

A Capitulo peccante in forma electionis tam Doctoralis & Magistralis, quàm caterorum, appellationi emissæ omnino erit deferendum, & de pluribus officialibus irritantibus electiones Doctorales, &c. n.194. & sursum.

De provisione beneficiorum tam simplicium quàm curatorum plura annotantur remissivè, n.195.

Provisio beneficii sive simplicis sive curati facta judicialiter, substantialia judicii debent servari, aliàs omissio

causam præbet appellandi suspensivè, quamvis aliàs servata sit forma Trid. n.195.
Omnis dispositio de mundo loquens de actu, de valido intelligenda est, n.197.
Bulla Pii V. disponens sententiam transactam in rem judicatam mittendam executioni, nisi sit nulla ex defectu citationis, jurisdictionis, aut mandati; subintelligitur etiam de alia nullitate ex defectu substantialis actus judicii, quantumvis limitatè loquatur de illis tribus nullitatibus, n.198.
Executio prædicta sententiæ ut impediatur sufficit, ut nullitas aliunde proveniat, etiamsi non sit expressa in Bulla Pii V. n.199.
Bulla prædicta licèt dissonat super aliqua forma, non tollit nullitatem provenientem ex forma non servata, aliàs à jure requisita, n.200.
Statum disponens aliquam sententiam exequendam non obstante appellatione, nec alio statuto, nihilominus non censetur exclusa nullitas proveniens ex forma alterius statuti non servata, n.201.
Verisimile non est, ut uno statuto disponente super solemnitatibus alicujus actus, velit tollere solemnia alicujus statuti, n.202.
Concil. Trid. quamvis det formam provisioni Parochiali exequendæ appellatione non obstante, si judicialiter procedatur, intelligitur si non sit nulliter processum, n.203.
Privilegium quantumvis latæ ampliationis non debet ita interpretari, ut contineat plures specialitates, n.204.
Facultas testandi concessa inhabili intelligitur servata forma in testamentis requisita, n.205.
Citationis omissio judicium & sententiam reddit nullam, num.206.
Citatio nova est necessaria, quoties judicis aut partis datur mutatio, n.207.
Citatio nova requiritur ad probationem faciendam, quando primus receptor, qui semel citavit, sit mutatus, & alius subrogetur ad probationes recipiendas, n.208.
Litigans si moriatur, nova citatio cum relatione status litis in successorẽ est necessaria, aliàs corruit judicium, n.209.
Licentiatus Don Garcia Lopez Salgado à Sotelo Authoris charissimus Frater laudatur in cujusdam facti contingentia, n.210.
Jurisdictionis tam delegatæ quàm ordinariæ defectus insanabilis nullitas est, & ejus materia, remissivè, n.211.
Mandati & legitimationis personarum defectus nullam reddit sententiam, n.212.
Ad nullitates reddentes judicium nullum tam in temporalibus quàm in beneficialibus qui videndi, n.213.
Sententia lata in tam brevi tempore, tantaque festinatione, ut verisimiliter processus inspici non potuit, est nulla ipso jure, n.214.
Geminian. invehit in judices qui præcipiantur proferunt sententiam, ita ut possit præsumi non adhibuisse causæ cognitionem, n.215.
Appellationi minùs solemniter, aut aliàs nulliter propositæ etiam ab actu & sententia, aliàs sui natura appellabili; deferendũ non est, nec impedit executionem illius, n,216.
Appellatio ex quibus causis nulliter proposita dicitur, ut ejus delationi locus non sit, seriatim, obiter tamen recensentur, n.217
Appellationi propositæ aut proponendæ renuntiata per partem tacitè vel expressè non est deferendum, n.218. & quæ tacita sit renunciatio, ibid.
Terminus appellationis à quo tempore currat, & an de momento ad momentum, n.219.
Appellationis dies à principio sunt utiles, quoad progressum continui, n.220.
Ratificatio appellationis debet fieri intra terminum ad appellandum, n.221.
Terminus ad appellandum currit à tempore scientiæ & notitiæ, n.222.
Scientia & notitia procuratoris cum quo lis acta fuit ad appellandum, nocet domino, & illi ex tunc currit, n.223. & 228.
Ignorans semper dicitur esse intra terminum ad appellandum, n.224.
Intimatio sententiæ quomodo facienda est condemnato, ibid. remissivè.
Gesta intra decem dies ad appellandum à tempore sententiæ, licèt sint nulla & attentata; tamen gesta post illos, & antea quàm perveniat sententiæ tenor ad notitiam condemnati, non revocantur per viam attentati, quia non sunt nulla ipso jure, sed per viam justitiæ, n.225.
L.1. C. si sæpius in integ. rest. post. exornatur in illis verbis (appellare enim debuistis si sententia vobis displicebat) num.226.
Terminum sibi assignatum, ad aliquid gerendum labi permittens, censetur illi renuntiare, nec ulteriùs audiendus, num.227.
Appellari an & quando possit post decem dies, & de aliis substantialibus appellationis, remissivè, n.228.
Renunciatio appellationis quando expressè per transactionem fiat, n.229.
Renunciatio per pactum de non appellando valet, & non suspenditur sententiæ executio, n.230.
Renunciatio appellationis inducta per pactum de stando unicæ sententiæ valet, n.231.
Appellatio à sententia & actu nullo admittitur, & suos operatur effectus, n.232.
Appellandi necessitatem à sententia nulla tollit jus, non facultatem, ibid.
Nullitas non principaliter, sed per viam appellationis proposita appellationis naturam assumit, & causat attentata, n.233.
Appellationi à sententia notoriè nulla ex aliquo defectu lata etiam aliàs privilegiata & inapellabili nisi deferat judex vim faciat, n.234.
Appellationi informiter aut nulliter propositæ à sententia sui natura appellabili deferendum non est, n.235.
Sententia lata contra vel pro defuncto valet, quando procurator in vita fuisset per contestationem factus Dominus litis, vel quando Dominus satisfecit de judicato solvendo, dummodo sententia concipiatur in persona procuratoris, n.236.
Et quid si dominus sine hærede decessit, etiamsi' Procurator sit in rem suam cessionarius, aut in causa possessoria, num.237.
Sententia contra mortuum valet, quando judex ignoravit mortem, n.238.
Mandatum factum à Prælato vel Rectore Ecclesiæ in his quæ spectant ad ipsam Ecclesiam, finitur morte Prælati, aut Rectoris etiam lite cœpta in vita illorum, n.239.
Instrumentum præsentatum coram alio notario, quam coram quo acta & lis tractantur, non prodest, etiam si alter notarius sit ejusdem tribunalis & judicii, n.240.
Acta gesta in una causa non probant in alia, etiãsi utraque, tractetur coram eodem judice, nisi eorum fiat reproductio, nec judex potest supplere ex capite notorietatis, n.241.
Solemnitates de jure & Rotæ stylo essentialiter requisitæ, si omittatur relevant, ubi de contrario stylo Hispaniæ apparet. n.242.
Stylus & consuetudo respiciens ordinaria judicii debet attendi illius tribunalis, ubi lis tractatur, n.243.
Stylum judicis à quo tenetur servare judex appellationis, num.244.
Stylus Hispaniæ, ut unica citatio sufficiat pro toto termino probatorio etiam prorogato sustinetur à Rota, n.245.
Stylus Hispaniæ approbatur, quo terminus probatorius eodem tempore currat actori & reo, n.246.
Reus si insistat ex aliqua causa, ut priùs sibi non præfigatur dilatio ad probandas suas exceptiones, quousque actor suam probet intentionem in judiciis Ecclesiasticis obtinebit, n.247.
Rotæ stylus observat, ut examen testium sit nullum, si fiat

à

à Notario recuſato, quia ſola ſuſpicio jurata illum removet in totum, n.248.

Stylum Hiſpaniæ, quo Notario recuſato detur adjunctus re non integra ad examinandos teſtes, Rota Romana approbavit, n.249.

Stylus qui ſervandus in examinatione teſtium faciendæ in Hiſpania ſuper lite pendente in Rota & per ejus delegatum, ſeu receptorem, vel Rotæ attendendum eſſe, reſolvitur, n.250. ubi quid quando ipſe recuſetur, an in totum removeatur.

Stylum Hiſpaniæ contrarium ſtylo Rotæ pluries approbavit ipſa Rota, n.251.

Citatio ad ſententiam eſt omnino neceſſaria, aliàs ſententia eſt nulla ipſo jure, n.252.

Stylus Hiſpaniæ requirit citationem ad ſententiam, ſed concluſio in cauſa ejus vim obtinet, & hunc ſtylum pluries approbavit Rota, n.253.

Concluſio in cauſa ſemper ſupplet citationis ad ſententiam defectum, initmata utrique parti poſt ejus diſcuſſionem, num.254.

Quod fallit ſi concluſio non eſt formaliter & ſolemniter facta, num.255.

Stylus Rotæ licèt obſervet ut executoriales poſt intimationem in Rota reproducantur, aliàs executio dicatur attentata; tamen contrarius Hiſpaniæ ſtylus approbatus eſt, n.256.

1 CLAVIS eſt totius tractatus hujus capitis materia, ad quam paſſim confugiunt experti ſupremorum tribunalium advocati dum certant, deferendũ eſſe appellationi interpoſitæ ab aliqua ſententia ſui natura privilegiata, & executionem merente, ejuſque effectum dum impedire aut impugnare procurant, ſatagunt diligenter, inquirentes, cunctáſque proceſſus particulas rimantes, an fortè aliquis ex eo defectus queat detegi, qui nullam reddat ſententiam, juſtificetque appellationem emiſſam.

2 Et non quidem immeritò, quoniam quando nullitas aut evidens iniquitas (quæ in hac materia æquiparantur, ut expreſsè probant Doctores omnes referendi) ex inſpectione actorum, & proceſſus apparet, dicitur notoriè, & evidenter, in promptúque conſtare, notant DD. *in cap. inter cæteras de ſent. & de re jud.* Curtius ſenior *conſ.59.col.6.* Ancharan. *conſil.211* Fel. *in c.cum dilectis n.14 de calumnia.* Aret. *conſ.75.* Gozad. *conſ.72.* Abb. *conſil.55.n.2.lib.2.* Ruin. *conſ.88.lib.1. & conſ.36. lib.5. & conſ.62. & conſ.137.col.lib. & conſ.196.* Guido Papæ *deciſ.50.* Urſil. ad Afflictum *deciſ.283.n.1.* plures refert Menoch. *conſ.110.n.72.lib.2.* Avend. *reſponſo 26. num.10.ad fin.* Covarr. *in pract. quæſt.3.p. cap.5. num.3.* Octalora *de nobilitate 3.p.c.5.n.3.* Didacus Perez *in l.2. tit.15.lib.3 ordin.gloſſ.1.verſ.intellige & limit.* Mexia *ad l.Toleti.in reſponſ. ad primæ partis ſecundum fundamentum num.35.* Azeved. *in l.2.tit.17.lib.4. recop. n.30. cum ſeqq.* Guttier *in pract.quæſt.lib.1.q.96.n.5. & ſeqq.* plures citat Ozaſcus *deciſ. Pedemont.142.num.33.* Cæſar. Barz.

3 *deciſ. Bonon.55 n.5.* qui omnes unanimiter probant, lege, ſeu ſtatuto excludentibus nullitatem omnem, non comprehendi, nec intelligi nullitatem ſeu iniquitatem notoriam, & manifeſtam, quæ tunc dicitur, quando ex inſpectione proceſſus apparet; & regnicolæ noſtri diſputant, an cenſeatur excluſa hodie ſtante *l.Regia 2. tit.17.lib.4 recop.* ſtatuente terminum 60. dierum quo nullitas adversùs ſententiam alleganda ſit, quos per te vide.

Ac ideo quando nullitas apparet notoriè; puta, ex inſpectione actorum, juſta eſt, & legitima ratio cauſaque appellandi, etiam à ſententiis privilegiatis, & ſui natura in appellationibus, vel aliàs tranſactis rem judicatam, eſſéque in promptu tunc appellandi rationem, dicunt Doctores ſtatim citandi. Et hujuſmodi appellationi niſi judex deferat, vim faciat manifeſtam, cum ſuſpendat ſententiæ executionem, & habeat utrumque effectum ſuſpenſivum, devolutivum ſimul, ſcripſere Bald. *in c. paſtoralis § præterea n.5. de off. deleg.* Aufrerius *in addition. ad dec. Tholoſ. decuſſ. ult. num.3.* idem Bald. *conſ.367.col.1.* Capitius *deciſ.167. num.3. gloſſ.5. ex congue in verbo, poſt appellationem, de reſtitutione ſpol.* Abb. *in d. c. paſtoralis col. penult. verſ. 39. effectus amp.* expreſsè *in conſil.44 in præſenti quæſtione colum.2.* Decius *conſ.45. præſtat. ſi nova in 5. fundamento.* Natta *conſ.172.num.4.lib.1.* Guillel. de Cunis *in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum ff. de minorib.* Alex poſt alios *in conſ.2. num.11. & 12. vol.3.* & idem *in l.4. §. condemnatum, ff. de re judic. colum.2.* Abb. *conſ.55.col.1.* Roman. *conſ.334. n.1. & ſeqq.* Fel. *in c. cauſam quæ n.6. de reſcript.* Ferret. *conſ.308.n.5.verſ.nec obſtat.* Caputaquen. *deciſ.166 p.2.* Rota *deciſ.100.n.12.p. diverſor.* plures citat Mareſcot. *variar. reſolution.lib.1. c.86.à n.28. & c.87.num.29. cum ſeqq.*

Et quòd quando appellatio eſt in promptu; puta: 5 quia incontinenti juſtificatur appellatio; ſit legitima, etiam in caſibus privilegiatis, & aliis inappellabilibus, ex Guillel. de Cunis *in l. ſi ex cauſa §. nunc videndum, ff. de minor.* ſequitur Bald. *in l. conſentaneum n.23.verſ. quæro numquid a tali miſſive, C. quomodo & quando judex* Nicel. *in concor. gloſſ. concord. 6. fall.6. fol.n.16. in prima moderatione fol.191.* Aufrer. *ad Cæſ. Tholoſ. dec ult. ſub n.2.* Cæſar. Contar. *in l. unic. C. ſi de mon. lim. 12 n.1.* qui alios citat.

Et quod idem, quod nullitas operetur, evidens iniquitas, & injuſtitia notoria, ut ſcilicet, ſententiæ executionem impediat, prout Bald. *in d. l.unica col.1. c.5. verſ. denuo quæro.* Abb. *conſ.55. in cauſa quæ l.2.* Maranta *in ſpecul. p.6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, limit 6.n.311. fol.505* Veſtrius *in praxi lib.7. c.3. verſ. aut ubi, ſub num.6 fol.195.* Lancelot. *tract. de attent. p.2.c.12.limit.25. n.15.* Achilles Perſo. *tract. de adipiſ. ſub num.317. verſ. præterea dat. tom.3.p.2. fol.69.* Joan. Baptiſt. Pontaneus *tract. de ſpol. lib.4. c.3.n.50. verſ. quocumque fol.336.* dicens, quòd reſpectu notoriæ iniquitatis, numquam intelligitur appellatio prohibita, latè Contard. *in d.unica lim.9 n.2* Zachard. *in l.6. c.447. C. de edicto D. Adriani tollen.* Menoch. *de adipiſ. poſſeſſ. rem 4.quæſt.100.n.105.* Aymon. Craver. *conſil.3. judex habens n.18.verſ.11. facit*, plures alios citat Mareſcot. *variar. reſolution.d.lib.1.cap.86.num.29. & cap.87.n.33.* Hieronym. Gabriel. *conſil.28.n.7.lib.2.* Puteus *dec.401.* Mohedanus *de ſpol.2. de teſtib. & deciſ.11. de re jud.* Staphileus *de literis juſtitiæ 2. num.10. verſ. Hinc eſt, & num.12. verſ. quæ aut pro parte*, Ozaſcus *de ſpol. Pedem. 25 ſub n.22.* Menoch. *de adipiſc. rer.4 n.854.* & in terminis, ut niſi hujuſmodi appellationi judex non deferat, vim faciet, deferreque & reponere jubetur in tribunalibus: probat alios allegans charus mihi Gaſpar. Rodrigez *in ſuo tract. de annuis, & recoll. reddit. lib.1. cap.17 num 66. poſt medium.* & hoc jure utimur, ideque etiam ſolicitationibus pluſquam notum eſt, praxiſque incommutata, & quotidiana ſupremorum tribunalium, ad quæ confugitur per viam violentiæ & recurſus, licèt inadvertenter (ne dicam temerariè) aliud adversùs eundem Rodriguez dixerit Seſe *in addit. 114. n.6. & num.14. cum ſeqq. 2.p.* ut etiam ex dicendis apparebit, quia ſententia nulla executionem non meretur probat text. elegans *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud.* nec nomen ſententiæ meretur: imò diſpoſitio loquendo de aliquo actu, intelligitur de valido, non tamen nullo, ut notant Bart. Iſſ. & omnes per text. *ibi in d. §. condemnatum*, & quod nullum eſt, effectum non ſortitur *l. non dubium*, ubi Doctores *C. de legib.* ultra Cardinal. Tuſchum *verb. diſpoſitio omnis intelligitur de actu valido, concl.504. per tot.* & iterum *tom.6. concl.87* latè Cephal. *conſ.160.num.11. & ſeqq* Rollan. à Valle *conſil.14. n.25. volum.1. & conſ.49.n.29.vol.4.* idem *in conſ.72. num.24.*

6 Et quod idem, quod nullitas operetur, evidens iniquitas, & injuſtitia notoria, ut ſcilicet, ſententiæ executionem impediat, prout Bald. *in d. l.unica col.1. c.5. verſ. denuo quæro.* Abb. *conſ.55. in cauſa quæ l.2.* Maranta *in ſpecul. p.6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, limit 6.n.311. fol.505* Veſtrius *in praxi lib.7. c.3. verſ. aut ubi, ſub num.6 fol.195.* Lancelot. *tract. de attent. p.2.c.12.limit.25. n.15.* Achilles Perſo. *tract. de adipiſ. ſub num.317. verſ. præterea dat. tom.3.p.2. fol.69.* Joan. Baptiſt. Pontaneus *tract. de ſpol. lib.4. c.3.n.50. verſ. quocumque fol.336.* dicens, quòd reſpectu notoriæ iniquitatis, numquam intelligitur appellatio prohibita, latè Contard. *in d.unica lim.9 n.2* Zachard. *in l.6. c.447. C. de edicto D. Adriani tollen.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. rem 4.quæſt.100.n.105.* Aymon. Craver. *conſil.3. judex habens n.18.verſ.11. facit*, plures alios citat Mareſcot. *variar. reſolution.d.lib.1.cap.86.num.29. & cap.87.n.33.* Hieronym. Gabriel. *conſil.28.n.7.lib.2.* Puteus *dec.401.* Mohedanus *de ſpol.2. de teſtib. & deciſ.11. de re jud.* Staphileus *de literis juſtitiæ 2. num.10. verſ. Hinc eſt, & num.12. verſ. quæ aut pro parte*, Ozaſcus *de ſpol. Pedem. 25 ſub n.22.* Menoch. *de adipiſc. rer.4 n.854.* & in terminis, ut niſi hujuſmodi appellationi judex non deferat, vim faciet, deferreque & reponere jubetur in tribunalibus: probat alios allegans charus mihi Gaſpar. Rodrigez *in ſuo tract. de annuis, & recoll. reddit. lib.1. cap.17 num 66. poſt medium.* & hoc jure utimur, ideque etiam ſolicitationibus pluſquam notum eſt, praxiſque incommutata, & quotidiana ſupremorum tribunalium, ad quæ confugitur per viam violentiæ & recurſus, licèt inadvertenter (ne dicam temerariè) aliud adversùs eundem Rodriguez dixerit Seſe *in addit. 114. n.6. & num.14. cum ſeqq. 2.p.* ut etiam ex dicendis apparebit, quia ſententia nulla executionem non meretur probat text. elegans *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud.* nec nomen ſententiæ meretur: imò diſpoſitio loquendo de aliquo actu, intelligitur de valido, non tamen nullo, ut notant Bart. Iſſ. & omnes per text. *ibi in d. §. condemnatum*, & quod nullum eſt, effectum non ſortitur *l. non dubium*, ubi Doctores *C. de legib.* ultra Cardinal. Tuſchum *verb. diſpoſitio omnis intelligitur de actu valido, concl.504. per tot.* & iterum *tom.6. concl.87* latè Cephal. *conſ.160.num.11. & ſeqq* Rollan. à Valle *conſil.14. n.25. volum.1. & conſ.49.n.29.vol.4.* idem *in conſ.72. num.24.*

num.24.volum.... Natta *cons.*402. *num.*54. ubi plurima exempla reddit. Castrensis latè *in cons.*50.*vol.*2. Romanus *cons.*42.*n.*3 Ruin.*cons.*78 *n.*8.*colum.*4.idem Cephalus *cons.*170.*n.*51.latè Tiraquel.*de retract.lignagier,*§.1. *gl.*2.*à n.*5.*& per tot.* Bursanis *cons.*82. *n.*4. plures citat Corbulus *de jure Emphy. tit.de causa princ. ab alien.*22. latè Surdus *cons.*3. *num.* 2. *cum pluribus seqq.* & idem *in decis.*122. *à n.*5. & alii, quos citavi *ad fin hujus cap.* & passim alibi per eosdem.

12 Quoniam omnis dispositio de mundo, disponens circa aliquem actum non intelligitur de nullo;etenim, quod nullum est, caret executione, nomine, & effectu & prout non factum reputatur, *l.non putavit.*§.*non quævis*, ubi Bart. *de bonorum poss. contra tabul.l.*1.§.*quod autem*,ubi Bart.*ff.de offi. præfecti verb.* Bald.*in l. cum precibus C.de probat. l.*§*uties.* ubi Iss.*ff.qui satisf. cogan.c. Nicolao.* ubi Bald.*de app clem.fi.ut lite pendent.l.si pater.C.ne de stat.defuncto.l.*sicut § 1.*ff.de oper. liber.c. veniens, & c. cum Apostolica de sponsal. lib.*2.*ff. de injusto. rupto*, §. *ex eo autem subsit. quibus mod. test.in fi.l.*1.*in fi. cum l.seq.ff. de authorit.l.quoties,ff. qui sat. cogan. l. de etate* §.*quod ait prætor.ff.de interrogato. actio. l. non dubium. C. de legib.c. quæ contra.jus,& c.non præstat.de regul.jur.in* 6.*cap.*2. *de transl. prælato clem.*1. *de immun. Eccl. imperiali* 25 *q.*2. Bal.Innoc.& Joan. Andreas, *in c.dudum de decimis.* Iss. *cons.*1.*n.*8.*vers.& propterea vol.*1.Bart.*in. l.*1.§.*parvi refert.quod vi aut. clam.*Rom.*cons.*42.*n.*3.Ruinus *cons.*78. *num.*8.*col.*4.Barba. *cons.*42. *num.*10.*& seq.vol.*1.Decius *cons.*466. *num.*28.Archid.*in c.non ita in princ.*2. *quæst.*6. Paul.Card. *in l.*1.§.1 *ff.de feriis.*Bal.*in l.post princip.C.ex delict.defunct.*idem Bal.*in cap.*1.*col.*3. *de milit.vasall.qui cont.*Guid. Pap. *q.*150.latè Fel.*in c.in literis col.*4.*vers.*8. *limit.de off. delegat.* Guido Papæ *quæst.*200. incipit *Eymard.*Roman.*cons.*306.idem Rom.*singul.*31.*viso exemplo* Guido Papæ *quæst.*134. *si judex, cum seqq.* Capicius
13 *decis.*35. *si judex cum seqq.* & quòd per actum nullum nec interrumpatur præscriptio; non perpetuetur jurisdictio, non rumpatur primum testamentum validum, nec inducatur nulla fides, nec litis pendentia, nec tribuat causam præscribendi, nec per actum nullum potestas expiret, quominus iterum fieri possit, item, ut examen testium nulliter factum, nonderogat primis depositionibus, nec publicatio rectè minùs facta,impedit,nec per actum nullum cadit quis in commissum,& de aliis pluribus doctrinis accuratè congessit Vantius *in tract. de nullit. sententiarum tit. quoties & intra quod tempus de nullit. agi possit.* Et nunquid pariat aliquos juris effectus,& quos *à prin.*& maximè *à n.*26.*cum seq.*
14 apud quem, & cæteros authores, juraque, diversos videbis & elegantes casus,multa etiam vide per Tiraq. *de retract. lignagier.*§.1.*gl.*2.*à n.*5. *cum seqq.& in tract. de leg. connubia.tit.*15.*gl.*8. *quæst.*24.

15 Hinc est, quòd clausula in rescripto apponi solita; scilicet(parito judicato) non operatur nisi in his solùm casibus,in quibus sententia transivit in rem judicatam, vel aliàs meretur executionem, quia rescriptum Principis recipit interpretationem à jure communi, *l.rescri-*
16 *pta C. de precibus imper.offer.*secus si sententia sit nulla, nec mereatur executionem, quia tunc hæc clausula nihil operatur,Roman.*cons.*334.*num.*1.*& seqq.*Felin. *in c.causam quæ n.*6.*vers.& istam regulam, de rescriptis.* Ferret.*cons.*308.*n.*5.*vers. nec obstat.*Caputaq *decis.*266. *p.*2 Rota *diversi.*100.*n.*12.*p.*1.ubi hæc clausula fuit intellecta conditionaliter, hoc est,quatenus adesset judicatum Maresc ot. *variar. resolution.lib.*1.*cap.*87. *à n.*30. ubi testatur,hoc idem fuisse resolutum in una Toletana Capellaniæ 14. Aprilis 1595.coram Candin.Millisio,& in una Faventina Monasterii 21. Junii 1607. coram Penia,in qua post arduam disputationem,tandem præ-
17 valuit opinio dicentium; clausulam istam intelligi vigore sententiæ validæ non tamen nullæ,quia nihil est & advertit ipse Maresc otus *ibi num.*31. quod ad hunc effectum nullitas debet esse evidens,& debet ex eisdem actis resultare, Caputaq. *decis.*266. *p.*2. Cavar. *practic. quæst. cap.*25. *n.*2.

Et idem dicitur pariformiter de sententia notoriè 18
injusta, quæ similiter non transit in rem judicatam, & ideo dicta clausula (parito judicato) tunc non operatur, ut fuisse determinatum in Rota in una Romana Mediola.6. Februarii 1609. coram Coccino, & in una Illerdens. Canonicatus 24. Maii 1596. coram Orano, testatur Maresc ot. *var. resol. lib.*1. *c.*87. *n.*33. ubi alios Doctores citat.

Hinc est, quòd licèt regulariter appellatio non ad- 19
mittatur à sententia lata in remedio *l. fin. C. de edicto D. Adr.* tamen quando ratio appellandi est in promptu,quia constat de nullitate,& iniquitate sententiæ notoriè; puta ex actis:tunc nisi deferatur appellationi hujusmodi propositæ vis fiet, quoniam cùm sit legitima, utrumque effectum devolutivum & suspensivum habere,probant Bald.*consil* 141.*præmissis verbis col.*2. *vers. unde si judex, & colum.ult. vers. vel quando est notoriè, lib.*1.Alexand.*cons.*91.*n.*3.*lib.*6.idem Alexand.*consil.*77. *colum.penult.& ult. lib.*2. latè Zuchard. *in repet.l.fi.C.de edicto D. Adrian.n.*440. *& seqq.* idem affirmat Calcan. *cons.*83.*n.*1.Bal. *in l.consentaneum col.*3. *vers. quæro. nunquid à tali immissione*, Decius *in l.*1.*col.penult. vers.*6.*& ult. C.de bonorum poss. secundum tab.* Bal. *in l.quisvis in princ.C.quorum app.non rec.*Joseph.Ludov. *decis.*39.*n.*9. Natta *cons.*172. *n.*4.*lib.*1.& post alios, quos recensct Ozasc. *decis. Pedemon.*25. *num.*13. Menoch. *de adipis. poss.rem.*4.*n.*850.*& seqq.*Achil.Personal. *tract. de adipis. sub num* 347.

Quò etiam pertinet, quod quamvis à sententia con- 20
cedente executionem virtute obligationis Cameralis, aut guarentigiatæ non admittatur appellatio suspensiva: tamen si ipsa sententia aliquo ex capite nulla appareat notoriè ex eisdem actis appellationi ab ea emissæ (cujus ratio sit in promptu) omnimodo deferendum est. Ita ut ad executionem devenire judex non queat, sed vim faciat, tenet eleganter Gutier. *in pract.quæst.civil. lib.*1.*quæst.*120.& *q.*119.ubi in comprobationem multa adducit, sequitur Xuar. *in repet.l. post. rem.in declarat. l.regni. vers. sed providentia, in fin. n.*51. *ff. de re jud.* ipse Gutier. *in d. quæst.*119.*num.*5 probat, hanc limitationem locum habere in terminis,de quibus loquimur: quando nullitas est notoria evidens ex actis, ubi respondet *ad l.* 64. *Tauri* excludentem nullitatis allegationem, ut non procedat in hac notoria ex actorum inspectione, sequitur etiam Amad. Rodriguez *in tract. de execut.c.*6.*n.*52. Azeved. *in l.*3 *tit.*21.*n.*7.*lib.*4 *Recopil.* & loquendo in terminis violentiæ, ita dicit nostras Gaspar. Rodrig. *de ann. redd. lib.*1. *c.*17.*n.*66. *ad finem*, quibus adde Avend. *in tract.de exequen. mand. lib.*1.*cap.*30.*num* 9. ubi dicit, justissimum esse in casu,
quo sententia, vel contractus reducitur ad non esse 21
virtute restitutionis in integrum, quod de tali nullitate opponi posset, ut impediatur executio, quia de hujusmodi sententiis,aut contractibus nullis non loquuntur jura, quæ præcipiunt fieri executionem, ut notat Angel.Aret. *in l.*1.§.1.*ff a quibus appell. non licet.* Guido Papæ *in decis.*38. Petrus Ferrar. *in sua pract. form.*26. Paul. Castrens. *in l.*1.§.*de pupill.& in l.fi. ff. de constit. pecun.* Bald. *in l. si absentis in fin. C si certum petatur. & in l. generaliter.*1.*col.C.de Epis.& Cler.& in l.*1. *C.si à non compet. jud.* & quando instrumentum, quod exequitur, est inefficax,aut nullum,loquitur Bald.*in l.fin.*§. *in computatione.C.de jure deliberand. & in l. hac edictali C.de secundis nuptiis*, secus ab Avend.*ibi*, qui *n.*8.*ad fin.* dicit, debere constare de hac nullitate notoriè, hoc est, ex eisdem actis, secundùm Doctores ibidem per
eum allegatos. 22

Et hinc etiam est, quòd nullitas, quæ notoriè constat, putà, per inspectionem processus; non aliunde:

impedit

impedit trium ſententiarum conformium executionem, ut in uno plures referam, tenet Natta *conſ.* 172. *num.* 5. *tomo* 1. & ut infinitos taceam, latè & optimè Ozaſcus Chaquuri. *in deciſ. Pedemon deciſ.* 142. *n.*34. Cov. *in præl. quæſt. c.*25. *a princ.*

23 His convenit, quod ex noſtra propoſita doctrina aliàs infert Marc Anton. Natta *conſ* 51. *tom.*1. *num.*21. dicens quòd cùm ut icumque prohibetur appellatio de jure appellari tamen poteſt ubi conſtat ex actis de manifeſta iniquitate, & nullitate, quia ceſſat præſumptio tunc quæ erat pro ſententia ſecundùm Ant. de Butri. & alios *in c. inter cæteras*: per illum text. *de re indi.* & Bald. pluribus locis relatis per Alex. *conſ.*107. *themate. colum. fi. lib.*3. *&* *in l. ac pupillo* §. *qui opus colum. fi. de operis novi nuntiatione*. ac ideò cùm introductum ſit; ne appelletur à præfecto prætorio, quia credit Principes; eam, qui ad tantum officium fuerit admiſſus, non aliter judicare, quàm ipſe princeps foret judicaturus, *l.*2. § 1. *ff. de off. præfecti præto.* quæ præſumptio juris tunc ceſſat: cùm oſtenditur manifeſtè de ſententiæ nullitate, & iniquitate, ideo cùm hujuſmodi caſu liceat appellari: ſequitur quòd executio impeditur, cùm appellatio judicatum ſuſpendat. *l. furti.* §. *ff. de iis qui not. infamia l.*1. §. *fi. ff. ad Turpill.*

24 Sed ut clariùs (brevibus tamen) res, quam agimus pateat adnotare cenſui, quòd nullitas notoria in genere ſumpta, prout eſt manifeſta, & evidens; dividetur in tres ſpecies Prima ſpecies eſt quando nullitas poteſt incontinenti probari, ſeu paratas habet probationes, ideóque non requirit altiorem indaginem, & hæc apppellationis notorietas, & manifeſta impedit executionem unius ſententiæ, ſive privilegiatæ ſui natura, quia meretur executionem, ut in poſſeſſoriis, alimentis, obligatione camerali, & ſimilibus: ſive quia tranſit in rem judicatam, quia in executione ſententiæ debet adhiberi cognitio ſummaria Bart. *in l.*4. §. *condemnatum ſub num.*3. *ibi, ſi verò incontinenti ff. de re judic.* Soci. *in reg.*122. *exceptio nullitatis fallen.*1. Vitalli. *tract. de clauſ. nihil, novari nullita. penden. n.*7. *in fi. & num.*8. *tom.*18. *fol.*282. Staphil. *tract. de ſignat. liter. juſti. rub. de ſanati. contract. invali. ſub n.*12. *fol.*288. *in parvis.* Cæſar. Cont. *in l. uni limit.*7. *n.*56. *&* 57. *&* *n.*65. *verſ. pro complement. C. ſi de momen. poſſ.* Galleſius *ad formam camera obl. g. p.*1. *q.*3. *n.*3. *&* 4. *tomo* 6. *p.*2. *f.*351. Phil. Franc. *in c. dilecto* 63. *ſub n.*26. *quæſt.*10. *verſ. circa ſecundum de effectu appellationis, de appellatio.* tenet exactè Eſcacia *de appellatio quæſt.* 19. *rem.*1. *concluſ.*4. *num.*30. *&* *num.*72. aut

25 agitur de executione unius ſententiæ, & iterum *conſ.*5. *num.*5. ubi quòd hoc caſu, quando tractatur de exequenda unica ſententia, nullitatis exceptio impedit executionem, ſive nullitas probetur evidenter ex actis, vel aliunde, incontinenti tamen, & poſt Staphileum *de literis juſtitiæ*, §. *poſtremo quoad hanc ſignaturam n.*14. *verſ. & ideo &* §. *ſecundum num.*10. 11. & 12. Oldral. *conſ* 106. incipit. *quod litera.* Alexand. *conſ.*77. *n.*15. *lib.*2. *&* *in d.* §. *condemnatum n.*7. & ibi Ripa *n* 17 Ruinum *conſ.*131. *lib.*4. Veſtrium *in praxi lib.*8. *cap.*1. *n.*7 tenet Mareſc. *variar. reſol. lib.*1. *cap.*86. *num.* 28 loquendo quando in cauſa nullitatis, ad effectum ſuſpendendæ executionis aliquid eſt probandum, ſcilicet incontinenti. Covarr. (qui de magis communi teſtatur) *practi. cap.* 25. *in princ. &* *num.* 2. Lancel. qui plures cumulat, *tract. de atten. p.*2. *c.*17. *n.*94. Anton. de Cavar. *in tract. de executione inſtr. q.*11. *ſub n.*21. ibi, *quandoque eſt aliquid probandum tomo* 5. *fol.*41. & ita ſunt intelligendi plures Doctores indiſtinctè loquentes de hac exceptione nullitatis, probata incontinenti, ut impediat prout etiam probant multi alii Doctores ex his, quos hactenus à principio retulimus.

26 Secunda ſpecies nullitatis evidentis illa eſt, quando ex parte illam proponentis nihil eſt probandum, ut quia eſt manifeſta, notoria, & evidens, ex actis patens, & tunc ſi agitur de impediendâ executione trium ſententiarum conformium, hac ſola notorietatis ſpecie impeditur earum executio, cujus nullitatis probatio aliter, quàm ex eiſdem actis non relevat, quantumcunque alia offeratur incontinenti Bart. *in d.* §. *condemnatum n.*2. quem referens ſequitur Vitalli. *tract. clauſ. in clauſula nihil novari nullit. penden. num.* 6. *verſus finem tomo* 18. *fol*382. & Staphil. *tractatu de ſignat. littera juſti rubr. de ſanat. contract. invalid. n.*11. *in fi. &* 12. *fol.*288. *in parvis Rota deciſ.*3. *alias* 280. *licet de except. in novis*: Cardinal. Alexand. *in d. c. dilecto* 63. *n.*71. *fallent.*1. Vantius *tractatu de null. rubr. quot. & quibus mod. nullitas,* &c. *num.*32. *verſ. ſed ſi nullitas fol.*380. Eſcacia *tract. de app. q.*19. *rem.*1. *conſ*4 *ſub n.*29. *&* *n.*71. Anton. Gabriel. *commun. concluſ. lib.*2. *tit. de executione rei jud. concl.*1. *ſub n.*8. *verſ. contrarium, &* *num.*10. Lancel. *de attenta* 2 *p. c.*17. *n.*93. Cæſar. Contar. *in l. uni. lim.*7. *n.*56. *verſ. & pro complemento. C. ſi de monenta. poſſ. fuer. appel.* Caputaq. *deciſ.* 266. *p.*2. Caſſiad. *deciſ.* 8. *de reſcript.* Rota *deciſ.*2. *n.*1. *&* *ſeqq. ed. tit. in novis* Peregr. *deciſ.*24. *lib.*1. Capicius *deciſ*167. *n.*3. Iſſ. *in d.* §. *condemnatum nota.*2. Ozaſcus *deciſ. Pedemon.*22. *in* 21. *ad med.* Avenda *de exequen. mandat lib.*2. *c.*30. *n.*9 *ad fi. num.*9. tenent. etiam multi alii, quos ſuperiùs retulimus.

Et hujus doctrinæ reddi poteſt exemplum, in defectu 27 citationis, quis è producente nihil requiritur probandum, quoniam ex inſpectione actorum apertè conſtat. Bart. *in d. l.*4. §. *condemnatum n* 2 *ff. de re jud.* Vitalli. *tractatu de clauſ. nihil nova. nulli. penden. n.*6. *verſus. ſi.* Staph. *ubi infrà n.*12. quia defectus actorum ex eiſdem 28 probatur, ut de citatione dicit Vantius *de nullit. ſent. rub. quis poſſit dicere de nulli. n.*51. *verſ. inſuper. fol.*377. Cont. *in l. unica limit.*7. *n.*57. *verſ. evidens autem C. ſi de momen. poſſ.*

Item in nullitate apparente ex defectu mandati, cu- 29 jus defectus probatur ex eiſdem actis, ſicut & citatio & impedit executionem etiam trium conformium, latè Eſcacia *de appel. quæſt.* 19. *rem.*1. *concluſ.* 4. *à num.*36. vide de aliis exemplis, de quibus & nos latiùs infrà ante fin. hujus capitis. & ipſe Eſcacia *ibi n.*40 exem- 30 plificat in nullitate apparente ex facie ſententiæ quia talis magis quàm quævis alia dicitur evidens actis tenet Contard. *in d. l. unica limit.*7. *n.*66. *verſ. multo magis C ſi de momen.*

Idem etiam dicendum eſt de nullitate, proveniente 31 ex non ſervatis terminis ſubſtantialibus, quia ſententia lata non ſervatis ſubſtantialibus judicii, & ſententia, eſt notoriè nulla & nullitas inſanabilis, quia termini ſunt de ſubſtantia, ut dicit Eſcacia *lib.* 1. *aſſiſ. civil. & criminal. cap.*3. *ſub. n.*289. *&* 290 dicitur nullitas evidens ex actis, tenet Eſcacia *de app. quæſt.*19. *rem.*1. *concl.*4. *n.*42. dicens quòd termini ſunt de proceſſu, & de actis, & ſic impedit executionem, & ſic loquendo tam in terminis ſubſtantialibus, quam in aliis nullita- 32 tibus, concernentibus ſubſtantiam judicii, vel in non ſervata forma ſtatuti ad actum, tenet Eſcacia *ibi*, poſt Cardinal Alexand. *in cap. dilecto* 63. *ſub n.*87. *quæſt.*14. *follen.*4. *de app.* tenet B. *in* 1 §. *&* *parvi. ſub n.*3. *verſ. iſta gl. ff. quod vi aut clam.* quem ſequitur Anton. de Canar. *tract. de execut. inſtr. quæſt* 11 *verſ. fi. ſub. num.*22. *tom.*5. *fol.*41 tenet etiam Caſſiador. *deciſ.* 8. *de reſcript.* Rota *deciſ.*2. *n.*11. *&* *ſeq. eod. tit. in novis.* Peregrin. *deciſ* 24. *lib.*1. optimè Æguid. *deciſ.*27. & Caſſiador. *deciſ.*2. *de judiciis*, bene etiam Mareſc. *variarum reſolutionum lib.*1. *cap.*87. *n.*32. ubi teſtatur, ita tenuiſſe Rotam in una Romana Salve *interd.*6. *Novemb.* 1598. coram Orlino, & nos nonnulla infernus

Tertia ſpecies nullitatis manifeſtæ, & evidentis illa 33 eſt; quando ejus probatio, & cognitio requirit altiorem indaginem, quia nec conſtat ex actis, nec ejus juſtificatio offertur incontinenti, & de hac ſpecie loquuntur B. *in l.* 4. §. *condemnatum num.*3 *ff. de re jud.*

Vitall.

Vitall. *tractatu de clauſul. nihil novari nulli. perd. ſub n.7. fol.382.* Staphil. *de liter. inſt. rubr. de ſanat. contract. in alia, ſub n.12. fol.288.* & iſta talis exceptio admittenda etiam eſt tunc ſcilicet, quando ſententia quæ nulla prætenditur, continet executionem irretractabilem, ut puta in criminalibus reſpectu pœnæ corporalis, quoniam tunc, etiamſi de nullitate ſententiæ non doceatur notoriè ex actis, altiorem requirat indaginem, impedit oppoſita ſive principaliter, ſive incidenter ejuſdem ſententiæ executionem, ita communis eſt opinio, de qua per Iſſ. *in l.3. § ſi ſervus num. 9. ff. de acquir. poſſeſſ.* teſtatur Boſſi. *in tit. de nullit. adversùs ſententiam, n.4* ſequitur Jur. Clar. *ſentent. lib.1. § homicidium coiam.30. fol.31. verſ. ſuccesſivè autem.* & iterum *in pract. crim. q.94. verſ. ſi as autem.* Franch. *in c.d lecto 63. n.28. q.10. lim.2.* Card. Alexand. *ibi ſub n.81. fallen.5. de appell.* Alex. *conſ.17. requiſitus, col.3. n.6. lib.1.* Additio ad Vital. *ubi ſupra num.4.* Matth. Coler. *tract. de proceſſu execut. p.4. c.1. fall.30. n.31.* juncto *n.129.* Eſcacia *de app. q.19. rem.1. concl.4 n.31* Lancel. *tract. de attent. 2. p. c.17. n.95. & 96.* Guido Papæ *tract. de app. n.92. verſ. ſi autem intra. fol.61.* Proſper. Farinac. *pract. crim. q.101. n.111. ſub lim.5.* Vantius *de nullit. rubr. quis poſſit dicere de nullit. n.71.* Affirmat etiam Blancus *in pract. crimin.* in ea parte in qua tractat, an ignorantia excuſet à delicto, *fol 101. n.120. & ſeqq.* & loquendo in executione irretractibili ſententiæ, tam in civilibus, quam in criminalibus idem poſt alios dicit optime Menoch. *in tract. de arbitr. jud. q.98. à num. 6* & per Lancel. *de attent. 2 q.c.17. n 76. & 77.* ſequitur Eſcac. *de app. q.19. rem.1. conſ.4 n.75.* & vide *n.74.*

Eandem noſtram doctrinam declara, quòd quando dicens de notoria injuſtitia, ad cauſandam attentatam
34 executionem ſententiæ, quæ arguitur nulla evidenter ex actis, debet ipſa nullitas notoriè patere; adeo ut ſufficiet qualis offuſcatio, ad tollendam hanc nullitatis notorietatem, ut per Angel. *in l. ſi poſſ. in fi. de petitione hæred.* Decium *in c. quoniam contra. n.3. de probat.* dicit Rota *deciſ.6016. à n.8.* per Seraphin. *tom.1.*

35 Nam licèt veriſſimum ſit quòd notorium illud dicitur, quod ex actis reſultat, quia acta faciunt rem notoriam, *c.cum olim.* & ibi Abb. *n.3. de verborum ſignif. c. pen. in princ. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. l. divus, ff. de off. præſidis, l. qui ſententiam de pœnis*, Aretin. *conſ. 42. n.5.* Pariſ. *conſ.11. num.7 lib.5. & conſ.53. n.106. & conſ.77. n.19. vol.3. & conſ 98. n.25. eodem volum.3.* Socinus Junior *conſ.36. num.18. lib.1.* Decius *in cap. ex inſinuatione num.19. de app. & in l. cum quid n.26. ff. ſi cert. petat. & conſ.191. n.9.* Neviſa *cenſ.30. num.3.* Grammat. *deciſ.36. num.38* Joſeph Ludovic. *deciſ. Peruſ.20. num.2. part.1.* Ayllon. *conſ 303. n.5. 2. p.* Cephal. *conſ.57. n.32. lib.1.* Tiber. Decian. *conſ.10. n.79. lib.1.* Maſcard. *de probat. concl.1101. num.13. & 14.* & Decian. *conſ.18. n.45. in 1. vol.* Menoch. *de recup. poſſ. in 1. rem. n.232.* & ipſe *in tr. de arb. lib. 2. caſu 166. n.6. cent.* qui ferè omnes procedunt in ſpecie, de qua loquimur, ſcilicet; quando appellatur à ſententia, ex cujus proceſſu ejus notoria nullitas reſultat, ut eſt videre ex iis, quæ latè Cont. *in repet. l. unica, C. ſi de mumen. poſſ. ſuer. app. lim.9. à n.19. cum ſeqq.* dicentes, quod nullitas, ſeu iniquitas ſententiæ tunc notoriè apparet, quando inſpectione actorum detegitur.

36 Tamen ubi ex adverſo aliquid opponitur; quod dubitationem & offuſcationem pariat, ceſſat talis notorietas, ita ut ſententia ampliùs dici non poteſt notoriè nulla, aut notoriè iniqua, ut poſt plurimos alios latè dicit Contard. *in d.9. lim. n.34. & in 7. limit. n.58.* Cephal. *conſ.201. n.16. lib.2.* Burſat. *conſ.73. n.3. & 93. lib.1* Ant. Gabriel. *tit. de exec. re jud. concl.1. ſub n.8. & ſeqq. lib.2* Lanc. Robert. *de attent. c.17. n.112.* quibus in locis præfati Doctores hanc doctrinam ampliant, etiam quòd oppoſitio, & impugnatio contineat juris ſubtilitatem, & ita communiter ſervare Rotam, teſtatur Ant. 37
Auguſt. *in dec.2. de ſententia, & re jud.* & ita in Rota pluries determinatum fuiſſe adducens deciſiones teſtatur Proſper. Farin. *pract. crim. tom.1. q.21 n.17. ad fi.* ubi *n. præced.* plures allegat, tenentes hanc offuſcationem tollere notorietatem reſultantem ex actis, & idem tenet Ant Gab. *comm. concl. tit. de execut. rei jud. concl.1. n.9.* & poſt Contard. *d. n.58.* Eſcac. *ad app. q.19. rem.1. concl.5. ſub n.10. & concl.4. ſub n.72.* Fel. *in c. inter cæteras 9. ſub* 38
n.4 de re jud. dicentes, quod nullitas objecta recipit dubitationem, ſeu diſputationem juris non retàrdat executionem trium conformium, quia nullitas, quæ poteſt revocari in dubium, verè non eſt notoria, quamvis appareat ex actis. Et quia nullitas velata, quæ poteſt habere dubitationem, & diſputationem, non dicatur notoria dicit Cont. *in d.l. unic. lim.7. n.61. verſ. facit. C. de mom. poſſ.* quia notoria nullitas non patitur diſputationem, Cephal. *conſ.202. moniales n.16. lib.2.*

Et quando contra nullitatem datur aliqua exceptio relevans, vel quia probatio offuſcans notorietatem, non impedit trium conformium executionem, probat Eſcac. *locis proximè citatis.* Achil. de Graff. *deciſ.2. aliàs 214. clementiam de ſent. & re jud. fol.99.* & tenent omnes cæteri DD. in propoſito hujus articuli.

Et ex his quæ hucuſque diximus latéque probavi- 39
mus, in cauſis, & judiciis aliàs privilegiatis, non admittentibus appellàtionem ſuapte natura; ei deferendum eſſe: nihilominus ſi emittatur ab actu nullo, cujus nullitas, ſeu iniquitas, notoriè appareat: puta, ex inſpectione proceſſus, & ſic quando ratio appellandi eſt in promptu: utiliter inferendum eſt, ad ea, quæ frequentiùs, perſæpeque accidunt in ſupremis tribunalibus, dum ad ea devenitur per viam violentiæ; nempe circa proviſiones beneficiorum, tam Parochialium, quàm ſimplicium, ut ſi peccetur in eorum proviſionis forma, defectúſque (ut eſt) notorioè appareat, appellationi emiſſæ deferendum eſt indiſtinctè, itaut poſſeſſio ſuſpendatur ex ſupra dictis

Nam cùm in collatione, proviſionéque beneficio- 40
rum obſervare formam, à jure ſtatuto, vel fundatione præſcriptam, omnimodo neceſſarium ſit; ita ut aliàs ipſa proviſio nulla erit. Puteus *dec.338. lib.1.* Tho. de Than. *dec.99.* nam forma omiſſa actus corruit, *c. cum dilta de reſcriptis l. cum hi §. ſi prætor. ff. de tranſact.* Fel. 41
latè *in d. c. cum dilta.* & Iſſ. *in d §. ſi prætor.* exactiſſimè per Brunum. *in tr. de form.* Everard. *in loco à defectu formæ* cum aliis per eos citatis. Aloyſius Riccius *in praxi Eccl. concurſus*, &c. *dec.414. n.1. & ſeqq.*

Quod etiam procedit in foro conſcientiæ in quo 42
non poterit acceptari, nec retineri beneficium proviſum non ſervata forma, requiſita à jure ſecundùm magis communem opinionem, quam tenet Innoc. *in c. quia plerique, de immun. Eccleſ.* Fortun Garcia *de ultimo fine, illat.15.* Cov. *in c. cum eſſet, n.9. de teſtamentis*, & idem *in regula peccatum, 2. p. §.3. n.9.* Mol. *de q.1. tom. tract.2. diſp.81. circa finem verſ. ad dictum Innoc.* Ant. Gom. *in l.3. Tauri. n.113.* Pad. *in l. cum quis C. de jur. & fact. ign. ex n.7.* Mexia *ad l. frag. concl.6. à n.75.* Matienzo *in l.1. tit.4. lib.5. recop. gl.10. à n.9.* Azeved. *in l.2. tit.3. n.41. l.2.* Parlad. *diff.12. § 1. à n.2. & 17.* Cervantes *in d.l. Tauri. à n.189.* Ceval. *in contra comm. q.71. & 173.* & ex Theologis Martin. Led. *2.4 q.18. art.1 poſt ſolutionem 4. & in ſumma lib.10. c.14 §.26. & in lectu. de cenſib.* Navarr. *de reſtit. lib, 3. c.2. n.350.* Salon. *2 2. q.5. de dom. art.4.* Gabr. Vaſq. *1.2. diſp.163* Lorça *ead 1.2 d.21. de leg. ad fi.* Mag. Can. *2.2. q.62. de animo pag.160* Jul Clar. *§. teſtam. q.90.* 43
Leſſ. *de juſt. & in lib.2. c.19 dubio 3.* Burg. de Paz. *in l.3. Tauri, à n.1364.* plures referens, cum ſolemnitas, & forma hæc nō fundetur in præſumptione, & falſa cauſa, ſeu fraude; nam lex irritans teſtamentum vel alium actū, in quo non eſt adhibita, & ſervata forma, & ſolēnitas requiſita in universū & generaliter illū irritat ex

defectu

defectu ſolemnitatis,& formæ,quantumvis fraus abſit, de quo etiam latè per Aloyſ. Ricc. *in praxi.Eccleſ.concurſus* &c. *à n.3.& ſuprà a princ.*

Et cum ſacro Trid. Conc. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.*18. & motu proprio Pii V. quæ incipit, *in conferendis.* ſub data 15. Calend.Aprilis anno 1566. & in Bullario 32. quib. ſit præſcripta forma inviolabiliter obſervanda in vacatione, & proviſione beneficiorum Parochialium,
44 quæ ſi non ſervetur,proviſio eſt ipſo jure nulla,ut conſtat,ex d. Conc.*ibi*,aliàs proviſiones omnes contra prædictam formam factæ, ſubreptitiæ cenſeatur, *&c.*& inedicto motu proprio *ibi*, tenore præſentium,omnes, & ſingulas collationes, & proviſiones, & quaſvis diſpoſitiones Parochialium Eccleſiarum præter , & contra formam ab eodem Conc. Trid. præſertim in examine per concurſum faciendo præſcriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas irritas, aut nullius roboris vel momenti fore, & eſſe, nullumque proviſus, aut titulum etiam coloratum poſſidendi, præbere,& Parochiales Eccleſias hujuſmodi (ut priùs ante collatio-
45 nē hujuſmodi vacabant)ex tunc vacare ſtatuimus,*&c.*) maximè quia clauſula (irritans) qua hæ conſtitutiones utuntur formam inducere,certū dicunt D.alii, *in l. non dubiū. C. de leg.*quā quidē clauſulam,& decretū(irritans)
46 continens generaliter omnia decreta Conc.Trid.ut cōtinetur in bullis Pii IV.& Pii V.ſuper confirmatione,& obſervatione ejus Conc. emanatis Flam.Pariſ. *de reſiq. benef.lib.*4.*q.n.*24 Fel *in c.nonnull.n.*1.*de reſcr.* Caputaq; *dec.*176.*n.*2.*&* 3.*p.*1.Hier.Gonz.*in regula de menſ.gl.*15. *n.*27.ubi etiam dicit quòd decretum(irritans)contentū
47 in lege conciliari afficit etiam manus Papæ, & ipſum ligat, quādo de expreſſa derogatione non conſtat,cùm generaliter prohibitio,& diſpoſitio conciliaris requirit expreſſam mentionem, & denegationem per eum *ibi n.*36.de hac tamen derogatione Cōcilii,præcipuè Trid. dic.ut latè per Nic Garc. *de benef.*4.*p.c.*5.*à n.*25.*ſurſum.*

48 Ac propterea praxis eſt notiſſima ſupremorum tribunalium ut appellationi, deferendum,reponendúmq; eſſe declaretur:ſi interponatur à proviſione indiſtinctè quorumcumq;beneficiorum,ſive ſimplicium,ſive curatorum, ſive judicialiter , ſive extrajudicialiter in ea ſit proceſſum,(ſecundùm quæ dixi *ſuprà* 2.*p.c.*13.)quando ſcilicet, peccatum eſt in forma ipſius proviſionis, ſeu aliàs notoriè deregitur nullitas ex inſpectione proceſſus, quæ ipſam proviſionem irritam jure reddit, quoniam quod nullum eſt, executionem non meretur, ſecundùm text. *in l.*4.§.*condemnatum.ff. de re jud.*& quæ hucuſque hoc capite dicta ſunt, quare inutile non erit aliqua hic annotare loco exempli quibus proviſio nulla cognoſcetur, ut pariter appellatione ſuſpendantur.

49 Et in primis circa diſpoſitiones dictorum ſacrorum decretorum Trid.& motus proprii,quoad proviſionem Parochialium, quæro,cùm in eis dicatur; edictum proponendum eſſe publicum, & per id eſſe vocandos, qui voluerunt ſe examinari, an edictorum omiſſio vitiet concurſum. Zerola *in praxi. Epiſcopi* 1.*p.verbo Paroch.* §.2.*dubio.*& Cech. *de repub.Eccl.c.*28.*de Parocho, ſub n.*6. affirmant; edictum eſſe neceſſarium ex d. Bulla Pii V.& declaratione S.Congregationis ſuper eodem Concilio dicentibus, collationem Parochialis factam ſine examine per concurſum eſſe nullam.Ricc.*in pract. Eccleſ. conc. dec.*427.*n.*1.

50 Sed contrarium verius eſt, collationem nullam non reddi ex omiſſione edicti regulariter, ſed ibi tantùm, ubi Conc. provinciale id ſtatuerit, ut fecerunt Conc. provinciale Toletanum *act.*2.*decreto* 24 & Conc.Compoſtellanum celebratū anno 1566.*act.*2.*decreto* 3.nam prædictum Conc.Trid.*d.c.*18.id præcisè non inducit; ſed reliquit arbitrio Epiſcopi, vel Synodi provincial. ut apparet *ex verſ. & ſi Epiſc.&c.*& reſpondit etiam in terminis S. Congregatio, ſuper eodem Trid.decreto *d. verſ. Epiſcopo faciendo, &c.* his verbis Congregatio

Salgado *de protect. Reg.*

cenſuit faciendum examen per concurſum, quoties contigerit vacare Parochialem Eccleſiam, nec ideo à decretis Concil. Trid recedendum erit, quòd rixæ & tumultus oriantur,& alia forſan pejora ſequantur,quod verò ad propoſitionem edicti publici attinet,hoc totum poſitum eſſe arbitrio ipſius Epiſcopi faciat, necne, niſi provincialis Synodus aliquid circa hoc præcisè ſtatuerit,quod obſervandum erit,) & iterum ibidem alia ita declarat Congregatio Concilii cenſuit; propoſitum edictorum publicorum relictum eſſe arbitrio Epiſcopi, vel Synodi provincialis,*&c.* nos infrà *n.*176.

Et ita hanc partem tenent Nav. *conſ.*4. *de præbendis* Nic. Garc. *in tract. de benef.*2 *tom.*9 *p.c.*2.*n.*35. *& ſeqq.* 51
nec obſtat Congregatio Conc. adl. cta per Zerol. & Cech. quoniam ipſi in edictione falluntur, quia dumtaxat diſponit in concurſum faciendo præcisè,non enim ſequitur: concurſus eſt faciendus,ergo edictum proponendum præcisè;quoniam diverſa hæc ſunt, ut conſtat ex ſuprà adducta Congregationis declaratione, & ex
52 Trid.quibus non eſt neceſſariū,& præciſum diſponitur; & ideò illatio eorum Doctorum non admittenda, tanquam facta ſeparatis, *l. Papinianus,d. minor*;quid in jure patr. vide Ricc.*in praxi.jur.pat.dec.*160. contrarium tenentem poſt alios citat.plures nos infrà *n.*179.

Rurſus quæro ſuppoſito illo, quòd edictum proponendum eſſet cum termino decem dierum; nec ultra
53 alios decem queat prorogari, ex d. Trid. decreto 18.& Bulla Pii V. *verſ. providemus.* Zerola *in praxi Epiſc. de verbo* § 2.*dub.*2.& Cechus *d.c.*28.*de Paroch.ſub n.*6.& ita ex Conc. prov. Compoſtellano ubi ſuprà ſtatuitur,
54 quòd Epiſcopi intra 15. dies à tempore notitiæ vacationis per publicum, & neceſſarium edictam convocent omnes, quotquot voluerit examinari, quod in valvis Eccleſiæ beneficii, & ubi aliàs Epiſcopo viſum fuerit per 20 dies,ut minimum præfigatur,ſub cenſuris & pœnis contra eos, qui tale edictum, aut tollere, vel delere,auſi fuerint, & hic terminus currit ex quo tam
55 in valvis Eccleſiæ Cath. quàm Eccleſiæ beneficii præfixum eſt,juxta d. Compoſtellanū decretū,& expectandum erit: quòd labatur terminus,ex quo ultimo præfixum eſt,latè etiam Ric.*in pract.Eccl.concurſus dec.*427.
56 *n.*2.*&* 3 ubi quòd ad prorogationem requiritur cauſa.

An igitur propoſito edicto cum majori termino 20. dierum vitietur proviſio parochialis, an tantùm erit nullum edictum reſpectu exceſſus?Et reſpondetur,quòd
57 non vitiatur proviſio, enim verò licèt faciat hoc Epiſcopus contra prohibitionem Concilii; & dictæ conſtitutionis, aſſignando majorem terminum: non tamen id pertinet ad formam neceſſariam proviſionis ſicut nec deputatio Vicarii,ut ſtatim dicemus,ſed ſolùm ex æquitate, & mente Pontificis edictū dicetur nullum,quantum ad exceſſum termini, ſive à principio cum eodem exceſſu præfigatur,ſive poſtea prorogetur, ac ideò qui ſe oppoſuerint poſt eo,dies terminum juris & intra terminum exceſſivum,ſeu prorogatum,non erunt legitimi oppoſitores,nec ad concurſum admittēdi.Ita dicit Nic.
58 Garc.*de benef.d.*2.*to.*9.*p.c.*2.*n.*46.*& ſeq.*ex qua deputatione nullum damnum, nullique oritur præjudicium, ſed foret multum majus ſi proviſio irritaretur,in maximum Parochialis Eccleſiæ & animarū periculum ex dilatione, ſed ſi aliquod damnum oritur oppoſitoribus, intra legitimum terminum ſuccurritur eiſdē,excludendo poſtmodum oppoſitos in termino exceſſivo, quo ſatisfit principali ſacrarum conſtitutionum intentioni.

Quid autem à converſo, quando edictum minori termino decem dierum appoſitum eſt;an proviſio nulla
59 dicatur? Et affirmativè reſpondeo ex d. Trid. & Bullæ decretis, tum etiam, quia terminus à lege inductus abbreviari,& minui non debet à judice.Philip Franc.*in c.cum ſit Romana,n.*6.*& ſeqq.de app.*Lanfran. *dec.*475.
60 Mynſinger. *ſingul. obſerv. cent.*2. *dec.*68 incipit, *decem dierum*, & iterum *cent.*3.*dec.*11 incipit *non ſolum.*

61 Asinius *in praxi. jud.* §.2.*n.*9.*in princ.* nam in iis,quæ à jure sunt determinata non licet arbitrari, ut optimè latè per Thomam Sanch. *de matrim. lib.*1. *disp.*16.*n.*4.

Et facit, quia in edicto debet competens terminus assignari ad comparendum, aliàs si vel petens collationem, nimis brevem edicti terminum procuraverit,
62 ne deveniat ad plurium notitiam,institutionem irritam esse; probant Innocent. & Abb. *in c. cum olim.de caus. poss. & proprie* Ripa *in c.cum M.Ferrariensi.*n.10.*de constitutionib.* Marc. Ant. Cuch. *lib.* 4. *instit. majorum tit.*4. *n.* 41. Sequitur noster Perez de Lara *in tract.de ann. & Capell.lib.*2.*c.*10.*& n.*44.*& seq.* ubi invehit in Prælatos, qui edicta beneficiorum, maximè Parochialium brevi tempore claudunt, forsan dum cupiunt, aliquibus beneficia conferre, cùm ex hac nimia festinatione formæ juris non satisfaciat, imò jus intentioni, directè
63 contraveniat, contra text. *in l. tutor qui repertorium*,§. *tutor.* ibi, debuit enim partibus suis fungi, non quidem præcipiti festinatione,) & ita vidi declaratum in hoc almo tribunali supremo appellationi esse deferendum hac de causa, quoniam processum fuit ad provisionem cujusdam beneficii curati, proposito edicto cum termino 6. dierum quia cum provisio nulla fuerit, & irrita, executionem, effectum non merebatur ac propterea juste fuit declarata delatio, & repositio.

64 Sed quid dicendum, an examen,& concursus factus ante lapsum terminum edictorum sit nullus? In quo respondetur affirmativè, ut optimè disputat,& resolvit plures decisiones Rotæ Garcia *de benef.* hinc inde adducens *in* 9. *p.c.*2.*n.*326.*cum plurib. seqq.* quia est factus contra formam Concilii *d.c.*18.*vers. transacto.* ibi,transacto constituto tempore,omnes, qui descripti fuerint, examinentur, *&c.*) & cum loquatur per Ablativum absolutum,conditionalem dispositionem reddit.*l.à testatore,ff de condit.& demonst.*& sic irrita erit,ne per præ-
65 ventionẽ unius, alii supplantentur, secus si postea alius non compareat, Ricc. *in pract. concursus dec.*323.*in fin.*

De super notandum erit, quod ex d. Tridentini decreto inductum est, pro forma,ut examen Parochialis
66 vacãtis debeat fieri cum examinatoribus saltem tribus, ut constat ex ejusdem Concilii decreto, *ibi*, non paucioribus, quàm tribus) notat Patr. Ledesma 2.*p.summa tract* 7.*c.*1.*concl.*7.circa 13. difficultatem, & declaravit S.Congregatio super *eod. c.*18. Trid. super illis verbis: (tres ex illis eligat Episcopus,) ita ait:Statuit præcisè, ut examinatores sint tres, sed quod non possint esse pauciores tribus, ut suprà dicitur, ita quòd si tres sunt tantùm examinatores; vota non possunt esse paria;sed singularia quando singuli singula approbant.

Cui & illud est proximum, quod cùm ex d. decreto Tridentini *c.*18. sit dispositum, examinatores singulis annis in diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur, advenientéque vacatione
67 cujuslibet Ecclesiæ tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indéque succedente alia vacatione,aut eosdem,aut alios tres, quos maluerit ex prædictis illis sex, eligat, tenet etiam Ledesma *ubi proxime*, qui deputandi sunt in Synodo vera, & formali,
68 quæ est Congregatio legitima, quam facit Episcopus cum clericis, sibi subditis in sua diœcesi,ad tractandum de iis,quæ curæ pastorali incumbunt,& de spectantibus ad reformationem, & bonorum regimen Episcopatus, ut per Boteum *de Synodo* 1.*p.n.*5.& iterum 3.*p.in princ.*
69 *per totum*. Unde evenit, quòd si pauciores, quàm, sex; putà quatuor vel quinque examinatores in Synodo deputentur, ndn erit legitima deputatio, & consequenter examen, & concursus cum illis electis factus, erit nullus tanquam factus contra formam Conc. Trid. ut affirmat Nicol. Garcia *de benef.*2.*tom.*9.*n.c.*2.*n.*66. ubi tenatur, ita fuisse tentum per Rotam in una Forosempronien.Parochialis 15. Januarii *an.* 1593. quam etiam ad literam refert inferiùs *num.* 133.

Et quidem est valdè notandum, quod ab ipso Garcia *in eod.c.*2.*à n.*66. *cum seqq.* probatur, quòd si ex dictis sex examinatoribus,aliqui intra annum mortui fuerint vel absentes, tota facultas examinandi spectabit ad 70
superstites, etiamsi unus tantùm supersit, unà cum Episcopo, vel Vicario,cùm Synodus nisi singulis annis congregari non possit, ex Trid. *sess.*24. *de reform. c.*2. si omnes mortui fuerint intra annum, vel absentes, Episcopus examinatoribus antiquis Synodalibus (si 71
fuerint) subrogabit alios non pauciori *n.*6. & si non extiterint tot examinatores antiqui, qui ad hunc numerum accedant, tunc Episcopus eligat illos qui fuerint, ac alios suppleat denuo usque ad numeri prædicti 72
quantitatem, & complementum, approbatos tamen à Capitulo. Verùm si nulli antiqui Synodales examinatores superstites fuerint, tunc Episcopus omnes novos 73
examinatores probitate ac scientia idoneos cum approbatione Capituli, non pauciores prædicto numero, substituat prout anno 1593. responsum fuit per sanctum Congregationem Card. proponente parte Epispi Civitatensis, cujus declarationem literaliter refert ipse Garc ibi *n.*72. de quo latè per Maresc. *var. resol. lib.*1. *c.*32. Aloys.Ricc.*in pract. Eccl.concursus dec.*420. *per tot.*

Et quidem meritò, quoniam ubi forma præcisè ser- 74
vari non potest, sufficier actum facere per æquipollens,& eo modo quo possit, Aymon. *cons.* 12. *num.*2. *& cons.*177.*n.*5.cum aliis infinitis congestis per Tiraq. *de legib. connubia.gl.*6 *n.*632.*&* 69.Flam.Paris.*de resign. benef.lib.*7.*q.*5.*n.*19.Rom.*cons.*333.*n.*5 Roland à Valle *cons.*81.*n.*25.*& seqq.lib.*1. *& cons.*30.*n.*3.*lib.*5 Alciatus *in l.*1. *n.*41. *de liberis & posth.* nam Concilium loquitur cum præsupposito, quòd examinatores Synodales existant, ergo cessante hoc præsupposito cessat ejus dispositio, ut notat, *in l. mancipia C.de servis fugit.*& ibi gl. & Fulgos. & Salic. *n.*2. Decius *cons.*101. *num.*2. Ruin. *cons.*55.*in fin. lib.*3.*& cons.*83.*num.*5.*lib.*5.Socin.junior *cons.*154.*n.*22 *lib.*3. & quia quando constitutio inducit novam formam, & illa de facto non potest observari, veluti quia non adsunt personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit, quòd actus fiat eo modo: quo priùs fieri 75
poterat, *c. quia propter.* & ibi Abb. post Joan. And. *in cons.*26.*n.*12.*lib.*2.*& in cons.*1.*num.*11. *de elect* Aymon. *cons.*12. *num.*2. *cum seqq.* quam rationem sequuntur Riccius & Maresc. *ubi proximè.*

Et ex his apparet, quòd cum ipsi examinatores ex Conc. & motu proprio Pii V. sint approbandi scientia, 76
moribus, & vita, eorum deputatio debeat fieri nominatim, & de personis certis non autem in genere; puta: Prior, seu lectores talis monasterii, Canonicus Doctoralis, vel Magistralis, ac Pœnitentiarius, ut non comprehendantur etiam successores; tanquam personæ incertæ, in quibus non potest cadere approbatio à Concil Trid. & motu proprio, ut contra Ledesmam *in summa* 2. *p.tract.*7.*c.*1.*concl.*7. circa tertiam difficultatem, optimè resolvit Nic. Garcia *ubi c.*333. *cum seqq.* & nota, quia jam de facto dubitari vidi & de pluribus quæstionibus super ipsis examinatoribus, vide cumd. *ubi à n.*42. *cum multis seqq.*

Hinc est, quòd examen & approbatio in concursu 77
requiritur necessariò pro forma ad provisionem Parochialis Ecclesiæ, ut constat ex d. Trid.& Bulla Pii V. *ibi*,præsertim in examine per concursum faciendo,*&c.* & decrevit Sancta Congregatio super illis verbis(Episcopo faciendo,*&c.*)Concilii Trid. *d.c.*18. superiùs adducta *n.*56. & iterum per ipsam Congregat. super illis verbis(subreptitiæ esse censeantur) ita: Examen omissum in Parochialibus per concursum vitiat collationes, & provisiones Parochialium Ecclesiarum factas post publicationem Concilii Trid. ab ordinariis absque examine per concursum nullas, sed prædictæ Parochialis

chiales ita collatæ vocant,*&c.*)etiam oppositori quantumcumque, & etiam notoriè docto non potest Episcopus beneficium hoc conferre, sed tenetur omnimodò formam concursus servare, quem is oppositor omnimodo subire tenetur, Tusc. *in tract. de visit. lib.2. c.5. n.10.* Cened. *in collectan. 15. ad decretum n.5.* Flamin. Paris. *de resig. lib.8. q.9. à p. n.83.* Zerola *in praxi Episc. verbo Doctor. §.1.2. n.* Marc. Ant. Genuensis *in praxi Archiep. Curiæ Neapolit. c.65. n.1. de fi.* Prosp. de August. *in addit. ad summam Bellarti* 40. *verbo, Parochialium benefitiorum collatio q.1.* & Lessius *de just. & de jure lib.2. c.34. n.82.* Gonz. *in regul. de mens. gl.4. à n.90.* nonnullos citat Ricc. *in pract. Eccles. concursus dec.414 à princ.*

78

Cæterùm & ex d. Trid. decreto 18. *vers. peracto deinde*, &c requiri præcisè pro forma, ut examinatores renuncient, quotquot idonei reperti fuerint, ut S. Congregatio *super d.c.18.* censuit ita: Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quotquot idoneos repererint.) & an hæc renunciatio debeat esse palam, seu secretè & de aliis hujus declaratoribus vide latè per Nicolaum Garc. *ubi suprà n.104. & seqq.*

79

Ea autem, quæ suprà diximus, concursum ad Parochiales esse, de forma, & substantia provisionis, intelligenda sunt etiam in Parochialibus juris patronatus Ecclesiastici; nam in iis patronus præsentare non potest alium, quàm unum ex eis, qui proposito edicto se opposuerint, fuerint examinati, & ab examinatoribus approbati juxta d. Trid. decretum. 18. *sess. 24. de reform.* ibi: Si verò juris patronatus Ecclesiastici erit, ac institutio ad Episcopũ, & non ad alium pertineat, is, quem patronatus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit; Episcopo præsentare teneatur, ut ab eo instituatur, cum verò institutio ab alio, quàm ab Episcopo erit facienda tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præsentet, ad quem institutio spectet, *&c.*) ac ideo ad differentiam juris patro. laïcorum, de quo protinus, & vide Riccium *in pract. Eccles. concursus ad paroch. dec.414. ad fin.*

80

Et ex hoc sequitur, quòd cum hæc sit forma à Tridentino tradita; non transgredienda, sed specifice servanda: ut patronus Ecclesiasticus ex approbatis per concursum, unum præsentet instituendum, si aliquem præsentaverit, antequam sit ita ab examinatoribus approbatus in concursu, præsentatio erit nulla; nec ejus virtute facienda erit institutio ab Episcopo, tanquam minùs legitimè facta; nisi denuo iterum expressè vel tacitè fuerit præsentatus, postquam ipse sit intra terminum edictorum, seu re integra, oppositus, & inter cæteros descriptus & inter dignos approbatus. Imò institutio aliter facta, irrita erit, quia quando institutio, seu collatio facienda est, certo generi personarum, vel ex certi generis personis, quibus aliqua qualitas requiritur, sive jure, sive fundatione, vel alio quovis modo aliis facta, quàm eisdem qualificatis, & ejusdem generis, erit nulla provisio ipso jure, ut puta, quando præsentari, aut conferri debeat beneficium naturalibus alicujus loci, seu clericis, & portionariis certæ Ecclesiæ, vel filiis patrimonialibus, vel consanguineis fundatoris, quia aliis facta irritatur, & est invalida præsentatio, ita expressè dicunt Card. *cons.48.* Joan Gutie. *cons.2. num.3.* Aymon. *cons.62. n.5.* Didacus Perez *in l.1. tit.5. lib.1. ordin. vers. quod adeo procedit.* Azeved. *in l.14. tit.3. n.13.* Cened. *in collectaneis ad decretal. 89.* Nicol. Garcia *de benef.2. tom.7 p.c.15. num.9.* & *supra* quoniam harum qualitatum appositio, cùm sit forma ipsius provisionis, omnimodo servanda est in provisione, ita Rochus de Curte *de jure patro. verbo honorif. num c.18. ad fi* Lamber. *de jure pat.3. p.2. lib.2. q.5. art.4. n.8. & 11.* Covarr. *in regul. peccatum, 2. p. §.7. n.5.* Gutt. *Canon. q. lib.2. c.11. n.37.* Ovied. *de benef. incomp. c.23. n.132. & c.24. à n.107* Perez de Lara *de ann. & capell. lib.2. c.2. à*

81

82

83

84

Salgado de protect Reg.

nis, Azor. *instit. moral.2. p. lib.6. c.4. q.25.* quos de materia require.

Deinde quia quando collatio, seu præsentatio facienda est certæ personæ, seu certo generi personarum, tunc dicitur necessaria Rebuff. *in praxi. tit. de collat. n.1.* Petrus Gregor. *de benef. c.39. n.3.* Puteus *dec.190. n.3. lib.3. & dec.235. lib.2.* 85

Deinde cum Concilium Trid. noviter illam certam formam inducat, præcisè & specifice servandam ex *c. cum dilecta* ubi late Fel. *de rescript. c. si cui jam sacerdotali de præbendis, lib.6.* Paris. *cons.12. n.47. & cons.15. n.23. vol.2.* Rota *dec.13. num.2. de concess. præben. in novis, & dec.8. de dolo & contum. in novis*, ita quod si minimo deficiat forma nihil actum dicitur, & totus actus corruit, late Fel. *ubi proximè n.10.* Moheda *dec.17. n.1. de causa poss. & propr.* Decius *cons.532. n.4. & 5.* Tiraquell. *de retract. conven. § 4. gl.6. num.31. cum seqq.* Caputaq. *dec.250. p. & dec.143. n.5. p.3.* Mando. *in regul.27. q.20. à num.16. cum seqq.* 86

Ac ideo præsentatio omni modo requiritur, ut fiat post concursum, cùm ex approbatis unus est præsentandus, quia qualitas adjecta verbo, vel participio, debet intelligi secundùm tempus verbi, vel participii, *l. in dilectis, §. extraneus, ff. de noxal. l. ex facto ff. de vulg. & pup. c. si eo tempore de rescript. lib.6.* & Lapus Abb. *in c. si a se de præbend. lib.6. vers. tunc cum agitur*, quem refert Cassiad. *dec.15. ante num.1. de præbend.* Mohed. *dec.23. n.1.* Simoneta *de reserv. q.53. n.2.* Rota *dec.79. n.13. p.1. divers.* Gutier. *cons.1. n.13* Azeved *in l.1. n.82. tit.5. lib.6. recop.* Et quia Concilium Tridentinum utitur verbis præteriti temporis ibi (inter probatos ab examinatoribus) quare verba præteriti temporis præcisè requirunt consummationem, & perfectionem actus Bart. *in l. hoc articulo n.2. de hæred. instit.* Bald. *in l. fi. n.14. C. de sententiis quæ sine cert.* Marsil. *in cons.102. num.26.* Cassaneus *in consuetud. Burg. rubr.1. §.5. n.12.* Gratia *in disceptat. foren. 2. p. c.372. n.19.* faciunt quæ latè Mascard. *de prob.2. tom. concl.84. num.28. & supra* ubi multos citat in propositum. 87

Nec hæc qualitas, quæ à principio requiritur, sufficiet, si postea sequatur, *l. si quis mihi, ff. de acquir. hæred. l. fratres, ff. de pœnis* gl. *in dem. ut hi verbo constitutis, de ætate & qualit.* Decius post alios *in c. post cessionem de probat.* Flam. Paris. *de resig. lib.4. q.1. n.14.* Aymon. *de antiqui. tempo.1. sess. §. vicesimus*, & latè *n.33.* Raudens. *cons.11. n.36.* & probant suprà dicti Doctores, & sic sequitur, ut institutio virtute præambulæ præsentationis & ante concursum, ac approbationem sit nulla, tanquam facta contra formam, & non debita servata qualitate, nec debito tempore, nisi postmodum alia de novo subsequatur præsentatio. ut illius si fuit oppositor, & approbatus, vel etiam alterius ex approbatis, & examinati juxta tenorem *d. c.18.* & ea quæ notantur *in l. boves. §. hoc ff. de verborum signif.* 88

Et hoc ex eo iterum clarius redditur, nam instrumentum productum ante litis contestationem, cum eo tempore non possunt fieri probationes, ut habetur rubro, & nigro, ut lite non contestata, non probat, nisi postmodum tempore probatorio iterum producantur, ita singulariter tradunt Marsil. *in singul. 170.* incipit *animadvertant.* Federi. de Senis *cons.160.* Butrig. *in c. cum dilectus, §. nos igitur col. ult. de ord. cognit.* Felin. *in c. causam quæ col.2. post n.6. de testibus, & in c.1. col. pen. sub. n.28. de probat.* Accursius *in l. quæ omnia in n.1. ff. de procur.* Bar. *in l. mutui in princ. eodem tit.* Bald. *in l. art. prætor. in princ. vers. circa secundum ff. de jurejur.* latè prosequitur post alios Mascard. *de prob. tom.2. concl.923. per totam.* 89

Et comprobatur, nam appellatio à procuratore interposita tempore, quo carebat mandato, non sustinetur, etsi postmodum illud habeat sufficiens; nisi denuo alia interponatur, si sit intra terminum, secundùm 90

communem opinionem, quam secuta est Rota per Achil. de Grassis *decis.*10. *alias* 236.*appellatio procurator.de appellat.fol.*101. Lancelot. *de attenta.*2.*p. cap.*12. *lim.*50.*n.*21. *&* 22. Escacia *de appell.quæst.*5. *à num.*27.

92 dicentes, quòd propterea talis appellatio non causaret attenta, reddentes rationem: quia personæ habilitas requisita tempore actus non sufficit, quod interveniat post actum. Escacia *lib.* 1. *caus. civil. & crim. cap.*101. *n.*32. *in fin.*

93 Et ista nova à patrono præsentatio,non solùm potest fieri expressè, sed etiam tacitè, ut puta,si patronus intra tempus aliquem actum fecerit per quem tacitè inducatur alia nova præsentatio illius, quem antea præsentaverat; juxta mirabilem Rotæ Rom. decisionem juris patronat.de anno 1588.coram Blanquero,ut testatur (aliud agens) Garcia *de benefi.*11.*p.c.*3. *num.*17. ut determinaverit, quòd licèt, resignatio facta absque patroni consensu sit nulla, tamen præsentatio facta à patrono ea de causa non valet, quia non abdicatur

94 jus à resignante possessore, at eo mortuo, patronus continuans litem cum resignatario, petens ut instituatur ille à se præsentatus, hæc prosecutio litis æquipollet novæ præsentationi factæ in tempore, adeò ut excludat devolutionem.

Corroboratur etiam ex eo, quod dicit Salcedo, *in*

95 *add.ad Bernard.Diaz. c.*21. *de illiteratis sub litera G. in fin.*quòd licèt collatio beneficii illiterato facta,sit nulla, si tamen postea literas ille addiscat, & is, qui contulit sciens, non pœnituit, intelligitur de novo tacitè conferre, & pristina collatio nova quadam collatione revivisci,ex his quæ latè Fel. *in cap. cum ex officii, n.*37. *de præscr.* sequitur Gonzal. *de alternati gl.*14.*n.*46.

96 Hinc traditio possessionis beneficii facta ab habente potestatem conferendi, per necessarium antecedens inducit tacitam, & virtualem collationem, Puteus *decis.*120. *& decis.*125. *lib.*5. Aquil. *decis.*4. *de præbend.* Covarr. *lib.*3.*variar.c.*16. *n.*10. Caputaq. *decis.*81. *n.*5. *p.*1. & Rebuf. plures similes adducens casus *de pacificis possessio. num.*12. *usque ad* 18. plenè Salva *de benef.*3.*p. q.*10. *in princ.& n.*24. Rot. *decis.*987.*lib.*3.*p.*3. *divers.* Gonzal. *ubi proximè num.*45.*& suprà, & gl.*5. *in princ.*

97 *num.*54.docentes, quòd collatio aut præsentatio potest fieri non solùm expressè, sed etiam tacitè per aliquos actus Garcia *de benefic.*11.*p.c.*3.*n.*17. ubi tacita præsentatione Maresc ot, latè *variar.solutio. lib.*2. *c.*33. *à n.*21. *& suprà à princ.* Alia etiam circa hanc quæstionem videnda sunt *infrà* 6.*p.c.*28.

98 Redeundo igitur ad nostrum propositum,à quo lapsi egredimur, ut scilicet concursus necessariò requiratur pro forma in parochialibus juris patron. Ecclesiastici, adeò procedit, ut quemadmodum in merè collativis, etiam reservatis suæ Sanctitati, & in ejus mensibus vacantibus, vel aliàs reservatis,seu affectis illum possit facere in partibus, & in sua diœcesi quilibet ordinarius, non obstantibus regulis reservatoriis, ut expressè disponit idem Concilium Trident. *d.*18. *c. sess.*24. *de reform.* ubi, etiam si ipsa parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter,*&c.)* & idem etiam disponit d. motus proprius Pii V. tenet Zerola,*verbo paro.hia.*§.2.*dub.*4.*&* 10.ac ita declaravit sacra Concilii congregatio, quam declarationem ad propositum refert Flami. Paris. *de resig. benefi. lib.* 8. *quæst.*9. *num.*103. & ad literam etiam refert Hieron. Gonzal.*in regul.de mem.gl.*6.*n.*112. aliam etiam declarationem facit ad idem eadem Sancta Congregatio, quam refert ad literam Anasto. Germo. *de indul. Card.* § *quibusvis n.* 1.7. Flamin. Paris. *suprà l.*10. *q.*7. *n.*12. ejus etiam meminit Nicolaus Garcia *de benef.*9.*p.c.*2. *num.*154. hoc etiam sequitur Cech. *de repub. cap.*12. *de paroch.n.*6. Marchus Anton Genuens.*in pract. Archiep. cap.*65. *num.*1. Riccius statim citandus Maresc. *lib.*1. *variar.resolut. cap.*2.

Pariter & eodem modo,in parochialibus juris patro- 99
natus Ecclesiastici, vacantibus in mensibus reservatis suæ Sanctitati concursus faciendus est spreto patrono, ut declaravit sancta Congregatio super eodem Tridentino, (cujus non meminere prædicti Doctores) super illis verbis (quem patronus digniorem, *&c.*) in sequentibus:Congregatio censuit, si institutio ad parochiales Ecclesias, quæ juris patronatus Ecclesiæ sint, facienda erit à summo Pontifice, quia fortè in mensibus reservatis vacaverit, jus eligendi digniorem ad solum Episcopum pertinet qui transmittere debet attestationem examinis facti per concursum, quotquot in eo fuerint approbati & quem ex approbatis ut digniorem,cui Sanctitas sua gratiam faciat, nominare,) & iterum eadem Sancta Congregatio super eodem versiculo Trid. in his verbis: Si beneficium curatum juris patronatus Ecclesiæ mensibus Apostolicæ sedi reservatis vacaverit; Episcopus ipse ordinarius, nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide ordinarii à summo Pontifice instituendum, sicut fit in aliis curatis, quæ non sunt de jure patronatus.) Riccius. *in praxi Eccles. concurs. dec.*414. *vers. fin.* 106

Nam certissimum est, in jus patronatus Ecclesiasti- 100
cum (quod illud est quando ex bonis Ecclesiæ beneficium fundatur, seu dotatur, aut à laïco donatur Ecclesiæ, aut ratione Ecclesiæ competit alicui juxta gloss. *in Clem.*2. *verbo præsentare de jure patron.*gl.*verbo in concl. in c.dilectus.*6.*de off.delegat.* ubi omnes text. *in c.*1. *de jure patro. lib.*6. Roch.de Curte *de jure patr.verbo jus quæst.*7. Rebuff. *de nomina.quæst.*8.*n.*2. Lambert *de jure Patro.lib.*1.*q.*1.*art.*5.*per totam.* Covarr. *in pract. q. c.*36. *n.*5. *vers.*2. Flamin. Paris. *de resignat. lib.*2. *quæst.*4. *à num.*39.) reservationem ex regul. de mens. sicut aliam 101
quamlibet intrare non est dubium,quia facilè huic juri patro. præjudicatur, *c.cum dilectus de jure patro. c. dilectus* & ibi Abb. *de off. delega.* latè Ojeda *de beneficior. incompat.*1.*p.cap.*24.*n.*112. Mandos.*in regul.*1. *q.*8. *n.*5. Cassiador.*decis.*4. *num.*2.*de jure patr.*Cov.*d.cap.*36.*n.*5. latè Hieron.Gonzal. *in regul.de mens.gl.*18.*n.*5.*& seqq.* 102
qui *n.*7. dicit quòd per solam simplicem collationem factam à Papa, censetur derogatum juri patro. clericorum absque alia derogatione, Cassiador *decis.*4. *n.*11. *de probationibus fin.n.fi.de jure patr.*quod secus est in jure pat.laïcorum, quod sub nulla reservatione comprehenditur, ut latè per Gonz *d. gl.*18. *à princ.* 103

Et obiter advertes, quòd in his beneficiis reservatis approbatus,& electus per concursum ordinarii tenetur pro obtinenda collatione à sede Apostolica fidem approbationis mittere, ac rationem concursus manu Episcopi, seu ejus Vicarii subscriptam intra quatuor menses,ut constat ex motu proprio Pii V.quæ currunt à die habitæ notitiæ vacationis, ut latè per Gonzal. *ubi supra d.gl.*6.*n.*131. *cum seqq.* & quæ addunt Garcia *ubi supra n.*7.*in* 10.§. *declarationis sanctæ Congregationis ibi* 104
adductæ & si non servatur forma tradita à Concilio Trid.in hujusmodi parochialium provisione vacantium in mensibus reservatis, impetrari potest à sede Apostolica, & impetranti concedi solet breve rigorosum de capienda possessione nomine Cameræ, ut per Gonz- *ubi proximè numeris sequentibus, & superius à num.*116. 105

At in jure patronatus laïcorum alia forma descripta est per Concilium, & dictum motum proprium ut in vacatione talis beneficii absque concursu provisio fiat, cùm postquam edictum propositum est, intra tempus à jure concessum, præsentat patronus aliquem clericum, isque simpliciter (nullo alio admisso) examinandus est ab examinatoribus synodalibus, cui, si idoneus reperiatur,institutio facienda est ab Episcopo, ut disponit dict. Concil. Trident.*d.cap.*18.*sess.*24. *de reformatione versic. quod si jus patronatus,*&c. in hæc: Quod si jus patronatus laïcorum fuerit, debeat, qui à

Patrono

Patronopræſentatus erit, ab eiſdem deputatis, *ut ſupr.* examinari, & non niſi idoneus fuerit, admittit, *&c.*) & cenſuit etiam Sancta Congregatio Cardin. ſuper d. Concil. *verſ. quod ſi jus patronatus laicorum*, &c. in his verbis ſpeciale eſt in jure patronatus laïcorum, ut non requiratur concurſus in collatione Eccleſiæ Parochialis,) & iterum eadem Congregatio ſacra ſuper eodem verſ. ita ait: Examen per concurſum fieri non debet in vacatione parochialium, quæ ſunt juris patronatus laïcorum, ſed ſufficit, quòd deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus, in Diœceſana Synodo deputatis, & idoneus judicetur, prout ſtatuit hîc Concilium Tridentinum, §. *& quod ſi jus patronatus*, &c.) tradunt Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib.* 8. *quæſt.* 9. *n.* 111. Zerola *verb. parochia* §. 2. *dub.* 7. Cechus *de repub. c.* 28. *de parocho num.* 6. Marcus Anton. Genuenſ. *in praxi Archiepiſ. cap.* 61. *num.* 2. Gonzal. *in regul. de men. gloſſ.* 6. *num.* 134. Leſſius *lib.* 2 *cap.* 34. *n.* 58. *&* 81. Nicol. Garcia *de benef.* 2. *tom.* 9. *p. c.* 2. §. 2. *num.* 255. Aloyſ. Riccius *in*
106 *pract. Eccleſ. concurſ. ad paroch. deciſ.* 426. *à n. & ſeqq.* ubi quatuor modis limitat Rota per Ludovicum *deciſ.* 594. *à num.* 1.

107 Sed ſuccedit ſtatim difficultas, an in parochialibus juris patronatus mixti laïcorum, & clericorum concurſus neceſſarius ſit, cui quidem pluries providit ſancta Congregatio Concilii *ſuper d. c.* 18. *ſuper d. verſ. quod ſi jus patronatus*, ut concurſus ſit neceſſarius, quemad
108 modum in aliis Juris patronatus omnino clericorum, & in hæc: Quæ ſi juris patronatus partim Eccleſiaſtici, partim laïci, ſervanda eſt forma examinis per concurſum hîc poſita, quam Concilium præſtitit in conferenda parochiali, quæ ſit juris patronatus merè Eccleſiaſti, idem dicendum eſt quando patronatus ex duabus partibus pertinet ad laïcum, & pro una tantùm ad Eccleſiam) & ſuper eodem Concilio ſuperiùs *ſuper ver. juris patronatus*, &c. pariter Congregatio cen-
109 ſuit his verbis: Idem in collatione, & inſtitutione juris patronatus mixti; ſcilicet, partim laïci, partim Eccleſiaſtici. Sed tunc facto concurſu in parochialibus mixti patronatus electum præſentat, & ab ordinario inſtitutio facienda) notat Gonzal. *ubi prox. ante n.* 135. *&* 136. & Garcia *à num.* 276. Riccius *ſupr. deciſ.* 414. *ad fin. &* 416. *num.* 3.

110 Et eſt ratio ſcilicet; favor Eccleſiæ, cujus eſt proprium intereſſe, ut maturiùs, meliúſque illis provideatur, prout fit dato concurſu, ac ideo qualitas attenditur quæ Eccleſiæ prodeſt, ut dicit Garcia, *ibi n.* 279.
111 ſecundùm Felinum *in tract. quando litera Apoſtolicæ, concl.* 6. Lambert. 1 *p. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 6. quia tunc jus patro. Eccleſiaſticum tanquam dignus trahit ad ſe laicale minùs dignum, & pars clerici trahit ad ſe partem laici, *cap. per tuas, cap. contingit de arburis c.* 2. *de conſecratio-*
12 *ne Eccleſiæ, vel altaris*, at quando non adeſt aliquis Eccleſiæ favor, ſed ipſius patroni, tunc qualitas laicalis prævalet Eccleſiaſticæ, neque laïcus propter clericum, & ejus ſocietatem nimium præjudicium patiatur, nec ſuum perdat privilegium, hoc enim æquum eſt, ut in re
113 individua ſocietas aliis non præjudicet, notant Garcia, *ſupr. n.* 284. & Gonz. *gl.* 18. *n.* 12. & ideo tale jus patron. mixtum non cadit ſub generalibus reſervationibus ſecundùm Gemin. *in c. unic. in fin. verbis, de jure patr. lib.* 6.
114 Felin. *in c. multorum n.* 3. *verſ. & ideo ſingulariter de Judæis.* Abb. *in c. dilectus n.* 5. *de off. delegati.* Caſſiad. *deciſ. fin. ante n.* 11. *de prabend. & deciſ.* 7. *de jure patr.* Selva *de benefic.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 11. Rochus de Curte *de jure patron. verbo, jus, in* 1. *quæſt. acceſſoria* 7. *quæſt. princ. n.* 23. Lambert. *de jure patr.* 3. *p. lib.* 2. *quæſt.* 9 *n.* 9 *in fin.* Rebuf. *in tract. de nominat. quæſt.* 15. *n.* 7. Covarr. *in pract. quæſt. cap.* 36. *ſub n.* 5. *verſ. tertiò opportunè.* Mandoſ. *in regula* 1. *cancella quæſt.* 8. *num.* 6. Ojeda *de benefic. incompat.* 1. *p. cap.* 24. *n.* 114. Graſſis *deciſ.* 3. *per totam de jure patron.* Petrus *deciſ.* 157. *per totam lib.* 3. Creſcentius *deciſ.* 3.

de jure patron. Verall. *deciſ.* 405. *lib.* 1. & Garcia. & Gonzal. *ſuprà*, vide *n.* 137.

Et reſpectu derogationis videndus Felin. *in tract* 115 *quando litera Apoſtolicæ amplia.* 6. *& lim.* 3 Rochus de Curte *de jure patron. verbo jus*, *n.* 15. Lamberti. *p.* 2. *lib. queſt.* 9. *art.* 9. Covarr. *practicarum quæſt. d. c.* 36. *ſub dicto num.* 5.

Pro qua reſolutione & illud facit quod in parochia- 116 libus unitis cum aliqua dignitate æquè principaliter concurſus in ejuſdem dignitatis proviſione, omnimodo neceſſarius eſt, ut bene infert Nicolaus Garcia *de benefic. 9. p. c. num.* 194. ex declaratione ſanctæ Congregationis dicentis: Examen concurſus non eſt neceſſarium in dignitate, quæ parochialem perpetuò, & acceſſoriè unitam habet.) refert Anaſta. Germo. *de indul. Cardin.* §. *quibuſvis num.* 7. *&* 8. Leſſius *de repub. c.* 34. *num.* 8. Gonzal. *gl.* 5. §. 7. *n.* 13. *gloſſ.* 6. *num.* 162. quoniam unio facta æquè principaliter nihil noviter operatur, ſed utrumque beneficium manet beneficium ſicut erat, & quælibet Eccleſia in ſuo ſtatu, & honore remanet & proprios redditus agnoſcit, gaudétque ſuis privilegiis, ſed illud ſolùm operatur, ut unus ſit Rector utriuſque, gloſſ. *in cap. & temporis* 16. *quæſt.* 1. & gloſſ. *in c.* 1. *de ſede vacante* gloſſ. *in Clem. per literas, de præb.* & ibi *q* 17. Cardin. Immol. *à n.* 15. Abb. *n.* 5. Bonif *à n* 20. Caccialupus *art.* 2. *n.* 2. *& art.* 8. *quæſt* 3. Petrus de Peruſio *cap.* 1. *n.* 6. *& c.* 2. *ſub. num.* 3. Rebuff. *in praxi benef. tit. de unioni. n.* 15. *& tit. de vicariis perpetuis n.* 3. Corraſ 4. *p. n.* 57. Mondoſ. *regula* 12. *quæſt.* 1. *num.* 4. *& conſ.* 27. *à n. princ.* Ojeda *de benef.* 1 *p.* 13. *num.* 2. *&* 8. *&* 2. *p. c.* 3. Gonzal. *gl.* 5. §. 7. *n.* 112. *cum ſeqq.*

Et hæc duo beneficia unita æquè principaliter ſi ſint 117 in diverſis Diœceſibus, vel aliàs diverſis collatoribus ſpectent, in illorum proviſione requiritur utriuſque Epiſcopi, ſeu collatoris conſenſus Abb. *in d. c.* 1. *num.* 6. Caccialup. *art.* 1. *num.* 2. *art* 8. *quæſt.* 3. Petrus de Peruſio *cap.* 1. *num.* 6. Nicol. Garcia *de benef.* 2 *tom. titulo de unione* 12. *part. cap.* 2. *à num.* 47. quod ſecus eſt, quando in proviſione beneficii, cui alterum alterius diœceſis eſt unitum acceſſoriè, quia tunc ſufficit cenſenſus Epiſ- 118 copi beneficii principalis dumtaxat, Petrus de Peruſio *de revocatione unionis ap.* 6. *quæſt.* 6. *num.* 4. Puteus *de-* 119 *ciſ.* 433. *lib.* 2. *& deciſ.* 40. *lib.* 1. *& deciſ.* 15. *lib.* 2. *n.* 3 *div.* Gonzal. *ſuprà n.* 24. quia non attenditur natura, & qualitas beneficii annexi acceſſoriè: ſed dumtaxat principalis, ex authoribus ſuperiùs allegatis, unitum alteri 120 principali, aſſumit ejus naturam, conſuetudines, & privilegia, *in d. c. temporis, & in d. c.* 1. Petrus de Peruſ. *c.* 2. *num.* 10. *&* 9. Navarr. *conſ.* 6. *num.* 2. & perdit propriam prærogativam, proprium nomen, ac titulus beneficii extinguitur, ac ſupprimitur, & de cætero denominatur à principali: optimè multa per Gonzal. *d. gl.* 5. §. 7. *ex* 121 *n.* 2. & Nicol. Garcia *d.* 12. *c.* 2. *à princ.* apud quos videre poteris multos, ac elegantes effectus, reſultantes ex hoc, quòd beneficia ſint principaliter unita vel quando ac- 122 ceſſoriè unum alteri.

Noſtra autem ſuperiùs dicta concluſio; ut in Paro- 123 chialibus juris patr. laïcorum locum non habeat concurſus; declaranda erit, ut intelligatur, quando patronus laïcus unum dumtaxat præſentat, ſecus autem ſi præſentat plures, nam inter ipſos præſentatos, & non alios examen per concurſum omnimodo faciendum eſt, & reperti idonei ſunt ab examinatoribus approbandi, & ex his approbatis eſt unus idoneus ab Epiſcopo eligendus, ut Sacra Congregatio Concilii *ſuper d. c.* 18. *ſuper. verſic. quod ſi juris patron.* his verbis declaravit: Eveniente vacatione parochialium de jure patronatus laïcorum, quando plures ſunt præſentati, requiritur examen per concurſum inter ipſos præſentatos tantùm, ut ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus renuntiati ſunt, Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, ad quod illum, & non

alterum instituat, juxta hoc decretum) & ita tantum fuisse in Rota refert Flamin. Paris. *de resign. lib. 6. q. 5. n. 21.* Gonzal. *gl. 6. n. 138.* Riccius *in pract. Eccles. concursus decis. 416. n. 2.* Marescot. *variar. resolut. lib. 1. c. 5. num. 1.* Rota novissima per Ludovisium *decis. 493. n. 3,* qui testatur idem fuisse tentum in Pampilonen. de Zal. 26. Junii 1609. coram Ortenbergo, & in alia Pampilonen. Parochia. 27. Janvarii, 1614. coram Coccino Decano.

124 Quod tamen intelligendum est, prout & rectè intellexit Nicol. Garcia *de benef. 2. tom. 9. p. cap. 2. n. 257.* ut procedat, quando singuli præsentati à Patronis laïcis habent æqualem, seu æquales voces, quia tunc inter ipsos habebit locum concursus; nam si aliquis haberet plures magisque voces, hoc est majorem partem patronorum, is dumtaxat erit examinandus, & idoneus repertus, instituendus, *juxta cap. 3. de jure patro.* & ibi Glossa, Covarr. *in regul. peccatum 2. p. §. 7. n. 4.* Lambert. *1. p. 2. lib. quæst. 10. art. 3. n. 17. & 3. p. 2. lib q. 4. art. 1.* Joan. Guttierr *cano. lib. 2. quæst. 11. n. 20.* Vega *in summa 1. p. cap. 36. casu 34.* & est de mente præfatæ declarationis Cardinalium & Doctorum locis proximè citatis. Ita latiùs Rota novissima per Ludovisium *decis. 494.*

125 *num. 3.* affirmans ita fuisse dictum in Pampilonen. Parochia 27. Janvarii 1614. coram Decano nam attenditur major pars prædominans, *cap. 1. de his quæ fiunt. d.*

126 *major parte c. 1. quod major, ff. ad municipalem c. sedes de rescriptis, l. sed & si rem. §. 1. l. quidquid §. fin. ff. de acquir. rerum dom.* & semper à potentiori fit denominatio, *l. queritur ff. de statu hom.* Ilf *in l. 1. in prin. n. 21. ff. de verbor. oblig.* Rollan à Valle *cons. 23. ex n. 26. vol. 1.*

127 Et hinc est quòd licèt in patronatu mixto non intret reservatio, procedit in mixtura æquali, at si pars clericorum habeat plures voces quàm laïcorum, alteratur beneficii natura, & intrat reservatio, Gambarus *in tract. de pote. lega. lib. 3. de potest. lega. in conferen. benef. n. 368. vers fallit tamen & seqq.* Covar. *in pract. quæst. cap. 36. n. 5. post medium.* Crescentius *decis. 3. in princ. de jure*

128 *patr.* & latè Gonzal. *glos. 19. ex n. 15.* ac ideo quando plures clerici à patronis præsentantur, unus tamen habeat plures & magis voces, is solus examinandus est juxta superiùs dicta, cessante concursu, prout ita pluries vidi practicatum adductis processus per viam violentiæ adhuc Regium Senatum, quo declaratur, vim nullam facere ordinarium, non deferentem appellationi interpositæ per alium præsentatum, minorem partem vocem habentem, ob non admissionem ad examen, seu concursum, quæ resolutio fallit quando habens majorem partem vocum, se subjiciat examini, & concursui, quia sibi præjudicat, & perinde habetur, ac si habeat pares voces, ita fuisse resolutum in una decis. Pampilonensi Paroch. 27. Janvarii 1614. coram Coccino Decano testatur novissimè Alexander Ludovisius *d. decis. 494. sub n. 3*

129 Hinc succedit dirimenda illa quotidiana quæstio in supremis tribunalibus; an appellationi emissæ à patrono ejusve præsentato ad beneficium à collatione, seu institutione facta ab Episcopo, spreto, & contempto jure patronatus, non deferens vim faciat, sive in parochialibus, sive simplicibus beneficiis (quando extrajudicialiter in istis fit provisio) in quo resolutivè affirmativam partem amplector; scilicet, vim fieri, quoniam hujusmodi appellatio est licita, quoad utrumque effectum, & devolutivum, & suspensivum.

130 Quoniam certum est provisionem beneficii nullam executionem non mereri, sed appellationi deferendum ex his, quæ à principio hujus capituli adduximus, sed hujusmodi collatio facta ab ordinario, spreto, & contempto patrono, jure patronatus, intra tempus datum ad præsentandum, est nulla ipso jure, text. est *in l. decernimus 16. q. 7.* Abb. *in c. cum Bertol. de re jud. n. 13.* & ibi Fel. *num. 8. & seqq.* Prob. ad monach. *in c. 1. de off. deleg. in 6. num. 14.* Rochus *verb. honorificum n. 2.* Lambert *3. p. 2. lib. quæst. 2.* Corras. *4 p. cap. ult. num. 25.* Joan. Nicol. Gime. *in enchirid. benefic. tit. 5. c. 7. à n. 9.* Gregor Lopez *in l. 5. tit. 15. p. 1. gloss. 2.* & Mohedan. *decis. 6. de jur. patron. aliàs 268. & aliàs 266.* incip. *resolutum fol. 221.* per quem & Felin *in c. cum inter col. 3. de except. in tr. quod literæ noceant. patr.* Dicit Flamin. Paris. *de resig. benef. lib. 2. q. 4. n. 3.* optimè etiam per Spinam *in specul. testam. gloss. 4. princ. à n. 96.* ex text. *in c. decernimus, & in d. c. cum Bertol. de re jud.* Ex eorum verbis (ibi irritam noveris) & ibi (irritam fore) constat; 131
cùm sint verba præsentis temporis, quæ inducunt nullitatem ipso jure, per doctrinam glossæ *in l. crim. C. de jurisd. omn. jud. & in c. 2. de hæreticis lib. 6. verb. innodetur.* & est commun. secundùm Felin. *in c. Rodul. 25. de rescr.* Ilf. *in l. posth. nat. n. 25. C. de honor. poss.* Men. *in l. 1. n. 28. C. de juris & facti ignoran.* & sic sequitur, quòd cùm ipso jure nulla provisio, & collatio facta ab ordinario absque præsentatione patroni, executioni, (sive simus in beneficiis curatis, à quibus sive extrajudicialiter, sive judicialiter procedatur, non datur appellatio suspensiva; sive simus in beneficiis simplicibus, in quibus non appellatur, quando extrajudicialiter proceditur, de quo nos latè *supra lib. 2. c. 13 à princ.*) executioni, inquam mandandam non esse, quam non meretur actus nullus, *juxta l. 4. §. condemnat. ff. de re jud.* & sic appellationi deferendum esse constat ex dictis hoc capite.

Quod tamen est declarandum, & intelligendum, 132
hanc collationem esse nullam, si ipse patronus reclamaverit, ac contradixerit intra tempus à jure concessum sibi ad præsentandum, nam aliàs sustinebitur, & valida remanebit transacto absque contradictione. probant Cardin. *in clem. 1. de supplen. negl. prælat. sub. n. 11.* Abb. *q. 5. n. 7.* alios allegans Felin. *in d. c. cum Bertol. n. 10. & 14. & in c. cum ex off. de præscript. n. 36. & in tract. quòd litera Apost. lim. 10.* Prob. *in c. statutum de præben.* Selba. *de benef. 1. p. q. 6. n. 15. & 3. p. q. 9. num. 2.* Roch. *d. n. 2.* Lamb. *ubi sup. & q 8. art. 2. num. 3. & q. 9. art. 24.* Rebuff. *in praxi 3. p. sign. verb. nec non juris patron. 51. & de nominat. q. 17. n. 31. aliàs 11. & consil. 79. & 81.* Corras. & Gregor. *ubi suprà.* Gamber. *de off. deleg. lib. 3. à n. 34.* Petr. Pequi. *in regul. benef. n. 16. in G.* Ferret. *cons. 33. n. 1.* Hieron. Gabriel. *consil. 175. lib. 2.* Perez de Lara *de ann. & appell. 2. cap. 10. n. 29.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 8. q. 10. n. 10.* Zerol. *in prax. Episcop. 1. part. ver. jus patr. §. 8. dub. 8.* Caputaq. *dec. 135. part. 1.* Mohed. *ubi sup.* Put. *decis. 412. lib. 1.* optimè Spina *ubi suprà in dict. gloss. 4. n. 99.*

Et licèt huic doctrinæ, seu declarationi plures 133
assignent Doctores rationes, nulla potior illa; nam nullitas collationis ab ordinario factæ, spreto patrono, cùm sit inducta in favorem ipsius patroni, atque ideo ita demùm est nulla si ipse voluerit & non contradicat, quam reddunt Spina. *ubi supr. sub num. 99.* Cassiador. *dec. 2. n. 4. de locato* & Rota *dec. 77. p. 1. div.* Rot. *dec. 10. de jur. patron. aliàs 528. in antiq.* Nicol Garc. *de benef. 1. tom. 5. p. cap. 9. n. 238.* nam ubi actu annullatur in favorem alicujus, subintelligitur tacita illa conditio, si vo-
luerit ille in cujus favorem actus annullatur. glos. *l. filio* 134
præter. & ibi glos fin. *ff. de injusto rapt.* latè Tiraquell. *in tract. le mort saisit, p. 7. declaratione prima,* ut in emphy- 135
teuta, qui si non solvit per biennium canonem, cadit in commissum, domino volente, & declarant el 2. *de jur. emphyteut.* Bald. *in l. fin. num. 4. C de revocand. dona.* Cuma *cons. 264. col. 3.* Decius 146. *& cons. 260. n. 8.* 136

Et ista reclamatio inducitur non solùm tacitè, scilicet præsentante patrono intra tempus, sed etiam ex contradictione expressa locum habet, ita ex Mandos. Mohedano, & aliis advertit Nicol. Garc. *de benef. d. tom. 1. 5. part. cap. 9. n. 281. & 43.* & in nostro casu, scilicet, data appellatione non est dubium, quia est contradictio expressa, nulla enim major contradictio, quàm

appella

appellatio, cùm ea orta sit dumtaxat ad impugnationem actus, *ex toto tit. ff. & Cod. & decretalib. de appellation.* & de multis actibus factis contra patronatus
138 jus, qui revalidantur subsecuto tacito, vel expresso patroni consensu: vide aliquos per Garciam *ubi proximè & superiùs*, & quæ copiosè congessit Flamin. Paris. *de resig. lib. 2. quæst. 4. per tot.*

Sed inde incidit alia solvenda difficultas, an appella-
139 tioni à clerico præsentato ad Parochialem, asserente, se habere majorem, & saniorem partem patronorum & vocum; interjectæ à sententia, & institutione, seu provocatione ad examen alterius præsentati ab alia patrnorum parte, quem minorem habere, adversarius appellans contendit: non deferens ordinarius, imò ea postposita ad executionem, & possessionis traditionem tanquam Parochialis procedit, vim faciat. Et
140 videtur affirmativè dicendum, quoniam præsentato à majori parte patronorum debet fieri institutio, ac præferri debet præsentato à minori parte, text. est *in c. quoniam, de jure patr. c. quia propter. c. audi tis de electione*, arg. *l. quod major ad mun. c. prudentiam in princ. de off. deleg.* & quemadmodum hæc patronorum pluralitas
141 consideratur, distinguendo inter jus patron. competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut universis, bene explicat post alios Spina *in specul. testam. gloss. sub num.* 88. *vers. cum agitur*, ergo facta institutio præsentato à minori parte erit nulla, & per consequens appellatio legitima, ex dictis ad princ. hujus cap.

142 Secundò faciunt, quæ paulò ante dicta reliquimus *ex c. decernimus* 16. *q.* 7. de institutione facta contemptis, & spretis patronis; ut sit irrita ipso jure, ac propterea etiam in Paroch alibus appellationem ab ea interpositam, utrumque habere effectum, devolutivum, & suspensivum; sed hîc contemnuntur patroni ad quorum præsentationem necessariò erit facienda institutio; ergo nulla aliter facta, & per consequens appellabilis.

143 Sed contrariam sententiam, imò in Parochialibus (à cujus provisione sive judicialiter, sive extrajudicialiter sit processum, appellatio non admittitur regulariter ex decreto Trident. *sess.* 24. *de reformation cap.* 18. & motu proprio Pii V. nos latè *suprà lib.* 2. *cap.* 13.) hujusmodi appellationi minimè deferendum, eo quòd institutio sit præsentatio à minori parte, ut appellans
144 prætendit, nam casu, quo à minori parte patronorum præsentato fiat institutio, non dicitur contemptum jus patronatus, & ideo non est nulla ipso jure, siquidem text. *in d. c. decernimus* 16. *q.* 7. dum annullat provisionẽ factam spretis fundatoribus Ecclesiæ procedit, & locum habet, quando ipsum jus patronatus contemnitur; hoc est, quando beneficium pertinens ad præsentationem patronorum, ordinarius confert illud ut mere collativum, tanquam ad ejus liberam provisionem spectans, nulla facta mentione patronorum, ad quos de jure competit præsentatio, & quando ipsum jus pa-
145 tronatus spernitur. At quando ordinarius nonut merè collativum, & jus liberæ dispositioni pertinens sed ut jusis patronatus, illud quoquo modo agnoscendo instituit, cessat ratio ac dispositio illius text. quòd institutio non sit irrita ipso jure, qui quidem intellectus satis conveniens est menti, & verbis illius, quæ sunt hæc: Decernimus, ut quandiu fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant sollicitam, itaque rectores idoneos in eisdem basilicis, iidem ipsi Episcopo offerant ordinandos, & si spretis, eisdem fundatoribus rectores ibi idem præsumpserit ordinare Episcopus, & ordinationem suam irritam noverit; & ad verecundiam sui, alios in eorum loco, quos ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. Hactenus, cujus verba clarè probant nostrum intellectum, & est ex mente Doctorum, quos in sui comprobationem superiùs latè adduximus *à n.* 131. qui omnes hoc supponunt, tunc procedere hujus text. dispositionem annullantem contemptum ipso jure, quando scilicet, ordinarius instituit, vel contulit Ecclesiam absque præsentatione, & ea spreta, sed ut liberè collativam, ut ex eis apparet.

Pro quo etiam fortiter facit, quod dicunt post alios 146
Caved. *in tract. de patron. Reg. c.* 8. *n.* 3. *seq.* & Lara *de ann. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 40. *& seq.* quòd quando lis vertitur inter patronos super jure præsentandi, ad quem pertineat, præsentatus à possessore sustineatur evicto postmodum jure patr. à veris patronis. At verò quando lis non est inter patronos; sed inter patronum, & Episcopum, tunc evicto jure patronatus à vero patrono, removetur à beneficio provisus ab Episcopo. Rationem differentiæ reddunt, quia hoc ultimo casu provisio fuit nulla ipso jure ex dispositione *C. decernimus*, non verò in casu præcedenti, & non diximus inferiùs.

Et huic intellectui etiam favet non parum quod in- 147
ter interpretandum *d. c. decernimus* adducit latè Lamberti. *de jur. patron.* 3. *p. l.* 2. *art.* 2. *q.* 2. *princ.* præcipuè *à n.* 7. *& sup.* ubi dicit in fortioribus terminis, quòd quotiescumque ordinarius institueret præsentatum per aliquem non patronum; non dicetur institutio ipso jure nulla, quia non dicetur spreviſse patronum, juxta text. *in c. illud ad fin. de jure patr.* & idem Lamberti. iterum ibi *n.* 44. quibus locis dicitur, tunc habere jus, & justitiam verum patronum instare pro revocatione, & irritatione illius præsentationis, & institutionis subsequutæ, non ut ab eo præsentatus admittatur. Non verò est nulla & irrita de facto & ipso jure, & sic si ad præsentationem veri patroni, licèt minoris partis ordinarius instituat, jam agnoscit jus patronatus, illudque non contemnit, & ideo si contemptio non adest, nec nullitas ipso jure, licèt sic injustitiam faciet instituendo habenti minus jus, cujus cognitio superior Ecclesiastico judici de appellatione cognituro, attinet, non Senatui Regio de violentia cognoscenti.

Absurdum enim magnum foret, si perenti fundum, 148
suumque esse probanti adversa sententia feratur à judice, applicante alteri parti, declarantéque huic pertinere: dicere hanc esse sententiam nullam, injustam tamen, contra quam remedia ordinaria appellationis à jure prodita sunt, non nullitas, quia cùm sit lata adversùs jus litigatoris, nulla non dicitur ex his, quæ Vantius *de nullit. sent. tit. de mod. venden. proceſſ. sub. n.* 8.

Si enim ordinarius declarasset justum non habere jus 149
patronat. etiamsi probatum haberet, sed adversarium; non est nulla sententia ipso jure, sed dumtaxat injustitia, & quando non esse juris patronatus Ecclesiam, sed merè collativam declaravit, hoc est justum gravamen reformandum, & revocandum à judice superiori adito per viam ordinariam appellationis, ergo multo minus dicetur nulla sententia, qua declaravit faciendam institutionem ad præsentationem quorundam patronorum, qua minorem partem esse contendit adversarius appellans, cùm idem sit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum, & cui licet quod est plus, licet quod est minus, & si hoc casu daretur contemptus; sequeretur exinde, quod sive institutio fiat ad præsentationem majoris, sive minoris partis patronorum. cùm una sit relinquenda; dicerentur etiam contempti patroni, quod foret absurdum, cùm semper foret nulla quævis institutio.

Ac ideo cùm supremorum tribunalium auditoribus 150
non pertineat, regulare has voces, sed extrajudicialiter notoriam vim levare, nec adsit ex hoc capite nullitas notoria in sententia, sed dumtaxat fortè injustitia, horum communiter praxis quotidiana obtinuit, ut in beneficiis curatis ex hoc capite vim non fieri per Ecclesiasticum, non deferentem hujusmodi appellationi, declaretur, causamque ad eundem remitti, ut suam queat sententiam executioni demandare; & hoc jure utimur, maximè cum in hujusmodi proceſſibus

circa jus patronatus inter compatronos vix aut rarò de injuſtitia conſtat notoriè, ſiquidem hinc inde tot, taliaque deducuntur, quæ in jure, & in facto notabilem intricationem, & obſcuritatem præparant, quæ tollunt notorietatem, & ideò minimè ſuſpendit appellatio ex iis quæ exactè *ſup. à n.*34. *cum ſeqq.* ſecus ſi de notoria injuſtitia appareret abſque aliqua intricatione in jure aut in facto vide quæ *n.*154.

151 Et ſic ad hos terminos reducendus Bald. *conſil.*17. *factum ſic proponitur lib.*5. *in princ. & num.*2. qui notus ex diſpoſitione *c. quoniam, de jur. patr.* dicit inſtitutionem factam præſentato à minori parte patronorum eſſe nullam ipſo jure, refert eum Card. Tuſc.*tom.*6.*lit. P.concl*145. *n.*3. *&* 5. nihil in comprobationem adducens, ſed Bald. intelligendus eſt prout loquimur & ſecundùm text. quem allegat, qui quidem illam concluſionem non probat,ſed quod venit irritanda inſtitutio, ut exactiſſimè per eundem Lambert ſuprà relatum.

152 Nec obſtat Doctrina Gutierr. *lib.* 2. *canonic. quæſtio. cap.*11.*n.*20.*&* 21. Nicol.Garc. *de benef.*9.*p.c.*2 *n.*157. Riccii *in præct.Eccleſ.juris patr.dec.*191.*c.*198. Cavalc. *deciſ.*1. *num.*1. *colum.*3. & Rot. *deciſ.*117. *p.*2. *diverſ.* quos nonnulli allegant pro contraria parte, dum dicunt, quòd regulariter inſtituendus eſt is præſentatus à patronis, qui à majori parte fuerit præſentatus, cui facillimè reſpondetur,quòd licèt jure ſit, quòd debeat
153 ſic præſentatus inſtitui, & ordinarius non faciens faciat injuſtitiam: non tamen nullitatem, Doctores id dicunt, non enim ſequitur; probavi rem petitam meam eſſe, judex contrarium declaravit, & ſic contra juſtitiam; ergo nulliter fecit, & ſic licèt via & remedio appellationis non ſuſpenſivæ poſſit revocari ſententia, non tamen via nullitatis.

154 Unum tamen te admoneo, quòd ſi ordinarius, dum vocum, & patronorum faciens comparationem in ſententia, conſtaret evidenter, majorem partem pertinere alicui ex præſentatis clericis, & nihilominus facien dam inſtitutionem alteri, cui facta computatione erronea vocum in ſententia expreſsè, minor pars pertineat; declaravit iſta ſententia etiamſi ſimus in Parochialibus, eſſet appellabilis quoad utrumque effectum, cùm ſit nulla ipſo jure, tanquam lata contra juris clari diſpoſitionem clauſi in corpore juris, dictantis, ut inſtitutio fiat ad præſentationem majoris partis patronorum,minore relicta,text. *in c.quoniam de jur patron.cap. quia prater.c.auditis,de electione*, cum aliis,& ideo cùm de facto conſtat indubitabiliter ex eadem ſententia;jus eſt applicandum,aliàs erit nulla, text. *in l.*1.*§. item cum, ff.quæ ſententiæ ſine appell. rec. l. ſi expreſſim.ff.de appell. l.*2. *C. quando provocare non eſt neceſſe c.*1. *de ſentent. & re jud.* ut puta quando judex declaret, ut ſupponat, aliter aliquem minorem 14. annorum, & declarat validum ejus teſtam. vel patrono non dandum 6. vel 4. menſes ad præſentandum. Anchar. *conſ.*372. *pro declaratione, in prin.* Marſil. *n.*20. Decius *conſ.*8. *poſt princ. lib.*1. & requiritur quòd ſit error juris patenter & manifeſtus in ſententia,ad oculum viſibilis,habita relatione ad caſum, & tenorem legis claræ, & publicæ,ac indubitabilis, prout eſt *d.c.quoniam* diſpoſitio, non autem ſufficit, quòd oculo mētis & per ſubauditos intellectus percipiatur,nam ſi error ex expreſſa ſententia non exprimitur, ſed per relationem ad acta, non erit ſententia nulla, teſtatur de communi Alex. *conſ.* 66. *attentis col.*5. *verſ. nec obſtat, lib.* 3. & proinde *l. ſi expreſſim, & d.l* 2.ibi,tam manifeſti juris, *&c.*)text.*in c.ſolet.*ibi, vel intolerabilem errorem in ſententia fuiſſet patienter expreſſum) *de ſentent.ex com.l.*6.*c.venerabilibus §.fi.eod. tit.*& ita tenent Innoc Hoſtienſ.*in c. P. & G. circa fi.de off. delega.* cujus dictum reputat famoſum, & elegans ſingularéque Anton. *in c. ab excommunicato, de reſcrip.* & DD. *in d.c.*1 ubi Felin. *col.*8.*de re jud.*Iſſ.*in l.*2.*col.*3. *C.de errore calculi*, expreſſum autem illud ſolummodo dicitur quod ex verbis infertur, & colligitur,Bald. *in l ad probationem, l.*1. *C. de probat.* Angel. *in l. prætor ait, ff. de oper. nov. nuntiatio.* quos referens ſequitur Decius *conſ.*68.*col.penult.* latè & optimè hunc articulum examinat Vanti. *de nulli. ſentent.ex defect. proceſſ. à n.*118. *cum multis ſeqq.* & ideo ex hoc capite (quod rarò aut nunquam contingit) ſententia dicetur nulla ipſo jure & appellabilis,non autem ex c.contemptus juris patronatus, & idem erit quando apparet evidenter & notoriè de notoria injuſtitia, abſque ulla intricatione in jure, aut in facto, quia tunc etiam efficietur cauſa appellabilis, latè dixi *ſuprà n.*34.*cum ſeqq.& n.*150.quod vix contingit in iis caſibus.

Et pro hujus materiæ perfectione addendum eſt 155
illud, quod quamvis (beneficia Eccleſiaſtica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis,ſeu aliis Eccleſiis, aut Monaſteriis Beneficiis, ſeu Collegiis, aut piis locis quibuſcumque perpetuò unita, & annexa reperiuntur, ab ordinariis locorum annis ſingulis viſitentur, qui ſolicitè providere procurent: ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, niſi ipſis ordinariis pro bono Eccleſiarum regimine aliter expedire videbitur, *&c.* ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur,appellationibus,privilegiis,exemptionibus etiam cum judicum deputatione, & illorum inhibitionibus quibuſcumque in præmiſſis minimè ſuffragantibus) quæ ſunt verba Concilii Tridentini *ſeſſ.* 7. *de reformat.n.*7. quo, ut vides, deducitur à compulſione ordinarii proponendi Vicarios perpetuò in hujuſmodi curatiis unitis appellationi emiſſæ, licèt non deferat, vim nullam faciet.

Tamen in hujuſmodi Vicariis perpetuis Parochia- 156
lium unitatum concurſus nullatenus neceſſarius eſt in eorum proviſionibus; ſed dumtaxat ad nominationem ſeu præſentationem illorum,quorum dignitati, Monaſterio,vel Eccleſiæ unita ſunt,& annexa deputandos,& inſtituendos eſſe, text, *in c. extirpandæ,§. qui vero, &c. de monachis, de præbendis c. unico de Capellis monachor. in* 6. *& cle.*1. *de jure patr.* Abb. *in d.§. qui verò num.*9. Petrus de Peruſ. *in tract. de unionibus c.*11.*quæſt.*6.Rip. *reſponſor.lib.*2.*reſp.*18. *num.*4.Navarr.*in conſ.*11.*de ſtatu monachorum n.*3. *&* 7. Joan. Gutier. *conſ.* 44. Rot. *deciſ* 798.*n.*5.*p.*1. *div.*latè Gonz.*de men.& alter. gloſ.*5.§. *à n.*19 ubi de materia Vicariorum,& præcipuè *à n.*50. *cum ſeqq.& gl.*60.*à n.*160. optimè etiam latè diſputat. Nicol. Garc. *de benef.*9.*p.c.*2.*à n.*285. nonnulla etiam in comprobationem applicat fundamenta Aloyſ. Ricc. *in præct.Eccleſ.concl.ad Eccleſ.Parochial. deciſ.*4 *per tot.* Caletus *in ſua Margar. ſelectorum caſuum conſcientiæ verb. Paroch.* pro quo facit conſtitutio Pii V.46. ſuper declaratione portionum aſſignandarum Vicariis perpetuis Parochialum, quæ incipit *ad exequendum*, & in 157
verſ. *volumus*, ita loquitur: Volumus inſuper, & ita mandamus,quòd dicti Vicarii perpetui,non ad liberam ordinariorum electionem, ſed ad nominationem illorum,in quorum Eccleſiis unitis ponentur,cum ipſorum ordinariorum,ſeu eorum Vicariorum,prævio examine, approbatione deputentur, *&c.*) & ita pluries determinavit ſancta Congregatio Conc.Trid.ſuper decreto 7. *ſeſſ.*7.*de reform.* ut ſuper verſ. *Vicarios etiam perpetuos*, &c. ita ait: Congregatio cenſuit, nominationem Vicariorū ad beneficiatos pertinere,& hoc etiam Pius V. dicta Bulla citata adducens, ordinarii, vel ejus Vicarii prævio examine approbationem neceſſariam eſſe,*&c.*) & iterum alia ſuper eodem verſ. in hæc Ex dicta Bulla Pii V. Calendis Novemb. anno 2. nominatio Vicariorum, & perpetuorum ſpectat Eccleſiis, ſeu locis, quibus dictæ Parochiales ſunt unitæ, *&c.*)

Et adverte quòd eadem Congregatio Concilii ibi 158
ſuper eodem verſ. *Vicarios etiam perpetuos*, ad finem ait ita: Ad dictam nominationem faciendam poterit Epiſcopus præfigere terminum decem dierum,*&c.*)& quòd

in

in ultima declaratione ipſius *c.7. ſuper verſ. ſuper certa re aſſignanda*, in ultima declaratione in hæc verba: Sanctiſſimus Dominus noſter Gregorius XIII. non ha-
158 bet pro revocata Bulla Pii V. de Vicariis perpetuis cum hac limitatione in favorem monaſterii, ut Epiſcopus ad nominationem Monachorum deputet unum ex ipſis prævio examine approbatum, & ad nutum ipſorum amobilem, & cum Vicario ſic deputato debet habitare unus dumtaxat alius Monachus, nec plures extra clauſtrum maneant, ſed non ita cenſendum, ſi vellent deputare capellanum ſecularem ad nutum amobilem, hoc enim pertinet ad Epiſcopum, *&c.*) & nota hæc ad quem hujuſmodi nominatio pertinet, quoniam ſuper ea vidi plures violentias in hoc noſtro ſupremo tribunali tollendas trahere.

159 Pariter & eodem modo obiter eſt videndum an appellationi interpoſitæ per collitigantem ſuperſtitem à proviſione, inſtitutione, ſeu concurſu facto ſuper beneficio litigioſo cedente, vel decedente collitigatione poſſeſſore, vel non poſſeſſore per ordinarium non deferentem, vim fieri, ſit dicendum, & quotidie in tribunalibus hoc ſolet declarari, vim fieri, & reponi, certiſſimum ſiquidem eſt, quod quando beneficium curatum, vel ſimplex ſuper quo lis pendet, altero ex litigantibus cedente, vel decedente, ſive in poſſeſſione, ſive non ab ordinario, alius ſubrogandus non eſt in locum demortui, nec aliter providendum beneficium ne multiplicentur collitigantes, nec lites fiant immortales, ne ſupervenienti collitiganti præjudicium irrogetur ex datione novorum adverſariorum, text. eſt *in c.1.* text. *in c.2. ut lite pend. lib.6. clem.1. eod. tit.* plene Lancel. *de attent. p.1.c.3.ex n.97.uſque ad fi.* ubi 6. modis ampliat, & quindecim limitat, aliiſque declarat, exactè etiam & optimè Flamin. Pariſ. *de reſig.benef.lib.2.q.3.à n.97. & n.102.* Ricc. *in præct. Eccleſ. concurſus ad Eccleſ. Paroc. deciſ.488. verſ. tertiò ceſſat.*

160 Et per hanc prohibitionem ordinario non amovetur poteſtas prohibendi hujuſmodi beneficia litigioſa in perpetuum, ſed dumtaxat, ejus ſuſpenditur poteſtas, donec futurus litis declaretur eventus ad quem beneficium pertinet, ut *in d.c. fi. & d. clem.1. ſi verò*, docent Gomez. *in regul. de triennali q.31.num.9.verſ.ſic etiam diſpoſitio c.2.* Simonet. *de reſerv.q.10.n.5.* Mandoſ. *in regul. de impetran. benef. per obitum famil. Card.* quæ eſt 32. *q.9. à n.5.* Covarr. *in præct.q.c.36. ſub n.7. verſ. quinto.* Navarr. *in c. accepta. de reſtitut. ſpolia. op.10. ſolut. n.30.* Nicol. Garcia. *de benef.1.tom.5.p.c.1.à n.133. cum ſequentibus*, ad idem Hieronym. Gonzal. *in regul. de*
161 *men. in §.7. præmia quæſt.3.ex n.118. & in gloſ.32.n.40.* quòd eo uſque cenſetur ſuſpenſa, quo uſque, ſcilicet ſuperſtes per rem judicatam vindicatur, & ipſa res judicata habuerit effectum, fueritque executioni tradita, adeptióque ſit poſſeſſionis ſubſecuta, ut ſic deciſum fuiſſe in Rot. cujus meminit Flamin. teſtatur *ubi proximè n.111.*

162 Ac propterea nihil mirum, ut hujuſmodi litigioſorum beneficiorum proviſione facienda, factáque ab ordinario lite pendente, ſive ſuper curato, ſive ſimplici appellationi non deferens, vim fieri, declaretur quotidie, ex hoc capite; ſcilicet, nullitas ex actis apparentis ſiquidem proviſio, & ſubrogatio rigoroſa facta per ordinarium cedente, & vel decedente collitigante, ſive coram ſe pendeat lis, ſive coram alio, eſt nulla ipſo jure; ita ſtatuit Bonifacius VII. *in d.c. 2. ut lite pend. lib 6.* ubi gl. Joan. Monach. Gemin. Anchar. & Franchus notant communiter Rot. *dec.10.n.2. ut lite pend. in no-*
163 *vis* Caſſiad. *d. 5. ſuper regul. Cancell.* Bellam. *dec. 94.* Moheda. *dec.178. vacante*, ita ut ita proviſus contra formam *dicti c.2.* eſt de facto removendus à poſſeſſione Rot. *dec.3. de reſtit. ſpolia. in novis.* Caſſiad. *dec. n.4. eodem tit.* Flamin. Pariſ. *ubi ſuprà d.lib.2.q.5.num.108.* qui quidem videndus omnino, optimè per totam illam quæſtionem hunc examinat articulum, apud quem, & 164
cæteros citatos videbis, aliud eſſe dicendum in ſubrogatione per gratiam factam à ſummo Pontifice, quæ gratioſa vocatur, in locum, & poſſeſſionem, juſque demortui juxta regulam Cancellariæ de ſubrogandis collationibus, & ut plurimum ipſemet collitigans ſubrogatur.

Et hæc concluſio *d.c.2. ut lite pend. lib 6. & d. clem.1.* 165
procedit, & extenditur ad beneficia juris patronatus, etenim pendente lite ſuper ipſo jure patron patronatus præſentare non poteſt, Calder. *conſ. 1. ut lite pend.* Gemin. *in d. c.1. adt. nota.* Pariſ. *conſ.47.n.13 vol.4* & eſt communis opinio ſecundùm Sarnerium *de ſubreg. col. q.13.* & de magis communi Rochus de Curt. *de jur. patr. verb. honoriſi um n.53. q 23.* Sarn. *dec.31* Guidobon. 166
dec.104 ampliat & limitat pariter hanc concluſionem Lancel. Robert. *de attent.2.p.c.4.à n.522. uſque ad fi.* & quòd beneficium non dicatur litigioſum, nec ſuper eo lis pendere; quando eſſet dumtaxat mota ſuper poſſeſſione, quia tunc ſola poſſeſſio dicitur litigioſa, optimè plures allegans per Flamin. *ubi proximè num.52.* & 167
quòd lis introducta ſuper beneficio, ut unito, non efficiatur beneficium litigioſum, ut tenet Gonz. *in regul. de men. & alter. gloſ.5 §.7. c.17* Nicol. Garc. *de benef. p.12.c.1. n.32.* & quòd minus dicatur litigioſum beneficium, quando pendet ſuper privatione beneficiati, niſi 168
ſimul agens de privatione petat, ſibi adjudicari, quia tunc litigioſum beneficium dicitur, latè plures adducens Flamin. *d. lib.2.q.3.n.56. & ſeqq.* ubi alias concurrentiones adducit.

Ac ideo ex ſupradictis cùm verum ſit; ut nec ordi- 9
narius providere, patronus præſentare poſſit, nec elector eligere lite pendente, cedente, vel decedente uno ex collitigantibus, ex Doctoribus jam citatis: ita nec ipſe ordinarius per conſequens concurſum ad Parochialem litigioſam facere, ut abſolutè & generaliter loquens, multa fundamenta in comprobationem cumulans, tenet & bene defendit Gonz. *in gloſſ.6.à n.142.* quod tamen fallit in ſubrogatione gratioſa, facta per ſummum Pontificem, quando noluit ipſe Pontifex 170
eandem facere in collitigantem ſuperſtitem, tunc enim in Parochialibus concurſus adeſſe probat Nicol. Garcia *de benef.6.p.c.2. n.170. & ſeqq.* ubi adducit decretum ſanctæ Congregationis editum 23. Junii anno 1504. *ibi*: Quando in illis ſummus Pontifex noluerit collitigantem ſubrogare, verum jus demortui in alium transferre, *&c.*) qui Garcia intelligendus eſt, & reducendus ad terminos d. declarationis, non aliter. Quoniam foret ſubvertere tot decreta, & conſtitutiones Canonicas, prohibentes proviſionem horum beneficiorum, quam etiam declarationem (errórque foret manifeſtus contra dictam Congregatiònem) adhuc ipſe Garcia *ibi n.172. cum ſeqq.* declarat & reducit ad limites *d.c.2. ut lite pend. in 6. & d. clem. primæ*, ut hoc caſu facto concurſu electo, ut magis idoneo non ſit 171
facienda collatio, ſed eſt expectandus finis litis, ſed ſi talis electus petierit, ſe admitti ad defenſionem litis in ſtatu, in quo eſt illo tempore, admittendus eſt pro ſuo intereſſe, juxta *d.c.2. verſic. ſane*, & ibi gl. & Doctores, *ut lite pend. lib.6.*

His adde quod præſentatio debet fieri perſonaliter, 172
id eſt ſenſibus corporis illius cui fit præſentatio, adeò quod præſentatus debet eſſe corporaliter coram ordinario, nec ſufficit patronum præſentantem aliquem, ſolùm mittere inſtrumentum præſentationis ordinario, ut per Sylveſt. *3.p.q.1.n.6 & o.2.n.45.* Rota *in termin. dec.3. de jur. patro. in novis.* Achill. *dec.12. eodem tit.* Rot. *dec.211. in novis.* Fran. *in c.fi § verùm in 1. not. de jur. patron. in 6.* Rochus de Curt. *in tract. de jur patron. verbo, patronus*, & juxta hanc opinionem fuiſſe in Rota reſolutum in una Aſculana Parochia 13. Januarii 1548. coram Anton. Auguſt. teſtatur Aloy. Ricc. *in præct. jur. patron.*

patron. dec. 156. *à n.* 58. *cum ſeqq.* & pluribus aliis Doctoribus diximus *infrà c. ſeq.* Et eſt ratio, quia præſentatus debet prius examinari ab ordinario, antequam
173 inſtituatur, ad finem videndi, ſi eſt idoneus, ſecundùm Panor. *in c. paſtor. n.* 7. *de jur. patron.* Anchar. *in c. jus capti. n.* 2. *de præbend. in* 6. Rebuff. *q.* 10. *n.* 15. Riccius *ubi proximè n.* 6. quando autem præſentatio facta de abſente ſuſtineatur, vide latiſſimè per Nicol. Garc. *de benef.* 4. *p. c.* 1. *àn.* 15. *cum ſeqq.*

174 Qui *n.* 6. ex hoc infert quòd aliter facta præſentatio, quam modo prædicto, ultra quod erit nulla, patrono etiam currit tempus, Innoc. *in c. in Lateran. in ult. not. de præben.* Monal *conſ.* 149. *n.* 3. *& ſeqq. vol. ſi.* Rub. Alex. *conſ.* 93. & hæc opinio ſcilicet; quod præſentatio fieri debeat perſonaliter, corroboratur ex decreto Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 18. *de reform.* & 25. *c.* 9 quonam modo ſuſtineatur praxis hodierna, quòd admittitur abſens præſentatus à patrono, & quando, vide, quod latius explicat Nicol. Garcia *ubi proximè.*

175 Et ob hanc doctrinam præſentatio facta de clerico abſente erit nulla, ut tenet Ricc. *ubi ſuprà*, & iterum *in dec.* 158. *per totam*, vide tamen Nicol. Garciam *locis proximè citatis.*

176 Unum tandem te adverto, quod non omnia contenta *in d. c.* 18. *ſeſſ.* 24. *de reform.* diſponente circa proviſionem Parochialium, dantéque formam ſervandam cum decreto irritante formam inducere, itaut ſi non
177 adhibeant annullent proviſionem, ut videre eſt in deputatione vicarii, ſeu œconomi ad vacantem Parochialem, ſecundùm latè tradita per Garciam *de benef. p.* 9. *c.* 2. *n.* 19. & 20. & quod de edito cum majori termino appoſito (de quo nos ſuprà & per eundem ibi *n.* 46.) item quòd eligatur magis dignus, licèt ipſe omittatur, non peccat in forma, & ſic nullam non reddi proviſionem, cùm ſit ei per remedium appellationis à motu proprio Pii V. in conferendis proviſum, probat latè ipſe Garcia *ibi n.* 235. *cum ſeqq.*

178 Nunc de nullitatibus, quæ accidunt in proviſione ſimpliciorum beneficiorum, tractemus, ex quibus facile colligetur, quando appellationi ſit omnino deferendum; & in primis dico; quòd in beneficiis quæ ſunt non liberæ collationis, ſed juris patronatus, ſive ſim-
179 plicia ſint, ſive curata: edicta præcisè & neceſſariò debent præcedere inſtitutionem faciendam, alias ipſa nulla redditur ipſo jure, juxta text. *in c. fi. de electio. lib.* 6. qui procedit etiam in inſtitutione, ut poſt Doctores ibi tenent Lap. *alleg.* 8. *n.* 4. & ejus addit Mandoſ. *liter. V.* Rochus de Curt. *de jur. patro. verb. honorificum, q.* 2. *n.* 4. & *q.* 38. *n.* 69. Lambert. communem dicens 2. *p.* 2. *l. q.* 6. *art.* 2. 4. 12. & 16. Hier. Gabriel. *conſ.* 199. *n.* 2. *lib.* 1. Flores de Men. *q.* 3. *n.* 55. Aymon. *conſ.* 63. *n.* 2. Perez de Lar. *de ann. & Capell. lib.* 2. *num.* 10. *n.* 32. & 39. & 40. Creſcent. *dec. fra. de jur. patr.* Caputaq. *dec.* 37. *p.* 2. Cort. *d. c.* 387. *in miſcellaneis manuſcr.* Puteus *dec.* 484. Ricc. *in prax. Eccleſ. jur. patr. deciſ.* 160. *per tot.* vide quæ nos ſuprà *num.* 49.

Nam alias proviſionem nullam eſſe ipſo jure; plu-
180 ries declaraſſe Rotam, teſtatur ipſe, & debet in edicto terminus competens aſſignari, & peremptorius, ut *in d. c. fin.* ubi Doctores & Lamberti *ubi proximè art.* 21. Perez de Lara *n.* 44. & quòd ſuperius diximus, & ita non eſſe de forma proviſionis Parochialium ex decreto Trident. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 18. procedit in beneficiis liberæ collationis, at hæc concluſio procedit in beneficiis quæ ſunt juris patron juxta ea quæ nos ſuprà d. *num* 49.

181 Et in tantum, quòd quando ſunt alii patroni certi, non ſufficit citatio generalis per edictum, ſed debent nominatim, & ſpecialiter citari; aliàs inſtitutio eſt nulla ipſo jure, ut per idem *c. fin.* & doctores ibi dixerunt Perez de Lar. *ubi ſuprà n.* 42. & 43 quem ſequitur Nic. Garc. *de benef. 2. tom. 9. p. c.* 4. *n.* 8. ubi refert aliquas Rotæ deciſiones. Idem etiam affirmat Lambert. *de jur. patron. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 6. *art.* 11. & 12. Secus autem in cæteris beneficiis merè collativis, & in collatione eorum, in 182
quibus nulla requiritur citatio, aut vocatio, etiam per edictum gloſſ. *in d. fi. de elect. in* 6. *verb. obſervari.* Phil. Franc. *in c. conſtitutis* 2. *num.* 12. *de appell.* Prob. *ad Monach. in c. licet Epiſcop. de præben. in* 6. *num.* 2. Sarner. *in reg. de infirm. quæſt.* 18. Rot. *dec.* 309. *num.* 2. *p.* 2. *diverſ.* Flores de Men. *pract. quæſt.* 3 *à num.* 54 vide quæ nos ſurſum *num.* 49. *ſeqq.* ubi limitavimus hanc doctrinam.

Unum tamen nota, quòd licèt hoc caſu proviſio, & 183
inſtitutio ſit nulla ipſo jure, non tamen ipſa præſentatio, ut benè probat Aloyſ. Ricc. *in prax. Eccleſiaſt. juris patron. dec.* 160. *per totam.*

Pariter ratio appellandi in promptu eſſe dicetur, de- 184
ficiente forma aſſignata in beneficiis ſimplicibus à Conc. Trid. *ſeſſ.* 7. *de reform. c.* 13. dum ait: Præſentati ſeu electi, vel nominati à quibuſvis Eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ nuntiis ad quævis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur; nec admittantur etiam prætextu cujuſvis privilegii, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemoriali tempore præſcriptæ niſi fuerint priùs à locorum ordinariis examinati, idonei reperti, & nullas appellationis remedio 185
ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire tenetur: præ- 186
ſentatis tamen electis ſeu nominatis ab univerſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtudiorum exceptis, qui text. loquitur dumtaxat (ut vide) in electis, ſeu præſentatis, aut nominatis ab Eccleſiaſticis perſonis ad ſimplicia beneficia, quibus aſſignatur forma, ponderatis verbis, *ibi*, niſi fuerint priùs à locorum ordinariis examinati, *&c.* quia cum detur ordo formam inducit, qua non ſervata, proviſio nulla eſt. Felin. *in c. cum dilecta de reſcript. num.* 6. *verſic. ſextum ſignum.* Brun. *in tractatu de form. tit. quatenus cenſeatur datum aliquid pro forma, fol.* 4. *concl.* 15. Chaquer. *dec. Pedem.* 165. *n.* 14. cum 187
Nivizan. *conſ.* 87. *n.* 3. Mandoſ. *regul.* 24. *quæſt.* 3. *num.* 9. & latè de hoc articulo, quòd examen hoc requiratur pro forma etiam in benefic. ſimplicibus patronatus mixti. vide Nicol. Garc. *de benef.* 9. *p. c.* 3. *à princ.* præcipuè *à n.* 5. Ricc. *in pract. Eccleſ. concurſus ad Eccleſiam* 188
Paroch. dec. 415. *per totam*, ubi Rotæ deciſionem refert, & quod etiam quilibet notoriè idoneus non excuſetur, *ibi num.* 15. & quòd præpoſteratio inducat nullitatem, & appellationem permittat, vidè latè Card. Toſc. 189
lit. P. in pract. concluſ. 519. *fol.* 368. *tom.* 6. & attende d. Trid. decretum, *ad fin.* ut appellatio non obſtet, quominus hujuſmodi examen ſubire teneantur; hoc eſt, ad differentiam *cap.* 19 *ſeſſ.* 24. *de reform.* de quo ſuprà, quod loquitur in Parochialibus, ubi requiritur hoc examen, & approbationem per concurſum fieri, at hic in ſimplicibus ſimplex examinatio, & approbatio abſque eo.

Et ex his inferre etiam poteris ad proviſionem Ca- 190
nonicatuum Doctoralis, & Magiſtralis per concurſum, publicúmque examen faciendam, in qua quidem multa requiruntur, pro forma ſervari, juxta tenorem motus proprii Leonis X. & Bullæ Sixti IV. quas referunt Gonz. *in regul. de men. gl.* 9. §. 2. *à num.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. 5. p. c.* 4. *num.* 169. inter quæ eſt præſtatio juramenti corporaliter tactis evangeliis facienda
ab electoribus, & quòd vota præſentur ſecretò, quam- 191
vis in aliis Capitularibus de jure hæc forma non requiratur, ſed palam poteſt fieri, & per ſcrutinium, de quibus hinc inde plurima adducens optimè & per eundem Garciam *ubi proximè à num.* 169. *uſque ad fin.* ubi etiam an Capitularis, qui non adfuit lectionibus, & actibus oppoſitorum, poſſit votare, & ſit nulla proviſio, & an & quando poſſit quis votare per Procuratorem, & an procurator poſſit juramentum præfatum præſtare, & aliàs plurimas quæſtiones contingentes,

ex

ex quibus redditur nulla horum Canonicatuum electio, latè optiméque examinat, ad quem occurre, quoties te neceſſitas compulerit. Sufficiet tamen dicere, ut in omnib. his caſibus, quibus nullitas electionis appareat, vim fieri, & reponi, non deferendo interjectæ appellationi à Capitulo eligente; declarandum in ſupremis tribunalibus, aditis per viam violentiæ, & de
194 forma tradita à jure, cæteris electionibus, cujus omiſſio nullam eam reddit; confuge ad integros titulos in decretalibus, & in 6. de electione, & peculiares etiam tractatus quòd mei non eſt.

195 Alia etiam multa, quæ ad proviſionem beneficiorum tam curatorum, quàm ſimplicium, quatenus noſtrum attingunt inſtiturum, appoſuimus *ſuprà 2.p.c.13. à princ.* & etiam in diſcurſu operis, hîc autem ea tantùm ſcribuntur & adnotantur, quæ ob ſolemnitatis defectum, & formæ omiſſionem, nullas reddunt proviſiones, eáſque faciunt appellabiles.

196 Et non ſolùm omiſſio formæ oppoſitæ in proviſione beneficiorum ſimplicium & curam animarum habentium (de quibus hactenus) ipſam reddunt nullam, irritam, & inanem, & per conſequens appellabilem; etiamſi ſui natura attenta appellationem non admittat, ſed alio ex capite etiam poteſt argui nulla, nam cum duplici modo in beneficiorum proviſione procedatur, alio extrajudicialiter, alio judicialiter; diximus latè ſuprà *l.2.c.13.* per totum & ibidem latè etiamſi in Parochialibus procedi contigerit judicio formato, à ſententia appellationi non eſſe deferendum in ſimplicibus ſecus ſit, quapropter quando judicialiter procedatur etiam in curatis, ſi aliqua nullitas attingens proceſſum, & formam judicii, notoriè ſcilicet per inſpectionem actorum appareat quæ ſententiam, ſeu actum nullum reddat quantumvis huc uſque dicta forma ſervaretur,
197 appellationi omnino eſſe utique deferendum ſive (ut diximus) in ſimplicibus, ſive in curatis, cum omnis diſpoſitio de mundo, de acta loquens, neceſſariò de acta valido intelligenda eſt, juxta ea quæ latiùs adduximus ſuperiùs à principio hujus capituli.

198 Et in ſimilibus terminis facit quod de bulla Pii V. dicitur, diſponens, quòd ſententia tranſacta in rem judicatam mittatur executioni, niſi ſit nulla ex defectu citationis, juriſdictionis, aut mandati, quia nihil hominus ſi contineat ex alio capite nullitatem puta, defectum terminorum ſubſtantialium, intelligitur etiam denegata executio, quamvis limitatè de illis tribus fuit locata dumtaxat, ut per Caſſiad. *dec.8.de reſcript.* Rot. *dec.2.num 11.& ſeqq. eodem tit. in novis,* Peregr. *dec 24. lib.1.* Mareſc. *variar. reſolut. l.1.c.87.n.31 & 32.* nam li-
199 cet ex omiſſione terminorum, & aliorum ſubſtantialium non oriatur nullitas expreſſe comprehenſa in d. Bull Pontific. tamen ad impediendam executionem
200 ſufficit, quòd aliquid amittatur de ſubſtantia judicii. Æguid. *dec.27.* & Caſſiad. *dec.2. de jud.* Mareſc. *ubi proximè num.32.* ubi dicit etiam, quòd Bullæ non tollunt nullitatem actuum provenientium ex forma (aliàs de jure requiſita) non ſervata, juxta *c.cum dilecta, de reſcript.* Felin. *in c.quoniam contra colum. 5. verſ. ſi tamen conſtitutum*, & ita declarando bullam prædictam tenuiſſe Rot. in una Roman. Salvia interdic 6. Novemb. 1598. coram Orato teſtatur Mareſc. *ubi proximè d.c.87. ſub num.32.*

201 Nam etſi aliquod ſtatutum diſponat, aliquam ſententiam eſſe executioni mandandam, non obſtante appellatione, vel quolibet alio ſtatuto, quia ſi opponatur nullitas reſultans ex inobſervantia formæ alterius ſtatuti, talis nullitas, cum non cenſeatur excluſa, impedit executionem ipſius ſententiæ, Joan. Andr. Paul Caſtr. & alii tenent citati & ſequuti à Ripa *in l.4 §. condemnatum, ff. de re judic. n.13.* Lancel. Rober. *de attent.2.p.c.17.n.50.* & ideò dicit elegánter Philip Franc. *in c. dilecto num.131. verſ. quartò limit. etiam de appell.* quòd forma tradita in procedendo ad ſententiam, ſeu alios actus, prout citationes, & alias ſolemnitates proceſſus in aliquo ſtatuto, ſeu diſpoſitione non intelligitur ſublata nullitas proveniens ex capite alterius ſtatuti, & per aliud ſtatutum concedens executionem ſententiæ non obſtante quolibet alio ſtatuto, quoniam nihilominus ſi ſententia reperitur lata, ſeu alia acta facta abſque ſolemnitate, & forma prioris ſtatuti; executioni non eſt manda da, cùm non ſit veriſimile, nec credendum, hujuſmodi ſolemnitates voluiſſe excludere, arg. *l. ad ea ff. de condit. & demonſt.* pro quo etiam gl. & DD. *in c. item cum qui, de reſtitutione ſpolia.* Bar. *in l.1 §. parvi, ff. quod vi aut clam* probant, & docent 202
Decius *conſ.195.* incipit *ſtudendo brevitati,* ubi adducit varia conſilia. Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de ſent. execut. §. poſtrem. in addit. in verbo, § ſeqq.* Paul. Caſtr. *in l.4 § condemnatum, ff. de re jud.* ſequitur hoc idem Ant. de But. Immol & Felin. *in c.ex parte 2. de off. deleg.* quos referens ſequitur Franc. Rip. *in d. §. condemnatum, num.13.* & ideò licèt Concilium Trid. *d. 18 ſeſſ 24. de* 203
reform. dicat non obſtante appellatione, eſſe mandandam executioni proviſionem Parochialis Eccleſiæ, & licèt quando proceditur in aliis ſimplicibus extrajudicialiter, nihilominus quoties in omnibus procedatur judicialiter, niſi ſolemnitates judicii ſerventur, nulla redditur ſententia & proviſio, ut & nos diximus *ſupra in d.2.p.c.13.*

Quòd & ulterius fulcitur, nam diſpoſitio, & pri- 204
vilegium, etiam quod ſui natura ampliari debet, nunquam tamen ita ejus eſt facienda interpretatio, ut includat plures ſpecialitates; ita notabiliter docet Bald. *in l. fi.1 lect. in verſ. & nota, quod beneficium ſi. eſt interpretandum.* arg. *l. ſi quando C. de inoffic. teſtam.* quare 205
ſi conceditur inhabili facultas teſtandi, non tamen ideò ei cenſetur conceſſum, ut omittat ſolemnitates juris; quia eſſent duo ſpecialiter *ex d.l. ſi quando*: quam doctrinam *ad l penult. ff. de conſtit. Princip.* reddit & ſequitur Iſſ. *hic n 3* Natta *conſ.363. ſtante n.9* inter conſilia Sylvani & ſub ejus nomine, *conſ.100. ſtante Marchionali, n.70.* Decius *conſ.28.n.20.* Joan Gutier. *pract. q. civi. lib.4.q.11.n 36. tom.3.* ergo licet Concilium Trid. noviter inducat privilegium executionis ſententiæ in curatis, ita debet interpretari, ut ſerventur neceſſariæ ſolemnitates, & validæ in eadem ſententia à jure requiſitæ, ne duæ ſpecialitates concurrant, juxta *Cod. de dot. promiſſ.*

Hinc ex variis cauſarum figuris in proceſſibus, aliiſ- 206
ve actibus judicii nulla reddi poteſt ſententia, ſiquidem in caſibus, ubi neceſſaria eſt citatio, illa non adhibita nullum redditur judicium, *c. abſens, c. abſentia, c. caveant, c. omnia 3.q.9.c.1. de cauſa poſſ. & proprie. c. inter quatuor de major. & obed. l. ea quæ, C. quomodo & quando jud. l. de unoquoque, ff. de re jud.* Bald. *in l.1. col.1. C. quomodo & quando jud.* Felin. *in c. ex p. 2. col.3.* Bald. *in l.1 de off. d leg* Dec. *conſ.63. viſo puncto. col. pen. l.4.* Rom. *ſingu. 674.* Anchar. *conſ 167.* latè DD. *in l. ſi. Cod. de reſtit.* Afflict. *dec Neap. 307* late Felin *in c. ex parte. col.9. de re jud.* Lanfran. *in clem. 1 §p in verſ. o ſola cauſa. de verb. ſignif.* exactiſſimè multa in propoſitum cumulans, Vantius *de null. ſen. ex def. citat. per totum*, & alibi paſſim. quod vulgare eſt

Illud tamen notabile, quòd licèt proceſſerit citatio 207
in cauſa: tamen ex mutatione perſonarum, hve judicis, ſive partis, nova citatio decernenda eſt, ut in judice remoto, & in ejus loco alius ſubrogetur, vel ipſe aliquem delegaverit ad ſententiam pronunciandam, nova requiritur citatio; emanata à ſubrogato, ſeu ſucceſſore, licèt jam præceſſerit, tenent gl. *in verbo conſentaneum verb. a quo C. quomodo & quando jud.* Bart. *n.11.* Bald. *n.7.* Salicet. *n 5.* Felin. *in rubr. de V. n 4. de judiciis in fin.* cum aliis adductis per Ant. Gabriel. *tit. de citatio. concluſ. 1. num. 114.* quod declarat ut per

Hieronym.

Hieron.Gonz *in regul.de men.gl.9.in anno.n.*134.*& ſeq.* & per Puteum *dec.*348.*n.*1.*&* 2.*l.*1. Mareſc.poſt alios *var.reſol.lib.*1.*c.*31.*n.*5.*&* 6. & nos in optimo caſu 4. *p.c.*1.*n.*47. & iterum *ead. p.c.*5.*a n.*8.

208 Et loquendo in receptoribus ad probationes recipiendas, quæ cùm fieri non poſſint niſi citato adverſario : tamen quando eſſet mutatus judex,ſeu commiſſarius, aut ſubdelegatus , ut ab eo requiratur nova citatio , nec ſufficiat prima pro toto termino probatorio, Felin. *in d.c.quia V. ſub n.*4. *in fi.de jud.*Paul.Caſtren. *in l.edictum,*55.*n.*2.*de judiciis*, multi citati ab Ant. Gabr. *ubi proximè.*

209 Et in mutatatione litigantis,ut ſi is moriatur,nova ſit expedienda citatio (quam *certa en ſeguimiento* dicimus) cum relatione ſtatus cauſæ, aliàs proceſſus, & ſententia erit nulla , tanquam abſque citatione lata , probat text. *in l.in oratione,ff.de feriis*, latè Peregrin.*in tractatu de fideicom.art.*53.*num.*30. Mart. *in tractatu de juris,*4.*p. centuria* 1. *caſ.*33.*num.*11.Valaſc. *in conſult.*1.*tom. conſult.* 38.*per totam* , quam doctrinam nota , quoniam pauci ea, ut quæ incognita , utuntur.

210 Sed ego vidi in hoc tribunali annullatam ſententiam per idem latam,contra ſucceſſorem eo non citato de novo , licèt fuerit defunctus , cum quo lis cœpta erat , citatus, & ſic nova citatio expediri juſſum fuit (quam *certa en ſeguimiento* practici dicunt)informante chariſſimo , doctiſſimóque , & ſtudioſo magnique ingenii Domino Garcia Lopez Salgado de Sotelo fratre meo, hanc doctrinam adducente.

211 Item inſanabilis defectus & nullitas illa reputatur, quæ ex defectu juriſdictionis provenit, tam delegatæ, quàm ordinariæ , de cujus natura , & qualitate plures, variaſque doctrinas in genere,& in ſpecie (ut infinitos taceam) eſt videndus. Vantius *de nullit.ſent. ex defectu juriſd.ordinariæ & in tit. de nullit. ſent.ex defectu juriſd. deleg.* Redditur etiam nulla ex defectu mandati , ſeu
212 legitimationis perſonarum , circa quem articulum varias cumulat quæſtiones ipſe. Vant.*in eodem tractatu tit. de nullit. ex defectu ininhibilitatis , ſeu mandati comparentium , & unde ac quibus modis regulariter proven.* per
213 plus 176.numeros *ac eod.tract.in tit.de nullit. ex defectu proceſſus , ac ſolemnitatis & formæ ipſius ſententiæ* , ubi multa practicabilia , & frequentia , utiliáque adducit, per 142. numeros,& ultra eum multæ nullitatis annotationes ad proceſſum , & cauſam beneficialem videndæ ſunt per Hier. Gonz.*in regul.de menſ.& altern.gloſ.*9. *in annor.contra nullit. & attent.in cauſis benef. à num.*48. *uſque ad fin.*

214 Pariter ſententia eſt ipſo jure nulla , ſi fuit lata in tam brevi tempore , & cum tanta feſtinatione , quòd acta veriſimiliter non potuerunt videri, Iſſ. *in l. judices num.*2.*C.de judiciis.* Feder. Senerius *in tract. de ſentent. à num.*3. Alexand. *conſil.*123. *num.*24. *lib.*4. optimè & latè Vantius *de nullit. c. penult. num.*32. *&* 33. exacte Ant. Gabr. *titul.de ſentent.concl.*6 *n.*5.*&* 6.Achil. *dec.*2. *n.*4.*de filiis presbyt.*Put.*dec.*344.*lib.*1. Avil.*in prætor. c.*5.
215 *gloſ.verbo trahaſe n.*8. *&* 9. qui poſt Gemin. & Domin. invehit adverſus judices ita præcipitanter determinantes , de quibus præſumitur non adhibuiſſe cauſæ cognitionem, & facit illud Apoſt.Epiſt.1. ad Timoth. *c.*5.Nemini citò manus imponas *c.*1.24.*d.c.fin. de elect. lib.* 6.

216 Egimus hactenus de appellatione deferenda ab actu, proceſſu , ſententia , proviſione beneficiorum nulliter notoriè apparentibus , ex defectu formæ, ſeu ordinis interpoſita cùm ratio appellandi ſit in promptu, etiam in judiciis aliàs ſui natura inappellabilibus : nunc videndum eſt verſa vice de appellatione interjecta (nulliter tamen) ab eiſdem actibus, ſui natura aliàs appellabilibus Et illud pro concluſione propono , ut appellationi minùs ſolemniter minúſque legitimè & ex defectu formæ, vel aliàs nulliter interjectæ, etiam à ſententia , ſeu actu appellationem permittente , quoad utrumque effectum ; judex non deferens, vim non faciet, ſed licitè ad ſententiæ executionem poterit devenire ; ita notat Philip. Franc.*in c. ut debitus honor.n* 47. *de appell.*Guid.Papæ *de* .213.*ſtatuta n.*6. idem *dec.*436. *in tit.de appell.n.*21.& idem *in conſ.*124.*circa materiam n.*3.*verſ.ad ſecundum & in tr.de appell.q.*12.*n.*18. Joan. Monach.*in c.cupientes*, §.*viginti de electione in* 6. Vital. *in tr. de clauſul. in clau. nihil,nova.app.pend.n.*4. Vantius *de nullit.ſent.quando & intra quæ temporan.*48.*& in tit.de nullit.ex defectu jur.ord.n.*142.Baldus *conſil.*367. *ad evidentiam, in prin.l.*1. Steph. Aufr.*in dec.ad Capell.Tholoſ. fin.circa med.*Socin.*conſ.*45.*veſa, ſub n.*13.*verſ.*8. *dubit. lib.*1. Natta *conſ.*606.*approbo n.*3.*lib.*3. Pariſ. *conſ.*108. *de bono jur. n.*26.*lib.*1.Rot. *dec.*30. *aliàs* 190. *quoad revocationem de app.in novis.* Portoles Immol.*in conſ.*172. *poſterioris n.*4.

217 Quod quidem accidere poteſt , vel quia ſit interpoſita à non legitima perſona,vel non debito , & aſſignato termino : vel quia non eſt interpoſita coram judice, qui pronuntiavit : vel quia non fuit expreſſa legitima qualitas ſententiæ , & perſonæ appellantis : vel quia non fuit pura, ſed conditionalis, vel non fuerunt legitimè petiti Apoſtoli : vel quia fuit appellatio generalis, ad omnes judices : vel interjecta ad inferiorem : vel tandem quando in aliquo fuit omiſſa forma juris , vel ſtatuti loci,reſpectu judicis ad quem,quas cùm ſingulas nullitatis cauſas accuratè , latè, & eleganter examinat & diſcutit Lancelot. Robert. *tract. de attent.*2.*p. c.*12. *lim.*50.*per totam*, meritò hîc omitto ; proſequitur ampliſſimè Sigiſmund. Eſcacia *tract.de appell.* in locis citatis *infrà n.*228.

218 Et non illud , etenim non ſolùm his modis dicitur nulla ut ei deferendum non ſit, verùm quando tacitè, vel expreſsè pars appellationi propoſitæ , aut proponendæ renuntiavit , tacitè ſi intra terminum à jure
219 non provocaverit gravatus , qui regulariter currit à die ſententiæ, & de momento ad momentum , ut per Nicolanum Milium *in verbo appellatio. debet , fol.*11. elegans deciſio Capell. Tholoſ.101.& per Franc.*in c.ex ratione à n.*2.*cum ſeqq.de app.&* lin *c.bonæ memoriæ n.*19. *eod.tit.*de communi teſtatur Alexand. ſeu potiùs conſilium Patavium inter conſilia Alexand. 87. incipit *nos Doctores, n.*11.*lib.*6.Minſinger.*ſingul. obſerv.centuria* 2. *dec.*2.incipit *decem dies, Doctores in aut.hodie,C.de app. & in c. biduum* 2.*q.*6 Pariſ.*in add.ad Bar.in d. auth. hodie* hoc latè proſequens, multi relati à Joan.de Anania *in conſ.*93. *viſo proceſſu, col.penult.verſ.venio nunc ad inveſtigandum.*Tiraq.*de utroque retract.*§.1.*gl.*11.*num.*20. Rot.*dec.*30.*aliàs* 190.*quoad revocationem de app. in novis, & dec.*2. *aliàs* 135. *ſufficit de conceſſ. præb.in antiq.* Mill. *in verb.attent.poſt.appoſ.pet.verſ.*16.*fol.*30.Specul. 202
in tit. de app.§.*de off.col.ff.verſ. idem quæritur.* Franc. *in c.*1. *n.*11. *de app.* ab initio ſunt utiles dies termini , & quoad progreſſum continui, ſecundùm gl.*in c.concertatio. in verb.ſuccurrit de app.in* 6.notat.per gl & DD. omnes *in c.biduum,*2.*q.& in l.*1 §.*biduum, ff quando appell. ſit* Felin. *in c.quoad conſultationem n.*37. *de re jud.* Rot. *dec.*2.*aliàs* 49.*ſi feratur in princ.de dolo & contum.in novis , & dec.* 46. *aliàs* 500. *ſi feratur de app. in antia.* & quòd ultra tempus propoſita ſit nulla,gl *in l. præſes, ff. de reg. jur.* Blanc.*in pract.de compr. q.*4. *n.*89. Minſing. *ſingul.obſerv.cent.*3.*dec.*15. incipit *circa appell.*

221 Quæ doctrina non ſolùm procedit in appellatione, & in appellationis ratificatione, quæ intra dictum terminum fieri debet. Nicol Mill. *in repert. verb. ratificatio verſ* 2.*fol.*338. Guid. Papæ *in conſ.*124. *circa materiam ſub num.*7. *verſ. ad ſextum* & poſt alios *in tract. de appell.quæſt.*76.Socin.*conſ.*45.*viſa appellatione ſub n.*10. *lib.*1.& facit regul. *l. bonorum , ff. rem ratam haberi ,* & quæ inde cumulat Tiraq. *in tract.de utroque retract* §. *ſi verò gloſſ.*10.*n.*85. Corneus *conſ.*292.*viſis col.*2.*lib.*3.

Lanc.

Lancel.*de att.*2.*p.c.*12.*lim.*50.*n.*53. *& seqq.* ubi etiam *à n.*50. idem extendit ad additionem.

Currunt tamen hi dies à tempore scientiæ, & notitiæ 222 Rot. *dec.*22.*aliàs* 137.*appellatus de appell.in novis.* Capic.*dec.*139.*per totam.*Lanfr.*decis.*135. quod etiam procedit, ut currat terminus etiam domino à die notitiæ 223 procuratoris, cum quo judicium actum fuit, ut ipsi dicunt,quando scilicet Procurator non est solvendo,ut per Afflictum *dec.*345.*fuit dubitatum n.*4.faciunt tradita à Nic.Mill.*in reper.verb.app.debet. fol.*11. Rot. *dec.*16.*aliàs* 364. *cum jura,de dolo. & contum.in novis, & dec.*46. *aliàs* 499. *nota si feratur, de appell.in antiq.* de quo vide latè per Lancel. 2. *p.c.*11.*à n.*9.*cum seqq.* vide infrà *num.*228. remissivè, quia ignorans semper 224 dicitur esse intra terminum ad appellandum,ut declarat Bald. *in cap. venientes num.* 2. *de jur. jur.* Lancel. *de attent.*2.*p. c.*12. *limit.* 50. ubi per sequentes, quando & quomodo facienda condemnato sententiæ intimatio.

Unum est scire,quòd quando non est facta legitimè 225 intimatio sententiæ, licèt quousque ad ejus notitiam non perveniat ejus tenor, semper reperiatur intra terminum, & potest appellare quandocumque intra decem dies à tempore sententiæ computandos, & licet gesta intra decem dierum à tempore latæ sententiæ attentata sint ex supradictis doctoribus, tamen gesta per judicem, vel executorem post dictos decem dies,à tempore latæ sententiæ non revocabuntur remedio attentatorum, sed beneficio justitiæ, seu potiùs injustitiæ, & sic ut ita gesta, nec sint nulla ipso jure, probant Rot.*dec.*18.incipit *licet fitle contumax.de app. in novis,* Nicol.*aliàs* 187. Mill.*in repert.in verb.attenta app.tempore fol.*29.Lanc *de attent.*2.*part.c.*11.*n.*13.ubi allegat Modernum *in praxi Romanæ Curiæ lib.*8.*c.*4.*ut lite pendente, de attent. sub num.*9. *vers. generaliter verò,* idem etiam tenet Bertach. *in repert. verbo app.quando n.*20. 226 *ad prin.* allegans dictam Rotæ decisionem, & sic de tacita appellationis renuntiatione juxta text. *in l.*1. *C. si sæpius in integ.restit.post.*ibi,appellare enim debuistis, si vobis sententia displicebat,) cùm generale verum sit 227 in jure, ut qui terminum sibi ad aliquid præfixum, labi permittit,censetur renuntiare,& non potest, nec agendo, nec excipiendo audiri, ut loquens de præfinitione termini ad docendum de nullitate, tradit Cephal. *consil.*201.*incipit existimo,n.*4. *l.*2. *& cons.*202. *n.*18. *eod. lib.*2.Lancel.2.*p.c.*20.*lim.*19.*n.*2.Vestrius *in prax.Rom. cur.l.*8.*c.*3.*sub n.*17.Puteus *dec.*7.*sub rubr.de restitut. in integr.* Corneus *cons.* 111. *licet videamus l.* 1. faciunt Cassiad. *dec.*4. *in attent. n.*5. *de dilatio.*& idem Vestri. *in prax.d.l.*8.*c.*4.*n.*21. & Moder. *in annot. ad Æguid. n.*108.*& n.*154.Cottan. *dec.* 100. qui profitentur hoc casu termino præfixo transacto posse ad executionem deveniri.

De omnibus supradictis, & aliis pluribus difficultati- 228 bus, an & quando post decem dies liceat appellare per ampliationes, & limitationes, latissimè ac etiam doctè per Sigismund.Escac.*tr.de app. q.*11.*per tot.*quem vide, & de requisitis substantialibus appellationis vide eundem *quæst. per totam,* cum suis articulis,*& quæst.*5. *cum seqq.*

Et quando appellationi expresse renuntiatur tam in- 229 terjectæ jam, puta; quando per transactionem, recedit à lite adnotata per DD. *in l. postquam liti C. de pactis.*Lancel.*ubi supra d.c.*12.*in præfat.n.*19.& faciunt quæ Milis *in verb. lis finitur fol.*215. Cravet. *cons.*182. *videtur lib.*4.*num.*1.DD.*in l.si contra majores, C.de app.* Ancara. *cons.*16.*viso.*Paris. *cons.*47.*videtur n.*43. *lib.*4. Thanis *dec.*5.incipit *transactio quam proponendæ,*ut scilicet si pactum de non appellendo fuerit factum, nam 230 cùm valeat isthæc renuntiatio, executionem sententiæ non suspendit. Guid.Pap *in tract. de appell. quæst.*106. Lancel. *ubi proximè n.*20. vel quando fuit facta obligatio de stando unicæ sententiæ quæ conventio de jure valida reputatur, juxta text. *in l.fi.C.de tempor. app.* 231 ut est decisio Rotæ 2. *aliàs* 287. *licet appellationi, de renuntiat. in novis,* notat Franc. *in interposita,*§. *illa denique num.*2. *de appell.* Felin *in c. ex parte, el.*2. *n.*6. *de rescript.& in c. si diligenti n.*7. *de for. compet.* Paris. *cons.*34. *n.*25. *lib.*1.

Est denique sciendum, quòd appellatio ab actu, & 232 sententia nulla operetur suos effectus, cum inconveniens consideratur nullum, ab acta nullo appellari. Franc. *in c. dilecto, q.*7.*de app.*& post Joan.And.Innoc. & Hostiens. *ibi,* & Doctores *in l. si expressim.ff.de app.* notat Virall. *in tract. de clau.in clau. nihil novari relatione pend. n.*15.Alexand *cons.*130.*ponderatis,ad fi.l.*3. *& in l.*2.*C.de bon.poss.contra tab.* Lancelot. Robert. *de attent.*2. *part.c.*2. *ampliat.* 6. esse communem opinionem refert Raphaël Cuma.*in l.si express.*19.*ff. de app. & relatio.*quem refert Alex.*cons.*59.*viso titulo,sub n.*16. *lib.*4. ubi de communi testatur,sequitur Brededo *tract. de appell. p.*1. *tit.*12. *col.*38.*sub lit. D.vers.contrarium,* exactè de communi dicens Sigismund.Escac. *tr.de app. q.*17.*lim.*19.*n.*2. *cum seqq.* ubi contrariam opinionem & fundamenta recenset quia jura tollunt necessitatem, non facultatem appellandi; nam quotiescumque nullitas non principaliter proponitur, sed per viam appellationis, executio & omnia ea pendente censentur at- 233 tentata, & revocanda veniunt, quia assumit naturam ipsius appellationis, omniáque suspendit, ut per text *in c. exhibita de judicis,&c.super quæst.in fi. de offic. delegat.*concludit eleganter Franc.*in d.c. dilecto* 63. *q.*9. *n.*21.*&* 22. *& in q.*10. *sub n.*32. *vers. ex his secundùm* Bald. Cuma.*in d.l.si expressim.*Vant.*tr.de nullit.sent.tit. quot.& quib. mod.nullit.prop. possit n.*34. Guid.Papæ *in tr.de appell.quæst* 81.*per totam.*Natt.*cons.*217.*ægrotanti n.*4.*lib.*1.Mynsing *sing.obser.cent.*2.*d.*77. incipit. *Vetus.* Neviz.*cons.*41.*n.*37. *& seqq.* Socin post alios per eum *cons.*10.*insignis,sub num.*12.*lib.*4. Gramati. *consil. civil. cons.*165.Cov *in pract.q.*24 *sub n.*6.*vers.sed & si verum omnino foret,usque ad fi.*Henri. *cons*31.*clem.venerabilis, n.*8.*& seqq.lib.*3.Brun.*in tract.de statu & constit.in verb. nullitas col. antepen.fol.*184.*vers.*3 *hoc idem patet.*Bred. *ubi supra* 1.*p.tit.*12.*col.*42.*in prin & colum.*43. *liter.B, vers.*4.Escacia *ubi proximè n.*12.13. (& à princ. plures hujus appellationis ab actu nullo recent.) Vant. *in tract.de null.tit.quot.& quib.mod.nullitas,*&c.*n.*34.*vers. prout etiam,fol.*380.Lancel *tr.de attent.*2.*p.c.*17.*sub n.*2. *& n.*68.Cæsar.Contard.*in l.uni lim.*7.*n.*53.*vers.cautius & n.*54.*C.de momen.poss.* Covar. *pract. q.c.*24. *sub n.*7. *vers sed etsi verum,* & iterum Escacia *de appellat.q.*19. *rem.*1. *concl.*4.*n.*82. Hæc de nullitatibus sufficient,pro nostræ principalis regulæ & conclusionis (de qua *ad princ.hujus cap.*) exemplis, alia infinita poteris videre, in omnibus hujus tractatus capitibus, quibus propria specialiter adaptari fuit necesse.

Ex quibus omnibus duas potes elicere conclusio- 234 nes: altera quòd à sententia ex aliquo capite, seu causa notoriè nulla, etiam sui natura privilegiara, & aliàs in appellabili interjectæ appellationi non deferens judex Ecclesiasticus vim faciet, cùm hoc casu ratio appellandi sit in promptu, ex supradictis à princ.hujus capitis.

Secunda sit conclusio. ut etiam, in causis sui natura 235 appellabilibus, seu aliàs à sententia privilegiata appellationi minùs solemniter, aliterve nulliter interpositæ non deferens judex violentiam nullam faciet; quæ conclusiones, ut vidistis, proceduut sive in judicialibus actibus, sive in extrajudicialibus, sive in diffinitivis, sive in interloquutoriis.

Quibus obiter adjunge, quod sententia lata contra 236 vel pro defuncto valet, quando procurator fuisset in vita litem contestatus,& factus dominus litis,aut quando ipse mandator dominus satis dedisset de judicato

ſolvendo, dummodò ſententia concipiatur in perſonam procuratoris Gravat. *in addit. ad praxim. Veſtrii, l.4.c.4.in fi.n.41.*poſt DD. *in l.ſi defunctus 15.ff.de proc.*
237 Bald. *in l.nulla dubit.23.C.eod.tit.*Grat.*diſcept.foren.2.p. c.243.n.13.& 14.* ubi poſt Iſſ. *conſ.138. col.2. ad med. n.2. & per totum l.4.* intelligit, dummodo non ſimus in dominio, qui ſine hærede deceſſerit, tunc enim nec poterit ferri ſententia cum dicto procuratore & etiam in rem ſuam, & ceſſionario, & in cauſa quoque poſſeſſoria.

238 Item valet ſententia contra mortuum, quando judex ignoravit mortem, Riminal. junior *conſ.179.n.27. cum ſeqq.lib.2.* Angel.*conſ.223.pro deciſ. poſt prin. verſ. concludo igitur,n.2.* & de veriori opinione contra alios concludunt Iſſ. *in l.non exigimus §.ſi quis in judicio n.5. ff.ſi quis cautio.*Butr.*in c.quia, col.2.in prin.ſub num.7. de judiciis.* Milis *in verbo, ſententia lata contra mortuum fol.423.*Put.*dec.186.in fi.p.1.* ubi quòd eſt vera in profanis, ſecus in beneficialibus Riminal. Jun. *conſ.179. n.30.lib.2.* Beccius *conſ.110. per totum.* Guid. Papæ *deciſ.86. Procurator.* Rebuff. *de ſentent.gl.uni.n.10. tom.3. fol.434.*Marant.*de ord.jud.3.p.6.p.prin.n.107.* Coſta *de ignor.& ſcien.fact. cent.2. d.74. n.7.* multos alios referens ſequitur Grat. *ubi proximè n.9. & ſeqq. & tom.1. c.18.à n.29. cum plurib.ſeqq.*Minſing.*cent.1. obſerv.85. n.4.* Andr. Gail. *obſerv.19.l.1. n.4.* Rebuff. *in l.moribus ſententiæ 113. col.1.verſ.ſecundus non valet.ff.de verborum ſign.* Gabr. *conſ.50. in prin.lib.1.*

239 Indiſtinctè tamen ſecundum eſt, in procuratore conſtituto à Prælato, vel rectore alicujus Eccleſiæ in his, quæ ipſam Eccleſiam tangunt ut, mortuo Prælato conſtituente mandatum finitum, cenſeatur, etiam re non integra, & lite jam per ipſum conteſtata, in vita conſtituentis, text. eſt mirabilis, *in clem.ſi.procur.*cujus hæc ſunt verba: Procuratorem à Prælato, rectore, vel alio quolibet, pro Eccleſia ſua vel cum beneficio conſtitutum per mortem conſtituentis revocari cenſemus, etiam quoad negotia jam incepta, & cauſas, in quibus per ipſum lis fuerit ante mortem hujuſmodi conteſtata; ubi latè gl. & Doctores.

240 Memineris etiam,quòd inſtrumentum,ſeu acta,quæ coram uno notario tractantur, non ſufficit præſentare, & fuiſſe producta in actis alterius notarii, etiam ejuſdem judicis & tribunalis, ſed omnino debent produci in actis ejus, qui cauſam tractat, ut aliàs fuit tentum per Rot. in una Romana cenſus 4. Decemb. 1595.
241 coram Cardinali Pamphilo; de qua teſtatur Mareſc. *var. reſol. lib.2.c.107.n.4.* ubi à prin.poſt alios, quòd ſi coram eodem judice, & inter eaſdem perſonas duæ cauſæ tractentur, geſta in una non probant in alia, niſi expreſsè reproducantur, nec judex poteſt ſupplere ex capite notorietatis; rectè conducunt quæ dixi *4.p.c.1. à n.8. & ſeqq.*

242 Illud tamen valde utiliſſimum notaverim,quòd cùm de jure,& Rotæ ſtylo nonnullæ ſint judicii ſolemnitates eſſentialiter requiſitæ, quarum omiſſio actum judicium, & ſenteniam vitient ipſo jure, & ita per Rot. in dies declaratur, tamen omnia ſuſtinentur ſi de contrario Hiſpaniæ judiciorum ſtylo doctum fuerit,& appareat, quoniam generale verum eſt, ut in ordinariis judicisi, ſtylus, & conſuetudo loci, ubi litigatur,& judicium agitur, ſemper eſt ſervandus, gl fin. & ibi Abb.
243 *num.10.* & 11. & cæteri omnes *in c.quod clericis de for. compet.* Felin.*in c.Eccleſiæ Sanctæ Mariæ,n.55. de conſtit.* Roch.de Curt. *in c.fi.de conſuetud.ſect.8. n.69. & ſeſſ.9. c.16.à n.37.* & 38. Vant.*de nullit.ex defect.proceſſ.n.56.* Jacob Put.*dec.99.n.2. lib.3.* Hieron. Gonz. *in regul. de men.& alter gl 9.§ n annot. n.104.* pleniſſimè Roland. à Vall. *in conſ.48.n.1.& per totum vol.3.* qui poſt alios *n.13.* & 23. ſequutus à Gonz *ibi n.105.* affirmat judi-
244 cem appellationis teneri approbare juſtum ſtylum tribunalis inferioris, juxta quem judex à quo proceſſum ordinavit, de quo vide quæ nos latè ſuprà *1.p.c.2.§.à principio.*

Et in terminis ita pluries declaravit Rot. Rom. ut in una Corduben.decimarum 14 Janvarii anno 1594. coram Seraphino, & in alia Calagurita. oblationum 26.Maii 1590. coram Comitolo; & in Toletana decimarum de Sarre 16. Februarii corã Pamphil.& aliàs ſæpius,ut teſtatur Hier. Gonz. *in d.l. regul. de menſ. & alter.gl.9.§.1.in annot.n.55.* & eſt bona deciſio Cæſ.de Graſſ.*6.n.6.de ſent.& re jud.*per Gonz de Paz.*in prax.1. p.to.1.8.temp ex n.45.& tom.2.c.2.de citat.n.14.*qui per d.Rotæ deciſiones fuit allegatus,quibus dicitur, quòd examen teſtium de Hiſpania citatione,etiam unica pro toto termino probatorio præfixo, & poſtmodum pro- 245
rogato, ſuſtineatur ex Hiſpaniæ ſtylo, qui patitur aliquas limitationes, ut per Gonz latè ſuprà qui *à n.65.* defendit ſtylum Hiſpaniæ, ut terminus probatorius ſit communis, & eodem tempore,reo atque actori cur-
rat, quidquid de ſtylo Rotæ ſervetur, ut priùs, probet 246
actor, poſtmodum autem reus, actoris probatione relevante; putat tamen ipſe *num.69.* quod ſi tribunalibus Eccleſiaſticis reus ex aliqua juſta cauſa inſiſteret, quòd non ſibi præfigatur delatio ad probandum ſuas 247
exceptiones, donec actor ſuam probet intentionem, obtineret, quod poteſt ſuſtineri ex his quæ ipſe *à num.65.*

Hinc etiam fluit, quòd licet de jure, & Rotæ ſtylo 248
examen teſtium ſit nullum ipſo jure,factum notarium recuſatum, ad quod ſola ſuſpicio abſque cauſæ expreſſione cum juramento ſufficit, ad illum removendum in totum Gaill. *pract. obſerv.lib.1.obſervat.33.num.17.* Maſcard. *conſ.1095.num.32.*Virginius de Boccat.*tract. de liter. remiſſ. c.6.n.14.*Eſcacia *tr.de jud.cauſa.civil. & crim.lib.2.c.8.n.919.& ſeqq.fol.317.*non tamen ei datur adjunctus, ut de ratione, & inconvenientibus adjuncti videndus Gonz. *in regul.de menſ.& alter. gloſſ.9. §.1. in annotat.à n.98.*

Tamen quia ſtylus Hiſpaniæ in cauſis ibidem adhuc 249
pendentibus aliud ſervat, nempe recuſato receptore & notario, re non integra, hoc eſt, poſtquam incepit negotium, non removetur in totum, ſed adjunctus ei datur, ut *ex l.22. tit.de los receores lib.2. recopil.* Greg. Lopez *tit.4.p.3.in gl.magna.prope finem,* allegans Joan. de Plat. *in l. nulli. ad fin.C.de n.& actuar.lib.12.* Aviles *in c.prætor.c.35.in gl.verbo remitta.n.4.*Paz.*in prax.tom.1. p.1.temp.10.n.8.& in annot.de tabel.n.42.*Avend.*de exequen.mand.2.p.c.15.num.5.* Azeved.*in l.1.tit.10.num.22. & in l.1. num.11.tit.27.lib.4. recopil.* pariter dictus ſtylus ſuſtinetur, nec reprobatur à Rota ſecundùm Gonz. *ubi proximè num.103. & ſeqq.* ubi & rectè dicit, aliud eſſe dicendum in cauſis pendentibus in Rota, ad quas 250
examinantur teſtes in Hiſpania, vigore remiſſorialium Rotalium; quia tunc notarius remiſſorialis recuſatus ſit in totum removendus, juxta Rotæ ſtylum, quo caſu loquitur deciſio Rotæ 604. *num.10.& 2.p.1. diverſo.*

In aliis etiam caſibus hic Hiſpaniæ ſtylus contra- 251
rius Rotali, per eandem Rotam fuit admiſſus,teſtatur Caputaq. *dec.265. p.3.* & fuiſſe deciſum in una Calagurritana juris vorandi 19. Janvarii anno 1590.coram Orano, & in alia Calagurritana oblationum 26. Maii 1590.coram Comitolo,teſtatur Gonz.*ubi ſuprà n.115.* Put. *dec.258.n.3.lib.1.*

Et in optimo alio caſu ſæpe hoc idem determinavit Rota ut in una Burgen.reſidentiæ 30. Maii 1586. coram D. Plato & in alia Burgen. concedendæ licentiæ coram Orano de anno 1585. & in alia Conchenſi coram Blanchetto, & in Pampilon. Parochiali. 13. Julii
1600. coram Pegna. ut teſtatur Gonzal. *de menſibus &* 252
alter. gloſſ.9.§. in annotat.à n.154. videndus *num.* 117. quibus reſolutum fuit, quòd licet de jure, & Rotæ ſtylo citatio ad ſententiam ita ſit neceſſaria, ut ejus

omiſſio

omiſſio ipſam vitiet, & nullam reddat: tamen ſententia de Hiſpania lata abſque illa, non annullatur, ex eo quòd de ſtylo Hiſpaniæ hæc citatio non requiritur; imò ibi concluſio in cauſa vim habeat citationis ad ſententiam.

Imò generaliter verum eſt, quòd etiam ubi iſthæc citatio ad ſententiam requiritur, concluſio in cauſa poſt diſcuſſionem intimata utrique parti ſupplet omnino hujus citationis defectus, probant rationem reddentes mirabilem Gonz. *ubi ſuprà n.*154. (aliàs plures limitationes inferens) Vant. *de null. c fin.a.*107. Alex. *conſil.*225.*ponderatis n.*22. *vol* 6. Matth.de Afflict. *deciſ.*238.incipit *div. eſt n.*6. non tamen ſufficit, ſi cauſa non eſſet formaliter & legitimè concluſa,ſed judex dumtaxat mandaret concludi, ut fuiſſe deciſum in una Hiſpalenſi Capellaniæ coram Bubalo, & in d. deciſ. Burg. reſidentiæ 30. Maii 1586. coram illuſtriſſimo Plato teſtatur Gonzal. *ibi n.*156.

Similiter etiam poſt executorialium expeditionem de Rotæ ſtylo intimationes, & earum reproductiones, debent neceſſariò earum executionem præcedere, quarum omiſſio illam reddit nullam ipſo jure, & attentatam, quæ tamen cùm de ſtylo Hiſpaniæ non requirantur,earum omiſſio executionem non ſubvertere,declaravit Rota, prout & nos probavimus inferiùs 4. *p.c.*1. *verſ.at verò notandum eſt quid in partibus, &c.* à n.86.

CAPUT X.

De jure Regio patronatus, & an, & quibus caſibus ab ordinario recuſante inſtituere præſentatum per Catholicam Majeſtatem, certante Regiæ Coronæ jus patronatus minimè pertinere; appellationi interjectæ non deferendo, vis fiat?

SUMMARIUM.

*Appellationi à collatione beneficii ſpreto jure regio patronatus emiſſæ à præſentato Catholicam majeſtatem emiſſæ ſi non deferatur,an vis fiat? n.*2.

*Collatio facta ſpreto jure patron. eſt nulla ipſo jure, n.*2.

Præſentatio, electio & collatio ſunt fructus juris præſentandi, eligendi & conferendi, ibid.

Præſentatus à patrono putativo exiſtente in quaſi poſſeſſione præfertur præſentato ab habente jus in proprietate, num. 3.

*Præſentandi ſtatus & quaſi poſſeſſio ſi non reperiatur apud regiam majeſtatem, ſed apud ordinarium, an jus patronatus contemptum dicatur, n.*4.

*In beneficialibus quoad collationem, præſentationem, & electionem ultimus ſtatus & immediata quaſi poſſeſſio attenditur, n.*5.

*Quaſi poſſeſſio conferendi attenditur, non jus proprietatis, n.*6.

*Collatorem ſeu patronum eſſe aliud eſt, aliud verò jus præſentandi, vel conferendi habere, quia illud reſpicit petitorium, iſtud poſſeſſorium, n.*7.

*Præſentandi jus habeo, ergo competit mihi jus patronatus, non eſt bonum argumentum, n.*8.

*Fundamenta ſpecialiſſima multa urgent, qua jus regium patronatus conſervant, præſcriptionemque ipſius beneficii impediunt, atque quaſi poſſeſſionem inficiunt, n.*9.

*Regi Hiſpaniæ competit jus patronatus in quibuſdam beneficiis ex Bulla Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. maximorum Pontificum, n.*10.

*Bulla Adriani VI. verba referuntur, quia jus patronatus in beneficiis conſiſtorialibus Regi Hiſpaniarum competit, n.*11.

*Ex clauſulis Bullæ Adriani) quæ enixam voluntatem demonſtrant) clarè attenta earum natura & proprietate excluditur quaſi poſſeſſio & præſcriptio contra Regem noſtrum in beneficiis ſui juris patronatus, n.*12.

*Præſcriptio ut procedat in jure patronatus Regio, duo requiruntur probanda,patientia,& ſcientia patroni,& animus liberandi Eccleſiam à jure patronatus, n.*13.& 14.

*Abſque quaſi poſſeſſione nulla præſcriptio juris incorporalis procedere poteſt, n.*15.

*Quaſi poſſeſſio in juribus incorporalibus queri non poteſt, niſi ex ſcientia & patientia adverſarii, n.*16.

*Contra Regem nulla poteſt probari ſcientia & patientia, ut aliquis uſurpet jus patronatus, cùm potius tales Bullæ in ejus derogatione retinentur in Hiſpania, ne illis uti queant impetrantes, n.*17.

*Scientia officialium in præſcriptione contra Principem ſufficit, ut illi præjudicet, n.*18.

*Scientia officialium in præſcriptione contra Principem non ſufficere qui teneant, n.*19.

*Qui in hac controverſia mediam tenuerint opinionem, n.*20.

*Scientia officialium in præſcriptione ſufficiet, nempe in iis quorum adminiſtratio ſpectat ad eoſdem officiales, eaque ratione poſſunt reclamare, n.*21.

*Juris patronatus regalis adminiſtratio, & cognitio non pertinet ad officiales Regis, ſed ad ipſum dumtaxat; ideo ſcientia officialium Regi nocere non poteſt in ejus juris patronatus præſcriptione, n.*22.

*Scientia officialium non nocet Regi in ejus jure patronatus num.*23.

*Clauſulæ derogatoriæ in contrarium faciendorum (quibus utitur Bulla Adriani) inducunt proteſtationem defectui voluntatis in futurum, n.*24.

*Clauſula derogatoria præcedens operatur defectum voluntatis in diſpoſitionibus ſequentibus, n.*25.

*Ea quæ ſunt facti in principib. ignorare præſumuntur, n.*26.

*Proviſiones Apoſtolicæ non mutant ſtatum beneficii juris patronatus, nec patronis nocent docentibus de ſuo jure patronatus, n.*27.

*Ordinarii proviſiones non nocent patrono, n.*28.

*Status mutatio in beneficialibus in dubio non præſumitur num.*29.

*Jus patronatus non admittitur per non uſum, n.*30.

*Beneficii ſtatus mutatio procederet per proviſiones Pontificis ejus concurrente ſcientia, & voluntate, n.*31.

*Ad juris patronatus regii præſcriptionem in utroque principe ſpirituali, & temporali deficit intentio præſcribendi & ſcientia, beneficium eſſe juris patronatus regii; nec de eo fit in ſupplicationibus mentio, n.*32.

Juris regii patronatus beneficium cum ignoret illius qualitatem, providet ſummus Pontifex in capite ampliſſimæ poteſtatis, ibid.

*Poſſeſſio talis eſt,qualis demonſtrat titulus præcedens, n.*33.

*Poſſidens ex una cauſa, ſi ſit inſufficiens, non poteſt ad aliam redire, quia animus & opinio utentis attenditur, num.*34.

*Poſſeſſionis cauſam nemo mutare poteſt, niſi aliquo extrinſecus accedente, n.*35.

*Præſcriptum tantum intelligitur, quantum poſſeſſum, n.*36.

*Præſcriptio ſuperve non extenditur ad acceſſoria ſeparabilia, quare præſcripta viſitatione, non intelligitur præſcripta procuratio, n.*37.

*Præſcriptio non extenditur ad ea, quæ veniunt in antecedens, ut exemplificatur, n.*38.

*Præſcribens inſtitutionem non poteſt jure devoluto conferre, num.*39.

Jure communi utens non præſcribit, n 40.

*Jure devoluto providens non officit patrono, niſi pro illa vice dumtaxat, n.*41.

*Patrono non currit tempus præſentandi, niſi à die ſcientiæ, & notitiæ veræ, non interpretativè, n.*42.

*Regibus Hiſpaniæ non currit tempus quadrimeſtre ad præſentandum beneficia & Epiſcopatus ſuæ Coronæ, etiamſi eorum officiales ſciant vacationes, n.*43.

Et etiamſi Rex ipſe ſciat vacationem ob maximas occupationes, ibid.

Regi cùm nunquam currat tempus ad præſentandum ex defectu ſcientiæ, ſemper poteſt reclamare contra proviſiones ordinarii, n.44.

Cauſa ad præſcribendum jus Regium patronatus cùm non ſit ſufficiens, non poterit Pontifex ſe ex alia juvare, n.45.

Gratia Pontificis fundata ſuper aliqua cauſa aut qualitate, eſt nulla ipſo jure, non conſtito de qualitate, n.46.

Gratia conceſſa etiam motu proprio non poteſt operari ultra intentionem & mentem concedentis, n.47.

Gratiæ narratio falſa exiſtens perpetuò gratiam annullat. ipſo jure, n.48.

Proviſiones nullæ non ſunt in conſideratione ad præſcriptionem inducendam, n.49.

Impetratio facta ex una cauſa, qua vera non exiſtente, non poteſt ſuſtinere ex alia cauſa tunc tèporis exiſtète, n.50.

Diſpoſitio omnis facta cum aliquo præſuppoſito, ipſo non verificato, corruit penitus diſpoſitio, n.51.

Inducta ad unum finem, contrarium debent operari, n.52.

Bulla Adriani concedens jus patronatus Regium, ibi (ac perpetuo inviolabiliter obſervari debere) inducit perpetuitatem, n.53.

Verba (dictorum ſucceſſorum veſtrorum) de quibus in Bulla Adriani, inducunt perpetuitatem, n.54.

Privilegium conceſſum ſucceſſoribus durat perpetuò, quandiu adſunt perſonæ in privilegio contentæ, n.55.

Præſcriptio tollitur per diſpoſitionem inducentem perpetuitatem, n.56.

Privilegio appoſita ſi ſunt verba perpetuitatis, excluditur præſcriptio, n.57.

Realis an ſit diſpoſitio, vel perſonalis tenor inſpiciendus eſt, n.58.

Diſpoſitio faciens mentionem ſucceſſorum ex utraque parte eſt realis, non perſonalis, n.59.

Indulta Apoſtolica, quibus conceditur jus patronatus Catholicæ majeſtati, faciunt mentionem ſucceſſorum Coronæ, & ſedis Apoſtolicæ & propterea realia ſunt, & perpetua, n.60.

Res perpetuæ eſſe debent apud ſucceſſores vocatos, ubi perpetuo jus competit, n.61.

Clauſula (irritans) inter alios ejus effectus, tollit præſcriptionem, n.62.

Clauſula (irritans) tollit conſuetudinem, non ſolum in præteritum, ſed etiam in futurum, n.63.

Clauſula (irritans) tollit vires ſententiæ, & ejus executionem impedit, n.64.

Clauſula (irritans) inficit non ſolum titulum beneficii collati, ſed & poſſeſſionem, ita ut poſſeſſor nullo ſe poſſit poſſeſſorio remedio juvare, n.65.

Poſſeſſio infecta per clauſulam (irritans) omni caret effectu, ibid.

Clauſula (irritans) inficit omnia quæ ſequuntur, ita ut nec fomentum, nec juris effectum habeant, n.66.

Clauſula (irritans) habet inhibitionem in ventre, n.67.

Clauſula (irritans) continet privativam vim, & avocativam poteſtati, conceſſæ, n.68.

Clauſula (irritans) operatur nullitatem ab initio, n.69.

Clauſula (irritans) impedit remediũ etiã ſummariiſſimum poſſeſſorium, in quo omnes excludũtur exceptiones, n.70.

Proviſiones beneficii reſervati virtute regulæ octo menſium continentis decretũ irritans facta in menſibus reſervatis ſunt nullæ ipſo jure quoad titulum & poſſeſſionem, n.71.

Decretum irritans potentius eſt reſervatione, n.72.

Privilegium conceſſum Cardinali providendi beneficia alicujus diœceſis continens decretum irritans ordinarius providet nullitèr ipſo jure, etiamſi Cardinalis illud non provideret, n.73.

Quaſi poſſeſſio non acquiritur per collationes, etiam effectum ſortitas contra decretum irritans, n.74.

Præſentandi quaſi poſſeſſione patronus non turbatur per collationem nullam, n.75.

Bulla Adriani continet clauſulam (ſublatæ) n.76.

Clauſula (ſublata) claudit ora judicibus aliter judicandi, & adimit partibus poteſtatem opponendi contra privilegium dictam clauſulam continens, n.77.

Clauſula (ſublata) etiamſi non opponatur, an proceſſus ſit nullus ipſo jure, n.78.

Clauſulæ (ſublatæ) exceptio oppoſita à parte non eſt dubium, quod ſit proceſſus nullus ipſo jure, n.79.

Appellationi emiſſæ à proceſſu geſto contra clauſulam (ſublatæ) eſt deferendum, etiam ſuper iis, quæ alias inappellabilia ſunt, n.80.

Opponi non poteſt aliquid, etiã per viam replicationis contra diſpoſitionem continentem clauſulam (ſublatæ,) 81.

Clauſula (ſublata) obſtat etiam ſummariiſſimo poſſeſſorio manutentionis, n.82.

Clauſulæ (ſublatæ) natura & effectus, n.83. remiſſivè.

Clauſula (irritans) & clauſula (ſublata) ligat, & afficit ignorantes, etiamſi id non expreſſerit, n.84.

Impetrationes & proviſiones Pontificales factæ de beneficiis juris Regii patronatus tanquam ſubjectæ clauſulæ irritanti ſunt nullæ ipſo jure, & præſcriptiones cauſare non poſſunt, n.85.

Clauſula (irritans) ipſum Papam, & ſucceſſores ligat, 86.

Bulla Adriani continet clauſulam derogatoriam, quæ ibi refertur, n.87.

Clauſula derogatoria annullat omnes diſpoſitiones ſequentes contrarias, n.88.

Clauſula derogatoria ſtante in prima diſpoſitione futura contraria, non valet, niſi prioris ſpecialem faciat mentionem, n.89.

Bulla Adriani continet clauſulam derogatoriam derogatoriarum, n.90.

Diſpoſitio ſecunda non obeſt priori niſi faciat mentionem clauſulæ derogatoriæ, & etiam clauſulæ derogatoriarum, n.91.

Privilegiorum derogatione facta per legem generalem an cenſeatur derogatum privilegium, n.92. remiſſivè.

Privilegium continens fortiſſimas clauſulas non eſt veriſimile, velle Principem in lege generali derogante, privilegia comprehendere, n.93.

Privilegium conceſſum Marchioni Aſtoriſcenſi præſentandi nonnullos canonicos illius Eccleſiæ ſua vita durante, refertur, n.94.

Privilegiũ Marchioni Aſtoriſcenſi continens ſimiles clauſulas ac Bulla Adriani, non intelligitur ſublatum per regulas Cancellariæ poſtmodũ in contrariũ editas, n.95.

Catholicæ Majeſtatis privilegio nullo modo trahunt ſummi Pontifices, ſed paſſim augent cùm ejus merita creſcunt, n.96.

Privilegium per Papam conceſſum perſonis dilectis gratis & valde bene meritis, non cenſetur derogatum per legem derogantem quibuſvis privilegiis, n.97.

Catholica Majeſtas licèt non ſit uſus ſui juris patronatus indultis in aliquibus beneficiis, illa non amiſit per non uſum, n.98.

Clauſula irritans appoſita in diſpoſitione non poteſt impugnari ex eo, quod ipſa diſpoſitio uſu recepta non ſit, & de ratione, n.99.

Rex Hiſpaniæ indultis juris patronatus uſus eſt ſemper in parte, n.100.

Privilegii uſus in parte interrumpit quamlibet præſcriptionem adverſus illum introductam, n.101.

Præſcriptio ordinariorum adverſus indulta juris Regii Patronatus non habet principium, vel ſi habuit, illud paſſim interruptum, n.102.

Titulus ubi adeſt univerſalis, per uſum partis conſervatur jus in toto quoad quaſlibet ſpecies ſub eo contentas, 103.

Uſus juriſdictionis in una parte conceſſionis tribuit uſum in alia, & conſervat omne jus, n.104.

Præſcriptio & conſuetudo uſus conceſſionis in una parte extenditur ad aliam, n.105.

Rex Hiſpaniæ majori parte beneficiorum conſiſtorialium virtut

*virtute concessionum Apostolicarum usus est, quoties vacare contingunt, n.*106.

*Regnum cujus civitates aliquæ parent Imperio, tum intelligitur illi subjectum, quia sufficit partis tantùm habere pacificam possessionem, ut totius habere intelligatur, n.*107.

*Usus in parte conservat jus in totum, ubi agitur de conservatione, non verò de nova acquisitione, n.*108.

*Conservare aliud est, aliud de novo acquirere, n.*109.

*Rex Hispaniæ non tractat de acquirendo novo jure patronatus in beneficiis consistorialibus, sed de conservando sibi ex indultis Apostolicis competente, n.*110.

*Merum imperium habens ex privilegio si in uno actu exerceat jurisdictionem, totius privilegii jus conservat, & quid in præscriptione, n.*111.

*Privilegio utens in parte conservat possessionem in toto privilegio, n.*112.

*Præscriptio de uno casu unius speciei extenditur ad alium casum ejusdem speciei, n.*113.

*Per usum unius actus ex competentibus patrono, acquiritur juris patronatus quasi possessio, n.*114.

*Quasi possessio omnium patronorum conservatur per præsentationem aliquorum dumtaxat, dummodo hi animo privandi cæteros non præsentent, n.*115.

*Possessio generalis acquisita in juribus incorporalibus (quæ magis intellectu, quàm corpore percipiuntur) propter jurium unitatem ratione causæ generalis possessio retenta, ac quæsita in parte retinetur in toto, n.*116.

*Causa universalis, quando adest in utente, potiùs attenditur, quam particulare exercitium, n.*117.

*Quasi possessio percipiendi oblationes in aliquibus locis diœcesis ex -ure universali, extenditur ad omnia alia loca ejusdem diœcesis, n.*118.

*Exercens unum vel plures actus ratione juris universalis, quod quis prætendit sibi competere, fit extensio ad alios actus & personas, dummodo non diversas, n.*119.

*Luctuosam præscribens ratione jurisdictionis, sufficit, illam percepisse ab aliquibus vassallis, ut contra omnes intelligatur, n.*120.

*Jus reale exigendi luctuosam ubi præscribitur, comprehendit omnes personas territorii, quibus jus illud applicari potest, n.*121.

*Præscriptio juris realis porrigitur ad omnes, etiamsi adversùs eos specificè non fuerit præscriptum, n.*122.

*Præscriptio in una specie extenditur de persona ad personam, & de uno actu ad alium ejusdem speciei, n.*123.

*Præscriptionis causatæ à jure reali effectus extenditur adversus eos, contra quos non præscriptum est, & ad particularem speciem juris comprehensi sub unico jure universali, n.*124.

*Causam magis, quam exercitium ipsius actus considerandam esse, n.*125.

*In iis quæ consistunt in pondere, numero, aut mensura, apprehensa parte granorum totum acervum frumenti apprehendisse dicitur, n.*126.

Aliud esse in furto ex æquitate, ibid.

*Possessione apprehensa in uno ex capitibus gregis empti; totius gregis apprehensam intelligitur, cùm sit unum corpus, licèt plures distantes res, n.*127.

*Vendito vel legato choro cantorum possessione apprehensa in uno capite, totus chorus apprehensus intelligitur, cum omnes sint simul connexi, n.*128. *ubi alia reddunturexempla.*

*Quod limitatur, num.*129.

*Possessio rei principalis censetur etiam continuari in connexis, & accessoriis, n.*130.

*Jus universale prætendens in aliqua diœcesi, probatis actibus particularibus aliquorum locorum, an manu teneatur in tota diœcesi, in.*131.

*Actus possessori per retentionis in una particulari muri conservatur quasi possessio in toto muro, n.*132.

*Per receptionem partis pensionis constitutæ constituitur in quasi possessione exigendi totam pensionem, n.*133.

*Possedisse, & præscripsisse novalia ille dicitur, qui possedit, & præscripsit decimas unius prædii, quia ob unitatem subjecti dicitur acquisivisse totum, n.*134.

*Acquisivisse possessionem unius rei in juribus incorporalibus sufficit, ut conservetur quasi possessio in omnibus, num.*135.

*Quasi possessio juris universalis non extenditur ad aliam speciem in cujus possessione alius reperitur, n.*136.

*Rege Hispaniæ existente in quasi possessione juris patronatus universalis beneficiorum consistorialium, ordinarius etiam particulariter non potest aliquod illorum quasi possidere: & de ratione, n.*137.

*Manutentio denegatur quandiu apparet de titulo invalido, num.*138.

*Jus quærendum facilius tollitur, quàm jus quæsitum, n.*139.

*Ordinarius non potest prætendere jus universale in beneficiis consistorialibus Hispaniæ prout Rex, maximè quia horum beneficiorum genus reservatum est consistorio Papæ, n.*140.

*Utente jure universali ex privilegio datur manutentio etiam in specie non possessa contra juris assistentiam habentem, & etiamsi possidenti jus commune resistat, n.*141.

*Privilegio probato cessat legis assistentia, cum possessio justificetur ex titulo, n.*142.

*Ex jure patronatus universali conservato in parte privilegii retinetur jus in toto, & ad beneficia consistorialia noviter reperta discooperta extensio fit, n.*143.

*Possessionem probans ex privilegio decimandi in toto territorio respectu fructuum, qui alias ibi nascebatur, juvatur etiam respectu novalium postea repertorum, n.*144.

*Præsentationes factæ per Catholicam majestatem quorundam beneficiorum juris Regii patronatus, impediunt præscriptionem, etiam centenariam in aliis ejusdem qualitatis, n.*145. *&* 279. *cum seqq.*

*Resignationes plerumque in causa sunt, ut ignorentur vacationes beneficiorum juris Regii patronatus, n.*146.

*In jure Regio patronatus non currit præscriptio, imò in Camera Lusitana plura beneficia oblita esse recuperata dicit Cavedus, n.*147.

*Jus patronatus Regium est Coronæ incorporatum, ac de regalibus, ac ideò nisi per immemoriale tempus acquirì potest, n.*148.

*In jure Regio Patronatus beneficiorum consistorialium non potest dari immemoriale à tempore indultorum, n.*149.

*Bona majoratus sunt imprescriptibilia, n.*150.

*Majoratus bona præscribuntur per tempus immemoriale n.*151. *declara ut infrà, à n.*282.

*Regnum caput est omnium majoratuum Hispaniæ, n.*152.

*Præscriptio ordinariorum juris Patronatus Regii interrumpitur per singulorum Regum successionem, n.*153.

Possessio civilis & naturalis transfertur in successorem majoratus ministerio legis Tauri etiam ab alio occupata in vita, aut post mortem prædecessoris, ibid.

*Majoratus mortuo possessore tertius occupans bona nec habet possessionem civilem, nec naturam, sed solam detentionem, n.*154. *adeò ut non possit præscribere, ibid.*

*Tertio occupanti bona majoratus contra successorem non competit remedium possessorium, nec fructus lucratur, nec aliquem juris effectum habet, n.*155.

*Juris patronatus annexi majoratus Hispaniæ quasi possessio acquiritur successori ministerio legis Regiæ, etiam sine apprehensione actuali, n.*156.

*Juris patronatus quasi possessio non transfertur in tertium occupantem majoratum, n.*157.

*Possessor juris patronatus sufficit habere possessionem in consequentiam ad præsentandum, ut in bonæ fidei possessore castri aut villæ, cui inhæret, n.*158.

Etiam si ipse possessor nunquam præsentaverit, quia dignitas seu castrum retinuit semper possessionem, ibid.

*Rex in sua præsentatione ad beneficium noviter repertum, ut præferatur, debet de suo jure patron. in illo beneficio docere, alias interim ordinarius non excluditur, n.*159.

Quasi possessio non sufficit, ubi agitur de statu beneficii, & de diverso anteriori constat. ibid.

Defectus proprietatis si constat tempore præsentationis aut collationis, proprietarius præfertur possessori, n.160.

Clausula (irritans) tunc suos producit effectus, & inficit possessionem, quando constat obtinere in illo casu: interim tamen possessor nõ impeditur remediis possessoriis uti, n.161.

Clausula (irritans) nihil operatur dummodo non constet reservationẽ intrare in illo beneficio de quo agitur, n.162.

Clausula (irritans) dummodo non sit verificata, non impedit manutentionem possessionis, n.163.

Jus Regium patronatus quando apparere dicetur, n.164.

Regia provisio præsentationis directa ordinario aliquando narrat jus patronatus regule esse motu proprio, aliquando verò illud asserit ex relatione præsentati. ibid.

Catholica majestas misit per sua Regna præcipuè Galleciæ Austures & Oviedo personas fide dignas scientiæ & conscientiæ, ut recognoscerent beneficia suo Regio patronatui spectantia, n.165.

Principi quasi informato de facti veritate aliquid asserenti est standum, n.166.

Principis assertioni standum est in antiquis, quibus fundatur in præjudicium tertii, n.167.

Principis assertioni jus patronatus ad se spectare, ex relatione tamen partis non est standum, n.168.

Verbum (ut accepimus) positum in gratia facta ad petitionem partis, ejus narrativa refertur, & non assertioni Principis, n.169.

Verbum (ut accepimus) appositum in gratia motu proprio facta non ad narrativam partis, sed principis assertionem refertur, n.170.

Verbum impersonale (ut asseritur) non refertur ad impetrantem, & ideo ad ejus verificationẽ non astringitur, n.171.

De jure Regio patronatus si constat tempore Regiæ præsentationis, ut dictum est, & ordinarius aliter conferat beneficium, provisio erit nulla, & appellationi esse deferendum, declarabitur in tribunali Regio, n.172.

Contradictor quando comparet in provisione beneficii allegans suum esse jus patronatus, audiendus est in contradictorio judicio, sententia fertur diffinitiva, & appellatio utrumque habet effectum in simplicibus, non autem in curatis, n.173.

Jus Regium patronatus non tractatur coram ordinario, sed in consilio supremo Camera, n.174.

Exceptio juris patronatus Regii oppositæ quousque in Senatu Camera Regiæ terminetur, ordinarius tenetur supersedere in provisione beneficii, n.175.

Ab ordinario procedente ad ulteriorem provisionẽ beneficii interim dum in Senatu Regio de jure patronatus terminatur exceptio, appellationi emissæ erit deferendum, 176.

Ab inordinario processu appellationi esse deferendum, etiam; in judiciis aliàs inappellabilibus, ibid.

Ordinarius non est cogendus instituere præsentatum à Rege alio existente in possessione per longum aut longissimum tempus, donec per executoriales convincatur, n.177.

Beneficio de jure vacante ob privationẽ ipso jure, & non de facto, tamet si patronus queat præsentare, non tamen possessio avocanda est donec cõvincatur, & declaretur, 178.

Præsentatus ab existente in quasi possessione juris patronatus, si iste evincatur, non erit avocandus à possessione, n.179.

Idem est quando lis vertitur inter duos collatores, n.180.

Lite mota inter Episcopum & patronum, vincente patrono, provisus ab ordinario removeri potest, n.181.

Lite vertente inter Regem & alium patronum putativum existente in quasi possessione vincente Rege, præsentatus à putativo patrono amovendus est: & de ratione, ibi n.292.

Lite pendente inter patronos electores aut collectores super possessione, vincens declaratur verus possessor, & ideo ab adversario præsentatus seu electus erit indistinctè removendus, n.183.

Citandus est Episcopus aut patronatus, & eisdem provisus ad litem super spolio, n.184.

Evicto jure Regio patronatus possessor non est avocandus; nec præsentatus mittendus in possessionem, sed omnimodo sententia admittit supplicationem, n.185.

Appellationi à provisione beneficii simplicis facta in contradictorio judicio defertur, n.186.

Secus quando extrajudicialiter, ibid.

Provisio Parochialis ubi sit facienda in contradictorio judicio, prima sententia exequitur, si est vacans Parochialis, secus si non est vacans: & de ratione, n.187.

Juris regii patronatus cognitio tam super possessione, quàm super proprietate, cui pertinet, n.188.

Juris patronatus tanquam spiritualibus annexi judici Ecclesiastico spectat cognitio, n.189.

Regii juris patronatus controversia tractatur coram Rege & ejus consilio Camera specialissima ratione, n.190.

Quod non solùm usus Hispaniæ recipit, sed & Regni Galliæ, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ, n.191.

Concil. Trid. sess. 22. de reform. c. 8. ponderatur, disponens Episcopum non posse vitiare hospitalia & confraternitates quæ sunt sub immediata Regis protectione, n.192.

Concilium Regium non cognoscit de jure Regio patronatus in consistorialibus competente, de quo non dubitatur, nec ibi institutio aut collatio fit, n.193.

Regium consilium agit tantùm de qualitate extrinseca Ecclesiæ contenta in Bullis Pontificalibus, an beneficium sit consistoriale necne, quòd est quid facti, non autem spiritualitatis, n.194.

Judex secularis potest cognoscere, & terminare super donatione juris patronatus facta à laïco, & ad illius impiementum donatorem compellere, n.195.

Judex secularis potest compellere promittentem donare jus patronatus, ut contractum adimpleat, n.196.

Judex secularis poterit cognoscere de qualitatibus inhærentibus ipsi donationi juris patronatus, n.197.

Controversias, quæ solebant oriri inter Consilium supremum, & consilium Camera super cognitione juris Regii patronatus Catholica majestas diremit per regias scedulas, quibus inhibuit omnibus tribunalibus excepto consilio Camera, n.198.

Provisiones Regis recensentur, quibus hæc juris Regii patronatus cognitio privativè est reservata consilio Camera, ibid.

Suprema Regia tribunalia non se intromittunt in cognitione per viam violentiæ factæ ab ordinario Ecclesiastico, sed illam remittunt consilio Camera, n.199.

Pro tollenda violentia facta à delegato superioris Ecclesiastici, ad quem appellavit præsentatus à Rege ob denegatam institutionem, potest recurri ad quamlibet Cancellariam, n.200. & de ratione, ibid. n.201.

Ordinario recusante instituere præsentatum à Catholica majestate recurrentem ad consilium Camera pro secunda jussione, an & quando concedi vel denegari solet, n.202.

Regium consilium Camera jam hodie non solet expedire provisiones regias præsentationis, nisi priùs de jure patronatus Regio legitime doceatur, & quare, n.103. & 203.

Ordinarius si provisionibus Regiis præsentationibus non obtemperet, quid faciendum, n.204.

Adversus ordinarios recusantes instituere præsentatum à Catholica majestate attentè procedatur, n.205.

Ordinarius si non instituat præsentatum à Catholica majestate interim conquiescat, aliter ab ejus provisione & processu appellationi interpositæ consilium Camera deferendum declarabit, n.206.

Præsentatus à Rege potest recusante ordinario instituere, recurrere ad Metropolitanum vel ordinarium viciniorem pro institutione nanciscenda, n.207.

Tempus nullum de jure communi reperitur præfixum, ut ordinarius instituat præsentatum, sed tantùm ad conferendum, n.208.

Ordinario hodie ex motu proprio Pii V. præfixus est terminus duorum mensium, ut instituat præsentatum a patronis in Parochiali, aliter ad quem recurri potest, n.209.

Terminus

Terminus duorum mensium præscriptus ordinariè ad instituendum, non currit à die præsenti instrumenti nominationis per patronos, sed à die quo nominatus ab eis præsentaliter se ordinario offert examinandum, n.210.

Ordinario non est appositus terminus ad instituendum vel confirmandum in beneficiis simplicibus, sed si id facere vel recuset, vel sit negligens, recurritur ad superiorem qui terminum illi præfigit, ut instituat, &c. n.211.

Termino præfixo per superiorem ordinario, ut instituat, aut confirmet, intra illud si labatur, potest ipse superior supplere, vel, compellendo, vel institutionem faciendo, n.212.

Præsentatus potest licitè appellare ab ordinario negligente instituere, & quid facere tunc poterit superior, c.213.

Appellari non licet ordinario, recusante instituere præsentatum justa tamen de causa moto, n.214.

Superior ad quem est appellatum ab ordinario recusante instituere justa tamen ex causa, nec potest institutionem facere, nec ad faciendam ordinarium compellere, n.215.

Causa quæ justa dicatur, ut ordinarius legitimè possit institutionem denegare, n.216.

Patronus præsentans indignum pro illa vice privatur præsentatione, ibid.

Regium Cameræ Consilium recusante ordinario instituere præsentatum à Rege, potest expedire secundum jussionem præsentationis cum relatione negligentiæ ordinarii, directum Metropolitano vel ordinario viciniori ut instituat, n.217.

Præsentata à Catholica majestate appellationis via quare inutilis & improbabilis videatur, n.218.

Defenditur tamen & probabilis monstratur, n.219.

Ab Ecclesiastico judice recusante impartiri suum brachium imploratum à judice seculari, appellari potest ad superiorem, ut illum compellat, n.220.

Ecclesiasticus superior, ad quem præsentatus à Rege appellavit à negligentia vel protervia ordinarii, non se intromittit in cognitione juris patronatus Regii, sed de gravamine, n.221.

Nuntii reverendissimi jurisdictio solet declinari, volentis cognoscere de jure patronatus Regio, aliter autem appellatio decernitur per Cõsilium Camera legitima, vimque fieri & reponi, n.222.

Reges Hispaniæ sunt veri patroni Cathedralium, prælatiarum, & Abbatiarum consistorialium horum regnorum Hispaniæ, n.223.

Et quo jure, ibid. & num. seqq.

Jus patronatus Regiæ Coronæ Hispaniæ quibus rationibus Regibus competat, recensetur lex partita, n.224.

Regi Catholico jus patronatus in consistorialibus beneficiis Hispaniæ fuit attributum Pontificum indultis, n.225.

Regium jus patronatus dicitur jus regule, & inter cætera Principis regalia computatur, n.226.

Gothorum tempore electio Episcoporum pertinebat ipsi Regi Hispano, n.227.

Rex Hispaniæ fuit redactus ad suum jus eligendi, quod prius habebat consensu & ordinatione Ecclesiæ universalis, & prælatorum Hispaniæ, n.228.

Regium eligendi jus variatum fuit, quia nuntiata Regi morte Prælati eligendi petebatur licentia per Capitulares Ecclesiæ, quorum electio Regi præsentabatur, n.229.

Rege absẽte nũtiatio prædicta fiebat ejus Vice-Regi, 230.

Plura juris Canonici jura in proposito explanantur, ibid.

Rex Catholicus hodie præsentat Prælatos Ecclesiarum, cujus juri patronatui nihil detrahitur, n.231.

Regem Catholicum magno prosequi favore per Romanam Ecclesiam, n.232.

Rex Hispaniæ ob suam suorumque ministrorum maximam religionem majori fruitur potentia, quam nemo hucusque fuerit assequutus, ibid.

Regii patronatus præcipuum fundamentum est privilegium, quod habent Reges, n.233.

Privilegii Apostolici concessi Regi mentionẽ faciunt Bullæ Episcoporum & pensionem super Episcopatibus, n.234.

Super Regio patronatu orta controversia Sixtus IV. concessit Regibus Catholicis perpetuo, ut ad Episcopatus eligerentur ab eo nominati & petiti, n.235.

Adrianus VI. concessit Carolo V. Imperatori nostro, & ejus successoribus jus præsentandi Episcopos Hispaniæ, qui antea providebantur ad supplicationem regum, n.236.

Rex noster invictissimus quot, qualesve Episcopatus & Archiepiscopatus provideat in Hispania, & extra illam remissivè, n.237.

Principes omnes Christianæ religionis simile privilegium juris patronatus habent, n.238.

Principes Christiani habentes jus patronatus suorum Regnorum recensentur, ibid.

Reges omnes de jure communi habere regium patronatum majorum Ecclesiarum suæ ditionis, qui affirmant. n.239.

Origo, & principium præsentandi Reges Episcopos, quod fuerit, n.240.

Rex potest opponere Episcopum electum sibi esse suspectum, quo probato, retractatur electio, ibid.

Regis interest nosse qui in suo regno Ecclesias sunt administraturi, n.241.

Joannes Igneus reprehenditur asserens, Hispaniarum Reges habere hoc jus præsentandi prælatos ratione concessionis Caroli Regis Francorum, n.142.

Recensentur Doctores, qui ex Chronicis & Historiis falsam demonstrant Igneï assertionem, n.243.

Consuetudinem nominandi prælatos per Hispaniæ Reges stare, etiam ante nativitatem Carol. Imperatoris Francorum, ostenditur, n.244.

Computatio temporum refertur, quam scripsit Covarruuias num.245.

Computatio temporum descripta à Camillo Borello in proposito refertur, n.246.

Computatione qualibet admissa certum est ad minus 80. annos præcessisse Toletanũ Concilium Imperatorem, 247.

Consistorialia beneficia duplici de causa ita dicta sunt. 248.

Consistoralia beneficia aliqua ita dicuntur, quia reperiuntur scripta in libris Camera inter consistorialia, non tamen illa providentur per Consistorium Papæ, ibid.

Consistorialia beneficia ita vocantur, quia de eis disponit Papa, in Consistorio coram Cardinalibus, n.249.

Consistorialia beneficia sunt monasteria virorum, n.250.

Prioratus, Abbatiæ, & aliorum Regularium præfecturæ virorum sunt consistorialia beneficia, n.251.

Beneficiorum consistorialium valor taxatus est in libro consistoralium, qui attenditur in eorũ impetrationibus, 252.

Beneficia consistorialia ac monasteria virorum Clemens VII. reservavit sibi excedentia ducentorum florenorum auri æstimationem, n.253.

Florenus in Camera Apostolica in taxis capitur pro ducato de Camera, & de vero Florenorum valore, & ejus varietate, n.254. remissivè.

Consistorialia beneficia esse monasteria & prioratus virorum excedentia ducentorum Florenorum æstimationem dumtaxat asserentes, decipiuntur, n.255.

Et de ratione, ibid.

Consistorialia beneficia aliquem valorem non requirunt, ut consistorialia dicantur, & quare, n.256.

Consistorialia beneficia non ideo esse desinunt prioratus & Abbatiæ virorum, quamvis non reperiantur scripta in libro consistorialium, & quare, n.257.

Consistoriale beneficium non consuevisse provideri consistorialiter asserenti, incumbit onus probandi, n.258.

Consistorialiter licèt beneficiũ non provideatur, non desinit esse consistoriale, si revera est monasterium virorũ, n.259.

Beneficia multa sunt scripta in libro consistorialium, quæ nihilominus consistorialiter non providentur, n.260.

Ecclesia si reperiatur scripta in Catastro Episcopi inter Eccles. collegiatas, nihilominus collegiata non dicitur, n.261.

Signa quibus Ecclesia probatur aut præsumitur consistorialis, remissivè, n.262.

Stylus Hispaniæ obtinuit, ut nec aliquis valor attendatur,

nec descriptio in libero Camera Apostolica, ut beneficium consistoriale dicatur, si tamen naturam consistorialis habere, vel habuisse legitimè apparcat, n.263.
Plures executoriales sententias, instrumenta, informationes etiam peritissimos peritos, & curiales, tam Concilii supremi & Camera, quam Cancellariarum recensuit Francisc. Gonzalez de Heredia secretarius Camera in quadam amplissima & fideli per eum facta relatione, 264.
Consistorialia beneficia prioratus & Abbatia, qua, & qualia denuo recuperata fuere per coronam Regiam recensentur, n.265.
Jus patronatus in antiquis ex quibus conjecturis & presumptionibus probetur, remissivè, n.266.
Catholica majestas non indiget indiciis & præsumptionibus probationis juris patronatus, quia ipse non tractat de probanda illius præscriptione, cùm satis sit probata sua intentio, & jus patronatus consistorialibus, n.267.
Catholica majestas tractat duntaxat de probanda qualitate beneficii, an sit vel fuerit consistoriale necne, qua est longè minoris probationis, n.268.
Ecclesia, qua habet arma Regia, vel alia similia signa regalia demonstrantia fuisse vel esse monasterium virorum, attendenda est ad novam recuperationem, n.69.
Arma in antiquis non parva sunt authoritatis ad probandum ejus patronatus, n.270.
Rex jus esse præsumitur, cujus est signum & marcha, numero 271.
Ex signo & marcha arguitur dominium ejus, cujus est marcha, n.272.
Artifex insignis potest prohibere, ne alius suo signo utatur, num.73.
Epitaphiis seu literis descriptis in lapidibus antiquis fides adhibetur, n.274.
Jus patronatus antiquum probatur ex Epitaphiis & literis descriptis in lapidibus antiquis, n.275.
Epitaphium mentionem faciens de familia in antiquis probat legitimè, n.276.
Inscriptio in lapidibus & monumentis seu parietibus antiquis positis in loco publico legitimè probat, etiam in magnum præjudicium alterius, n.277.
Historiis & Chronicis maxima fides circa hoc adhiberi solet, n.278.
Jus patronatus antiquum probatur ex antiquis annalibus, num.279.
Casus de facto refertur, quo probatum fuit jus regium patronatus, ex eo solùm, quòd in libro quodam, quo erant Ecclesia scripta ad marginem cujusdam Ecclesia repertum est scriptum (Regis est.) n.280.
Nec in præfato casu potuisse possessori probari immemorialem in contrarium, ibid.
In patronatu Regio non currit præscriptio, n.281.
Libri antiqui probant, quando eis communiter creditur, vel sunt in loco, ubi dumtaxat servantur authentica scripturæ, n.282.
Majoratus bona non præscribuntur etiam per centum annos, ubi apparet evidenter de eorum principio, esse majoratus, n.283.
Bona quandiu constat esse de platea vel exitu civitatis, sunt impræscriptibilia, n.284.
Immemorialis præscriptio non suffragatur quantumvis legitimè probata; si apparet de iniquo principio invalido, & injusto titulo, n.285.
Immemorialis præsumptio cessat cùm simus in claris, de ejusque infecto principio clarè apparet, n.286.
Immemorialis effectus cessat, ubi cõstat de mala fide, n.287.
Regium jus patronatus donatum à Rege alicui personæ, seu Ecclesiæ an retineat naturam regii patronatus. n.88.
Jus patronatus absolutè donatum primæva natura variata regulariter juxta naturam donatarii, n.289.
Jus patronatus origine laïcali si aliquo titulo in Ecclesiam aut Ecclesiasticam personam sit translatum; efficitur Ecclesiasticum, n.290.
Papa concedens mihi castrum poterit contra me præscribi, quia mea possessio non est papalis, n.291.
Privilegium alteratur, & variatur per mutationem personarum, n.292.
Qualitas regia non transit cum re in donatarium privilegiatum, n.293.
Regia jurisdictio licèt ultra immemorialem præscribi non possit; tamen contra privatum, cui illam rex donavit ex privilegio, tempore ordinario præscribitur, n.294.
Rex an possit donare jus patronatus sibi à Sede Apostolica concessum in consistorialibus, remissivè, n.295.
Jus regium patronatus donatum non absolutè, sed in feudum, cùm scilicet adhæret castro aut villo infeudatæ; retinet naturam regii patronatus, n.296.
Jus patronatus an & quando in feudum vel emphyteusim concedi possit, vide remissivè, ibid.
Causa à qua rei origo procedit attendenda est, n.297.
Quod contingit ex causa de præterito, ad tempus præteritæ causæ referendum est, n.298.
Regium jus patronatus donatum, Ecclesiæ efficitur Ecclesiasticum, n.299.
Jus patronatus alicujus comitatus annexi Episcopatui, est Ecclesiasticum, & de ratione, n.300.
Cavedus reprobatur, n.301.
Jus patronatus spectans ad prioratum erit Ecclesiasticum, num.302.
Et etiamsi prioratus sit juris patronatus laïci, ubi legitimè redditur ratio, n.303.
Forma providendi beneficia juris patronatus Ecclesiastici servatur in beneficiis pertinentibus præsentationi alicujus ordinis militaris, & Regis, tanquam ejus perpetuo administratori, n.304.
Qua forma non servata in eisdem beneficiis tanquam patronatus Ecclesiastici appellationi erit interposita deferendum, n.305.
Juris Regii patronatus beneficio in alium statum erecto, an jus patronatus retineatur, vel admittatur, n.306.
Beneficii facta commenda Rector præsentabit in vicaria perpetua, n.307.
Commenda facta alicujus beneficii, quod antea erat patronatus Regii, poterit Rex præsentare vicarium perpetuum, n.308.
Res obligata, si transit in aliam formam reducibilem ad primam materiam, non extinguitur jus pignoris competens in ipsa prima materia, n.309.
Res transit cum sua causa, & suo onere, n.310.
Privilegia realia per alterationem rei non perduntur, num.311.
Privilegium competens prioratui erecto postea in Cathedralem non amittitur, sed retinetur, n.312.
Possessio conferendi dimidias portiones in aliqua diœcesi trahitur ad alias portiones noviter erectas ejusdem speciei, num.313.
Privilegium percipiendi decimas ex aliquo fundo, si varietur modus seminis & fructuum, conservatur in eis privilegium, n.314.
Consuetudo solvendi decimam ex tritico fundi procedit, si seminetur milium, n.315.
Præscribens in terra certas decimas, videtur quoad omnes illius terræ fructus præscripsisse, n.316.
Res empta ex pecunia redacta ex re majoratus, in ejus locum subrogatur cum omnibus qualitatibus primordialibus majoratus, n.317.
Ecclesia tunc Parochialis, si appareat aliquando fuisse monasterium virorum & consistorialem, recuperatur jus patronatus Regium, n.318.
Lex Regia refertur, qua revocantur donationes juris Regii patronatus facta per Regem Henricum, & aliorum Regum, n.319.

1 IN oies, oriuntur violentiæ circa proviſiones beneficiorum juris Regii patronatus ob denegatam præſentato inſtitutionem, aliiſve variis cauſarum figuris in diſcurſu videndis, & primitus an appellationi emiſſæ per procuratorem fiſcalem à proviſione facta per ordinarium ſpreta Regia Corona, Cæſareæ ſeu Majeſtatis præſervatione neglecta, non deferens ordinarius, vim faciat. In quo duo ſunt caſus diſtinguendi, nam aut loquimur in proviſione illius beneficii, in cujus præſentationis quaſi poſſeſſione, & ultimo ſtatu Regia reperitur majeſtas, ſecundùm tenorem text. *in cap. conſultationibus de jur.*
2 *patr.* & tunc dubium nullum nobis eſſe poteſt, ut vis fiat plus quàm notoria; cùm appellatio licita ſit, quoniam proviſio per meram collationem eſt ipſo jure, juxta text. *in d. c. decernimus* 16. *q.*7. & ex his quæ latè in ejus comprobationem & intellectum adduximus *ſuprà c. præcedenti à n.*129. *cum ſeqq.*

3 Nam ille qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, eſtque patronus putativus, debet præſentare, ejuſque præſentatio admittenda, non tamen alterius, qui licèt habeat bonum jus in proprietate, caret tamen poſſeſſione, ut *per d. cap. conſultationibus* dixit Rot. *dec.* 14. *de jur. patr. in antiq. & deciſ.*17. *eodem titul. in noviſſ.* probat *l.*9. *titul.* 15. *p.*1. ubi Gregor. Lopez *in verb. tuvieſſe.* Calder. *conſ. fin. de jur. patr.* Aymon. *conſ.*322. *n.*5. Roch. de Cur. *de jur. patron. verb. ompetens q.*19. *n.*39. *& ſeqq.* Lamber. *eodem tit. l.*2. *p.*1. *q.*3. *art.*1. *& 6. per totam quæſt.* Put. *dec.*189. *n.*1. *& per tot. lib.*1. Rolan. *conſ.*48. *n.*28. *uſque ad n.*39. *lib* 1 Joan. Gutier. *conſ.*4. *n.*34. *& in quæſt. patr. q.*43. *à n.*9. *& num.*40. *l.*3. Rota *dec.*167. *num.*7. *part.*2. *diverſ.* quia præſentatio, ſicut electio, & collatio ſunt fructus juris conferendi, eligendi, & præſentandi, *cap. cum Bartol. de re jud.* gloſſ. *in c. cum clim. vero. capitulo verſ. ſed collatio beneficiorum, de majoritate & obedien.* & ibi But. *ſub n.*16. Abb. *n.*1. Felin. *num.* 2. Nicol. Mill. *in reperto. verbo beneficiorum collatio n.*14. Rota *dec.*17. *b.*1. *de jur. patr. in noviſſ. & deciſ.*14. *ante fin. eodem tit. in antiq.* Selv. *de benef.*3. *p. q.*40. *n.*4. *& per totam.* Caſſiador. *dec. num.*6. *de penſion.* Rot. *deciſ.*166. *n.*5. *p.*1. *diverſ.* Gom. *in regul. de trienna part. q.*37. *n.*19. plurimos citat Riccius *in præct. Eccleſ. jur. patr. deciſ.*153. ubi latè etiam an & quando poſt Concil. Trident. procedat.

4 Aut enim ultimus hic præſentandi ſtatus, & quaſi poſſeſſio, penes Cæſaream Majeſtatem non reperitur, ſed potiùs penes ordinarium, puta, imò multis ante annis longo etiam & longiſſimo tempore, quod uſque fortè ad centum annos perveniat aſcendere, poſtquam contigerit vacare, ut merè collativum, & ſummus Pontifex, & ordinarius contulerunt, & de hoc apparet multis continuatis proviſioibus: & tunc major ſtat difficultas, an proviſio dicatur nulla, & an contemptus patroni dicatur, ut inde vim an fieri inducamus in qua ſi juris regulæ ordinariæ præſcriptionum attendantur, nec-nullitatem, nec contemptum adeſſe adhuc certum
5 eſt. Etenim in beneficialibus quoad ejus proviſionem, collationem, præſentationem ſeu electionem, ſemper attenditur ultimus ſtatus, ultimaque & immediata poſſeſſio Oldral. *conſ.*312. *n.*2. *in fin. & n. fin.* Rot. *dec.*2. *num.*2. *de præben. in no. & dec.*49. *ante n. princ. de reſcr. in antiq.* Felin. *in c. eam te num. fin. ad me de reſcript.* Ferret. *conſ.*112. *n.*3. *& conſ.*220. *n.*4. *& 5. vol.*1. *& conſ.*293. *n.*1. *vol.*2. Rom. de Cur. *in c. fin. de conſult. fact.*4. *n.*82. Maſcar. *de prob. n.*172. *n.*8. deciſio Veneta 54. *n.*7. *lib.*2. Put. *dec.*2. *n.*4. *lib.*3. Cæſar. de Graſſ. *dec.*4. *de probation.* Joan. Gutier. *alleg.*8. *n. fin.*

6 Et in ſpecie quòd in jure conferendi attenditur quaſi poſſeſſio, non autem quis habuerit proprietatem probat text. expreſſus *in c. cum olim. & c. cum E[illegible]ſia Sutrina, de cauſa poſſ. & propr.* ubi gloſſ. docet, latè proſequitur Selva *in tr. de benef.*2. *p.*7. *n. & per totam.* Decius *conſ.*117. *n.*2. *ante medium & conſ.*126. *n.*2. *& conſ.*134. *n.*1. Mohedan. *dec.*9. *à fin. de reſtitutione ſpoliat.* Maſcar. *de prob. conſ.*173. *n.*4. *&* 5. Thom. Tiber. *d. dec.*57. *n.*12. *&* 13. *lib.*2. Mandoſ. *in addit. ad Lapum alleg.*89. *ſub n.*8 *fin. & n.*9. *lit. l. & lit. V.* & ad effectum electionis quaſi poſſeſſio, & ſtatus dumtaxat allegatus attendendus eſt, text. *in c. querelam.*24. *de electione.* Rot. juncta additione *dec.*6. *n. fin de elect. in novis,* & deciſ. Veneta *n.*2. Joan. Selva *ubi proximè n.*2.

Et ideo aliud eſt quem eſſe collatorem, ſeu patro- 7
num, & aliud habere jus conferendi vel præſentandi; quia illud reſpicit petitorium, iſtud poſſeſſorium Philip. Franc. *in c. unico n.*5. *de jur. patr. in* 6. Caſſiador. *deciſ.*2. *num.*3. *in fin. de probat.* Rot. *deciſ.*347. *& deciſ.*178. *l.*3. 8
*p.*3. *diverſ.* ſicuti nec eſt bonum argumentum, habeo jus præſentandi, ergo competit mihi jus patronatus, latè Roch. de Curt. *de jur. patr. verbo competens, q.*25. *an.*57. *cum ſeqq.* Lambert. *lib.*1. *p.*1. *q.*10. *art.*8. *n.*1. *& per totum.*

Sed pro Cæſareæ aut Catholicæ Majeſtatis inten- 9
tione multa efficaciſſima, ſpecialiſque fundamenta urgent, quæ cauſam & principium ipſius præſcriptionis impediunt; dum ſtatutum ipſum, ac quaſi poſſeſſionem ex adverſo oppoſitam, inficiunt, atque repugnant, juſque patronatus in talibus beneficiis Regiæ Coronæ 10
pertinens ex ſummorum Pontificum conceſſionibus, & privilegiis conſervant, atque defendunt, & iſtæ Bullæ, & privilegia, ſunt alia Pontificis Adriani VI. Clementis VII. & Pauli III. ut clarius dicenda pateant, verba ſunt inſerenda Bullæ Adriani VI. cujus clauſula ita ait.

Decernentes jus patronatus; & præſentandi, hujuſ- 11
modi illius omnino natutæ & vigoris exiſtere, cujus patronatus Regium ex dotatione exiſtit, & quaſcumque proviſiones, commendas, adminiſtrationes, uniones, ac diſpoſitiones, tam de vacantibus, quàm de vacaturis, etiam per viam acceſſus, & regreſſus, vel aliàs quomodolibet, etiam de conſenſu illas, vel illa pro tempore obtinentium, & de Eccleſiis, & Monaſteriis prædictis abſque præſentatione aut expreſſo conſenſu veſtrorum, aut dictorum ſucceſſorum veſtrorum, per nos aut Romanos Pontifices, ſucceſſores noſtros, & ſedem prædictam quomolibet de cætero faciendas aut pro tempore factas, & quaſcumque literas Apoſtolicas deſuper quomolibet pro tempore confectas, etiam quaſcumque derogationes quorumvis jurium, præſentandi ſeu nominandi, etiam cum quibuſvis efficaciſſimis, & prægnantiſſimis clauſulis in ſe contentis nullius roboris, vel momenti exiſtere. Voſque ad dictos ſucceſſores veſtros, ſeu veſtrum aliquem illis nullatenus parere debere, & ob non paritionem hujuſmodi aliquas etiam in eiſdem literis contentas cenſuras & pœnas nullatenus incidere poſſe.

Ac præſentes literas, & in eis contenta quæcumque valere, plenamque roboris firmitatem obtinere ac perpetuò inviolabiliter obſervari debere, in omnibus, & per omnia, ac ſi de unanimo Cardinalium conſilio, & conſenſu conſiſtorialiter, ut moris eſt, ſervatis quibuſcumque ſervari præſtitis emanaſſent, & quæcumque ad illorum validitatem, efficaciam, & perpetuitatem quomodolibet requiſita formaliter, & individuè, nihil omiſſo, interveniſſent, ac obſervata, & facta fuiſſent.

Et ſi per quoſcumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta authoritate fungentes judices, perſonas ubique judicari, cognoſci atque decidi, debere ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & decidendi facultate, nec non irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper iis à quoquam quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuò decernimus.)

Hactenus de clauſulis dictæ Bullæ, quæ ut vides 12
enixæ & exorbitantes ſunt, & extraordinariæ, ex

quarum

quarum ſubſtantia & propria ſignificatione reſultat, & poſſeſſionem, & præſcriptionem juri patronatus Regum contrariam excluſam eſſe omnino. Pro qua facit primò.

13 Quoniam ad hoc ut poſſit curſari præſcriptio juris patronatus duo requiruntur adeſſe copulativè, alterum patientia, & ſcientia illius, contra quem præſcriptio inducitur; ſecundum, quòd præſcribens hæc poſſideat, & provideat intentione, & animo liberandi Eccleſias à jure patronatus, de ſcientia, & patientia patronorum, probatur text. arg. *in l. 2. de ſervitutibus & aqua*, ubi docent omnes, præſertim Padilla Calder. *conſ. 12. in fin. de jur. patr.* Decius *conſ. 6. n. 36. lib. 2.* Rip, *in c. cum Eccleſia Sutrina num. 64. de cauſa poſſ. & propr.* Alexan. *conſ. 16. num. 13. lib. 5.* Felin. *in c. de quarta n. 41. de præſcript.* Caputaq. *deciſ. 48. part. 2.* Joan. Lup. de Pala. Rup. *in c. per veſtras 2. nota n. 33. de donation. inter vir. & uxo.* latè Covar. *in regul. poſſeſſor. 2. p. in princ. n. 8. per totum.* Ferret. *conſ. 56. n. 6* Rot. *deciſ. 167. num. 2. & 5. & deciſ. 14. n. 2. & deciſ. 803. num. 7. p. 1. diverſ. & dec. 4. n. 1. p. 2. diverſ.* Lamber. *de jur. patron. lib. 2 p. 1. q. 3. art. 1. num. 3.*

14 Et de intentione præſcribentium libertatem Eccleſiæ erga jus patron. gloſ. *verb. vocem, verſ. hoc enim non ſufficit, in d. c. cum Eccl. Sutrina. de cauſ. poſſ. & prop.* Calder. *conſ. ult. de cauſ. poſſ. & in conſ. fin. de jur. patr.* Lamb. *de jur. patr. lib. 2. p. 1. d. q. 3. art. 10. n 6. & 7.* Rip. *in d. cap. cum Eccl. ſutr. n. 49. cum ſeqq.* Menoch. *de reſ. poſſ. rem. 5. num. 18. verſ. ſecundum, & rem. 6. n. 131.* de utroque, tam de intentione præſcribentis, quàm de ſcientia, & patientia eorum quibus præjudicatur, eſt deciſ. Rotæ 109. *p. 2. diverſ.* & facit circa intentionem præſcribentis libertatem optimus text. *in l. fin ff. quemadmod. ſervitutes amittan.* text. etiam *in l. fi. ff. de itinere actuque priv.* qui loquuntur de intentione præſcribentis, at de ſcientia & patientia contra quem præſcribitur, reſpondit Pompon. *in l. quoties la. 1. §. ult.* & Javolin. *in l. quoties la. 1. ff. de ſerv. l. ſi à te emero. ff. ſi ſervitus vindice.*

15 Et ratio hujus concluſionis ea eſt, quoniam ad hoc ut præſcribatur jus aliquod incorporale, requiritur quaſi poſſeſſio ipſius juris, cùm abſque ea nulla præſcriptio procedere poteſt, *l. ſine poſſeſſione, ff. de uſurp. c. ſine*
56 *poſſeſſione de regul. jur. l 6.* & hæc quaſi poſſeſſio haberi non poteſt in his juribus, niſi mediante ſcientia & patientia adverſarii, *l. penult. ff. de ſervit.* ſi ergo ignoratur, non procederet præſcriptio quaſi poſſeſſione deficiente ex dictis juribus, & eſt author Bart. *in l. 2. col. 2. n. 8. verſ. tu dicas C. de ſerv. & aqua.* idem B. *in l. 1. §. hoc interdicto n. 10. ff. de itin. actuque priva. & in l. 1. §. ult. num. 4. verſ. item quod ſi uſus, ff. de aqua plu. arcen.* eandem rationem ſequuti fuere Ab. *in c. de quarta col. ult. n. 29.* & Felin. *ibid. poſt n. 41. verſ. dum ſubdit.* Ab. *de præſcript.* Iſſ. *in l. imperium col. 9. n. 21. verſ. circa præ edentem materiam, ff. de juriſd. omn. jud.* Rip. *in d. c. cum Eccleſia Sutri. col. 14. n. 64. verſ. ſecundo ergo requiritur ſcientia de cauſa poſſ. & propriet.* Bald. *in tract. de præſcript. 2. p. 4. p. princ. in 1. q. n. 12. verſ. & ratio* Maſcard. *de probat. conſ. 1215. num. 40.* quod etiam obtinet in regul. de triennali poſſeſſione, nam beneficii poſſeſſor, qui ſe illa vult juvare, tenetur verificare adverſariũ, contra quem præſcribitur, ſcientiam, & patientiam habuiſſe, aliàs autem non obtinebit. Ita tradit Gomez. *in d. regul. de triennali. 49. in fin. verſ. tamen advertendum*: ubi teſtatur ſic fuiſſe in Rota deciſum, itaque ſtylum in pluribus aliis cauſis ſe habere ſervatum.

Sed iſtorum neutrum requiſitum dare poſſumus in
17 hujuſmodi juris Regii patronatus præſcriptione, non ſcientia & patientia reſpectu Sacræ, & Catholicæ majeſtatis conſentientis, ut in aliquo Regum jus patronatus læderetur, cùm ſimiles Bullæ contra patronatum, & reſcripta etiam cum expreſſa derogatione in Hiſpania non admittantur, ſed retinentur, ne partes eis utantur, donec Romanus Pontifex meliùs conſultus & informatus aliud cenſeat juxta *l. 5. tit. 6. l. 1. recop.* Covar. *in pract quæſt. c. 36. n. 3. verſ. clim*, in quo difficillima erit ſcientiæ probatio, prout requiritur, ut inferiùs parebit.

Nec obſtat quòd in præſcriptionibus contra princi- 18
pem ſcientia officialium ſufficiat, ad præjudicandum illi ſecundùm B. *in l. ſi publi anus §. fin. 2. ff. de publica.* Aymon. *de antiquit. temp. 4.ª § abſolutus à num. 23* Bald. *de præſcrip. 2. p. 5 p. q. 3. ſub n. 8.* Tiraquell. *de nobil. c. 14. n. 3.* Covar. *in regul. poſſeſſor. 2. p. in initio n. 8. verſ. 3. circa fin.* Nicol Garc. *de benef. p. c. 6. n. 136.* Rot. in una Reatin. beneficii *deciſ. 163. & deciſ. 600. num. 5. p. 1. diverſ.* & iterum tenuiſſe Rotam in una Mediolan. præeminentiarum 15. Decemb. 1589. coram Bubalo, firmat Garc. *ubi proximè*, & ex Alexan Decio, & aliis tenet Cardinal. Tuſc. *practic. concluſ. litera C. concl. 196. n. 39.* Joan. Narbon. *tractatu de appell. vicarii ad conſil. Archiepiſc. Toiet. 2. p. fundam. 5. n. 10.*

Quia reſpondetur multis modis primò, quod huic 19
opinioni non auderem ſimpliciter acquieſcere; cùm plures teneant contrariam, veram judicantes, quos videntes recenſet Aymon. *ubi proximè* Joan. Lup. *in cap. per veſtras 2. nota §. 1. num. 39.* poſt Salicetum *in l. veſtigalia C. nova veſtigal. inſtitui. non poſſe.* Alexan. *conſ. 84. col. 2. num. 5. lib. 1.* Anton. Capic. *deciſ. 57.* Marta *in compilatione totius juris controverſ. ex omni deciſ. 3. tom. tit. de poſſ. cap. 14* quas opiniones ad concordiam reducere conatur ex Balbo Villalobus *in avario commun. opin.* 20
litera S. n. 8. & 10. ut ſcilicet in præſcriptione immemoriali ſufficiat ſcientia officialium, in alia verò præſcriptione præcedat hæc ſecunda opinio, & videtur eſſe de mente Covarr. *ubi ſupra*, & cum in noſtro caſu non adeſt immmemorialis, nec poteſt, ut latiùs infrà patebit; non procedit contrarimm: vide omnino pro concordia quæ latè Mier. *de majoratu 4. p. cap. 20. à n. 258. cum ſeqq. in nova impreſſione fol. 229.*

Secundò) etiam qualibet opinione retenta, ut pro- 21
cedat in illis caſibus, & actibus, quorum adminiſtratio officialibus eſt commiſſa, ejuſque ratione poſſunt reclamare, & contradicere, ut in prætoribus, magiſtratibus, & aliis judicibus, & in iis terminis loquuntur Doctores ſuperius citati pro utraque opinione, at nos ſumus in caſu, cujus adminiſtratio, nec cognitio ad
33 alium quàm ad ipſum regem ſpectat, ut inferiùs appa- 22
rebit, & ideo eorum officialium ſcientia, aut patientia, quibus non ſpectat adminiſtratio, nec poſſunt remedium adhibere, minimè poterit Principi nocere, quod hallucinare videtur Covarr. *loco ſuprà citato.*

Et ex hac ratione rectiſſimè procedit doctrina Ca- 23
vedi *in tract. de patronatu Regiæ Coronæ. cap 28. num. 5.* quem ſequitur Nicol. Garcia *de benef. 10. p. cap. 2. ſub num 34. ad fin.* quòd in jure patronatus regio ſcientia officialium non nocet Regi.

Reſpectu autem ſuæ ſanctitatis nec hæc intentio 24
præſcribendi & derogandi juri patronatus regio, poteſt induci extantibus, verbis dictarum Bullarum, & præcipuè Adriani VI. ſuprà relatæ quæ cùm contineant fortiſſimas illas clauſulas derogatorias in contrarium faciendorum, inducunt proteſtationem defectus voluntatis in diſpoſitionibus ſequentibus, ut per B. & alios *in l. ſi quis in principio ff. de lega. 3. num. 3. cum ſeqq.* tenet. Rot. *deciſ. 137. num. 4. & per totam p. 1. diverſ. & deciſ. 404. num. 4. & per totam p. 2. diverſ.* Pariſ. *conſil. 41. num. 26. lib. 4* Roman. *conſil. 429* incipit *quod indultum, ſub n 9. verſ. & ego iſtud.* & faciunt adducta per Gaſp. de Peruſ. *in tract. de reſervat. c. 2. n. 5. in fin. & deciſ. 34. n. 4.* 25
p. 2. diverſ. nam clauſula derogatoria præcedens operatur defectum voluntatis, & intentionis in diſpoſitionibus futuris ei contrariis ultra citatos probant etiam eleganter Gozad. *conſ. 9. incipit in hac cauſa n. 62. & 63.* Caſſiador. *deciſ. 38. n. 8. ſuper regulis.* Put. *deciſ. 308. n. 4. lib. 3.* maximè quia in principibus, ea quæ 26
ſunt

sunt facti, ignorare præsumuntur, *c.1. constit. lib.6.* & generaliter præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur, *c. præsumitur, de regul. jur. l.6.*

27 Quod & ex eo corroboratur, etenim provisiones Apostolicæ non mutant statum beneficii juris patronatus, nec patronis nocent docentibus de suo jure patronatus, ut pluries tenuit Rot. Rom. teste Achil. de Grac. *dec.3. de patr.* Caputaq *dec.* 289. *p.*3. Cassiad. *dec.6. num.5. de jur. patr.* Veral. *dec.*223. *l.*3. & iterum tenuit Rota in una Achil. jur. patron. 9. Junii 1600. coram Seraphino, ut patet in ejus *dec.*1567. & in una Esculana prioratus 1. Julii 1587. coram eodem, ut patet *in dec.*799. Ricc. *in pract. juris patronatus dec.*204. *à n.*241. ubi testatur; sic etiam secundùm hanc doctrinam multoties esse judicatum per Curiam Archiep. Neapol.

28 Quod & à fortiori procedit in provisionibus ordinarii, ut nec noceant, Ricc. *ibi n.* 243. Cassiad. *dec.*7. *n.*2. *de jur. patr.* Maurat. *dec.*112. *casu.*20. quoniam mu-
29 tatio status in beneficialibus in dubio non præsumitur, Lanfr. *dec.*13. Fasiol. *dec.*16. & hinc fit quòd jus patronatus non admittitur per non usum. Put. *dec.* 379. &
30 *in dec.*392. *p.*3. Rot. *divers. in dec.*109. *p.*2. & *in dec.*254. *n.*2. *part.*3 *lib.*3. Ricc. *d. dec.*204. *n.*242 Quod non pro-
31 cederet, si concurreret scientia, & voluntas ipsius Papæ, quoniam tunc ejus provisiones mutant statum, & præjudicant, ut tenuit Rot. in una Ostanens. capellæ 27. Novemb. 1598. coram Seraphino, ut patet in ejus *dec.*131. Ricc. *ibi n.*244. *in fin.*

32 Et cùm in utroque Principe detur defectus intentionis & scientiæ beneficium esse juris patronatus Regii, nec de eo in supplicationibus fit summi Pontificis mentio, illud Papa providet ex capite amplissimæ potestatis & dispositionis quam in beneficiis habet cùm accidit vacatio, *c.2. in princ. de præben.6. c. proposuit.* ibi, quia secundùm plenitudinem potestatis) *de concessione præben. Cle.1. in fi. ut lite pend.* probant *l.*1. *in fin. tit.*16. *p.*1. & ibi Greg. *verbi à quien quisiere*, & solus Papa naturaliter est Dominus beneficiorum, Flam. Paris. *de resign. Benef. l.*2. *q.*4. *num.*34. cujus potestas nullis regulis aut legibus coarctari dicit Gramat. *cons.*2. *n.*23. *ad fi. suarum decisionum*, & sic illo animo & jure, ex illoque causa pos-
33 sidet, quia talis est possessio, qualis demonstrat titulus præcedens, *l. si à te ff. de servitutib. l. unica C. de imponendis lucrat. descript. l.*10. *urbanorum*, gl. celebris *in l. quædam mulier verb. in vers. sufficiebat, ff. de rei vindic.* notant ibi ut elegantem Angel. *n.*4. *vers. sequitur in gl.* ibi etiam B. & Bal. per Archidiaconum *in c. si quis deinceps in fi* 16. *q.*7. B. *in l. Celsus, col. penult. n.*16. *ff. de usucapio.* Bald. *cons.*10. *in q. quæ vertetur, col.*2. *sub n.*7. *col.*5. per Bart. *in l.*2. §. *si sub conditione in fi. ff. de usuc. pro tempore*, idem Bald. *in authen. quas actiones in fi. C. de sac. Eccl.* Angel. *in l. indicia n.*2. *versic. similiter C. de rei vind.* Socin. Sen. *cons.*15. *insignis Doct. n.*7. *vers.*3. & *ult. volum.*4. Lanfr. de Orian. *in c. quoniam contra. in vers. testium depositiones, num.*135. *de probat.* Petr. Ferrar. *in pract. Papien. in for. possit actio in verb. item spatio* 30. *in fi.* Corset. *in singul. in verb. possessio* incipit *ubi quis.* Rol. à Valle *cons.*9. *negari non potest n.*39. *vol.*3. Natt. *consil.*443. *super casu n.*5. *vol.*2.

34 Cùm igitur ex illa causa & capite possideat, & provideat summus Pontifex, si illa insufficiens reperiatur ad acquisitionem hujus juris, non potest se juvare ex alia causa, nec ad aliam utilem extendi, quia attenditur opinio & animus utentis, *l. si opus*, §. *si jussero ff. quod vi aut clam.* text. *in l.*1. §. *Aristo, ff. de aqua quot. & æstiva l.*2. §. *Celsus ff. pro emptore l. fi.* ibi, ideòque si quis pro via publica, vel pro alterius servitute usus sit, nec interdi-
35 ctum, nec actio utilis competit, &c.) *ff. quemad. servi.*
amit. & ideò dicimus, quòd causam possessionis sibi ipsi
36 nemo potest mutare, nisi aliquo extrinsecùs accedente, *l.* 3. § *ff. de acquir. poss.* & quæ ibi notant Doctores, tantumque intelligitur præscriptum, quantum possessum, gl. *in c. auditis verb. interruptionem, de præscriptio.* Innoc. *in c. dilect. de off. Archidiac.* Anchar. *in c.*1. *de jur. patr. in* 6. Feder de Senis. *cons.*130. Bald. *in l. si quis diuturno. ff. si servitus vendi.* B. *in l.* §. *si quis hoc interdicto, ff. de tit. actúque priv.* Angel. *in l. una est via ff. de servitut. rust.* Bald. *in repetit. l. de quib. ff. de leg.* Abb. *in c. cum consuetud. de consuet. & in c. licet ex suscept. in fi. de for. competen.* B. *in aut. qui rem. in fi. C. de sac. Eccl.* Alber. *in l.*1. *ff. de offic. ejus cui.* Flor. *in d. l. si quis diuturno.* Decius *in c. translatio n.*2. *lect. de constit.* Rom. *cons.*368. Cardin. *in Clem* 1. *in* 7. *q. de renunt.* Felin. *in c. auditis de præscript.* Alex. *cons.*120. *vol.*4. *& in cons.*16. *vol.*5. Socin. *cons.*74. *vol.*1. Ilt. & Decius *in l.*2 *ff. de juris, omni. jud.* Æguid. *dec.*89. Paul. de Castr. *in l. cum de consuetud.* quam repetit *cum l. de quib. ff. de legi* Marian. *in c. cum contingat. de for. compet.* Felin. *in c. cum ex injuncto de hæret.* Zasius *in cons.*16 *vol.*2. Bertr. *cons.*2. *vol.*3. & *cons.*56. *vol.*3. Paris. *cons.*113. *vol.*1. Ant. Gab. *in comm. opin. concl.*2. *de re præ-* 37
script. in prin. ubi *n.*4. *& seqq.* ampliat etiam quoad acces- 38
soria separabilia, ut perscripta visitatione, non censeatur præscripta procuratio, plures ad id referens; nec extenditur etiam ad ea, quæ veniunt in antecedens, ut est
coërcitio ad jurisdictionem, prout etiam nec præscri- 39
bens institutionem, potest jure devoluto conferre. Card. *in Clem* 1. *de supplend. neglig. prælator.* Zasius. *cons. fil.*16. *vol.*2. ipse Ant. Gabr. ibi *num.*8. *& in seqq.* idem ampliat ad destitutionem & resignationem post alios.

Imò nec respectu juris communis, quo summus Pontifex utitur ex capite suæ amplissimæ potestatis; deficiente præsentatione excelsæ Majestatis intra tempus sibi à jure concessum post vocationem ex defectu scientiæ notitiæque, & ex ignorantia vacationis; potuit induci, nec causari præscriptio, quoniam jure communi utens, non præscribit. Gemin. *in c.*1. *de præscript. in* 6. Paul. Castr *in l. fi. ff. quemad. serv. amit.* Felin. 40
*in c.*1. *n.*19. *de præscr.* Ruin. *in c. inter cæteras n.*66. *eod. tit.* Ruin. *cons.*28. *n.*17. *lib.*2. Bertran. *cons.*305. *n.*2. *lib.*5. dicit communem Rebuff. *in rub. de caus. post. num.* 24. *num.*292. Decia. *cons.*54. *n.*50. *lib.*2. maximè quia providens jure devoluto ex negligentia patroni, illius juri non officit, nisi pro illa vice dumtaxat: text. *in c.*2. §. 41
& nisi, ibi, ita tamen quòd eo nullum patronis præjudicium imposterum generetur.) *de suppiend. neglig. prælato.*

Imò nec eo jure potest Regi præjudicium generari, 42
tum quoniam patrono non currit tempus nisi à tempore scientiæ, & notitiæ certæ, & non interpretativæ, in quo præsumitur ignorantia, donec in eo scientia probetur; latissimè plurimos recensens tractat Nicol. Garc. *de benef.*10. *p.*2. *à n.*34.

Tum etiam, quia speciale est in Regibus Hispaniæ, 43
non currere tempus quadrimestre ad præsentandum beneficia & Episcopatus suæ coronæ, etiamsi eorum officiales sciant vacationem, Regi non nocet & etiam si Rex ipse sciat, ex legitima præscriptione, qua Reges Hispaniæ tuti sunt, eo quòd multis occupationibus impediti tam in bello, quam in pace, non possunt intra illud tempus præsentare; in quo ita obtinuisse testatur Caved. *tract. de patr. Regia corona c.*18. *à n.*5. quem sequitur referens Nic. Garc. *de benef. d.*10. *p.c.*2. *sub n.*34. *ad fi.* ubi testatur de communi praxi, quia cum Rege non curatur de tempore ad præsentandum tam
in Episcopatibus, quam in aliis præsentationibus, & 44
ideo cùm Regi ignoranti vacationem, & etiam scienti non currat terminus, quandocumque poterit contradicere, & reclamare provisionibus ordinarii, quia semper intra terminum reperitur, cujus contradictione nullæ redduntur juxta ea, quæ latissimè post infinitos, quorum nomenclaturam recenset Nic. Garc. *de benef.*5. *p.c.*9. *à num.* 238. *cum pluribus seqq. & eadem p.*5. *c.*6. *num.*101.

Ergo sequitur, quòd cum illa causa, ex qua sum- 45
mus

mus Pontifex providet hujuſmodi beneficia (quæ revera ſunt patronatus Regii mediantibus indultis & conceſſionibus Apoſtolicis) non ſit ſufficiens ad cauſandam , & inducendam præſcriptionem ; non poterit ſe juvare ex alia. Pro quo etiam facit , quoniam
46 quando ſummus Pontifex etiam motu proprio facit gratiam , confert beneficium , fundans ſe in aliqua cauſa, & qualitate ; gratia eſt ſubreptitia,& nulla ipſo jure , non conſtito de veritate ipſius qualitatis,& cauſæ maximè ſi eſt talis , ut ea ceſſante difficilior reddere-
47 tur Pontifex ad concedendum , quoniam etiam gratia conceſſa motu proprio non debet operari ultra intentionem , & mentem concedentis *c. 2. de reſcript.* Felin.*in c.ad aures n.9.eodem tit.& in c.cauſam de teſtib.* Decius *in c.ad aures n.9.n.31.& 32,eod.tit.& conſ.407.* Staphileus *de lit. gratiæ tit.de vi.& effectu clauſulæ motu proprio, verſ.7. & ult.n.3 4. & 5.* Selva *de benef. 3. part.q.12.2.qualitate n.3.verſ. quartus caſus* Rebuff. *in concordatis in forma mandati Apoſtolici. verb. motu proprio*,poſt ultimum effectum,*verſ.2.non purgat.*Gambar. *de offic.legati lib.3.n.49.* Ant.Gabr. *de clauſulis concl.1. n.18.19.& 32.& ſeqq.*Menoch *de arbitr.lib.3.caſ.101. n.18.*Azeved.*in l.2.tit.14.n.31.lib.5. recopil.* Joan Gut.
48 *conſ.11.n.15.& canon.q lib.2.c.15.n.77.*Put.*deciſ.187. n.5.lib.1.dec.101. lib 3. ad fin.* quoniam falſa exiſtens narratio qualitatis gratiæ,vel ſi ipſa motu proprio fiat, vera non extiterit , perpetuò annullat ipſam gratiam, etiamſi, ut diximus, motu proprio fiat : Rot. *dec.525. num.5.part.1.diverſo.*Thom. Sanch.*in tract.de matrim.*
49 *lib.8.diſputat.21. num.47.* ergo proviſiones hujuſmodi beneficiorum à ſummo Pontifice factæ facta collatione uti ſint liberæ collationis , vel motu proprio , hac de cauſa conceſſæ,cùm nullæ ſint non debent prodeſſe, nec in conſideratione ad præſcriptionem , dixit *ſuprà, c.9.ſub num.12.*

50 Et hinc eſt , ut impetrationes factæ à ſua Sanctitate ex uno capite , & una cauſa ; ipſa non exiſtente vera; non ſuſtinentur ex alio capite , & ex alia cauſa , quæ tunc temporis aderat, Roman. *conſ.335.* incipit. *circa primum,n.11.cum ſeqq.* Felin. *in c.fi.n. fi. de præſumpt.* Domin. Gemin. *conſ.136.*incipit *ſuper 1.dub.n.1. & 3. ac per totum.* Rot. *dec. 41. de rerum permutat. in antiq. aliàs deciſ.92.*nec non *deciſ.ante penult.in novis*, incipit *Titius verſ. ſed ſecus*, Lancel. *de attentat.2.p.c.10. n.9.* Achilles de Graſſ.*deciſ.14.de reſtit.ſpol.* Rot. *dec.419. num.2.p.1.diverſ.*Rot.*deciſ.12. de conceſ. præb. in antiquis* Flam. Pariſ. *de reſignat.benef.lib.10.quæſt.n.4.* quæ allegationes ſingulæ loquuntur in practicabilibus & elegantibus caſibus.

51 Omnis namque diſpoſitio facta ſub aliquo præſuppoſito, ipſo non verificato, nec exiſtente vero ; corruit penitus diſpoſitio,gloſ.celebris *in l.mancipia. verſ.avocandum C.de ſervis fugitivis.*Roman. *ſingul.495.* Rip. *in c.2.n.39.de reſcript* Ruin. *conſ.83.1.5. vol.1.* Socin. jun. *conſ.114.n.2.vol.3.*alios citat *in conſ.150.num.78.* Petrus Surd. *dec 74. n.5.* ac propterea conceſſiones,& proviſiones factæ à ſummo Pontifice ex mera collativa cauſa non habent nocere ſacræ Majeſtati , ſi revera ei pertinet jus patronatus, tanquam falſa exiſtente cauſa, nec ad aliam trahi poſſunt , cùm inducta ad unum fi-
52 nem, contrarium non debent operari, *l.quod favore,C. de legib.* & per conſequens induci non potuit in hoc caſu præſcriptio.

53 Rurſus probatur, quòd hæc indulta , & privilegiata Apoſtolica inducunt perpetuitatem , ut probatur expreſsè *in d l. Bulla Adrian.* ibi ac perpetuo inviolabiliter obſervari debere, &c.) juxta notata *in l.1.ff.ſolut. matrim.l.10.tit.10.p.3.* latè Joan.Garc.*de nobilit. gloſſ.1.* §.1. ibi *n.25.* & ipſe *gl.6.ſub.n.38.verſ.octavo facit*, & iterum *in d. Bulla*, illorum validitatem, efficaciam & perpetuitatem, &c.) iterum illa verba , dictorum ſuc-
54 ceſſorum veſtrorum, (ac iterum, ac dictos ſucceſſores veſtros)quæ inducunt perpetuitatem , & in infinitum protrahuntur, *l.cognoſcere ff. de verbor.ſignificat.* Burg. de Paz. *conſ.23.* unde ex hoc capite privilegium perpetuum eſſe, quandiu adſunt deſcendentes,& ſucceſſo- 55
res, quia durat cum perſonis in ipſo contentis Joan. Andr. *in mercurialib.n.5.* Alex.*in l.& ſi.ff.ſolut.matrim.* Æguid. Boſſ. *de principe & privilegiis ejus à n.343.* & de dictis dictionibus (ſemper, perpetuò) & ſimilibus, poſitis in privilegiatis inducant,& illa faciant perpetua, vide elegantiſſimè plures allegans Joan.Garc. *de nobil. gloſſ.1.§.1.à n.9.* & iterum *à n.19. cum multis ſeqq.*ſed
56 ſic eſt,quòd quando privilegium,vel aliquis alius actus continet verbum inductivum perpetuitatis ; tollitur præſcriptio omnino. Claud.de Seiſſello *in l.ſi.ff. de conſtitut.princ.n.113.118.*optimè Angel. *in l. quod ſi nolit. §.ſi quid ita ff.de ædil. edict.*Bald. *conſ.303.lib.1.*Zaſius
57 *conſ.15. n.22. lib.2.* & in terminis privilegii , quòd ſi in eo opponantur verba quæ denotent perpetuitatem, tollatur præſcriptio tradit conſulendo Rimin.*conſ.388. n.20.lib.2.*Joan.Garc. *de nobilit.gl.1.§.1.n.79.poſt prin.* ergo hujus privilegii , & indulti intuitu nulla potuit adverſus coronam induci præſcriptio.

Et loquendo in Regibus dicit Bald. loco mox citan-
58 do,quòd ad hoc ut cognoſcatur diſpoſitio an ſit realis, vel perſonalis (inter alia) forma inſpicienda eſt:nam ſi tenor ſcripturæ facit mentionem ſucceſſorum ex utraque parte, iſta diſpoſitio eſt realis , & in rem ſcripta,
59 non perſonalis , ſed tranſit in ſucceſſores utriuſque partis. ſive loquatur de ſucceſſoribus hæreditariis, *l.juris gentium § pactorum ff.de pactis*,ſive de ſucceſſoribus dignitatis, & adminiſtrationis,per notata *in c.1.tit.qui ſucceſſor.tenean.&c. ult.ne prælа.vices ſuas* , hæc dicit Bald. *in c. fi. ante fi. de ſent.& re jud.* vel potius *in conſil.159.ſuper eo quod quæretur, col.1.lib.3.*referens eum ſequitur Tiraq. *in tract.de jur.princ.q.35.n.21.*ſed hæc indulta, & privilegia Apoſtolica faciunt mentionem,
60 non ſolùm Regiæ Coronæ qui concedunt,ut ex ſupradictis patet : ſed etiam de ſucceſſoribus Sedis Apoſtolicæ, *ibi* , per nos aut Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros , & ſedem prædictam, &c.) ergo realia ſunt,& perpetua hujuſmodi privilegia,non perſonalia.Et quòd quando ex juris , vel hominis diſpoſitione res aliquæ perpetuæ eſſe debent apud vocatos ſucceſſores ; ubi perpetuò aliquid competit , ultra citatos tenent gloſſ.
61 *in l. quod ſi nolint* , §. *ſi quid intervenerit, ff. de ædilitio edict.* ubi Bald. & Angel idem Angel.& Immol.*in l.1. ff.de uſucapio.* Socin. *conſ. 86. n.11. lib.1.* & alii quos citat Tiraq. *l.1. de retract.* §.1.*gl.2.n.17. fol.814.* latè Mieres *tr.de majoratu,p.4.q.21.num.20.*

Deſuper pro Catholica majeſtate, & adversùs hujuſmodi præſcriptiones ex contrario appoſitas faciunt fortiter verba d.Bull. Adrian. VI. *ibi* nec non irritum, & inane , quidquid ſecus ſuper iis à quoquam quavis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari , perpetuò decernimus, &c.) nam hæc clauſula, &
62 decretum irritans , inter alios efficaciſſimos ejus effectus , ille potens eſt : ut tollat præſcriptionem, & excludat, docent Felin. *in c. cum acceſſiſſent, verſ.4.limit. de conſtitutionib.* Rebuff. *in concord. tit. de for. & irrevocab. concord. ſtab.in verſ.plus dicit.* Probus *in verſ.ibi qui n.7.verſ.iſtud tamen non obſtat.de reſcript. in 6.*Ant. Gabr *in comm.opin.tit.de clauſ.concl.3.n.44.*tollit etiam conſuetudinem , ne dum in præteritum , ſed etiam in
63 futurum Domin. *in c. beneficio verſ. nota bene.* & ibi Anchara.*verſ.ſed propone.* ubi Joan.Andr.*in verb.legit. verſ.ſi pup.*& Philip. Franc.*verſ.ex quibus nota. de præb. in.6.*Præpoſit.& Alex.*in c. in iſtas*, §. *leges, verſ.noluit. tamen.* Joan. And.*4.d.Bar.in clem.1.n.23.de elect.*Prob. *in c.tibi qui n.7.de reſcript.in 6.*Fel.*in c.cum acceſſiſſent. verſ.quartò limitat. de conſtitut.* Roch. *in c.ſi ſecundùm parvam impreſſionem, verſ.amplia modo iſtam concluſionem de conſuetudine.*Rebuff.*ubi proximè,verb.plus dicit.*

Ruin.

Ruin. *conſ.*13.*n.*13.*vol.*1. *& conſ.*102.*n.*11. *vol.*3. gl.*in c. fin in verb.aeternimus, de rebus Eccleſiæ non aliena.* quemadmodum & iſthæc clauſula, ſeu decretum irritans tollit vires ſententiæ, ejúſque executionem impendit Caſſiador. *dec.*12. *n.*5.6. *&* 7. *de regulis Cancellariæ.* Sarner. *in regul. de annal. q.* 5. Ant. Gabr. *communi. concl. tit. de clauſulis, concl.*3.*n.*51. conſtat ex noſtræ Bullæ clauſula, *ibi.* ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & decidendi authoritate, *&c.*

64

65 Et ratio hujus effectus clauſulæ irritantis; ſcilicet ut excludat præſcriptionem: illa redditur evidens; etenim nulla huic præſcriptioni datur cauſa, à qua poſſit principium aſſumere, cùm ſuprà dixerimus, præſcriptionem ſine poſſeſſione non procedere, decretum irritans hujus eſt naturæ, ut non ſolùm inficiat, & annullet titulum beneficii in contrarium collati, verum etiam & poſſeſſionem ipſam, ita ut talis poſſeſſor non poſſit juvari ex aliquo remedio poſſeſſorio, retinendæ, nec recuperandæ, vel aliàs, nam talis poſſeſſio caret omni effectu. Caſſiad *ſuper regul.dec.*7 *n.*3. Simonet. *de reſerv. q.*40 *n.*1.*&* 2. Sarner. *de trienna.q.*49. Rebuff.*in prax beneficia. tit. de reſerv. n.*40. Creſcenti. *dec.* 4. *de privileg.* Lancel. *de attent.* 3.*p.c.*31.*n.*92. & Rota *dec.*189.*n* 4 *p.*2. *diverſ.* Caſſiad. *dec.*1 *n.*1. *& per totam de reſtit. ſpolia.* Put. *dec.*197.*n.*3.*lib* 3. Rot. *dec.*510.*n.*5.*l.*2.*p.*3. *diverſ.* Mandoſ. poſt alios *in regul.*1.*Cancel.q.*3. *per totam*, tenet etiam Ant Gabr. *comm. concl.tit. de clauſul.concl.*3.*n.*50 *lib.*6. Prob. *in c.tibi qui n.*18.*de reſcript. in* 6. Bertran. *conſ.*142. *n.*4. *vol.*2. Guillel.Benedi. *in c.Raynut. verb. ſi abſque liberis* 2.*de fideicomm. ſubſtit.à n.*38. Nicol.Gar.aliquos ex iis allegans *in tract. de benef.* 5. *p. c.* 1. *n.* 4. 27.

66 Et hoc decretum talis eſt naturæ, ut inficiat omnia, quæ ſequuntur, ita ut nec effectum, nec juris fomentum habeant, *c. ſi eo tempore de electione, lib.*6. ubi notat Caſſiad. *dec.*1.*n.*7. *de reſtit.ſpoliat.*Sarner. *in tit. de annal. q.*23. & de Graſſis *n.*19. Gomez *in regul. de trienn.q.* 49. *n.*3.Put.*dec.*50.*n.* 2.*& deciſ.*196.*l.* 1. Ant. Gabr *ubi ſuprà ex n.* 56. Rebuff. *ubi proxime, verſ. ult. notanda eſt clauſu-*
67 *la decreti.* Alex. Sciati. *in extravagant. ambitioſæ, de rebus*
68 *Eccleſiæ n* 67. Rot. *dec* 24.*n.*5. *&* *dec.*149 *n.*2 *p.*2.*diverſ.*
69 habet namque inhibitionem implicitam invenire, Caſſiador. *dec.*12.*n.*6.ac etiam privativam viam, & avocativam poteſtatis conceſſæ. Ferret.*conſ.*314.*n.*10.*lib.*2.operatur inſuper hujuſmodi decretum nullitatem ab initio. Caſſiad. *dec.*12.*num.*45.*&* 6.*ſuper regul. Cancellariæ.* Gomez *in regul. de annal.q* 5.*prope fin.* Joan.Paul. *dec.*14. Achil de Graff. *dec.*385. Rot.*deciſ.*24.*n.*5.*poſt. princ.p.*2. *diverſor.*

70 Hinc eſt, quòd proviſus ſtante decreto irritante non poſſit ſe tueri etiam remedio ſummariiſſimo poſſeſſionis, in quo nullæ exceptiones admittuntur, ut poſt Caſſiad.Puteum,Mandoſ. & alios firmat Hieron. Gonz. *in regul. de men. & altern. gloſ. fin. n.* 29.

71 Et hinc etiam eſt; ut ex capite decreti irritantis regulæ reſervatoriæ menſium factæ proviſiones adverſus ejus diſpoſitionem, hoc eſt,in menſibus ſummi Pontificis,ſunt nullæ ipſo jure, non ſolùm quoad titulum, verùm & quoad poſſeſſionem, quæ nihil prodeſt, nec aliquo remedio poſſeſſorio poteſt juvari, cùm omnino juris fomento, & adminiculo careat. Rot. *dec.* 3. *per totam de reſtitut. ſpoliat. in novis, & deciſ.*2.*eodem tit.in antiquis.*Bellamer.*deciſ.*535.Lapus *allegat.*29.*n.*1.*& allegatione* 51 *n.*9. Felin. *in c. in noſtra n.*12. *de reſcript.*Rebuf. *in prax. tit. de reſervat. tam generali quam ſpeciali. numero* 40. plures adducit Menoch. *de recuper.poſſ.rem.*16. *quæſt.* 35. *à num.*443 *uſque ad numerum* 457. Ferret. *conſil.*3. *numero* 18. Caputaq. *deciſ.*325.*p.*1.*numero* 2.*& deciſ.*343.*numero* 5.*p.*3 Puteus *dec* 197. *numero* 3.*lib.*1.*p.*3.
72 *diverſ.* Hieronym. Gonzal. poſt alios *in regul. de menſ. gloſ.* 31. *n.* 7. imò reſervatione potentius fortiúſque eſt decretum irritans, gloſ. *verbo proviſionem, in c. ſi eo tempore de electione, lib.*6. *n.* 45. *de elect. lib.*6. Caſſiad. *deciſ.* 3. *de decretis in reſervatione.*

Et magis in noſtris terminis,& propoſito facit, quòd ſi cardinalis habet indultum, ſeu privilegium providendi beneficia alicujus diœceſis, cum clauſula irritanti, proviſio beneficij facta per ordinarium erit nulla ipſo jure, etiam ſi Cardinalis non provideret de eo ſecundùm Caſſiad. *dec.*1. *de reſtit.ſpol.* Felin. *in c. cum ex officij de præſcript.* & eſt deciſum per Rotam apud Guidobonum *dec.*56. *in manuſcriptis*, refert Nicol. Garc. *de benef.* 5. *p.* 5. *n.* 3. 73

Quare per collationes etiam effectuatas factas contra decretum irritans, poſitum in privilegio ſeu indulto, non adquiritur quaſi poſſeſſio conferenti. Garc. *ubi proximè num.*102. Creſcent. *dec.*4. *de privileg. in fin.* vide etiam *n.* 83. *& ſeqq.* 74

Et ideo per collationem etiam nullam non turbatur patronus in poſſeſſione præ entandi, ita Garc. *ibi n.*10. *&* 99. Put.*dec.*189.*lib.*1. Ferret. *conſ.*210. *n.*8. Flores de Men. *q.*10. *n.*64. cum Calderino *conſ.*15. *de jur. patron.* Decius *conſ.* 126. & Burgi Bocacio *de remediis poſſ. c.*11. *n.*39.ergo evidenter ſequitur, ordinarium per neutram horum beneficiorum collationem, etiam de facto effectuatam, habere potuiſſe actum ullum poſitivum. 75

Quod corroboratur etiam ex alio capite præfatæ clauſulæ Bullæ Adriani VI. ſcilicet ex clauſula (ſublata) ibi poſita, quæ illa eſt, & ſic per quoſcunque, tam delegata, quàm ordinaria, & mixta authoritate fungentes judices, ubique judicare cognoſci, & decidi debere ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & decidendi facultate, *&c.* quæ clauſula (ſublata) eſt maximæ potentiæ claudens ora judicibus, ne aliter decidere poſſint, & adimit partibus in totum facultatem opponendi contra conſtitutionem, gratiam vel privilegium, de qua per Caſſiad. *dec.*10.*n.*3.*ſuper regul.* Carolus Ruin. *conſ.*76.*ſub.n.*9.*vol.*5. *& conſ.*21.*ſub n.*15.*ante fi.* Gundizal.Villadieg.*in tract.de legat.p.*1.*q.*7. *n.*32. Put.*dec.*50.*n* 5.*lib.*1. *& dec.dec.*377.*in fi.lib.*3 Caputaq.*dec.*134.*n.*4.*& dec.*218.*p.*3.Rebuff.*ſuper concordata Fran. tit. de forma & irrevoc. concordatorum ſtabilitate, poſt prin. verſ.*8. *vult. judice.* Mandoſ.*in tract. de monitor. q.* 60. *n.* 44. *ſuper verb. ſicque ſuper quoſcumque judices*, idem Mandoſ.*in conſ.*57.*n.*3.*& conſ.*63.*n.*1.& an proceſſus, etiamſi non opponatur de dicta clauſula (ſublata) ſit ipſo jure nullus, per doctrinam Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de ſent.* §. *juxta ſub.n.*5. *in gloſ. verb.* & eſt Alex.plene cum multis *in l.* 1. §. *ſublatæ n.*2. *&* 3.*ff. ad Trebell.* Decius *conſ.* 276. incipit *in cauſa quæ luce agitatur, ſub n.*3. *verſ. ſed prædictis minimè obſtantib.* Marcheſanus *de commiſſ.*1.*p.c.*8. *de commiſ. apertionis oris à n.*14. ultima in poſſeſſione, quòd ſi opponatur à parte dubium eſſe, quòd ſit ipſo jure nullus proceſſus,videndus Gonz *de alter. gl.*66 *à n.*13. *& ſeqq & n.*45. quòd convenit materiæ hujus capituli, ut ſtante d clauſula (ſublata) à proceſſu appellationi interpoſitæ, ſit utique deferendum, etiam in iis judiciis ſui natura inappellabilibus, cum ratio appellandi ſit in promptu ex his, quæ ſuperiùs dicta ſunt, c. ſuperiori. 76 77 78 79 80

Et cùm ſtante d. clauſula (ſublata) non poſſit dici, nec opponi, etiam per viam replicationis aliquid contra diſpoſitionem, qua illa continetur, Put.*dec.*377. incipit *in una Hiſpalenſ. ſub. n.*1. *lib.*3. ita non poterit opponi de regulis Cancellariæ, quamvis ſint favorabiles, ut bis deciſum fuiſſe in Rota teſtatur Gonz. *ubi proximè n.*9. qui *n.* 12. dicit, ut etiam in judicio poſſeſſorio ſummariiſſimo manutentionis obſtet d. clauſula,ut per Put.*dec* 50 *num.*5.*lib.*1. teſtatúrque ipſe Gonzal. de duabus deciſionibus Rotæ, quem latè de materia & effectu hujus clauſulæ (ſublata) *&c.* vide *per totam eandem gloſſam.* 81 82 83

Et utraque clauſula, tam hæc (ſublata) quam 84

(irritans) ſuperiùs dicta ligat, & afficit ignorantes, ut per eum *ibi in n.*8.*& gl.fi. n.*18. etiamſi non ſint appoſita verba noſtræ Bullæ, *ibi*, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, *&c.* (ubi plurimos adducit,& facit text. *in c. ſi eo tempore* 43. *de elect. l.*6.*c.quodam* 40. *de præbend. in* 6. *c. dudum, c. penult. de conceſſ. præbend. lib.* 6.

85 Ex quibus evidenter apparet, quòd impetrationes, conceſſiones & proviſiones Pontificales factæ de beneficiis, quæ revera ſunt juris patronatus Regii tanquam ſubjectæ dictæ clauſulæ irritanti, & ejus poteſtati, tanquam quæ nullæ non potuerunt cauſare præſcriptionem, nec habere principium, quoniam certiſ-
86 ſimum eſt dictum decretum irritans ipſum Papam, & ejus ſucceſſores ligare, ac comprehendere, maximè, adductis verbis, quibus in noſtra Bulla Adriani VI. *ibi*, per nos aut Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, *&c.*) ut per text. *in clem. cum ei quem in* 1.*reſponſ. de conceſſio. præbend.* dicit ibi Archidiac. *tab.*3.Franc.*n.*2.Ant. Gabr. *in tit. de clauſ. concluſ.*3.*n.*4.5. *&* 74. Philip. Probus *in c. tibi qui n.*5.*de reſcript. in* 6.Philip. *conſ.*3.*n.*2.*&* 3.*vol.*4. An iſt. Germo. *in tr.de indultis Card.*§. *alioquin ex n.* 15. Caſſiad. *dec.*2.*n.*2. *de decret. in reſervat.* Moheda. *dec.* 21. *n.*1.*de præben.* Put.*dec.*141.*l.*2. Caputaq.*dec.* 82.*n.*1.*p.*2. Rot.*dec.*106.*n.*2.*&* 3 *p.*1.*diverſ.* Aymon. *conſ.*3.*n.*17 *&* 26. idem Put. *dec.* 191. *lib.* 3. *& deciſ.* 418. *lib.* 2. Ant. Gabr.*d.concluſ.*3.*num.*62. ubi plura elegantia cumulavit circa hoc decretum irritans per ampliationes, & limitationes.

Inſuper & pro hac parte facit, quoniam conceſſiones, & proviſiones horum beneficiorum juri Regio pa-
87 tronatui competentium nullæ fuere ipſo jure, ſtante earum revocatione præcedente, cùm ſint ſubjectæ clauſulæ derogatoriæ, contentæ in d. privilegio Adriani VI. *ibi*, quaſcumque literas Apoſtolicas deſuper quomodoliber pro tempore confectas, etiam quaſcumque derogationes, quorumvis jurium præſentandi, ſeu nominandi, etiam cum quibuſvis efficaciſſimis clauſulis in ſe contentis, nullius roboris, & momenti exiſtere,
88 *&c.*) quæ clauſula derogatoria annullat ſubſequentes diſpoſitiones contrarias, ut ex ea patet, & probat text. *in l.ſi quis in prin.* 22.*ff. de legat.* 3. ubi gl. *verb. accipiat. l.*22.*tit.*22.*p.*6.*l.ſi mihi & ibi.*12. §. *in legatis ff. de legatis* 1. text. *in c. ex literis* §. *certum, de dolo & contuma.* text. *in c. unico*, §. *nos ſuper hoc de exceſſibus Prælatorum in* 6. tradunt poſt ſcribentes ibi Dinus *in c. quod ſemel n.* 14. *cum ſeqq. de regul.jur.in* 6. Gomez *in c.*1. *n.*155.*de conſtit. in* 6. Covarr. *in rubrica de teſtam.* 2.*p.à n.*19. Mantica *de conjectio.lib.*2.*tit.*8. *à n.*1 Hier. Gabr.*con.l.*96.*n.*27.*l.*2. & de ratione Bart. *in d.l. ſi quis in prin.ſub.n.*4. *&* 5. Rom. *conſ.*436.*ſub.n.*9.Pariſ.*conſ.*42.*n.*26.*lib.*4. Gozadi.*conſ.*9. incipit *in hac cauſa n.*26. *&* 63. Caſſiad.*dec.*36.*n.*8.*ſuper regulis.* Rota *dec.*137.*p.*1.*diverſo.* dicentes, quòd clauſu-
89 la derogatoria ſtante in prima diſpoſitione futura ſequens diſpoſitio contraria non valet, niſi jus ſpecialem mentionem faciat, quæ ſecundæ derogationes & mentiones ceſſant in noſtro caſu, cùm etiam ſublatæ ſunt expreſſæ,*ibi*, etiam quaſcumque derogationes, *&c.* & *ibi*, etiam cum quibuſvis efficaciſſimis clauſulis, *&c.*) quæ dicitur clauſula derogatoria derogatoriarum, ut colligitur ex Doctoribus *in d. l. ſi quis in princ.* & Paul.
90 Caſtr. *conſ.* 278. *paſſus iſte dubitabilis, ante fi. verſic. item continet aliam derogatoriam illius derogatoriæ, & in verſicul. patet enim l.* 1. Feder. de Senis *conſ.* 233. *caſus talis eſt.* Decius *conſ.* 165. *viſo tenore num.* 1. Pariſius *conſ.*42. *num.* 15. *in fi. lib.*4. & tunc in ſecunda diſpoſitione contraria non ſufficit, ut fiat derogatio, & mentio de clauſula derogatoria primæ conceſſionis, ſed etiam debet fieri de clauſulis derogatoriis,ut poſt Bart. *in d. l. ſi quis*
91 *in princ.* & alios tradit Put. *deciſ.* 109. *in una Zamoren. num.*4 *lib.*1. Pariſ. *conſil.*42.*num.*15. *&* 16.*lib.*4.Gozadi. *conſil.*9. *n.*24. Covarr. *in rubrica de teſtam.* 2.*p. ſub n.*20. *verſic. hinc. ſcribit Paul.* ibi, *quia duplex derogatorio tolli debet.* Selva *de benefic.* 3.*p. quæſt.*14.*num* 35. Paul. Caſtr. *conſ.*3. *quoniam adjectione ſub n.*5 *l.*1. Rom. *conſ.*327.*n.*3. Decius *conſ.* 165. *viſo tenore ſub. n.*5. *verſ. & iſta concluſ.* Rota *dec.* 468.*n.*3.*p.*1.*diverſ. & dec.*137. *num.*7 *in fi.ead. p.*1.Ferret.*conſ.*223 *n.*8. *lib.*2. qui loquuntur in privilegio, de quo ad idem etiam loquuntur Calder. *conſ.*136. Thom. Gram. *dec.* 20. incipit *pendente querela.* Socin. *conſ.*2. *n cauſ. Domin.* Guid.*n.*2.*&* 50.*lib.*3 Ruin.*conſ.*10. *n.*6.*lib.*2.Rip. *in c.*1.*n.*55.*de reſcript.*Ferret.*conſ.*32.*n.*50. Tiraq. *de legib. connubia.*2. *p gloſ.*7. *n.* 203. Covarr. *ubi ſupra num.* 20. Staphil. *de liter. gratiæ tit. de vi & effectu clauſularum* § *in literis ex n.* 4. *cum ſeqq.* Gomez *in repetit.c.pri.n.*154.*de conſtitutionib.lib.*6. Ant. Gabriel.*lib.*6. *commun. opin.tit. de clauſulis conſ.*5.*n.*11. *&* 22. Menoch. *conſ.*36.*n.*48.*lib.*1. latè & optimè Selva *de benef.*3.*p.q.*14. *per totam.*

Et adhuc facit, nam licèt ſatis ſit controverſum, an 92 derogatione privilegiorum facta per legem generalem, cenſeatur ſublatum privil. ut videre eſt per Hier. Gonz *gl.*36.*à n.*13. tamen illud eſt verum,ut ipſe probat *n.* 37. quod quando privilegium præcedens habet ita fortiſſimas, & efficaciſſimas clauſulas derogatorias, quòd minimè veriſimile ſit voluiſſe Principem (à 93 cujus intentione omnia pendent) in ſequenti conſtitutione generali per viam legis factæ, tale privilegium comprehendere, & adducit exemplum in privilegio conceſſo per ſummum Pontificem Marchioni Aſtorif. 94 cenſi (ſua vita durante) præſentandi nonnullos canonicatus illius Eccleſiæ Cathedralis, (quod eſt ſimile huic noſtro Regio,) continenſque ſimiles ei cauſas,*ibi*, concedimus jus patronatus hujuſmodi, ac ſi tibi ex vera dotatione, & fundatione competeret, etiam per Sedem Apoſtolicam, niſi de toto tenore, & data præſentium plena, ſpecifica, & individua, & expreſſa de verbo ad verbum, non per clauſulas generales idem importantes, mentio fiat, & tuus ad id acceſſerit conſenſus,derogari non poſſit,nec derogatum cenſeri, *&c.*) & tamen hujuſmodi privilegium non fuit derogatum 95 per regulas Cancellariæ in contrarium poſtmodum editas, ut in terminis pluries dixit Rota teſt. Put. *deciſ.* 308. *per totam lib.* 3. Mohedan. *dec.* 10. *de jur. patron.* & melius clariúſque *in dec.* 137. *&* 468.*p.*1. *diverſo. & diverſ.* 304. *p.*2. *diverſo.* ubi latè benéque ponderantur dictæ clauſulæ. Cæſareæ namque majeſtatis indultum noſtrum, multóque fortiores clauſulas habet, prohibentes omnino & abſolutè derogationem, & alias multò magis efficaces; ut ex eo patet, & militat multum diſſimilis ratio in Principe Catholico noſtro, 96 fortiſſimo Eccleſiæ muro, columna ſtabili Chriſtianæ religionis, flagello hæreticorum, cujus privilegio per nullas mundi cauſas ſummi Pontifices non detrahunt, ſed augent paſſim, cujus indies & merita creſcunt, quoniam per legem ſequentem derogantem privilegiis quibuſvis, non cenſetur derogatum primum conceſſum à Papa perſonis dilectis, gratis, & valde bene 97 merentis,ut ſcripſere Roma. *conſ.*478.*n.*1.*&* 2.18.*&* 19. Selva. *benef.*3.*q.*15.*n.*23.27. latè Manti. *de conject.lib.*12. *tit.*8 *n.* 26. Anaſtaſius Germo. *in tract. de indultis*, §. *alioquin num.*32. *&* 33. quæ quibus & quadrant, niſi Cæſareæ, & Catholicæ Majeſtati Philippi IV. ſuiſque progenitoribus, dicat orbis, præclara opera, cœlúmque teſtentur.

Nec eſt dicendum, ut ex eo quòd ſacra Cæſarea, ac 98 Catholica majeſtas his indultis, & privilegiis non fuiſſet uſus in aliquibus beneficiis ob defectum; quia, notitiæ, licèt in plurimis aliis ſic; ipſa per non uſum amiſiſſe, quoniam primò hæc privilegia (ut ſupra advertimus) continent decretum irritans, cujus effectus, & poteſtas ultra jam dicta, amplius illud hoc inducit, & operatur, quòd conſtitutio, ſeu diſpoſitio, ſuper qua eſt

appoſitum

appositum, impugnari non possit postea sub prætextu, quòd usu recepta non sit, nam cùm semel ex ea constet de intentione Papæ, inferiores, sive illa non utendo, sive ex contrariis actibus, sine tamen ejusdem Papæ expresso assensu, eam elidere non valent, Philip. Franc. *in c. cum de beneficio n.* 4. ubi etiam Anchar. & Gemin. *de præb. in* 6. Veral. *dec.* 204. *cum addit. p.* 3. Put. *n.* 4. *p.* 1. ubi declarat optimè etiam Baptis. Marquess. *de commiss. p.* 1. *c.* 9. *n.* 31. ergo evidenter sequitur, ut ex hoc capite non usus privilegii impugnari non possit, cùm habeat clausulam (irritans) maximè cùm majori parte eo usum sit.

100 Secundò facit, quod Cæsarea Catholica majestas eis indultis majori parte usus est (prout cum actis paret) sed usus privilegii in parte illud operatur, ut quamlibet præscriptionem adversus illud inductam, penitus 101 interrumpat, probant eleganter Rim. *cons.* 358. *n.* 25. *lib.* 2. sequitur Joan. Garc. *in tract. de nobilit. gl.* 1. §. 1. *n.* 79. *ante fin.* ergo dicendum venit, quòd, vel ordinariorum præscriptio adversus hujusmodi privilegia non 102 potuit habere principium, vel si habuit, illum statim semper ac continuò interruptum, ita ut nullo tempore perfici valuisset incepta.

103 Per usum eorum in cæteris beneficiis hujus speciei retinet, & conservat ea privilegium, quoad aliud, in quo usus non fuit; enimverò in his, in quibus adest titulus, per usum partis retinetur universum jus quoad quaslibet species sub eo contentas, juxta Bar. doctrinam *in l.* 1. § *si quis hoc, interdicto.* §. *de itinere actuque priva.* sequitur Angel. *in l. una est via de servit. rusti præ-*
104 *dict.* Boëri. *dec.* 227. *n.* 4 & hinc est, quòd si quis habet concessionem à superiore, usus jurisdictionis in una parte tribuit usum in alia, conservaturque universum jus, ut per Bart. docet Paul. Castr. *in l. imperium ff. de jurisdict. omni jud* Ant. de Bart. *in c. si. de caus. poss. & propr.* Abb. *in c. cum olim. de præscrip.* Fel. *in c auditis in* 1. *declaratio. in eod. tit.* addit. *ad dec. Capellæ Tholos.* 322. Jacobi. *in l. more ff. de jurisd. omn. jud.* idem Fel. *in c. cum ex injuncto, de hæreticis,* & per B. *in d.* §. *si quis hoc interdicto* ex Cassaneo optime dicit Ant. Gabr. *comm. concl. lib.* 5. *concl.* 2. *de præscript. n.* 18. late etiam & optime Tiraq. *in tract. primog. q.* 39. *per totam fol.* 590 Maresc. *var.*
105 *resolut. c.* 11. *num.* 34.

Qui omnes inferunt ad præscriptiones, quòd cùm usus concessionis in una parte tribuat usum in alia, pa-
106 riter præscriptio, & consuetudo in una extenditur ad aliam, igitur dicendum venit, quòd cum sacra majestas indulto fecisset usus in beneficiorum consistorialium ibi concessorum majori parte, & in illis, quoties se obtulit vacatio, præsentavit per tot annos à tempore indulti, quoad cæteras illius generis species (cùm censeatur uti) extendi debet, necessariò præscriptio tot temporis usitata valitura est, non verò ex adverso proposita, cui & juris regulæ tot resistunt, impediuntque ortum, & principium, ex suprad ictis.

107 Et facit quod dicit Mart. *in tract. de jurisdictione*, 1. *p. cap.* 26. *num.* 79. quòd Regnum, cujus aliquæ civitates imperio patent, ei totum subjectum censetur, quia sufficit partis tantùm habere pacificam possessionem, ut totius eam habere intelligatur, juxta *regul.* 3. *ff. de acquir. poss.*

108 Insuper & quintò facit, quòd quando agitur de conservatione juris, non verò de acquisitione, nihil curamus de regula illa scilicet; tantùm præscriptum, quantum possessum, sed per usum in parte conservamus no-
109 bis jus in toto, quod olim competebat, quia aliud est acquirere, aliud conservare; text. *in l. una est via ff. de servit. rustico. præd* ubi gl. *verb. servati* text. quem dicunt Doctores egregium *in l.* 1. § *si quis hoc interdictum ff. de itiner actuque pri* Gratus *cons* 61. *n.* 28. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 217. *lib.* 1. *n.* 8. Decius *cons.* 271. *n.* 7. optimè itaque Joan. Garc. *in tract. de nobil. gl.* 7. *n.* 6. *& glos.* 1. §. 1. *n.* 79. *ante fin.* Sed sacra Catholica majestas (ut certum est) non tractat de nova acquisitione, sed de conservando jure, sibi ex Apostolicis indultis competente in beneficiis consistorialibus, ergo per usum partis debet retinere, & conservare jus in omnibus, de qua doctrina videndus est Avend. *de exequn manda. 1. p. c. 1. sub. q. 25. versic. interest tamen,* ubi dicit, post plures ab eo citatos: quòd 111
habens merum imperium ex privilegio, si in uno actu exerceat jurisdictionem, totius privilegii jus conservat ut secus sit in præscriptione, quia tantum intelligitur præscriptum, quantum possessum, vide num. 113. statim.

Et generaliter, quòd utens in parte privilegio, con- 112
servet possessionem in toto privilegio, tenet per doctrinam B. *in l. citatio harum ff. de publicanis, & in l* §. *fi. de itin. actuque priva.* & post Gratum, Decium, Ruinum Joan. Garciam. *locis modo citatis*, tenet Mieres *de major. p.* 1. *q.* 10. *n.* 118. *in noviori impressione.*

Quoniam certum est, ut de uno casu unius speciei, 113
ad alium casum ejusdem speciei extendatur præscriptio. Bal. *in l.* 1. *vers sed nunquid C. de servitu. & aqua.* Abb. *in c. dilecti de arbitr.* Paul. de Castr. *in l. imperium, ff. de juris. omn. jud.* Ant. de Butr. *in c. dilect. de Capellis, Monacho.* Socin. *consil.* 111. *vol.* 1. idem Ant. de Butr. *in c. fin de caus. poss. & propriet.* Bald. *in lectur. l.* 1. *imperium vers circa ult. de jurisd. omnium judic.* Maria. *in c. cùm contingat. vers sextò principaliter, de for. compet.* Fel. *in c. auditis, de præscript.* Alex *cons.* 68. *vol.* 1. Ilf. *in l. Imper. vers.* 5. *circa eandem materiam, de jur. omn. jud.* ergo de una specie beneficiorum consistorialium, de quibus in d. Bulla, conservat, extenditur usus quasi possessio, & præscriptio ad alium, hoc est, ad aliud beneficium ejusdem speciei.

Pro quo etiam singulariter facit sextò, nam per 114
exercitium, & usum unius actus dumtaxat, ex competentibus patrono, acquiritur quasi possessio in jure patronatus, ut puta quando ut patronus honoratur quis in Ecclesia, & ut talis tractatur, juxta text. *in c. nobis, de jur. patro.* & ibi notata, ut eleganter tenet Federi, de Senis *cons.* 224. incipit *super primo puncto. in penult. col. in fi.* & movetur, quia isti sunt actus, ut cui debetur unus, debetur & reliquus, quia ex eodem fonte procedunt, & sic qui in aliis actibus competentibus patrono fuit in quasi possessione, etiam extenditur ad præsentationem, clare etiam firmat Joan. Andr. *in c. quod alicui gratiosè in fi. de regul. jur. l.* 6. firmans conclusionem quòd per exercitium unius actus competentis patrono, erit qui possessor juris patronatus eandem sequitur Abb. *in c.* per illum text. *vers. & hæc faciunt de re legi. domib.* ducit menti esse tenendum, satisque notandum, quòd per exercitium unius juris, seu articuli comprehensi sub universo, infertur ad possessionem juris universalis, & plura similia cumulat. Fel. *in c. auditis colum.* 8. *de præscript. in vers.* 1. *declar.* & hanc esse com- 115
munem & sequendam dicit Roch. de curt. *in tract. de jur. patro. verb. competens n.* 39. *per totum.* Sicut etiam aliàs per præsentationem unius pluribus ex patronis, aliis scilicet negligentibus conservatur juris patronatus quasi possessio quoad omnes negligentes nunquam præsentantes, dummodo non appareat, præsentantem eo animo præsentasse, privandi scilicet alios sua quasi possessione; non privantur, ita late per eundem Roch. de Cur. *de jur. patro. verb. competens n.* 42. *q.* 17. Lamb. *de jur. patro.* 1. *p. lib.* 2. *art.* 16. *q.* 3. *n.* 13. & 24.

In juribus enim incorporalibus, in quibus adquiri- 116
tur possessio generalis per acquisitionem partis, (cùm talia jura magis intellectu, quàm corpore percipiantur. *l. quod legati* 36 §. 1. *ff. de judic. l. si fideicommiss.* 50. §. *tractandum eodem tit. l. fin. C. de præscr. longi temporis*) ideo propter jurium unitatem ratione causæ generis possessio retenta, & quæsita in parte, retinetur in toto. ita in specie Bal. *in l.* 1. *colum.* 10. *in fi. vers. super.* 3. *puncto*

n. 58 *C. de servit. & aqua.* quia quando causa univer-
117 salis adest in utente, magis debet attendi, quam ipse actus particularis, seu illius actus exercitium, cum causa sit universalis *l. verum, la* 2. *de fur. c. cum dilect.* 1. *de caus. c intellig.* ubi gl. *verb. ex caus. de verbor. signif.* ita in specie possessionis docet eleganter Bald. *in l.* 1. *n.* 34. *ad med. C. de emancip. liber.* Aymon. Gravet. *cons.* 75. *n.* 15. Sequitur Grat. *in discept. foren. com.* 3. *c.* 4. 5. *à n.* 39. *cum pluribus seqq.* qui *à n.* 45. infert ad oblationes, quas quis prætendit in tota diœcesi universaliter, quia possessio probata de aliquibus locis extendatur ad omnia alia in eadem diœcesi comprehensa, ut ita fuisse decisum
118 per Rotam coram R.P.B. Pamphilio. Hispalen. juris nominandi 21. April. 1613. per Doctrinam Oldradi *cons.* 171. *quia omnes, col. ult. ad medium. vers. deinde opponitur n.* 24. ubi quòd si exerceo unum, vel duos actus ratione universalis juris, quod mihi prætendo competere, sit extensio etiam ad alias personas, & ad alios actus, dummodo non diversos ab actibus in quibus fuit inducta, & apprehensa possessio, seu præscriptio, testatur Grat. *ubi proximè à n.* 45 idem tenet Oldrald. *cons.* 154.
119 *quia tota col.* 5. *in princ. vers. quintò opponitur quod articuli n.* 17. & latè sequendo Oldraldum concludit Aym. Cravet. *cons.* 55. *n.* 1. *& in tract. de antiq. tempus* 4. *p. sess.* 1. *n.* 57. *cum seqq.* & multis comprobat Alex. *cons.* 68. *in princ. vers. non obstat quod quoad onera. n.* 17. *&* 18. *l.* 2. Roma *cons.* 368. *præsens consultatio n.* 15. *&* 16. Rot. *diverse. dec.* 17. *n.* 2. *&* 3. *p.* 2. & coram R P D. Sacrato in una Assisiunt. canonicatus 14. Junii 1600. terminatum fuisse testatur Gratia *ubi proximè num.* 48. Socin. *cons.* 111. *abunde & sub. liter. col. penult. in fi. vers. sed est diligenter advertendum n.* 5. *lib.* 1.

120 Ex qua doctrina rectè fluit, quod ubi tractatur de præscribenda luctuosa per Dominum territorii, & jurisdictionibus contra vassallos, non est necessaria præscriptio immemorialis contra omnes particulariter, sufficit namque quòd luctuosa sit percepta ab aliquibus,
121 ut contra omnes intelligamus præscriptam, cùm enim præscribitur jus reale in genere jus exigendi luctuosam, præscriptum intelligitur contra omnes personas territorii, quibus jus illud applicari potest, ex singul. doctr. Bal. *in l. si quis diuturno* 2. *not. ff. si servatus vindi-*
122 *cet.* ubi inquit, quòd præscriptio juris realis porrigitur ad omnes, etiam si adversus eos specificè non fuerit præscriptum optimè & latè Joan. Garc. *de expens. & meliora. c.* 9. *n.* 38. *&* 39.

123 Qui ex eo infert, quod præscriptio in alia specie, quæ præscripta est; extendi potest de persona ad personam & de una specie, seu de uno actu, ad alium, docent etiam Bal. *in addit. ad Specul. tit. de jurisdict. omn. jud. vers. ante penult.* Fel. *n c. auditis n.* 20. Ias. *in l.* 3. *n.* 39. *de acquir. poss.* Aymon. *de antiq.* 4. *p. in princ. n.* 58. & 59. Bald. *de præscrip.* 2. *p. q.* 2. *n.* 28. Moli. *de Hispan. primog. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 17. Zasius latissimè *cons.* 17. *n.* 59. &
124 latiùs prosequitur Garc. *ubi proximè ad n.* 38. *cum. seqq.* dicentes, quòd effectus præscriptionis causatæ à jure reali, extenditur ad omnes illos, adversus quos præscriptum non fuit, & ad particularem speciem juris comprehensi sub unico jure universali, Abb. *in c. cum Eccl. Sutrin. n.* 54. *de caus. poss. & propri.* & post. Ant. *in c. cum intra de decimis* tenet Rebuff. *in tr. de decimis q.* 13. *n.* 6. *pag.* 57. Mier. *in tract. de majora. quæst.* 10. *n.* 116 *p.* 1. *in noviori impressione.*

Facit doctrina Bal. *in l* 1. *n.* 24. *C. de emancipat. liber.*
125 dum inquit magis esse considerandam causam, quàm exercitium ipsius actus, sequitur Maresc. *var. resol. lib.* 1. *c.* 11. *sub. n.* 32 qui *n.* 33 quod etiam per unicum actum singularem, si tamen causa seu privilegium sit universale, acquiritur universalis possessio manutenibilis, ad quod allegat B Feli. & Ant. Gabr. *in comm. opin. tit. de præscript. concl.* 2. *n.* 2.

126 Et hinc est, ut in rebus liquidis pondere numero, aut mensura consistentibus, sicut in vino, oleo, & frumento, ut is cui donatur aliqua particula frumenti, vel emit, si aliquam particulam granorum apprehendat, totum acervum frumenti apprehendisse dicitur, ut per Zasium *in l.* 3. *in princ. col.* 3. *in* 4. *ampliat. n.* 21. *de acquir. poss.* tenet Gratia. *ubi proxime n.* 32. ubi aliud esse in furto ex æquitate *l. vulgaris est quæstio.* ubi gl. *in verb. verum, ff. de furtis.*

Hinc est etiam in possessione gregis ovium, capra-127 rum, armentorum, equitii, & similium, sufficeret enim aliquod ex capitibus gregis apprehendere, nam quamvis sint plures res distantes, sunt tamen sub uno nomine gregis, & faciunt unum corpus, prout arg. §. *si grex, institut. de legat.* notat Zasius *in l.* 3. *in prin. n.* 26. *ad med. de acquir. poss.* ubi etiam concludit de choro cantorum, si enim venderentur, aut ligarentur servi cantores, 128 vel servi comœdi, citharœdi, seu animalia jugata, bijugata, quadrijugata, ubi alterum sine altero nihil valet; apprehensa possessione in uno capite, censeretur apprehensus totus chorus, quasi ista sint simul connexa, *l. cum ejusdem* 34. ubi gl. *in verb. omnes ff. de ædilitio edicto. l. plerumque* 35. *& l. plerumque* 36 *ff. eod. t.t.* & 129 facit *l. si ex toto* 8. *& ult. ff. de legat.* 1. *& l. neminem* 4. *ff. de legat.* 2. Grat. *ubi proximè n.* 34. ubi *à n* 37. advertit aliud fuisse dicendum, quando singulariter essent nominati, vel pro quolibet fuissent relicta, puta decem, quia tunc plura essent, non attenderetur connexio, ut notat. gl. *in d. l. si ex toto* §. *fi. in verb. luctuarius*, per text. *l. scire debemus* 29. §. *stipulationem*, ubi latè gl. *in verb. plura legata, ff. de verb. obligat.*

Et confirmatur, quia ex possessione rei principalis 130 censetur etiam continuari possessio in annexis, & accessoriis secundùm Anchar. *in regul. sine poss. col.* 16. *vers. si canonicus de reg. jur. in* 6. Decium *in cons.* 252. *n.* 17. Ferretum *cons.* 14. *n.* 4. *&* 5. Lancel. *in tract. de attent.* 2. *p. c.* 2. *de attent. lite pend. lim.* 1. *n.* 57. Calderi. *cons.* 22. *tit. de testam* Specul. *in tract. de probat. lib.* 2. *p.* 2. *vers. probare numer.* 27. *fol.* 104. Hippol *in l.* 1. §. *D. Adrian. n.* 8. *cum seqq fo.* 29. *ff. de quæst.* Cæphal. *cons.* 367. *n.* 15. *cum seqq. lib.* 3. Mieres *in tract. de major.* 1. *p. quæst.* 10. *à n.* 115. *in noviori impressione.*

Et quando quis prætendit jus universale in aliqua 131 diœcesi, probatis actibus particularibus in aliquibus locis ejusdem extendatur, quasi possessio probata ad omnia alia loca ejusdem diœcesis, atque pro ea danda sit manutentio. Vide Gratia *ubi proxime à n.* 41. & videndus *à princ. illius c.* ubi aliqua alia ad propositum, 132 *& in n.* 38. quod per retentionem actus possessorii in una particula muri, prout fenestra, conservetur quasi possessio in toto muro.

Hinc est, ut per solutionem, & receptionem partis 133 pensionis constituitur in quasi possessione exigendi totam pensionem integraliter promissam, & constitutam, ut resolvit Rota coram Card. Pamphil. Reati. pension. 15. Decemb. 1599. & coram R.P.D, Pamphilo Pampilonensis pensionis 16. Januarii 1613. Gratia. testatur *in disput. foren. c.* 426. *n.* 1. *& c.* 13 *n.* 17. Facit etiam quia ille dicitur possedisse, & præscripsisse novalia, 134 qui possedit, & præscripsit decimas etiam unius prædii, quia ob unitatem subjecti dicitur, acquisivisse totum Abb. *cons.* 71. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 36. *n.* 12. *cum seqq.* Gratia. *in disceptat. cap.* 113. *num.* 27. Felin. *in cap. caus. num* 13. *de præscript.* Cæphal. qui plura adducit *in cons.* 369. *num* 16. *l.* 3. Mier. *in tract. de major.* 1. *quæst* 10. *n.* 110. *in noviori impressione & num* 112. 113. Alber. Brun. *in tract. de augment. concl* 17. *in princ.* Rebuff. *in tract. de decim. quæst.* 14. *n.* 20. *pag.* 57. Faciunt etiam quæ latè Peregrin. *in tract. de fideicomm. art.* 48. *à n.* 74. Ant. de Butr. *in c. si. n.* 40. *vers idem si Rector. de caus. poss. & propriet.* Bal. *in l.* 1. *C. de emanc. liber n.* 24. *vers. & tu dic.* Abb *cons.* 54. *n.* 3. *in princ lib.* 1. Alexand. *cons.* 6[illegible]. *n.* 21. *lib.* 2. Rot. *dec.* 2. *num.* 3. *de rescript. in novis*, & plures ita

determi

determinatſe Rot. cujus deciſiones adducit, teſtatur Mareſc. *va iar. reſolut. lib.* 1. *c.* 11. *à n.* 25. reddentes rationem, quia in juribus incorporalibus ſufficit, adi-
135 piſci poſſeſſionem unjus rei pro tota, in qui bus poſſeſſio conſervatur.

Sed totæ hæ doctrinæ ſubverti videntur ex eo quòd
136 tunc juris univerſalis poſſeſſio extenditur ad aliam ſpeciem, etiam non poſſeſſam, comprehenſam tamen ſub eodem jure univerſali, alio ſcilicet non exiſtente in poſſeſſione, ſiquidem in concurſu particularis probationis univerſalis poſſeſſionis probatio non operatur extenſionem, ita ex latè congeſtis per Ant. Gabr. *comm. opin. tit de præſcrip. concl.* 2 *n.*24. *& ſeqq.* plurimos citat Mol. *in tr. de Hiſp. primog l.* 2. *c.*6 *n.*18. Abb. *in c.*1. *n.*8. *at lite pend.* poſt. Innoc. *in c. cùm veniſſent de reſtit. ſpolia.* Capicius *dec* 189. & ita fuiſſe à Rota determinatum in una Salmant. juriſdictionis 27. Junii 1582. coram Card. Seraph. in cauſa Aprutina juriſdictionis 30. Martii 1606. coram Pamphil. teſtatur Mareſc. *var. reſolut. lib.* 1. *c.* 11. *à n.* 19. *& n.* 28. ubi alias Rotæ deciſiones recenſet; ergo cùm ordinarius reperiatur in quaſi poſſeſſione conferendi illud beneficium conſiſtoriale noviter repertum, de cujus proviſione tractatur, poſſeſſio juris patronatus univerſalis Regiæ majeſtatis in cæteris non erit extendenda.

137 Cui difficultati quæ ingens eſt,) multis modis occurres; cui primò reſpondere poteris, quòd iſthæc doctrina nullo poteſt modo verificari in noſtro caſu, quoniam impoſſibile eſt ſtante clauſula irritante, de qua in bulla Apoſtolica, ut alius exiſtat in poſſeſſione, ejus namque vim, jus & virtutem evacuat, inficit, & enervat præ dictæ clauſulæ effectus, cujus latiùs meminimus ſuperiùs hoc capite, & magis in noſtris terminis; eſt doctrina Nic. Garc. *de benef.* 5. *p. c.* 5. *n.* 99. 200. *uſque ad* 123.
138 Flores de Mena. *q.*10. *num.*64. Put. *dec* 189. *lib.*1. & alii plures DD. quos adduximus ſuprà ad hoc, ut proviſio ordinarii contra clauſulam irritantem, non conſtituat illum in poſſeſſionem, nec turbaret patronum, & quandiu apparet de titulo invalido, manutentio denegatur poſſidenti. Pariſ. *conſ.* 27. *n.* 119. *lib.* 1. Aymon. *conſ.* 134. *n.*44. Bello. *conſ.* 20. *col.* 9. *verſ. tertium fundamentum.* Mareſc. *var reſol. lib.* 1. *c.*11. *n.*59. ubi teſtatur, ſic tenuiſſe Rotam in cauſa Elnenſ. 16. Decemb. 1588. coram Orano.

139 Secundò reſpondetur, quia illa doctrina procedit in jure univerſali præſcribendo, Catholica autem Majeſtas de ſuo jure univerſali conſervando tractat dumtaxat, quia faciliùs tollitur jus quærendum, quàm jus quæſitum, maximè dato privilegio: per cujus uſum in parte conſervatur jus in totum, de quibus exactius dictum eſt ſuperiùs, & probatum.

Tertiò ulteriùs reſpondetur, ut contrarium procedat
140 quando aliquis alius eſt in poſſeſſione ejuſdem juris univerſalis, nam tunc non niſi in illo actu, in quo jus univerſale exercuit, illud præſcribit, & acquirit, ut poſt plures quos citat, tenet Tiraq. *in tract. primog q.* 39. *n.*30. ſed ordinarius non poteſt prætendere hoc jus univerſale in beneficiis conſiſtorialibus Hiſpaniæ: prout Rex, maximè quia hoc beneficiorum genus reſervatum eſt Conſiſtorio Papæ, juxta regulam 2. Cancellariæ, de qua per Nicol. Garc. *de benef.* 5. *p.*§. 1. *c.* 14. *in princ. ante n.* 212. *fol.* 367.

141 Et corroboratur, quoniam utenti jure univerſali ex privilegio datur manutentio, etiam in ſpeciebus, quibus non eſt uſus, etiam contra illum, qui juris aſſiſtentiam habet, aut poſſidentis jus commune reſiſtat; ita fuiſſe deciſum per Rotam in una Valent. decimarum 20. Februarii 1598. coram Camillo Peregr. teſtatur Mareſc. *var reſol lib.* 1. *c.*11. *n.* 31. *& ſeqq.* qua agebatur de jure decimandi Archiepiſcopo, & Capitulo competente ex privilegio in tota diœceſi, quod eſt contra jus commune *ut in c.* 1. *de reſcript. in* 6. *& in c. ad decimas*

de reſtitut. ſpolia. eodem lib. ex ea ratione, quia probato privilegio ceſſat legis, aſſiſtentia, cùm poſſeſſio juſtificetur cum titulo, & conſequenter permittitur extenſio 142
ipſius poſſeſſionis, quæ erat prohibita, ſecundùm Mareſc. *ubi proximè ſub n.* 32.

Sicque ſatis comprobatum remanet, quòd ex jure 143
patronatus univerſali vigore privilegii conſervati in parte retinere & extendere jus in toto, & ad beneficia, quæ conſiſtorialia noviter reperiantur & cognoſcantur. Pro qua facit celebris doctrina text. *in c. cum in tua de decimis*, per quem dicit Abb. *in conſ.* 71. *videtur primâ fronte n.* 1. *lib.* 2. & Alber. Brun. *in tract de augmen. concl.* 17. *in prin.* Petr. Rebuff. *in tr. de decimis q.* 4 *n.*20. *p.*57. Alciat. *reſponſ.* 50. *n.*14. Menoch *conſ.* 36. *n.*99. *lib.*1. Mier. *tr. de major. . . p.q* 10. *n.* 12. *&* 13. & per *c. commiſſum & c. contingat de decim.* tenet Covar. *in pract. q. c.* 37. *n.* 5. quem ſequitur Mareſc. *var. reſol lib.* 2. *c.* 11. *n.*31. *&* 32. dum dicunt, quòd probans poſſeſſionem ex privi- 144
legio decimandi in toto aliquo territorio reſpectu fructuum, qui in eo aliàs naſcebantur; juvatur etiam reſpectu novalium poſtmodum repertorum in eodem territorio, adeò ut ſi de novo plantentur vites, vel nuces, in uno prædio, in quo quis præſcribit decimas, hoc caſu etiam habebit decimas ex illis arboribus de novo plantatis, juxta præfatam doctrinam, ita fuiſſe tentum in una Hiſpalenſ. decimarum 11. April. 1597. teſtatur Mareſc. *d. n.* 32.

Quibus ſeptimò convenit, quod advertit, Caved. *in* 145
tr. de patrono. regio c. 10. *n.* 7. *verſ. advertendum* quod proviſiones, & præſentationes factæ per Cæſaream Majeſtatem quorundam beneficiorum ad ejuſdem Regium patronatum pertinentium, impedit præſcriptionem etiam centenariam in aliis beneficiis ejuſdem qualitatis, & ita fuiſſe determinatum Luſitaniæ in favorem 146
patronatus Regii, in quodam beneficio, quod ſpatio plus centum annorum proviſum fuerat, per renuntiationem, advertens, quòd reſignationes plerumque in cauſa ſunt, ut ignorentur vacationes: Imò plus dicit 147
ipſe Cavedo *in eod. tract. de patronatu Regio*, quod in his beneficiciis quæ cognoſcuntur, certúmque eſſe juris patronatus Regii, ejus eſſe ſpecialem prærogativam non currere præſcriptionem, imò in Camera plurima beneficia oblita recuperata fuere, quod poteſt ſuſtineri ex conſiderationibus à nobis hucuſque adductis, vide infra *n.* 279. *cum ſeqq.*

Et illud eſt advertendum, quòd in horum conſiſto- 148
rialium beneficiorum præſcriptione non poteſt dari immemorialis, quæ requiritur ſaltim, cùm ſit hujuſmodi beneficiorum jus patronatus incorporatum cum Regia corona, eique pertineat, ut conſtat ex d. Bulla Adriani *ibi*, ſucceſſorum veſtrorum, (& iterum *ibi*, ſuoſque, ac dictos ſucceſſores veſtros, &c.) & iterùm, perpetuo inviolabiliter obſervari, & *ibi*, & perpetuitatem, *&c.*) quæ inducunt incorporationem cum Regno. Et ideò eſt de Regalibus, quæ niſi per tempus immemoriale adquiri poſſunt, ut per text. *in c. ſuper quibuſdam* §. 1. *de verb. ſignif.* tenent Abb. *ibi in gl. inverſ. non prent & gl. in c. innovamus, in verbo Regum de cenſib.* idem Abb. *conſ.* 94. *colum.* 1. *verſ. ſed iis non obſtantib. p.* 1. Martin. Laudenſ. *de principibus q.* 171. Iſſ. *in conſ.* 208. *col. penult. verſ. tamen col.* 2. Bar. *in l. quominus q.* 2. *verſ. etiam habet licitè. ff. de flav.* Maſc. *de prob. concl. MCCXV. n.* 50. & quòd in ſimilibus terminis dicit ipſe *ibi n.* 47. Conrad. *in temp. judicum lib.* 1. *c.* 1. *de Imperatore* §. 4. *verſ.* 1. *itaque num.* 10. *fol.* 64. & poſt Felin. & Peregrin. tenet Mier. *de majoratu* 4. *p. quæſt.* 21. *ſub n.* 52. Nihilominus à tempore dictorum indultorum uſque nunc præſens non potuit in his beneficiis conſiſtorialibus induci nec formari immemorialis præſcriptio, cum 149
nondum ſint tranſacti centum anni, indultum quidem Adriani VI. conceſſum fuit anno 1623. Clem.

autem VII. anno 1529. & Paul II. anno 1656. quod nondum pervenit ad 100. annos.

150 Et facit etiam generaliter, quòd bona majoratus ſunt impræſcriptibilia, prout eleganter & dilucidè plures atque elegantes doctrinas recenſendo probat Mier. *de majorat. 4. p. q. 2. n. 1. à prin.* cui doctrinæ Plura applicat mirabilia fundumenta, rationes, quæ fallit ubi datur præſ-
151 criptio immemorialis, quam limitationem infiniti probant pænè Doctores, quorum nomenclaturam recenſet Mieres *ibi à n. 46. cum pluribus ſeqq.* declara ut infrà *à num. 282.*

152 Maximè per ſingulorum Regum ſucceſſionem in Regnum ſeu Majoratum (quod idem eſt, cum Regnum caput ſic omnium majoratum Hiſpaniæ ſecundùm Hier. *de majorat. d. q. 21. ſub n. 54. ad med.* Paz, *de*
153 *Tenuta. c. 85.*) interrumpitur præſcriptio, dato, quòd potuiſſent ordinarii habere principium deficiente poſſeſſione, ut dictum eſt; etenim miniſterio legis 45. Tauri mortuo poſſeſſore in ſucceſſorem transfertur civilis, & naturalis poſſeſſio bonorum majoratus, quantumvis ab alio fuiſſent occupata, ſive in vita, ſive poſt mortem poſſeſſoris *ex d. l. 45. Tauri.*

154 Ex quo elegantiſſimè infert ad noſtrum propoſitum ibi Ant. Gomez. *n. 117.* quòd penes illum tertium non poterit poſſeſſio civilis, nec naturalis, quia nullo modo poſſidet, ſed tantùm habet nudam & ſimplicem detentationem, adeò ut non poſſet præſcribere, licèt aliquo caſu, vel tempore bona eſſent præſcriptibilia, Ant. Gomez ſequitur Molin. *de Hiſp. primogeniis lib. 3. c 12. n. 18.* & utriuſque verba tranſcripſit Chriſtoph. de Paz
155 *in tract. de tenut. c. 11. n. 10 & 11. num. 1.* qui cum Molin. addit, huic tertio non competere remedia poſſeſſoria, nec fructus lucrari nec alium juris poſſeſſionis effectum habere.

Quæ doctrinæ procedunt in jure patronatus annexo majoratui, ut fuit reſolutum per Rot. Rom. in cauſ.
156 Pampilon. Vicariæ. 3. Julii 1595. coram d. Penia in hæc verba: juris patronatus annexi majoratui Hiſpano poſſeſſio civilis, & naturalis acquiritur ſine apprehenſione, conſequenter cum majoratu beneficio legis Regiæ, nec per momentum vacare dicitur, ſed transfetur in ſucceſſorem, ad Molin *lib. 3. c. 12. n. 20.* Mier. *de majorat. p. 3. q. 11. n. 9.*) Hactenus de deciſione, quam ad literam
157 refert Nicol. Garc. *de benef. 5. p c. 5. n. 7.* qui poſt alios *à n. 19.* notat, quòd non transfetur in alium tertium apprehendentem poſſeſſionem majoratus, *ex Rotæ deciſio. 378. n. 3. p. 1. diverſor.*

Quò pertinet, quòd ſufficit, quem eſſe poſſeſſorem
158 juris patronatus in conſequentiam, & non principaliter, ut poſſit valide præſentari, unde bonæ fidei poſſeſſor alicuius caſtri, ſeu villæ, vel comitatus, ratione cujus competit jus præſentandi ad Eccleſiam ibi, vel alibi ſitam, licet nunquam antea præſentaverit, poteſt præſentare, quia dignitas, ſive caſtrum, aut comitatus, videtur hoc jus præſentandi ſemper retinuiſſe, ita Rot. *dec. 4. de jur. patron. alias 140.* Lamb. *2. p. 1. lib. q. 9. art. 3. n. 8. ad fi. & 1. 2. lib. q. 3. art. 1. n. 9.* poſt Card. *in c. ex literis, prima oppoſ.* per illum text. quem ſic intelligit *de jur. patro.* & Caietan. *in repetit. c. fi. de elect. in 6.* Nicol. Garc. *ubi proxime à n. 9. & à n. 15. cum ſeqq.* vide Caſtel. *in l. 46. Tauri verb. en todo ello ſucceda.* Mol. *de Hiſpan. primog. lib. 1. c. 26. in fi.*

Hæc tamen quæ hucuſque diximus, admittenda
159 ſunt ut vera, quando ſacra Catholica majeſtas concurrit ad præſentandum in vacatione horum talium beneficiorum, noviter ad ejus notitiam pervenientium, ut ejus coronæ ſpectet præſentatio, nam tunc ad excludendam quaſi poſſeſſionem, vel detentionem ordinariorum, ſeu aliorum quam habebant hactenus in eorum proviſionibus, liberis, requiritur, ut conſtet tunc de jure patronatus Regio, & ſub eo includi beneficium vacans, de cujus proviſione, & præſentatione tractatur, nam dum non conſtiterit, non privabuntur ſua quaſi poſſeſſione *ex c. conſultationibus*, & his quæ latè adduximus ad principium hujus articuli, at ſi de eo conſtiterit, bene excluderentur à ſua poſſeſſione ex doctrinis hucuſque relatis, ac deſuper, quoniam illa concluſio à principio à nobis adducta, quo præſentatio, ſeu electio ſpectat ad poſſeſſorem, non autem ad proprietatem habentem, locum non habet, quando de
160 tempore collationis, ſeu præſentationis conſtat de defectu proprietatis poſſeſſoris, nam tunc cùm proprietas abſorbeat poſſeſſionem *c. dilectus, de cauſ. poſſ. & propriet.* non ad poſſeſſionem, ſed ad proprietatem habentem ſpectabit, ita eleganter declarat Abb. *in c. conſultationib. n. 9. verſ. quod ego intelligerem, de jur. patron.* Decius *conſ. 126. n. 3. in fi. & conſil. 150 n. 2. poſt medium, verſ. & retenta iſta concl.* Paul de Citadi. *in tract. de jur. patron. 6. p. art. 3. q. 7. n. 16.* Lambert. *in eod. tr. lib. 2. p. 1. q. 3. art. 6. n. 4. verſ. tertius eſt caſus*, Rochus de Curt. *in eod. tract. verb. competens q. 19. ſub. n. 15. & ſeqq.* Rota *dec. 167. n...p 1. diverſ.* Thom. Tib. *dec. Veneta 55. n. 8. ante fin.* qui omnes, ita concludunt, quòd in vacatione beneficii, & ante ipſius inſtitutionem, & proviſionem concurrunt ad præſentandum, Dominus proprietarius, & poſſeſſor, ſi tunc temporis conſtiterit de proprietate juris patronatus, ille huic præfertur, quod etiam fulcitur ex ea doctrina mirabili, ut tunc ſufficiet quaſi poſſeſſio juxta *c. conſultantib.* at ubi agitur de ſtatu beneficii non attenditur ultimus ſtatus ad effectum validitatis collationis, ſi conſtat de contrario, aut diverſo ſtatu anteriori, ut fuiſſe reſolutum in una Ferrarienſ. prioratus 8. Martii coram D. Penna. 1610. teſtatur Grac *de benef. 5. p. c. 5. ſub. n. 58.* ex qua doctrina etiam ſatisfit difficultati, de qua ſuprà *à n. 4.* quoniam in vacatione horum beneficiorum non tractatur de pertinentia collationis, ſed dumtaxat de ſtatu beneficii, an ſit, vel fuerit conſiſtoriale, ut infrà *à n. 193.* diximus.

Deinde facit quia prædicta clauſula irritans d. in-161 dulti Adriani; ex cujus natura, & effectibus defendimus jus patronatus Regium impediens ejus præſcriptionem, tunc procedit, & tunc inficit poſſeſſionem, cæteróſque effectus operatur; quando conſtat obtinere in illo beneficio, nam interim poſſeſſor non privatur ſua poſſeſſione, ſed remediis poſſeſſoris uti poteſt, Caputaq. *dec. 327. ex n. 7. p. 3.* Creſcent. *dec. 6. de reſtitut. ſpolia* Rot. *dec. 3. ſub n 1. de reſtit. ſpolia. in novis* Mandoſ. *in regul. 1. q. 3. ſub n. 5.* Menoch. *de recuper. rem. 15. num. 453. uſque ad 457.* Ant. Gabriel. *lib. 5. tit. de reſtitut. ſpolia. concl. 5. num. 37.* Gonzal. *in regul. de menſ. gloſ. 66. n. 39.* & loquendo in decreto irritanti regulæ alternativæ, & optimè poſt alios *gloſ. 31. à n. 8. & 4.* quia dummodo non conſtat de reſervatione ſuper beneficiis clauſulas irritans effectum non ſortitur, ſecus ſi 162 poſtmodum probetur, ita tenent Puteus *dec. 197. num. 7. lib. 3.* Simonet. *de reſervat. q. 40.* & faciunt quas eleganter adducit deciſiones Rotæ Nicol. Garc. *de benef. 5. p. cap. 1. à num. 430.* ubi ad propoſitum, quod decretum irritans dum non eſt verificatum, non impedit manutentionem poſſeſſionis, quia interim non eſt ea poſſeſſor 163 privandus, nec ab ea ejiciendus, ad quod adducit plures Rotæ deciſiones, & una in *n. 932.* magis facit ad noſtrum propoſitum qua dicitur, Capitulum eſſe manutenendum, in qua poſſeſſione exigendi decimas, &c. non obſtante privilegio, exemptione fratrum quorundam, quia reſpicit petitorium, & eſt dubium, an intret in caſu de quo ibi: nec obſtare decretum irritans, & clauſulam ſublatam, quia ſunt acceſſoriæ, & ſolùm operantur, quando privilegium intrat, ex Geminia. *in c. præſenti in princ. verſ. nota quòd eo viſo.* & ibi Franch. *3. nota de offic. deleg. in 6.* Fabri. *de clauſulis concl. 2. n. 82.* ac ideo ſequitur evidenter quòd Pontifex

ordina

ordinarius, seu alius, qui est in quasi possessione, vel detentatione conferendi, vel præsentandi illud beneficium, neglecto jure patronatus Regio, non est interim illa privandus, nec amovendus, dum de eo non apparet.

164 Circa hoc tamen advertendum est, ut tunc dicetur constare de jure patronatus Regio, quando ipse Princeps in schedula Regali præsentationis missa, atque directa ordinario, ut per eum præsentatum instituat: affirmat beneficium tale pertinere suæ coronæ, in eóque habere jus patronatus, quando scilicet, hæc assertio provenit ex motu proprio ipsius Regis, & ad eum refertur, non tamen quando refertur, ad narrationem præsentati supplicantis, quoniam sub hac differentia expediuntur dictæ schedulæ regales, nam quædam
165 concipiuntur illo priori modo, aliquæ verò hoc secundo, ac propterea quando Princeps affirmat, asseritque ex proprio motu beneficium sui esse patronatus, cum hoc procuravit indagare sacra Cæsarea Majestas, mittendo nuntios Ecclesiasticos personas maximæ fidelitatis, scientiæ, & conscientiæ, per suum Regnum, præcipuè Galleciæ, Astures, & Obiedo, ut inquirerent, & recognoscerent beneficia suo patronatui pertinentia, quòd ipsi nimia industria, & diligentia facere, quæque ejus generis esse invenire per informationem, instrumenta, famam, signa, & similia fideliter retulerunt, Regi invictissimóque tradidere, de quibus est memoria facta in consilio supremo Cameræ.

166 Tunc arbitror sufficere interim dicta tanti & Catholici Principis assertione, quoniam quando ex proprio motu princeps quid asserit, quasi informatus de facti veritate, tunc illius assertioni absque dubio omninóque esse standum, prout arg. text. *in Clem. si summus Pontifex, de sentent. excomm.* Immol. *in Clem.* 1. *de probat.* Lap. *allegatione* 7. & ibi Quintil. Mandos. ejus additionat. *vers. lim.* 2. Alex. *cons.* 112. *visa copia literarum, n.* 5. *vol.* 7. ubi dicit hanc esse communem opinionem, Curtius jun. *cons.* 61. *post n.* 13. Gozadi. *cons.* 8. *n.* 43. Soci. *cons.* 266. *in caus poss. n.* 27. *vol.* 2. Areti. *cons.* 23. *col.* 3. latè Menoch. *cons.* 100. *n.* 24. quod maxime procedit, cùm simus antiquis, in quibus Princeps fundet intentionem suam, nam ejus assertio, & verba probant, etiam in præjudicium tertii, Domin. *in c. si Papa, col.* 2. *de privil. in* 6. Alex. *cons.* 6. *col. fi. vol.* 1. *& cons.* 15. *col.* 2. *volum.* 1. Decius *cons.* 146. *col. penult.* Iss. *cons.* 34. *ad notitia data n.* 9. *vol.* 1. cum cæteris adductis latè per Cravet. *in tract. de antiquit. tempor. c.* 2. *n.* 25. Quintilia. Mandos. ad Lapam *d. alleg.* 7. & hanc sublimitationem accepere omnes limitationes Regulæ dictantis, assertioni Principis standum esse affirmat Joseph. Mascar. *de probat.* 3. *tom. concl. MCCXXVIII.* 118. qui est penult. maximè cùm hujus patronatus cognitio ad illum spectet privativè, non ad judicem Ecclesiasticum, ut inferiùs apparebit.

168 At verò quando in electa Regali schedula præsentationis id asserat ad relationem partis, ut aliquas ego vidi, ita concipi, & narrare, talem assertionem puto, non sufficere quoad impediendam quasi possessionem antiquam, seu antiquissimam aliis pertinentem, qua huic assertioni nullo modo statur nec probat etiam facta motus proprii dispositione, ut firmat Ant. Gabr. *tit. de probat. concl.* 2. post alios Soci. *cons.* 87. *n.* 15. *vers. præterea vol* 3. Corneus *cons.* 312. *n.* 35. *n.* 8. *vo* 2. Immol *in Clem.* 1. *col. penult. de probat.* Mascard. *ubi suprà n.* 66.
169 Rain. *cons.* 30. *col.* 2. *vol.* 1. Decius *cons.* 576. *in fi. & cons.* 606. *n.* 14. & huic nota, quòd verbum (ut accepimus) positum in gratia ad petitionem partis, & non motu proprio facta, ejus narrativæ refertur, non principis assertioni. Gridobonus *dec.* 100. secus in gratia motu proprio, quoniam non ad narrativam partis, sed Principis refertur. Par. *dec.* 101. *lib.* 2. iat verbum ut intelle-
170 ximus) referetur ad partem. Rot. *decisione* 447. *ad prin-*
171 *p.* 1. *diverso.* & verbum genericum, & impersonale (ut asseritur) non censetur prolatum per impetrantem, & ideo ad ejus verificationem non adstringitur Rota *decis.* 60. *& 77. de rescript. in antiq.* Cassiador. *decisio* 4. *num.* 9. *de probation. & decis. ultim. num.* 8. *de jur. patronat.* Rebuff. *in praxi titul. de dispensatione ratione ætatis, verb. ut asserit.* Mandos. *regul.* 34. *de annal. quæst.* 47. *num.* 2. Navarr. *in c. si quando, de rescript.* Cæsar de Gras. *dec.* 48. *n.* 4.

172 Igitur accedendo ad nostrum propositum (à quo propter horum casuum frequentiam longum digressum fecimus) dico, quòd si præsentatus à Catholica majestate ad hujusmodi beneficia noviter inventa suo patrimonio, & coronæ, in quibus (ut diximus) non habuit principium præscriptio, & de hoc jure patronatus in ejus vacatione constitit (ut dictum est nuper) vel aliter etiam adducendo ipse præsentatus coram ordinario aliquas probationes, vel instrumenta sufficientia, tunc si ipse ordinarius non obstante hac præsentatione Regia aliter procedat in beneficii provisione, dicetur contemptum jus patronatus, & per consequens nulla collatio, seu provisio ipso jure *c. decernimus* 16. *q.* Roch. *verb. honorificum num.* 2. Greg. Lopez *in l.* 3. *tit.* 15. *p.* 1. *gl.* 2. Spinius *in specul gl.* 4. *prin. à n.* 96. & ex aliis pluribus, quos exactiùs retulimus superiùs in capite, ubi ex capite nullitatis ex actis apparentis esse appellationi tanquam licitæ deferendum; cum ipsius ratio in promptu esse dicatur, aliasque vim fieri manifestum, sicque esse reponendum, quidquid fuerit attentatum.

173 Ex alio etiam capite hæc violentia elevanda detegatur, quoniam quando in vacatione & provisione beneficii aliquis comparet contradictor, allegans jus patronatus ad se pertinere, antequam ad proprietatem devenietur, audiendus est omnimodo in contradictorio judicio, & causa terminanda per sententiam diffinitivam, ut per Lamb. *de jure patr. in* 3. *art.* 2. *q.* 3. *pr. lib.* 2. & idem Lamb 89. *&* 10. *art.* 1. *q. prin.* 2. *p. lib.* 2. & idem *in* 4. *art.* 11. *q. p.* 2. *lib. n.* 6. *& seqq. fol.* 172. *in magnis*, quòd si judex non fecerit, provisio est nulla ipso jure, ut per eundem Lambert. post Innoc. Abb. Lap. & alios *in* 3. *art. d.* 11. *q. prin. n.* 1. *vers. Lapus autem*, &c. probavi suprà *lib.* 2. *c.* 13. *à n.* 136. *vers.* hucusque dictis utilis suboritur quæstio: ubi pariter verificavi, ex hoc capite appellationi esse utique deferendum quoad utrumque effectum, aliter atque vim heri notoriam etiam in judiciis alias inappellabilibus & privilegiatis non in curatis.

174 Licèt in hoc casu hæc ultima doctrina omnino verificari non potest, cùm coram ordinario de jure patronatus Religio nec discutiendum, nec ventilandum est, sed in concilio supremo Cameræ, ut statim dicam, sive ipse ordinarius vel alter opponat, & replicet de quasi possessione, sive ex parte Regiæ coronæ triplicetur de decreto irritanti, & aliis clausulis Bullarum, ex doctrinis suprà adductis, impedientibus præscriptionem, & inficientibus totaliter possessionem, relictam
175 absque juris adminiculo, & fomento in sola nuda, & inconsiderabili detentatione, & quousq; in judicio Cameræ iste articulus præjudicialis causæ principali terminetur, ordinarius ultra non procedat, sed teneatur supersedere, juxta text *in c. lator. qui filii sint legitimi*, optimum tex. *in c. tuam*, ibi ad examen nostrum (ut pote quæ ad forum ecclesiasticum pertinet) esse delatam, *&c.* (donec jam dicta causa Natalium Apostolico judicio finem acceperit, patienter expectes, *&c.*) *de ord. cognit.* quod procedendo ad ulteriorem provisionem beneficii si pars adhærens Cameræ Regiæ appellaverit, appellationi esse deferendum reponendumque esse omnia postmodum attentata, declarabitur, quoniam est justa, & legitima, etiam in judiciis aliàs inappellabilibus tum quia interponitur ab intricato, & inordinato processu *ex*

176 *eodem c. tuam*, ibi nihil alind esse, quàm diversis processibus intricare, per negotium, & confusione quadam judicii ordinem perturbare, *&c.*) ut exactè probavi suprà *lib.* . *c.* 18. *à n.* 30. ubi latissimè per totum cap. hunc articulum examinavi, & infrà 3 *p. c.* 13. *per tot.* & probat text. *in c. exhibita, de jud.* ubi Abb. & Felin. *n.* 6. *& in c. exceptionem n.* 25. *de except.* Bald. *in l.* 1. *C. qui accus. non poss.* Bart. *in l. ait prætor* §. *permittitur ff. de min.* Domin. *in c. excep.* 3. *q.* 6. tum etiam quia procedit ordinarius tempore quo ejus officium debet conquiescere, & dilatione pendente, & etiam remissione, quod est attentatum notorium ex doctrinis vulgatis.

Et licèt hæc proximo præcedenti articulo procedant & locum habeant, quando sacra Majestas præsentavit in vacatione beneficii hujusmodi, vel intra ter-
177 minum à jure patronis datum (ut diximus) tamen cessant, quando præsentavit post dictum tempus vel fortè post longam, aut longissimam possessionem ipsius ab aliquo rectore vel beneficiato, ut aliquando fit, quoniam tunc non est cogendus ordinarius, ad faciendam institutionem, quousque ipse talis vincatur, & per sententiam, diffinitivam, & executoriales declaretur, jus patronatus ad Regiam coronam spectare, tum quia *d. c. decernimus*, 16 *q.* 7. dum annullat collationem factam ab Episcopo spreto jure patronatus, limitatur communiter, si ipse patronatus intra tempus concessum ad præsentandum reclamaverit, & contradixerit cùm etenim nullitas sit lata in ejus favorem; intelligitur si ipse contradixerit, ut latè superiùs probavi hoc in capite. Deinde quoniam quando beneficium juris patronatus vacat de jure, licèt non de facto, vel quan-
178 do privatus est rector eo ipso jure ob aliquod delictum, etsi patronus possit præsentare, non est à possessione avocandus possessor, quousque citatus, sententia declaratoria feratur, ut tenet latè Roch. de Curt. *de jur. patron. verb. honorificum n.* 86. *&* 87 & tunc appellabilis fit declaratoria quoad utrumque deferendum, latè diximus suprà 3 *p. c.* 7. *à n.* 66. in responsione ad primum argumentum contrariæ, & in ipso primo argumento *à n.* 1.

Et facit, quoniam quando lis vertitur super proprie-
179 tate juris patronatus, si quidem vertatur inter patronos, ipse est præferendus in præsentatione, qui est in quasi possessione, & ultimo statu præsentandi, ut suprà dixi, & ita præsentatus, licet postea ab altero patrono evincatur per sententiam, & executoriales jus ipsum patronatus, non est removendus à possessione ipsius beneficii quod retinet omnimodo, cùm teneat institutio, ut probat expressè text. *in c. consultationib. de jur. patr.* cujus ista est vera conclusio, ut probant Zerol. *in prax. p.* 1. *verb. jus patr. vers.* 16. & omnes *in d. c. consultationib.*
180 Covar. *in pract. q.* 14. *n.* 2. & Caved. *de patr. Regiæ coronæ c.* 8. *n.* 3. optimè etiam & latè à Perez de Lar. *in tr. de Capell. & anniver. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 40. *& seqq.* qui etiam probant, procedere d. text. conclusionem, quando lis est inter duos collatores, ut sustineatur collatio à possessore facta, nec provisus removetur, etiam victo autore suo. Si autem non inter patronos, sed inter Episcopum, & patronum lis mota sit, ille liberæ collationis, esse beneficium certans, iste juris patronatus, & ad se spectan-
181 tis, si ipsi ordinarius collitigans tunc contulerit, evicto postea jure patronatus per sententias, per verum patronum poterit removeri sic provisus. Sic optime Caved. & Lara post alios *ibi*, poterit tamen ipse ordinarius tunc ponere œconomum in beneficio, juxta *c. cum vos de off. ord.*

182 Limitatur *d. c. consultationibus*, secundùm Caved. *de patron. Regiæ coro. d. c.* 8 *sub num.* .. in patronatu Regio; nam licèt lis vertatur inter procuratorem Regium & alios patronos evicto jure patronatus coronæ per sententiam: ut præsentatus Rector à patrono putativo, qui erat in quasi possessione, amovendus sit, à beneficio, non obstante dispositione *d. c. consultat.* rationem reddens: quod cùm ab hoc ut præsentatus sustineatur, requiritur quasi possessio ex parte præsentantis, seu eligentis, gl. *ibi verb. credetur l.* 9. *tit.* 15. *v.* 1. ubi Gregor. *verb. tuviesse.* Roch. de Curt. *de jur. patron. verb. competens, q.* 19. *n* 39. *& seqq.* Put. *dec.* 189. *lib* 1. Roland. *cons.* 48. Gutier. *cons.* 4 *n.* 3. at cùm patronatu Regio deficiat hoc requisitum, siquidem contra illud non detur quasi possessio, & detentatio est sine effectu, & juris fomento, ac per consequens institutus & præsentatus à putativo patrono absque titulo, ideo amovendum esse eum, dicit ille, & faciunt quæ adducit *c.* 7. *limitatur insuper d cap. consultationibus*, prout limitavimus superius *sub. n.* 159.

Item pariter limitatur, ut procedat, quando agitatur 183
lis super proprietate, non autem quando inter patronos & electores, collatoréve agitur super possessione aliquo remedio possessorio, intentato, quia tunc qui obtinuit, declaratus verus possessor, est in pristinum statum restituendus, ut tradit ipse Caved. *d. c.* 8. *n.* 8. quem sequitur Perez de Lar. *in d. lib.* 2. *c.* 9. *sub. n.* 41. per tradita à Luca de Penna *in l. si coloni, n.* 4. *C. de agricol. & censib. l b.* 11. quia tantùm afferet restitutio, quantum abstulit 84
spolium. Bar. *in l. qui proprio* 46. *ff. de procurat.* Tiraq. *de retra. lib.* 1. §. 1. *gl.* 14. *n.* 74. quæ aliter non fiat, nisi ab instituto relinquatur Ecclesia, qui omnes Caved. scilicet *ibi n.* 10. *&* 11. & Lara sequuti Rebuff. ad constitutiones Galli. *tit de mater. poss. art.* 1. *gl.* 2. *n* 16. *&* 27. advertunt in litibus super spolio, citandos esse Episcopum, patronum (si Ecclesia est patronata) & institutum, seu aliàs provisum, cùm omnes dicantur spolium fecisse, nemini igitur dubium est, ut negatum jus patronatus debeat per legitimos tramites evinci.

Nec sic evicto jure patronatus coronæ prima sen- 185
tentia exequenda est hoc casu, nullum siquidem privilegium habet, sed supplicationem omnimodo admittit, & quousque in gradu remissionis confirmetur, præsentatus adhærens Cameræ non est in possessionem beneficii mittendus. Probo, aut enim lis hæc vertitur 186
super beneficio simplici, aut super curato. Primo casu appellarioni ab institutione, electione, seu provisione beneficii deferendum est, quando per sententiam, & in contradictorio judicio terminatur, secus quando extrajudicialiter; latè Lambert. *de jur. patr.* 8. 9. *&* 10. *artic.* 1. *q. prin.* 2. *p. lib.* 2. & idem Lambert. *in* 3. *art.* 2. *q prin. eadem* 2. *p. lib.* 2. & nos latè *supra lib.* 1. *c.* 13. *a num.* 153. ubi amplissimè & luculenter *à prin. & infra c sequentia n.* 31.

At si simus in beneficio curato, & incidit in ejus 187
provisione aliqua exceptio, vel quæstio juris patronatus, & similium, licèt ipsa provisio sit facienda per sententiam difinitivam, & in contradictorio judicio, prima sententia executioni demandatur, quando beneficium curatum est vacans, & sine rectore propter maximum animarum periculum, justè à jure consideratum, ex his quæ exactissimè per nos *lib.* 2. *c.* 13. *&* 3. *p. c.* 4. *à n.* 52. *& supra*, at si Rector aliquis in possessione, & sit non vacans curatum, cùm cesset ratio periculi, appellatio sententiæ effectum suspendit quoad utrumque, quousque possessor per tres conformes, & executoriales vincatur, latissimè probavi superiùs *hoc lib.* 3. *c.* 9. quoniam possessor beneficii omnino est ab ea per tres conformes non aliter avocandus, ex his quæ latè & optime per Nicolaum Garc. *de benef.* 6. *p. cap.* 2. *à n.* 109. *cum seqq.* & latè nos 3. *p. c* 4. *a num.* 52. *& supra, & a n.* 67.

Hic necessarium unum valde utile non omittam, 188
cujusnam status an Ecclesiastici an secularis judicibus hujus patronatus cognitio tam in proprietatis, quàm in possessionis judicio pertineat, siquidem videatur in- 189
dubitatum ex determinatione tex in *c. quanto*, *de judiciis*, & de jure patronatus tanquam spiritualibus annexo

annexo sit judicandum, ac de ipso principali spirituali, ac ideo ad forum Ecclesiasticum spectat cognitio.

190 Nihilominus tamen illud est specialissimum in causis Ecclesiasticis, & inter personas Ecclesiasticas, quæ sive in possessione, sive in proprietate Regium Coronæ patronatum attingant, vel aliàs sint Regalia, Regem, ejúsque consilium cognoscere, essèque usu receptum, & permissum non solùm in Hispania, verum

191 etiam in regnis Galliæ, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ testatur Aufr. *in addit. ad. Capell.Tholos. dec.* 165. *n.* 25. *versic.* 25. *fallit.* & quæ tradit Zuch *alleg.* 8. *n.* 14. *vers. verum* Stephan. Aufr. *de potest. secul. super Eccles. fall.* 25. Costalius *in l. de qq. ff de legibus*, quos duos citat, sed non sequitur Mart. *de jur.* 2. *p. c.* 4. *n.* 1. Joan. Garc. *de nobilit. gl.* 9. *num.* 24. *& seqq.* post. Spec. *tit. de compet. judic. additio.* §. *generaliter num.* 2. *versic. quarto* Guillel. Benedict. *in c. Raynutius verb. & uxorem in* 2. *n.* 62. *fol.* 84. *de testam & n.* 74. 78. *&* 79. optimè Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *num.* 213 & facit etiam Concil. Trid *sess.* 22. *de reformat. c.* 3. ubi jubetur Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis visitare hospitalia, & con-

192 fraternitates, seu universitates scholarium, in quo excipiuntur, quæ sub regum immediate protectione sunt, fundatur in antiquissima & immemoriali consuetudine, qua potest acquiri, quod etiam per privilegium Romani Pontificis, & cùm hoc jus patronatus sit de regalibus, nimirum; ut Rex hanc præeminentiam acquisierit.

193 Sed aptior illa consideranda erit ratio, ut scilicet in Regio consilio non agitur de jure Regio patronatus in consistorialibus competente, quia de eo nec dubitatur, nec dubitari etiam potest, nec institutio, aut collatio ibi fit. (quo casu loquitur Mart. *de jurisdict. 2. p. c. 4. à princ. fol.* 266.) sed tantùm agitur de qualitate extrin-

194 seca Ecclesiæ, contenta in indultis, Bullis, & donationibus Pontificalibus, an scilicet sit consistorialis, necne, quod nihil spiritualitatis comprenhendit, sed nudum factum.

195 Certissimè namque juris est; ut super donatione juris patronatus facta per laicum posse judicem secularem cognoscere condemnare, & compellere donatorem, ad implementum, ut tenent Ant. de Butr. *in c. quanto*, & ibi Abb. *in fi. de jud.* Feder. de Senis *cons.* 192. *facta est lex* Aufr. *in tr. de potest. secul. in Eccles. regul.* 4. *fall.* 21. Lamb. *de jur. patron lib.* 3. *q* 8. *art.* 8. *n.* 6. *vers. & quia judex secularis*, fatetur (quod est miraculum) *Matt. tract.*

196 *de jurisd.* 2. *p. c.* 4. *n.* 16. *fol.* 264. ubi loquitur etiam de promittente donare hoc jus patron. ut ad compellendum sit competens judex secularis, ergo à fortiori poterit cognoscere de qualitatibus inhærentibus, & insertis ipsi donationi, ut puta dono tibi jus patronatus, quod in tali collegiali, habet, vel in Ecclesia sanctæ

197 Mariæ, *&c.* vel in capella talis monasterii; nam si de hujusmodi qualitatibus, & indemntitatibus dubitetur, quis dubitat, posse eumdem cognoscere judicem, & quia de facto rei spiritualis judex laicus competens est, ut plusquam notum est.

Et hodie in Hispania pro evitanda competentia, quæ quotidie super hujusmodi juris patronatus Regii co-

198 gnitione oriri solebat, inter supremum justitiæ Consilium, & Consilium Cameræ per quod expediuntur scedulæ præsentationis in eis sacra Catholica Majestas pro evitandis etiam partium expensis immensis, aliisq; inconvenientibus inde sequutis; jussit, & expedivit nonnullas scedulas Regales, quibus inhibuit omnibus tribunalibus supremis, consilio & Regiis Cancellariis, disponens quòd quando contigerit dubitari, seu litigium moveri super jure patronatus suæ coronæ, vel quomodolibet illi attingat, super aliquo canonicatu, ratione, Abbatia, Prioratu, Prælatia, aut præbenda majori, vel minori, vel aliquo quovis beneficio, hujus dubietatis cognitionem pertinere privatè suo consilio Cameræ, ut constat ex scedula expedita anno 1593. die 17. Martii, ibi, *quando se dudasse* (& ibi, *pertenesce à mi consejo de Camara privativamente,*) & alia anno 1588 die 16. Januarii, & alia anno 1603. die 7. April. ibi. *y por esta inhibo al dicho mi consejo Real y Cancillerias y otros quales quiera mis tribunales. y juezes de qualquier calidad, estado y condicion que sean, para que en ninguna manera cognoscan ni puedan tratar ni cognoscer de las* 199 *dichas causas de patronaygo, &c.* Et hinc est, ut suprema tribunalia non se intromittunt cognoscere de violentiis factis à judicibus Ecclesiasticis ordinariis in hujusmodi causis, & negotiis juris patronatus Regiæ coronæ, sed illa videnda & tollenda remittunt ad supremum 200 Cameræ Regium consilium, prout ego multoties vidi in hoc Senatu Gallogræco, licèt in delegatorum violentiis, qui emanant à superioribus, ad quos recursum fuit per præsentatum à Regia corona aliquo ex modis inferiùs descriptis aliter observatum vidi, & super eis determinatum in prædicto senatu.

Nam tunc quemadmodum judices ipsi Ecclesiastici superiores eorúmque delegati licitè possunt cognoscere 201 de nudo gravamine ob non admissam præsentationem Regiam ab inferioribus ordinariis facto abstracti à cognitione juris patron. Regij, secundùm ea quæ mox dicenda sunt: pariter & tunc poterunt tribunalia Regia cognoscere de violentiis in hujusmodi processibus, accidentibus, & commissis, quia semel jam prohibitionem evasit, & semel effecta res alienabilis, semper remanet alienabilis, juxta ea quæ alibi latè dtximus.

Et unum te adverto, quòd si præsentatus à sacra 202 Catholica Majestate intimaverit primam Regiam cartam ordinario, ut examinatus, & approbatus instituatur, ordinario recusante, recurrit ad supremum consilium Cameræ cum responsione, & petit secundam cartam, & tunc non ita facilè conceditur sed differtur expeditio multoties, quousque clariùs appareat, & verificetur, jus patronatus Regium intrare in illud beneficium cum citatione ordinarii & interesse putantium; si tamen hoc satis constare, & apparere videatur Regio prædicto consilio, secunda carta expeditur, qua jubetur, ut instituat sic præsentatum. Si autem evidenter hoc apparuerit à principio, vel quia sacra Majestas invenitur in ultimo statu præsentandi, vel quasi possessione, vel paulò ante habuisset, vel in iis beneficiis, in quibus hucusque in dubium revocatum non sit, nec dubitatum, ad se jus patron. pertinere, sine difficultate expediri mandatur.

Et jam hodie nisi in iis casibus relatis nulla solet ex- 203 pediri scedula, imò etiam prima præsentationis denegatur, nisi priùs legitimè de jure Regio patronatus doceatur: & quidem justissimè, quoniam experimento cognovit senatus Cameræ, ut prætextu, & occasione juris patronatus Regii, tot privilegiati à jure, multi possessores inquietabantur injustè, & in vacantibus impediebantur, hac via provisiones ordinariorum, litésque portrahebantur in infinitum, non sine magno dispendio, & sumptibus ligigantium. Quare nisi legitime priùs constiterit de jure patronatus Regio (ut in iis casibus modò relatis *d. n.* 201.) porta non aperitur in illis, tamen non solùm prima præsentatio, sed & secunda jussio expeditur, non aliter.

Cui si adhuc obedire, & obtemperare neglexerit or- 204 dinarius, vel procedendum est usque ad diffinitivam sententiam in senatu Regio super jure patronatus, vel tandem arbitror tertiam cartam, & jussionem expediendam, & cum ea procedendum esse ad executionem pœnæ impositæ à jure Episcopo, & aliis personis Ecclesiasticis nolentibus obedire, adimplere, nec obtemperare provisionibus, & mandatis Regiis, suique consilii, cùm ad id omnimodo teneantur (maximè cùm ad eum hujus juris pertineat cognitio privativè)

Divus

Divus Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. Soto lib. 4. de just. de jur. quæst. 4. art 2. colum. 2. in fi. cum seqq. Suar. in repet. l. quoniam in priorib. limit. 2. leg. Reg. num. 14. ad fin. C. de inoffi. dot. testam. Navarr. in manual c. 25. num. 9. Azeved. in l. 13. num. 6. tit. 3. lib. 4. recopil. cujus ea pœna est damnare prælatum in temporalibus, & eum ut extraneum habere à Regno, Paul. de Castr. in l. addictos num. 6. C. de Episcopali audientia. l. quicunque, ubi etiam Paul. eod. tit. Guillelm. Benedictus in c. Raynut. verb. & uxorem 2. num 155. ad fin. & num. 161. & seqq. Gened. in collecta. ad decret c. 37. fol. 54. num. 9. Azeved, in l. 12. n. 10. tit. 1. lib. 4. recopil. alios allegat Gasp Rodrig. de annu. red. lib. 1. c. 17. num 67. plures congerit Bobadil. in polit. lib. 2. c. 8. num. 61. litera A Pedemont. dec. 30. n. fi. ad fi. Carol. de Grass. l. 2. Regal. Franc. jur. 7. col. pen. & nos latè diximus supra lib. 1. c. 2. à num. 265. cum multis seqq.

205 Et ita hoc jure utimur, quoties non obtemperant Prælati Ecclesiastici provisiones supremorum tribunalium, quibus jubetur, ut deferat appellationi, & attentata injustè reponat; quo quidem casu attentè procedendum est. Interim tamen ordinarius curet, omnino conquiescere in causa, nam si ad ulteriorem provisionem beneficii hujusmodi vacantis devenerit;

206 sciat, vim facere manifestam, ac propterea appellationi ab eo per præsentatum à Rege, seu procuratorem ejus interpositæ non detulerit, & repositerit, in supremo Cameræ senatu adeundo per viam violentiæ, eam feciss, declarabitur; reponique interim omnia attentata, mandabitur, ex his quæ per c. tuam, de ord. cognit. & c. lator. qui filii sint. leg. suprà dixi à n. 174. cum sequentibus.

207 Alia est via jure Canonico aperta, huic præsentato à Rege, ut si non instituatur ab Episcopo, imò eo negligente, per duos menses à die præsentationis computandos, differat institutionem; potest per viam aditus, seu querelæ recurri ad Metropolitanum, vel ordi-

208 narium viciniorem pro nanciscenda institutione, nam licèt jure communi attento, nullum sit tempus præscriptum ordinario ad institutionem faciendam præsentato à patronis, sicuti præfixum est ad conferendum beneficium ex text. in cap. 2. de conces. præbend. tradit Lamber. de jur. patron. lib. 2. 3. p. q. 2. (& ex Doctoribus inferiùs allegandis) art 6. hodie tamen prædictorum duorum mensium terminus præfixus est à motu proprio Pij V. incipit in conferendis, qui est 20. in ordine qui loquitur in Parochialibus, & sic ait ad medium:

209 Data tamen de Parochialibus juris patronatus optione ipsis patronis, ut si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinariis illam facere negligentibus, & ultra dictos duos menses differentibus, possint pro hujusmodi institutione obtinenda; habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorem ordinarium, vel ad Sedem Apostolicam, &c.) & superiùs ibi, petatur institui, institutióque ipsa per duos menses, à die præsentationis dilata fuerit, &c.) cujus etiam meminit Spino. in tract. de testam. gl. 4. prin. n. 95.

Et hoc præsentationis tempus non currit à tempo-

210 re, quo fit instrumentum præsentationis à patrono; quia illa non dicitur præsentatio, sed nominatio. Sed quando præsentatus offert se in præsentia ordinarii personaliter, non alio modo, quoniam ad faciendam institutionem requiritur præsentia præsentati, ut ordinarius possit examinare illum, & cernere an sit idoneus, & per Ror. dec. 3. de jur patron. in novis. Sequitur Zerol. in prax. Episcop. 1. part. verb. jus patronatus ad septimum. Lambert. de jur. patron. lib. 2. p. 1. q. 4. prin. art. 16. n. 1. & 2. & optimè explicat, prosequitur plures citans Riccius in prax Ecclesiast de jur. patron. decisio. 156. facit l. confectaneum Cod quomod. & quando judex l. 1. in princ. ff. de verbor. obligatio. & an & quando præsentatio sit necessaria personaliter, vide quæ latè per Nicol. Garcia. de benef. 4. part. c. 1. 4 n. 16 cum pluribus sequentibus, ubi tractat tam in Parochialibus, quàm in simplicibus.

At in beneficiis simplicibus aliis extra curata, si ordinarius vel alius habens instituere, aut confirmare, aut conferre beneficia resignata, ex causa permutationis: sit negligens & differat, seu recuset id facere, cùm 211
non sit de jure ei terminus aliquis præfixus, recurrendum erit ad superiorem, nempe, Metropolitanum; seu Legatum, aut Nuntium, qui tempus præfigat, intra quod il facit, quo elapso ipse supplebit, vel compellendo, vel instituendo, vel confirmando, &c. tenent 212
Abb. in c. 2. de conces. præben. num. 12. & 13. Roch. de Curt. de jur. patron. verb. honorificum. num. 55. Paul de Citadi. in eodem tractatu 6. p. artic. 3. num. 103. Rebuff. in prax. benefic. titul. devolut. num. 6. & in concordatis, tit. de Regia ad Prælatur. nominatio. §. 1. verb. intra sex menses. Lamber, de jur. patr. 3. p. 2. lib. quæst. 2. articul. 6. & 7. Selva in tractatu de benefic. 3. p. quæst. 6. n. 1. & sequentibus. Anastas. Germon. de indultis Cardin. Philip. Franc. in c. unico de rerum permutatio. lib. 64. num. 10. & ibi Zebar. num. 137. Zerol. in prax. Episcop. verbo beneficium §. 3. & verb. jus patron. §. 8. 3. dub. & 2. p. verb institutio. Azor. instit. moral. lib. 7. cap. 30. q. 2. qui loquuntur generaliter & indistinctè in omnibus beneficiis, immemores motus proprii Pij V. cujus supra meminimus, disponentis in Parochialibus, ubi & quòd hic præsentatus possit ab hujusmodi tarditate Episcopi, 213
appellare, ut proximus superior, vel terminum inferiori statuat ad instituendum, quo elapso & institutione non sequuta, ipse instituat, tenet ultra citatos Franc. Mar. dec. 451. quæritur, de tempore num. 2. & dec. 491. n. 1. p. 1. & per gl. & in c. cum Bertol. de re judic. & Mandos. cons. 7. sub num. 13. Joan. Hieron. Camp. diverf. jur. cano. rubrica 11. c. 13. num. 474. fol. 398. & moventur per text. in c. cum nullius de jur. patron. quem bene in proposito interpretatur Campanil. ibi. Landerch. cons. 141. post Roland. consil. 22. à n. 6. vol. 1. Menoch. cons. 59. vol. 3. alios citat Aloys. Ricc. in prax. Eccles. de jur patron. dec. 159. per totam.

Quæ doctrina intelligenda est, quando ordinarius 214
absque justa & legitima causa recusaret admittere præsentatum, tunc enim à præfata non admissione conceditur appellatio; secus enim si legitima adesset causa, gl. in c. nullus, de jur. patron. Archidiac. in c. 1. 85. d. Gemini. & Franc. in c. 1. num. 16. & seqq. de jur. patron. in 6. Aloys. Ricc. in prax. Eccles. jur. patron. c. 159. 215
num. 73. & n. 7. qui dicit, quòd hoc casu non poterit superior instituere, nec inferiorem ad id compellere, arg. text. in c. in liter. 63. d.

Inter causas verò legitimas connumeratur, maximè 216
si præsentatus esset persona indigna, quia ultra quod privantur patroni pro illa vice, jure præsentandi, excusatur insuper ordinarius illum reiiciens secundùm Ricc. ubi proxime n. 74. qui in causa sibi delegata, ita judicasse secundùm hanc opinionem firmat.

Et hoc remedio multi præsentati à Rege utuntur, 217
imò eo etiam potest uti Cameræ consilium, ut data hac negligentia, & recusatione in ordinario expediendo scedulam Regiam cum relatione casus & negligentiæ prædicta, directam vel viciniori ordinario, vel Metropolitano ipso, ut præsentatum instituat, istáque via mihi magis suavis videtur, & minùs prolixa, alia etiam ei via & remedium scilicet appellationis ad nuntium, 218
vel superiorem Ecclesiasticum; difficile tamen videtur, ipsum posse se intromittere, quoniam ad reponendum gravamen, de quo conquæsierit præsentatus de ordinario, necessariò est cognitorus de causa, & se informare ex actis; ut cognitio juris patronatus ad consilium secu-
lare Cameræ priva ivè spectat, non ad Ecclesiasticum judicem, cujus judicium dum se intromittit in simili causarum cognitione; justè solet declinari, hæcque via jure improbabilis videtur.

Sed

219 Sed adhuc defendi poteſt ſtylus vulgaris, quo extat introductum appellari ad nuntium ab ordinario non admittente præſentatum à Rege, ſublata & amota difficultate inconvenienti relato, & quidem abſque cognitione juris patron. Reg. ex illo capite, quoniam quando judex ſecularis, caſu quo aliquam à ſe latam ſententiam contra perſonam, & bona Eccleſiaſtica tulerit, & pro ejus executione requiſierit judicem Eccle-
220 ſiaſticum, ut ſuum officium, & auxilium impartiatur, ipſéque protervus ſit,& negligens;poteſt ad ſuperiorem Eccleſiaſticum recurrere, ut illum compellat impartiri, & hoc abſque nova citatione,'& nova inſpectatione proceſſus facti ab eodem ſeculari, ut dicit Iſſ. *in l. à Divo Pio. §. ſententiam Romæ, ff. de re judic.* Quæſada *diverſarum quæſtionum c. 9. n.* 13. Covarr. *in pract. q. c.* 10. *n.* 1. *verſ. eadem ratione.* Avil. *in c.* 21. *præto. verb. uſurpan. num.* 21. Villalo *in ærario commun. opin. liter.* 1. *num.* 165. Azeved. *in l.* 15. *num.* 10. *tit.* 1. *lib* 4. *recopil.* & ſic hoc mo-
221 do videtur poſſe ſuſtineri recurſus hujuſmodi ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ut ordinarium compellat inſtitutionem facere, vel ipſe faciat, quod poteſt (ut ſupra dictum eſt) abſque eo quòd ſe intromittat in cognitione juris patronatus Regij, nec in proceſſu fulminato in conſilio Cameræ, ſed dumtaxat de intimationibus ſcedularum regalium, & de præſentatione, ac de ordinarii reſponſionibus, replicationibúſve & ejus protervia,negligentia,& contumacia, præfatæ doctrinæ argumento, & faciunt ſingulariter quæ dixi infrà 4. *p. c.* 5. *verſ. illud tamen ſingular. à num.* 33. *cum. ſequentibus.*

222 Et ad illud, quod dictum fuit ſolere declinari Nuntij reverendiſſimi juriſdictionem:reſpondetur, procedere, quando non ad compellendum tantùm,ſed voluit intromittere Nuntius in juris patronatus Regij cognitione ad petitionem ordinarii, puta, ſeu ab eo proviſi,excipientis coram eo de jure,& præſcriptione ordinarii,& non juris patronatus Regii, cujus articuli, ſeu quæſtionis incidentis, ſolet peti remiſſio ad conſilium Cameræ, & à contrario appellari, conteríque de violentia coram eodem conſilio Cameræ, ubi paſſim declaratur vim facere Nuntium, & ſic dicendum eſt, ut quemadmodum poteſt iri ad ſuperiorem, imò ad ordinarium viciniorem per viam recurſus,& querelæ, ita & eodem modo, & via per appellationem poterit ad ſuperiorem recurrere, qui dumtaxat de gravamine illato ab ordinario cognoſcit, ſcilicet de ejus protervia.

Et ut huic brevi diſcurſui finem imponamus,& illud animadvertendum, ut Reges Catholicæ Hiſpaniæ
223 ſunt veri patroni Eccleſiarum Cathedralium horum regnorum ac etiam Prælatiarum, & Abbatiarum conſiſtorialium eorumdem, jure, antiquáque conſuetudine, ac conceſſionibus, & indultis ſummorum Pontificum un conſtat *ex l.* 1. *titul.* 6. *del Patronazo real. lib.* 1. *recopil.* item etiam affirmant Reges Catholici Ferdinandus & Eliſabeth, Toleti anno 1480. ut conſtant *ex l.* 3. *eodem titul.* ad Regiam coronam ſpectare jus patronatus *de algunas yglesias Parochiales de las montañas que ſe llaman Monaſterios, ò ante yglesias, o ſelegreſſias*, per ra-
224 tiones traditas *à l.* 18. *tit.* 5. *p.* 1. ibi, *eſta majoria & honra han los Reyes de Spaña por tres razones : la primera, porque ganaron las ſierras de los Moros, y ficieron las meſquitas yglesias, echaron de y el nome de Mahoma y metieron y el nome de nueſtro ſeñor Jeſu Chriſto : la ſegunda porque las fundaron de nuevo en lugares donde nunca las ubo : la tercera porque las dotaron y demas les ficieron mucho bien*, &c. eandem rationem reddunt glo. *in c. Adrianus* 2. 63. *d.* Palac. Rub. *in tractatu de benef. vacan. in curia* §. 8. & §. 4. idem *in introductione rubricæ de donatio. inter virum & uxorem n.* 24. Navarr. *in c. novit.* 2. *nota corollario* 34. *n.* 11. *de judiciis. c. nobis*, &c. *ſpecialiter. de jur p tr.* Bal. *in proœmio decr. verb. Rex pacific.* Bonif. *in peregr. verb. electio q.* 1. *fol.* 158. Gregor. Lopez *in d. l.* 18. *verb. antiqua* Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordina. colum.* 251. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopila.* gloſſator. *regul. Cancella.* 40. Covarr. *in regul. poſſeſſor.* 2. *p.* §. 10. *num.* 5. & 6. Spino *in tract. de teſtam. gl.* 4. *n.* 13. Quinta Duen. *Eccleſiaſt. l.* 1. *c.* 5. *num.* 4. Cæned. *in col.* 510. *decretal. num.* 3. Joan Gutierr. *pract. lib.* 3. *q.* 13. *num.* 72. Queved. *de patron. Regiæ coronæ.* Camil. Borell. *de regis Cathol. præſtant. c.* 50. *ex n.* 37. & *c.* 1. *n.* 6. & plures citat. Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 116. *littera D.* ubi latè, & ſpecificam reddit rationem acquiſitionibus patronatus Regii eorum beneficiorũ,de quibus *in d. l.* 3. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopil.* & ſuperiùs etiam *n.* 215. meminit etiam prælatiarum, & Abbatiarum conſiſtorialium jure, & conſuetudine, ac Apoſtolicis conceſſionibus Regibus patronatus competere, & apparet ex dictis Bullis, & privilegiis, ſcilicet Adriani VI. Clementis VII. & Pauli II. ſuperiùs relatis.

Quibus etiam inſuper conceſſa fuere omnia monaſ- 225
ſteria conſiſtorialia horum Regnorum Hiſpaniæ, ut conſtat ex d. Bulla Adriani VI. *ibi*, nec non monaſteria quæcunque conſiſtorialia, &c. (& idem reperitur ex d. Bulla Clementis VII. *ibi*, nec non monaſteria conſiſtorialia,) & hujus bullæ Adriani VI. facta Carolo V. Hiſpaniarum Regi, de hujuſmodi Beneficiorum præſentatione, & jure patron. meminit Navarr. *in cap. nullam* 18. *q.* 2. & Caved. *de patronat. Regiæ c.* 24. *n.* 4.

Et iſtud jus patronatus dicitur jus Regale, & inter 226
cætera Principis regalia computatur, firmat Camil. Borelli *ubi ſuprà cap.* 5. *n.* 7. & *in num.* 26.

Circa proviſionem autem Epiſcopatuum Hiſpaniæ 227
(ut apparet ex dictis juribus) videtur fuiſſe varietatem, nam tempore Gothorum electio Epiſcoporum fiebat ab ipſis Regibus, text. *in cap. cum longè* 63. *d.* quod eſt Concilii Toletani XII. *c.* 6. (ubi fuit ita declaratum) & tradit Doctor Villalpando *comment. in Concilia Toletana c.* 39. & *per d.c. cum longe*, & ibi glo. dicit Guillel. Benedict. *in c. Raynu. deciſ.* 2. *verſ.* & *uxorem nomine, ſub n.* 373. *in fin.* & *ſub. num.* 376. *ad medium, verſ. nam idem factum fol.* 32. quòd per Eccleſiam univerſalem Hiſpa- 228
niarum, & ejus prælatos, Regem Hiſpaniæ fuiſſe in effectu redactum ad jus ſuum eligendi, quòd priùs habuerat, ſecundùm *d. glo. in princ.* prout contigiſſet in Regno Franciæ, ut latè ibi refert.

Poſtea verò nunciata priùs Regi morte Epiſcopi, 229
& ab eo petita licentia eligendi ſucceſſorem, electio fiebat à Capitulis, & electio præſentabatur Regi, &c. *l.* 3. *tit.* 3. & *l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinam.* quorum memenit in propoſito Palac. Rub. *in repet. c. per. veſtras in rub. in introductione n.* 5. Nicol. Gar. *de benef.* 5. *p. c.* 1. *ſub. num.* 216. de qua conſuetudine loquitur etiam text. *in d. c. cum longè*, & ibi Doctores, & *in c. perlectis* 63. *d.* & *in c. Abba-* 230
tes 18. *q.* 2. & per Compoſtella. *in c. quod ſicut, de electione, colum. antepenult. verſ. Principi præſenti* cujus meminit Henric. *in c. nobis, de jur. patron. col m. penult.* Archidiacon. *in c. Reatina Eccleſia* 63. *d.* ubi quòd propter ab entiam Regis nunciationem faciendam fuiſſe vicem gerenti, Paul de Liazar *in repeti d c. nobis de jur. patro.* Bald. *in c. cum conſuetudinis, de conſuetudine.* Aug. *in l. adoptio* 2. *col. in fi. de adoptio.* Sicul. *in c. P. & G. de off. delega.* 40 *colum* & *in c. quod tranſlationem, col.* 17. *de off.* 231
deleg & *in c. ex ſuſcepto col.* 17. *de jor. competen.* quam conſuetudinem juri conſonam, reputat Innocen. *in c. quod ſicut, de electio.* quem alii ſequuntur ibi,præſertim Abb. *col.* 3. & *in c.* 1. *colum. penult.* & *in c. cum terra in fi. de electione*, & text. ſecundùm unum intellectum *in c. cum inter univerſas*, ibi mandamus quatenus invocata Spiritus ſancti gratia perſonam idoneam per electionem canonicam concorditer aſſumaris ad regimen Capuanæ Eccleſiæ, conſequenter ad audientiam noſtram nuntios idoneos tranſmiſſuri, per quos à nobis vice Regia poſtuletis aſſenſum, & Apoſtolicæ confirmationis gratiam requiratis (ad idem text *in d. c. cum terra* ibi, quo facto non prohibemur, quin Regis, ſeu Patriarchæ, qui pro tempore fuerint, requiratur aſſenſus) tex. *in c. innotuit*,

&c

de electione, text. *in c. quod sicut eodem tit.* ibi ; cum in ea nihil attentatum fuerit præjudicium Regiæ dignitatis, quia non simplex nominatio, sed solemnis electio debet Principi nuntiari, *&c.*) & etiam est text. *in d. c. Reatina*, *& in c. perlectis*, *& in c. nobis*, *& in c. principali*, *& in d. c. cum longè* 63. *d.*

231 Nunc verò præsentatio fit à Rege, juxta *d l. recop.* & notant Gregor. Lop. *in d.l.* 18. *tit.* 5. *p.* 1. Bobadil *in polit. lib.* 2 *c.* 18. *n.* 223. Nico. Garc. *de benef.* 5. *p.c.* 1. *n.* 216. *in fin.* & ideo bene dicit *gl. in d.c. cum longè*, quod nihil hodie subtrahitur Regi Hispaniæ, quia sicut priùs eligebat & nominabat, ita & nunc, tenet etiam Restaur. *in tract. de Imperatore q.* 10. *n.* 16. Conrad. *in templo judicum. lib.* 1. *cap.* 2. §. 3. *n.* 14. Joan. de Selva. *in tract. de benef.* 7. *p. q.* 23. *n.* 44. Corset. *in tract. de potestate q.* 55. cum aliis per eos allegatis, Mart. *tract. de jurisd.* 2 *p. c.* 40. *n.* 13. *fol.* 261.

232 Qui *n.* 14. dicit Ecclesiam Romanam magno prosequi favore Regem Catholicum, qui propter suam, & suorum ministrorum religionem ea majori fruitur Potentia, ditione, & magnitudine, quam nemo hucusque Rex, vel Imperator fuerit consequutus, de cujus Regnorum & statuum titulis scribit Sebastian. Munsterus *in Cosmographia universali de Hispania c.* 2.

233 Et hujus juris Regii patronatus præcipuum fundamentum esse privilegium Apostolicum, quod habent Reges Hispaniæ, de quo *in l.* 1. *recop.* firmat Nicol. Garc. *ubi proximè d.* 5. *p. cap.* 1. *n.* 217. quod vidisse testatur Gregor. Lopez *ubi suprà*, & meminit Palac. Rub.
234 *in repetit. rub. in introductione sub n.* 34. *circa principium.* & dicitur in bullis Episcopatuum, & pensionum super eis impositarum secundùm Garciam ibi refert etiam Pater Mariana *in historia Hisp. cap.* 16. *ad fin.* ubi ait, quòd cùm super hoc fuisset controversia, Sixtus IV.
235 concessit perpetuò Regibus Castellæ, quòd ad Episcopatus eligerentur per eos nominati, & petiti, de quo etiam *lib.* 5. *c.* 5. *& lib.* 26. *c.* 5. ait quòd Papa Adrian. VI.
236 concessit Carolo V. Imperatori Regi nostro & ejus successoribus jus præsentandi Episcopos Hispaniæ, qui antea providebantur ad supplicationem Regum, de quo etiam meminit Gil. Gonz. *in sua historia de Salamanca lib.* 3. *c.* 18.

237 Et quales quotque Archiepiscopatus provideat Rex Catholicus noster invictissimus tam in Hispania, & Lusitania, quam in Neapolis Regno, & in Sicilia, & in Regno Sardiniæ, & in ducatu Mediolanensi speciatim
238 refert Marta *in tract. de jurisd.* 2. *p. c.* 40. *n.* 15. *fol.* 261. ubi singillatim refert *à principio d. cap.* omnes ferè Principes, & Reges Christianæ Religionis, simile habere privilegium, ut de Rege Apuliæ, imperatore, Rege Neapolis, Rege Ungariæ, Normandiæ, & Angliæ, Franciæ, & Hispaniæ, latè prosequitur post plurimos Doctores ab eo citatos Mart. *d. c.* 40. *per totam*, & Selva *de benef. p.* 2. *q.* 23. Restaur. *tr. de imperatore q.* 100. quòd
239 modò omittere licet. Imò de jure communi omnes Reges majorum Ecclesiarum sui Principatus affirmant esse patronos, Archid. *in c. perlectis* 63. *d.* Bal. *in c. quanto de judi. col. ult. & proœmio Rex pacificus col.* 2. Anton. Corsetus *in tract. de excellentia Reg. q.* 34. Covarr. *in regul. poss. 2. p.* §. 10. *n.* 5.

Causa enim hujus Regiæ præeminentiæ, origóque & principium illud præcipuum (dempta fundatione,
240 & dotatione) esse potest, quoniam de jure Rex potest objicere, quòd Episcopum electum habet suspectum, quo probato electio retractanda est, ut dicit Innocent. *in c. super his de accusat.* refert Abb. multis in locis, & dicit singulare *in c. super his column. & in c.* 1. *de elect.* Felin. *in d. c. super his*, ubi multos citat Germ. *in c. inno. col. fin.* 21. *d.* etenim & regis interest, nosse qui sint qui Ecclesias intra ejus provincias sunt administraturi,
241 sicuti adnotarunt dicti doctores Ab *in cap. ex parte de testib. & in c. quod sicut de electio.* gl. *in c.* 62. *d.* Corset. *in tract. de exul. regis quæst.* 11. Joann. Selva. *in tractatu de benef.* 2. *p. q. fin.* Guillel. Benedic. *in c. Raynut. in verbo & uxorem nomine n.* 367. *testam.* Joann. Igneus *in repet. l. necessarios* §. *non alias n.* 331 *& seqq ff. ad Syllania.* Joann. Ferrar. *in tract. de insigni pecul. Regum Franc.* 9 *jur.* Carol. de Graff. *lib.* 2. *Regalium Franc. jur.* 3. Cassaneus *in catal. glor. n p.* 5. *consideratio* 24. *num.* 294. Petrus à Sancto Blasio *in directorio electio p.* 1. *c.* 6. Cov. *in repeti. regul. possessor.* 2. *p.* §. 10. *sub. n.* 5. Marta *tract. de jurisdict.* 2 *p. c.* 40. *n.* 26. *&* 27. *fol.* 262. de quo per nos latiùs agendum est commodiori loco infrà 5. *p. cap.* 1. dum de bullarum retentione erit explanandum. 3. tom. in die (Deo dante) edendo.

Hinc reprehensione digni sunt Joann. Igneus *in re-*242 *pet. l. necessarios* §. *non alias n.* 33. *ff. ad Syllanianum*, & ante eum Joann. Ferrald. *in tract. de insigni. Reg. Franc. jur.* 3. asseverantes Hispaniarum Reges hoc jus eligendi, & nominandi Prælatos habuisse ratione concessionis, quæ Carolo magno Imperatori ac Gallicano Regi concessa fuerat.

Quod quidem evidenter falsum esse, probant magni243 ac fide dignissimi nominis Doctores ex historiis, & Chronicis, prout Carolus de Grassalis *lib.* 2. *Regalium Franciæ jur.* 3. *contra Ferraldum*, non tamen citato Igneo, latissimè Covarr. *in prælect. regul. possessor.* 2. *p.* §. 10. *à n.* 16. qui *ad fin.* etiam id firmantem refert Lugdunensem ad edictum Henrici Regis *p. ult. n.* 39. *& seqq.* novissimè Camill. Borell. de Regis Catholicis præstantia *c.* 50. *ex n.* 36.

Dicit itaque Quintana-Dueñas *in suo Eccles. lib.* 2.244 *c.* 5. *fol.* 46. *&* 47. hanc consuetudinem nominandi prælatos esse jam immemorialem, etiam ante nativitatem Caroli Magni, quoniam sive accipiamus computationem temporum, quam facit Covar. ubi suprà, habito respectu & principio à tempore, quo celebratum fuit prædictum Concilium Toletanum secundum quod firmat Cov. prædictum concilium præcessisse nativitatem Caroli Magni ferè sexaginta ann. ejus autem principatum plus quam octuaginta, sive autem accipiamus computationem factam per Camill. Borelli, ut scilicet Concilium Toletanum præcessisset imperium Caroli Magni, & per centesimum vigesimum unum annum antea.

Hoc enim modo hanc computationem facit Cov.245 *dum. n.* 6. in hæc : Hoc verò jus secluså præscriptione, semoto item Romanorum Pontificum privilegio deducitur Concilio Toletano XII. *cap.* 6. etenim sub Agathone aut Leone II. Romano Pontifice anno 1. Ervigii Gothorum Regis, qui Hispanias obtinebat, nativitatis Domini Jesu Christi anno 785. authore Roderico Archiepiscopo Toletano *lib.* 3. *c.* 12. qui ex Æra Cæsaris annum computavit septingentesimum vigesimum tertium.) & hanc computationem latissimè prosequitur.

At Camil. Borelli. *ex d. numero* 36. dicit, quòd præ-246 sentandi jus & nominandi prælatos fuit anno circiter 669. in anno primo Agathonis Papæ, quo tempore fuit facta illa declaratio Concilii Toletani, in quo supponitur longo ante tempore, Regibus Hispaniæ jus illud competisse, & cùm illud concilium fuisset in primo anno Regis Ervigii, qui tempore Agathonis Pontificis regnavit dicto anno. 679. & sic per centum viginti uno circiter annos, anteaquam Carolus Magnus potiretur Imperio, & sequitur Quintana-Dueñas ubi suprà, dicit hanc consuetudinem nominandi prælatos esse immemorialem ante natum Carolum anno 695. tempore Regis Ervigii Gothorum, ut tradit Asphons. de Cartha. Archiepiscopus Burgiens. *in anacephaleos. Hispanorum Reg. c.* 40 & Roder. Arch. Tolet. *de regib. Hispan lib.* 3 *cap.* 12. Joann. Magnus Archiep. Upsalens.247 *in Historia Gothorum lib.* 16. *c.* 23. itaque quacumque computatione admissa sunt concordes omnes, ut ad minus

minus 80. annosante Caroli Imperium, præcessisse Toletanum Concilium, claréque falli, & decipi Igneum & Ferradum.

248 Redeundo igitur ad beneficia consistorialia, de quibus in dictis indultis, & privilegiis Pontificalibus supra adductis; attende, quòd licèt beneficia Consistorialia in duplici genere reperiantur, alia appellantur, Consistorialia, quia reperiuntur scripta, & annotata in libris cameræ inter Consistorialia, sed de illis ex consuetudine non providetur Consistorialiter, hoc est, in Consistorio Papæ, ut tradit Caputaq. *decis.* 17. *& dec.* 19. *lib.* 1. Flamin. Paris. *de resign. benef. lib.* 8. *tom.* 2. *q* 6. *n.* 1.

249 *&* 2. alia sunt Consistoriana beneficia, hac ratione ita dicta, quia de eis disponit Papa in Consistorio coram Cardinalibus; Lapus *alleg.* 44. *col.* 2. latè Mandos. *in regul. de annal. quæst.* 16. *n.* 2. Rebuff. *super concord. ad præsentat. nominat. facien. vers. Consistorialiter.* Staphil. *de liter. gratiæ* §. *decem. n.* 67. *vers. quia* Petr. Gregor. *Syntagmate jur. lib.* 15. *cap.* 4. *n.* 15. Sarner. *in regul. de annal. q* 24. Mohedan. *decis* 140. Put. *decis.* 502. *lib.* 2. & Glossator Hi-

250 spanus Soto & Rebuf. & etiam Mandos. *in regul.* 2. *Cancellariæ*, quæ quidem beneficia Consistorialia sunt monasteria virorum, ita docet Ludovicus Gomez *in regul. de subrogandis q.* 15. *ad fin.* Caved etiam *de Patronat. Regiæ coronæ cap.* 24. *n.* 1. Mandos. *in regul.* 2. *Cancellæ q.* 3. & non solum sunt Monasteria, sed Abbatiæ,

251 Prioratus, & aliorum Regularium præfecturæ virorum, ut declarat Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 8. *d. tom.* 2. *q* 5. *sub. n.* 6. *& ad fin.* 25. hæc omnia quæ de providendis, *&c.* idem Flamin. *ibid. q.* 6. *n.* 3.

252 Et nota, quòd horum Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Consistorialium valor æstimatus, & taxatus est in libro Consistorialium, & ipse valor attenditur in impetratione illorum, juxta quem fit compositio annatæ, ut latè Gomez. *in regul. de valor. ex prin. in impetra benef. q.* 3. *ad fin.* clariùs per ipsum Gomezium *ibi in præfatione vers. sed ulterius præmittendum*, &c. at-

253 tende ulteriùs quòd Clemens VI. per unam Regulam Cancellariæ, quæ est 2. in ordine, quam ad literam adducit Nicol. Garc. *de benef. 5. p. cap.* 1. §. 4. *in prin.* aliud agens, reservavit sibi horum beneficiorum consistorialium Monasteria virorum, non omnia; sed illa dumtaxat, quæ excedunt valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione, *ibi*, nec non omnia Monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentium, & voluit, quod excessus hujusmodi in literis exprimatur, *&c.*) de qua Regula ultra Glossatores scilicet Hispanum Sotum, Rebuffum, & Mandosium ibi ad id eam refert Gomez *in regul. de subrogand. col. q.* 15. *ad fin.* & idem *in regula de valore exprimen. q.* 3. *ad fin.* apud quem ibi *in præfatione d. vers. & sub eadem moneta*, &c. & iterum *in q.* 9. *ante fin.* §. *consequenter*, text. hic, videre

254 poteris de origine, & genere hujus monetæ Floren. & de vario ejus valore, & quod in Camera Apostolica in taxis pro ducato de Camera capitur, & alia multa de hac moneta Florenorum ibi vide.

255 Et adverte quoniam multi doctissimi hujus regulæ, & doctorum sumpta occasione falsò asseverant, ut beneficia consistorialia esse monasteria, & similia supradicta quæ excedunt valorem ducentorum Florenorum auri, quoniam in hujusmodi beneficiis consistorialibus non est appositus valor nullus, sed omnia Monasteria virorum Abbatiæ, Prioratus, *&c.* sunt de jure consistorialia, & per consistorium providenda, cujusvis valoris esse contigerit, ut expressè colligitur ex eademnet regula Cancellariæ, dum reservavit Pontificis provisioni ea omnia Monasteria excedentia illum valorem prædictum, ita ut alia omnia Monasteria ad illum non accedentia, sed imò minoris sint, ut non reservata remaneant consistorio, ut antea, & sic dicas, quòd beneficia consistorialia non requirunt aliquam summam,

& valorem, ut talia dicantur, & taxa horum beneficiorum posita in libro consistorii non est facta, ut tanti, vel quanti esse debeant beneficia consistorialia, sed verus valor, & æstimatio uniuscujusque beneficii, sive magna sit, sive parva, ibidem est apposita, ut sciatur, & cognoscatur quantitas annatæ præstandæ, ut per Gomez *ubi suprà in d. regul. de valore ex prin. d. q.* 3. *ad fin.* itaque non in valore consistit beneficium esse consistoriale, sed in ejus qualitate; scilicet: an sit monasterium virorum & similiter. 256.

Attende insuper, quòd cùm de jure omnia Mona-256 steria virorum, Abbatiæ, Prioratus, & aliorum Regularium præfecturæ sunt providendæ in consistorio Papæ, & ex hoc dicantur beneficia consistorialia ex supradictis, non sequitur, nec est bonum argumentum: hoc beneficium non est scriptum in libro, vel à consistorio non fuit hactenus provisum, ergo non est consistoria-257 le, potuit enim probabiliter non omnium dictorum beneficiorum habere notitiam Summus Pontifex, & sic nunquam illa providisse, & per consequens nec esse scriptum in libro, non enim hoc præjudicat Veritati, ut quotiescumque contigerit, constare, & apparere, aliquod beneficium esse, vel fuisse Monasterium virorum, Prioratum, vel Abbatiam: ut possit consistorialiter provideri, sufficit enim, ut sit illius qualitatis, ut consistoriale dicatur, non enim in provisione beneficii consistit, esse consistoriale, sed in natura, & qualitate ejus, pro quo eleganter facit, quod dicit Flamin. Paris. *de resignat.* 258 *benef. lib.* 2. *quæst.* 2. *n.* 9. quòd si aliquis dicat de beneficio, quòd est consistoriale, non consuevisse consistorialiter provideri, ei incumbit onus probandi, testaturque ita fuisse in Rota determinatum in una Nolan. 2. Junii anno 1559. Caputaq. *decis.* 17. *lib.* 1. ex quo constat, quòd etsi beneficium non provideatur consisto-259 rialiter, nihilominus consistoriale esse, si sit generis, & naturæ beneficiorum consistorialium, monasteria virorum scilicet, quemadmodum & è converso, non omnia beneficia, quæ sunt scripta in libro Consistorii providentur consistorialiter, quia multa sunt in eo scripta, quæ nihilominus ita non providentur, sed ut alia cætera, ut tradit Caputaq. *decis.* 19. *lib.* 1. *& d. decis.* 17. Flam. Paris. *ubi proximè n.* 10. idem Flamin. Paris. *de resign. be-*260 *nef. lib.* 8. *tom.* 2. *q.* 6. *num.* 1. *&* 2. maximè quia de jure ad probationem scriptura non requiritur, nisi in casibus specialiter ab eo expressis, ut vulgare est.

Quod & comprobatur insuper, nam licèt aliqua Ec-261 clesia reperiatur descripta in Catastro Episcopi inter Ecclesias Collegiatas, nihilominus non habetur pro Collegiata, quia descriptio illa non probat Ecclesiam Collegiatam, juxta sententiam Barbariæ *in cons.* 19. præclarè *consil.* 17. *n.* 3. *&* 4. *vol.* 1. *arg. l. non ob hoc, C. unde cognatis l. non nudis, & l. nec tales C. de probat.* cui sententiæ proculdubio convenit, quod traditum est ab Ab post alios *in c. dilecta de excessib. præl.* Aquil. *decis.* 100. optimè Mascar. *de prob. tom.* 2. *concl. DLXXXIV. n.* 11. ubi etiam congerit multa signa, per quæ Ecclesia 262 probatur, seu præsumitur Collegiata.

Et ita communis est stylus & praxis in Hispania quòd ad hoc ut beneficia dicantur consistorialia, ali-263 quem valorem non requiri, nec scriptum esse in libro Consistorii Romanæ Curiæ, sed sufficiat realiter constare, ac apparere esse, vel fuisse monasterium Conventuale virorum, ut intrent privilegia, & indulta Romanorum Pontificum, concedentium horum consistorialium jus patronatus Catholicis Principibus Hispaniæ, & ita pluries fuit in ejus favorem determinatum, & sententiatum in Concilio supremo, & Cancellaria Vallisoletana in multis causis Prioratuum, habitis priùs fide dignis informationibus, ac instrumentorum & testium literatorum, & fide dignorum Curialium præsentatis à Procuratoribus Cæsarii patrimonii attento stilo Romæ, etiam si ex adverso fuisset probatum,

& authenticè verificatum, prædictos Prioratus, & Abbatias non esse scriptas in libro consistorii, de quo sunt plures informationes & sententiæ, & executoriales apud Secretarium Cameræ Regiæ, ex quibus omnibus instrumentis, bullis, prôcessibus, informationibus, Cartis Regiis, sententiis, relationibus, & executorialibus, utriusque tribunalis tam consilii supremi Justitiæ quàm
264 Cancellariæ Vallisoleti fide dignam scripsit, redditque relationem ad mandatum consilii Cameræ Secretarius Franciscus Gonzal. de Heredia illius Secretarius, vir nimiæ fidelitatis, ac vitæ exemplaris, quæ relatio præsentata fuit, & exhibita ipsi consilio: testatur itaque,
265 evictum esse pro parte Cæsareæ majestatis Prioratum S. Joan. de Caveiro, Prioratum S. Mariæ de Sar, & Prioratum Breami, omnes diœcesis Compostellanæ, ac pariter Prioratum de Juimqueira de Ambia Aurien sis diœcesis, Sancti Michaël de Descalada diœcesis Legionensis, & Abbatiam Burgi hundo diœcesis Abulen. Abbatiam S. Mariæ de Aguas santas diœcesis Aurien sis, Abbatiam de Caba donga diœcesis Obetensis, & beneficium quod vocant commendam Monasterii *de nuestra Señora de Castellanos*, Hospitalis S. Mariæ de Hiermo, & nunc recuperata est Abbatia de Camba diœcesis Aurien sis, & alia plurima sunt beneficia in quibus nunc de novo per recuperationem quotidie præsentat Cæsarea majestas, præsertim in hoc Gallo græco Regno, quorum lites nunc pendent. Prioratus etiam S. Mariæ del Campo civitatis Concinæ diœcesis. Compostel recuperatus est.

266 Et quales sint præsumptiones legitimæ, & adminicula probandi jus patronatus in antiquis, vide multa, optimáque, & elegantia post Lambertinum, & plurimos alios Mascard. *de probat.* 2. *tom. concl.* 959. *& concl.* 960. *vero jus patronatus, & concl.* 1217. *& seqq.* quos referens sequitur Cavedo *in tract. de patr. Regiæ coronæ cap.* 34. *per totum.*

267 Unum tamen te adverto, quòd sacra Catholica Majestas non indiget iis præsumptionibus, quibus probatur jus patronatus, de quibus per eos DD. quoniam ipse non tractat de probanda præscriptione juris patronatus, quia hoc ille negans audiendus non est, cùm illud satis habet fundatum ex tot privilegiis, & consuetudi-
268 nibus in beneficiis consistorialibus suorum regnorum: sed tractat dumtaxat verificare, qualia sint, vel fuissent hujusmodi beneficia, quæ est multo minus rigerosa probatio, & hoc cum simus in antiquis, seu etiam antiquissimis, ad præsumptiones, adminicula, & famam erit recurrendum.

269 Et sic inspiciendum est, an Ecclesia de cujus recuperatione ad Regiam coronam tractat, habeat arma regalia, vel aliqua similis Regalis insignia, quæ monstret, fuisse alicujus Monasterii virorum, juxta illud Lucæ 20. Ostendite mihi denarium, cujus habet imaginem & inscriptionem? & respondentes dixerunt, Cæsaris, Et ait illis: Redite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei Deo.) *l. qui libertatem §. ult. & l. fin. ff. de oper. publ.* quoniam hæc in antiquis non contemnendæ au-
270 thoritatis, & probationis sunt, ut loquendo in antiquis juris patronatus dixit plures allegans Zerol. *in prax Episcop. 1. part. verb. arma §. 2.* latè Menoch *de præsumpt. lib. 3 præsumpt.* 137. *n.* 31. post Ripam, & idem *in lib. 6.*
271 *præsumpt.* 73. *n.* 8. cum res ejus esse præsumitur cujus est signum, & marcha, *l. quod stigmata Cod. de fabricens. lib.* 10. *l. quod sine qua, ff. de pericu. & commodo rei vend.* & ex eo arguitur dominium, Boërius *decis.* 105. *n.* 9. Ge-
272 nuens. *decis.* 201. *n.* 3. Mascar. *de probat. concl.* 157. *n.* 3. Perez de Lara *de anni. & Capell. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 36. *& seqq.* latè prosequitur Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 64.
273 & quilibet insignis artifex potest prohibere, ne alius suo signo utatur, tradit Avend. *lib.* 1. *de exeq. man. c.* 19 *n.* 32. Marien s. *in l.* 6 *tit.* 12. *gl.* 1. 2. *& 3. lib.* 5. *recop.* An. Gomez *in l.* 45. *Tauri n.* 77. Lara *ubi proximè.*

Item maximi momenti est & probationis Epitaphia, seu literæ scriptæ in lapidibus antiquis, quibus adhi-274 beri fidem testatur Brixian. *de finibus regundis. c.* 67. *n.* 2. qui loquitur in lapidibus Ecclesiæ, & etiam Zerola *in prax. Episc.* 1. *p. d. verb. arma. §.* 2. Bar. *cons.* 135. *Guid. Pap. quæst.* 341. *n.* 5. Perez de Lara *in tract. de Capellaniis lib.* 1. *cap.* 25. *n.* 33. facit glos. *in c. cum causam* ibi, columna vel lapide.) *de probatio.*

Et loquendo in juris patronatus antiqui probatione, consulit Bal. *cons.* 320. *vol.* 5. Mascar. *de probat. concl.* 958. 275 *n.* 28. *tom.* 2. ubi plures allegat, & Menoch. *de præs. lib.* 3. *præsumpt.* 90. *n.* 10. *& d. præsumpt.* 75. *n.* 7. Ubi loquitur de inscriptione in lapidibus, parietibus, & monumentis Ecclesiæ. Et procedit, quoad jus patronatus ipsius nominati & scripti, & descendentium ab illo causam habentium, vel quando aliàs dicta Epitaphia mentio-276 nem faciunt de familia, probant legitimè Lambert. *de jur. patron.* 2. *part. art.* 4. *q.* 10. *prin. lib.* 2. *n.* 11. *& art.* 10. *quæst.* 9. *n.* 2. Mascar. *de proba. ubi sup. n.* 2. Caved. *de patron. Regiæ coronæ c.* 31. *n.* 10.

Et generaliter loquens de inscriptione in lapidibus, 277 & monumentis, & parietibus antiquis positis in loco publico, ut his etiam in magnum præjudicium alterius fides adhibeatur, sitque plena & perfecta probatio, optimè & latè examinat. Menoch. *ubi supra lib.* 2. *præsumpt.* 59. post glos. *in c. cum causam de probat.* Specul. *in tit. de probat. §. videndum vers. restat nono.* Imol. *in cons.* 60. Decius *cons.* 135. *col.* 1. Purpura. *in l.* 1. *n.* 155 *ff. si cert. pet.* Bar & Bal. *in l. monumentorum C. de relig. & sump. fun.* Calcaneus *cons.* 99. *n.* 8. Marsil. *in rubr. C. de probat. n.* 191. Alva *in cons.* 64. *n.* 27. Cravet. *in tract. de antiq. temp. in* 1. *p. prin. n.* 13. *&* 14.

Item etiam historiis, & Chronicis fides maxima ad- 278 hibenda est circa hoc, juxta *l.* 1. *ff. de off. consu.* Caputaq' *decis.* 190. 2. *p.* Zerol. *in praxi Episc. d* 1. *p. verb. arma §.* 2. Roderic. Suar. *allegat.* 8. *n.* 21. Tiberius Decian. *consil.* 21. *num.* 19. *vol.* 1. Hieron. de Monte Brixiano *de finibus regund. cap.* 62. *n.* 9. Baraon. *in addit. ad Palatium Rub. in rub. de donat. inter introduct. n.* 2. *lit. A* Avill. *in cap. præto. in præmio verb. y Reina, n.* 9. Mascar. *de proba. concluf.* 287. Joan. Garc. *de nobilit. gl.* 18. *n.* 10. Lasarte de Gabell *in præfatione n.* 23. *&* 25. & quod jus patronatus antiquum probetur ex antiquis annalibus, eisque esse credendum, dicit Reip. *in l.* 1. *n.* 73. *ff. si cert. pet.* & ibi Pur- 279 purat. *num.* 30. *&* 54. Idem Rip. *in c. cum Eccles. n.* 97. *de caus. poss. & propriet.*

Et unum non omittas, quod dicit Vallas. *de jur. En-* 280 *phyteu. quæst.* 19 *n.* 26. *vers. rursus cum dico*, obtinuisse in causa ardua, quasdam Ecclesias ad jus patron. Regium pertinere ex eo dumtaxat quod in libro censuali posito in archivo Ecclesiæ majoris Episcoparus Conimbr. ubi scriptæ erant Ecclesiæ, & reperiebatur scriptum in margine libri (Regis est) nec profuisse possessori ducentenarium, nec etiam immemorialem præscriptionem 281 probatam, cùm in patronatibus regiis non currit præscriptio. Sequitur Caved. *ubi supra quæst.* 34. *n.* 3. *&* 5. ubi ad id citat Rebuff. *in* 4. *tom. ad leges Gallic. titul. de mater. possess. in præfatione n.* 133. qui declarant ibi, quando tales libri antiqui, quibus communiter creditur, vel 282 reperiantur in loco, ubi solùm servantur authenticæ scripturæ, essèque ita articulandum.

Ex quibus deducitur, quòd licèt superiùs dixeri- 283 mus, in bonis majoratuum præscriptionem locum habere immemorialem, fallit, quoties constat ex initio, aliqua bona esse majoratus, sive ex incorrupta & indubitabili fide testium, vel ex scripturis authenticis, non erit locus præscriptioni in talibus bonis, etiam si sit centenaria, ut latè probat post alios Mieres *tractat. de majorat.* 4. *p. quæst.* 1. *num* 53 *& supra à n.* 29. & fulcitur ex doctrina Avend. *in tract. de exequend. mand.* 1. *part. c.* 12. *n.* 6. *fol.* 75. ubi tradit, quòd quandiu constat, quòd 284 bona sunt de platea, vel de fossa, vel exitu civitatis

sunt

ſunt impræſcriptibilia, præſuppoſito & conſtito quòd talis ſit platea tam ampla, ſubque talibus confinibus, nam conſtito de qualitate ex ipſa rei natura, res eſt impræſcriptibilis, ſequitur Mier. *ibi num. 52. vide ſupr. à num. 149.*

285 Et generaliter quòd immemorialis præſcriptio non ſuffragatur, quando conſtaret de invalido, & injuſto principio, atque infecto titulo, quia tunc nihil operatur, quantumvis legitimè probata fuerit immemorialis, probant Pariſ. *de conſiden. quæſt.* 28. Gonzal. *in regul. de alterna. gloſſ.* 18. *num* 48. Triviſ. *deciſ.* 55. *n.* 64. Riccius *in prax. Eccleſ. jur. patron. deciſ.* 144. *n.* 18. ubi dicit Sacram. Congregat. Concilii ita cenſuiſſe. Veral. *in deciſ.* 214 *p.* 3. Creſcent. *in deciſ.* 21. *n.* 4. *de probat* Cardinal. Put. *deciſ.* 189. *num.* 5. *lib.* 1. *& in deciſ.* 222. *lib.* 3. *& deciſ.* 436. *lib.* 2. Rot. *diverſ. in deciſ.* 731. quia cùm conſtet de veritate
286 infecti tituli, & principii, & ſic ſimus in claris, ceſſat præſumptio, quæ ex præſcriptione immemoriali reſultat, ex Doctoribus citatis, quia etiam loquuntur in jure patronatus, exemplificat Riccius poſt Gonz. *ſuprà.*

287 Ceſſat etiam prædictæ immemorialis præſcriptio & effectus, quando conſtaret de mala fide *ex c.* 1. *de præſcript. de c. fin. eod. t.t.* prout deciſum refert Mynſinger. *centur.* 1. *obſ.* 30. Jafred. *in dec.* 69. Balb. *de præſcript. p.* 3. *tit. de bona fide quæſt.* 6. Riccius *in praxi juris patronatus d. deciſ.* 144. *ſub. n.* 18. *verſ. ſecundus eſt caſus.*

288 Hinc inutile non erit, quærere, an jus patronatus pertinens Regiæ coronæ & donatum à Rege alicui perſonæ, ſive Eccleſiæ, retineat ſuam primævam naturam patronatus Regii: In quo duo ſunt caſus diſtinguendi,
289 nam aut hæc donatio eſt abſolutè & ſimpliciter facta, nihil juris per Regem retentum in eo, & tunc dubium non eſt, amittere ſuam primævam naturam, & variari, regularique ſecundùm naturam, & qualitatem donatarii, text. optimus *in cap unico §. fin. de jur. patron. in 6.* Rochus de Curt. *verb. jus quæſt.* 7. *n.* 14. Lambert. *de jur. patron. lib.* 1. *quæſt.* 1. *art.* 8. Rebuff. *in prax. beneficia tit. de præſentat. num.* 5. *&* 7. *&* 3. *part. ſignaturæ, verb. nec non juris patronatus n.* 8. Creſcent. *deciſ.* 3. *de jur. patr.* Duar. *de ſacris Eccleſiæ miniſter. lib.* 5. *cap.* 4. Didac. Perez *in l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordina. gloſſ.* 1. Spino. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 4. *n.* 16. Mandoſ. *in regul.* 1. *Cancella. quæſt.* 10. *n.* 6 Covarru. *in pract. quæſtio. cap.* 36. *n.* 2. *&* 5. Flamin. Pariſ. *de reſig. benefic. lib.* 2. *q.* 4. *n.* 39. dicentes omnes, quòd, etſi aliquod
290 jus patronatus originem habuerit ex patrimonio laïci, & per conſequens quòd ſit laïcum; ſi tamen fuerit, vel ab initio, vel poſtmodum fundatione, teſtamento, donatione, aut alio quovis titulo in Eccleſiam tranſlatum, aut in capitulum, ſeu Collegium Eccleſiaſticum, vel aliquam perſonam Eccleſiaſticam; erit omnimodo hujuſmodi jus patronatus Eccleſiaſticum, & amiſſa ſua primæva natura.

291 Quod & inſuper probatur; nam licèt Papa mihi conceſſerit caſtrum de plenitudine poteſtatis, poterit nihilominus contra me præſcribi, quia mea poſſeſſio non eſt Papalis, ita docet Bald. *in repet. l.* 2. *colum.* 5. *in* 7. *quæſt. C. de ſervit. & aqua.* ad quod allegat. text. *in l. ſed etſi reſtituatur ff. de jud.* & ut ſingulare commendat P. *in tractatu de præſtantia Card. in* 2. *part.* 1. *p. col.* 1. Socin. *concil.* 93. *circa primum col.* 6. *verſ ad quintam rationem allegans l. ſi fundum per fideicomiſſum §. fin. cum ibi notat. de leg.* 1. *l. cum patronus de leg.* 2. latè Philipp Decius alios allegans & declarans *in l. omnibus cauſis, ff. de regul jur. & conſ.* 48. incipit *privilegium immunitatis*, alios ad idem congerit Tiraq. *in tract. de cauſ. ceſſante à n.* 217. moti omnes ea potiſſimum ratione, quia per variationem & mutationem perſonæ, alteratur, & variatur privilegium: & optimè conducunt ad propo-
293 ſitum, quæ poſt alios dicit Nicol. Boër. *deciſ.* 256. Avend. *de excuſand. manda* 1. *p. cap.* 1. *ſub. n.* 21. *verſ. quibus poteſt accommodari, & duobus præcedentibus*, quibus conſtat, quòd qualitas Regia non tranſit cum re in privilegiatum donatarium, ubi plures allegat, & ideo juriſdictio Regis licet non poſſit ultra immemorialem præſcribi, tamen contra privatum, in quem ex privilegio ab ipſo Rege tranſlata eſt, tempore ordinario præſcribitur, quòd latè comprobat. Sed an Princeps poſſit 294
hoc jus patron. conceſſum à Summo Pontifice in beneficiis conſiſtorialibus alicui donare, latiùs examinabimus 295
infrà 5. p. tom. 3. prope diem edendo.

Aut enim hæc à Rege donatio facta ſui juris patronatus, non eſt abſoluta, & ſimplex, ſed in emphyteuſim 296
ad duas, vel tres vitas, vel in perpetuum in feudum, juxta notata per Alvarum Vallaſ. *de jur. Emphyteut., quæſt.* 50 *n.* 23. & latè Lambert. *de jur. patr. 7. q. prin. 2. p. lib.* 1. ubi diſputat poſt alios, an & quando jus patronatus in feudum dari poſſit, & cum articulis ſequentibus ejuſdem quæſtionis, & an in emphyteuſim, etiam vide eundem *in 8. q. prin. 2. p. lib. 1. art.* 4. puta quando adhæret caſtro vel villæ Regiæ in feudum conceſſæ, tunc cùm directum dominium (ut ita dicam) remaneat penes Regem ipſum, & in Coronam incorporatum, *juxta totum tit. C. de jur. emphyteu. & in decretal. de feudis, in teſtam. de feud. in uſibus feudorum*, tunc arbitror, tale jus patronatus retinere ſuam primævam & originalem naturam, & ut bona Regiæ coronæ regulari, ita dicit Caved. *in tract de patron. Regiæ coron. cap.* 4. *num.* 6. & hoc 297
caſu cauſa, àqua procedit origo attendenda eſt, *cap. dudum* 1. *de electio.* cùm ipſa cauſa adhuc duret, illud ſiquidem quod contingit ex cauſa de præterito, ad tempus cauſæ primæ, & præteritæ referendum eſt *l in ra-* 298
tione in prin. §. Imperator, ff. ad l. Falcidiam, l. Pompon. 2. *de negotiis geſtis*, latè Rodrig. *de redit. lib.* 2. *q* 17. *n.* 25. *per totum*, & ita etiam ex ratione à nobis ſuperiùs tradita dixit idem Caved. *ibi. q* 5. *n.* 3. *&* 4. quod donatio 299
ſui juris patron. facta à Rege in Eccleſiam deſinit eſſe ſeculare, & efficitur totaliter Eccleſiaſticum ex mutatione perſonæ, *d. cap. unic. de jur. patr.* quod ſecus erit ubi non abſolutè facta ſit donatio, ſed in feudum, juxta ſecundum membrum noſtræ diſtinctionis.

Quemadmodum etiam, quòd Epiſcopus, cujus di- 300
gnitati annexa eſt ex donatione puta, aliqua altera temporalis, puta, Ducatus, Comitatus (quod poteſt eſſe ut per Abb. *in c. inter dilectos n.* 5. *de fide inſtrum.* Molin. *de primogen. Hiſpan lib.* 1. *c.* 13. *n.* 97.) habuerit aliquod jus patronatus, ratione hujus dignitatis temporalis, judicabitur Eccleſiaſticum, enimvero cùm Comitatus ſit Eccleſiæ, & jus patronatus Comitatus, ſequitur, quòd Eccleſiaſticum ſit, habetque cauſam à Comitatu, qui eſt Eccleſiæ, ita tenet Gambar. *in tract. de off. legati lib.* 2. *num* 418. *& ſeqq.* Sequitur Nicol. Garc. *de benef.* 5. *part. cap.* 1. *num.* 155. *penes fin.* & ita non eſt ferendus Caved. *ubi ſuprà quæſt. num.* 54. dicens quòd ſi donatio pa- 301
tronatus fiat à Rege Epiſcopo, ut non Epiſcopo, & Epiſcopali dignitati, ſed ut Comiti, ut Comitatui unito Eccleſiæ, quòd erit adhuc jus patronatus laïcalis, qui convincitur ex ratione adducta & Doctoribus.

Ex qua quidem, & ex quibus rectè infertur, quòd jus patronatus ſpectans ad prioratum, omnimodo erit 302
Eccleſiaſticum, licèt ipſe prioratus ſit juris patronatus laïci, nam prioratus ipſe eſt Eccleſiaſticus, & ſic ejus jus patronatus ſuam naturam ſequitur, juxta *d. cap. unicum §. fin. de jur. patron. lib* 6. & quæ ſuprà diximus & 303
licèt jus patronatus Eccleſiæ prioratus ſit laïci, non tamen ipſa Eccleſia & Prioratus ipſe tanquam incapacis, quemadmodum cætera bona Eccleſiæ non ſunt patroni. Ita optimè tenet Nicol Garcia *ubi proximè. d. num* 555. *in fin.* juſtiſſimè reprobans Vallaſcus *conſil.* 163. *ad fin.* 2 *part.* contrarium ſentientem, & probatur inſuper expreſsè ex Sacra Congregatione Concilii Tridentini, quam ad literam refert ipſe Nicolaus Garcia *de benefic. tom.* 2. *part.* 9. *cap.* 2. *numero* 304
263. quod cùm ſereniſſimus Rex Portugalliæ inter alia dubia propoſuiſſet (tanquam adminiſtrator

perpetuus militiarum Jesu Christi, sancti Jacobi, & Avis
sui Regni orta competentia cum ordinariis prælatis, an
cap. 18. *sess.* 4. *de reformat.* dum disponit in modo pro-
videndi beneficia juris patro. (ut nos suprà) an debeat
observari in Ecclesiis pertinentibus ad Regis præsenta-
tionem ratione magistratus militiarum, congregatio
censuit, imò debere observari, & in istis, nam istud jus
patronatus est Ecclesiasticum, *&c.*) & sic contra eum-
dem Vallascum *ubi supra.* Et per consequens inferas
quòd appellationi emissæ in proximè dictorum benefi-
305 ciorum (tanquam Ecclesiastici juris patronatus) pro-
visione ob non servatam formam traditam à Trid. de-
cret. in beneficiis cæteris juris patronatus Ecclesiastici
utique esse omnino deferendum, aliterque vim fieri,
declarabitur, aditus senatus per viam violentiæ ex iis
quæ latiùs suprà capite diximus præcedenti.

306 Item ultimò pro complemento adverte, quod si be-
neficia, in quibus jus patronatus Regiæ coronæ compe-
tit, in alium statum sint erecta; puta de Monasterio, vel
prioratu, in curatum vel aliam dignitatem: non amisit
corona suum jus patronatus, sed illud retinet in erecto
beneficio de novo, non enim extinctum fuit benefi-
cium, in quo corona jus patronatus habebat, sed altera-
ta fuit dumtaxat ejus qualitas ac natura, variatusque
dumtaxat ipsius status, ut dicit Rebuff. *in prax Episcopa-*
li tit. de vicariis perpetuis n. 12. quod beneficij facta
307 commenda rector præsentabit in vicaria perpetua, &
sic bene dixit etiam Caved. *de patron. Regiæ coronæ c.* 18.
à n. 2. quòd facta commenda alicujus beneficii, quod
erat antea juris patronatus Regis, pariter poterit præ-
sentare in vicariis perpetuis earumdem commendarum.
308 Et facit Rotæ decisio addocta literaliter per Nicolaum
Garciam *de benef.* 2. *tom* 9. *p. c.* 2. *n.* 290. & facit ad pro-
positum, quod dicit B. *in l. fidejussor* §. *fin. ff. de pignorib.*
Bart. post Jacob. Butr. *in l. si convenerit* §. *si quis ff. de pi-*
gnor actio. Sali. *in l. quamvis C. in quibus causis pign. taci.*
contrahi. Neguzantius *in tract. de pignor. 1. p. memb.* 2.
n. 25. & 26. ubi dicunt, quòd quando res obligata transit
309 in aliam formam reducibilem ad primam materiam,
non extinguitur jus pignoris competens in ipsa mate-
310 ria prima, quia res transit cum suo onere, & sua causa,
l. si debitor C. de distract pignor c ex literis de pignorib.
l. age cum Geminiano C. de transactionib. l. fin C. si e jensju
vel reliquis l. imperatores ff de vectigal. & commiss.

311 Rursus quoniam privilegia realia per alterationem
rei non perduntur, Oldral. *consil.* 267. *num.* 3. *vers. item*
si inspiciantur, quem sequitur Cardin. Tusc. *pract. conclus.*
tom. 6. *concl.* 749. *fol.* 575. *tit.* privilegia realia per alte-
rationem rei non perduntur, qui ibidem dicunt, quod
312 privilegium alicujus prioratus, si erigatur in cathedra-
lem: nec cessat, nec perditur, quia nihilominus retinet
priora privilegia, vide latè Mieres *de majoratu* 1. *part.*
quæst. 11. *n.* 11. cui & bene consonat Rotæ Romanæ *de-*
cis. 17. *n.* 10. *& fin. p.* 2. *divers.* ubi dicitur, quòd ita fuit ju-
dicatum in una Hispalensi decimarum 11. April. an. 1567.
& in una Toletana dimidiarum annatarum 2. Decemb.
313 anno 1575. ubi deciditur, quòd possessio conferendi di-
midias portiones in aliqua diœcesi, trahitur ad alias
portiones noviter creatas ejusdem speciei, Cephal. *con-*
sil. 418. *n.* 54. 55. *col.* 3.

314 Quibus convenit rectè, quod si alicui competat jus
ex privilegio, aut præscriptione percipiendi decimas
ex aliquo fundo, si alteretur, & varietur modus seminis,
ac fructuum, ex eis etiam decima solvetur & privile-
gium conservatur, Anton. *in c cum in tua de decim.* Abb.
in c cum Eccles. Sutrina de caus. poss. & proprie. num. 54.
la è Rebuff. *in tract. de decimis q.* 13. *n.* 61. *pag.* 47. Rip.
respons. 63. *n.* 8. Sylvest. *in sum. verb. decima quæst* 8. *fol.* 138.
315 *col.* 3. post Florent. Barrat. *cons.* 50. *num* 36 *lib.* 1. Alvar.
Valasc. *cons.* 58. *num.* 14. loquens in consuetudine solven-
di decimam ex tritico, ut si seminetur milium, etiam
solvenda, Mieres, *tract. de majorat.* 1. *p. quæst* 10. *n.* 116. &
suprà latè Burgos de Paz. *cons.* 50. *n.* 8. qui etiam loquun-
tur de habente possessionem percipiendi decimas de
omni armento depascente in aliquibus defensis, ut sit
etiam tuendus in possessione percipiendi decimas de
omni frumento, seu alio fructu, nam præscribens in ter-316
ra certas decimas, videtur quoad omnes illius terræ
fructus præscripsisse. Et magis in nostris terminis facit
Rotæ decis. in causa Pistorien. decanatus de anno 1554.
coram D. Montis Fiasconen. quam adducit Guidobo-
nus *decis.* 118. *in manuscriptis*: & ad literam aliud agens
refert illam Nicol. Garcia *de benef.* 5. *p c. n.* 507. in hæc
verba. Erecto beneficio de jure patr. laicorum in titu-
lum dignitatis decanatus reservato jure patronatus
ipsius decanatus pro quatuor vocibus patronis benefi-
cii, & pro quarta parte fratri laico, ii frui possessoriis
beneficii, consentientis erectioni & dotem augentis de
propriis bonis, sibi ab eo collectis, illud jus patrona-
tus non est mixtum, sed purè laicum ex fundatione &
dotatione, *&c.*

Et facit, quia quando res empta ex pecunia redacta317
ex re majoratus in ejus locum subrogatur, efficitur
ipsius majoratus, cum omnibus qualitatibus primor-
dialibus, & accidentalibus prioris rei juxta text. *in c. 1.*
de vassallo decrepitæ ætatis. Ilf. *cons.* 231. *n.* 1. *lib.* 1. Bar. *in l.*
general. § *hæres. ff. de usufruct. leg.* Greg. Lop. *in l.* 6. *tit.* 11.
p. 6 *in gl. verb. que la non pudiesse vender, col. penult. vers.*
adverte etiam, latissimè Molin. *de Hispanor. primogen.*
lib. 4. *cap.* 4 *per totum*, & præcipuè *n.* 36. *& seqq.* vide
latè Mier. *d. quæst.* 11. *per tot.* quæ faciunt ad ea quæ su-
perius diximus, nam si nunc inveniatur aliqua Ecclesia,318
quæ est Parochialis, si appareat aliquando fuisse Mo-
nasterium virorum, & sit consistorialis, & per tempus
in hunc novum statum erecta, & redacta, nihilominus
conservari jus patronatus coronæ.

Quibus adde *leg* 3. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat.* quæ quidem,319
revocat privilegia ante facta & concessa à Regibus His-
paniæ beneficiorum *de las montannas*, quorum jus pa-
tronatus ad Regium patrimonium spectat, ibi: *Por*
ende por la presente revocamos y damos por ningunas y
de ningun valor y effecto todas y qualesquieras mercedes por los
dichos Señores Rey Don Juan nuestro Padre y Rei D. Henri-
que nuestro hermano, y por nos y qualquier de nos hechas por
donde concedieron, y concedimos a qualquier, ò qualesquieras
personas, que huviessen por juro de heredad tales Yglesias Pa-
rochiales, ò Monasterios, ò ante Yglesias, y cada una ò qual-
quier dellas, y las cartas y privilegios, y confirmationes dellas
dadas, y queremos que no ayan fuerça ni vigor, &c. quæ lex
fuit condita per Catholicos Reges Ferdinandum & Eli-
zabeth Toleti anno 1480. quam menti tradas, quia in his
partibus, scilicet, *de las non annas*, plura sunt hujusmo-
di privilegia, quæ ejus decisione possunt impugnari.

CAPUT XI.

A provisione beneficii sive curati, sive sim-plicis, per superiorem facta jure devolu-to, appellationi non deferens an judex vim facere dicetur?

SUMMARIUM.

Qualitas beneficiorum, de cujus provisione tractatur, al-terat & variat petitionem appellationis, n. 1.

Appellationi emissæ à provisione Parochialis vacantis sive judicialiter, sive extrajudicialiter, à quocunque fiat, de-ferendum non est, n. 2.

Devolutio ad superiorem fit cum omnibus qualitatibus & requisitis in prima provisione, & si foret ab inferiori, 3.

Prima & secunda instantia eadem est natura, 4.

Exceptiones, quæ admitti non debent in prima instantia, nec etiam admittendæ sunt in secunda, n. 5.

Exceptio

Exceptio, per quam mutatur figura judicis, non est admittenda in causa appellationis, n. 6.

Causa summaria in prima instantia suam naturam retinet & in secunda, n. 7.

Si aliqua dispositio aut sententia lata ab inferiori executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem facienda sit translata, pariter eam meretur, n. 8.

Judex appellationis succedit primo judici tanquam confirmator vel infirmator, n. 9.

Judex subrogatus repræsentat primum, & ejus potestatem, n. 10.

Superior judex potest facere, quæ poterat inferior, n. 11.

Creditor meus si conveniat meum debitorem, contra quem habeo viam executivam, pariter & ipse poterit executivè experiri, n. 12.

Creditor sustinet imaginem debitoris, cujus debitorem convenit, n. 13.

Subrogatus retinet qualitates & naturam ejus, in cujus locum subrogatus est, n. 14.

Ordinario providente Parochialem quoad executionem ejus juxta Trid. non attenditur quo jure an institutionis, an meræ collationis, an confirmationis, & sic nec devolutionis, n. 15.

Privilegium exequēdi provisionem Parochialis non est datum juri providendi, sed ipsi provisioni, quia provenit ex natura causæ, n. 16.

Appellari si non poterat à jurisdictione ordinaria, pariter nec poterit appellare ab eadem prorogata, n. 17.

Privilegium quarentigiæ inhærens juri & actioni debiti transit, ad quemcumque transit actio, n. 18.

Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 18. & motus proprii Pii V. dispositio loquens in ordinario habet etiam locum in Episcopo prorogato, n. 19.

Exequendæ provisionis Parochialis privilegium non est concessum providenti, nec ejus contemplatione, sed provisioni, & ideo per variationem personarum non extinguitur, nec alteratur, n. 20.

L. tempus 29. ff. de re judic. verba ponderantur, n. 21.

Appellationis sublatæ privilegium si conceditur causæ, est reale, & totum universaliter comprehendit, n. 22.

Ordinario aliqua ratione differente executionem provisionis Parochialis, si illam interim superior revocet, & aliam ferat sententiam, poterit suam exequi, cùm vacans inveniat beneficium, n. 22.

Ratio propter quam exequitur provisio Parochialis vacantis, militat in providente jure devoluto, cum idem animarum periculum adest in Ecclesia vacante, n. 24.

Devolutio introducta fuit ob negligentiam providentis, n. 25.

Privilegij causa durante durat ipsum privilegium, & ejus effectus, n. 26.

Periculo durante, ob quod aliquid fieri mandatur, durat mandatum, dū durat periculū, & cessat illo cessante, n. 27.

Procerta & determinata causa ubi aliquid conceditur, durat, quandiu durat ipsa causa, n. 28.

Generalis dispositio nō intelligitur dumtaxat de prima persona, quoties per illam non est satisfactum intētioni disponentis, sed iterum per aliam personam debet satis fieri, n. 29.

Apellationi à provisione Parochialis jure devoluto sive judicialiter, sive extrajudicialiter non deferens superior, vim nullam facere, decernitur, n. 30.

Expenditur text. in c. 2. §. nisi, de supplenda negligentia Prælatorum, ibid.

Appellationi à provisione beneficii simplicis facta jure devoluto non deferens an vim faciat, n. 31.

Appellationi à provisione beneficii simplicis facta per ordinarium extrajudicialiter non defertur, secus si judicialiter, quia tunc utrumque habet effectum, n. 32.

Et secundùm hanc distinctionem pluries determinavit Rota Romana, prout refertur, ibid.

Jure devoluto provisio facienda est cum causæ cognitione, an lis finita sit intra tempus, an scientia habita fuisset vacationis, & à quo tempore, & alia discutienda, ex quibus causatur devolutio, num. 33.

Devolutivo jure facta provisione non citatis quorum interest, senatus adius per viam violentiæ dare solet tertium genus, scilicet, oyendo de nuevo, y reponiendo lo hecho no haze fuerça, n. 34.

Devolutivo jure facta provisio etiam beneficiorum simplicium judicialiter (ut requiritur) appellationi emissæ non deferens vim non facit, n. 35.

Devolvitur provisio ad ordinarium appellatione remota, ob controversiam intra patronos non finitam intra terminum datum ad præsentandum, n. 36.

Devolvitur provisio ad ordinarium non præsentante patrono idoneam personam intra terminum appellatione remota, ita tamen ut patrono in posterum nullum paret præjudicium, n. 37.

Devolvitur electio ordinario ob electionem factam per electores ultra tempus jure præfixum, & illa confirmatur appellatione remota, n. 28.

C. nulla, 8. si autem, de concessione præbendæ, verba pulchrè ponderantur, & interpretantur n. 33.

Dispositio mãdans aliquid exequi intelligitur appellatione non obstante quamvis id non exprimat, n. 40.

Contradictio seu querela remota à jure tacitè subintelligitur remota appellatio, n. 41.

C. literas ad fin. de supplend. neglig. prælat. verba interpretantur, n. 42.

C. cum propter de jure patron. ponderatur, ibid.

C. cum pro defectu vers. is verò ad quem, ponderatur, quæ jura curans omnem dilationem tollere à provisione beneficii jure devoluto facta, n. 43.

Dilationem ubi res non recipit, appellationi non est deferendum, n. 44.

De devolutione omnia ferè jure tractantia præ oculis habent maximum damnum & periculum Ecclesiarum & animarum, causatum ex diutina provisione, n. 45.

Periculum & damnum proveniens ex longa vacatione beneficii fortiùs viget in provisione jure devoluto facta, & de ratione, n. 46.

Appellari licet non possit à provisione beneficii simplicis facta judicialiter, tamen fallit, quando provisio fit jure devoluto, & de ratione, n. 47.

Devolutivo jure facta provisio non parat perpetuum præjudicium patronis, aut electoribus, &c. sed pro illa tantum vice, n. 48.

Devolutio si revera non est causata: nec de ea constat ex actorum inspectione appellationi remissa deferendum esse, decernit Senatus, n. 49.

Devolutione revera non causata provisio est nulla ipso jure ex defectu potestatis, n. 50.

Devolutione non causata facta provisio per superiorem non convalescit, etiam si postea causari contigerit ob negligentiam inferioris, n. 51.

Quando unum disponitur, & alterum supponitur, non potest verificari dispositio, n si priùs verificetur suppositio, n. 52.

Qualitas attribuens potestatis in primis debet constare, n. 53.

Appellationi deferetur à sententia nulla, etiam alias privilegiata, n. 54.

Attentata an sit provisio jure devoluto facta appellatione pendente, n. 55.

Appellatio ab una causa non suspendit aliam diversam, n. 56.

Appellatio ab uno articulo non suspendit jurisdictionem in tota causa, nec afficit tertium, n. 57.

Provisio facta jure devoluto, eo quòd præsentatus sit indignus. si non apparet de indignitate, erunt tentata gesta appellatione pendente, n. 58.

Pauli de Castr. doctrina declaratur, ibid.

Devolutionem, qua fundatur quis, sufficienter probare tenetur, n. 59.

Tempus præfixum collatoribus ad providendum non currit à die vacationis, sed à die scientiæ, & notitiæ, n. 60.

Tempus jure præfixum ad providendum currit a tempore

quo sciri debuit, ut in Episcopo, qui singulis annis tenetur visitare, n. 61.

Patronis currit tempus ad præsentandum datum à jure vel à fundatore, à tempore notitiæ, non à tempore vacationis, n. 62.

Scientia aliquorum ex patronis non nocet aliis ignorantibus vacationem, n. 63.

Devolutio ut locum habeat omnium patronorum, aut electorum scientia requiritur, imò jus scientium vacationem conservatur per ignorantes, ut excludatur devolutio, 64.

Devolutio ut causetur ex negligentia sufficit scientia præsumpta, determinanda à judice, n. 65.

Devolutio debet fieri cum causæ cognitione, & citatione quorum interest, n. 66.

Devolutio non fit ad Episcopum ob litem inter ipsum & patronos motam, & non finitam, n. 67.

Mota lite inter Episcopum & patronos interim dum lis terminatur, Episcopus apponit œconomum, n. 68.

Patrono aut Episcopo existente in quasi possessione currit tempus lite pendente super proprietate, n. 69.

Devolvitur beneficium Episcopo lite mota inter patronos discordantes, nec sit finita intra terminum præfixum ad præsentandum, n. 70.

Devoluto jure facta collatio ob litem non finitam intelligitur salvo jure postea evincenti jus patronatus, n. 71. *ob litem non finitam.*

Devoluto jure provisum potest evincens jus patronatus repræsentare juris sui conservandi causa, n. 72.

Devolutio in beneficio juris patronatus quando & quibus casibus locum habeat, n. 73. *remissivè.*

Devolutio non causatur durante lite super jure conferendi, aut eligendi ultra tempus à jure præfixum, n. 74.

Tempus non currit conferentibus, aut eligentibus, impeditis impedimento juris, aut facti, n. 75.

Patronum excusat impedimentum, ut illi non currat tempus, non tamen excusat lis non finita, n. 76.

Provisio Magistralis aut Doctoralis non facta per capitulum intra sex menses, an devolvatur Episcopo, n 77. *remissivè.*

Devolutio causatur, quando patronus sive Ecclesiasticus, sive secularis præsentat indignum, inhabilem, aut incapacem, n. 78.

Devolutio causatur generaliter collatione, aut electione incapacis, aut alias indigni, n. 79.

Ordinarius debet inquirere & scire conditionem ejus, cui confert, n. 80.

Devolutio ob lapsum terminum fit ad superiores gradatim, n. 81.

Devolutio in electionibus ad quos fiat, & quemadmodum, n. 82. *remissivè.*

Devolutio quemadmodum; & quibus casibus fiat de capitulo ad Episcopum, & de Episcopo ad capitulum, n. 83. *remissivè.*

Devolutivo jure facta provisi Parochialis an formam examinis per concursum requirat, n. 84.

Devolutio quando contingat Magistralis aut Doctoralis ad Episcopum ob lapsum temporis dati Capitulo ad eligendum, servari an debeat in ejus provisione forma concursus & examinis, n. 85. *resolvitur affirmativè, num. seqq. contra Nicol. Garc.*

Devolutio beneficii fit cum omnibus qualitatibus, quæ à principio inerant beneficio, n. 86.

Devolutio fit ad superiorem cum eisdem qualitatibus, quibus inferior providere tenebatur, n. 87.

Superior ad quem beneficium devolvitur, debet illud providere haberti qualitates à fundatore requisitas, n. 88.

Devoluta Parochialis provisione debet superior adhibere concursum, ut determinavit congregatio Concilii, n. 89.

Devolutivo jure facta provisio Parochialis juris patronatus laici servatur forma concursus. licèt alias non requiratur, quando providetur ad præsentationem patroni, & de ratione, n. 90.

Nicol. Garcia evidenter convincitur, n. 91.

SÆPE contingit, de hac difficultate in supremis prætoriis dubitari, an scilicet, vis fiat non deferens hujusmodi appellationi à provisione beneficii jure devoluto gesta; sed cùm ex ex qual tate beneficii, de cujus provisione tractatur; solet variari pro hibitio appellationis, & ejus privilegium, aliud siquidem in Parochialibus sit dispositum, aliud vero de simplicibus prædicitur, ideo de singulis quoad præsens dubium necessarium erit discepta- 1
re.

Et quod attinet ad beneficium curatum devolutum ad superiorem ob negligentiam providendi intra terminum à jure statutum, vel ob aliquas alias causas eo inductas, nullum dubium esse potest; violentiam non committere superiorem, illud jure devoluto providentem; appellationi interjectæ minimè deferentem, nam ut superiùs diximus exactè *in* 2. *cap.* 13. *à num.* 108. à provisione Parochialis sive judicialiter, sive extraju- 2
dicialiter celebrata non deferentem appellationi nequaquam vim facere, ex Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 18. & aliis authoritatibus, rationibus, & fundamentis, quas ibi videre potes, ex animarum maximo periculo rectè in illis considerato, ac ideo cùm à quovis provideatur, sive inferiori, sive superiori, cum sua qualitate, natura, & privilegio, atque sua causa (quæ durat & viget in utroque) transit.

Etenim devolutio ad superiorem fit cum suo onere, 3
& qualitatibus omnibus requisitis in prima provisione ac si fieret ab inferiori, probant Felin. *in c. cùm accessissent. de constitutionibus, n.* 18. Roch. de Curt. *de jur. patron. ve bo honorificum quæst.* 3. Lambert. *de jure. patron. eod. tract. de jur. patr.* 3. *p.* 2. *lib. quæst.* 7. Rebuff. *in prax. benef. tit. de devolut. à n.* 40. & idem Rebuff. *in repetit. c.* 2. *de concessione præbend. in fi.* Corras. *de benef.* 4. *p. c.* 4. *n.* 16. Ferret. *cons.* 211. *n.* 12. Azeved. *in l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 1. *recop. n.* 2. Joan Gautier. *cons.* 1. *n.* 31. Caved. *decis.* 52. *n.* 4. *& decis.* 72. *n.* 9. *p.* 2. & idem *in tract. de patron. Regiæ Coronæ c.* 22. *n.* 3. *&* 4. Azor. *instit. moral. lib.* 6. *c.* 27. *q.* 8. Perez de Lara *in tract. de anniver. & Capell. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 27. sed hujusmodi beneficii provisio coram inferiori facta habet hoc privilegium, hanc qualitatem, & naturam non differendæ executionis, ergo cùm eadem transit ad superiorem cui devolvitur.

Hinc etiam est, quòd primæ & secundæ instantiæ na- 4
turam eandem, non diversam esse, dicitur, ac quæ in prima instantia admitti non poterant, nec admittenda sunt in secunda *l. post quam* §. *Imperator. ff. ut legato. nomine caveatur l. si quis cum major,* §. *accusasse, ff. de bonis libertorum authent. ut cum de appellat. cognosc. sub pri. collat.* 9. *l. fin ff. de re jud.* Bart. *in l.* 3. §. 1. *n.* 5. *ff. de duobus reis.* Bald. *in l. fin. ff. de postulat.* Imol. *in l. hoc amplius* §. *fin. ff. de damno injecto.* Abb. *in c. cum Joan. n.* 17. *de fid. instrum.* optimè Parla. *in lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 5. *p.* §. 11. *a n.* 55. *cum duobus seqq.* Cyn. & alii per Alex. *consil.* 96. *n.* 5. *lib.* 2. Joan. Baptist. Asin. *in prax. judic. in princ cap.* 4. *n.* 15. late Felin. *in c. fraternitatis in prin. n.* 1. *de testib.* pro quo est text. *in cap. tua nobis de appell.* quapropter di- 6
cit Bald. *in l. per hanc C. de tempor appell.* ut in secunda instantia appellationis admittenda non est exceptio, per quam mutetur figura judicii. Hinc est quòd causa sum- 7
maria in prima instantia, suam naturam retinet & in secunda, Put. *decis.* 426. *n.* 2. *& decis.* 434. *n.* 3. *lib.* 2. Cashad. *decis.* 8. *n.* ... *&* 6. *de rescript* Rot. *decis* 43. *n.* 2. *p.* 2. *divers.* Marquesl. *de commiss.* 1. *p. c.* 3. *n* 35.

Rursus probatur, nam si aliqua dispositio, seu sen- 8
tentia lata ab inferiore executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem facienda sit translata, & devoluta; pariter & eam meretur, optimè Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 5. *p.* §. 15. *n.* 8. Put. *decis.* 426. *lib.* 2. Rot. *decis.* 19. *n.* 3. *de re jud. in no.* quia judex secundæ instantiæ succedit judici priori, Capic. *decis.* 86 *num.* 19. *& per l. tutor. in prin. ff. de usuris, & cap. Raynut. in fi. de testam.*

&

& ſpecula. *in tit. de expenſ. in §. nunc videndum, verſ. & nota quod expenſæ*, &c. tenet ipſe Guid Pap. *in tract. de appellat. n. 5. concl. 6.*

Et facit, quod dicit Bald. *in tit. de pace Conſtant. §. hoc quod nos n. 15.* quod judex appellationis ſuccedit primo
9 judici tanquam confirmator, vel informator. Alexand. *conſil. 174. col. 1. in prin. & n. 5. vol. 6.* Natta *conſil. 573. n. 35. in fin.* Petr. Surd. *deciſ. 147. n. 2.* & ideo cauſa appellationis dicitur eadem, *cap. non injuſtè, in fin. de procurator.* Specul. *tit. de juram. calum. §. ſequitur, n. 3.* Surd. *ubi proximè n. 3.* Cynus *in l. invictus n. 22. q. 14. C. de procurat.* Alexand. *conſil. 56. n. 5. vol. 2.* poſt alios dicit Surd. *ibi n.*
10 *1.* ut judex ſubrogatus primum, & ejus poteſtatem repræſentet, ac propterea quod poterat facere inferior,
11 item libet ſuperiori, ut ibidem *d. conſil. 19. 184.* incipit Joannes Salano *n. 5. lib. 3.*

Et facit doctrina Guido, de Zuſa *in tract. de inſtrum. guaren. n. 25. & ſeqq. vol. 5. tractatuum diverſorum anti.* quòd meus creditor ſi vult convenire meum debitorem,
12 contra quem habeo viam executivam pariter poterit adverſus illum executiva experiri, quia creditor ſuſtinet imaginem ſui debitoris, *l. cum notiſſimi §. ſed cum*
13 *illud, C. de præſcript. 30. vel 40.* ubi adducit ſimile de emptore nominis, & ceſſionarii, ubi latè nonnulla adducit, quæ conducant ad propoſitum, nos latè *infrà 4. p.* de exceſſu de perſona ad perſonam *cap. 8. à n. 247. verſ. rurſus quæri poteſt*, & *c. 7. n. 175. eod. 4. p.* ergo pariter iſta proviſio à quavis perſona ſive inferiori ſive ſuperiori fiat, executionem debet mereri.

Quoniam ſuperior ob negligentiam inferioris in ejus locum ſubrogatus eſt, quare ex natura ſubrogati,
14 cujus proprium eſt ſervare, & retinere qualitates, quæ inerant in eo, in cujus locum ſubrogatum eſt *l. ſi eum, §. injuriarum, ff. ſi quis cautio. l. ſi ſiliæ §. Titiæ ff. de condit. & demon. l. ſi donatæ §. ſi ſponſus, ff. de donat. inter l. Pater, ff. de adimen. l. ſi cum dotem, §. ult. ff. ſolut. matrim. l. ſi & rem. ff. de petit. hæred. l. Imperator. §. ult. cum. l. ſeq ff. de legat. 2.* & alia jura, eandem naturam juſque præbentia rebus, & perſonis ſubrogatis. Et in terminis collationis ponderat hanc regulam Selva *de benef. 3. p. quæſt. 49.* & multo fortiùs procedit, quando ad ipſum ordinarium facturum inſtitutionem, ſeu confirmatio-
15 nem liberè proviſio devolvitur; non enim attenditur, quo jure Parochialis provideatur, ut non obſtante appellatione, proviſio exequatur, an jure inſtitutionis, an jure confirmationis, an liberæ collationis, juxta text. *in d. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* & ſic nec eſt
16 attendendum, quando jure devoluto: quia non juri providendi privilegium illud datum eſt, ſed ipſi proviſioni, provenit ſiquidem ex natura cauſæ: pro quo faciunt quæ Cynus *in l. ſi quis ex conſenſu, C. de Epiſcop. audient.* gl. & Doctores *in cap. penult de offic. deleg.* Bart. *in d. l. Epiſcop. C. de Epiſcop. audien.* Angel. *in l. 1. col. 2. ff. de judic.* Iſſ. *in l. ſi quis adverſus, C. de precib. Impera. offer.* Decius *conſ. 3. & in conſ. 25.* Gram. *deciſ. 9. n. 4. & 5.* ubi eleganter dicunt, quòd ſi à ſententia lata juriſdictione ordinaria non poterat appellari, pariter nec po-
17 terit appellari à lata juriſdictione prorogata.

Et facit etiam optima doctrina Guid de Zuſa *in tr. de inſtrum. guarent. n. 28. & 29.* ubi dicit, quòd ſi pri-
18 vilegium guarentigiæ inhæret juri, & actioni debiti, ac ideo ad quemcumque tranſierit ipſum jus, tranſit ſimul privilegium guarentigiæ, quia tranſit cum ſua cauſa, *l. ſi convenerit. §. ſi fundus, ff. de pignor actione*, & cum omni ſuo auxilio, & beneficio, *l. de omnibus, ff. de reg. jur.* ubi loquitur de creditore, contra debitorem ſui debitoris, agere volente.

19 Et in terminis hoc videtur aſſeverare Mareſcot. *var. reſolut. lib. 1. cap. 52. n. 24. in fin.* dum dicit, quod Concil. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 18.* & motus proprii Pii. V. dum loquitur de ordinario, habet locum etiam in Epiſcopo ſubrogato, juxta *d. §. injuriarum.*

Rurſus quoniam hoc privilegium exequendæ proviſionis Parochialis eſt non conceſſum providenti nec 20
ejus contemplatione, ſed proviſione, eſtque ei inhærens, & ideo per variationem perſonarum non extinguitur, nec alteratur, *l. non ſolum, ff. de in integr. reſtit. l. interdum, ff. de mino. l. exceptiones quæ perſonis in princ. & in §. rei autem cohærentes, ff. de except. argum. l. in omnibus, ff. de reg. jur. l. ſi tibi §. pactum, & l. hæred. ff. de pact & l. ult. ff. de injuriis, l. ſenator. de ritu nuptial. l. Titia Seio, §. uſuras, ff. de legat. 2.* & facit text. *in l. tempus* 21
29. ff. de re jud. ubi quia cauſæ magis quam perſonæ beneficium præſtatur, *&c.* argum. *c. privilegium, de reg. jur. in 6.* & quæ ibi latè Dinus *à n. 9.* & ibi gl. fin. *in addit.* Innocent. *in c. Abbat. de verbor. ſignif. in fin.* & ibi Abb. *n. 16.* gloſ. *in c. cum veniſſent, & in cap. probatum de inſtitutionib.* Bar. *in l. quia, ff. ſolut. matrim.* Felin. *in cap. mandata de præſumption.* & ibi addit. *circa fin.* latè per Card. Tuſc. *in 6. tom. lit. P. verbo privilegium reale.*

Et quando privilegium appellationis ſublatæ conce- 22
ditur cauſæ, ſit reale, adeò ut totum comprehendat univerſaliter, tenet eleganter Philip. Fran. *in c. interpoſita 70. §. ille denique, verſ. ſed. ſi quæratur, n. 7. de appell.* Felin. *in cap. cauſam quæ ſub. n. 27. de reſcript.* Decius *in cap. paſtoralis ſub. n. 30. de appell.* Menoch. etiam *de adipiſcen. poſſ. rem. 4. q. 99. ſub. num. 814.* & conducunt quæ Abb. *in d. c. paſtor. n. 6. verſ. item adde aliam*, & ibi Fran. *ſub. n. 22. q. 6.* & idem Franc *in d. §. ille denique n. 7. verſ. ſed ſi quæratur, in fin.*

Deinde facit quæ ex Hieronymo Gonzal *in regul.* 23
de menſi. gl. 6. num. 222. latè probavimus *ſuprà hoc lib. 3. cap. 4. à n. 31.* circa ſecundam inſtantiam illius quæſtionis, quòd ſi ordinarius non providet beneficium curatum, quia ſuperior ad quem itum eſt, per appellationem ab aliquo gravamine, retinens cauſam, providit beneficium, vel aliqua juſta cauſa ipſe ordinarius ſuſpendit executionem ſuæ ſententiæ, & proviſionis, nam lata à ſuperiore eam poteſt exequi, cum inveniat beneficium vacans, militat ſiquidem in hac ſecunda ſententia, & proviſione ratio privilegii, hoc eſt periculum longæ vacationis, de qua per *d. c. 18. Concil. Trid.* & nos exactiùs *in lib. 2. cap. 15. de appellatione à proviſione.* Quæ ratio cùm duratus reperiatur in providente 24
Parochialem jure devoluto, quia reperit beneficium vacans in maximum animarum, & Eccleſiæ periculum, quoniam hac de cauſa introducta eſt devolutio ob negligentiam providentis, *cap. 2. cap. quàm ſit de electione* 25
lib. 6. cap. ne pro defectu de electione, cap. unic. de jur. patr. lib. 6. cap. quia diverſitatem de conceſſ. præbend. cap. licet de ſupplend. negl. prælat. nihil mirum quòd ſuperiori pariter liceat ſuam exequi proviſionem.

Et ſic durante cauſa privilegii debet ipſum privile- 26
gium, ejuſque effectus durare, & perſeverare, ut per *l. ſemper §. negotiatores, ff. de jure immun. l. ſi cui §. 1. ff. ex quibus cauſis major. l. 2. §. omnes de judiciis, l. Titia, §. uſuras, ff. de legat. 2. l. qui nominibus, ff. de adminiſt. tut.* dicit Signor Homodeus *conſ. 135 paterf. col. 1. n. 6.* Tiraq. *in tract. de cauſa ceſſante n. 17. l. eam legem C. de excuſa. mun. lib. 10. l. fœmina, ff. de ſenator.* & durante periculo, ob quod aliquid fieri mandatur tunc ceſſat mandatum, dum ceſſat ipſum periculum; non aliter Bal. & poſt eum Salic. qui dicit notabile *in l. 1.* per text. *ibi C. de nauticofœnore*, ſequitur Iſſ. *in l. 1. col. 13. verſ. & circa hoc ff. de off. ejus cui mand., & juriſd.* Tiraq. *ubi proximè, n. 42.*

Nam ubi aliquid ſimpliciter conceditur, & diſponitur pro certa & determinata cauſa, non intelligitur de primo, ſed toties durat, quoties ipſa cauſa, Bart. *in l. 1. col. ult. ff. ad l. Jul. majeſt.* arg *l. continuus §. qui inſulam, ff. de verbor. oblig. l. veteres col ſeq ff. de itinere, actuque priva.* Angel. *in l. utimur ad fi. ff. de ſepulchro viol.* Panorm. *in c. 2. de treuga & pace.* Joan. de Plat. *in l. 1. col. 2. verſ. ſimplex & indeterminata, C. de navicul. lib. 11* Georgius Nat. *in repet. Cl. ſæpè in prin. col. 6. verſ. mihi magis pla-*

cet de verb. signif. Decius *concl.* 562. *viso puncto colum.* 1. *vers. ad idem facit.*

29 Insuper quia cum Concilium Trid *in.d. c.* 18 Eccle. siæ Parochiali vacanti providerit per executionem provisionis, & hæc ab ordinario facta non sit cum effectu, nec sit intentioni Trid. satisfactum, debet satisfieri per superiorem, ad quem beneficium devolutum, & vacans pervenit; quia generalis, & indeterminata dispositio non intelligitur de primo actu, nec prima persona, quoties per illum non est satisfactum legis intentioni, & menti, sed per alium aliamve personam debet satisfieri, Bal. *in l. fideicommissa* §. *si quis alicui decem ff. de legat.* 3. Felin. *in cap.* 2. *de treuga & pace.* Cyn. Alexan. & ill' *in l. veluti* §. *vox* per illum text. *de edendo, & in l. qui per salutem. ff. de jure jur.* Roma. *in l.* 2. *carta penult. vers. sed stat circa hoc sub n.* 58. *ff. de jud.* Philip. Dec. *cons.* 22. *si pronuntiatur col.* Matth. de Affl. *ct. decis.* 46. *dicit Regia pragm.* & per Georg. Nat. Rom. Gram. Tiraq. & alios tenet Ant. Gabr. *lib.* 2. *conclus. tit. de legib. & constit. concl.* 2 *limit.* 2. *n.* 28. Menoch. *cons.* 85. *n.* 124. *vol.* 1. Alciat. Bo.er. §. *hoc sermone de verbor. signif.*

30 & ibi etiam Tiraq. *in lim.* 18. *n.* 1. ergo sequitur evidenter, quòd quoties jure devoluto (de cujus devolutione revera apparet.) Parochialis provideatur, sive extrajudicialiter, sive judicialiter, & in contradictorio judicio (ut suprà diximus) appellationi emissæ non deferens violentiam non committit, quemadmodum nec à provisione facta jure ordinario, cùm idem sit judicium, eadem ratio, & causa, in quo nullum dubium esse potest, & probat text. expressus loquens in Parochialibus *in cap.* 2 §. *& nisi. de suplen. negl. prælat.* ibi Rectores) & *ibi*, appellatione remota, *&c.*) Et faciunt alia jura expressa protinus alleganda generaliter de omnibus beneficiis loquentia, prohibentiaque appellationem à provisione beneficii facta jure devoluto.

31 Sed in simplicibus beneficiis major stat difficultas, an scilicet ab eorum provisione per devolutionem ab ordinario, vel superiori aliàs facta appellationi emissæ non deferens committere violentiam declaretur? quæ & ex illo resultat, quod ut verissimam & indubitatam conclusionem apposuimus, & probavimus *supra lib.* 2.

32 *cap.* 13. *à n.* 153. de actibus extrajudicialibus; nempe à collatione, institutione, confirmatione, seu aliàs provisione beneficii simplicis gesta extrajudicialiter appellationi deferendum non esse, juxta text. *in cap. constituis el* 2. *de appellat.* secus si judicialiter, quia tunc defertur. Ita Joan. And Domini. & Fran. ille *num.* 7. hic *n.* 8. *in cap. Abbatiæ de elect. in* 6. Lancelot. *de attent.* 2. *p. c.* 4. *num.* 6. 4. *&* 627. *& c.* 12. *in præfatione à n.* 79. & præsertim *limit.* 40. *&* 49 Cuch. *instit. major. lib.* 4. *n.* 67. & idem tradit Brededo. *in tract. de appellat.* 1. *p. à quibus actibus tit.* 20. *vers. ab institutione præsentandi pag.* 419. tenet Azeved in Curia Pis. *lib.* 2 *cap.* 4. *n.* 14. & noster Perez de Lara *de anniverf. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1. Guidobon. *decis.* 104. Mohedan. *decis.* 11 *de præbend.* Calder. *cons.* 1. *lite pendente.* Cæs. de Graf. *in decis.* 2. *de appel.* Caputaq. *decis.* 7. *p.* 1. & secundùm hanc opinionem pluries ita fuisse in Roma, Rota determinatum, & signanter in una Neapolit. Capellaniæ 13. Decemb. 1562. coram Horadi. & in una Calagurrita. beneficii 7. Maii 1574. coram Blanchetto, & iterum in alia Calagurrita. portionis 27. Junii 1575. coram Cantuc. & in una Lucana levis 8. Junii 15 1. coram Lancelot. testatur, & refert Aloys. Ric. *in prax decis. jur. patron. decis.* 229. *à n.* 351 ubi alias plures decisiones Rotæ allegat, dicitque falsam esse opinionem Cævell. *in contra commun. quæst.* 693. *n.* 31. & sæpè Rotam ita tenuisse hanc opinionem, refert Gonzal. *in regul.* 8. *de alternat. glos. n.* 203. referens ita fuisse decisum in una Calagurrit. beneficii 18. April. 1603. coram Lancelloto, de quo *in d. c.* 13. latè egimus aliis doctrinis & rationib. ibi adductis.

33 Et cùm per devolutionem beneficii provisio facienda aliter non sit, quàm per citationem subsecutam eorum quorum interest, & causæ cognitionem adhibitam, an lis finita sit? vel intra tempus, an vacationis scientiam habuerit necne, & ad alia multa discutienda, & allegan-
34 da (quæ devolutionem excludunt) quæ fieri non possunt nisi citato eo de cujus præjudicio tractatur secundùm statim dicenda, & ita ego jam declaratum vidi in hoc Senatu Galleco in lite per viam violentiæ adducta, ab ordinario providente jure devoluto, eo quòd inter patronos intra terminum sibi à jure præfixum ad præsentandum, lis finita non fuit, absque tamen eorum citatione, & ita datum fuit tertium genus violentiæ scilicet, *reponiendo lo hecho y oyendoles de nuevo no haze fuerça, no lo haziendo, otorgue reponga*, &c. Et inferiùs apparebit: inde est, ut cùm hoc casu debeat fieri provisio judicialiter & in contradictorio judicio, videtur, ut appellationi non deferens violentiam notoriam commisisse, dicantur.

Sed contrariam sententiam in difficultate principali 35 scilicet, ut etiam in simplicibus beneficiis per devolutionem provisis, appellationi non sit deferendum, constito de devolutione, probat text. (indistinctè, & generaliter, loquens in omnibus beneficiis) expressus *in cap. si verò* 2. *de jur. patr.* in hæc verba: Si verò ordinatio alicujus Ecclesiæ ad tuam institutionem spectat & pro- 36 controversia laicorum de jure patronatus inter se disceptantium, prorogatur; fas tibi sit appellatione remota, in eadem personam idoneam instituere, *&c.* text. optimus *in d. c.* 2. §. *& nisi, de supplend. neglig. prælat.* ibi Et nisi prædictæ personæ intra tempus Lateranensis Concilii constitutum, ad vacantes Ecclesias tibi perso- 37 nas idoneas præsentaverint, ex tunc tibi liceat appellatione remota, in eisdem ordinare Rectores, qui eis præesse noverint, & prodesse, ita tamen, quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum generetur, *&c.*) text. etiam elegans *in cap. dilecto. de supplen. neglig. prælat.* ibi; mandamus quatenus nisi dicto Guillel. aliquid canonicum obierit, electionem de ipso factam sublato appellationis obstaculo, confirmetis, *&c.*) ubi est 38 casus, quòd facta de aliquo electione per electores ultra tempus præfixum, ordinarius tanquam ad se devoluta, alium elegit, à quo cùm appelletur, mandat Pontifex, ut firmetur electio ab Episcopo facta, appellatione non obstante & remota, quia prima electio fuit nulla.

Probat etiam text *in c. nulla* § *si autem, de concessio.* 39 *ne prabend.* ibi, quòd si ad capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum hoc non concesserit, Episcopus secundùm Deum hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur, vel si omnes fortè neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat, *&c.*) ex quo text. duplicata resultat appellationis prohibitio in provisione beneficiorum jure devoluto facta; altera ex illis verbis, *ibi*, 40 hoc cum religiosorum, *&c.* exequatur) quoniam quando dispositio jubet aliquid executioni mandari, etiamsi non declarat appellatione remota, etiam ea postposita * exequendum est. Iss. *in cons.* 187. incipit *circa primum, sub n.* 2. *ad medium vers similiter lib.* 2. & per Lancel. quem citat, idem dixit Hier Gonzal *de men. & alternat. gl.* 9. *in annot sub. n.* 118. altera etiam colligitur ex illius text. verb. *ibi*, absque aliorum contradictione disponat, 41 *&c.*) siquidem quādo à jure removetur contradictio, seu querela: appellatio remota cēsetur, ut post Bal. *in l.* 1. §. 1. *vers. sed an remota. ff. de off. præfecti præ.* qui loquitur de querela, & text. *in c personas de appellat.* qui loquitur de contradictione, *ibi*, sine cōtradictione aliqua, *&c.*) & ibi in fine: sicut de alio diximus, appellatione remota parere constringas, *&c.* qui est text. elegans ad propositum, & de utroque Gonzal, *ubi proximè*, Dec. *in d. c. personas in* 4. *notab.* Lancel. Robert. *de attent* 2. *p. c.* 12. *lim.* 8. *n.* 4.

Rursus & ad idem plura jura persuadent, prout est text *in cap literas ad fin.* ibi, eas de personis idoneis authoritate nostra suffulti non differatis, quanto citiùs ordinare,

ordinare, &c.) *de supplend. neglig. prælator.* text. *in c. cum propter.* ibi, & ab eo, cui competit intra quatuor menſes non fuerit diffinitum, extimè Eccleſiam ipſam de perſona non differas idonea ordinare, &c.) *de jure patron.* text. etiam *in c. ne pro defectu* 41. ibi, is verò, ad quem fuerit devoluta poteſtas, Deum præ oculis habens non differat, &c. canonicè providere, &c.) *de elect.one*, quæ quidem & alia jura diligentiſſimè curant; 43 dilationem ab hujuſmodi proviſione facta jure devoluto excludere, & amovere, commendantia diligentiam, & quando res dilationem non admittit, appellationi interjectæ deferendum non eſt *l. fin. ff. de appell. recip.* Ripa *in l. 1. in prio. n. 17. ff. quorum legatorum*, & 44 ad propoſitum facit bonus text. *in l. & publicarum*, ibi ne commoda, quæ domui noſtræ debentur, callidis debitorum artibus differantur, quamobrem appellatione eorum rejecta, &c.) *C. quorum appell. non recip.* Specular. *in tit. de appell. §. in quibus verſ. 8.* Mantua *in l. ult. in 2. lectu. n. 173. C. de edicto* D. *Adr.* Gram. *deciſ. 82. n. 2.* & per Ripam Bal & Angel. multa per Men. *de adipiſ. rem. 2. à n. 61. & 58.* Baëza *de inope debitore c. 1. n. 20.* Bal. *in l. unica num. 6. verſ. 1. quid ſi unus C. ſi de momen. poſſ.* Marant. *de ord jud. 6. p. princ. quæſt. 1. n. 195. verſ. 2. limitat.* Petrus Dueñas *in regul. 42. num. 24.* Affli&is *in conſt. Neapol. lib. 2. cap. 32.* Nat. *conſ. 108. num. 1. & conſil. 409. num. 5. lib. 2.* Tiraq. *in tract. de privileg. pia cauſa privileg. 147.* qui teſtantur de doctrina in variis caſibus, & infinitis, ubi de materia nos exactè *ſuprà hoc lib. 3. c. 1. à principio.*

45 Quòd quidem juſtiſſima ratione attenta ita ſanctum eſt, ſiquidem omnia ferè jura de devolutione tractantia, præ oculis habent maximum periculum, maximum inconveniens, & damnum, quod ex longa, diutináque vacatione oritur, & irrogatur Eccleſiis, eorum bonis & animabus eiſdem. text. *in d. c. ne pro defectu 41. de electione* text. etiam *in d. c. nulla §. cum verò de conceſſione præbend. c. quam ſit de electione lib. 6.* facit text. *in c. ſi Apoſtolica 35. de præb. lib. 6.* & alia plura facit, *c. cum expediat. 18.* Conc. Crid. *ſeſſ. 24. de reform.* & motus proprius Pii V. *in conferendis*, quæ ratio magis viget quod 46 quidem periculum magis imminere apparet in proviſione jure devoluto facta, quàm antea. Etenim cùm jure ſit taxatum, & limitatum tempus, & quantum potuit extenſum, & conceſſum, quo Eccleſia cum minori damno poſſit eſſe vacans, ac viduata, ut intra illud provideatur, eo per negligentiam elapſo, cùm incipit notum eſſe periculum, & nocere vacatio, ultra ut non moretur; ſtatim ſubintrat ſuperioris diligentia, cui juſtè jura jubent proviſionem celerari, ac non differri, amovendo obſtacula, & impedimenta, quæ ſolent in longum vacationem protrahere, prout ſunt appellationes, & contradictiones, ut dictum eſt. Pro quo rectè facit doctrina. Abb. *conſ. 93. lib. 1.* quod ſi ex forma ſtatuti medicus debuit eligi menſe Januarii, qui tamen non fuit electus, poterit poſtea eligi quocumque menſe, quia fortior militat ratio ſtatuti, qua quanto magis differtur electio, tanto majus mora eſt periculum allatura, ſequitur Rota in una Sulmonen. Canonicatus coram D. Cantucio. 4. Martii 1583. quam referens ſequitur Nicol. Garcia *de benef. 5. p. c. 1. n. 88.* Anaſtaſ. Germo. *de indultis Card. §. vol. 18.*

47 Quare non obſtare conſtat, quòd ſuperiùs diximus ad principium huius articuli, à proviſione beneficii ſimplici non eſſe appellationi deferendum, quoties judicialiter provideatur; quoniam limitatur hoc de quo agimus, caſu, juxta jura hactenus adducta, & ex ſpecialitate rationis noviter oriæ poſt lapſum termini providentibus datum, quæ nec viget, nec reperitur in beneficiis ſimplicibus proviſis intra terminum ſtatutum, & conſtitutio providens, ut Eccleſiæ celeriùs provideatur, tanquam favorabilis extenditur, Rebuf. *in concordatis in Rubr. de collationibus gloſſ. contrariorum*

ante fin. verſ. nec refragatur, Geminia *in c. ſtatutum n. 6. ad medium, verſ. item jura ſequentia de præb. lib. 6.* nec 48 hic agitur de perpetuo & maximo præjudicio, cùm nemo privetur jure conferendi, aut præſentandi, ſed pro illa vice dumtaxat, ut probant text. *in d. c. 2. de ſupplend. negli. prælato.* ibi, quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in poſterum generetur.) *d. c. ſi verò. de jure patr. c. cùm præter eodem tit. & alibi paſſim*, notat. Nicol. Garc. *de benef. 2. tom. 10. p. c. ſub. n 30.* & ex ſupradictis à prin. reſultat concluſio, ut appellationi emiſſæ à proviſione jure devoluto facta beneficii, ſive Parochialis, ſive ſimplicis, quantumvis judicialiter, & in contradictorio judicio geſta, judex non deferens vim non faciet, & cauſa ſibi remitteretur.

Quam concluſionem omnimodo velim, ut limites, 49 ut procedat quando ex actis revera conſtet, & appareat ex ipſorum inſpectione de devolutione, ſecus autem quando ordinarius, ſeu ſuperior collationem fecit beneficii tanquam ad ſe devoluti, cùm revera non eſſet, quoniam talis proviſio irrita eſt, tenent Becc. *deciſ. 70.* Zerol. *in prax. Epiſcopal. 1. p. verb. jus patronatus ad octavum dubium.* Perez de Lara *de anniverſa. & Capellan. lib. 2. c. 10. n. 30.*

Nam ex quo devolutio in veritate nondum cauſata 50 eſt, non valet collatio ex defectu poteſtatis juxta regul. *l. ex parte de conceſſio. præbend. c. cum ſuper de off. delegat.* nec convaleſcit etiam ſi primus non conferat intra 51 tempus. Felin. *in c. cum ex officii. de præſcript. num. 37.* Rebuff. *tit. de devolutione num. 32.* additio magna Rotæ *deciſ. 10. de jur. patron. in ant.* & poſt Selvam, Probum, Lamber. Pechium, Hieronym. Gab. tenet Nicol. Garc. *de benefic. tom. 5. p. cap. 9. nu n. 252. & 10. p. tom. 2. cap. 3. num. 31. & 32.*

Quia quando unum diſponitur, & alterum ſupponi- 52 tur, non poteſt verificari diſpoſitio, niſi priùs verificetur ſuppoſitio gl. *in l. mancipia verbo advocandum C. de ſervi fugit.* ubi notat Jacob. Butr. Bald. Fulgoſ. Paul. & Sali. Rom. *ſingul. 459. & alii*, quos citat Joan. Garc. *de conjug. acquieſ. n. 33. & 120.* Gutier. *conſ. 1. n. 16.* Rolan. à Valle *conſ. 10. n. 14. lib. 4.* & qualitas, quæ attribuit pote- 53 ſtatem, de ea in primis & ante omnia debet conſtare, & verificari, proſper. Farin. *in præct. crim. tom. quæſt. 3. n. 86. & quæſt. 21. num. 87. & conſ. 10. num. 26.* & latè nos *p. 2. c. 3. à n....*

Ac propterea ſuccedit regula & doctrina *ſuprà c. 9.* 54 *à num. 1. & ſeqq.* adducta, ut ab actu & ſententia nulla, etiam aliàs privilegiata, violentia non fiat, ſi appellationi ſit minimè deferatum, juxta *l. 4. §. condemnatum de re jud.* & adverte, quòd licèt Nicol. Gar. *de benef. tom. 2. 10. part. c. 2. in addit. ad n. 32.* allegat. Odral. *conſil. 299. num. 5.* Paul. de Caſtr. *conſ. 40. lib. 1.* Mohedam *deciſ. 11. de præbend. num. ..* ad hoc quòd collatio facta ab ordi- 55 nario jure devolutionis ex ſententia rejiciente præſentatos, à qua fuit appellatum, quia cùm contulerit ex prætenſo jure devolutionis, attentata erit, quæ reſolutio & Doctorum aſſertio meritò eidem Nicolao Garcia diſplicuerit, eo ſcilicet fundamento, quia non ex ſententia rejiciente præſentatos provenit jus devolutionis; ſed ex præſentatione facta extra tempus, ſeu de indigno, aut incapace, & ſic appellatio à tali ſententia non poteſt ſuſpendere devolutionis proviſionem, tan- 56 quam cauſam diverſam, & ſeparatam, quia quando cauſæ ſunt diſtinctæ, & ſeparatæ, aut inter ſe diverſæ, tunc licèt ſit appellatum ab una, tamen non ſuſpendit in alia. Rotæ *deciſ. 31. allas 193. ſi ab excommunicatione in fin. de appell. in novis.* Franc. *in c. præterea 22. notab. 2. num. 1. & c. propoſuit 24. notab. 1. de appell* Pariſ. *conſ. 66. videtur n. 6. in ſi lib. 2.* Ant. de Pur. *in c. ſuper eo 10. n. 1. & 2.* quem refert & ſequitur *ibid.* Franc. *ſub num 3.* & uberiùs ſub *num. 9. verſ. ſed advertite, quia de appell.* Rebuffus *conſ. 3. viſo puncto ſub num. 4. in 1. præluſione*, & poſt Lancelot. *de attentat. 2. 9. cap. 2. limit. 2. num. 13. &*

ſeq.

57 *seqq.* latè etiam prosequitur Escacia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 47. *membr.* 2. *à num.* 12. ubi etiam quòd appellatio in uno articulo, non suspendit jurisdictionem in tota causa, sed dumtaxat in illo articulo, nec afficit tertium, ut vulgare est per Doctores, & sic etiam in casu, quo loquuntur Doctores citati, non impeditur devolutio, & casu quo esset vera eorum resolutio, nihil adhuc detraheret nostræ principali doctrinæ, & opinioni, tot
58 jurium dispositione comprobata & Odral. *ubi suprà* nihil facit ad propositum. Paul. Castr. autem elegantissimè loquitur, & in terminis de quibus nos in modò adscripta limitatione; dicens, quòd collatio facta ab Episcopo jure devolutionis, eo quòd præsentaverat Ab. quendam indignum, & non legitimæ ætatis, tanquam facta appellatione pendente per Abbatem, & præsentatum interposita; dicitur attentata, cùm facta fuerit anteaquam de incapacitate, tanquam causa devolutionis, appareret, cùm contrarium allegaretur ex adverso, & ideo non solùm Paul. de Castro, sed cæteri alij Doctores in hoc sensu accepti, favent nostræ doctrinæ, & limitationi, & ad hos terminos nostræ limitationis reducendi sunt, ne redargui possint loqui contra jura expressa.

59 Et hinc est, ut se fundans in devolutione, eam tenetur probare sufficienter, Rebuf. *in prax tit. de devolutio. num.* 12. & ita fuisse determinatum per Rotam, cujus decisionem refert literaliter, testatur Nicol. Garcia *d. cap.* 2. *num.* 37. tenet Puteus *decis.* 148. *lib.* 1. Moheda.
60 *decis.* 160 quæ est 4. *de probation.* cùm tempus à jure præfixum ad providendum collatori, seu Episcopo, non numeratur, nec incipit currere à tempore vacationis beneficij, sed à tempore scientiæ, & notitiæ, vel
61 à tempore, quo scire potuit, vel debuit (ut est Episcopus, qui tenetur, visitare singulis annis,) tenent Rot. *decis.* 7. *de præbend. in antiquioribus*, quæ in antiquis est 3. *de jur. patron. aliàs* 56. *& dec.* 6. *de jur. patron. in novis aliàs* 263. Lapus *allegatione* 80. *aliàs* 51. *num.* 17. & ibi Mandos. *littera Z.* Abb. *in c. licet de supplend. negl. præla. num.* 3. Felin *in cap.* 2. *n.* 2. *de excep* Decius *cons.* 135. *in fi.* Bertach. *de Episcopo* 1. *p.* 1. *lib.* Rochus de Curte *verbo honorificum q.* 27. *n.* 57. Lambert. 2. *p.* 2. *lib q.* 1. *art.* 8. *&* 3. *p.* 2. *lib quæst.* 2. *art.* Greg. Lopez *in l.* 8. *tit.* 16. *p.* 1. Nicolaus Guino, *in Enchiridio beneficiorum tit.* 3. *cap.* 3. *sub num.* 34. Rebuff. *in prax tit. de devolution. n.* 10. Hieronym. Gabr. *cons.* 185. *lib.* 1. Anastas. Germon. *de indultis Cardin.* §. *volumus num.* 63. Mascard. *de probation. concl.* 879. *n.* 10. Zerol. *in prax.* 2. *p. verbo devolutio.* §. 2. Flores de Mena *in pract. quæst quæst.* 3. *n.* 8. *cum seqq.* Cechus *de benef. & pension. cap.* 5. *num.* 5. Belinet. *decis.* 7. *de præbend.* Mascard. *concl.* 626. *num.* 9. Zerol. *ibi* §. 8. *dub.* 2. quemadmodum etiam, & patronis datum tempus ad
62 præsentandum sive à jure, sive à fundatore, non currit à die vacationis, sed à die notitiæ ipsius vacationis, ut infinitis adductis probat latè Nicol. Garc. *de benef.* 10. *p.*
63 *c.* 2. *n.* 34. qui & *n.* 40. per aliquas decisiones probat scientiam aliquorum patronorum, seu electorum non nocere aliis quoad devolutionem, & jus illorum notitiam habentium, conservatur per aliquos ignorantes, & sic ut
64 intret devolutio, omnium scientia debet probari; cùm de eorum præjudicio tractetur, ut dicit alia decisio adducta per eundem *ubi suprà cap.* 3. *sub n.* 13. quæ est elegans ad propositum.

65 Et debet intelligi de notitia, & scientia vera, vel præsumpta ipsius vacationis, quæ determinari debet per judicem considerata qualitate beneficij, modo vacationis, longitudine temporis, distantia locorum, & fama, probant Hostiens. & Joan. Andr. *in c. ex parte de concess. præbend.* & ibi Abb. *n.* 13. *& in d c. quia diversitatem num.* 17. Rot. *decis.* 6. *de jur patron. in novis.* Roman. *consil.* 481 Cosmas *in pragm sanction. tit. de collat.* § *item circa verbo præsentandum, ad finem.* Selva *ubi suprà*, & Lambert. *d.* 3. *p.* 2. *lib. q.* 2. *art.* 18. *à n.* 1. Mascard *d. concl.* 626. *à n.* 9. & Zerol. *d.* §. 8. 1. *&* 2. *dubio.* Nicol. Garc. *ubi suprà n.* 31. *&* 34. *post princ. & n.* 38. quæ faciunt ad ea quæ suprà tetigimus causa cognita, & cum partis (de cujus præjudicio tractatur) citatione devolutionis provisionem faciendam esse. 66

Et attende, licèt quòd tempus præfixum patronis ad præsentandum non currit, si intra illud lis orta inter ipsos & ordinarium Episcopum, illos juris patronatus Ecclesiam esse, hunc liberæ collationis, nec ad eundem fit devolutio, sed potest interim œconomum ponere, quousque lis terminetur. Zerol. post alios *in praxi Episcop.* 1. *p. verb jus patron. ad quintum ad medium.* 67 68 sequitur Perez de Lara *in tractatu de app. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 37. *&* 38. & est *l.* 11. *tit.* 15. *p.* 1. & ibi Greg. Lopez, & post plures alios optimè Spino *gl.* 4. *n.* 24. ubi limitat, & benè, nisi aliquis, sive Episcopus, sive patronus sit in quasi 69 possessione, de qua non contenditur, quia tunc statim est facienda provisio, juxta *c. consultatio. de jure patr. c. volum.* 16. *q.* 4.

Si tamen lis fuerit inter ipsosmet patronos se dicen- 70 tes, & non concordantes in præsentato, vel quia alter ipsorum prætendit, alium non esse patronum, vel quid simile contendatur: tunc si lis finita non fuerit, nec terminata intra terminum à jure præfixum patronis; devolvitur provisio ad Episcopum, qui poterit collationem facere, glos. *in c. eam te, de jur. patron.* & ibi Abb. & Innocent. & idem Abb. *in cap.* 1. *num.* 3. & Innocent. *num.* 2. *eodem tit. glos.* 1. *in c.* 2. 16. *quæst.* 7. Abb. & omnes *in c. cum vos de off. ordin.* Selva. *de benef.* 2. *p. q.* 6. *n.* 4. *& in* 3. *p. quæst.* 1. *n.* 9. Lambert. *de jur patr. lib.* 2. *p.* 2. *quæst.* 1. *art.* 9. Perez de Lara *ubi proximè d. c.* 9. *sub num.* 38. *ad fin.* Zerol. *in d. verb. jus patr. ad quintum* Nicol. Garcia *de benef.* 3. *tom.* 10. *p. c.* 2. *num.* 19. & alii statim citandi, & sunt jura expressa text. *in c. quoniam* 3. ibi, & id ipsum etiam faciat, si de jure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum, *&c.* (text. etiam *in c. eam te*, ibi, non fuerit controversia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare, *&c.*) *eodem tit.* text. etiam expressus *in c. si verò, eod. tit.* & etiam est expressa lex Regia 11. *tit.* 15. *p.* 1. & hæc collatio intelligitur salvo jure 71 præsentandi in posterum illi, qui jus evicerit patronatus per ultimum calculum sententiæ, ut probant præfati Doctores, præcipuè Zerol. Lara, & Lambert. & probant expressè text. (*in d c. cùm propter.* ibi, ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatus, *&c.*) text. *in c.* 2. *de supplend. negl. præl.* ibi ita tamen quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum generetur.) reservatur etiam patrono vincenti, ut lite finita possit repræsentare jam 72 institutum ab Episcopo jure devoluto, juris sui conservandi causa, ut principium habeat quasi possessio illius, tradunt Lamber. *de jur. patr. lib.* 2. *p.* 2 *q.* 1. *prin. art* 9. *n.* 6. Lara *de anni. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 59. & facit *d. l.* 11. *tit.* 15. *p.* 1. & etiam est text. expressus *in d. c. si verò* ibi, ita quòd repræsentetur ab eo, qui jus evicerit patronatus, *&c.*) ubi glos. & Doctores.

Et an, & quando devolutioni juris patronatus locus 73 sit, variis casibus monstratur, ubi sex elegantissimi casus distinguuntur, totam materiam, & difficultates absolventes, ponit Rotæ decisio 586. *per totam*, in novill. recollect. per Farinac. 1. *p.* quam per te omnino vide, quia fortè casum, quem quæsieris, invenies, & optimè Marcscot. *var. resol. lib.* 6. Ricc. *in prax. Eccles. juris patr. decis.* 188. *per totam. fol.* 180.

Unum tamen notabile non omittam, quòd licèt ita sit in patronis tot juribus dispositum, ut durante lite inter ipsos ultra tempus præfixum, provisio Ecclesiæ Episcopo devolvatur: tamen hoc non procedit in electione, aut collatione, quia durante lite super jure 74 conferendi, seu eligendi, non currit tempus litigantibus, nec ex hoc capite causatur devolutio, ita hanc

differentiam

differentiam fecere Feder. de Senis *consil.* 231. Rebuff. *in concord. tit. de regia ad prælaturas nominatione* §. 1. *verb. intra sex menses.* Lambert. 2. *p. lib.* 2. *q.* 1. *art.* 2. Berojus *in c. quoniam de jur. patr. n.* 42. & Flores de Men. *quæstion. pract. q.* 3. *n.* 33. & 34. Nicol. Garc. *de benef.* 10. *part. cap.* 2. *n.* 19. quia istis impeditis, sive impedimentum sit juris, sive facti, non currit tempus. Abb. *in c. quia diversitatem* 75 *n.* 3. *de conceff. præbend.* Cosmas *in pract sanct. tit. de collatio.* §. *item circa, verbo tempus.* Selva *de benef.* 3. *p. q.* 59. Rebuff. *tit. de devolutio. a n.* 10. Rochus de Curt. *de jur. patr. verb. honorificum, q.* 28. *n.* 58. Mandagat. *in tract. de election. novorum prælatorum* 1. *p. cap.* 2. *&* 2. & ibi Boërius, & Petr. de Baviso *in directorio electionum* 3. *part. cap.* 42. Joan Gutier. *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 28. Flores de Men. *d. q.* 3. *n.* 4. *& supra.* Zerol. *in prax. verb. jus patron.* 76 §. 8. 1. *dub.* & legitimo impedimento stante, etiam excusat patrono, ut non currat ei tempus, ut ipse Zerol. *ibi* post alios & optimè Spino *de test. gloss.* 4. *n.* 23. *&* 24. quod est intelligendum, non de impedimento litis, cùm patronis non excusef ex supradictis.

77 Quid autem sit dicendum in provisionibus, seu electionibus canonicatuum Doctoralis, & Magistralis: an eorum provisio debeat fieri intra sex menses, ita ut aliàs devolvatur ad superiorem, & Nicol. Garc. *ubi proximè* 5. *part. cap.* 4. *n.* 222. *cum duob. seqq.* tenet devolutionem cessari ad tradita per Anastasium Germonium *de indultis Cardinalium*, §. *volumus num.* 56. maximè cùm providcantur authoritate ordinaria, tamen ut superior ad quem fit devolutio, non teneatur ponere edictum, nec facere concursum: quia ista forma datur dumtaxat Episcopo, & capitulo: sed an verum sit statim dicam *in fin. hujus cap.* ubi etiam an ad Episcopum fiat hæc devolutio.

78 Et devolutio etiam cessatur, ubi patronus sive Ecclesiasticus, sive laïcus præsentavit indignum, inhabilem, vel incapacem. Rot. *decis.* 5. *de jur. patron. in novis.* Abb. *n.* 5. *&* 6. & ibi additio, & alij DD. *in cap. cum vos de off. ordin.* Rochus de Curt. *de jur. patr. verb. honorificum n.* 16. Lambert. *eod tract.* 1. *p.* 2. *lib. quæst.* 10. *art.* 4. & iterum 3. *p. lib.* 2. *quæst.* 2. *art.* 2. *n.* 27. Probus ad Monachum *in cap. si tibi absenti, de præb. in* 6. *n.* 53. Crescent. *decis.* 11. *de jur. part.* Padil. *in l. cum quidam n.* 17. *ff de legat.* 2. Quintanadven. *ecclesiasticon lib.* 1. *cap* 7. *num.* 10. Ægid Bailamer. *decis. Rotali* 172. incipit, *collatio facta fuit regula. cancell.* 42. *de commend.* Felin. *in cap. cum nostra n.* 44. *vers.* 8. nota Hieron. Gonzal. *in regul. de mens. glos.* 8. *n.* 40. *&* 41. & est decisio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7. *p cap.* 1. *n.* 65. ubi hanc opinionem sequitur, *& in* 1. *tom.* 5. *p. cap.* 9. *n.* 249. & idem optimè *in* 2. *tom.* 10. *p. c.* 3. *n.* 4 *&* 5. contra alios dicentes non procedere in patronis laïcis.

79 Et generaliter ubi confertur, vel eligitur indignus, incapax vel alias inhabilis, *cap. cum in cunctis* §. *fin. de electione*, ubi Doctores *& cap. scriptum vers. si verè, eodem tit. cap. si compromissarius de electione lib.* 9. Corras. *in tract. de benef.* 1. *p. cap.* 7. *n.* 11. Cechus *in tract. de benef. & pension. c.* 5 *n.* 5. Nicol. Garcia *ubi proximè d. cap.* 9. *n.* 2. ubi n. 3. adducit elegantem Rotæ decisionem, an ordi-
80 narius qui confert, teneatur inquirere, ubi dicitur debere scire conditionem ejus, cui confert.

81 Notandum est insuper, ut devolutio beneficij propter negligentiam non providendum infra tempus à jure statutum, fit ad superiores gradatim, text. est *in c. licet de supplenda negligentia prælat. c.* 2. *de conceff. præben.* & ibi laté DD. Corras. *de benef.* 1. *p. d. cap.* 7. *n.* 8. *&* 4. *q.*
82 *ap.* 2. *n.* 11. Caldas Pereyra *respons.* 3. *n.* 2. Azor. *in instit. moralium* 2. *part. lib.* 6. *cap.* 27 & alibi passim per DD. & ad quos in electionibus devolutio fiat, & quemadmodum intelligatur vide Abbatem *in cap. cum in cunctis* §. *fin. de electione.* Doctores *in cap. quamquam de electione in* 6. Rebuff. *in tit. de devolut.* n. 17. & idem. *in repetitione cap.* 2. *de conceff. præbend. circa fin. vers. quarto quæritur, & in concordat. tit de collation.* §. *si quis verò verb. immediatum*, Paul. de Citad. 6. *p. art.* 3. *quæst.* 26. *n.* 4. Petr. Greg. *de benef. cap.* 39 *n.* 21. Zerola 1. *part. verb. beneficia.* §. 2. 2. *fall.* Cechus *de benef. c.* 5. *n.* 5. Azor. *ubi proximè*, quos vide & quemadmodum devolutio fit tam de capitulo ad Episcopum, quàm de Episcopo ad capitu-
83 lum, & in quibus casibus, vide Nicol. Garc. *benef.* 10. *p. cap.* 3. *n.* 33. *cum seqq.*

84 Sed stat difficultas, an in collatione Parochialium facta jure devolutivo forma examinis, quæ coram inferiori requiritur; servari debeat, in quo videtur dicendum, non requiri, imò dumtaxat locum habeat, quando jure ordinario Parochialis confertur, vel instituitur, ex
85 his quæ dicit Nicol. Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 9. *num.* 222. quod in Doctoralibus & Magistralibus præbendis devolutis ad superiorem, ob non eorum factam electionem intra sex menses à jure statutos, non requiritur forma concursus, quia hæc dumtaxat apposita videtur Episcopo, & capitulo. Sed nihilominus contrarium
86 verius est de jure, tum quia (ut suprà diximus) ad prin. devolutio fit cum omnibus suis qualitatibus, quæ à principio inerant beneficio, & ad superiorem devolvitur cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior pro-
87 videre tenebatur, Gutierr *cons.* 2. *n.* 15. Achil. *decis.* 13. *de jur. patr.* Hieron. Gonz. *in regul. de mens. gl.* 46. *n.* 33. quia natura beneficij mutari non debet. Cephal. *consil.* 358.
88 *n.* 8. *col.* 3. Gab. *conf.* 185. *n.* 2. & superior, ad quem est devolutum, debet providere habenti qualitates à fundatore requisitas, ut plures referens tradit Perez de Lara *de anni & Capell. cap.* 10. *n.* 27.

89 Et in terminis ita censuit Sancta Congregatio Concilij 29. Junij anno 1600. quæ est decisio 261. inter novissimas recollectas per Farin. 4. *p.* in hæc verba; Congregatio Concilij censuit, in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo conferuntur, servandam esse formam examinis per concursum, quia patronus non læditur. Et quia sublato obstaculo præsentationis, & juris patroni illa vice exclusi, res cedit ad ordinarij potestatem.) Hactenus de decisione, quæ est ponderanda, ut
90 loquatur etiam in Parochialibus juris patronatus laï corum, in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concursus, quando providentur ad eorum præsentationem per ordinarium: & sic evidenter convincitur Garcia *ubi proximè*, quia etiam ubi non requiritur examen per concursum ex aliquo impedimento, prout in terminis dictæ decisionis, coram inferiori, requiritur coram superiori, ad quem provisio
91 devolvitur.

CAPUT XII.

A sententia lata in remedio adipiscendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adriani, aliisve quibusvis possessoriis remediis: an, & quando judex Ecclesiasticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à sententia continente mixturam.

SUMMARIUM.

Possessorium judicium duplex est, aliud summarium seu summariissimum, aliud ordinarium seu plenarium, n. 1.

Possessorium summarium est præparatorium judicio ordinario possessorio. n. 2.

Possessorium summarium, cum sit momenti meum aptitudine, exigit summariam cognitionem; non libellum, litis contestationem, conclusionem, aut diffinitivam sententiam, n. 3.

Possessorii summarii natura, & effectus, quando proponatur, & quod duret i. id. breviter tamen

Possessorii summarii ad materiam qui sint videndi. n. 4. *&* 8.

Poſſeſſorio ſummariiſſimo, quod eſt judicis officium, nullus requiritur ordo judicialis, num. 5.

Quod procedit in ſummariſſimo, recuperandæ, adipiſcendæ, aut retinendæ poſſeſſionis, ibi, & num. ſeqq.

Poſſeſſoria omnia remedia ordinaria habent remedium ſummariſſimum ex judicis officio, num. 9.

Poſſeſſorium ordinarium quando locum habeat, & in eo quomodo procedatur, & de ejus effectibus & natura breviter explanatur, n. 10.

Poſſeſſorium ſummariſſimum ab ordinario & plenario quantum diſtet, & quæ in utroque requirantur, num. 11. & 12. remiſſivè.

Poſſeſſorium remedium ex l. fin. C. de edicto D. Adr. ſummariſſimè proceditur, n. 13.

Quod intelligitur reſpectu omnium perſonarum, quæ eo remedio potiri poſſunt, n. 14.

Carboniani edicti remedio proceditur ſummariè, n. 15.

Poſſeſſorium adipiſcendæ intentatum à muliere ventris nomine ſummariè tractatur, n. 16.

Poſſeſſorium remedium ex Salviano interdicto ſummariè agitur, n. 17.

Poſſeſſoria remedia ſemiplenam probationem requirere tantum, qui defendant, n. 18.

Poſſeſſoria remedia plenariam & legitimam probationem requirere, qui defendant, n. 19.

Poſſeſſorium ſummarium ſeu ſummariiſſimum requirit ſemiplenam & levem probationem, n. 20.

Poſſeſſoria adipiſcendæ, aut Salviani, & l. fin. C. de edicto D. Adr. licet quoad ordinem procedatur ſummariè, plenam tamen requirunt probationem, n. 21.

Hæres ad hoc ut ex teſtamento militis in poſſeſſionem mittatur, requiritur plena probatio, n. 22.

Poſſeſſorium judicium licèt requirat plenam & perfectam probationem, non deſinit eſſe ſummarium, n. 23.

Summarium quando eſt judicium, ſeu executivum, omnes ejus articuli ſunt ſummariiſſimi, ſeu executivi, & pariter procedendum eſt, n. 24.

Guarentigiato inſtrumento ſi ſit procedendum ſummariè, pariter erit procedendum ſummariè in hypothecaria mota ratione debiti. n. 25.

Argumentum non eſt bonum: in judicio ſummario requiritur plus probationis, ergo judicium efficitur plenarium, ut contra Sarmiento, n. 26.

Appellatio non admittitur à ſententia lata ſuper judicio merè poſſeſſorio adipiſcendæ, retinendæ, aut recuperandæ jure civili, n. 27.

Poſſeſſorii meri ſententia affert modicum præjudicium, cujus gravamen reparatur per deffinitivam, n. 28.

Appellatio non admittitur à poſſeſſorio ſummario, n. 29.

Appellari non poteſt ab omni judicio poſſeſſorio tam adipiſcendæ & retinendæ, quam recuperandæ poſſeſſionis, n. 30.

L. unicæ, C. ſit de momen. poſſ. verba interpretantur, & ponderantur, n. 31. & ſeqq.

Poſſeſſorii meri ſententia parat modicum præjudicium, & illud reparabile de facili in judicio petitorio, n. 32.

Poſſeſſio momentanea quare dicta, n. 33.

A poſſeſſorio adipiſcendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adr. & ejus ſententia lata in favorem utentis illo remedio appellationi non eſt deferendum, n. 34.

Teſtatoris voluntas celerem executorem deſiderat, n. 35.

A ſententia in interdicto quorum bonorum appellatio non admittitur, n. 36. & n. 38.

Statutum ſimpliciter permittens appellare in cauſis poſſeſſoriis non intelligitur in ſententia, de mittendo hærede ſcripto in poſſeſſionem, n 37.

Interdictum quorum bonorum non admittit appellationem ſuſpenſivam, n. 38.

Quorum legatorum interdictum non admittit appellationem, num. 39.

Appellatio non datur in remedio l. 3. C. de pignorib. n. 40.

Reus conventus rei vindicatione negans poſſidere, & convictus de mendacio, non appellat. n. 41.

Appellatio eſt prohibita in ſingulis ſpeciebus adipiſcendæ poſſeſſionis, n. 42.

Salvianum interdictum eſt utiliſſimum, & merè poſſeſſorium, quod ad cœlum exclamant Doctores, n. 43.

Salvianum interdictum competit fundi domino contra colonum, ut adipiſci poſſit poſſeſſionem earum rerum, quæ illatæ ſint in fundo, n. 44.

Et ideo competit pro penſione fundi locati, & hoc eſt directum interdictum, ibid.

Salvianum interdictum utile datur etiam domino contra conductorem prædiorum urbanorum, n. 45.

Salvianum interdictum competit cuilibet creditori habenti bona ſui debitoris obligata etiam tacitè & ex quacumque cauſa n. 46.

Duæ contrariæ opiniones referuntur, ibid. & n. 47.

Salvianum interdictum eſt remedium ſummarium, in quo de ſola poſſeſſione tractatur, n. 48.

In hypotheca probari debet de dominio vel quaſi debitoris, ibid.

Salviano utens non tenetur probare, rem hypothecatam fuiſſe in bonis debitoris, ſed illam poſſediſſe, n. 49.

Salvianum interdictum non admittit exceptiones reſpicientes defectum pignoris, maximè requirentes altiorem indaginem, n. 50. ſecus in hypothecaria, ibid.

De pluribus ſpecialitatibus Salviani interdicti, & differentiis inter illud, & actionem hypothecariam, remiſſivè, 51.

Salvianum interdictum ita ſe habet ad actionem hypothecariam ſicut poſſeſſorium ad petitorium, n. 52.

Salvianum interdictum tanquam merè poſſeſſorium non admittit appellationem ſuſpenſivam, ſecus actio hypothecaria, n. 53.

Uti poſſidetis remedium retinendæ non recipit appellationem, n. 54.

Recuperandæ poſſeſſionis remedium non admittit appellationem, n. 55.

Retinendæ in ſingulis ſpeciebus non admittitur appellatio, num. 56.

Prout in interdicto ne vis fiat, ibid.
interdicto utrobi. ibid.
interdicto de ſuperficie, ibid.
interdicto de itinere actuque privato, ibid.

Retinendæ interdicto non cadit attentatum, n. 57.

Recuperandæ poſſeſſionis interdicta non admittunt appellationem, n. 58

Recuperandæ ſingulæ interdictorum ſpecies non recipiunt appellationem, n. 59. remiſſivè.

In Regio quando poſſit à poſſeſſoriis ordinariis appellari, num 60.

Poſſeſſoria judicia ſummariiſſima præparatoria poſſeſſorii ordinarii, non recipiunt appellationem, n. 61.

Appellatio à poſſeſſorio mero licèt non admittatur, intelligitur quoad ſuſpenſivum dumtaxat, non verò quoad devolutivum, n. 62.

Doctores qui hanc opinionem tenent referuntur, n. 63.

Doctores qui tenuere appellationem eſſe prohibitam in poſſeſſoriis quoad utrumque effectum, referuntur, & refutantur, n 64.

Appellatio ſi foret prohibita in poſſeſſorio quoad utrumque effectum, verior foret opinio dicentium, à qualibet ejus interlocutoria eſſe permiſſam quoad utrumque, n. 65.

Appellatio quando eſt prohibita à diffinitiva quoad ſuſpenſivum dumtaxat prohibita intelligitur etiam à qualibet interlocutoria incidenti, n 66.

appellatio admittitur jure Canonico à ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio, n. 67.

Remedium poſſeſſorium ex c. redintegranda, ſive ſit intentatum in foro Eccleſiaſtico, ſive ſeculari, datur appellatio ſuſpenſiva, n. 68.

Et de ratione, n. 69.

Privilegio aut aliqua juris diſpoſitione quis uti vult, eo debet uti cum omnibus ſuis qualitatibus, n. 70.

Exquidiana conſtitutio decernit, hodie licere exequi primam ſententiam

ſententiam latam ſuper quolibet remedio poſſeſſorio etiam appellatione pendente, n. 71.

Æguidiana conſtitutio eſt coarctata & limitata ad certas cauſas, & certas perſonas, n. 72.

Æguidiana non habet locum niſi in ſtatu Eccleſiaſtico Sedi Apoſtolicæ ſubjecto, n. 73.

Æguidiana non habet locum inter perſonas Eccleſiaſticas, n. 74.

Commiſſio ſuper appellatione à poſſeſſorio ſignatur cum clauſula (ſine præjudicio legitimi executionis) quatenus Æguidianæ locus ſit, n. 75.

Gratiani compilatoris decretorum verba non habent vim canonis, nec canonizant jura civilia, n. 76.

Appellatio non admittitur ſuſpenſiva etiam de jure canonico in poſſeſſoriis ſummariiſſimis, prout in l. fin. C. de edicto divi Adria. *n. 77.*

Celerem expeditionem ubi cauſa deſiderat, etiam jure canonico denegatur appellatio, n. 78.

Beneintendi, & aliorum opinio reprobatur, n. 79.

Poſſeſſoria remedia omnia ſummariiſſima, quæ ſunt præparatoria poſſeſſorii ordinarii, non recipiunt appellationem etiam de jure canonico, n. 80.

Salvianum poſſeſſorium non admittit appellationem etiam jure canonico, n. 81.

Poſſeſſorium non merum, ſed mixtum cum petitorio admittit appellationem à toto, n. 82.

Poſſeſſorium quando ſimul tractatur cum petitorio, iſtud ut potentius præponderat, & abſorbet poſſeſſorium, & attenditur, ut appellatio admittatur a tota cauſa & ſententia, n. 83.

De ſententia mixturam habente, & de pluribus difficultatibus illam tangentibus, & quando ab illa tota liceat appellari, & generaliter quando duæ diverſæ qualitates prohibitivæ, & permiſſivæ appellationis concurrunt in eadem ſententia, quæ attendatur, latè, n. 84. remiſſive.

Doctores generaliter loquentes de appellatione admittenda à ſententia continente mixturam, intelligitur de mixtura propria poſſeſſorii & petitorii, n. 85.

Appellatio an ſit admittenda à ſententia complicata habente contrarias qualitates, vide ibidem remiſſivè.

Ad exhibendum condemnatus & ob non exhibitionem ad intereſſe poteſt ab intereſſe ſententia appellare, n. 86.

In judicio poſſeſſorio, quo ſit condemnatio ad intereſſe ob non facultatem rei reſtituendæ, admittitur appellatio, num. 87.

Appellatio an admittatur in juriſdictionalibus, & aliis quibus poſſeſſio juſtificatur cum titulo, n. 88. remiſſive.

Interdicti de aqua quotidiana & æſtiva ſententia, cùm habeat admixtam cauſam proprietatis, recipit appellationem à tota, n. 89.

Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis admittit appellationem, n. 90.

Poſſeſſor conventus ex l. fin. C. de edicto divi Adri. *aſſerit ſe hæredem ſcriptum in teſtamento ſolemni, & parem titulum oſtendit, appellatio admittenda eſt quoad utrumque effectum, n. 91.*

Probabilis quando fuiſſet dubitatio, qui duorum ſit hæres neceſſe eſt, ingredi judicium petitorium & appellatio admittitur, n. 92.

Exceptio reſpiciens proprietatem, cùm poſſit repelli, ſi admittatur, de ea erit cognoſcendum in poſſeſſorio, à quo judicio tanquam mixto datur appellatio, n. 93.

Poſſeſſorium admixtam habens cauſam proprietatis non dicitur momentaneum, n. 94.

Statutum loquens de poſſeſſorio mero, non extenditur ad poſſeſſorium mixtum, n. 95.

Salvianum interdictum quando poſſit habere mixturam proprietatis, ut appellatio admittatur, n. 96.

Poſſeſſorii ſententia continens condemnationem fructuum, damni, aut intereſſe, & quando recipiat appellationem, n. 97.

Appellatio quando admittatur in poſſeſſoriis, vide remiſſivè, ibidem.

Poſſeſſorium licet mixtè tractatur in judicio, ſi tamen ſuper poſſeſſorio dumtaxat feratur ſententia, appellatio non ſuſpendit ejus executionem, n. 98.

Poſſeſſorium agitatum per viam contractus, admittit appellationem quoad utrumque effectum, n. 99. & n. ſeqq.

Fallit quando ad rei poſſeſſionem agitur vigore inſtrumenti guarentigiati, n. 100.

Condemnatus principaliter & immediatè ad poſſeſſionem tradendam vigore contractus appellat, n. 101.

Quia nullum ſupereſt petitorium condemnato & obligato contra pactum & obligationem, ibid.

Poſſeſſorio deducto in ſtipulatione, cujus vigore quis condemnatus eſt appellare licet, n. 102.

Et idem quando quis petit de feudo ſe inveſtiri, quia agit ex contractu, n. 103.

Condemnatus ad liberè dimittendum poſſeſſionem appellat, quia continet mixturam, n. 104.

Poſſeſſio capta vigore pacti (de ingrediendo propria authoritate) eſt valida etiam non obtenta ſententia declaratoria, n. 105.

Poſſeſſionem ingredi quis poteſt propria authoritate, urbanius facit adeundo judicem, n. 106.

Ad poſſeſſionem ubi non eſt actum vigore contractus principaliter, ſed vigore clauſulæ conſtituti, vel pacti de ingrediendo propria authoritate, appellatio non ſuſpendit, num. 107.

In poſſeſſorio ſi agatur ad caducitatem non principaliter, ſed incidenter & acceſſoriè, non admittitur appellatio num. 108.

Ad poſſeſſionem ubi agitur non principaliter ex contractu ſed vigore clauſulæ conſtituti in eo appoſitæ, appellatio non ſuſpendit, n. 109.

Quia tunc debitor nolens tradere poſſeſſionem videtur ſpoliare, n. 110.

Quorum bonorum utili interdicto petente filio feudi inveſtituram non licet appellari, n. 111.

Quæſtio acceſſorie & incidèter deducta ſuper validitate ſcripturæ in poſſeſſorio principaliter intentato, non tollit appellationem, n. 112.

Titulum oſtendens ad conſequendam poſſeſſionem petitam non dicitur agere poſſeſſorio mixto, n. 113.

Sententia continens cauſam falſitatis non exequitur in bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas petita, n. 114.

Gravamen illatum in ſententia poſſeſſorii, ſi reparari non poteſt per petitorium, admittit appellationem ſuſpenſivam, n. 115.

Condemnato ad poſſeſſionis reſtitutionem, competenti retentionem dumtaxat, licet appellare, ibid.

Poſſeſſorium judicium motum contra detentatorem, qui non poteſt petitorium movere, ut puta cõmendatarium, admittit appellationem, n. 116.

Et hujus doctrinæ plura redduntur exempla, remiſſive num. 117.

Poſſeſſorium ſummariiſſimum eſt præparatorium poſſeſſorii ordinarii, n. 118.

Poſſeſſorium ſummariiſſimum, & ejus interlocutio durat uſquequo lata ſit ſententia diffinitiva in poſſeſſorio ordinario, ibid.

Prima ſententia lata in poſſeſſorio ordinario contra obtinentem in judicio ſummariiſſimo, an ſit contra illum exquenda non obſtante appellatione, n. 116.

Sententia de aperiendo teſtamento non recipit appellationem, quia celeritatem deſiderat, n. 120.

A mandato de evacuando domum, ſeu ut dicunt defractando, an liceat appellari, n. 121.

QUID poſſum non fateri, hunc tritum articulum, ex his, quæ variis in locis apud Doctores ſupra reperiuntur, vagantia, quæ cùm inter ſe pugnent carentia diſtinctione, illum, nedum difficilem; verùm confuſum, & intricabilem reddant, quod ut

evites, ſingulas doctrinas ſuo proprio caſui cum ſui ſpecialitatis ratione adaptabo: ut quid jure verum ſit, facile cognoſcatur in poſterum, neceſſitatis illius non oblitus: quòd judicium poſſeſſorium duplex eſt, aliud ſummarium, & interdum ſummariiſſimum, aliud ordinarium, ſeu plenarium.

2 Summarium judicium poſſeſſorium autem illud eſt, quod proditum eſt ex ſolo judicis officio implorato, præparatorium quoddá judicium ad poſſeſſorium ordinarium, quod tunc locum habet, quando ſcilicet utraque pars contendit poſſidere, & quælibet recuſat agere, & libellum offerre, actoriſque partes ſuſtinere, inductum principaliter, ne lite pendente, vel non pendente ſuper poſſeſſione, ſeu poſſeſſorio ordinario, partes veniant ad arma, ſe invicem turbantes, & pro libello enſem offerentes (ut inquit Bald. *in l. quiſquis C.*
3 *quorum app. non recip.*) cujus natura (cùm ſit momentaneum aptitudine) exigit ſummariam cauſæ cognitionem, quod nec requirit libellum, nec litis conteſtationem, & concluſionem, nec ſententiam diffinitivam ſed interlocutoriam dumtaxat, præjudicium nullum afferentem, nec in poſſeſſione, nec in proprietate, prout ita in eamet declaratur, durante interim, dum lis ſuper plenario judicio poſſeſſorio, vel petitorio diffinitivè terminatur: & tunc judex ex officio ut occurrat ſcandalis, & rixis imminentibus, nullo ſervato ordine judiciario, ſed omiſſo penitus debet ſuper ultimo eorum ſtatu poſſeſſionis, ſeu detentationis probationes ſeu informationes à partibus ex officio recipere, & quem invenit in ultimo ſtatu, ſeu meliori poſſeſſione, defendet, inhibens alteri ne ad eam accedat, nec alteram inquietet, donec ut actor agens in poſſeſſorio plenario cognoſcatur: quis verus ſit poſſeſſor, ut & iſte in petitorio partes rei obtineat. Nam quemadmodum poſſeſſorium ordinarium eſt præparatorium judicium petitorio, ut quis actor ſit, cognoſcatur, *l. ordinarii C. de rei vindicatione*, ita hoc poſſeſſorium ſummarium eſt præparatorium judicio poſſeſſorio ordinario, ut dictum eſt, & ideo ſummariam cauſæ cognitionem exigit, juxta *l. æquiſſimum* (ex quo principium habere creditur) *ff. de uſufruct.* & praxis *ff. libertis, § fi ff. de liberali cauſa.* ita optime Paul. Caſtr. *in conſ. 3. col. 2. l. 2.* Bald. *in l. ordinarii col. 3. verſic. ſed hic quæro* ibi Caſtr. & alii. Alciat. *conſ. 386. in princ.* Neviz. *conſ. 8. n. 7.* Ruin. *conſ. 28. col. m. 2 in prin. volum. 4.* Marſil. *in l. 1. §. præterea, col. 18. de quæſt. & in ſingul. 543.* Felin. *in rubr. de treuga & pace, §. qui timet circa fi.* Capicius *dec 13. & dec. 14. & 55. & 96. n. 10 & dec. 189. & dec. 209.* Curtius Senior *conſ. 66.* Pariſ. *conſ. 178. l. 4.* Iſſ. *in l. ſuper poſſeſſio n. 15.* & ibi Decius *num 10. C. de tranſact.* idem Decius *in l. ult. n. 6. de edicto divi Adria.* idem *conſil. ...* Alban. *conſ. 75.* Plot. Novarienſ. *in repetitione l ſi quando n. 107. C unde vi* Corraſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. de acquir. poſſ.* Cephal. *conſ. in fi lib. 1.* qui declarant Maria Soci. Sen. *in cap. 1. col. 10. fall. 54.* Cepola *cautel. 100. n. n. 3.* Natt. *conſ. 121. n. 2. l. 1.* Maſſuerius *in pract. tit de poſſeſſorio n. 4.* exactè Covarr. *in pract. q. c. 17. per totum.* Tiraq. *in tract. le mort ſaiſit le vif. 9. p. declaratione 9. in fi.* Rebuff. *ſuper concord. Regis Franciæ. tit. de iannatis, verſic. quinta tamen ex l. regni & in commenta. regn. conſtituit. tom. 3. tit. de mater. poſſ. art. 1. gl. 1. à n. 4.* Menoch. *de retinen. poſſ. rem. ult. n. 33. & à prin.* Roland. à Valle *conſ. 8. por totum vol. 4.* quibus adde noſtratem Gaſp. Rodrig. *de annu. reddit. lib. 1. c. 17.* apud quos copiosè, & affatim invenies reſolutas multas difficultates, attingentes
4 hujuſmodi ſummarium poſſeſſorium judicium, ad quos te remitto, late Riccius *in pract. dec. 2. p dec. 203. per totam fol. 279.*

Et ultra ſupracitatos, quod in hujuſmodi judiciis officio, quod eſt poſſeſſorium ſummariiſſimum, nullius fit juris ordo ſervandus, affirmarunt gloſ. *in clem 2. ut lite pend.* Bellamc. *dec. 148. & dec. 194.* Bald. *in l. appell. col. 2. C. de appell.* Abb. *in c. ex parte col. penult. de reſcr.* Socin. Senior *in c. quoniam frequenter, col. 27. verſic. 6. fallit. ut lite non conſtat.* Alexand. *conſ. 99. n. 9. lib. 5.* Ripa *in c. ſape num. 10. verſic. 3. quia de reſtitutione ſpoliat.* Vantius *in tract. nullit. in tit. quot. & quibus modis nulli propr. poſſ. n. 28.* Lanfr. de Orian. poſt. alios plures ab eo citatos *in rubr. de cauſa poſ. & propri. col. 8.* & Bella. 6
dec. 101. qui loquuntur in poſſeſſorio ſummario, in remedio recuperandæ, & circa poſſeſſorium hoc remedium adiſpiſcendæ poſſeſſionis, idem probant. Boër. *in c. 1. n. 39. & 40. de reſtitut. ſpoliat.* poſt. Abb. *ibi* Rebuff. *in pract. benefic. tit. de miſſione in poſſeſſionem, n. 42. &* 7
43. & in hoc remedio reſpectu poſſeſſionis retinendæ ferè omnes ſuperiùs dicti probant, & attende quòd hujuſmodi remedium poſſeſſorium ſummarium, ſcilicet ex 8
judicis officio, locum obtinet in omnibus interdictis, & remediis poſſeſſoriis, tam adipiſcendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ, ut eſt de ſingulis videre apud Menoch. *de adipiſc. rem. 6. per. totum, & de retinendæ, rem. ult. per totum, & de recuper. poſſ. rem. 17.* ubi copiosè de ſingulorum qualitatibus, & difficultatibus, multa adnotatione digniſſima, tam circa beneficia, quàm temporalia invenies, ita ut omnia remedia poſſeſſoria 9
ordinaria habent hoc præparatorium ſummarium, ſeu ſummariiſſimum.

Alterum verò judicium poſſeſſorium eſt ordinarium 10
& plenarium, in quo ipſamet poſſeſſio deducitur, prout eſt in omnibus interdictis poſſeſſoriis retinendæ, recuperandæ, & adipiſcendæ, in quorum examinatione regulariter agitur de poſſeſſione plenariè juris ordine ſervato & eiſdem ſolemnitatibus, & requiſitis, quibus tractari ſolent cætera judicia ordinaria, ſcilicet cum plena cauſæ cognitione, ſervatis juris terminis cum libelli oblatione, litis conteſtatione, publicatione, & concluſione, & fertur ſententia diffinitiva, aſſerens quoad poſſeſſionem perpetuum præjudicium, ut poſſeſſor in poſſeſſione remaneat, & defendatur, ac tueatur, donec altera pars, ut actor egerit, & obtinuerit in petitorio, in quo tractatur plenariè & ordinariè de jure partium, hoc, eſt de proprietate, *l exitus, ff. de acquier. poſſ.* dicta ſic hæc interdicta poſſeſſoria ordinaria, quia in eis ordo juris ſervatur, Menoch. *in tract. de recuper. poſſ. in præludiis ſeu. rem. 1. n. 34.* probant B. *in extravag. ſed reprimendum, in verſ. ſummariè poſt. prin.* Abb. *in c. conſultationibus circa fi. de off. delegat.* Cagnol. *in l. impari ff. de regul. jur.* Plot. *in l ſi quando n. 107. & 114. C. unde vi.* Caſtr. *conſ. 3. lib. 2. & conſil. 5.* Marant. *de ordine judicio. 4. p. 9. d. n. 40. ad fi.* Natta *conſ. 532. n. 9 tim. 2.* ubi dicit certiſſimi juris eſſe, cauſam poſſeſſoriam in procedendo, ſummariam non eſſe, tamen eſſe ſummariam reſpectu probationum, cùm leviores ſufficiant,) licèt quoad hoc ultimum de probatione verum non dicat, ut ſtatim decetur.) Natt. ipſe *conſ. 121. n. 2. & n. 9. tom. 1.* Covarr. *in pract. quæſt. c. 17. n. 3. verſ. tertiò erit hoc.* exactiſſimè Rolan. à Valle *in conſ. 8. vol. 4. à n. 16.* 11
cum ſeqq. ultra quos & apud alios citatos in prioris diſtinctionis membro, reperies illam conſtitutam differentiam inter hunc, & ſuperiorem cauſam; ut in poſſeſſorio ſummario ſummaria cauſæ cognitio adhibenda ſit, in 12
poſſeſſorio autem ordinario cauſæ cognitio plenaria, & quæ requiritur generaliter in utriuſque cognitione; vide optime Specul. *in titul. de off. omnium judic. §. poſtremo per totum 1.* latè Marant. *ae ordine judicio 4. p. 9. d.* & ad iſtos terminos eſt reducendus, & intelligendus doctiſſimus vir ille ſummi, ac perpetui laboris Felicia. *in ſuo erudito tract. de cenſibus lib. 2. c. 1. n. 9. in fi.* qui Bart. & Marant. *ibi proxime* indiſtinctè dicunt, cauſam poſſeſſoriam eſſe ſummariam.

Ab hac tamen regula ultima, ut in omnibus poſ- 13
ſeſſoriis ordinariè procedatur, excipere poteris remedium illud *ex l. fin. Cod. de edicto divi Adria.* quod inter alios adipiſcendæ appoſuit 4. loco Menoch. nam in eo

igitur

14 agitur ſummariiſſimè, quod intelligi in omnibus caſibus, & reſpectu omnium perſonarum, quibus illo remedio potiri queunt, de quo exactiſſimè per Doctores *in. d. l. fi.* & exactam repetitionem fecit Zuchard. *ibi*, exactiſſimè etiam ſcripſit Menoch. *de adipiſc. in prædicto*
15 *rem.* 4. *per totum*, & facit *l. quiſquis C. quorum appel. non*
16 *recip.* quibus adde remedium ex Carboniano edicto, juxta *l.* 3. §. *cauſæ de Carbon. edicto.* item cùm mulier nomine ventris petit, ſe in poſſeſſionem mitti l. 1. § *ſi*
17 *ea. ff. de ventre in poſſ. mitt.* hic etiam adde aliud adipiſcendæ poſſeſſionis remedium ex Salviano interdicto in quo ſummariè etiam agitur, ut eſt videre ex his, quæ latè Menoch. *de adipiſc. rem.* 3. *à n.* 173. *cum ſeqq. & ſupra* Natt. *conſ.* 532. *ſub n.* 10.

18 Ex quibus reſultat componenda opinionum contrarietas: an in poſſeſſoriis judiciis ſemiplena, an plena requiratur probatio; & quòd ſemiplena ſufficiat, ſcilicet, per unum teſtem, vel ſolam famam, probant B. *in l. admonendi, col. penult. ff. de jurejur. & in l.* 2. *C. quorum bonorum, l.* 2. §. *ultim. C. ubi in rem. actio.* Cuma *in l.* 1. §. *ultim. de prætoriis ſtipul.* Mateſila *ſingul.* 2. Afflict. *dec.* 364 *n.* 5. Berojus *conſ.* 43. *n.* 46. 3. Soci. *conſ.* 266. *n.* 26. *lib.* 2. Alexand. *conſ.* 91. *in prin. lib.* 1. *& in l. videlicet C. de Carbonia edicto. n.* 2. Car. Ruin. 32. *n.* 7. *vol.* 4. Aymon. Savillia. *conſ.* 158. *n.* 12. Petrus Duennas *regul. n.* 29910. Marſil. *ſingular.* 433. Sarmi. *de reddit. Eccleſiaſt.* 1. *p. c.* 4. *n* 3. & extra iſtos nónullos alios citat pro hac ſententia Menoch. *de recuper. poſſ. rem.* 15. *n.* 410. *& ſeq.* & indiſtinctè loquendo in omnibus poſſeſſoriis hoc dicit Rebuff. *in comment. conſ. reg. tom.* 3. *tit. de mater. poſſ. art.* 7. *gl.* 1. *n.* 26. Alciat *reſponſ.* 389. *n.* 3. Bellam. *conſ.* 35. *n.* 6. ea utuntur ratione, quoniam cauſa poſſeſſoria ſit modici præjudicii, *l. momentaneæ. C. qui legit perſo. hab. ſtant. imped. l. un. C. ſi de momen. poſſ. fuer. appell.*

19 Sed contrariam ſententiam, & opinionem, imò plenam, & legitimam probationem in judiciis poſſeſſoriis requiri; probant B. *inextravag. ad reprim. verb. ſummariè* gloſ. Ofred. Jacobi Butr. Cyn. Bald. Angel. & Salicet. *in l.* 1. *C. quorum bonorum.* Lanfran. de Oria. *in l. admonendi col. ultim.* & ibi Curt. Senior. *col.* 87. *de jur. patron.* Decius *in c. cauſam quæ colum.* 2. *de judiciis.* Anchar. *in clem. ſæpe de verbor. ſignif.* & ibi Immol. *num.* 41. & ibi Georg. Natt. *num.* 15. & dicit communem opinionem Alexand. *conſ.* 187. *in fi. lib.* 7. Plot. *de in litem juran. n.* 115. Roland. à Valle *conſ.* 5. *n.* 16. *lib.* 2. Vantius *de nullit. ſent ex defectu proceſſ. num.* 58. Octavia. *deciſ. Pedemont.* 9. *q. numero* 12. Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ.* 59. *num.* 2. noſtras Joan. Garcia. *de nobilitat. gl.* 1. *num.* 51. Afflict. *deciſ.* 364. *num.* 5. plures refert & ſequitur Plot. *in l ſi. quando, numero.* 115. *Cod. unde vi.* Cagnol. *in l. impari. num.* 8. *de regul. jur.* Gratus *conſil.* 110. *numero* 7. *&* 8. *lib.* 2. Petrus Beneintendi *concl.* 62. *num.* 10. Natt. *conſil.* 630. *n.* 7. *lib.* 3. moventur, quia maximi momenti eſt poſſidere, §. *modum. inſtitut. de interdict.* & ſicut in cauſa magni præjudicii exactæ probationes exiguntur, & ita in poſſeſſoria.

20 Et hanc contrarietatem cum fœdere diſtinctionis componunt referendi ex mente, & intentione relatorum, ut prima opinio requirens levem, & ſemiplenam probationem procedat in poſſeſſorio ſummario, ſeu ſummariiſſimo, momentaneo dicto, quod provenit ex officio judicis, juxta *l. æquiſſimum ff. de uſufruct.* de quo nos ſupra, ut probant leges pro contra allegatæ; & egregiè declarat Curtius Senior *in d. l. admonendi numero* 323. *verſic. ſecundo moveor.* ibi ita intelligit Bart. *in d. l.* 2. §. *ult. C. ubi in rem actio.* quo moti fuere Decius, & Mateſila. quia jura allegata à B. loquuntur in præparatorio poſſeſſorio, ut *in Carboniano edicto*, ſequitur & animadvertit latè Ripa *in c. ſæpe n.* 3. *in fi. de reſtitutio. ſpolia* Curt. Jun. *in d. l. admmend. num.* 68. *in fi. de reſtit. ſpoliat.* & apertè elegantérque declarat Zuchar. *in l.*

ultim num. 318. *C. de edicto divi Adria.* Joſeph. Ludovic. *dec.* 59. *n.* 3. & Berojus *conſ.* 43. *n.* 46. *&* 48. *lib.* 3. Menoch *de recuper. poſt. rem.* 15. *n.* 413. ſequitur etiam & probat Marant. *in ſpeculo jud.* 4 *p.* 8. *d. n.* 43. *verſ. in iſta varietate & num.* 44.

At vero in cæteris poſſeſſoriis adipiſcendæ, nempe 21
in Salviano interdicto, & l. fi. C. de edicto divi Adria. licèt ſint poſſeſſoria ſummaria, requirunt tamen plenam, & legitimam probationem, ſeu informationem, ſummariè tamen quoad ordinem, & ejus exactionem tractetur, non autem ſufficit probatio ſemiplena, ut de utroque probat late Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem.* 3. *à* 22
n. 172. non enim hæres mittendus eſt in poſſeſſionem per unum, vel per duos teſtes, & ecce etiam in teſtamento militis, nam ad hoc ut hæres, ex eo in poſſeſſionem mittatur, debet plenè non ſemiplene per famam, aut unum teſtem teſtamentum & inſtitutionem pro- 23
bare, ſed plene, *l. divus ff. de milit. teſtam.* nec ex eo quod judicium ſummarium requirat plenam, integram, & perfectam probationem, efficitur ordinarium & plenarium, nec deſinit eſſe ſummarium, quia de articulo verè realiter & perfectè, non per ſemiplenam probationem, famam, unum teſtem, aut indicia debet conſtare, & apparere, ſummariè tamen exigenda eſt ipſa informatio, quia quando unum judicium eſt ſummarium, 24
ſeu executivum, omnes ejus articuli incidentes, & adminicula judicii ſunt ſummarii, cum ſint pares ipſius cauſæ principales, in illiſque eſt ſummariè, ſeu executivè procedendum, utin cauſa principali, quia de illis judicandum, & prædicandum eſt, ac de ipſa cauſa principali. Bal. *in l.* 1. *n.* 6. *C. commu. de legatis*, optimè Iſſ. *in l.* 2. *n.* 6. *in fi.* poſt Bal. *C. eodem tit.* dicens, quòd ſi ex ſta- 25
tuto procedendum eſt ſummariè, ſuper inſtrumento guarentigio, ſuper hypotecaria, quæ movetur ratione debiti in inſtrumento contenti, pariter erit ſummariè procedendum. B. *in l creditores, col. ult. verſ. erit igitur C. de pignor.* latè plura reddens exempla Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *q.* 45. *n.* 9. 10. 11. *&* 12. plures ſequuti & citati à Natt. *conſ.* 21. *n.* 11. *tom.* 1. Iſſ. *in rubr. l. q. admitti. col.* 1. *in fi.* Marant *de ord. jud.* 4. *p.* 9. *d. n.* 40. Iſſ. *in l. ult.* §. *ult n.* 3. *ad fi ff. de condict. indebit.* quem eleganter ſequitur Petra Sanct. *ſingular.* 23. incipit *notant Bar.* Menoch. *de adipiſ. poſſ. rem.* 3. *à num.* 175.

Non eſt enim bonum argumentum, in judicio ſum- 26
mario requiritur plena, & legitima probatio, ergo judicium efficitur plenarium, & ordinarium ex ſupradictis, ut (& perperam) putavit doctiſſimus Sarmiento *de reddit. Eccleſ.* 3 *p. c.* 2. *n.* 23. *&* 24. dicens ille loquendo in interdicto Salviano (& rectè in hoc primo) prius debet conſtare an obligatio, & hypotheca ſubſiſtat, cùm ſine principali obligatione hypotheca nulla ſit, *l. res hypothecæ, ff. de pignorib* ex quo infert Sarmiento, duo ſunt judicia iſta; in primo agitur, an obligatio ſubſiſtat, & in eo dicit, requiri pleniſſi nam cauſæ cognitionem, & tres ſententias ferri oportere, in ſecundo autem judicio arguitur interdicto Salviano ad avocandam poſſeſſionem rei hypothecatæ, & ſummariè ſecundùm naturam ipſius interdicti, ſed contra illum meritò inſurgit Menoch. *de adipiſc. poſſ. d. rem.* 3. *à n.* 172. quia cùm cauſa principalis ſit ſummaria, omnes ejus articuli incidentes ſummariè tractandi ſunt, nec ex eo figura & judicii natura immutatur.

Quibus ſuppoſitis illa eſt jure civili conſtituenda 27
regula generalis, & univerſalis, & in cunctis remediis poſſeſſoriis, tam adipiſcendæ, quàm retinendæ, & recuperandæ, in quibus agitur ad meram poſſeſſionem, à ſententia pro actore, puta, lata, appellatio non admittitur, emiſſa *ex l.* 1. *C. ſi de momen. poſſ. fuer. appellat. l. fi. ff. de appell. recipien. l. quiſquis C. quorum app. non recip.* & ubilibet gl. Quibus locis ita notat B. per quem & plenè *in l.* 2. *colum* 2 *verſ. quæro quæ eſt ratio*, &c.

28 *ff. de appell. recip.* quia sententia possessorii affert modicum præjudicium, ex quo ejus gravamen reparari potest per diffinitivam. Angel. *in cons.* 107. Bal. *in d. l.* 1. Ab *in c. cum ad sedem col. ante penult. de restit spolia.* Philip. Decius *cons.* 28 *n.* 4. omnes *in c.* 1. *de cans. poss. & proprie.* Alberti *in d. l. unica.* Corset. *singul.* 10. *n.* 1. *lib.* 4. alios referens comprobat Afflict. *dec. Neapol. dec.* 269. *num.* 3. Guid. Pap. *quæst.* 57. *si appelletur* Bal. *in l.* 2. *C. de Episcopali audi.* Communiter Doctores *in l. unica*, & præsertim Cæsar Contar. *in rubr. n.* 74. *C. si de momen.* Specul. *tit. de appel.* § *in quibus, u.* 8. *in* 6. *l.* 2. Nicel. *in tr. de concord. gl. concord.* 6 *fall.* 6. *n.* 26. *tom.* 18. *fol.* 192. Roc. 120. *fuit resolutum num.* 2. *p.* 1. *diverf.* gl. *in c. cum ad sedem, in verb. interdictum versus fi. de ref. spolia.* Marquef. *tract. de commiff. p.* 2. *in comm. appel. c.* 2. *n.* 38. Vestr. *in praxi, lib.* 7. *c.* 3. *n.* 2. Vanti. *in tract. de nullit. sent. quis poss. dicere de nullit. n.* 34. *verf. & propterea, fol.* 376. Contar. *ubi proxime in prima ratione decidendi n.* 16. *in fin. & n.* 17. Joan. Cot. Tholos. *in repet. l. naturaliter, §. nihil. commune, in præludiis n.* 30. Paris. *cons.* 108. *n.* 20. *lib.* 1. Iss. *conf.* 187. *col.* 5. *verf. hoc. assumpto lib.* 2. Immol. *conf.* 55. *n.* 5. Abb. *in conf.* 55. *col.* 1. *verf. aliam limitationem lib.* 2. Brun. *conf.* 98. *n.* 9. Barba. *conf.* 82. *col.* 5. *lib.* 3. Natta *conf.* 121. *n.* 4. *vol.* 1. Menoch. *de recuper. poss. rem.* 9. *à n.* 316. Joseph. Ludovic. *decis.* 20. *n.* 16. Rollan à Valle *conf.* 77. *col.* 2. Octavia. *decis. Pedemon.* 25. *n.* 4. Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 25. *cum seqq.* Robert. *singul. appellationum* 22. Capici. *dec.* 34. *n.* 1. Ant. Gom. *in l.* 45. *Tauri n. fi.* Cevar. *in pract. quæst. c.* 23. *n.* 8. Horatius Carpan. *in lucubratio. juris sive statu Mediol. c.* 150. glos. *non possit. appellari à n.* 47. *usque ad n.* 50. Sequitur Doctor Felicia. de Solis *in tract. de censibus l.* 3. *c.* 1. *num.* 11. & multo fortiùs dicendum erit in ju-
29 diciis possessoriis summariis, in quibus denegatam esse appellationem probant Doctores hactenus citati & vide latè Escacia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 6. *memb.* 2. *per totum fol.* 331. & alibi passim, & nos variis in locis hujus capituli, latè etiam Riccius *in prax. decis.* 2. *p. decis.* 263.

30 Quorum quidem Doctorum potissima pars absolutè loquuntur in omnibus judiciis possessoris, at nominatim & specialiter, quòd in possessorio tam adipiscendæ, quàm recuperandæ, & retinendæ, possessionis appellatio sit prohibita, loquuntur post plures, ab eis citatos Marant. *in specul. judic. tit. de appell.* 294. Lancel. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim.* 25. *n.* 10. optime Ant. Gom. *in l.* 45. *Tauri n.* 194. Rolan. à Valle *in conf.* 77. *n.* 9. *vol.* 2. Bar. *in l.* 2. *col.* 2. *num.* 4. *ff. de appell. recip.* gl. *in l. anica in verbo momento.* & ibi Bar. *q.* 1. *num.* 3. Salicet. *poss.* 2. *n.* 3. *C. si de momen.* Marc. Ant. Cuch. *tract. de mentien. circa poss. num.* 420. *verf. quid verò tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 300. Marquesla *tract. de commiss.* 2. *p. de commiss. appel. c.* 2. *sub. n.* 37. *&* 38. *fol.* 37. & de communi opinione testantur, & sequuntur Roland. à Valle *conf.* 77. *viso n.* 9. *l.* 2. Et Cæsar. Contar. *in l. unica in intellectu sub. n.* 1. *verf. unde is, C. si de momen. poss.* & de magis communi opinione testatur & sequitur Joan. Cumia *super ritibus Siciliæ c.* 80. *n.* 66. *fol.* 253. & esse approbatum à Rota refert Contard. *ubi proxime in ampliat. n.* 3. *in fi.* Achill. Personal. *tract. quorum bono. n.* 792. *in fi. & n.* 493. ubi de crebriori opinione *tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 279. Escacia *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *num.* 35. Covarr. *pract. c.* 23 *num.* 9. Menoch. (nullum allegans, sed glos. *in d. l. unica, C. si de momen. poss. fuer.*) *de*
31 *recup. poss. rem* 6. *num.* 48. *ad med.* Ruginell. *in tract. de appel.* §. 2. *c.* 3. *n.* 453. *in fi. fol.* 119. quod probant ex generalitate *d. l. unica, C. si de momen. poss. fuer. appell.* ibi, cùm de possessione, & ejus momento causa dicatur, etsi ap-
32 pellatio interposita fuerit: tamen lata sententia fortitur effectum,) reddentes rationem, quia talis sententia lata in mero possessorio parit modicum præjudicium, cùm de facili potest reparari in judicio proprietatis, quod quidem indicant, & probant illa verba ejusdem legis *ibi*, de possessione, & ejus momento, quod id significat, quando de possessione tractatur cujus præjudicium non est perpetuum, sed momentaneum, dum in petitorio causa terminatur, *&c.* latè Contard. *in rubr. d. l. unica n.* 26. Gemin. *in c. ult.* 2. *q.* 6. 33
n. 8. & sic respectu obtinentis in judicio possessorio dicitur momentanea, quia durat dumtaxat, dum non nanciscitur victoriam in petitorio, & sic parvi præjudicii: respectu autem ipsius possessionis commodo magna sunt ex vulgaribus juribus.

Et magis in specie de singulis possessoriis remediis probant multi, prout de possessorio adipiscendæ *ex l.* 34
fi. C. de edicto divi Adria, & sententia pro utente super ejus remedio, ut appellatio non detur, affirmant post *l. fin. ff. de appell. recip. & l. quisquis C. quorum appell. non recip.* & DD. *in d. l. fi. C. de edicto divi Adria* Paris. *cons.* 54. *n.* 39. *vol.* 3. Bald. *in l. unica C. si. de momen. poss. col.* 2. *in fi. verf. sed. pone.* latè Zucher. *in repet. l. fin n.* 435. & 441. *verf. & sic erit concl.* Rolland à Valle *in conf.* 77. *n.* 12. facit gl. *in verbo missus in d. l. fi.* quam sequuntur B. Bald. Salicet. Alexand. & Iss. Currius Jun. & Sebastian. Sepia relati à Zuchardo supra, infinitos congerit Tiraquel. *in tract. le more faisit le vif, p.* 6. *declarat.* 6. *n.* 2. Guid. Papæ *q.* 132. *col. ultim.* Berojus *q.* 44. Menoch. *de adipisc. poss. rem.* 4. *à n.* 926. Ozasc. *dec. Pedemon.* 25. 35
n. 9. Covarr. *in pract. q. c.* 23. *n.* 8. *verf. tertia conclusio*, rationem reddunt Doctores eandem, quam Consultus, & Imperator, ille *in d. l. fi.* hic *in d. l. quisquis* quòd testaris voluntas celerem executionem desiderat pariter, & in illo adipiscendæ remedio ex interdicto quorum bo- 36
norum, affirmant Bart. *in l.* 1. *in fi. C. quorum bonorum*, per quem Marant. *de ord. judicio* 6. *p. tit. de appell. n.* 312. Menoch. *de adipisc. rem.* 1. *n. fi.* Beneintendi. *concl.* 79. *n.* 6. Cacherian. Octavianus *decis. Pedemont.* 25. *num.* 9. Gozadin. *cons.* 5. *colnm.* 1. Rolland. à Valle *conf.* 77. *n.* 10. *vol.* 2. Marquesla *tract. de appell. p.* 2. *in commiss. appell. q.* 2. *n.* 56. *fol.* 40. Computaq. *dec.* 223. *constit. Æguid. n.* 1. *p.* 1. Cæsar Contard. *in l. unica in* 4. *ratione decidendi n.* 1. & meliùs *num.* 4. *& limit.* 17. *n.* 18. *cum. sequentib. C. si de mom. poss.* Jos. Cum. *in ritibus Siciliæ cap.* 38. *n.* 114. Ruginell. *tract. de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 649. *& num.* 650. *& seqq.*

Quod & procedit, etiam si statutum simpliciter per- 37
mittat posse semel appellari in causis possessoriis, quia adhuc non licebit appellari à sententia dimittendo hæredem scriptum in possessionem Beroi *q.* 44. *si statuta per totum.* quem refert & sequuntur Achil. Personal. *tr. de adipisc. poss. n.* 323. *verf. quæ regula, tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 268. Ruginel. *tract. de appel.* §. 2. *c.* 3. *sub. n.* 649. *verf. 2. in fi.* sequitur & rationes reddens Escacia *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 4. *à n.* 23. *fol.* 347.

Ita in aliis remediis adipiscendæ possessionis pro- 38
bant singillatim Doctores, prout de interdicto quorum rum bonorum, non admittatur suspensiva appellatio, firmant Roland. à Valle *conf.* 77. *viso n.* 10. *lib.* 2. Marant. *in specul.* 6. *p. actu in prin. verbo & quandoque appellatur n.* 323. *fol.* 308. Jos. Cuma. *super ritibus Siciliæ c.* 38. *n.* 187. *fol.* 204. Achil Person. *tr. de adipisc. poss. sub. n.* 493. *& n.* 485 *&* 499. Ruginel, *de appell.* §. 2. *c.* 2. *n.* 653. *verf. remedia fol.* 119. Cæsar. Contar. *in l. unica, lim.* 2. §. 1. *n.* 1. 2. 9. 14. *&* 18.

Item nec in interdicto quorum legatorum non dari 39
appellationem, scribunt Contard. *d. l. unica in secunda ratione decidendi, n.* 32. *& in ampliatione num.* 34. *&* 35. *& in secunda limitatione* §. 1. *n.* 16. *&* 17. *in fi.* Ruginel. *tract. de appell.* §. 2. *c.* 3. *num.* 454. *in* 4. *casu fol.* 100. item & in
remedio *l.* 3. *Cod. de pignori.* in quo non dari appella 40
tionem tenet Escacia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 6. *memb.* 4. *num.* 5.

Qui *num.* 132. affirmet, idem esse dicendum in re- 41
medio, & casu *l. fi. in rem ff. de rei vindi.* nempe quando

reus negat, se possidere, ut evitet actionem realem contra se, & postea convincitur de mendacio, probante actore quòd possidet, quo casu actor mittitur in possessionem, ante eum dixerant, & latè explicuere Ruginel. *tract. de appell.* §. 2. *cap.* 3. *n* 687. *vers. vigesimus primus.* Cuch, *in repet. l. fin. C. si de momen. n.* 31. *inter tract. diverde mentiente circa possessionem tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 293. & præ-
42 cipuè, *sub. n.* 419. *vers. quid verò, & n* 420. *fol.* 306. & quod in singulis speciebus possessionis adipiscendæ sit prohibita appellatio, ultra citatos scribit Joan Baptist. Pont. *tract. de spol. lib.* 4. *c.* 3. *sub. n.* 40. *tom.* 14. *fol.* 305.

Pariter & in alio adipiscendi remedio ex Salviano
43 interdicto appellatio non admittitur, nam hoc interdictum valde est utilissimum; cujus prærogativas, & excellentias ad cœlum exclamant Doctores citandi; estque remedium merè possessorium. Angel. Aret. *in* §. *item. Serviana n.* 6. *Inst. de actio.* Marant. *de ord. jud.* 4. *p. d.* 7. *num.* 11. Roland. à Valle *cons.* 14. *n.* 11. & quod est pinguius & utilius magisque frequentius actione hypo-
44 thecaria, probant latè Negusan. *de pign.* 8. *p.* 3. *memb. n.* 26. quod quidem competit fundi domino contra colonum, ut adipisci possit possessionem earum rerum quæ in fundo locato illata, invectáque fuerint, ideóque
45 pensione fundi locati præstanda, quod est directum interdictum, utile verò ad ejus similitudinem, datur etiam domino contra conductorem prædiorum urbanorum, ut post Neguzantium & Bart. probant Menoch. *de adipis. rem.* 3. *n.* 14.

Et ad hujus similitudinem competit etiam hoc in-
46 terdictum Salvianum cuicumque alio creditori habenti bona sui debitoris obligata, ex quavis alia causa, etiam pecuniaria, sive expressè, sive tacitè, ut probant B. *in l.* 1. *n. ff.* 2. *de Salviano interd.* in illis verbis: & etiam cuilibet creditori, (idem B. *in l.* 1. *q.* 1. *C. de precario, & Salviano inter.* ibi, creditori,) & paulò post. Angel. Aret. *in* §. *idem Serviana num.* 6. *institut. de interd.* ubi in his scribit (adverte tamen, quòd cautus advocatus numquam intentat hypothecariam, sed utile Salvianum interdictum, quod competit cuilibet creditori, directum autem pro rebus coloni invectis, & illatis, utile pro rebus inquilini locatoris, hæc ille. Angelus alios citat, ita pro opinione Bart. respondit Alexand. *consil.* 185. *num.* 4. *lib.* 6. idem tenet Neguzan. *de pignor. part.* 8. *memb.* 1. *num* 6. *& in memb.* 3. *num* 9. sentit Rapa *in rubrica, ff. de pignor. num* 19. ibi, *vel alterum debitorum*, sentit Baro. *in* §. *adipiscendæ, instit. de interdictis.*

47 Et licet ex Sarmiento *de redditibus Ecclesiast.* 3. *part. cap.* 2. *num.* 19 *& seqq.* & per Salicet & Bald. contrarium sentiat Menoch. *de adipiscen. rem.* 3. *à num.* 17. tamen superiorem Bart. opinionem, & sequacium veriorem arbitror; pro qua facit primum, & elegans consilium Rolandi à Valle 13 *vol.* 1. *per tot.* ub. consultus defendit, hoc interdictum Salvianum utile competere cuidam mulieri pro dote promissa contra tertios possessores rerum tacitè hypothecatarum: eam tenet etiam Vivius *communi opin. in* 4. *opinione l.* 2. *tractatuum*, ubi alios in id plures citat. *tom.* 1. Petrus Surd. *cons.* 513. *num.* 18. *& seqq. tom.* 4. ubi refert Rolandum, Rota per Farinacium *dis.* 183. *per totum*, 1. *part.*

48 Quare cùm hoc interdictum Salvianum mere possessorium sit; in quo quidem de sola possessione contenditur, & est remedium summarium, actio autem hypotecharia dicitur remedium petitorium, quia in ea de juribus pignoris, & hypothecæ contenditur, & debet probari de dominio, vel quasi debitoris, at isto utens Salviano, non tenetur necesse probare, & docere; quòd res obligata fuit in bonis debitoris tempore factæ obligationis vel postea, sed sufficit probare,
49 quod debitor illam possideret, secus in eo qui intentat hypothecariam, quia tenetur probare, quòd illa res fuerit in bonis debitoris, nec in Salviano interdicto tanquam possessorio & summario, posse opponi excep-

ptiones respicientes defectum pignoris, maximè ubi requirerent altiorem indaginem, in hypothecaria sic, de 50
quibus & aliis plurimis differentiis inter actionem hypothecariam & hoc Salvianum interdictum, & de plurimis ejus specialitatibus, vide optimè & latè per Nat. 51
cons. 532. *tom.* 2. *per totum*, egregiè etiam per Roland. à Valle *d. cons.* 14. *per tot. vol.* 1. Men. *de adipis. rem.* 3. *per totum*, ubi quid continere debeat libellus, quomodo sententia concipienda, & de aliis vide & tandem ex his constat, ita se habere hoc interdictum Salvianum ad actionem hypothecariam, sicut remedium possessorium ad petitorium, *ut supra.* 52

Igitur meritò à sententia lata pro creditore intentante hoc remedium, tanquam merè possessorium, 53
appellationi interpositæ non defertur, licèt à lata in actione hypothecaria admittatur; quoad utrumque; ita hanc conclusionem probant post Iff. Bart. & Bald. Marant. *de ordin. jud.* 6. *part. tit. de appellat. num.* 109. B. *in l.* 1. *in fin. princ. ff. de Salvia. inter. & in l.* 1. *num.* 2. & ibi Salicet. *vers. quæro quinto*, C. *de precario & Salvia. inter.* Alexand. *cons.* 73. *n.* 11. *lib.* 5. Cæpol. *cautel.* 91. *quando quis.* Angel. Aretin. *in* §. *item Servian. num* 9. & ibi Gomez, de communi testatur, *instit. de actio.* Corneus *consil.* 140. *n.m.* 2. *l.* 1 Lancel. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *lim.* 25. *n.m.* 11. Menoch *dist. rem.* 3. *n.m.* 186. & post. alios optimè Nat. *d. cons.* 532. *n.m.* 5. *vol.* 2. Roland. à Valle *dict. cons.* 14. *à n.* 5. *vol.* 1. Franciscus Sarmien. *in tract. de reddit. Eccl.* 3 *part. c.* 2. *n.* 26. *d fin.* Neguz. *in tract. de pign. p.* 8. *memb.* 1. *n.m.* 3. Sylvian. *cons.* 36. *n.* 2. & per Menoch. ita etiam Gratian. *in disceptat. for. c.* 103. *à princ. tom* 1. quare adverte advocate, ut quoties sese offerat occasio, hoc remedium intentes, quo quidem multo commodiùs consulis clientulo.

Et quòd in interdicto uti possidetis remedio scilicet 54
retinendæ appellatio non sit licita, probant in specie Butr. *in cap. tuam n.* 14 *de ordin. cognit.* Affl. *dec.* 269. Rebuff. *in comment. ad constit. Galli.* 3. *tom tit. de materiis poss. art.* 7. *gl. ff.* 1. *n.* 8. Corneus *consil.* 10. *lib.* 4. Capicius *decis... n.m.* 23. Menoch. *de retinen poss. rem.* 3. *num.* 843. qui idem probat in remedio recuperandæ possessionis. ut non appelletur à mero possessorio, ibi, *de recup. rem.* 9. 55
à n. 316. *cum seqq.* Cæsar Contard. *in d. l. uni. in ampliat. sub. n.* 10. C *si de momen. poss.* sequitur Escacia *de appel. quæst.* 17. *limit.* 1. *n.* 5. *à princ.* ubi latè comprobat in singulis retinendæ possessionis speciebus denegatam esse appellationem, prout in sententia lata in interdi- 56
cto, ne vis fiat ei *n.m.* 1. & in sententia lata super interdicto utrobique vide *n.m.* 2. & de sententia super uti possidetis, *n.m* 3. & super interdicto, de superficie *n.m.* 4. & interdicto de itinere actuque privato *num.* 5. de quo & de interdicto de aqua quotidiana & æstiva, tanquam habentibus mixturam, vide ibi contrarium, & nos inferiùs, & de interdicto de rivis *n.* 7. & generaliter quòd in interdicto retinendæ non cadat attentatum, tenent Hieron. Manfred *de attent. p.* 7. *à n.* 33. plures ci- 57
tat Mier. *de major.* 3. *p. quæst.* 25 *sub. n.* 48. *in* 2. *impressione.* Gutier. *canon. q.* 34. *n.* 88.

Et loquendo in interdicto recuperandæ possessionis, ut non admittitur appellatio suspensiva, ultra Do- 58
ctores super ùs relatos, tenet Contard. *in l. unica, in ampliat. sub num.* 34. C. *si de momen. poss. & n.* 8. *vers. continetur cum numero seqq. & num.* 32. *& lim* 2. §. 1. *à num* 3. *cum seqq. & num* 8. *gloss.* 1. & Salicet. *in l. momentariæ num.* 4. *vers. tertia utilitas erit*, C *unde vi.* Decius *cons.* 28. *sub n.* 4. *col.* 4 Rugi. *tract. de appell.* §. 2 *c.* 3. *n.* 673. Escacia *de appel. quæst.* 1. *lim* 6. *memb.* 6. *à princ.* ubi per extentiones recenset omnes, & singulas hujus 59
interdicti species, ut in eis à lata sententia appellatio denegetur, quem vide.

At quòd jure Regio in possessoriis ordinariis aliud 60
sit dicendum, nempe ita demum executionem permitti, cùm duæ sententiæ conformes latæ sint, à quibus

ulteriùs appellare non licet, ut postea bene possit, firmant Jacob Sahagum *in cap. 1. n. 78. de sequestr. poss. & fructuum.* Anton. Gomez *in l. 45. Tauri num. fin. ad fin.* Covarr. *in pract. quæst cap. 23. n. 7.* quos referens sequitur Felician. *de censib. lib. 3 cap. 1. n. 11. ante fin.* quod quidem modò non examino, sed vide leges Regias quibus fundantur, secundùm eorum terminos Doctores intelligi, verumtamen est, quod in illis judiciis summariissimis, de quibus *suprà & rem. l. fin. C. de edict. divi* appellatio non suspendit, ut quotidie vulgò videmus, & idem in Salviano, ob ejus specialitates.

61 Et tandem pro comprobatione & justificatione hujus regulæ propositæ adde, quòd cùm à possessoriis ordinariis seu plenariis appellatio non admittatur, multo minus admittenda est in judiciis illis summariissimis præparatoriis ordinariorum possessoriorum ex officio judicis, juxta *l. æquissimum, ff. de usufruct.* de quibus nos latè *ad princ. suprà*, ita hanc consequentiam deducit Rolan. à Valle *cons. 8. n. 34. & 35. vol. 4.* Alciato *consil. 386.* Iss. *in l. quod jussit n. 29. de re judicata* Covar. *in pract. quæst. 17. n. 7.* Menoch. *de adipis. poss. rem. 6. n. 48.* Brun *cons. 98. n. 9.* Boërius *in consuetud Biturig. §. 4. de jurisd. omn. jud.* Rebuff. *in comment. ad Reg. conj. it. tom. 3. tit. de mater. poss. art. 1. gl. n 23.* Joseph. Ludov *decis. 10. num 9.* Beneintend. *cons 79. dub. 1.* & quòd nec supplicari possit, vide Covarr. *ubi suprà d. cap. 19. n. 4. vers. octavo.* Riccius *in pract. dec 203. p. 2. per tot.*

62 Hanc tamen regulam hactenus tot autoritatibus, legibus, & rationibus comprobatam declara: ut intelligatur prohibita appellatio quoad affectum suspensivum dumtaxat, non autem quoad devolutivum, quoniam licèt executio sententiæ latæ in meris possessoriis pro actore non retardetur per appellationem subsequutam: tamen causa devolvitur ad superiorem facta executione, ut ipse de justitia, aut injustitia sententiæ cognoscat, ad revocandam, vel confirmandam sententiam, non tamen potest revocare executionem ejus tanquam attentatam, quia illud non causat istam declarationem, probat omnis Doctorum caterva hactenus à princ. hujus articuli relata, qui quidem omnes absolutè (demptis protinus allegandis) cùm de prohibenda appellatione à possessoriis hanc declarationem adjungunt, testantes de communi, & magis receptiori, quos non repeto.

63 Ultra quos hanc insuper tenent post Bart. (cujus est originalis) *in l. ante sententiam sub num. 6. ff de appellat. recip.* Abb. *in cap. cum ad sedem sub n. 30. de restit. spol.* Joseph. Ludovic *decis. Perus. 10. Domin. Martiana n. 14. 15. & 18* Ruginell. *tract. de appell. 2. §. cap. 3. sub. n. 706.* & magis communem testatur Mar. *de ord. judicio 6. p. actu 2. prin. in verb. & quandoque appellatur num. 305. in fin. & 306. limit. 16. fol. 504.* & de magis communi testatur etiam Escacia *lib. 1. causa civil. & crim. cap. 57. sub n. 54. & tract. de appellat. quæst. 17. limit. 6. membr. 7. num. 16. & 22.* & magis receptam dicit Covarr. *pract. quæst. d. cap. 23. sub num. 8. vers. secunda conclusio*, veriorem firmant Menoch. *de adipiscen. rem. 4. quæst. 100. num. 818. & de recuperan. rem 9. n. 322.* Afflict. *dec. 269. in fin.* Lancelot. *de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 25. à n. 4. cum seqq.* alios citat Contard. *in repet. l. unic. in intellectu n. 2. & 3. C. si de momen. poss* (licèt non sequatur) & quòd sit usu recepta, testatur Marc. Anton. Cuchus *tract. de mentien. circ. poss. num. 422. tom. 3. part. 2. fol. 300.* Marquessa. *tract. de commiss. q 2. de commiss. appell cap. 2. num. 19. fol. 59.* & iterum *in secunda impressione part. 1. de commiss. in poss.* Salvia. *cap. 21. num 33. fol. 236.* Rebuff *tract. de sentent. exe. utio. art. 5 glos. 3 sub. n. 1. & 2. tom. 1.* Marc. Anton. de Amat *decis. 80.* probat. text. expressus *in d. l. unica, C. si de momen. post. fuer. appell.* Riccius *decis. 103. à prin. part. 2.*

64 Qui autem contrariam tenuere, ut quoad ad utrumque effectum in possessoriis sit appellatio prohibita, minimè audiuntur, & hujus fuit author Bald. *in d. l. unica.* licèt parum sibi constans, qui contrarium tenuerat *in l. 2. C. de Episcop. audien.* idem quod Bal. *in d. l. unica* sensisse videtur Paris. *cons. 108 n. 2.* & cum Bal. communem dicit (& malè) Decius *cons. 28. n. 4. vers. non obstant allegata.* Iss. *cons 187. col. 5. vers. hoc sumpto lib. 2.* Imm. *cons. 55. n. 5.* & videtur Bal. etiam sequi Bur. *cons. 98. n. 9.* tenuerunt etiam Salicet. Roland. a Vall. Contard. Achil. Personal. Ozasc. Lucas Pæt. Her. Gab. & alii, quos refert Escac. *d. tract. de appell. lim. . . memb. 7. n. 19. fol. 379.* & alii qui communem dicunt.

Et hanc tibi recensere volui, ut memor sis, quòd ex 65
ea moti fuere aliqui, allevevare, quòd cùm à diffinitiva non admittatur appellatio in possessoriis, tamen admittatur à qualibet ejus interlocutoria, quia jam est gravamen irreparabile per appellationem à diffinitiva, cùm ab ea non appelletur, quoniam si hæc Baldi, & sequacium opinio fuisset vera, scilicet, ut quod utrumque effectum appellatio sit prohibita; probabilis redderetur horum Doctorum ampliatio, ex iis, quæ suprà resolvimus *lib. 2. cap 7. per totum*, quòd quando à sententia dif- 66
finitiva prohibita est appellatio, quoad utrumque, per missa censetur etiam quoad utrumque effectum à qualibet interlocutoria, & quolibet gravamine incidente, quia jam non reparatur. At secus sit quando appellatio prohibetur quoad devolutivum tantùm, quia tunc regulariter etiam esse prohibitam à qualibet interlocutoria, probavi, at cùm ista Baldi opinio falsa sit, & improbata, & pro contraria sit universa Doctorum observantia (prout dixit) probant omnes Doctores hactenus ad articulum citati, non admitti potest, at si vera foret Baldi opinio (secundùm ea quæ nos *supra in d. p. 2. c. 7.* cui hæc adde & nora) admitteretur appellatio suspensiva à quolibet gravamine incidenti.

Sed supradicta regula hactenus comprobata: appel- 67
lationi à meris possessoriis non deferendum procedere, advertas jure civili, nam jure canonico regulariter ab omni judicio possessorio, nisi appellationi emissæ judex Ecclesiasticus deferat, vim fieri declarant suprema tribunalia, quia licita est quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum de quo habemus jura expressa, probat text. *in cap. significaverunt de testibus*, & ibi notat Innocent. & communiter Doctores, probat text. *in cap. cùm ad sedem, de restitutione spoliato*, & ibi glos. magna *in fin.* & plenè Abb. *n. 3.* dicens communem: probat text. *in cap. ex conquestione eod. tit.* text. *in clem unic. sequest. poss. & fruct. Clem. 1. de caus. poss. & propr. &* utrobique glos. & Doctores, glos *in cap. ei qui appel. §. de poss 2. quæst. 6.* ubi Archi. & communiter DD. Specul, *in tit de appell. §. in quibus vers. 6. non appellatur*, & ibi Joan And Bald. *in l. unic. colum penult. in prin. &* ibi Salicet. *num. 6.* dicens communem, *C. si de momen. poss.* Ludovic. Roma. *cons. 324. in prin.* Abb. *cons. 53. col. 1. in volum. 2.* Decius *cons. 28* Paris. *consil. 108. col. 3. vol. 1.* Ripa *in cap. sæpè n. 3. de restitutione spoliat.* August. Berojus *q. 52. an judex sub n. 8.* Alex. *consil. 99. Visis processibus l. 3.* Bald. *consil. 366. quanquam n. lib. 3.* Joann. Corras. *in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acquir. poss. n. 26.* Vest. *in prax. l. 7. cap. 3. n. 1.* Capell. Tholos. *decis. fin. 2.* Guid. Pep. *tract. de appell. quæst. 83. n. 55.* Beneintend. *decis. 79. n. 1.* Marant. *in speculo judic. 9. part. tit. de appellat. num. 295.* Lancelot. Robert. *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 28. num 18.* Cæsar Contard. *in repet. l. unica C. si de momen poss. fuer appellat. limit. 3. num. 1.* Hubert. Zuchar. *in l. ult. C. de edicto D. Adrian. num. 441* Vivius *commun. opin. 2.* Covarr. *in pract. quæst. cap. 17. sub. n. 7.* Anton. Gom. *in l. 45. Tauri, sub num. fin.* Felicia. de Solis *in tract. de censibus lib. 2. cap. 1. sub n. 11.* & fere omnes cæteri Doctores super ùs pro regula citati, hanc probant doctrinam. Ozasc. *decis. Pedem. 25. n. 18. in fin.* Joseph. Ludovic. *in decis. Perus. 20. n. 15. & 20* Marquef. *tract. de appellat. part. 2. in commiss. appellat. cap. . n. 43. fol. 38. & 54. fol. 4. in 1. impress.* Menoch. *tractat. de adipiscen.*

adipiſcen. rem. 4 *q.* 100. *n.* 840. idem Marqueſ. *p.* 1. *de commiſſ. in poſſ. ſalu. mand. de man.* &c. *cap.* 21. *lim.* 16. *num.* 86. *fol.* 242. *in* 2. *impreſſ.* Achil. Perſon. *tract. de adipiſcen. num.* 346. *verſ. & quamvis fol.* 269. plurimos citat, & ſequitur Contard. *ubi proximè d lim.* 3. *n.* 5. *& lim.* 4. *n.* 1. Joan. Baptiſt. Ponta. *tract. de ſpol. l.* 4. *c.* 3. *n.* 41. *verſ. verum tom.* 14. *fol.* 305.

68 Hinc eſt, ut etiam in remedio recuperan. *ex cap. reintegranda* 3. *q.* 1. (cùm ſit remedium inventum, & inductum à jure canonico) appellationi ſi non deferatur, vim faciet judex, quod procedit non ſolùm quando intentatur in foro Eccleſiaſtico, ſeu canonico, verùm etiam quando intentatur in judicio ſæculari (quòd rectè fieri valet) ita poſt alios probant Pract. Papienſ. *in forma libell. in cauſa ſpol. poſſeſſ. in verbo, per noſtram diffinitivam n.* 3. Nat. *conſil.* 566. *lib.* 3. *& conſ.* 583. *n.* 4. *& num.* 13. *vol.* 3. Joannes Olden. *in tract. de jur. & æquitate tit.* 12. Bal. *conſ.* 321. *ad evidentiam præmittendum eſt, quòd aliquando. col.* 1. *l.* 3. idem Bald. *in c. querelam. col.* 4. *verſ. ſed. nunquid de electio.* Ripa *in cap. ſæpè in fin. de reſtit. ſpol.* Alciat. *reſponſ.* 57. *n.* 6. Ozaſc. *dec.* 24. *in fin.* Menoch. *de recuper poſſ. rem.* 15. ubi latè de materia) *à n.* 641. reddunt rationem, quia cùm hoc ſit poſſeſſorium remedium juris canonici quo permiſſa eſt appellatio quoad utrumque, & illud intentans intelligitur cum omnibus ſuis qualitatibus, inter quas eſt iſta appellationis permittendæ, quia qui aliqua diſpoſitione & privilegio uti vult, debet uti eo cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. ult. §. ſed & ſi præfatum, & §. ſin autem hoc aliquis, verſ. cùm enim C. de jur. liber.* plura ſimilia affert Neviz. *conſ.* 87. *n.* 14. quia res ſemper tranſit cum ſua qualitate, *l. age cum Geminiano C. de tranſactio.*

Sed huic propoſitæ regulæ, & declarationi ſolet per 71 nonnullos replicari ex Æguidiana conſtitutione, qua expreſsè deciſum ſtat, ab omni judicio merè poſſeſſorio non licere hodie appellari, ſed primam ſententiam executioni mandandam appellatione pendente, cujus meminere protinus citandi, & alii plures; cujus quidem nova determinatione multi non indocti ſubſiſtunt. Sed reſponde, quòd ea non obſtante, præpoſita doctrina, 72 etiam hodie jure jure canonico procedit, quoniam Æguidiana conſtitutio eſt coarctata, & limitata ad certas cauſas, & ad certas perſonas dumtaxat, Veſtrius *in pract. lib.* 7. *ca.* 3. Gæſar. Contard. *de Æguidiana q.* 1. *& ſeqq.* item Æguidiana eſt localis, lata pro certis locis, & provinciis dumtaxat, ut advertit idem Contard. *de Æguidiana quæſt.* 3. *à n.* 1. Paz *in prax. de tenuta c.* 12. *n.* 22. nec 73 Æguidiana habet locum niſi in ſtatu Eccleſiaſtico Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjecto, ex Pauli III. proviſione & confirmatione, ut advertit Joan Baptiſt. Ponr. *de ſpolio part.* 3. *cap.* 3. *n.* 42. Mohedan. *deciſ. Rotæ diverſ.* 112. *in prin. & n. ult. part.* 3. *lib* 1. *& deciſ.* 185. *n.* 2 *part.* 3. *lib.* 2. *& deciſ.* 187. *l.* 3. *part.* 3. Paz *de tenuta, ubi proximè n.* 24. intra limites tantùm temporalis Eccleſiæ juriſdictionis, Cæſar Contard. *ubi proximè quæſt* 4. *n.* 8 *ad medium.* Rot. *deciſ.* 112. *n.* 4 *lib.* 1. *p.* 3. *diverſ.* nec habet lo- 74 cum inter perſonas Eccleſiaſticas, ut opinatur Octavian. Veſtr. *in prax. lib.* 7. *c.* 3 *n* 4. Hondedeus *conſil.* 0. *num.* 10. *l.* 2. Chriſtophor. de Paz *ubi proximè n.* 27. Et ideo commiſſio ſuper appellatione appoſita in Rota, 75 ſolet dari cum clauſula (ſine præjudicio legitimæ executionis, quatenus Æguidianæ locus ſit) ut obiter dixit Lanc. *de attent.* 2. *p. cap* 12. *lim.* 25. *n.* 31.

76 Nec obſtat text. *in cap. fin.* 2. *quæſt.* 6. ubi Archi. *n.* 17. quòd illo decreto canonico eſt canonizata *l. C. ſi de momen.* & ſic etiam jure canonico prohibita intelligitur appellatio in poſſeſſorio, quia reſpondetur, quia illud cap. fin. *verſ. de poſſeſſ.* non eſt juris canonici, ſed ſunt verba Gratiani compilantis decretum, cujus verba non habent vim canonis, ideoque, non canonizant. Joan. Andr. *in addit ad Specul tit. de appell §. in quibus, verb. ſexto ſub n.* 8. Federic. de Senis *conſ.* 76. *Domino Auditori ſub. n.* 1. Men. *tract. de adip. poſſ. rem.* 4. *q.* 100. *n.* 842. *& 843. fol.* 153. & Con. *in l. unic. in* 2. *ratione decidendi, n.* 31. *C. ſi de momen poſſ.* Eſcacia *de appellat. q.* 17. *lim.* 1. 6. *memb.* 7. *num.* 2.

Hanc tamen concluſionem, quòd jure Pontificio ap- 77 pellationi non deferens in poſſeſſoriis remediis judex vim nullam faciat, ut limites, velim in judiciis poſſeſſoriis, quæ ſuperius ſummariiſſima dixi, ut in iis appellationi niſi judex Eccleſiaſticus deferat, vim faciet manifeſtam, ſiquidem non ſuſpendat executionem ſententiæ, prout ita in remedio adipiſcendæ poſſ. *ex l. fin. C. de edicto D. Adr.* dixerunt, ut author hujus opinionis Bald. *conſil.* 141. *n* 1. *l.* 1. idem Bald. *conſil.* 203. *lib.* 4. *& ex cap. ult. §. ſi quis* 2. *quæſt.* 6. ubi Archidia. defendit Berojus *q* 44. *per tot.* & ante eos fuit opinio Innocentii, *in cap. paſtoralis n.* 3. *verſ. ad hoc intelligendum.* Salicet. *in l. unica C. de momen. poſſ. fue col.* 5. *verſ. quæro ſecundò.* Menoch. *de adipiſcen. rem.* 4. *q.* 1011. *n.* 84. Eſcacia *de appel. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *n.* 31. *& membr.* 7. *n.* 12. Zuchar. *in d l. fin. C. de edicto D. Adr. n.* 441. Tiraquell. plures referens *in tract. le mort ſaiſit, p.* 6. *declarat.* 6. *n.* 2. Covart. *in pract. quæſt. cap.* 23. *num.* 8. *verſ. tertia concluſio* Lanc. Rob. *de attent. p. c.* 12. *lim.* 25. *n.* 27. Joſeph. Luc. *dec.* 20. *n.* 20. Menoch. *de adipiſcen. poſſ. rem.* 4. *à n.* 840. *cum ſeqq.* Petr. Beneintend. *concl.* 79. *n.* 7. *fin.* Marta. *de juriſd.* 4. *p. cent.* 2. *caſ.* 159. *n.* 19. *&* 20. Riccius *in pract. deciſ.* 2. *p deciſ.* 203. *per tot.*

Et rationem reddunt, tum quia, *ut ſuprà* diximus, *&* 78 *l. quiſquis C. quorum appell. non recip. & l. fin ff. de appell. recip.* teſtatorum voluntates, & teſtamenta celeritatem, non dilationem requirunt, quia ideo cùm omnes cauſæ, quibus hæc militat ratio, omni jure canonico etiam, appellatio non ſuſpendat, diximus *ſuprà hoc lib.* 3. *c.* 1. & alibi paſſim, nihil mirum eſt hic caſus illo potiatur privilegio jure canonico, pro qua opinione eſt text. *in cap. ult. §. ſi quis* 2. *q.* 6. & etiam quoniam ſi jus civile teſtatorum diſpoſitioni pietate, & charitate ductum multum favet, multo plus debet favere Pontificium, juxta text. *in cap. cum eſſes, de teſtam.* ubi Doctores, ut dixit Menoch. *ſuprà*, alia etiam utitur ratione Covarr. *in d. cap.* 23. *ſub d. n.* 8. *verſ. tertia concluſ.* nec ſunt feren 79 di Beroius, Beneinten. & Joſeph. Ludovic. *ubi proximè* putantes appellationem hoc caſu eſſe prohibitam etiam jure civili, quoad utrumque effectum, devolutivum & ſuſpenſivum, cùm contrarium & rectè communiter ſuprà citati omnes Doctores dicant, & text. *in d. cap. ult. §. ſi quis* 2. *q.* 6. eſto quòd ſit canonizata lex *quiſquis, C. quorum appellationes non recipian.* generaliter loquentes, & ſine diſtinctione debent intelligi, prout intelligunt eandem legem communiter Doctores, minimè admittatur appellatio quoad ſuſpenſivum, ſecus quoad devolutivum, nec jure canonico cenſenda eſt immutata diſpoſitio *d. l. ſi quiſquis*, maximè cùm eo jure in poſſeſſoriis regulariter admittatur quoad utrumque (ut dictum eſt. Ita Menoch. latè *d. rem.* 4. *num.* 841. *& ſeqq. ſurſùmque*, ubi exactè curat probare, illam legem non eſſe canonizatum, ſed eſſe à Gratiano inter canones relatam, quem vide.

Et ex identitate rationis ſcilicet celeritatis, limita 80 ulteriùs præfatam concluſionem; ut ſcilicet j re etiam canonico appellationi ſit deferendum à ſententia lata in illis ſummariiſſimis judiciis poſſeſſoriis præparatoriis ordinarii poſſeſſorii, ex judicis officio, juxta *l. æquiſſimum ff. de uſu fruct.* de quibus *ſupra ad princ. cap. quoniam ſunt remedia extraordinaria*, & inducta pro evitandis ſcandalis, & rixis ex imminenti periculo inter litigantes, certantes poſſidere, quæ ratio multo fortiùs jure canonico impedit appellationem, & in ſpecie ita ſcribit Benintend. *conſ.* 79 *n.* 6. *in fin.* plures adducit rationes Menoch. *de retinend poſſ. rem.* 6. *n.* 49. Contard. *in d. l. unica limit.* 2. *n.* 48. *& fin.* Joſeph. Ludovic. *in deciſ. Peruſ.* 20 *n.* 11. *part.* 1. Lancel. *tract. de attent.* 2. *p. c.* 12.

lim. 25. *num.* 26. Escacia *de appellat. q.* 17 *lim.* 6. *memb.* 1. *num.* 2.

81 Idem etiam arbitror esse dicendum de jure canonico, ac jure civili (secundùm quæ suprà probavi) appellationi non esse deferendum interpositæ à sententia lata in remedio illo saluberrimo, ex Salviano interdicto, nam cùm in eo diximus, summariè agi, & nec admitti exceptiones altiorem indaginem requirentes, & alias specialitates, ita nec jure canonico admittendam appellationem quoad devolutivum, quod ita invenio Rotam determinasse 14. Octobris 1568. quæ est decisio inter collectas per Caputaq. 222. incipit *Æguidiana*, cujus etiam meminit Lancelot. *de attent.* 2. *c.* 12. *lim.* 25. *n.* 10. ita etiam terminavit Rot. teste Seraphino *dec.* 101 43. 2. *tom.* ubi latè prosequitur, in quibus quidem determinavi, appellationi in Salviano interdicto emissæ non esse deferendum.

82 Præfatam autem conclusionem, ut in possessoriis non appelletur, declara, ut procedat, & locum habeat in terminis, de quibus loquitur, scilicet, in causis merè possessoriis, ut secus sit quando possessoria causa est mixta, scilicet cum petitorio, quoniam tunc ratione mixturæ à tota sententia admittitur appellatio, ut est videre in remedio recuper. *ex l. si quis in tantam C. unde vi*, ut in unum plures allegem videndum Menoch. *de recuper. poss. rem.* 9. *à num.* 319. Anton. Gom. *in l.* 45. *Tauri sub n.* 194. *post. princ.* Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 25. *n.* 14. Maranta *de ord. judic.* 6. *p. tit.*
83 *de appell. n.* 303. per ratio em autem summa cum diligitia explicuimus *supra lib.* 2. *c.* 7. *à n.* 88. *cum seqq.* ut scilicet, quando causa petitorii simul tractatur cum possessorio, vel ex natura causæ, vel aliter ex oppositione, & permissione partis tacitè, aut expressè, & super utroque lata est sententia, cùm petitorium ut potentius, & magis dignum præponderet, supprimat & absorbeat possessorium, tanquam minus principale, & sic appellatio in totum sententiæ executionem impedire debet, ita ut hoc casu qualitas affirmativa prævaleat negativæ de cujus rationis justitia, & comprobatione ibi *in d. cap.* 7. *num* 88. *cum pluribus seqq. in* 2. *distinctionis membro*, exactissimè poteris videre, ubi pariter multa ad propositum adnotatione dignissima, quæ consultò non repeto.

Quo loco plurimos Doctores adduxi tractantes de hac mixtura possessorii, & petitorii, varia exempla con-
84 stituentes, an & quando mixtura dici potest, ut in eo casu appellatio permissa sit à tota sententia, ex rationis specialitate, quæ inter possessorium & petitorium viget, cujus causa hanc mixturam pro limitatione apposuimus ad distinctam conclusionem universaliter appositam *suprà d c.* 7. ubi tractavimus an à sententia habente adversam qualitatem prohibitivam, & permissivam appellationis; sit admittenda appellatio in totum, necne: quare ad prædictos Doctores potes pro materia recurrere, & ultra illos vide etiam Christoph. de Paz *in tractatu de tenut. cap.* 13. *& à num.* 612. *&* 613. *cum seqq.* Mier *de majorat.* 3. *p quæst.* 34. *à n* 53. *& seqq in noviori impressione* Marescot. *variar. resolut lib* 2. *cap* 75. *à n* 43. *& suprà fol.* 138. Gutb *decis* 101. *per tot.* Et adverte, ne decipiaris, quia aliquando Doctores genera-
85 liter loquuntur, quòd à sententia mixturæ datur à tota appellatio, quia illos debes intelligere de hac mixtura possessorii & petitorii, quæ propria est mixtura, quid autem (extra hunc casum) in sententia, qua diversitas qualitatum reperitur complicata, sit dicendum, vide quæ diximus *dict. lib.* 7. *cap* 2. *per totum*, ubi latè.

Hinc est, ut etiam in judicio ad exhibendum, si pro-
86 pter non exhibitionem reus fuisset ad interesse condemnatus, datur appellatio ab hujusmodi condemnatione interesse. Bar. *in l.* 2. *column.* 2. *num.* 5. *ff. de appellat. recip.* Bald. *in l. unica sub num.* 15. *C. si de momen. poss.* & ibi Cæsar. Contard. *in lim.* 14. *n.* 20. & 24. Joan. de Ami. *consil.* 147. *super dubio n.* 3. ibi, *item in actione.* Nicel. *in tr. de concor. gloss. concor.* 6. *fall.* 6. *moder.* 13. *sub n.* 27. Ozasc. *dec.* 25. *n.* 11 & post Specul *tit. de app.* §. *in quibus n.* 12. Cont. *d. l. unic. oppos.* 4. *n.* 2. 4. & 5. Rugiuell. *tract. de app.* §. 2. *c.* 3. *n.* 695. *vers.* 24 *in fin.*

Et loquendo generaliter in omni judicio possessorio, 87
in quo fit condemnatio interesse propter non facultatem rei restituendæ, Escac. *de app. q.* 17. *lim* 6. *memb.* 9. *num.* 22 *& memb.* 8. *n.* 19. & melius *memb.* 5. *sub num.* 1. *& memb.* 4. *n.* 128. *& memb* 6. *à n.* 5. *& seqq.* vide in optimo casu per Aloys. Riccium *in prax. decis.* 2. *p. decis.* 200. & de ratione hujus doctrinæ vide quæ latiùs dixi suprà *lib.* 2. *d. cap.* 7. *à num.* 132. *cum. pluribus seqq.* quibus & hæc adde.

Quid autem sit dicendum in possessorio super juris- 88
dictionalibus, & aliis, quibus debet justificari possessio cum titulo, an admittatur appellatio suspensiva, vide quæ latè Escacia *de app. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 5. *à n.* 85. *& à* 52 & latiùs *art* 109. Mier. *de major.* 3 *p. q.* 24 *à n.* 50. *& suprà*, quos vide, quia differentiunt in resolutione, præcip. e Escac.

Et ex eadem ratione idem est respondendum in re- 89
medio retinen. poss. ex interdicto de aqua quotidiana, & æstiva de qua latè per Menoch. *de retinen. poss. rem.* 6. *per totum*, nam à sententia in eo lata nisi judex deferat, vim facit, quia legitima, habet enim hoc interdictum admixtam causam proprietatis, l. 1. §. *ult. ff. de aqua quotid & æstiva.* ita per Bald. *in l. unic column.* 2. *vers. quæro quid si de momen. poss. fuer. appell.* & Alber. *in l. ult. n.* 3. *C. qui leg. pers. habent. stant.* ubi etiam dicit, quòd quando possessorium habet admixtam causam proprietatis, locum non habet dispositio illius *l. fin* quam vide, sequitur in terminis Menoch. *loco proximè citato n.* 146. 90
& seqq.

Et ex identitate rationis repetendum idem est in re- 91
medio possessorio adipiscendæ *ex l. fin. C. de edicto. D. Adrian.* quando possessor conventus asserit se pariter hæredem scriptum in testamento solemni, atque ita parem titulum ostendit, quia tunc à sententia contra se lata, appellationi emissæ judex si non defert, vim facit, quia licita est quoad utrumque, ita censuit Anton. Nicell. *in tractatu de concor. gloss. in concor.* 1. *numer.* 28. motus Baldi responso *in cons.* 281. *lib.* 3. *alias consil.* 141. *præmissis verbis lib.* 1. idem Bald. *in l. unica num.* 4. *vers.* 4. *nos dicimus C. si de momen. poss. fuer. appell.* post Innocentium ab eo citatum, & Baldi consilium intelligit & declarat Menoch. *de adipiscen. rem.* 4. *n.* 861. *cum seqq.* 91
quando fuisset probabilis dubitatio, quis eorum esset hæres, quia tunc necesse est ingredi judicium petitorium, atque ita probare se hæredem, cùm ergo eo in casu fuit disputatio petitorii admissa, justè jurèque à lata sententia appellari potuit, prout Bald *in d. cons.* 141. refert in additio. Capellæ Tholos. *quæst. ult. n.* 2. *vers. item nisi fuerit*, hujus articuli latissimè declarat casus, quibus procedit, Menoch. *ubi proximè à numer.* 856. *cum seqq.* ubi *num.* 862. adducit in omnibus possessoriis; quòd si exceptio respiciens proprietatem, quæ repelli poterat; fuit admissa, est super ea cognoscen- 93
dum, ex his, quos ipse *de recuper. rem. quæst.* 15. ac ideo cùm à tali judicio emittatur appellatio cùm sit à sententia lata in possessorio mixto operabitur effectum suspensivum, ex præfatis Doctoribus, & ex Bald. *consil.* 67. *l.* 1. Ilf. *consil.* 187. *l.* 2 Ozascus *dec.* 1 *eadem* 25. *col. ult. vers. item quando lata.* Enimverò ubi possessorium habet admixtam causam proprietatis, non dicitur momentaneum, Alber. *in l. ult n.* 3. *C qui legit person haben.* 94
stan nec statuta disponentia circa possessorium, meritò intelligitur, nec extenditur ad possessorium mixtum, ita Menoch. *in tract. de retinen poss. rem.* 5. *n.* 67. *&* 95
rem. 6. *n.* 156.

Et hac ratione attenta idem dixere nonnulli circa 96
mere

remedium adipiſci ex Salviano interdicto, non quod ſui natura habeat admixtam cauſam proprietatis, (quia ut ſuprà diximus) merum poſſeſſorium eſt, ſed quando ſic contingit, ut aliqua cum cauſa petitoria reſpiciente ſimul tractetur, quia tunc appellationi eſſe deferendum reſpondet Sarmi. *de reddit. Eccleſ. cap.* 2. *n.*27. ex Baldi *conſil.* 141. *præmiſſis verbis lib.* 1. quæ doctrina quando in hoc interdicto verificari poſſit, locum habeat, & vera ſit, vide omnino Menoch. *de adipiſc. rem.* 3. *à n.*187. *cum multis ſequentibus.*

Quid autem ſit dicendum, quando in ſententia poſſeſſorii pariter ſit condemnatio fructuum damni, aut intereſſe, latiſſimè, & accuratè examinavimus ſuprà *lib.*2. *cap.*7. *à num.* 56. in ſecundo membro diſtinctionis, ubi alia etiam videbis, & de pluribus aliis generalibus limitationibus huic concluſioni, & regulæ poſſeſſorii, vide Anton. Gomez *in d. l.* 43. *Tauri num fin.* Maran. *in Specul.*6. *p. tit. de appella. a num.* 294. *cum ſequentibus.* Lancelot *de attenta* 2. *p. cap* 1.2. *limi.* 25. Menoch. *de adipiſcen. rem* 4. *a n.* 826. & alibi paſſim per Doctores
98 ſuperiùs relatos.

Unum tamen ad præmiſſa neceſſarium non omitto, quod quamvis in judicio poſſeſſorio paſſum ſit agi de proprietate, ſimul atque mixtum tractetur: ſi tamen ſuper poſſeſſione dumtaxat, & non ſuper proprietate ſententia lata fuerit, appellationi non deferens vim non facit, quia hujuſmodi appellatio nec ſuſpendit, nec hoc caſu impedit executionem prædictæ ſententiæ, ita determinavit Rota *deciſ.* 273. *n.* 1. *& 2. p.* 1. *diverſo. & deciſ.* 34. *n.* 2. *p.* 2. Decius *conſ.* 28. *per tot.* Coraſ. *conſil.* 10. *num.* 3. *lib.* 3. Cæſar Contar. *in l. unic. C. ſi de momem. poſſeſſ. fuer. limit.* 3. *ratione mixturæ*, §. 3. *n.* 13. Chriſtophor. de Paz *in tractatu de tenut. cap.* 13. *n.* 62. itaque nos loquimur in dictis caſibus, quando ſimul, terminatur poſſeſſorium, & petitorium, vel ſimul utraque ſententia concurrit.

99 Pariter & ſupredictam noſtram regulam intellige, quando agitur de judicio meri poſſeſſorii, ſecus autem quando de poſſeſſorio tractatur per viam contractus, ut puta quando quis promiſit fundum, domum, aliámve ſpeciem alicui, quoniam à condemnato ob illum contractum appellationi emiſſæ deferendum
100 eſt, ut probant Bald. *conſil.* 210. *in fin. vol.* 5. Maran *de ord. jud.* 6. *p. tit. de appell. num.*305. niſi ad ejuſdem ſpeciei poſſeſſionem agatur mediante inſtrumento guorentigiato, quoniam aliter eſt dicendum, dicemus (Deo dante) infra *lib.* 3. interim videndus Parla *lib.* 1. *rerum quotid. c.* 10. Amador. Rodrig. *de execut. c.* 5. *n.* 24. *verſ. cujus executioni & verſ. ſeqq.* & ſuperiùs *à n.* 41.

101 Et quòd quando agitur ad poſſeſſionem principaliter, & immediatè vigore contractus, poſſit appellari; probat idem Bald. *in l. unic. col.* 10. *verſ. & nota ibi* 3. *ſi quis promiſit. C. ſi de momen. poſſ.* dicens quòd ſi quis promiſit mihi tradere nudam poſſeſſionem, & judex ſententiat, eam mihi tradi: poteſt condemnatus; & obli-
102 gatus appellare, quia nullum ſupereſt ei petitorium contra pactum, idem (inquit) eſt ſi poſſeſſorium in ſtipulatione deductum ſit, & idem ſi quis petat ſe in-
103 veſtiri de feudo, quia agit ex contractu: idem quod Bal. tenent. Nicell. *tract. de concor. gloſſ.* 6. *fall.* 6. *mod.* 6. *ſub. num.* 26. *fol.* 191. Ozaſc. *deciſ. Pe emont.* 25. *ſub. n.* 11. Marqueſ. *tractatu de commiſſ. n.* 2. *in commiſſ. appell c.* 2. *n.* 49. *fol.* 39 Cæſar Contar. *in l. unic. li n.* 1 *num* 7 *verſic. aliud exemplum.* & latè *lim.* 14. *n.* 1. *& ſeqq. C. ſi de momen. poſſ* Rot. *deciſ.* 356. *n.* 8. *p.* 1. *diverſ.* & alios citat Eſcacia *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *a n.*78. ubi quod
104 idem eſt in condemnato ad liberè dimittendum poſſeſſionem ut poſſit appellare, quia coatinent mixturam de quo per eum *n.* 20. & d. Rotæ diciſio.

105 Et juxta hæc nota unam elegantem Rotæ deciſionem 857. in recollect. noviſſ. per Farin. 2 *p.* Fuit tentum, quòd ſtante pacto tranſactioni appoſito, quòd defi-

cente fratre Franciſco in ſolutione, liceret monaſterio Carthuſienſi Piſarum propria authoritate poſſeſſionem domus recipere, poſſeſſio in vim pacti capta, non aliter obtenta ſententia declaratoria, fuit valida, Caſſ. *deciſ.*7. *n.*1. *de locat.* Clarius *in verb. emphyt. q.* 11. *&* 26. 106
cum relatis per Aſinium *in pract.* §. 7. *limit.* 48. *n.* 5. nec referre, quòd judicem adiverit, quia cùm poſſit propria authoritate hoc facere, potuit etiam ex urbanitate petere à judice licentiam ingrediendi, & ſatis eſt, quòd hujuſmodi ratione præſervavit jus monaſterii, Alexand. *conſ.*131. *n.*3. *lib.*4. Afflict. *deciſ.*226. *& dec.*460. 107
Iſſ. *in l.* 2. *n.* 113. *de jure emphyt.* Moder. *de attent.*2. *p. c.*4. *amplia.* 1. *n.* 2. *&* 4. minus etiam obſtare, quòd poſſeſſio capta fuerit pendente termino ad appellandum; nam cùm ad poſſeſſionem non fuerit actum ex contractu, ſed vigore clauſulæ conſtituti, & clauſulæ quòd poſſit capi poſſeſſio propria authoritate; non erat locus appellationi. Contard. *in l. un. lim.* 24. *n.*7 *C. ſi de momen. poſſ. fuer. appell.* & in conſequenti pendentia termini, vel appellatio interpoſita non poterat impedire illius executionem, Barb. *conſ.*10. *n.*1. *lib.* 3. Guid Pap. *conſ.*219. *n.* 7. Roland. à Valle *conſ.* 77. *num.* 20. *lib.*2. tanto ma 108
gis quòd licèt fuerit actum ad caducitatem, illa tamen fuit incidenter, non autem principaliter deducta, quo caſu denegatur appellatio, juxta tradita per Decium *conſ.* 28. Contar. *d. l. unic. q.* 15.) Hactenus de dicta deciſione.

Et quod dicitur in d. Rotæ deciſione, quòd quando agitur ad poſſeſſionem non vigore contractus principa- 109
liter, ſed vigore clauſulæ conſtituti in ea appoſitæ, ut non ſit licita appellatio, tenet Paul. Caſtren. *conſ.* 43. *videtur lib.*1. *n.* 4. quia tunc debitor nolens tradere poſ- 110
ſeſſionem, videtur ſpoliare, Eſcacia *de appell. q.* 17. *lim.*6. *memb.*9. *à n.* 80. qui *n.*79. poſt Bald. *ubi ſuprà*, & Con- 111
tard *in d. l. unica, limit.*14. *n* 2 *& num.* 4. *in fi.* quòd fi- 112
lio petente inveſtituram feudi per utile interdictum quorum bonorum, non dabitur appellatio.

Quod etiam procedit, quia ſi immediatè actum eſt, 113
non ex ipſo contractu, ſed aliquo interdicto poſſeſſorio licet acceſſoriè, ſeu in conſequentiam deducatur contractus, & ejus validitas non datur appellatio, Contard. latè *in l. unica limit.*14. *n.* 3. & vide *à n.* 1. *cum ſeqq.* & Eſcacia *d lim.*6. *memb.* 9. *à n.* 81. quod compro 114
batur ex eo, quòd ipſe latè *à n.* 110. ubi quod oſtendens titulum ad conſequendam poſſeſſionem petitam non dicatur agere poſſeſſorio mixto.

Aliud etiam poteſt reddi exemplum, quando ſcilicet 115
ſententia habet complicatam cauſam falſitas, quia tunc etiam appellatio admittitur, ſuſpenditque etiam bonorum poſſeſſionem ſecundùm tabulas, text. *in l.* 1. & ibi Bald. & Salic. *C. de bonorum poſſ. ſecundum tabul.* Bal. *in l. poſt. ſententiam n.* 6. *C. de ſenten. & interlocut. omni.* Nicel. *de concor. gl. concor.* 6. *fall.* 6. *ſub. n.* 26. *modera.* 3, *fol.* 191. Rota *deciſ.* 323. *n.* 1. *p.* 1. *diverſo. Domini dixerunt*, &c. de quo de ratione vide Eſcaciam *ubi proximè n.* 84. *& ſeqq.*

Ac denique tunc admittitur appellatio à ſententia 116
lata in poſſeſſorio judicio quando ſcilicet gravamen ex ea illatum non poteſt reparari judicio petitorio, putà quia condemnatio judicio poſſeſſorio, ad poſſeſſionis & rei reſtitutionem, nulla competit actio in re, ſed ejus retentionem dumtaxat, & juxta caſum text. *in l. qui exceptionem*, §. *ſi pars. ff. de condictione indebiti.* ubi Cuman. *n.*27. & juxta *l ſi in arca ff. de condictio indebiti* Bald. *in l. un. n.* 7. *verſ. quæro quid ſi non agit. poſſeſſorio C. ſi de mo-* 117
men poſſ. fuer. appel. ubi ait, quòd quando judicium poſſeſſorium moveatur contra detentatorem, ut puta commodatarium, ſi contra eum fertur ſententia, poterit ille appellare; rationem reddit, quia non poteſt commodatarius petitorium movere, atque pariter nec ei illarum damnum reparari, Bald. *in l.* 2. *n.* 22. *C. de Epiſcop. audit.* Bart. *in lib.* 2. *num.*3. *ff. de appell. recip.* Caſtren. *conſil* 46.

col.

col. 2. versic. pro hoc fallit. lib. 1. Decius *in l. 1. col. 3. vers. secundo quando. C. de bon. poss. secundum tab.* Anton. Nicet. *in tractatu de concor. glos. concord. 1. à n.* 31. Ozasc. *dec. Pedem. 5. n.* 1. Menoch. *de adipiscen. rem. 4. à n.* 803. ubi probat, hoc casu etiam exceptionem dominii, atque ita impedire possessorium. Et ultra supradictos hanc nostram doctrinam, & limitationem probant Cardin. *in c. cùm ad sedem, ad fin.* ubi Abb. *n.* 30. Petr. Grass. *num.* 125. *de restitutione spoli.* Capic. *dec. if.* 34. *num.* 5. Stephan. Aufrer. *in addit. ad decisionem ult. Capell. Tholos. n.* . . Rebuff. *ad ll. Galli. tract. de liter. execut. art. 9. glos. 5. num.* 0. *cum seqq. & art.* 10. *gl. 1. n.* 8. Maran. *de ord. judic.* . *p. tit. de a p. n.* 299. Duen. *regul.* 3 2. *n. fin* Matesila. *in d. l. unica, n.* 2. *&* 7. de quo etiam latè Christophor. de Paz. *tr. de tenut. c.* 12. *à n.* 31 *cum seqq.* latè etiam prosequitur hanc
117 doctrinam, & limitationem post Cæsarem Contar. & alios Escac. *de app. q.* 17. *limit. 6. memb.* 8. *per totum*, ubi ejus varia reddit exempla omnino videnda & Paz etiam modò citato loco.

118 Sed pro coronide hujus capituli illud annectere libet, valde utile circa illa remedia possessoria summariissima, quorum ad principium meminimus ex officio judicis inductum, juxta *l. æquissimum. ff de usufruct.* quæ sunt præparatoria ad possessoria ordinaria, quæque (ut diximus) durant solùm usquequo lata sit sententia in
119 ipso possessorio ordinario, ut scribit Neviz. *consil.* 30. *n.* 7. Beneint. *concl.* 79. *n.* 4. tanquam præparatorium, ex *l. liberis §. ult. ff de liberali causa.* & revocatur nunc in dubium, quid si lata sententia super possessorio ordinario contra eum, pro quo in summariissimo fuit pronunciatum, & interloquutum; fuerit appellatum, aut supplicatum, an ei adhuc proderit ea interlocutio, & an adhuc durare dicetur appellatione, aut supplicatione pendente à possessorio ordinario; in quo respondeo, quòd cùm hujusmodi interlocutoria dumtaxat durat, usquequo lata sit diffinitiva in possessorio ordinario, Doctoribus citatis, non obstante appellatione pariter exequi debet (ut hactenus dictum est) sequitur; ut illa prior interlocutoria finem tunc habeat, quando diffinitiva effectum sortitur, ut optimè & eleganter consideravit Menoch. *de retinen. poss. rem. ult. num.* 50. & 60. & sic exequenda erit sententia diffinitiva lata in ordinario possessorio, nec interlocutoria impedimento esse debet, nec potest privilegium diffinitivæ huic auferre.

120 Et obiter adverte, quòd (sicut superiùs dictum est) possessio datur hæredi instituto, vigore *l. fin C. de edicto divi. Andr.* non obstante appellatione favore testatoris, multo magis deneganda est ipsa appellatio à sententia seu pronunciatione de aperiendo testamentum, ut probat text. *in l. fin. ff. de app. recip. & in l. quisquis* 6. & ibi B. Bal. Salic. & Paul. de Cast. *quorum. app. non. recip.* quam legem Gratianus posuit *in c. ult. vers. si quis etiam ausus fuerit* 2. *q.* 6. Innoc. *in c. Pastoral. n.* 3. *vers. ad hoc ita de off. deleg.* Archidiac. *in d. c fin. n.* 16. 2. *q.* 6. Specul. *tit. de app. §. in quibus, n.* 10. *vers.* 8. *lib.* 2. Maran. *in Specul. p.* 6. *act.* 2. *princ. in verbo & quandoque appellatur limit.* 19. *n.* 22. *fol.* 506. Rebuff. *tract. de app. glos. unic. art.* 9. *n.* 10. *tom.* 3. Menoch. *tract. de adipis. p ff. rem.* 4. *n.* 7. *fol.* 23. Et est ratio, quia apertura testamenti celeritatem requirit, *ex d. l. fin.*

121 Et iterum à decreto sive judicis mandato executivo relaxatio de evacuando, vel (ut dicitur) de tractando appellationi ei deferri, quia caret suspensivo, tenent citandi DD. eo quòd sit causa summaria & privilegiata celeritatem desiderans. Gramaticus *dec.* 38. *n.* 15. *& seqq.* Cæsar. Contard. *in l. unica, n* 4. *C. si de mom. poss.* Alex. *in l.* 1. *n.* 52. ubi Ill. *n.* 45. *vers. quartò adde ff. soluto matri.* & post eundem Contard. *q.* 20. *n.* 2. *versic. contrarium & n.* 3. & Bald. *in eadem l. unica n.* 1. dixit Escac. *de app. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 2. *n.* 36. & idem *lib.* 1. *causa. civ. lib.* 1. *causa. civ. & crim. c.* 5. *a n.* 53. *cum seqq.* latiùs Marchesa. *tr. de comm.* 1. *p. c.* 20 *per totum in secunda impressio. fol.* 217. qui *n.* 2. advertit quòd licèt aliqui ex iis DD. loquantur de fabro prope domum scholaris seu Doctoris malleante, tamen ipse cum Gramatico idem firmat in inquilino, & conductore, de quo latiùs per eum erit videndum ibi.

CAPUT XIII.

A sententia lata à judice, ut bono viro arbitrante, vel arbitro juris, vel in iis, quæ judicis arbitrio regulato, vel etiam libero, relinquuntur seu etiam conscientiæ, potestati, ejúsque mero officio; appellationi interpositæ non deferens vim an faciat; ubi etiam quid ab actibus, & sententiis negativis.

SUMMARIUM.

Reductionis sententia lata à judice, ut bono viro appellationi non esse deferendum, qui teneant, n. 1.

Sententia reductionis licèt, admittat appellationem, an nihilominus ea pendente sit exequenda, n. 2.

Reductionis sententiam admittere appellationem suspensivam, qui cum Baldo subscripserint, n. 3.

Covarruvias perplexus & varius redditur, in resolutione hujus articuli, n. 4.

Baldi distinctio refertur, n. 5.

Reductionis judice confirmante arbitramentum non licere appellari, secus ab eo illud infirmante, qui tenuerint, recensentur, n. 6.

Appellationem esse licitam à judice adito per viam reductionis, ut bono viro, ut magis communis & æquior opinio resolvitur, n. 7.

Quæ procedit sive ipse judex moderetur, sive confirmet, vel infirmet arbitramentum, ibid.

Et hæc opinio maximè procedit si sententia feratur ad favorem ejus qui petit reductionem, n 8.

Reductionis sententia an admittat appellationem jure Regio, n. 9. *remissivè.*

Laudi executio non est facienda pendente reductione ad judicem ut bonum virum, ut verior opinio resolvitur, quot sint in hoc articulo, n. 10.

Jure Regio hæc opinio innovata est, n. 11.

Laudi executio fit, si sit inter partes conventum, n. 12.

Vel si sit ab aliquo statuto sic inductum, ibid.

Et de aliis limitationibus, remissivè.

Reductio arbitramenti si petatur post illius arbitramenti executionem, illam non revocat, nec impedit, n. 13.

Ab arbitratoribus & eorum arbitramento non licet regulariter appellare, sed reductio peti ad arbitrium boni viri, n. 14.

Reductio ad arbitrium boni viri intra decem dies debet peti jure regio, n. 16.

Reductio an etiam jure communi debet peti intra decem dies, n. 17.

Reductio coram quo judice sit petenda, & de variis opinionibus, n. 18. *remissivè.*

Reductio debet peti intra decem dies etiam jure canonico. num. 19.

Arbitri sententia an sit exequenda non obstante appellatione, n. 20. *& seqq.*

Arbitri sententia quando omologatur tacite vel expressè. num. 21.

Ab actu quem quis approbavit, non potest appellari n. 22.

Appellari quando possit ab arbitri sententia, qui pro materia videndi, n. 23.

Arbitri sententia etiam pacto nudo facto compromisso jure canonico, recipit appellationem, & de ratione, n. 24

Ab

Ab arbitris juris electis scilicet, super recusatione, aut competentia inter judices Eccles. appellari, an liceat, n. 25.
Arbitri juris habent jurisdictionem à lege, & coram illis coguntur partes litigare, sicut coram judice, n. 26.
Arbitri juris habent à lege jurisdictionis tertiam speciem equiparatam delegatæ, n. 27.
Ab arbitris juris licèt appellare, quemadmodum & ab aliis judicibus, ibid.
A judice habente arbitrium à lege, homine, seu statuto, appellari licere, qui tenant, n. 28.
A judice cujus arbitrio aliquid committitur sive in civilibus, sive in criminalibus, qui teneant, n. 29.
Judex in arbitrariis argui non potest., quia tunc Deum judicem rei hujus cognitorem habet, n. 30.
A judice cujus arbitrio aliquid reliquitur, non licet appellari in parvis & levibus, secus in gravibus, in quibus quis enormiter læsus est, n. 31.
In arbitrariis super re magna quemadmodum enormiter læsus judicetur, n. 32.
A judice habente liberum arbitrium, seu absolutum à lege, seu statuto, vel homine, non licet appellari, n. 33.
Liberum arbitrium ex quibus verbis, & clausulis datum judici intelligatur, n. 34. remissivè.
Clausulæ & verba, quibus arbitrium regulam sen boni viri, judici datum sit n. 35. remissive.
A judice cujus conscientiæ aliquid terminandum, seu faciendum committitur appellationi emissæ non defertur, n. 36.
Conscientia ubi sit onerata judici sive jure, sive forma commissionis rescripti, appellatio nec suspendit, nec impedit executionem, n. 37.
A judice, cujus conscientiæ aliquid committitur, appellatio est prohibita quoad suspensivum effectum dumtaxat, n. 38.
Conscientiæ solus Deus superior est, & ideo ad alium ut inferiorem appellari non debet, n. 39.
Conscientia judicis ubi non est onerata simpliciter, sed aliquid simul sit appositum respiciens justitiam, appellatio non est prohibita, n. 40. & 47.
Appellari non potest ab aliquo, cujus conscientiæ aliquid declarandum committitur, quando declarationem juramento firmavit, quod precedit non in judicio, n. 41.
Dicto alicujus ubi sit standum ex quacumque dispositione, intelligitur jurato, non aliter, n. 42.
Dicto alicujus promittens stare, intelligitur jurato, non aliter, n. 43.
Citare non debet aliquem judex, cujus conscientiæ aliquid judicandum est commissum, n. 44.
De materia quando aliquid conscientiæ alicujus committitur, remissive, n. 45.
Conscientia cui aliquid terminandum committitur, debet esse cum judicio discretionis, n. 46. & 47.
Potestati judicis quando aliquid relinquitur, id non subjicitur judicis necessitati, n. 48.
A judice, cujus facultati & potestati aliquid faciendum relinquitur, non licet appellari, n. 49.
Judex si ex stato potest aliquem carceratum sub fide jussoribus relaxare, si non fecerit, non appellatur, n. 50. Declarat ibi.
A judice facultatem dispensandi habente, & id negante, non licet appellare, n. 51.
Delegans meram habet facultatem revocandi jurisdictionem delegatam, n. 52.
Appellatio non admittitur ab avocatione jurisdictionis facta per delegatum superiorem, n. 53.
Quod procedit sive avocatio fiat sine causa, aut cum ea, aut cum levi, quia non licet appellari, n. 54.
A judice denegante id quod facere potest ex suo mero officio appellari non valet, n. 55.
A judice non supplente de facto cum potest, nec ladit, nec licet appellare, 56.
Officio judicis mercenario quod potest exercere motu proprio, quando aliquid committitur, ab illud negante non appellatur, n. 57.
Secus de officio judicis nobili, quod deservit actioni propositæ & de utriusque exemplis, n. 58.
Appellari non potest à judice suum officium non interponente, quando pars interponendum non petit, n. 59.
Procuratorem inhabilem si judex non repellat, licet possit ex officio: non licet appellari per partem id non petentem, n. 60.
Ab injusta denegatione officii implorati licet appell. n. 61.
A judice negante id cujus facultati relinquitur, non appellatur, secus quando concedit, sed ex eo pars lædatur, quia tunc appellatur, n. 62.
Judex cujus facultati & voluntati aliquid committitur, sicut cogi non potest per superiorem, ita nec appellatur ab illo, 63.
A judice faciente quod facere, præcisè cogi & compelli potest, non appellatur, n. 64.
A judice obtemperante literas requisitorias, & permittente executionem, cùm illis obtemperare teneatur, non appellatur, n. 65.
A judice nolente adimplere justas requisitorias, cùm possit per superiorem compelli, potest appellari, n. 66.
Ab ordinario recusante sine causa institutione præsentatum, vel confirmare electum, appellari licet, vel etiam superiorem adire per viam recursus, n. 67.
Ab ordinario negante licentiam justam Rectori, vel alteri beneficiato, licita est appellatio, n. 68.
A judicis tarditate in ministrando justitiam, vel illam negante licet appellare, n. 69.
Tarditas & negligentia judicis in ministrando justitiam arguitur ex trina monitione, n. 70.
Judex negligens, à quo appellatum est, non potest revocando gravamen reassumere jurisdictionem, n. 71.
Ob negligentiam, & tarditatem judicis superior adiri potest. per viam querelæ, n. 72.
Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. *explanatur in illis verbis (nisi Episcopus prius requisito, eóque negligente procedat, &c.) n. 73.*
Error dicentium appellari non posse ab actibus & sententiis negativis damnatur, & eorum falsa fundamenta, n. 74.
Attentatum non adest, ergo non adest violentia recursus, non est bonum argumentum, n. 75.
Delatio negata justæ appellationi sufficit ad recursum regium postulandum, cùm sit pars & principium violentiæ, ex qua animi deliberatio ad illam inferendam detegitur, n. 76.
Ab actis & sententiis negativis sive diffinitivis, sive interlocutoriis appellationi deferendum, si sit legitima, n. 77. ubi plura exempla recensentur.
Appellationi ab actu negativo si judex deferre non teneretur, licitè posset ulteriora procedere, cùm retineat jurisdictionem, n. 78.
Appellari ubi non licèt, judex licitè potest ad ulteriora procere appellatione non obstante, n. 79.
Argumentum validum est, appellatio non suspendit, ergo judex procedens non attentat, n. 80.
Sicut èconverso, ibid.
Judex deferens appellationi minimè deferendæ, abdicat à se omnem jurisdictionem, & ultra valide nequit procedere, n. 81.
Sententia negativa non trahit secum executionem à jure, nec judice, cùm jus hoc illi privilegium attribuat, quando legitima stat appellatio, n. 82.
Sententia etiam secum executionem trahentis effectum suspendit appellatio legitima, n. 83.
Judex non deferens appellationi legitimæ virtute regii decreti, aut aliàs in proxima est causa attentandi, & vim inferendi, 84.
Judex, si à denegante admittendam meam probationem, vel instrumenta non admittatur appellatio virtute decreti Regii, peterit ad sententiam diffinitivam procedere, n. 85.
Ab actis & sententiis negativis appellationi legitimæ, si vim non adesse declaretur, & potius videretur auxilium violentiis præstare, n. 86.
Redduntur exempla, n. 87. & supra

Gravamen in actis & sententiis negativis fortius est, ac magis qualificatum est gravamen exequutum, in quibus ratio appellandi potentior viget, quam in cæteris, num. 88.

Regius Senatus in cognitione per viam violentiæ ab actibus negativis; solum inquirit, an appellatio de jure sit legitima, quæ si talis reperitur, vim fieri decernit indubiè, n. 89.

1 Actis est apud juris utriúsque Doctores controversum, in oppositáque itum sententias, quibus anceps (ne dicam) difficillima reditur vera ejus resolutio: an à judice definiente causam reductionis, ut bono viro, appellationi non deferens violentiam faciat, & hoc casu appellationem licitam non esse probat, & defendit Bart. *in l.* 1. *num.* 18 *ff. de leg.* 2. Innoc *in c. præsenti de rescript.* Abb. *in c. quinta vallis n.* 40. Joann. Andr. *in addit. ad Specul tit. de appell. § in quibus versic. quid si convenerit litera B.* Salicet. *in clem. in omnibus C. de appell. & in l. cum antea q penult. C de arbit. & in l. societatem. §. arbitr. ff. pro socio quæst.* 20. Cæpol. *consilio civil.* 16. Fulg. *conf.* 111. *& consil.* 114. Lanfr. *in tract. de arbitr. quæst.* 12. Socin. jun. *conf.* 15 *col.* 2. *lib.* 1. Salicet. *inter conf. Card conf.* 140. Bologni. *ad Ananian. conf.* 31. dicens ab hac opinione nec in judicando, nec in consulendo esse recedendum Panormit. *conf.* 38 *lib.* 1. Rom. *in rubr. ff. de arb. n.* 8. & Paul Castr. *conf.* 121. *n* 8. *lib.* 1. & hanc Bartoli doctrinam, & opinionem veram esse, dicit Ferrari. *in forma libelli ad formam compromissi. §. nec reductio n.* 9. alios plures Doctores, qui hanc sententiam, & Bar. opinionem sequuntur, refert Additio. ad Specul. *ubi proxime*, & magis communem dicit Covarr. latè disputans *lib.* 2. *variar. c.* 1. *n.* 5. *vers. tandem*, & quòd ab ista sententia super reductione possit appellatio in-
2 terponi, ut de magis communi Paris. *conf.* 55. tamen hac appellatione, & secunda reductione pendente posse fieri executioni sententiæ reductionis, tradit Boërius *dec.* 284. *col. fi. sub. n.* 26. *vers. quod intelligo.* idem etiam affirmavit ante eum Philippus Franc. *c. Dilecto sub. n.* 39. *in fi. de appell.* sequitur Lancel. Robert. per Fran. & Boërium *de attent.* 2. *p. c.* 19. *à n.* 28.

3 Sed contrariam opinionem, imò appellationi deferendum esse à sententia lata per judicem super reductione, esseque in ejus executione ea pendente supersedendum, subscripsere Bald. *in lib.* 1. *C. ne liceat* 3. *provocare n.* 10. Paul. Castr. & Immol. Alexan. *col. penult. & fi. in l.* 1. *ff. de legat.* Immol. *in l publicorum col.* 4. *de public. judic.* idem Immol. *in c. quinta vallis, n.* 36. *de jur. jur.* Vitalin. *in tract. clausula*, ubi agit de reductione ad arbitrium boni viri, *c. fin. ad fi* dicens, ita senatum determinasse, Baptis. de Sancto Blasio *in tract. de arbitr. q. penult. col. pend.* Aretin. *in c. super his, n.* 47. *de accusatio.* & ibi Felin. *n.* 13. Alex. *conf.* 106. *lib.* 3. *n* 7. Covarr. qui veriorem dicit *lib.* 2. *variar. c.* 12. *sub. n.* 5. per quem & Alexand. & alios idem dicit Ceval. *in commun opin.* 1. *tom. quæst.* 453.

4 Sed quidem Covarr. non firmavit pedes in hac secunda opinione, sed *sub. d. n.* 5 *vers. tandem, & seqq.* inquit, quòd pares sint in hoc casu defensores, & utraque communis, & *in vers. seqq.* dicit, quòd si authorum numerus, & eorum existimatio, professionis nomen, consideranda sunt, non dubitare B. sententiam (hoc est priorem) magis communem esse, siquidem præter ipsum ex veteribus, & junioribus plures magni nominis in juris utriusque disciplina, ei potiùs, quàm contrariæ accessisse, & *in vers. seq.* dicit contrariam veriorem
5 esse. Sed nihilominus perplexus manet in resolutione, & electione, ut apparet *ex vers. tertio & vers. quarto*, maximè quod ipse Covarr. non omnes Doctores, quos nos in prima opinione congessimus, recenset, sed nonnullos eorum tantum, Bald. *in l.* 1. *C. de iis qui pœnæ nomine*, distinguit, quòd si judex reductionis læsit in modico, non appelletur, si autem in magna quantitate, appellari posset, quem in hoc alii sequuntur, relati ab Additio. Specul. *in lib.* 2. *tit. de app. §. in quibus n.* 16. & Alex. *in* 1. *ff. de legat.* 2.

Alii autem dixerunt, ut prior opinio procedat, quando judex reductionis confirmaverit priorem sententiam; seu arbitramentum, quia tunc in quo confirmaverit secunda sententia priorem, appellationi non sit deferendum, nec executioni insuper supersedendum, secus autem si prius arbitramentum confirmatum non fuerit, quia tunc à judice ut bono viro arbitrante appellationi esse deferendum, quoad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum, notat eleganter Immol. *in consil.* 130. *in casu præmisso ad fi.* Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 16. *num.* 32. tenet Marcus Anton. Blanc. *in tract. de compromi. quæst.* 10. *n.* 30. *ad fi.* probat Covarr. *in lib.* 2. *var. d. c.* 12 *sub. d. n.* 5. *vers quarto*, ubi dicit, quòd si communem opinionem (scilicet B.) admittamus, concedendum esse ei locum fore, ubi arbitratoris judicium à judice, ad quem itum est, fuerit confirmatum, quòd si judex causa reductionis sententiam dixerit adversus eum qui non petierit reductionem, & sic arbitratoris judicium revocaverit, sic gravatus hac definitione appellare poterit, sequutus Anton. Blanc. *ubi proxime.* 7

Sed nihilominus licèt priorem B. opinionem aliquando prævaluisse, appareat; tamen jam his temporibus Baldi, & sic ut sit permissa appellatio à judice adito per viam reductionis tanquam bono viro, sive moderetur arbitramentum, sive confirmet vel infirmet, & æquitas praxis, & Doctorum concursus, approbant & sequuntur prout ultra superiùs citatos communem, & æquiorem esse, testantur Alexand. *conf.* 106. *viso themate col.* 2. *lib.* 3. & ex Alex. & Boër. idem. dicit Escacia *de appell. q.* 17. *num.* 14. *n.* 3. & magis communem dicit ex Villalob. *in ærario commu. opin. lib.* 6. *verb. reductio.* Additionat. ad pract. Papiens. in forma libelli quo agitur ad pœn. *in gloss. nec reductio sub. n.* 9. *in litera A, in verbo contrarium fol.* 461. sequitur etiam Menoch *cons.* 217. *existimaverim, num.* 29 *&* 30. *l.* 3. & inconstanter ponit hanc opinionem Nicell. *tract. de concord. gl. concord.* 6. *fall.* 12. *n.* 46. *fol* 192. obiter etiam hanc opinionem sequitur Escacia *l.* 1 *tr. causar. civil & crim. c.* 2. *sub. n.* 456. hanc opinionem esse veram, & observatam atque approbatam in regno Franciæ, testatur Additio. ad Alex. *d. conf.* 106. *sub. n.* 6. *litera B, & in verbo appellatio*, & ut 8
magis communem refert, & sequitur Magon. *in decis. Lucen.* 37. *lib. n.* 4. ubi dicit, procedere maximè, si feratur sententia ad favorem ejus, qui petit reductionem. Et hanc opinionem ut probabiliorem sequitur Fachin. *controver. juris, l.* 8. *c.* 96. *per tot.* quam acutè examinat, & hinc inde fundamenta referens, perpendit, & contrariis satisfacit, videndus; sequitur etiam Beneintend. *dec.* 35. *per totam*, ubi etiam recitatis opinionibus pro utraque parte dicit hanc magis communem, quam etiam videtur sequi (licet confusè) Cardin. Tus. *pract. concl. litera A, concl.* 414. *per totam*, & post Parisium, & Afflictum, idem, licet obiter, tenet Marques. *de commis. à laudo. & relat.* 1. *p. c.* 17. *n.* 23. 9

Quid autem jure regio noviter sit inductum, omnino vide *l.* 4. *tit.* 21. *lib.* 4. *recopil.* Covarr *ubi proxime, n.* 6. Avend. *in c. prætor. c.* 1. *à n.* 26. Aviles *verbo execut. c.* 1. *n.* 9. *& 26. in capit. prætor.* Orosius *in l. de quibus n.* 87. *ff. de legib.* Gutier. *in l. nemo potest. q.* 7. *à n.* 417. *cum seqq. de legat.* 1. Castil. *in l.* 64. *Tauri n.* 75. Olan. *litera S. n.* 9. Paz. *in prax.* 1. *tom. p.* 4 *n.* 4 *&* 5. *c.* 1. *& c* 3. *num.* 10. *&* 22. Roder. Xuar. *in repet l. post rem natat.* S. *in §. est & alius casus*, apud quos quid jure Regni si introductum, videbis, & latè *gl.* 1. *l. fi. tit.* 4. *p.* 3. *& l.* 5. *tit.* 2. *p.* 1. *verbo, des juicios*, & alios citat Valdes. *in addit. ad Roderi Xuar. ubi proximè.*

Hactenus diximus de sententia judicis, ad quem itum

itum est per reductionem ut bonum virum super judicio arbitratoris, nunc quærendum, quid pendente ipsa reductione, & non obstante; an possit executioni demandari arbitratorium judicium. In quo articulo quinque reperiuntur diversæ opiniones, ea tamen receptissima est,& amplectenda: ut reductione pendente ad judicem ut bonum virum,non sit faciẽda executio laudi; ita tenet Bal. *in l.tale pactum, §. qui provocavit col.fin.in penult.quæst.ff.de pact* tenet etiam Abb. contra Card. *in cap.quinta vallis n.41. de jurejur.* Socin. *cons.27. col.pen. l.4.* veriorem dicit Marant. *de ord.jud.3.part.6 p.prin.in actu 5.sub.n.110.* Philip Franc.*in cap.dilecto n.30.de appell.* sequitur Lancel. *de attent.2.p.cap.16.n.10.& seqq.* cum quo transit, & sequitur in ampliationibus, & limitationibus(ut assolet transcribendo.)Escacia *de appel. quæst.17.limit.4.à n.6.* sequitur Boër. *decis.274 à.n.24.* ubi de stylo servari testatur Lanfr.*decis.451.* incipit *arbitramentalis.* Alexand. *cons.43.quia subtiliter, n.9.lib.6. & in cons.119 quæritur ergo,n.17.eod.lib.* Parisius *cons.45 satis concludenter num.6 lib.1.* Gallesius *de obligatione in forma Cameræ q.3.4. p.obliga in forma Cam. n.5.& seqq.* Grat. *cons. 118. videtur n.19. lib. 2.*

11 Quæ opinio nostro jure Regio alterata est per text *in d.l.5.tit.21.lib.4.recop.*ubi postquam à principio dedit formam examinandi arbitratoris sententiam,in hæc inquit:

Y si la otra parte huviere reclamado ò reclamare ò pedido, ò pidiere relacion y albedrio deven varon ò hecho ò hiziere de nullidad, ò por otro remedio ò recurso alguno, si la tal sentencia arbitraria fuere confirmada por el Presidente y Oydores que de la tal sentencia confirmatoria no aya mas suplicacion ni nullidad ni otro remedio alguno, pero si por Juez inferior fuere confirmada, que pueda suplicar para ante el Presidente y Oydores para que sentencien en ello, y oy fuere confirmada, no aya mas grado, y si fuere revocada por el Presidente y Oydores de la tal sentencia revocatoria se pueda suplicar para ante ellos mismos, quedando en su fuerça la execucion hasta que se de sentencia en revista, &c.

12 Quæ conclusio multipliciter limitatur,scilicet,quando aliud sit contractum inter partes, ut arbitramentum habeat executionem paratam,vel id sit ab aliquo statuto inductum, & de aliis pluribus videndis Lancel. *de atten. 2. p. cap. 16. à n. 28. usque ad fin.* quem etiam transcripsi in omnibus Escacia *ubi proxime.*

13 Sed illud non omittendo, quòd si executio arbitramenti petatur, anteaquam reductio ejus ad arbitrium boni viri, hoc est, judicem, sit petita quia tunc reductio subsequens non impedit executionem præcedentem, ita Joan. de Imol. *in consil.130.in casu præmisso col.2.sub nu.7.* ad notata *in l. sed si ante ff. de except.*& per Cast. *in auth. quæ supplicatio C.de precib. Imper.offeren.* optimè per Lancel. *ubi proximè n.46. cum seqq.*

14 Hæc tamen hactenus à nobis dicta procedunt in arbitramento, & in arbitratoribus, à quorum sententia non licet regulariter appellare, sed reductio petiad arbitrium boni viri, *l.societatem §.arbitrorum, ff. pro socio;* & ibi B. & cæteri,*cap.quinta vallis,* cum sua materia *de jur. jur.* quia si datur in ea homologatio,& approbatio tacita, nisi per triginta annorum spatium, nam intra
15 ipsum quandocumque reductio peti potest, plurimos in id congessit comprobans Marant. *de ord. jud. tit. de appell. à n.110.* & præcip. è *à n.112.& n.260.* Cornelius
16 *consil.17.& cons.177.* & alios allegat. Ceval. *in contra commun.q.89.n.1.*sed hodie hæc reductio debet fieri intra decem dies, *ex lib.35.tit.4.p.5.*ibi, *y si callasse hasta*
17 *diez dias, despues que fuesse dada la sentencia,* &c. quæ fuit opinio Speculatoris *in titul. de arbitris §. sequitur. vers.sed intra quod tempus;* plures allegat in comproba-
18 tionẽ Ceval.*ubi proximè n.3.* latè disputat,& examinat Fachineus *controv.jur.lib 8.c.95.per totum.* ubi viriliter defendit post alios, etiam jure communi reductionem petendam esse intra decem dies, allegat text.quem fecit expressum *in l. penult. C. de arbitris*, quem vide etiam & latè *eod.lib.S.controv.94.*varias refert opiniones ad illam quæstionem, coram quo judice sit petenda reductio, Ceval. etiam *ubi suprà n.7.* eas etiam recensetEscacia *de appell quæst.17.limit.4.n.5.* (neutram tamen elegit) eas etiam refert Fossan. *decis.4.* & sic illum terminum decem dierum l. regiæ puto etiam pro- 19
cedere jure canonico, cùm nihil specialiter in eo sit dispositum in oppositum, maximè cum jure communi secundùm magis veram opinionem, sit per Fachinetum sit inductum juxta ea,quæ latè dixi *1.p.c.2 § 3. à n.14.*

Quid autem sit dicendum à sententia arbitri, an ab ea appellationi non deferens vim faciat, in quo breviter est dicendum, quòd licèt jure civili appellari nullo 20
modo possit à sententia arbitri regulariter, quia cùm non oriatur ex ea actio appellatione, non est opus; *l.b.1.ff.de arbitris,*& tamen in duobus casibus; quando scilicet,compromissum factum est sine pœna; & sen- 21
tentia arbitri est homologata expressè (hoc est approbata per partes) cui se subscripserunt, item & quando tacitè, scilicet per lapsum decem dierum, sententia arbitri executioni demandatur, text. *in l. cum antea, per tot.C.de arbitris l.fi.tit.4.p.3.* ubi Greg. *in gl. las partes*, idem esse, si compromissum sit pœnale, declaret benè Roderic. Xuar. *in l.post rem.vers.est alius casus,fol.262* & ejus addit. *ff. de re jud.* & licèt his duobus casibus oriatur actio, nihilominus ab ea non appellatur, quia quando sententia arbitri tacitè est homologata per lapsum decem dierum,cùm non nota sit actio,nisi post illos decem dies, & tunc potest habere locum appellatio, quia sera est, scilicet post terminum, *auth sed hodie C. de appel. c. concertationi de appel. in 6.* in expressa autem homologatione,& sic quando est sententia arbitraria subscripta, & probata, jam est translata in rem jud.ex consensu & voluntate ipsarum partiũ, nec postmodum potest displicere appellans; ita probatur in regulis & juribus vulgatis, & etiam ex eo, quia ab actu quẽ quis approbavit, appellare nullo modo potest, *l.ab* 22
eo, C. quomodo & quando jud.l. fin.C.de temper.appell. notat. Socin.*in cons.43.col.penul.in fin.in 1.vol.* Ludo.Rom. *cons. 9. in fin.*allegans *l. ad solutionem C. de re jud.* Marant. *de ord. jud.6.p.tit.de appell. n.306.* & in specie & termin's latè Iss. *&c.* & in terminis probat latè Card. Tusc. *pract. conclus. tom.1. lit. A. concius 413.per totam,* ubi post alios de communi opinione testatur, & post Cyn.Bal.Salic.Paul.& alios *in l.1.C.de arbitris,* & post Abb.Alex.Marc. Ant. Blanc. & alios tenet Escacia *l.1. tract. caus. civil. & crim.cap.2.n.36.52 in fin. & 529.* & iterum *in tract.de appell.q.17.lim.13.n.1. & seqq.*latè Iss. *in l.arbitror.n.11 ff.qui satisf.cogan.*ub Joan. Oroscius *n.73* latissimè Marant. *de ord. jud.6. p. prin. actu 2.tit.de ap-* 23
pel. n.259 & ubi *à num.250. cum pluribus seqq.* pereleganter, & cum maxima distinctione tractat, quando possit appellari à sententia arbitri, ad quem videndum omnino te remitto,plures allegat Mencha. *de success. creatio. §.10. n.5.* latè Gutt err. *in repetit. l. nemo potest, ff.de legat.1. à n.417. cum seqq.* ubi tractat, quòd hodie jure Regio sit depositum ultra Doctores Regnicol. à nobis superiùs allegatos *vers. quid autem jure Regio, &c. n.9.*

Tamen jure canonico aliud est dicendum, ut appel- 24
lationi à sententia arbitri interjectæ nisi judex deferat, violentiam facere, certum est, quocumque pacto etiam nudo factum fuerit compromissum, cùm ex eo illo jure actio nascatur à sententia arbitri; cùm arbitria redacta sint ad instar judiciorum, *l.1.ff.de arbitris,* appellatio utique permittitur, glos. *in cap.à judicibus 2. qu. 6. verbo ordinarii in princ.* & communem dicit Ripa *in l. nemo potest num.91 ff.de legat.1.* Joan. Oras. *in d. l. arbitr. num.7.* & Paul. Castr. *in l.unam & postea §. si minor.num 8. ff. de jur. jur.* & est magis communis opinio secundùm Alexand. *in l. ait prætor. in princ. num.3.ff de*

re judic. Guttier. *in d. l. nemo potest num.* 425. ultra quos hanc etiam sententiam probant plures relati à Marco Anton. Blan. *in tract. de compromiss. in quæst.* 10. *de appell.* & de reductione ad arbitrium boni viri, Panorm. *in cap. cum dilect. nu.* 17. *de arbitriis.* Marant. *de ord. jud. 6. p. cap. de appellat. sub. n.* 257. *vers. secus est de jure canonico*, &c. & post plures alios communem resolvit Lauren. Kirchovius *commun. concl. cent.* 1. *cons.* 15. qui est inter communes opiniones, *tom.* 3. *in princ.* & post Romanum etiam tenet Cardin. Tusc. *ubi proximè d. concl.* 413. *n.* 9. & ita dicendum est, ut appellationi à sententia arbitri sit deferendum jure canonico, intellige, nisi sit tacitè vel expressè à partibus homologata, quoniam postquam pars sententiæ consentit, recursum in jure non haberi ex proximè dictis.

25 Quid autem de arbitris juris est dicendum, scilicet de iis, qui eliguntur super recusatione judicum Ecclesiast. juxta text. *in cap. si contra unum de off. delegat. in 6.* vel super competentia jurisdict. juxta celebrem text. *in c. pastoralis de rescript.* de quo nos latè alibi diximus,

26 nam ex quo isti arbitri à jure, & ejus necessitate eliguntur, habeant jurisdictionem à lege, nam ita partes coram eo necessitantur litigare, sicut coram judice, notant Abb. *in cap. suspicionis de off. delegat.* Maran. *de ordine jud. 4. p. 6. d. n.* 12. *ad fin. fol.* 142. *in parvis*, qui habent tertiam speciem jurisdictionis, similem, & æquiparatam

27 delegatæ jurisdictioni, magis quàm ordinariæ, ut tenent Bald. *in consil.* 90. *& in cons. l.* 470. 1. *vol.* Corn. *consil.* 54. *col.* 2. *vol.* 2. Bald. *in l. apertissimi col. fin. vers. quarto quæro, & in l. fin. nota.* 7. *C. de jud.* & ibi etiam B. Ang. & Salicet. Fel. *in cap. fin.* 11. *col. penult. in fin. de re judic.* & notat. *in c. ab arbitris, de offic. delegat. l.* 6. Marant. *ubi proximè num.* 13.

Quare ab istis arbitris juris appellari licitum est, quemadmodum, & ab aliis judicibus, probat text. expressus *in c. ab arbitris de off. delegat. l.* 6. ubi notant Doctores, *& in l. arbitrio, ff. qui sat. cogant.* Marant. *de ord. jud. 6. p tit. de appell. n.* 261. *fol. mihi* 617. *& loco proximè citato d. n.* 13. idem probat multa in propositum adducens Sese *in decis.* 113. *tom.* 2. *à n.* 50. sequitur etiam Ripa *in l. nemo potest à n.* 90. & Alciat. *n.* 48 *ff. de legat.* 1. Abb. *in c. cum dilect. colum* 10. *de arbitris* B. *in l.* 1 *§. interdum sub n.* 8. *in fin. ff. à quibus appell. non licet.* Bald. *in l. penult. in fin. ff. de his qui sunt sui vel alieni jur. & in l. diem, §. stari. ff. de arbitr.* Felin. *in cap. fin.* 11. *&* 12. *de re jud.* Anton. de Burt. *in cap. quinta vallis* 23. *sub n.* 38. *de jur.* Socin. *in reg.* 17. *appellare à sententia fall.* 3. Paul. de Castr. *in l. à D. Pio, in princ. ff. de re jud.* Marc. Ant. Blanc. *tractatu de compromisso q.* 10. *vers. contrarium tom.* 3. *p.* 1 *fol.* 204. Lanfr. *in tract. de arbitr. q.* 24. Escacia *tract. caus. civ. & crim. cap.* 2. *n.* 5. *& de appell. q.* 17. *limit.* 13. *nu.* 3. *& vers.* ubi reddit rationem, quia arbiter juris dicitur habere jurisdictionem, sicut judex, & quia cùm iste arbiter sit ex necessitate juris, ab ejus sententia licet appellari quemadmodum, quando & ab aliorum judiciorum libet, glos. *in cap. à judicibus* 2. *q.* 6. Ias. *in d. l. nemo potest* 2. *lectur. n.* 92. alios allegans, idem dicit ibi Joan. Gutier. *n.* 130.

28 Circa illud autem, quod tertio loco apposuimus in hoc capite, an appellationi emissæ ab iis, quæ relinquuntur judicis arbitrio regulato, vel libero non deferens judex vim faciat, duæ reperiuntur circa arbitrium regulatum opiniones contrariæ, & quod in omni casu, in quo judex habet arbitrium à lege, homine, seu statuto, ab ejus sententia appellationi emissæ per gravatum esse deferendum, tanquàm licitæ, verum credidérunt, glos. *in cap. super his, in verb. arbitrium*, & ibi latè de materia Felin. *n.* 7. *de accusat.* glos. *verbo, si qua pœna, glos. ult. ff. de regul. jur.* glos. *in c. Romana. §. quod si objiciatur in vers. minus legitima, de appellat. in* 6. Alex. *in l. & severiori in fin. C. ex quibus caus. infam. irrog. & in lib.* 4. *col. penult. & fin. ff. de legat.* 2. *& consil.* 106. *nu.* 7. *lib.* 3. qui de communi testantur relati à Boërio *dec.* 244. *n.* 16. Aretin. *in l. videamus §. deferre n.* 6. & ibi Alex. *ff. de in lit. jur.* Rip. *in l. in quantum n.* 122. ubi etiam Alciat. *n.* 39. *ff. ad leg. Falcid.* Ripa *in l. si insulam. num.* 36. *ff. de verb. oblig.* Abb. *in cap.* 1. *n.* 9. *de dilatio.* Felin. *in cap. ex literis num.* 23. *de constit. & in cap. cùm venissent num.* 9. *de judic.* Angel. *in tract. de malef. verbo, præsente dicto Caio, n.* 32. & ibi August. *in additione Marsi. in l. quæstioni n.* 67. *ff. de quæst.* Cassan. *consil.* 68. *n.* 23. *& n.* 24. Duaren. *in l. in actionib. in verbo licuit enim ei*, &c. *in fin. ff. de in litem juran.* Mantua. *in cap. fin. n.* 16. *de jur. jur.* Covarr. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. *vers.* 2. *adversus Bar.* Bernard. Diaz. *in regul.* 40. Ant. Gom. *variar. resol. tom.* 3. *cap. de delictis nu.* 63. ubi de communi testatur, prout illum refert Bonacoss. *p.* 2. *commun. opin. pag.* 41. *à tergo col.* 2. *vers.* 2. incipit *judex ex iis quæ ejus arbitrio committuntur, & part.* 1. *pag. mihi* 117. *col.* 2. *sub vers. multari quis illico non debet in fin.* Octavia Simonell. *in tract. de decretis tit.* 1. *lib.* 1. *n.* 8. Bossius *in tract. de multis n.* 4. Cagnol. *in l.* 1. *num.* 22. *ff. si quis jus dicen. non obtemper.* Maccon. *decis.* 42. *n.* 21. Rebuff. *tract. de cong. port. vers. ult. si Episcopus fol.* 103.

Sed pro contraria parte, imò appellationi interjectæ 29
à sententia ejus, cujus arbitrio aliquid committitur, tam in civilibus, quàm criminalibus non sit deferendū, facit, quia judex in arbitrariis argui, non potest, probatur authoritate glossæ *in c. statutum §. accessorem verb. relinquatur de rescript. in* 6. quia tunc solum Deum ju- 30
dicem esse hujus rei cognitorem, ut dicit *cons.* 38. *n.* 7. & quia superior non potest inferioris conscientiam, & animum immutare Bal. *in l.* 1. *in fin. vers. scias tamen, C. de sententiis ex Brevil. recit.* nec enim vis animo inferri potest, probant etiam Innocent. *in c. præsenti de test.* B. *in l.* 1. *in fin. ff. de legat.* 2. *disput.* 1. Bal. *in l.* 2. *C. quomodo & quando judex.* Salicet. *in l. societatem §. arbitror. num.* 26. *ff. pro socio, & in l. cum antea C. de arbit.* Ias. *in l. si sic legatum n.* 5. *de leg.* 1. *& in l. de pupillo §. qui opus n.* 4. *de op. novi. nunc.* Amadeus *de syndi. n.* 147. Paris. de Put. *in eod. tract. tit. de potestate judic. num.* 1. Curtius *jun. in l.* 1. *n.* 30. *ff. de jur. omn. jud.* Boër. *decis.* 284. *num.* 17. *vers. contrarium.* Castr. *consil.* 296. *col. fin. liv.* 2. Moder. *in apostil. ad Alexand. consil.* 106. *num.* 17. *lib.* 3. Ripa *in l* 2. *n.* 29. *ff. de re jud.* Roman *consil.* 27. *& cons.* 261. *& cons.* 364. Aymon. *consil.* 78. *num.* 8. Cassia l. *decis.* 7. *n.* 4. Fab. à Monteleon. *in prax. arbiter. pag.* 385. *num.* 31. Menoch. *de arbitr. quæst. liv.* 1. *qu.* 70. *num.* 6. *vers. contrariam itaque sententiam sequuntur.* Hieron Magno. *decis. Lucens.* 42. *num.* 21. 1. *p. & ibi, decis.* 43. *n.* 3. Paul Granut. *in suis commun. concluj. Theorem.* 3. *in fin.* Joan. Marc. Monticel. *in pract. crimin. regul.* 2. *n.* 14. alios refert Menoch. *ubi proximè à n.* 7. Marsi. *in l. quæstionis modum, ff. de quæstio.* Cæpol. *in auth. sed novo jure n.* 56. *C. de servis fugit.*

Et hanc ultimam opinionem amplectuntur Menoch. *citato loco num.* 12. ubi facit regulam negativam, ut in hoc casu non liceat appellare cum distinctione, de qua protinus eam in effectu post longam indagationem resolvit Prosper. Farinac. *in pract. crim. tom.* 1. *quæst.* 17. *à num.* 27. eam etiam videtur sequi Escacia *de appellat. q.* 7. *limit.* 15. *num.* 2. post Marches. Nicell. Menoch. & alios, quos citat.

Dummodo intelligatur, ut procedat in his, quæ 31
sunt parvi præjudicii; ut puta in causis parvis, & levioribus, secus in iis, quæ sunt magni præjudicii, puta, in criminalibus, vel in civilibus causis magnis, nam in istis si se graviter, aut enormiter læsum per sententiam senserit aliquis, poterit appellari: tenet ferè omnes Doctores utriusq; opinionis, ut videre est ex his, quos 32
nominatim refert Menoch. *ubi supra à nu.* 16. *cum seqq.* & Farin. *num.* 31. quos per te vide, apud quos etiam videre poteris, quando quis hoc casu dicitur enormiter læsus, & ponit Mascar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 969. Hactenus de arbitrio regulato.

Ar

At à ſententia lata per judicem habentem à lege,
33 homine, vel ſtatuto liberum, ſeu abſolutum arbitrium, appellationi interpoſitæ non deferens vim nec faciet, & in hoc caſu multo minus dandam eſſe appellationem, dixere Innocent. & Hoſtienſ. *in c. fin. ſervis.* Joan. Baptiſt. à Severino *in l. admonendi n.* 265. *verſ.* 1. *ff. de jur.* Felin. *in c. exceptionem n.* 2. *in fin. de except. & in cap. de his num.* 8. *de accuſ.* ubi plures alios allegat concordantes Ruin. *conſ.* 149. *num.* 9. *lib.* 4. Iſſ. *in l.* 1. *in pr. n.* 6 *ff. ſi quis jus dicen. non obtemper.* Decius *in c. ad hoc col.* 3. *ad appell.* Abb. *in c. prudentiam* §. 6. *delegati.* Covarr. *l.* 2. *variar. reſolut. c.* 32. *num.* 5. Menoch. *de arbit. jud d. quæſt.* 70. *num.* 13. Farinac. *d. tom.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 30. Hieron. Magon. *dec. Lucenſ.* 42. *n.* 21. *verſ. quia quod non datur* 1. *p.* Anton. Gomez. *lib.* 3. *variar. c.* 1. *nu.* 63. de communi teſtatur Bonacoſſa *comm. opin. p.* 2. *pag.* 41. *col.* 4. *verſ.* 2. Octavia Simoncel. *in tract. de decretis el.* 1. *tit.* 1. *num.* 8. idem ſenſerunt. Butr. & Imol. *in c. refragabili de off. ordinarii*,
34 dum ſcribunt, appellationem cenſeri rejectam à ſententia judicis, cui datum eſt libere judicare. Et de ſingulis verbis, quæ conveniant libero arbitrio, & de eorum natura, plurima, utiliſſima in unum congeſſit Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 7. *per tot.* idem verba & clauſu-
35 las, quibus arbitrium regulatum, ac viri boni confertur, conceſſit ipſe Menoch. *ibi q.* 8. *per tot.* apud quem videre potes.

36 Circa inſpectionem autem illius examinandi articuli, an judex, cujus conſcientiæ aliquid dicendum committitur, appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat: brevibus reſpondeo negativè, cum ſcilicet, ab ejus ſententia appellatio non ſit licita, probant Angel. *in l. de pupillo* §. *qui opus, ff. de operis novi nuntiat.* & ibi Paul. Caſtr. Alex. & Iſſ. mori per gloſſam reputatam ſingularem *in c. ſtatuimus.* §. *acceſſorem, in verbo, relinquatur, de reſcript. l.* 6. quæ id dixit expreſsè, ſequitur Petrus Philip. Corneus *in conſ.* 188. *col.* 2. *in lit. C. vol.* 2. Felin. *in cap. ſuper iis col.* 4. *de accuſat.* Marant. *de ord. jud.* 6. *p. tit de appel. n.* 352. Nicell. *tract. de concor. gloſ. concord.* 6 *fall.* 22. *n.* 63. *tom.* 18. *fol.* 193. Rebuf. *tract. de appell. art.* 3 *gloſ. unic. n.* 2. & 3. Tiraquell. *in tract. de lignag.* §. 4. *gl.* 1. *n.* 11. Greg. Tholoſ. *tract. de capell. l.* 3. *c.* 15. *n.* 1. & *ſeqq. fol.* 34. ultra quos, quòd à ſententia judicis, cujus conſcientia fuiſſet onerata, vel ex diſpoſitione juris com-
37 munis, vel ex forma commiſſionis, vel reſcripti, appellatio ſubſecuta nec ſuſpendat, nec impediat executionem ejuſdem, facit gloſ. *in clem.* 1. *in verbo oneramus de jur. patr* quam Paul. & Laurent. & Cardin. ſequuntur ibi Rot. *dec.* 18. *aliàs* 443. *fuit dubitatum ſub n.* 3. & 4. *de conceſſ. præben. in novi.* Cephal. *conſ.* 89. affatim, *n.* 14. *lib.* 1. Philipp. Franc. alios allegans *in rub. de appell. n.* 7. latè per Gemin. Imol. Francum, & alios *in d.* §. *aſſeſſorem*, & per Hoſt. gl. Card. *in d. clem.* 1. *de jur. patr. quæſt.* 16. Rom. *conſ.* 27. *viſo themate*, alios citans *poſt princ. & conſ.* 261. *ſuper eo.* Alex. *in l. in provinciali* §. *qui opus de oper. novi nunt.* Abb. Panorm. *in c. ſuper his n.* 16. *de accuſ.* Felin. *in c. ſignificaſti el.* 1. *de homicid.* pleniùs *in cap.* 1. *col.* 20. *verſ. & ſi dicatur conſcientia tua, de conſtit.* Andr. Barba. *in c. ne initiaris*, ubi latè de conſtitutionibus, & *in conſ.* 36. *ad propoſitum n.* 7. & *ſeqq. l.* 2. Æguid *deciſ.* 18.
38 incipit *me ratio conſcientiæ*, & quòd ſit iſta prohibitio appellationis quoad ſuſpenſivum effectum dumtaxat, ultra ſupradictos probant Lancelot. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 10. *num.* 10. Mil. *in repert. verbo appell. verſ. appellari non poteſt fol.* 15. & cum Lancelot. idem dicit Eſcacia *de appell. q.* 17. *lim.* 15. *ſub n.* 3. ubi allegat etiam Marcheſanum *tract. de app.* §. 2. *c.* 2. *num.* 67. *verſ. dubitur*
39 *app.* reddentes rationem, quia Deus ſolus ſuperior eſt conſcientiæ, unde non poteſt ad alios inferiores appellari Franc. *ubi ſuprà*, & Gregor. Tholoſ. *d. c.* 15. *nu.* 3. & *ſub n.* 5.

40 Quæ reſolutio fallit, quando non eſt ſimpliciter onerata conſcientia judicis, ſed appoſitum eſt ſimul aliquod verbum reſpiciens juſtitiam, puta; ad judicium tuæ conſcientiæ, vel aliud ſimile, quia tunc datur appellatio. Lancelot. *de attent.* 2. *part. c.* 12. *lim.* 10. *n.* 11. ubi alias refert limitationes, quas tranſcribit Eſcacia *ubi proxime à n.* 5. vide etiam *infrà n.* 47.

Ultra quos hanc noſtram doctrinam poſt nonnullos 41
affert Tiraquell. *in tract. de præſcript.* §. 1. *gl.* 8. *n.* 4. *ad fin. & n.* 5. *in prin.* ubi per Angelum, Paul. Caſtr. & Iſſ. *in d. l. de pupillo* §. *qui opus*, declarat dictam regulam *in d.* §. *aſſeſſorem*, quatenus dixit, quòd quando aliquid committitur conſcientiæ alicujus, non poteſt ab ejus declaratione appellari, ut videlicet intelligatur, ſi is, cujus conſcientiæ committitur, debet ſuam declarationem juramento confirmare, & poſt Iſſ. Rebuff. *tract. de app. art.* 3. *gl. unic. n.* 4. *tom.* 3. *fol.* 489. quidquid dicat Eſcacia *ubi proximè, n.* 9. *in fin.* ſe non videre hanc opinionem uſu receptam, quæ quidem procedit ubi non fit dicta declaratio in judicio, ſed ſit facienda à privata perſona non aliter.

Pro qua facit, quia quando lex, ſtatutum, pactum, 42
aut quævis alia diſpoſitio vult, ut ſtetur dicto alicujus, intelligitur jurato, non aliàs, facit text. *in l. Thoopontus, in verb. juratus, ff. de dote prælegata*, ubi id notat B. Ant. *in c. veniens, el* 1. & ibi Felin. *col. penult. de teſtib.* idem Anton. *in c. finem litibus col. penult. de dolo & contuma.* ex eo notat Bald. *in c. tuis de teſtib.* quòd jurare debet is,
cujus teſtimonio quiſpiam ſtare promiſit, etſi de jura- 43
mento nihil dictum fuerit Bald. *in l. jusjurandum, quod ex conventione, in prin. ff. de jurejur.* & meliùs ibi in lectura antiqua. Iſſ. *in l. jusjuran. & ad pecunias* §. *quiſquis jurandum de jurejur.* Maran. Socin. *in repet. c. quoad ſi ſuper rebus, &c. quoniam col.* 2. *ante fin. ut lite non conteſtata.* Hippolyt de Marſi. *ſing.* 214. *ad validitatem.* Corneus *conſ.* 40. *viſo proceſſu col.* 5. *verſ. & ideo ubi ſimpliciter lib.* 1. per *d. l. Theopontus*, latè proſequitur; & probans Rebuf. *in tract. de præſcript.* §. 1. *gl.* 8. *à princ.*

Iſte judex, qui ſecundùm ſuam conſcientiam judi- 44
care debet: non tenetur aliquem citare, gloſſ. *in cl.* 1. *deoff. delegat.* Bald. & Alexand. *in l. de unoquoque, ff. de re jud.* quos eſt ſequutus Alciat. *in l. ſi quis arbitratus in* 45
fin. de verb. oblig. Menoch. *de arbit. jud. lib.* 1. *q.* 17. *num* 14. Et de materia quando aliquid conſcientiæ alicujus committitur, & multa annotatione digniſſima vide affatim per Maſcardum *de probat.* 1. *tom. concluſ.* 414. *per totam.*

Quæ regula in hoc articulo à nobis appoſita, ut 46
appellationi non ſit deferendum à judice, cujus conſcientiæ aliquid committitur ſententiare; declaratur, ut talis conſcientia debet eſſe cum judicio diſcretionis, juxta text. ſingularem *in c. de regul. in* 6. tradit Barba. *in d. conſ.* 36. *n.* 7. *lib.* 2. Lancelot. *ubi ſuprà in d. limit.* 10. *n.* 15. qui *n.* 11. poſt Francum *in c. ſtatutum*, §. *aſſeſſorem de reſcript. lib.* 6. *ſub n.* 15. *verſ. poteſt etiam limitari*, hanc regulam limitat, ut procedat, quando ſimpliciter one- 47
rata judicis conſcientia, ſed ſi cum hac clauſula ſit appoſitum aliquod verbum, vel qualitas reſpiciens juſtitiam, ut puta: ſi dicatur (ad judicium tuæ conſcientiæ) vel ſimile, cùm tunc conſcientia debeat cum juſtitia regulari, & juſtè procedi, appellationi deferendum eſſe, ubi ipſe in *n. ſeqq.* alias tres limitationes proponit, de quo vide Lancelot. & Eſcaciam *ubi ſuprà*, & nos ſurſum *n.* 40.

Nunc tractandum, quando à jure vel ab homine ali- 48
quid judicis poteſtati & meræ facultati committitur, an à judice negante illam appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat. Et non fieri vim faciunt per text. *in l. non quid quid judici poteſtati committitur, id ſubjicitur juris neceſſitati, ff. de judic.* tenent Imol. poſt Butrigar. *in c. 1. col.* 11. *de conſtit.* dicens, quòd in commiſſis facul- 49
tati judicis non appelletur, prout exemplum in caſu *cl* 2. cum gloſ. *in verb. valeat, de judiciis, in clem. ſæpe eodem verb. de verb. ſignif. & c. conſulnit de off. deleg.* idem

dicit

dicit Innocent. *in cap. fin. de feriis.* Aret. *in cap. super his, col. antepenult. vers. & ad ea, quæ ponit. de accusation.* & est doctr. Specul. *in titul. de off. jud. §. impeditur.* sequitur Abb. *in cap.* Felin. *in c. exceptionem n. 2. de exceptionib. & in d. c. super his col. 7. n. 13.* Marant. *de ord. judic. 6. p. tit. de appellat.* Cad. Tusc. *pract. concl. tom. 1. littera A. conclus. 415. n. 12. & 14.* Bald. *cons. 111. processus factus lib. 5.* Felin. *in c. super his n. 7. de accusat.* Gratian. *in discept. foren. tum. 1 c. 146.* ubi ex aliis infert. *n. 16.* quòd si statutum disponat, ut judex possit in aliquo casu carceratum sub fidejussoribus relaxare, qui si non fecerit, non
50 poterit ab eo appellari, quia non quidquid judicis potestati relinquitur, id subjicitur juris necessitati, *d. l. non quidquid*, intellige nisi aliàs ex alio capite jure communi detentatio sit injusta, ab ea licet appellari, ut latè dixi *tib. 2. cap. 4.* quia tunc de jure necessitatur judex relaxare.

51 Et quando lex dat judici facultatem dispensandi, nam à denegata dispensatione non poterit appellari, ita Bald. *in l. quicumque col. 6. de servis fugit.* quem sequitur Felin. *in c. super his n. 13. de accus.* idem dicit latè Th. Sanch. *de matr.* Card. Tusc. *pract. concl. 1. tom. litera A. concl. 415. sub n. 2.* post Felin. *ibi n. 7.* & in hæc conclusio vera procedit sine contradictione, quam etiam probant Doctores in sequenti articulo de mero officio judicis allegandi.

52 Hinc est, quod cùm sit in mera facultate judicis delegantis, revocare jurisdictionem delegatam, *l. judicium solvitur cessante eo qui judicare jusserat, ff. de judiciis, cap. ut nostrum de appellat. c. pastoralis de off. delegati*, & de materia multa elegantia congessit Lancelot. *de attent. 2. p. c. 10. per totum.* ad quæ recurrendum est omnino.

53 Ab hujusmodi tamen avocatione facta per superiorem appellationi emissæ denegans delationem, vim nullam faciat, ex doctrina supradicta, & in specie tenet Bald. *in consil. 3. vol. 5.* sequitur Marant. *de ord. judicior. 6. p. tit. de appell. num. 351.* quod per Bald. *in consil. 111.* incipit *processus in 5. volum.* dixit Rebuff. *in comment. tit. de avocatio. tractatu de avocatio, part. 1. fol. 208.* quod sive avo-
54 catio fiat cum causa, vel ex levi, vel sine ea à tali avocatione appellari non possit, quia est arbitrii, & vo-
55 luntatis principis.

Quare & ex eadem ratione alia deducitur regula, quod appellationi à judice denegante facere id, quod facere potest ex suo mero officio, non est interjectæ deferendum, cùm tunc partem non gravet, Specul. *in tit. de off. judicis §. impedit vers. quid si judex n. 1. in fin. & num. 2. l. 1. fol. 57.* ideo appellari non potest Abb. *in c. exceptionem num. 8. de except.* & idem Abb. *in c. significaverunt n. 10. & 19. de except.* Joan. Andr. & communiter D D. per Petrum, *in d. c. exceptionem*, plenè Bald. *in l. nec quicquam §. ubi de retum 8. col. vers. pro ubiriori autem intellectu, ff. de off. procons. & lega.* Butriga. *in c. super hoc 3. col. de renuntiatio.* Petrus de Anchar. *in c. pia col. antepenult. de except. l. 6.* Abb. *in clem. auditor.* per gloss. *ibi de rescri. & in c. prudentiam. § sexta in fin. de offic. delegat.* sequitur Aret. *in c. super his col. antepenult. vers. ad*
56 *ea quæ ponit. de accusat.* Bald. *in l. 2. circa med. C. de servit. & aqua.* Imol. post Butr. *in c. 1. col. 11. de constit.* Anania *in l. justitia. §. juris præcepta de justitia, & jure*, ubi dicit, quòd judex non supplens de facto, cùm possit, non facit litem suam, quia non læsit partem, cùm aliud sit lædere, aliud non juvare, nec ob hoc potest appellari, ubi allegat Specul. *ubi sup.* idem repetit in *l. si unus §. pactus col. ult. vers. concedo, ff. de pactis & in l. 1. in lectura antiqua, ff. de except.* Rota *dec. 47.* incipit *de eisdem, de app. in novis.* Petr. de Anchar. post Lapum *in c. 1. de confess. lib. 6. contra gl. fin.* ibi Bald. & Paul. de Castr. *in d. l. non quidquid*, idem Paul. de Castr. *in l. ubi pactum col. fin. vers. quid si judex C. de transact.* dicit quòd licèt judex possit repellere actorem, cui videt actionem non competere, ut ibi per glossam singularem, tamen si hoc non facit, non tenetur, allegat *d. l. non quidquid*, latè Felin. *in c. exceptionem n. 2. de except.*

Quam quidem conclusionem intellige, veram esse; 57
ut procedat, quando aliquid officio judicis committitur mercenario, hoc est; de illo officio, quod judex motu proprio exercere potest, sicut repellere inhabiles, arctare exceptiones, & similia, condemnare in expensis post litem contestatam, ut à judice hoc negante non sit licita appellatio, quia in ejus mera facultate est, & ita loquuntur Doctores superiùs citati, secus autem est dicendum, in officio judicis nobili, quo deservit actioni, & in ejus locum subrogatur, pro- 58
ut est præstatio alimentorum egenis, restitutio in integrum, cautio legatorum præstandorum, & similia, & quomodo cognoscatur officium judicis nobile, & mercenarium ultra loca ordinaria. Bart. & alii, *in l. 1. ff. de jurisdict. omn. jud.* Albert. *in l. 1. col. 3. ff. de inter. action.* Bald. *in sua practica*, quam posuit *in rubrica de off. judic.* Petr. de Ferrariis *in sua pratic. in verbo, lib. 1. li, in actione reali, in verbo quatenus ex officio*, ponit Felin. *in c. 2. col. 4. de off. judic. & in c. 1. col. 2. eod. tit.* & ideò cùm officium judicis loco actionis succedat, regulatur ut actio secundùm Hostiens. *in sum. de off. judic. §. utrum, vers. puta cùm petitur*, & cùm in iis officium judicis nobile imploratur per partem loco actionis, à denegatione eorum appellationi deferendum est uti legitimæ, ita optimè B. *in l. 1. col. ante penult. ff. de jurisd. omn. judic.* dicens, quòd illud quod pars petit, non semper sibi debetur, sed judex ex officio potest facere; ut sibi detur, licèt quandoque esset injuria, si officium nobile denegaret; *l. 1. §. penult. ff. de aqua quotid. & æstiva.* & ideò introducta est appellatio à sententia lata super officio judicis, si denegetur *per l. 1. C. si sæpius in integ. restit. fuer. postul.* ubi, appellare enim debuistis, si sententia vobis displicebat. & ita optimè declarat Felin. *in c. exceptionem n. 3. per totum, de exception.* idem etiam dicit Gratia. *in discept. forens. 1. tom. c. 146. per totum*, quia tunc dicitur gravare partem, ut post B. *in l. 1. n. 11. ff. de jurisdict. omn. judic.* Felin. *in c. per tuas, de testib. n. 6.* dicit Card. Tusc. *practicar. conclus. tom. 1. littera A. concl. 415. num. 10.*

Quam declarationem iterum declara, ut non pro- 59
cedat; quando pars non petit, ut judex uteretur officio suo in ejus favorem, nam tunc indistinctè est dicendum, ut à denegatione appellationi non sit deferendum ut per *d. l. non quidquid & l. 4. §. hoc autem, ff. de damno infecto*, ut in non condemnatione expensarum non petitarum dixit Abb. *in c. significaverunt. num. 10. de exception.* per Innocent. *in c. ad nostram 2. jurejur.* & per alios, quos ibi allegat. Item quando non repel- 60
lit procuratorem inhabilem non petitum, licèt possit, ita per Joann. Andr. Petrum Speculatorem & alios dicit Abb. *in c. executionem num. 8. de exception.* optimè de hac declaratione Felin. *ibi, n. 4. vers. secundus casus, quando pars non petit ut judex*, &c. Felin. *in c. significaverunt limit. 4. num. 4. de except.* Escacia. *de app. quæst. 17. lim. 21. à n. 34. cum seqq.* quidquid ipse circa expensas sentiat *sub n. 35.*

Secus autem si fuerit petitum, quia tunc ab injusta 61
denegatione admittitur appellatio, ita tenet Speculator *de off. omnium judic. §. impedit vers. quid si judex n. 1. in fin. & num. 2. lib. 1. fol. 57.* Abb. *in d. c. significaverunt nu. 10.* in ultimis verbis. Rebuff. *in tract. tu de expens, dam. & interess. art. 3. glos. unica n. 15. tom. 3.* latè Escacia, *ubi proxime n. 34. & 35.* Cæsar. Contar. *in l. unica lim. 11. num. 59. vers. amplia modò, C. si de momen. poss.* & cum Felin. *in c. super his nu. 113. de accusat.* plures citat March. *de commiss. 28. à n. 43. p. 1.* Idem tenet Cardinal. Tusc. 62
pract. concl. tom 1. lit. A. concl. 415. n. 11. & 12. ubi dicit, quòd ubi aliquid committitur potestati judicis, non appellatur, si non facit, & sic ab actu negativo, secus ab affirmativo, ubi lædit, & idem si quando imploratur officium

officium judicis, & ille non impartitur, quia data læsione, & gravamine, appellari permittitur ab hoc casu negativo.

63 Nam ex quo ejus judicis facultati, potestati, & voluntati aliquid relinquitur, cùm non necessitetur id facere, *d.l. non quidquid, ff. de judiciis*, nec cogi potest per superiorem, ideo appellari non poterit, ut latè prosequitur Gratia. post alios *in disceptat. foren. 1. tom. cap. 147. n. 13.*

64 quemadmodum & è converso à judice faciente, quod facere præcisè tenebatur, & ad id cogi, & adstringi potest, appellari non licet, ut per Innocent. & Abb. *in cap. cum in jure*, tenet Aufrerius *in decis. Tholosa. q. 42. requisitus.* Rebuff. *in comment. 2. tit. de literis requisitoriis*

65 *glos. 3. n. 10.* qui dicunt, quòd à judice requisito; adimplente, & obtemperante literas requisitorias, & permittente executionem, appellari non poterit per executatum, quia judex requisitus non est nisi merus executor, & talis qui tenetur obtemperare requisitioni justè factæ, ergo pars non poterit appellare cùm gravetur.

Sicut aliàs est licita appellatio à judice, negante facere id quod facere tenetur, & ad quod faciendum cogi poterit per superiorem, prout post alios dicit ipse Rebuff. *ubi proximè num. 4. & seqq.* quando scilicet in-

66 terponitur ab ipso judice requisito nolente adimplere justas literas requisitorias, ut tam per viam recursus ad superiorem, quàm appellationis requisitus est cogendus, ubi comprobat prædicta remedia in hoc casu, vide quæ nos *suprà 1. p. cap. 6. vers. & amplius nostra resolutio à num. 33.* ubi aliquos citavimus. Azeved. Bobadill. Cened. & alios.

67 Hinc est, si Episcopus recusat, differt, vel est negligens sine causa legitima, facere institutionem præsentato per patronos, vel confirmationem electi, & similia ultra recursum, quem ad superiorem pars habet (de quo latiùs per nos *suprà hac 3. p. c. 10. de patron. Reg. versic. alia est via jure canonico. à num. 206. cum seqq.*) potest appellationis remedio potiri interpositæ hujusmodi gravamine, ut docet Abb. *in cap. pastoralis, n. 6. de jur. patron.* Rot. *decis. 4. de jur. patron.* Rochus de Curt. *de jur. patron. verbo honorificum num. 55.* Paul de Citadinis *eodem tract. 6. part. 2. num. 1.* Joan. Gutier. *de jurament. confirmat. 3. part. cap. 13. n. 8.* Zerol. *in prax. Episc. 1. p. verbo jus patronatus §. 8. dub. 3.* Nicol. Garcia *de benef. 10. part. cap. 4. num. fin. tom. 2.* & diximus *in d. num. 206. & seqq.* & facit quod de Episcopo injuriosè & sine rationabili causa denegante præstare consensum & authoritatem alienationi patrimonii, ad cujus titulum alienans fuit ordinatus, ut possit ad superiorem appellare, dicit cum Bursato *consil. 178. num. 35.* Quintanadueñas *Ecclesiastic. jur. lib. 3. n. 72.* & alii citati à Nicol. Garcia *de benef. 2. p. c. 5. n. 185.*

68 Sic ab ordinario denegante licentiam justa causa rectori, aut aliàs beneficiato illam petenti, licita est appellatio ut per Abb. *in c. relatum n. 6. de clericis non recip.* Salv. *de benef. 4. p. q. 7. n. 29. & n. 171.* Zerol. *in prax. Episcopal. verbo studium §. 1. & verb. residentia §. 3.* diximus latissimè superiùs *lib. 1. cap. 15. vers. & tandem unum quod ad nos attinet, num. 27. & seqq.*

69 Quibus convenit, quòd à negligentia, vel tarditate judicis in non faciendo, vel procedendo in causa, & à denegante justitiam ministrare, & causam diffinire, appellationi interpositæ deferendum esse, dicit glos. reputata notab. *in cap. 2. in fin. de appel. l. 6. & cap. ad aures, de simonia.* Joan. Andr. *in cap. dilecto, de appellat.* per augmentum *cap. 1. de supplend. negl. prælat.* Panormit. *in cap. ex parte el. 2. num. 3. de appellat.* & per glos. *in c. 1. de confess. in 6.* & per B. *in l. 1. num. 7. ff. de jurisdict. omn. judic.* idem dixit Menoch. *de arbitr. judicum l. 1. q. 70. num. 15.* idem etiam probat & optimè Philipp. Franc. *d. cap. ex parte col. 2. ad fin. vers. quid autem si judex non procedit.* Alexand. *in l. hoc amplius §. Celsus num. 13. ff. de damno infecto.* Felin. *in cap. proposuisti, prope finem, de for. compet. & in cap. suborta, ante n. 5. vers. & istis adde, de re judic.* Decius *in d. cap. ex parte, el. 2. num. 3.* Præpositus *in cap. ex ratione n. 23. de appell.* Felin. *in cap. pastoralis sub n. 14. col. penult. vers. considera 3. de off. ordinarii.* Pedemont. *decis. 12. num. 6.* Rota per Seraphinum *decis. 455. n. 4. 1. tom.* qui omnes ita profitentur, dummodo præcedat trina monitio, seu interpellatio judi- 70
cis negligentis, dempto Bar. & Meno. qui de eo non loquuntur, & Philippo Franc. qui unicam sufficere dixit, ubi disputans resolvit, non posse primum judicem 71
volendo revocare gravamen, causam reassumere, & ibi etiam post alios per eum allegatos, quòd superior potest aditi per viam querelæ, de quo est text. elegans *in cum antiquioribus, §. illud etiam, C. de tempor. appellat.* 72
in illis verbis ibi, cùm sit ei apertissima facultas & nostram adire Majestatem, & tarditatem judicis in querelam deducere, & nostro beneficio potiri, *&c.*) ex 73
quibus inferre poteris ad Concil. Trident. *sess. 24. de reform. cap. 20.* dum de conservandis, & non amovendis causis in prima instantia ordinariis inquit ad medium, *ibi*, nisi Episcopus priùs requisito, eóque negligente, procedat, *&c.*) de quo *suprà lib. 2. c. 17. penult.*

Hinc incedit excludendus damnandúsque error, qui oculos excæcat tyronum, ut appellationi ab actibus 74
negativis interjectæ, judex vim non faciat non deferens, moti quòd isti actus secum trahunt executionem, maximè cum nihil fit, quod reponatur, cùm nihil attentatum sit, & sic nec violentia. Sed falluntur 75
evidenter, primò, quia non est validum argumentum, non est attentatum, ergo non est violentia, quia vis non solùm consistit in attentato, sed etiam in non deferendo justæ, & legitimæ appellationi ob rationem statim assignandam *cap. appellationem* melior text. *in c. d. ad Romanam, 2. quæst. 6.* optimus & melior *l. 4. tit. de las fauças, 10. p. 7.* ubi in summario & glos. Montal. & Gregor. Lop. *ut in d. l.* ibi, *que deve haver otra pena como si hiziesse fuerça con armas*, &c. maximè cum loquatur illa lex de non delata appellatione, situatur sub tit. *de las fuerças*, quod & nos latiùs examinavimus *sup. 1. p. cap. 6.* ubi apertè probavi, sufficere appellationi legi- 76
timæ denegatam delationem, ut regius recursus interponi queat, quia illa est pars, & principium violentiæ, ex qua animus detegitur illam inferendi.

Nam ex quo appellatio ab aliquo actu, seu sententia 77
negativa est licita quoad utrumque, prout contingit in casibus hactenus relatis, vel in aliis pluribus sive interlocutoriis, qualificatis tamen, utpote habentibus damnum irreparabile, vel vim diffinitivæ, vel causæ principali præjudicialibus, vel quia à sententia diffinitiva appellari nequit, quoad utrumque effectum ut accidit in appellatione à negata tortura reo de delicto indiciato, ut ex Bal. Salicet. & Antonio Gomez latè probavi *suprà lib. 2. cap. 1.* item in denegata copia actorum; item in non admissione testium, vel probationis: item in non admissione articulorum, & de aliis pluribus ibi, *in cap. 1. p. 2. à principio, & per totum*; item à denegata copia indiciorum retorquendo *infrà hac p. 3. cap. 14.* & quoad à denegata executione virtute obligationis Cameralis aut guarentigiatæ. Item à sententia negante missionem possessionis petitæ, negante alimenta, aut pensionem aliisve variis casibus, quibus ab affirmativa sententia denegatur appellatio, tamen à negativa, & sic contra actorem lata licita sit, videre poteris *suprà hac 3. p. cap. 4. à prin.* ubi exactissimè, & accuratè examinavimus, & aliis infinitis casibus per totum discursum hujus tractatus passim reperiendis, quos esset nimis grave, & fastidiosum recensere, in quibus omnibus probavi, appellationi nisi judex deferat vim fieri declarandum, cum sit licita; ex qua ratione licitam esse appellationem, & causare attentatum interpositum à præsentato per patronum laicum ad beneficium parochiale reprobato, & ab habente

gratiam in forma dignum, & pariter reprobato & similibus, diximus 2. *p. c.* 13. *à n.* 206. *& seqq.* quæ vide quia utilissima sunt ad prædicta.

78 Cui si judex deferre non teneretur, adhuc remaneret judex in causa, & quantum in se est, cum integra jurisdictione, qua mediante, posset ad ulteriora licitè procedere, Bal. *in addit. ad specul. tit. de arbitr. col. 7. vers. sed an pendente.* arg. *cap. cum appellat. de appell. lib.* 6. Bal. sequuntur Barb. *cons.* 18. *colum.* 2. *lib.* 4. Ill. *in l. pecuniam n.* 8. *ff. si certum petatur.* Boër. *quæst.* 284. *num.* 24. *&* 25. Menoch. *de arbitr. judicum lib.* 1. *quæst.* 70. *n.* 20. & alibi

79 passim per Doctores, & ubi non licet appellari, judex potest exequi sententiam, & ad ulteriora procedere etiam appellatione pendente, latè comprobat Roland. à Valle *consil.* 77. *num.* 20. *vol.* 2. Lancelot. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 25. *n.* 1. & facit text. *in cap. non solum*, ibi præterquam in casibus à jure prohibitis. ubi notant communiter Doctores, & est validum argumentum, appellatio non suspendit, ergo judex procedens non facit

80 attentata, quemadmodum & est validum, à principio appellatio suspendit, & est deferendum, ergo processus attentatus, Franc. *in c. bonæ n.* 36. *de appell.* Manfr. *pract. conclus. super attent. cons.* 131. Lancelot. *ubi proximè num.* 8. optimè vide per Covar. *in pract. quæst. cap.* 23. *num.* 7. ubi plures allegat. Escacia *tract. de appell. q.* 17. *lim. d.* 6. *memb.* 2. *sub num* 15. *fol.* 334 *& limit.* 22. *num.* 23. *vers. subextende* 1. & per arg. *l. per hanc C. de tempor. appell.* Vitall. *in tract. de claus. nihil nova appell. pend. in prin. in* 1. *limit.* Surd. *decis.* 225. *n.* 15. plures citat Lancelot. *limit.* 25. *& limit.* 27. *per totam.* Menoch. *de retinen. rem.* 3. *num.* 846. Mier. *de major.* 3. *p. quæst.* 24. *num.* 62. *ad fin.* Cæsar. Contar. *in repet. l. unic. quæst.* 12. *n.* 6. *fol.* 549. *C. si de momen. poss.*

81 Quemadmodum & è converso si appellationi defert (prout tenetur, & etiam si non teneatur) cùm per delationem abdicet à se omnimodam jurisdictionem, & ad ulteriora procedere non possit, quia sunt ei ligatæ manus *d. c. cum appell. frivol. de appell. lib.* 6. B. Angel. & Imol. *in l. constitutiones ff. de appell.* Franc. *in cap. Romana §. fin autem n.* 5. *de appell. in* 6. plures per Lancelot. *de attent.* 2. *p. cap.* 12. *limit.* 1. *nu.* 70. *&* 80. Sigismun. Escacia *de jud. caus. civil. & crim. lib.* 1. *cap.* 87. *num.* 124. & latiùs nos suis locis diximus.

82 Quare licèt sententia negativa secum trahat executionem, hoc non provenit à jure, nec à judice, quia jus ei non attribuit hoc privilegium, cùm in iis deferre mandat appellationi, sed provenit ab ipsa natura, quia non entis nullæ sunt qualitates, nec in ipsa executione jus operatur, imò si potuisset, illam naturaliter impediret, prout facit civiliter, scilicet illi resistens omnino per appellationem permissam, prout clarè apparet ex eo, quia appellatio sui natura legitima, & permissa suspendit effectum sententiæ, etiam secum trahentis exe-

83 cutionem, quod notabile dixit Escacia *de appellat. q* 3. *num.* 18. *& n.* 74. Philip. Franc. *in cap. ad. hæc quoniam*, *sub. num.* 1. *& sub. n.* 5. *de appell.* Hieronym. de Monte Brixiens. *defini. Rigu idiæ cap... n.* 1. post alios, causatque attentatum ex eisdem Doctorib. Hieron. Gonzal. *glos.* 9. *in annot. n.* 183. & nos 2. *p. c.* 13. *n.* 261. *& à n.* 249. & post alios Doctores, & Rotæ decisiones in optimis casibus fulcita est hæc doctrina 2. *p. cap.* 13. *à n.* 274. *& seqq.* quos omnino vide, & quæ nos 2. *part. c.* 13. *numero* 247. *& suprà.*

84 Sed quia cùm denegando judex delationem, vel sua sponte, vel virtute decreti Regii (ut putant aliqui) retineat jurisdictionem (ut dictum est) reperitur in proxima causa innovandi, & attentandi per processum ad ulteriores actus appellationi contrarios, vel etiam excommunicando, aut carcerando appellantem ipsum, ac propterea ob hoc periculum imminens, & instans justè recurritur ad supremum tribunal Regium, ut judex compellatur, deferre justæ appellationi deferendæ, & ut reponat omnia si postmodum attentaverit, & ut abdicet à se jurisdictionem, ne impostetum attenter, & ut securus possit appellans, coram superiore litigare, appellationem prosequendo, & sic hujus periculi vitandi causa recursus Regius est concedendus.

Exemplo res fiet manifesta, offero judici in causa 85
vertente testes in eam intentionem, approbantes, prout adversarius suam, vel per alios, vel per scripturas probatam habet; judex meos testes in contrarium vel redarguentes scripturas, vel directò aliter probantes contrarium, negat admittere, ab hac negatione appellatio emittitur, nolit deferre, dicunt jura esse in hoc casu negativo licitam appellationem quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum simul, si in tribunali declaretur vim non fieri, remittendamque causam eidem judici, potuisset ex potentia jurisdictionis, quam adhuc retinet, ad sententiam diffinitivam procedere, & per probationem partis adversæ, me inauditum, & non probantem reportare contrariam sententiam, quod jura abhorrent.

Vel pone etiam, quòd postquam negavit dictam 86
admissionem testium, vel probationis statum ad ulteriora processit in causa, cùm supersedere teneretur in ea virtute legitimæ appellationis, suspensionem operantis, quoniam modo possent hæc attentata reponi, & huic oppresso succurri, si salubris recursus ad senatum denegatur, vel si in eo vim non fieri in non delatione, declaretur, diceretur potiùs attentatis, & violentiis favorem, & auxilium præstare, contra justam Catholicæ Majestatis intentionem.

Ecce & adhuc in diffinitivis sententiis, peto fundum 87
meum detentum à Petro, vel pro centum, declaravit judex, mihi non debere restitui licita mihi est hoc casu regulariter appellatio [nisi aliqua specialis causa in contrarium obstitat] si judex non defert, vel sua sponte, vel vi decreti Regii, non fieri vim, & causam ei remittendam virtute decreti ita declarantis, potest judex executoriales expedire, in magnum juris, partis, justitiæ, & reipublicæ decus.

Et maximè attende, quòd in iis interlocutoriis negativis, in quibus appellationem legitimam esse in totius operis discursu probavi, cùm eorum gravamen secum afferat & executionem, fortius est, & magis justificatum gravamen, magisque qualificatum, & probabile, quia est executatum gravamen, & cum effectu, ac proterea major in eis ratio appellandi consideranda est, & admittenda, potius quàm in aliis affirmativis, non executatis; in diffinitivis autem sententiis dubium non est (ut diximus) regulariter, & ita conclude, quòd à talibus gravaminibus appellationi interjectæ, dubium nullum esse posse: rectè cadere decreta violentiæ, sicut & in cæteris, & aliter dicere, fo- 89
ret absurdum, & negligere jus penitus, prout quotidie observatur, indubitanter, & absque contradictione ferè, quia solùm contenditur, & inquiritur, an appellatio (de cujus declaratione tractatur) sit licita, necne, ut si licita reperiatur, primum genus decretorum, hoc est, vim fieri, deferendum, & reponendum, expediatur, & ita tenendum est, & de hoc articulo aliqua etiam egimus *suprà* 1. *p. c.* 6. *fundamento* 4. & inferiùs *vers. nono* ampliùs nostra resolutio, *à num.* 33. ubi aliqua consideravimus, pluresque in terminis Doctores adduximus, quos hic omisimus, ac ideo ad ibi dicta poteris recurrere.

CAPUT

CAPUT XIV.

A sententia lata in criminalibus causis an, & quibus casibus, judex non deferendo, violentiam facere dicatur ubi etiam latè quod in notoriis, & quando.

SUMMARIUM,

Appellationi emissæ in criminalibus, sicut & in civilibus regulariter ut licitæ deferendum esse, quotidie decernunt Senatus Regii, n. 1.

Nec interim exequenda est sententia, n. 2.

Sententiæ executio fieri non potest durante termino ad appellandum, n. 3.

Executionem faciens judex in criminalibus capitaliter punitur, n. 4.

Judici exequenti violentiam in criminalibus potest licitè per vicinos, & consanguineos condemnati resisti, n. 5.

Etiam in delictis enormibus, & atrocissimis, in quibus specialiter non est prohibita appellatio, n. 6.

Et etiam crimine læsæ majestatis, magis communiter resolvitur, cum declarationibus, remissivè, n. 7.

Appellationi in criminalibus nec tacitè, nec expressè renuntiari potest, n. 8.

Renuntiatio appellans in criminalibus valet, ubi delictum est notorium, n. 9.

Confessus & convictus simul in delictis non auditur appellans, sed judici exequi permittitur, n. 10.

Et in quibus delictis, ibid. & n. 11.

Confessus & convictus in criminalibus & pecuniariis causis non auditur appellans, n. 12.

Confessio ut tollat in criminalibus appellationem, requirit spontaneam, non per torturam aut illius formidinem, num. 13.

Lex tollens appellationem confesso intelligitur de sponte confitente, n. 14.

Confessio spontanea dicitur, quæ post torturam illatam legitimis præcedentibus judiciis ratificatur, quæ appellationem impedit, n. 15.

Confessio ejus, ad quod quis est in civilibus condemnatus, emanata post sententiam impedit appellationem, n. 16.

Confessio post sententiam in criminali causa non impedit appellationem, n. 17.

Appellatio de jure civili & canonico ut sit prohibita, confessum & convictum simul adesse, qui teneant, n. 18. ubi de communi.

Appellatio ut denegatur reo tam de jure canonico, quàm civili, ut sufficiat spontanea confessio qui teneant, & magis communem dicant, n. 19.

Confessus reus tantùm si in appellatione inferat aliquam causam offuscantem ejus confessionem appellare potest, n. 20. & n. 22.

Confessus apert & condemnatus si nullam inferat in appellatione causam offuscantem confessionem non appellat, sed sententia exequitur eo non obstante, n. 21.

Quod procedit tam jure canonico, quàm civili, n. 22.

Et tam in civilibus causis, quàm in criminalibus, n. 23.

Appellationi emissæ per condemnatum de crimine simoniæ deferendum non est, n. 24.

Appellatio denegatur à sententia collationis beneficii vacantis propter simoniam lata à mixto executore, num. 25.

Simoniacus notorius vel confessus non appellat, vel quando simoniacus respectu ordinis, etiam occultus, quia tunc non appellat, n. 26.

Simoniacus occultus appellat si simonia cadat super beneficio, n. 27.

Latrones insignes, incitatores seditionum, vel duces factionum non audiuntur appellantes, n. 28.

Etiamsi confessi tantùm sint, vel convicti, n. 29.

Falsæ monetæ crimine damnatus etiam convictus tantùm vel confessus non auditur appellans, n. 30.

Accelerari pœnam & delinquentem statim puniri, ubi publicè interest, appellatio non suspendit, n. 31.

Delicti punitio ubi non recipit dilationem, permittitur, & postea scribere, n. 32.

Blasphemiæ sententia non suspenditur per appellationem, num. 33.

Hæresis à crimine quando nunc admittatur appellatio, num. 34. remissivè.

Beneficii crimen non recipit appellationem, n. 35.

Assasinii crimen non recipit appellationem, n. 36.

Raptus crimine condemnatus non appellat, nu. 37. declara ut n. 40.

Etiamsi sit confessus tantùm, vel convictus tantùm, n. 38.

Raptus criminis causa damnatus scilicet socius, auxiliator, receptator, aut consultor appellare potest, n. 39.

Spoliator causam dans homicidio non appellat, n. 41.

Appellatio à carceratione vel ejus relaxatione, & de ejus effectu, n. 42. remissivè.

A suspensione vel privatione officii & lata in syndicatu an sit licita appellatio, n. 43. remissivè.

A tortura, vel torturæ comminatione appellare quando liceat, n. 44. remissivè.

A judice denegante defensionem reo, prout aliis, appellatio licita est, n. 45.

Judiciorum copia, aut defensio quãdo reo non sit deneganda sive procedatur officio judicis, sive ad petitionẽ partis, 46.

Ordo juris non servatur in notoriis, sed tunc ordo est ordinem non servari, n. 47.

Notorium licèt relevet ab onere probandi, non tamen ab onere proponendi & allegandi, n. 48.

Notorii probatio quando & quibus casibus requiratur, & de qualitatibus & requisitis hujus probationis, aut quid concludere & continere debeat, n. 49. remissivè.

Notorium non requirit diffinitivam sententiam, sed ipsum est sententia desiderans executionem, n. 50.

Notorium esse reo negante, procedendum est ad declaratoriam interlocutoriam formato judicio, aliter non fiet executio, n. 51.

Notorium an requirat libellum, & litis contestationem, & quid citationem, remissivè, n. 52.

Notorium quotuplex sit, juris, aut facti permanentis, vel transeuntis, seu momẽtanei, & quid manifestum & de singulorum attributis, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de aliis pluribus, num 53. remissa

Appellationi à sententia lata super causa notoria regulariter non deferendum, num. 54.

In notoriis judiciis pronuntiatio non est propriè sententia, sed quædam juris executio, num. 55.

Notorii sententia, ut impediat appellationem, debet ferri cum expresso supposito notorii, & ejus facta mentione, non aliàs, n. 56.

Sententia contra insignem latronem ut excludat appellationem debet ferri cum expresso supposito insignis latronis, c. 57.

Sententia interlocutoria declarans notorium precedente negatione rei admittit appellationem, n. 58.

Ab exceptionum excusabilium contra notorium denegatione interlocutoria appellatio admittitur, etiamsi à diffinitiva non admittatur, n. 59.

Notorium admittit appellationem, quando in ea exprimitur causa rationabilis offuscans notorium, n. 60.

Appellatio ubi regulariter sit prohibita, tamen ex aliqua ratione speciali in eodem casu sit permissa, debet specialiter exprimi in appellatione, ut ipsa admitti queat, n. 61.

In notoriis quando sit licita appellatio, n. 62. & seqq. remissivè.

Ab excessu pœnæ in notoriis, datur appellatio, n. 62.

Manifestum delictum non tollit appellationem, n. 63.

Judex à quo inhibitus, non potest sententiam notorii exequi, num. 64.

Delinquens in flagranti delicto, & notorio, æquiparantur à jure, & ex obruto, & juris ordine omiſſo proceditur in utroque, n. 65.

Sententia lata contra repertum in flagranti crimine non appellat ſuſpenſivè, num. 66.

Materia delinquentis reperti in flagranti, remiſſivè, num. 67.

In omnibus criminalibus & notoriis, in quibus non eſt licita appellatio, tamen ſuperſedetur in ſententiæ executione, quando judex ſuperior dubius cognoſcens per inſpectionem actorum inhibuiſſet inferiori, n. 68.

Quod declarat ut ibi, & num. 69.

In criminalibus regulariter ubi eſt prohibita appellatio, intelligitur quoad utrumque, quia in eis executio eſt irretractabilis, num. 70.

Appellatio quoties eſt prohibita à diffinitiva quoad utrumque effectum, permittitur à qualibet ejus interlocutoria, etiam aliàs non qualificata, num. 71.

Appellationis emiſſæ per clericum traditum curiæ ſeculari, quando ſit vel non deferendum, num. 71. remiſſivè.

1 DE generali regula in hoc articulo dubitavit nemo. Si quidem illud notum ſit, ut in criminalibus, quemadmodum in civilibus, appellationis emiſſæ à condemnato judex non deferens violentiam facere manifeſtam, itaque in tribunalibus ſupremis aditis pro ea levanda, declarabitur quotidie, reponi, deferréque jubetur, & juſtè quidem, quia licita, *l. addictos in fin.* ubi communiter Doctores notant. *Cod. de Epiſcopal. audien. l. litigatoribus*, ibi, tam in civilibus, quàm in criminalibus cauſis, &c. *Cod. de app.* plurimis relatis recordat. Boſſ. *in tract. crimin. tit. de appell. n. 1.* Decian. *in tract. crim. l. 5. c. 58. n. 1. tom. 1.* Angel. *in tract. de malefic. verb. præſente dicto Caio, &c.* Lancelot. *de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 4. n. 1. cum ſeqq.* Roland. à Valle *conſ. 73. n. 12. l. 3.* Anton. Gom. *variar. l. 3. c. 13. num. 31.*

2 Peregr. *in tract. de jur. fiſci lib. 7. titul. 4. n. 12.* Viv Cum. *opinione 55. à n. 1.* nec interim eſt exequenda ſententia, Lancelot Robert. *ubi proximè.* Aſin. *in praxi §. 11. c. 2. lim. 2. ſub n. 3.* Bear. *dec. 153. n. 6.* Baiar. *in addit. ad Julium Clarum q. 94. n. 16.* Guid. Pap. *q. 74.* incipit *in cauſis, & in tract. de app. qu. 120. poſt princ. & col. 5. verſ. item ſicut ibi civili.* Vital. *de clauſ. in clauſ. nihil novari app. pen. ſub n. 19.* Proſper. Farin. *in tract. crimin. 3. tom.*

3 *q. 101. c. 1. n. 2. & ſeqq.* ubi extendit in executione facta

4 durante termino ad appellandum, & quod judex executionem hanc faciens capitaliter puniatur, poſſeque impunè reſiſti per amicos, & conſanguineos damnati,

5 ubi *num. 7.* ampliat, etiam in delictis enormibus &

6 atrociſſimis, in quibus ſpecialiter non reperitur prohibita appellatio, & etiam in crimine læſæ majeſtatis, ut pro magis communi reſolvit, cum aliquibus declara-

7 tionibus.

8 Adeò ut appellationi in criminalibus nec tacitè, nec expreſsè renuntiari poteſt, Boër. *deciſ. 257. ſub num. 16.* Philip. Franch. *in cap. cum ſpeciali §. porro n. 6. ante medium, verſ. ſed certe in criminalibus, de appell.* Lancelot. Robert. *de attent. 2. p. 12. ampliat. 2. n. 8.* Angel. *de malef. ubi ſup. n. 80.* Pariſ. de Put. *de ſyndica. verb. appellat. cap. 1. n. 14. ante fin.* Proſper. Farin. qui communiter ita per Doctores teneri firmat *ubi ſuprà n. 20. & ſeqq.* ubi

9 limitat, quando delictum ſit notorium, quia tunc valet renuntiatio.

10 Tamen multi reperiuntur caſus, quibus à jure ſpecialiter appellatio prohibita eſt, prout teſtatur *l. 2. Cod. quorum app. non recip.* in hæc verba: Obſervare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifeſtam violentiam commiſerunt, argumentis convictus, teſtibus ſuperatus, voce etiam propria, vitium, ſcelúſque confeſſus, audiatur appellans.) Ex qua text. diſpoſitione illud velut axioma deducunt Doctores, quòd convictus, & confeſſus ſimul de crimine non appellat, imò ſui appellatione non obſtante, poteſt judex ſententiam ad ulteriorem executionem perducere, notant omnes nullo dempto, *in d. l. 2. pariter in l. tantùm, & in l. conſtitutiones*, per illa jura *ff. de appell.* & eſt canonizata *d. l. 2. in c. ei qui verſ. nullus etiam 2. q. 6.* Franc. *in c. Romana, §. ſi autem n. 5. de appell. in 6.* Canoniſtæ omnes *in cap. cum ſpeciali §. porro de appellat.* plures allegant Aug. *de malef. verb. præſente de Caio n. 19. cum ſeqq.* Marant. *de ord. judicio. 3. p. 6. p. in 2. actu n. 191. fol. 250. in parvis.* Rom. *ſingul. 625.* Carrerius *in prax. in tract. de appell. in prin. n. 2. & 3.* Jodoc. *in praxi crim. c. 149. n. 1.* Foller. *in pract. crim. 4. p. 3. p. verbo, & ſi confitebuntur, num. 89.* Dueñas *in reg. 136. in prin.* plures referens Covarr. *in pract. q. c. 23. n. 5. in prin.* Viv. *commun. opin. 50. n. 1. & ſeqq.* Jul. Clar. *in pract. q. 94. n. 1.* Lancel. *de atient. 3. p. c. 11. n. 22. & c. 12. n. 12.* Anton. Gomez *variar. l. 3. c. 13. n. 31. poſt medium*, cujus reddunt rationem Decius *in d. c. cum ſpeciali §. porrò n. 15. in fin. verſ. & quia contra convictum.* Carrerius *in pract. crim. tit. de app. in princ. n. 5. & ſeqq.* Rolan. *conſil. 73. à n. 25.* ex præſumpta ſcilicet, calumnia, quæ appellationi in eſſe videtur, quando quis eſt convictus, & confeſſus, quæ quidem lex 1. *C. quorum app. non recip.* ſuprà in comprobationem hujus limitationis adducta, procedit, & habet locum non ſolum in quinque illis delictis in ea numeratis, verùm etiam in omnibus aliis, quibus 11 reus convictus eſt, & confeſſus, ut tenent omnes ferè Doctores in ejus confirmationem adducti, per quos, & alios ita pariter reſolvit Far. *in tract. crim. 3. tom. q. 101. c. 2. num. 116.*

Quemadmodum eſt & in civilibus omnibus cauſis, & pecuniariis, in quibus aliquis eſt convictus, & confeſſus appellationi interpoſitæ non deferens judex vim non faciet, cùm minimè eo caſu admittatur, gloſ. *in d. l. 2. verb. propria.* quam ſequuntur ibi Bald. *num. 6.* 12 Fulgoſ. *in l. conſtitutiones num. 5.* ubi etiam cæteri, *ff. de appellat.* Imol. *in l. creditor, §. juſſus col. 7. ad fin. verſ. & concludit ibi Hoſtienſ.* Ant. de Butr. *in cap. cum ſpeciali §. porrò n. 6.* & ibi Card. Zabar. *col. 2. verſ. & licet illa l.* Joan. de Imol. *num. 13.* Abb. *n. 5.* Decius 14. & 15. *de app.* Capra *in tract. de notoriis memb. 4. num. 113.* Carrer. *in pract. tit. de appell. 3. in prin. n. 4.* Covarr. *in pract. cap. 23. num. 5. in prin. de communi.* teſtatur Ant. Gom. *ubi ſuprà n. 31. poſt medium.* Vivius *opinion. 50. n. 1.* ubi communem dicit.

Rurſus cùm ſimul requiratur ad effectum denegan- 13 dæ appellationis, ut reus ſit convictus, & confeſſus ſimul (ut dictum eſt) intelligendum eſt, ut confeſſio facta ſit ſpontanea, ſecus autem ſi ſit in tortura, vel tormentorum formidine, probat text. expreſſus *in d. l. 2. C. quorum app. non recip.* ibi in formidine tormentorum territus contra ſe aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegamus, *&c.*) & ibi poſt gloſſ. *verb. propria, in princ. & in verbo aliquid notant.* Covarr. Butr. Petr. de Bellaperti. Bald. Salicet. Odofred. Angel. Paul. Caſtr. Imol. *in l. conſtitutiones, poſt num. 3. ff. de appell.* & de jure canonico facit gl. celebris *in cap. Romana §. fin. autem verbo, vel de quo verſ. alii dicunt & fortè bene, de appell. in 6.* ubi Hoſtienſ. *n. 20.* Joan. Monach. 13. Archidi. P. Franc. 3. *verſ. in eadem gl.* quæ quidem gloſſa etiam de jure Canonico canonizata eſt *in c. ei qui §. nullus 2. q. 6.* & ibi Turrecremata *in verbo, propria, n. 2. in verbo, aut formidine tormentum.* Præpoſitus *in ſummario, & n. 2. in fin.* Aret. *in c. at ſi clerici n. 17. de judicis.* Philip. Franc. *in cap. cum ſpeciali §. porrò, poſt n. 5. verſ. hoc intellige de appell.*

Et ratio eſt, quam reddit Aretin. proximo citato lo- 14 co, quòd in materia exorbitanti & ſtricti juris, ſicut eſt, quando ſtatutum, vel lex tollit appellationem confeſſo, & convicto, vel confeſſo tantùm, non comprehenditur confeſſus, niſi ſponte, ſequitur Marant. *de ord.*

ord. iudic. 6. p. 2. in actu 3. part. nu. 281. vers. secus si per tormenta. fol. 250. in parvis. Carrer. *in pract. de appellat. in princip. num. 2.* Petr. Duen. *regul. 156. in limit. 3.* nisi
15 ipsa confessio post torturam, aut formidinem tormentorum factam, ratificata fuerit per confitentem; emanante tortura legitimis præcedentibus indiciis, & subsecuta ratificatione, debito tempore, quia tunc cùm talis confessio dicatur spontanea, propterea appellatio impeditur, ac si prorsus sponte qui confessus fuisset; ut post plures per eum relatos, latè comprobat, &
16 prosequitur Farin. *in pract. crim. 3. tom. q. 101. c. 2. à n. 133.* qui *num. 138. & 139.* declarat ex aliis, quòd licèt in civilibus, in quibus convictus ante sententiam, si postea confiteatur, in quo est condemnatus, non possit ampliùs appellare, nec ejus appellationi deferendum, se-
17 cundùm Bald. *in l. addictos n. 1. in fin. C. de Episcopali audien.* Bal. *in d. l. 2.* Duenas *in regul. 156. lim. 4.* tamen in criminali causa confessio post sententiam appellationem non impediat.

18 Sed ut tibi liqueat in hoc articulo vera resolutio; adverte, quod Farinac. *in prax. crim. 3. tom. quæst. 101. cap. 2. à num. 150. usque ad num. 153.* refert unam communem Doctorum opinionem, quod ad effectum denegandæ reo appellationis requiratur, ut sit confessus, & convictus simul, quæ procedit tam de jure civili, quàm de jure canonico, & *à num. 154. usque ad n. 156.*
19 aliam contrariam refert, ut scilicet, tam de jure civili, quàm & fortiùs, de jure canonico, quòd ad hoc, ut reo prohibeatur appellatio, sufficiat spontanea confessio; plures in hanc opinionem cumulat, testantes de magis communi, & magis observata.

20 Quas quidem cum fœdere distinctionis componere conatur *à num. 157.* quam communiter Doctores in harum contrarietate conducunt, ut scilicet, quando confessus tantùm, & condemnatus inserit in appel-
12 latione aliquam rationabilem causam offuscantem, vel conturbantem confessionem suam, puta, quia allegat se non sponte confessum, sed formidine tormentorum, vel per errorem, quod probans, intendit eandem revocare; vel aliter curat, suam confessionem declarare. (quod potest secundùm Jac. Butr. *in l. fin. vers. respondet, C. quorum appell. non recip.* ubi Bella. per. *col. 2. vers. diceris ergo,* B. *n. 3.* Cyn. 2. *in fin.* Alberi. *n. 2.* glos. *in l. creditor. 8. jussus in verb. appellandi ad fin. ff. de appell.* ubi Bar. *n. 2.* Alex. Madit. *lit. C.* Alberi. *n. 5. in fin.* Imol. 4. Præpositus *in c. quicumque 2. quæst.* plures referens. Prosper. Far. *in pract. tit. de confess. & convict. q 81. n. 326.*)
13 & tunc appellationi ut licitæ deferendum esse, ut ita intelligatur, procedat prima opinio.

21 At si sponte confessus condemnatus nullam inferat in appellatione causam, tunc appellatio nec admittenda, nec deferenda est. Imò ea non obstante judex potest absque metu attentati ad executionem suam sententiam perducere, ut sic intelligatur secunda opinio, quam quidem distinctionem in utroque membro probant Angel. *in l. 2. n. 2. C. quorum appell. non recip.* Fulgos. *in l. constitutiones num. 5. ff. de appell.* ibi etiam Imol. *nu. 3.* Alberi. *in l. creditor §. jussus num. 6. ff. de appell.* & de jure canonico in glos. *in c. Romana. §. si autem in verb. vel de quo, vers. nisi vellet allegare de appell. in 6.* ubi Gemin. *nu. 5.* Hostiens. *in cap. cum speciali §. porrò n. 6. verbo vel ipsius confessione, de appel.* Joan. Andr. *num. 4.* Bal. 20. Bellam. 4. Butr. 3. & 6. Imol. 12. Joan. de Anania 7. Ab. *num. 1. 2. nota. & num 5.* Franc. 5. *post medium.* Decius 16. & 18. Archidia. *in cap. quicumque, in prin. vers. in gl. 12. quæst. 6.* & ibi etiam Præpos. *num. 1.* Turrecremat. *vers. sed super hoc videas.* August. ad Angel. *de malef. verbo præsente d. Caio,* &c. *post n. 21. & n. 22.*
14 Capra *in tract. de notor. memb. 4. n. 3.* Carrer. *in pract. crim. tract. de appell. §. tertius casus n. 2.* Foller. *in prax. crim. 1. p. 2. p. verbo & si confitentur, n. 66. vers. prædicta tamen procedunt, & verb. & pœnis debitis feriantur,*

num. 6. vers. si verò. Vestr. *in prax. lib. 7. c. 3. n. 16* Boss. *in tit. de appell. num. 27.* Julius Clar. *in pract. crim. §. fin. quæst. 94. in princ.* Vulpell. *conf. 137. num. 3. & 6.* Covarr. *in pract. quæst. c. 23. n. 5. post vers. secunda conclus.* Contard. qui testatur de communi, & celebriori Doctorum sententia *in l. unic. C. si de momen. poss. fuer. appell. lim. 3. n. 39. cum seqq.* Cartari. *de execut. senten. cap. 1. n. 71. & 72. & n. 101.* Sigismund. Escac. *in tr. de jud. caus. civ. & crimin. lib. 1. cap. 97. n. 118. & 125.* loquentes, tam de jure canonico, quam civili, & videndi plures allegati à Farin. *ubi supra nu. 158.* ubi *n. 160.* ex pluribus comprobat, hanc distinctionem pariter procedere & in civilibus causis, quoad effectum admittendæ, vel rejiciendæ appellationis per confessum condemnatum.

Pariter nec appellationi interpositæ per condemnatum de crimine simoniæ, judex denegans delationem vim faciet, Gl. fin. *in c. 1. de testib. in 6.* Fel. *in c. sicut el. 1. de simonia,* per illum text. Marant. *de ord. judic. 6. p. actu 2. n. 287. fol. mihi 251. in parvis.* Carrer. *in pract. crim. tit. de appell. §. nonus casus est n. 4.* Rodoan *in tract. de Simonia 4. p. c. 6. à n. 12.* Farin. *in pract. crim. 3. tom. q. 101. num. 47.* ubi adducit Rotæ decisionem die 6. Jun. 1593. in qua dictum fuisse firmat, quòd licèt regulariter non liceat appellare à sententia simoniæ, hoc tamen declarari duobus modis; primò ut non per hoc denegetur appellatio à sententia collationis beneficii vacantis propter simoniam, lata à mixto executore. Secundò ut tunc demum à tali sententia non detur appellatio, quando simoniacus est notorius, vel confessus, vel si est occultus, simonia est respectu ordinis, secus quando est occultus; & simonia cadit super beneficio, quia tunc datur appellatio, quæ decisio est elegans & notanda; ubi declarat, quando impetrans beneficium alicujus ob ejus simoniam, vel in ordinibus, vel in beneficio sit ab executore dato, hoc est ab ejus sententia appellationi deferendum.

Rursus constitutiones, quæ de recipiendis, nec de appelllationibus loquuntur, ut nihil novi fiat; locum non habent in eorum personis, quos damnatos statim punire publicè interest, prout sunt insignes latrones; vel seditionum concitatores, vel duces factionum; verba sunt text. *in constitutiones, ff. de appellation.* ex quo communiter notant Doctores, quòd hi delinquentes; de quibus in hac lege, non audiantur appellantes, imò
29 appellatione non obstante contra eos sententiam exequendam esse, etiam si ipsi convicti, & confessi simul non sint, cùm sufficiat, ut vel sint convicti tantùm, vel confessi sint, ut ibi post glos. notat B. Albe. Angel. Cuman. & Imol. Specula. *in titul. de appellat. §. 1. nu. 2.* Paris. de Put. *in tract. de judic. verb. appellat. cap. 1. n. 11. in fin. & 13.* Angel. *de malefic. verb. præsente d. Caio,* &c. *n. 20.* Marant. *de ord. judicio. 6. p. actu 2. nu. 285.* Duenas *regul. 156. limit. 5.* Ant. Gomez *variar. l. 3. de delict. cap. 13. num. 31. in fin. & in 6. & 7. limit.* Decian. *in tract. crim. lib. 7. cap. 19. n. 5.*

Rursus & si damnatus crimine falsæ monetæ non sit convictus & confessus simul, sed vel convictus vel
30 confessus tantùm; appellans minimè auditur, nec ejus appellationi deferendum, probat. *in l. 1. §. 1. C. de falsa moneta,* ibi, appellandi etiam privato licentia denegetur.) gl. *in l. 2. in verbo propria C. de fal. a moneta.* Rom. *in l. Panton. §. rei perduellionis, num. 1. p. 2. vers. quarto videtur probare, ff. de acquir. hæredit.* August. de Angel. *de malefic. in d. verbo præsente d. Caio post. n. 15. in prin.* ad lit. idem Angel. *ibi n. 20.* & ibi addit. *verbo moneta,* allegans Bal. *in conf. 165.* Marant. *de ord. jud. p. 2. actu 2. n. 283. fol. 251. in parvis.* Carrer. *in pract. crim. tit. de appell. §. 16. casus est n. 21.* Fab. de Montel. *in pract. arbit. p. 4. n. 409. fol. 182.* Ant. Gom. *de delictis c. 13. rub. de tortura reorum, n. 31.* Rollan. à Valle, *conf. 73. n. 7. lib. 3.*

Ampliùs appellationi deferendum non est in dispo-
31 sione text. *in l. si quis filio exhæredato: §. hi autem omnes*

in

in fin. ff. de injusto, rupto. quando scilicet, publicè interest pœnas acceleratì, & delinquentes statim puniri, ubi prohibetur appellatio, nec dum in manifestis latronibus, seditionibus, & capitibus factionum, de quibus *in d. l.* 1. Sed postmodum generaliter in hæc disponit, *ibi,*
32 vel alia justa causa, quam mox præses literis excusaverit, moram respiciat: non pœnæ festinatione, sed puniendi periculi causa, tunc enim punire permittitur, deinde scribere (similis text. *in l. constitutiones, ff. de appell.* ibi, quos damnatos statim puniri publicè interest.) ubi notat Fulgos. *n.* 2. Roman. *in l. Pantenius §. rei perduellionis, n.* 1. *de acquir. hæred.* Angel. *de malef. verb. præsente d. Caio. post. num.* 5. *&* 20. quia quando periculum est in mora, non obstante appellatione, potest judex suam exequi sententiam. Carrer. *in pract. crim. tit. de appell. §. undecimus casus à n.* 1. Gigas *de crimine læsæ majest. rub. fin. quæst.* 13. *n* 2. *in fin.* Bossius *in tit. de appell. n.* 24. *& seqq.* Hieron. Giaccar. *in addit. ad Clarum q.* 94. *lit. B, decis.* 155. *num.* 5. *& seqq. & decis.* 259. *num.* 5. Lancelot. Robert. *de attent. 2. p. cap.* 12. *ampliatio* 4. *num.* 10. *&* 16. *& limit.* 6. *num.* 13. *& limit.* 43. *num.* 8. *&* 9. Cartar. *de executione sentent. cap.* 1. *num.* 75. *vers. & si periculum est in mora.*

33 Ampliùs à sententia blasphemiæ appellationi non deferens, vim non faciet, ut latiùs, & cum distinctione procedentem videre poteris Azeved. *in l.* 1. *n.* 39. *&* 40. *tit.* 4. *lib.* 8. *recop.* ubi allegat ad id Avend. & quid quan-
34 do item in crimine hæresis, videndi sunt relati à Farin. *de delict. quæst.* 101. *num.* 45 *&* 46.

35 Iterum & in crimine beneficii appellationi deferendum non esse, probant Bald. *in cons.* 211. *lib.* 4. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 24. *num.* 15. Farin. *ubi proximè n.* 56. dicens cautius esse curare, ut reus appellationi renuntiet, sed hoc parum aut nihil procedere potest, quia renuntiationem in criminalibus locum non habere, supra dicimus sed ad majorem justificationem fit item etiam & in crimine assassinii appellatio locum non habet, docent Hostiens. *in cap. pro humani n.* 28. *in fin. in verb. liberè, de homicid. in* 6. ubi Joan. And. *n.* 12. & ibi Gem. *in §. sacri n.* 10. Franc. 8. Carrer. *in pract. crim. in* 1. *tract. de appell. §.* 3. *casus est, n.* 26. *& in §. ultimus casus est, n.* 1. Monticell. *reg.* 8. *n.* 39. 18. *special.* Capicio quem allegat. *decis.* 155.

37 Rursus appellationi non deferens vim judex non faciet, impositæ scilicet, à condemnato in crimine raptus, text. est *in l. fin. C. de raptu virginum,* ibi, quibus, etsi appellare voluerint, nullam damus licentiam,) probat Marsill. *ibi n.* 155. Specula. 2. *p. in tit. de appellat. §. in quibus n.* 2. Roma *in l. Pantenius §. rei perduellionis n.* 1. *col.* 2. *§ quarto videtur probari, ff. de acquir. hæred.* Maranta *de ord. judic.* 6. *p. actu* 2. *n.* 284. *f. l. nihi* 251. *in parvis.* Angel. *de malef. in sæpe repet. to verbo, præsente d. Caio. & c. n.* 20. Carrer. *in pract. crim. tract. de appell. in prin. n* 50. *& in §. decimus quintus casus est, n.* 1. *cum seqq.* qui hoc declarat locum habere, etiam si hoc crimine
38 damnatus sit confessus, sive convictus solùm (reprobans Afflict. contrarium sentientem) sequitur Fab. de Montel. *in pra. arbit.* 4 *p. fol.* 231. *&* 630. Decian. *in tract. crim. lib.* 8. *c.* 9. *n.* 12. *tom.* 2 *& cap.* 8. *n.* 5. *& cap.* 12. *num.* 6. Anton. Gom. *lib.* 3. *var. cap.* 15. *de tortu. n.* 31. *in fin.* Quod quidem intelligitur in principali raptore, secus autem in sociis, auxiliatoribus, consultoribus, & receptatoribus. Carrer. *ubi proximè,* & latè comprobat Decian. *lib.* 4. *c. ult.* 9. *num.* 13. *& cap.* 10. *n.* 11. *tom.* 2. Farin. *in pract. crim. tom.* 3. *q.* 101. *cap.* 1. *n.* 48. *& seqq.* ubi duobus aliis
39 modis declarat ut procedat, quando reus est convictus per claras probationes, & à jure approbatas, secus si sint dubiæ, & quando mulier fuit rapta & cognita, secus si rapta cognita non fuerit, qia tunc istis scilicet tribus declarationibus appellationi utique deferendum esse probat *ibi.*

42 Quia ampliùs dicit *ibi n.* 57. in casu legis, *quoniam multa facinora C. ad. l. Jul. de vi,* qua dicitur, non suspendi capitalem condemnationem per appellationem interpositam ab eo, qui violenter volens aliquem expellere à sua possessione, causam dederit homicidio, ubi Doctores probant Carr. *ubi proximè tract. de appellat. §.* 17. *casus est num.* 1. Anton. Gom. *ubi suprà n.* 31. *vers. quintò limita,* &c.

Rursus appellationi interpositæ quando sit vel non 42
deferendum à carceratione, seu injusta detentione, & qui ejus sit effectus, & multa circa hoc diximus *suprà lib.* 2. *c.* 4. *per totum,* & quid quando interponatur à suspensione, vel à privatione officii, vel à sententia lata in 43
syndicatu, latè diximus hæc 3. *p. suprà cap.* 8. quibus lo- 44
cis videre poteris, quando autem à tortura, vel torturæ comminatione admittatur, dixi *l.* 2. *c. cap.* 1. *à n.* 98. *&* *seqq.* quando verò ab excommunicationis sententia, vel interdicti & suspensionis, pariter eodem *lib.* 2. *cap.* 5. quæ quidem quæstiones, & articuli, etsi respiciant criminale judicium, commodioribus appositi locis, quibus (cùm non repeto) videbis omnino, *&c.*

Unum oblivioni non tradam, quod à denegatis reo 45
(prout & aliis) defensionibus appellationi interpositæ, tanquam licitæ, non deferens judex vim facere, probant Gandin. *de malefi. rub. de quæst. & tormen. n.* 23. *circa medium.* Guid. de Zuzar. *in tract. de indic. & tortur. n.* 63. Martil. *in l. Lucius §. cognituram num.* 85 *ff. de quæst.* Monticell. *regul.* 14. *n.* 19. Franc. Marc. *decis. Dis. p.* 60. *n.* 5. 1. *p.* Burlatus *cons.* 201. *n.* 10. *& seqq.* multa adducentes in declarationem, & comprobationem. Et loquendo in
reo torquendo cui denegantur indicia, & defensio, Pro- 46
sper Farin. *in pract. crim.* 2. *tom. quæst.* 39. *de indic. & tort. n.* 72. *& seqq.* aliis adductis firmat teneri insuper judicem in syndicatu, & sursum pluribus numeris examinat, quando reo non sit denegandæ defensio, & copia indiciorum, sive ex officio, sive ad partis petitionem sit processum.

Et ex his licitè devenimus ad notorii processum, quo utar, prout promiscuè utuntur Doctores civili notorio, & criminali, pariter in utroque doctrinæ cõ- 47
munes sunt, in quo aliis omissis suppono; quòd cùm in notoriis ordo juris non servetur, sed ordo est ordinem non servare, *cap. pervenit de testib. consuluit de appel. c. ad nostram* 2. *jurejur. c. bonæ* 2. *de electione, c. manifest. de pœnit. & remiss. c. manifesta c. scelus, c. quæ Lothar.* 2. *q.* 1. *c. cum dilectus, de purgatione canon. c. olim* 1. *de restitut. spol. c. super eo de test. cogan. c. quanto, de translat. Prælat.* Bal. *in l. Presbyteri col. pen. C. de episcop. & cleri.* Marsi. *cons.* 5. *n.* 2. *& singul.* 511. Decian. *cons.* 544. *n.* 6. Paris. *consil.* 111. *n* 8. *lib.* 4. Capra *in tr. de notorio membro* 4. *n.* 2. *&* 40. Grammat. *decis* 36. *n.* 41. *&* 56. *& decis.* 45. 2. 55. Menoch. *de recuper. poss. rem.* 14. *n.* 270. Foller. *in pract. verb. item quod commissum crimen notorii n.* 1. Bossi. *in tit. quomodo procedatur in crim. noto.* Anton. Gom. *l.* 3. *de delict. cap.* 1. *sub n.* 42. Clarus *in pract. q.* 9. *in prin.* Conrad. *in pract. crim. tit. de noto crim. n.* 1. *in prin. & in fin.* Ant. de But. *in tract. de noto. art.* 4. *à n.* 5.

Et licèt notorium non sit probandum, est tamen al- 48
legandum, quia etsi notorium relevat ab onere probandi, non tamen relevat ab onere proponendi, glos. *in clem. appellanti de appell. & in l. cives C. eod. tit.* per regulam *l. si adulterium in* 6. *§. idem si Pollioni. de adult.* B *in l. si unus §. pactus, & in l. cum quid n.* 5 *ff. si certum pet.* Nicol. Mill. *in reper. verb. notorium non excusat.* Bertran. *cons.* 149, *d.* 4. *vol.* 1. Capra *concl.* 17. *n.* 8. *inter tract. de notorio memb.* 4. *n.* 77. Marsi. *in rub. C. de probat. n.* 220. Nat. *cons.* 219. *n.* 4. *& cons.* 275. *num.* 1. Beroius *consil.* 18. *num.* 54. *volum* 3. Burlat. *cons.* 43. *nu.* 26. Joseph. Mascard. *concl.* 1104. *n.* 1. Alciat. *de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt.* 12. *num.* 133. Menoch. *de recuper. rem.* 1. *num.* 165. *& rem.* 15. *n.* 264. Vivius *in commun. opin. verb. notorium,* quamvis Conrad. *in pract. tit. de noto crim. num.* 20. *in prin.* Tiraq. *de retr. gl.* 1. *§.* 32. *n.* 98. Covarr. *in cap. Raynut. §.* 11. *n.* 3. *de*

de testam. & an & quando, quibusve casibus requiratur probatio notorii, & de qualitatibus hujus probationis, & quid concludere, & continere debet, vide ex his, quæ latè Farinac. *in pract.crim.tom.2.q.21.à.n.79* & circa hanc nostrum articulum vide Mascard. *ubi proximè*, Et Bernard. Diaz. *in reg.* 496. 49

Et licet regulariter in notoriis non requiratur diffinitiva sententia, sed ipsum notorium sententia sit, postulans executionem; tamen si reus neget notorium, debet judex pronuntiare, & ferre interlocutoriam sententiam, quod est notorium, aliter namque ad condemnationem minimè procedere poterit, nisi servato juris ordine, & formato judicio. Ita post Abb. Cardinal. Gramm. & Gandin. quos allegat, & concludit Foller. *in pract. crim. verbo, item quod est notorius delinquens, n.* 14. Decian. *consil.*483. *n.*27. Carrer. *in practicis crim. in tract. de appell.*§.*secundus erit casus à n.* 11. Boss. *d.tit. quomodo proced. in crim. note. n.*14. Mascard. post alios vide *consil.*1101. *à princ.* Ferrer. *consil.*31. *n.*5 *lib.*1. Clar. *q.*9. *vers. plus dicunt.* Hieron. Laur. *in dec. Avenionens.* 15.*num.*11. Covarr. *in c.ep. alma mater. n.*9. *de sent. excomm. lib.*6. videndus Farinac. *in tract. crim.1.tom.q.*21. *n.* 116. *& suprà*, qui etiam *ibi à num.*72. variis opinionibus conciliatis tractat, an in notoriis requiratur libellus, litis contestatio, & an requiratur citatio, ubi requiri contra absentem delinquentem. Et generaliter quid, & quotuplex, sit notorium, juris scilicet, & facti permanentis, aut transeuntis, & momentanei, & quid manifestum, & de singulorum attributis, & qualitatibus, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de pluribus aliis perdoctè videndus est ultra relatos Capra *in tract. de notorio*, & Mascard. *concl.*1101. *usque ad conclusionem* 1105. *inclusive*, ubi exactissimè & perdoctè videndus etiam est Prosper. Farin. *in pract.crim. tom.*1. *q.*21. *per tot.* ubi curiosè valdè, cum maxima distinctione, & per suas conclusiones, ampliationes, & limitationes, ad quos te mitto, quia nostri non est instituti. 50 51 52 53

At quatenus illud tangit unum non omittam inferre: an, & quando in notoriis tam criminalibus, quàm civilibus causis appellationi interpositæ à sententia lata super causa notoria, judex non deferens violentiam commisisse declaretur; in quo & illud pro coronide firmo, regulariter negans appellationem in notoriis vim non facere, enimverò potest justè judex, ea non obstante, ad suæ sententiæ executionem devenire, text. est *in cap. cum sit Romana*, §.*fin.* ubi gloss. Joan. Andr. & Doctores *de appell.in.*6. text. *in cap. pervenit*, &c *consuluit el.*1. *eodem tit.* text. *in c.Romanæ.* & ibi gloss. & D D. *de appell. in* 6. *& in c. cum speciali* §.*porro de appell. gl.*1. ubi Archidia, & Doctores *in c. manifesta.*2. *q.* 6. gl. magna *in c. vestra de col.cler. & mul.* ubi Doctores Specul. *in tit de not. crim. & fi.n.*15. *& in* §.1. *n.*7. *& in tit. de appell. novissimè sub n.*2. *&* 12. Matth. *in l. unic. n.*93. *C. de raptu virg.* Angel. *de malef gloss. præsente d. Caio & appellante col.*1. Marant. *in specul.*3. *p.*6. *p. princ. q.*2. *nu.*125. Manfred. *de attent. lib.*2. *consil.*72. Guid. Papæ *in tract. de appellat. quæst.*120. *col.*4. *vers. sed advertas.* Ducinas *in regul.*42. *n.*12. *limit.*12. Aufrer. *in addit. ad decis. ult. Capel. Tholos.* Crot. *consil.*101. *à n.*9. Capra *in d. tract. de notor.*4 *membr. num.* 95. *& omnibus seq.* latè de materia Nicoll. Mill. *in repert. verbo. notorium an impediat appellationem cum pluribus seqq.* Grammat. *dec.*36. *num.*31. *&* 34. Conrad. *in pract. tit. de not. crim. titul.*17. Foller. *in pract. rem. verbo, item quòd est notor. delinq. n.*21. Novel. *in practic. crim. in prin.*§.*indicia n.*1. Ant. Gomez *variar. lib.*3. *delict. c.*1. *num.*47. *in prin.* Jul. Clar. *in pract. q.*94. *vers. fallit etiam dici.* Lancel. Robert. *de attent.*2. *p. cap.*12. *limit.*9. *n.*1. *& seqq. & c.*11 *n.* 26. qui dicit etiam de executione facta tempore ad appellandum post Aut. de Butr. Firmat Oldral. Affini. Contar. *in lib.* 1. *C. si de momen. poss. lim.*3. *ratione juris canonici, n.*36. quia scilicet in notoriis judicis pronuntiatio non est propriè sententia, sed quædam juris executio. Innocent. *in c. ex parte d.* 1. *de sent. excom. fin.* Roma *sing.* 524. Decius *in c. speciali*, §. *porrò in prin. de app.* 54 55

Quod quidem fallit primò, ut procedat conclusio, quando in ipsa sententia apparet, judicem condemnasse uti de facto notorio, secus sit simpliciter pronuntiasset, vel reum condemnasset, ut quemlibet alium criminosum, quia tunc condemnatus sic poterit appellationem interponere. & judex ei non deferens vim faciet manifestam, ut text. arg. *in c. Romana*, §. *fin autem, de app. in* 6. docet Salicet. *in l. ea quidem, col. fi. in fi. vers. quia præter, C. de accus.* quem referens sequitur Ant. Gomez *de delictis c.* 1. *n.* 47. *vers. quod tamen intellige.* Contar *in l.*1. *C. si de inom. poss. in* 9. *limit. n.*46. *& seq.* Matth. *in l. unica n.*142. *de raptu virg.* quemadmodum ad hoc ut denegari possit appellatio insignis latroni, necesse est, ut in sententia sit condemnatus, tamquam insignis latro, quoniam alias poterit appellare, ut per Bart. *in l. constitutiones in ff. de app.* tenet Contar. *ibi*, sequitur Riminald. *in cons.*274. *n.*21. & faciunt notata per Card. & Alex. *in d. c. cum sit Roma.*3. *colum.* 56 57

Secundò fallit d. conclusio, quòd licet non appelletur à sententia lata in notoriis, tamen ab interlocutoria illa, qua declarat judex ad instantiam, & contradictionem partis, notorietatem adesse (de qua suprà) appellationi interjectæ non deferens vim faciet judex notoriam. Abb. *cons.*110. *col. penult. vers. & sic etiam, lib.*1. Fel. *in c. Rodulphe. col.*3. *en. vers. & appellari potest, de reser. & in c. cum non ab homine, col. penult. vers. & nota quòd licet de jur.* Carrer. *in pract. crim. tr. de app.*§.*secundus erit casus n.*14. plures allegans Ant Gabriel. *comm. concl. l.*6. *tit. de regul. jur. concl.*3. *n.*60. Lancel. Robert. *de attent.*2. *p. c.* 12. *lim.*9. *n.* 13. dicens, quod stante appellatione à declaratione super notorio, si fiet executio, non minus erit attentata, quàm si essemus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione regulariter resultat effectus suspensivus, qui solet causare attentata, secundùm Iss. *in cons.*187. *col.*6. *vers. facit aliam conclusionem l.*2. Foll. *in pract. crim. in verbo item quòd est notorius delinqu.* 14. *prope finem & n.*22. 58

Quemadmodum etiam, & in notoriis appellationi deferendum est emissæ ante sententiam à non admissione exceptionum excusabilium defensionum, quas reus proponit adversùs notorium, quia ei deferendum est, ut licitæ, etiam si ab ipsa diffinitiva non queat appellari, ut ex Foller. *ubi proximè*, tenet Farinac. *in prax. crim.* 1. *tom. q.* 21. *n.* 128. 59

Insuper fallit dicta conclusio, ut non procedat, quando in appellatione exprimeretur aliqua causa rationabilis, per quam notorium offuscaretur, ut in exemplis suprà per nos positis ad confessionem, quia tunc appellationi non deferens vim faciet, ut post alios probat Nicol. Mill. *in repertor. vers. notorium licèt regulariter impediat.* Aufrer. *in addit. ad decisionem Thol.* 500. *in penult. addit.* Cæsar. Contar. *in repetit. l. unic. C. si de momen. poss. lim.*3. *à n.*39. Lancelot. *de attem.*2. *p. c.*12. *lim.*9. *n.*4. ut generaliter etiam dicitur, in notoriis appellatio admittitur, quando notorium habet aliquam excusationem, seu defensionem, ut tenet ipse Contard. *n.* 38. Clar. *d. quæst.*94. Marant. *de ord. judic.*6. *p. actu* 2. *n.* 282. *fol.* 251. *in parvis.* Carrer. *in pract. crim. in* 1. *de appell.* §.*secundus erit casus, n.*18. Grava. *in addit. ad Vestrium in pract. lib.*7. *cap.*3. *n.* 47. Gigas *de crimine læsæ majest. rub. fin. quæst.*13. *n.*6. Brun. à Sole *in compendio juris vers. appellatio datur etiam in notoriis, fo.* 14. *col.*1. Vulpel. *consil.*137. *n.* 12, quod procedit, si in appellatione expresserit specialiter ipsam causam, & defensionem offuscantem notorietatem, quia ubi à jure regulariter prohibetur appellatio, etsi aliqua speciali, & rationabili causa, à jure permissa sit in eo casu, tunc causa exprimenda est, ut appellatio recedere queat à Regula 60 61

ut

ut Joan Andr. *in cap. Rom. §. si autem n.7.* Archid. *n.* 11. Joan. Monach. 13. Gemini. 7. Franc. 5. *de appell. in* 6. Ab. *in c. ut debitus in prin. n.* 2. Franc. 3. *de appell.* Felin. *in cap. super literis n.* 17. *de refer. & c. quoad consuetudinem n.* 18. *& seqq. de re jud.* Imol. *in l. creditor. § jussus, col. antepenult vers. si verò quæritur, ff. de appell.* Angel. *in l.* 1. *§. interdum, n.* 3. *& 4. ff. quis & à quo.* Decius *in c. ad nostram n.* 10. *de appell.* Rom. *c.* 324. *circa fin.* Franc. *in c. consuluit n.* 3. *& in cap. constitutis n.* 17. *de appell.* Cuma. *consil.* 66. Covarr. *in pract. quæst.* 15. *sub n.* 1. *& c.* 23. *n.* 5. *vers. secunda conclusio,* & in terminis nostris DD. citati *in d. c. Romani §. sin autem,* & post alios Tiraq. *de pœnis temp. in præfatione n.* 69. Contar. *in l. unica Cod. si de mom. poss. lim.* 3. *à num.* 42.

61 Et de aliis specialibus limitationibus, huic conclusioni quòd in notoriis non licet appellari, de qua superiùs, videndus est Farinacius *in pract. crimin tom.* 1. *q.* 21.
62 *num.* 117. *ad fin.* ubi quòd ab excessu pœnæ datur appel-
63 latio in notoriis, item quòd admittatur, quando delic-
64 tum est manifestum, non autem notorium, *& nu.* 121. ut etiam detur, quando judici à quo superior inhibuisset, & alias limi. *ibi n.* 124. *& seq.* & ipse *in tom.* 2. *q.* 101. *c.* 1. *à n.* 60.

65 Superioribus adde, quòd cùm per doctores æquiparentur, quem esse repertum in notorio, vel in flagranti crimine, & sicut contra notorium delinquentem, ita etiam contra reum repertum in flagranti delicto, pro-
66 cedi posset juris ordine non servato, & ex abrupto, ita à lata sententia seu decreto contra reum repertum in flagranti, appellationi deferendum non esse quoad suspensivum, probant Foller. *in pract. crim. verbo item quòd fuit captus in flagranti crimine n.* 4. *&* 12. Vulpellanus *consil.* 137. *à n.* 8. *& n.* 14. *& seqq.* ubi latè de materia, & qualitate hujus delinquentis, & de nonnulla declaratione hujus nostræ fallentiæ, videndus est Prosp. Farinac. 1. *tom. q.* 21. *à n.* 154. *& seqq. & superius.*

In omnibus tamen superioribus casibus quibus hucusque retulimus à jure prohibitam esse, & denegatam
67 appellationem, ut in convicto, & confesso, vel sponte confesso tantùm, simonia, raptu, hæresi, seditione, insigni latrone, violentia, notoriis, & similibus, non procedit doctrina, imò supersedendum est omnimodo in sententiæ executione, quoties judex superior, ad quem itū est per appellationem, dubius, an illam debeant admittere, nec ne, & de hoc incipit cognoscere per inspectionem actorum; inhibuerit judici à quo, tex. *in c. Romana §. sin autem, de app. in* 6. Hostiens. *n.* 20. Joan. Andr. 17.
68 Joan. Monach. 14. Archic. 9. *& post n.* 11. Gemi. 3 4. *&* 5. Fran. 5. *pr.* Card. *inc. cùm specia. § porro, col.* 2. *vers. sed judex ad quem, de app.* ubi Abb. *n.* 6. Fran. *n.* 6. *&* 7. Faber *in l.* 2. *n.* 3. *C. quorum app.* Aug. ad Ang. *de male. verbo, præsente de Caio.* & C. *post n.* 21. Marant. *de ord. jud.* 6 *p. actu* 2. *n.* 281. *fol.* 251. *in parvis.* Carrer. *in pract. crim.* 1. *tr. de app. §. ultimus casus est n.* 3. Foller. *in pract. crim. part.* 2. *verb. & si confitebuntur n.* 66. *& in verb. pœnis debitis feriantur, n.* 6. Gravat. *in addit. ad Vestrium in prax. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 48. Covarr. *var. q. c.* 23. *n.* 5. *ante s. vers. quacumque tamen in causa.* Baiard. ad Clarum *q.* 94. *n.* 13. ubi dicit, semper esse supersedendū in executione stante inhabitatione judicis ad quem, quando dictus judex sciens appellantem esse confessum, & convictum, inhibitionem expedivit (reprobato Lanceloto contrariam tenente *de attent.* 2, *p. c.* 20. *ampliat.* 12. *àn.* 1.) idem quod Baiard. dicit Covar. *loc. cit.* Cartar. *de executione sententiæ c.* 1. *n.* 76. Farin. 3. *tom. q.* 101. *c.* 1. *n.* 109. & ad hujus materiam articuli vide differentem latè Lancel. *de atten.* 2. *p.* 11. *im* 50. *n.* 128. *& seqq. & in* 1, *lim. n* 101. *cum seqq. & lim* 53. *&* 54. *& c.* 20. *ampliat.* 1. *& ampliat.* 21. *num.* 7.

69 Quam doctrinam intellige, prout intelligunt, & loquuntur præcitati Doctores scilicet, quando judex superior incipit de causa & natura appellationis cognoscere, & sic quando inhibuit præcedente causæ cognitione, prout & nos probavimus alibi, 2. *p. c.* 10. *à n.* 23. *& à n.* 81. *cum sequentibus,* ubi de veritate hujus doctrinæ tractavi.

Desuper & secundò adverte, quòd in omnibus præ 70
fatis casibus, quibus appellationi deferendum non esse probavi hactenus, intelligendi sunt, prout & ipsi Doctores intelligunt, quoad utrumque effectum, & devolutivum & suspensivum, cùm simus in criminalibus, & pœnis corporalibus, & minimè retractabilibus (exceptis illis casibus, quibus specialiter diximus devolutione dumtaxat appellationem cartere) ut procedat in illis appellationis prohibitio respectu sententiæ diffinitivæ 71
secus interlocutoriæ quoniam à quocumque gravamine, sive qualificato, sive non appellationi esse deferendum, quod ad utrumque effectum in causis, à cujus diffinitiva prohibetur appellari, quoad utrumque effectum, & devolutum & suspensivum simul, probavi latè *suprà lib.* 2. *c.* 6. *per tot.* ubi vide, non repeto.

An autem, & quando appellationi Clerici tradidi 72
Curiæ seculari à sententia judicis secularis interpositæ deferendum sit, latè examinat, & bene cum distinctione Bernard. Diaz. *in pract. crim. cano. c.* 141. *n.* 2. *&* 3. & ejus additionator Salced. *litera A.* qui latè prosequuntur videndi.

CAPUT XV.

A sententia lata partim in favorem alicujus, partim verò contrà, à qua solus provocavit quatenus contra se erat, quoad cœtera consentiens: an pro parte acceptata transeat in rem judicatam; ita ut à judice eam exequente, appellationi emissæ non deferendum, declaretur; & quid in via executiva.

SUMMARIUM.

Appellans à sententia quatenus contra se facit in cæteris articulis separatis, à quibus altera pars non appellavit, sententia transit in rem judicatam, n. 1.

A sententia continente diversa capitula separata una pars potest appellare limitatè, quatenus contra, & quoad cætera transit in rem judicatam, n. 2.

Aliàs contra partem non appellantem sententia transit in rem judicatam, n. 3. *&* 7.

Sententiæ tot sunt quot capitula separata in eadem sententia contenta, n. 4.

A sententia utramque partem gravante utraque pars tenetur appellare ab eo capitulo sibi gravante, quatenus contra, &c. n. 5.

Utraque appellatio limitata ab ea parte sententiæ, quatenus contra, &c. suos deperse operatur effectus, n. 6.

Appellatio emissa ab uno capitulo, & per unam partem quatenus contra, non devolvit cætera capitula separata, sed transeunt contra non appellationem in rem judicatam, n. 7. *&* 8.

Appellatio limitata quatenus contra, non suspendit jurisdictionem in capitulis separatis, à quibus neutra pars appellat, quominus executioni mittantur, n. 9. *&* 10.

Jurisdictio non est suspensa quoad ea, quæ non sunt in appellatione deducta, nec quoad personas in ea non comprehensas, n. 11.

Quo casu interim gesta non dicuntur attenta, ibid.

Arbiter per pronuntiationem in una causa seu articulo, non perdit jurisdictionem in alia causa seu articulo, num. 12.

Judex Ecclesiasticus vim non facit exequi capitula separata sententiæ, à quibus pars contra quam lata fuit, non appellavit, cùm transeat in rem judicatam, n. 13.

Et quo decreti genere tunc utatur ſenatus regius aditus per viam violentiæ, n. 14. & 24.

Appellatio quando deficit, ſenatus regius illo ſemper utitur decreti genere, que no viene por la orden y ſe le remite, *&c. n. 15. & 16.*

Appellatio quando deficit ſenatus regius non poteſt decernere, vim fieri, & reponi, n. 17.

Delatio ſupponit appellationem tanquam ſubjectum neceſſarium, n. 18.

Appellatione limitata in capitulis ſeparatis quatenus contra, non poteſt altera pars ſe juvare, n. 19.

Appellatio limitata limitatum producit effectum, n. 20.

Appellatus non poteſt adhærere nec uti appellatione limitata adverſarii quatenus contra, n. 21.

Appellatione pendenti limitata quatenus contra, à capitulo ſeparato non ſuſpendit executionem in alio capitulo ſeparato non appellato, quia appellatio eſt in una cauſa, executio vero in alia, n. 22.

Nec geſta dicuntur attentata, quia deficit appellatio, nec altera pars pro illorum revocatione inſtans eſt audienda, n. 23.

Pars quæ omiſit appellare à capitibus ſeparatis, de quorum executione tractat judex, non poterit poſt decem dies ab eorum executione appellare, n. 25.

Et ſi hæc cauſa ad ſenatum per viam violentiæ protrahat executatus, decretum vim non fieri, reportabit, n. 46.

Sententia in via executiva lata partim pro actore, partim contra, à quo ſolus appellat quatenus contra, poterit capitulum ſeparatum, à quo neutra pars appellavit, executioni mitti, n. 27.

Et etiam ſi reus executatus ab illo capitulo ſeparato, quod contra ſe facit, appellet, quia nihilominus in viis executivis executio illius facienda eſt, & de ratione, n. 28.

Appellatio interpoſita ſer utramque partem ab eadem ſententia quatenus contra, ſi ſimus in alimentis, & ſimilibus privilegiatis, capitula ſeparata pro actore mittentur executioni non obſtante appellatione rei, n. 29.

Separatorum ſeparata eſt ratio, nullâque conjunctio, n. 30.

A ſeparatis & diverſis non fit illatio, n. 31.

Diverſa illa judicantur, quæ diverſitate factorum ſeparationem recipiunt, n. 32.

Et quæ non impediunt in aliquo negotium principale n. 33.

Exceptionibus moderantibus ſententiam ferendam non admiſſis poteſt appellari, nihilominus poterit procedi in cauſa principali tanquam ſeparata, n. 34. ubi de exemplis & n. 35. ubi de ratione.

Appellatio à cauſa conventionis non devolvit cauſam reconventionis, ſed coram judice à quo hæc erit tractanda, n. 36.

Appellatio interpoſita à ſententia delegati ſuſpendit jurisdictionem in alia cauſa, ſecus in ſententia ordinarii, n. 35.

Connexa capitula dicuntur, quæ ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt, n. 38.

Connexa capitula, ſeu ſeparata quæ dicuntur, num. 39 remiſſivè.

Appellatio quatenus contra, & limitata devolvit omnes alios articulos connexos, n. 40

Appellatione limitata à quibuſdam articulis quatenus contra, pendente, judex à quo non poteſt alia capitula, connexa tamen exequi, etiamſi non appellatur ab illis, n. 41.

Connexa unum reputantur, individuum ratione connexitatis, n. 42.

Redditur exemplum, ibid.

Appellatio quatenus contra, tunc devolvit totam cauſam in connexis, quando ſententia in uno capitulo parit exceptionem rei judicatæ in alio, n. 43.

Appellationi limitatæ quatenus contra, erit omnino deferendum in cæteris capitulis connexis, licet non appellatis, aliàs vim fieri declarabitur, n. 44.

Quæ doctrina procedit etiam in via executiva, ibid.

Appellatione limitata quatenus contra, in articulis connexis poteſt adverſarius ſe juvare, & ejus virtute Regem adire, ne in connexis non appellatis judex exequatur, n. 45.

Geſta à judice à quo tangentia articulum à quo eſt appellatum, ut attentata ſunt omnia revocanda, n. 46.

Inhibitio à ſuperiore emanata vigore appellationis limitatæ an judicem afficiat, ne ultra procedat in cæteris articulis ſeparatis, à quibus non eſt appellatum, n. 47. remiſſivè.

Appellationis, ſi & quatenus contra, effectus, n. 48. remiſſivè.

Appellante utraque parte ab eadem ſententia quatenus contra, quis judex de cauſa poſſit cognoſcere, & an diverſi pro ſingulis appellationibus queant impetrari, n. 49. remiſſivè.

Appellans quatenus contra altera parte non appellante, an & quando poſſit ſuæ appellationi renuntiare, ſive in articulis connexis, ſive ſeparatis; ſive intra terminum, ſive extra illum, n. 50. remiſſivè.

Appellatio ab interlocutoria an & quando devolvat totam cauſam tam in articulis connexis, quàm ſeparatis, n. 51. remiſſivè.

SÆPE dubitari contingit: an ſententia pro aliquo in parte & pro parte contra ipſum lata, à quo ſolus appellavit in quantum contra ſe faciebat, & in quantum pro ſe illam acceptando, eſſet pro illa parte vel tota, ſeu in totum per ipſam appellationem ſuſpenſam, ita ut non poſſit pro alia parte acceptata executioni demandari, quia ſi utraque pars appellaſſet, non eſſet dubium, quòd tota ſuſpenſa fuiſſet, ſed quando unus tantùm appellat, quæſtio eſt, & difficultas noſtra.

Quam ut facile queas evitare, duos diſtingue caſus, nam aut appellatur à ſententia continente diverſa, & ſeparata capitula, aut continente unum, duo, pluráve connexa. In primo caſu, quando unus ſolus provocavit ab ea parte ſententiæ, quæ contra eum facit, & ſit capitulum ſeparatum, cætera verò ſententiæ pariter ſeparata conſentiens, quoad hæc capitula ſeparata à quibus neutra pars provocat, tranſit in rem judicatam, contra alium, qui non appellavit gl. celebris *in l. ampliorem, verbo judicatis, C. de app.* Bal. *ibi in 2. col.* tex. *in c. Raynut. & Raynal. de teſt.* facit etiam text. & ibi gl. 2. *in c. ſignifi. caverunt de except.* Fel. *in c. 2. col. 2. verſic. 2. lim. de mutuis petit. & in c. cum. Ioan.* ubi Abb. *de fide inſtrum. n. 20. & in d. c. ſignificaverunt n. 3.* poſt Bar. Bal. Immol. Ab. & Butr. *locis per eum allegatis*, optimè & latiſſime per Philip. Franc. *in c. ſi duobus, poſt pr. verſ. circa tertium caſum, & n. 8. de app.* Ozaſc. *dec. Ped. dec. 142. n. 27.* Faber & Salic. *in d. l. ampliorem*, Bar. *conſ. 150.* & per eos Parlad. *lib. 2. rerum quoti. c. ſi. 5. p. §. 12. n. 6.*

Et quòd à ſententia continente diverſa capitula ſeparata, pars una appellet limitatè quatenus contra, illa appellatio valeat pro illa parte & capitulo limitato, & pro reliqua parte & capitulo, in quo non eſt appellatum, ſententia tranſeat in rem judicatam; tenet ſequutus Philip. Franc. *in d. c. ſi duobus n. 8. 9. & 10* Eſcac. *de app. q. 17. lim. 21. ſub n. 19.* & iterum *q. 10. n. 7.* ubi quòd hoc caſu eſt neceſſe, ut utraque pars appellet, alias ſententia tranſiret in rem judicatam contra non appellantem, Franc. *in d. c. ſi duobus n. 6. verſic. circa tertium, & n. 11* & ibidem Card. Alex. *ſub n. 11. verſ. aut pars in fi. & verſ. aut ſententia*, Card. Tuſc. *pract. concl. tom. 1. litera A, concl. 366. n. 1. & 6.* & *per totam concl.*

Et ratio hujus eſt, quoniam ſententia, quæ continet diverſa capitula, & ſeparata, tot ſunt ſententiæ quot ſunt capitula ſeparata, *l. quædam mulier ff. familiæ erciſ. l. Carmelia Pia ff. de jure patron. l. etiam §. ex cauſa, ff. de minor.* gl. *in verb. eadem in c. 2. de ordine cognitio.* Barbat. *conſ. 10. col. penult. in fin. verſi. & ideo dicimus lib. 1.* Pariſ. poſt alios *in conſil. 66. videtur lib. 1.* Cæſar. Conta. *in l.*

unic. lim. 1. *n.* 38. *C. si de momen. poss.* Philip. Franc. *in d. c. si duob. n.* 8. *versic. secundo quæritur de app.* Papiens. *in praxi in form. appell. à sent. diffinit. in gl. occasione cujusdam sub n.* 4. *fol.* 408. Escac. *de app. p.* 17. *lim.* 21. *sub n.* 191. *& p.* 10. *sub n.* 7. & ipse post Rotæ decisionem *in l.* 1. *causarum civil. & crim. c.* 7. *n.* 706. Card. Tusc. *pract. concl. litera S. concl.* 164. *per totam*, & vide eundem 1. *tom. litera A, concl.* 366.

5 Et quando utraque pars gravatur in eadem sententia, utraque pars tenetur appellare, ab eo capitulo sententiæ illi gravanti, & quod contra se facit, text. *in c. quoad consuetudinem, de sent. & re judic.* tex. *in d. c. Raynut.* & *in d. c. Raynut. de testam. l.* 1. *C. si supius in integr. restit. testat.* ibi appellare enim debuistis, si sententia vobis displicebat, *&c.* *l. ab eo. C. quomodo & quando judex.* & utraque appellatio limitatè interposita, ab ea parte
6 sententiæ, quæ contra appellantem facit, suos de per se operatur effectus, ut latè prosequitur Philip. Franc *in d. c. si duob. versic. secundò quæritur*, & sic contra partem non appellantem à suo gravamine, & in alterius favorem lata sententia tranit in rem judicatam, quemadmodum si à nostra provocatum fuerit, in totum tran-
8 siret, quia ab una parte, ab unóque gravamine separato appellatio emissa, cætera capitula diversa non devolvit, quam rationem omnes supradicti reddunt, adeò ut pars sententiæ translatæ in rem judic. executionem expectet *l. post rem judicatam, cum vulgaribus, ff. de re judic.*

9 Qua propter dicunt eleganter Cyn. Bald. & Salic. *in l. 3. C. quando prov. non est necesse.* Joan. Fab. Bal & Salic. *in d. t. ampliorem*, quos referens sequitur etiam Nicol. Boër. *dec.* 73. *num.*... quòd si super articulo separato aliquis credit se gravatum, appellet; quæ appellatio, cùm in aliis sententiæ articulis diversis, in quibus per adversarium alias non fuit interposita; illa non devolvit, nec suspendit jurisdictionem judicis, quominus ad illorum executionem queat pervenire; idem dicit Card. *in rubr. ut lite pend.* quòd in non appellatis capitulis procedit executio Paul. Castr. *cons.* 270. incipit *viso puncto suprascripti vol. anti.*

10 Et ratio est, quoniam appellatio interposita super uno articulo separato non suspendit jurisdictionem judicis à quo, in aliis articulis separatis, nec eam devolvit quemadmodum proposita in una causa diversa, in alia diversa suspendere non potest, *c. ad hæc el.* 2. *de app.* gl. *in c. Rom. §. nam verò de app. in* 6. Abb. *in c. super eo el.* 1. *de app.* ubi Franc. *col.* 3. & idem *in c. præterea el.* 1. *in* 2. *not. a, & in c. propositum, in pr. de app.* unde supposito quòd non suspendatur jurisdictio in capitulis diversis non appellatis, in illis rectè procedit executio pendente etiam appellatione ab alio, aliisve capitulis separatis sententiæ, nec ullo tenus suspenditur, *l. ff.* ubi DD. *Cod. quando provocare non est necesse*, & pro singulari notat Corset. *in singul. verbo appellat.* incipit *regula est, versic. limita quinto.* Decius *in cons.* 33. *visto col.* 3. *versic. secus esse videtur.* Rota *dec.* 31. *alias* 193. *si ab excomm. de app. in novis, in fi.* Socin. *cons.* 45. *visa sub n.* 5. *versic. quib. suppositis*
21 *lib.* 1. ubi etiam vult, quòd per appellationem, de qua ibi, non fit suspensa jurisdictio, quoad ea, quæ non sunt in appellatione deducta, nec quoad personas in appellatione non comprehensas; & quòd propterea gesta his casibus, non sint tanquam attentata revocanda, tradit etiam copiosè & eleganter Paris. *cons.* 66. *videtur lib.* 1. Joan. Monach. *in rubr. ut lite pend. in* 6. Æguid. Bellam. *in cons.* 18. incipit *circa quod facta col.* 1. *versic. tene contrarium*, ubi inter cætera movetur de arbitrio, qui per pronuntiationem in una causa, seu articulo, non perdit jurisdictionem in alia causa, seu articulo, *l. quilibet §. si de plurib. l. quod tamen ff. de arbitr.*

13 Hinc & ex protinus dictis evidenter apparet nostræ difficultatis resolutio, ut judex Ecclesiasticus nullo modo vim faciet exequendo illa capitula separata, à quibus altera pars, in cujus præjudicium pronuntiata sunt, non appellavit, & adversarius consentit, appellans simul ab eo, quod contra se fertur, etiam hac appellatione pendente, cùm illa transeant in rem judicatam, nec suspensa sit judicis à quo jurisdictio, in hoc 14
casu supremum tribunal aditum per viam violentiæ, ita declarabit, vim non fieri, vel potiùs, & propriùs decretum erit, ut causa non venit per ordinem debitum, solitúmque; hoc est, *que no viene por la orden y se remitte al juez*, &c. quod verum est quando ipse conquerens vult se juvare appellatione adversarii limitata, &
ejus virtute ad supremum tribunal confugit pro tol- 15
lenda violentia, quæ nulla adest hoc casu; quo decreti genere semper est utendum, quoties deficit appellatio quoniam in hujusmodi executione non datur attentatum, quod ultra superiùs dicta probatur, etenim deficit appellatio ab ipsis gravaminibus, seu capitulis separatis
de quorum executione tractatur, imò expressè adver- 16
sarius eis præstitit consensum, & etiam tacitè per partem non appellantem, juxta jura vulgaria, qui appellationis defectus attentata excludant, *c. non solùm, de app. lib.* 6. *l.* 1. *& tit. toto ff. nihil novari appell. pend.* nec tribu- 17
nalia possunt vim fieri non deferendo appellationi declarare, cùm appellatio non adsit, in qua tota violentiæ cognitio, & fundamentum consistit ex juribus & legibus Regiis, istve aliis, quæ latè diximus suprà 1. *p. c.* 1. *& c.* 2. *à n.* 64. & ut dicit Lanc. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim. n.* 38. quòd delatio præsupponit appellationem, tan- 18
quam subjectum necessarium, cui deferri possit, ubi illud probat, quòd delatio appellationis ab articulis separatis non suspendat jurisdictionem in aliis articulis separatis.

Deinde, quia non potest se juvare appellatione per 19
alterum interposita ab eo separato articulo, qui contra se facit, cæteros consentientem & sic appellatio limitata ad illum, pro illo tantùm valet, & in cæteris transit sententia in rem judicatam, juxta supradicta, 20
quia appellatio limitata limitatum debere effectum producere, dicunt, arg. *l. in agris ff. de acquir. rerum dom. c. de cætero, de sent. excomm. & c. ea noscitur, eod. tit.* Panorm. *in c. si duobus, in fi.* ubi etiam exactè optimeque Per Philip. Francum *vers. secundò limita, de mutuis petitio, & in c. cum Joan. de fide instrum. n.* 20. ubi alios allegat, sequitur Ozascus *dec. Pedem. dec.* 142. *n.* 25. dicentes, quòd cum ist hæc ita limitata appellatio limitatum effectum producat, altera pars, quæ non appellavit ab aliis articulis separatis, illam gravantibus, illam non juvat nec prodest.

Nam hic excluditur appellatus, ne posset adhærere, 21
& uti appellatione appellantis, in capitulis facientibus contra ipsum appellatum; hócque utilis redditur hæc praxis appellandi quarenus contra Abb. *in c. cum Joan. sub n.* 17. Immol. *col.* 3. *versic. sed fortè istud dictum, de fide instrum.* Fel. *in c. significaverunt, lim.* 2. *n.* 3. *de except.* Vestr. *in prax. lib.* 7. *c.* 3. *sub n.* 29. *versic. amplius quia, & num.* 30. *fol.* 203. Lucas Pæt. *in pract. capitol. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 19. *versic. quod si fortè, & n.* 20. *&* 21. & Marquess. Escac. *de app. q.* 17. *lim.* 21. *n.* 19. *&* 20. Cæsar Contard. *in l. unica, q.* 22. *sub n.* 5. *versic. quibus & n.* 6. 7. *C. si de mom. poss.* Achil. de Grass. *dec.* 8. *appellaverat, de app. fol.* 207. *&* *dec.* 1. *alias* 227. *appellationi eodem tit. fol.* 104. Papiens. *in prax. forma app. à sent. diffc. in gl. occasione cujusdam, sub n.* 4. *fol.* 408. Et esse communem opinionem, testatur & sequitur Esc. *ubi proximè. q.* 10. *sub n.* 8. qui omnes etiam probant, quòd hujusmodi limitatæ appellationis quatenus contia, virtute non devolvitur causa ad superiorem, nisi in capitibus, à quibus est appellatum.

Facit etiam illud elegans dictum, latè & eleganter 22
deductum per Augustinum Beroium *in consil.* 113. *visa numero* 4. *& per totam, lib.* 3. quòd appellatione hujusmodi pendente ab una parte limitatim executio

ut

in alio articulo diverſo non appellato, non inducit attentatum quia appellatio eſt in una cauſa, executio verò in alia cauſa. Sequitur Lancel. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. & eodem c. 12. lim. 44.* ubi dicit quòd appellatione interpoſita per unum in parte,& partibus, quatenus contra eum facientibus,ut ſi is, qui non appellavit, nec cauſam commiſit prætendat, aliquid pendente dicta appellatione adverſarii fuiſſe attentatum, & inſtet pro revocatione; non ſit audiendus,quia non poteſt dari revocatio, niſi detur appellatio,nec ille juvatur ex dicta appellatione limitatè interjecta per adverſarium ab eo, quod contra ſe faciebat ex Philip. Franco *ubi ſuprà*, cujus authoritate ita fuiſſe allegatum in una Venetiarum Monaſterii 24. Februarii 1584. coram Novaca, quæ eſt deciſio inter recollectas per Puteum 14. incipit *commiſſ. ſub rubr. de appell.* & ſequutus Lancel. idem,licèt obiter, tenet Eſcacia *tractat. de appell. q. 17. lim. 21. ſub n. 23. ante medium*,& quòd ſententia continens diverſa capitula, ſi quoad quædam eſt appellatum, quoad alia tranſeat in rem judicatam, ita ut poſſit exequi quoad rem judicatam, tenet Cardin. Tuſc. *pract. concl. tom. 1. litera A, concl. 366. n. 6.* ac propterea cùm deficiat iſto caſu appellatio, & id evidenter ex eorum actorum inſpectione appareat potiùs & propriùs decretum erit concedendum in ſupremo tribunali,adi o,per hanc viam recurſus, & violentiæ,ſcilicet, non venire cauſam per ordinem debitum ſolitúmque, ut ſimilibus caſibus, quibus deficit appellatio, declarari aſſo et, cùm ſit cauſa finalis,& materialis,ac fundamentum etiam, ipſa appellatio, quia iſta diverſitas, & ſeparatio cauſarum, & articulorum præſupponit neceſſariò, quòd in una cauſa,ſeu articulo ſit interpoſita appellatio, in alio verò non, ut optimè colligitur ex Pariſio *conſ. 66. videtur, lib. 1.*

Attamen cùm ipſa pars quæ intra terminum ad appellandum à prædictis gravaminibus,& capitulis ſeparatis, de quorum executione tractat judex, non provocavit, id tandem facere memor ſit ab eorum executione; audiendus non eſt, nec tali appellationi deferendum, quoniam cùm à ſententia tranſlata in rem judicatam non liceat appellari, ita nec ab ejus executione *l. ab executore, ff. de app. l. ab executione C. quorum appel. non recip. l. quoniam judices, C. de app.* de quo latè ſuprà diximus *2. p. c. 2. à princ. & infra 4 p. c. 1. & c. 2.* nec tunc etiam hoc caſu appellationi denegans delationem, judex violentiam commiſiſſe, apparet,ac ideo ſi pars vigore hujuſmodi appellationis à ſe interpoſitæ à judice procedente, & exequente articulum ſeparatum tranſlatum in rem judicatam ad ſenatum confugiens, decretum reportabit negativum, nempe, vim nullam committere judicem, eique cauſam iterum remittendam.

Et horum argumento reſolvit Parlador. *lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 12. n. 6.* circa vias exequutivas,quòd ſententia lata partim pro creditore, petente executionem virtute alicujus inſtrumenti guarentigiati,puta; partim verò adverſus reum, appellat igitur creditor quatenus adverſus ſe facit dicta ſententia, quatenus verò pro ſe facit conſentiens,ut judicatis pareatur,petit;qui quidem omnimodo audiendus eſt, ex ipſo Parladorio; dicta ſententia diverſa contineat capitula; in iis, quæ pro actore creditore ſ. ciunt, executioni mandanda ſit, aliquorum ex authoritatibus allegatis ſuperiùs motus. Et illud ſpecialiſſimum adverte in viis executivis, ut cùm ſententiæ executioni locum eſſe declaratur, non obſtante appellatione ab ea per debitorem interjecta, ſit executioni demandata, præfata Parladorii doctrina locum adhuc habebit, etiamſi debitor pariter appellaverit ab ipſa ſententia, quatenus contra ſe facit differentiam judiciorum ordinariorum admittentium appellationem, nec executionem poſtulantium, niſi priùs tranſeant in rem judicatam, in quibus ſi utraque pars appellat ab eis capitulis adverſus eam facientibus, totius ſententiæ effectus ſuſpenditur, & tota cauſa ad ſuperiorem devolvitur, prout loquuntur Doctores huc uſque allegati,at in viis exequutivis,cùm etiam ſi ſententia non tranſeat in rem judicatam; nec id expectetur ad eam exequendam, nec appellatio etiam à tota ſententia emiſſa, illius effectum ſuſpendat,paritet & eodem modo nec appellatio per creditorem ab articulo ſeparato; ac ideo ſive creditor dumtaxat provocet, ab hujuſmodi ſententia, quatenus contra ſe fac t, ſive etiam debitor ex eadem cauſa: mandari debet executioni ſententia pro illa parte, & capitulis, à quibus debitor appellat, cùm in favorem actoris lata ſit, & hoc advertit etiam Parlador. *ubi ſuprà*, licèt non declaret ita,ſed loquatur aliquatenus ſub verborum confuſione & inter dentes. Et ex eadem ratione idem intelligo, & extendo ad alia judicia ſui naturæ inappellabilia ſcilicet privilegiata, & executionem inerentia, ut in ſententia alimentorum, & ſimilibus, & hoc caſu, cùm ſcilicet adeſt utriuſque partis appellatio interjectæ per debitorem, ſeu alias reum,deferendum non eſt; nec in tribunali adito per viam violentiæ, declarabitur, non venire per ordinem ſolitum,cùm adſit appellatio: ſed directò primum genus violentiæ, puta, vim non fieri, concedetur.

Eo & huc uſque directa corrobora,quoniam ſeparatorum ſeparata eſt ratio,nullàque conjunctio, *l. ſi maritus 1. C. de donat. inter vir. & uxor. c. inquiſitioni. de app.* text. *in c. Raynal de teſtam.* ne ſeparatis,& diverſi fit illatio *l. Papianus exul. ff. de minorib. cum ſimilib.* & illa dicuntur inter ſe diverſa, quæ diverſitate factorum ſeparationem recipiunt, ut poſt Bar. & Bald. *in l. 1. Cod. ſi unus ex pluribus appell.* Bar. *in l. Aurelius §. ſi. in quæſtit. in fi. ff. de liberat. legat.* Rom. *in conſ. 300. in caſu propoſito in fi.* Felin. *in c. ſignificaverunt, col. 5. ſub n. 9. verſ. præterea non video. de except.* & facit text. *in l. ampliorem, in princ.* & ibi Bal. & Salic. *C. de appel. l. etiam 1. §. 1. ff. de minor. l. quædam mulier, in fi.* & ibi Floria de ſancto Petr. *ff. familiæ herciſ.* latè Boër. *dec. 73. n. 4.* Alex. *in conſ. 89. diligenter n. 10. lib. 1.* qui dicit,ea dici, quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negotium principale, Philip. Franc. *in c. ſuper eo el. 1. de app. in prin.* illud conſtituentes exemplum, ſi contra libellum actoris apponatur exceptio, quæ concernat moderationem ſententiæ ferendæ, ut puta, ſi non neget, eum eſſe debitorem,ſed dicat, ſe non teneri,niſi inquantum facere poteſt; quia ſi à non admiſſione hujus exceptionis appelletur, appellatio dicitur eſſe in cauſa ſeparata. Alia etiam elegantia exempla conſtituit idem Philip. Franc. *in d. c. ſuper eo*, quod ſequutus à Lanc. Rober. *de attent. 2. p. c. 12. l. m. 2 n. 7. & ſeqq.* ut ſcilicet,ſi ſit rejecta exceptio compenſationis,& à rejectione appelletur non poteſt, nihilominus, procedi in cauſa principali, vel hæres opponat exceptionem inventarii, vel maritus, ſeu donator exceptionem, ne conveniantur, ultra quàm facere poſſint, vel appelletur à condemnatione expenſarum in aliquo articulo ratione contumaciæ.

Et in ſimilibus caſibus,ſi ob rejectionem appelletur, poteſt nihilominus procedi in cauſa principali, cùm his caſibus appellationes interpoſitæ non contradicant, nec directò impugnent ſententias, in cauſa principali ferendas, pariter poteſt procedi in principali non obſtante appellatione tanquam interpoſita in cauſa ſeparata, ex eiſdem Doctoribus.

Cujus etiam eſt farinæ, quod in propoſito dicit ipſe Philip. Franc. *in d. c. ſuper eo quod de appellat. colum. fi. verſ. quartus & ultimus caſus eſt*, quòd ſi coram uno judice penderet cauſa conventionis, & appellatio interpoſita in cauſa conventionis non devolveret nec ſuſpenderet juri dictionem in cauſa reconventionis, ſed remanet cognoſcenda coram judice à quo, ut iſto caſu

contingat, quod causa conventionis, & reconventionis debeant, coram diversis judicibus agitari, & diversis sententiis terminari, secundùm Innoc. *in c. cum nobis olim. de electio.* Abb. *in d. c. super eo quod*, & plenius Doctores *in c. 1. de mutuis petitio.* vide etiam nonnulla alia exempla per eosdem Doctores superiùs adductos.

37 Et isthanc doctrinam hucusque à nobis propositam, & fundatam, limitare voluit, ut minime procedat in appellatione interjecta à sententia lata per judicem delegatum, quoniam illa emissa in una causa, suspendit jurisdictionem etiam in aliis causis, licèt secus sit in ordinario, gl. *in verbo ad tempus, in c. pastoralis, de appellat.* per quam ita tenuere Domini de Rot. *in dec. 15. aliàs. 163. nota quod ubi de appell. in antiq.* contra quam latè insurgit eam reprobans Philip. Franc. Gem. relati & sequuti per Lancel. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. d. limit. 2. à n. 32.* ubi etiam alias limitationes ponit & illas reputat veras.

38 Circa secundum casum seu distinctionis membrum, suprà in initio hujus capituli appositum, quando scilicet appellatur à sententia continente unum tantùm, duo, plurave capitula connexa, & conjuncta, quæ tunc dicuntur illa, quæ ex continentia factorum separationem non recipiant, *ad l. 1. C. si unus ex plur. appell.* cum aliis allegatis per Boërium seu mavis Siguoro. de Homodeis *inter consilia Boërii in cons. 7. per totum.* & Felin. *in c. significaverunt de except.* Æmilian. *in cons. 75. cum satis, n. 12.* & similiter Moder. *in ann. ad. Ægnid. n. 145.* post Innoc. *in c. cum interloq. penult. & fi. de re jud.* optimè etiam Boër. *in dec. 63. n. 4.* latè & eleganter declarat Menoch. *in tract. de arbit. jud. lib. 2 cent. 1. casu 95. per tot.* ubi, quæ dicantur connexa, & quæ dicantur separata.

39 Card. Tusc. *pract. concl. tomo 1. litera A, concl. 366. per totam*, p æcipuè *à n. 4.* Fulvius Paciac. *tr. de probat. lib. 1. c. 26. n. 40. & 94.* Sigismund. Escac. *lib. 1. causarum civil. & crim. c. 11. n. 362. cum pluribus seqq.*

40 Igitur quando appellatur à sententia continente unum capitulum, vel plura tamen connexa, etiam si ab uno dumtaxat interponatur appellatio, suspendit, & devolvit jurisdictionem ad superiorem super cæteris articulis, seu capitulis conjunctis, ita ut judex infe-

41 rior illa alia, à quibus provocatum non fuit ab altera parte, executioni mandare non poterit. Sed appellatione illa limitata, etiam à proponente quatenus contra, dumtaxat; potest adversarius, qui non provocavit, uti, séque illa juvare, atque tueri, & judex superior potest super toto negotio, & sententia cognoscendo, mutare, alterare, seu annullare, & ea facere, quæ sibi justa videbuntur, cùm alios articulos non appellatos, connexos tamen devolvat appellatio, quia non transierunt in rem judicatam stante appellatione ab uno conjuncto, ita voluerunt B. *cons. 150. exordien. cum prædicta examinarem* Jacob. de Ga. & Jean. Fab. Bald. & Salicet. *in l. ampliorem, C. de appel.* & ibi Alex. *in addit. ad B.* & idem Bal. *in l. fi. C. quando provocare non est necesse, vers. quæro de tali casu*, & ibi Salicet. & Alberi. *in l. 1. vers. item si aliquis velit appellare, eodem tit* Barb. *in c. Raynut. de testam.* Ant. de Butr. *in c. cum Joan. in ult. q.* & ibi Abb. Sicul. Joan. de Immol. & Feli. *vers. in text. ubi infirmantes.* Rot. *dec. 358* cùm hoc casu appellatio sit communis. *l. ampliorem C. de appell.* Ozasc. *dec. Pedemon. in dec. 142 n. 27.* optimè & eleganter per Boërium *dec. 73. n. 6.* ubi reddit rationem, quia connexa reputantur unum, & idem individuum ratione connexitatis, ut etiam dicit

42 Iss. *in cons. 187.* incipit *circa primum colum. 7. vers. 9. fallit lib. 1.* & reddit etiam exemplum ipse Boërius, quòd si quis petierit fundum, & in sententia fuerit sibi medietas fundi adjudicata, & pro alia dimidia reus fuerit absolutus, & ab hac sententia, quatenus contra se faciebat, ipse actor provocaverit, quòd hujusmodi appellatio totam causam suspendit, & devolvit, in tantum ut nec pro illa parte in qua non appellavit, sententia potest mandari executioni, & per Dinum *cons. 26. quæstio talis est*, tenet Cardin. Tusc. *pract. concl. tom. 1. litera A, concl. 366. à n. 7. & n. 3.* latè Escacia *de appel. q. 17. lim. 21. n. 25.* ubi p'uia exempla *& n. 31.* Philip Franc. *in c. si duobus col. 4. n. 7. vers. sed quæritur primo, de appell.* Felin. *in c. significaverunt 11. sub n. 5. vers. adverte etiam, de except.* Vestr. *in prax. lib. 7. c. 3. n. 30.* Joan. And. *in addit. ad Specul. tit de appell. §. 1. col. fi. vers. sed pone n. 13.* Ant. de Butr. *in d. c. si duobus n. 6. in fi.* quem ibidem referunt Abb. *in fi. n. 20.* & Franc. *sub n. 4. vers. secundo hoc fuit statutum*, optimè etiam Decius *ibi n. 55.* Hieron. Gabr. *cons. 38 sententia lata n. 1. & seq. lib. 1.* Lancel. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. n. 25. & 26.* & ita intelligi debet Marquef. *de appell. 1. p. c. 18. n. 49.* dum indistinctè & simpliciter asserit; quòd appellatio quatenus contra, devolvit totam causam, tam in parte dimidia, qua succubuit, quàm in parte sibi favorabili, maximè quia in comprobationem allegat B. Boërium & Lancel. *locis nuper citatis*, juxta quos intelligendus est præcisè.

Et istam nostram doctrinam declarandam esse, ut 41
procedat, quando talis est connexitas, ùt sententia in uno capitulo lata pariat exceptionem rei judicatæ in alio docuerunt Bal. *in c. 1. circa fi. de controv. feud.* apud pares terminos. Decius *cons. 33 sub n. 4. col. 3. vers. & ad hoc bene facio lib. 1.* post Avant. *cons. 99* & sentit idem Decius *in c. ad hæc post prin. de appell.* facit Rota *in dec. 1. aliàs 138. si appelletur de off. deleg. in novis, & dec. 65. aliàs 461. si appelletur, de appellat. in novis*, super quos latè examinantem vide Lancel. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 2. n. 8. & seqq.*

Igitur cùm per hanc appellationem ab una parte, 44
unóque tantum articulo connexo interposita, suspendat jurisdictionem judicis à quo ne ulteriùs ad executionem cæterorum articulorum valeat procedere, imò ea appellatione etiam altera pars non appellans potest se juvare, & sibi prodest, judex illi appellationi in totum, hoc est, respectu aliorum capitulorum connexorum deferre, omnimodo teneatur, ut ultra supradictos, etiam post alios loquens in viis executivis, ita dicit 45
eleganter Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c. fi. p. §. 12. sub. n. 6.* sequitur ut in tribunali per viam recursus, & violentiæ adito, necessariò declarandum vim facere judicem, non deferendo appellationi, quæ realiter adest (cum ea se juvare potest adversarius) reponatque omnia postmodum attentata.

Pro quo etiam facit, quod Achill. de Graff. *decis. 304* 46
attent. sub. rubr. de attent. cui concordat alia ejusdem 31. incipit *attent. eod. tit.* Rota *decis. 31. aliàs 193. si ab excommunicatione, de appell. in noviss.* Mill. *in repert. verbo, appellans à sententia excommunicationis.* Philip. Franc. *in c. ad hæc, el. 1. n. 1. nota de appell.* Lanc. *de attent. p. 2. c. 2. lim. 12. n. 23. & seqq* dicunt, quòd illa omnia quæ judex inferior fecerit tangentia articulum, à quo est appellatum, sunt innovata, & attentata, & ut talia revocanda, & multa alia circa hanc materiam, ubi de pluribus quæstionibus consule Philip. Franc. *in d. c. super eo quod. & in c. si duobus, & in c. ad hæc, el. 1. de appel.* & etiam Lanc. Robert. *de attent. d. lim. 2.* ubi multa, & præcipuè ibi latè videbis examinata: an inhibitio emanata à superiore vigore appellationis emissæ ab una 47
tantùm parte respectu unius articuli separati: an afficiat, & suspendat jurisdictionem judicis à quo, ne ultrà procedat ad executionem cæterorum articulorum separatorum, quando scilicet ipsa inhibitio expedita fuit super omnibus articulis, licet pro uno tantùm fuerit appellatio interjecta.

Et de pluribus effectibus hujusmodi appellationis, 48
si & quatenus contra, an in articulis separatis, seu connexis ab utraque parte interposita, separatim tamen, quis

quis de causa possit cognoscere, & an de utraque appellatione, an diversi judices impetrari possint pro singulis appellationibus, vide latè Escaciam post alios *in tract. de appell. q.* 10. *art.* 3. *à n.* 10. *cum seqq. fol.* 113.

49 Et an & quando appellans quatenus contra altera parte non appellante, possit suæ appellationi renuntiare in præjudicium alterius, tam in articulis connexis, quàm in separatis, tam intra terminum decem dierum, 50 quàm extra illum, vide exactè, & distinctè per Escac. *de app. q* 17. *lim.* 2. *à n.* 99. *cum seqq. & sup. à n.* 95. *cum seqq.*

51 Et an, quando appellatio ab interlocutoria devolvat totam causam tam in articulis connexis, quàm in separatis, vide latè per eundem Escaciam *q.* 17. *limit.* 47. *memb.* 2. *à n.* 1. *fol.* 511. quæ mei non est tractare; sed remittere tantùm.

CAPUT XVI.

Tertiæ appellationi per aliquem emissæ à sententia, seu articulo causæ, aut etiam à tribus conformibus an & quando judex Ecclesiasticus non deferens, vim faciat.

SUMMARIUM.

Appellari tertiò non potest in quacumque causa, n. 1.
Sententiarum trium conformitas impedit ulteriùs appellare, sive sint interlocutoriæ, sive affirmativæ, n. 2.
In quolibet causæ articulo, seu gravamine diverso, bis poterit gravatus provocare, non amplius, n. 3.
Jura plura canonica interpretantur generice disponentia; toties quem posse appellare; quoties sit gravatus, n. 4
Millies gravatus in una causa, totidem poterit bis à singulis gravaminibus appellare; n. 5.
Tres sententias qui contra se repertavit super aliquo articulo seu gravamine etiam diffinitivas, debet judicatis acquiescere, quia contra illum præsumptio juris est, n. 6.
Quælibet pars potest ab eodem articulo is provocare, ita ut super eodem quinque ferri possint sententiæ, n. 7.
Quod contingere potest; sive appellationes & sententiæ sint alternatim, sive successivè, sive interpolatim latæ, n. 8.
Exemplificatur, n. 9. *&* 21.
L'unica C. ne liceat tertio provocare; ponderatur; & interpretatur, n. 10.
L. 25. tit. 23. p. *verba referuntur, n.* 11.
A sententiis quæ juris dispositione non transeunt in rem judicatam, appellari tertio non potest, n. 12.
Desertio tollit appellationem etiam in actibus extrajudicialibus & aliis; quæ non transeunt in rem judicatam; num. 13.
Deserens appellationem ab actu extrajudiciali, auditur per viam querelæ & recursus, non tamen appellationis, n. 14.
A sententia quæ non transit in rem judicatam; non auditur quis appellans post decem dies; licet alio remedio non excludatur, n. 15.
A sententiis interpolatim aut alternatim latis, quæ sit executioni mittenda, & in cuius partis favorem, n. 16.
Variæ Doctorum assertiones in hoc articulo, ibid.
Errore lapsos esse Doctores in hoc articulo clare monstratur, n. 17.
Quatuor appellationes licet ab eodem articulo dentur, non tamen possunt requiri sex sententiæ, n. 18.
Sententiæ tres conformes in quolibet articulo exequuntur: non obstante qualibet exceptione etiam nullitatis, n. 19.
Tres conformes sententias aliquo prorsus obtinente, impossibile est, ut altera pars alias tres habere possit in eodem articulo, n. 20. *&* 24.
Variæ redduntur exemplæ sive sententiæ ferantur alternatim, sive interpolatim, sive successivè pro aliquo, n. 21.
Clem. 1. de sent. & re jud. *ut locum habeat, sufficit tres obtinere sententias sive successivè, sive interpolatim, aut alternatim, num.* 22.
Quia tunc generaliter in omnibus casibus tertiò provocari non potest, n. 23.
Sententias tres conformes pro una parte dare non possumus, quin ab alia non demus duas appellationes præcedentes, n. 24.
Conformes sententiæ dicuntur quæ conveniunt in qualitate & substantia, n. 25.
Conformitas datur ubi adest identitas rei, causæ, & personarum; sive vere; sive interpretative, n. 26.
Sententia præjudicat ei qui vere vel representative eadem est persona, n. 27.
Res judicata dicitur ubi concurrit identitas rei; causæ, & personarum, n. 28.
Sententiæ in quo differmes dicantur, n. 29.
Sententia alias duas confirmans cum aliquo novo gravamine seu additamento, quod aliis non adsit, recipit appellationem; licet in quo sit conformis exequatur hac appellatione pendente, n. 30 *&* 33. *ubi declaratur.*
Et tunc sententia quæ pro una parte est appellabilis; & pro alia inappellabilis, judicatur dividua, n. 31.
Appellatio si aliquo casu sit permissa ubi tertio provocare non potest, non impedit trium conformium executionem; nec causat attentatum, n. 33.
Sententia tertia aliquid de novo aliis addens; de quo sit actum in cæteris instantiis, tacite aut expresse non dicitur prima super additamento, sed ultima, n. 33.
Appellationis prohibitio & permissio concurrens circa eamdem sententiæ diversa & separata, unaquæque qualitas operatur in suo subjecto, n. 34.
Ab expensarum petitarum condemnatione in ultima sententia, quarum nulla mentio facta est in cæteris instantiis, tanquam à novo gravamine licet appellare, n. 35.
Expensarum petitarum omissa condemnatio in sententia non intelligitur condemnatus in illis absolutus, n. 36.
Victor in principali non potest appellare ab omissa condemnatione expensarum; si adversarius victus à principali sententia appellavit, & de ratione, n. 37.
Victor potest ab expensarũ omissa condemnatione appellare; quando victus à sententia principali non provocavit, n. 38.
Et idem est quando victus appellavit limitate quatenus contra, n. 39.
Et quid quando victus simpliciter à sententia appellavit; appellationem non prosequitur, n. 40. *remissivè.*
Supradicta procedunt in expensis petitis officio judicis mercenario dumtaxat, n. 41.
Expensas jure actionis debitas & in condemnatione omissas potest victor denuò petere; etiam sententia super principali transacta in rem judicatam, n. 42.
Redduntur exemplæ, ibidem.
Reservatio jurium facta in ultima sententia illius respectu dicitur cæteris difformis, & datur appellatio à reservatione nova; n. 43.
Sententia ultima condemnans ad eandem summam; ad quam aliæ, sub conditione tamen quatenus facto calculo tanta summa debeatur; non exequitur, quousque conditio purificetur, n. 44.
Conformes non dicuntur sententiæ si ultima lata sit non super desertione; ut in exemplis, n. 45.
Tamen cùm transeant duæ in rem judicatam ob desertionem, executionem merentur; n. 46.
Sententiæ, quæ tendunt ad diversum finem; non dicuntur conformes, n. 47.
Sententiæ diversæ in tempore dicuntur difformes, & datur exemplum, n. 48.
Sententia, altera absolvens, quia non est probatum, altera observatione judicii, non sunt conformes, n. 49.
Tertia sententia declarans alias duas præcedentes nullas, quæ postea est revocata per aliam declarantem validas priores; an illis ista ultima dicatur conformis, n. 50.
Et an tunc executio illarum sententiarum permittenda est non obstante appellatione ab hac ultima, n. 51.

Tertia sententia aliàs duas latas super principali causa declarans nullas, dicitur prima respectu articuli nullitatis, & quarta quæ illam revocat, dicitur secunda, & recipit appellationem, n. 52.

Quod declaratur pulchrè usque ad n. 55.

Duabus sententiis super principali latæ conformibus, si à secunda appelletur, & simul de nullitate agatur, tertia fertur illas ut nullas revocans, si quarta feratur priores duas conformans, illis dicitur conformis, n. 56.

Quarum trium conformium super principali fit executio, licèt appellari possit ab ea respectu nullitatis, n. 57.

A novo additamento sententiæ licet possit appellari, tamen sententia exequitur in eo quod conformis est aliis duabus, num. 58.

Sententiæ ut tanquam conformes exequantur, non est necesse, ut in toto sint conformes, sed in articulo conformi appellationem excludunt, n. 59.

Sententiæ tres diversæ summæ in minori dicuntur conformes, cui diminutio nocet, non appellat, num. 60. & num. 64.

Sententiæ quòd dicantur conformes respectu majoris summæ simpliciter, qui teneant, n. 61.

Minor summæ naturaliter inest majori, n. 62.

Sententias tres non dici conformes respectu majoris summæ nec exequendas, qui teneant, n. 63.

Verior opinio refertur, n. 64.

Unaquæque pars licèt tertio appellare non possit ab eodem articulo, tamen adversarii appellationi rectè potest adhærere, n. 65.

Qualibet appellatio est communis utrique parti etiam non appellanti, num. 66.

Nisi appellatio fuerit limitata quatenus contra, &c. numero 67.

De jure regio vix possint dari quatuor appellationes à quolibet articulo, & quare, n. 68. & quid in foro Ecclesiastico, ibid.

Duæ sententiæ quando exequendæ sint vigore Statuti, idem de illis judicandus est, ac de tribus conformibus, numero 69.

De exceptionibus oppositis tribus sententiis vel duabus conformibus juxta statutum qui videndi, n. 70.

Conformes quæ sententiæ dicantur, de limitationibus & ampliationibus, n. 71.

1 SI quis in quacumque lite iterum provocaverit, non licebit ei tertiò in eadem lite super eisdem capitibus provocatione uti (verba sunt Justiniani Imperatoris *in l. unica, C. ne liceat tertiò provo.* &c. quod probat & eademmet rubrica *ibi*, nec liceat in eadémque causa tertiò provocare, &c.) comprobat etiam text, *in c. directè* & text. *in c. si à nobis*, text. *in c. si autem. in princ & in §. si quis in quacumque* 2. q. 6. & est de jure Regio *l.* 25. *tit.* 23. *p.* 3. & ubilibet gl. & DD. & isti passim alibi. data namque trium sententiarum conformitas sive sit in diffinitiva sive interlocutoria, præfata lex *dispositio* procedit gl. *in clem.* 1. *verbo sententias, de re jud.* & ibi Cayd. *in q.* 5. & Immol *super gl. in d. verb sententias*, & Bonif. *super gl.* 6. *vers. conclude, quod ista clem.* ubi Barb. *in gl. v. sententias*. Bal. *in d. l.* 1. *vers. & nota*. Marant. *de ord. jud.* 6. *p. tit. de app. sub n.* 268. Ant. Gabr. *lib.* 2. *concl. tit. de exec. rei jud. concl.* 1. *n.* 15. & ferè omnes infrà citandi.

2 Generale enim est, ut à tertia sententia sive difinitiva, sive interlocutoria habente alias duas præcedentes conformes, appellatio denegetur, probant *per d. l.* 1. gl. Cyn. B. Bald. Salicet, & Paul. de Castr. *ibi* Speculator *tit. de appel. §. quoties. in prin. lib.* 2. *fol.* 193. Nicell. *tr. de concord. gl. concord* 6. *fall.* 25 *n.* 67. *com.* 18. *fol.* 194. Vesti. *in prax. lib.* 7. *c.* 3. *vers. generaliter n.* 19 Cravet. *conf.* 183. *regul. n.* 1. Rebuff. *tr. tit. de appel. nu.* 7. *gl.* 2. *n.* 29. *vers. decimoquinto*. Marquef. *tr. de comm. ff* 2. *p. c.* 1. *à n.* 1. *fol.* 355. *in* 2. *impress. aliàs c.* 4. Tell. Folian. *dec* 122. *tertio provocare n.* 3. Quæ quidem legis verba præ cæteris explanabo altiùs, & indigestas difficultates claras reddam; præmittens ut horum jurium regula; dum dicta ab aliqua causa, seu articulo non esse licitum tertiò provocare, & sic tertiam appellationem prorumpere, seu in sententia diffinitiva, sive in interlocutoria, intelligenda, & declaranda sit ut procedat in uno; eodemque articulo, & gravamine, ut ab eo non sit bis à gravato interjecta appellatio est admittenda; at secus in diversis articulis, & gravaminibus alicujus causæ, nam si quis in discursu cujusvis litis pluries gravetur, super diversis tamen articulis, toties poterit appellare, & duas appellationes successivè interponere, super quolibet diverso articulo; ita notant gl. *verb appellare in d. c. directè de appell.* & gl. 2. *in d. c. sua nobis eod. tit.* & utrobique notant Abb. Panormit. *in d. c. directè, n.* 8. & ibi etiam Philip. Franc. *col.* 3. *in princ. vers. in gl. in verb. appellare, & in d. c. sua nobis*. Abb. *n.* 6. & 7. & Philip. Franc. *colum.* 3. *in princ. vers. in gl. secunda, in princ. nota*, & c. Specul. *in tit. de appell. §. quoties in prin. lib.* 2. Alexand. *cons.* 70. incipit *in causa & lite. vol* 2. Decius *cons.* 49. incipit *præstantissime Doctor, in* 1. *colum.* qui dicunt, ita esse intelligendum text. *in c. quoties, c. omnis oppressus cap. ad Romanam c. & ideò* 2. *q.* 6. quibus cavetur toties quem appellare posse, quoties sit gravatus, idem etiam probat Marant. *de ordine judicio.* 6. *p. tit. de appellat. sub. n.* 269. ubi dicit quod regula d. jurium procedit, in uno, eodémque articulo, non licere tertiò appellare nam si aliquis millies gravaretur, in una causa super diversis capitibus, semper potest bis appellare super unoquoque capitulo, & tam in diffinitiva, quàm interlocutoria. Et probat, *d. l. unica* ibi, super eisdem capitibus. Alexand. *d. cons.* 77. *n.* 2. *vol.* 2. Abb. *n.* 97. *vol.* 1. Marchesa, *tr. de commiss.* 2. *p. c.* 1. *aliàs c.* 4. *n.* 1. *fol.* 355 *in* 2. *impressione*. Cæsar. Barz. *in Bononiens. decis.* 55. Domini *n.* 8. & reddunt omnes rationem, & Bald. *in d. l. unica in prin.* ubi Salicet. *sub n.* 2. & ibi etiam B. quia qui tres sententias contra se reportavit unam in causa principali, seu prima instantia, & duas in causa appellationum; debet acquiescere judicatis; nam ex quo bis appellans succubuit, oritur præsumptio injustitiæ contra eum, ex quibus rectè deduci potest in nostro casu conclusio regulæ, ut tertiæ appellationi per aliquem interpositæ in causa principali, vel in incidenti articulo, & gravamine (qualificato tamen & aliàs appellabilis; juxta Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 20.) judex Ecclesiasticus non deferens, violentiam nullam fecisse, declarabitur, cum talis appellatio ut à jure reprobata, meritò est à judice rejicienda ut probabimus latiùs Deo dante inferiùs.

Sed prædictorum jurium, & Doctorum regula, & doctrina ut in causa tertiò appellari non liceat est notabiliter intelligenda, ac declaranda: ut locum sibi vendicet quando ab una eademquemet persona tertiò appellatio proponitur, postquam duas illas in alia causa principali, vel in illo artic. interponens, succubuit; at altera pars rectè poterit duas alias postmodum appellationes emittere, super eamet causa, seu articulo, ita ut quatuor appellationes jure possint concurrere super eodem articulo, seu sententia; nam quælibet pars bis queit appellare, & per consequens quinque sententiæ super principali causa, seu articulo incidenti, intervenire valent ad plus, cum minùs etiam intervenient, prout contingere, sive successivè, sive alternatim, sive interpolatim ferantur, poterit prout ex varietate exemplorum (quibus res fiet manifesta) apparebit.

Ecce à sententia pro te lata provocavi in instantia appellationis, illa revocata, & alia fertur pro me; appellas ab hac secunda: prior confirmatur à tertia; iterum appello à tertia, & quarta declaratur pro me; iterum & tu appellas ab hac, & quintà vel pro te, vel pro me ferture. Ecce quatuor appellationes, & quinque sententias, & neuter nostrum iterum appellat, quia duas quilibet proposuit alternatim, & tertia ei denegatur.

Ecce

Ecce aliud exemplum interpolatim, vel alternatim fertur pro me prima ſententia appellans ſemel, & confirmatur per ſecundam; appellans iterum & revocantur per tertiam, appello ſemel, & confirmatur tertia per quartam, appello iterum, & revocantur per quintam, ecce quatuor appellationes cum quinque ſententiis, & in aliis exemplis protinus redituris. Quæ quidem doctrina omnium eſt concors Doctorum communis, nemine dempto, nec reluctante, prout eam cum exemplis affirmant, Joan. Andr. *in c. directè, de appellatio.* §. *quoties per totum.* Bart. *in l. unic. C. ne lice. ter provo.* Salic. *ibi num.* 1. & 2. optimè Abb. Panormita. *in c. directè n.* 8. *verſ. ſecundò nota,* & ibi etiam latè Philip. Franc. *col.* 3. *in prin. verſ. ſecunda concluſio ſit appellat.* idem Abb. *in c. ſua nobis, ſub num.* 7. *verſ. item intelligo textum, eodem tit.* & ibi Franc. *colum.* 4. *in princ. verſ. in gloſſ. ſecunda,* in pri. not. *& c. gl.* & cæteri Doctores *in d. c. directè, & dic. ſua nobis.* Marant. *de ordine judicior.* 6. *p. tit. de appellat. num.* 269. *verſ. item procedit.* Joan. Anton. de S. Georgio *in d. c. ſua nobis, num.* 7. *& num.* 8. Soci. *in regul.* 50. *provocare tertiò,* &c. Card. Tuſc. *concluſ. jur. tomit. litera A, concl.* 43. *n.* 2. Socin. *conſ.* 39. *capio primum, ſub n.* 16. *& 17. lib.* 4. Petrus Surd. *conſ.* 163. *arbitror. num.* 1. *in fi. num.* 2. *lib.* 2. pro qua facit text. *in d. l. unic.* ibi, ſi quis in quacumque lite iterum provocaverit, non licebit ei tertiò, *&c.* ponderatis verbis illis (ſi quis & ei,) ut ei, qui ſemel ac iterum provocavit, impoſita ſit prohibitio amplius provocandi per illum text. & rub. quem ad hoc optimè ponderavit ibi Salicet. *ſub n.* 2. *verſ. in text. ibi,* & bene dicit ei, quia alteri parti bene eſſet licitum & tertiò, & quartò provocare, quia eſſet diverſis ſuper articulis, *&c.*) facit etiam *l.* 25. *tit.* 23. *p.* 3. *in ſequen-*
11 *tibus*) *dos veces ſe puede home alçar de un miſmo juicio que ſea dado contra el en razon de alguna coſa, ò de alguas fechos mas ſi deſpues fueren confirmados los dos juicios por el juzgador de la alçada, non ſe pue de alçar tercera vegada la parte, contra quien fue dada la ſententia Catenemos quel pleyto que es jugado, è es mirado por tres ſententias es derecho, è que grave coſa ſeria aver de eſperar ſobre una miſma coſa la quarta ſententia, mas ſi por aventura el juez de alada revocaſſe los dos juicios primeros, diciendo que non fueran dados dereshamente, entonces bien ſe puede alçar la parte contra quien revocaſſen los juicios, &c.*

12 Quæ doctrina ut veriſſima etiam procedit in ſententiis, quæ juris diſpoſitione, & prærogativa non tranſeunt in rem judicatam, quoniam ſi quis fuerit per tres ſententias condemnatus, non poterit ulteriùs per viam appellationis audiri, Abb. *in c. ſua nobis.* 65. *n.* 7. ubi mandat ut mirabilem gloſſam *in c. fraternitatis verbo fornicatio, de frigid. de appell. in d. c. fraternitat.* 6. *n.* 21. *verſ. ultimo ponderabis, de frigid. & maleſi.* Philip. Franc. *in d. c. ſua nobis ſub num.* 10. *verſ. in gloſſ.* 2. *& in c. directè* 39. *num.* 8. *concl.* 6. *de appell.* Ruin. *conſ.* 79. *quæritur* 1. *num.* 2. *lib.* 5. Ant. Gabr. *comm. concluſ. tit. de execut. rei jud. conſ.* 1. *ampliation.* 6. *num.* 13. & loquendo in cauſa matrimoniali, Petr. Surd. *conſ.* 223. *publicatis numer.* 31. *lib.* 2.

13 Et confirmatur, quia defertio tollit appellationem etiam in actibus extrajudicialibus, & ſimilibus gravaminibus, quæ non tranſeunt in rem judicatam, ut ex Abbate refert Franc. *in c. cum ſit Romana colum.* 3. *n.* 15. *de appellat. & in c. directè ſub num.* 8. *eodem tit.* dicentes quod deferta appellatione interpoſita ab actibus extrajudicialibus appellare amplius, non auditur per viâ appellationis ſequitur Eſcacia *de appellatio. quæſt.* 17.
14 *limit.* 1. *n.* 7. & 8. dicens, quòd poterit tamen audiri per viam querelæ contra injuſtitiam ſententiæ extrajudicialis. Abb. *in c. fraternitati, ſub num.* 21. idem *in d. c. ſua nobis, ſub n.* 7. & Francus *ſub nu.* 10. *de appellatio.* Ant. de Butr. *in c. lator.* 7. *verſus finem de ſentent. & re jud.* Ruin. *d. conſ.* 79. *n.* 1. *lib.* 5. Vide Eſcaciam *ſuprà.*

15 Pro cujus confirmatione Abb. *in d. c. ſua nobis n.* 7. & Philipp. Franc. *in d. c. directè* illud conducunt, quòd in iis caſibus, quorum ſententiæ non tranſeunt in rem judicatam tamen non admittitur appellans poſt decem dies licèt aliis remediis non excludatur.

Sed extat difficultas, cùm interpolatim, ſeu alternatim latæ ſunt ſententiæ, quæ ſit, & pro qua parte exe- 16
cutioni mandanda, in quo quidem articulo variè locutos fuiſſe Doctores inveni o, ſiquidem Speculator *in tit. de appell.* §. *quoties num.* 2. & 3. *p.* 2. hanc movit difficultatem, quando tu ſcilicet habuiſti pro te duas confirmatorias, & ego pro me alias duas, & poſtquam hinc inde arguit modò quod reus originarius debeat obtinere, modò quòd is qui prius ſententiam obtinuit, ſive ſit reus, ſive actor & tandem relinquit eam, diſputat Joan. Andr. *in additio. ad illum,* inquit, hodie eſſe dicendum, ut habetur *in clem.* 1. *de re judi.* ex qua colligitur actorem debere obtinere, qui habebit tres ſententias pro ſe. Abb. Panormit. illos referens *in d. c. ſua nobis, ſub nu.* 8. nihil reſolvit, ſed illud etiam ſub dubio addidit, ut his videatur prævalere qui ultimò obtinuit.

Sed non poſſum non tantorum virorum in re tam 17
facili, gravique erraſſe, mirari; ſiquidem in primis eorum ex Speculatore propoſitio (dum ſupponit quamlibet partem habere tres ſententias pro ſe, ſi quidem proponit, quando unaquæque habet duas confirmatorias pro ſe, ut diximus) falſa eſt, impoſſibilis enim verò etiamſi demus quatuor appellationes, impoſſibile 18
eſt intervenire ſex ſententias, ſed quinque tantum, ut ſtatim mathematico principio per computationem earum demonſtrabo, ac ideo eorum diſputatio rectè cadere non poteſt.

Et pro appoſita ſolvenda difficultate ſuppono vulga- 19
re illud juris principiũ, quòd in cauſa, ſeu articulo tres conformes executioni mandandæ ſunt, non obſtante regulariter qualibet exceptione, etiam nullitatis, text. eſt *in clem.* 1. *de ſent. & re jud.* ubi gl. & Doctores etiam ſuperiùs relati *in d. l. unic. & in d. c. ſua nobis, & d. c. directè. de appell.* & alibi paſſim, at eo ipſo quod aliqua pars habet pro ſe tres ſententias conformes eſt impoſſibile, ut altera alias tres obtineat & pro ſe, ſive adſint duæ, ſive 20
tres, ſive etiam quatuor (cum ampliùs non poſſint) appellationes in illa cauſa, ſed interdum nullam ſententiam, quandoque unam, & quando plus, duas dumtaxat habere poterit, quoniam niſi quinq; ferri poſſunt, quo modo libet fiat eorum, & appellationum computatio ſive ſucceſſive, ſive alternatim, ſive interpolatim.

Ecce quando ſucceſſive feruntur tres ſententiæ 21
conformes, fertur prima ſententia pro te, appello ſemel, fertur ſecunda pro te, appello iterum, fertur etiam tertia pro te, ecce tres ſententias conformes pro te latas, pro me autem nulla, & duas appellationes à me interjectas, executioni mandandæ ſunt illæ tres conformes, cùm ampliùs non appello. Ecce interpolatim prima fertur pro me, appellas; ſecunda fertur pro te, appello, tertia fertur pro te, appello; quarta itidem fertur pro te non poſſum ampliùs appellare; quia bis appellavi, ecce quatuor ſententias, & tu habes tres conformes 2. 3. & ego unam dumtaxat primam; & ſic cùm ampliùs non appelletur tres illas exequendas eſſe non eſt dubium. Quando autem alternatim pronunciantur, ſit exemplum.

Fertur prima pro me, appellas, fertur ſecunda pro te, appello; fertur tertia pro me, appellas, fertur quarta pro te, appello; fertur quinta pro te, ampliùs non appello, vides quatuor appellationes, quia quilibet noſtrum bis appellavit, & vides quinque ſententias, pro me duas dumtaxat, pro te tres, quæ exequentur, cùm ampliùs appellare non poſſum, juxta *d. l. unic.*

Aliud ſit exemplum fertur prima pro me, appellas ſemel, fertur ſecunda pro me, appellas ſecundò, fertur tertia pro te, appello ſemel; fertur quarta pro te, appello iterum; fertur quinta pro te, ecce quatuor

appellationes quinque sententias, pro me duas 1.& 2. & tres pro te 3. 4. & 5.

Vel aliter etiam redde exemplum prima pro me fertur, appellas, secunda pro me fertur, appellas, iterum tertia pro te fertur, appello, quarta pro te fertur, appello, quinta pro te fertur, habes tres conformes, & ego duas appellationes.

22 Maximè cum necessarium non sit, ad effectum dictæ Clementinæ primæ, quòd tres sententiæ conformes latæ sint successivè absque alterius dissimilis media pronuntiatione, cùm satis sit eas latas fuisse in eadem causa seu articulo etiam alternatim, aut interpolatim, ut ultra supradictos & citatos notant in specie Panormita. & Barba. *in declarat.* 10. *in d. clement. unic.* Covar. *in pract. quæst.* 10. *c.* 25. *sub n.* 3. *vers. quarto animadvertendum est.* Decius *cons.* 385. Petr. Surd. *cons.* 102. *n.* 16. ubi la è Ruin. *cons.* 114. *lib.* 5. *num.* 3. & generaliter in omnibus sententiis quæ licèt non sint successivè conformes,
23 sed interpolatim tertiò provocari non posse, tenent Decius *cons.* 387 *juridicam. sub num.* 2. Covar. *ubi proximè*, quem sequitur Escacia *tract. de appellat. quæst.* 17. *lim.* 1. *num.* 20. Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. opin. de exequutione rei jud. concl.* 1 *ampliat.* 5. *num.* 12 Tell. Fossan. *decis.* 123. *tertiò provocare num.* 16.

24 Et sic hinc deduces, quòd quomodocumque variaveris hanc calculationem; semper invenies, quòd quotics una pars obtinuerit tres conformes, alia nec poterit alias tres habere, etiam data quarta appellatione, nec poterit ulteriùs appellare; nam regula est universalis, & vera, & absoluta, quod eo ipso quòd quis habeat pro se tres conformes, necessariò sequi debeat; ut altera pars bis appellaverit; jam etenim dare non possumus pro una parte tres conformes, quin alteri jam duas appellationes dederimus, ut ex propositis exemplis apparet, ac propterea cum tertiò provocare non queat (jure repugnante) quid potest amplius expectari, nisi conformium exequutio; juxta tex. *in d. cl.* 1. *de re jud.* & quæ passim vulgariter per Doctores.

Cognito igitur, ut à neutra parte tertiò appellari non posset, & sic quando aliquis tres sententias super aliqua causa, seu articulo conformes, obtinuerit, quia cùm sint conformes, & amplius non appelletur exequutioni sint mandandæ omni exceptione rejecta, ut in casibus supradictis, non committet vim judex in illarum executione.

25 Et tunc illæ generaliter dicentur conformes, quæ conveniunt in qualitate, & substantia, refert, & sequitur Rugine. l. *tract. de appellat.* §. 12 *gloss.* 1. *num.* 10. *vers. omnésque quod conformitas in substantia & effectu sit attendenda*, probat Tess. Fossan. *decis.* 228. *tres sententiæ*, Decius *cons.* 385. *sub n.* 2 Escacia *de appellat. q.* 17. *limit.* 1. *n.* 21. *& lib.* 1. *causar. civil. & crim. c.* 7. *num.* 547. plures alios refert, & sequitur *ubi proximè n.* 8. *&* 9.

26 Et quòd conformitas adsit, quando datur identitas rei, causæ, & personarum, sive verè, sive interpretativè sequitur optimè Ruginell. *d. gl.* 1. *num.* 9. *vers. hinc Soc. sentent.* Escacia *d. lim.* 1. *sub num.* 21 cui consonat, quòd
27 sententia semper præjudicat ei, qui verè, vel repræsentativè est eadem persona, ut de communi opinione testantur Ruin. *cons.* 71. *n.* 5. *lib.* 5. Cardin. Tusch. *pract. concl. litera S. concl.* 174. *num.* 67. & nos suo loco diximus,
28 & quod res judicata dicatur quando concurrit identitas rei, causæ, & personarum, Rot. decis. 100. *ex novem. n.* 3. *in fi. & num.* 4. *p.* 1. *divers. fol.* 35. *l. & an eadem, cum l. seqq. ff. de except. rei jud.*

29 Examinemus nunc, in quo difformes judicabuntur, ut prohibitio locum non habeat, & in primis quando ultima sententia aliis duabus conformis & illas confirmans, adjecto tamen aliquo moderamine aut aliqua declaratione quæ prioribus aliquid addat, & sic quando per tertiã sententiam infertur novum gravamen, & condemnat in id, de quo primæ sententiæ minimè tractavere quoniam ab hoc novo gravamine licet iterum per condemnatum appellationem emittere; eique est deferendum omnino respectu dumtaxat illius, & sic novi 30
additamenti, licèt sententia, quatenus cum aliis sit conformis, exequenda est, etiam pendente appellatione ab hoc novo gravamine, cujus respectu hæc ultima diversa est à prioribus, ista est elegans doctrina originalis Angeli *in l. unic. C. ne liceat tertiò provoc.* ubi notat etiam Cyn. & eandem sequuntur Barth. Soc. *cons.* 39. *colum.* 3. *lib.* 4. *vers. capio tertio.* optimè Philip. Franc. *in c. directè de appell n.* 6. *vers. tertia conclusio notabilis sit*, &c. Aymon. Cravet. *cons.* 183. *ad fin.* Rob. Moran. *de ord. jud.* 6. *p. tit. de appell. n.* 270. Covar. *in pract. quæst. cap.* 25. *n.* 6. additio ad Ab. *in c. directè n.* 8. *litera B. de appellat.* Castrens. *cons.* 163. *proponitur in facto lib.* 1. Curt. junior *cons.* 30. *col.* 1. sequitur Cravet. *cons.* 183. *num.* 2. Decius *cons.* 385. *juridicam.* Petr. Surd. *cons.* 162. *Guidaetus per totum* Ruin. *cons.* 114. *num.* 10. *lib.* 5. Rot. *decis.* 424. quæ est. 14 *de re jud. in antiquis.* Bisignet. *decis.* 2. *de re judic.* Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 7. *litera S. concl* 172. *num.* 10. *& seq.* Anton. Gabr. *comm. opinion. lib.* 2. *tit. de exequut. rei. jud. concl. ampl.* 2. *n.* 5. quem tantum referens sequitur Escacia *de appellat. q.* 17. *lim.* 1. *n.* 31. ubi dicit, quod 31
hoc casu sententia quæ pro una parte est appellabilis & pro alia parte inappellabilis; non considerabitur, ut individua, sed ut dividua & iterum *ibi n.* 44. *& seqq.*

Et facit sic intelligendus Lancelot Rob. *de attenta* 2. *p. c.* 12. *lim* 45. dum dicit, quòd licèt post tres conformes regulariter non detur appellatio, ut in rubro 32
& nigro, *C. ne liceat tertiò prov.* tamen si in aliquo casu datur appellatio (secundùm quæ Doctores *ibi*, *& in clem.* 1. *de re jud.*) illa non impedit exequutionem conformium, nec erit locus attentatis; & sequutus Lancelot. idem etiam dicit Escacia *de appell. q.* 17 *lim.* 1. *n.* 116. *cum sequentib.* Joan. Andr. *in c. ex parte de test.* Joan. de Immol. *in d. clem.* 1. 6. *notat.* & tradit Joan. Crotus *in cons.* 101. *viso. n.* 11. & Andr. Barb. *cons.* 10. *mihi videtur colum.* 3. *sub num.* 9. *vers. præterea si dicatur. l. b.* 1. Card. & post Franc. *in c. sua de appell.* annotavit etiam Manfr. *pract. concl. l. b.* 2. *super attent. cons.* 166. Et hæc doctrina declaranda est, prout etiam intellegit. & eleganter declarat Præsul doctissimus. Cov. *in d. c.* 25 *sub n.* 6 ut procedere debeat, quando super illa nova ad ectione non fuerit in priori instantia, nec in prioribus sententiis 33
actum virtualiter, tacitè, nec expressè, sed tantum in ultima instantia per sententiam fuerit diffinitum, quod in dicta nova adjectione continetur. At verò si hujus ultimæ sententiæ adjectio nova tacitè, vel expressè fuit in primis instantiis, & sententiis tractata, examinata, & diffinita, non poterit verè hæc ultima sententia dici prima super ea adjectione, seu novo gravamine; sed propriè ultima, quod comprobat ipse Covarr. ex mente ejusdem Angeli *in d. l. unica.*

Quæ quidem doctrinæ cum exemplificationibus in- 34
serendis, insuper faciunt mirabiliter ad resolutionem illius quæstionis, an à sententia adversam qualitatem habente, alia quæ prohibet, alia quæ appellationem permittit, ut scilicet quando concurrit circa diversa sententiæ, unaquæque qualitas secundùm suam naturam operatur, de qua superiùs latè egimus *lib.* 2. *c.* 7. *per totum, & præcipuè à num.* 53. *cum seqq.* & suprà, cui has applicare poteris doctrinas.

Et hujus doctrinæ exemplum reddunt Doctores 35
ex Angelo, præcipuè Philip. Franc. Mariant. Covarr. & ferè omnes superiùs locis citati suis; quoties scilicet in ultima sententia facta est expensarum condemnatio, de quibus in prima instantia, nec aliis actum, nec condemnatum fuit, licet ab initio litis petitæ fuerint, nam quando expensæ fuerunt petitæ ab initio (quod intelligitur de omnibus instantiis futuris), nec fuit in prima sententia, nec aliis facta eorum condemnatio, nec absolutio, nec hactenus

tenus super expensis petitis lata est sententia, nec absolvens, nec condemnans, sed in tertia instantia fertur sententia, condemnans expressè in expensis omnium instantiarum præcedentium. Ista est prima sententia ratione expensarum tam præcedentium instantiarum, quàm ultimæ, licèt si ultima ratione causæ princ. & sic ab ea. (quatenus scilicet expensas tangit,) poterit condemnatus appellationem emittere, cùm prima sit; ita eleganter Covarr. *in pract.q.d.c.25.sub n.* 6. ubi latè examinat exemplum appositum ab eodem Angelo, de cujus intellectu altiùs tractat, quia aliquatenus videtur à juris tramitibus aberrare, tenent etiam Philip. Franc. *in c. directe sub n.5.vers.tertia concl.* Decius *in c. sua nobis* 65.*n.* 20. *vers. conclusio de appell.* & ex Angel. Fran. & Marant.*ubi suprà n.*281.tenet Cæsar.Contar.*in l.unic.limit.*19.*n.*16.*in fin.& n* 17.*& seqq.C. si de momen. poss.* & cum hac declaratione transisse Senatum Pedemont.testatur Tessa. Fossa *dec.* 122. *tertiò provocare,sub n.*6.*vers. in oppositum,& n.*7. facit etiam Salicet. *in l.properandum n.* 45. *versic. quæro in condemnatione expensarum*, *C.de judiciis,*& de hoc nullum dubium esse,scribit Iss. *in l. soci. n.* 17. *q.*5. *C. eod.*

36 Quod & ex eo fulcitur,nam ubi petitæ sunt expensæ, & judex in sententia omisit condemnationem earum;quia nec absolvit expressè, nec condemnavit,tunc non censetur victum ab illis absolvisse,imò jure omissa censetur eadem condemnatio, ut tenent Ant.Immol. & Felin. *in c significaverunt de except. col.*2.*per l.*1. *C. si adversus rem jud.* juxta intellectum glossæ ibi, quem communem illic profitetur Alberic.Immol.*in c.ult.col. fi.de except.*& faciunt quæ Felin. *in c.cum inter.n.*15. *de re jud.* sequitur Covar. *ubi proxime,& in c.*27.*n.* 5. *cæterum hæc vera sunt*, &c.

37 Et his illud obiter adde;quòd si quis condemnationem expensarum petierit,eaque fuerit à judice omissa, non poterit victor, pro quo lata est sententia in principali appellare ab hujusmodi omissa condemnatione expensarum, de quo est text. *in l.ult. C.quando provocare non est necesse*, quæ quidem ita procedit, quando adversarius victus appellat à sententia, qua damnatus fuit, quia tunc cùm devolvit totam causam ad superiorem, supervacua judicatur isthæc victoris appella-
38 tio; ut notat *per eand.l. fi.*illic Jacob.Butr.B.Bal.Salic. & Paul.de Castr. At verò secus est dicendum, quando victus non appellaverit, quia tunc bene potest victor à sententia provocare, qua ex parte omissa fuerit expensarum condemnatio, ut illas nanciscatur, quemadmodum *ex d.l. ult.* adnotant Ant. Abb. Felin.& omnes *in d.c. significaverunt, de except.* quod, & idem esse dicendum, quoties victus appellat à sententia limitativè, nempe ab eo, in quo ipsi præjudicat,non verò in aliis, tunc etenim ex identitate rationis poterit victor ab
39 omissione expensarum appellari; cum appellatio victi ita limitata non devolvat causam ad superiorem omnimodam, sed in iis dumtaxat, quæ contra se faciunt, omissio autem ipsi contraria non est,sed utilis potiùs,
40 & favorabilis, ita declarant Panor.& Felin. *col.*2.*in d. c.significaverunt*, idem Abb. *in c.cum Ioannes,col.ult. de fi.instrum.* Covarr. *in pract.q.c.*27.*n.*5.*vers.sed si quis,& an idem*, quid autem sit dicendum, quando victus appellavit simpliciter à sententia,sed illam non prosequi-
41 tur,vide gl. & DD. *in d.l.fi. C. quando provo. non est necesse*, sed verum hoc est, & procedit in expensis, quæ officio tantum judicis mercenario petuntur, at verò in expensis, quæ jure actionis debentur,& petitas omi-
42 sit judex condemnare, adhuc eas victor petere poterit, etiam,si sententia translata sit in rem judicatam, quàm licet quoad causam principalem translata censeatur, non tamen quoad has expensas nondum judicatas, sed omissas, ita probat text.*in l.*4.*C.depositi.*Immol.& Roman.*in l.si tertius,*§.*Celsus ff.de aqua plu.arc.* sentit gl. magna *in c.fi.litibus,de dol.& contuma.*Covar. *ubi proxime n.num.*5.*vers.fi.* ubi ponit exemplum in expensis conventionalibus, & quæ debentur ex contractu, & in expensis, quæ debentur ratione contumaciæ, de quo articulo vide ibi late per eundem.

Iterum nec dicentur conformes, quando in una fit reservatio jurium, quæ facta non fuisset in aliis, quia datur appellatio in ea parte,in qua sunt difformes, ut
Alex. docet *cons.*75.*in prin.& per totum lib.* 7. sequitur 43
Card.Tusc.*pract.concl.tom.*1.*litera A,concl.*172.*n.*... qui *n.* 20.post Soc.jun.*cons.*67.*ver resolutionē num.*19.*& seq. lib.*1.dicit,quod etiam si sententia secunda confirmatoria primæ in eadem summa;licet reservet jura condemnato docendi de solutione, tamen sunt conformes, & ubi faciunt rem judicatam; non retardant exequutionem,secus si secunda condemnat in eadem summa sub 44
conditione,puta; quatenus facto calculo tanta summa debeatur; vel si facto calculo debitor sit in illa summa; quia tunc bene suspenditur exequutio quousque conditio purificetur, quia non sunt conformes ante ejus purificationem.

Ulteriùs non dicentur tunc tres sententiæ conformes, quando duæ sententiæ latæ sint in principali causa, & tertia super desertione. Exemplum, prima pro me fertur,appellas,secunda pro me fertur appellas; di- 45
co ego tuam appellationem desertam, vel etiam nulliter appellationem proposuisse te;fertur sententia super desertione, scilicet; declarando appellationem desertam; quoniam licet verum sit ut duæ præfatæ sententiæ sint translatæ in rem judicatam ob defectum appellationis, ob hanc declarationem exequutioni mandari possunt(ut inferiùs *hoc lib.*3.*c.*18.dicemus)quemadmodum unica sententia, à qua non est appellatum; transfert in rem judicatam, & ob id exequitur, tamen 46
non sunt tres conformes, nec trium conformium privilegio potiuntur;juxta text. *in clem.*1.*de re jud.* ita determinat Rot. *dec.* 417.*in antiq.*Rom. *sing.*287. Oldral. *cons.*106.Corneus *cons.*14.*& cons.*38.*col.*2.*lib.*4.Aymon. Savillian.*cons.* 183. *colum.*1. Covarr. *practicar. quæst. c.* 25. *num.* 5.

Quia sententiæ, quæ tendunt ad diversum finem, 47
nunquam dicuntur conformes, ut in iis terminis docent Cephal. *cons.*209. *per totum.* Craver.*cons.* 183. qui allegat Rotam *dec.* 3.*de re jud.aliàs* 21.*in antiq.*Corneus *cons.*14.*num.*38.*lib.* 4. ut puta quando diversitas esset in tempore, ut quia pro me una condeminat infra tres dies; altera infra tres menses ad solvendum, quia tunc 48
diversitas est in substantia; & non sunt conformes. Alex.*cons.* 77.*in prin.lib.*2.Card.Tusc.*pract.concl.tom.*7. *litera S,concl.*172.*n.*26. prout etiam quando una fertur diffinitiva absolvens reum, quia non est probatum;altera absolvit reum ab observatione judicii, vel ab illa 49
instantia non possunt dici conformes; quia ultima est interlocutoria, Bar. *in l. admovend.colum.* 3. *de jurejur.* Castr. *cons.*65.*viso quodam libello,in princ. lib.*1. *& cons.* 113.*in causa quæ vertitur,colum.*1.*lib.*2. optimè Tusc.*ubi proximè n.* 31.*&* 32.Cravet.*cons.* 183. *in fi.* Corneus *consil.*14.*n.*8.*& cons.*38.*n.*4.*lib.*4.plenè Cephalus *cons.* 209. *num.* 11.

Quid autem sit dicendum, quæro, an dici possent tres sententiæ conformes, ubi latis duabus sententiis 50
sibi conformibus,tertia lata est, quæ declarat illas duas nullas fuisse, seu nulliter latas, à qua me appellante pronuntiatur quarta, quæ revocat tertiam; & confirmans declarat validas duas illas priores, pro me latas, & non esse tres conformes constat, quia duæ priores latæ sunt super causa principali, tertia autem, & quarta super nullitatis articulo, prout in terminis probat Rota *decis.*424.*in antiquis.*Sequuntur Rom.*singul.*287. & Aymon. Savillia. *d. consil.* 183. *numero* 3. adeò ut hoc casu poterit impediri exequutio, maximè cum

sit

sit licita appellatio ab illa quarta sententia, revocante tertiam super nullitate latam, quoniam cùm tertia sit lata super articulo nullitatis, prima dicitur & quarta, quæ eam revocat, secunda est revocatoria, ita firmat Aymon. *ubi proximè*, sequitur Covarr. *in pract. d.c.25.*
52 *sub n.5.vers.novo ex prima interpretatione*, quæ doctrina dupliciter potest procedere, primò quando scilicet latis duabus conformibus super principali pro me, à quibus non appellasti, sed de nullitate dixisti proponendo actionem, vel exceptionem nullitatis adversus
53 easdem & feratur sententia, illas nullas esse declarans, à qua ego appellavi, & meæ appellationis virtute quarta pronuntietur, revocans illam tertiam (quæ in hoc articulo prima est) declarans duas primas sententias, in causa principali pro me latas, validas fuisse, easque simul confirmans; tunc non dicentur tres sententiæ conformes, juxta Rotæ, & sequacium decisionem. Enim verò ratio esse potest, nam primum judicium illud super principali finitum est per illas duas sententias in eo latas, à quibus quia non extitit appellatum, sed de nullitate dumtaxat dictum, translatæ sunt in rem judicatam, licèt executioni mandari non possint,
54 quousque hoc novum judicium nullitatis finiatur, & terminetur per tres conformes, in quo quidem de nullitate tantùm discutitur, & ideò licèt quarta sententia confirmet duas primas principales, non pronuntiat super principali jam finito, & extincto, sed super articulo nullitatis, ac propterea non facit tres conformes, ita declarat Covarr. *ubi suprà, n.5. ad fin.*

55 Ex quo deducitur, quòd illa tertia sententia annullans prio es est prima respectu illius articuli nullitatis noviter propositi, & alias quatuor supra se potest expectare, cùm quilibet articulus possit habere quatuor appellationes, cujusl bet partis duas, quæ faciunt quinque sententias, quousque altera ex partibus habeat tres conformes, ex his, quæ à principio hujus capituli diximus, ac ideo nullum dubium est, ut possit appellari ab illa quarta sententia, revocante tertiam (quæ est prima) annullantem priores, nam ad huc est prima appellatio unius ex partibus; quemadmodum aliàs videmus in gravamine, noviter illato per tertiam sententiam conformẽ, de quo in cæteris non est actum, cùm respectu sui ipsius, & intra sui limites, hoc gravamen sit prima sententia, pariter cùm licet ac ad appellari (ex iis, quæ superiùs diximus) appellatio invenitur in hoc esse prima, & cæteras sententias, & appellationes utriusque partis spectat, ita eleganter ultra supradictos post Ant. & Angel *in d.l.1.C.ne liceat tertiò provocare* docet Philip. Franc. *in c.directè, col.3. post medium, vers. tertia conclusio, de appell.*

56 Secundo modo procedere potest præfata doctrina, quoties latis pro me duabus conformibus sententiis super principali, & à secunda fuit appellatio à te emissa, ac simul cum ea nullitatis causa proposita, & deducta, & superior tertiam declarat qua priores duas nullas fuisse dicit, si ab hac tertia demum ego appello, cujus virtute alia fertur revocatoria tertiæ, & priores simul confirmatæ; in hac quidem specie tres adesse conformes constat, cùm media nte appellatione simul actum est de causa principali, & lata confirmatoria aliarum duarum, ac propterea non est dubium, ut respecta principalis causæ executioni sint mandandæ; nihilominus quòd ab hac quarta sententia iterum possis appellare pro illa parte dumtaxat, quatenus tangit nul-
57 litatem, quoniam ad effectum nullitatis potest appellatio, & judicium prosequi, & de ipsa altiùs examinari facta executione in principali trium conformium, ita probat Aymon. Savill. *d. conf. 183. n. 3.* Covar. *in pract. d.c.25 post medium.*

58 Quod fulcitur tum ex eo, quod de novo gravamine facto in ultima sententia conformi cum aliis superiùs latè probavimus, ut etiam pendente appellatione à dicta adjectione, prædictæ tres sententiæ exequuntur, in quo conformes reperiuntur, & inappellabiles, tum etiam & ex eo, quoniam ad hoc ut sententiæ conformes possint exequi, non est necessarium, ut sint tres omnino conformes cùm satis sit, ut in aliquo articulo sint conformes, ut in illo, nec admittitur appellatio, *ex toto tit. & l. unica Cod. ne lic. tertio provocare, Clem.1. ne re* 59
jud. & quæ sursum ad principium diximus, nec impeditur executio respectu illius articuli, in quo conformes reperiuntur; ita eleganter tenet Covar. *ubi proximè sub n.5.* & notat Paul. Castr *cons.163. lib.2.* Alex. *cons.77. col.1. lib.2.* Decius *cons.385.* Curtius Iun. *cons.30. col.1.* ac propterea cùm respectu principalis causæ reperiantur tres conformes in casu proposito, non permittentes ampliùs appellare, executio non est impedienda, licèt admittatur appellatio respectu illius alterius, & novi articuli nullitatis.

An autem dicentur tres sententiæ conformes, ubi 60
tres latæ sunt, quarum prima condemnat in centum, secunda, in octuaginta tertia in sexaginta aureis, & has esse conformes respectu minoris summæ existimant Barb *cons.10. lib.1. col.3.* juxta text. *in c.1. de arbitris lib.6.* Zenceli & Card. *in clem. uni. n.2.* Covar. *in pract. q.c.25. n.6. ad fi.* quam opinionem intelligendam esse declarat, cùm ille cui præjudicat diminutio quantitatis, consentit expresse, vel tacitè sententiæ latæ in minori summa, & denique omnibus, quoad illam minorem quantitatem, quem ibi vide.

At simpliciter quòd sententiæ dicantur conformes 61
respectu minoris summæ, & fiat in ea exequendæ tanquam res judicata, Alexand. *cons.77. in causa, & lite, in prin. n.3. lib.1.* sequitur Cravet *cons.183 num.2.* ubi etiam allegat Castr. *cons.234. proponitur in facto, vers. & quia videmus in simlibus lib.2.* Curt. Iun. *cons.30* Petr. Surd. 62
cons.102. maxime num.16. in fi. ubi quòd totus mundus non potest facere, quin minor summa insit minori, quia hoc est naturaliter verum, Afflict. *decis. 362.* ubi quod ita tenuit sacrum Concilium. Andr. Bar. *consil.10. col.5. lib.1.*

Sed contrariam sententiam, imò quòd non dicantur 63
conformes esse etiam in minori summa, nec earum potest dari executio pro conformitate minoris summæ defendit Ifl. *in l.1.§. si stipul. col. penult ff. de verb. oblig.* Bursat. *cons.219. n.9. & seqq. lib.2.* sed prior verior est, & huic secundæ respondent Tusc. *pract. concl. tom.7. num.8.* Cravet. *d. con.183* quam sequitur Rot. ut testatur Adrobald. *dec.241. per totam part.1. in novis.* & eandem 64
etiam priorem opinionem, ut veram sequuntur Afflictis, Foss. & alii citati ab Escac. *lib.1. caus. civil. & crim. c.2. n.576. vers. confirmatur*, & iterum. *in tract. de appell. q.17. lim.1. n.32.*

Nonnullas exceptiones, quæ trium conformium executionem impediunt, hîc omitto, ejus tractatum reservans commodiori loco, ubi de executione tractemus; hîc autem solùm agimus, an & quando à tribus conformibus possit appellari, & an tertiò appellari possit secundùm quæ hactenus dicta sunt à princ. hujus capitis. Pro cujus coronide, & prefectione illud addendum supradictis, volo; quòd licèt unaquæque pars 65
tertiò appellare non possit super una causa, seu articulo (ut latè à princ. diximus) tamen poterit semper ad hærere appellationi sui adversarii si appellaverit, & producere jura sua, ac si ipsemet appellasset, quia quælibet appellatio est communis utriquæ parti, ut per tex. 66
in l. amplior. in princ. C. de appell. ubi dicitur quòd appellatio est communis etiam parti, quæ non appellavit, & auditur beneficio alterius partis appellantis, facit text. *in l. fi.* & ibi gloss. & Doctores, *C. quando provocare non est necesse*, & per argumentum *l. petendæ, C. de temp. in integr. restit.* & Bal. *in l. sua nobis. de app.* probat Philip. Franc. *in c. directè, col. ult. in prin. vers. concl. 5.* &c. Joan Anton. de sancto Geo. *in d.c. sua novis, n.7.*

de

de app. & ibi Decius *n.* 17.& 18.& ex Marant.idem tenet Escac.*lib.1.cauſ. civ.& crim.c.3.ſub n.216.verſ. ad ie.*
67 & iterum *in tr.d.app.q.17.lim.1.à n.* 50. qui *n.*54 declarat,& bene,ut non procedat,quando adverſarius appellavit limitatè in nocivis dumtaxat,& quatenus contra Veſtri. *in prax.l. 7. c. 3.ſub n.29.verſ.amplius& n.*30. *fol.* 103.&Luc.Pæt.*in pract.Capitol.lib.4.c.1.ſub n.*19.*&ſeqq.* de qua limitatione vide quæ latè diximus ſuprà *c.præcedenti,*ſequitur Marant.*de ord.jud.6.p.tit.de app.n.*171.

68 Et ad ea,quæ ſuperiùs diximus in princ.ut unaquæque pars poteſt bis appellare ſuper aliqua cauſa, ſeu articulo,& ſic quinque dari ſententias, nota quòd hodie in foro ſingulari rarò ut numquam accidere poteſt, cùm poſt primam,aut ſecundam inſtantiam recurritur ad ſuprema prætoria, ubi cauſæ per duas dumtaxat finiuntur,etiam ſi apud ea in principio inceptæ ſint, juxta *l.2.& toto tit.*19.*l.4.recopil.*quod ſecus eſt in foro Eccleſiaſtico, ubi omnes gradus reperiuntur per reſcripta impetrata, ut quotidie videmus.

69 Pro quo adnotare poteſt, de hujuſmodi duabus ſententiis idem erit judicandum, ac ſi eſſent tres conformes, & ſub eiſdem regulis, ampliationibus, & limitationibus, vigere debent,ut de ſimili ſtatuto dicunt in quo habere locum *clem.1.de ſent.& re jud.* probant Pariſ. *conſ.* 109.*omiſſo pro nunc num.*15.& poſt Riminal. Contard.*in l.unic. lim.9.num.4.verſ.movetur in fi.C.ſi de mem poſſ.* & ex Marq. & aliis latiùs proſequitur Eſcac. *de app. q.* 17. *lim.* 1. *à n.*65. *um ſeq.*& *an.*51.& *n.*55.

70 De exceptionibus nullitatis oppoſitis tribus, vel duobus conformibus, (ubi ita ſit ſtatutum) quæ ſi ſit notoria patens ex actis admittatur, vide late quæ nos ſupra *hac 3.p. c. 9.à pr.* vide Covarr.*pract. q.q.*25.*à n.*1. *Vant.de nullit. tit.quali ſententia & proceſſ. qui di. nullit. &.n.*14.*fol.*421.& idem *in rubr.quoties & intra quod tempus n.* 3.& 5. *ſeqq.* Eſcac. *de app.q.*17.*d. lim.* 1.*à n.*58. & latiùs *q.* 19. *membr.* 1.*rem.*1. *concl.*4. *n.*25.& *conc.* 5. *à n.* 23.

71 Et quæ ſententiæ dicantur conformes, vel non, de variis ampliationibus,& limitationibus, vide Covarr. *d. c.*25.Eſcacia *d.lim.*1. *per totam.fol.*283.*&ſeqq.* Marq. *de comm.2.p.c.*1.*n.*4.*in* 2. *impreſſ.* Card. Tuſc. *pract. concl. tom 7.litera S, concl.* 172. Teſt. Foſſ. *dec.* 122. *per totam,* ubi elegantiſſimè & ampliſſimè.

CAPUT XVII.

A non admiſſione, ſeu rejectione appellationis emiſſæ ſuper aliqua cauſa, eo puta; quia ſunt tres conformes, vel aliàs eſt cauſa inappellabilis; appellationi interjectæ judex non deferens violentiam facere an dicetur.

SUMMARIUM.

Sententia lata ſuper impotentia appellandi eſt interlocutoria, n. 1.

*Sententia lata ſuper articulo juris eſt interlocutoria, n.*2.

*Sententia lata ſuper impotentia appellandi licet ſit interlocutoria, habet vim diffinitivæ,n.*3. *&* n.6.*vide n.*49.

Appellatio non eſt licita ab interlocutoria merè, n. 4.

Appellatio licita eſt ab interlocutoria habente vim diffinitivæ. n. 5.

Appellans,cujus appellatio à judice rejicitur, an teneantur iterum appellare, n. 7.

*Interlocutoria ſuper non admiſſione appellationis præjudicat appellanti,& ideo ab admiſſione appelare debet,n.*8.

Appellationem ab interlocutoria ſi judex rejiciat ſi iterum à rejectione non appelletur, an maneat deſerta appellatio, n. 9.

*A judice rejiciente appellationem tanquam frivolam, ſi pars non appellet, videtur rejectioni conſentire, n.*10.

A rejectione appellationis appellatio non eſt licita in iis caſibus, quibus in jus appellare prohibet, n. 11.

Appellationi à rejectione appellationis an ſit deferendum, pendet à natura cauſæ principalis, à qua interponitur an illam admittat, vel non n. 12.

*Juris executio non gravat, n.*13.

A rejectione exceptionis non debito aut legitimo tempore oppoſita appellationi emiſſæ non defertur, n. 14.

Executore rejiciente exceptionem frivolam appellationi emiſſæ non defertur, n. 15.

A judice rejiciente petitionem ejus cui jus denegat audientiam, appellationi interpoſitæ non deferendum, n. 16.

Duæ ſententiæ ubi ſic ſe habent, ut una veniat in executionem alterius ſi non poteſt appellari à prima, nec poterit appellari à ſecunda, n. 17.

Appellatio ubi à jure eſt prohibita, ſi admitteretur à judice illam rejiciente, de nihilo ſerviet prohibitio, n. 18. *&* 21.

Quod una via prohibetur alicui, ad id alia debet admitti n. 19.

Appellatio cum prohibetur, cenſetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illam, n. 20. *&* 21.

Appellatio emiſſa à rejectione appellationis ubi de jure non admittitur, contraria dicitur juri, & ei reſiſtit, num 22.

Facta contra jus debent utique pro infectis haberi, n. 23.

Appellatio à rejectione appellationis, ubi de jure eſt prohibita, dicitur frivola quia nullum poteſt juris effectum ſortiri, nec unquam prodeſſe n. 24.

A judice ut juris executore procedente non licet appellare, n. 25.

Durum eſt contra ſtimulum calcitrare, n. 26.

Sententia lata vigore tertiæ appellationis ſuper eodem articulo an ſit nulla ipſo jure, n. 27. *&* n. *ſeqq.*

Sententia lata contra ſententiam tranſlatam in rem judicatam eſt nulla ipſo jure, n. 28.

Prima ſententia aliis duabus confirmata non poteſt reſcindi. n. 29.

Appellatio tertia in eodem articulo cum non valeat, non devolvit cauſam, n. 30.

Exceptio ubi ſit appoſita appellationem eſſe tertiam, & judex ſe competentem pronuntiet, ſententia lata ejuſdem tertiæ appellationis vigore erit valida, n. 31.

Text. in c.ſua nobis de apell. *interpretatur,ut appellatio non ſit admittenda à rejectione tertiæ appellationis in aliquo articulo, n.* 32.

Appellatio admittitur à rejectione appellationis emiſſæ in caſu, quo judex illam admittit,n. 33.

Judex ſecularis juſte denegat ſuum auxilium petitum ab Eccleſiaſtico pro executione ſententiæ, quam per legitimam appellationem competit eſſe ſuſpenſam, quam nolit admittere, n. 34.

Appellatio non admittitur à rejectione appellationis emiſſæ, ubi aliàs jure eſt prohibita, n. 35.

Appellationi à rejectione appellationis emiſſæ ab interlocutoria ubi jure eſt prohibita, non defertur, n. 36.

Appellationem ut juſte judex rejiciat,cauſa debet eſſe aperta, n. 37. *&* 39.

A rejectione appellationis per ſuperiorem facta cum cauſæ cognitione aut ſine illa, an & quando ſit appellationi deferendum, n. 38.

Appellationi à rejectione appellationis cujus prohibitionis cauſa eſt aperta, deferendum non eſt, n. 39.

Capicius & alii aſſerentes indictè appellationem eſſe licitam a rejectione appellationis,declarantur juxta noſtram dictionem, n. 40.

Notorium aut manifeſtum ubi eſt, appellationem eſſe nullam & non recipiendam, poteſt judex licitè in cauſa procedere non obſtante appellatione, n. 41.

Secus ſi ſumus in dubio, quia tunc regulæ generali eſt ſtandum, dum de caſu excepto non apparet, n. 42.

Appellatio

Appellatio à rejectione appellationis legitimæ admittendæ à diffinitiva eo ipso censetur justificata, n. 43.

Secus in casibus à jure prohibitis, n. 44.

Vim non fieri, declarabit senatus appellationi non deferentem à rejectione appellationis non legitimæ, sed jure prohibitæ, n. 45.

Secus è converso, ibid.

Beneficium concessum per jus commune ubi rejicitur à judicio, licita est appellatio, n. 46.

Appellatio si rejiciatur per judicem dicentem, eo quòd causa sit inappellabilis, cum revera appellabilis sit, judex nihil debet innovare, n. 47.

Appellatio si jure teneat, licèt non deferatur, ejus vigore judex inhibetur juris potentia, & ministerio, n. 48.

Sententia super impotentia appellandi licèt habeat vim diffinitivæ, non tamen admittit appellationem, ubi justè lata sit speciali ratione, n. 49. & 50.

Appellatio à rejectione appellationis quandiu sit necessaria, n. 51.

Cognitio an appellationi sit deferendum nec ne ad effectum exequendi sententiæ, pertinet judici a quo, numero 52.

Cognitio an appellatio sit legitima, admittenda vel non admittenda, pertinet judici ad quem, n. 53.

Appellatio quando evidenter est calumniosa, cognitio pertinet judici à quo, n. 54.

Opposita exceptione super impotentia appellandi, debet adhiberi causæ cognitio ex inspectione actorum, n. 55.

Intimari debet appellanti, an judex deferat appellat. num. 56.

Declarationi judicis à quo an sit deferendum necne, nihil detrahit virtuti appellationis, nec potentiæ superioris, quominus iterum illam queat revocare, n. 57.

Appellatio quando rejicitur cum causæ cognitione & parte opponente, requiritur appellatio alia, n. 58. vel propositæ adhæsio, ibid.

Secus quando sine illa rejectio fit, n. 59.

Rejectio appellationis eo quod sit frivola, vel alia causa expressa, requirit novam appellationem, n. 60.

SOLET judex appellationem à parte interjectam quoties viderit propositam in casu, seu causa sui natura inappellabili, & non admittente appellationem suspensivam, vel quia ampliùs in illa appellari prohibetur: juxta rubrum & nigrum *C. ne licet tertio prov.* & quæ *c. præced.* repellendam non admittendam, aut non deferendum; interloqui à quo quia sentitur se pars gravata, iterum appellans à repulsione confugit ad Senatum Regium pro delatione ejusdem, affirmans illam esse legitimam, & ut tali illi esse deferendum, videtur probari primò ex eo, nam licet sententia, lata super impotentia appellandi sit interlocutoria, quia non est 1
lata super meritis causæ, text. est express. *in c. sua nobis, de app.* ibi interlocutus fuit, *&c.*) ubi not. Bald dicens, quòd sententia lata super articulo juris est interlocutoria, nam pronuntiare, quod non est licitum tertiò pro- 2
vocare, est super articulo juris, quem cæteri ibi sequuntur, & dicit menti hoc tenendum, quia alibi nec notatum nec scriptum invenit, hoc idem voluit gl. *in cle. fi. de app.* facit text. *in l. metum §. & licet ff. quod metus causa*, tenet etiam per Archid. *in c. cupientes de elect. lib 6.* Guid. Papæ *in tract. de app. n. 76.* tamen hæc interlocutoria, quatenus declarat, tertiò provocare, non licere de jure, juxta *d. c. sua nobis*, ibi, non potuisse de jure, *&c.* cùm 3
ponit finem causæ, & ab ea excludit partem, dicitur habere vim diffinitivæ; ita adnotavit Rota *dec.* 86 quæ incipit. *item si pronunciatione, & dec.* 240. *alias* 424. quæ incipit. *item si à diffinitiva*, circa medium, notat Immol. & cæteri *in d. c sua nobis*, ubi Abb. Panorm. *n.* 3. Philip. Franc. *in pr. in* 3. *&* 4 *nota.* Joan. Ant. de S. Georg. *in n.* 2. 4
& n. 4. ergo succedit regula, quòd licèt à simplici, & merè interlocutoria appellatio non sit licita, *l. ante sententiam Cod. quorum appell. non recip. l. ante sententiam ff. de app. defer.* tamen ab interlocutoria vim diffinitivæ ha- 5
bente appellationi emissæ non deferens judex vim facit juxta Conc. Trid. *sess.* 24. *de reform. c.* 20. & quæ nos in ejus comprobationem adduximus supra *lib.* 2 *c.* 1. *à pr.* maxime, quia cum non expectet aliam post se, continet damnum irreparabile ex his, quæ *ibi*, *& d. c.* 20. *Conc. Trid.* ergo & ab ista rejectione appellationis appellationi interpositæ deferendum est.

Et quòd sententia lata super impotentia appellandi dicatur interlocutoria respectu negotii principalis, ta- 6
men quatenus diffinit articulum, & instantiam appellationis, vim diffinitivæ habere dicatur, probant post Bal. Philip. Franc. *in c. sua nobis 65. n. 3. de app.* Cardin. *in cle. 1. col. 1. in fi. vers. 2. quaro de ap.* & novissimè Aloysius Riccius *in prax. dec. 2. p. dec.* 107. *num.* 5. & 6. *fol.* 148. vide infrà *n.* 49.

Secundò & pro hac parte magis in specie urget & 7
fortiter; quoniam non solùm in hoc casu permittitur appellari, verùm etiam appellari pars necessitatur, nam si pars appellationem aliqua causa, seu articulo prorumpens, judex denegaverit delationem, ab hujusmodi delationis negatione teneri de jure, aliam appella- 8
tionem interponere probat Inn. *in c. castor. §. præterea, col. 2. de off. deleg.* ubi dicit, quòd quando judex interloquitur super non admissione appellationis, præjudicat appellanti, nisi iterum à dicta non admissione appelletur. Unde Card. *ibi*, 6. *col.* dicit, quòd ad hoc evitandum debet appellans appellare etiam à rejectione, & sic quando judex rejicit, idem Card. *in clem. 1. de dolo & contum. n.* 9. sequitur Salcedus *in addit. ad prax. Bernard. Diaz. c.* 150. *n.* 18. Afflict *in const. reg. in proœmio rubricarum n.* 48. Roland à Valle *cons.* 38. *n.* 13. *vol.* 1. Cened. *in collect. ad decretal. collect.* 17. *n.* 13. qui loquuntur in judice Ecclesiastico negante hanc delationem, Capic. latè *in dec.* 34. *n.* 6. Et hinc est, quod dicit Bertachi, *in suo reperto, 1. f. verb. appellatio admittitur, vers.* 29. quod si judex à quo non vult deferre appellationi, iterum debet appellari, allegat Card. *in d. clem. 1. q.* 4. & Panorm. *ibi in additione ad gl.* & quod idem Capic. *in dec.* Neapolit. *in d. dec.* 34. *n.* 11. ubi dicit, quòd quando appellatio non admittitur per judicem à quo, licitum est appellare ad judicem ad quem, & ab eo pendet admittere vel non, *ex l. si cujus. & l. sciendum ff. de app. recip.* Bart. *in l. chirographis §. 1. in 1. nota. ff. de adminis. tutor.* & per Card. *in d. clem. 1. de dolo & contum.* & Matesilam. *in suis sing. annot. annot.* 22. dicit Marant. *de ord. judic. 6. p. tit de app. n.* 410. quod si aliquis appellavit ab interlocutoria, & judex non admisit appellationem, debet etiam ab ista non admissione appellare, aliàs appellatio censetur deserta, & 9
non potest gravamen reparari per appellationem à diffinitiva, quod dicit notandum, quia poterit per hoc sæpius appellantem illaqueari facere: ergo sequitur, quòd si est licita, ei non deferens vim faciat.

Quibus convenit, quòd suprà *hac* 3. *p. c. 6. in fi.* dixi- 10
mus, quòd quando judex appellationem in causa ab aliquo interjectam, tanquam frivolam aliqua juris ratione motus (de quibus nos latiùs in *eod. c.*) rejecit, si pars hujc rejectioni non contradixerit, appellationem interponendo; videtur sibi præjudicare, quia videtur agnoscere, eam esse frivolam, & rejectioni consentire secundùm Card. Zabarel. *cons.* 32. Card. Tusc. *1. tom. conclus.* 397. *ante fi.* idem tenet Card Alex. *in cap. ut debitus* 59. *n.* 11. *vers. & sic habetis de app.* quem solùm referens sequitur noviss imè Escac *de appel. q.* 17. *lim.* 47. *memb.* 1. *sub n.* 166. *vers. amplia secundo.*

Sed contraria sententia, & opinio longè verior, ni 11
fallor, & probabilior est: ut scilicet, ab hujusmodi appellationis repulsione, rejectione, & non delatione appellationi interjectæ judex non deferens, nullam facit violentiam (admittendo eandem scilicet in terminis, de

de quibus loquimini) nempe quando judex repellit libellum appellationis,in casu, & causa revera, in quo sui natura appellatio,aut prohibita est, aut delationem non patiatur,aut aliter excluditur,puta, quia tertia dicitur in illo articulo , postquam bis jam appellaverat ;
12 sic itaque hujusmodi resolutio pendet à causa principali,nam si in illa jus appellationem non admittit,nec à judice eam non admittente, júsque exequente appellatio licita dicetur , quia juris executio non gravat ;
13 nam ubi jus non defert, nec judex deferre tenetur , *c. cum appellationibus frivolis : nec jus deferat,nec sit à judice deferendum , &c. de appell. lib.6.*

14 Pro quo etiam facit,nam si judex rejecit , & non admisit exceptionem non debito , nec legitimo tempore oppositam ; non est licita appellatio ab hujusmodi rejectione interposita,text.est *in c.super eo,in vers.si autem de appell.*ubi notat per eum Joann. Anton. de sancto Georg.Card.Alex.*n.3. vers. nota ex vers.si autem.* Hinc est quòd executor non tenetur admittere , sed omnino
15 rejicere exceptiones frivólas oppositas ; quapropter appellatio ab hujusmodi rejectione exceptionis frivolæ jure calumniosa reputatur , nec defertur,tradit Ancara.*cons.*224.Bercius.*cons.*14.*lib.*1.sequitur Rot.*decis.* 155.*num.*5.*in noviss. recollect. per Farinac.*1. *p.*quibus convenit text.elegans *in l.ejus qui ff.de appell.recipiend.* ubi dicitur quòd à judice repellente alicujus petitio-
16 nem in causa , qua jus ei denegat , audientiam,appellationi interpositæ deferendum non sit *ibi* , audiri desiderium prohibetur, & si ob eam causam provocaverit, appellatio ejus recipi,sacris constitutionibus vetatur,*&c.)* quod nos altiùs examinavimus superiùs *part.* 2.c.8.*ad m.*ubi per totum capitulum egimus de deneganda appellatione, ubi lex denegat audientiam parti, ac desuper facit , quod dicit in proposito Capici *d. de-*
17 *cis. num.*2.latè Gratian.*decis.*54.*à num.*1. *& per totam* , quòd quando duæ sententiæ sic se habent , ut secunda sit executio prioris , si non potest appellari à prima : pariter nec poterit appellari à secunda , quæ fuit doctrina Bal. *in l. si cum executione. §. hac autem. ff. de eo quod metus caus.*& faciunt quæ de mandato de exequendo nos diximus latè suprà 2.*p.c.*1.*per totum.* ergo idem in nostro casu venit necessariò dicendum , quòd cum revera appellatio non admittitur in causa principali , nec admitteetur emissa à judice illam rejiciente,seu non deferente.

18 Insuper probatur , nam ex quo lex in causa revera prohibet appellationem si admitteretur ab ejus rejectione , de nihilo serviret prohibitio , quia in effectu idem esset, cùm pariter suspenderet judicis jurisdictio-
19 nem , & impediret sententiæ , seu etiam sententiarum trium conformium executionem , & sic quando jus prohibet , prohiberi etiam debet à judice illam repellente,quia quod una via prohibetur alicui , ad id alia non debet admitti,& cum quid prohibetur,& censetur prohibitum omne per quod pervenitur ad illud , tex
20 *in l. Horatio ff. de sponsalibus* , quo etiam argumento in specie appellationis prohibitæ utuntur B.*in l.uni.*4.*n.*4. *C.si de mumen.p. ff. fuer. appellat* Menoch. *de adipiscen. poss.rem.*4.*n.*816. quò pertinet , quod Ancaran *cons.* 38.
21 Card. Tusc.*concl.*101 *post.num.*11.1.*tom.*nam si hoc casu admitteretur , nulla sententia effectum sortiretur , nec exequeretur , nec judicium aliquod finem haberet , cùm semper ab abnegata appellationis admissione pars provocaret ; & sic suspenderet semper judicis jurisdictionem.

22 Caterum quoniam eo ipso quòd jus appellationem prohibeat , à denegatione iterum emissa juris contraria est,quia ei jus resistit,ac ideo non habet adminiculũ juris,omnique ejus fomento caret quapropter ei tanquam justitia destitutæ,deferendum non est , secundùm Bal.doctrinam *in cap.pastor. column.*2. *de offic. deleg.* Iss. *consil.*187. *column.*6.*vers.ubicunque.* Roland. à Valle Salgado de protect. Reg. *cons.*77.*n.*21.*totum.*2.*tom.*1.quia quæ contra jus fiunt, debent utique,pro infectis haberi,*l.nõ dubium.C.d.eg.* quare frivola dicitur meritò,cùm nihil prodesse possit nec ullum unquam juris effectum sortiri, juxta ea quæ
23 nos latè ex Philippo Franc.Maran.Manuel. Rodr. Menoch.& aliis diximus *suprà hac 3.p.cap.*6. quia quocumque vadat, semper injusta judicanda est , ex quo
24 semper jus excludit , & exprobat ejus fundamentum ex quo dictat, appellandum non esse à causa principali & judex appellationem hujusmodi repellens,juris exe-
25 cutor est super determinatione juris , & sententia , à quo quidem hoc casu non licet appellari , cum potius ab ipsa lege , & ejus dispositione interjecta appellatio judicatur,juxta tex.*in c.consul.*29.*de appell.*text.*in c.cum in cunctis de elect.lib.*6.text.*in c.relatũ.de cler.non. resid.* ex quibus probatur ab eo , quòd sit secundum legem , & juris dispositionem , & canonicas sanctiones,judiceque eas exequente , appellationi emissæ minimè deferendum , de quo nos exactissimè & accuratè examinavimus,multa congerentes *suprà hac 3.p. c. 6. per tot.*
26 pro quo facit illud Actuum Apostolorum *c.* 9. Durum est contra stimulum calcitrare.

Quibus quidem convenit , quod ex Bal. *in cap. sua* 27 *nobis de appell.*notant ibi Doctores,nempe, Joann.Anton. de Sancto Georg.*num.*8.*&* Philip.Franc.*colum.*3. *ver.sed quare jur. si est tertio appellat.* ubi se remittit ad se ipsum *in c.directe eodem tit.* dicit igitur Bal. quòd in tantum non potest tertiò appellari in aliqua causa , seu articulo , ut sententia super tertia appellatione lata sit ipso jure nulla , cum sententia data contra sententiam translatam jam in rem judicatam,est nulla ipso jure,jux-
28 ta tex.*in l.1.C.quando provoc.non est necesse.cum similibus.* quòd licèt Bal.ipse declaret , & intelligat ibi hoc procedere , quando esset per adversarium exceptum , & probatum scilicet ex actis processus de duabus appellationibus præcedentibus,ut secus sit , quando exceptum & probatum non est , quia hoc casu validam esse sententiam putat : tamen contrarium adversus illum(& rectè)affirmat Philip.Franc.*in d.c.directè colum.*4.*vers. octava conclusio sit.*&c.ut scilicet indistinctè , & in hoc casu sententia virtute tertiæ appellationis nulla sit , justè motus, quia prima sententia confirmata per duas appellationes & sententias , non potest rescindi , *clem.* 29 *si appell.de appell. clem.* 1. *de re jud.*& probat ratione (quam dicit evidentem) tertia appellatio non valet , juxta text.*in d.c.sua nobis,& l.unic.C.ne lic.ter.prov.* ergo 30 non devolvit causam ad superiorem,ut dicit Immol. *in eodem c.sua nobis , crica med.* ergo ejus sententia ex defectu jurisdictionis nulla est ipso jure, & hoc quando non fuit exceptum , ut inquit ille.

At verò quando fuit exceptum, & in dubium revo- 31 catum super ipsa tertia appellatione,& judex pronunti-asset se competentem , & partes coram eo litigaverunt , tunc sententia lata valeret bene , prout in simili dicunt Innocent.& Doctores *in c.super literis.de rescr. ad intellect.& clem.si appell.* & ad intellectum *c. primi , de rescript.in* 6.ubi notat per Lapum, & quod in simili dicit Innocent *in c.* 1. *de confirmatione util. vel inut.* & quod latè ipse idem Philip Franc.*in c. ex ratione in membr.* 8.*princ. de appellat.* & ita hæc opinio Philippi Franci mihi probabilior videtur.

Ampliùs & hæc pars fulcitur ex text. *in d.c.sua no-* 32 *bis , de appell.*ubi postquam auditor cui causa commissa fuit interloquutus est , partem alteram minimè potuisse tertiò provocare,mandavit Pontifex ipsi judici , ut ulterius in causa illa non procedat , partique perpetuum imposuit silentium super illa attentatum vocans quidquid in posterum gestum fuerit , *&c.*

Et sic sequitur ex supradictis, quòd quando rejectio 33 appellationis,seu non admissio ac denegata delatio cadit super causa,seu articulo privilegiato,illam non admittente,vel aliter prohibente,quia tunc à rejectione ,

vel repulsione appellationi non deferens, vim judex non faciet, secus autè quando interponitur à rejectione appellationis emissæ à sententia, seu articulo, quo de jure rectè permittitur appellatio quoad utrumque effectum devolutivum, & suspensivum simul, quia tunc ut justæ, & legitimæ omnino deferendum esse, aliter vim facit judex, ita dicit Matth. de Afflict. *in proœmio constit. Neapolit. num.* 48. quòd si judex Ecclesiasticus non admittat appellationem ab eo interpositam in casu, quo de jure interponi poterat, juxta notata *in cap. sape de appellat.* & ab eo non fuisset admissa, quòd poterit & à rejectione appellari, & appellatio justa & licita est, & suspensionem parit. Matth. de Afflict. sequuntur Roland. à Valle *consil.* 37. *num.* 13. *vol.* 1. Salced. *in addit. ad praxim.* Bernard. Diaz *in cap.* 150. *num.* 18. *post medium.* Sequitur Cened. *in collect. ad decret. collect.* 17. *n.* 3 qui quidem omnes ex hoc inferunt, quod si pendente hac appellatione à rejectione appellationis à
34 sententia emissæ, quam jus permittit, petierit, pro sententiæ hujusmodi executione auxilium judici seculari, iste illi justè denegabit illud, post quàm sibi fuisset compertum, cùm certi juris sit, hujusmodi appellationem suspendisse jurisdictionem judicis Ecclesiastici, & ejus sententiam.

35 Et in expresso, quòd è converso quando scilicet interponitur appellatio à causa, seu sententia, sive interlocutoria, sive diffinitiva, eam non admittente, vel à judice procedente appellatione remota, vel quando aliàs minus legitimè appellatio proponitur, puta ultra terminum, & sic in casu, quo probabiliter, judex justè delationem, & admissionem recusavit, ut in hoc casu non procedere superiorem doctrinam probant expresse Salced. *ubi proximè d. n.* 18. *vers. hæc tamen communis & verissima sententia*, & Cened. *d. collect.* 17. *d. n.* 3. *vers. hæc tamen omnia verissima sunt*, & sentit Capic. *dec.* 34. *n.* 5. *in fin. & n.* 6. qui loquitur in denegatione appellationis à sententia lata in possessorio, *ibi*, etiamsi appellare à decreto potuisset, *&c.*

36 Et quòd à sententia interlocutoria, qua rejicitur appellatio, non admittitur appellatio, tenent B. *in l.* 1. *fin.* ubi Matthesi. *num.* 4. *C. quorum appell. recip.* Matt. *consil.* 529. *n.* 30. Cephal. *consil.* 185. *num.* 3. *lib.* 2. Contard. *in l. unic. C. si de mon poss. fue. appell. quæst.* 5. *inhibitionis n.* 9. *& quæst.* 1. *n.* 27. *usque ad n.* 31. quos sequitur Gratian. *decis.* 8. *à n.* 3. quos intellige secundùm nostram doctrinam, nempe quando justè judex appellationem rejecit, quia sic natura causæ petebat, vel quia erant tres conformes, vel alia justa de causa ut constat ex eodem
37 Contardo, *ibi d. q.* 5. & Grat. *num.* 5. dum post Alexand. *in addit. ad Bar. in d. l.* 1. *C. quorum appell. non recip.* dicunt, quòd ad rejiciendam appellationem, causa debet esse aperta, propter quam judex appellationem rejicit, vide *num.* 39.

Et quatenus autem Gratia. *ubi proximè à num.* 3. *& seqq.* faciat distinctionem, interjectam appellationem absque causæ cognitione, & partis citatione, &
38 rejectionem sine illa, ut in primo casu non admittatur appellatio à rejectione, in secundo autem sic procedit in judice ad quem, facientem hanc declarationem, ut constat ex Contardo, Bar. & aliis ab eodem Gratiano citatis, & post eos Ricc. in loco statim citandus; secus autem quando à judice inferiori rejectio facta est, quia tunc non est necessaria alia causæ cognitio in hoc, cùm ipse habeat notitiam status negotii, & ejus naturæ.

39 Et quod à rejectione appellationis, quando causa illam prohibens est aperta, non possit appellari, probat novissimè post Alexand. B. *in l.* 1. *C. quorum appell. non recip.* & Contard. *in d. l. unica quæst.* 5. tenet & sequitur Aloys. Ric. *in pract. dec.* 2. *p. dec.* 107. *à n.* 7. & præcipuè.

Et ad Capicium, superiùs per nos citatum, *in d. de-*
40 *cis.* 34. *num.* 6. *&* 7. Franch. *in c. cum speciali §. porrò n.* 8. *de appell.* Angel. de Peru. *in l.* 1 *in fin. C. quorum appell.* Natt. *consil.* 520. *judex ecclesiasticus num.* 30. Contar. *in l. unic. q.* 5. *sub n.* 30. *ver. possent tamen. C. si de nomen. poss.* dum simpliciter dicunt, esse licitam appellationem à rejectione, seu non admissione appellationis, respondetur, ut procedant, quando rejicitur in casu, quo jure non reperitur prohibita, secus autem quando notorie constat illo casu appellationem de jure esse receptam, tenet & declarat Sigism. Escac. *de appell. q.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 166. *per tot.* præcipuè *vers. declara secundò*, Contard autem ipsum se declaravit *in d. l. unic. q.* 5. & hoc casu non obstante appellatione à rejectione appellationis non admittendæ, posse judicem ad ulteriora procedere, firmat Escac. *ibi*, ex iis, quæ ipse scripserat *quæst.* 11. *n.* 11.

Quia quando est notorium, vel manifestum appel- 41
lationem esse nullam, seu injustam, aut non recipiendam, potest judex à quo, licitè ad executionem sententiæ procedere, non obstante appellatione, Specul. *tit. de appell. §. nunc dicamus, sub n.* 8. *lib.* 2. *fol.* 194. Joan Andr. *in cap. pastoralis n.* 11. *de off. deleg.* Franc. *in c. constitut.* 45. *sub n.* 18. *de appell.* Roland. à Valle *consil.* 77. *viso sub. n.* 5. *l.* 2. Rot. *decis.* 35. *aliàs* 234. *si rector. de appellat. in novissi.* Caputaq. *decis.* 32. *attentare*, & latiùs *decis.* 328. *seu* 3. *executio sententiæ n.* 2. *p.* 1.

Secus si simus in dubio, quia tunc regulæ permissivæ 42
appellationis standum est (dum de exceptione, & limitatione non apparet) pluribus relatis tenet Petr. Surd. *consil.* 180. *num.* 9. Aloys. Ricc. *pract. decis.* 2 *p. decis.* 107. *num.* 2. *&* 3.

Pro quibus etiam facit, quod eleganter dicit Philip. 43
Franc. *in c. interposita, col.* 3. *post. med. vers. quinò lim. de appell.* ubi dicit, quòd omni casu, quo constat ex juris dispositione appellationem fore legitimam, puta; si est appellatum à diffinitiva, & quia non fuerit admissa, iterum appellatur, censetur justificata talis appellatio eo ipso, quòd appellatio à diffinitiva non admittitur, *c.* 1. *§. his qui, & c. cum appell. de appell. l.* 6. secundùm Hostiens. & Joan. And. pro quo etiam allegat text. *in l. si cujus, ff. de appell. recip.* hoc tamen intelligendum esse 44
declarat ipse Franc. *ibi* non procedere quando appellatur in casibus à jure prohibitis; secundùm, ea quæ habentur *in c. Roma. §. quòd si objiciatur, de appell. lib.* 6.

Itaque ex supradictis rectè deducitur duplex con- 45
clusio: Prima quòd appellationi interpositæ à judice repellente, seu non deferente appellationi emissæ in casu aliàs prohibito, & inapellabili, seu privilegiato, non deferens vim non faciet. Secunda poterit esse conclusio, quòd appellationi interpositæ à judice repellente, seu nolente deferre appellationi interjectæ in causa, quia appellare jus permittit, si judex Ecclesiasticus non detulerit, vim facere declarabitur ex superiùs dictis, prout etiam in casu violentiæ, seu nostri recursus loquitur Cened. *ubi suprà.*

Insuper hæc secunda conclusio confirmatur, ut hu- 46
jusmodi appellatio à denegata appellatione (ubi jus permittit) sit justa, legitima ex eo, nam quando rejicitur beneficium concessum per jus commune, licita est appellatio: ubi siquidem denegatur observantia juris communis, ibi infertur gravamen, ac propterea valet appellari. text. *est in l.* 1. *§ si quis tutor, ff. quando appellandum sit* ibi, & si fuerit repulsa, *&c. l. excusationes C. de excusat. tut. l. si quis provocationem, C. de appell.* Specular. *tit. de appell. §. in quibus n.* 30. *vers. cæterum si judex*, & ibi Additionnat Bald. *consil.* 378. *n.* 2. *l.* 3 Card. Tusc. *concluj.* 359. *tom.* 1. plures citavi *cap. seq à n.* 35. *&* 4. *p.* 6. 7. *d. n.* 10. Ergo beneficium appellationis jure communi ad præsidium oppressorum institutum, si auferatur, legitima erit causa appellandi.

Pro quo facit adhuc, quod dicit Paul. Castr. *in l.* 3. 47
C. de appellat. quem refert & sequitur Ilf. *consil.* 187. *circa primum colum. 6. vers. quarto accedat lib.* 2. & Roland. à Vallo *cons.* 77. *num.* 3. *lib.* 2. Lancelot. Robert. *de attent.* 2.

part.

part. c. 12. ampliat. 5. n. 3. & 4. quòd si judex à quo noluerit deferre & recipere appellationem ad eum, quod non poterit in eo poni quia causa erat inappellabilis, vel bis jam appellaverat, ut in casu *l. 1. unic. C. ne liceat 3. vices* si tamen revera appellatio jure tenet, ac minùs justè repellitur, tunc judex nihil debet innovare, quod si fecerit, indistinctè revocabitur, quia cùm appellatio de jure teneat, licèt non sit recepta, causat attentata ministerio juris, & potentiâ, text. expressus *in l. 1.* & ibi DD. *toto tit. ff. nihil novari appellatione pendente.* Pro qua doctrina est etiam text. expressus *in l. cujus, & in l. sciendum, ff. de appell. recip.* Speculat. *tit. de appell. §. nunc dicamus num. 8. vers. item appellatione, lib. 2. fol. 194.* Greg. Tholos. *tract. de appell. l. 5. c. 12. n. 2.* Franc. *in cap. sæpè n. 14. & in cap. ut debitus, sub n. 42 de appell.* Angel. Aret. *in l. 5. si cujus n. 1. de appell. recip.* Roland à Valle *consil. 77. vol. 2. & bene sub n. 4. & n. 5. & seqq. lib. 2.* Escacia *de appell. q. 11. n. 10.* Lancelot. *de attent. 2. part. c. 12. in præfatione num. 110.* quamvis quando non recipiantur à judice appellationes, quas de jure recipere, & deferre tenebatur, tamen causant attentata, & devolvunt ad superiorem, & conquiescit judicis officium, quia inhibetur à jure.

Nec iis obstant fundamenta in prin. pro contraria parte adducta, quæ parum urgent facta supradictorum
49 reflexione. Non primum, cui dupliciter respondetur, nam licèt habeat diffinitivæ interlocutoria super impotentia appellandi, tamen ab ea non permittitur appellatio, quando judex justè & jure eam tulit, puta quia causa revera non patitur appellationem, ex rationibus specialibus superiùs adductis, excludentibus hujusmodi appellationem, prout vidimus in sententia super desertione *cap. fin.* & sic fallit in hoc casu. Et secundò respondetur, ut procedat, & locum habeat in secunda conclusione superiùs posita, nempe, quando emittitur appellatio à rejectione appellationis à jure admissæ.

50 Nec obstat secundum, cui pariter respondetur, ut procedat prout ferè omnes DD. in eo citati loquuntur, scil. certum appellatio a rejectione appellationis sit legitima, quoties appellatio rejecta jure non prohibita, sed permissa est, quorum superiùs mentionem fecimus & ad idem citavimus: secus autem ubi appellatio à rejectione
51 hoc justo fundamento caret. Illud autem, quod ibi diximus, necesse esse, appellari iterum à rejectione appellationis: intelligendum, & declarandum censeo, quando judex, parte opponente, & per causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum, interlocutoriam tulerit; repellendam appellationem, seu non deferendum.

Pro quo suppono, quòd cognitio, an appellatio sit justa, legitima necne, potest fieri duobus modis: uno
52 modo ad sciendum, an sit deferendum necne appellationi interpositæ, alio modo an appellatio sit legitima, & admittenda necne? Primo casu talis cognitio spectat ad judicem à quo, an debeat deferre, vel non, appellationi ad effectum exequendi, vel ne suam sententiam. Secundo autem casu spectat cognitio ad ju-
53 dicem ad quem, judicaturus, an appellatio sit legitima, & prohibita, nunc ad effectum illam admittendi, vel non, *l. Chirograph. 1. §.* ubi B. *in 1. notab. ff. de admin. tut. c. dilectus filius de rescript.* Specula. *in tit. de appell. §. nunc dicamus n. 2. & 3. & n. 9.* Bal. *in l. appellatione n. 8. C. de appellat. & in cap. pastoralis §. præterea n. 5. de offic. deleg.* Franc. *cap. constitutus, n. 19. & in cap. de priore n. 1. de appel.* & est communis, ut per Iserniam testatur Contar. *in l. uni. C. si de nom. poss. fuer. appell. quæst. 19. n. 9.* & latiùs *quæst. à n. 16. cum seqq.* ubi multa notabilia ponit in materia; inter quæ, & illud quòd quando appellatio evidenter est calumniosa, tunc sine dubio talis cognitio
54 spectat ad judicem à quo, non autem ad judicem ad quem, ut per Joan. Andr. Butri. & Bella *in locis ab eo citatis* Salgado *de protect. Reg.* *tertia num. 19.* supradicta sequitur Farinac. *in præx. crim. 2. tom. 3. 38. n. 29* nec dissentit Lancelot. *de attent. 2. part. c. 12. ampliat. 5. n. 2.* & de praxi testatur Jul. Clar. *quæst. 64. vers. sed quid agendum*, comprobat Cyr. *in sum. crim. rub. 31. de appell. § fin. n. 1. fol. 170.* 55

Tunc igitur si à parte opponatur de impotentia appellandi, vel deferendi judex terminos text. *in d. c. fua nobis, de appell.* quæ ibi Bal. & Joan. Anton. de S. Georgio *n. 8.* Franc. *in col. 3. vers. sed quæritur*, & idem *in cap. d. rectè concl. 8. eod. tit.* debet adhibere causæ cognitionem, scilicet ex inspectione actorum tenet Philip. Franc. *in c. cum speciali, §. porrò, col. 4. de appell.* Lancelot. *de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 5. n. 13.* ultra quos probat Bar. post glossam *in l. 1. in fin. C. quorum appell. non recip.* Capic. *decis. 34. sub. n. 11.* & Bartol. etiam sequitur Bertach. *in repert. verb appell. admittitur*, etiam citatio, & præsentia partium debet adesse, ut Innocent. *in c. pastor. §. præterea, col. 2. de offic. deleg.* adductus *suprà in d. 2. argum.* per quem ita eleganter advertit Capic. *ubi proximè, n. 8. & suprà*, ubi optimè discutit. Pro quo etiam fa- 56
cit, quod dicit Bertach. *in repert. verb. appell. admittitur vers. 36.* per Cardin. *in clem. 2. §. 1. q. 2. de appellat* ut appellationi an deferat judex, debet appellanti notificari, ac tandem suam interlocutoriam judex profert, text. *in d. c. fua nobis de appel. c. cum super Abbat. de off. deleg.*

Unum tamen necessarium est advertere: quòd hæc 57
interlocutoria judicis à qua denegat appellationem nihil rei veritati officit, nec impedit, ac enervat vires appellationis, nec etiam hæc cognitio impedit cognitionem judicis ad quem, ad cognoscendum, an de jure sit ut legitima admittenda, necne, & poterit eam revocare, text. est elegans *in d. c. super Abbat.* Speculat. *in tit. de appell. §. nunc dicamus, post med.* Philip. Franc. *in c. ut debitus honor. col. 19. in prin. de appell. sub vers. in glos. in verb. ex rationabilis causa.* Capic. *ubi proximè d. num. 11.* idem Franc. *in cap. cum appell. de appell. n. 2.* idem facit quod Foll. *in pract. crim. verbo. & si confitebuntur, in 3. p. post n. 5.* Caravit *super ritu magnæ Curiæ 159. n. 16.* Farin. *in pratt. crim. 2. tom. 38. n. 8* facit insuper doctrina Paul. Castr. *in l. 3. C. de appell.* & sequentium suprà relat. & optimè text. *in l. 1. cujus, & l. sciendum. ff. de appell. recip.* & sic quando parte opponente, & cum causæ co- 58
gnitione ac interlocutoria appellatio rejicitur, tunc necessaria est dicta appellatio à rejectione, quod declara, ut etiam sufficiet, ut appellans insistat in appellatione rejecta, licèt iterum à rejectione non appellet, ut dicit Card. *in d. §. præterea*, per quem etiam Capic. *sup. à n. 12.*

Secus autem est dicendum, quando judex simpliciter & absque oppositione partis, causæ cognitione & similiter appellationem rejecit, ut puta quando simpliciter 59
dicit, repellatur appellatio, aut non admittatur, aut non est locus delationi, aut dicat, audiatur seu adjiciatur processui, seu actis, seu intimetur parti, & similiter, nam tunc non est necessaria appellatio alia, sed jus operatur. Quod fallit, quando judex ita simpliciter, & absque causæ cognitione rejecit appellationem, tanquam frivolam, quia tunc requiritur appellatio alia, cum aliter 60
videtur assentire, appellationem esse frivolam, ut ex Zabarel. & Tusc. suprà dixi ad finem secundi argumenti contrariæ partis, & idem ego admitterem, quando judex similem causam in rejectione adjecerit, puta, quia est tertia appellatio, & similiter ex identitate rationis sc. ultra hos casus autem appellatio à rejectione necessaria non est. Philip. Franc. *in cap. constitutis, col. ult. de appell.* sequitur Capic. *d. decis. 34. n. 12.* & est text. *in cap. super Abbat. de offic. delegati.*

CAPUT XVIII.

A judice deferente appellationi minimè deferendæ, ſeu etiam ab eo revocante delationem, procedentéque ad ſuæ ſententiæ executionem, ſeu ad ulteriora: appellationi interjectæ non deferens, vim an faciat, & quid à declarante appellationem à diffinitiva deſertam.

SUMMARIUM.

Per delationem appellationis judex abdicat à ſe omnimodam juriſdictionem, & in ſuperiorem transfert, n. 1.

Sive appellatio ſit interpoſita ab interlocutoria, ſive à diffinitiva, ibid.

Sive delatio fiat in caſu appellabili, ſive etiam ubi erat prohibita appellatio, quia judex non poterat ad executionem ulteriùs procedere impediente dilatione, n. 2.

Delatio appellationis cum clauſula (ſi & in quantum) pendet à juris diſpoſitione, quia non intelligitur delatum, ubi jus prohibitionem prohibet, n. 3.

Delatio appellationis, & inhibitio pariter procedunt in tollenda juriſdictione, etiam iis caſibus quibus judex à quo poterat appellatione non obſtante exequi, n. 4.

Inhibitio ſuſpendit juriſdictionem judicis à quo, etiam ubi aliàs poterat exequi, quia ſententia erat privilegiata, n. 5. ut in exemplis, ibid.

Judex poteſt pendente appellatione ab interlocutoria mere procedere ante inhibitionem, n. 6.

Judex appellatione pendente ab interlocutoria habente damnum irreparabile, vel præjudicium, cauſa principali ſupersedere tenetur, n. 7.

Inhibitio emanata vigore appellationis à mere interlocutoria intimata judici à quo, impedit proceſſum ad ulteriora, & debet ſupersedere, n. 8.

Appellationi à delatione appellationis interpoſitæ à ſententia & judicio privilegiato, an ſit deferendum, n. 9.

Delationem appellationis non deferendæ judex an poſſit revocare, n. 10.

Judex non poteſt ſemel à ſe abdicatam juriſdictionem per delationem reaſſumere, n. 11.

Judex non poteſt ſemel à ſe abdicatam juriſdictionem per delationem reaſſumere, etiam de conſenſu partium, n. 12. contrarium, n. 57.

Etiam ſi judex detulerit ſive expreſsè, n. 13.

Deferre appellationi tacitè cenſetur judex, quando concedit apoſtolos reverentiales, ſeu remiſſoriales, n. 14.

Delatio tacita inducitur quando judex dederit ipſa acta pro apoſtolis, n. 15.

Delationis vim habet denegatio apoſtolorum, vel quando judex requiſitus non tradat illos intra tempus, n. 16.

Delatio appellationis an probetur per verba Notarii dicentis quia judex benignè recepit appellationem, n. 17. remiſſivè.

Delatio an indicatur ex aſſignatione termini ad proſequendam appellationem, n. 18.

Judex à quo etiam poſt delationem poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendum ſive incontinenti, ſive ex intervallo, n. 19.

Deferre appellationi & terminum præfigere ad proſequendum non eſt idem, n. 20.

Delatione appellationis minimè deferendæ precedente, etiam ſine revocatione poſſe judicem exequi ſententiam privilegiatam, qui teneant, n. 21.

Non quod ſit, ſed quid fieri debet, eſt attendendum, n. 22.

Delationem revocare, juriſdictionem reaſſumere, atque ulteriùs procedere poteſt judex, ſi ſententia ſit privilegiata, ſeu aliàs inappellabilis, contradicente ſcilicet, & appellante appellato, in cujus favorem eſt denegata appellatio, n. 23.

Rotæ Romanæ determinatio in hoc articulo referitur, n. 24.

Cauſa mercedis non recipit appellationẽ ſuſpenſivam, n. 25.

Pars cujus intereſt appellationi non deferendæ ne deferatur, ſi non contradicat, aut appellet à delatione, ipſam judex proprio motu non poteſt revocare, n. 26.

Non contradicente appellato cui delatio officit appellationis frivolæ, poteſt judex à quo ſuper juſtitia cauſæ valide procedere, n. 27.

Delatio appellationis non deferendo operatur ſuos effectus non contradicente appellato, cui delatio nocet, n. 28.

Probatio quæ non debuit admitti, admiſſa tamen valet, n. 29.

Delationem injuſtam poteſt judex revocare, & ſententiam privilegiatam exequi, ſecuta contradictione partis appellatæ, cui delatio officiebat, n. 30.

Delatio appellationis deferendæ nullum cauſat gravamen, num. 31.

A delatione appellationis minimè deferendæ appellatio licita eſt, n. 32.

Contradictio nulla major appellatione, quia actui opponitur, n. 33.

In appellatione ab injuſta delatione appellationis debet inferi cauſa gravaminis, ſcilicet, appellationem in illo caſu prohibitam, n. 34.

Appellationis denegatio in cauſa eſt magnum privilegium, utilitas, & favor & judicium executionem merens longè uberius eſt aliis, n. 35.

A judice privante beneficio juris communis appellatio legitima judicatur, n. 36.

Appellatio eo ipſo cenſetur juſtificata, cujus gravamen apparet per ſolas allegationes juris, ut à ſequeſtro, quod à jure regulariter eſt prohibitum, n. 37.

A rejectione appellationis à jure prohibitæ interpoſita appellatio non admittitur, n. 38.

Secus ſi ſit in caſu permiſſo interpoſita, quia tunc à delatione non admittitur appellatio, ibid.

Oppoſitum in oppoſito idem operatur, quod propoſitum in propoſito, n. 39.

Judex non poteſt revocare interlocutoriam qua ejus finitur juriſdictio, nec illam ulteriùs poteſt reaſſumere num. 40.

Quod procedit in judice delegato declarante ſe judicem incompetentem, n. 41.

Judex ordinarius poteſt revocare interlocuteriam, per quam ejus finitur juriſdictio, & de ratione, n. 42.

Inhibitus judex poteſt ea facere, quæ tendunt in facilioremexitum appellationis, n. 43.

Delegatus non poteſt poſt delationem ulteriùs in cauſa ſe intromittere ante remiſſionem, n. 44.

Executor datus acceſſorie puta ad gratiam, poteſt interlocutoriam, qua ſe non judicem declaravit, revocare, n. 45.

Principalis cum durat gratia, per judicis acceſſoriam pronuntiationem non tollitur jus partis, n. 46.

Matrimonii queſtio ſi incidat, & remittat laicus judici Eccleſiaſtico, poterit hanc remiſſionem iterum revocare, n. 47.

Delegatus non poteſt revocare interlocutoriam, qua ſe incompetentem declaravit, quod intellige ſuo motu proprio, n. 48

Appellatione mediante ab interlocutoria qua juriſdictio eſt finita, poteſt illam delegatus revocare, & reaſſumere, n. 49.

Inhibitionem ſuam ſi judex revocat, & à revocatione appellatur, poterit revocationem iterum revocare, n. 50.

Per delationem non expirat radicitus delegati juriſdictio, ſed ejus exercitium tantum retenta potentia & habitu, n. 51.

Violentiam adeſſe decernet Senatus, ſi judex non deferat appellationi ab injuſta delatione appellationis prohibitæ, & minimè deferendæ, n. 53.

Sed hoc caſu potius cadit tertium genus decretorum, ſcilicet, que reaſſumiendo la juriſdicion y reponiendo lo hecho no haze fuerça, &c.

Conſtat

Constante contradictione partis appellatæ potest judex delationem revocare, & reassumere, ibid.

Delationem injustam non potest judex revocare, non intervenient contradictione aut appellatione partis appellatæ, cui nocet delatio, nec tunc potest reassumere jurisdictionem, n. 54. & 56.

A revocatione injustæ delationis non præcedente contradictione partis appellatæ, poterit idem appellans iterum appellare, n. 55.

Judex qui detulit appellationi ab interlocutoria, poterit de consensu partium delationem revocare, n. 57.

Et etiam de solo consensu partis appellantis à delatione, n. 58.

Bossius, dum dicit, judicem deferentem appellationi prohibitæ & non deferendæ posse delationem revocare, & exequi sententiam, loquitur contrà communem opinionem, si non præcedat contradictio dilationis, n. 19.

Menochius non firmat pedes in sua assertione contra communem, n. 60.

Delationem appellationis factam per Vicarium de causa cognoscentem, non potest Episcopus revocare, & de ratione, n. 61.

Duobus judicibus præcedentibus alio non deferente, alio deferente, potest iste, antequam ille deferat, iterum suam delationem revocare, n. 62.

Uno judice delegato deferente, altero non, an ille possit pœnitere, n. 63.

Et an uno judice delegato persistente in sua voluntate delationis, possit non deferens in causa procedere, n. 64. remiss.

Et quid quando unus sine altero juxta formam rescripti procedere potest, ibid.

Delatio non legitime facta non abdicat à deferente jurisdictionem, imò unus judex potest pœnitere ante delationem alterius, n. 95.

Judices ordinarii pares aut dispares uno deferente an alter possit procedere. n. 66.

Cognitio an sit appellationi deferendum necne, vel an appellatio sit nulla, vel an sit interposita, intra terminum, vel an sit deserta, ad quem judicem spectet, remissivè, n. 67.

A sententia super desertione appellationis interjectæ appellationi an sit deferendum, n. 68.

Appellans si nunquam judicem ad quem adivit, judex à quo potest de desertione cognoscere, n 69.

Appellatione introducta coram judice ad quem, de quo per appellantem docetur, non judex à quo, sed ad quem de desertione pronuntiabit, n. 70.

Actorum transportatio nisi adversarius intra legitimum tempus citetur, non excusat à desertione, n. 71.

Sufficit tamen ut de tali desertione superior cognoscat num. 72.

Deserta ut declaretur appellatio, debet præcedere causæ cognitio, n. 73.

Sententia per desertionem transit in rem judicatam, n. 74.

Appellans debet citari super articulo desertionis, cùm possit de legitimo impedimento docere, atque executio impediatur, n. 75.

Citationem non esse necessariam in declaratione desertionis, qui teneant, n. 76.

Sententiæ executio ob desertionem quomodo sit petenda, & de ejus praxi, n. 77.

Terminis transactis, appellanti assignatis ad docendum de diligentiis circa appellationem factis (& quæ sint remissivè) expediuntur executoriales, n. 78.

Executoriales expediuntur etiam non facta declaratione expressa super desertione, n. 79.

Desertio causata ex non interposita appellatione, non eget declaratione expressa, n. 80.

Judex delegatus tenetur expressè declarare super desertione ante executionem, n. 81.

Judex potest causativè declarare super desertione, cùm declarat expediendo executoriales. n. 82.

Aloysius Riccius reprobatur, qui declarationem super desertione esse necessariam affirmat, n. 83.

Pronuntiationem sive tacitam, sive expressam, super desertione præcedit citatio partis, & ejus exceptionum examinatio, n. 84.

Appellationi à desertionis sententia deferendum esse, qui teneant, n. 85.

A desertionis sententia appellationi non esse deferendum, qui teneant, n. 86.

Quoniam non nulli, C. de appel. ponderatur & interpretatur, n. 87.

Dictio (mox, illico, statim,) & similes, excludit appellationem, quia requirit celeritatem, n. 88.

L. si contra, C. de appell. & l. fin. § illud C. de tempor. appellat. interpretantur, n. 89.

Per verba hæc (sententia firma remaneat, & executioni mittatur) sublatam appellationem suspensivam intelligi, n. 90.

Verba hæc (sententia sortiatur effectum suum) tollunt appellationem suspensivam, n. 91.

Sententia per desertionem transit in rem judicatam, quæ executionem desiderat, n. 92.

A re judicata non appellari jura clamant, n. 93.

Sententia quando per desertionem transivit in rem judicatam, fingit lex ab initio non fuisse appellatum, n. 94.

Contradictio, si per dispositionem removetur, intelligitur etiam appellatio remota, n. 95.

Desertor appellationis non auditur amplius appellãs, n. 96.

Terminum alicui præfixum ad aliquid faciendum tibi permittens, illi censetur renunciare, n. 97

Audientia ubi alicui denegatur, censetur etiam denegata appellatio, n. 98.

Amador Rodrig. fundamentum subvertitur, n. 99.

Trid. permittit appellationem ab interlocutoria habentem vim diffinitivæ, n. 100.

Sententia super desertione habet vim diffinitivæ, n. 101.

Sententia super desertione continet damnum irreparabile num. 102.

De pluribus difficultatibus materiam desertionis concernentibus. Vide n. 103. ubi remissivè.

Judici à quo, an judici ad quem pertineat rem judicatam exequi, & executoriales expedire, n. 104. remissive.

MORTIS est ut mors dilectio, cujus siquidem potentia illius est efficacissimi effectus, ut si appellationi per aliquem interjectæ à sententia, sive interlocutoria sive diffinitiva detulerit judex, abdicat à se omnimodam jurisdictionem in illa causa, eamque statim in superiorem de appellatione cognitutum transfundit, non solùm in jis causis, articulis, & negotiis, in quibus a jure appellat; admittitur, deferréque jubetur, verùm generaliter in cunctis aliis omnibus judicis privilegiatis in quibus appellatio vel prohibita est, vel aliàs non admittitur quoad suspensionem, quorúmque appellationi nec jus defert, nec sit à judice deferendum (quæ nos à principio hujus tract. usque in finem tractavimus) quoniam etsi judicem de jure deferre non teneatur; tamen de facto, si voluerit deferre appellationi sive ignorantia, sive voluntate propria, absque jurisdictione penitus remanet, eaque caret omnino, cùm ad superiorem devolvitur, suntque ei ligatæ manus in tantum ut ampliùs sententiam suam exequi nequit, quantumvis eadem appellatione non obstante priùs ex cautioni mandare poterat, est text. elegans & expressus *in capitum appellationibus frivolis: de appellat. lib.* 6. ubi hanc conclusionem ita notant, & commendant Joan. Andr. Domin. & Ancharan. & per illum text. ita eum tenent Bart. *in l. constitutiones, num.* 3. *in fin. versic. quæro quod si ius, ff. de appellat.* & ibi etiam Angel. *num.* 3. Imol. *num.* 1. *vers. & adde secundum Ang.* Imol. *col. fin. in fin. vers. & ideo judex.* Salicet. *in l. addictos num.* 4. *in fin. Cod. de appell.* Philip. Franc. *in cap. Rom §. si autem n.* 5. *vers. quando tamen judex à quo de appell. in* 6. Roman. *in l.*

Pantoninus §. rei perduellionis n. 1. in fin. ff. de acquir. hæred. verſ. & poſito pro conſtanti. Auguſt ad Angel. *de maleſic. in verbo, præſente dicto Caio,* &c. *poſt n. 21. ad medium verſ. & de materia,* ubi dicit hoc dictum fuiſſe originale Bald. *in l. 2. C. de confeſſ.* Carrer. *in pract. crim. in prin. tr. de appel. §. ultimus eſt n. 2.* Foller. *in pract. crim. 1. p. 2. p. verbo, & ſi confitebuntur num. 66. verſ. item procedunt el. 2.* Lancelot Robert. *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 1. n. 66. & num. 80.* Aufer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. dec. 179. ad medium verſ. & de materia.* Roland. à Valle *conſil. 77. viſo à num. 1. cum ſeqq. lib. 2.* Anton. Gom. *var. reſolut. lib. 3. cap. 13. n. 32.* Ozaſc. *Pedem deciſ. 131. n. 10.* Pariſius *conſil. 106.* incipit *Bonifac. à num. 5. & n. 24. lib. 4.* Proſper Farin. *in practic. crimin. q. 101. n. 106. tom. 3.* Sigiſmund. Eſcac. *de judic. cauſ. civil. & crim.* &c. *lib. 1. cap. 97. num. 124.* & loquendo in delatione appellationis interpoſitæ à ſententia lata ſuper poſſeſſorio adipiſcen. *ex l. fin. C. de edicto D. Andr.* & in remedio recuperandæ idem affirmat Bal. *in l. poſt ſententiam num. 4. verſ. pone ergo, C. de ſent. & interlocutio omn. jud.* quem ſequuntur Alexand. *num. 2. in fin. lib. 3.* Iſſ. *in l. 3. col. 2. C. de bonorum poſſ. ſecundùm tabul.* & idem Iſſ. *in conſ. 187. colum. 2. verſ. quintò facit, & colum. ante penult. verſ. ſextò fallit. lib. 2.* Socin. *conſil. 18. num. 8. lib. 1.* Natt. *conſil. 566. num. 5. lib. 3.* Menoch. *de adipiſcen. poſſ. rem. 4. num. 868.* & idem *de recuper. poſſ. rem. 9. à n. 331.* Roland à Valle *d. conſil. 77. num. 1. lib. 2.* Anton. Com. *in l. 45. Tauri num. fin. in limit. 5.*

3 Hæc tamen notabilis concluſio procedit, quando judex ſimpliciter appellationi detulit, ſecus autem quando cum clauſula (ſi, & in quantum de jure admitti poteſt) qua quidem clauſula frequenter uti judices aſſolent, quæ operatur, uti ſi de jure admittenda ſit, & deferendum, delatum cenſeatur, ſecus autem ſi deferri de jure non debeat, quia non intelligitur ei delatum, ſed omnino à jure delatio pendet. Bar. *in l. edicta colum. 17. C. de edendo.* Angel. *conſil. 207. col. 3. verſ. non obſtat.* Roma. *conſil. 501. col. 2.* Peruſ. *in cap ſæpè colum. 2. de appellat.* Felin. *in c. cum contingat, col. 3. de off. deleg.* Soc. *conſil. 18. col. penult. lib. 1.* Alciat. *conſil. 409. n. 3.* Moder. *in adnotat. ad Æguid. num. 168.* Alciat. *conſil. 48. in hac attentatorum cauſa n. 4. lib. 6.* Plot. *in l. ſi quando n. 159. Cod. unde vi.* Socin. *conſil. 47. num. 6. lib. 4.* Lancelot. *de attent. 2. 2. cap 12. lim. 1. num. 83.* Ruin. *conſil. 61. in lite num 27. lib. 5.* Maraut. *in Specul. in q. 2. 3. p. 6. part. prin. num. 200.* Roland. à Valle *ubi proximè num. 18.* Menoch. *ubi ſuprà de adipiſc. poſſ. rem. 4. num. 868. & de recuper. d. rem. 9. num. 331.* Natt. *conſil. 566. n. 5. lib. 3.* Octav. *deciſ. Pedemont. 5. n. 9. verſ. nec obſtat clauſula.* Grat. *conſil. 26. num. 211.* Petr. Calephati. *inter conſilia matrimon. lib. 1. conſil. 76. in cauſa num. 17.* Lancelot. Conrad. *de prætore §. 2. de offic. præto. in cauſ. civi. in cauſa de appellat. num. 10.*

4 In delatione autem ſimpliciter facta, cùm judex juriſdictione careat, nimirum, ut nequeat ſententiam à ſe latam, alias privilegiatam, ſeu in apellabilem, executioni demandare, quemadmodum accidit inhibitione emanata vigore appellationum ab iis caſibus emiſſarum, nam quoad effectum ſuſpendi juriſdictionem judici æqui parari videtur, appellationis delatio, & inhibitio, ut poſt Bart. *in l. ejus qui num. 5. de appell. recip.* tradit Petr. Anton. Auguſt. *in conſil. 47. gerens ſub n. 2. lib. 3.* Lancelot *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 1. num. 78.* quia delatio abſque inhibitione aliqua ſibi manus dicitur ligaſſe judicem, Roland. à Valle *d. conſil. 77. ſub num. 2.* quoad hujuſmodi ſi quidem ſuſpenſionis effectum idem operatur delatio, quod inhibitio, & è contrà, nam quemadmodum per delationem judex non poteſt exequi ſententiam, etiam in cauſis privilegiatis, ita pariter licèt judex minimè detulerit appellationi à jure prohibitæ minùs legitimæ, aut frivolæ, & ſimilibus, & licèt poſſit iis caſibus ad ulteriora procedere, & ſententiam exequi abſque attentatorum periculo, ex his quæ nos *ſuprà hac 3. part. cap. 13. ante fin.* tamen ſi hujuſmodi appellationis virtute ſuperior expediat inhibitionem in judicem à quo, non poterit ulteriùs in cauſa procedere, nec exequi, quia caret juriſdictione, facit text. *in cap. Romana, §. ſin autem de appell. lib. 6.* notatur *in cap. non ſolum eodem tit.* Innocent. Imol. & Franc. *in cap. p. ſtoralis §. præterea num. 5. de appellat. verſ. quarò operatur, & verſ. 5. operatur.* Lanfran. *in cap. quoniam contra verſ. interlocutoria fol. 31.* Mynſing. *cent. 1. deciſ. 3.* incipit *quando commiſſa.* Card. *in clem 1. de jur. patr. q. 16. ad med.* ſequutus Laurent. *ibi* Philipp. Franc. *in c. ut debitus honor. n. 47. verſ. quid autem de appell.* Stephan. Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholoſ. dec. 30. ad med.* Guid. Papæ *conſil. 69. in princip. n. 12.* quem ſequitur Add tio. ad eum *in deciſ. 113. verb. dic, quod non.* Acorambo. *deciſ. 53.* incipit *Rota.* Franc. *in cap. bona n. 49. verſ. ſeptima concl. de appellat.* qui omnes loquuntur vel de appellatione frivola, aut à poſſeſſorio, aut in notoriis, aut ubi eſt onerata conſcientia, aut in actibus extrajudicialibus, & aliis judiciis priviligiatis, in quibus executionem impedit inhibitio, cauſæ tamen cognitione præcedente expedita, ut probant infiniti à nobis *ſuprà citati hac 3. p. caſ. 14. ad fin. à n. 68* & al bi paſſim.

6 Et facit inſuper, quia licèt aliàs per appellationem à ſimplici, & non qualificata interlocutoria non ſint ligatæ manus judicis, quin poſſit ante inhibitionem ſuam exequi ſententiam, & in cauſa procedere, *c. non ſolum, de appell. in 6.* Guido Papæ *deciſ. 4, 6. n. 9. verſ. ſecundo quæro.* Philip. Franc. *poſt alios in c. ſuper eo n. 6. & ſeqq. de appell.* Neviz n, *conſil. 6. num. 15.* Beroius *conſil. 206. n. 8. & ſeqq. lib. 3.* Conrad. *in pract. de offic. prat. in cauſ. civ. in cap. de appell. num. 21. verſ. 20.* Lancelot. *de attent. 2 part. cap. 12. limit. ... n. 1. & ſeqq.* Farin. *in pract. crim. tom. 2. q. 38. n. 11.* niſi ſit interlocutoria habente vim 7 diffinitivæ, vel damnum irreparabile, in gravamine alias qualificato, quia appellatio tanquam legitima ſuſpendit juriſdictionem. ut nullo modo procedatur, & judex tenetur ſtatim in cauſa ſuperſedere ex iis, quæ nos exactè *ſuprà 2. p. c. 1. à prin.* tamen inhibitione emanata, præſentata, & intimata judici à quo, etiam in merè interlocutoria procedere non poteſt, ſed in cauſa tenetur ſuperſedere, notat poſt Franc. Lancelot. *d. limit. 1. num. 104. & num. 60.* Bajar. *in addition. ad Clarum in pract. crim. §. fin. queſt. 64. n. 85.* Bal. *in rubr. comm. vel epiſt. & in l. generaliter §. ſed juramento col. 2. verſ. ſed quid ſi eſt talis, C. de rebus cred.* Angel. *de maleſ. in verb. quod fama publica nom. 100. verſ. advertas tamen.* Iſſ. *in l. 1. n. 73. ff. de offic. ejus.* Carrer. *in pract. crim. 2. tract. de indic. & tortu. §. circa quintum n. 21.* Brun. *de indic. & tortu. 2. p. q. 5. n. 14.* Catelianus Cotta *in ſuis memoralibus, ſuper verb. appellatione interpoſita, nihil ſit novandum* Guid. Papæ *deciſ. 74* latè proſequitur Farin. *ubi proximè n. 12.*

Quibus præmiſſis faciliùs patebit reſolutio noſtra ad 9 illam celebrem, & difficilem (licèt frequentem) quæſtionem, an appellationi per appellatum interpoſitæ à judice deferente appellationem per adverſarium emiſſæ in caſu, ſeu judicio privilegiato, puta ſuper alimentis, poſſeſſorio, congrua, vel aliàs inappellabili, non deferens vim faciat, & an poſſit reaſſumendo juriſdictionem, ad ſententiæ executionem devenire. In quo articulo quòd non poſſit appellari, nec judex exequi, facit proximè relata doctrina, quòd per delationem judex abdicat à ſe omnem juriſdictionem, ut teneatur ſuperſedere in cauſa, & executione ſuæ ſententiæ, cui aliàs non deferens, poſſet exequi licitè ex authoritatibus tot dicti.

Quod quidem adhuc, & maximè procedit, etiam ſi 10 judex de ationem appellationis revocaverit, quoniam illam nullo modo revocare poterit, poſtquam ſemel

detule

detulerit, ut post Geminianum *in cap. cum appellationibus frivolis, §. si verò judex col. 2. de appellat. in 6.* tradit Petr. Anton. Augustt. *in consil. 47. n. 3. lib. 3.* Lancelot. Robert. *de attent. 3. part. cap. 12. limit. 1. num. 80. in fin.* ubi dicunt, quod si judex appellationi etiam frivolæ detulerit, non poterit delationem revocare, tenent etiam Joan. Andr. *in d. cum appell.* & idem Joan. Andr. *in cap. constitutis 2. in verbo confirmavit, de appeli.* Imol. *in cap. cum cessante col. 4. in fin.* Philip. Franc. *ibi col. 3. in fin. vers. quintò limita, de appellat.*

Nec hujusmodi jurisdictionem abdicatam à se, po-
11 test judex iterum reassumere, cùm sit in superiorem translata. Archidia. & Joan. Andr. *in c. 1. col. 4. de appell. lib. 6.* Joan. Faber & alii *in l. 1. C. sententiam rescind. non posse.* Henric. Bohic. *in c. in literis col. 1. de offic. delegat. &c. ex literis, de matrim. contra inter eccles.* Henric. Bover. *in singulari* incipiente *sententia q. 17.* Rom. *cons. 501. ut declarationem in fin. primi dubii*, Sylvester *in summa, in verbo sententia q. 3.* Rebuff. *in l. quod jussit, num. 81. de re jud.* nec etiam eam potest reassumere etiam de con-
12 sensu partium, nisi causa sibi per judicem superiorem iterum remissa sit. Rot. *decis. 70. aliàs 8.* quæ incipit, *item si judex de appel. in novit.* & Facit *cap. significantibus de off. delegati, & decis. 49. aliàs 363. ex hoc, de appell. in novis*, vide *infrà num. 57.* quod etiam procedit,
13 quando judex detulerit sive expressè, sive tacitè. Bal. & Decius *in d. cap. cum cessante*, & alii citandi.

Et tunc judex censetur, tacitè appellationi detulisse,
14 quando dedisset apostolos reverentialas, sive dimissoriales, secundùm Archidiacon. *in cons. 1. §. in quibus, de appellat. lib. 6.* Domi. *in cap. ut super illoti.* Cardin. *in clem. 1. §. verum q. 4. de appel.* Bohic. *in d. cap. 1. in literis, col. 1.* Rebuff. *in l. quod jussit n. 82. ante fin. de re jud.* item etiam quando judex ipsa acta processus dederit pro apostolis. Rot. *decis. 8. aliàs 70. de appellat. in novis.*
15 Lancelot. *de attent. 2. part. cap. 12. lim. 3. 1. n. 76.* ubi *n. 77.* dicit idem esse nihil respondendo de apostolis, ut in casu quem vocat pulchrum, traditum à Lapo *allega-*
16 *tio. 124. factum, vers. sed contrarium*, item denegatio apostolorum, vel quando judex requisitus non tradiderit intra tempus, habet vim delationis appellationis, text. est *in cap. ut super, & cap. ab eo, de appellationibus. lib. 6.* tenet Joan. Andr. latè *in ca. cùm cessante: de appel.* idem ipse & Petr. de Ancar, & Domine. *in d. c. ut super*, quos ibi refert Philip. Franc. *n. 5.* & idem *in cap. cum appellat. §. si verò sub n. 5. de appell. lib. 6.* item quando quis à judice vel ab aliquo appellare fuit prohibitus subtitit, per eum habetur appellatio pro admissa, Petr. de Sur. *in l. 1. C. de relatio-* & per eum Bertachi. *in*
17 *repertor. verbo appellatio admittitur, in prin. vers. 7.* & an delatio probetur per verba notarii dicentis quia judex benignè recepit appellationem, *&c.*) vide eundem *ibi in fin. vers. penult.* Specul. *in tit de appellat. frivol. §. si verò n. 10. & suprà de appell.*

18 Nec per assignationem termini appellanti ad prosequendum appellationem, videtur judex deferre appellationi, quia sunt diversa, siquidem judex etiam post delationem appellationis, licèt non possit ad ulteriores actus procedere, potest tamen tunc terminum præfigere, sive incontinenti, sive ex intervallo. Rota *decis. 50. aliàs 356. si appella. de appella. in novis.* Mill. *in reperto.*
19 *verb. judex qui detulit, fol. 175.* Lancel. *ubi proximè n. 86. & seqq.* & dicit Card *in clem. 1. q. 2. de dol. & contuma.* Bertach. *in reperi. verbo, appellatio admittitur, vers. 19. absque addition.* ubi dicunt, quòd appellationi deferre, & assignare terminum ad prosequendum appella-
20 tionem non sunt idem, facit etiam Franc. *in cap. cum appellat. §. si verò, n. 8. de appellat in 6.* ubi respondetur ad illam difficultatem, quòd cùm judex refert appellationi, caret jurisdictione ad præfigendum terminum. Ex quibus igitur probatur, quòd judex postquam detulit, non poterit revocare delationem nec ad executionem procedere, nec jurisdictionem reassumere, ergo frustra appellari poterit.

Pro contrario autem, saltim quando judex appella-
21 tioni non deferendæ, & à jure prohibitæ detulit, quòd poterit etiam alia non præcedente revocatione delationis procedere ad ulteriora in causa, & exequi sententiam, aliàs privilegiatam & appellationem non permittentem, tenet Æguid. Bost. *in pract. crim. tit. de appell. num. 26.* loquens in criminalibus, in quibus jure prohibita reperitur appellatio, nam si ei detulerit judex, poterit nihilominus executionem sententiæ facere, cùm delatio non possit contra jus operari, idem opinatur Menoch. *de adipisc. poss. rem. 4. num. 808. in fin.* loquendo in possessorio, *ex l. fin. C. de edicto D. Andr* quod si judex detulerit appellationi, debet hæc delatio ad jus referri, ut intelligatur quoad devolutionem, non quoad suspensionem, & sic poterit sententiam exequi, quia ut ipse dicit, si expressum judex (qui lex est minister) non potest expressè hanc executionem impedire, minus potest eam impedite tacitè, deferendo appellatio-
22 ni. Facit insuper Rotæ *decisio. 58. aliàs 412.* incipit *si appelletur num. 3. de appellat. in novis* dum dicit, quòd si appellatio frivola per judicem fuerit de facto admissa, illud non sit curandum, quia non quid fit, sed qui fieri debet, est attendendum, cujus decisionis verba refert Vital, *in tract. de clausul. in clausul. nihil novari appel. pend. n. 25.*

Quid autem in tanto conflictu sit dicendum; adne-
23 ctam libenter, mediam viam eligens, ut scilicet tunc poterit judex, qui appellationi à jure prohibitæ, & non deferendæ detulit, delationem revocare, reassumere jurisdictionem, ad ulteriora procedere, & sententiam à se latam exequi; quando pars appellata (illa scilicet quæ ex prohibitione appellationis interesse habet) conquestus contradixerit, & delationem impugnaverit, appellando ab ea, aut aliàs, ista est elegans doctrina Afflict. *super constitutionibus Regni tit. de defensis imposit. n. 8. fol. 63. & in usibus feudorum tit. quæ sint regalia, in verb. & bona committentium crimen, n. 125. & fol. 125.* & optimè prosequitur Cæsar, Contar. *in ripet. l. unic. C. si de mom. poss. fuer. appell. lim. 13. n. 4.* idem affirmat Hieron. Gabr. *consil. 35. vol. 1.* Barti. *decis. 41. n.*
12. Hondedeus *consil. 22. n. 48. lib. 2.* & per Afflict. & Cæs. Contar. *ubi proxime*, ita eleganter decidit, cosque sequuta est Rota in una Murceratens. mercedis Lunæ 6. Februarii 1584. quæ est *decisio 774. 1. diversi. in seqq. verbis*: Domini stante resolutione in hac causa facta, 24
quod causa mercedis, de qua agitur non sit appellabilis tenuerunt, appellationem ex eo, quòd judex à quo illam admisit, & apostolos reverentiales dedit; non fuisse validam concluserunt etiam, decretum relaxationis mandati non fuisse nullum eo, quod idem judex deferendo appellationi, & dando reverentiales, abdicavit à se omnem jurisdictionem, eámque transfudit in judicem ad quem, quia hujusmodi admissio, delatio, & datio reverentialium non possent operari validitatem appellationis, & nullitatem decreti relaxationis mandati, stante oppositione partis, resultante ex memoriali porrecto Sanctissimo D. N. ubi supplicat, ordinari judici à quo, ut faciat, sibi solvi mercedem, & expensas. Tunc enim appellatio admissa per judicem à quo, est valida, & tunc ejus delatio appellationis operatur abdicationem jurisdictionis; quando pars non opponit, & secus ea opponente, ut per affl ct. *&c.*) quæ decisio elegantissima est, casu per illam supposito, 25
scilicet quando fuit delatum appellationi, quam non admittit causa de qua ibi, quoniam causam mercedis appellationem non recipere quoad suspensionem, diximus latè *suprà hac 3. p. c. 2. ad fin.* ubi ad idem adduximus Rotam *decis. 764. eadem p. 1. divers.*

Ex quibus quidem sequitur, quòd ad hoc ut judex 26
possit jurisdictionem reassumere, queat, & executio-

nem suæ sententiæ facere pendente appellatione à jure prohibita, cui detulerat; necessariò requiritur partis appellatæ appellatio, seu alia quævis contradictio, resistentia, & repugnatio, secus si non contradicat appellans, nec repugnet; quia tunc judex eo proprio motu assumere non queit juri dictionem, quam à se per delationem etiam injustam abdicavit ex supradictis, pro quibus & pro decisione Rotæ facit, quòd si appellatio quæ de jure tanquam frivola non fuisset admittenda, fuisset de facto admissa, non contradicente tamen appellato, cui admissio officit; nam si fuisset coram judice ad quem in causa processum pe. partes, poterit judex cognoscere, & pronuntiare super injustitia, vel justitia scientiæ vigore appellationis, tradit Innocent. *in cap. cùm dilecta de rescript. & in c. cum Bertol. de re jud.* quem sequuntur Immol. & Butriga. *in d. c. cum dilecta*, & post Bal. Roman. Felin. & alios de quibus per eum tradit elegan er Lanfran. *decis.* 244. incipit, *& si appellatio admitti non debuit*, Lancelot. Robert. *de attent. 2. part. c. 12. lim. 6. à n.* 27 qui mirabil ter ad propositum *in n.* 36. dicit, quòd postquam appellatus ille comparuit coram judice ad quem, & absque reclamatione ipsius fuit in casu processum, illa appellatio, quæ de jure non subsistebat, vid tur per eum approbata, & ob ejus approbationem videtur, quòd debeat producere sucs effectus, secus aliæ app llationes, & consequenter in validitatem eorum, quæ ea pendente fuerint facta. Pro quo etiam est decisio Bisig. ✱. *aliàs* 20. *an sub executore, de appell. n.* 5. ibi præsertim propter consensum par is appellatæ.) ubi loquitur in appellatione frivola admissa non resistente parte appellata, fa iunt quæ Innocent. & Ph lip. Franc. *in cap. sæpè* per illum text. *in not. n. 2. de appell.* & Lanfr. *ubi proximè d. decis.* 244. adducit illud simile probationis, quæ licèt non debuit admitti, admissa tamen val t post Bal. Alexand & alios ab eo citatos, ex quibus quidem non parum fulcitur, comprobaturque decisionis Rotæ, Affl. ct. & sequacium doctrina, ut data partis contradictione, ut appellatione à delatione appellationis jure reprobatæ, possit idem judex revocando delationem, reassumere jurisdictionē, & ad executionem sententiæ privilegiatæ p. ocedere.

Quare cùm ad hoc necessaria sit contradictio (imò sufficiat) ut non obstante delatione appellationis de jure non deferendæ (quoniam si sumus in actibus, in quibus judex deferre tenetur: nullum cadit dubium, nec nostra difficultas, quia cùm ob delationem nullum possit co sidera i gravamen, data j tis permissione, nulla etiam potest admitti appellatio) judex qui detulit reassumendo queat, privilegiatam sententiam exeq i, ex hactenus dictis multò magis admittetur appellatio ab hujusmodi delatione ex Afflicto, Cæsare Contar. *ubi supra*, & ex d cisione aliorumque, cùm appellatio species sit contradictionis, imò nulla major appellatione contradictio, qui gravandi. i. & sententiæ, à qua em titur, directè opponitur, & re sistit, ex titulis de appellationibus, in jure civili & canonico optimè p st alios plures Rol nd. à Valle *cons.* 22. *n.* 32. *vol.* 2. quòd ampliùs probatur ex Bartholomæo Socino *in regul.* 39. *fall.* 4. qui post Bald. *in l. uni. C ne liceat in una eademque causa tert. provo. n. 6. & 7.* & Joan. Monach. *in c. cupientes de electione lib.* 6. dicit, quòd ab interlocutoria, qua judex pronuntiat, deferendum esse appellationi, potest appellari, intelligendus quando defertur appellationi, cui jus non defert, quia quando jus defert & permittit appellare, nullum est gravamen & sic injusta appellatio à delat one, secundùm quæ dicta sunt, & ita etiam omnium intelligendi sunt Ruginel. *tract. de appell* §. 2. *cap.* 3. *n.* 74. Escacia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *num.* 106. *& seq.* Afin. *in praxi* §. 31. *cap* 18. *limit.* 4. dum simpliciter & indistinctè asserunt, quòd quando judex pronuntiat deferendum esse appellationi, posse a tali interlocutoria appellari, procedunt tamen, quando defertur appellationi jure reprobatæ, & minimè deferendæ, secus autem è converso, ubi appellatio permittitur, cui etiam ipso judice renuente jus tacitè defert, text. expressus *in l. 1. ff. nihil novari*, & latiùs *cap. præcedenti ante fin.* prout etiam loquuntur Bal. Joan. Monach. dum dicunt, quòd in hac appellatione à delatione, debet inferi causa gravaminis, ut appellatio admittatur, quia ab hujusmodi interlocutoria non appellatur nisi ratione gravaminis, ac ideo non gravatus à judice non appellat, quasi dixerint, quòd justitia appellationis à delatione, pendet à suo primo mobili, scilicet an delatum sit appellationi, de jure non deferendæ, vel an ei judex deferre tenebatur, ut in hoc ultimo casu tanquam non gravatus non appe let appellatus.

Et insuper quoniam hoc privilegium, hæc utilitas, hic favor à jure concessus exequendi sententiam, pro me latam non obstante appellatione, imò ea pendente ex adverso interjecta non expectatis tribus conformibus; ut minimè deferatur, atque ejus executio miximi quidem momenti est, & judicia hanc prærogativam habentia, longe uberiora commodioraque considerantur, aliis illa carentibus, ut firmant Cæpol. *caut.* 81. *quando quis.* Negusant. *in tract. de pignorib. part. 2. memb. ult. num.* 26. Gomez *in* §. *item Serviana num.* 36. *instit. de actib.* Roland. à Valle *cons.* 14. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *de adipiscen. post. rem.* 3. *n.* 7. Natt. *cons.* 532. *à n.* 2. *& suprà* diciturque appellatio beneficium juris, secundùm Andr. Gall. *tract. arrest. cap.* 11. *n.* 19. *fol. mihi* 388. & sic hac summa utilitate hoc que beneficio, & privilegio jure communi inducto, privando judex per delationem appellationis, injustum est gravamen, justaque appellatio, quia à privante beneficio juris communis legitima judicatur, *l.* 1. §. *si quis tutor*, *ff. quando appellandum sit*, *l. excusationes*, *C. de excus. tutorum*, *l. si quis provocatione*, *C. de appell.* diximus *suprà cap. præcedenti à num.* 46. comprobant etiam quæ *infrà* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 10. *& seqq.*

Et quia eo ipso justificata censetur appellatio, quando gravamen verificatur, constatque per solas allegationes juris, puta, appellatio à sequestratione fienda, quæ est prohibita, constat siquidem de veritate gravaminis juris dispositione, & ejus præsumptione, & ideo statim dicitur justificata appellatio, nisi per adversarium contrarium probetur, ita Bal. *in l. majoribus*, *C. de his quibus ut indig.* Innocent. *in c. 2. in fin. de oper. novi nuntia.* Imol. *in cap. interposita col.* 2. *de appell.* & ibi latè prosequitur hunc articulum Philip. Franc. *col.* 3. per totam, & faciunt à contrario sensu omnia, *quæ suprà cap. præcedenti adduximus*, ut à rejectione appellationis emissæ in casu à jure prohibito, appellationi, tanquam minùs justæ, minusque legitimæ, deferendum non esset, secus quando rejicitur in casu appellabili, & à jure permisso, & sic similiter idem venit dicendum in nostro casu, ut ab admissione, & delatione appellationis interpositæ à sententia inappellabili sui natura, in qua jure prohibente, appellationi sit tanquam legitimæ deferendum, secus quando defertur appellationi jure deferendæ, siquidem idem operatur oppositum in o positio, quod propositum in proposito, & in hoc consistit differentia inter hoc caput, & caput superius, quia in illo tantùm ag tur de appellatione interposita à denegata del tione in casibus vel prohibitis, vel permissis à jure; hic autem è converso, nempe, de appellatione à delatione in c sibus ptoh bitis, vel permissis, pro quo omino vide plurimas doctrinas, & authoritates, quas apposuimus *cap. præcedenti*, quæ quidem mirabiliter conducunt præsentis quæstionis resolutioni,

Ultimò (& quod hunc articulum declarare & comprobare videtur) facit, quoniam etsi sententia interlocutoria, per quam finitur judicis officium, ac jurisdictio, ut puta, si judex se incompetentem declaravit aut non esse procedendum ad ulteriora, obstantibus exceptio

ceptionibus, vel quia absolvit partem ab observatione judicii, vel appellationem esse desertam : his enim casibus, cùm per hujusmodi interlocutoriam desinat esse judex, & finiatur ejus jurisdictio, nec poterit re assumere, nec ampliùs potetit sententiam revocare, text. est elegans *in c. significantibus, de off. legat. ja tex eod. tit. lib. 6. l. dicere ff. de arbitris.* Petrus de Bellaperti. *in repetitione l. 2. circa med. fol. 115. vers. extra hoc quaro nunquid judex, § si quis in jus vocatus non ierit.* B. & cæteri *in l. quòd jussit, ff. de re jud.* idem *in d. l. dicere.* Bal. *in l. eleganter, §. si quis post col. penult. ff. de condictio. indebit. l. arbitr. col. fin. qui satisd. cogan. & in l. si ut proponit, 1. & in l. si præses. C. quomodo & quando judex, & in l. penult. ff. de pact. & in c. nostri col. 1. de electione recen. in Alphabeto, in verbo interlocutoria.* Angel. *in l. 1. C. sententiam rescind. non poss.* Imol. *in l. quidam consulebant, ff. de re jud.* Angel. *cons. 220. in civitate col. 2.* Corset. *in singulari,* incipit *sententia in 5.* Rota *decis. 86. si à pronuntiatione in novis.* Aufre. *quæst. 184. in decis. Tholos.* Henric Bohi. *in c. in literis col. 2. de off. delegati.* Lanfr. *in repet. c. quoniam contra in verb. interlocutiones col. 10. de probat.* Alexand. *consil. 71. videtur col. penult. in 5. volum.* Paul. Castr. *consil. 281. in causa ista col. 2. in 1. volum.* Salicet. *in l. post sententiam col. 3. C. de sent. & interloc.* Socin. *in l. arbitrio col. 1. ff. qui satisd. cog.* Domin. *in cap. judex col. 1. de off. deleg. lib. 6.* sequitur latè Philip. Franc. *in c. cùm cessante col. 4. in fin. cum duabus seqq. vers. secundò limit. de appel.*

41 Quod omnino esse intelligendum in judice delegato, & in arbitro, non autem in ordinario, qui quidem licèt pronuntiaverit se judicem incompetentem, adhuc poterit revocare, quia ad eum non spectat (solo verbo) radicatam à se abdicare jurisdictionem ordinariam, *l. legatus ff. de off. præsidis.* B. Paul. & communiter Doctores *in l. 2. ff. si quis in jus vocatus non ierit*, per text. *in d. l. si ut proponis la 1. & in l. si præses, C. quomodo & quando judex* Rot. *decis. 363. in fin.* Bal. *in d. l. si præses,* ubi declarat, Scilicet. Bar. Paul. & Iss. *in l. quod jussit, ff. de re jud.* idem Paul. *in l. judex eod. tit.* Rom. *consil. 358. in præsenti.* Felin. *in d. c. significantibus, de off. deleg.* Philip. Fran. *in d. c. cum cessante col. 6. in prin. vers. sed advertit.* Joan Bapt. *in addit. ad Rom. sing. 129.* & hanc opinionem contra Alexandrum (contrarium tenentem) ut communem & veriorem tenendam esse, affirmat post longam disputationem Rebuf. *in repet. quod jussit. n. 108. de re jud.*

43 Quòd pertinet, quòd licèt judex inhibitus possit post inhibitionem facere ea, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, *juxta c. cùm teneamur de appel.* quòd secus est in judice delegato, qui appellationi detulisset,
44 quia cùm per delationem à se omnem jurisdictionem abdicavit, non poterit ulteriùs, in negotio se intromittere ante remissionem. Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ lib. 8. cap. 4. n. 7.* Franc. *in d. c. cum teneamur col. 4. vers. secundus intellectus.* Lancel. *de attent. 2. p. c. 20. lim. 4. n. 5.*

45 Et isthæc de delegato declaratio est intelligenda in delegato, dato principaliter ad aliquam causam, seu appellationem, secus si accessoriè datus fuerit, ut puta executor gratiæ, quoniam iste etiamsi pronuntiaret se non executorem, non per hoc finietur sua jurisdictio, imò posset interlocutoriam hanc revocare, juxta text.
46 *in c. dilectus el 3. de præbend.* Domini. *in cap. si super gratia de off. deleg. l. 6.* glos. *in c. si tolli, de conces. prab.* quia ex quo principalis durat gratia per illum accessorium pronuntiationis non potuit auferri jus partis, Felin. *in cap. qualiter, col. 6. de accusat.* Salicet. *in l. post sententiam, C. de senten. col. 3. vers. quæro de quodam tertio.* Alexand. *in*
47 *l. quod jussit n. 28.* Rebuf. *ibi num. 107.* ubi ex hoc infert, quòd si incidat in aliqua causa articulus filiationis, in quo causa matrimonii discutienda sit, & laicus judex ob hoc causam judici Ecclesiastico remittat, juxta *cap. tuam, de ord. jud.* poterit judex laicus illam interlocutoriam revocare, cùm hæc pronuntiatio sit super incidenti, non super causa principali.

Hæc tamen conclusio ut hujusmodi interlocutoria, 48
per quam finitur jurisdictio judicis delegati, non possit revocari, est intelligenda suo motu proprio; at verò quando pars per appellationem ab ea interjectam con- 49
tradicat, tunc potest reassumendo jurisdictionem revocare sententiam: nam cùm sententia per appellationem subsecutam suspendatur, *l. causa cognita, Cod. de transact. l. si quis jusjurandum circa fin. ff. de jur. jur.* vel extinguitur, *l. 1. §. ad Turpillia.* & fingitur de præsenti non lata: ideo potestas judicis remanet integra per evocationem prohibitionis, & impedimenti ad revocandum eandem ita tenent. Rot. *decis. 64. si auditor, & in decis. 86. si à pronuntiatione.* Roman. *sing. 129. si judex,* per text. *in c. dilectus 3. de præbend.* Aufr. *in decis. Capellæ Tholos. q. 185.* Panorm. *in c. pervenit el 2. de appel.* facit. *c. super eo in princ. de appel.* Præpos. & Perus. *in d. cum cessant.* Corset. *in singul.* incipit *sententia in 5.* Rebuff. *in d. l. quod ussit, n. 106.* Dec. *in d. cùm cessante, col. 3.* ubi Panorm. *col. 3.* Imol. *col. 4.* Philip. Franc. *col. 5. in prin. vers. sed adverte 1.* qui dicit ad propositum, unicum & singularem in jure text. *in d. c. dilectus.* Felin. & cæteri *in d. c. significantibus.*

Cui convenit, quod si judex, qui inhibuit, inhi- 50
bitionem revocaverit, si ab hujusmodi revocationis sententia fuerit appellatio interposita, poterit suam revocationem inhibitionis iterum revocare, tenet Philip. Franc. *in d. cùm teneamur, n. 24. de appell.* Lancelot. *de attent. 2. p. cap. 10. lim. 2. n. 18.* Federic de Senis *consil 93. per tot.* cujus doctrinæ reddunt omnes elegans videndum exemplum.

Et nota, quòd delegatus per hujusmodi appellatio- 51
nis delationem non amittit radicitus jurisdictionem, nec penitus expirat, sed dumtaxat ejus actus, & exercitium; habitum tamen, & potentiam retinet, quod probatur, nam si judex superior repetit injustam, aut frivolam appellationem, ad eundem iterum remittit, juxta *cap. cum appel. frivol. de appell. lib. 6.* quod remis- 52
sionem facere non potuisset judici à quo, si non haberet habitu jurisdictionem, nisi de novo aliam illi concederet, quod est falsum, quia alia non conceditur, ut dicit notabiliter, & plenè Socin. *consil. 20. adunde in 4. vol.* Roman. *consil. 501. ut declarationem.* Rebuf. *in l. quod jussit n. 83. ad fin.* latè optiméque post plures alios ab eo citatos, prosequitur Philip. Franc. *in c. cum cessante col. 6. vers. secundò adverte, usque ad finem, & cap. cum appell. frivolis, de appell. lib. 6.*

Ex quibus, & illa elici potest in hoc articulo con- 53
clusio, ut judex qui detulit appellationi à jure prohibitæ, minùs licitæ, aut aliter non deferendæ, cùm a se omnem quoad exercitium datum abdicavit jurisdictionem; non poterit motu seu facto proprio delationem revocando & reassumendo jurisdictionem, ad executionem, & ultiora procedere, sed dumtaxat mediante contradictione, & appellatione partis appellatæ, cui interest non deferri, cui ut justæ, & legitimæ ab hujusmodi injusta delatione interjectæ si non detulerit judex, vim facere declarabitur, vel propriè tertium genus dandum, nempe, *que reassumiendo la jurisdicion, y reponiendo lo hecho no haze fuerça, y no lo haviendo lo haze*, &c.

Secunda deducitur insuper ex supradictis conclu- 54
sio, ut cùm deficiente contradictione, & appellatione partis appellatæ per delationem etiam injustam appellationis, omnem à se judex abdicaverit jurisdictionem non potest revocando delationem, ad executionem ulteriùs procedere, nec iterum reassumere jurisdictionem, poterit pars, cujus appellationi est delatum, iterum appellare ab hujusmodi delationis revocatione, scilicet, & reassumptione jurisdictionis, eíque processu (nempe deficiente contradictione partis appellatæ à delatione, ut dictum est,) quia cum hoc casu careat

careat penitus jurisdictione judex, omnia ab eo gesta sunt nulla ipso jure, innovata, & attentata, ex Afflict. Contar. Rotæ decis. & cæteris superiùs citatis, ac per consequens non sunt executioni mandanda, nec permittenda, & appellatio justa & valida, & ut tali deferendum ex jis, quæ nos latè *suprà hac 3.p.cap.9.* & *l.4. §. condemnatum, ff. de re jud.* quia tunc ratio appellandi in promptu esse censetur.

56 Quibus sic suppositis facilis patet exitus ad ea, quæ sursum in contrarium adduximus, & non primum, cui respondetur, verum esse omnino motu & facto proprio judicem qui detulit etiam injustè, non posse delationem revocare, nec reassumere jurisdictionem, nec ad ulteriora procedere, cùm sibi obstet penitus jurisdictionis defectus; secus autem data contradictione, & appellatione partis appellatæ, in cujus præjudicium appellationi detulerit, ex Afflict. Cæsar Contar. & ex *d. Rot. decis.* & aliis doctrinis hucusque relatis, quas non repeto. Alterum autem quod ibi diximus, ad finem, ut etiam de consensu partium non possit facere hanc
57 revocationem, scias: quòd ad aliud tendit, scilicet, quia disputant Doctores, an judex, qui detulit appellationi ab aliqua interlocutoria, poterit illam revocare integra, etiam de consensu partium, in quo hinc inde multa variè deducuntur. Sed veritas est, hoc casu, ut de partium consensu rectè possit tam ordinarius, quàm delegatus revocare gravamen, & interlocutoriam, ut
58 exactè disputans resolvit post alios Rebuf. *in l. quod jussit n.*81. *usque ad n.*84 vel etiam de permissu, ac consensu partis, qui à gravamine appellavit latè Philip. Franc. *in d.c. cum cessante, vol.6. in princ. vers. secundo advertè* & idem *in c. cum à plerisque. §. si verò, à n.* 5. *cum seqq. de appel. lib.6.*

Nec obstat alterum fundamentum contrarium, quo dicebatur, ut quando judex appellationi minùs justæ, minùs legitimæ, & jure prohibitæ, detulit, poterit nihilominus ad executionem devenire ex Doctoribus ibi citatis, quibus quidem potest pariter responderi, ut procedant; quando pars, cujus interest, appellavit
59 à delatione hac injusta ex jam dictis. Secus autem, si non appellarit, cùm careat omnino jurisdictione, nec poterit actum jurisdictionalem exercere, & ut figillatim respondeamus, dico; quòd Bosio rectè respondet Prosper. Farin. *in pract. crim. quæst.* 101. *n.* 107. *tom.* 3. quem refert. Bajar. ad Garum. *quæst.* 94. *n.* 4. licens; quod Bosi. loquitur contra communem Doctorum (de qua nos in princ. hujus cap,) affirmantem oppositum, imò judicem postquam detulerit appellationi non deferendæ, non posse suam sententiam ex qua, à qua non esse recedendum.

60 Minùs obstat Menoch. *d. n.* 868. quia nihil in comprobationem adducit, nec firmat in ea doctrina reedes suos, dum dicit, opinor, ex sola delatione nihil effici posse: quia si expresse ex curionem judex ille, qui legis minister, non autem supra legem est, impedire non potest, minùs tacitè deferendo appellationi, erit tamen (inquit ille) cogitandum, ne novam nimirum opinionem adferre videar, &c.) & quando resolutivè dixisset, obstaret ei communis Doctorum resolutio, de qua *in princ. hujus cap.*

Et minùs obstat dicta Rotæ decisio 58. *alias* 412. si *appellatur in novis*, ibi adducta, quia ei degarter, & ad propositum respondet Lancelot. Robert. *de attent. 2.p. cap.*11. *limit.* 6. *num.* 41. ut procedat quando cum admissione judicis de facto concurrit etiam tacitus consensus, & non contradictio ipsius appellati, quæ contradictio non erat in *d. decis.* à qua ipsum Rota Moderna recedit, ut patet ex recollectis Acoramb. *d. c.* 53. incipit *licet Rot.* ut notat ibi Lancelot. *à num.* 18. quibus remanet satisfacta contraria.

61 Pro hujus articuli perfectione illud est notandum, quod si vicarius Episcopi de facta cognoscendo detulit appellationi, non potest per Episcopum revocare delationem, quoniam cùm ex supradictis ipse nec judex non possit, etiam re integra delationem a se factam revocare, ergo nec poterit Episcopus, cùm sit idem tribunal & idem consistorium cum Vicario, *c. R. mag. in prin. de appell. lib.* 6. optime probat Philip. Franc. *in d.c. cum appellat. §. si verò sub num.* 6. *eodem tit.* Boerach. *in repertorio verb. Episcopus, circa medium vers.* 94. ad quem locum se refert etiam in verbo appellatio admittitur, *vers. duodecimo.*

Quid autem sit dicendum, quando appellatur à 62
sententia lata à duobus judicibus, quorum unus detulit appellationi, alter non, fac, quòd si ille ante quam alius judex deferat, voluerit suam delationem revocare; poterit, & non obstante ab illo facta delatione, revocationis actus valet & tenet, ut est dictum notabile Angeli & Bal. *in l. si cum dotem §. eo tempore ff. solut. matr.* quos ibi refert & sequitur Alex. *num.* 3. alios allegans, ubi etiam, Rom. Lancel. *de attent 2.p.cap.* 12. *lim.* 1. *n.* 88.

Quid autem sit dicendum in duobus judicibus de- 63
legatis, quorum alter defert, alter, non, quòd possit deferens pœnitere, nemo dubitat, sed manente in sua voluntate, an alter possit procedere ad ulteriora, & an eum deferens deferendo impediat, plures casus distin- 64
guit, & optimè post plures alios quos citat Phil. Fran. *in d.c. cum appellat. §. si verò num.* 5. *vers. quid autem si sunt plures judices, & num.* 6. *per totum*, ubi quid quando unus sine altero juxta clausulam rescripti procedere possit, vel quando alter, vel nolit, vel non possit, vel quando simul procedere debent, de quibus post Franc. *ibi*, vide etiam Lapum *in eodem tit.* addecens notata *in cap. cum, sit. cr. de off. delegat lib.*6. not. *in clem.* 1. *de appeal.* ubi per Lamol. & Flori. & per Bal. *in auth. hodie, circa fin. C. de appell.* & Angel. *in d.l. si cum dotem. §. eo autem tempore*, omnes tamen conveniunt, ut non cen- 65
seatur delatum, cum delatio non fit legitima, non abdicat jurisdictionem ab ipso deferente, nec transfert in superiorem eandem, imò quicumque potest pœnitere ante delationem alterius, & simul dare apostolos refutatorios.

Difficultas autem, an alter, qui non detulit, possit 66
solus procedere, quam ut dissolvas, consule supradictos Doctores, quid autem quando sunt judices ordinarii pares, vel etiam dispares numero, Card. *in clem. 1. q.*25.26. *&* 27. *de dolo & contum.* Battig. & Immol. *in c. quoad conjunctionem, de re jud.* Bertach. *verb. appellat. admittitur vers.*18. *demptis additionibus.*

Ad quem judicem spectet cognitio, an appellationi 67
sit deferendum, vel non latissimè multa elegantia congessit Efficacia *de appell. quæst.*1. *art.*1. *per totum fol.*116. Cognitio autem an appellatio sit admittenda, vel an fuerit appellatum intra terminum, vel an appellatio sit legitima, an sit nulla, an deserta, & similia, ad quem spectet cognitio, an ad judicem à quo, an potiùs ad judicem ad quem multa scitu dignissima, post alios congessit Efficacia videndus *ubi proximè, & quæst.*11. *art.*2. *per tot. fol.* 118. quibus locis multa alia videre poteris, quæ materiam delationis attingunt, ad quem te libenter remitto scriptis contentus.

Circa inspectionem autem illius, quod ultimo loco 68
notari capituli apposuimus, an sententia lata pro dolatione appellationis appellationi interjectæ non deferès judex Ecclesiasticus vim faciat, & priùs ut de sententia tractemus, quis eam sit latarus, cognoscamus, an scilicet judex à quo, an judex ad quem, in qua solent à Doctoribus duo casus constitui, an appellans nunquam adivit judicem ad quem, & sic quando deser- 69
tio causata est ex non ejus prosecutione, siquidem nunquam aditus est judex ad quem, nec ullus est actus coram eo factus cum quidem ad id teneatur intra terminum a jure vel judice sibi ad prosequendum præfinitum, de quo fidem dignas, solemnesque literas, justis

jussus à judice, à quo appellans tenetur exhibere, quemadmodum superiorem adierit, aut de legitimo impedimento docere, quod si non fecerit, tunc judex à quo pronuntiat appellationem esse desertam.

70 Aut verò constitit, & docuit appellans adiisse superiorem, & sic quando judex ad quem fuit aditus, cùm appellatio fuit coram eo introducta, tunc ipse, non judex à quo, super desertione pronuntiabit, ita notabiliter distinguit Philip Franc. *in cap. ex ratione n. 19. vers. circa septimum de appellat.* Felin. *in c. ap. ex parte el. 2. col. penult. de rescript.* Iss. *in l. 1. tale pactum, § qui provocavit, ff. de pact. n. 11.* Marant. *in specul. 5. p. tit. de appell. n. 189.* Didac. Perez *in l. 2. tit. 16. lib. 3. ordin. glos. verbo, sin que firme.* Azeved. *in l. 111. tit. 18 l. 4. recop.* & idem Azeved. *in l. 16. tit. 17. n. 4. ad fin. eodem lib. 4.* Paz. *in prax. 6. p. cap. 1. n. 7.* optimè Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. 1. p. §. 1. n. 11.* sequitur Amad. Rodrig. *in tract. de execut. c. 1. n.*

71 10. Et hinc est, quòd licèt appellans transferat acta ad superiorem judicem, & nisi intra legitima tempora à jure præstituta, citari fecerit adversarium, non excusetur à desertione, ut per Bald. *in l. fin. § illud. num. 11. C. de tempor. appell.* Felin. *in c. illud, de præscript. n.* 10. Parlad.

72 notat *ubi proximè n.* 8. & tamen bene sufficit ad hoc, ut de tali desertione superiùs cognoscat, cùm jam sit aditus ex supradictis, quod sequitur post alios novissimè Escacia *ubi proximè d. art. 2. per totum*, & latiùs *q. 11.*

73 *art. 5. à n. 151. cum seqq. & suprà à principio.*

Et ad hujusmodi pronuntiationem, & declarationem fiendam, appellatorem desertam esse, debet quilibet judex causæ cognitionem saltim summariissimam habere, & per consequens præcedente partis appel-

74 lantis citatione, nam postquam pars appellata comparuerit coram judice, petendo sententiæ executionem, cùm per desertionem sit translata in rem judicatam, *l. quoniam nonnulli, l. si contra C. de appel. clem. sicut de appell.* judex anteaquam exequatur, debet citare partem

75 ad dicendum, quare executioni sententia mandanda non sit, quæ causæ cognitio & citatio necessariò requiritur, cùm possit pars, de legitimo impedimento docere, ut sibi secundus annus concedatur, & impediatur executio, juxta *d. clem. sicut*, & jura vulgaria hujus doctrinæ & opinionis sunt Authores, Marant. *de ord. jud. 6 p. tit. de appellat. à num. 23. & suprà*, qui pro se allegat B. *in l. 1. in fin. ff. nihil nova appell. penden.* Alex. *in l. præses col. fin. ff. de re jud.* Abb. *in c. ex ratione col. fin. de appell.* quos ita tenere affirmat, & quòd debeat pars citari, idem tenuisse (testatur) Bal. *in d. l. si contra.* idem Bal. *in l. 2. in fin. Cod. de tempor. appell.* ubi dicit, esse ibi text. ad hoc meliorem de jure, Philip. Franc. *in c. ex ratione col. 14. vers. quartò quæritur*, quos omnes ad hoc ipse Marant citat, idem etiam tenet latè probans eleganter Didac. Perez *in l. 3. tit. 16. l. 3. ordin. verb. facta.* Felin. *in c. ex ratione n. 9.* Lanfran. *decis. 465.* incipit *judex.* Paz *in prax. 6. p. 1. tom. c. 1. n. 7.* & hanc opinionem communem esse testatur D. Padill. *in l. 1. C. de juris & facti ignoran. n. 16.* quem sequitur & recepta praxi affirmat Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin 1 p. §. 1. sub num. 8. & n. 9.* veriorem & receptiorem dicit Amad. Rodr. *de execut. cap. 1*

76 *num. 7.* ut scilicet, aliter quàm parte citata, & causa cognita facta super desertione appellationis à judice declaratione, non sit sententia exequenda, licèt plurimos contrariam opinionem tenentes refert, & sequitur Lancel. *2. p. c. 12. ampliat. 1. n. 34.* licèt aliqui ibi per eum citati nostriam probant sententiam.

77 Et hanc praxim probant Gondizalu de Paz *in prax. 1. p. 10. tempore num. 2. & 3.* Didacus Perez *in dict. l. 2. tit. 16. in glos. verb. sin que firme el juizio lib. 3. ordina.* Amad. Rodriguez *ubi proximè num. 9.* quòd post quam appellatio ex causis à jure inductis efficitur deserta, pars appellata compareat coram judice, cui executionem sententiæ petat, quam petitionem parti intimandam adversæ, mandabit judex & quòd intra aliquem brevem (scilicet trium dierum) terminum diligentias, à se factas ostendat, quo transacto incussatur ei contumacia, dato alio, & secundo, & iterum contu- 78
macia incussatur, & denique dato tertio termino, quo si non docuerit de diligentiis factis in persecutione appellationis suæ (quas diligentius congessit Didacus Perez *ubi proximè, d. verb. sin que firme, vers. dubitatur præterea*, & Avend. *lib. 1. respons. 1.* & Paz. *d. tom. 6. part. cap. 1. num. 1. cum seqq.*) expediuntur executoriales secundùm formam traditam à Monteroso, *in sua prax. 3. tr. de mod. proced. in via execut. fol. 35.* Paz *ubi suprà 4. p. cap. 1. n. 9.* Villadieg. *in politic. & pract. jud. cap. 4. num. 4.* Amad. Rodrig. *ubi proximè n. 9.*

Post hujusmodi autem causæ cognitionem senten- 79
tia interlocutoria, qua declaretur desertio, necessaria non est. Sed poterit judex executoriales expedire, & concedere suæ sententiæ executioni mandandæ ista est Guid. Pap. 213. *statut. n. 1. & decis. 436. à n. 23. in tract. de appel. quæst. 18.* Boër. *decis. 206. num. 11.* Ludo Gozad. *consil. 85. videtur, num. 26.* Marant. *in specul. 6 part. tit. de appell. num. 188.* & quòd judex à quo possit suam sententiam exequi, absque eo, quod super desertione sit pronuntiatum, tenet Rot. apud Mohed. *decis. 36. auditor Rot. sub rub. de re jud.* communem dicit Card. Alex. *in cap. ex ration. 8. sub n. 44. vers. in contrarium de appellat.* Sequitur post hæc Escacia *de appell. quæst. 11. art. 5. n. 149.* 80
ubi idem affirmat post alios, quando desertio causata fuit, quia nulla fuit appellatio interpositaidem repetit in aliis pluribus casibus, quos illativè refert *ibi à n. 148. cum pluribus seqq.* Eam tenent opinionem Cotta *in memora. in verbo, appellatio deserta*, latè Petr. Surd. 81
consil. 139. num. 14. lib. 1. quod procedit in judice ordinario, non autem in delegato, qui tenetur pronuntiare ante executionem sententiæ, secundùm eandem decisionem Rotæ & Lancelot. *de attent. 2. part. cap. 12. ampliat. 1. à n. 35. & 36.* Poterit etiam judex declarando per interlocutoriam dandos executoriales, causativè declarare etiam super desertione, ut notant secundùm stylum Didac. Perez, Parlad & Amador & Marant. & alii statim citandi 82

Hinc corripiendus est Aloys. Ricc. qui cum Angelo, 83
Franc. & Bald. contrarium sequutus fuit, delationem nempe desertionis esse necessarium, ex quibusdam rationibus motus, quibus omnibus satisfit, quod cùm pronuntiationem, sive tacitam per expeditionem executorialium, sive expressam, debeat procedere partis 84
citatio, & ejus exceptionum examinatio (ut suprà diximus) omnia per eundem Riccium considerata evacuantur. Riccius suam igitur tenuit opinionem *in pract. decis. 2. p. decis. 506. sub tit. de appell. fol. 537.*

Igitur à sententia interlocutoria, qua de per se & 85
dumtaxat declarat judex, desertam appellationem, vel in ea simul executoriales victori dari, decernit, an nisi appellationi interpositæ deferat judex, violentiam facere dicatur, restat videre. In quo articulo reperto Philipp. Franc. *in c. ex ratione de appell.* Marant. *in specul. tit. de appellat. n. 190.* Lanfr. *in cap. quoniam contra n. 114. de probat.* dicentes à sententia interlocutoria, qua pronuntiatur appellationem à diffinitiva, seu interlocutoria, esse desertam, appellationi interjectæ esse, ut licitæ, deferendum, quorum potissima est ratio, ut quamvis sit interlocutoria, tamen habet vim diffinitivæ.

Sed contrariam sententiam, imò ab hac pronuntia- 86
tione appellationi deferendum non esse, longè veriorem probavit contra eos Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 1. p. §. 1. n. 11.* & ante eum Didac. Perez *in l. 3. titul 16. lib. 3. ordinament. gl. verbo facta à n... vers. alii tamen.* sequitur Amad. Rodrig. *ubi suprà l. c. 1. n. 12.*

Pro quibus faciunt plura jura. Primò text. *in l. quo-* 87
niam nonnulli, ibi, placuit, utsi intra dies solemnitatibus præstitutos, ad facienda hæc appellatoris cura defuerit, deserta ab eo provocatio existimetur, moxque debitum

debitum exigatur, &c.) *c. de appell.* ex cujus text verbis *ibi*, mox debitum exigatur, &c. clarè apparet sublatam esse, & excluſam appellationem. Iſtæ namque dictiones (mox, ſtatim, protinus, incontinenti, illico, confeſtim) ſine ulla ludificatione, & ſine ulla procraſtinatione, & quælibet harum excludit appellationem, quia ſunt verba, quæ deſiderant celeritatem, Ruginel. *in tract. de appell.* § 9. *gloſ.* 2. *quæſt.* 18. *n.* 49. *per tot.* quem ſequitur Sigiſmund. Eſcacia *de appel. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 59. de quo dixi latè 2. *part. cap.* 8. *à n.* 124 *cum ſeqq. l. ſi contra, eod. tit.* ibi, rector provinciæ animadverterit, res judicatas exequi curabit, (*& l. fin. §. illud.* ibi, & ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare, & ad effectum perduci, tanquam ſi ab initio minimè fuerit provocatum, *&c. de tempor. appell.*

90 Quæ quidem verba pariter appellationem excludunt ſi credimus Ruginello *in tractatu de appellat.* §. 2. *gloſ.* 2. *n.* 2. *verſ. igitur.* Sigiſm. Eſcacia *in eodem tractatu de appellat. quæſt.* 16. *limit.* 1. *ſub n.* 28. & 29. & idem Ruginel. §. 9. *gloſ.* 2. *num.* 4. Contar. *in l. unica, in notab.... n.* 18. *cum ſeqq. uſque ad n.* 25. *C. ſi de momen.* Aguiſ. *conſ.* 86. *de tribus, n.* 7. *lib.* 1. Iſſ. *in conſil.* 187. *circa primum num.* 23. *lib.* 2 dum affirmant, quòd per hæc verba in
91 diſpoſitione prolata (ſententia firma maneat, & executioni innitatur) vel etiam per hæc altera (ſententia ſortiatur effectum ſuum) cenſeri, appellationem ſublatam, quoad ſuſpenſivum, videndus etiam Joſeph Lud. *deciſ. Peruſ.* 20. *conſil.* 18 & *num.* 20. & eſt text. *in l. unica C. ſi de momen. poſſ.* de quibus nos latiùs diximus *ſuprà 2. p. cap.* 8. *n.* 104. *cum multis ſeqq.*

92 Maximèque ex dictis videtur ſublata appellatio, cùm per deſertionem ſententia tranſit in rem judicatam, quæ executionem dumtaxat expectat, *l. poſt rem judic. ff. de re jud.* à qua non appellari jura clamant, *l. ab*
93 *execut. C. quorum appell. non recip. l. ab executore, ff. de appell.* diximus *infrà latè* 4. *p.* maximè cum fingat lex ab initio non fuiſſe appellatum, text. *in cap. dilectus in fin.* ibi, cujus ſententia tranſit in rem judicatam, cùm intra decem dies non fuerit legitima provocatione ſuſpenſa.) *de electione*, text. *in c. quoad conſultationem, de ſent. & re jud.* ibi, quod cùm poſt decem dierum ſpatium in autoritate rei tranſierit judicatæ, *&c.*) facit etiam text. *in d. clem. ſicut de appell.* probatur etiam in text. eleganti *in c. perſonas* 4. *in ord. de appell.* ibi, ex
94 tunc judicio ſuo ſuper iis, quæ in quæſtione vertuntur, ſine contradictione aliqua ſtare, compellas, *&c.*) & quando in aliquo caſu à jure removetur contradictio, appellatio etiam remota cenſetur, Gonzal. *de alternat. gloſ.* 9. *in annot. ſub n.* 218. Decius *in d. c. perſonas, in* 4. *notab.* Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit.* 8. *n.* 4. & nos *ſuprà hac* 3. *p. c.* 11. *n.* 39. *&* 2. *p. c.* 8. *à n.* 107.

95 Quod probant Doctores, & ego ex hoc text. qui ponit duos caſus diverſos. Primo caſu dicit: ſine contradictione aliqua ſtare compellas, *&c.* & in ſecundo autem dicit: ex tunc ſententiæ ſuæ (ſicut de alio caſu diximus) appellatione remota parere conſtringas, &c.) cùm nihil in alio caſu de appellationis remotione dixerit, ſed de contradictione dumtaxat, & tamen ſe ipſum Pontifex declarat, ut illa verba contradictione remota intelligantur, idémque operentur, quod & appellatione remota, cùm nulla ſit major contradictio quam appellatio, *ſupra dixi n.* 33.

Denique probatur hæc pars ex text. *in c. cùm ſit Ro-* 96
mana 5. *de appell.* ibi, intra quod ſi is, qui appellaverit, cauſam appellationis non fuerit proſequutus, tenet ſententia, ſi poſt ſententiam appellaverit, & cauſa tua cecidiſſe videtur, nec ampliùs ſuper eodem negotio audietur appellans, *&c.* nam regulariter verum eſt, ut qui terminum ſibi ad aliquid faciendum præfixum la- 97
bi permittit, cenſetur renuntiare, & non poteſt, nec agendo, nec excipiendo audiri, tradit Joan. Cephal. *conſil.* 201. *n.* 4. 2. *& conſil.* 202. *n.* 18. *eod. lib.* 2. Caſſiador. *deciſ.* 4. *in attent. n.* 3. *de dilatio.* Veſtr. *in prax. Romanæ Curiæ lib.* 8. *cap.* 4. *n.* 21. Annot. ad Æguid. *n.* 108. ſed ubi 98
à jure ſuper aliqua cauſa denegatur audientia, appellatio etiam denegata cenſetur, latiſſimè diximus & poſt plurimos probavimus *ſuprà 2. p. cap.* 8. *à prin. uſque ad fin.* ergo evidenter ſequitur in noſtro caſu, cùm ſuper deſertione, & cauſa princ. denegetur audientia, appellatio remota intelligatur.

Uno fundamento voluit hanc noſtram opinionem 99
comprobare Amad. Rodrig. *in d. c.* 1. nempe; quòd cùm hodie ex Concilio Trident *ſeſſ.* 24. *de reform. cap.* 20. *& concl.* 13. *c.* 1. ſi prohibita appellatio ab interlocutoria ſententia, niſi ab ea, quæ contineat damnum irreparabile, & ſic arguit ille, cùm ſententia ſuper deſertione ſit
interlocutoria, ergo non poteſt appellari. Sed mitor 100
tanti viri non attendentis, quòd Trid. in d. locis permiſerit appellationem ab interlocutoria, vim diffinitivæ 101
habente, pro ut iſta lata ſuper deſertione eſt, ut probant Philip. Franc. *in c. ex ratione, de appell.* Lanfran. *in c. quemadmodum contra n.* 114. *de probat.* & plurimos citavimus ſuo loco, & quòd habeat etiam damnum irreparabile, dubitavit nemo, ſicuti aliam ſententiam diffinitivam poſt 102
ſe non expectet, per cujus appellationem poſſit reparari, & ita defende hanc opinionem noſtram ex ſuprà dictis fundamentis, à nobis conſideratis, quibus ſpeciales rationes excludendæ appellationis hoc conſideravimus caſu.

Circa materiam autem deſertionis, quemadmodum 103
ſententia, cujus ſit appellatio deſerta, executioni ſit mandanda, quid ab interlocutoria, & quid à diffinitiva, quid in judice delegato, quid in ordinario, quid ubi adeſt impedimentum, & quemadmodum id conſtare debeat, & quemadmodum deſertio debeat apparere, & quid quando eſt lapſus terminus juris, ſive judicis, & quid ſi commiſſio fuit expedita, licèt non præſentata, & de pluribus difficultatibus materiam deſertionis ſpectantibus (quas nos omittimus, quia non pertinet) vide latè, & effatim per Lancelot. Robert. *de attent 2. p. cap.* 12. *ampliat.* 1. *per totam*, & quis judicum, an ſuperior, an inferior teneatur ſuper deſertione cognoſcere, & de ea, ſive tacitè, ſivè expreſsè pronuntiare, diſtinctè & ſigillatim, illativè varios caſus congeſſit poſt Lancel. & alios, Eſcacia *de appell. quæſt.* 11. *art.* 5. *per totum à n.* 148. *cum pluribus ſeqq. fol.* 141. & an judici à quo, an
judici ad quem pertineat, rem judicatam exequi, & exe- 104
cutoriales expedire, vide eundem poſt alios plures caſus diſtinguentem, *in eadem quæſt.* 11. *art.* 7. *per totum à num.* 162. *uſque ad n.* 183.

TRACTATUS
DE REGIA PROTECTIONE VI OPPRESSORUM APPELLANTIUM.
PARS QUARTA.

Qua continentur capita circa violentias attingentes executoriales executores, & eorum excessus.

CAPUT I.

A præcepto, & expeditione executorialium; quidve in ea potissimum sit servandum: seu etiam ab earum commissione facta executori; an, & quando non deferens appellationi emissæ vim commisisse dicitur.

SUMMARIUM.

Auctor non tractat materiam executionis, sed duntaxat ipsi appellationis ab ea, nempe quando adest excessus, nu. 1.
Excessus executionis materia subtilis difficillima, & indigesta est, & utriusque fori tribunalibus frequens, n. 2.
Executionis tractatus qui edidere, n. 3.
Deus optimus maximus contra Adam statim executoriam sententiam misit, num. 4.
Sententia translata in rem judicatam, vel aliis duobus conformibus mittitur executioni, num. 5.
Sententia in rem judicatam transit ob non emissam appellationem intra terminum, vel ob eam desertam, nu. 6.
In executione ejus sententiæ privilegiatæ, cujus appellatio caret suspensivo effectu, cadere solet excessus, & per consequens appellatio, num. 7.
Nihil prodessent sententiæ & judicia, si non esset qui ea executioni mandet, num. 8.
Appellationi ab expeditione executorialium virtute rei judicatæ an sit deferendum, num. 9.
Opinionem affirmativam scilicet, esse deferendum, qui tenuerint, ibid.
A præcepto de exequendo tam sententiam quàm instrumenta guarentigiata, esse licitam appellationem, qui affirmat, n. 10.
Ab expeditione executorialium & præcepto de exequendo tam rem judicatam, quàm instrumenta, &c. non esse licitam appellationem, ut verior opinio resolvitur, n. 11.
Executio rei judicatæ & instrumenti guarentigiati æquiparantur à jure, num. 12.
De executione sententiæ ad executionem instrumenti guarentigiati, licitum est arguere, num. 13.
Ab executorialium expeditione, & præcepto de exequendo vigore rei judicatæ appellationi non esse deferendum, omnium fere concors est sententia. num. 14.
Ab expeditione executorialium vigore trium conformium non esse licitam appellationem, circa dubium est, n. 15.
Ab executione appellationi emissæ judex non deferens, vim non facit, num. 16.
Executorialium expeditio plus non gravat, & ideo non appellatur, num. 17.
Executio dicitur de appendicibus, num. 18.
Executorialium expeditio est par executionis, & ipsius atque sententiæ declaratio, num. 19.
Pronuntiatio de exequendo dicitur executio, licèt non mera, num. 20.
Executiva si sit una sententia alterius, si non potest appellari à prima, pariter nec à secunda illius executiva, num. 21.
Executorialium expeditio, & decretum de exequendo fit in executione rei judicatæ, num. 22.
Ab executione non appellatur, quia plus quàm sententia non gravat, ita nec ab expeditione executorialium, quia plus quam ipsa executio non gravat, num. 23.
Ab interlocutoria de amittendis articulis si non est appellatum, nec poterit postea appellari ab ipsa actuali admissione; & de ratione, num. 24.
Executor mandatum implens non est qui gravat, sed mandans, num. 25.
A sententia, qua quis non gravatur, non appellat, n. 26.
Appellans ab executione rei judicatæ præsupponit antecedens validum, & negat consequens, scilicet, executionem, & ideo nihil agit, num. 27.
Executio inducta est, ut lites consequantur finem, nec immortales reddantur, num. 28.
Finem nunquam assequerentur lites, si ab executorialium expeditione daretur appellatio, num. 29.
Prohibito uno prohibetur omne, per quod pervenitur ad illud, num. 30.
Ab expeditione executorialium appellatio admittitur, si rationabilem causam habeat expressam, num. 31.
Executorialium expeditio ante rem judicatam, & intra terminum ad appellandum, appellationem suspensivam recipit, num. 32.
Sententia de exequendo est executio, & sic non facienda ante rem judicatam, & intra terminum ad licitè appellandum, num. 33.
Executori dato ad exequendam sententiam legitima appellatione suspensam, non est permittenda executio, num. 34.
Executorialium expeditio continens novum aliud gravamen ultra rem judicatam, admittit appellationem suspensivam, num. 35.
Executorialium expeditio decreta contra alium in re judicata non comprehensum, recipit appellationem, n. 36.
Executorialium expeditio facta parte non citata admittit appellationem, num. 37. & n. 42.
Executorialium expeditio, ut per appellationem suspendatur, debet rationabilis causa in scriptis exprimi, num. 38.
Executoriales sunt, quoddam instrumentum à Notario confectum

confectum summam actorum continens, victori ad exequendum tradendum, num. 39.
Executorialis moribus inducta, idem est in effectu quoad mandatum executivum, n. 40.
Executoriales expediuntur stante re judicata, non tamen mandatum executivum, quod si secus fiat, Rota sustinet dum ritè sit expeditum, num. 41.
Executioralium expeditionem debet præcedere citatio ad videndum illas relaxari, num. 42.
Executoriales expediuntur etiam in domo auditoris Rotæ, num. 43.
Executoriales expeditæ absque citatione recipiunt appellationem suspensivam, num. 44.
Cui sex ampliationes adjiciuntur, num. 45.
Citatioan sit necessaria in relaxatione mandati vigore sententiæ, variæ fuere opiniones remissivè, ubi resolutio, 46.
Executorialium expeditionem requirere citationem, ubi datur judicis, rei, aut litigantis mutatio sine controversia est, num. 47.
Executorialium expeditio requirit processus reproductionem, aliàs si negetur, negatur executio, n. 48. & seqq.
Sententia valde antiqua præsumitur, rite & rectè latam fuisse, num. 49.
Sententia valde antiqua quæ dicatur, ut sine processu possint executoriales expediri, num. 50. remissivè.
Executoriales in primis debent continere sententias, seu sententiam, num. 51.
Sententia inserta in executorialibus facit quidem, quia sunt acta judicialia, num. 52.
Executor sententiæ non est antea ad ejus executionem deventurus, quàm sibi sententia legitime constet, nu. 53.
Sententia non dicitur constare, etiamsi ejus tenor referatur in executorialibus Papæ per relationem partis, quia ipsa sententia adhuc debet doceri, num. 54.
Dictiones (juxta, secundum,) & similes, in gratia, seu privilegio stant causativè, in justitia, rescripto autem conditionaliter, num. 53.
Executoriales ut per se fidem faciant de sententia, debet in illis inseri de verbo ad verbum, num. 56.
In executione sententiæ semper ejus verba ponderanda sunt, num. 57.
Executoriales ut probent mandatum procuratorium totus ejus tenor de verbo ad verbum est inferendus, n. 58.
Mandatum insertum de verbo ad verbum in sententia aliisve actibus judicialibus, fidem facit, sicut ipsum originale, num. 59.
Mandatum incertum per relationem & enuntiationem notarii non de verbo ad verbum, non probat, si negetur, n. 60
Etiamsi Notarius atteſtetur, se vidisse, & legisse, n. 61.
Et etiamsi dicat, ut constat ex instrumento per me fieri rogatum confecto, ibid.
Executorialibus inscribi solent libelli actionum & exceptionum, & alia munimenta quæ ad executionem magis congruant, num. 62.
Executorialibus inserendus de verbo ad verbum libellus Actoris, cum ejus probatio requirat scripturam, n. 63.
Executorialibus inseri libellum rei, ut constet de litis contestatione, non requiritur, cum sufficiat enuntiatio litis contestationis, num. 64.
Executorialibus libellus exceptionum erit inserendus, ut appareat an oppositæ executioni sint admittenda, vel non, vel jam super illis judicatum, n. 65.
Executorialibus citatio inserenda est, ut appareat tertius possessor, & oppositor fuerit citatus, & quibus efficiant executoriales, num. 66.
Executorialibus sunt inserēda omnia, quæ excludant exceptiones oppositas ad impediendā executionē, ut extrinseca alia excusetur probatio nempe actorum exhibitio, 67.
Acta processus etiā lite finita probāt, & vim retinēt. n. 68.
Causa, qua sit actum in judicio, & judicis intentio ut constet, interrogatoria & alia inseruentur in executorialibus, num. 69.
Executorialibus inseri solent testes melius probantes rei æstimationem, valorem & bonorum liquidationem reservatam executioni, ut alia excusetur, n. 70.
Executio si ab eodem judice sit facienda, parvi refert executoriales conficere, cùm sufficiat sola sententia à Notario signata publica forma, n. 71.
Executioriales Romana in Curia expedita, ante executionem earum requiritur citatio partis de inviolabili Rotæ stylo, n. 72.
Executio vigore executorialium non intimatarum capitulo, sed quibusdam canonicis non congregatis, capitulariter est attentata, n. 73. & quando tunc valeat, ibid.
Executioralium cum intimatione sit in Rota reproductio, ubi ante actualem executionem & declarationem incursus censurarum quatuor termini servantur, n. 74.
Executio & possessio capta vigore executioralium ante intimationem, & ejus reproductionem est attentata, & nulla. n 75.
Executio est nulla nisi intimentur executoriales latæ contra unum alteri possessori resignatario, vigore clausulæ resignationis gratiosæ, etiam quoad possessionem, qua actualiter reperitur, n. 76.
Dispositio de intruso loquens procedit in accipiente possessionem ex executorialibus non servandis, n. 77.
Executoriales obtinens, vigore trium conformium contra intrusum, si reperiatur in possessione per virgini annos, etiamsi non appareat de intimatione & terminis servatis, non dicitur attentata possessio, n. 78.
Ratio est, quia præsumitur omnia solenniter acta per spatium vigimi annorum, condemnatum intrusum post sententias dimisisse possessionem, n. 76.
Collatio facta per episcopum excommunicatum vigore, executioralium, tamen nondum declaratum valet. n. 80.
Condemnatus anteaquam declaretur vigore executorialium præmittit Rota quatuor citationes, ut doceat cur illis non paruerit. n. 81.
Auditor Cameræ licèt sit executor sententiarum, tamen executoriales à Rota intimatæ non possunt produci coram Auditore ad declaratoriam, nisi ipse expediat monitorium, n. 82.
Et de ratione, n. 83.
Executorialium executio est attentata, quia cum deberent reproduci coram Auditore Rotæ reproducuntur coram subexecutore in partibus, n. 84.
Ab executore exequente executoriales Romanæ Curiæ in partibus post intimationem, & ante earum reproductionem in Rota appellationi deferendum esse, declarat Regius Senatus, n. 85.
Romanæ Curiæ stylus in expeditione executorialium ac reproductione intimationis non servatur in partibus Hispaniæ, sed jus commune, n. 86.
Et quis Hispaniæ stylus sit, n. 87
Possessionem captam vigore executorialium expeditarum in partibus, & non reproductarum attentatam non esse, determinavit Rota, n. 88.
Stylus Rotæ extra Curiam non est attendendus, nec ad partes extendendus, n. 89.
A commissione executorialium facta executori, ut illam ad effectum perducat appellationi non est deferendum, n. 90.
Judex cautus sit, non pronuntiare super sententia exequenda, sed directò committat executionem executori, ut appellatio evitetur, n. 91.
Executionis commissio, executionis dicitur pars realis, n. 92.
Executionis extrema à parte ante & à parte post, appellationem excludunt, n. 93.
Medium participat à juribus extremorum, & probatis extremis medium probatum remanet, n. 94.
Quod procedit, quando medium habet conjunctionem cum extremis, n. 95.
Medium ejusdem præsumitur natura & condationis, cujus sunt extrema, n. 96.

Medium

Medium declaratur ex præcedentibus, & subsequentibus, num. 97.

Executorialibus non indiget sententia absolutoria, numero 98.

Absolutoria sententia seipsam exequitur, nec indiget facto judicis, n. 99.

Absolutus statim exceptione rei judicatæ tutus est, numero 100.

Executoriales imperiti judices concedunt indistinctè, numero 101.

Executoriales relaxari ex qualibet sententia etiam negativa, seu absolutoria ubique indistinctè practicatur, n. 102.

Executoriales non expediuntur vigore sententiæ notoriè nullæ, n. 103.

Executoriales expedire, quis judex possit, à quo, an ad quem, qui ultimam translatam in rem judicatam tulit sententiam, quid in delegato, & de aliis pluribus similibus difficultatibus, n. 104. remissivè.

1 EXECUTIONIS materiam non tracto, sed executorum executorialium dumtaxat: nec illorum amplam; sed quatenus nostrum principalem tractatum, & institutum attingere constet, ac concernit, quod tunc accidit; cum scilicet, vim faciant, non deferentes appellationi interjectæ ab eorũ actibus & processu, & per consequens, subtilem ancipitem, & in supremis inferioribúsque (tam secularibus, quàm Ecclesiasticis) tribunalibus frequentem, nimisque, & indigestam materiam excessus aggredior. Quam vix hactenus
2 adeptus est nemo, ejus laborem cùm omnes, summa ejus difficultate convicti, perhorruerint, aufugientes, licèt executionis instrumentorum, & aliarum rerum
3 eam merentium plurimi sint editi, & infiniti tractatus, ut est videre per Bernard. Pandum *in tract. de executione instrum.* Benedictum de Bar. *in tr. guarentigiæ.* Frecciam *in tract. de præsentatione instrum.* Anton. de Carrario *in tract. de executione instrum.* Ant. Massam Gallesium *in tract. de executione instrum. in forma Cameræ.* Matthiam Colleriũ *in tract. de processibus executivis.* Roder Xuar. *in repetitione l. post rem jud. ff. de re jud.* & ejus additionator Valdes Paz *in praxi 4. part. tom. 1.* Palad. *l. 2. rer. quorid. c. fin.* Amad. Rodr. *in tract. de execut.* & alios ab eisdem relatos ad quos omnes te lectorem pro materia remitto in nudis, merisque tractationis nostræ limitibus contentus, cujus principium me jam convocat.

4 Genesis cap. 3 legimus, ut post culpam Adam condemnatum Deus optimus Maximus ejecit è paradiso suam sententiam itaque mittens executioni statim *cap. Adam de pœnit. d. 1.* ad cujus imitationem sententiæ in quibusvis judiciis, tam ordinariis, quam extraordinariis, summariis aut summarissimis, latè debitum ut consequantur exitum; necessarium ut sortiantur effec-
5 tum, & ut ad finem suum, tanquam objectum, lites protrahantur: executioni quotidie mittuntur, non omnes: sed illæ dumtaxat, quæ vel aliis duobus conformes sunt, *clem. 1. de sentent. & re jud. l. 1 & toto tit. C. ne liceat tertio provocare*, ubi Doctores & quæ nos latè *suprà lib. 3. c. 6 à pr.* vel ea quæ transierit in rem judicatam, *l. post rem judicatam, ff. de re jud. l. cùm quædam puella, ff. de jurisd. omn. jud. l. minor. 25. annis, cui fideicommissum, ff. de minorib.* & hoc sive quia intra præfinitum ad appellandum juris terminum appellatio non
6 fuerit interposita. *c. cum dilectus in fin. de elect. c. quoad consultationem, de sententia & re jud. clem. sicut, de app.* vel si interjecta, quia ob non prosecutionem deserta remansit, *l. fin. §. illud, C. de tempor. app.* tex. *in cap. personas, & in c. cum sit Romana de appellationib. l. quoniam nonnulli, l. si contra, C. de app.* & nos latè *suprà 3. p. c. fin. da fin.*

Quod extende etiam ad eam sententiam à qua licèt permissa sit appellatio quoad devolutivum, suspẽsivus *Salgado de protect. Reg.* tamen tanquam prohibitus ejus executionem non impedit, secundùm varietatem casuum à prin. hujus tractatus usque nunc, in finémque relatorum. quoniam quantum ad nos attinet, executor talis sententiæ potest in executione excedere, ac propterea appellari, & tandem cùm præfatarum sententiarum executio necessaria sit, juxta illud Philosophi Politicorum 6 c. nihil prodesse rebus justis judicia, & sententias dare; nisi essent, qui eas executioni mandarent, cui convenit *l. 2. 9. post originem, ff. de origine juris, c. ubi periculum, § præterea de electione in 6. & in c. unico, §. & quoniam de statu regula. eodem lib.* tex. *in c. suscita de in integr. restitut.* quæ frustra ferrentur sententiæ, nisi debitæ executioni mandentur, *c. quoad consultationem, de re jud.* gl. *in rub. C. de executione rei jud.* justè judex pro ea peragenda executoriales decernit. 8

Quo supposito in illam incidimus solvendam altercatam quæstionem: an judex Ecclesiasticus, vim faciat non deferens appellationi interpositæ à præcepto de exequendo, seu expeditione executorialium virtute rei judicatæ, & affirmativam scilicet appellationi deferendum esse, omnino tenent gl. *in l. 4. ab execut. ff. de app. & in l. ab execut.* ubi B *sub n. 1.* & Salicet *sub n. 2. & 3. C. quorum appel. recip.* Speculator. *in tit. de app. §. in quibus n. 6. vers. & scias.* Socin. *regul. 26. appellare ab execut. n. 5. & regul. 24. fall. 2.* quam ipse ubi supra communem opinionem esse testatur & Alex. *consil. 113. viso themate n. 9. in fin.* quã videtur sequi Roman. *consil. 41. in præsenti consultatione n. 1. & ind. 5. in pr. & in 4. colum. ff. de verbor. oblig.* sequitur Addit. ad Abbatem *in c. quoad consultationem sub num. 30. verbo, appellatione, in fin.* & præfatas glossas ad hoc allegavit Bart. *in l. si cum exceptio §. hæc autem ad fin. quod metus causa.* 9

Et generaliter seu indistinctè, quòd à præcepto, seu decreto de exequendo appellationi sit tanquam licita deferendum, tenet Angel. *in d. l. ab executore.* Roman. *consil. 41. sub n. 1.* Angel. *consil. 112. quidam petit.* Sequitur Fel. *in c. quoad consultationem n. 13. in fin. n. 14. & 15. vers. lim. 1. de sententia & re jud.* Salicet *d. l. ab executio. C. quorum app. vers. oppono contra primum* ut dicit Doctores ita communiter tenere, & ibi Joan. Faber. *in pr.* Bal. *in addit. 2. ad Specul. in tit. de app. vers. aliud est* Alb. *in c. quoad consultationem vers. concludo ergo de jud.* Alex. *in consil. 97. vol. 6.* Socin. *consil. 33 c. vers. nam licet.* Soc. *in reg. 26. lim. 5.* Joan. de Ana. *consil 26. in pr.* Roder. Xuar. *in l. post rem, in decla. l. Regn. q. 6. n. 1. & 2.* & præfatarum glossarum opinionem *d. l. ab executione. & in d. l. ab executore*, communiter approbari per DD dicit Decius *in c. novit. n. 4. de app.* & etiam de communi testatur Æmilia. *consil. 148. magnifice n. 2.* Mynsinger *consil. 46. factum tale. n. 18.* quorum plurimi generaliter loquuntur tam in decreto, & mandato exequendo rem judicatã, quàm instrumentis, & aliis dispositionibus executionem mentibus: alii verò indistinctè de præcepto exequendo, alii, & major pars in executione instrumenti guarentigiati; dicentes, quòd licèt non possit appellari ab ipsa executione, poterit tamen appellari à mandato de exequendo, & sic dicendum videtur; appellationi hujusmodi ab expeditione executorialium si judex non deferat vim faciet omnino. 10

Sed contrariam sententiam, & opinionem: imò appellationi non deferentem, vim nullã facere interposita ab expeditione executorialiũ, & præcepto de exequendo, tam vigore rei judicatæ quàm instrumẽti guarentigiati, alterius ve dispositionis: lógè verio ẽ, & probabiliorem, communioremque, testantur citandi: quam tenent gl. *in l. cum exceptione §. hæc autem, verbo, datam vers. sed tamen dic, ff. de eo quod metus causa* Alberic. *in l. ab executione, C. quorum appell. in prin. vers. item tenet*, & Odofred. *vers. si judex pronuntiat vers. quæritur circa legem istam* Bald. *in d. l. ab executione, vers. tamen modò quæro*, ubi Paul. Castrens. *in princ. vers. & advertendum:* 11

Fulgos. *in glos.* Joan.Andr.*in addit. ad Specul. titul. de appellat.§ in quibus vers.& scias.* Alexand.*cons.*181.*vers. fortius dico vol.*6. Specul. *in tit. de executione sententiæ, §. breviter,vers.sed secundum eum.*Angel.Aret.& Imol *in l. ab executore,ff.de appell.vers.in glos.*1.*dec. Neapol.*1. *in novis.n.*17.communem dicit Decius *in c.novit,nota.*4. *de appellat.*Gratus,qui de eadem communi testatur *in consil.*109 *vol.*2.cõmunem dicit etiam Ruin.*consil.* 78. *volum.* 5. communem etiam dicit Petrus Philipp.Corneus *consil.*71.*volum.*4.*volum.*1.quem sequitur referens Maran.*de ordin.jud.*6.*p.tit.de appellat. n.* 249.*fol.*612. *in parvis,* de communi & magis communi dicit etiam Lancelot.Robert.*de attent.*2.*p.c.*12 *limit.*53 *à num.*14. AntoniusGabriel *lib.*2.*conclus.tit.de appellat.conclus.*4. communem etiam dicit plures allegans Bernard. Diaz de Lugo *in regul* 43.veriorem dicit eam sequutus Didac.Perez *in l.*5.*tit.*8 *lib.*3.*ordinam.colum.* 1113. & ut talem plures allegans, beneque comprobans contra primam per eum relatam,refert Mencha *lib.*2.*controv. usufreq cap.*38.*num.*6.*&* 7. quos etiam sequitur Joan. Gutier.*in repetitione l.nemo potest. de legatis* 1. *n.* 446. *& num.seqq.*Vald.*in addition.ad Roder.Xuarez in l.post rem declara.l. Reg.q.*6.*ad n.*1. Rebuff. *de litera obligat. art.*1.*glos.*10.Menoch.*de adipisc.poss.rem* 4.*n.*828 Azeved.*in l.*3.*titul.*21.*num.*4. *&* 5.*lib.* 4. *recop.* Anton. de Canar.*in tract.de execut.instru.q.*46.*n.*83.*tom.*5.*diversf. fol.*44.Rota *decis.*100.*ex novum.num.*13.*p.*1. *diversf.*qui omnes loquuntur in appellatione interposita à præcepto de exequendo tam virtute rei judicatæ, quàm in-
12 strumenti guarentigii propter utriusque æquiparationem à jure consideratam,secundùm Benedic de Paz *in tractatu de guarent.p.*2.*q.*15.*fol.*346. Anton.de Cana. *in tractatu de executione instrum.quæst.*41.*sub n.*79. *fol.* 44.Escacia *in tract.de appell.q.*17.*limit.*10 *num.*8.*ad fin.* Joan.Garcia *de nobilitate gloss.*6.§.2 *n.*25. alios ultra istos Doctores multos pro hac opinione magis cõmunem affirmans congerit Cevall. *in contra commun. quæst.*190.*per totam,*Joan Gutier. *in repetitione l. nemo potest. de legat.à num.* 447. & de communi opinione plures referens testatur Carocius *exceptione* 44.à *num.* 70.*& seqq.*Rota Lucana *decis.*72.*num.*7. Amatis *decision.*29 *n.* 48. quapropter de executione sententiæ ad executionem instrumenti guarentigiati licitum est arguere,secundùm B.*in.l.cùm unus in fin ff de bonis author. jud.poss.*& Bal.*l.an fin.col.*2.*eod tit.* Rom *consil.*76.*n.* 4. Angel.*in l.*1.*Cod quando provoc.non est necesse.*Quintilia Mandos.*in tract de inhibit.quæst.*49.*num.*2.Paz *in prax.* 4. *p. tom.*1.*cap.*1.*n.*3.

At in specie nostra, ut appellationi ab expeditione
13 executorialium, seu decreto de exequendo virtute rei judicatæ, non sit deferendum (negant pauci) sed omnium ferè concors est receptissima sententia,Cynus *in d.l. ab executione.* Raphaël Cuma.*in d. l. ab executore,* ubi Bart.Maria.deSenis *consil.*48.incipit *in civitate Lucana,*sentit glos.*in l.si cũ exceptione §. hac autem ff quod metus causa.*ubi Angel.Joan.Andr.*in addit.ad Speculat. tit.de appell.§.in quibus vers.quoniam.*Aret.latè *in d.l.ab executore,*post Angel.& Imol. (dicit sic se vidisse servari in praxi)Bal.*in d.*§ *hac autem.*Florianus *in d.l.ab executione,*pro quo etiam consuluit Alex.*consil.*236.*visis processibus col.*2.dicens esse communem opinionem, Alex.de Imol.*consil.*95.*lib.*2.*col.*2.qui de communi testatur quem sequitur referens Philip.Corneus *cons.*71. *column. penult.vol.*1. dicens, ab hac opinione in judi-
14 cando, & consulendo non esse recedendum. Barthol. Socin.*in tract fallen.regula* 33.*appellare ab executione,* communem etiam dicit Felin.post alios *in c.quoad consultationem num.*14.*de re jud.* sequitur Roderic. Xuarez *in rep. l.post rem.in declara.l.Reg.quæst.*6.*n.*3. (quia licèt contrarium teneat in appellatione à mandato de exequendo instrumentum, tamen in appellatione ab expeditione executorialium,seu mandato de exequẽdo vigore sententiæ hanc partem,ut æquissimam,& fundatam sequitur) Speculat.*in tit.de executione sententiæ, §.penult.vers.sed secundum eum quæritur num.*5.*in fin.& n.*6.*lib.*2.*fol.*181.Rebuff.*tract.de sententiarum executione,art.*7.*gl.*13.*n.*16.*fal.ult.tom.*1.*fol.*376. Capicius *decis.* 1. *num.*17. de communi testatur item Mandel. de Alba *consil.*14.*præsuppositalib.*1.& magis communem post alios vocat Petrus Cephalus *cons.*76.*num.*16.prout de eadem magis communi testatur Beroius *consil.*32 *in causa executionis num.* 5.*&* 17. *lib.* 3. ubi quòd ab hac opinione in judicando non est recedendum, & quòd qui alteri opinioni velit inhærere,id ex imperitia facere, præsupponeretur,& de eadem communi testatur Gravat. *in addit.ad Vestrium in praxi Roma.Cur.lib.*7. *cap.ult.n.*43.etiamque communem dicit Caputaq.*decis.*427.*l.*1.communem dicit Apostil.ad Roma.*cons.*... *in præsenti,in verbo, videndum,*communem dicit Socin. *in regul.*24.*fall.*2.*& in regul.*26. & plurimos de communi & magis communi testantes refert & sequitur Card.Tusc. *pract.concl.tom.*1.*concl.*410.*lit.E.num.* 14. *& n.*17.veriorem communium, & servatam Affirmat Addit.ad pract.Papiens.*in forma appellat.à sentent.diffi. in glos.coram vobis in verbo,in executione,fol.*407.de magis communi etiam testatur Rolan.à Valle *consil.*43.*à n.*3,*volum.*1. esseque receptam in Palatio,post alios testatur Rota *decis* 100.*p.*1.*divers.*quam doctrinam pro- 15
cedere citra dubium in executorialibus decretis,vigore trium sentẽtiarum conformium,affirmant Mandos. *in tract.de commissione.*23.*executoriali in verbo citatione precedente q.*4.*versus fin.fol.*130.Escacia Sigismund. *in tract.de appell.quæst.*17.*limit.*10.*n.*17.quia tunc nulla cadit disputatio.

Quæ quidem opinio non invalidis fundamentis,ra- 16
tionibusque fulcitur,etenim ab executione ipsa appellationi interpositæ judex deferre non tenetur, ac vim non faciat,cùm careat suspensivo appellatio,*l.ab executione,C.quorum appellat.non recip.cap.novit.*43.*de appell.*Bal.*in d.l.ab executione,in prin.* Roman.*consil.*41. *in præsenti consultatione,n.*1.Anton Gabriel.*commun.concl. l.*2.*tit.de appell.concl.*4.*in prin.*Asin.*in praxi judic.*§.31. *cap.*18.*n.*1.*fol.*187.Lancelot.*de attent.*2.*p.c.*16.*n.*38.& idem 2. *part.cap.*12.*limit.*53.*n.*10. *&* 1*seqq.* communi testatur Alciatus *in l.*1.§ *si quis ita, ff. de verbor. oblig.* Baptista Villalob.*in volum. communium opin.verbo, appellat,n.*113.Augustinus Beroius *cons.* 106. *quatuor n.* 10.*lib* 3.Mãriel.de Alba.*consil.*14.*in prin.l.*1 Grat.*cons.* 16.*visis,lib.*2.Petr.Calefat.*inter consilia matrimonialia, l.*1.*cons.*76.*in causa executionis.n.*16 Benedict.de Barz. *in tract.guarenti.p* 2.*q.*13.*fol.* 346. Vestrius *in praxi lib.* 7.*cap.*3.*num.*9.Caputaq.*d cis* 40.*appellatio non admittitur p.*1 Rota *decis.*45.*alias* 346.*si appelletur,de appel. in novis* Rebuff. 1.*to.* tit.*de sententiarum executione glos.*12.*&* 13.*&* 14.*art.*7.*&* de litera.*obligat.art.*1.*glos.* 10.Bernar.Diaz *regul.*46.Didac.Perez *in l.*4.*tit.*8.*l.* 3. *ord.col.*1113.Menoch.*de adipisc.poss.rem.*4 *n.*228.Roland.à Valle *cons.*43.Azeved.*in l.*3.*tit.* 21.*lib.*4.*recop. n.*4.*&* 5.Valdez *in addit.ad Roder.Xuar. in l. post rem.* 21.*declaratione l. Reg.quæst.*7.*n.*1.Covarr. *in pract.q.c.* 23.*ac fin.*Parlador.*l.*2.*rerũ quotid.cap.fin.*5.*p.*§.15.*n.*1.

Ergo nec poterit appellari ab expeditione executo- 17
rialium,seu à præcepto rem judicatã,seu aliam dispositionem executioni mandandã,quia plus non gravat. Ita argumentantur Geminia. *consil.* 99. Guido Papæ *consil.*574 Corneus *cons.*71.*n.*20.*lib.*1.*& cons.*221.*in fin. lib.*4.Aretin.*in l.*5.*in prin.n.*3. *circa medium de verbor. oblig.*Alexand.*cons.*95.*lib.*2.Socin.*in regul.*26.*appellare.* Felin.*in c quoad consultationem,num.*14.*&* 15.*de re jud.* Ruin.*cõsil.*78.*num.*1.Socin junior *cons.* 138.*n.*6.*lib.*3. Gratus *responso.*16.*col.*1.*num.*2 Roland. à Valle *consil.* 43.*n.*5.*in prin.*Rota *decis.*100.1*p.diversf.*& ferè omnes DD. citati superiùs *vers. at in specie nostra,& vers. sed contrariam sententiam.*

Nam

Nam executio dicitur de appendicibus. Puteus *dec.*
18 376. *in f. l.* 1. & executorialium expeditio, & præceptum ejus pars, seu declaratio ipsius executionis, & sententiæ, Cynus *in l. ab executione C. quorum appel.* ubi Raphaël Cuma, Bald. eriã *ibi n.*4. Felin. *in c. quoad consultationem sub n.*14. *de re jud.* imò executio & præ-
19 ceptum de exequendo, unum & idem esse, firmant Cyn. *in d. l. ab executione.* Raphaël Cuma. *in l. ab executore,* & ibi Bart. & Maria de Senis *cons.*48 *in civitate Lucana.* Rober. Xuarez *in repet. l. post rem. in declaratione l. Reg. q.*6. *n.*3. *in pr.* & Bald. *in addit. ad Specul. de sent. vers. an*
20 *pronuntiatio*, dicit, quòd pronuntiatio de exequendo sit executio, licet non mera, ergo nec ab ista expeditione, & decreto poterit appellari.

21 Insuper facit elegans ratio, nam quoties duæ sententiæ ita se habeant, ut una veniat in executionem, seu executiva sit alterius, tunc sicut non potest appellari à prima, pariter nec poterit appellari à secunda ita eleganter Bald. *in l. cum exceptione* §. *hac autem actio. ff. de eo quod metus causa.* Felin. *in d. c. quoad consultationem, n.*14. *ante fi.* Escac. *in tractatu de appellat. q.*17. *limit.*10. *num.*11. Cipici. *de nov. n.* 17. & *n.* 23. Lancel. Robert. *de attentat. 2. p. c.*12. *sim.*53. *num.*36. Cæsar. Contard. *in*
22 *receptio. l. unicæ C. si de nom. poss. limit.*19. *num.*16. sed expeditio executorialium, & decretum de exequendo est executio rei judicatæ, ergo quemadmodum ab ista non appellatur ex superiùs dictis, ita nec ab illa expeditione.

23 Cæterum & facit, quòd executorialium expeditio, & decretum non plus gravat, quàm ipsa res judicata (prout diximus in executione) quoniam ideo ab ea non appellatur, quia ampliùs quàm sententia ipsa principalis, non gravat, sed ab ipsa sententia, & re judicata non licet appellari; ergo nec licere debet ab expeditione executoralium, quemadmodum nec ab ipsa actuali executione; ita hanc rationem eleganter adducit Angel. *in d. si cum execept.* §. *hoc autem actio.* Joann. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de app.* §. *in quibus, vers.* 5. Est. *de app. q.*17. *lim.*10. *n.*12. & *n.*6 Felin. *in c. quoad consultationem, de sent. & de re judic. n.*14. *post medium.* Rebuff. *in tract. de appell. art.*9. *glos. unic. n.*8. & *seq. fol.*507. Roland. à Valle. *cons.*43. *n.*3. *lib.*1. & ex plurimis quos citat, tenet Rota *de . . . 100. 1. p. diverso.* secus si gravaret ampliùs ut statim.

14 Quibus & illud rectè convenit, quod dicit Paul. Castr. *in l. ab executore* 4. *ff. de app. num.*2. quòd si judex pronuntiat, articulos esse admittendos, & postea admittit, si non fuit (inquit) appellatum à pronuntiatione de admittendo, non poterit appellari postea ab ipsa admissione, cùm admissio sit executio interlocutoriæ, & secunda executio primæ, & prima est, quæ gravat, non autem secunda, sequitur Ruginel. *in tract. de a p.* §.2. *c.*3. *n.*85. & 167. & idem melius post alios quos citat. *ibi n.* 168. Esc. *de app. q.*17. *limit.*10. *n.*12. vi-
25 dendus est. *lim.*47. à *n.*137. & per eundem Paul. Castr. & notata *in c. dilect. de renuntiatione*, tenet Joann. Ferrat. *in tract. de app. c.*5. *n.*50. quemadmodum etiam dicimus de executore, ut ipse judicis mandata implens non gravat, sed mandans. Aymon Craveta. *cons.*273. *nobilis Domine, col.*3. *n.*1. *vers. secundo quia, & vers. nec obstat.* Rebuf. *in tr. de appellat. art.*7. *gl.*2. *n.*15. *tom.*3. *fol.*503. Scacia *ubi proxime d. lim.* 10. *num.*3.

26 Idem succedit regula, quòd à sententia qua quis non gravatur, non potest appellare Bald. *in l. unic. n.*7. *C. ne liceat una eademque causa.* Franc. *in cap. si duobus, n.*1. *de app.* Nicell. *in tract. de concord. gl. concord.*6. *fall.*43. *sub n.*84. *c. n.*8. *diversor. fol.*194. Oz. *seus dec.*6. *n.*3. Gregor. Tholos. *tit. de app. lib.*5. *c.*1. *n.*1. *fol.*461. Cæsar. Barz. *dec.* 52. *n.*10. quia appellatio respicit gravamen quod est causa finalis & objectum appellationis, *c. ut debitus honor. de appell.* ubi Doctores Abb. *in cap. in*

*terposita, sub num.*3. *de app. c. cum cessante, eodem tit. in*
debet cessare appellatio ab hac sententia alterius executoria.

Quibus etiam accedunt, quod dicit Germinianus *in cons.* 99. *n.* 3. allegans ad hoc Joan. Menoch. sequitur Gille. *in tract. de Camerali* 3. *p. in c. de quæst. variis, post præcept. in addit. n.* 10. *& cum tribus seqq.* Marqu. *s. de* 27
*commiss. l. p. c.*16. *num.*34. Hieronym. Gonz. *in regul. de men. & alternat. glos.*9. *in annotat. à nu.*221. *& nos jure hà lib.*2. *c. de pensionibus, fol.*1. quòd appellans ab executione facta vigore rei judicatæ, & similium, præsupponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negat consequens, scilicet illius executionem, & sic nihil agit, quia opponitur rei naturæ, & ejus impedit naturalem effectum.

Et tandem pro hac parte illa movet ratione in in- 28
finitum lites protrahantur, nec immortales reddantur, & ut debitum consequantur finem. *l. fratris, C. de transactio. finem de dolo & contum. l.*6. quam reddunt Odofred. & Cyn. *in d. l. ab execut.* Bart. *in l. ab executore, col.*2. *in prin. ff. de app.* Joann. Andr. *in addit. ad Specul. titul. de app.* §. *in quibus vers.*5. Raphaël Cuma. *in d. l. ab executore.* Idem. Joan. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de executione sententiæ* §. *penult. vers. sed secundum eum cum quæritur.* Felin. *in c. quoad consultationem sub n.*14. *post prin. de re jud.* alios recensel Roder. Xuarez *in l. post rem. in declaratione l. Regni q. 6. n.* 3. *in prin.* Roland. à Valle 30
*cons.*43. *n.*5. *vol.*1. Grat. *in discept. foren. c.*333. *num.*1. *tom.*2. quæ nunquam daretur, si ab hujusmodi expeditione executorialium daretur appellatio; & admitteretur una via, quod alia prohibitum stat, cùm uno prohibito, prohibetur omne, per quod pervenitur ad illud, ut dicit in proposito. Corneus. *cons.*71. *col.*4. *in litera V. in* 32
*vol.*1. quem referens sequitur Maran. *de ord. jud.*6. *p. tit. de app. n.*249. *in fi. fol.*612. *in parvis,* & sic regula subsequitur, quòd appellationi interpositæ ab expeditione, & decreto executorialium vigore rei judicatæ, violentiam nullam faciat non deferens, sicut etiam generaliter nec à quolibet præcepto de exequendo actum aliquem exequibilem, ut ex magis communi suprà probavimus.

Quam regulam, & resolutionem declares, seu limites, 31
velim, ut non procedat, quando in appellatione hujusmodi aliqua rationabilis causa exprimatur (quas modò dicemus) quia tunc ab hujusmodi expeditione executorialium appellationi, ut licitæ nisi judex detulerit, vim facere declarabitur, imò eandem executorialium suspendere tenetur, ita observat Rota *in novissf. dec.*218. *n.*5. *p.*3. *l.*3. *diversor.* quam ad id referens sequitur Card. Tusc. *l. tom. pract. concl. litera A, cons.*359. *n.*49. *& nos suprà lib.*2. *c.*1. *de interlo. n.*11. idem affirmat Paul. Castr. *cons.*289. *ad primum respondet, lib.*1. *in pr.* sequitur idem Tusc. *tom.*1. *litera A, concl.*4010. *n.*10. Rom. *cons.*41. *in pr.* & Apostilla ad eum, *verbo, videndum*; communem dicens, & plurimos citat.

Et prima rationabilis causa sit, quando hujusmodi 32
executorialium expeditio fieret ante rem judicatam, & sic intra terminum datum ad appellandum à sententia condemnato; quoniam hac de causa ab hujusmodi expeditione appellationi deferre tenetur judex, sicut enim potest appellari à prima, ita & ab hac secunda pariter licebit, probant Angel. *in l. ab executore ff. de app.* & ibi etiam Immol. & Clarus, Angel. de Aretin. argumento glossæ *in d.* §. *hac autem*, implicat enim contradictionem, quia si sententia de exequendo est exe- 33
cutio (ex supradictis) non debet fieri ante rem judicatam, & (ut optime Alex. *cons.* 113. *num.* 10. & 11. *lib.* 5.) infrà terminum ad appellandum, ex juribus vulgatis, ita pungit, & argumentatur Bald. *in d. l. si cum exceptione,* §. *hac autem actio, ff. quod metus causa,* quos sequitur Felin. *in c. quoad consultationem n.*17. *de sentent.*

& re jud. Benedictus Vand. *in repert.* Felin. *verbo appellatio, fol.* 9 *col.* 1. *in prin.* facit text. argumentum *in l. nimis propriè* 1. *C. de executione rei judicatæ.* & quod executori dato ad exequendam hujusmodi sententiam, à qua est appellatum, non sit permittendum exequi, etiam si merus sit, & nudus executor, probant Abb. *in c.* 1. *col. pen. & fi. de offic. ord.* Bart. *in l. divus ff. de judiciis*, Oldral. *cons.* 89. Gramati. *cons. civ.* 109. *n.* 5. Felin. *in c. si quando de offic. deleg.* Marta. *jurisdict.* 1. *p. c.* 51. *à n.* 34. vide in terminis quæ infra *c.* 9. *n.* 50. cum Vincentio Caroc. *except.* 44. *sub n.* 74.

34

Secunda rationabilis causa sit, quando expeditio executorialium, seu decretum de exequendo aliud, & novum contineret gravamen extra rem judicatam, cùm continere debet illud dumtaxat gravamen, quod continebat sententia; & res judicata exequenda, & quod ex ea tantùm infertur, tunc namque ab hac expeditione si judex tanquam licitæ non detulerit, vim facit manifestam; ita pulcherrimè Angel. *in d. §. hæc autem actio.* dicens, ita practicari de mente Innocentii *in c. super eo quod metus causa.* sequitur Felin. *in d. cap. quoad consultationem, n.* 16. *de re jud.* sequitur etiam Benedictus Vand. *ubi proxim.*, Ruinus *cons.* 78. *n.* 1. & 2. *lib.* 5. & post Bald. & Felin. Capic. *dec.* 1. *n.* 23. & *dec.* 24. Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim.* 53. *n.* 36. Roland. à Valle *cons.* 43. *n.* 3. & 4. ubi dicit, ita omnes tenere, *vol.* 1. Ant. Gabr. *communi concl. lib.* 2. *tit. de app. concl.* 4. *n.* 2. Gratia. *in discept. foren. c.* 333. *n.* 2. *tom.* 2. Caroc. *exceptione* 44. *à n.* 75. faciunt etiam omnes Doctores supra citati num. 23. vers. cæterum & facit, dicentes, quod ab expeditione hujusmodi non appellatur, quoniam non plus gravat quàm sententia, ergo à ratione cessante, si plus gravat, appellatio permittitur.

35

Et quòd à decreto & expeditione executorialium, continente novum gravamen, appellationi, ut licitæ deferendum sit, in specie tradit Rota Rom. *dec.* 208. *n.* 2. *p.* 3 *& dec.* 197. *lib.* 2 *n.* 1. *& dec.* 218. *lib.* 3. *n.* 5. *& dec.* 204. *eodem lib.* 3. *n.* 2. Ant. Cuchan. *lib.* 2. *institut. major. tit.* 4. *n.* 103. Hinc fit, ut quando sententia (de cujus executione agitur) esset allata contra unum, expeditio, aut pronuntiatio de exequendo fieret contra alium, quia tunc ab ea appellationi interpositæ deferendum esse, docet Angel. *in l. si cum exceptione §. hæc autem actio ff. de eo quod metus causa*, Immol. *in l. ab executione C. quorum appell. non recip.* Capicius *dec.* 1. *in causa Domini Comit. num.* 17. *vers. sed quoad casum nostrum.* Lancel. *ubi proxime d. lim.* 53. *n.* 21. Tertia erit appellandi in hoc casu justa ratio, quando hujusmodi expeditio fuisset facta parte non citata, quoniam tunc pariter si non deferatur appellationi, vim fieri, declarabitur (ut statim dicimus.)

36

37

Supradicta declara, ut hujusmodi causas legitimas appellandi, debet appellans eas proponendo in scriptis expressare, Castrens. *d. cons.* 289. *ad primum respondet in princ. lib.* 1. Roman. *cons.* 41. *in prin.* & Apostilla ad eam *vers. videndum.* Card. Tusc. *d. tom.* 1. *litera A, cons.* 4010. *num.* 2. *& n.* 18. & latiùs nos dicemus infrà *c.* 3. *n.* 144. Gutierr. *in repetit. l. nemo potest. ff. de legat.* 1. *num.* 447. *circa fin.*

38

Hæ autem executoriales, (quas vulgò dicimus *carta executoria*) post rem judicatam conficiendæ, est quoddam publicum instrumentum à notario confectum, summam actorum & processus continens, victori parti tradendum, ut exequantur; ita dicit eleganter Parlad. *li.* 2. *rerum quotid. fi.* 1. *p.* §. 1. *sub n.* 2. Practicus Monterosus *in pract. tract. de modo procedendi in una executoria fol.* 35. Paz *in proxim.* 4. *p. c.* 1. *n.* 9. Amad. Rodri. *de execut. c.* 1. *sub n.* 9. Villadiego *in sua polit. & pract. jud. c.* 4. *n.* 4. Joan. Garcia *in tr. de nobilitate g.* 6. *n.* 49. & hæc executorialis idem est, quod mandatum executivum, sed moribus usitatum est, ut sententiæ in rem judicatam transactæ hoc instrumentum conficiatur, ut advertit Parlad. *ubi suprà*, sed in effectu, & essentia nihil aliud est, & ideò docuit Rota ex recollectis per Seraphinum *in dec.* 878. *tom.* 1. quòd stante re judicata per sententias expediuntur executoriales, non autem mandatum executivum loco earum, si tamen per errorem secus fiat, & sic non rectè; si tamen rectè concedatur, & cum justitia, revocari non debeat sed exequi, attendente Rota stylum universalem, ut non pervertatur, ejus omissionem patiente.

39

40

41

Quam executorialium expeditionem debet præcedere omnino citatio partis victæ, & condemnatæ, tamquam penitus necessaria, ad videndum decerni, & relaxari literas executoriales, Rota *in d. dec.* 879. *Seraphini.* Puteus *dec.* 73. *lib.* 1. (ubi etiam dicitur, quòd in domo etiam autoris executoriales expediuntur.) Alex. *in l. à divo Pio. §. in venditione, n.* 30. *& seqq. ff. de re jud.* Cassiador. *dec.* 6. *num.* 2. *de causa poss. & proprie.* Philip. Franc. *in c. ex parte num.* 90. *de appellat.* Cyn. *in l. ab executione*, ibi, *nam si eligitur. C. quor. un appel.* Dueñas *in regul.* 92. *in* 2. *ampliatione*, quæ omnia justam præbet causam appellationi, cui ut licitæ judex deferre tenetur omnino, ita post Hentric. Boic. *in c. d. cætero de re judic.* Ant. de Butr. & Panormit. *in c. fi. de præsumpt.* tradit expressè Guid. Papæ *dec. fi.* 436. incipit *cum materia & quæst.* 87. *num.* 95. Lancel. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *limit* 53. *num.* 31.

42

43

44

Et hoc quod voluit dicere Rebuff. *in tract. de sent. executione n.* 10. *& seqq. fol.* 223. amplians sex modis, scilicet etiamsi agatur actione personali, etiam si fiat in eadem re, vel judex idem qui tulit sententiam aut contra eundem condemnatum, & etiamsi constaret defensionem non competere, textò & ultimò etiam si post desertam appellationem; de quo ultimò Maresc. *var. resolut. lib.* 1. *c.* 31. *num.* 2. diximus latè supra *lib.* 3 *c.* 18. *à num.* 73. *cum seq.* Et eundem Rebuffum sequitur Cardinalis Tuscus *pract. concl. tom.* 3. *litera E, conclus.* 484. *num.* 1. & easdem ampliationes latè etiam comprobat Maresc. *variar. resolut. lib.* 1. *c.* 31. *à pr.* ubi disputat, an in relaxatione mandati vigore sententiæ citatio requiratur; quòd latè disputat & varias opiniones refert, Anton. Gabr. *communi concl. tit. de citat. concl.* 1. *à n.* 129. *cum seqq.* tamen post alios ut humaniorem, æquioremque opinionem hanc affirmativam resolvit Maresci. *ibi*, firmátque *sub n.* 1. eam amplexam fuisse à Rota in una Taurin. Capell. 24. Februarii 1579. & in alia Barchinonens. bonorum coram Seraphino 16. Februarii 1587. Et licet ex Marant. Vestrio, & Asinio [quos sic intelligit] contrarium sequatur contra Rebuff. Escacia *de appellat. q.* 11 *art.* 8. *à num.* 186. pluribus adhibitis limitationibus; nihilominus *n.* 188. ut tutior sit, citare ad tollendas lites, affirmat per Vestrium, & Carpin. Alexand. Quæ insuper ampliatur, ut sine controversia procedat, quando non ipse judex, qui sententiam tulit, sed alius successor, aut subrogatur expedit executoriales; ut tunc sit citatio facienda, quoties scilicet datur rei, aut personæ; etiam litigantis mutatio, prout latiùs comprobat ipse Maresc. *d.* 31. *à n.* 5. *& 6.* & nos alibi dilucidè explicuimus. 3. *part. c.* 9. *à n.* 207. *cum seqq.*

45

46

47

Debet etiam fieri actorum, & processus reproductio, Bald. *in l. fi. in fin. vers. & nota quod quando petitur, C. de ord. cognitionum, l. illud*, & ibi Bart. *ff. de acquir. hæred.* Paul Castr. *cons.* 3. Angel. *cons.* 178. Berthac *in repert. verb. acta. sub n.* 50. *ad fi.* & quia si non constat, & apparet de processu, isque negetur; executio sententiæ pariter neganda est, Bald. *cons.* 399. *nec præsumitur lib.* 4. Card. Tusc. *pract. concl.* 3. *tom. litera E, concl.* 492. *n.* 25. latè Ricc. *in prax. dec.* 215. Quod verum est, nisi sententia, de cujus executione tractatur, sit valdè antiqua, quia pro ea præsumitur rectè, & rite latam fuisse, ut ipse

48

ipſe Bert. *verb. ſent. præſumitur, verſ.* 1. ubi planè Bart. *in l. admonendi col.* 12. *verſ. quæro quid ſi rep rumpitur, ff. de jurejur.* allegat. Innoc. *in c. cum in jure. de offic. de leg.* & *in c. cum inter de re jud.* Bald. *in l emancip. verſ. ulterius quæro. C. de fide inſtrum* Quæ autem dicatur ad propoſitum ſententia antiqua, vide eundem Berthachi. *ibi*, Hoſtien. *in d. c. cum inter.* Alex. *in l. fin. ff. quando appellandum ſit.* latè Men. *conſ.* 100. *à n.* 236. *& de arbitr. caſu* 53. *n.* 5. & optimè *in caſu per totum*, *& caſu* 3. & pro hac limitatione plures citat Riccius *ubi proximè*, *n.* 297.

50

51 Hæ igitur executoriales debent in primis continere ſententias, ſeu ſententiam, ita advertit Parlador. *lib.* 2. *rerum quoti. c. fin.* 1. *ſub num.* 2. facit text. *in l. ut reſponſum congruum accipere poſſis, inſere pacti exemplum, ita enim intelligimus an*, &c. *C. de tranſactio.* & in terminis etiam tenuit Rota teſte Puteo *deciſ.* 334 *p.* 1. *à pr.* ubi *num.* 1. dicitur, quòd ſententia inſerta in executorialibus facit fidem, juxta Rotæ deciſionem 31. *in antiquis ibi* citatam.

52 Et quòd ſententiæ inſertæ in literis executorialibus creditur, ex quo inſerta eſt in actis judicialibus, dicit Rot. *in dec.* 57. *aliàs* 732. *nota quod executoria. de reſcrip. in antiq.* Maſcard. *de prob. conſ.* 915. *n.* 2. *&* 3. ubi plurima in comprobationem adducit *tom.* 2. quia executor ſen-

53 tentiæ datus ad ejus executionem, non antea eſt ad eam deventus, quàm legitimè ſibi conſtet de ſententia, aliàs executio eſſet nulla, ita docet Romanus *conſ.* 336. *circa propoſitam in pr.* ſequitur Card. Tuſc. *tom.* 3. *pract.*

54 *concluſ. concl.* 485. *n.* 1. *& ſeqq.* ubi ampliant, ut procedat etiamſi in executorialibus Papæ narraretur tenor ſententiæ per partem, quia adhuc non dicitur de ſententia conſtare, cùm non ſufficiat narrativa partis, nec etiam Principis, nec alterius notarij, niſi conſtet de relato ſeu narrato, & maxime quando mandatur executio fieri juxta tenorem ſententiæ (prout fieri aſſolet) quia tunc neceſſariò requiritur exhibitio ſententiæ, ut appareat tenor, quia licèt verba juxta ſecundùm, prout

55 & ſimilia, quando ſunt in gratia ſeu privilegio, ſtent cauſativè, tamen in reſcriptis juſtitiæ ſtant conditionaliter, Tuſcus & Rom *n.* 2. *in fi. ubi ſuprà*, ubi addition. ad eum *verb. conditionaliter*, plures adducit concordantes, & ſic ut deperſe fidem faciat, debet in executorialibus

56 ejus tenor inſeri de verbo ad verbum, ut per eundem Romanum *d. conſ.* 336. *n.* 2. & ibi additio. adducit alias authoritates: ſequitur Card. Tuſc. *d. concl.* 485. *n.* 5. & Puteus *ſuprà*. Semper ſiquidem in executione ſententiæ

57 verba ejus ponderanda ſunt, docet Bald. *in l. ab executione n.* 20. *ad fin. C. quorum app. non recip.* idem Bald. *in l.* 1. *C. de ſent. & interlocutoriis omn. jud.* per tex. *n d. l. fidejuſſores magiſtratuum*, §. *Aurelio*, *ff. de fidejuſſori.*

58 Item etiam ut de mandato procuratorio conſtet, & in poſterum fidem faciat, debet neceſſariò de verbo ad verbum in executorialibus literis inſeri totus ejus tenor; & eſſet tunc ac ſi eſſet originale ipſum Palard. *ubi proximè*, & eſt ſententia B. Bald. Angel. & aliorum *in auth. ſi quis in aliquo documento, C. de edendo*, idem ſcripſit Innoc. Immol. Zabarella, & Felin. *in c. cum in jure peritus, de off. deleg.* Bart. *in l. ult. C. de fide inſtrum.* Jacobi de ſancto Georg. *in l.* 2. *in* 2. *fallen. Cod. de eaden* Barba.

59 *conſ.* 38. *col.* 2. *ante fi. verſ. & nō eſt veriſimile, volū.* 4. quod idem eſt, ſi inferatur de verbo ad verbum in ſententia, aliiſve actibus judicialibus Boër. *dec.* 281. qui dicit cōmunem opinionem *n.* 6. *&* 8. *p.* 2. de qua etiam teſtatur

60 Abb. *in c. Abbatiſſimam de verb. ſignif.* aliàs autem ſi totus ejus tenor non fuerit inſertus, ſed dumtaxat enuntiativè, vel narrativè mentio facta à tabellione, & notario, nullo modo probat, nec de eo dicetur conſtare, ſi negetur à Domino, ut declarat Caſtr. *in d. authent. ſi quis in aliquo docum.* Felin. *in d. c. cum in jure. num.* 14. Decius *n.* 31. & cæteri DD. *in auth. ſi quis.* Bald. *in rubr. Cod. de fide inſtrum.* Lanfran. de Orian. & ibi additio. *in praxi de productionibus ſub num.* 34. Cardin. *in c. ult. de fide inſtrum.* Alexand. *conſ.* 71. *lecto & diſcuſſo, col.* 5. *lib.* 4 *& in conſ.* 70. *in cauſa vertente colum. p. mult. lib.* 2. 61 Bellamera *conc.* 125. *ſi appellatur.* Maſcard. *de probat. tom.* 2. *concluſ.* 1008 *à num.* 3 ubi ampliat; etiamſi teſtaretur notarius, vidiſſe, & legiſſe, vel etiam ſi diceret, ut conſtat ex inſtrumento per me notarium recepto, & fieri rogato, ubi alias ampliationes & limitationes apponit.

Iſthæc inſuper executoriales continere, & tranſcri- 62 bi de verbo ad verbum ſolitum eſt libellos actionis, & exceptionum, & alia mutimenta, quæ ad executionem expediendam, magis attingere videntur, notat Parlad. *lib.* 2. *rerum quoti. lib* 2. *c. ſi* §. 1. *p.* 1. *ſub. n.* 2. juxta notata per Innoc. *in d. c. cum in jure peritus n.* 4. *de offic. delegat.* & alios *in c. quoniam contra de probation.* Et puto neceſſarium libellum actoris inſeri de verbo ad verbum cum 63 probatio ejus requirat ſcripturam ex his, quæ Rom. *in repet. rubr. ff. de arbit. n.* 37. Specul. *in tit. de libelli oblatione*, Rofred. *in ſua ſumma in prin.* & Card. *in clem. ſæpe quæſt.* 18. *de verbor. ſignif.* Maſcard. *de probat.* 3. *tom. concl.* 979. *in pr.* ubi tractat quomodo probetur libellus depereitus.

Libellum autem rei, quantum ad verificandam litis 64 conteſtationem, non eſt neceſſarium inſerere de verbo ad verbum, cùm ſufficiat in actis reperiri ſcriptum, item fuiſſe conteſtatam Bart. *in l. ſciendum n.* 19. *de verborum obligat. & in l. quod ſi dubitetur*, *ff. de acquir. hær.* ubi etiam Immol. Rom & Areti. Hoſtienſ. Joann. Andr. & Ant. de Butr. *in c.* 1. *de litis conteſt.* communem dicit Alex. *in d. l. ſciendum n* 48 *de verbor. oblig.* Brun. *in tract. de forma ſolemn. tit. de prob. & præſumpt. col.* 17. *verſ. item qui erit.* B. allegat. text. quem dicit rotundum *in cap. cum cauſam de jur. calum.* Maſcard. *de prob.* 3. *tom. concl.* 986. tamen quantum ad hoc ut conſtet, quæ exceptiones 65 fuerint in judicium deductæ, quæ modificant, ſeu impugnant ſententiam, ut ſint vel non admittendæ, in executione,) juxta ea, quæ)Deo dante (latè dicturus infrà *in c.* 7. de exceſſu, exceptionum reſpectu) neceſſarium erit, ut inferatur, & ut appareat, an ſi jam ſuper illis judicatum.

De citatione autem non eſt dubium, ut debeat con- 66 ſtare, an contra tertium poſſeſſorem executorialibus ſit procedendum, cum contra non citatum executio non procedat regulariter, ex his, quæ latè infrà de exceſſu de perſona ad perſonam *cap.* 8. & generaliter ea omnia inferantur in executorialibus, quæ excludant 67 exceptiones, quæ de jure contra ſententiam, ſeu ejus proceſſum oppoſitæ, executionem impedirent, ſecundum quæ nos latè infrà *in d. cap.* 7. *de except.* ut alia extrinſecus probatio neceſſaria non ſit, ſcilicet actorum 68 proceſſus exhibitio. Quæ quidem abſque dubio, etiamſi iis finita ſit; rectè probant, & vim retinent, *cap. quoniam contra. de probationibus*, *l. is apud quem. Cod. de edendo.* Bald. *in l. fi. Cod. de edic. divi Adr. tol. quæſtione* 7. Et comprobatur ex his, quæ notat. Innocent. *in d. cap. cum in jure.* Parlador. *ubi proximè numero* 3. & probat *l. hæc ſententia*, *C. de ſententiis*, *quæ ſine certa quanti. proferunt*, & ut conſtet qua de cauſa actum ſit, & ut aliis dubiis abſque proceſſu ſatisfiat, inſeri 69 ſolent in inſtrumento hoc rei judicatæ interrogatoria, & proceſſus, ut affirmat noſtras Joann. Garcia *in tract. de nobil. gloſſ.* 6. *num.* 49. & ut ex eis intentio judicis detegatur, & inſuper dicta omnium teſtium, qui in cauſa principali meliùs depoſuerunt aut expenſarum & ſimilium æſtimationem, vel in judiciis univerſalibus, qui probant de rebus in particulari, quorum omnium liquidatio, & taxatio ad executionem reſervatur, atque remittitur (prout aſſolet fieri) 70 pars ſi cauta, ut illos in exequutorialibus literis faciat inſeri, ne aperiatur porta teſtium ſubordinationi,

& tandem, ut expensis excuseretur; ita consuluit Matth. de Afflict. *dec.* 35. *n.* 3. Joannes Gutierres *de jur. consir.* 1. *part. c.* 1. *num.* 21. Escobar. *de ratiocin cap.* 33. *n.* 26. quod nota.

71 Animadvertens Parlador. *ibid num.* 3. quòd si executio sententiæ apud eundem Judicem, qui eam tulit, sit facienda, parvi referre, utrum ex eisdem actis absque hujusmodi summaria actorum transcriptione, executio fiat, sufficit enim ad exequendum sola ipsa sententia publica formata signata à notario de mãdato judicis, cum ipsa sola executionem mereatur; ex supradictis, ut ex Monterro, & Villadiego refert Amad. Rodrig. *de execut. cap.* 1. *sub num* 9. constat ex his, quæ à princip. hujus cap. dicta sunt. Si autem contra sententiam aliquæ exceptiones opponantur, ex processu excludentur, aut probabuntur, cum illa summaria actorum transcriptio & instrumentum, & sic exequutoriales, ita fiunt ad effectum evitandi hujusmodi processus exhibitionem, si de aliquo dubitetur, cum per illas comprobetur, ac juris sui conservandi causa.

72 Hæ autem exequutoriales si in Romana Curia expediantur, ejus est necessarius & inviolabilis stylus, ut ante earum executionem intimetur parti. Rota *dec.* 1. *de sentent. excommun. in antiquis.* Rota *dec.* 1. *de dolo & contuma. in antiqu.* eadem Rota Romana *in decisionib. recollect. per Seraphin.* 101 16. *tomo* 2. quibus resolutum est, constare de attentatis, cùm processus, de quo agitur, fuerit factus à judice laïco, vigore executorialium non intimatarum capitulo, sed tantum quibusdam

73 canonicis, non capitulariter congregatis, &c. *ex Rotæ decisione*, teste Puteo *dec.* 44. *lib.* 3. & quomodo sit facienda hæc citatio capitulo, seu universitati, plures Rotæ decisiones adducit Rota per Ludovic. *dec.* 584. *n.* 2. & 6. & 5. ubi per Rotam, quòd valet hæc citatio facta privatim capitularibus, quando facta instantia cum eo qui tenetur congregare, & nolit, aut recusat, plures allegat.

74 Quorum quidem insuper exequutorialium, una cum intimatione hujusmodi in Rota, debet fieri reproductio, ac repræsentatio ubi ante earum actualem exequutionem, & ante declarationem incursus censurarum, in eis contentarum, quatuor termini servantur, de stylo Rotæ servari soliti, ut declarat Cassiad. *dec.* 6. *gratiæ subrogationis n.* 11. *de causa possessionis & proprietatis.* Felin. *in c. ad probandum n.* 6. *de sententia & re judicata* Joan. Paul. *dec.* 3. incipit *Bellicen.* Sarnerius *de anna. q.* 44. *ad medium.* Mohedanus *dec.* 182 Lancel. Robert. *de attentatis 2. part. cap.* 4. *in prafatione à n.* 304. & 306. Puteus *d. dec* 44. *l.* 3. Seraph. *dec.* 878. *tom.* 1. & *dec.* 1011 6. *tomo* 2.

75 Qui omnes affirmant, exequutionem, & possessionem beneficii, alterius verò rei in exequutorialibus contentæ, captam ante hujusmodi intimationem exequutorialium, & reproductionem earundem esse attentatam, nullam, & ut talem revocandam, tanquam minùs canonicè factam, quòd etiam probat Crescentius *dec.* 16. incipit *stylus sub rubrica de attent.* ubi inquit, quòd stylus Rotæ est ut si quis vigore executorialium capiat possessionem, dicitur attentasse, quia debent servari quatuor termini, ut latiùs ibi per eum, & ita etiam fuisse decisum in Rota in una Abulens. parochia de Roba coram Mohedano anno millesimo quingentesimo quadragesimo secundo, ut possessionis adeptio vigore literarum executorialium ante reproductionem dicatur attentata, quam referens sequitur idem Mohedan. *in recollect. per eum dec.* 180 *vacante sub rubr. ut lite pend.* post Sarnerium, & Fel. ab eo citatos. Hinc etiam resolutum fuisse in Rota 27. Octobris anno 1555. in una Gabennensi spoliat. coram auditore Augustino, quòd possessio attentata dicatur, & nulla si fuit capta vigore sententiarum rei judicatæ, & literarum executorialium non relaxatarum contra unum, si illæ non fuerunt juxta stylum Romanæ Curiæ intimatæ 76 alteri possessori qui vigore resignationis condemnati cum clausula resignationis gratiosæ, etiam quoad possessionem, in qua actualiter reperiebatur, testatur Lancel. Robert. *de attent. 2. part. in c.* 4. *in præfatione n.* 310. & *seqq.* ubi tenet etiam cùm Gigan. *in tract. seu Epitome de utrinf. n.* 17. *versic. quarimò.* & Mandos. *super regul. de subrogan. collect. q.* 4. *n.* 4. & *seqq.* & idẽ *in tract. commiss. in* 14. *formula commissionis attent. in verbo revocandi q.* 1. *in fin.* quod dispositiones de intruso loquentes comprehendunt & procedunt in eo, qui non servatis debitis terminis possessionem vigore executorialium accepit. 77

Quod quidem fallit in eo, qui obtinuisset tres sen- 78 tentias, & illarum vigore executoriales, & absque eo, quòd appareat factam fuisse intimationem executorialium, vel servatos fuisse hujusmodi terminos, de stylo servari solitos, contra intrusum reperietur fuisse in possessione beneficii per viginti annos, & tertius contra eum daret de attentatis, quasi ille lite adhuc pendente ingressus sit possessionem, non esse attentatam hoc casu decrevit Rota teste Aquille. *dec.* 33. *attentata dixerunt sub rubrica de attent.* Guidobon *dec.* 156. *Calaguritana. titul. de attent.* Lancel. *de præfatione c.* 4. *n.* 336. dicens notabilem, reddentes rationem, quia veri- 79 simile est, primum intrusum recessisse post sententias & possessionem dimisisse. Et quia per spatium viginti annorum præsumebantur omnia solemniter acta, & consequenter executoriales fuisse intimatas, & cum eisdem decisionibus concordat alia Peregr. 9. aliàs 51. incipit *in causa*, ubi idem fuisse tentum in una Pampilonensi coram eo sub die 14. Maii anno millesimo quingentesimo quadragesimoseptimo, ubi quoque aliam rationem assignat, quia per ipsum tanti temporis possessio præsumebatur capta volente, & non contradicente possessore.

Quare dicit Felin. *in cap. ad probandum n.* 6. *versic.* & 80 *adde quòd collatio, de sent. & re judic.* quòd collatio beneficii facta per Episcopum excommunicatum vigore literarum executorialium à Rota emanatarum valida est, si nondum Episcopus declaratus erat, & ita testatur, suo tempore judicatum fuisse in Rota Romana, rationem reddens, quia licèt executoriales excommunicent ut ex tunc, & etiam mandent, denuntiari excommunicatum, tamen in omnibus intelligatur condicio, si non potuerit. Hoc autem quòd non paruerit sine justa causa, non priùs constat, quàm fuerit lata 81 declaratoria incursus censurarum, ad quam declaratoriam sententiam Rota præmittit quatuor citationes monent eum condemnatum, ut doceat, cur non paruerit, quo non comparente, illum incurrisse censuras declarat, ubi hoc latiùs explicat, & prosequitur ibi, quem vide.

Quibus adde, quod decisum fuit in Rota teste Ja- 82 cobo Puteo, *decisione* 44. *lib.* 3. quòd licet auditor cameræ sit executor literarum Apostolicarum, & omnium sententiarum latarum in curia, tamen si executoriales sint decretæ in Rota, & executæ, seu intimatæ, non possunt postea reproduci coram Auditore Cameræ, & coram eo procedi ad declaratoriam sententiam, nisi cum intimatione executorialium fieret monitorium ab ipso Auditore Cameræ, ut comparere deberet coram eo, ad videndum se declarari, aliàs autem non tenetur, quia cum executoriales essent decretæ per Auditorem Rotæ, non tenetur citatus divinare, quòd executoriales coram Auditore Cameræ reproducerentur, & sic propter mutationem tribunalis, & sententiam declaratoriam esse nullam deficiente citatione, & monitione, & 83

ita

ita paulo antea dicitur ibi,fuiſſe iterum deciſum,pariter notandum eſſe,quod fuiſſe determinatum in Rota in una Toletan.matrimonii coramOralino 31.Januarii anno 1556.& antea etiam determinatum 10.Nov. 1555. teſte Lancelo *de attent.2.p.c.4.in præfatione n.* 309. ut executivo executorialium ſit attentata, quia cùm literæ executoriales deberent reproduci corã Au-
84 ditore Rotæ fuerunt reproductæ coram ſubexecutore earum in partibus, quod fieri non debet. Cui rectè conducunt quæ diximus *ſuprà 3.part. c. 9.à n. 239.*

Ex quibus omnibus ita clarè conſtat,quòd ſi in execu-
85 torialibus in Romana Curia expeditis &relaxatis hic ſtylus fuerit omiſſus à ſubexecutore in partibus (cui ad exequendum commiſſæ ſunt)exequente,nihilominus appellationi interpoſitæ non deferente vim facere in ſupremis prætoriis declarabitur,cùm omnia ab eo tunc geſta ſunt nulla,& attentata ex ſupradictis.Et ita etiã in Pintiana Cancellaria declaratum fuiſſe,vim nempe feciſſe executore executorialiũ è Romana Curia emanatarum quas poſt earum intimationem factã condemnato,exequi volebat,ante earum reproductionem in Romana Curia, teſtatur Gutierrez *can.q.c4.n.* 28.*&* 29.& multo poſt hæc ſcripta Cevallos *in comm.lib.4.q* 1.*n.*415.& iterum *lib.*5.1.*p.gl.*9.*n.*15 licèt ſic non probent, nec examinent.

86 At verò notandum eſt, quod in partibus(Hiſpaniæ ſaltim)hic Romanæ Curiæ ſtylus in expediendis executorialibus à judicibus Eccleſiaſticis non ſervatur, nec attenditur,nec fiunt poſt earum relaxationem, & expeditionem prædictæ intimationes,reproductiones, & repræſentationes earum, ſed dumtaxat ſervatur jus commune,de quo per nos *ſuprà à pr. hujus capitis*, ut poſt rem judicatam fiat reproductio proceſſus,petendo executoriales,quæ petitio intimari parti condemnatæ mandatur, quaſi nihil relevans ad earum impediendã relaxationem (ex his rationalibus cauſis, quæ ſuprà
87 poſitæ ſunt nominatim)tabellioni judex jubet,ut illas literas executoriales parti tradat confectas modo ſuperiùs dicto,& an in earum executione requiratur citatio,& quando,videbimus latiùs,Deo dante,*infrà c.5. à n.6.& c.1.à.n.* 2.qui ſtylus juris communis ſervatur in partibus Hiſpaniæ, non ille Romanæ Curiæ, qui ſervari non tenetur, ut in terminis dixit Rota in una Pampilonen. Parochialis coram Reibeis 14. Aprilis
88 1567. ubi ad literam dixiſſe,quòd illud de poſſeſſione capta poſt executoriales non reproductas,ut ſit attentata,ſervatur in Curia;ſed in partibus aliud fortè eſt, teſtatur Lancel.Robert.*de attent.2.p.d.c* 4.*in præfatione n.*312.cùm generaliter & regulariter verũ ſit, ut ſtylus
89 Rotæ extra Curiam non ſit attendendus, nec extendendus ad partes,ſecundùm Alciatum *in conſil.25.non videtur n.5.lib.*5.Lancel.*de attent.2.p.c.6.n.* 3. de quo articulo videre poteris quæ nos latè deduximus *ſuprà 3.p.c* 9.*prope finem à n.*233.*verſ.illud tamen valde ut diſſimum,&c.uſque ad fin.c.*& vide alia quæ diximus *p.t. c.*2.*§.*3.*à n.* 20.*cum ſeqq.*

90 Executoriales hæ mittuntur cuidam executori,ut illas ad effectum perducat,atque actuali executioni tradat,quare quæri poteſt:an ab hujuſmodi executorialiũ commiſſion facta executori appellationi interpoſitæ non deferens vim faciat judex Eccleſiaſticus, in quo negativè reſolvo vim non fieri,cùm appellatio hoc caſu licita non ſit.Ita ducunt Specul.*in tit. de app.* §. *in quibus verſ.*5.Joannes de Anania *conſil.*26.*in cauſa cotun.*1 Beroi.*in l.ab executione C.quorũ app.ſub n.*9.poſt Imol.*ibi*,Lancel.*de attent.*2.*part.c.*12.*limit.*53.*n.*18.*& ſeqq* Rebuff.*tract.de ſentent.execut.art.*7.*gl.*12.*n.* 17. & optimè etiam poſt Romanum *conſil.*41.*in princ.* & per Apoſtill.ad eum *verbo,videndum.* Alexand.*conſil.*95. *n.* 3.*lib.*2.atteſtantem de communi,& poſt Joann.de Ana. *d. conſ.*26 Rolan à Valle *conſil.*43.*in pr.lib.*1.Corneum *conſil.*71.*ſuper primo*, *n.* 20. *&* 21. quos citat ad id: tenet Catd. Tuſc.*pract.concl.tom.*1.*litera A,c.*40 1.*n.* 6.*& n.* 17.

Et faciunt etiam omnes illi Doctores,qui ex doctri-
na Betoii *ubi proximè* tradunt pro cautela, ad evitandam appellationem à ſententia de exequendo,ut judex 91
non pronuntiet exequendum, ſed directò committat executionem ſententiæ, aut inſtrumenti guarentigiati executori,quia tũc appellari nullatenus poterit meminit Lancel.*ubi proximè n.*20.Roder Xuar.*in l.poſt rem in declaratione Regni q.*6.*ſub n.*2 & multi ſuperiùs à nobis citati,tenentes,ut à præcepto de exequendo appellationi deferendum ſit,ita ſuam opinionem tenentes, & hanc pro omnimoda ſecuritate cautelam tra- 92
dentes, & probatur,quia hujuſmodi commiſſio dicitur pars realis executionis,ſecundùm Lancel.*ibi*,& ſic idem jus eſt de parte quoad partem,quod de toto quoad totum, *l. quæ toto*, *ff. de rei vendi.*

Et eo inſuper fundamento, nam cùm hujuſmodi 93
commiſſionis extrema apellationem excludant,nempe ipſa ſententia tranſlata in rem judicatam, imò & executorialium expeditio ac relaxatio,quod eſt extremum à parte ante,ac ipſa actualis executio,& ipſe executor non admittunt appellationem, quod eſt extremum à parte poſt,ergo medium connexum & conjunctum, quod eſt ipſa commiſſio,debet pariter appel- 94
lationem excludere, nam medium participat à juribus extremorum, adeò ut probatis extremis medium probatum remanent,Calcaneus *in conſ.*32.*n.*3.Bald.*in edicto Cod.de edicto D. Adr & in l. indicia C.de rei vind.* Aug.*in l. qui ſcilla,*§.*in ruſticis,ff de ſervit.præd.*Innoc.*in c.licet cauſam de reſcript.*Bald.*in l.*2.*C. quando prov. non eſt neceſ.*Hieron. Cagno.*in l.uni.*§. 1. *c.ſi quis jus dicen.* Barba.*conſil.*12.*n.*18.*volum.*3.Bellamer.*dec.*421.*probatis extremis,*& elegantèr Tiraquel.*tractatu de reſcript.* § 1.*gl.*5.*verſicul.idque regulare eſt*, quod procedit quãdo medium habet conjunctionem cum extremis,*c.majores de Baptiſ.*ſecundùm gl.*in c.volum.*6.*q.*4.citata Bel- 95
lamer.*ubi proximè* & tradit Bart.*in l.Celſus,ff.de uſucap.* Maſc.*de prob.*2.*tom.concluſ.*730.*n.*6 & ſurſum prout in noſtro caſu,quia ſtat neceſſaria connexitas,& conjunctio,tum quia(ut diximus)iſta commiſſio eſt pars realis executionis, tum quia fruſtra ſententiæ ferrentur, niſi executioni mandarentur, ut diximus *ſuprà ad pr. hujus capitis.*

Medium enim ejuſdem præſumitur naturæ,& con- 96
ditionis,cujus ſunt extrema,*l.ſervus plurimum* §.*fin.ff. de legat.*1.*l.*3.§.1.*ff.de liber.& poſthum.*ubi media judicãtur ſecundùm præcedentia & ſequẽtia,Petrus Surd. *in conſil.*151.*n.*29.*tom.*2. Iſernia *in c.* 1.*verſic. quidam tamen,in add.de content.inter maſcul.& fœmin.*Brun.*conſil.*127.*col.*7.*verſic quod ſi aliam,& tertiam,*facit quod dicimus,media declarati ex præcedentibus, & ſequentibus,*l.hæredes palam.*§.*ſi quis poſt.ff.de teſtam.*Felin. *in* 97
*rubr.de re jud.col.*5.*verſ.intelligo.*Nevizan.*conſil.*29.*n.*4. *cum ſimilibus.*

Unum tamen elegans notandum eſt in hac materia, 98
quòd abſolutoria ſententia non indiget executorialibus, ita elegãter advertit Andr.Gail.*pract.obſerv.lib.*1. *obſervatione* 114.*fol.mihi* 88. *n.* 28. Joan. Garcia *de nobilitat.gloſ* 8.§.1.*n.*6. reddentes rationem, cùm abſolutoria ſententia ſtatim ſecum abſolutionẽ, & execu- 99
tionem trahit abſque aliquo novo facto judicis, quia ſeipſam exequitur, nihilque ex ea ſit tradendum, nihil enim præſtat, nec addit, nec adimit, & ſic nullo facto hominis eget,quia nulla eget traditione, nulla cautione,nulla citatione,nulla particula, ſed ita remanet ſicuti erat tempore litis motæ, *l.ſi inter me,ff. de re jud.*ibi nihil de jure tuo judicatum intelligitur.) *& l. ex ſextante* §. *Latinus, ff.eodem,*ibi nihil enim de jure tuo judicatum intelligitur. (& iterum *ibi*, nihil enim in tuo judicio de jure rei abſolutè ſtatutũ intelligitur,)ſecundùm gl.*verbo eorum,*quam ibi poſt Bart.

reliqui-

relqui probant. Bart. *in l. exceptio, ff. de except. rei judic.* idem Bart. *in l. si quis rem, ff. eod.* pro quo est egregius text. *in l. si superatus, ff. de pign.* ubi part. *n.* 3. latè & optimè prosequitur Joan. Garcia *ubi proximè à n.* 6. *cum seqq.* quare seipsam exequitur, statimque absolutus exceptione rei judicatæ (quam illa præstat) tutus sit, *toto tit. ff. de exceptione rei jud.* Innoc. *in c. cum nostris, n.* 3. *vers. ex his, de concessione præbendæ*, gl. *in c. pastoralis verbo, cum executionem, de app.* & Doctores *ibi.* Angel. *in repet. l. tale pactum n.* 17. *ff. de pactis.* Natta *consil.* 524. *num.* 25. *vol.* 3. incipit *in causa.* Bart *in l. metum, §. sed quod prætor. n.* 12. *ff. de re jud.* ubi optimè Zasius *n.* 2. per text. *in l.* 1 §. *debitor ff. ut in possessionem legato*, quem ad hoc singulariter inducit ipse Zasius. Sequitur Andr. Gaill. *ubi suprà* dicens quod ab eruditis judicibus ita diligenter observandū est, sententiam imperiti judices indistinctè executoriales petenti victori decernunt. séque meminisse hac ratione victori executoriales in Camera denegatas fuisse, quod quidem ex identitate rationis observandum est, & intelligendum in quolibet actu, & sententia negativa, quæ secum executionem trahit. Contrarium tamen solet ubique practicari, ut his casibus supradictis executoriales relaxentur victrice petente, non ad effectum exequendi, sed juris sui, & exceptionis conservandi causa ac comprobandi.

Pariter etiam executoriales non expediuntur vigore sententiæ nullæ, cujus nullitas per inspectionem actorum apparet, quia sententia nulla notoriè nullam executionem meretur. Ita in terminis dicit Andreas Gaill. *lib.* 1. *pract. observatio d. observ.* 113. *à n.* 2. *fol.* 87. Marant. *de ordine judiciorum* 6 *p. tit. de executione sententiæ n.* 3. *fol. mihi* 651. *in parvis.*

Sed quis judicum, an judex à quo, an judex ad quem, qui confirmavit, vel infirmavit sententias, tulitque ultimam, vel aliam, quæ tamen transivit in rem judicatam: possit executoriales expedire, & executionem facere; quid in delegato & quid in Ordinario, mirabiles multasque per ampliationes & limitationes magnam casuum diversitatem, & differentiam congessit novissimè Sigismundus Escac. *tr. de appell. q.* 11. *art.* 7. *per totum à n.* 162. *usque ad n.* 184 quē vide omnino.

CAPUT II.

Quanto temporis spatio silentium executorialium vires seu minuat, seu penitus enervet, ubi inter utrumque jus, & Regium redditur discrimen.

SUMMARIUM.

Executorialium vires ex quibus vel extinguantur, vel enerventur, n. 1.

Si in executione conquievit pars, & judex per unum annum puta, nova debet fieri citatio cum relatione status executionis, & de ratione, n. 2.

Ab executore omittente citationem requisitam appellationi interjectæ deferendum est, n. 3.

Executoriales & sententiæ post triginta annos non exequuntur, n. 4.

Appellationi emissæ ab executione executorialium præscriptarum, nisi deferat executor vim faciet, n. 5.

Executorialium præscriptarum exceptio legitima, cum oriatur ex inspectione sententiæ, n. 6.

Ab executore rejiciente legitimas exceptiones appellationi deferendum, n. 7.

Exceptionem præscriptæ executionis non est necesse opponere, sed judex ex officio ad id tenetur, cum appareat ex inspectione sententiæ, n. 8.

Exequendi jus ex obligatione personali decem annis jure regio præscribitur, n. 9.

Executivum jus ex re judicata super actione personali simul cum ipsa actione præscribitur spatio viginti annorum jure Regio, n. 10.

Exequendi jus ex instrumento guarentigiato si præscribatur per decennium, non impeditur via ordinaria ex instrumento agi intra aliud decennium, n. 11.

Jus exequendi ex actione reali etiam hodie jure Regio non præscribitur, nisi spatio triginta annorum, n. 12.

Executorialium jus jure civili præscriptum per triginta annos, à minori tempore jure canonico amittitur, n. 13.

Executorialium vires amittuntur per longum tempus concurrente non bono jure victoris, n. 14. *& à n.* 21.

Instantia jure canonico non perit, sed est perpetua, num. 15.

Instantia jure canonico perit per decennium concurrente negligentis non bono jure, quia tunc lis præsumitur habita pro derelicto, n. 16.

Lis censetur derelicta per silentium decennii concurrente non bono jure negligentis, non in omnibus causis, sed in beneficialibus tantum, & qua ratione, n. 17.

Defectu juris concurrente cum silentio decennii honestum non est, ut beneficium tanto sit tempore litigiosum, num. 18.

Instantia & lis in Romana Curia non finitur nisi per sententiam in omnibus causis præter beneficiales, n. 19.

Executoriales in beneficialibus extinguuntur per non usum earum, & per cessationem minori tempore triginta annorum, & quomodo intelligatur, n. 20.

Jus exequendi ex executorialibus etiam jure canonico non nisi spatio triginta annorum extingui, defenditur, n. 21.

Lanceloti Roberti assertio reprobatur, n. 22.

Silentium longi temporis in executorialibus licet possit concurrere; non tamen injustitia calumnio, a fiat in lite, n. 23.

In executorialibus omnis cessat calumniosa præsumptio, & pro eis præsumitur ritè & rectè lata sententias, num. 24.

Executorialium jus ut extinguatur, triginta annorum lapsus requiritur juxta R tam, n. 25.

Silentium per longum tempus non præsumit derelictas executoriales, cum adsit in illis præsumptio boni juris. num. 26.

Silentium longi temporis perimit instantiam litis, ergo perimit jus exequendi ex executorialibus; non est bonum argumentum, n. 27.

Lis perit triennio jure civili, & tamen non jus exequendi, cum triginta annorum lapsum desideret, n. 28.

Exequendi jus ex executorialibus non habet instantiam regulariter, n. 29.

Instantia in executorialibus non incipit currere, anteaquam in judicio cœpta sit executio, n. 30.

Executoriales valde antiquæ non mittuntur executioni, num. 31.

Executoriales simpliciter antiquæ, scilicet, quæ nondum complevere triginta annos, mittuntur executioni cùm exhibentur processus & sententiæ ex quibus emanarunt, num. 32.

Secus si solæ executoriales exhibeantur post longum tempus, quia tunc illis denegatur executio, ibid.

Executionis cœpta instantia an per triennium pereat, tres reperiuntur opiniones, num. 33. *& de resolutione, num.* 46.

Jus exequendi tam ex executorialibus, quàm instrumento guarentigiato habere instantiam triennio perituram, qui teneant, n. 34.

Quæ opinio tanquam absoluta & sine distinctione sequenda non est, n. 35.

Executivam viam ex instrumento guarentigiato non habere instantiam, nec triennio perire, qui teneant, n. 39.

Quam

Quam opinionem veram esse, resolvitur in casu de quo loquitur, ibid. & num. 37.

Sententia diffinitiva est essentialis, ut judicium instantiam habere dicatur, num. 38.

Executivum jus intentatum per actionem in factum ex re judicata, habet instantiam perituram, num. 39.

Executivum ex executorialibus intentatum per judicis officium mercenarium, non datur peritura instantia. n. 40

Executio si est petita actione in factum, ordo juris servari debet, num. 41.

Executivum judicium intentatum per judicis officium, celerem expeditionem requirit, num. 42.

Ex actione judicati agitur ordinaria via, num. 43.

Executio ex executorialibus per officium judicis petita non requirit libellum, nec figuram aut ordinem judicii, & ideo uberius est eo agere, quàm actione in factum, num. 43.

Executio sive petatur judicis officio, sive actione in factum ex executorialibus appellationem suspensivam non recipit, num. 45.

Executivo judicio actione in factum intentato, licèt detur peritura instantia, procedit jure civili, non jure canonico, num. 46.

Executio cœpta per litis contestationem perpetuatur in quadraginta annos jus exequendi, num. 47.

Lite cœpta per citationem aut executoris missionem, incepta præscriptio interrumpitur, non tamen perpetuatur actio, quæ de novo initianda est, n. 48.

Lite cœpta per litis contestationem, non solum interrumpitur præscriptio, sed perpetuatur actio in 40. *annos, etiamsi decem tantum sufficiant ad actionis præscriptionem, n.* 49.

Exequendi jus etiam ex actione personali, & re judicata, super ea post litis contestationem petita executione, interrupta perpetuatur in 40. *annos, n.* 50.

Juris exequendi per citationem & executoris missionem interrumpitur præscriptio, per litis autem contestationem perpetuatur jus ipsum in alios 40. *annos, n.* 51.

Et quid in hoc Rota Romana senserit, n. 52.

Executivum jus & interruptum per citationem aut executoris missionem, denuo initiatur ejus præscriptio, n. 53.

Facta contestatio perpetuat jus executivum in 40. *annos num.* 54.

Litis contestatio ubi non requiritur, primus actus subsecutus habet vim litis contestationis, n. 55.

Quod procedit in via executiva, n. 56.

Per quasi contestationem & actum, qui illius loco habetur, perpetuatur actio in 40. *annos, n.* 57.

Instantia perempta per triennium non perit jus agentis', quominus denuo aliam fabricet instantiam, n. 58.

Acta judicii licet pereant perempta instantia, non tamen acta causæ, n. 59.

Acta judicii dicuntur, qua tendunt ad litis ordinationem, ut in exemplis, ibid. n. 60.

Acta causæ dicuntur tendentes ad litis decisionem prout instrumenta, confessiones, testes, & similia, n. 61.

Acta probatoria non pereunt perempta instantia, n. 62.

Instantia de novo cœpta reproducuntur acta probatoria primæ instantiæ peremptæ, quæ fidem faciunt, n. 63.

Peremta instantia in via executiva intentata actione in factum, potest denovo inchoari, per aliud triennium, num. 64.

Conc. Trid. sess. 24. *de reform. c.* 20. *disponens in prima instantia post lapsum biennii liberum esse parti adire superiorem, explanatur, n.* 65.

Falluntur intelligentes ex d. Trident. perire instantiam biennio jure canonico, ibid.

Trident. apponit biennium inferiori ad finiendam causam, non tamen irritat acta processus, sed per ea superior causam decidit, num. 66.

Instantia si periret biennio, ex d. Trid. acta omnia ordinatoria judicii perirent, ut citationes, libelli, termini, conclusiones, & similia, n. 67.

PLERUMQUE victrices (nonnemores executorialium diu negligunt, vel impediti tardius, effectualem executionem postulare, aut etiam eandem prosequi, quod quidem in causa est, ut executoriales ipsæ, vel diminutionem patiantur, vel penitus enerventur, idque contingere asolet, vel quando inter commissionem executorialium, & ipsam executionem transivit longum tempus, vel quando earum executio post longissimum desideraretur, vel postquam ipsa executio cœpta fuit, per triennium conquievit.

Quantum ad primum, illud elegans est notandum, quòd licèt regulariter in executione executorialium, & aliorum citatio necessaria non sit, nisi in aliquibus, casibus distinctè prosequendis *infra c.* 5. *à num.* 6. tamen si à die commissionis executionis usque ad executionem factam, seu etiam faciendam transierit longum tempus, puta, unius anni, vel plurium annorum, debet fieri citatio, etiam iis casibus indistinctè, in quibus aliàs necessaria non erat, vel in quibus requiritur præcisè, nam alia iterum facienda est cum relatione status negotii, seu executionis. Ratio est, quia illo medio tempore potuit condemnatus, & executatus solvisse totum, vel partem, vel aliter satisfecisse, seu aliquid aliud adducere relevans ab executione, & ejus molestia, sive sit finitum officium judicis executionem relaxantis, sive non, quia post transitum dicti anni nova debet fieri citatio, secus si lapsum esset modicum tempus. Ita eleganter docet Guido Papæ, *decis.* 329. *de jure sub num.* 2. *vers. & super in fine*, & ante eum docuit Bal. *consil.* 35. *lib.* 5. sequitur Cardinal. Tuschus *pract. conclus. tom.* 3. *litera E. consil.* 293. *num.* 3. idem firmat Rebuf. *in tract. de sententia execut. art.* 7. *gl.* 11. *limit.* 2. *sub num.* 19. *tom.* 1. *fol.* 370. per quos ita semel consultus respondi in quadam ardua executione, quæ in hoc Gallogræco supremo tribunali revocata fuit, & an nullitas, eo, quòd postquam executio commissa fuit, & incepta, cessavit minister per aliquot annos, post quos illam prosecutus fuit absque nova citatione, & intimatione status processus executionis, quare meritò fuit revocata. 2

Sed non quidem ex hac nostra eleganti doctrina, quare moderamen hoc, ac quidem diminutionem patiuntur executoriales, ex quo sequitur necessariò, quòd cùm requiratur citatio, ea omissa corruit executio, à qua emissæ appellationi, ut legitimæ nisi deferat executor, vim faciet evidentem. Ita Abb. *consil.* 30. *predicta lib.* 1. Rebuf. *in tract. de sententiarum execut. n.* 1. *& seqq. fol.* 223. Tusc. *practic. concl. tom.* 3. *lit. E. concl.* 484. *n.* 1. idem 1. *tom. lit. A. cons.* 4010. *num.* 3. *& n.* 21. ultrà alios plures citavi *supra c.* 1. *hac* 4. *p. à n.* 42. *vers. quam executoriatium expeditionem, &c.* 3

Cæterùm post triginta annos nec sententiæ, nec earum executoriales executioni mitti possunt, quia per illud temporis spatium jus exequendi (hoc est, actionem in factum, & officium judicis quæ illis præstatur) legitimè præscribi, non est dubium. Ita Innocent. *in ca. fin. de except.* quòd Bal. *ibi* notabili dignum reputat. gl. fin. *in l. fin. C. de præs.* 30. *vel* 40. *annor.* idem Bal. *in rub. de rescript. & in l. debitori q.* 3. *C. de pactis.* Marant. *in Specul. aureo ult. p. tit. de executione sententiæ num.* 54. Bal. *de præscript.* 4. *part. princip. quæst.* 31. Roderic. Xuarez *in repet. l. post rem in princ. nota.* 1. *num.* 1. ubi reputans famosum expendit ad id text. *in l. sicut Codic. de præscription.* 30. *ann.* ibi *persecutione*, juncta ibi glos. & ibi etiam ejus additionator Bal. Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 27. *part.* 3. Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 1. §. 11. *num.* 12. Anton. Gomez. *in l.* 63. *Tauri n.* 1. Olanus *in concord. jur. litera I. num* 57. Azeved. *in l.* 6. *titul.* 15. *lib.* 4. *recop. n.* 1. & probatur *in l.* 22. *tit.* 29. *part.* 3. Gratia. *in discept. foren. cap.* 66. *num.* 21. *tom.* 1. pro quo allegat. *l. actori Cod. de jurejuran.* Afflict. *decis.* 345. Marant. *tit. de execut. sentent. num* 54. Surdus *consil.* 186. *num.* 3. 4

Marescot.

Maresc ot *lib.2.resol.*121.*n.*10. Cumia.*ritu* 19.*n.*103.*ritu* 76. *n.* 158. Marius Giurba *dec.* 96. *n.* 1. charus mihi Carol. de Tapia *in compila.jur.R.S.Neapol.rubric.*41. *ritu* 262. *n.* 5. *fol.*226. post Carpan. *ad statut. Mediolan. c.* 158. *n.* 271. & alios.

5. Et sic sequitur, quòd appellatio ab hujusmodi executorialium præscriptarum executione appellationi emissæ non deferens, vim faciat manifestam, quia cùm earum jus exequendi perierit per lapsum temporis, & non usum, executionem non merentur,*l.*4. §. *condemnatum de re jud.* & ea quæ in ejus comprobationem latissimè adduximus, quòd isthæc exceptio sit legitima, & inducat nullitatem, cùm ex inspectione sententiæ oriatur,renet Ancaran.*cons.*259.*n.*3.*&* 4. Padilla *in l.ubi pactum C.de transact. num.*10. Card.Tusc. *pract.conclus. tom.*3. *litera E, concl.*381. *num.*16.& quòd sit legitima exceptio. Avendan. *de exeq. manda.*2.*part.cap.*30.*n.*11. ergo sucedit regula, quòd executor excedit non admittens legitimas exceptiones, & ab earum rejectione appellationi deferendum, latè *infrà hac* 4. *part. cap.*7. *per totum.* Imò dicunt ipsi Doctores expressè, ut necessarium non sit opponere,sed judex ex officio facere tenetur, quia constat ex inspectione sententiæ, & quòd impediat executionem, tenet ultra relatos Gondizal. de Paz *in praxi* 4. *part, tom.* 1. *c.* 3. *num.* 11. Castellus *in l.* 63. *Tauri, verbe, diez anos*, & ibi Palacius Rub. *num.* 16.

Quod nostro Hispano jure non ita indistinctè procedit, si quidem *l.* 36. *Tauri*, quæ est *l.*6. *tit.*15. *lib.* 4. *recop.* dispositum stat, ut jus exequendi ex obligatione personali decem annis præscribantur, ac pariter jus executivum, quod provenit à re judicata super actione personali,simul junctum,cùm ipsa præscribatur viginti annorum spatio.Castellus *in d.l.*63.*Tauri*,ita tradidere Roder. Xuarez *in declar.l.Regni limit.*6. *in pr.* Palacius Rubeus *in l.*63. ubi Anton.Gomezius Covarr. *in regul. possessor.*2.*p.*§.11.*n.*2.Gregor.Lopez *in l.*22.*tit.*29.*part.* 3. *in gl. verbo* 30.*annos.*Aviles *in c.prato. c.*10.Avend. *de exeq. mandata.*2.*p.c.*30. *n.*11. Didac. Perez *in l.*4.*tit.*8. *lib.*3. *ordina.gl.*1.*vers.dubitatur praterea fo.*677.Joann. Gutier. *in repet l.nemo potest extr.*468. Paz.*in praxi* 4. *q. tom.*3.*p.*3.*à n.*11.*&seqq.* Amador Roderi.*in tr.de executione c.*6.*n.*59. Curia Philippica 2.*p.*§.1.*n.*75.qui omnes dictæ l.63.materiam latissimè exornant,ultra quos & copiosè Parla. *lib.*1. *rerum quotid. lib.*1. *c.*1.§.11.*cum seqq.*quem vide ad hunc articulum particularem. §. 14. *n.* 10. Didac.Perez *in d.l.*4.*gl.*1.*vers.dubitatur præterea.* Did. *in l.*3.*tit.*13. *lib.*4.*ordin.gl.*1. Covarr. *supra regul. possessor.*2.*p.*§.11.*per tot. cum seqq.* Azeved.*in l.*6.*tit.*15.*li.* 4.*recop.ex n.*1.*cum seqq.*quam quidem pluribus ampliationibus, & limitationibus elegantibus & practicalibus valdè exornant.

11 Illud non omittens, quòd licèt jus exequendi ex instrumento guarentigiato competens per decennium præscribatur, minimè impediatur, ut ejusdem instrumenti virtute agi possit via ordinaria intra alios decẽ annos pro in illo contentis,&quod instrumentum producatur ad debiti probationem, ita ex Baldi eleganti doctrina *in l. plane, ff. quod cum fatso tutore.* explicant Roderic. Xuarez *in declarator. Legis Regni limit.* 6. *n.*3. dicens notabilem esse determinationem, tenent Cifuentes, Castellus & Ant. Gomez *in d.l.*63. *Tauri.* Covarr.*ubi proximè n.*4. Didacus Perez Paz & Curia Philippica *locis proximè citatis*, idem etiam tenet doctissimus Carolus de Tapia *in compilat.jur.Reg.Neapol.li.*3. *de instrum. liquid. ritu* 167. incipit, *nota quod fol.* 242. *verbo nota quod.*

12 At verò respectu juris exequendi ex actione reali descendentis,nihil alteravit *d. l.*63. dispositio,cùm loquatur dumtaxat in jure exequendi ex actione personali competente, sitque lex corrigens, proinde nec ampliandæ, nec trahendæ est ad casus non expressos, & sic jus exequendi ex actione reali remanet intactum, & sub juris communis dispositione, ut non minus triginta annis amittatur, & enervetur, quod alios referens advertit, & benè, Dueñas *in regul.limit.*1. & Avendan. *in c.prato.* 2.*par. c.*30. *nu.*12. Parlador. *lib.*1.*rerum quotid. c.*1. §.13.*sub n.*9.*& per d. l.* 63. alios allegans dicit Valdes *in addition.ad Roderic. Xuar. ad l.post rem,nota.* 1. *num.* 3.

Similiter etiam jus commune [quod jure canonico 13
attendimus, non regium] alteratum videtur, & illud 30. annorum spatium, ad minus reductum, siquidem Rota Romana in una Barchinonen.Canonicatus coram Guiviardino 7. Junii anno 1567. ut testatur Lancelot. *de attentatis* 2. *part. c.*4. *in præfatione n.* 83. resolvit, cùm dubitaretur,an vires executorialium essent extinctæ ex eo,quòd qui eas obtinuerat,siluit per 18. annos, nec fuit executus; Domini tenuerunt, non esse extinctas,& ea ratione,ita fuisse determinatum, (dicit Lancelot.) quia licèt constabat de tempore ligitimo ad inducendam oblivionem ex parte tacentis; ad inducendam extinctionem tamen non constabat de alio tequisito, scilicet de malo jure ejus, quia si de eo constaret, utique extinctas esse executoriales, declarent,& idem apparet tenuisse eandem Rotam in una Lengonensi 27. Novemb.anno 1592.inferiùs allegandâ,*vers. & in terminis à n.*25. in qua cùm opponeretur executorialibus de silentio plurium annorum, responsum fuit; non obstare; quia non constabat simul de evidenti juris defectu tacentis. 14

Illam quidem decisionem Barchino.tradit ipse Lan- 15
cel. in comprobationem illius mirabilis doctrinæ,quæ habet, quòd licèt de jure canonico non pereat instantia, imò sit perpetua, *c.penult.*& ibi Canonistæ *de judicis*,& ibi Marian.Socin.*sub n.*13. *vers. ulterius quæro,& sub n.*14.*inter tract. diversorum de indiciis* 3. *tom.*1. *part. fol.*97. Iff.*in l.*11.*properandum n.*27.*C.de judiciis.*Cassiad. *dec.*5.*erat in una n.*4.*ut lite pend.* Marant. *in Specul.*5.*p. verbo,& omnia fiunt durante instantia lim.*1. *n.*14.*f.*240. Vantius *de nulli. ex defectu jurisd. & inde.* &c. *num.*126. Gambar. *de authoritate legati lib.*3. *n.* 469. *tom.*13.*p.*2. *fol.* 172.Hieron.Zanch. *tract.de differ. inter jus civit. & cano. diff.*30. *n.*43.*tom.*1.*fol.*201. Mandos. *tract.de anna. cas. n.*133. *tom.*17. *fol.*214. Afini.*in praxi in pr.c.*3.*n.*22. Ant.de Butrio *in d.c. penult.de indic.sub n.*9. Rota *decis.* 10. *aliàs* 411. *si lite pend. n.*5. *ut lite pend.*& an noviori dispositione Concil.Trid. *sess.*24.*de reform.c.*20.hoc jus antiquatum sit, *ad fin. hujus c. apparebit à num.* 65. & superiùs.

Tamen unus modus,quo lis extinguitur, seu instan- 16
tia, perit eo jure; nempe: quando à prosecutione ejus fuit cessatum per longum tempus, scilicet 10. annos, concurrente cum eisdem, non bono penitus jure negligentis, de quo constat,quia tunc præsumitur lis habita pro derelicta. Ita advertit Cassiador.*decis.*5.*ut lite pend.nte*, in qua decisione licèt sufficerunt 8.anni dum. taxat,& videatur simpliciter relata,& retenta à Menoch *in tract. de arbitr. jud. lib.*2. *cent.*3. *casu* 202.*n.*14.tamen postmodum plures eam declaravit Rota requiri saltim decem annos cum qualitate defectus juris negligentis,Puteus *decis.*14.*ut lis censeatur derelicta.sub rub. ut lite pendente*, *& decis.fin. lib.* 2. & idem Puteus *decis.* 245. *lib.*2. Simonetta *decis.*35. *an lis,sub rub.ut lite pend.*Puteus *decis.*7. *eod.tit.* Peregr. *decis.*95. *aliàs* 109. incipit,*dubitavi.* & plures ita determinasse Rotam,affirmat Lancel. Robert. *de attent.* 2.*p. c.*4.*in perfectione à n.* 275. quod ego libentissimè verum intelligerem in beneficialibus causis,non in aliis,tum quia omnes præ- dictæ decisiones loquuntur in beneficialibus, & cùm sit juris correctio, ejus terminos egredi non debemus (ut paulo ante notavi) tum quia jus beneficiorum non est perpetuum, sed temporale ad vitam, & sic jure censetur, derelinqui litem calumniosam, & injustam per

per tot temporis silentium, post quod vita vix, aut parum potest, beneficio potiri, tum etiam quia dato defectu juris, non est honestum, ut beneficium tanto sit tempore litigiosum, quod in his terminis consideravit
18 Rota in una Compostellana Canonicatus, ut testatur Putens *decis.* 245. *lib.* 2. *num.* 5. quod sic debet intelligi, ut etiam verificetur, quod dicunt Gomez. *de triennal. poss. q.* 98. *ad fin. & q.* 56. & Zerol. *in praxi Episcop.* 1. *p. verbo, instantia, vers.* 6. quòd in Curia Romana lis, seu
19 instantia nunquam extinguitur, nisi per sententiam, ut procedant in omnibus causis, præter beneficiales, tantùm, juxta *d. decis. Rotæ*, ex quo comprobari videtur, quod dicit Lancelot. *ubi sup.* executoriales extingui per
20 non usum earum, & cessationem per minus tempus 30. annorum.

Hac ego difficultate aliquando summopere pressus,
21 val è in vincenda meditans insudavi, quare non recedas à juris communis regula dictante, jus exequendi ex re judicata ejus executorialibus, aut alia re non nisi 30. annorum silentio submoveri: ad quod moveor primò ex ea decis. Rotæ superius adducta, *vers. similiter etiam à num.* 13. qua declaratum fuit, silentium longi temporis, etiam 18. annorum non sufficere, ad enervandum vires executorialium, & nimirum cùm 30. sit præcisè necessarium. Nec obstat quod dicit Lancelot. *in cap.* 4. *in præfatione d. num.* 283. 2 *part.* id fuisse ita determinatum, quia non apparebat de evidenti, &
22 calumnioso defectu juris, quasi secus foret, si appareret, quia hæc ratio non solùm falsa, verùm & falsissima est: siquidem impossibile sit, ut executorialibus, aut sententiis transactis in rem judicatam possimus adaptare illam doctrinam, quòd silentium longi temporis decennij pura, cum suo altero adminiculo, nempe defectu boni juris extinguat litem cœptam, nam licèt in silentio executorialium possit concurrere temporis necessarii longinquitas; tamen non potest concurrere illa alia qualitas, & præcisum requisitum, scilicet evidens calumniosa injustitia, & defectus juris, quoniam licèt pos-
23 sunt dari in lite à principio, dum pendent, cœpta: tamen cessat, & excluditur postquam aliquis obtinuit pro se sententiam, aut sententias transfusas in rem judicatam, aut tres conformes, aut per consequens executoriales, quia eis extantibus omnis cessat calumniosa præsumptio, imò pro eis præsumitur, ritè & rectè latas, &
24 peditas. Ita per Sarnerium *in regul. de subro. vol. quæst.* 1. *n.* 3. Ruin. *cons.* 79 *n.* 3. *lib.* 5. Æguid. *decis.* 89 *ad Bal. cons.* 492. *n.* 2. *lib.* 3. Socinum *consil.* 158. *num.* 9. *lib.* 2. ergo silentium per longum tempus hac præcisa qualitate deficiente, non potest operari enervationem, & extinctionem in executorialibus, sicut in lite.

25 Et in terminis ita respondet Rota in una Legionen. præstimoniorum 27. Novem. anno 1592. coram Pamphilio, quam in alio proposito ad literam refert Nicolaus Garcia *in tractatu de benef.* 6. *part. c.* 4. *n.* 42. *tom.* 1. ubi ad extinguendam litem & enervandas vires executorialium, inter alias hæc difficultas post medium fuit opposita, quòd obtinens executoriales tacuit per triginta annos. Cui satisfit ibi dupliciter, primò, quòd nondum erant lapsi dicti triginta anni, quasi dixerit, quòd præcisè requiritur lapsus triginta annorum, ut jus exequendi, & executorialis extinguatur, quod convenit juri communi superiùs relato. Secundum respon-
26 sum fuit, quòd licèt ad inducendam litem derelictam per silentium, & taciturnitatem temporis debet concurrere jus calumniosum tacentis, ex Achille *decis.* 185. quod in executorialibus est impossibile dare, sed potiùs justi juris præsumptio; evenit per taciturnitatem alterius temporis, quòd non ascendat ad triginta annos completos, minimè extingui jus exequendi, ut in prima responsione supponebatur.

27 Nec enim est bonum argumentum, silentium perimit instantiam litis, ergo debet perimere jus exequendi

ex eo deductum: nec sequitur, decennii taciturnitas perimit instantiam in lite pendente, ergo debet perimere executoriales, quoniam videmus triennio perire litem jure civili, *l. properandum, C. de judiciis*, ubi Doctores *in cap. penult. eod. tit.* & tamen non triennio, nec 28
longo tempore, sed longissimo 30 annorum jus exequendi enervatur ex superiùs adductis maximè. DD. suprà citati omnes *in vers. tamen unus est modus, n.* 16. dicunt, quòd per longi temporis silentium, & defectum juris perimit instantia litis; sed in jure exequendi, & executorialibus non datur instantia regulariter (ut in- 29
feriùs apparebit) ergo hujusmodi silentium illas enervare non potest, quia quod non est, rumpi non quit; & privatio præsupponit habitum; qualitásque non potest esse sine subjecto, ex vulgatis juris regulis, & in casu, quo detur instantia, tunc incipit currere à tempore litis contestationis, non antea, text. *in d. l properandum* 30
C. de judiciis, ubi DD. *& in cap. penult. eod tit.* sed non antequam in judicium cœpta sit executio, secundùm terminos infrà in 3. opinione adductos, quod *in d. decis.* cessabat.

Et sic sequitur quòd nihil innovatum est in jure ca- 31
nonico, sed semper 30. annorum spatium sit necessarium ad præscribendum jus exequendi. Et hinc est, quod dicit aliàs Rota apud Seraphinum *decis.* 138. *n.* 6. *tom.* 1. quod executoriales valde antiquæ non mittuntur executioni, sed absolutè illis negatur, maximè si sint obtentæ per audientiam contradictarum, ut scilicet quando excedunt dictos 30. annos, ut aliter fiat, quando simpliciter sint antiquæ executoriales; puta: quando nondum complevere dictos 30 annos, tunc non mit- 32
tuntur executioni quando exhibentur, & præsentantur
33 solæ executoriales nudæ, & sine processu, & sententiis, à quibus emanarunt. Ita Anton. Augustt. *in Epitome dē executorialibus num.* 13. secus autem quando exhibentur executoriales cum processu, & sententiis simul; quia tunc nullatenus illis executio denegatur, ita determinavit Rota in dicta decis. Legionens. de anno 1592. 27. Novemb. *in fine*. quam ad literam aliud agens refert Nicolaus Garcia *de benefic.* 6. *part. c.* 4. *n.* 42. qua quidem decis. refert ita de anno 1567. in una Tudertina bonorum fuisse resolutum per Rotam coram D. de Rubeis, quod quidem & juri consonum est.

Circa ultimum autem, quando executorialium exe- 33
cutio cœpta est, in eaque per triennium à prosecutione fuerit cessatum, an ejus instantia perisse dicatur, ita ut de cætero in eadem prosequi nequeat: ingens quidem stat difficultas, siquidem à Doctoribus in varias itum est sententias, & opiniones in quo quidem tres invenio (prout videbis) componendas, primam quæ habet absolutè, quòd jus exequendi promiscuè, tam ex sen- 34
tentiis, & executorialibus, quàm ex instrumento guarentigiato, habeat instantiam, & per triennium perituram, tenent Bald. *in l.* 1. *nota.* 3. *num.* 3. *ver. & hoc facit in fin. C. de jure patr. propt. calum.* ubi Paul. de Castr. *sub n.* 5. *& 6. & in l.* 2. §. *observari, C. eod. tit.* Alegand. *in l. properandum C. de jud. sub n.* 3. *&* 4. Iff. *sub n.* 8. Alex. *consil.* 50. *visis actis num.* 7. *&* 8. *lib.* 2. Socin. *consil.* 95. *num.* 2. *lim.* 1. Marant. *in Specul.* 5. *part. prin.* 7. *&* 8. *fol. mihi* 264. & in hanc videtur se sententiam licèt breviter, inclinare Ben. d. de Barti. *in tit. guarent.* 2. *part. q.* 5. 35
tom. 6. *diver. p.* 2. *fol.* 345. & ut communem defendit eam Iff. Cumia. *super ritibus Sicil. cap. n.* 19. *cum seqq. vers. quæro circa hoc*, hæc quatenus absoluta est, & sine distinctione, minimè est sequenda.

Secunda opinio est huic contraria, quæ absolutè ha- 3
bet: in executivis ex instrumento guarentigiato non dari instantiam, & sic nec perire triennio, hanc tenet Bart. *in l. litibus* 19 *sub n.* 7. *C. de agri. & censib. lib.* 11. quem referens sequitur Bal. sibi inconstans *in l. tale pactum* 41. §. *qui provocavit sub n.* 11. *quæst.* 10. *ff. de pactis.* Angel. Aret *in. l. ab executore num.* 11. *ff. de appellat. &*

relat. hanc ut veram sequitur Antonius de Cana. *in tr. de executione instrum. quæst.* 37. *sub num.* 71. *versus fin. tom.* 5. *fol.* 44. Francisc. Aretin. *in cap. penult. in fin de jud.* dicens, quòd cùm in judicio executivo non expectetur
37 sententia diffinitiva, quod est pars essentialis nimirum ut in eo non detur instantia, tandem sequitur, idem dicens Bal. *in l. consentaneum 8 sub num.* 49. *vers. ultra quæro C. quomodo & quando jud.* alios plures citat Asin.
38 *in prax. judic. in princ. cap.* 3. *sub n.* 37. sequitur Curt. Senior *in l.* 1. *n.* 23. *& seqq. C. de jurejur. propter calumn.* & hanc ut veriorem in judicio executivo sequitur Sigismund. Escacia *tract. de appellat. quæst.* 15. *sub n.* 248. quæ quidem in se vera est, & indistinctè tenenda omnino, respectu executionis & instrumento, vel statuto, ita ut prima opinio respectu hujus partis non admittatur, nec locum habeat.

39 Tertia est opinio distinguentium inter judicium executivum intentatum ex actione in factum ex judicato, ex executorialibus proveniente, & inter intentatum judicis officium mercenarium, ut primo casu procedat prima opinio attribuens perituram instantiam judicio executivo, quatenus loquitur respectu executionis ex executorialibus, & re judicata. Secundo autem casu
40 quando per officium judicis mercenarium petitur, procedat opinio secunda contraria negativa, ut pariter locum habeat in hujusmodi executione ex executorialibus, ac instrumento guarentigiato, hanc deducunt ex Bal. *in l.* 1. §. *is videtur, versus finem, ff. si quis jus dic. non obtemper.* Curtius Senior *in dict lib.* 1. *sub num.* 13. *&* 16. Anton. de Cana. *in d. tract. de executio. d. q.* 33. *sub num.* 71. Afflict. *decis.* 346. ubi ita determinasse Senatum testantur Asin. *in pract. jud. in prin. cap.* 3. *sub num.* 46. *&* 48. cum quo & Afflict. Francisco Curtio, Beroio, & aliis citatis ab Asinio, idem tenet Lancelot. *tract. de attentat.* 3. *part. cap.* 23. *à num.* 115. Sigismund. Escacia *de appellat. d. quæst.* 15. *sub num.* 249. sequitur Cardinal. Tuschus post Afflict. 3. *tom. practic. conclus.*
41 *concl.* 473. *liter. E. n.* 7. Qui omnes ea moti sunt ratione, quia quando agitur actione in factum ex executorialibus, libellus offerri debet, & lis contestari præcisè, ac
42 denique ordo judicialis omnino requiritur, *l. miles* §. *judicatum; ff. de re judicata*, secus autem quando executio petitur judicis officio, quia tunc celerrimum desiderat judicium & acceleratum effectum, *l. à D. Pio*, §. *si super rebus, ff. de re jud. l. item veniunt* §. *idem rectè, ff. de petitione hær.* & quod ultra præfatos Doctores hoc in particulari probant Cyn. *in l. ab executio.* 5. *sub n.* 2. ibi, si eligitur actio judicati.) *C. quorum appellat. non recip. fol.* 474. Afflict. *decis.* 346 *sub n.* 9. *&* 10. Vestrius *in praxi l.* 8. *c. ult. sub n.* 2. sequutus Speculatorem, Mandos. *in tract. de commissione in commis.* 23. *ex cutoria. in verb. in rem transivit judicatam fol.* 126. idem tenent Bart. & Alex. *in l. intra dies, ff. de re jud.* Angel. de Perus. *in l.* 2. *ff. de jurejur.* sequentes Speculatorem *in tit. de executione sentent.* §. *qualiter, in prin.* Angel. *in l.* 4. §. *si ex conventione, ff. de re judic.* plures antiquos pro hac distinctione, quam magis communem dicit, & sequitur Cevall. *in commun. contra comm. quæst.* 631. *tom.* 1 Gratian. *in disceptat. foren. cap.* 66. *num.* 21. *tom.* 1. latè Marta *de jurisd.*
43 1. *part. cap.* 51. *à num.* 21 *cum seqq.* qui ultra dictos optimè quidem probat: ex actione judicati agi via ordinaria, estque judicium ejus ordinariè peragendum, ubi juribus & rationibus validissimis affirmat, optimè etiam hoc idem probat, multa jura ad id expendens Padilla de Meneses *in l.* 1. *à num.* 21. *C. de jur. & facti ignor.* plurimi Doctores pro hac distinctione accumulant de magis communi testantes

44 Et quod multò melius, & commodius sit petere executionem executorialium officio judicis, quia in eo non requiritur libellus, litis contestatio, nec figura, nec ordo judicii requiritur, sed executivè celeriter procedatur quam actione in factum ex judicato, in qua necessariò ea omissa requiruntur, admonent ultra dictos Andreas de Isernia, quem referunt, & sequitur Mandos. & *ubi proximè*, & Gravatius *in annot. ad Vestrium in praxi lib.* 8. *c. ult. n.* 24. Et hæc opinio probabilior est de jure, magisque communiter recepta, quidquid æquitate motus dixerit ex aliis, quod allegat, Rodericus Xuarez *in repetitione l. post rem judic. ff. de re jud. nota.* 2. *à n.* 9. *& suprà*, sequitur Greg. Lopez *in l.* 1. *tit.* 27. *part.* 3. *glos.* 5. affirmantes ut nulla sit differentia inter actionem in factum, & officium judicis contra quos pariter resolvit Cævallos *ubi proximè*, qui licet ponat quæstionem in libello tantùm, tamen omnes Doctores pro utraque parte ab eo citati, loquuntur etiam in litis contestatione, & ordine judiciali quibus supradictos adde.

Illud tamen, ut verum est notandum: quòd in utro- 45
que casu sive executio è re judicata, & executorialibus postuletur, appellationi emissæ ab ea deferendum non est, ut in terminis dicunt Anton. de Canar. *in tractatu de executione instr. q* 46. *n.* 84. *fol.* 44. quem sequitur Escacia. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 10. *sub n.* 15. Guido Papæ *q.* 575. Rota *decis.* 100. *n.* 13. *p.* 1. *diversorum*, plurimos citat Roland. à Valle *consil.* 43. *n.* 5. *vol.* 1. Gratian. *in disceptat. foren. c.* 333. *n.* 1. *tom.* 2. & sic infertur, ut cùm detur litis contestatio, instantia, quæ incipit à litis contestatione; debeat per silentium triennii perire, *l. properandum, C. de judiciis*, & quos adducit Asin. *in prin. cap.* 3. *sub num.* 37.

Et sic concludo in hoc tam difficili articulo, primò 46
ut in executione ex instrumento non detur instantia, & sic nec pereant ejus acta, secundùm Doctores secundæ opinionis. 2. ut in executione per officium judicis implorata ex executorialibus, & sententiis in rem judicatam transactis pariter nec detur instantia, simpliciter & absolutè hoc intelligendo, & admittendo, prout admittunt omnes DD. in tertia opinione, neque adhibitis adminiculis, per Afflict. *d. decis.* 346. *n.* 12. Secundò, quòd in executione petita virtute executorialium per actionem in factum ex judicato; datur instantia peritura per triennii silentium, secundùm Doctores in tertia opinione citatos, & adductos, etiam & in priori, quatenus loquuntur de executorialibus, ut ita secundùm hoc membrum intellecti, vera sit eorum opinio, quatenus verò absolutè genericè & indistinctè loquuntur, & hos omnes articulos, & membra comprehundunt una determinatione; probanda est & non sequenda.

Unum tamen libenter advertam, quòd, articulus, quo diximus, in executorialium executione dari perituram instantiam; procedat de jure civili, non tamen de jure canonico, cùm eo jure esse perpetuam superiùs dixi: nec etiam ille alter modus noviter à Rota introductus finiendi instantiam, & litem extinguendi in beneficialibus causis, de quo *à num.* 16. latè sursum non habet locum in executorialibus ex ratione ibi adducta, *à num.* 21. quia licèt adsit silentium longi temporis in eis, non potest adesse defectus juris evidens, quem ibi videas, an autem Concilium Trident. aliquid innovavit contra jus canonicum & appositi terminum instantiæ, ita ut post illum illa pereat, inferiùs ad finem apparebit.

Circa autem illud membrum, quo diximus in tertia 47
opinione, dari in executorialibus perituram instantiam per silentium triennii, videtur oriri difficultas, & non parva, ex ea alia & elegantissima conclusione, quam aliàs firmant Doctores, scilicet cœpta executione per contestationem perpetuari jus exequendi in alios 40. annos, si per id tempus à progressu fuerit cessatum, quod videtur concurrere cum præfata opinione, quia si post litem contestatam incipit perire instantia litis, quomodo perpetuatur, & si perpetuatur, quomodo perierit instantia quam quidem difficultatem facilè subvertes, si consideres, præmittendo.

Quòd

Quòd quando lis cœpta est per citationem, & exe-
18 cutoris missionem, præscriptio cœpta interrumpitur, non tamen perpetuatur actio: quapropter ex integro præscriptio debet incipere, & perfici tempus appositum præscriptionis actionis, de qua agitur, & ut in unum
43 plures tacem Bald. *de præscript. 3. part. prin* § 4. *n.* 10. si autem lis cœpta jam sit per litis contestationem, non solùm interrumpitur præscriptio, sed perpetuatur actio in 40. annos, etiamsi decem tantùm, vel minùs aliàs ad ejus præscriptionem sufficerent, *l. fin. C. de præsc. 30. vel 40. annor.* tradit latè & eleganter Xuarez. *in repet. l. post rem. §. considera. ult. à n.* 4. Dueñas *in regul.* 6. Parlador. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 1. §. 14.

Quo breviter suppositio dicit Valdes *in addit. ad Ro-*
50 *der. Xuarez in l. post rem*, §. *considera ult. nota* 2. *ad n.* 3. *litera C.* quod si jus exequendi ex actione personali, & ex sententia super ea (quod durat decem annis secundùm *l.* 93. *Tauri*, & *nos suprà*) interrumpitur per litis contestationem, aut petita executione, tunc perpetuatur jus exequendi in alios quadraginta annos, allegat Aviles *in cap.* 10. *præto. n.* 63. Avend *in* 2 *part. cap.* 30. *n.* 14. *de exeq. man.* Didacus Perez *in l.* 39. *tit.* 13. *l.* 3. *ordinamen.* hoc magis clarius, & juri conformius explicuit Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 1. §. 13. *n.* 10. per Roderic.
51 Xuarez *in repet. l. post rem à.* §. *considera. ult. nota.* 2. *num.* 4. l. quendo in jure exequendi decennali *ex d. l.* 63. *Tauri*, ut si hoc jus exequendi fuerit in judicium deductum per citationem, vel executoris missionem per alios decem annos; si verò per litis contestationem, in quadraginta perpetuari.

His convenit, quod eleganter dicit Achil. de Graff. *in decis. unica de execut. fement.* sequutus à Rota Romana in una Lengioven. præstimo. 27. Novem. anno
52 1592. *ad fin.* quam ad literam in aliud propositum, ad ducit Nicol. Garcia *de benef. 6. part. c.* 4. *n.* 42. qua de is. mentio fit, ita pariter declarasse Rotam in alia Tudertina bonorum coram D. de Rubeis, quòd licèt alias jure canonico executoriales præscribantur triginta annorum spatio; non procedere, quando earum fuit cœpta, vel petita executio, quia tunc per triginta annos non præscribuntur, ut intelligantur secundùm nostros terminos, ut vel interrumpatur præscriptio, vel perpetuetur jus exequendi in alios 40 annos.

Illud autem, quod dicunt præcitati Doctores, Valdes
53 scilicet, & Parlador. quòd jus exequendi cœptum per citationem, aut executoris missionem interrumpatur præscriptio ipsius juris, & faciat, ut de novo ex tunc incipiat; verissimum est, at quòd per contestationem jus exequendi perpetuetur, declara; ut non intelligatur per
54 veram contestationem, quoniam ipsa non habet locum in via executiva, max mè ex instrumento, prout loquuntur Doctores ipsi ex his, quæ dicta sunt in secunda opinione, suprà adducta, juncta tertia opinione, à ratione cessante. Et sic necessarium est, intelligendum in ficta contestatione, & in eo actu, qui pro loco contestationis habetur, nam certum est, quòd causæ quæ carent litis contestatione, ille actus qui aliàs sequitur post contestationem in causis, quæ illam requirunt, aut à die oppositionis, & contradictionis rei super negotio, & quando incipit tractari de meritis causæ, habet vim litis contestationis, probant Cyn. *in l. properandum n.* 5.
55 Bart. *in* § *& siquidem n.* 1. Bald. *num.* 1. *vers. nota hic quòd tempus.* Salicet. *n.* 1 Alexand. *num.* 2. *vers. in causis*, *C. de judiciis.* Maria Socin. *in cap. venerabilis art.* 8. *sub. n.* 24. *versus fin. de re jud. inter tract. Doctor. diver. tom.* 3. *p.* 1. *fol.* 98. Cart. Senior *in l.* 1. *sub n.* 14. *C. de jurejur. per calu. inter tract. diver. tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 131. & ex Bart. Paul. de Cast. Ill. & Marant. refert Efeacia *in l.* 1. *causar. civilium*
56 *cault. n.* 12. *& de appell. q.* 15. *n.* 245. Bald. *in l. edita* 1. *repet. n.* 48. *C. de exeud.* Et loquendo in executivis, etiam plurimos refert ultra citatos, & sequitur Maranta *de ord. jud. 5 p. prin. in prin. num.* 4. & sic dicendum venit,

Solgado de protect. Reg.

ut ad perpetuandum jus exequendi, debeat præcedere actus, qui loco contestationis habeat, maximè quoniam per quasi contestationem, & per actum, qui 57
loco contestationis habetur, actionem perpetuari in quadraginta annos, non est dubium, probat text. *in l. nam & posteà*, §. *si is qui temporalem*, *ff. de jurejur.* text. *in l.* 2. *C. ubi in rem actio*, latè post alios Baldus *in tract. de præscript.* 4 *p.* 6. *part. prin. n.* 2. *in fin. & n.* 3. & sic debent intelligi, & declarari præfati DD. quæ omnia, quia quotidiana sunt & necessaria, nota.

Hoc supposito, & dato, quòd in executivis perpetuetur jus exequendi in 40. annos, si forsan per totum judicium finem non accipiat; videtur justificata difficultas *num.* 47. superiùs proposita in eo casu, quo dixi- 58
mus, viam executivam habere perituram instantiam, per silentium triennii, quoniam si damus extinctionem instantiæ, cur perpetuationem executionis permittimus? Cui facilè respondetur, quòd utrumque potest adesse, & simul stare, quoniam peremptа instantia per lapsum triennii non periit causa nec jus partis, imò ejus virtute potest de novo actor causam incipere, & novam instantiam fabricare, *l. properandum*, §. *fin.* & ibi glos. *in vers. vigorem*, communiter Doctores, *C. de judiciis*, & Bart. *in l. petenda C. de tempor. in integ. restit.* Marant. *de ord. jud. 5. p. prin. in prin. n.* 47. *fol.* 273. *in fi.* quoniam licèt tunc pereant acta judicii, non autem acta causæ seu litis, ita Abb. *in c. venerabilis, col.* 6. *vers. quæro quæ acta, de* 59
judiciis, acta autem judicii illa dicuntur, quæ tendunt ad litis ordinationem, prout libellus, litis contestatio, terminus probatorius, satisdationes, conclusiones, & 60
alii similes actus, acta verò causæ dicuntur, ea quæ tendunt ad decisionem, prout sunt dispositiones testium, instrumenta confessiones, & alia similia acta probatoria, ut declarat glos. *in clem. sæpe, in verbo defensiones, de* 61
verbo. signi. Marant *ubi proximè num.* 55. & sic acta omnia pertinentia ad litis ordinationem pereunt cum instantia, acta verò probatoria non pereunt. Specul. *in tit. de jud. ordeg.* §. *recta, vers. sed nunquid omnia.* & Bal. *in l. cum antea, circa fin. C. de arb.* Bart. plenè *in l. cum lite* 62
mortua, *ff. judi. solu.* latè Alex. *in l. us apud quem col. antepenult. & pen. C. de eden.* & Abb. *in c. causam quæ de test. & ubi proximè.* Maran. *d. n.* 55. *fol.* 277. ubi facit conclusionem ex dictis, quòd quando instantia incipitur de novo possunt in vim probationis reproduci attentatio- 63
nes, & probationes receptæ in prima instantia peremptа, & faciunt plenam fidem ex suprà citatis Doctoribus, & Alexand. *in consil.* 61. *col.* 3. *in fin. in* 2. *vol.* Solùm 64
ergo requiritur, quòd lis de novo ordinetur, incipiendo à libelli correctione, & ad alios actus secundùm naturam judicii & sic in executivis, casu quo perit instantia; potest iterum de novo actio in factum ex judicato intentari, de triennio in triennium, usque ad quadraginta annos, quia ea per triennium non peribit, sed acta ordinatoria dumtaxat; quare sequitur ut utrumque, & instantia peremptа, & perpetuatio possit simul concurrere, & stare.

Ex his infertur ultimo loco ad intelligentiam sacri 65
Concil. Trid 6. *sess.* 24. *de reform. cap.* 20. quo in prima instantia per lapsum biennii datur libera facultas partibus ut possint adire superiorem competentem, quando per dictum biennium inferior neglexit causam decidere, & terminare, ex quo Trident. loco plures advocati quotidie intendunt, jus canonicum (quo non peribat instantia) esse antiquatum per dictum *cap.* 20. & instantiam finiri biennio. Sed falluntur, quia Concilium tantùm imponit illum terminum inferiori ad 66
causam finiendam, non tamen irritat acta processus, ut bene advertit Zerola *in praxi Episc.* 1. *p. rt. verbo instantia*, §. 4. imò potiùs per eademmet acta, in suo statu permanentia, superior aditus terminare debet, ut *in d. cap.* 20. probatur, *ibi*, alioquin post id spatium libe.um sit partibus, vel alteri illarum, superiores, aliàs

tamen competentes, adire, qui cauſam in eodem ſtatu, quo fuerit, aſſumat, & quamprimùm terminari, curent, &c.) quod ſit inſtantia periret, ſic ut & omnia acta judicii ordinatoria, citationes, libelli, termini concluſiones, & ſimilia, (ut dictum eſt,) quibus aut eorum ſingulis deficientibus, ſuperior terminare non poterat, quia deficit ſubſtantia, & ſic eo decreto ſolùm punitur negligentia inferioris, & in ejus pœnam hæc datur facultas recurſus, & privilegium partibus.

CAPUT III.

Executorum differentia quotuplex, & de ſingulorum lata demonſtratione; & quando ab eis emiſſæ appellationi denegata delatio vim detegat, ubi quid ſit exceſſus, quotuplex, quomodo, quandove proponetur, aut etiam probetur, aut ab eo quoties appellari licebit.

SUMMARIUM.

Executores ſive executorialium, ſive gratiarum, aut meri ſunt, aut mixti, n. 1.

Merus executor in quibus à mixto diſtinguatur, & cognoſcatur, n. 2.

Executor merus dicitur, quoties omni liquidata materia, & præcedente cauſæ cognitione ſuper exceptionibus, & liquidationibus nudi facti executio eſt commiſſa, n. 3.

Exceptio, quæ omiſſa fuit à parte citata per judicem ſuper cauſæ cognitione adhibita in executione, non poteſt poſtea executor, cui executio committitur de ea cognoſcere, 4.

Executor, mixtus dicitur, executorialium executio committitur nulla præcedente cauſæ cognitione ſuper exceptionibus, & liquidationibus, quæ incidere ſolent in ea, n. 5.

Executori commiſſa cenſetur cauſæ cognitio; & terminatio eorum, quæ incidunt, & admitti ſolent in via executiva, ubi talis cognitio non proceſſit, n. 6.

Executor mixtus eſt judex, & habet juriſdictionem ad exequendum, n. 7.

Executor mixtus cognoſcit de concernentibus executionem ſententiæ, n. 8.

Executor mixtus poteſt cognoſcere, & terminare omnes exceptiones, quæ opponi poſſunt executioni executorialium, non tamen reſpicientes merita cauſæ, n. 9.

Executor datus ad rerum & fructuum reſtitutionem, eſt omnino mixtus, cùm illi commiſſa intelligatur fructuum liquidatio, n. 10.

Executor merus nullam cauſæ cognitionem habet, ſed purum factum committitur, & ideo caret juriſdictione, 11.

Executor uterque quas exceptiones admittere, vel rejicere teneatur, & quando ob id poterit ab eo appellari, n. 12. remiſſivè.

Executor ſive merus ſive mixtus eſt delegatus, & vices gerit mandantis, n. 12.

Lex ſeu canon debet intelligi ſecundùm rubricam, ſub qua ſituatum eſt, n. 13.

Ab executore ſive mero ſive mixto, appellationi emiſſæ non deferens, vim nullam facit, n. 15. niſi modum excedendo, ibid.

Exceſſui conſentire non videtur, qui conſentit ſententiæ, ibidem.

A qualibet cauſa mundi licèt aliàs negetur appellatio, tamen admittitur ab exceſſu, n. 16.

A viſitatione licèt non appellatur, tamen à viſitatione excedente admittenda eſt, n. 17.

A correctione fraterna licèt negetur appellatio tamen admittitur corrigente modum excedentis, n. 18.

Ab executore neutro appellatur, niſi modum excedat, num. 19. & n. 20.

L. ab executione C. quorum appellat. non recip. intelligitur in executore, cui juriſdictio inſt, n. 21.

Executor ſive ſit facti, ſive ſit juris, admittit appellationem ab exceſſu, n. 22.

Butri. & Ruginell. convincuntur dicentes, à mixto executore poſſe appellari, n. 23. cum ſeqq.

Executor qui mandatum exequitur, non eſt qui gravat, ſed ſententia, & judex, qui eam tulit, n. 24.

Appellatio cùm eſt denegata a re judicata & judice debet, denegari ab ejus executore, n. 25.

Actus non attribuitur exequenti, ſed mandanti & ordinanti, n. 26.

Illud quod venit in executionem actus inappellabilis, pariter inapellabile eſt, n. 27.

Liquidatio incidens in executionem eſt pars ipſius, cujus ſubſtantiam & naturam mutat, n. 28.

Liquidatio in executionem incidens non inducit novum gravamen, ſed continet declarationem interpretativam (ceſſante exceſſu,) n. 29.

A liquidationibus incidentibus in executorialium executione non appellatur, n. 30 remiſſivè.

Ab executione non appellatur, n. 31.

Idem eſt appellare ab aliquo facto judicis, quod à judice aliquid faciente, n. 32.

Ab utroque executore negatur appellatio, niſi exceſſus adſit, quia aliàs fieret de via executiva ordinaria, n. 33.

Ab executore mixto, cui virtualiter intelligitur commiſſa negotii principalis cognitio, licet appellare, & de exemplo, n. 34.

Etiamſi non excedat, ibid.

Gratianus reprobatur, dicens ab executore excedente appellari quo ad devolutivum, non tamen ſuſpenſivum, n. 35.

Exceſſus eſt poteſtatis mandatæ limitum tranſgreſſio, n. 36.

Exceſſus eſt novum quoddam gravamen extra limites poteſtatis mandatæ per executorem illatum, & hæc deſcriptio conſonat, n. 37.

Executor recipit poteſtatem à commiſſione ſtrictè, cujus limites non tranſgreditur, ſed præ oculis habere debet, 38.

Executor tenorem commiſſionis præ oculis habere debet, num. 39.

Judices non debent recedere à verbis reſcriptorum, n. 40.

Judex delegatus non poteſt interpretari reſcriptum, niſi quatenus ejus verba patiuntur, n. 41.

Commiſſionis verba ubi non conveniunt, nec ipſa convenit commiſſio, n. 42.

Plura loca ſacræ Scripturæ ponderantur vetantis exceſſum mandati, n. 43.

Deuteronomii c. 12. in fin.

Apocalypſis c. ultim.

Exodi c. 25.

Actuum Apoſtolorum. -.

Paul. ad Hebræos, c. 8.

Job. c. 14.

Deuteronomii c. 19.

Paul. ad Timotheum, c. 6.

David Pſalm. 118. & Pſal. 2. & 3. ad 6.

Geneſis c. 24.

Divi Pauli Philippen. 3.

Idem Theſſalon. 1. c. 4.

Joan. 1. c. 2. c. 5. & c. 15.

Divi Bernardi lib. 1. de conſiderat. c. 3.

Divi Pauli 1. Corinth. c. 5.

Lucæ c. 12.

Joannis c. 6. & c. 4.

Divi Ambroſ. lib. de Paradiſo, ibid. ſub d. n. 43.

Tenorem ſententiæ, & commiſſionis præ oculis habere debet executor, n. 44.

Tenor ſententiæ eſt forma ipſius, n. 54.

Verba ſententiæ ponderanda ſunt, ſicut verba contractus, num. 46.

Verba contractus ſunt forma ipſius, quæ dat eſſe rei, cui aliquid nec addi, nec detrahi poteſt, n. 47.

Proviſio

Provisio omnis facta determinato modo suos terminos egredi debet, ibid.

Dispositionem nulla ultrà egredi, quàm quòd tenor patiatur, n. 48.

Tenori dispositionis semper inhærendum, numquam tamen recedendum, n. 49.

Plurium jurium verba recensentur in variis dispositionibus earum tenorem attendendum, mandantium, ibid.

A verbis cujuslibet dispositionis non est recedendum, etiamsi natura rei aliud suadeat, cum verba sint clara. n. 50.

Tenor scripturæ attendendus in sententia, commissione, rescripto, legibus, statutis, privilegii, testamentis, feudorum concessionibus, compromissis libellis, instrumentis, n. 51.

Ubi verborum ordo, mysterium est, n. 52.

Tenor mandati via est & lucerna executoris, n. 53.

Munera, & malignantium persuasio executorem divertere, & declinare faciunt à tenore mandati, n. 54.

Plura ad id sacræ Scripturæ loca adducuntur in comprobationem, ibid.

Creaturæ omnes (dempto homine) sui creatoris præcepta adimplent in nihil transgredientes, n. 55.

Executor si executoriatium fines egrediatur, desinit esse judex, & potestate carere tunc incipit, n. 56.

Executor executorialium ad instar est judicis habentis jurisdictionem territorio limitatam, ut si illud egrediatur efficitur privatus, 57.

Extra territorium jus dicenti impunè non paretur, n. 58.

Executoris potestas coarctata est ad limites commissionis, sententia tenori inhærens, n. 59.

Limites territorii egredi, & terminos jurisdictionis ampliare, idem est, n. 60.

Potestas sententiæ finibus concluditur. n. 61.

Executor in eo quod exedit, desinit esse executor, n. 62.

Executor in excessu caret jurisdictione, & desinit esse judex, n. 64.

Et caret potestate, 64.

Executor excedens executoriales aliud separatum & diversum ab eis facit, n. 65.

Gravamen illatum ultra sententiæ tenorem novum est, & excessus minimè admittendus, n. 66.

Novum gravamen illatum per executorem nondum in judicio fuit cognitum, nec gravatus super illo condemnatus, n. 67.

Lis est initianda cum eo, cui sententia non officit, n. 68.

Executor exequens novum gravamen in sententia non comprehensum, dicitur excedere, quia incipit ab executione, n. 69.

Excessus executionis dicitur casus non decisus in sententia, quæ exequitur, n. 70.

In excessu cessat omnis res judicata, & omnis obligatio executiva, n. 71.

Executor excedit pluribus modis, n. 72. nempe.

De re ad rem, & de quantitate ad quantitatem.

De persona ad personam.

De tempore ad tempus.

Rejiciendo legitimas exceptiones sententiæ licitè opponendas, aut admittendo rejiciendas.

Præposterando ordinem sibi in commissione traditum.

Et semper quando caret potestate & jurisdictione, n. 73.

Ab excessu appellationi omissæ nisi executor deferat vim facere, decernet senatus aditus per viam violentiæ, n. 74.

Excessus potest dici & committi tot modis, quot potest aliquid dici plus, n. 75.

Excessus omnis gravamen est, num. 76. non è converso, ibidem.

Excessus gravamen est qualificatum plura specialissima continens, n. 77.

A simplici gravamine per executorem illato appellationi non defertur, n. 78.

Ratio differentiæ inter simplex gravamen, & gravamen qualificatum scilicet, excessum redditur, n. 79.

Executor infert simplex gravamen intra limites suæ commissionis, non tamen in excessu, n. 80. ibi redditur exemplum.

Executor si præstet minus, quam in sententia sit comprehensum, gravat simpliciter, non excedit, & quare, n. 81.

Excessus dicitur quando aliquid additur sententiæ quæ exequitur, non tamen quando aliquid detrahitur, n. 82.

Excessus & defectus inter se contraria sunt, & repugnantia, n. 83.

Excessui executoris tria reperiuntur in jure descripta remedia, n. 84.

Appellatio scilicet, querela, & nullitas, ibid.

Excessus tendunt in noxam reipublicæ ac regulariter in malam partem sumitur, n. 85

Executor excedens tenetur parti de dolo, vel actione injuriæ n. 86. & facit litem suam, ibi.

Excedere dicitur executor si aliquid dolosè vel lata culpa faciat, n. 87.

Contra excessum executoris potest gravatus implorare officium judicis superioris, n. 88.

Querela adversus executores excedentes quotidie utuntur advocati in supremis tribunalibus, ibid.

Immunis à collectis si describatur in libro contribuentium, debet infra decem dies appellare, n. 89.

Non immunis autem ab excessu poterit querelam semper ponere, ibid.

Per viam appellationis licèt possit quis conqueri de iniquitate executoris, tamen etiam potest quandocumque superioris implere officium, n. 90.

Ad excessus revocationem nullitatis remedium introductum est, n. 91.

Ab excessu simul cum querela appellare valde utilissimum est, ne executor excessum exequatur, n. 92.

Ab executore excedente appellatio emissa utrumque habet effectum devolutivum & suspensivum, cui nisi deferat executor, vim facit, n. 93.

Querela ab excessu non operatur effectũ suspensivum, n. 94.

Ab excessu executoris utilius est appellare, ut evitetur actualis executio gravaminis, n. 95.

Appellationis & querelæ remedio ab excessus executoris uti simul non potest, ad effectum recurrendi ad regem per viam violentiæ, & quære, n. 96.

Deficiente appellatione (quæ coram ipso executore necessariò est proponenda) non potest haberi recursus per viam violentiæ, n. 97.

Querela supponit superiorem, coram quo proponenda est, num. 98.

Appellatio & querela ubi simul competunt, qui appellationis via utitur, debet intra decem dies interponere, secus in querela, quia & post illos potest proponi. n. 99.

Ab excessu utens appellationis remedio non auditur post decem dies, n. 100.

Excessus intra quod tempus sit proponendus disceptatur, num. 101.

Excessus executoris ut non sit nullitas, sed injustitia tantùm, egeátque appellatione qui teneant, n, 102.

Ordo l. à D. Pio, §. in vendit. ff. de re judic. an detur pro forma substantiali, ita ut ejus perversio non egeat appellatione, n. 103.

Ordinem assignatum per d. § in venditione esse inductum forma, & ejus commissionem causare nullitatem & excessum qui teneant, n. 104.

Ordo executionis de quo in venditione omissus per judicem ordinarium non causat excessum & nullitatem, sed injustitiam, n. 105.

Ordinis perversio de quo in d. §. in venditione facta per executorem causat nullitatem, & excessum, n. 106.

Jurisdictio ordinarii an sit per commissionem executionis superius noviter delegata, aut excitata, multum interest, quoad excessum, n. 107.

Excessus quilibet executionis est nullus, quia in excessu, executor caret potestate, mandato & jurisdictione, num. 108. & tempera, ut n. 248.

Ab excessu quantumvis nullo utile est appellare ut causet successi nem, n. 109.
Excessus per viam appellationis & nullitatis potest in judicium proponi, n. 110.
Excessus omnis mandatæ commissionis est nullitas, n. 111.
Nullum est omne gestum præter mandati formam, nec valet, ut videri potest, n. 112.
Excessus executoris non transit in rem judicatam, quominus quocumque tempore possit judicium allegari, num. 113.
Exeecessus an ultra triginta annos possit proponi, n. 114.
Nullitas sententiæ triginta annis durat, n. 115.
De nullitate perpetuo agi potest in causis, quibus vertitur animæ periculum, n. 116.
De excessu executoris etiam post triginta annos, perpetuò agi posse, defendit Author, n. 117.
Executor in excessu madatæ potestatis caret mandato, num. 118.
Executoris mandatum & procuratoris eisdem legibus regulantur quoad excessum, n. 119.
Mandatum jurisdictionis & mandatum ad lites æquiparantur, & de uno ad aliud arguitur, n. 120.
Mandatam utrumque litis, & jurisdictionis est stricti juris in quo non veniunt nisi expressa, n. 121.
Nullitas ex defectu mandati quandocumque etiam post mille annos potest proponi, n. 122.
Et idem de nullitate proveniente ex defectu jurisdictionis, n. 123.
Exceptio nullitatis ex defectu mandati & jurisdictionis non censetur exclusa ab statuto excludente omnes exceptiones, n. 124.
L. Regia tit. 15. lib. 3. ordin. limitans terminum proponendæ nullitatis intra 60. dies non procedit in nullitate jurisdictionis & mandati, n. 125.
Excessus executoris excedentis limites sententiæ potest quandocumque proponi, n. 126.
Executor quando excessit non currunt fatalia, quominus omni tempore de hujus nullitate dici possit, n. 127.
Attentati simplicis revocationem nullo tempore præscribi posse qui dixerint, n. 128.
Attentati simplicis revocatio quanto tempore præscribatur, & quando perpetuo peti possit, 129. remissive.
Excessus causa pendente an currat tempus ad appellandum à simplici gravamine, casu quo declaretur non excessisse executorem, n. 130.
Agenti de nullitate sententiæ etiam succumbenti non currit terminus ad appellandum ab ea propter injustitiam, num, 131.
Dummodo nullitas calumniosè non sit proposita, aut ex causa evidenter improbabili, ibid.
Quæ doctrina procedit in attentatis absque distinctione, an appellatio sit compatibilis vel incompatibilis n. 132.
Excessus executoris est attentatum, n. 133.
Excessus executoris est incompatibilis cum simplici gravamine, & injustita, n. 134.
Super excessu judex duntaxat aditus non potest se intromittere & cognoscere ne simplici gravamine, & injustitia executoris, n. 135.
Dilationes duæ quando procedunt non ex eodem fonte, sed diversis respectibus, una alteram non confundit sed utraque successive operatur, n. 136.
Quæ origine & respectibus sunt diversa eadem sunt prosecutione & effectu, n. 137.
Excessus causa, & simplicis gravaminis sunt inter se diversa, n. 138.
Excessus articulo pendente non currit terminus ad appellandum à simplici gravamine executoris, n. 139.
Ab excessu qui appellavit etiamsi succumbat, prodest illa appellatio, ut possit prosequi super simplici gravamine, quia semel à facto excessu, appellavit, licèt sub falsa causa, n. 140.
Ab excessu appellationi emissæ per procuratorem carentem speciali mandato ad idem deferendum non est, n. 141.
Executionem ex re judicata emanata à lite qua procurator quis fuit petere non potest, nisi cum speciali mandato, n. 142.
Si ope exceptionis repellatur, aliàs bene poterit actionem judicati procurator intentare, n. 143. & de aliis limitationibus ibi remissivè.
Ab excessu si appelletur, debet excessus nominatim exprimi, alias appellationi deferendum non est, n. 144.
Ab excessu contra appellantem est juris præsumptio, cùm ab executore regulariter sit prohibitum, nisi specialiter ab excessu, & ideo is debet exprimi, ut executor cognoscat an sit deferendum, n. 145.
Appellatio ubi regulariter est prohibita, permissa tamen ex speciali ratione in aliquo casu, ratio debet exprimi, ut illi deferatur, & quare, ibi, n. 146.
Excessus causa si non sit in appellatione expressa executor non tenetur supersedere, sed exequi, n. 147.
Excessus causam exprimere nullam tamen, non prodest num. 158.
Excessus causa est exprimenda, ut discernatur, an sit appellatio deneganda, vel concedenda audientia, n. 149.
Ab excessu appellationi resistit jus non facta causæ expressione, n. 150.
Excessus causa omissio non vitiat appellationem, nec ea non est substantia nisi quoad effectum deferendi, n. 151.
Excessus specialis expressio requiritur, ita ut non sufficiat appellatio, quia excessisti à tua commissione, n. 152.
Nec sufficit expressio in genere per relationem ad acta, n. 153
Ab excessu appellatio an totam executionem suspendat, an solum excessum, n. 154.
Excessus causa expressa si non concernat totam executionem, illam non suspendit appellatio, sed excessum expressum, n. 155.
Excessus in uno casu allegatus supponitur in aliis non adesse, n. 156.
Appellatio non cadit super excessu non expresso, n. 157.
Appellatio ab uno articulo non suspendit totam causam non connexam, n. 158.
Regius senatus aditus per viam violentiæ ob denegatam appellationem ab excessu, quo decreti genere uti soleat, & quomodo concipiendum, n. 159.
Cautela Vestrii ad suspendendam totam executionem vigore appellationis ab excessu refertur n. 160.
Vestrii cautela manifestè ut falsa convincitur, n. 161.
Ab excessiva expensarum & fructuum taxatione appellatio an totam causam suspendat, n. 162.
Excessus executoris quomodo sit probandus, n. 163.
Excessus non præsumitur nisi per appellantem probetur, num. 164.
Excessus debet constare evidenter verisimiliter & probabiliter, n. 165.
Signatura justitiæ anteaquam committat causam appellationis suspensivæ ab excessu, non facilè credit partis assertioni, nisi priùs de illo gustaret, n. 166.
Excessus executoris probatur ex inspectione actorum quæ gessit & commissionis, n. 167.
Iniquitas judicis inter procedendum quando arguitur, ex inspectione processus detegitur, n. 168.
Executoris mandati defectus probatur ex actorum inspectione, n. 169.
Negativa coarctata ad certam scripturam per illius inspectionem probatur, quia quod ibi non reperitur expressum, præsumitur non factum, 170.
Legatum non fuisse mandatum, nec relictum probatur ex inspectione testamenti, n. 171.
Negativa, aliquem non esse talem prout asseritur, probatur per inspectionem actorum, n. 272.
In judiciis, privilegiis, & similibus quod non reperitur expresse concessum, censetur prohibitum, n. 273.
Commissio non præsumitur nisi quatenus de ea constet, num. 174.
Mandatum quem non habere, seu potestatem judicandi, seu

seu ordinem non fuisse servatum, & similia, probatur per actorum inspectionem, n. 175.

Quod in eisdem actis non apparet, dicitur non adesse, n. 176

Pro mandato non præsumitur nisi quatenus ex ejus inspectione appareat, n. 177.

Mandatum regulariter debet exhiberi, n. 178.

Excessus directò opponitur commissioni mandatæ, juxta quam appositus clarius patet, n. 179.

Excessus executoris per commissionem detegitur, sicut macula faciei per speculum, n. 180.

Commissio speculum executoris est, ibid.

D. Greg. authoritas mirabilis adducitur in proposito, n. 181.

Executoris potestas ut quanta sit, appareat, commissio legitimè exhibenda est, n. 182.

Executoris potestas pendet à deputatione, sicut procuratoris à mandato, & sic à deputationis verbis non est recedendum, n. 183.

Commissionis forma debet attendi specificè, ut executoris potestas cognoscatur, n. 184.

Suprema prætoria ad detegendum executoris excessum faciunt trahere commissionem & processum originalem, num. 183.

Quæ de facto fiunt, de facto & omisso ordine judiciario reponenda, jus est, n. 186.

Appellatio ab executore Apostolicò excedente an legitima sit, detegit senatus Regius ad quem recurritur per viam violentiæ, per inspectionem processus originalis, nu. 187.

Excessus separati ab executione possunt probari per testes ut Varatari, vel illi qui ex actis non apparent, tangunt tamen negotium principale, n. 188.

Excessus executoris tangens executionem ex actis non apparens per viam querelæ, proponi potest coram superiori, licet interim non suspendat, n. 189. & ibi declaratur.

Ab excessu executoris non nisi semel appellari potest, nec secundæ appellationis deferendum, n. 190.

Ab excessu appellans juris præsumptionem contra se habet, quod ideo restringit potestatem appellandi, n. 191.

Excessum non adesse declarans superior non causat perpetuum præjudicium, sed reparabile per viam simplicis gravaminis prosequendum post executionem, num. 192.

Excessum non fuisse licet declaretur, non tamen negatur adesse gravamen simplex, num. 193.

Super qualitate gravaminis executoris cognoscitur, quando appellatur ab excessu, super qua tantùm cadit appellatio cognita, & determinatio, n 194.

A simplici executoris gravamine pendente executione appellans non auditur, sed in finem peracta executionis reservatur gravaminis cognitio, n. 195.

In excessus causa succumbenti non obstat exceptio rei judicatæ, quo minus per viam simplicis gravaminis ulterius gravamen in judicium deducatur, quia est causa diversa & separata, n. 196.

Super aliqua qualitate formata inquisitio quæ non probatur & sequitur absolutio, potest de simplici delicto denuò inquiri, num. 197.

De excessu proposito & sic de qualitate gravaminis si non constat gravamen simplex reservatum remanet suo loco & tempore deducendum, n. 198. ubi de exemplo.

Agens prius de simplici executoris gravamine & succumbens, an possit postea idem gravamen qualificatum, & sic per viam excessus in judicium deducere, n. 199.

Absolutus ex una causa potest ex alia convenitus condemnari, n. 200.

Repulso ob ineptam actionem propositam non obstat exceptio rei judicatæ aptam ulterius proponenti, num. 201.

Gravamen simplex executoris ut excessum proponens ineptè, & ante tempus agit, qua propter succumbens peracta executione illud aptè proponet, num. 202.

Causa eadem agendi, ut obstet exceptio rei judicatæ, debet esse immediata non mediante aliquo, num. 203.

Rei judicatæ exceptio ut obstet, debet evidenter constare, num. 204.

Sententia lata super una actione non nocet eidem agenti ex alia actione sibi competenti ex eodem fonte, n. 205. declara, ut num. seq.

Etiamsi adsit conformitas aliqua cum alia actione diversa, num. 206.

Pluribus actionibus competentibus ex eodem facto diversa tamen causa & respectu, sententia super una, non nocet ex altera agenti, secus quando ex eadem causa, num. 207.

Excessus supponit defectum potestatis, & jurisdictionis, ac nullitatem, gravamen simplex, aut etiam potestatem & actus varietatem supponit, n. 208.

Index ad quem ab excessu est appellatum, non potest se intromittere super causa principali executionis, sed an sit excessus, vel non, num. 209.

Ab excessus causa an utraque pars possit appellare semel, num. 210.

Titulus C. ne liceat in una eademque causa tertiò provocare, intelligitur, ut qualibet pars possit bis appellare, non amplius, num. 211.

Statuto disponente ut semel tantùm in causa appelletur, possunt dari duæ appellationes à qualibet parte unica, num. 212.

Supplicatio bina ubi est prohibita, intelligitur ab eadem parte, quia utraque potest semel supplicare, num. 213.

Duæ sententiæ conformes faciunt rem judicatam in articulo excessus à liquidatione fructuum & expensarum num. 214.

Duæ conformes ut dentur in articulo excessus, debet præcisè concurrente bina appellatio in una parte, & tres sententiæ, num. 115.

A sententia Episcopi si semel tantum possit appellari, intelligitur si à superiori prima sententia confirmetur, num. 216.

Secus si prima infirmetur, quia tunc ab alia parte poterit provocari, num. 217.

Appellatio prima ab excessu executoris suspendit secum, appellatio autem ab ejus revocatione suspensivo effectu caret, & de ratione differentiæ, n. 218.

Favor suspendendæ executionis concurrens in appellatione ab excessu durat in repositione exequendæ appellationis non obstante, num. 219.

Quod de facili fuit concessum, de facili est revocandum, num. 220.

Appellationis privilegiatæ ritio quandoque claudicat, ut à prima sententia non suspendat, à revocatoria autem sic, & è converso, num. 221.

Excessus ad revocationem an præcisa & necessaria sit appellatio? num. 222.

Excessus revocationi tria remedia sunt à jure assignata, appellatio, nullitas, & querela, num. 223.

De essentia appellationis est illam proponere de minori ad majorem, num. 224.

Consuetudine induci non potest, ut appellatio proponatur à majori ad minorem, sed sic proposita vitiatur ipso jure, num. 225.

Ordinarius in causa delegata minor est judice delegato à Principe, num. 226.

Excessum factum per delegatum Principis potest ordinarius reponere, num. 227.

Excessus executoris ut reponatur, non est necessaria appellatio, sed querela sufficit, n. 228.

Ab excessu appellare, licèt non sit necesse: tamen valde est utile, ut executor supersedeat in executione ejusdem excessus, n. 229.

Nullitas de per se proposita sive principaliter aut incidenter non suspendit executionem sententiæ, n. 230.

Et idem de nullitate per viam querelæ proposita, nu. 231.

Nullitas deducta per viam exceptionis non suspendit executionem, num. 232.

Limitatur in nullitate evidenti ex actis defectus jurisdictionis, necnon sententiæ irretractabilis, n. 233.

Excessus nullitas per querelam deducta non suspendit executionem, n. 234.

De nullitate dicere, & adire per viam querelæ paria sunt, num. 235.

Supplicatio, cui adaptatur querela, non suspendit executionem, num. 236.

Excessus & nullitas deducta per viam appellationis impedit executionem, num. 237.

Executio facta pendente excessu deducto per viam appellationis, est attentata & revocatur, n. 238.

Excessus per viam appellationis, hujus natura vestitur & assumit vires, num. 239.

A sententia nulla licet appellari, quia non est sublata facultas, sed necessitas appellandi, n. 240.

Effectus nullitatis deductæ per viam appellationis, n. 241.

Ab excessu appellatio omnino necessaria est, ut recurri possit ad Regium senatum pro tollenda violentia, n. 242.

Excessus ratione causæ ille dicitur, qui concurrit circa exceptionem injustè admittendam, vel rejiciendam, n. 243.

Excessus ob non admissam legitimam exceptionem executioni appositam præcisè requirit appellationem, aliàs transit in rem judicatam, num. 244.

A rejectione exceptionis oppositæ nullitatis evidentis ex actis, si non appelletur, iterum postea opponi non potest, num. 245.

Ordinis omissio respicientis utilitatem partis tantum, non vitiat executionem, sed permittit appellationem, n. 246.

Exceptionem contradicere non sufficit, nisi etiam à receptione opponens appellet, num. 247.

Excessus ratione causæ [hoc est] ob exceptionem rejectam non est nullitas, n. 248.

1 EXECUTORIUM, sive gratiarum sive executorialium, ex re judicata emanatarum, hoc est, ad mittendum sententias debitæ executioni (quorum naturam & materiam pro nunc nos dumtaxat insequimur,) in duplici est jure differentia: nam aut meri sunt, aut mixti executoriales, quibus judex, qui sententiam tulit, & executoriales decrevit, earum executionem faciendam committit, ut in effectum perducant, hanc jure differentiam constituere, glos. singularis *in cap. pastoralis. §. quia verò de officio delegati, & in c. de cætero de re jud.* Cardin. *cons.* 64. *& 94. gl. verb. cognoscatur, in cap. dicenti, §. & si non cognitio* 25. *q.* 2. *& in c. ci qui, de appell. §. ab executione verbo, non potest.* 2. *qu.* 6. & ex mox citandis latiùs apparebit.

2 Et à mixtis executores tunc distingues, & cognosces, quando meri dantur præcedente necessaria causæ cognitione in negotio ipso principali, ac post rem judicatam, simul ipse judex eandem causæ cognitionem adhibuit super exceptionibus, quæ objici, & opponi possunt executorialium executioni, & admitti debent de jure, ac super liquidationibus faciendis, ac denique omni liquidata materia, ac discussa via executiva, & executionis processu fulminato, & discussis his omnibus, quæ in quamlibet executionem incidere assolent, præcedentibus terminis, dilatationibus, ac citationibus faciendis, secundùm cujuscumque executionis naturam, & sic quando nihil executionis remanet faciendum, nisi mittere executoriales executioni, secundùm formam commissionis suæ, quia non aliud tunc eis committitur, quàm illa facti executio, & nudum ministerium, veluti condemnatur quis ad restitutionem prædii cum fructibus, damnis, interesse, &c. &
3 liquidata quantitate fructum, &c. præmissa citatione condemnati, committitur rei possessionis traditio, ac iterum quando condemnatur quis ad centum tibi ex causa mutui petita, cognito per eundem judicem de omnibus exceptionibus, quæ executioni opponi possunt, quando addictio bonorum, & actualis satisfactio alicui committitur, quod est purum factum, ac ideo illi quidem sunt meri executores, text. est *in l. si ut proponis, & in l. executorem, C. de executione rei judicatæ*, quæ jura secundùm hanc doctrinam interpretantur Doctores Bart. *in l. à D. Pio in prin. n.* 10. & ibi Iff. *n.* 12. *& seqq.* & alii Doctores, *ff. de re jud.* Bald. *in l. si non cognitio vers. nota, C. si contra jus vel utilitatem publicam.* Innocent. & Butr. *in cap. de cætero de re jud.* & ibi Abb. *in* 5. *col. vers.* 3. *memb.* ut post alios Felin idem Abb. *in cap. pastoralis §. quia verò n.* 3. *v. r. de quinto de offi. delegat.* plures allegat & sequitur Bernar. Diaz. *in red.* 270. Gregor. Lopez *in glos. verbo Señalando in l.* 57. *tit.* 18. *p.* 3. decis. Thol. 344. & additio singularis ad eam. Parlad. *l.* 2. *rerum quotid. cap. fin. n.* 2. *p.* §. 3. *n.* 1. *& seq.* Amador. Rodrig. *de executione c.* 2. *n.* 38. Covarr. *in pract. q. c.* 16. *n.* 5. quam dicit communem Menoch *de arbitr. jud. l.* 1. *casu* 38. *n.* 20. Bobad. *in poli. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 45. latè etiã prosequitur multis citatis Doctoribus Petr. Surd. *cons.* 405. 4 *num.* 15. *cum seqq.* ubi etiam declarat, ut hoc procedat, etiam si postquam legitima partis præcessit citatio ad hujus causæ cognitionem super executione, quòd si ipsa non opponat, sed omittat exceptionem, sibi imputet, nam postea hujusmodi executor, cui fit commissio, [qui non est mixtus] non potest de illa cognoscere. Vide ibi per eum.

E converso autem mixti executores ij dicuntur, qui- 5 bus executio rei judicatæ super negotio principali, & executorialium ab eo emanatarum, committitur nulla præcedente, nec facta causæ cognitione super ea nec discussis exceptionibus, aliisve, quæ in executionis discursu incidere assolent, quæ ab ejusdem executionis natura proveniunt, ac finè in ea omnimodo admittenda in processu, ac via executiva. Bart. *in l. à D. Pio, in prin. n.* 6 *ff. de re jud.* Abb. *in c. de cætero de re jud. in* 4. *col. vers. secundo membr. eod. tit.* glos. *verbo, cognoscatur in d. c. dicenti, & §. & non cognit. c.* 25. *q.* 2. Benedict. de Vandi. *in repert.* Felin. *vers.* , *executor mixtus est il e.* Parlador. Amador. Rodr. *ut proxime.* Greg. Lopez *in glos. verbo Señalando d. l.* 57. *tit* 18. . . latè Menoch. *de arbitr. jud. l.* 1. *q.* 38. *n.* 3. Castellus à Bobadilla *in politica d. l.* 2. *cap.* 20. *num.* 48.

Qui omnes ex hoc rectè inferunt, quod cùm istis 6 sit executio executorialium committenda præcedente cognitione eorum, quæ incidunt in eam, quæque possunt allegari, & opponi in actu executionis, ac via executiva, quæ quidem præcisè præcedere debent, ideo istis executoribus pariter committitur committi eorum cognitio, & liquidatio, & terminatio, factusque est judex, habètque jurisdictionem ultra quos ire non probant 7 Ab. *in cap. de cætero de re jud. in* 4. *col. vers. secundo memb.* idem Ab. *in cap. ad hæc alias. §. quia verò, ac. ff. de leg. in prin. vers. secundo si ita executore, col.* 2. dicens quòd executor mixtus cognoscit de concernentibus executionem sententiæ, idem dicit gl. *in §. finis quorum vers.* 8 *ab executore* 2. *q.* 1 & ibi Domin. de tancto Gemin. gl. *in d. §. si non cognitio.* Felin. *in d. cap. pastoralis, §. quia verò vers. glos. in c. b. & g. ius, n.* 16. *l. & si non cognitio.* ubi Doctores. C. *contra jus vel utilitatem l. à D. Pio, &* ibi Bart. *num.* 4. ide Bart. *in l. prescriptione n.* 2. quem sequitur Decius *in cap.* 2. *n.* 3. *vers. & hoc de rescript.* Innocent. *in cap. de cætero de re jud.* decisio Tholos. 344. & ejus addition. dicentes cum cæteris citatis; quod hic mixtus executor potest cognoscere, & terminare omnes exceptiones, quæ executioni sententiæ, & executo- 9 rialium possunt objici, & opponi, non tamen eas, quæ respiciunt merita causæ, à quo nos latè infrà *in cap.* 7. *de excessu ab exceptionibus*, juxta tex. [sic intelligendum] *in l. Nisenius, §. ult. ff. de re jud. & si fidei jussores. §. idem respondit, ff. de fidejussor. l. ex diversis. §. fin. ff. solut. matr. l. etsi non cognit.* 6. *si contra jus vel util. publ.*

Iis convenit, quod post alios Doctores ab eo cita- 10 tos, anima vertit eleganter Petrus Surd. *in cons.* 415. *tom.* 4. quòd executor datus ad rei restitutionem, & fructus à condemnato percepturus, quòd executor, qui hujusmodi

hujusmodi fructuum liquidationem facere teneatur non est merus sed omnimodo mixtus, quod sic non videmus quotidie practicari, cui adjunge doctrinas hactenus allegatas. Idem etiam dicit Escobar *de ratiocin. cap. 31. à num.* 16.

11 E converso autem merus executor, cùm sibi sit dumtaxat purum factum, ac nudum ministerium commissum, nec habeat causæ ullæ cognitionem, pariter & jurisdictione omnimodo caret, Geminia. *consil.* 109. *in princ.* Bald. *consil.* 36 *factum quod proponitur in fin. lib.* 4. idem *consil.* 98. *casus in princ. vers. secundo casu lib.* 3. Calderin. *consil.* 28. *si legatus, aliàs* 5. *de rescriptis*, Anton. de Burio 74 *num.* 3. *per totum*. Caval. *in addit. ad Butrium*, ubi allegat Bald. *in c. cum super col.* 3. *de re jud.* latè prosequitur Card. Tuschus *consil.* 499. *in prin. lit. E, tom.* 3. Abb *in c. ex literis de off. delegat. in vers. Ioss. in verbo, subd. legatus*, & ibi etiam cum Imola, Felin. *super eadem gloss. n.* 3. *ad fin & n.* 4. Benedict. Bado. *in repert. ad Felin. verbo, executor nudi ministerii*, non habet jurisdictionem, & idem firmat Rebuff. *in tract. de sententiarum executione gl.* 12. *n.* 19. *vers. quæro si mandetur, n.* 1. Fol. 376. Joan. Gratian. *in regul.* 178. *n.* 2. post alios, & quòd ea careat, text. est *in c. fin. §. fi. de offic. delegat.* & quod non habeat cognitionem, probat text. *in c. pastoralis §. quia verò, de off. delegat. & l. executorem, C. de executore rei jud.* & ultra dictos affirmant Amador Rodrig. *in tr. de executione t.* 2. *n.* 39. Bobadill. *in polit. l.* 2. *c.* 20. *sub num.* 47. Marquessa. *in tr. de communi.* Alex post Bart. *in l. à D. Pio in princ. n.* 12. Iff. 13. Felin. *in d. cap. pastoralis, § quia verò. de off. delegat. vers. executor merus.* Zuchard *in l. fin. n.* 281. *C. de edicto D. Adr.* Beroius *in c. significasti n.* 1 *de off. delegat. & in c. quoniam Ab. n.* 112. *eod. tit.* Menoch *de arbit. jud. l.* 1. *q.* 38. *n.* 20. & quas exceptiones uterque executor

12 possit, vel teneatur admittere, & quando à rejectione admittendarum, vel admissione rejiciendarum appellationi emissæ vim faciat, executor non deferens latiùs *infrà c. de exceptionibus* videbimus.

Uterque tamen executor, & mixtus, & merus, sunt

13 delegati, & vices gerunt mandatis, docet Speculator *tit. de mandato delegato §. secundo*, & per eum Parla. *lib.* 2. *rerum quotid.* 2. *p. §.* 3. *sub num.* 1. tenet gl. *in c. si super. verbo principalis de off. deleg.* 1. *in* 6 Felin. *in cap. super q. de off. delega. vers. capto glossam in verbo, executorem, n.* 5. Benedict. de Bado. *in repert. ad illum verbo, executor dicitur etiam allegatus*, &c. Abb. *in cap. si quis contra clericum. col.* 3. *de foro compet. & in cap.* 1. *nota* 3. *de off. delega.* Innocentius *in cap. suscitatus in* 1. *col. de rescript.* per illum text. Petrus Surd. *consil.* 163. *num.* 12 *tom.* 2. & probatur text. argum. *in d. c. super quæst. & d. cap. pastoralis, §. quia verò* & text. *in d. c. si. de off. delegat.* juncta rubrica *ibi*, quæ jura (cùm loquantur, & disponant de executoribus) sedent sub tit. *de offi. delegat.* & sic delegati

14 censentur, quia lex, seu Canon debet intelligi secundùm rubricam, & ejus naturam, sub qua situatum est, exactissimè Everard. *in locis legalibus, in loco* 45. *de Rubro ad nigrum*, & Surdus *ibi*, faciens hoc idem argumentum in terminis nostris.

15 Et hæc est quòd neuter executor, à quo appellationi emissæ ab eo, negat delationem, vim facit, quoniam vulgare est, ut ab executore non sit licita, nisi modum excedat: ita probat text. *in l. ab executore, ff. de appellat.* text. *in l. ab executione, C. quorum appell. non recip.* text. *in cap. novit.* 42. *de appell. cap. quoad consultationem de re jud. l.* 52. *tit* 18. *p.* 3. *c. ei qui appell. § ab executore* 2. *q.* 6. Speculator *in tit. de executione sentent. §. nunc videndum n.* 7. *vers. quid si ab executore, & §. breviter vers. sus finem prin. ibi, hinc est.* Bart. & alii *in d. l. ab executore, & in d. l. ab executione*, Philip. Franc. Butrius, & Abb. *in ca. quoad consultationem in numero* 10. *notat ult. & num.* 24. *de sentent. & re jud.* Joan. Andreas, Anton. de Butr. & Abb. *in d. cap. novit.* Alexan. *consil.* 95. *visis per hos scribas, sub num.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 113. *visis thematis*

n. 10. *l.* 5. Rota *decis.* 45. *aliàs* 346. *si appellatur, de app. ll. in novis.* Lanfran. *decis.* 341. incipit *si executor*, qui de communi refertur Franc. Marc *decis. Delph. q* 100. incipit *quæritur n.* 1. Marant. *de ord. judic. 6. p. actu.* 2. *n.* 259. *lim.* 7. *fol.* 497. Guido Pap. *tr. de appell. q.* 92. *n.* 59. *fol.* 60. Rebuff. *in tr. de appell. art.* 7. *gl. n.* 15. *vers. quintus, tom.* 3. *fol.* 502. Asin. *in praxi jud. §.* 31. *&* 18. *num.* 1. *fol.* 187 Ruginell. *in tr. de appell. §* 2. *cap.* 2. *n.* 58. Roland. à Valle *consil.* 43. *num.* 6. *lib.* 1. Thomas Decius *consil.* 71. *num.* 19. Simon de Prætis *consil.* 116. *n.* 4 Capicius *decisione* 34. *n.* 1. Paul Castrens. *consil.* 288. *volum.* 1. *num.* 1. Joan. de Amicis *consil.* 26. Alciatus *in l.* 1. *§ si quis ita, ff. de verb. obl.* Anton. de Canar. *in tract. de execution. instrument. q.* 46. *sub num.* 85. *tom.* 5. *fol.* 44. Ncell. *in concor. gloss. concor.* 6. *fall.* 8. 37. *fol.* 192. Vestrius *in praxi lib.* 7. *c.* 3. *sub num.* 9. *vers. sed & inter alios, fol.* 196. Cæsar Contar. *in repet. l. unicæ q.* 24. *n.* 8. *&* 36. latè *lim.* 19. *ratione excessus n.* 1. *& seqq. C. si de minen. poss.* Gallesi. *formam Camer. oblig. c. de quæst. post process. inciden. sub num.* 11. *tom.* 6. *diverss. fol.* 364. qui probant ab executore non appellari, nisi modum excedente Butr. *consil.* 4 *n.* 5. Cephal. *consil.* 205. *num.* 12. Surdus *consil.* 102. *n.* 2. Turr. *consil.* 45. *n.* 15. *vol.* 2. Marius Giurba *decis.* 101. *num.* 6. qui *num* 7. dicit, quòd consentiens sententiæ, non censetur consentire excessui. Bal. *in c. quoad consultationem, n.* 7. *de re jud.* Costa *de port. rat. quæst.* 138. *in fin.* Vincent. Carot. *ex. pr.* 441. *à num.* 81. *cum seqq.* Carolus de Tapia *in compil. jur. Reg. Neap. de execut. sent. rubr.* 41. *ritu* 262. *n.* 3. ex Capicio *decis.* 34. *n.* 4.

Hinc est etiam, quod eleganter & notabiliter dicunt Doctores, quòd à qualibet causa mundi, in qua datur excessus, appellatio ut licita admittatur, Paris. post alios *in consil.* 28. *ad resolutionem num.* 12 *lib.* 4. sequitur Lancel. Rober. *de attent. 2. p. cap.* 12 *limit.* 53. *n.* 23. Rebuff. *in tract. de sententiar. execution. art.* 7. *glos.* 12. *sub num.* 4. *fall.* 1. *tom.* 1. *fol.* 373. & quòd in nullo casu, in quo prohibetur appellatio, negatur ab excessu. Cæsar. Bartius *in decis. Bono.* 55. *num.* 6. *cap. adde.* Bald. *in cons.* 319. *evidentiam, post medium, vers. porrò nunquam reperitur l.* 3. Cardin. Tusch. *practicarum conclusionum lib.* 1. *lit. A.* 1. *tom. conclus.* 4010. *num.* 23. Vincent. Caroc. *except.* 44. *num.* 82. quo pertinet, quòd licèt à visitatione non appelletur, ex Concil. Trid. & nos latiùs suo loco diximus: tamen si visitator excedit modum appellatio licita est, non frivola. Navar. *consil.* 2. *tit. de appell.* Acosta *de jud. in cap.* 1 *n.* 211. qui loquuntur in terminis Concilii Pariter à correctione fraterna non appellatur, quando tamen corrigens modum excessit, liberè permittitur ab excessu *c. reprehensibilis, de appell.* Philipp. *in c. de priore sub n.* 2. *eod. tit.* Cardin. Alexand. *in c. ad nostram* 3. Decius *à n.* 1. *d. appell.* latè prosequitur Gregor. Thol. *de appell. c.* 10. *n.* 1 *& n.* 8. Ruginel. *eodem tr. §* 2. *c.* 3. *n.* 229. Parvi *decis.* 1. *p q.* 10. *per totam*, qui plures allegant.

16

17

18

19

Quæ doctrina æqualiter accipi debet in executore mixto, ac in mero, ut à neutro appelletur, nisi modum excedente, quoniam ita absolutè, generaliter, & sine distinctione loquuntur jura, & Doctores citati, & in specie eleganter advertit Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid.* 2. *part. §.* 3. quia aliter intelligere, foret facere de via executiva ordinariam. Parladorum sequitur Amador. Rodriguez *in tractatu de executione inter. cap.* 2. *sub n.* 43. & quòd d. lex *ab executione*, loquatur in mixto executore, cui jurisdictio inest, in specie dicit Bal. *ibi sub num.* 4. *ad fin.* & idem dixit Marques. *de commu. l. n. cap.* 23. *n.* 14. dum ait, quòd sive executor factus sit, sive juris, ab excessu semper admittere tenetur appellationem, jura, & Doctores allegans, sic eos intelligens, quidquid dixerunt Anton. de Butr. *in cap. novit. n.* 6. *de appell.* & Ruginell. *tr. de appell. §.* 2. *cap.* 2. *n.* 60. quòd à mixto executore possit appellari, sed evidenter fallitur, si id absolutè intelligunt.

20

21

22

23

Tum

Tum ex rationibus,quæ à Doctoribus reddi solent, propter quas ab executore non appellatur, quarum potissimum attendenda illa est quia si gravamen adest, judex ejusque sententia illud inferunt, quia eam tulit, non verò is, qui eam affectui tradit, quique judiciis
24 mandatum fideliter exequitur. Ita considerat Craveta *consil.*273.*nobilis Domine* c0'.2.*n.*10.*vers. secundo quia*, *& vers. nec obstat*, ubi explicat,& bene Rebuff.*in tr. de appell.art.*7.*gloss.*2.*n.*15.*vers quintus tom.*3.*fol.*503 Abb. *in cap.de catero,n.*10. *de re judic.* Sigism. Escacia *de appell. quæst.* 17.*limit.*10.*num.*...ergo quemadmodum de-
25 negatur appellatio ab ipso judice & sententia transacta in rem judica. debet meritò denegari ab ejus executore, cùm in hoc cesset gravemen Quibus adde omnia fundamenta, quæ adduximus *supra hoc lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 16. *vers. quæ quidem opinio ; & num. seqq.* nam actus non attribuitur exequenti, sed mandanti, & or-
26 dinanti, *l. item eorum*, §. *si decuriones*, *ff. quod cujusque univers.nom. c. cum aliquibus*, *de rescriptis lib.*6.& quos in proposito citat Aymon.Craveta *consil.*144.*n.* 3.Tiraquell.*in tit.connubiali,gl.*8.*n* 184.*&* 194.Petrus Surdus latè *cõsil.*29.*num.*3.*tom.*1.*& decis.*8.*n.*23.*& decis.*292. *num.*9. & ab illo, quod venit in executionem alicujus
27 actus inappellabilis, pariter appellationi delatio denegandaest, ita Bald. *in l. si cum exceptione*, § *hæc autem actio*, *ff. de eo quod metus causa.* Felin. *in cap. quoad consultationem,n.*14.*ante fin.de re jud.* Cæsar. Contar.*in leg. unica C. si de mom. poss. lim.*19.*n.*16.& alios quos citavi *suprà hoc lib.* 4. *de cap.* 1.*à num.* 16.*à princ.* Sed hæc ratio & conveniens est, & communis utrique executori, tam mixto quàm mero, ergo una debet determinatione, comprehendi.

Nec obstat, quod mixtus executor potest liquidare ea, quæ incidunt in executionem, & super iis habet clausæ cognitionem, & sic quòd ipse potest gravare,ut dicebant præcipitati Doctores, Butrius,scilicet,& Ru-
28 ginel.quia respondetur,omne quod venit liquidandum in executione, est pars ipsius : & executorialium,quod quidem non mutat substantiam rei judicatæ (cessante excessu) sed continet declarationem interpretativam ipsius sententiæ, non augentem, nec minuentem, nec
29 inducit novum gravamen, ac propterea cessat appellatio;ita eleganter consideravit Rota Romana *in mirabili decisione* 100.*num.*14.*&* 28. *p.* 1. *divers.*Escacia *de appell.quæst.*17.*limit.*10.*num.*55.Roman.*consil.*45.*num.*20. ubi bona addit.Rot. *decis.*271.*num.* 2.*p.*1.Cævallos *in contra commun.quæst.*897.*sub num.*936.*p.*2.optimè quidem declarat Gratian *in discept.forens.cap* 333.*à num.*2. *tom.*3.ubi allegat d. Rotæ decisionem,ac propterea totum attribuitur mandanti, cujus præceptum exequitur,
30 quod & eo minùs dubitabile redditur,quia nec à liquidationibus hujusmodi in executione incidentibus appellatio emissa suspendit executionem earum, ut dicemus *infrà in c. de liquidatione*, nempe *cap.* 10. à principio ubi plurimo congessimus.

Insuper & eo probatur, quoniam communis & in-
31 dubitata conclusio est, quòd ab executione non appellatur ; *ut suprà nos latè cap.* 1. *hoc lib.*4. à qua nullus est qui declaret, an à mixto an à mero fiat, quoniam si non potest appellari ab executione,non poterit etiam ab executore, cùm executio, & executor idem est inseparabile & indivisibile, idémque est, appellare ab aliquo facto judicis, quod appellare à judice aliquid
2 faciente : non enim appellamus ab executore, quia est executor, sed quatenus exequitur, & ab ejus facto, & ideo interdum dicimus : non appellatur ab executione, nisi modus excedatur, interdum verò, non appellatur ab executore nisi modum excedat, ut est videre ex supracitatis Doctoribus, & præcipuè Lancelot. *de attent.*2.*part.cap.*12.*limit.*53.*num.* 22. *& seqq.* & ab eo citatis, & interdum etiam, ab executione non appellatur,nisi executor in ea excedat, quo modo loquendi utitur *l. ab executione,C. querum appell.non recip. in prin.* quod quidem ex eo provenire certum est, quia executor, & executio, idem est insequarabile, & ideo si via executiva non admittit appellationem,& illam facit tam mixtus quàm merus. ergo à facto utriusque pariter excludenda est, nisi modum excedant,quia fieret de via executiva ordinaria, ut rectè considerant 33
Parlador. & Rodrig. *locis superiùs citatis.*

Illorum autem Butrii, & Ruginelli opinionem libenter admitterem in illo altero genere executoris mixti, cujus mentionem faciunt citati Doctores *suprà ad princ. hujus. cap.* & est videre per Menoch. *de arb. lib.*1.*cap.*38.*à num.* 2. & ex iis, quos ibi latè congessit 34
cum Innocentio,& Abb. quardo scilicet, aliquis conquestus est se prædio fuisse spoliatum evidenter, & Pontifex dat executorem, ut si ita est,illum restituat,& mittat in possessionem alicujus beneficii si est vacans, quia hoc genus commissionis habet tacitam conditionem si est spoliatus,si vacat,*&c.*in quo habet executor causæ principalis cognitionem, & debet necessariò procedere, quia nihil de ea cognitum fuit, ut latè est videre per eundem. Menoch. *ubi suprà*, ac propterea hoc casu ab hoc mixto executore nihil mirum si sit licita appellatio,etiam si non excedat,quia intelligitur datus etiam ad causam principalem, de quo nos 5.*p. cap.* 7. *ubi de appellationib.* ab executoribus gratiarum. Hoc igitur casu bene procedet dictorum assertio,at in executoribus executorialium falsa est, ut probavimus, à quibus indistinctè appellatio emissæ vim non faciet, haud deferens, nisi modus excedatur, ita ut ab eorum excessu interjectæ erit evidens violentia, si delatio negetur.

Hinc evenit, reprobandum,minimèque audiendum 35
Gratian. *in discept. forens.tom.*1. *cap.* 146. *num.*36.dum dixit ab executore modum excedente appellari, sed quoad effectum devolutivum tantùm, non autem suspensivum, allegans ad id Cævallos *in contra commun. opin.q.*190.*num.*6.& Joan Gutierr.*in l. repetitione l.nemo potest.de legat.*1.*n.*447. sed evidenter, ut vides,ex juribus,Doctoribus, & Authoritatibus hactenus adductis, fallitur,& multis rationibus quas adducere possumus, convictum eum redderemus, omitto ; i lud annotans, quod Doctores scilicet Ceva. & Gutier. ab eo citati id nullo modo asseverant, sed loquuntur dumtaxat in appellatione ab executore, & executione, ut non admittatur secundùm communem receptam opinionem, quoad effectum suspensivum, quoad devolutivum tamen admittatur, quod *suprà cap.* 1. scripsi, non tamen loquuntur in excessus appellatione.

Quare quid in re hac excessus sit inconveniens,de- 36
scribere non videtur, excessus autem est, potestatis mandatæ limitum transgressio,sed in proposito descriptio illa magis quidem consonat,ut excessus sit,novum quoddam gravamen, extra limites mandatæ potestatis, per executorem illatum. Et licèt utraque sustineri va- 37
leat,hæc tamen ultima magis copiosa, suisque integralibus partibus constare magis videtur, siquidé executor recepit potestatem,& jurisdictionem strictissimè à commissione cujus fines præ oculis habere debet, nec ejus 38
limites transgredi, sed sub suæ limitibus commissionis contineri, *l. diligenter fines mandati custodiendi sunt. ff. mandati*, *l. non distinguemus*, § *de off.* §.*fin ff.de receptis arbitris*, *cap. cum dilecta de rescriptis*, *c. cum in veteri.de accusationib. cap. bonæ memoriæ* 2. *de postulatione prælatorum*,& ubilibet Doctores, & iterum loquendo in executoribus, est text. elegans *in l. quicumque*, ibi hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curæ suæ specialiter approbetur, *&c.)C. de executoribus*,*& exactorib.lib.*11.*cap.P.& G.& cap.cum olim de off. delegati. l.* 20. *tit.* 4.*& l.*47.*tit.*18 *p.*3. Commissatius siquidem præ oculis habere debet tenorem, & verba commissionis, seu rescripti. docet gl.*in l. Pedius*,§.*in scriptum ff. de*

de arbitr. & post eam Bald. *in l. cum magistratu in prin. C. quando provocare non est necesse*, dicens, quòd judices non debent discedere à verbis rescriptorum, &
40 idem Bal. *in rubr. §. extr. de off. delegati col. penult.* post Innocen. quod judex delegatus non potest interpretari rescriptum, nisi quatenus verba ipsius rescripti patiun-
41 tur, idem Bald. *in cap. significante de rescript.* tradit quòd ubi non conveniunt verba rescripti, & commissionis,
42 nec rescriptum quoque convenit. Baldum his locis sequitur Tiraquellus *in l. si unquam, verbo libertis, sub num.* 10. *C. de revocandis donat.* Innocent. *in cap. super quæst. num.* 2. *de off. deleg.* Marquef. *de commiss.* 1. *part. cap.* 24. *num.* 4.

Et probatur authoritate Deuteronomii *cap.* 12. *in fin.*
43 ibi, non facientes singuli, quod vobis rectum videtur, sed quod præcipio tibi, hoc tantùm facito Domino, nec addas quicquam, *&c.* & sa it illud Apocalypsis *c. ult. ibi*, si quis appositerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas. (facit etiam illud Exod. *c.* 25. *ibi*, vide, omnia facito secundùm exem[illegible] quòd tibi ostensum est in monte, *&c.*) & idipsum probatur Actuum Apostolorum *cap.* 7. & Pauli ad Hebræos *c.* 8. & illud Job *cap.* 14. *ibi*, constituisti terminos ejus, qui præteriri non possunt, *&c.* (cui convenit Deuteronomii 19. *cap.* & iterum Paul ad Timotheum 6. *cap.* quo dicitur: Præcipio tibi coram Deo, ut serves mandatum sine macula.) illud David. Psalm. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis (& iterum: Tunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis) & convenit illud ejusdem David. Psalm. 2. ad sextam. Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi. (& iterum: A judiciis tuis non declinavi, quia tu legem posuisti mihi.) & Ps. 3. ad sextam. Da mihi intellectum, & discam mandata tua. (& probatur Genesis *cap.* 24. *ibi*, A Domino egressus est sermo, non possumus extra placitum ejus quidquam aliud loqui tecum, *&c.*) Facit & illud Divi Pauli Philipp. 3. Imitatores mei estote, & observate eos, qui ambulant sicut habetis formam nostram, *&c.* (idem 1. Thessalon. 4. *ibi.* Et ne quis supergrediatur, *&c.* quia vindex est Dominus) & illud Joan. 1. *cap.* 2. Qui dicit se nosse Deum & mandata ejus non custodit mendax est, & in eo veritas non est, *&c.* (& iterum *c.* 5. *in prin.* & illud Joan. *c.* 14. *ibi* & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio *&c.*) & illud Bernard. *lib.* 1. *de consid. c.* 3. *ibi*, Possessionem, & dominium cede huic, tu curam illius habe pars tua hæc, ultrà nec extendas manum, *&c.* & illud Pauli 1 Corinthior. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt, judicare? (cui consonat illud Lucæ 12.) O homo, quis me constituit judicem, aut divisorem inter vos? & illud Joan. *cap.* 6. *ibi*, quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me, *&c.* (& ulteriùs *c.* 4 *ibi*, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam ejus opera, *&c.* Quibus convenit illud Divi Ambros. *in lib. de Paradiso*. Si quid addas, vel detrahas, prævaricatio videtur esse quædam mandati, simpliciter enim, & pura mandati forma tenenda est, vel testimonii series intimanda.) Hæc ille.

44 Et ideo tenor sententiæ, & commissionis debet per executorem præ oculis haberi semper, Roman. *cons.* 337. *circa propositum in prin. & num* 1. *in fin.* Cardin. Tusch. *practicar. conclus. tom.* 3. *litera E, concl.* 485. *num.* 1. *& n.* 3. *& concl.* 483. *num.* 1. Joan. de Ana. *cons.* 5. *visa narratione in prin.* ubi etiam Ludovic. Bologninus *in apostil.* & idem repetit *in cons.* 9. *in prin.* Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 11.
45 *vers. decimò quæro, lib.* 2. facit *l. prohibitum*, ibi, cum literis nostris cognoverit, non exarbitrio suo. (*C. de jure fisci lib* 10. *l.* 1. *C. de exact. tri. eodem lib.* 1. *C. de mandatis Principum*, cum aliis, quoniam tenor sententiæ est forma ipsius, docet optimè Bart. *in cap. cùm veteri. post prin. de elect.* per text. *in l. cum eorum, C. de sententiis, & inter omnium jud.* Sequitur Tiraquel. *in repetit. l.* 6. *unquam, verbo libertis sub n.* 9. *ad medium, C. de revoc.* ubi pariter refert dictum ejusdem Bal. *in l. ab execut. col. ult. C. quorum appell. non recip.* dicentis, verba sententiæ ponderanda esse, sicuti & contractus, arg. *per l. fidejussores magistratuum, & pro Aurelio, ff. de fidejussor.* convenit, quod dicit idem Bal. *in l. quoties, col.* 1. *vers. ex hoc elicitur C. de suis & legitim.* relatus à Tiraq. *ubi proximè sub n.* 6. quòd verba contractus sunt forma ipsius, quæ dat esse rei, nec ei aliquid addi potest, vel detrahi; quare succedit regula ut formæ omissio vitiet actum juribus, & authoritat bus vulgaribus, nam provisio sive juris, sive hominis, facta determinatò modo, suos terminos excedere non debet. Bald. *cons.* 51. *lib.* 5. *per l.* 1. *§. si plures, ff. de executoria l. qui aliena §. libertos, de negot. gest.* latè prosequitur Jul. Cæsar. Ruginel. *pract. quæst. cap.* 42. *à* 9. *& seqq.*

Vera enim est generalis juris determinatio; nullam 48
dispositionem ultrà egredi, quàm verba, & tenor patiantur, ut per *l. quidquid astringendæ, ff. de verbor. oblig.* asserit Signorolus *cons.* 61. *quæst. talis est potestas, colum.* 3. *vers.* 3. Tiraq. *in d. verbo libertis, num.* 6. *in fin.* Maria. *consil.* 18. *prosequendo ordinem in prin.* & ejus filius Socin. *consil.* 64. *in præsenti col.* 3. *l. b.* 1. *& cons.* 88. *considerata in prin. eodem l.* 1. Bal. *cons.* 266. *proponitur, quod quidam Anton. col.* 1. *lib.* 3. Raphael Cuma, *consil.* 164. *col. fin.* quam doctrinam probant infinita jura *in l. actorum verba*, ibi, tenore sententiæ perseverante. (*ff. de re jud* & alia determinantia hoc idem in variis casibus, & dispositionibus, ut sit semper verbis & tenori dispositionis cujusvis 49
inhærendum, recedi autem ab eisdem nullo modo probat text. *in l. sancimus*, ibi, nisi pacti tenor ad hoc reclamaverit.) *C. de fidejussorib. l. fin.* ibi, stipulationi paternæ tenor. (*C. communia utriusque judicii, l. ut inter.* ibi, juxta pacti tenorem, *C. de inutilibus stipula l. si operas in fi.* cum dicitur: pacti tenor servabitur, *C. de solut. & ult. l.* ibi pro tenore communis militantium placiti.) *C. de pignorib. l. ad probationem*, ibi, quem tenor scripturæ designat. (*C. de probat. l. si quis stipulatus sit Stichum in pr. ff. verbo oblig.* quæ jubetur sermonem stipulationis inspici, *l. si ita stipulat. §. Chrysogonus eod. tit. ad fin.* ibi, plerumque enim stipulationis verba, ex quibus oritur obligatio, inspicienda sunt.) *l. stipulatus es*, ibi, secundùm ea verba stipulationis. (*ff. de fidejuss.* text. *in cap.* 1. ibi præter tenores investituræ.) *tit. de duobus fratribus; in usibus feudorum.* & text. *in c. si cui*, ibi, tenorem investituræ sequendum. (*tit. de extraord. cap.* Corrad. text. est *in cap. porrò, de privileg.* ibi, quo I totum ex inspectione privilegiorum pleniùs animadvertere potes, & iterum *ibi*, volumus privilegiorum suorum servare tenorem.) *c. recepimus, de privilegiis* ibi, inspicienda sunt ergo Ecclesiarum privilegia, & ipsorum tenor diligentiùs attendendus est (text. *in c. consideravimus*, ibi, contra tenorem privilegiorum,) *de elect cap. fin.* ibi, tenor indulgentiæ. (*de translatione prælator. c. cum in jure*, ibi, juxta compromissi tenorem) *de electione c. examinatur*, ibi contra formam compromissi, *de confirmatione utili vel inutili, & in c. cum olim in fin.* ibi, juxta tenorem arbitrii. *de præscript. & in c. Raynald.* ibi, prout forma compromissi. *de test. c. cum dilect.* ibi ex tenore instrumenti. *de donat.*

Et quòd generaliter non sit recedendum à verbis & 50
tenore cujusvis dispositionis, cùm ejus tenor sit forma ipsius, etiamsi aliud suadeat natura rei, cùm verba sint clara, non solùm in sententiis, commissionibus, & re- 51
scriptis, seu contractibus (ut diximus) locum habet, sed in cunctis dispositionibus, & actis, scilicet legibus, statutis privilegiis, feudorum concessionibus, testamentis, 52
compromissis, libellis, instrumentis, & aliis, ut ad longum de singulis, prosequitur, plura in comprobationem adducens Andr. Tiraquel. *in l. si unquam, verbo libertis, à n.* 4. quia ut inquit D. Epiph. Panor. tom. 2. *Ubi verborum ordo, ibi mysterium est.*

Tenor enim mandati via est recta, & executori 53
lucerna,

lucerna, ut docet David in Pſalm. 2. ad ſextam *ibi*. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis (& ulteriùs: A mandatis tuis intellexi, propterea odivi omnem viam iniquitatis.) & iterum in Pſalm. 1. nonæ, quod incipit, mirabilia teſtimonia tua, *& ibi*, Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum, & non dominetur mei omnis injuſtitia. (Munera tamen,
54 & maligantium perſuaſio executorem ab hac recta via & mandati tenore divertere, ac declinare, faciunt & interdum perperam interpretari, aut intelligere mandatum. Ita clamans ſentit Propheta Rex Pſal. 3. ad ſextam, *ibi*. Declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei.) *& in fin. ibi*, præterea ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquam odio habui. (& Pſalmo 2. *ibi*, Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut cuſtodiam verba tua.) & Pſalm. 3. ad tertiam. Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me. (& Pſalm. 118. *ibi*, increpaſti ſuperbos, maledicti qui declinant à mandatis tuis.) & Pſalm. 1. ad nonam *ibi*, (Redime me à calumniis hominum, ut cuſtodiam mandata tua.

55 Omnes denique creaturas (dempto homine) ſui creatoris præcepta unicuique impoſita, accuratè & ad unguem adimplere videmus, nec in minimo limites, ac mandatum tranſgrediuntur, juxta illud David Pſ. 103. Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur, *&c.* (& ampliùs Pſal. 148. Statuit ea in æternum & in ſeculum ſeculi, præceptum poſuit, & non præteribit.

56 Nam ſi tenorem ſententiæ, executorialiumque fines executor egrediatur, definit eſſe judex, & executor, ac inde poteſtate, & juriſdictione carere incipit, hos ſiquidem executores ſemper ego conſideravi ad inſtar habentis juriſdictionem territorio circumdatam,
57 & limitatam, quia in eo, quod fines egreditur, ejus ceſſat poteſtas ſtatim, ſéque invenit privatus ſub juriſdictione alterius, *l. fin.* ibi, cùm terminos urbis exie-
58 rit, poteſtatem non habet, *&c.* (*ff. de off. præfecti urbis, l. extra territorium jus dicenti impunè non paretur, ff. de juriſd. omn. jud.* executor autem ſuam poteſtatem & juriſdictionem coarctatam habet, circumdatámque ſub
59 limitibus ſuæ commiſſionis, tenori ſententiæ & executorialium inhærentem ex juribus, ſuprà allegatis, idem namque eſt, limites territorii egredi, ac terminos ju-
60 riſdictionis ampliare, text. qui hanc comparationem facit *in d. l. extra territorium*, ibi, extra territorium jus dicenti impunè non paretur; idem & ſi ſuprà juriſdic-
61 tionem ſuam velit jus dicere, *&c.*) *l. in judicio, ff. famil. herciſc.* facit text. *in l. ex ſtipulatione*, ibi, cùm poteſtatem ſententiæ certis finibus concludi, ſæpe conſtitutum ſit, *&c.* (*l. poſt. ſententiam, C. de ſententiis & interlo. omn. jud.* de quo *infrà cap. 4. àn. 11.*

62 Qui quidem executor ſi ſe ſub ſuæ commiſſionis & executorialium limitibus non contineat, earum imò fines, tenorem, & terminos exceſſerit, in eo quod excedit, deſinit eſſe executor. Ita eleganter Gregor. Tholoſa. *in tract. de appell. lib. 2. cap. 11. n. 2. verſ. quod maximè*, ſequitur Sig. ſmundus Eſcacia *in tract. de appellat. quæſt. 12. limit. 11. ſub n. 6.* elegans Rotæ *deciſ. 45. alias 346. ſi appelletur de appell. in novis*. & in exceſſu caret juriſdictione, ac deſinit eſſe judex. Rotæ Romanæ mira-
63 bilis *deciſ. 100. n. 17. p. 1. diverſ.* Cævallos *in contra commun. q. 897. ſub num. 931. p. 4.* carétque per conſequens poteſtate, *d. l. quicumque*, juncta *l. contra noſtra C. de exe-*
64 *cutoribus, & exactoribus lib. 12.* ut per Menoch. *de recuper. poſſ. rem. 8. n. 13. & 17. & conſ. 69. n. 75. & ſeqq. vol. 1.* reddit rationem Thom. Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 17.* quia cum poteſtas ſit limitata, in quo executor excedit, poteſtate caret: nulla enim major eſt nullitas quàm geſtum extra poteſtatem. Boër. *deciſ. 299.* Oliva. *de reſcript. cap. 15. num. 39.* Rimin Jun. *conſil. 281. num. 70.* Rota *diverſo. deciſ. 666. n. 4. part. 1.* Bertazol. *conſil. 465. num. 24.* Nicol. *allegat. 20. num. 21.* Cavalca. *deciſ. 19. num. 1. part. 3.* Vantius *tit. de defect. juriſd. n. 1.* Pariſ. *de gabell. part. 5. n. 37.* Giurba *deciſ. 96. ſub num. 10.* & nos infrà *cap. 6. n. 3.*

Ac inſuper executor, qui executo iales excedit; 65
aliud quidem ſeparatum ab eis, & diverſum facere dicitur, text. eſt *in l. diligenter*, ibi nam qui exceſſit aliud quid facere videtur, *&c.* (*ff. mandati*, text. *in l. ſi itaque mandatum*, ibi, aliud fecit, quàm quod mandatum eſt.)
ff. de jurejur. l. ſed ante, ff. ad Trebell. l. parvi. in fi. ff. de re- 66
cep. arb. gravamen autem illatum ultra ſententiæ tenorem, & quod in ea minimè continetur, novum quidem gravamen eſt, & exceſſus non admittendus. Innocen. *in cap. ſuper eo quod metus cauſa.* Felin. *in cap. quoad conſultationem num. 16. de re jud.* Ruinus *conſil. 78. n. 1. & 2. lib. 5.* Capicius *deciſ. 1. num. 23.* Roland à Valle *conſil. 43. num. 3. lib. 1.* Anton. Gabriel *commun. concluſion. lib. 2. cit. de appell. concluſ. 4. num. 1.* Gratian. *in diſceptat. foren. cap. 333. tom. 2. num. 2.* & faciunt quæ diximus *ſuprà hoc lib. 4. cap. [illegible] à n. 23.* & magis in ſpecie, & in individuo per Fe[illegible]*bi proximè* tenet, per quem & per Ruinum idem notat Marqueſ. *in tract. de commiſſ. l. 1. cap. 24.*
num. 72. & ſeqq. dicit etiam Bobadil *in polit. lib. 2. c. 21.*
ſub num. 69. quod executor attentare non debet, nam
cùm ille, cui hoc novum gravamen infert, nondum 67
ſit (ut requiritur) condemnatus, nec in ſententia comprehenſus, novo judicio adverſus eum eſt agendum, ſive actione perſonali, ſive reali, ſive interdicto aliquo poſſeſſorio, ut alibi diximus inf[illegible]à, convictus exequatur, *l. à Divo Pio*, §. *ſi ſuper rebus*, ibi, ſi fortè jure ordinario cœperit ab eo repeti, *&c.* (*ff. de re jud.* & quòd 68
ſit cum hoc, cui ſententia non officit, lis initianda. Eſcacia *de appellat. quæſt. 12. limit. 6. memb. 4. num. 50. & 72.* per Covar. *& ſub num. 114.* Veſtrius *in praxi Rom. Cur. lib. 8. c. fin poſt. prin. ex l. cum quæritur, ff. de executione rei jud. l. fin. C. ſi per vim vel alio modo.* optimè Paul Caſtr. *conſ. 67. viſo quodam lib. 6.* per totam quem ſequitur Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 3. lit. E, concl. 472. num. 38.* ſi autem in illum executor exequitur exceſſum; ſeu novum hoc gravamen (non expectata condemnatione) incipit ab executione, quod eſt à jure valdè re- 69
probatum text. famoſus ad propoſitum *in l. 1.* cujus verba ſunt: nimis properè judex pignora Marcellæ capi, ac diſtrahi juſſit ante rem judicatam, prius eſt ergo, ut ſervato ordine actionem adverſus eam dirigas, & cauſa cognita ſententiam accipias, *&c.*) *C. de executione rei d. l. vim nulla ſententia præceſſiſſet, ff. de re jud.* hanc ita elegantem conſiderationem allucinavit Card. Tuſchus *pract. concluſ. 3. tom. concl. 483. num. 4.* & eandem conſiderationem fecit in terminis Aval. Vallaſ. *conſult. 55. num. 10. ad fin. tom. 1.* quam rationem etiam allucinavit Mareſc. *variar. reſolut. lib. 1. cap. 86. num. 43.* allegans *d. l. 1.*

Facit etiam mirabilis Baldi doctrina *in l. ſancimus* 70
ad tit. C. de judiciis. Aſinius in praxi *cap. 21. §. 32. num. 2.* quòd exceſſus executionis dicitur caſus non deciſus in ſententia, quæ exequitur, ſequitur Cævallos *de cognit. per viam vol. 2. part. quæſt. 159. num. 3.* pulchrè etiam facit quod inquit Eſcacia *tractat de appellationibus, quæſt. 17. limit. 10. num. 28. in final verbis*, quòd 71
in exceſſu & omnis res executiva ceſſat, & vide infrà *cap. 4. à. n. 38.*

Quot autem modis exceſſus iſte committatur an- 72
nectere, utiliſſimum eſt; nam modum excedit executor de re ad rem, & de quantitate ad quantitatem, puta, quando mandatur executori, ut reſtituat unam rem, & reſtituit aliam, aut ut exequatur Petrum pro decem, & exequitur pro majori ſumma. Item etiam de perſona ad perſonam, item de tempore ad tempus, vel quando rejicit exceptiones ſententiæ licitæ opponendas, aut admittit rejiciendas. Item præpoſterando ordinem ſibi traditum in commiſſione, ac inperperam interpretante ſententiam, & denique quando

caret

careat potestate, seu jurisdictione quæ omnia per singula capitula in discursu hujus operis distinctè latè prosequimur, interdum autem eos modos promiscuè colliges ex gl. *in l. ab execut. verbo excedat. C. quorum appellat. non recip.* glos. *in c. quoad consultationem de sententia, & re jud.* Bart. *in d. l. ab execution. n.*4. & ibi cæteri. Speculator *in tit. de executione sententia. §. nunc dicendum, n.*7. *vers. quid si ab executore.* Ruin. *cons.* 8. *num.*1. *colum.*5. Augustin. Baro. *cons.* 32. *in causa num.*7. 15. Lancelot. Robert. *de attentat. 2.p.c.*12. *fol.*53. *n.*28. Vestrius *in praxi Rom. Cur. l.*7. *cap.*5. *num.*9. *& cap.*3. *sub nu.* 9. Marques. *de comm.* 1. *part. cap.*24. *à pr.* Cæsar. Contar. *in repetit. l. unic. C. si de nov. proj. limit.*19. *n.*3. *& per totam.* Rebuff. *in tract. de sententiarum executione art.*6. *l.* 14. *tom.*1. *sub n.*3. *& n.*4. *& per totam glossam,* & gl. *n.*7. & gl.14. *n.*9. Gregor. Tholos. *in tract. de app. lib.*2. *c.* 11. *n.* 1. Roland. a Valle *cons.*43. *num.*6. *&* 8. Vincentius Caroc. *in tractat. de except. exsep.*44. *n.*90.

74 A quolibet igitur prædictorum excessuum appellationi emissæ si executor non detulerit, tanquam legitimæ vim fieri, declarabitur in Senatu, dicunt ii omnes Doctores alïque, quos in idem adduximus suprà ad princ.

75 Denique excessus potest committi, dicique tot modis, quot potest aliquid dici plus, juxta Bald. doctrinam *in l. si cum exceptione* 14. §. *hæc autem actio. ibi.* & tot modis dicitur.) *ff. quod metus c. ussa.* Sigism. Efficacia *de app. quæst.*17. *limit.*10 *n.*30. Vincent. Caroc. *except.*44. *n.*90. qui colligunt. *ex §. plus autem Instit. de actio.* & aperte ejusdem verbi (excessus) significatio, jura & Doctores hactenus adducti clarissimè demonstrant. Hinc fit, quod licèt omnis excessus sit gravamen

76 & contineat injustitiam, prout sic intelligendus est innocent. *in c. ad nostram nu.* 10. *de app.* quem sequitur Marquesa. *de commiss. 1. p. c.*14. *sub n.* 4. dicens quòd in materia excessus, excedere, & gravare paria sunt: tamen

77 non omne gravamen erit excessus, nam excessus plus est simplici gravamine; quia est gravamen qualificatum, plura continens specialissima dicta, & dicenda, &

78 ad differentiam hac termination excessus demonstratur: faciunt quæ infrà à *n.*192. & sic licèt executor simpliciter gravet in exequendo, ab eo gravamine appellationi emissæ denegans delationem, non vim faciet, quia ab exequutore, & executione licitam non esse, exactè probavimus, licèt à gravamine hoc qualificato contrarium servemus, disparem enim ratio militat in

79 utroque, siquidem in excessu adest nullitas (ut statim) quæ permittit appellationem etiam in omnibus, ubi aliàs est prohibita. *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re jud.* & deficit in executore potestas, & jurisdictio [quod idmetipsum operatur,] at in simplici gravamine, seu injustitia horum nihil concurrit, illud executor infert intra limites suæ potestatis, & commissionis, ut pura,

80 condemnatur quis ad rem cum fructibus, & interesse, quos percipere potuit, seu eorum ad valorem absque certa quantitate, sed ita in genere & sine liquidatione taxavit, liquidavit & moderavit executor fructus, &

81 valorem, secundum quod sibi jure visum fuit conqueritur altera pars appellans, dicens se gravatam, non suspendit huic, cum sit sibi commissa incerta quantitas, gravet intra limites suæ potestatis, & non adest nullitas, ut secus sit, si certa quantitas exequenda sibi fuisset commissa, quia tunc si addiret, excessisset & valeret appellatio. Et idem erit, quando certa quantitas esset commissa, si ipse minùs præstaret, gravat simpliciter propter defectum illum, sed non excedit. Ratio est, quia non excedit (quod non aliter meliùs significari potest) sed licèt faciat injustitiam, continet se intra fines potestatis mandatæ, & ita quotidie videmus in supremis tribunalibus servari, habita præ oculis hac eadem distinctione, differentia, quam nos probavimus infrà hoc lib. 4. per totum.

Et interim tamen hoc in terminis tenet Marques. 82
in tract. de commiss. 1. p. cap. 24. *n.*72. *&* 75. quòd excessus committitur, quando aliquid additur sententiæ, quæ exequenda mandatur, per Felin. *in cap. quoad consultat. num.* 16. *de sententia & re jud.* Ruin. *cons.*78. *nu.*1. *vol.*5. secus autem si fuit mandatum relaxatum; puta, pro scutis mille, & executor id pro minori summa exequatur, quia tunc nullum excessus potest gravamen considerari, sicuti quando summam mille executor excedat, quod ita censuit le Rotam coram D. Orano, in una Formana bonorum 8. Novemb. anno 1585. tenetur idem Marquesa. *ibid. num.* 75. hoc etiam dicit Avenda. *de exeq. mand. l.*1. *p.* 14. *n.*13. dicens, quod est ultra deditum, id dicitur excessivum, ut *in c. fin. de jejun. &* 83
*in c. olim, de rescript. & in c. de calumniat. & in c. hoc ideo de pœnit. d.*1. *& in cap. illud de clerico excommun.* in defectu etenim non verificatur excessus, sunt namque inter se pugnantia, & contraria duo hæc nomina, excessus & defectus: illud enim scilicet, excessus dicitur pertransire modum, seu medium, hoc autem, scilicet defectus, non pervenire ad modum seu medium, ita eleganter explicat Magister Theolog. Rodericus de Sancta Ella in vocabulario Ecclesiast. in explicatione nominis hujus (excessus.)

Quomodo, quandóve iste excessus proponatur, seu 84
in judicium deducatur, hic etit fer no noster, & huic vetito, & temerario auxi. (ut dicit *l. si contra. C. de executor. & exact. lib.*12.) tria elle reperio à jure descripta remedia, quia ubi majus periculum, ibi cautiùs agitur, ac magno semper impetu lex resistit audaciæ, *l. si quis in tantum, C. unde vi.* Primum igitur remedium appellationis, secundum querelæ, tertium nullitatis. De Primo multi sunt text. *l. ab executione. C. quorum appell. non recip. l. ab executore ff. de app.* text. *in cap. novit.* 32. *de* 85
app. cum aliis Doctoribus suprà adductis. De querela eleganter dicit Bald. *in l. si ut proponis, sub n.*2. *C. execut. rei jud.* excessus namque tendunt in noxam reipublicæ, nam istud nomen excessus quid injustum significat, regulariterque in malam partem sumitur, optimè latèque comprobat Avendan. *de exequen. mandat. 1. p. c.*14. *n.* 3. & per varia exempla comprobat *à prin.* illius c. ubi amplissimè de significatione hujus terminationis excessus quem vide.

Et quod executor, qui excedit, teneatur parti de 86
dolo, vel actione injuriæ, videndus Dyn. quem allegat Guido Papæ. *tract. de appellat. q.*92. *num.*59. *fol.*6. Ann. *in praxi jud. §.*31. *c.*18. *limit.*7. & quod faciat litem suam scribit Decius *in c. novit.*43. *de appell. n.*10. & quod executor excedit, si aliquid dolosè, vel lata culpa faciat, 87
docet Bal. *in l. ab executione num.*9. *C. quorum appell. l. si pignora. ff. de evictio.* quia tunc dolosè se egerit executor & de dolo convenitur, *l. ait prator. §. si executor.* ubi gl. *ff. de negotiis gestis.* melior & elegantior *in l. si pignor. a. ff. de evictionibus,* & ex transgressione præcepti principis, & judicis, mandantis audacia, & temeritas arguitur, *d. l. contra nostra præcepta. l. prohibitum. C. de jur. fisci.* & hoc 88
idem voluit dicere Abb. *in c. de cætero num.*18. *ante fin. de re jud.* dum loquendo in excessu executoris, inquit, quod poterit gravatus etiam sine appellatione implorare officium judicis superioris contra excessum nuntii, per argumentum. *l. a divo Pio. §. si fu, er rebus, de re jud.* cujus recursus meminit etiam Rebuff. *tract. tu de sententiarum executione articulo.*7. *l.* 12. *sub num.*1. *tom.* 1. *folio.*374. qua de causa rectè potest proponi præfata querela.

Qua quidem utuntur advocati quotidie in supremis tribunalibus adversus executores excedentes, & facit etiam quod dicunt Anton. Gabr. *commun. conclus. lib.*6. *tit. de exec. commun. conclus.* 1. *num.* 1. *&* 3. *fol.* 389. quod immunis à solutione collectarum si describatur in libro 89
contribuentium debitorum, debeat appellare infra 10. dies, non immunis autem, & non privilegiatus,

si excessivè graverur, & ab eo ultra debitum modum exigatur collecta, poterit quereiam semper ab excessu proponere, tenet Bald. *in tract. de præscript. in 4. p. 4. part. pr. q. 30. à num 106. cum seqq.* Bertran. *cons.* 81. *num.* 16. 90 *vers. præterea ex discursu. volum. 3. in novis.* optimè etiam dicit Bart. *in l. ab executore. n. 4 ff. de app.* dum docet quòd licèt per modum appellationis possit quis conqueri de iniquitate executoris, tamen potest etiá absque appellatione quandoque judicis exequentis, scilicet superioris implorare officium, quæ sunt verba aurea. De nullitate autem ob excessum intentanda, Abb. *in, cons.* 91 *3. Nitar, col. 11. vers. decimo quaro lib. 2.* sequitur Cardinalis Tuscus *practicar. conclus. 3. tom. concl. 483. n. 2. litera A.* & nos latiùs statim videbimus de hujusmodi nullitatis remedio jure inducto pro excessus revocatione à n. 101.

Et inter alia unum te utilissimum admoneo, quod 92 quando utaris querelæ remedio simul injungas appellationem ab excessu, & ab omni processu facto ab executore excedente; ut suspendas potestatem seu jurisdictionem executoris, neque de cætero procedere queat in executione excessus, quia appellationi ab eo, cùm sit legitima, ac permissa, omnino deferre tenetur executor, quod si neglexerit, vim fieri declarabitur suaque 93 propria attributa suspendendi, & devolvendi habet appellatio, jurium & doctorum caterva superiùs adducta probat à num. 15. & inspecie quòd suspendat, meminit Lancelot. *de attentat. 2. part. cap. 12. lim. 5 3. n. 24.* Rota *decisione* 100. *sub num. 19.* Abb. *in cap. quoad consultationem columna. fin. num. 31. de sententia, & re jud.* Rugin. *in tractatu de appellatione §. 2. cap. 3. num. 181.* Sigismund Escacia *de appellat. quæst. 17. limit. 10. num* 63. Parlador. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. 2. part. §. 3. num. 4.* idem monstrat, & est text. expressus *in l. ab executione*, ibi, à quo si fuerit appellatum executione suspensa putamus, *&c. C. quorum appellat. non accip.* & inferiùs dicemus *à num.* 122. *cum sequentibus, & à num.* 144. *& à num.* 154. At querela non hunc operatur ef- 94 fectum suspensivum, gloss. *in cap. ad reprimendam, versic. suspendatur. de offic. ordinar.* quam valdè ibi exclamat Abb. & idem Abb. *in cap. consanguinei, colum. penult. in fin de re jud.* Philip Franc. *in cap. directè. colum. penult. de appellat.* Felin. *in cap. lator. columna. 4. de re jud.* Marant. *in Specul. de ordin. judic. 6. p. 2. actu. princ. de a. p. sub num.* 103. Lancelot *de attentat. 2. p. cap. 19. a princ.* & nos infra à num. 34 & ita ut hoc beneficio potiuntur, hoc simul utuntur remedio advocati cauti præcipuè in supremis tribunalibus, ubi jura bene reperiuntur digesta, & difficultates meliùs accuratè. Et post hæc in terminis reperio in utroque Abbatem *in cap. de re jud. num.* 26. dum cum Hostiensi quem allegat; probat 95 utilius esse appellare ab esse executoris, ut evitetur actualis executio gravaminis de facto, & ut executor supersedeat, & effectus excessus suspendatur virtute appellationis ut facere solent & idem dicit Anton. de Buttio *ibi n.* 15. post gl. *ibi. in c. quoad consultationem*, de quo latiùs videndum est ad finem hujus capituli à num. 222.

96 Et illud ulteriùs adverto, quòd quando appellamus ab excessu executoris Apostolici, sive ordinarii, ad effectum adeundi suprema tribunalia pro tollenda violentia, si non deferat, non possumus tunc uti ambobus illis remediis simul, quoniam appellatio (qua me- 97 diante, non aliter recurrimus ad Curiam Regiam, ut reponatur excessus) proponi debet coram executore ipso, ut ipse reponat, at querela nullo modo, quia ipse de seipso cognoscere, & puniri non potest; sed ne- 98 cessariò ejus superior adiri debet, secundùm propriam naturam querelæ, textus & ibi glossa *in verbo, querelam in l. ab eo. C. quomodo & quando judex.* Abbas *in cap querelam columna 2. in gl. 1. ie præcerat.* Felin. *in cap. querelam col. pe. de jurejur.* infinitos congerit Marant. *ubi suprà, num.* 102. & sic sola appellatio & nullitas proponitur facta, si velit) querelæ pro cessatione coram superiore.

Et hoc amplius, quòd quando comperunt in aliquo 99
casu appellatio, & querela, cùm eligitur via appellationis, debet illam præcisè proponere intra decem dies, & non alterare ejus naturam, quod est secus in querela, quæ ad dictos 10. dies non astringitur, sed post illos potest etiam proponi, ista est text. elegans *in cap. concertation. de appellat. lib 6.* tenet gloss. *in d. c. ad reprimendum.* ubi Abb. & idem *in d. cap. consanguinei. colum. penult. in fin.* Philip Franc. *in d. cap. directè d. colum. penult.* Felin. *in d. c. lator. d. col. 4* Maran. *d. num.* 103. ita etiam quando eligitur via appellandi ab excessu, & in individuo; quòd si appellatio ab excessu executoris interponatur post decem dies datos ad appellandum, 100
non audiatur appellans, saltim per viam, & remedium appellationis tenent Abb. *in c. quoad consultationem. n.* 10. *de sententia, & re jud. not. ult.* & Bald. *in Margarit. ad innocent. in verbo, appellari potest à juramento*, sequitur Sigismund. Escacia *de app. q. 17. lim. 10. n. 66.* quare ei emissæ, sed ultra terminum; non deferens executor vim nullam faciet, cùm ritè non proposita sit, ut notissimum est typis.

Intra quod autem tempus excessus per viam nulli- 101
tatis in judicium deducatur, non est modica difficultas, siquidem ingens versatur inter nostros, an excessus sit nullitas, seu actus nullus; cujus partem negativam, imò quod non sit nullitas, seu injustitia tantùm, egeát- 102
que propterea appellatione loquendo in excessu ex perversione ordinis dati ad exequendum, per text. *in l. à divo Pio. §. si super rebus ff. de re jud.* tenent B. *in d. §. si super rebus* sequitur Abb. *in cap. quoad consultationem num. 27. de re jud.* Bald. *in auth. sed hodie, vers. nunquam in discussionem, C. de action. & oblig.* Anton. de Butr. *in c. quoniam frequent. in fin. ut liter. non contestata.* Socin. *cons.* 158. *vers. non obstat.* dicens ab hac non esse recedendum in judicando. Joann. And. *in cap. quoniam frequenter.* Raphaël Cuma. *in d. §. in vend.* magis communem dicit Iss. *in d. §. in venditione, n.* 19. licèt contrariam teneat Bertran. *cons.* 12. *volum. 1. in antiquis*, sequitur Lucas Pæt. *in pract. caputol. lib. 8. cap. 2, n. 1.* quam etiam sequitur Rota, ut testatur Fur. *dec. 318. in nova Tiburtina. lib. 1. fol. 410.* & Mohedan. *dec. 7. alias 135. Castri Thurt. de sent. & re judic.* eléque magis communem testantur Gregor. Lopez *in l. 3. tit. 27. part. 3. verbo, prominorancia.* & Anton. Gabriel. *in vol. communi. opin. lib. 2. tit. de executione sententiæ concl. 2.* & ex eo quod jus non induxit illius text. ordinem pro forma substantiali, sed pro minori præjudicio, & ut citiùs fuit executio, quo non im- 103
pleto pars appellare teneatur Cæsar. Contard *in d. l. unica, lim. 18. n. 16. C. si de nom. poss. fuer.* Carocius *exceptione* 91. *à n.* 3.

Contrariam tamen sententiam, & opinionem, imò 104
quòd perversio ordinis traditi per *d. §. in venditione.* tanquam assignatur de forma substantiali executionis inducat nullitatem, & excessum, probant multi, non contemnendæ authoritatis, Joan. de Immol. & Alexand. *in d. §. in vendi. columna. 5.* & Felin. *in d. cap. quoad consultationem columna. 9.* Alexand. *in d. §. in venditione.* & ibi Iss. *vers. ieul. 1.* dum dicit Abb. Afflict. *dec. Neapolit. 358 in antiquis.* Maranta *de ordine jud. 6. p. actu. fin. de executione sentent. num. 9. fol. 652.* & hanc opinionem veriorem adversus Bart. dicunt Advenantus *in capit. prato. 1. part. cap. 17. numero 4.* Molin. *de primogeniis lib. 4. cap. 7. numero 24.* Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 3. numero 4. & 5.* dicens, quòd si antea locus aliquis fuit dubitandi, nullus tamen hodie, stante lege regia.

Quid dicendum in tanto conflictu? ego utramque 105
opinionem cum fœdere distinctionis (non aliter) admittam libenter, & in casu, de quo loquuntur utriusque parti-

partis Doctores, retento. Prima opinio quæ habet perversionem ordinis *d. §. vend.* esse injustam, non nullam: procedat in judice ordinario, qui proprio munere exequitur sine alterius mandato, quia tunc non potest dici excessus, cùm commissionem nulla n egrediatur. Secunda verò opinio, quæ contrarium habet, nempe nullam esse talem ordinis perversionem: procedat in executore, ad mandatum alterius sententiam exequente, cujus commissione vel ut exequeretur secundùm jus, vel expressè, quòd capiat primò mobilia, secundò immobilia, vel etiam si nihil dicatur, quia tacitè inest, quia tunc ex perversione ordinis sibi dati à ju-
100 ore, vel judice, & non servati, oritur excessus, & per consequens nullitas; ita hanc distinctionem tradunt Alex. *cons.5. versic. posito autem, vol.2.* Afflict. *d. dec.358. in causa inter sub n.1.& 2.* Ant. Gabr. *commu.concl.lib.2. tit.de executione rei jud. concl. 3. n.3.* Sigismund. Escacia *in tract. de appell. quæst.17. lim.10.nu. 26.* Cardin. Tusc. *practicarum conclus.tom.3.litera A, concl.483. num.11.*& Joan. Andr. *suprà* pro contra citatus illam tenuit in ordinario, non tamen ausus est firmare in delegato executore, ut advertit Anton. Gabriel. *ibi sub n.21.* Afflict. tenet Roland. à Valle *cons.33. num.32. lib. 1.* quia provisio sive juris, sive hominis facta determinato modo, suos terminos egredi non debet, ex iis quæ suprà *sub num.47.*

107 Et hanc differentiam inter excessum judicis ordinarii, & excessum executoris excedentis mandatum, constituit Bal. *in l. sicut proponis n. 2. C. de execut. rei jud.* quibus quidem rectè convenit, quod eleganter Parlador. *lib.2. rerum quotid. c.fi.2.p.§.3.n.9.* circa illam quæstionem, quando commissa executione ordinario per superiorem censeatur excitata ejus jurisdictio, aut noviter delegata, inquit in hæc. Per multum interesse, si quidem cùm jurisdictio delegatur, potest judex delegatæ jurisdictionis terminos excedere. Porrò cùm ordinaria tantum excitatur jurisdictio, non potest, quod non obscurè hoc dicere, affirmat text. *in c. gravi de offic. ord. & l.4. tit.6. lib.2. recopil.* quæ doctrina respectu jurisdictionis rectè procedit, at respectu sententiæ, quam ipsemet judex ordinarius exequitur, bene dicitur, & potest excedere, cùm sententia certis limitibus ac finibus concludatur, juxta quæ latè dixi suprà *à n.56.*& sursum & *à 4. à n. 11.* cujus respectu pariter hæc resolutio erit adaptanda, ut in ejus excessu adsit nullitas ex dicendis. Et hanc nostram eandem differentiam constituere eleganter citati per Puteum *in dec. 318. per totam* omnino videndam. *lib.2. fol. mihi 233.* vide nos infrà. *c. 13. hac 4. p. à princ. & per totum*, sequitur etiam Vincentius Caroc. *tract. de except. exceptione 61. n. 4.*

108 Et quòd excessus quilibet mandatæ executionis sit nullus, nulli, vel paucis dubium esse potest; executor enim in excessu caret potestate, caret mandato, & caret jurisdictione, singulorum siquidem defectus evidenter reddunt actum nullum, & quod executore excedente limites commissionis excessus nullus sit, pro notoria, & constanti doctrina affirmavit ipse Ab. Panorm. *in d.c. quoad consultationem. n.26. ibi.* quem pro contra opinione, nempè pro prima, citavimus, ubi debet intelligi, ut loquatur in ordinario exequente, non in executore delegato, ut *in d. n. 26.* sequutus Hostiens. *ibi.*

109 Idem dicit Butri. ibi post gl. *à n. 15.* facientes argumentum, quòd quando executor excedit, non est necesse appellare, quia actus est nullus, si non excedit, non potest. ex juribus vulgatis, cui respondetur prout nos sursum, quod appellant ab excessu etiam si sit nullus, quia est utile respectu suspensionis, quam appellatio causat. Idem affirmat Sigismund Escac. *de appell. q.17. limit.11. sub n.6.* & executore excedente limites suæ commissionis, faciat illam nullam ipso jure, & quòd possit per viam tam appellationis, quàm per viam nullitatis in judicium proponi: iterum tenet ipse Abb. *cons.3. Nic. coll.11. vers. decimò quæro lib.* 2. eundem citans communem dicit Card. Tusc. *pract. concl. tom.3. litera A. concl.* 483. *num.2.*& quòd sit nullus executoris excessus, Ozas. *dec. Pedem.34. n.6.*& quòd omnis excessus mandatæ commissionis sit nullus firmat eleganter Castel- 111
lus à Bobadilla, *in sua polit. lib. 2. c.21. n.65.* allegat ad id *c. venerabilis, de off. deleg. c. cum dilecta 22. de rescript.* Parisium *cons.51. n.53. & seqq. vol.4.* Tiber. Decia. *in 1. tom. crim. lib.4. c.25. n.3.* & quòd omne, quod sit præter 112
mandati formam, sit nullum, adeò ut nec valeat ut valere potest; probat post alios Ant. Gravat. *in addit. ad praxim. Vestrii lib.5. c.13. sub n.19. litera E,* & est communis opinio, ut ipse affirmat post Curtium Juniorem. *cons.79. n.2.* & plus dicit eleganter Escobar. *de ration. c. 38. n. 8.* quòd executore exedente modum suæ com- 113
missionis, cùm excessus sit nullus, non transit in rem judicatam, imò quocumque tempore potest excessus gravamen in judicium deduci, & allegari; quod est originale mirabile dictum Bal. *in l. sicut proponis sub n.2. C. de execut. rei jud.* & sic formanda est universalis conclusio in hac materia: quòd excessus factus executorem, egredientem limites suæ commissionis, sit ipso jure nullus, quidquid dicat Put. *dec.318. in fi. lib.2. fol. 410. suprà allegata*, quòd sive ordinarius, sive executor sit, qui excedat ordinem in exequendo, *d. §. in venditione*, non adsit nullitas, sed injustitia, cùm gesta ultra potestatem, & jurisdictionem sint nulla ipso jure, ut ultra citatos probat post alios Julius Cæsar. Ruginel. *pract. q. cap. 42. num. 9.*

Supposito hoc, pro constanti dicendum videbatur, 114
quòd facultas agendi de nullitate excessus contra executionem, non duret nisi usque ad triginta annos, quia 115
nullitas sententiæ eo tempore durat Bart. *in l. data opera. col.14. n.9. C. qui accus. non poss.* Salic. *in l. si præses n.6. C. quomo. & quando jud.* Card. Alex. *in cap. dilecto.63. q.15. prin. sub n.96.*& Franc. *q.5. n.10. de appell.* Rebuff. *tr. de appell. art.1. gl.2. n.19. tom.3. fol.485.* Vantius, *in tr. de nulli. rubr. quoties & intra quod tempus*, &c. *sub n.8. vers. si verò nullitas, fol.383.* Marant. *de ordine jud.6. p. actu 1. prin. n. 154. fol. 449.* Papiens. *in forma appell. à sententia differend. in gl. fuisse & esse nullam n.5. fol.409.* Bart. *in l. unica. n.1. in fin. concluserit una eadémque causa*, &c. quæ 116
conclusio fallit in causis, in quibus vertitur animæ periculum, quia in eis perpetuò agi de nullitate potest. Vantius, *ubi proxime sub. n.8. vers. quod remedium, fo.383.* & Marant. *ubi sursum n.154.* ac propterea, saltim & ad minus nullitatem excessus durare per 39. annos, dubium non est.

Sed quòd etiam perpetuò, & sine præfinitione tem- 117
poris, ultro dictos triginta annos nullitas hæc possit in judicium quandocumque deduci, evidenter probatur; nam eo ipso quòd executor excedit modum, ac fines mandatæ commissionis suæ, dicitur carere potestate, & in eo in quo excedit, mandatum (quod est stricti juris) non habere, text. optimus, *in d.l. quicumque C. de executoribus & exactoribus trib. lib.12. c. cum dilecta de rescript. c. P. & G. de off. delega.* cum aliis juribus, 118
& Doctoribus hactenus *à num.* 104. allegatis, qui promiscuè loquuntur de procuratore excedente mandatum, & de executore seu commissario illud pariter excedente; utrumque comprehenditur sub legibus man- 119
dati quoad excessum exequentis, cùm illius commissio verè mandatum sit, *toto tit. ff. de off. ejus cui mandata est juris*, cum infinitis aliis; & quod mandatum ad litem, & mandatum jurisdictionis æquiparentur & sint similia, & valeat propterea de uno ad alterum argumen- 120
tum, probat text. *in l. & quia* ibi, sicut in reliquis causis,) *ff. de juris omn. jud.* ubi Bald. Angel. & Paul. Castren. *cap. gratum, cap. relatum, de offic. delegat. c. cum olim.* Abb. in Innocent. *de off. delegat.* latèprosequitur

comprobans Everard. *in locis legalibus*, *de mandato ad lites*, *ad mandatum jurisdictionis*, ubi quòd utrumque mandatum est stricti juris, & in eo non veniunt nisi quæ sint expressa, ac pariter mixtus executor, qui limites suæ commissionis mandatæ excedit in excessu, caret omnino jurisdictione, & non est judex, superiùs latè probavimus, *à n.* 56. *cum pluribus seqq.*

122 Hinc succedit regula, quòd nullitas proveniens ex defectu mandati (quia de eo non constat) quandocumque etiam post mille annos proponi potest, voluit Bal. *in l.* 1. *C. de rebus alien. non alien. & l.* 2. *C. si ex falsis instru.* Curtius junior. *cons.* 77. quem sequitur Rot. ubi per Cassiad. *dec.* 3. *de procur.* & Sarner. *super regul. de non judic. in compend. n.* 73. *fol.* 85. Vantius, *de nullit. sent. tit quo-*

123 *ties & inter quod tempus*, &c. *sub n.* 8. ac pariter etiam idem dicitur de nullitate proveniente ex defectu jurisdictionis. Angel. *in l.* 1. *C. provo. non est necess.* Sigismund. Escac. *de appell. q.* 19. *rem.* 1. *concl.* 7. *sub n.* 3. Vantius, *ubi proxime sub d. n.* 8. & quòd hujusmodi exceptiones non censeantur ab statuto exclusæ, etiamsi omnes except.o-

124 nes excludat, latè Vantius, *de nullit. ex defectu jurisd. & unde*, &c. *n.* 4. ubi plures Marant. *de ord. jud.* 6. *p. prin.* 17. *den.* 7. infinitos congerit videndus Padilla Meneses *in l.* 1. *C. de juris & facti ignor. n.* 31. & Covarr. *in pract. qu. c.* 25. *n.* 4. inde inferentes ad jus regium, *ex l.* 2. *tit.* 15.

125 *lib.* 3. *ord.* qua disponitur, ut de nullitate sententiæ agi nõ possit ultra 60 dies ut si nullitatis allegetur ex defectu jurisdictionis, post ullum terminum agi posse, & de mandato post plurimos viden.us Xantius *de nullit. ex defectu mandat.* &c. *num.* 2. Et sic sequitur evidenter, quòd hujusmodi nullitas, ex excessu commissionis proveniens, cùm in se co.tineat defectum mandati, & potestatis, & defectum jurisdictionis in mixto (quod est idem) saltem post dictos triginta annos etiam quando-cumque, & omni tempore allegari, & proponi possit in judicio.

126 His convenit, quòd dicit Abb. Panorm. *in cons.* 3. *Nitar. col.* 11. *vers. decimò quæro. lib.* 2. quem ad id referens sequitur Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 3. *concl.* 483. *num.* 12. quòd forma sententiæ debet observari per executionem, aliàs si à sententia recedat, executio est nulla, & quòd nullitas hæc inventari potest quandocunque facit etiam, quod eleganter dicit Escobar. *tract. de ratiociniis c.* 38. *num.* 7. & 8. quòd quando judex executor in commissione excessit, non currunt fatalia quominus

127 omni tempore possit gravamen, & excessus allegari; quia hujusmodi excessus nunquam transit in rem judicatam, quod est mirabile dictum, quòd fuit originale Bald. *in l. si ut proponis, sub n.* 2. *C. de exact. rei jud.* quem etiam allegat Escobar. *ibid.* quæ quidem opinio verissima mihi videtur & tenenda.

128 Imò & in simplicibus attentatis, nonnulli affirmaverunt nullo tempore ipsorum revocationem præscribi. Minsing. *singul. observ. cent.* 3. *dec.* 66. Rota *dec.* 2. & 5. *de restitut. polit. in novis* & post Franch. dicit Marques. *de commiss.* 1. *p. c.* 29. *n.* 61. licèt *n.* 62 post Tiraq. *de utroq; retra. §.* 36. *gl.* 2. *n.* 3. *& seqq.* triginta annor. spatio præ-

129 scribi, licèt in multis casibus sit perpetua; vide multa, quæ ad propositum conducunt, per Lancel. *de attent.* 3. *p. cap.* 23. *à num.* 61. *cum pluribus seqq.* & si in simpliciter attentatis hoc voluere Doctores prædicti, quid mirum, ut verum id firmemus in attentatis, prout est excessus executorum, ut alibi diximus, & vide *n.* 133.

130 Nunc quæri potest; an agenti de excessu, & per consequens de nullitate actus gesti per executorem, pendente dicta excessus causa, currat tempus ad appellandum à simplici gravamine, casu quo ipse succumbat, & non adesse excessum, fuisset declaratum. Pro cujus resolutione multa hinc inde possem in medium prorumpere, sed breviter arbitror, interim terminum ad appellandum à simplici gravamine, non currere, sed potiùs suspendi. Moveor eo validissimo fundamento, etenim generaliter verum est, quòd agenti de nullitate 131
sententiæ, non currit tempus decem dierum ad appellandum ab ejus injustitia, quamvis agens succumbat, dummodo calumniosè nullitas non intentur, aut ex causa evidenter improbabili. Cyn. *in l. contra majores* 16. *n.* 7. *C. de inoffic. test.* Franch. *in c. dilecto* 93. *q.* 6. *n.* 11. *de appellat.* Hyppolyt. de Marsi. *singulari* 152. *succumbens*, quem refert, & sequitur Th. Fossan. *decis.* 10. *instantes vers.* 8. *n.* 10. & adversùs Guid Papam & Lancelot. hanc sequitur opinionem Escacia *de app. q.* 12. *n.* 169. & iterum. *q.* 15. *sub n.* 91. & 98. ubi 95. post Joann. de Amicis. *cons.* 6. *sacro Regio à n.* 29. *cum seqq. & sub num.* 35. ubi de 132
communi dicit, hanc doctrinam procedere in remedio nullitatis ex attentato absque illa distinctione, an appellatio sit comparabilis, vel incomparabilis.

Quæ omnia concurrunt in excessu, ut de nullitate 133
hactenus latè probavimus, de attentatis, scilicet, ut excessus sit attentatum; de se paret, & tenet in terminis Rota teste Seraphino 1568. *tom.* 2. & ex felino, Mascardo, Gratian. & Lancelloto diximus infrà *c.* 14. *vers. quæ consideratio non extra rem, n.* 157. *& seqq.* & de incomparabilitate cum gravamine simplici, & injusti- 134
a, est text. *in l. ab executore*, ubi Doctores, *ff. de appel. latio. l.* 15. *tit.* 23. *p.* 3. & inferiùs hoc capite latius aparebit, ut judex super excessu dumtaxat aditus, non potest se intromittere, nec cognoscere de injustitia, & 135
simplici gravamine, *à num.* 192. *& c.* 4. *num.* 38. *& sequentibus*, alias etiam elegantes doctrinas adduxi infrà *cap.* 14. *à num.* 207. *cum sequentibus*, ergo manifestè patet, ut pendente causa excessus, non currat terminus ad appellandum à simplici gravamine, & executionis injustitia.

Quæ doctrina & ex eo comprobatur, nam quando 136
duæ dilationes ad aliquem actum assignatæ, procedunt non ex eodem fonte. sed diversis respectibus; una alteram confundit, sed successivè prosunt, una post alteram finitam, hæc est mirabilis Baldi doctrina. *in l. si paulò ante ff. C. de executione rei jud.* facit. *l.* 1. §. *largius tempus, & §. sed videndum, ff. de successorio edicto*, glos. & Doctores *in l. emancipata c. de juris & facti ignor.* Oldral. *cons.* 203. *factum tale est, collata fuit Ecclesia. in* 2. *dubio* & Joan. Andr. *in additio. ad Specul. in rubr. de concessione præb. col.* 2 *vers. item licet annus*, Bal. Angel. Paul. Castren. Alexand. (qui id dicit singulare,) Corneus & Iss. *in l. licet, C. de jure delib.* & *ibi* Salicet. idem Bald. *in rubr. C. qui admitti, col.* 4. *vers. sexto quæritur*, Raphaël. Cuma. Paul. Castren. qui dicit mirabile. Alex. & Franc. Areti. *in l. quamdiu prior. ff de acquir. hæred.* Paul. Castr. & Aretin. *in l. Panton. ille col. vers. in gl.* 1. *hic col.* 3. *vers. extra gl. eodem tit.* Raphaël Fulgo. *in l. ult. C. qui admitti*, Cepola *cautela* 167. secundùm postremam computationem, incipit, *nota auream cautelam*, ubi dicit singulare, & Alex. *cons.* 89. *viso puncto & instrumentis, colum.* 2. *vers. nec obstabit lib.* 2. *& cons. seq. col.* 2. *vers. nec ad hoc obstat*, ubi dicit singulare Corneus, *cons.* 70. *duo veniunt col.* 3. *vers. tamen licèt filia. lib.* 4. Iss. (quid & hoc quoque dicit singulare) *in d. l. emancipata. ante fi. & in l.* 1. *col. penult. vers. & pro ista. C. qui admitti.* optimè & latissimè prosequitur, plura exempla hujus doctrinæ, & mirabilia accumulans Tiraq. *de retractu conventionali. §.* 1. *gl.* 1. *& unica. à n.* 18. *cum seqq.* & iterum *à n.* 61. *cum pluribus seqq.* nam quæ origine, & respectibus sunt diver- 137
sa, eadem quoque sunt & prosecutione, & effectu, *l. nunquam ff. de privatis delict. l. si mater. §.* 11. *& §. eadem, ff. de exceptione rei jud.* & quòd causa excessus, & causa 138
gravaminis sint inter se diversæ, latè comprobatur infrà *cap.* 4. *ad fin. vers.* illud tamen singulare meminisse *à num.* 33. Itaque opinor, ut pendente causa excessus 139
per viam querelæ, & nullitatis (quod idem est, quia utroq; de nullitate agitur) non currat terminus decem

dierum

dierum ad appellandum à ſimplici gravamine, nam ſi pars gravata uſa eſt appellatione ad reponendum ex-
140 ceſſus, nullum dubium eſt, ut illam ſuo tempore poſſit proſequi pro ſimplici gravamine, caſu quo ſuccumbat in exceſſu, cùm jam à facto per executorem appellavit licèt ſub demonſtratione falſa.

141 Inſuper eſt advertendum, quòd appellationi interpoſitæ ab executore excedente, per procuratorem non habentem ad idem ſpeciale mandatum, deferendum non eſt, tanquam minùs legitimè, minùs rectéque propoſitæ; nec vim facere declarabitur, cùm requiratur mandatum ſpecialiter individuum ad exceſſum executionis proponendum: quoniam appellans ab executione excedente ſuccumbens condemnatur in quinquaginta libras, *l ab exequar. C. quorum appell. non recip* cum procurator non poteſt deteriorem conditioni domini facere: propterea ſpeciale requiritur, ita Bart. *in l. ſi procurator. ff. de ordine iud. bit. in 2. col. verſ. per iſtum text.* Felin. *in cap. quoad conſultationem n. 21. verſ. nota inſuper perpetuò de ſententia & re jud.* & Benedict. de Vand. *in ejus reper. verſ. appellans ab execut. exceſſiva ſi eſt procur.* &c. *fol. 7. a tergo col. 3.* Angel. Areti. *col. 4. in l. ab execut. ff. de app.* Angel. *in § præterea 2. col. 17.* Et idem *in cauſa matrim. inſtit. de except.* iff *in l. procurator ff. de conditione indebit. col. 2.* Socin. *conſ. 120. colu. 3. & conſ. 231* Decius
142 *in c. novit. de app.* proſequitur latè poſt alios Roland. à valle, qui dicit perpetuo in praxi menti commendandum, tanquam ſingulare, *conſ. 43. n. 11. vol. 1.* maximè cùm generale verum ſit, quod etiam executionem è re judicata procurator ad litem (etiam à qua emanavit) poſtulare non poteſt, niſi ad id habeat ſpeciale
143 mandatum, *l. procurator § 1 ff. de procuratoribus l. jure ff. de execut. l. vero proc. ff. eod. in* ſi ope exceptionis repellatur, aliàs bene poteſt intentare actionem judicati, *d. l. ſi procur.* ibi, exceptione repelli debet, *&c.*) quod exactiſſimè optiméque proſequitur poſt alios Roder. Xuar. *in lec. l. poſt rem iud. verſ. quia ſuprà viſum eſt, per tot. fol. mihi 161.* & ejus addi ionator Valdeż, *fol. 135.* plures 5. ſcilicet, practicabiles limitationes ad id latè proſequitur Xuarez, *ibi*, quas per te vide. Puteus *dec. 61. per tot. lib. 1.*

144 Unum porrò neceſſarium eſt in hac materia, quod in hujuſmodi appellatione ab executore excedente, ſeu executione exceſſiva, debeat præcisè, exprimi inſerique nominatim & in ſpecie cauſa gravaminis, quantitas nempe quemadmodum excedit, & in quo ſtet exceſſus, adeò ut aliàs appellatio non teneat, nec executor valeat in ullam fa iet, ſi hujuſmodi appellationi interjectæ abſque expreſſione exceſſus declarationem denegaverit; ita tenent Bart. *in l. ab execut. ff. de appell. col 2.* Bald. *in l. ab executione 2. colum. C. quorum appell.* Innoc. *in c. ſuper eo. ult. n. 4. in verbo, taxat, de iis quæ vi, metuſve cauſa fiunt*, idem Bald. *in l. terminatio col. 4. n. 17. verſ. pone quod C. de fruct. & lit. expend.* Abb. *in c. quoad conſultationem, n. 53.* & Felin. etiam *n. 18. & 19. de ſententia & re jud.* Phal. Franc. *in c. ſæpe 44. q. 12 n. 59. de app.* Decius *in c. novit. 43. eodem. tit. n. 3. & 14.* Nicol *in tract. de conc. gloſſ. concord. 6. fall. 32. n. 74. fol. 194.* Ludovic. Rom *conſ. 41.* Auguſt Bero. *conſ. 32. in cauſa n. 7. lib. 3.* Lancel. Rob. *de attent. 2. p. cap. 12. lim. 53. n. 27.* quòd ad hoc ut hæc appellatio ratione exceſſus valeat, debet cauſa exceſſus, & in quo conſiſtat, exprimi, Rebuff. *in tract. de ſententiarum executione artic. 7. gloſſ. 12. verſ. non valet; tom. 1. fol. 357.* optimè Roland. à Valle, *conſ. 43. num. 6. volum. 1.* Socin. *conſ. 54. num. 9. volum. 1.* Bellamera, *in cap. conſtitutus num. 31. & ſeq. de appellat.* Cardinal. *in cap. quoad conſult. in fin.* Immol. *in cap. bona. num. 15.* ubi etiam Decius. *num. 23. & 24. de app.* Marqueſ. *de commun. 1. p. cap. 24. n. 5. & ſeq* qui omnes rationem
145 reddunt elegantem, quòd cum contra appellantem ab executore ſit præſumptio juris, cùm ſit regulariter prohibita appellatio, & in uno ſit dumtaxat caſu ſpeciali-

ter permiſſa, ſcilicet quando adeſt exceſſus, ideò neceſſe eſt, ut appellans exprimat nominatim cauſam, in ſua appellatione, tanquam ejus intentionis præciſum fundamentum, ut inde executor deducat, an juſta ſit, & an ſit deferendum ei necne, ut regulare eſt in omnibus caſibus, in quibus appellatio prohibita eſt, ſed permiſſa ex aliqua cauſa, ſeu ratione dumtaxat, quia 146
ea debet exprimi nominatim, quod validis fundamentis probant ipſi Doctores, & ſic exprimenda eſt de neceſſitate ad hoc ut judex ſciat an appellationi ſit deferendum, cui deferre non debet, niſi cauſa exprimatur, quia cùm judex videt appellationem proponi con- 147
tra formam juris communis, hoc eſt in caſu prohibito, poteſt, & debet in dubio præſumere, eam non eſſe admittendam, cùm non videat eam interponi in
caſu ſpecialiter permiſſo, & ideo quod eam frivolam 148
debeat rejicere, & præ cæteris Felin. *colum. 10. verſ. oportet exprimi cauſam, in d. c. quoad conſultationem*, ubi etiam Abb. *num. 31.* dicens, quòd ſi non exprimatur 149
cauſa, non debet executor ſuperſedere, ſed ad executionem procedere. Sequitur Sigiſmund Escac. *d. a. pell. quæſt. 17. limit. 10 inum. 63.* Roland à Valle, *d. conſ. 43. volum. 1. num. 6.* Marqueſ. *de commin. d. 1. p. c. 23. n. 11.* dicens quòd cauſa non expreſſa, vel expreſſa, & narrata, 150
tamen nulla exiſtente, nec ſuſpenditur, nec retardatur executione, & iterum, *ibi n. 975. ad fin.* dicit quòd cauſa exceſſus erit exprimenda; ut ſecernatur, an appellanti deneganda ſit appellatio, vel concedenda audientia ita Innocent. *in c. ad noſtram per tot. de appell. & in c. dilectus filius clem. & nu. 1. de reſcript. & in c. ſuper, eo per totum, de cohabitat. cler. & mul.* Capella Tholoſa. 441. 151
quia jus huic appellationi reſiſtit, *c. Romana, &c. cum ſit. de appell. in 6. &c. quoad conſultationem*, & cætera jura, ut not. Marqueſ, *ubi proximè*, non tamen hæc, ſcilicet, cauſæ expreſſio eſt de ſubſtantia eſſentiali appellationis, ita ut nulla ſit per ejus omiſſionem, ſed dumtaxat ad hunc effectum, ut judex deliberet, an ſit deferendum ei cui jus reſiſtit: ita Felin. & Rol. *ubi proximè*, & ex aliis Gratia. *in diſcepat. foren. d. c. 333. ſub* latè Vinc. Caroc. *in tract. de exceptionibus exceptione 44. num. 88. & num. 101.*

Et adeò in ſpecie & nominatim, non in genere re- 152
quiritur expreſſa quantitas, & qualitas gravaminis, ſeu exceſſus: ut minimè ſufficiat, dicere appello, quia exceſſiſti è commiſſione tua, ratione incertitudinis, quod non ſufficit, quia expreſſio ſpecialis requiritur. 153
Abb. *in d. cap. quoad conſultationem num. 23.* Marqueſ. *ubi proxime n. 12.* Roland. à Valle. *d. conſ. 43 ſub nu. 6.* & bene etiam per Cardin. Tuſc. *pract. concluſ. tom. 1. litera A. concl. 4010. nu. 24.* nec etiam ſufficit expreſſio in genere per relationem ad acta, ſed nominatim. Ita Eſcac. *ubi proximè d. limit. 10. num. 60.* Sequitur poſt alios Marqueſ. *d. cap. 23. num. 13.* & eſt elegans Rotæ deciſio 100. ex novem. *num. 18. p. 1. diverſor.* Carocius, *ubi proximè.*

Illud tamen valde utile, ſicut notabile, inquirendum eſt: an hujuſmodi appellatio ab executore excedente 154
potens ſit, ad ſuſpendendam, & retardandam executionem in totum; an verò dumtaxat ſuſpendat exceſſum illum in hac parte dumtaxat, quem nominatim expreſſit appellans, in quo Speculator, *in tit. de ſentent. execut. §. nunc videndum colum. 3. verſ. ſed nunquid dicendum in totum.* inquit, quòd ſit in appellatione ab executore excedente exprimitur in quo modum excedit, ita quòd cauſa expreſſa non concernit totam executionem, ſed partem, in illa dumtaxat ſuſpenditur executio, & in ea tantum ſuperſedere tenetur executor, ſequitur Butrius, *in cap. quoad conſultationem. numer. 17.* Immol. *num. 14. verſicul. nunquid autem de re jud.* Abb. ele- 155
gantes, *ibi, n. 32. & 33.* ſequutus Anton. ſequitur Veſtrius *in praxi Roma. Cur. lib. 7. c. 3. n. 12. verſ. imò non defuerunt. fol. 197.* & idem *lib. 8. cap. ult. ſub num. 17. verſ. &*

licet. Marquef. *in tract. de comm.* 1. *p. d. c.* 23 *ſub n.* 73. & ſuperiùs *à n.* 16. Cæſar. Contar. *in rep. l. unic. C. ſi de moderat. poſſ. fuer. appell. vers. limitat. ratione exceſſus nu.* 16. 156 *& n.* 32. ea nempe ratione (inquit ipſe Veſtrius *d. n.* 12.) quia ſi in uno allegatur exceſſus, in cætero ſupponitur non adeſſe, imò unum reprobando cenſetur faceri & ratificari, *c. nonne de præſumt.* cum vulgatis, & ſic in 157 non exceſſo non cadit appellatio, quia non eſt exceſſus, nec conqueritur pars, nec exprimitur cauſa ejus nominatim, ac per conſequens nec appellatio poteſt ſuſpendere totam executionem, ſed exceſſum tantùm, quibus poteſt adaptari illa doctrina; quòd appellatio ab 158 uno articulo, non ſuſpendit jurisdictionem in tota cauſa non connexa, de qua & appellans ab una parte ſententiæ quatenus contra ſe facit, non impeditur judex; quominus alteram non appellatam poſſit executioni committere, de quibus nos alibi latè 3. *p. c.* 15. ac proterea certum eſt, executorem vim non facere ad ulteriorem executionem procedentem ſuſpenſa parte exceſſus expreſſi, & appellati, & ideo ſuprema tribunalia, quando adita per viam violentiæ in his caſibus, cùm de exceſſu ſibi conſtat per inſpectionem proceſſus, ſo- 159 lent ita concipere decreta violentiæ, & declarare etiam nominatim; nempe, executorem hoc illudve facientem, ſeu non admittentem legitimam talem exceptionem excedere, deferat appellationi, & reponat, *&c.* & hoc jure utimur. Pro quibus bene faciunt quæ diximus ex Marquef. infrà *c.* 4. *ad fi.* quæ hîc repete, ſcilicet *à n.* 32. *& ſeq.*

160 Quare pro hoc evitando, & ad effectum ſuſpendendi totam executionem mediante hujuſmodi appellatione, tradit pro cautela Veſtrius, *in praxi Romanæ Curiæ d. l.* 7. *c.* 3. *num.* 12. *& d. l.* 8. *cap. fi. ſub num.* 16. admonens procuratores, ne ſe ad præfatas cauſas exprimendas in ſpecie arctent, ſed utile eſſe, illas in genere narrare, ut ſuperſedeatur in tota executione, quia ratione incertitudinis ex generica expreſſione orta, eſt ſuperſedendum in totum, donec quantum exceſſum ſit, & ex eventa futuro liqueat; hæc fuit opinio Ant. de Butrio *in d. c. quoad conſultationem*, & originalis Uberti, ut recitat Specul. *in tit. de executione ſent.* §. *nunc videndum vers. ſed nunquid.*

161 Sed hæc cautela fraudulenta eſt, cùm omni juris ratione, ac fundamento deſtituta ſit; imò omnibus juris regulis contraria, quæ quidem deſtruerentur ea omnia, quæ hactenus dicta ſunt, nam ſi tanta juris caterva huc uſque relata, *à n.* 144. unanimiter comprobante, appellationem ab executore excedente, ut queat ſuſtineri, & defendi; requireret præcisè cauſam exceſſus exprimere, nominatim in qualitate, & quantitate ejus, non in genere, ſed in ſpecie, nec per relationem ad acta, quod & ipſe pariter fatetur; quomodo poterit proponi appellatio cum expreſſione cauſæ in genere, & incertæ; imò ſi tunc ipſa appellatio non admittitur, nec defertur, quomodo poterit ſuſpendere executionem, non ſolùm in totum, ſed nec adhuc in parte? hanc eandem conſiderationem contra Ubert. reperio apud Speculatorem *ubi ſupra*, ubi reſolvens quæſtionem hanc, dicit; quod cum cauſa ſit in appellatione exprimenda, hæc quæſtio non habet dubium. Sequitur & declarat Abb. *in d. c. quoad conſultationem n.* 32. Felin. *ibi num.* 19. *in fi.* & contra Veſtrium dicit Siſmund. Scacia *in tr. de appell. q.* 1. *lim.* 10. *n.* 62. hoc idem tenet Hier. Manfred. *in tract. de attent. p.* 8. *r.* 32. *tom.* 5. *fol.* 238. dicit erraſſe Veſtrium id dicentem, & ex eod. Hier. Manfred. refert & equitur Cæſar Barz *in decis. Bonon.* 35. *Dominus, nu.* 9. Veſtrium etiam non ſequitur Marquef. *ubi proximè*, *n.* 28. dum dicit ibi, Veſtrii opinionem non procedere ita de plano & abſolutè, ſed in uno tantùm caſu, nempe quando appellatur ab exceſſiva expenſarum taxatione, fructuum, damnorum, &c. qui audien- 162 dus non eſt, tanquam ſine fundamento, & ratione diffeerentiæ, quæ eſt falſa opinio ex ſupradictis, imò ipſe ſe corrigere videtur infer. ubi *ſub n.* 75. abſolutè dicens, quòd non ſuſpendatur executio in totum, ſed pro parte expreſſi exceſſus tantùm, & ita tenendum eſt contra Veſtrium.

Quemadmodum autem hic exceſſus ſit probandus, 163 diſpiciamus; in quo dicendum venit, quòd cum appellans ab exceſſu executoris habeat contra ſe juris præſumptionem, non præſumatur exceſſus, niſi probetur per appellantem, ut Rota Roma. rectè animadvertit, 164 *in dec.* 45. *alias* 346. *num.* 10. *ſi appelletur de app. in novis.* Lancel. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 12. *lim* 55. *n.* 25. Rom. *conſ.* 41. *n.* 1. *poſt medium*, alios citat Gratia. *in diſcept. forenſ. c.* 333 *ſub n.* 13. *tom.* 2. Vincen. Caroc. *in tract. de except. exceptione* 44. *n.* 87. & ideo debet conſtare evidenter de hujuſmodi gravamine, & exceſſu, & probabiliter, & verisimili ex, ut advertit mirabiliter Rota Ro- 165 mana *in dec.* 100. *n.* 17 *p.* 1. *diverſor.* tradit Innoc. *in c. in noſtra n.* 5 *& ibi. de procurat.* Bellamera *in c. conſtitutis el.* 1. *n.* 31. *de appell. lib.* 6. Immol. *in c. bonæ n.* 15. Decius *à n.* 9. *& 24. de appell.* Ruginel. *in tract. de appell.* §. 2. *c.* 3. *à n.* 180. Cevall. *in contra comm. opin. q.* 897. *n.* 333. *tom.* 4. Gratia *in diſcept. forenſ. c.* 333. *n.* 13. *aa fi. tom.* 2. Marq. *de commiſſ.* 1. *p. c.* 24. *nu.* 5. qui quidem *num.* 9. bene advertit quòd ſignatura juſtitiæ, ad obviandum fraudibus, quæ fierent in expreſſione cauſarum fingendo exceſſus, ut executio ſuſpendatur, & ſubterfugiendæ ejus 166 cauſa, non ſolet ſtare aſſertioni partis, nec de facili illi credere, de exceſſu executionis, ſed vult aliquid guſtare de gravamine, anteaquam committat cauſam appellationis ſuſpentivæ, nec ex ſolâ ſuſpicione illa reſcribere, aſſolet alteri judici cum facultate inhibendi executori. Felin. *in c. dilectus filius n.* 14. *de reſcript.* & Rota *in d. dec.* 45. *aliàs* 50. *n.* 2. *in novis*, ita pariter cenſuit eadem Rota. Rom. coram Domino Robuſterio in una Reginen. Sanct. Tho. Lunæ 10. Decembr. 1576. quæ eſt *dec.* 100. *num.* 17. *& ſeq.* 1 *p. diverſor. Doctorum*, notat etiam Ruginel. *ubi proximè n.* 181. Gratianus *ubi ſuprà num.* 16.

Exceſſus igitur executoris probatur ex eiſdem acti- 167 bus, & proceſſu ab eo geſto, ac ſimul per inſpectionem commiſſionis ſuæ; nam ex quo conqueritur pars, ipſum exceſſiſſe ejus limites ad aliud procedentem in commiſſione minimè contentum, directus eſt iſte probationis modus, ut doloſa executoris iniquitas appareat, quoniam quando judicis dolus inter procedendum, & iniquitas arguitur, idem proceſſus, eadémque acta ab 168 eo geſta, inſpicienda ſunt, ut vis, atque injuria detegatur concludenter, iſta eſt Bar. doctrina *in l. ſocietatem*, §. *arbitrorum*, *n.* 26. *ff pro ſocio.* Abb. *conſ.* 2. *lib.* 1. Butriga. *conſ.* 24. *col.* 5. Salic. *in l. cum antea*, *col. penult. verſ. quæro.* 8. *C. de arbitris.* Alex. *conſ.* 101. *in fi. lib.* 2. Orian. *in tract. de arbitr. col.* 4. Men. *in tract. de arb. jud. lib.* 11. *q.* 72. ubi adducit fundamenta, & faciunt, quæ nos diximus *p.* 1. *c.* 2. *verſ.* nullum igitur humana *à nu.* 100. quòd violentia judicis Eccleſiaſtici in denegenda appellationis delatione, ex eiſdem actis detegenda ſit, non aliter cum hujuſmodi probatio ex actis, ſit evidens, & notoria. & in hunc ſenſum intelligo rex. & gl. *in l. ſi contra*, *C. de executor. & exactor. lib.* 12. ibi, ſi probetur obnoxius executor,) inquit gl. *verbo, ſi probetur ipſo facto*, quaſi dicat, id eſt ex ipſis actis quorum proceſſu exceſſit, ut ex eiſdem actis obnoxius probetur. Et in noſtris terminis alia adduxi infrà *c.* 12 *à n.* 58. ubi tractavi de probando exceſſu reſultante ex mala ſententiæ interpretatione facta per executorem.

Inſuper evidentiùs probatur, quoniam quando exe- 169 cutor excedit limites, & fines mandati (quod eſt ſtricti juris) in eo quod excedit, dicimus; non habere mandatum, non habere poteſtatem, non eſſe judicem, nec executorem (ut latè ſuperiùs probavimus *à n.* 56.) quæ negativa probanda eſt ex ipſius commiſſionis, &

& mandati, ac actorum inſpectione, nam negativa coarctata ad certam ſcripturam, eſt probabilis per inſpectionem oculorum; nam id, quod non reperitur in
170 ea, & in actis, nec in proceſſu, præſumitur, ac fingitur, non factum, nec adeſſe; bonus text. *in c. cum ad ſedem, de reſtitutione ſpolia. c. 1 de litis conteſtatione l. ſi. C. de rebus creditis.* Ubi quod legata non fuerunt mandata, &
171 relicta, probatur ex facie, & inſpectione teſtamenti, ubi Doctores Decius *conſ. 426 proponitur, col. ſi. lib. 3.* & meliùs *conſ. 483. pro reſolutione, colum. 2. in prin. lib. 4.* Alex. *conſ. 120. ſcripſit col. 9. verſ. præterea, lib. 4.* Felin. *in c. illud, in fi. de præſumpt. & in c. ſicuti, col. 15. verſ. & ita putavi de re jud.* Caſſiad. *dec. 8. n. 2. ſuper regulis.* Optimè Vantius *in tract. de nullit. ſentent. tit. à quo, & quibus modis,* &c. *à n. 12. cum ſeq.* & iterum *de inhabili. ſeu defectu mandati,* &c. *n. 62. & ſuprà,* ubi poſt alios, quòd
172 hæc negativa, aliquem non eſſe talem, prout alleritur; probatur per inſpectionem actorum, & eo ipſo quòd ibi non apparet eum eſſe talem, & in terminis, quod in judiciis, privilegiis, & ſimilibus non reperitur expreſ-
173 sè conceſſum prohibitum cenſeatur, tenet Petrus de Ancara *in conſ 207. in q col. 2.* Angel. *conſ. 139. viſis colum. 2.* Angel. *conſ. 135.* Vantius *de nullit. ex defectu juris deleg.*
174 *n. 91.* nec commiſſio præſumitur; niſi quatenus de ea conſtet, gl. penult. *in clem. ſi. de ord.* Lapus *alleg. 55. in 2. col. circa fin.*

Et hinc etiam eſt ad noſtrum propoſitum, quòd
175 hoc, ſcilicet, quem non habere mandatum, vel non fuiſſe datam poteſtatem judicandi, vel non fuiſſe ordinem juris ſervatum, & non fuiſſe quemque citatum; probari omnia per inſpectionem actorum & proceſſus ejuſdem cauſæ, & ad eam pertinentium, ita docuit Bar. *in l. 2. C. de errore advocatorum, & l. ij qui ad civilia. C. de appell. & in l. 1. ff. ſi tutor vel curator appellaverit.* Bald. *in l. ſi contra C. de appell.* Iſſ. *in l. 4. §. condemnatum, col. 2. ff. de re jud.* Abb. poſt Joan. Andream. *circa fi. in d. c. ad ſedem, & in c. quoniam contra ſuper ult. gl.* ubi Felin. *col. 15. verſ. limita uno modo,* & Joan. Andr. poſt Specul. *in tit. de ſent. §. ut autem in verbo, & quoſdam.* Vantius
176 *de nulli. ſententiarum, tit. à quo & quibus modis,* &c. *n. 18.* quia quod non apparet in eis, dicitur non adeſſe. Afflict. *dec. 43. n. 5.* & præmiſſa tenet Alexand. *conſ. 59. viſo tit. colum. 5. n. 17. lib. 4. & conſ. 55. quoniam colum. 2. & conſ. 105. ponderatis col. 2. lib. 5.* Abb. *conſ. 92. Chriſti nomine vol. 1.* cum aliis, de quibus per Decium *conſ. 438. pro reſolutione n. 6.* & Bart. *in conſ. 98. apparet, in fi.* & Mar. de Fano. *in tract. de probanda negativa tom. 3.* Corneus *conſ. penult. lib. 1.*

Nec ideo pro mandato præſumitur, niſi quatenus ex
177 ejus inſpectione apparet. Bald. *in c. ex parte, nu. 13. de reſcript* optimè Alexand. *conſ. 6. n. 4. lib. 4.* cum aliis ad-
178 ductis per Cephal. *conſ. 338. num. 14. cum ſeq.* quam ob rem mandatum regulariter debet exhiberi. Innoc. *in c. cùm in jure. de off. deleg.* Guido Papæ *conſ. 84. nu. 1.* Franciſ. Manti. *in tract. de contract. lib. 7. tit. 4 à n. 2. to. 1.* ultra modò citandos; ergo ſequitur evidenter, quod exceſſus commiſſionis, & mandati, debeat probari per inſpectionem ipſius mandati, & commiſſionis, an habeat exequutor poteſtatem ad id, quod exceſſus dicitur, quia cùm hic exceſſus, hæc vetita temeraria audacia, hic dolus, & iniquitas executoris excedentis, oppona-
179 tur directò ejus mandatæ commiſſioni, juxta hanc exceſſus appoſitus clariùs apparebit, quia oppoſitum juxta ſe poſitum clariùs eluceſcit; & quemadmodum macula faciet claro ſpeculo; cui opponitur, monſtratur, ita actus, qui exceſſus prætenditur, meritus, adæqua-
180 tus, & comparatus commiſsioni, meliùs cognoſcetur, & commodiùs detegetur, quod comprobat illud ſancti Greg. Papæ. *lib. 2. moralium c. 1.* in hæc; Scriptura Sacramentis, oculis quaſi quoddam ſpeculum apponitur,
181 ut interna noſtra facies in ipſa videatur, ibi enim fœda, ibi pulchra noſtra cognoſcimus, ibi ſentimus, quantum proficimus, ibi à profectu quàm longè diſtamus. Hæc ille.

Et ad hoc ut quanta ſit poteſtas executoris mandata, commiſſio legitimè, ac in forma probanti exhibenda 182
eſt; & de ea executor docere, probat text. *in c. cum in jure.* ubi gl. & ſcribentes omnes *de offic. deleg. l. unic. C. de manda. prin.* cum aliis; de quibus per Alex *conſ. 17. videretur lib. 7. & conſ. 201. in fi. lib. 2.* & optimè in pro- 183
poſito Vantius *de nullit. ex defectu juris, & unde,* &c. *fol. 232. n. 28.* nam quia cùm poteſtas executoris pendeat à deputatione, ſicut poteſtas procuratoris pendet à mandato, ideo inſpicienda eſſe verba deputationis, dicit Petrus de Ancara *conſ. 84.* Domi Azolina *in princ. quæſtionum*, referens ſequitur Card. Tuſc. *pract. concl. tom. 3. litera E, concl. 500. num. 1.* facit optimus text. *in l. ut reſponſum, C. de tranſact.* text. *in c. porrò de privil.* 184
quod tenor, & forma commiſſionis debet in ſpecie obſervari, ut cognoſcatur poteſtas executoris per Bart. *in l. 1. C. locati.* tenent Avend. *de execut. p. 1. c. 1. n. 3. in fi.* vide quæ latè ſurſum *à num. 36.*

Quod quidem ita quotidie practicamus in ſupremis tribunalibus, ad quæ recurritur per viam exceſſus 185
trahentibus ad ſe proceſſus, & commiſſiones originales, ex quibus detegitur, ac declaratur exceſſus & nihil mirum; quoniam, quæ de facto fiunt, & facto: ac de facili poſito ordine judiciario reponere & reſcindere jus eſt, gl. *in l. ſi minor. in prin. ff. de evictio.* cum aliis adductis infrà *hoc c. ad ſi.* quod quidem minúſque dubium continet, quando ab executore Eccleſiaſtico ſive Apo- 186
ſtolico, ſive ordinarii excedente appellatio hæc proponitur, ac pro delatione ejus recurritur ad ſupremum prætorium Regium pro tollenda violentia, quia exceſſus ad juſtificandam appellationem, ex eiſdem actis 187
coram executore geſtis, ac ejus commiſſione detegendus eſt, quod dubitat nemo, & hoc jure utimur, & probavi ſuprà *1. p. c. 2. à n. 95 cum multis ſeqq.*

Alii autem exceſſus ſeparati ab executione, & ne- 188
gotio principaliter queunt per teſtes probari, ut homicidium, bataria, vel aliud crimen, vel etiam illi, qui ex actis non poſſunt apparere, licèt negotium contingent, per illos probantur, ſed hoc provenit per viam querelæ adito ſuperiore, & oblata informatione, ſed interim nec ſuſpendit executionem, nec poteſt; tum quia nihil de exceſſu conſtat, nec etiam præſumptivè, cùm 189
debeat evidenter conſtare, tum quia querela non operatur ſuſpenſionem (ut ſuperiùs diximus) quòd autem hi exceſſus per teſtes probentur, eſt Badilla videndus, *in polit. lib. 2. c. 21. à n. 109. & ſeqq.* ubi paſſim, licèt obiter de hoc meminit, dummodo in continenti probetur, juxta ea, quæ nos latè adduximus, *lib. 3. c. 9. à prin.* effectum ſuſpendendi.

Quoties autem ab exceſſu licebit appellare; nunc 190
tractemus, in quo omnium eſt ſcribentium concors, ac receptiſſima concluſio; ut ab exceſſu non niſi ſemel appellandum ſit, nec ſecundæ appellationi deferendum, Areti. *in l. ab executi. ff. de app.* Felin. *in c. quoad conſultationem, n. 20. verſ. nihilominus primam opin. de jud. & re jud.* Decius, *in c. novit. 43. n. 15. de appell.* Auguſt. Beroi. *conſ. 32. in cauſa n. 7. lib. 3.* Lancel. Rob. *in tract. de attent. p. 2. c. 12. lim. 53. n. 26.* Nicell. *in tract. de concord. gl. concord. 6. fall. 32. n. 74. in fi. fol. 194* Veſtrius *in praxi Romanæ curiæ lib. 7. c. 3. ſub num 12. verſ. imò ibi admoneo tamen fol. 102.* aliis allegans Marqueſ. *de commiſſ. p. c. 24. ſub num. 5.* Rebuff. *in tract. de ſent. execut. art. 17. gl. 12 n. 20. tom. 1. fol. 377.* Vincen. Caroc. *in tract. de execut. exceptione 44. n. 89.* & pro quo etiam bene facit Bulla Pii IV. reformationis ſignaturæ edita anno 1562. Kal. Januarii in illis verbis: quódque ab exceſſiva taxatione expenſarum ſemel tantum appellatio commitatur, & duæ ſententiæ habeant vim tertiam, &c.) cujus meminit ingiſmund Eſcac. *in tr. de ap. p. q. 17. lim. 10. ſub n. 69.* cum reddit rationem Marqueſ. *loco citato*, quia appellans ab

191 excessu præsumptionem habet juris contra se, quòd illi penitus resistit, cùm illo opponatur, & sic restringit potestatem appellandi, ne fructum consequatur ex
192 eo, quod nixus fuit impugnare.

Sed melior ac probabilior mihi ratio videtur illa, quoniam confirmatio superioris declarantis non adesse excessum, non est præjudicium perpetuum, sed reparabile per judicium aliud, scilicet per viam grava-
193 minis simplicis, inter cætera gravamina simplicia, & injustitias factas ab executore in exequendo post perfectam executionem deducendas, & à quibus appellatur, ad defectum revocandi executionem prosequendas, quia licèt declaretur non fuisse excessum, non tamen negatur, esse gravamen & injustitiam, cùm non valeat
194 siquidem argumentum, non est excessus, ergo non est gravamen simplex, & injustitia (ut suprà latè *à n.* 76. dixi) quia excessus est gravamen qualificatum & super qualitate cognitio, & appellatio, & declaratio, facta fuit, de qua tantùm interim pendente executione, disceptari, & appellari, potest, non de simplicibus aliis gravaminibus, à quibus appellans nondum perfecta executione, nec auditur, nec de ejus appellatione cognoscitur, sed reservatur in tempus perfectæ, & finitæ
195 executionis, quæ tunc non antea examinantur, ad revocandam executionem factam, vel confirmandam, sed de excessu tantùm, text. est expressus *in l. ab execut.* ubi D D. *ff. de appell.* ibi, ita tamen, ut in causa appellationis reddendæ hoc solùm quæratur, an jure interpretatum sit, *&c.*) concordat *l.* 15. *tit.* 23. *p.* 3. & ubique Doctores, de quo latiùs infrà, *à c. seq. prope fin. à n.* 38. *& c.* 14. *à n.* 207. *cum seqq.* quibus locis plura adduximus ad propositum.

196 Et sic succumbenti non præcluditur via, quominus possit alio remedio simplicis gravaminis, & injustitiæ jus suum deducere, nec ei obstabit rei judicatæ exceptio, quia non est eadem causa, sed omnino diversa, & aliud tunc petitur, a iud nunc, *l. mater.* § *si quis autem l. & an eadem. & l. fin. cum aliis, ff. de exceptione rei jud.* bonus text. ad propositum, *in l. si mater.* §. *si quis iter.* juncta gl. magna *ff. eo t.* ac propterea ab excessu unica tantùm permittitur appellatio, quare si secundæ emissæ ab excessu judex non detulerit, vim nullam facere declarabitur in senatu, quia illi non parat rei judicatæ præjudicium.

197 Quod ex eo etiam bene probatur: quoniam quando formatur inquisitio cum aliqua qualitate, quæ non probatur, puta, sit inquisitio de vulnere cum cicatrice, probatur vulnus, sed non cicatrix, cùm tunc non possit sequi condemnatio pro vulnere tantùm, sed absolutio ab observatione judicii, & potest iterum de simplici delicto inquiri denuo; ita probat text. *in l. in delictis,* §. *si detracta, ff. de noxali.* ubi Bart. & DD. pro qua doctrina, & in ejus confirmationem congessit Prosp. Far. *in pract. crim. to.* 1 *q.* 1. *à n.* 23. *cum multis seqq* plus quinquaginta Doctores antiquos, & modernos, dicens, se non audere recedere ab hac conclusione, quæ non solùm communis est: sed magis communis testantibus pluribus ab eo citatis. Et sic si non constat de excessu, seu qualitate gravaminis, gravamen simplex reservatum remanet, suo loco & tempore deducendum.

198 Exemplo res fiet manifesta, commissa fuit executio sententiæ cum fructibus liquidandis secundùm suum valorem; ego conquestus sum de executore minùs liquidasse fructus, quàm erat vetus eorum valor, dixi ipsum excessisse, & ab hoc gravamine, tanquam ab excessu appellavi, judex cognoscens hoc casu nullum esse excessum ita declaravit, cùm intra limites commissionis cognovisset executor: quis me prohibet, postmodum in causa executionis hoc gravamen deducere in vim simplicis gravaminis, & si me gravatum in æstimatione censeo, inter cæteras injustitias executionis peracta executione, hanc persequi, nullus certè, & comprobatur, *numero* 200 *& sequentibus.*

(Quid autem è contrario, quando priùs simpliciter appellans egit de simplici gravamine, & injustitia, & sic omissa qualitate excessus, succumbens; an poterit 199
postea iterum super excessu agere, & in judicium deducere aliquo ex iis remediis, quæ contra excessum superiùs ascripsimus, videbimus *in fi. hujus capit.*) in nostro autem superiori casu de quo loquimur, exceptio rei judicatæ non potest obstare semel in excessu succumbenti, ulteriùs de simplici gravamine executoris agere volenti, prout ulteriùs comprobatur.

Pro quo etiam facit, quòd absolutus ex una causa, 200
potest ex alia conventus condemnari, *l. 2. & l. si mater.* §. *eand ff. de except. de re jud.* ubi qui egit non impleta conditione, potest iterum agere post impedimentum, nec obstabit sibi exceptio rei jud. & qui fuit per judicem repulsus, quia ineptam proposuerat actionem, iterum 201
agēs apta actione non removetur exceptione rei. judic. quia cessat causa repulsæ, optimè Petr. Burd. *cons.* 268. *n.* 29. *tom.* 2. multa cumulat Tiraq. *de retr. lign.* §. 8. *gl.* 7. *n.* 3. *& 4. & in tr. cessante causa* 1. *p. n.* 21 *& n.* 252. igitur si iste si posuit simplex gravamē ineptè, dicens illud ex- 202
cessū, & ante tempus, scilicet durante sententiæ executione, & propterea fuerit repulsus, non impedetur postmodum veniente tempore peractæ nempe executionis, ut simplex gravamen iterum deducere, & proponere.

Et quia ad hoc ut obstet rei judicatæ exceptio, de- 203
bet concurrere immediata eadem causa agendi, nec sufficit, quòd eadem sit, sed mediante aliquo, ut per tet. *in l. an eadem,* §. *qui cum partem, de except. rei jud.* ubi gl. *in 1. solut.* & Raphaël Cuma. *ibi,* tenet Petr. Surd. *dec.* 106. *n. fin.* fuit enim actum de gravamine quatenus excedebat commissionem, & sic excessu mediante, sicque agens de simplici gravamine non immediatè eandem 204
causam propon t, & quia exceptio rei judicatæ debet evidenter co stare, ad hoc ut obstet, *l. si inter me, ff. de re jud. l. quod in diem,* §. *si rationem, ff. de compensat.* per quæ jura voluit Paul de Castro, *in cons* 62. *col.* 2. *lib.* 4. Petr. Surd. *dec.* 260. *n.* 3. Mieres *de mar. or.* 4. *p. q.* 14. *n.* 88. *in noviori impressione.*

Quod comprobatur, etenim sententia lata in judi- 205
cio, in quo duæ actiones competunt actori ex eodem facto, si contra eum fertur sententia in una actione, non nocet in alia Areti. *cons.* 137. *in p.* Card. Tusc. *pract. to.* 7. 206
litera S, concl. 126. *n.* 100. etiamsi adsit conformitas aliqua cum alia actione diversa, latissimè Socin. *cons.* 18. *n.* 44. *lib.* 1. Dec. *cons* 96. plenè Cabr. *cons.* 305. *lib.* 1. pleniùs Æguid. Bellamer. *cons.* 18. *n.* 5. *& 7.* Tusc. *ubi proximè,* & iterum exactè idem Tusc. *litera R. conc.* 268. *n.* 12. *& 43. tom* 6. quam doctrinam intellige, quando plures actiones competunt ex eodem facto, ex diversa tamen 207
causa, & respectibus, quia tunc una electa non tollitur altera: secus quando ex eadem causa, latè Petr. Surd. *cons.* 139 *à n.* 6. *tom.* 1. Ant. Gabr *comm. opin. lib.* 2. *tit. de actionib. concl* 2. *lim* 3. *n.* 17. prout accidit in excessu, qui 208
est diversus ab executione, & ejus injustitia. Unum siquidem supponit defectum potestatis & jurisdictionis, & concludit nullitatem; aliud verò potestatem, & jurisdictionem, seu commissionem supponit, & validitatem actus, seu executionis; concludit tamen in gravamine, & injustitia, de qua interim pendente executione non potest agi, nec judex de excessu cognoscens; de injustitia potest se intromittere (ut *n.* 192. *& seqq.* sæpè dictum est, præsertim quæ dicta sunt, *c. p. seq. ad fin.* ubi multa conjecimus quòd causa excessus est distincta & separata à causa executionis) ideo judex ad quem est appellatum à gravamine excessivo, non potest se intro- 209
mittere in executione, & causa principali, sed an excessus adest, vel non, prout latè ibi videre poteris, *à nu.* 38. *& seqq.* sed an pendente judicio super excessu curat tempus ad appellandum à simplici gravamine, dixi suprà *à n.* 130. *& seqq.*

Sed

210 Sed ſtat difficultas an hæc concluſio, quod ſemel tantùm non ſecundo liceat ab exceſſu appellari, intelligatur reſpectu unius partis dumtaxat, ac etiam reſpectu utriuſque, ita ut ſi una appellavit ſemel ab exceſſu altera pars non queat, nec ſemel etiam appellare à ſententia ſecunda contra ſe lata, revocatoria prioris executoris, in quo jure illud verum eſſe arbitror, ut hæc prohibitio ſecundò appellandi, intelligatur reſpectu unius partis: ita ut quælibet ſemel appellare poſſit, non ampliùs, & uniquique earum ſemel appellare permiſſum ſit, ſicque duæ poſſunt intervenire appellationes,
211 à qualibet parte unica quod probatur, quia titulus, *ne liceat in una eademque cauſa tertiò provocare*, intelligitur ab una parte, nam quælibet poteſt interponere duas appellationes, ita quòd aliquando quatuor dentur in cauſa, declarat Bart. *in l. unic. in fin. C. ne liceat ter. provocare.* Card. *in clem. fin. de app.* Abb. *in c. ſua nobis de app.* & nos exactè *ſuprà lib. 3. c. 17* de tribus conformibus, ergo pariter in noſtro caſu ut prohibitio ecũdæ appellationis intelligatur reſpectu unius partis, ita ut altera poſſit etiam ſemel appellare ſi ſecunda revocatoria contra ſe lata.

212 Et ex hoc fundamento magis noſtris terminis infert Decius, *in d. c. ſua nobis num. 7. de app.* quòd quando ſtatuto prohibetur, ne liceat ſecundò, ſed ſemel dumtaxat appellari, poteſt hoc modo, dari duas appellationes (ſcilicet à qualibet parte unica: idem etiam affirmat *in verſ. 49. colum. 1.* Socin. *in conſ. 39. num. 16. volum. 4.* & idem dixit Guido Papæ *in ſupplicat. in quæſt.*
213 345. aſſerens, quòd ubi interdicta eſt bina ſupplicatio, intelligitur ſtatutum, quando interponitur ab eadem parte, at ſecus ſi quando à diverſis, quia utraque poteſt ſemel ſupplicare, quos omnes ſequitur referens Petrus Surdus *conſ. 163. num. 1. 2. & 3. tom. 2.* ergo evidenter probatur in noſtro caſu eadem determinatio, ut utrique parti ſemel appellare liceat ab exceſſu, & non ampliùs.

214 Et probatur etiam ex eo quod dicit Veſtrius *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 7. c. 2. ſub n. 12.* quòd duæ conformes faciunt rem judicatam in exceſſu à liquidatione, quod probatur in d. Bulla Pii IV. ſuprà adducta; quæ diſponit *ibi*, ab exceſſiva expenſarum taxatione ſemel tantùm appellatio committitur, duæ ſententiæ habeant vim trium, &c. ergo ſi permittuntur duæ conformes, neceſſario ſequi debet, ut permittatur alteri parti alia & unica appellatio, nam poteſt eſſe, quòd appellans ab exceſſivo gravamine, in gradu appellationis, exceſſus reponi mandetur, & ſic quælibet pars habet pro ſe
215 unicam ſententiam dumtaxat, ſi autem duæ faciunt hoc caſu rem judicatam, præcì è altera pars in cujus favorem exceſſerat executor, appellat ab hac ſecunda revocatoria exceſſus, ut tertia ſive confirmet primam, ſive ſecundam, duas conformes faciet, & ſic in duabus ſententiis conformibus poſſunt dari duæ appellationes, & tres ſententiæ quemadmodum in caſu *l. unic. & rubr. C. ne liceat tertiò provocare*, & *cle. 1 de ſent. & re jud.* quia poſſunt dari quatuor appellationes & quinque ſententiæ, ut latè nos diximus, *ſuprà lib. 3. c. de appell.* à tribus conformibus, c. 16.

216 Pro quo facit etiam, quod dicit Speculat. *in titul. de appell. § quoties in fin. n. 6. verſ. item licèt regulariter. l. 2. fol.* 193. quòd cum à ſententia Epiſcopi ſemel tantum liceat appellare, & non bis, ſi hujuſmodi ſententia fuit confirmata à judice appellationis, non licebit tunc ulteriùs appellare: ergo requiritur quòd confirmetur prima, & ſic quod appellans habeat contra ſe duas conformes, ut ulteriùs in cauſa non appelletur, ut ſecus ſit, quando non confirmatur prima; quia tunc requiritur, ut ab ea appellet pars altera, ut adeſſe poſſint duæ conformes.

Pro quo bene facit adducta à Petro Surdo doctrina, *ubi proximè d. conſ. 163. n. 12.* facit etiam eleganter, quod dixit Socin. *in d. conſ. 39. n. 14. l. 4* quòd ſtatutum diſponens non poſſe, in aliqua cauſa niſi ſemel appellari: 217
debeat intelligi, ut ab eadem parte non poſſit bis appellari, ſed ſolùm ſemel, ſecus eſt quoad utramque partem quia poterit bis appellari, cùm utrique ſemel liceat, quod per diverſum modum *d. n. 14.* declaravit, nempe præfatum ſtatutum intelligi debere; quando ſententia lata in cauſa appellationis fuerit confirmatoria primæ, non autem quando fuit diverſa, aut contraria, quod eſt mirabilis doctrina ad noſtrum propoſitum. Soc. ad idem referens ſequitur Eſcacia *de app. q. 17. lim. 1. n. 43. ad fin.*

Sed inter has duas appellationes differentiam conſti- 218
tuendam arbitror; ut prior appellatio, ſcilicet, ab executore excedente, habeat effectum ſuſpenſivum ex ſupra probatis, *à num. 92. & à num. 222. 144. & 154.* at verò ſecunda, interpoſita per alteram partem, ſi fortè ſuperior exceſſum ad fuiſſe reponendum, declararet, licèt ſit permiſſa (ut probavimus) non tamen quoad utrumque effectum, quia ea non obſtante exequenda eſt ſententia repoſitionis tanquam revocatoria attentati, & iſte favor, qui concurrit in permittenda unica appellatione ſuſpenſiva ab exceſſu, idem concurrit in ejus repoſitione. Et ratio quæ permittit appellationem in caſu aliàs prohibito, verſimile, eſt ipſam non per- 219
miſſe ratione ceſſante, & quia prior appellatio interponitur ab exceſſu, ſecunda, à repoſitione ejus, & ſic cum ſimus in executivis, non poteſt ſuſpendere à nullo gravamine emiſſa, quod non ſit exceſſus probabiliter; & ſic ſecunda revocatoria exceſſus exequetur non obſtante appellatione, quoniam certi juris eſt, ut quod de facili fuit conceſſum, ita de facili eſt revocandum. gl. *in l. minor. in prin. ff. de evict.* Alex. *conſ. 5 l. 2. iff. in l. pacto quo pœnam. C. de pactis.* Cuman. *conſ. 146.* 220
col. 2. Roman. *conſ. 120. & conſ. 158. in verbo revocari*, citat infinitos, & dicit communem Bald. *conſ. 193. lib. 3.* Rom. *conſil. 69. viſo quæſtionis, num. 12.* Æguid Bellarme. 221
deciſ. 664. latè Anton Gabriel. *l. 2. communium concl. tit. de citatio. concl. 1. à num. 430.* latè Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 48.* & poſt plurimos Caſtillo, *controverſiar. jur. lib. 5. cap. 24. a n. 65.* & non eſt novum, ut in noſtro jure effectus appellationis claudicet, ut per unam partem ab aliquo gravamine emiſſa appellatio habeat utrumque effectum, & à ſecunda revocatoria per alteram partem interpoſita, unum tantùm, vel è converſo quoniam ſpecialitas rationis, favoris, & privilegii; & interdum odii, quæ perſæpe variatur, diverſimodè operatur, ut latius eſt videre ex iis, quæ ſuprà adduximus, *lib. 3. n. 11. 26. 49. & 75 cum ſeqq. c. 4. per totum.* de appellatione à ſecunda revocatoria, & ſic concludere poteris, appellationi interjectæ à revocatoria, & declaratoria exceſſus commiſſionis lata in favorem prioris appellantis ab illo, ſi non deferatur, vim nullam fieri, declarabitur in ſenatu, causámque iterum ſibi remittendam, ut ad executionem ejus queat devenire, quoniam etiam iſti adverſus quem fertur revocatoria, ſemel appellare, pariter permittatur, ut dictum eſt, quoad devolutivum intelligi, non etiam quoad ſuſpenſivum, quod verum arbitror, ex diſparitate rationis.

Ex hactenus adductis in diſcurſu hujus c. in illam in- 222
cidimus difficultatem, in qua nonnullos doctos viros lapſos vidi: an ad revocationem ſeu repoſitionem exceſſus ſit neceſſaria appellatio, in quo regulariter ne- 223
ceſſariam non eſſe, affirmandum eſt, ſiquidem latè diſſolvimus, tria eſſe deſcripta remedia pro exceſſus repoſitione, nullitas, querela, & appellatio, ſicut in cæteris actibus judicialibus, & extrajudicialibus, qui poſſunt revocari per viam juris, ſeu juſtitiæ, aut injuſtitiæ, ſcilicet, per remedia ordinaria actione contractus, ſeu appellationis (ſingula ſingulis applicata) adeò ut interim, dum diſceptatur ſuper uno remedio, ſcilicet,

nullitatis

nullitatis propositæ contra sententiam non currunt tempora ad appellandum, ut latiùs suprà diximushoc capite à n. 130. itaque utro velit pars remedio uti, liberè poterit, uberius tamen in hoc casu erit appellationis, ut statim probabimus.

224 Et quòd ad repositionem excessus, appellatio regulariter non sit de necessitate proponenda, indissolubili probatur fundamento de necessitate etenim, & essentia appellationis est,de minore ad majorem provocare *cap. anteriorum 2.q.6.l.1.§ si quis in appellat. ff. de app.* adeò
225 ut appellatio interposita à majori judice ad minorem, vitiatur ipso jure adeò ut consuetudine non id introduci possit,ut ex Nicell. Card. Jacob. Fel. Marant.Rebuff.Decio Mandos. Marches.& aliis pluribus resolvit & prosequitur latè Esc.*tr.de app.q.2.n.5.cum seqq.& su-*
226 *prà à n.* 1. sed judex ordinarius, qui in causa delegata minor est Principis delegato, *c.sanè* 11. *de off. deleg.cap. pastor.de offic.* at ordinarius potest omni jure reponere, & revocare excessum gestum per eundem delegatum
227 Principis, prout latiùs infrà probabimus. *hac.4. p.c.4. per totum.* ergo de primo ad ultimum fatendum est, ut
228 ad repositionem excessus non sit necessaria appellatio, sed aliter per viam querelæ & nullitatis possit reponi, ut dictum est.

229 Unum tamen erit animadvertendum, quòd licèt non sit necesse appellare ab excessu, quia est nullitas, tamen utilius erit in hoc articulo appellationem ab eo interponere ad hunc effectum, ut executor ulteriùs de facto non procedat ad excessus actualem executionem, quam doctrinam mirabilem tradidere Hostiens. quem referens sequitur Abbas Panorm. *in c.quoad consultationem.n.*26. quem vide,quia mirabiliter loquitur, & Anton. de Butr. *ibi n.*15. *de re judicata,* sequitur Cæsar.Contard. *in l.unica,limit.*19.*ratione excessus.n.*38.39. & 40.*C.si de mom.poss.*& per Abb. idem firmat Vincentius Caroc. *in tract.de exception.exceptione* 44. *num.* 93. *prope fin.*

Et ratio est evidens, etenim nullitas de per se, &
230 simpliciter proposita, sive principaliter, sive incidenter & per viam exceptionis : non operatur sententiæ suspensionem,nec impedit ejus executionem. Rot.*dec.* 30. *alias* 280. *licèt per viam de except. in novis*, & post alios Franc. *in c. dilecto.* 63. *n.*32.*q.*10. Card. Alex. *n.*66. & in specie *n.* 72.73. & 74.*de appell.* Vant. *tract.de null. rubr.quot.& quibus mod.null.*&c. *sub n.*29.*fol.*180. Vitalli. *tr.de claus. nihil novari at pell.pendent.in pr.& n.*1. Cæsar.Contard. *in l.uni. limit.*7. *sub n.*17.& 19.*C.si de momen.poss.*Rebuff. *tract.de sent.provis.art.*1.*gloss.*9.*n.*7.*to.*1. hancque communem latè prosequitur, & defendit Lancelotus Robert.*de attent.*2.*p.c.*17.*n.*17.18.19.*& seqq.*
231 & esse veriorem,& communiorem testatur. *ibi num.*32. Escac.*de app.q.*19. *rem.*1. *concl.*4. *à num.*1.*cum seqq.* ubi ampliat, & limitat, qui loquuntur in nullitate & querela principaliter, & per viam actionis in judicium deducta.

Et quòd idem sit,quando proponatur per viam ex-
232 ceptionis & incidenter probant Card. Alex. *in c.dilect. 63.n.*71. *vers.facite ergo regulam negativam, de app.* Corneus. *cons.* 208. *in hac consultatione n.* 2. *vers.sed his non obstantibus,& n.*3.*lib.*3. Socin. *reg.*121. *exceptio nullitatis.* Rip.*in l.*4.§. *condemnatum n.*14. *fall.*2.*ff.d.re jud.fol.*36.
233 & Covart.*in practi, q.c.*25.*n.*1.& 2. latè per ampliationes,& limitationes prosequitur Esc. *de app.q.*19. *rem.*1. *concl.*5.*à n.*1.qui.*n.*23. *& seqq.* limitat in nullitate notoria,& evidenti ex actis & in nullitate sententiæ irretractabilis, & in nullitate ex defectu jurisdictionis.

234 Ejusdem etiam naturæ & effectus est nullitas & excessus per querelam deductus, ut non suspendat, quia idem quod de nullitate diximus, locum habet in querela, ita probat. Esc. *tract.de app.q.*19.*rem.*3.*sub n.* 3. ubi etiam reddit rationem, quia paria sunt dicere de nullitate,& adire per viam querelæ, secundùm Fel. *in c. literis 9.sub n.*5. *declar.*4. *vers.& nota de off. & potest. jud.*
235 *deleg.* ita etiam querela eundem effectum operatur, quod supplicatio, quemadmodum ista non suspendit effectum executionis, ita nec querela; latiùs post alios
236 prosequitur ipse. Esc. *ibi n.*30. *cum n.*27.

237 At quando excessus, & nullitas deducitur simul cum appellatione, seu per viam appellationis, tunc indubiè impedit executionem sententiæ. Vantius. *in tr.de nulli. rub.quot.& quib.mod.nullitas,*&c. *n.*34.*vers.prout etiam, n.*380. Lancel.*tra.de attent.*2.*p.c.*17.*sub lim.*2.*n.*28. Cæs. Contar. *in l.uni.lim.*7. *n.*53. *vers.cautius,& n.*54. *C si de*
238 *mom.poss.* Esc. *de app.q.*19.*rem.*1.*concl.*4.*nu.*92. qui probant tunc dici attentata, & ut talia esse omnia revocanda. Covar. *in pract.q.q.*24.*sub n.*8.*vers.sed & verum.* Phil.Franc.*in c. dilecto.sub n.*2. *q.*10.*de app.* qui reddunt rationem, præcipuè Vanti. Esc.Contar.& Lancel,quia nullitas sic proposita assumit vires, & naturam appel-
239 lationis, ejusque natura vestitur : & quòd per viam appellationis deductus excessus suspendat executionem est text. expressus *in l. ab executione,* ibi,à quo si fuerit appellatum executione suspensa, putamus,*&c.(quorum appell. non recip.*)& ex nonnullis Doctoribus probavimus suprà hoc eodem. *c.* 3.

Maximè, quia à sententia nulla potest appellari, se-
240 cundùm magis communem receptionem,& magis practicabilem opinionem, ut tenent Innoc.& Joan. Andr. quos refert & sequitur Philip.Franc.*in c.dilecto* 63.*q.*7. *sub n.*15.*de app.* communem dicit Raph.Cum.*in l.si ex. presium.n.*19.*ff.de app.* Alex. *cons.*59.*visis tit.sub n.*16.*lib.* 4.de communi testatur Brededo.*tract.de app.p.*1.*tit.*12. *col.*38.*liter.D.vers.contrarium.*latè prosequitur elegantérque Esc. *de app. q.*17. *limit.*19. *per totam.fol.*455. & ex text.*in d.c.si expressim,& d. l.ab executore.ff.de app. recip.* quia non est sublata facultas appellandi,sed necessitas,
241 & de pluribus mirabilibus effectibus hujus appellationis videndus Escacia, post multos Doctores *ubi proxime à num.* 8.

242 Ex quibus quidem evidenter apparet præcisam non esse appellationem ad revocandum excessum, tamen utilius esse, præstantiusque remedium, ut appellatione ab eo ad effectum suspendendi, maximè cùm omnino necessaria sit, ad hoc ut possit oppressus per viam violentiæ recurrere ad Senatum Regium pro delatione,& repositione,cùm aliter non possit deficiente præciso, & legitimo fundamento, ut nos latiùs sæpe diximus, & superiùs hoc capite, & quòd à sententia seu actu nullo liceat appellari, vide quæ nos latiùs suprà. 3.*p. c.* 9.*à n.*223.

243 Prædicta tamen nostra resolutio, ut appellatio ab excessu non sit necessaria (cùm sit nullitas) fallit in excessu executionis ratione causæ; qui talis est quando excluditur exceptio admittenda,vel admittitur rejicienda(juxta ea,quæ latiùs non diximus hac.4.*p.c.*7.*à pr.*) ut probat Cæsar. Contard. *in repet.uni.lim.*19.*ratione excessus sub n.*5.*C si de momem. poss.*) quia, si executioni legitimam exceptionem oppositam executor rejiciat,pars omnino debet ab hoc excessu appellare,aliàs
244 transiret in rem judicatam, quia hujusmodi excessus & rejectio fit contra jus litigatoris,non contra jus constitutionis:& jus publicum,ita eleganter docet,& distinguit Abb.Panormit.*in d.c. quoad consultationem, in.*24. *ad fin.& n.*25.*de sent.& re jud.* Paul. Castrens. *cons.*288. *in pr.lib.*1.quos referens sequitur Cæs.Contard. *in d.l. uni.d.lim.*19.*sub n.*6. Abb.autem.*ubi suprà,* bene loquitur videndus.

Hinc etiam est,quòd pulchre dicunt Felin.*in c.pasto-*
245 *ral.*§.*quia verò num.*17.*vers.executor meritò, de offic. deleg.* post Abb. *in c. de cætero, col* 4. *in fin.*5. *vers.posset tamen sic distingui, de re jud.* quòd si fuisset oppositum executioni de nullitate sententiæ patente ex actis, & à rejectione non appellaverit opponens, non poterit postmodum illam iterum opponere, & sibi imputet, qui

qui tunc non appellante, sequitur Afflict. *in constit. Regni in proœmio post prælud. n.* 52. Gratian. *discept. forens. c.* 146. *num.* 8.

246 Pro qua facit ratio, quam reddunt DD. firmantes ordinis omissionem respicientis utilitatem partis dumtaxat: non reddere nullam executionem, sed permittere parti appellationem, ut post alios latè Gratia. *discept. foren. c.* 353. *n.*13. & nos alibi diximus suo loco.

Faciunt etiam plurimæ doctrinæ adductæ per Hier. Gonz. *in reg. de alter. gl.*56. *à n.*48. *usque ad* 109. & Gratia. *c.* 301. *à n.*40. qui *n.*44. post Aymon. *cons.*248. *n.*2. 3. & 4. dicens, quòd non sufficit opponere, seu contra-

247dicere exceptionem oppositam, nisi etiam à receptione per judicem opponens appellet, pulchrè & latiùs Fel. *in cap. inter monasterium sub n.*23. *col.*14. *vers. tempora tamen usque ad fi. de re jud.* Aret. *in l. naturaliter. §. nihil com-*

248*mune de acq. poss.* ideo per doctrinam hujus limitationis temperanda est omnino regula, à nobis suprà posita hoc capite, ut excessus executionis sit nullitas, ut non procedat in hoc genere excessus ratione causæ, hoc est, exceptionis non admissæ, quia tunc excipiens omnimodo tenetur appellare.

CAPUT IV.

Pro executoris excessus repositione, & appellationis cognitione, judex quis competens adeundus, & an ab ordinario Ecclesiastico reponere volente excessum, factum ab executore Apostolico, seu alterius judicis superioris; appellationi interjectæ haud deferens, an vim faciat?

SUMMARIUM.

Ab executore non appellatur nisi claustra & limites commissionis excedat, & tunc nisi semel, n. 1.

Ab excessu appellatio ad superiorem mandantem proponenda est, num. 2.

Cognitio an sit excessum à commissione, spectat judici à quo emanavit commissio, num. 3.

Executor alium executor Papæ si nudi facti executionem alicui committat, & is excedat, potest de excessu cognoscere, num. 4.

Sententiam à se latam si idem judex exequatur nuntio misso ab eo excedente mandatum, ad judicem mandantem pro repositione recurrendum est, num. 5.

Nuntio exequente prout in mandato, erit recurrendum ad mandantis superiorem, & de ratione, n. 6.

A judice requisito excedente in executione ad quem sit recurrendum & appellandum, n. 7 *remissive.*

Appellationi à superiore mandante cognoscere de excessu executoris sui non esse deferendum, n. 8.

Ab ordinario reponere volente excessum executoris Romanæ Curiæ appellationi emissæ an sit deferendum? n. 9.

Executoris potestas commissionis tenore est circumducta, quæ tantum valet quantum sonat, n. 10.

Executori intelligitur prohibitum omne illud quod claustra commissionis excedit, num. 11.

Potestas sententia executori commissa certis finibus concluditur, num. 12.

Executor Superioris in excessum remanet privatus & subjectus correctioni jurisdictionis ordinariæ, n. 13.

Executor Superioris quantum commissionis limites egreditur, tantum a Deus scilicet Ordinarii intrat, n. 14.

Judices ordinarii non debent permittere executoribus Principis extra modum exequi & Vasallos cedere, n. 15.

Executoribus excedentibus modum executionis resistere licet cuilibet privato, n. 16.

Excedentes claustra & limites virtutis intrant potestatem Dæmonis, num. 18.

Executor Principis licet sit major ordinario, in causa commissa tamen excedens, privatus reputatur & ordinario inferior, cui resistere potest & excessum reponere, num. 18.

Executori Papæ etiam mero excedenti potest Ordinarius resistere & quilibet alius, num. 19.

Executori procedenti in negotio sibi specialiter non commisso, potest judex ordinarius & quilibet alius resistere, num. 20.

Subexecutori Auditoris Cameræ dato ad exequendum pensionem in partibus, potest Ordinarius resistere & oppressum defendere, num. 21.

Executor inordinatè procedens & excedendo dicitur spoliare, cui ut privato licet resistere, num. 22.

Judex inordinatè procedens & extrajudicialiter, facit injuriam, & ut privatus convenitur, n. 23.

Quod obtinet in judice incompetente procedente etiam servato juris ordine, n. 24.

Et etiamsi competens nulliter non procedat, n. 25.

Executorem excedentem mandatum tanquam superiori inobedientem posse punire ordinarium, n. 26.

Contra executoris ministros & tabelliones excedentes salarium in commissione vel lege taxatum, posse ordinarium procedere ut excessum restituant, n. 27.

Executorem delinquentem extra commissionem indubitè potest ordinarius incarcerare & punire, n. 28.

Suprema Regia tribunalia vix permittunt suos ministros etiam excedentes ab ordinariis corripi, n. 29.

In judiciis Ecclesiasticis ordinarius reponit excessum executoris ob maximam difficultatem adeundi superiorem, num. 30.

Propter difficultatem recurrendi ad Superiorem, libet juris rigorem transgredi, n. 31.

Ab ordinario volente reponere excessum executoris etiam Apostolicæ appellationi emissæ non esse deferendum, num. 32.

Judex superior de excessu executionis cognoscens sive per viam querelæ, sive appellationis, non potest se intromittere in negotio principali, sed an sit excessus, vel non dumtaxat, num. 33.

Superior cognoturus de executore excedente ob non admissas legitimas exceptiones, non potest cognoscere de causa principali, sed dumtaxat an jure sint rejectæ, vel non, num. 34.

Judex superior cognoturus de appellatione à nullitate sententiæ, non potest cognoscere de justitia aut injustitia ipsius sententiæ, num. 35.

Superior cum non possit nisi super nullitate sententiæ in rem judicatam transactæ adiri, non potest de injustitia cognoscere, quia nullam acquirit jurisdictionem, num. 36.

Super excessu superior aditus non super simplici injustitia, non poterit de ea cognoscere, cum in libello contenta non sit, num. 37.

Excessus est articulus separatus ab executione & executorialibus, num. 38.

Commissio super appellatione ab excessu ad illum dumtaxat restringitur, ac etiam omnes ejus clausulæ suspensivæ & inhibitio, num. 39.

Excessus contractuum guarentigium non tangit, & ideo simplex commissio datur super appellatione ab eo, n. 40.

A cujus judicis facto appelletur est attendendum, ut sciatur quis judex pro repositione excessus & gravaminis sit adeundus, num. 41.

A judice qui sententiam tulit exequente si appellatur, erit recurrendum ad ipsius superiorem, num. 42.

A nuntio judicis exequentis adimplente tamen mandatum limitatum, non ad mandantem sed ejus superiorem appellatur, num. 43.

Nuntius qui exequitur prout in mandato, non est qui gra-

vat, sed mandans cui excessus & gravamen attribuitur, n. 44.

Quod procedit quando appellatur specificè à facto judicis committentis, non simpliciter à facto executoris & nuntii, n. 45.

Si appellatur à judice requisito exequente pro gravamine excessus requirentis, non ad istum, sed ejus superiorem erit recurrendum, n. 46.

Judex requisitus præstando auxilium facti petiti pro executione, non est qui gravat, & sic ad superiorem requirentis erit appellandum, num. 47. *redditur exemplum.*

Ab executore seu nuntio excedente limites mandatæ executionis, appellatur ad judicem mandantem, numero 48.

A judice requisito pro executione sententiæ excedente mandatum, an ad requirentem vel superiorem requisiti sit ab excessu appellandum, n. 49.

A judice requisito exequente jure proprio gravante appellatur ad illius superiorem, n. 50.

Judex requisitus pro executione sententiæ à judice alterius territorii latæ dicitur delegatus & executor, & ad requirentem appellatur ab ejus excessu, n. 51.

A judice Ecclesiastico cujus officium imploratur pro executione lata à seculari, ad quem appellandum, num. 52.

1 CUM ab executore nō aliter appellari posset nisi claustra, ac limites suæ commissionis excedente & tunc nisi semel unicuique parti permitti; satis usque ad refectionem proximo præcedenti capitulo dixerimus, quis pro excessus repositione appellationis virtute sit adeundus, nunc tractemus. Quod & brevibus absolvendum, cùm apud omnes hoc saltim recept 2 ssimum sit, quod ab executore excedentes fines mandatæ commissionis suæ ad superiorem mandantem appellatio interponenda sit, cogniturum de excessu (ex actorum inspectione ut ibi dixi) ad effectum reponendi ante omnia, probant optimè Abb. *in c. quoad consultationem n.* 28. *vers. sed quæro ad quem appellabitur de sententia & de verb.* Rebuff. *in tr. de sentent. execut. art.* 7. *gl.* 3 13. *n.* 1. *tom.* 1. *fol.* 377. Fel. *in c. pastoralis* §. *præterea in pr. de off. & potest. jud. deleg.* Alexand. *cons.* 95. *lib.* 2. Beroi. *cons.* 32. *n.* 18. *lib* 3. Lancel. Rober. *de attent.* 2. *part. c.* 12. *lim.* 53. *n.* 29. dicentes, quòd cognitio, an modus in exequendo fuerit excessus, spectat ad judicem, à quo scilicet, emanavit commissio, Escac. *in tr. de app. q.* 17. *lim.* 10. *à n.* 67. ubi infert, ex hoc, quòd si judex datus à Papa ad exequendam rem judicatam, & is committat 4 nuntiis seu, subsecutoribus executionem meri, nudique facti, si isti excedant, erit recurrendum ad ipsum judicem delegatum, qui etiam Abb. & Rebuff. idem esse affirmant in nuntiis, & aguacellis missis ab eodem met 5 judice, qui tulit sententiam, illam exequente; quoniam si ipsi excedant modum mandati, ad ipsum judicem mandantem erit recurrendum, ut secus sit quando nuntii exequuntur prout habent in mandatis, non gravando, non excedendo fines ejus, quia tunc reputatur fac- 6 tum judicis mandantis, ideò non ad ipsum, sed ad superiorem mandantis appellandum erit.

7 Quando autem ipse judex ordinarius qui sententiam tulit exequitur eam, vel quando judex alterius territorii cujus officium pro executione imploratur, seu in auxilium defectus jurisdictionis, seu ad literas requisitorias, ad quem sit recurrendum & appellandum, ab eorum excessibus, & gravaminibus, an ad eorum superiores, vel ad requirentes, videre potes apud eosdem, latè tractantes per distinctiones, & consule insuper Bar. & reliquos *in l. ab executore ff. de app. & in l. à divo Pio, in prin. ff. de re jud.* ad quos se remittit etiam Parlador. *lib.* 2. *rerum quot. c.* 2. *p.* § 3. *n.* 6. & nos latiùs inferiùs *a n.* 41.

Ex quo infero, quòd si appelletur à superiore exe- 8 cutoris excedentis cognoscente de excessu ex capite incompetentiæ & defectus jurisdictionis, non esse deferendum, & vim non fieri, erit declarandum, cùm ipse de eo cognoscere rectè possit regulariter (ut nos infrà *a num.* 41.)

Quid autem sit dicendum, quando ab ordinario re- 9 ponente excessum executoris Romanæ Curiæ, Nuntii Apostolici, aut alterius Ecclesiastici superioris judicis, appellatio interponatur, an vim facere dicetur, si ei minimè detulerit, tanquam nulliter procedens ex defectu potestatis, & jurisdictionis in quo vim nullam fecisse, declarandum censeo, cùm ad hoc tibi sit à jure attributa potestas, nec sit sua suspensa jurisdictio, eo quòd sit ordinaria & minor; quæ per excessum jam su- 10 spensionem evasit, enimverò executor adeò limitatam & circumductam habet suam potestatem, ac jurisdictionem commissionis tenore, cùm tantum valeat; quantum sonet: ut omne illud quod ejus claustra, fines, limites, & regulam egreditur, sibi stat prohibitum omnino, Petrus de Ancara *cons.* 207. *in q. col.* 2. Angel. *cons.* 138. *visis col.* 2. Vantius post alios *in tract. de nullit. sent. ex def. jur. delegat.* 9. optime Bobadilla *in polit. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 98. maximè cum potestas sententiæ, quę executori exequendæ committitur, certis finibus, & limitibus concludatur, text. *in l. ex stipulatione*, ibi, cùm potestatem sententiæ certis finibus concludi, sæpe constitutum sit. (text. *in l. post sententiam*, ibi, post sententiam, quæ finibus certis concluditur,) *C. de sent. & interloc. omn. jud.* ergo sub illis executor debet contineri, & concludi, cùm ejus tenore 11 cogatur præcisè servare, text. *in l. actorum verbis* ibi tenore sententiæ perseverante, [*ff. de re judicat.* & alia jura adducta. *c. præcedenti à n.* 44. remaneatque sine potestate; non executor, non judex,] ut diximus *c. præcedenti à n.* 56.] sed privatus, sub jurisdictione ordinarii, ejus censuræ, & coërcitioni remissus. Quæritò enim executor proprios cō- 12 missionis limites egreditur, tantùm alienos, ordinarii nempe, incipit intrare, & illius jurisdictioni eodem pa- 13 su subjectus remanere; iste est text. elegans, & expressus, *in l. si contra.* ibi, contra nostra præcepta si quisquam 14 vetito, ac temerario ausu exercere audebit, licebit provinciæ moderatori, eundem correptum ad sublimitatis tuæ judicium sub prosecutione dirigere, & licebit provinciali, si probetur obnoxius executor, contra veritam exactionem sibi vindicans temeritatem, legitimè repellere, &c.] *C. de executor. & exact. l.* 2. 12. *Auctoritatis Principum*, §. *in re compertas*, ubi dicitur, ut ordinarii judices non permittant executoribus à curia imperiali 15 missis injustè, & ultra modum aliquid exequi, nec in aliquo suos subditos lædere, *autentic. judices sine quoquo suffrag.* §. *volumus*, conducunt plures doctrinæ adductæ, *Lac.* 4. *p. c.* 3. *à d. n.* 56. imò cuilibet privato permittitur talibus executoribus, ultra modum exequentibus, ac formam mandati excedentibus, de facto resistere, *l. prohibitum, & l. defensionis*, 16 *alterius, C. de jure fisci. lib.* 10. *l. omnes, la.* 1. *de decurionat.*, *eodem lib. l. his quidem, C. qui militare non possunt l.* 12. *& l. decurum Cod. de veteratis lib.* 12. *l. quoniam judices*, & ibi Bal. *C. de app.* text. *in c. jud.* 3. *p.* 1. *c. priusquam* 28. *d.* ergo multo magis judex ordinarius executores quos excedentes reperit in suo districtu, & jurisdictione. Pro quo facit illud divi Gregorii *lib.* 6. *moralium*: Fiunt, inquit, enim subitò & improvisò fulgura, quos autem extra domos pœnitentiæ 17 reperiunt vagantes per agros vanitatis vitæ præsentis putrescentes, descendit super eos repentinæ mortis tempestas, & subitò extinguuntur, & à dæmonibus eis insidiantibus rapiuntur in hora mortis, *&c.*] quasi dicat, excedentes & egredientes limites, claustraque virtutis, intrant potestatem dæmonis statim.

Et insuper quòd judex ordinarius possit coërcere, 18 & reponere excessum factum ab executore misso à

Princi

Principe, seu alio quovis superiori, quia licèt executor ipse, quatenus attinet ad suam commissionem & intrà ejus limites, sit ordinario major, ac superior: attamen constito de excessu, cùm ejus respectu nec reputatur justitiæ minister superior, nec executor, sed privata quædam persona ordinario inferior, potest illi ordinarius inhibere, & resistere, & excellum reponere, gl. B. & Doctores *in d. l. qui contra. & in d. l. prohibitum, C. nobilissimus* 97. *d.* glos. *in c. si verbo expensis, de rescript. lib. 6.* Joan. Andr. *in c. fin. de rescript. in novel.* Archid. *in c. si eo tempore, de rescrip. in* 6. Abb. & alii, quos referens sequitur Aviles *in c. 1. prætor. gl. mandando n. 32. & seqq.* Card. Zaba. *in clem. n. 16. vers. item non debet de off. ordin. & in clem. 2. super verbo notarii n. 2. de hæreticis.* Alex. ad Bar. *in d. l. prohibitum.* Puteus *de Syndic. verbo resistentia, c. 1. num. 3. ad fin.* decisio Capell. Tholos. 423. & ibi singularis additio Aufrerii. Boërius *quæst. 9. num. 5.* Marant. *de ord. judic. disput. 1. per totam.* Avenda. *in c. 2. prætor. n. 12. & in c. 11. num. 9.* Duenas *in regul. 190. ampliat 8. & 11. reg. 191. ampliatione 4.* Aufrer. *in clem. 1. nu. 107. & 109. de off. ordin.* Socin. *cons. 83. pro clariori n. 19. vol. 4* Placa *de delictis lib. 1. c. 28. num. 9.* Mexia *super leg. Toleti. 2. fun. 11. p. n. 30. & seq. fol. 106.* Azeved. *in l. 31. tit. 6. lib. 3. recopil.*

19 Et hinc est, quòd executor etiam merus à Pontifice missus, si excedat, potest ei judex, & quilibet alius resistere, tenet in specie Alex. ad Bart. *in d. l. prohibitum, C. de jure fisci lib. 10* Bobadill. *in polit. lib. 2. c. 21. n. 109. sub litera C*, quibus etiam & non parum pertinet, quòd executori procedenti in negotio sibi minimè specialiter commisso, cum respectu illius negotii, non habeat jurisdictionem, potest de facto, judex, vel privatus resistere, ita dicit Abb. *in c. si quando in 2. nota.* referens Innocen. *de rescrip.* Bart. *in extravag. qui sint rebelles,* super glos. *verbo rebellando, in prin.* Marant. *in disput. 2. num. 35.* & in terminis etiam, quòd quando subexecutor auditoris Cameræ datus in partibus, ad exequendam gratiam pensionis, excedit fines suæ commissionis, possit 21 pars gravata recurrere ad ordinarium, ut eum ab injusta subexecutoris vexatione defendat, protegátque, testantur Guigas *de pensio, q. 70.* Hier. Grat. *cons. 36 per totum lib. 2.* quos sequitur Flores de Mena. *in pract. qq. 12. num. 45.*

Et insuper etiam probatur, quoniam executor, qui sub suæ commissionis limitibus, clausróque non continetur, sed ejus limites excedit, in excessu desinit esse judex, executor, ac inordinatè procedit neglecta forma tradita, & efficitur privata quædam persona absque 22 jurisdictione, potestate, & extrajudicialiter procedit, cui liberè impunéque resisti potest, cùm tunc spoliare dicitur, ut privatus quilibet. probant Cynus & Alberi *in l. 2. Cod. si per vim vel alio modo.* Abb. *in c. dilectus filius, ultimo notat.* & ibi Felin. *numer. 1. vers. fallit. 1. de rescrip.* Cardin. Zaba. *cons. 131. colum. ultim. vers. ad secundum, &c.* Brun. *cons. 22. num. 2.* Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune n. 50. de acquir. poss.* Beroi. *in c. conquerente n. 5. & 6. de restitut. spoliat.* Joan. Baptist. Ferr. *cons. 22. n. 4. & 5. & cons. 30. n. 1.* Francisc. Marc. *q. 219. n. 2.* Bernar. Diaz. *in tract. fallen. verbo spoliatus.* Bertran. *cons. 114. nu. 4. lib. 4. & cons. 130. n. 4. lib. 6.* Jacob à S. Georgio *in l. si devi. in fi. de judicis.* Cepola *cons. 19. n. 4.* Ant. Malt. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ampliatione 16. de acquir. poss.* Alciat. *d. præsumpt. regul. 3 in fin.* Decius *in l. ut vim. num. 24 ff. de just. & jur.* Socin. *in tract. fallentia. regul. 442. fall. 2.* Menoch. *de recuper. poss. rem. 8. à num. 8.*

23 Et quoniam quando judex sic procedit extrajudicialiter, & ut privatus committit spolium, & inferre dicitur injuriam, & ut alius quilibet privatus potest conveniri, *l. qui injuriarum, §. qui de jur.* juncta *l. nec Magistratus ff. de injuriis.* Bero. *in d. c. conquerente.* Placa *d. c. 28. n. 9.* Ruin. *cons. 153. in fin. lib. 5.* Cravet. *de antiquit. temper. 4. p. prin. pri. 1. n. 1. & 2.* Afflict. *in constit. Neapol. lib. 1. rubr. 25. num. 36* Menoch. *ubi proximè,* ubi *à n. 13.* post plures probat, hoc idem locum habere in judice 24 incompetente, procedente etiam servato juris ordine, quia is ut privatus procedere dicitur, ex Craveta *consil. 302. n. 4. vers. posset etiam,* procedit enim isthæc doctrina, etiam quando judex ut competens procedit, sed nulliter; ut post infinitos ab eodem Menoch. citatos probat, *n. 19. & seqq.* 25

Imò tenuerunt plures posse ordinarium punire hunc executorem, excedentem formam mandati, non ut delegatum, sed tanquam inobedientem mandato superioris sui, & immemorem ordinis sibi impositi. Innoc. *in c. prudentiam, §. adjecimus, col. fi. ad fi. de off. delegati.* ubi Abb. *in c. fi. de rescript.* Gregor. Lopez. *in 47. glossa otro ninguno tit. 18. p. 3. & gl. in d. §. adjecimus* Bobad. *in polit. lib. 2. c. 21. n. 111. qui num. se.* probat idem in ministris, tabellionibus executorum, excedentibus taxam salarii impositi, & sibi assignati in commissione, aut ultrà à lege promissum, & contra eos ordinarium procedere, ut illa restituant, probat text. *in authen. ut judices sine quoquo suffragio, §. volumus.* Ripa post alios *in c. si quando de rescrip.* Averd. *in c. 2. 1. p.* ubi dicit esse unicas ad hoc *l. 31. tit. 6. lib. 3. & l. 11. tit. 21. lib. 4. recopil.* Azeved. *in d. l. 31. n. 1. & 2.* 26 27

Quæ quidem minùs dubitationem continent in excessibus, & delictis factis ab executore, omnino separatis à sua commissione prout homicidium, stuprum, adulterium, injuria facta eidem ordinario, & similibus; quia tunc ordinarius potest talem executorem incarcerare, & adhibita causæ cognitione, illum coërcere, quemadmodum quemlibet alium inferiorem subditum, *d. aut. de manda. Principum, §. deinde competens, & auth. ut judices sine quoquo suffr. §. volumus.* Petrus Cyn. & Bal. *n. 10. in auth. qua in provincia. C. ubi de crim. agi oport.* Aufrer. *in d. dec. 423.* Boërius *dec. 9. n. 5.* Platea *in l. sive ex prætoriano n. 2. Cod. de execut. lib. 12.* Bellenci. *de charit. sub q. 91. vers. 5.* Joan. de Immol. *in clem. 1. de off. ord.* Belluga *in speculo Principum rubr. 36. §. conquerantur à n. 3.* Greg. Lopez *in l. 15. tit. 1. p. 7. gl. 1. in medio.* Mexia *super d. l. Toleti 2 fund. 11. p. n. 47.* Abb. *in c. sane in 2. num. 3.* Decius 16. Anachara 1. Barba. 2. & alii DD. per text. *ibi de off. delegat.* Henricus *in c. significavit, num. 5. de off. delegati.* 28

Et quamvis suprema tribunalia Regia vix permittant suos ministros delegatos & executores, etiam excedentes cognosci, puniri, ac incarcerari ab ordinariis, ne hac sumpta occasione vilipendantur ministri, & inde executiones impediantur, & injustitiæ ministratio minuatur, ut etiam advertit Bobadil. *in polit. lib. 2 c. 21. à n. 25.* ubi etiam quid facere potest ordinarius, adnotat hoc casu: tamen in judiciis Ecclesiasticis à juris regula, tot juribus, fundamentis, & authoritatibus fulcita, non est recedendum: tum etiam propter difficultatem adeundi superiorem executoris excedentis, qui 30 ut plurimum è longè mittitur, ut sic cùm non de facili potest ad eum recurri, sed cum difficultate interdum magna, ordinarius reponat ex cessum informatus, maximè, quia pro tet difficultatem recurrendi ad superiorem, licitum est, etiam legis rigorem transgredi, multaque permittuntur, quæ aliàs non permitterentur. Redin. *de majest. Princip. fol. 77. n. 41. verbo, sed etiam per legitimos trami.* Innocent. *in c. olim. de rest. spol.* Card. *in clem. 1. n. 16. de off. ord. l. si quis filio. §. hi autem. ff. de in jur. vup.* B. & Doctores *in l. 1. §. si plures, ff. de exercit.* Abb. Felin. & DD. *in c. ex parte de constit.* Aviles *in cap. prator. 1. gl. derechamente n. 22.* Iss. *in l. fi. n. 7. ff. ne vis cui man.* Bal. *in c. qualit. vassal. jura. deb. fidel. in feu.* Ant. de Trigon. *singul. 13. n. 5. & 6.* quos consule pro casibus specialibus. 31

Et sic concludo in hoc articulo quòd ab ordinario judice procedente ad cognitionem, & repositionem

exceſſus illati ab executore, etiam Apoſtolico, appel-
32 lationi emiſſæ per eundem (eo quod careat in hoc ar-
ticulo poteſtate, & jurisdictione) non deferente vim
nullam feciſſe, declarabit ſenatus; cique cauſam remit-
tendam iterum proceſſuro, ex hucuſque probatis.

Illud tamen ſingulare meminiſſe oportebit: ut ſu-
33 perior ad quem pro exceſſus executoris repoſitione re-
curritur per viam appellationis, querelæ, aut nullita-
tis, minimè ſe poteſt intromittere in negotium prin-
cipale, & executionem; ſed illum dumtaxat exceſſum in-
dagare, atque cognoſcere, iſte eſt text. mirabilis *in l. ab
exect. ff. de appell.* qui dum loquitur de appellatione
ab exceſſu commiſſo per executorem ſententiæ perpe-
ram illam interpretando, inquit, ita tamen ut in cau-
ſa appellationis reddenda, hoc ſolum quæratur, an ju-
re interpretatum ſit, id quod etiam Divus Antonin.
reſcripſit. *&c.*) & ibi etiam gl. *verbo, an jure.* Bart. *in ſum-
mario*, & omnes: hoc idem dixit & optimè ſpecula. *in
tit. de appell.* §. *in quibus, ſub num.* 7. citans Alber. Gal.
quem refert Bald. *in additione* dicens, hoc tenuiſſe Alber.
Gal, ipſe *in tit. de appell. verſ. ult.* confirmantes quòd
quando appellatur ab executore excedente eo quòd re-
jecit admittendas, & legitimas exceptiones in via exe-
cutiva, ſuperior judex de hujuſmodi appellatione cog-
niturus non poteſt cognoſcere de meritis principalis
cauſæ, ſed cognoſcet de exceptione tantum, an jure vel
34 injuria fuerit rejecta, & in terminis noſtris ut à judice
requiſito, à cujus exceſſu appellatur, ut ſuperior non
poſſit cognoſcere, niſi articulum exceſſus, nec poſſit
appellans aliam cauſam addere; tenent Guido Papæ,
quæſt. 574. *n.* 2. Vincent. Caroc. *exceptio.* 65. *n.* 4.

Quod comprobatur ex eo, quòd de cæteris appella-
tionibus ſimpliciter interpoſitis ſuper cauſa nullitatis
ſententiæ dumtaxat ut judex ſuperior non poterit in
iſta appellatione cognoſcere de injuſtitia ſententiæ,
35 de cujus nullitate tantùm agitur, ſed ſolùm ſuper ea:
ita tenet Philip. Franc. *in c. directè num.* 11. *de appell.*
referens ſequitur Eſcacia *de appell. quæſt.* 17. *lim.* 1. *n.* 56.
qui reddunt rationem, quia cùm iſte judex poſſit adiri
dumtaxat ſuper nullitate ſententiæ, ita nec poterit ni-
ſi de ea cognoſcere, quia non eſt ſuper injuſtitia ſim-
plici aditus, nec eſt hoc petitum & ſic judex appel-
36 lationis ſuper ea non acquirit juriſdictionem, opti-
me Bal. *in l. ſi ut proponis.* 4. *C. quomodo & quando judex.*
Franc. *in c. dilecto* 63. *q* 10. *ſub n.* 24. *verſ. ſed adverte quia.*
Bal. *de appell.* Eſcacia *de appell. q.* 11. *n.* 129. ergo idem
dicendum erit in hoc caſu, quòd tum ſuper nullitate
& exceſſu non de ſimplici gravamine, & injuſtitia ſit
37 dumtaxat aditus ſuperior, minimè poterit ſe intromit-
tere ultra contentum in libello, non conſentiēte partes

38 Ex eo etiam fulcitur quoniam exceſſus eſt articulus
ſeparatus ab executione, & executorialibus. Bal. *in d.
l. ab executore num.* 2. Galleſ. *in tract. de obli. camer. tit.
de liquid. c. ex dictis n.* 11. Marqueſa. *in tr. de commiſſ.* 1. *p.
cap.* 24. *n.* 28. *in fin. & num. ſeq.* ubi dicit, quod hujuſmodi
commiſſio ſuper appellatione ab executionis exceſſu
conceditur in Curia ſpecialiter de exceſſu; quare om-
nes aliæ clauſulæ ex quibus turbaris impediri, ſuſpen-
39 di aut retardari poſſet in aliquo executio negotii prin-
cipalis commiſſa, delendæ ſunt prout delentur; nam
cùm iſte prætenſus exceſſus commiſſionis non repu-
gnet, nec contradicat ſententiæ, & executorialibus,
commiſſio hæc, ac per conſequens inhibitio ejus vi-
gore emananda, & decernenda per ſecundum execu-
torem, cui dirigitur, venit reſtringenda, & arctanda
ad præfatum exceſſum dumtaxat citat ad id doctrinam
Saliceti *in l. ab executione nu.* 13. & Bart. *in l. ab execu-
tore n.* 14. quibus adjunge quæ diximus *ſuprà cap.* 3. 3.
p. in princ. a n. 15. *cum ſeqq.* & ſurſum: facit quod latè *ſu-
prà hac* 4 *p. c.* 3. *verſ.* ac inſuper executor, qui executo-
riales ex edit *à num.* 65. *cum ſeqq.*

40 Facit etiam doctrina ipſius Marqueſ. *tract. de com-
miſſio. 1. p. cap.* 16. *à num.* 59. *fol.* 17. ubi dicit, quamvis
adſit Cameralis obligationis executio, ſi tamen ab
exceſſu appellari contigerit, latæ commiſſio ſimplex,
quia eſt exceſſus contractum non tangens, nec obli-
gationem prædictam, ſecundùm Bal. *in l.* 2. *in fin. ff. de
executione re jud.* Plotus *in l. ſolutum. fin. verſ. nota. C.
de bonis vacant.* Bart. *in l. ab executore num.* 13. *ff. de ap-
pell.* Iſſ. *in l. properandum §. ſin autem. num.* 25. *C. de jud.
dictis*, & quòd exceſſus executoris quid diverſum, di-
ſtinctum ſit, & ſeparatum à commiſſione, & juriſdic-
tione mandata, probat Caſtell. à Bobad. *in polit. lib.* 2.
cap. 21. *ſub num.* 69. De quo etiam vide infrà *cap.* 14. *à
n.* 204. *cum ſeqq.*

Ultimò pro neceſſario complemento hujus materiæ 41
illud utiliſſimum non erit omittendum, ad quem nam-
que judicem erit appellandum ab exceſſu executionis,
ut ei tanquam legitimæ propoſitæ ſit undique defe-
dum, & licet ad princ. hujus c. aliquid obiter tetigi-
mus; tamen in hac difficultate duæ concluſiones cum
ſuis illationibus, ſeu exemplificantibus proponendæ
ſunt, quæ fundantur in illa doctrina præ oculis haben-
da, è ejus judicis facto & gravamine appellatio pro-
rumpatur: ut ad illius ſuperiorem ſit recurrendum pro
illius proſecutione, & gravaminis repoſitione.

Quo ſuppoſito prima erit concluſio, quod ſi ipſe- 42
met executor qui tulit ſententiam, exequatur, ab ejuſ-
que exceſſu, & gravamine contingat appellari, abſque
dubio erit appellandum ad ejuſdem judicis ſuperiorem,
ita poſt Bar. *in l. à divo Pio.* §. *ſentent. Roma. ff. de re jud.
& in l. ab executore. ff. de appell.* probant. Abb. *in c. quoad
conſultationem n.* 28. *in princ. ff. de ſent. & re jud.* Rebuff.
in tract. de ſent. execut. art. 7. *gl.* 13. *n.* 3. *verſ. fallit. tom.* 1.
folio 378. Eſcacia *tract. de appellat. quæſt.* 17. *limit.* 10.
num. 67.

Ex hac veriſſima concluſione primò infertur, quòd 43
ſi ipſe judex non per ſe ipſum exequatur, ſed per ſuum
nuntium, & nudum miniſtrum, cui dedit certum, &
limitatum mandatum, quod nuntius ipſe non exce-
dit, ſed ad unguem adimpletur, tunc ſi condemnatus
ex mandato ſenſerit ſe gravatum, à tali gravamine, &
exceſſu erit appellandum, non ad judicem, qui com-
miſit executionem, ſed ad ejus ſuperiorem, quia fac-
tum per hunc nuntium executorem, tangit judicem
committentem, illique attribuitur, non gerenti; quia
iſte non eſt qui gravat, ſed judex qui commiſit, ita do- 44
cet Bart. *in l. ab execut. colum.* 2. *ff. de appell.* pulchrè Re-
buf. *ubi proximè, ſub num.* 3. *verſ. fallit quando*, bene
etiam probat Ab. Panor. *in d. c. quoad conſultation. ſub
n.* 28. *verſ. primo caſu, aut nuncius exequitur*, Eſcacia *ubi
proximè ſub nu.* 67. quam doctrinam pulchrè temperat
Rebuf. *ubi proximè d. num.* 3. *ad fin.* ut procedat, quan- 45
do appellatur à commiſſione & ſpecificè à facto ipſius
judicis committentis, ſecus autem quando ſimpliciter
appellatur ab executore, & nuntio, ideóque debere
appellari à commiſſione & ab inde ſequutis, ſi rectè
ſit appellandum, advertit Rebuff. *ibi*, atque etiam te-
ſtatur, ita cenſuiſſe Senatum anno 1540. die Novem-
bris quæ doctrina vera eſt.

Ex eadem concluſione ſecundò infero, quòd ſi ju- 46
dex qui tulit ſententiam requirit judicem alterius ter-
ritorii, in quo ſita eſt res (juxta ea quæ infrà c. 6) tunc
ipſe requirens ſuo mandato gravet, puta; quia requirit
eum, & mandat, ut priùs exequatur ſententiam in im-
mobilibus, aut juribus, & actionibus & tunc ſi ab hoc
gravamine appelletur, debet appellari non ad ipſum
remittentem, ſed ad ejus ſuperiorem, quia remittens
gravat, & ab ejus facto appellatur, tenet. Ab. *in d. cap.
quoad conſult. verſ. aut alienus judex non exequitur*, tenet
etiam poſt alios Rebuf. *ubi proximè n.* 5. Eſcacia *n.* 68.
verſ. aut gravat judex requirens: quia tunc dicitur
imploratum auxilium facti, ſicque præſtando illud
non excedit fines auxilii petiti, quare ad ſuperiorem 47
judicis

judicis requirentis erit appellandum, qui Doctores illud reddunt exemplum, quòd si judex secularis præstat in executione familiam Episcopo modum excedenti in eadem executione, appellab tur ad Archiepiscopum, vel ad Papam, non autem ad superiorem secularis, &c. quia ipse non gravat, nec à gravamine illato appellatur, tanquam gesto à requisito judice, sed tanquam à gesto per requirentem, cujus imaginem repræsentat, & licèt Ab. *ubi proximè*, dixerit, appellari etiam posse ad superiorem judicis laïci, tamen mihi non placet, nec Escaciæ nuper citato, *num.* 68. *in fin.*

Secunda conclusio sit, quòd quando appellatur à
48 gravamine facto ab executore delegato, seu nuntio, cui commissa est executio sententiæ; puta quia ipse executor excedit fines mandati, tunc ad ipsum judicem delegantem, seu committentem executionem appellandum est, ita Ab. *ubi suprà*, tradit B. *in l. à D. Pio*, § 2. *in fin. ff. de re jud.* per quem & per *l. arbi.* secundum unam lecturam, *ff. qui satisf. cog.* tenet Rebuff. *in tract. de sent. execut. art.* 7. *gloss.* 13. *n.* 2. ubi ita decisum fuisse in facti contingentia, testatur, sequitur Escacia *de appellat q.* 17. *limit.* 10. *sub n.* 97. *vers. secus si nuntius seu executor.* Fel. *in c. pastoral* §. *præterea in princ. de off. & potest. jud. deleg.* Alex. *consil.* 95 *l.* 7. Beroi. *cons.* 32. *n.* 18. *lib.* 4. Lanc. Robert. *de attent.* 1. *part. c.* 12. *limit.* 53. *à num.* 29 & diximus *ad prin. hujus cap.* ubi alia adduximus in comprobationem hujus conclusionis.

49 Hæc tamen conclusio fallit in judice requisito pro executione alicujus sententiæ, quia si ipse excesserit fines mandati, & executionis, non ad judicem requirentem, sed ad superiorem judicis requisiti gravantis erit appellandum, quia appellatur à gravamine, & facto hujus judicis exequentis jure proprio, non ut delegatus alterius judicis, ita sic loquuntur Rebuff. *d. tract. de sent. execut. art.* 7. *gl.* 13. *sub num.* 14. *fol.* 378. sequitur Escacia *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *n.* 68. Rebuff. allegat ad id Iss. & alios.

50 Sed horum Doctorum assertio ex ratione regulanda erit, ita ut sit amplectenda in casu, in quo militat dumtaxat, nempe quando judex exequitur jure proprio juxta terminos text. *in c. Rom. contrahentes de for. comp. l.* 6. scilicet quando ad illum judicem sit contractus executio remissa, quia ad illum spectat, quia tunc jure proprio exequitur, quo casu nihil mirum, ut ad ejus superiorem appelletur, at verò quando judex, qui tulit sententiam, committit executionem facti judici alterius territorii, ubi res existit, super qua executio, seu missio facienda est, tunc iste judex sic requisitus dicitur judex delegatus, & executor sententiæ, & mandati judicis requirentis, ita expressè probant Joan. Ferrar. *in pract. in for. execut. sentent. diffin. sub num.* 14. *fol.* 277. Gratian. *disceptat. for. cap.* 146. *num.* 7. Paz *in*
51 *prax.* 5. *part. tom.* 1. *cap.* 2. *nu.* 10. *fol.* 101. Covar. *in pract. quæst. cap.* 10. *sub n.* 7. *ad med. cap.* 16. *sub. n.* 5. & probat text. *in l. à D. Pio*, §. *sentent. Romæ, & §. si super rebus*, (qui ab illo dependet juxta mirabilem intellectum traditum à Covarruvia *sub d. n.* 5. quem vide) *ff. de re jud.* & sic in hoc casu à ratione cessante, dicendum est, ut ab hujusmodi executoris excessu, cùm procedat ut delegatus; debeat appellari ad judicem requirentem juxta quæ dicunt Doctores in conclusione secunda citati, & hanc interpretationem clarè sentit Abb. Panorm. *in d. c. quoad consultationem num.* 28. *in fin. & n.* 29. eámque videtur etiam tenere Parlad. *lib.* 2. *rer. quotid. cap. fin.* 2. *p.* §. 3. *num.* 6. dum pro resolutione hujus doctrinæ, se remittat ad d. Ab. *ibi*, & satis probatur ex his, quæ suprà in 2. illatione primæ conclusionis, maximè cùm pro hac doctrina juris urget principium, dictans, ut à delegato, sive à Principe, sive ab ordinario inferiori, appelletur ad delegantem, latè prosequitur Escac. *de appell. q.* 8. *à num.* 14. *cum pluribus seq.* cujus articuli resolutio difficilis est.

Salgado de protect. Reg.

Hæc tamen nostra resolutio uno modo fallit, quando Judex sæcularis petens auxilium ab Ecclesiastico pro executione suæ sententiæ, & ipse excedendo interponit auxilium juris, puta excommunicando, quia tunc appellandum est ad superiorem judicis excommunicantis, ut tenent Ab. Rebuf. Escac. *locis proximè citatis*, quia tunc ex ratione puto procedere, quia judex sæcularis non potest de gravamine excommunicationis cognoscere, nec illud revocare.

CAPUT V.

Quid inter se distent, quoad procedendi modum, executor speciei certæ, & executor quantitatis, jurisve incorporalis, & executor facti, hoc est, compulsor ad factum præcisum, & an, & quando ab eis absque citatione procedentibus, seu excedentibus, emissæ appellationi minimè deferentibus, vis fiat?

SUMMARIUM.

Executorialium judicium ab ordine judiciario etiam summario multùm distat, num. 1.

Via executiva est summaria, tamen magis accelerata quàm simplex summarium judicium, n. 2.

In judicio summario agitur an debeatur, in executivo quomodo solvatur, n. 3.

Causa est summaria, ergo executiva: non valet argumentum: causa est executiva, ergo summaria, valet, n. 4.

Judicium cujus sententia exequitur non obstante appellatione non dicitur executivum, num. 5.

Citationem in via executiva non requiri qui teneant, n. 6.

Citationem in executorialium executione requiri qui teneant, num. 7.

Executio quando fit ab eo judice vel ejus executore super eadem re super qua lata est sententia, citationem non requirit, n. 8.

Executio ubi est facta rei, judicis aut litigantis condemnati persona requirit citationem præcisè, n. 9.

In quolibet judicio ubi rei aut personæ datur mutatio. nova citatio præcisa est, etiamsi omnes necessariæ præcesserint, num. 10.

Executio ubi est facienda in persona specialiter non nominata, in executorialibus citatio an necessaria sit, num. 11.

Bona debitoris ubi capienda sunt subhastanda pro executione quantitatis contentæ in sententia, requiritur citatio, num. 12.

De quo executionis statu citatio hæc sit facienda, ibidem. Declara ut, n. 13.

In executorialium executione pro quantitate debet intimari debitori ut solvat, num. 14.

Secus si instrumentum contineat tempus determinatum, quia tunc ipse interpellat, n. 15.

Executio & ejus acta corruunt si omittatur necessaria citatio, num. 16.

Ab executore omittente necessariam citationem appellationi emissæ esse deferendum decernit Senatus Regius, n. 17.

Executor merus is est cui nudum factum committitur, & executio, discussis omnibus quæ opponi poterant executioni sententiæ, num. 18.

Executor merus si citaverit, non tenetur citatum expectare, quia non potest assumere partes judicis, & jurisdictionem commissam usurpare, n. 19.

Appellationi emissæ à citato per merum executorem executorialium quem non tenetur expectare, non erit deferendum, num. 20.

Executoria ium executores non eodem modo sed diversimodè omnes sententias effectui tradunt, n. 21.

Executor pro summa pecuniaria procedit captis pignoribus subhastandis, ex quibus satisfit creditori, vel illi datur in solutum, n. 22.

In executione instrumenti guarentigiati pro quantitate, eodem modo proceditur quo in executorialibus, n. 23.

Ab executore pro quantitate incipiente à captura personæ ante discussionem bonorum, tanquam ab excedente licita est appellatio, n. 24.

Executor executorialium pro certa specie cogit præcisè condemnatum tradere, etiam vi & manu militari de possessione deicit, n. 25.

Sententia rei tradendæ obligat præcisè ad factum, nec solvendo interesse condemnatus liberatur si habeat facultatem rei tradendæ, n. 26.

In venditione alicujus speciei si sit factum instrumentum guarentigiatum venditor præcise compellitur ad tradendum, num. 27.

Debitor licèt possit solvendo interesse liberari, non tamen post sententiam diffinitivam quæ obligat præcisè ad tradendum, num. 28.

Res ubi in specie præstanda erit, executor facit præceptum reo ut intra triduum restituat, qua non restituta cogitur manu militari, num. 29.

In executione pro specie certa, civilius faciet judex, si prius moneat condemnatum aut obligatum, n. 30.

Citationem præcedere executionem etiam ubi non sit necessaria, tutius erit, n. 31.

Possidente debitore speciei ex guarentigia clausula absque citatione, avocatur possessio, secus si alius possidet, n. 32.

Condemnatus ad rem tradendam cogitur præcisè, si non habet facultatem rei tradendæ, puta, quia obiit, abiit, vel aliter periit, quia tunc in æstimatione fit executio, n. 33. & seqq.

Quod procedit etiam in depositario, mandatario & venditore, num. 34.

Verba aduptantur implicitè saltim, quia quantitas æstimationis semper inest repetitæ æstimabili, n. 35.

Res ad quam quis est condemnatus si longè absit, quomodo sit facienda executio, n. 36.

Executio cœpta pro re, an ea perempta sit prosequenda, & in quo, num. 37.

Sententia pro Barone lata, ut pro singulis centum ovibus ratione pascuorum Baro unam habeat, etiam contra minus centum pascentem, fiat executio habito respectu ad numerum, & facta computatione grata, n. 38.

Si autem quinquaginta quis depascit, fiet executio pro æstimatione dimidiæ partis unius ovis, n. 39.

L. si longis C. de executione rei judicatæ verba mirabilia conducuntur, num. 40.

Executorialium executor ad actum consistentem in animo condemnati, puta præstare patientiam aut consensum, renuntiare officium aut beneficium, & similia, quomodo se habere debeat, num. 41.

Executor ad factum dependens ab animo condemnati, non excedit, non admittendo interesse, sed ad factum præcisè compellens, num. 42.

Obligatus ad factum licèt ante sententiam liberetur præstando interesse, non tamen post illam, quia obligat præcisè, num. 43.

Executor ad factum dependens animo condemnati, an excedat illum contumacem per carcerem cogere, n. 44.

Verba (compelli & cogi) pertinent ad meram executionem & factum præcisum, num. 45.

Mentio semper debet præcedere compulsionem, n. 46.

Monitus intra quod tempus tenetur adimplere, n. 47. remissivè.

Voluntas & animus condemnati ex quo pendet executio ut subjiciatur, corpus detrudendum est, n. 48.

Voluntas condemnati à qua executio dependet, causativè est reducenda, cùm directò non possit ob ejus protervian 49.

Promittens scribere potest compelli per carcerem ad scribendum, num. 50.

Depositarius cogitur captis pignoribus & per carcerem de depositum reddere, num. 51.

Ab executore facti & carceratione pro ejus executione non datur appellatio, num. 52.

Administrator aut tutor si no it exhibere rem Domini in qua sit facienda sententia executiva, incarceratur quousque exhibeat, num. 53.

Promittens contrahere matrimonium compellitur per carcerem & censuras, n. 54.

Possessor violentus condemnatus ut desistat à possessione, si nolit, cogitur per carcerem, n. 55.

Executor pro quantitate potest per carcerem compellere condemnatum, ut indicet bona in quibus facienda sit executio, n. 56.

Executio fit per manum militarem & violenter, si aliter perfici non potest, n. 57.

A compulsione per carcerem nullus etiam privilegiatus qui tenetur ad factum personale ex sententia, potest se excusare, num. 58.

Quia tunc non capitur pro debito, sed pro contumacia, & quasi delicto, prout tribunalium praxis observat, ibid.

Executor non excedit compellendo per carcerem condemnatum ad factum dependens ab ejus animo & voluntate, nec vim faciet, num. 59.

Compulsio potest fieri per censuras, num. 60.

Excommunicatio est actus executivus, n. 61. & seqq.

Excommunicatio ab homine non fertur nisi pro contumacia, num. 62.

Concilium Tridentinum sessione 25. de reformatione c. 3. explanatur, loquens de executione per censuras, quando sit facienda tam in criminalibus causis quàm in judiciis, num. 63.

Executio facti dependentis à voluntate condemnati, fit per carcerem postea crescente contumacia per censuras juxta Concilium, num. 64.

Condemnatus ad recipiendam aliquam in uxorem, cogendus est per censuras, num. 65.

Condemnatus recipere aliquam in uxorem quibus ex causis cogendus non sit, sed in executione executorialium supersedendum, num. 66. remissivè.

Appellationi à declaratoria sententia pro rei judicatæ executione executor non deferens an vim faciat, n. 67.

Declaratoria incursus censurarum pro executione executorialium dicitur pars rei judicatæ, num. 68.

Appellare omittens ab appellabili, non poterit postea appellare à citatione ad videndum se declarari, n. 69.

Declaratoria censurarum super via executiva non admittit appellationem, num. 70.

Declaratoria incursus censurarum pro executione rei judicatæ non admittit appellationem, n. 71.

Declaratoria incursus censurarum pro executione obligationis in forma Cameræ est inappellabilis, quia executionis natura vestitur, n. 72.

Declaratoria incursus censurarum pro executione litterarum Apostolicarum, non admittit appellationem suspensivam, num. 73.

Commissio super appellatione à declaratoria lata pro executione literarum Apostolicarum, non datur nisi cum clausula (parito brevi.) n. 74.

A carceratione licet possit appellari, tamen à carceratione pro executione rei judicatæ aut instrumenti guarentigiati non potest, n. 75.

Appellatio suspendit à declaratoria super executione rei judicatæ si executor modum in ea ferendæ excedat, n. 76.

Executor merus potest deputari etiam non constitutus in dignitate, n. 77.

Executores dicti compulsores sunt meri, & non debent esse in dignitate constituti, sed simplices clerici sufficiunt, 78

Executor executorialium super jure incorporali quomodo procedat ad executionem, n. 79.

Sententia sola in juribus incorporalibus an transferat possessionem civilem & naturalem, num. 80.

Victor

Victor in jure incorporali si uti non possit reluctante condemnato, compellitur ad patientiam præstandam, n. 81.
Condemnatus in concessaria, compellitur præstare patientiam servituti, n. 82.
Condemnatus in juribus incorporalibus compellitur pro patientia, sicut in corporalibus pro actuali traditione, num. 83.
Sententia sola non transfert dominium in juribus corporalibus, num. 84.
Pro executione juris corporalis requiritur actus apprehensivus, num. 85.
Actus apprehensivus si non potest consequi ob resistentiam condemnati, compellitur per carcerem ad præstandum patientiam, num. 86.
Condemnatus ad cedendum vel renuntiandum officium aut beneficium, si monitus nolit renuntiare, juris interpretatione habetur pro renuntiante, num. 87.
Abdicare à se qui tenetur aliquod jus, si monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac si abdicasset, num. 88.
Hereditatem qui tenetur restituere, & monitus recusat, habetur pro restituente legis interpretatione, num. 89.
Procuratore acquirente actionem ex re Domini, & ejus nomine, si monitus recusat cedere, habetur pro cedente, num. 90.
Executio si fiat in officiis publicis vendibilibus, debitor compellendus est renuntiare, & titulum officii exhibere, num. 91.
Executio ubi sit facienda in officio vendibili, & sit adeundus Rex, quomodo debitor est compellendus, n. 92.
Et hoc compulsionis genere ad præstandum consensum, utitur ut meliori consilium Neapolitanum, num. 93.
Dominus feudi nolens sub feudatione præstare consensum, juxta pactum cogitur intra terminum præstare, & si non præstet, habetur pro præstito, n. 94.
Actor si dolo & potentia adversarii non possit mitti in possessionem rei post annum, habetur pro vero possessore, ac si missus fuerit, num. 95.
In possessionem si quem mittere actualiter non queat judex ob aliquod impedimentum, habetur pro possessore ministerio legis, n. 96.
Condemnatus ad tradendum instrumentum debiti, si id non reperiatur, compellitur ad conficiendum instrumentum liberationis, 97.
Condemnatus ad id quod est impossibile facere, sed honestum, compellitur eo modo quo potest, n. 98.
Condemnatus aliquem facere indemnem ab obligatione si hæc sit extincta, eo modo quo potest debet indemnem servare, n. 99.
Idem modus & forma servatur in executione instrumenti Cameralis continentis quantitatem, speciem certam, factum, aut jus in corporale, quæ servatur in executorialibus æquiparantur, n. 100.

1 EXECUTORUM executorialium processus judiciumque quantum ab ordine judiciario sit alienum, cùm id cognitio, & condemnatio præcedat, nemo est, qui ignoret, adeò ut licet sit summarium, & in eo summariè procedatur, Bart. *in l. Titius col. penult. C. de agricol. & censib. lib. 11.* Lanfran. *in cl. sape colum. 2. in 13. conclusione de verborum significatione.* Bald. *in l. prima §. is videtur, in col. fin. ff. si quis jus dicen. non obtemper.* Bart. *in l. creditores col. 6. in versiculo adverte tamen, C. de pignoribus.* Joann. Imol. *consilio 134. in casu præmisso à num. 2.* Roma. *consil. 323.* & ideo dicit Marant. *de ord. judic. 4. part. 9. decis. nu-*
2 *mer. 60.* quòd causa ex instrumen. guaren. est summaria ex quo est executiva, in qua nullus observatur ordo juris, sed devenitur ad capturam personæ, & vide *num. 50.* ubi quòd causa executiva est summaria, tamen magis acceleratum judicium est executivum, quam simplex summarium, quia in hoc agitur an debeatur, in illo autem quomodo solvatur, & sic licet 3
valeat argumentum, omnis causa executiva est summaria, & summariè tractatur: non tamen valet è converso, omnis causa summaria est executiva. Ita eleganter argumentatur Paul Castrens. *consilio 62. num. 2. versiculo item non obstat statutum lib. 1.* idem Castrens. 4
consil. 3. 9. considerandum est colum. 2. versiculo hoc ideo lib. 1. referens sequitur Cardinal. Tuschus *practic. conclusion. tom. 3. litera E. conclus. 472. num. 36. & conclus. 373. num. 9.* & iterum *n. 10* quæ doctrina est menti commendanda, quoniam multos viros doctissimos deceptos vidi, & confundentes hos terminos, vocantes causam, & judicium executivum illud, sive summarium, sive ordinarium sit, cujus sententia lata non admittit appellationem suspensivam, quoniam licèt 5
sententia lata in aliquo judicio summario ex aliqua juris speciali ratione, seu privilegio exequatur, non obstante appellatione; non ideo sequitur, quòd judicium in quo lata fuit, est executivum, quia est diversum ex dictis.

Et adeò in judicio executivo omittitur juris ordo, 6
ut non parva sit inter utriusque juris Doctores controversia, an in executione sententiæ citatio necessaria sit, vel non. In quo partem negativam, citationem non requiri, amplectuntur Innocent. *in cap. ex ratione de appell.* Rota *decis. 355. in novis, & decis. 83. in novis.* Bald. *in cap. 1. de feud. sine culpa non amit.* & idem *in l. terminato, C. de fruct. & litium expen.* Domini *in c. licet de præben. in 6. & in c. ordinarii*, post Innocen. & Hostien. *de off. ord. l. 6.* Angel. Aret. *in §. curare, instit. de act.* Ant. de Butr. & Imol. *in d. c. ex ratione*, & est bona gloss. *in c. cum causa gloss. 1. de re jud.* ubi Abb. Joan. Andreas *in c. eum qui de dolo & contuma. in 6.* Abb. *in c. directe de appell.* Philipp. Franc. *in cap. personas eod. tit.* Calcaneus *in cons. 80.* Guido Papæ *q. 329.* Marant. *de ord. jud. 6. p. actu 3. prin. n. 17.* Vestrius *in praxi Rom. Cur. lib. 8. cap. ult. num. 3. vers. quamobrem, fol. 164.* & Asin. *in prax. jud. §. 7. cap. 5. limit. 9. n. 1.* dicentes, quod in executione executorialium non sit necessaria citatio.

Contrariam tamen sententiam, citationem hoc casu requiri, qui teneant, plures non deficiunt, Petrus & 7
Cyn. *in l. ab executore C. quorum appell. non recip. & in l. 1. C. ap. de juris & facti ignorantia*, & Jacob Butr. ut refert Angel. *in l. 1. C. de judiciis non repet.* Rofred. *in l. meminerint, C. unde vi.* Angel. *in l. 1. §. si ex conventione, ff. de re jud.* Bart. *in l. si filiola 2. in fin. ff. soluto matr. & in l. 2. in fin. C. de tempor. appell.* Anton. de Butr. *in clem. sicut 2. q. de appell.* Imol. *in l. a D. Pio §. in venditione, ff. de re jud.* ubi Alexand. Philipp. Franc. *in c. ex ratione de ap-* 8
pellat. Brun. *consil. 87.* Nicell. *de concord. gloss. 52 fall. 70.* Rebuf. *in tr. de sententiarum executione, art. 7. gl. 9. n. 7. & seqq. tom. 1. fol. 365. & tr. de senten. provison. art. 2. g. of. ult. vers. quomodo, eodem tom. fol. 269.*

Sed in hac contrarietate communis omnium ferè Doctorum distinguentium prævaluit opinio, ac magis communiter recepta, obtinuit apud omnes: ut scilicet quando fit executio executorialium super eadem re, super qua fuit pronuntiatum, sententiaque lata, & ex ea executoriales, & per eundem judicem sive ejus executorem facta executio, ut tunc nec requiratur, nec necessaria sit alia citatio, sed directa executio facienda est, ejecto condemnato de possessione, etiam violenter, & in ea mittendus victor. At verò quando in executione adest mutatio persona, aut rei, 9
ut puta quando eam facit non idem judex, qui sententiam tulit per se, nec suos ministros, sed alius successor puta, vel quilibet alius, vel quando non fit executio contra eandem personam condemnatam, sed contra aliam, ut puta hæredem successorem, vel tertium, vel quando condemnatur ad quantitatem pro qua capiuntur pignora, & vendenda subhastantur ad faciendam solutionem, quia tunc ubi hæc mutatio reperitur,

citatio tunc præcisè necessaria est quam quidem distinctionē tradit Bart. *l. à D. Pio §. venditione, ff. de re jud. & in extravaganti ad reprimendum, in verb. executionem in fin. & in l. meminerint, C. unde vi.* Bald. *in l. tale pactum, §. qui provocavit, ff. de pactis.* Angel. *in l. habere licere, ff. de evictionibus, & in l. 1. C. de judiciis, & in l. qui restituere, ff. de rei vend.* Bald. *in l. ab exec. C. quorum appellat. non recip.* idem Bald. *in l. ordo, C. de executione rei judic. & in l. 1. in fin. C. de juris & fac. ignor. & in l. si prætor, ff. de judiciis,* & iterum *in l. si quis curialis in prin. C. de episcop. & cleri.* Salicet. *in d. l. ab executione.* Imol. *in l. ab executore, ff. de appell. & in l. si filio, la 2. ff. solut. matrimon.* Anton. de Butr. & Abb. *in cap. ex ratione de appellat.* Alexand. qui dicit istam magis communem *in l. D. Pio §. in venditione n. 32. ff. de re jud.* Fulgosius *consil. 183.* Joann. de Anania *consil. 34.* Abb. *consil. 3. dub 8. volum. 2.* Socin. *consil. 158.* Paul Castrens. *consil. 472. vol. 1.* Alexan. *consil. 30. vol. 5. & in consil. 72. in fin vol. 7.* Decius *in d. c. ex ratione.* Rot. *decis. 73. in antiq.* Bald. *in lib. 1. vers. quare lata ex sententia, C. de executione rei jud.* Calcaneus *in consil. 16* Bover. *in verb. executio sing. 4.* Cassiador. *in dec. 7. de causa poss & propr.* dicit istam partem communem. Idem affirmat Nicell. *de concor. glos. concor. 52. fol. 64.* Domini *in cap. in fin. de dolo & contu. in 6.* Felin. *in cap. quia V. de jud.* Ruin. *cons. 102. vol. 3.* & per Afflict. Maria. Socin. *in tract. de citat.* & aliis, magis communem tenet Anton. Gabriel. *commun. conclus. l. 2 tit. de citationibus, concl. 1. à n. 121. cum seqq.* latè prosequitur membra hujus distinctionis Marant. *de ord. jud. 6. part. prin. 3. & ult. actu d. executione sententiæ à n. 16. cum seqq.* latè etiam Menoch. *de recuper. possessione rem. 8 n. 77. cum seqq.* ubi ponit etiam practicam hujusmodi faciendi citationem Ducæus, *in reg. 94.* Joseph. Ludov. *dec. 6.* & eruditè hoc etiam examinat Padilla de Meneses, *in l. 1. C. de jur. & facti ignor. à num. 14 cum seqq.*

10 Pro quâ distinctione facit una mirabilis conclusio, quòd ubicumque in quolibet judicio mutatur persona, sive judicis, sive partis, etiam si præcesserint necessariæ citationes, tamen nova alia præcisè facienda est gl. *in l. consentaneum in verbo, à quo, C. quomodo & quando judex,* & per Bart. Bal. Felin. & alios plures tenet Anton. Gabriel. *communium conclus. lib. 2. titul. de citat. num. 114. fol. 91.* Heron. Gonzal. *in regul. de mensib. & alter. glos. 9. in amor. n. 134. & seqq.* Peregr. *in tract. de fide. art. 53.* Marta, *in tract. de jurisd. 4. p. cent. 1. casu 33. num. 11.* Vallasc. *consult. 38. per totam tom. 1.* Puteus, *decisione 348. n. 1. & 2. lib. 1.* & nos latè suprà *lib. 3. cap. 9. à n. 207. cum seqq.*

11 Et in specie, quòd quando erit secunda executio in personis in executorialibus non nominata, citatio requiratur, ultra relatos Doctores probat Vestrius *in praxi Rom Cur. lib. 8. c. fin. sub n. 4. vers. quæ tamen.* Asin. *in pract. jud. § 7. c. 5. lim. 9. n. 6.* Hier. Gabr. *consil. 52. n. 9. tom. 1.* alibi passim dixi nus.

12 Et quando fit executio in alia re, quam in condemnata, puta, quando quis est condemnatus pro certa quantitate, pro cujus solutione capiuntur bona debitoris quòd requiratur tunc citatio, sive à principio, sive postmodum, saltim in sententia additionis, puta de remanente, quando traduntur plus offerenti Rodetic. Xuarez *in repet. l. post rem. lim. 11. & 12. n. 2.* Padilla *in l. quamvis 1. C. de jur. & fac. ignor. n. 20.* P. *in praxi 4. par. c. 2. n. 25.* Avend. *in l. 4. & 5. n. 26. tit. 8. l. 3. de ordin.* Azeved *in l. 19. n. 28. tit. 21. lib. 4. recop. & n. 30.* nisi instrumen-
13 tum exequendum non contineat certam diem solutionis, quia tunc sive judicialiter, sive extrajudicialiter interpellatur debitor, ut solvat, ut ex singulari doctrina Rebuf. *tit. de litera, oblig. art. 2. gl. 1. n. 67. tom. 1.* Joann. Guter. *de jur. confirm. 1. part. c. 56. n. 2.* Azeved *in d. l. 19.*
14 *n. 29.* Didacus Perez *in l. 4 tit 8. lib. 3. ordin.* Meneses *in l. 1. n. 20. C. de jur. & fact. ignor.* sic pariter in executorialium executione pro quantitate, in qua reus condemnatur debet ei per judicē intimari ut parti solvat, aliàs malam executionem declaraturum Senatum, advertit Azeved. *in l. fin tit. 21. l. 4. recop.* Valdes *in addit. ad Roder. Xuar. in repetit. l. post rem. in declarat. l. regni. 11. lim.* 15
n. 1. Rebuf. *tit. de sent. exeq. 1. to. art. 7. glos. 9. n. 12.* Duen. *in regul. 94.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 17. num. 9.* secus dicunt ipsi, quando sententia, aut instrumentum continent tempus determinatum, certúmque termi. num, quia cùm debitorem interpellet, eo transacto facienda executio, juxta *à D. Pio, cum suis §§. ff. de re jud.*

Ex quibus omnibus & illud deducitur, quòd quo- 16
ties in executiones citatio necessaria est, si executor eam omiserit, nulla erit executio, actaque ab eo gesta corruunt. Ita tenet Alexand *consil. 218. visis in pr. lib. 2.* Rota *dec. 184. die quod si in aliqua cum dec. seq.* Afflict. *dec. 355.* Guido Papæ *q. 70. in commissionibus,* cum aliis, de quibus per Felin. *in cap. si constiterit de accus.* Decius *cons. 281. viso, col. fin. lib. 5.* Lapus *al. leg. 28. delegata quæ allegatur 61. visis,* &c. Anchara. *consil. 297. efficaciter. col. 1.* Æguid. *dec. 68 alias 85 si executor, & dec. 175. auditor.* Gozad. *consil. 2. n. 9. n. 16.* Vacantius *de nullit. sent. ex defectu jurisdict. deleg.* &c. *n. 92.* ergo succedit vulgata regula *l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud.* cum aliis, quæ exactissimè deduximus in ejus comprobat onem suprà *lib. 3. c. 9. per tot.* appellationi emissæ ab hujusmodi execu- 17
tione, si executor non detulerit, vim fieri declarabit Senatus aditus per hanc viam violentiæ, reponeréque mandabit.

Et in specie seu individuo, quod hujusmodi appel-
lationi ab executione, deficiente citatione, ubi est necessaria; sit deferendum præcisè, probant post Henricum Boic. *in cap. de cætero de re jud.* Anton. de Butr. & Abb. Panorm. *in cap. fin. de præsumpt.* tradit optimè Guid. Papæ *decisione 436.* incipit *cum materia,* & iterum *in quæstio. 87. num. 95.* Lancelot Robert. *de attent. 2. part. cap. 12. limit. 53. num. 31.* Abb. *consil. 30. lib. 1.* Rebuf. *de sentent. execut. num. 10. & seqq fol. 223.* Cardinal. Tuschus *practic. conclus. tom. 3. litera E. conclus. 484. num. 1.* idem Tuschus *1. tom. litera A. conclus. 4010. num. 3. & num. 21.*

Unum tamen notabile nota; quòd si executor me- 18
rus datus pro executione executorialium, cùm nullam habeat causæ cognitionem, ed atus est ad executionem nudi facti ac puri ministerii, facta jam discussione eorum omnium, quæ incidere, & opponi poterant sententiæ ipsius executioni, qui nec est judex, nec jurisdictionem habet, de quo latissimè diximus suprà *hoc 4. parte cap. 3. à princ.* si iste talis merus executor 19
citaverit partim ex abundanti, & non ex necessitate, cùm ad id non teneatur, ac aliqua facit, quæ tendunt ad executionis ma orem justificationem; tunc si iste talis citavit, non tenetur expectare citatum, quia non potest assumere partes judicis, nec usurpare, nec arripere majorem potestatem, quàm sibi mandata est, juxta text. elegantem, *in l. quicumque & l. contra C. de exec-utor. exact. lib. 12.* prout nos latissimè suprà diximus duobus capitibus, præcedentibus in terminis ita probant Felin. *in cap. cum ordinem de rescript. & in cap. dudum num. 22. vers. secunda conclusio. de præsumption.* Bald. *in l. nec natales ad fin. C. de probat.* Rota *decis. 15. de dolo & contuma.* Benedict. Vant. *in repert. ad Felin. verbo, executor merus si citavit.* Ruginel. *in tractat. de appellat. §. 2. cap. 2. sub num. 59. vers. sed istud.* Cæsar Contard. *in repet. l. unic. limit. 2. §. 1. in fin. num 44. C. si de momenta. poss. fuer. appellat.* quod verum est in casu de quo loquimur, scilicet in executore mero executorialium, ex rationibus dictis. Quid autem sit dicendum in executore gratiarum mero, quando potest assumere partes judicis, & procedere ut mixtus, vide suprà *lib. 2. cap. 13. à numero 83. & sequentibus.* Et ita

in

20 in prædicto casu appellationi emissæ per sic citatum à mero executore, deneganda delatio, ac vim non fieri, declarandum, cùm à mero non sit licita, nisi ab ejus excessu.

21 Executorialium autem hi executores non uno, eodémque modo omnes sententias sibi commissas exequendas, sunt effectui perducturi, sed aliter atque aliter diverso modo, ac variato, prout conditio qualitásque
22 negotii postularit, si quidem aut executoriales continent quantitatem, seu genus, & summam pecuniariam, qua debitor quis est declaratus, & condemnatus, & tunc ad executionem procedendum est captis bonis condemnati in pignus, quod solemnibus subhastationibus distrahitur, & proinde satisfacere creditori, aut in solutum illa ei dare, juxta formam text. *in l. à D. Pio, ff. de re jud. l. ordo, C. de execut. r. jud.* quod omnibus
23 notissimum est etiam tabellionibus, vide Parlad. *rerum quotid. l. 2. cap. fin. 5. p. § n. 2. n. 8.* Amad. Rodrig. *in tract. de execut. cap 5. à n. 22. & 25. ad fin* Paz *in praxi 4. p. to. 1. cap. 2. n. 26. & 27.* Marant. *de ord. jud. 6. part. act. fin. tit. de executione sent. à num. 8. cum seqq. & num. 15.* ubi post alios valdè elegantèr declarat praxim, optima videnda *l. x. 5. tit. 29. part. 3.* & ibi Greg. Lopez, & quod dicimus de sententia pro quantitate, idem intellige de instrumento guarentigiato, quo pecunia etiam promittitur, quod eodem modo exequitur ex eisdem Doctoribus etiam. Et quia generaliter procedit identitas modi exequendi in utraque, quia pacificum est à jure, ut statim dicemus *ad fin. cap. n. 100* & tunc non potest executor incipere à captura personæ ante discussionem bonorum, quando scilicet ea facta, bona sufficientia non reperiuntur, quod si aliter fieret executio, non tenet, ut post Bald. Alexand. Paris. de Puteo & alios probat Marant, *ubi proximè num. 9.* Et quòd hujus ordinis
24 perversio sit excessus & nullitatis in executore saltem, latè probavimus suprà hoc *lib. 4. cap. 3. à num. 101.* & nominatim, quòd executor incipiens à captura ante discussionem bonorum pro solvendo debito pecuiario, committat excessum appellabilem, tenet Abb. Panorm. *in cap. quand. con. saltationem, de sentent. & re jud. n. 27. post med.* & sequitur, quòd appellationi ab hoc excessu interjectæ non deferens executor, vim faciet reponendam

25 Aut enim sententiæ, & ejus executoriales continent præstandam certam, & determinatam rem, & speciem, ita quòd in speciei sit facienda traditio, & executio, ut domus, vinea, vestis, & similiter; & tunc executor compellere debet ipsum condemnatum ad tradendam rem ipsam, in qua condemnatus fuit quia ad id præcisè tenetur, adeò quòd executor (ipso renuente tradere) eum à possessione dejicere, etiam vi, & manu militari potest, & eandem possessionem tradere, & restituere victo
26 i, pro quo lata fuit sententia, quæ quidem obligat præcisè ad factum traditionis, nec solvendo interesse liberatur damnatus, si habet facultatem rei restituendæ: ita probat text. *in l. qui restituere, ff. de rei vind.* & ad hoc notat *ibi* Odofred. Alberi. Angel. & communiter omnes Doctores, *§. & si in rem. instit. de off. judicis.* Bart. *in l. stipulationes non dividuntur, colum. 14. num. 57.* Imol. *colum. fin.* Roman. *num. 72.* Alexand. *colum. antepenult. ff. de verbor. oblig.* Vincentius *in l. in executione, col. 50. eod. tit.* Ias. *in l. naturaliter §. nihil commune, ff. de acq. poss. num. 9. col. 19.* & ibi Salicet. *num. 38.* Bald. *in d. l. qui restituere, 1. lectura & col. 1.* Anton. Gomez optimè *variar. resolut. lib. 2. cap. 10. sub n. 22. vers. quintus casus est.* Bal. *in l. unic. col penult. C. de sent. quæ pro eo quod inter.* idem Bald. & Barto. *in l. properandum, §. fin. autem reus C. de judiciis,* & ibi glos. *verbo, audiatur.* Speculator. *in tit. de executione sententiæ, § sequitur, in princ.* Gregor. Lopez *in lib. 3. tit. 27. p. 3. gloss. 12. verbo, en aquella cosa misma,* per eandem legem *ad fin.* ibi, *mas quando el juizio fuesse dado sobre cosa cierta, que fuesse mueble, o raiz, que me demandasse por suya, entonces deue cumplir el juizio en aquella cosa misma de qualquier natura que sea,* & per Bald. & Gregor. tenet Parlador. *lib. 1. rerum quotid. cap. 6. à n. 4. & seqq.* probat etiam text. *in cap. cum Bertold. de sent. & re jud.* probant etiam Doctores statim allegandi.

Et ex hoc eleganter argumentatur Bal. *in l. unica col.* 27
penult. C. de sententiis quæ pro eo quod inter, ubi dicit, quòd si in venditione alicujus speciei, & alicujus rei, fundi puta, est factum instrumentum, quod habeat paratam executionem, quòd venditor præcisè compellitur ad tradendum: movetur, quia tale instrumentum habet vim sententiæ transactæ in rem judicatam, & ex sententia venditor damnatus præcisè cogitur ad tradendum rem ipsam, juxta *d. l. qui restituere,* quam ibi mirabilem vocat Bald. ad hoc, quòd licèt debitor liberetur præstando interesse, si verum, nisi lata sit sententia definitiva super tradditione, quia tunc præcisè tenetur, cùm omnis sententia præcisè obliget. Hoc Baldi dictum ad sidera exclamat doctissimus Roder. Xuarez, *in rep. ad l. post rem ff. de re jud. in declaratione l. Regni ca-* 28
tensis, 3. vers. tertia & famosa extensio sit, & ibidem tenet ejus additionator Bald. z *fol. mihi 122. in prin.* sequitur Gondizal. de Paz *in praxi 4. p. 1. tom. cap. 1. n. 61.* Parlador. *l. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. § 2. n. 2* quem sequitur Amador. Rodrig. *d. executione cap. 5. n. 21. ad fin. & num. 22.* & per Bald. *ubi sup.* & Petrum de Surd *in l. 1. ff. de action. empt.* & Fran. de Pa. *in l. certi cond. §. 1. ff. si cert. pet.* idem affirmat Castelius *in l. 62. Tauri, fol. 179. col. 4. in fin. & seqq.* & ita legem *5. tit. 17. p. 4.* intelligit ibi Gregor. Lopez.

Unum tamen dicit Parla. *ibid. n. 4.* quòd quando res 29
in specie præstanda erit, pro qua executio petitur, executorem facere præceptum reo, ut intra certum tempus, puta triduum, rem restituat, eámque illo non restituente, aut mittitur actor in illius rei possessionem, aut reus cogendus etiam manu militari rem restituere, juxta *d. l. qui restituere,* quoniam (inquit ipse) licèt hoc casu citationem necessariam non esse) ut & nos de sententia exequenda in eadem re condemnata superiùs 30
diximus) putat tamen civilìs facturum judicem, si priùs reum interpellari faciat, quem videtur sequi Amado. Rodriguez *ubi proxime.* Pro quo facit, quòd dicunt Vestrius *in praxi Rom. Cur. lib. 8. cap. ult. sub n. 3. vers. quamobrem.* Cardin. Alexand. *in cap. ex ratione 8. sub n. 61. vers. secundum caput est, de appell.* Rebuff. *in tr. de sentent. executione art. 7. gl. 11. n. 16. vers. quarto amplia. tom. 1. fol. 371.* ut in executione tutius erit facere interpellationem, & quòd fieri possit citatio ex superabundanti (non tamen etiam in hoc casu necessaria est ex his, quæ suprà diximus in tertia opinione (& dixerat etiam ipse Parlad. antea *in l. 1. rerum quot. c. 10. sub. n. 1.* 31
& 2. quòd quando instrumentum guarentigiatum in judicium editur, pro quo est permissa alicujus rei traditio exempta, puta, aut donato, & similibus, statim emptorem in possessionem rei mitti, à judice jubetur, cum vulgari clausula, salvo jure melioris possessoris, *&c.* (de cujus clausulæ effectu vide remissivè per *2. p. c. 15. num. 43.*) quam quidem possessionem, possidente venditore, hujus instrumenti virtute, etiam non citato possessore, propter clausulas guarentigiatas dare posse (inquit) ex Par. de Puteo *ae syndica. §. judex cap. 2. n. 36.* Ias. 32
in l. hæc quicquam §. ubi decretum, n. 7. ff. de off. proconsulis, Bald. *in l. fin. C. de edic. D. Adrian.* Bart. & cæteri, *in l. à D. Pio. §. in vendit. ff. de re jud.*) secus alio possidente, à quo absque causæ cognitione procedente possessio avocanda non est, ut ibi probat, & nos latiùs Deo dante *infrà in cap. 8. de excessu de persona ad personam.*) Itaque istæc citatio, præceptum, seu interpellatio etiam hoc casu necessaria non est, nec etiamsi omittatur, judex Ecclesiasticus vim faciet, denegando delationem appellationi, ab eo hac de causa interjectæ,

cùm non requiratur aliter, quàm ex u. banitate, & ſimul in executivis.

33 Inſuper ſuperiùs propoſitam ànobis doctrinam, qua diximus condemnatum ad rem reſtituendam teneri, poſſéque ad eam tradendam cogi etiam manu militari, ſi opus ſit: intellige, ſi condemnatus habeat facultatem illam reſtituendi, ſecus ſi non habeat, puta, quia perierit, vel eſt amiſſa, mortua, rapta, vel abſens, vel quid ſimile, quia tunc non compellitur præcisè ad ejus traditionem, ſed ſolutione intereſſe, ſeu æſtimationis liberatur, text. elegans *in d.l. qui reſtituere, ff. de rei vind. l. Julianus, ff. de confeſſis* gl. ſingul. *in §. pretium inſt. de emptione & vendit. in verb. traditur*, & ibi notat & commendat Faber. Ang & communiter Doctores, tenet etiam Bart. *in l. 1. ff. de act. empt. 3. col. n. 12.* ubi communiter cæteri, idem Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur, col. antepen. ff. de verb. obl.* Fabia de Monte *in tract. de empt. & ven. 6. q. prin.* & illam gloſſam ad hoc reputat ſingularem Angel. *in §. actio. inſtit. de act. col. 8. n. 14.* qui loquuntur in contractu venditionis, tenent etiam Bart. *in d.l. ſtipulationes, 4. col. 8. oppoſ.* Joan. de Imol. *in l. 4. §. caro, ff. de*
34 *verbor. oblig. col. 6.* & ibi Doctores, qui loquuntur in depoſitario, mandatario, & ſimilibus, & in utroque caſu optimè Anton. Gomez *variar. reſolut. 2. tom. cap. 10. ſub num. 22. circa fin. verſ. ſeptimus caſus, & verſ. octavus caſus*, probat expreſsè etiam *l. 3. tit. 14. p. 5.* ubi latè videndus Greg. Lopez.

Et in genere, quòd quando res ſeu ſpecies certa in ſententia, vel inſtrumento contenta, pro qua erat facienda executio peremptа ſit, pro illius æſtimatione facienda ſit executio, per Bart. *in l. Julia, ff. de confeſſis*, tenet Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. §. 2. n. 9.* & idem affirmat *in l. 1. cap 6. n. 15.* Palacius Rubeus *in l. 61. Taurin. 32.* ultra quos etiam Romanus *conſ. 270. n. 4.* ubi de communi, & plura adducit Angel. Aret. *conſ. 136. à n. 13. & 18. cum ſeqq.* Caſtren. *in l. 1. n. 4. C. ſi adver. ius cap.* Viv. *commun. opin. 341. n. 2.* Aſin. *de executione §. datio in ſolv. c. 258. n. 7.* Afflict. *deciſ. 347. n. 4.* &c. quem ſic declarat Bologner. *in l. vinum num. 84. ff. ſi cert. petat.* Riminal jun. *§. 1. n. 68. inſtit. de teſtam.* Roderic. Xuarez *in l. poſt rem judicatam nota. 3. n. 3. ampliat. 2. ff. de re judic.* Marcus Giurba *deciſ. 115. n. 6.* Burgninus Cavalcanus, *deciſione 27. n. 2. cum ſeqq.* latè Cardinal. Tuſch. *practicar. concl. tom. 7. litera S. concl. 126. n. 102. & num. 127.* pro quo facit *l. 42. tit. 5. p. 5.* rationem reddit optimam
35 Bertach. *in tract. de gabellis 2. memb. 8. p. prin. de gabellis rerum inanimatarum*, quia verba adaptantur ſaltem implicitè, cùm quantitas æſtimationis ſemper inſit rei petitæ æſtimabili, ſecundùm gloſ. quam dicit notabilem *in auth. generaliter*, & ibi Bal. *C. de Epiſcop. & cler.* allegat. *l. ſi ita fidejuſſor. accepero. ff. de fidejuſ.* facit etiam in ſpecie de condemnato, qui non habet facultatem rei reſtituendæ, ad quam condemnatus eſt propter ejus abſentiam, *l. 5. ante medium tit. 27. p. 3.* ibi, *Y ſi el condemnado*
36 *dixieſſe, que no podia hazer luego entrega della, porque es en otra parte, ſi eſto no dixieſſe maliciosamente deve dar buenos fiadores, que aquel plaço que el Juzgador tuviere por guiſtado: que de aquella coſa, ò aquello en que fuere apreciada ſi no la pudieſſe haver*, &c. quæ eſt elegans, ubi Gregor. Lopez. *gloſ. 2. verbo, y ſi el condemnado*, adducit pro concordanti *§. 1. & gloſ. ibi inſtit. de off. jud.* & inſuper quando quod condemnatus non habet facultatem rei reſtituendæ ad quam condemnatus ſit, quòd fiat executio in æſtimatione ejus, & vero valore. probat text. *in l. Julianus, ff. de confeſſis*, optimè Caſtillo *in l. 63.*
37 *Tauri fol 129. col. 2. ad fin. & colum. 4.* ubi dicit quòd ſi poſtquam petita eſt executio in re ipſa perierit, iterum proſequenda eſt executio in aliare debitoris, loco rei peremptæ, allegat ad hoc *l. ſi ſervo §. fin. ff. de verb. obli. & in l. Julian. ff. de confeſſis* qui Caſtillus videtur intelligendus in alia re, id eſt, æſtimatione, de quo vide etiam quæ infrà, *c. 9. à n. 206. hac 4. p. & c. 10. à n. 236.*

His convenit, quòd dicit Vincentius de Franch. *deciſ. 228. p. 2.* quòd quando fuit declaratum per ſententiam, cuidam Baroni ratione paſcuorum debere pro ſingulis centum ovibus, ſeu capris, unam ovem, ſeu capram, ut nihilominus adversùs habentem minorem ſummam ovium eſſe executioni mandandam ſententiam, attento numero gregis, & pro rata faciendam computationem, & inſuper in noſtro propoſito, quando Baroni pertinet dimidia pars ovis, quia quis non deperdit niſi quinquaginta, tunc cùm animal non recipiat diviſionem, eſt facienda executio in valore, & æ- 39
ſtimatione dimidiæ ovis, ne ſententia aliàs ſibi redderetur fruſtra ovia, contra *l. ſi prator, ff. de judiciis*, ubi alias executionis ſpecies circa hunc caſum annectit ibidem per totam deciſionem, quem vide.

Pro quo eſt text. expreſſus *in l. ſi longis, C. de executione rei jud.* cujus verba ſunt: Si longis apertiſque fruſtrationibus partis adverſæ, reſtitutio remorata eſt, etiam ſervis rebus humanis exemptis, à fruſtratore æſtimatio eorum reſtituenda eſt, animalia quoque cum fœtibus tibi interceſſu præſidis repræſentabuntur, &c.) & ibi notat expreſsè in ſummario Bal. Bart. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. ut ſecus ſit, quando facultatem habet rei reſtituendæ cogitur præcisè ad factum traditionis. Bart. *in l. ſtipulationes non dividuntur la 2. ff. de verb.* Socin. *conſil. 228. col. ult. in fin. num. 9. ſed contrarium lib. 2.* Gratian. latè *in diſceptat. foren. cap. 160. à princip.* Petrus Surdus *deciſion. 304. per totam*, ultrà ſuperiùs relatos.

Tertia ſpecies executorum eſt, quando in executoribus continetur merum factum, pro quo præſtando 41
aliquis condemnatus eſt, quando ſcilicet hoc factum conſiſtit in animo, facultate, & voluntate ipſius condemnati, & per illum experiundum eſt, ut puta domum facere, ſcribere librum, renuntiare officium, vel beneficium, exhibere mandatum, præſtare patientiam, vel conſenſum in aliqua re, præſtare cautionem, aut fidejuſſores, facere inſtrumentum, & ſimilia, ad quæ quis erat oblitus, in quibus peragendis, eorúmque 42
effectu, & executione, condemnati perſona, & operatio requiritur. Harum igitur executorialium executores (qui verè compulſores dicuntur) vim non faciunt, ſi compellant condemnatum ad illud factum peragendum, non admiſſo oblato per eum intereſſe, nam ſententia præcisè obligat ad factum. Et licèt aliàs qui tenetur ad factum, præſtando intereſſe liberetur, non ta- 43
men procedit, ſi per ſententiam fuerit jam ad factum condemnatus, nam tunc ad faciendum compellitur, & præcisè cogitur. Bald. *in l. qui reſtituere*, poſt gloſſ. *ibi, ff. de rei vind.* idem Bald. *in l. unica column. penult. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.* Roderic. Xuarez *in repet. l. poſt rem. in declaratione l. regni extenſ. 3. §. tertia famoſa extenſio ſit*, optimè Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 27. p. 3. gl. 3. verbo, que devieſſe hazer*, per eandem l. quæ id probat, ibi: *Y ſi la ſentencia fueſſe dada contra argun demandado en razon de alguna coſa, que devieſſe hazer, develo apremiar que la haga, aſſi como fue pueſto, ò la prometiò, &c.* idem probat poſt alios Caſtell. *in l. 63. Tauri fol. 29. col. 4.* ubi latè, & probant etiam Doctores ſuperiùs allegati *à n. 25. & ſeqq.*

Nunc utiliter quæri poteſt, an hujuſmodi executo- 44
res excedant ob contumaciam condemnati illum incarcerantes, ſeu per capturam compellentes. In quo breviter dicendum eſt, quòd non, cùm hujuſmodi executionis generis propria executio, & compulſio, ſit 45
carcer: tum quoniam hæc verba (compelli, & cogi) pertinent ad meram executionem, & præciſum factum, ſignificanque executionem, text. eſt optimus *in l. fin. Cod de litigioſis*, ubi communiter Doctores, eleganter Bal. *in l. 1. num. 8. & 9. de executione rei judicatæ* B. *in l. 1. C. eodem tit.* Panormitan. *olim. num. 23. de litis conteſtatione.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 5. p. §. 1. num. 18.*

quem

quem sequitur Amador. Rodrig. *de executione c.*15. *sub num.*5. *ad fin.* optimè post alios Rod. Xuar. *in repet. post rem. in declaratione l. regni*, §. *circa judicem videndum. n.* 8. *fol.*166. *col.*4. & probat text. *in l. Episcopale in auth. si quis litigantium, C. de Episcopali auth.* text. & ibi gl. *in*
46 *l. argentarium*, §. 1. *ff. de judiciis*, ubi Doctores *l. cùm unus* §. *penult. ff. de bon. auth. jud. possid.* text. *in l. penult. C. depositi.* ex quo enim executor moneat condemnatum, ut adimpleat faciendum cùm semper compulsionem debeat præcedere monitio; ut eleganter post alios docet Felin. *in cap. præterea, de sponsal.* text. optimus *in c. ex literis el. 2. de sponsi.* ibi, mandamus, ut cum moneas, & si monitus non acquieverit, censura compellas, ut in uxorem recipiat, *&c.*) *cap.* 1. *eodem tit.* ibi, commonendi sunt; & omnibus modis inducendi) text. *in c. requisivit. eod. tit.* ibi, monenda est potiùs quàm cogenda.) & verbum
47 illud, potiùs, id est, priùs, ut declarat glos. *in d. c. ex literis, verbo compellas*, &c. & ibi Innocen. *in fin.* Alex de Nevo *n.*18. Gofred. *in summa tit. de spons. n.*10. Thomas Sanchez *de matr. l.*1. *d. sp.*29. *n.*1. *& sub n.*4. quæ nos hoc *cap. ad fin. vers. circa hæc autem à n.* 87. *&* 65. & intra quantum tempus debeat adimplere, & tenebitur facere monitus, vide Bald. *in l. fin. col. fi. C. de executione rei jud.* Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 17. *p.* 3. *glos.*4. *verbo, develo apremiar*: igitur si monitus non subjicit animum & voluntatem
48 condemnatus, ex qua executionis perfectio omnimodo dependet, cum in sua facultate effectualis facti executio constet, quomodo poterit habere effectum sententia; si ad vincendam subjiciendámque ejus voluntatem, & animam, non detrudatur corpus, ut tædio affectus desistat à contumacia, & inobedientia, cùm directò exequi sententia nullo modo possit, & frustratoriæ manerent executoriales judicia, ac judices, si aliter expectaretur ejus libera, seu gratiosa voluntas, &
49 sic per indirectum, & causativè reducenda est, ut factum adimpleatur, fac t doctrina Avend *de exec. c.* 20. *sub num.*6. optimè *lib.* 19. *tit.*4. *p.*3. ubi Gregor. Quare ob hanc nimiam contumaciam, & inobedientiam, ac jurisdictionis contemptum, delinquens detrudatur, coerceáque prematur, ne justitia & judicia, jusque partis, ob defectum executionis efficiantur deteriora, ne-
50 que ex sua dolosa malitia fructum consequatur. Et in terminis ita invenio glossam celebrem *in l. stipulatio*, §. *sive in verb. sive, ff. de oper. nov. nunciat.* ubi dicit ex hac litera colligi argumentum quòd scriptor potest præcisè cogi ad scribendum, & poni in compedibus, *&c.* quæ est mirabilis. Facit etiam text. *in l. penult. C. depositi.* ibi, ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur, *&c.*) text. *in* § *sciendum, vers. quibus inst. de satisd. tut.* ibi, ut nisi caveant tutores, & curatores, pignoribus captis coërceantur, *&c.*) quæ jura ita ponderant, & intelligunt Bal. *in l. hi qui, C. locati.* Avend. *in tit. in declaratione l. & 5. de las excepciones ordin. nu.* 14. Amador. Roder. *in tractat. de executione cap.* 5. *n.*23. Mont. *in l.* 2.
51 *tit.* 8. *l.* 3. *fori, glos. verbo por deuda*, optimè Parla. *l.* 2. *rerum quotid. cap* 5. *p.* §. 2. *n.*6. qui dicunt, quòd cùm depositum factum petatur ad factum, quod præstandum præcisè compellitur, sed eo facere recusante, tunc vel captis pignoribus, vel carceris coërcitione cogitur reus ad factum, vel depositum exhibendum, quod quidem pariter & eleganter affirmat Rebuff. *tract. de literarum obligat. art.*6 *glos.*3. *num.*26. *tom.*1. hoc idem demonstrat Baldes. in addition ad Roderic. Xuar. *in rep. tit. l. post rem. notab.* 5. §. *adde quintum num.*1. *fol. mihi* 106. & quòd ad hoc factum exhibendi depositum præcisè compellatur, vide ultra eos Ant. Gomez. *l.*2. *variar. cap.*10. *sub num.* 22 *ad fin.*

52 Et ita intelligo Cardinalem Tuschum *pract. conclus. tom.*1. *litera A. concl.* 1. *D. num.*11. post J. Clar. *in pract. crim.* §. *fin. q.*46. *n.*2. & Gemin. *cons.*99. dum dicit ut appellatione ab executione facti non admittatur, & sic nec datur à carceratione facti, ut loquatur prout in terminis, de quibus nos, ut à carcerato compulso pro facto condemnato, non admittatur emissa appellatio. Hinc etiam est ut si tutor, curator, seu administrator protervus sit, in non exhibendo bona Domini ad faciendam sententiæ executionem in ea; potest in carcerem detrudi, quousque illa exhibeat, & à contumacia desistat, ita docet Bal. *in l. prima C. quando fiscus vel priva.* alios referens sequitur Parla. *lib.* 2. *rerum quotid.* 2. *part. cap. fin.*4. *part.* §. 3. *in prin.* Amador. Rodr. *de execut. cap.*4. *sub num.*10. *ad medium*, & probatur insuper, quia promittens contrahere matrimonium, compellendus est non solùm per censuram (ut infrà diximus) sed 54
etiam per carcerem. Henriq. *lib.*11. *de matrim. cap.*13. *num.* 4. Thomas Sanchez *de matrim. lib.*1. *disp.* 29. *sub num.* 4. *in prin.*

Pro quibus etiam facit, quòd quando violentus pos- 55
sessor condemnatur, ut desistat à possessione (quæ ex animo pendet) si nolit desistere ab ea, & à violentia, incarceratur, ut videre est per Parlad. *l.* 1. *rerum quotid. cap.*10. *num.*7. probatur insuper, quoniam quando executio executorialium pro debito pecunario executori committitur, licèt iste non debeat incipere à captura personæ, sed demum facta excussione bonorum debitoris condemnati, quibus non repertis sufficientibus, ultimò devenit ad capturam personæ, exactissimè post plures Marant. *de ord. jud.*6. *part. prin. actu.*3. *& fin.* 56
*de ex cut. sentent. sub num.*8. *&* 9. *fol.*652. tamen executor potest debitorem compellere, ut sibi indicet sua bona secura, & sufficientia, in quibus excessio, & executio erit facienda, quam quidem compulsionem per capturam & carcerationem personæ fieri, dicit per gl. *in l. penult. ff. de cess. bonor.* Paris. de Puteo relatus ac sequutus à Marant. *ubi proximè n.* 25. Marta. *de jurisd. in* 4. *part. cent.* 2. *casu* 151. *n.* 9. *fol.* 256.

Et tandem isthæc doctrina nostra probatur, quia 57
compulsio fit per manum militarem, & violentiam, ubi aliter executio fieri, nec perfici non potest, *d. l. qui restit. ff. de rei vin.* ut in nostro casu, quando pendet à voluntate, & animo condemnati, & ejus mera personalitate, idque est præcisè faciendum, & ab hujusmodi 58
compulsione nullus, quid ad factum personale teneatur ex sententia, se potest monitus excusare, quantumvis aliàs privilegiatus sit, ut pro delicto civili capi non queat, siquidem in hoc casu non capitur ex debito, sed ex delicto, seu quasi, scilicet ex inobedientia, & mera contumacia.

Et istam nostram opinionem communis universalis praxis tribunalium, ac judiciorum observat, ut quando quis compelli mandatur ad aliquid exhibendum, vel ad faciendam cessionem, vel scripturam publicam, seu instrumentum, & similia, ut adimpleant executionem, condemnatum executores in carcerem detrudunt, & ibi illum detinent, quousque à contumacia desistat, & executorialibus obediat. Quare cùm in hæc 59
carceratio sit propria executio compulsionis, & id essentialiter comprehendant executoriales, quarum executio executori committitur, si ea utatur, excessum aliquem non facere, declarandum est, & per consequens appellationi hac de causa interjectæ, si non deferat, vim nullam faciat executor, & causam iterum sibi à tribunali remittendam, quod comprobatur ex iis, quæ *infrà à num.* 66.

Circa quod notabiliter advertè, ut isthæc compul- 60
sio non solùm potest fieri per executionem personalem, hoc est capturam personæ; verùm etiam per ex-
communicationem & censuras Ecclesiasticas, tum quia 61
excommunicatio pertinet ad executionem, & est actus executivus, optimè Marta, *de jurisd.* 3. *part. cap.*4. *num.*21. tum etiam quia excommunicatio ab homine non fer- 62
tur nisi per contumaciam, latè Philipp. *in cap. cùm sit Romana*, §. *præterea num.*3. *de appellat.* Sigism. Escia *de appellat. quæst.*17. *limit.*32. *num.*18. prout est in nostro
casu

casu, tum etiam ex Concil. Trid ubi expressè probatur *sess. 25. de reform. cap. 1. ante fin.* ubi loquendo de clericis nolentibus residere, in hæc inquit: Quòd si per edictum citati etiam non personaliter, contumaces fuerint, liberum esse vult ordinariis, per censuras Ecclesiasticas, & sequestrationem, & subtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam usque ad privationem compellere, nec executionem hanc, quodlibet privilegium, *&c.*)

66 Facit insuper præ oculis semper habendum Tridentini decretum *de reformatione sess. 25. cap. 3.* dum ita disponit, post princ. *ibi*, in causis verò judicialibus, mandatur omnibus judicibus Ecclesiasticis, cujuscumque dignitatis existant ut, quandocumque executio realis, vel personalis in qualibet parte judicii propria authoritate ab ipsis fieri poterit, abstineant se, tam in procedendo, quàm diffiniendo, à censuris Ecclesiasticis, seu interdictis, sed liceat eis, (si expedire videbit ut in causis civilibus ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus, contra quoscumque, etiam laïcos per multas pecuniarias, quæ locis piis ibi existentibus, eo ipso quòd exactè fuerint, assignentur, seu per captionem pignorum, personarumque districtionem, per suos proprios, aut alienos executores faciendam, *&c.*) sequitur & facit? Quod si executio realis, vel personalis adversus eos hac ratione fieri non poterit, sitque erga judicem contumacia, tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, ubi executio realis, vel per omissis (ut suprà) fieri poterit, erat à censuris abstinendum; sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit, licebit judici hoc spirituali gladio in delinquentes uti, *&c.*) At in nostro casu quando condemnatur etiam quis ad factum præ ipsum, cùm aliter fieri non possit executio, nec parti satisfieri, nisi per obedientiam, & impedimentum executorialium, compellendus est per capturam, seu executionem personalem, & demum per censuras, contumacia crescente, ex dicto Concilio, & ex supradictis: quemadmodum etiam & pro qualibet executione cessura fieri potest, & expediri, servato hujus decreti Tridentini ordine, & apparebit ex Doctoribus mox citandis, & ex declaratione Cardinalium super eodem decreto, & ex Marta. *d. c. 15. num. 15. & seqq.*

65 Hinc etiam est, quòd condemnatus ad recipiendam aliquam in uxorem vigore alicujus obligationis, vel etiam privatæ, & comprobatæ schedulæ, quam fecit mulieri, promittens illam in uxorem habiturum; cogendus, & compellendus est per Ecclesiasticas censuras, promissionem adimplere, pro executione sententiarum, ita *per c. 1. & 2. de adult. c. ex literis, c. sicut, & cap. requisivit de sponsal. c. de illis, c. ex literis*, & Felin. *in cap. 1. n. 12. de pace*, & alios tenent eleganter Rota in terminis, *in una decis. nov.* ex recollectis per Farin. 25. *per tot. f.* 10. videnda omnino, quia harum sententiarum executionem ita esse faciendam, latè comprobat, ita tamen ut debeat præcedere monitio, postmodum autem compulsio per censuras Ecclesiasticas, ut veriorem opinionem (aliis ab eo relatis rejectis) resolvit cum Tho. Sanch. *de matr. lib. 1. disp. 29. per tot.* ubi eleganter de hoc articulo, & alios plurimos Joan. Gutier. *de matr. 1. part. c. 15. à prin.* prosequitur etiam latè Franc. Card. Mant. *in tract. de contract. tom. 1. lib. 3. tit. 18.* ubi refert etiam causas, propter quas hujusmodi compulsio, & executio cessare debeat, inter quas quando ex executione & matrimonio timetur aliquod periculum, vel scandalum, & quando id contingat, vide latè per eos D D.

67 Hinc non inutiliter quæri potest, à declaratoria sententia incursus censurarum, lata pro cujuscumque rei judicatæ executione, appellationi interjectæ non deferens executor an vim facere declarabitur. Et vim fieri hanc licitam reputans appellationem, firmat Camil. Plautius *in tract. de pen. Episcop. à n. 27 fol. 534. tom. 5. tr. novor.* & fac pro eo quod latè suprà dixi *l. 1. c. 5. n. 33* quòd licèt ab excommunicatione non liceat appellare; tamen à declaratoria, aliquem in eam incidisse, permittatur quoad utrumque effectum.

Sed contrariam sententiam, & opinionem, veram, & 68
indubitatam reputo, quia talis declaratoria sententia est pars executionis rei judicatæ, & quemadmodum non potest appellari à tota executione, minus à parte. Et quia cùm à principali executionis judicio non suspendat appellatio, pariter nec ab incidentibus interjecta, ut suprà 69
lib. 2. dixi c. 6. à n. 1. & seqq. Unde cùm is, qui non appellavit infra decem dies à sententia sui naturæ appellabili, non poterit deinde appellare à citatione, qua judex eum monet, ad videndum se declarari, & denuntiari, quia illa citatio est actus executionis, Lancelot. *de attent. 2. p. c. 12. lim. 50. n. 118. & 119.* & faciunt quæ nos supra hoc *lib. 4. c. 1. à prin.* diximus, & latissimè suprà *2. p. cap 3. à n. 12. cum seqq. à prin.*

Et hanc nostram sententiam, & opinionem contra 70
Camillum Plautium *ubi proximè*, tenet Nicol. Garc. *de benef. 1. p. c. 5. n. 58.* loquendo in subexecutore literarum pensionis, dicit, quòd cùm causa sit executiva, declaratio non est appellabilis, licèt nullam rationem nec authoritatem pro se adducat. Sed idem tenent loquentes 71
in executione rei judicatæ, *de attent.* Lancelot. *2. p. 12. lim. 21. num. 27.* Escacia *de appell. q. 17. lim. 22. num. 43. & seqq.* Cæsar. Contard. *in l. unic. lim. 19. in fin. & nu. 20. C. si de moment. poss.* & loquendo in declaratoria in- 72
cursus censurarum pro executione obligationis in forma Cameræ, ut non suspendat appellatio, sed vestiatur executionis natura, probat Gallesi. *ad for. cam. obl. in 2. p.* 73
3. princ. in c. reliqua de proces. n. 43. junctis iis quæ scribit *n. 58. & seqq. fol. 363.* quem referens sequitur Lancel. *ubi proximè n. 26.* & loquendo in executione literarum Apostolicarum, dicit optimè Marquesi. *de commiss. 1. p.* 74
cap. 13. n. 1. ut hujusmodi appellationis, cùm non suspendat, non datur commissio nisi cum clausula (parito brevi) allegat Cassiador. *decis. 10. de rescript.* Staphi. *de literis just. cap. prædicta. num. 13.* Puteus *decis. 41. p. 1.* Cardinal. Tusch. *practic. concl. tom. 1. litera A. concl. 4010. n. 9.* & vide quæ nos suprà *lib. 4. cap. 3. versic. Sis & illius sententiæ, à num. 84.* & latiùs *lib. 2. cap. 3. per totum & ante fin.* Et hæc nota, quia utilissima valdè sunt, & quilibet etiam doctus contrarium responderet motus regula generali.

Deinde probatur, quia licèt possit appellari à captura & carceratione, eo modo, quo diximus suprà suo loco: tamen à decreto capturæ pro executione rei judicatæ, aut instrumenti guarentigiati, habentis executionem realem, & personalem paratam, non datur appellatio, ita Escacia *de appell. q. 17. lim. 47. memb. 1. n. 160.* 75

Et quòd appellatio à carceratione injusta permittatur, nisi quando carcerario fit pro causa inappellabili probat Ruin. *in l. appell. c. 3. n. 178.* Escacia *de appell. q. 12. num. 48.* 76

Ex quo sequitur etiam, quòd cùm hæc declaratoria sententia pro executione rei judicatæ, sive obligationis cameralis, seu literarum Apostolicarum lata, regulariter vestiatur, & assumat naturam judicii executivi, cui incidit ut appellatio careat suspensivo, quemadmodum ab ipsa executione dicendum venit ut quemadmodum ab hac appellationi defertur, quando in ea modus excedituc, pariter est permittenda ab hujusmodi declaratoria pro executione lata, quando in ea excediturmodus, & limites excommunicationis præcedentis, quia tunc ab excessu hoc ut licitæ, nisi deferat executor, vim faciet, & in terminis dicit Escacia *de appell. q. 17. lim. 22. sub n. 7. vers. intellige hanc extensionem*, & exemplificat *num. 12.* post Imol. & Franc. quos referens sequitur Lancelot. Robert. *de attent. 2. p. c. 12. limit. 21. à num. 14. 15. & 16.*

Et ad prædicta unum est notabile, quòd executor merus

77 merus, hoc est, ad nudum factum, & purum ministerium datus, cùm non habeat jurisdictionem, nec causæ cognitionem aliquam, nisi exequi factum; potest reputari etiam non constitutus in Ecclesiastica dignitate, nec in illis observatur constitutio text. *in c. statutum, de rescriptis lib.* 6. Zabarella *cons.* 103. *circa fin. jun.* 10. 78 *vers. ad ultimum, & n.* 3. *& per totum*, & Federicus de Senis *cons.* 115. *casus talis est, n.* 2. *vers. sed an executor.* Cardin. Fusc. *pract. concl. tom.* 3. *lit. E, cons.* 497. *n.* 1. 2. & 3. & alibi passim per Doctores; ideò isti executores dati ad compellendum ad aliquod factum sunt meri executores, non mixti, quia nihil aliud tenentur expedire nisi compellere ad ipsum factum, & ideo non requiritur, ut sint in dignitate constituti. Pro quo notat unam elegantem decisionem apud Pateum, 192. in ordine *lib.* 3. *fol.* 365. in hæc: Judices in compulsorialibus literis dati, non debent esse in dignitate Ecclesiastica constituti, nec in ipsis servandum est, *c. statutum de rescrip. in* 6. quia non sunt dati judices, sed executores ad compellendum, & tales non includuntur sub dispositione *d. c. statutum*, ita colliges ex his, quæ dicit Staphileus *in tract. de literis gratiæ & justitiæ, fol.* 41. hinc videmus, quòd in literis compulsorialibus, talis committitur clericis, & tabellionibus; ita dixi in Rota die 19. Decembris 1548. & placui Dominis.) Hactenus de dicta decisione.

79 Quarta & ultima species executorialium executoris est, quando ei committitur executio executorialium pro juribus incorporalibus, puta jure eligendi, præsentandi, & similibus, & tunc executor in procedendo nullatenus se habere debet, quàm ut is secundùm quem pronuntiatum est, suapte queat authoritate, jure suo uti; prout est pronuntiatum, cùm reali executione opus non sit, docent Innoc. *in c. cum nostris, de concess. præbenda*, & Bald. *in l. jubere cavere, ff. de jurisd.* 80 *omnium judic.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 5. §. 2. *n.* 7. quibus convenit, quod dicunt Thom. Grama. *decis.* 59. *n.* 43. & 45. Arisini Tepatus *tom.* 2. *tit. de acquir. fo.* 288. *colum.* 3. *in princ.* quòd ex sola sententia judicis in rebus & juribus incorporalibus, transfertur civilis & naturalis possessio, & sic alia actuali executione opus 81 non est, quod ego intelligo, quando condemnatus obtinenti executoriales patitur jure suo uti, at secus si non patiatur, & aliter non possit suo jure uti victor, quia tunc præcisè tenetur patientiam præstare, & ad id compelli potest, probant gl. junct. text. *in l. harum ff. si servitus vindicetur*, tenet Bart. *in l. stipulationes non dividuntur, col.* 14. *n.* 37. *ff. de verb. oblig.* Salic. *in l. uni C. de sent. quæ pro eo quod int. col.* 11. *n.* 38. Ant. Gomez *to.* 82 2. *variar. resol. c.* 10. *sub n.* 22. *ante fin. vers. secundo infero*, ubi dicunt, quòd sententia lata in confessoria, qua declaratur jus actoris, & condemnatur reus ad patientiam servitutis, quod præcisè tenetur & compellitur, illam patientiam præstare, pro quibus facit elegans. Rotæ decis. quam citavi infrà, *hac* 4. *p. c.* 14. *sub n.* 243. & 244. Et quia ideo operatur patientia in juribus incorporalibus, ut jurisdictio, immunitas, servitus, & 83 id genus, quod traditio in corporalibus, ac ideo quemadmodum in istis actualis traditio pro executione sententiæ requiritur, ita in illis ad sententiæ executionem victus compellendus est pro patientia, exactissimè comprobat & examinat nostras Joan. Garc. *de nobilit. gl.* 8. §. 1. *à princ. usque ad* 6. ubi latè quòd sola sententia in incorporalibus non transferat dominium, sed requiritur executio & compulsio pro patientia; & sic falsò loquuntur Gram. & Arisini. pro quo facit & determinavit Rota Roman. in una Calagurritana pensionis 2. Martii anno 1598. coram Corduba, & in alia 84 Neritov pensionis 5. Novemb. anno 1601. coram Litta, & in alia Brixiensi 23. Maii 1594. Coram Cardin. Mili. prout testatur referens Gratia. *in d. sc. pr. foren. t. tom.* 1. 113. *n.* 75. & 76 quibus firmat, fuisse dictum in apprehensione quasi possessionis juris incorporalis requiri executionem, eíséque necessarium actu apprehensivum ut per Alex. *in l. cum hæredis, in princ. n.* 9 *in gl. super verbo non pertinet, ff. acquir. poss. & in l. in jus nu.* 8 *ff. de* 85 *liber. & postlim.* Caputaq. *dec.* 135. 152. & 420. *l.* 2. quam si non præstiterit monitus, & compelletur carceris coërcitione ex supradictis, quia pendet executio ex suo animo, & persona, & faciunt quæ post alios Parlad. *lib.* 1. *rerum quoti. c.* 10 *à num.* 7. *cum seqq.* & sic hæc 86 executorum species una potest esse cum præcedente, & ejusdem farinæ. Quod intelige, quando actus apprehensivus non potest consequi propter repugnantiam condemnati, si autem consequatur, solus actus apprehensivus sufficit pro executione sententiæ, etiam renuente condemnato.

Circa hæc autem unum mirabile adnotabo verbum 87 Ludovici Roman. *in cons. fin. num.* 17. quòd quando quis condemnatus est ad restituendum, cedendum, aut renuntiandum aliquod officium, seu beneficium & is monitus, & compulsus, noli cedere, ac renuntiationem 88 facere actualiter, habetur procedente juris interpretatione, & ministerio, per text. *in c. bonæ, de postulatio. prælator.* ubi quòd si monitus Papa, & jure per Ecclesiam compulsus sit, ut cedat, de facto cedere nolit, habetur pro cedente; quo declarato ad electionem alterius procedi potest, quod luce clariùs probandum dicit ipse Roma. *ibi*, ea nempe ratione, quoniam qui tenetur ex debito, ad abdicandum à se jus aliquod, quod 89 est penes eum, si monitus abdicare non vult, habetur pro abdicante, & perinde proceditur, ac si abdicasset, dicit notabilem determinationem, & expressam text. *in l. sancimus, §. cum autem C. ad Trebellia.* ubi quæ hæreditatem tenetur restituere, & monitus recusaverit haberi legis interpretatione procedente, & restituente, ac perinde procedit, ac si restituta foret, insuper ex casu, quem vocat notabilem secundùm lecturam glos. & communem, *in l. in omnibus, la primera, ff. de prætoris stipula in l. damnum la* 1. §. *fi. ff. de damno infecto, & in l.* 1. *in fi. & lib.* 2. *ff. de instit. & in l.* 1. *C. de actionib. & oblig.* 90 quibus cavetur expresse procuratorem, qui nomine Domini, & ex re illius actionem & ejus acquisivit, à se abdicare, & cedere, monitum recusantem, juris interpretatione reputari cedentem, & perinde haberi, ac si cessisset. Romanum sequitur ibi Additionator & adducit concordantes; quod dictum priùs fuit Decii *in c. porrecta col.* 3. *vers. & confirmatur, de confirmatione utili, vel inutili*, hujus etiam farinæ est, quod dicunt Amador. Rodri. *de execut. c.* 5. *n.* 69. *ad fi.* & Autor Curiæ Philippicæ 91 *p.* 2. *c.* 16. *n.* 3. quòd si in officiis publicis vendibilibus sumpte natura, executio fiat, compellendum esse debitorem, ut officii titulum exhibeat, & renuntiet in emptorem, quibus adde celerem & mirabilem determinationem Ludovici Romani relatam.

Et ita supremæ Normanorum Curiæ placuisse, scribit Rupelan *l.* 1. *institut. forens. c.* 59. quem sequitur Felician. de Solis. *tract. de censibus l.* 2. *c.* 3. *n.* 30. & 31 qui quidem optimè docent, quòd quando in hujusmodi officiis publicis fit executio, & necessariò requiritur adi- 92 tus Regis, tunc creditor postulare debet, ut debitor officio renunciare compellatur, idque mox distrahatur, ac inde sibi satisfiet, & judex debitorem compellet, ut renuntiet, nec debitor resistere poterit, quin cogatur, etiam mandatum scripto dare, (per carceris coërcitionem puta; ut diximus, quòd apud Principem munus hoc per procuratorem deponat, in gratiam novissimi licitatoris, quod nota, ad officia, & munera renuntiabilia, prout quotidie fit.

Et hoc executionis genere ad compellendum con- 93 demnatum, ad præstandum consensum venditioni, seu rei alienationi, utitur ut meliori, faciliori, & magis proprio consilium Neapolitanum, ut testatur Vincentias de Franch. *decision.* 310. *per totam* 2. *part.* allegat.

93

ad id text, *in l. si cum dotem* §. *eo autem tempore*, & Cara *in rep. c. Imperialem, fol.* 50. *colum.* 2. *litera N, vers. quoad tertium, de prohibita feudi alie. per Federicum.* & sic prædictum consilium Neapolitanum protulit decretum, quòd quædam illustris principissa condemnata, ad præstandum consensum cuidam subfeudationi
94 factæ à vassallo suo juxta pacti conventionem, infrà tres menses præstet assensum prædictum, aliàs haberetur pro præstito, rejecta compulsione posita à jure, captis scilicet pignoribus, & venditis juxta text. *in l.* 2. §. *ex hoc rescripto. ff. de ventre inspiciendo, l. si quis à liberis.* §. *si vel parens, ff. de liberis agnosc.* ubi per Cordub. *ibi in princ.* dicitur, hanc executionis formam pervetustam esse, & sic altera electa fuit per consilium ut propria.

95 Et pro hujus doctrinæ comprobatione adduco text. *in c. contingit. de dolo & contum.* ubi habetur, quòd si actor dolo, vel potentia adversarii non potest à judice mitti in veram, & actualem possessionem rei post annum habeatur pro vero possessore, efficitúrque verus possessor, ministerio juris, quem text. singul. & meliorem de jure dicit Ant. Go. *in l.* 45. *Tauri sub n.* 111. *vers.* 3. *pro ista parte*, & ab eo citati, expendo etiam text. *in l. quamvis, ff. de bonis autho. jud. poss. juncto* §. *superiori*, ubi habetur, quòd si propter aliquod impedimentum, quis non possit mitti per judicem in possessionem actualiter
96 habeatur pro possessore dispositione, & ministerio illius legis, quam dicunt notabilem, unicam, & singularem citati ab Ant. Gom. *ibi vers. quintò pro ista parte.*

Cujus etiam farinæ est, quòd si quis fuerit condemnatus ad tradendum instrumentum alicujus debiti, puta, alicui tanquam ab ejus obligatione liberato, si non reperitur instrumentum, cogitur condemnatus ei face-
97 re aliud instrumentum liberationis, Angel. Aretin. *in cons.* 136. *in themate à n.* 13 qui *n.* 17. *vers. secundo*, quando dicit, quòd condemnatus in eo, quod de jure est impossibile, sed honestum, compellitur de facto, eo modo, quo potest; quem referens in utroque casu sequitur Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 7. *litera* S, *concl.* 126. *n.* 128.
98 qui quidem *ibi n.* 125. dicit, quòd licèt sententia sit stricti juris, tamen sententia condemnans Titium ad conservandum indemnem Gaium ab obligatione facta per ipsum Gaium, si hujusmodi Gaij obligatio est jam extincta, quia fuit compulsus solvere, debet conservari, & relaxari indemnis, eo modo, quo potest, ut scilicet
99 solutum eidem restituatur, licet sententia dicat relevari ab obligatione, comprehendit etiam relevari à solutione facta vigore obligationis, allegat ad hoc Angel. Aret. hoc plenè tractantem *in d. cons.* 136. *n.* 4. *cum seqq.* qui contrariis satisfacit.

100 Et denique pro intelligentia eorum quæ dicta sunt hactenus, adverte; quod illi quatuor procedendi diversi modi, præmissi pro executione executorialium pariter sint eligendi, & eodem modo repetendi in exequente instrumentum guarentigiatum, seu in forma Cameræ Apostolicæ, ut etiam notant præcitati DD. & claè deprehenditur, itaut & executione instrumenti continentis quantitatem pecuniæ; servetur forma posita pro executione executorialium super quantitate pecuniaria. Instrumento verò continente speciem certam, puta domum, *&c.* servetur ordo traditus in executione executorialium, quibus certa res, & species continetur, & de singulis nempe, quando instrumentum continet promissionem facti, aut juris incorporalis, ut pariter idem modus repetatur, quoniam instrumentum Camerale habet vim sententiæ transactæ in rem jud. & obligatus ex eo habetur pro condemnato jam, & sic quoad executionis procedendi modum æquiparantur executoriales, & instrumenta guarentigiata, Benedicti de Bar. *in tract. de guar. p.* 2. *q.* 13. *fol.* 546. Ant. de Canar. *in tract. de execut. instructus q* 41. *sub n.* 79. *fol.* 44. Escac. *de appell. q.* 19. *lim.* 10. *n.* 8. *ad fi.* Joan. Garcia *de nobilit. gl.* 6. §. 2. *n.* 25. & ideo de executione sententiæ ad executionem instru. guaren. licitum est arguere secundùm Bart. *in l. cùm unus in fi. ff. de bonis autho. jud. possit.* Bald. *l. fi. in col.* 2. *ff. eodem. tit.* Rom. *cons.* 76. *n.* 4. Angel. *in lib.* 1. *C. quando provo. non est necesse.* Quinti. Man. *in tract. de inhibit. q.* 49. *n.* 2. Paz *in pract.* 4. *p. tom.* 1. *c.* 1. *n.* 3. & ita pariter variantur exequendi modi uniuscujusque instrumenti qualitas exposcat; vide quæ nos inferiùs *cap.* 8. *num.* 363.

CAPUT IV.

Ab executore, sive suæ personæ, aut commissionis, sive superioris mandantis defectu, jurisdictione, & potestate carente, & ad ulteriora procedente, appellationi non deferente: an & quando vis fiat, & an is hujusmodi incompetentia cognoscere queat.

SUMMARIUM.

Excessus ex defectu potestatis à cæteris excessus speciebus substantiam rapit, & de omnibus componitur, n. 1.

Cum de defectu potestatis executoris quærimus, necessariò inferimus ad excessum, n. 2.

Executor aliquam partem potestatis usurpans excedit multò fortius qui totam arripit, n. 3.

Nullitas nulla major, quàm quod fit extra potestatem, ibidem.

De executoris potestate quando disputatur, locum habet appellatio suspensiva, n. 4.

Excedere dicitur executor eo ipso quod absque jurisdictione procedit, n. 5.

Exceptiones incompetentia sui aut mandantis, si subexecutor rejiciens procedat executione, excedit, & datur appellatio suspensiva, n. 6.

Executor beneficiatus etiamsi assumat viam meri, si non admittat exceptionem surreptionis aut nullitatis suæ potestatis, potest appellari, n. 7.

Exceptio relevans & legitima dicitur quæ provenit à causali, quæ justam causam præstat appellandi, n. 8.

Exceptio si non potest executioni opponi, non potest appellari ob rejectionem, n. 9.

Ab executore vigore brevis Cameralis habentis executionem paratam potest appellari, quando verificatur subreptio commissionis, n. 10.

Plus instat causa in re ipsa, quàm in causato, n. 11.

Omne jus potentius operatur in causa quam in causato, num. 12.

Excessus nullus alius major quam defectus potestatis mandatæ, quia immediatè & naturaliter est excessus, n. 13.

Executor merus saltim de exceptione infringente suam potestatem, cognoscit ad effectum remittendi tantùm, n. 14. & 15.

Executor mixtus potest cognoscere de potestate sua an rescriptum sit falsum vel surreptitium, & se pronuntiare judicem vel non, n. 16.

Executor merus potest de exceptione defectus suæ potestatis cognoscere extrajudicialiter ad effectum supersedendi in executione, n. 17.

Executoris meri potestas ob falsitatem commissionis nulla redditur. n. 18.

Executor merus licet non admittat exceptiones contra sententiam, tamen defectus potestatis suæ admittit, numero 19.

Executor merus quantumvis practicam habeat facultatem potest cognoscere de falsitate narratorum ad effectum supersedendi, n. 20.

Executor merus tenetur admittere exceptionem noviter ortam quam si sciret mandans in executore supersedere, num. 21.

Exceptio

Exceptio falsæ & surreptitiæ commissionis oritur post sententiam, & est incognita superiori, n. 22.

Executor merus de exceptione relevante, puta surreptionis coram eo opposita cognoscit, ut remittat & supersedeat si verum inveniat, n. 23.

Executor merus admittens exceptionem ad referibendum & supersedendum, remanet nihilominus merus, n. 24.

Exceptione impugnante potestatem delegantis potest delegatus cognoscere, n. 25.

Exceptiones infringentes jurisdictionem delegantis, admittit, & cognoscit delegatus, n. 26.

Judex quilibet sive ordinarius, sive delegatus, cognoscit an sua sit jurisdictio, n. 27.

Executor admittit exceptiones concludentes defectum tam suæ quàm mandantis potestatem, n. 28.

Declara, ut num. 29.

Executoris potestas pendet à potestate mandantis, n. 30.

Excessus executoris ut delegatur inquirimus potestatem mandantis, n. 31.

Delegata causa quæ ad jurisdictionem mandantis non spectat, omnia sunt irrita & appellatione non egent, n. 32.

Executoris potestas debet à potestate mandantis regulari, num. 33.

Infecta primitiva infecta censentur derivativa, n. 34.

Arboris rami majores circa non habent quam à radice susceperint. n. 35.

Radice infecta rami exsiccantur, & palmites inficiuntur, num. 36.

Radice infecta & extincta rami pullulare non possunt, numero 37.

Nemo plus juris in alium transfert, quàm ipsi competat, num. 38.

Avocata jurisdictione à delegante intelligitur sublata ab ejus delegato compulsore in partibus, n. 39.

Apellationi ab executore mixto aut mero rejiciente legitimam exceptionem defectus suæ potestatis aut mandantis, non deferente, vim fieri declaravit Senatus, num. 40.

Suprema tribunalia hac utuntur praxi, sive in causis ecclesiasticis per viam violentiæ, sive in profanis excedentibus, n. 41.

Executor ante commissionis executorialium præsentationem & intimationem sibi factam, caret potestate & jurisdictione, nec tanti potest, n. 42.

Jurisdictionem ac potestatem nullus delegatus recipit ante literarum præsentationem & intimationem, n. 43.

Commissionem esse præsentatam non sufficit, sed requiritur ut sequatur appellatio, n. 44.

Executor etiamsi sciat facultatem sibi competere, tamen ante præsentationem non recipit potestatem, n. 45.

Per executorem gesta post terminum limitatum in communione, sunt nulla ipso jure, atque vim facit procedens, n. 46.

Executor ad exactionem post terminum exigens, vinculis ligatus ad superiorem remittitur, n. 47.

Executor ignorans prorogationem de tempore ad tempus, si pro edat post, terminum, irritè & nulliter facit, n. 48.

Commissio collata in tempus quo committens cariturus est jurisdictione, est nulla, n. 49. remissive.

Judex sicut appellatione pendente & ejus termino non potest exequi, ita nec executionem committere, cujus defectus est particeps executor, n. 50.

Non potest quis per alium facere, quod non potest facere per se ipsum, n. 51.

Executor non dicitur executionem facere, sed mandans, num. 52.

Executor est velut causa instrumentalis quæ nihil disponit, num 53.

Actus non attribuitur exequenti sed mandanti, n. 54.

Judex vim facit non deferens appellationi à commissione executionis sententiæ suspensæ per legitimam appellationem, n. 55.

Executor procedens ad executionem sententiæ suspensæ per appellationem, potest de facto impediri & resisti, num. 56.

Et ab ejus processu appellationi nisi deferat, vim fieri declarabitur, n. 57.

Mandatum Papæ injustum potest executor non exequi, sed rescribere, secundam jussionem expectare, n. 58.

Etiamsi mandatum contineat excommunicationem, ibi.

Condemnatus curet appellare coram executore à sententia quam exequi vult intra terminum ad appellandum, cum antea sibi non fuerit intimata, & cum protestatione adeundi superiorem qui eam tulit, n. 59.

Executor gratiæ licet acquirat jurisdictionem à tempore datæ, eam tamen non exercet ante præsentationem literarum, n. 60.

Præsentatio literarum originalium an sit necessaria, vel an transumptum sufficiat, n. 61. remissive.

Executor gratiæ etiamsi sciat sibi facultatem competere, non potest procedere ante literarum præsentationem, num. 62.

Sententiæ executio facienda est ab eo judice sub cujus districto res sita est, ad requisitionem tamen judicis ferentis sententiam, n. 63.

Et idem in contractu paratam executionem habente, n. 64.

Judex requisitus an excedat non exequendo juxta statutum judicis requirentis, n. 65. remissive.

Judex requisitus re integra mortuo vel aliter finito officio requirentis, an possit nihilominus executionem facere, num. 66.

Nuntius ut mittat aliquem in possessionem, judice mandante mortuo potest mandatum exequi, n. 67.

Executio mandata etiam morte mandantis re integra non expirat mandatum, n. 68.

Judex successor tenetur adimplere & exequi mandatum directum suo prædecessori, n. 69.

Mandatum ex causa necessaria (prout est executio commissa) non expirat morte mandantis, n. 70.

Mandatum quibus casibus non expiret morte mandantis re integra, n. 71. remissive.

Exequutor ad exequendum morte mandantis procedens non excedit, n. 72.

Judex requisitus an possit cognoscere de dominio aut possessione rei super qua exceptio est facienda, n. 73.

Judex requisitus ad exequendum dicitur nudus & merus exequutor, n. 74.

Exceptio dominii aut possessionis potest tertius opponere coram judice requisito pro executione sententiæ, quia ut plurimum longe distat superior, n. 75.

Opinio Cevall. reprobatur, putantis omnes meros executores posse admittere exceptionem super dominio aut possessione rei, super qua fit executio, n. 76.

SIHÆC præsens excessus species, à cæteris omnibus excessus speciebus virtutem, & substantiam rapit, siquidem cum de omnibus participet nec non à cunctis aliis sola componatur ista, verùm etenim verum est, ut cùm de executoris potestate, ac jurisdictione dubitari contingit, necessariò de excessu dubitatio infertur; eo namque ipso quòd executor sine jurisdictione, & potestate procedit, dicitur excedere, & ex ipsa transgressione potestatis mandatæ, eodemq; momento oriri, atque excessum simul generari, constat; quoniam executor in eo quod excedit, desinit esse executor, & judex incipit jurisdictione, & potestate carere, ac efficitur privata persona, ordinariæ potestati subjecta, ut satis abundè diximus & comprobavimus suprà *hoc lib. 1. c. 3. per totum, & c. 4. post prin. usque ad fin.* qua omnes ibi adductas considerationes hîc applica, non repetam. Apparet etiam ex ipsa excessus descriptione, quam apposui ibi in *d. c. 3. n. 36. & 37.* ut novum sit quoddam gravamen extra limites potestatis mandatæ per executorem illarum, & si arripiens partem jurisdictionis & potestatis excedit, juxta *l. quicunq; & l. contra*

nostra de executoribus & exactoribus tributorum lib. 11. multo magis excedet executor, qui cùm non sit executor, omnem potestatem integraliter usurpat, cui convenit unicum verbum Bald. *in l. ab executione C. quorum appell. non recip. sub n. 3. vers. dico dum certis*, quòd executor, sive exequatur in toto, quando nihil erat exequendum, sive in parte, dicitur modum executionis excedere, & sic sequitur evidenter regula trita in hac materia, ut ab executore sive mero, sive mixto, excedente limites suæ commissionis, interjectæ appellationi esse deferendum, & vim fieri declarandum in curia suprema, de violentia cognoscente, nulla enim major nullitas, quam cùm quid sit extra potestatem. Boëri. *decis.* 299. Olivanus *de jure fisci. c.* 25. *n.* 39. Rimin. *junior. cons.* 282. *n.* 70 Rota *diverso decis.* 666. *n.* 4. *p.* 1. Bertazol. *cons.* 465. *n.* 24. Paris. *de gabellis p.* 3. *n.* 73. Nicol. *allegat.* 2. *n.* 21. Vant. *de nullit. ex defectu juris, n.* 1. Giurba *decis.* 96. *sub n.* 10. *& nos hac* 4. *sub n.* 64. *c.* 3. & sursum *à n.* 36.

Hanc doctrinam in terminis reperio apud Rugin. *in tract. de appellat.* §. 2. *c.* 2. *sub num.* 64. *vers. quarto si disputatur*, dicens, quòd quando disputatur de potestate
4 executoris ad exequendum, poterit & licitè appellari ab eo, & habere locum limitationem *l. ab executore*, cum concordantibus. *C. quorum appell. non recip.* id etiam clariùs dixit Sigismund. Escacia *in tract. de appell. q.* 17. *lim.* 11. *n.* 10. quod eo ipso quòd executor procedit si-
5 ne jurisdictione, dicitur excedere, dicit probari in terminis per Rotam *dec.* 45. *alias* 346. *si appellet, de appell. in novis* Cæs. Contard. *in repert. l. unic. C. si de mort. poss. lim.* 19 *fol.* 347. plurimas & elegantes doctrinas in comprobationem congerit Vincent. Caroc. *excep.* 22. *q.* 10. ubi plures citat Doctores, & facit illud Christi Domini, non haberes potestatem adversus me ullam, nisi tibi datum esset desuper Ioan. c. 19

6 Pro quo mirificè facit, quòd affirmat ex Feli. Æmil. Berat. *decis.* 333. *p.* 1. & Gigas *de pensio. quæst.* 45. Flores de Men. *in pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 12. *n.* 44. quòd si subexecutor auditoris Cameræ datus ad exequendas via executiva literas pensionis, non admittat exceptionem oppositam puta subreptionis, aut incompetentiæ ipsius auditoris ac perinde ejus executoris, cujus vices gerit, vel alia quævis allegatur exceptio contra jurisdictionem executoris, aut subexecutoris. de qua saltim summar è incontinenti apparet, ita quòd non videatur per calumniam opponi: excedit rejiciens, & ad ulteriorem executionem procedens, ab eóque posse appellari quoad utrumque effectum suspensivum, & devolutivum, pro cujus delatione adita suprema prætoria deferri, ac ponit acta omnia, & attenta, declarabunt, cùm istæ exceptiones penitus infringant viam executivam, omnemque processum.

Hinc eleganter dixit Joan. Ant. de S. Georgio. Cardin Alex. *in cap. dilecto filio.* per text. *ibi n.* 13. *de appellat.*
7 quòd si executor beneficialis etiamsi eligat viam meri executoris tenetur admittere exceptionem subreptionis, & nullitatis potestatis suæ quod patet (inquit ille) quod si non admittit, potest appellari, ex eodem
8 text. *ibi*, nec admissas, *&c.* (& facit ipse Cardin. Alexand. bonum argumentum, quoniam exceptio relevans & legitima dicitur, quæ provenit à causa, quæ justam causam præbet appellandi, probat eleganter Oldral. *cons.* 323. *circa primum in princ.* Cardin. Tusc. *practico l. tom.* 3. *litera E. concl.* 378. *n.* 1 Bald. optimè *in leg. de executivis C. quorum appell. num.* 13. dum dicit appa-
9 rere ex prædictis, quòd quædam sunt exceptiones, quæ possunt opponi in executione, nam si non possent opponi, non appellaretur, *&c.* facit etiam, quod dicit Hier. Gonzal. *de mensi. & alterig.* 9. *in annot. n.* 235 quòd licèt ab executore vigore brevis Cameralis habentis, executionem paratam, non licèt appellari, fallit quando verificetur subreptio, vel obreptio literarum, & com-
10 missionis: quia tunc appellationi quoad utrumque effectum, & suspensivum, & devolutivum, deferendum esse, per text. *in cap. postulastis de rescript.* Aimon. Cravet. *consil.* 68. *num.* 10. plenè Lancelot. Rober. *de attentat.* 2. *p. c.* 4. *in præfatione n.* 478.

Quod eo validissimo fundamento fulcitur, nam si 11
excessus commissionum appelationem suspensivam in executione operatur propter defectum potestatis, & jurisdictionis, (qui maximus est, ut suprà diximus) multò fortiùs ipsemet defectus potentiæ, ubi directò & immediatè concurrit, eosdem & majores effectus debebit operari, plus siquidem influit causa in se ipsa, quàm in causato. Felin. *in c. ad litis num.* 20. *de præscript.* decis. Genuen. 128. *n.* 2. text. *in l. navis onustæ. in* 1. *respons. ad l. Rhodiam de jactu.* meus Perez de Lara *de anniver. & capell. lib.* 1. *cap.* 24. *n.* 4 omne enim jus potentiùs 12
operatur in causa, quàm in causato. Castren. *cons.* 129. *vol.* 1. allegans *l. digna vox. C. de legibus*, nam quando quid est propter aliud potentius, fortiúsque, consideratur illud propter quod est. *leg. & si non sunt clavi.* 21. §. *perveniamus. ff. de auro & argento legat. l. tempus.* 29. *ff. de re jud.* optimus text. *in clem.* 1. *de reliquiis & veneratione Sanctorum*, ubi si veneramur Sanctos propter Deum, multò magis ipsum Deum. *authent. multo magis. C. de Sacro sanctis eccles.* ex quibus deducimus vulgare illud axioma, *Propter unumquodque tale, & illud magis.* Ex 13
quibus manifestè cognoscitur, ut nullus alius major excessus sit quàm mandatæ potestatis defectus, iste autem propriè naturaliter, & immediatè absque alterius dependentia excessus est, alii verò mediatè & causativè excessus sunt, ob defectum potestatis ex actu insurgentem.

Et insuper ex eo etiam, nam licèt merus executor, 14
cùm non habeat jurisdictionem, de nullius exceptionibus cognoscere queat regulariter; tamen de hac, qua infringitur sua potestas, & jurisdictio, ut de exceptione falsi, aut subdeptitii rescripti, & commissionis rectè quidem & licite valet cognoscere, non ad effectum determinandi super illa, sed supersedendi in executione, & instructum reddendi superiorem, ac illum informandi text. est *in leg. & si non cognitio.* ibi, & si non cognitio sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut si totius intervenerit, *&c.*) *C. si contra jus vel util. publ.* ubi glos. & Bald. not. & cæteri omnes Doctores *cap. pastoralis.* §. *& si non cognitio.* 25. *quæst.* 2. *d. l. à divo Pio*, & ibi Bart. *num.* 7. *& seqq. de re jud.* text. optimus *in cap. de cætero, de sentent. & re jud. leg. si prætor.* §. *Marcellus ff. de judiciis.* Innocent. & Hostiens. *in d. c. de cætero*, docétque clare Specul. *in tit. de executione sententiæ leg. nunc dicendum n.* 6. optimè explicat ibi Abb. *num.* 3. *per totum, & sub num.* 4. *ante. fin.* Bald. *in d. l. à divo Pio*, idem Abb. *in cap. pastoralis.* §. *quia verò num.* 3. *vers. sicul. de secundo scilic. de off. delegat.* Rota *decis.* 3. *de except. in novis*, per quam optimè dixit Felin. *in d. c. de cæ-* 15
tero, num. 7. *vers. quintus casus est*, quòd quando opponitur coram executore mero, quod rescriptum est falsum, debet executor admittere talem exceptionem, quem sequitur Bened. Band. *in repert. ad illum, verbo, executor merus est ille, &c. circa princ. vers. ista fall. concl. quando opponitur.* Bobad. *in polit. libro.* 2. *cap.* 20 *sub num.* 47. *circa primum.* bene etiam dixit Abb. Panorm. *in d. cap. de cætero num.* 9. *vers. quæro an is* ubi postquam resolvit latè, quod mixtus executor, cùm judex sit in executionis actu meritò potest cognoscere de potestate sua an rescriptum, & commissio sit falsa, aut subreptitia, & etiam se pronunniare judicem, aut non judi-
cem, juxta *c. significantibus de off. delega & clem.* 1. *de re-* 16
script. dixit *in fin.* quòd si coram executore mero opponatur exceptio falsi, vel subreptitii rescripti, ut non per viam judicii, (cùm nullam jurisdictionem habeat talis executor, juxta *l. sit ut proponis, & l. executorem, C. de exec. rei jud.*) sed extrajudicialiter poterit de ea cognoscere & inquirere ad sui instructionem, ad effectum exequendi

exequendi, vel suspendendi executionem, per argumentum *cap. cum contingat, & cap. si quando de rescr.* idem Ab. *in cap. super eo. de crimine falsi* idem tenent Gemi-
nia *in cap. sicut 2. quæst. 1. col. penult.* Joan. Andr. *in cap. super eo. de crimine fal. in 1. colum.* Hostiens. & Imol *in cap. cùm contingat col. ult. de rescript.* Capella Tholosa. *decis. 344.* & ibi additio. Felin. *in cap. pastoralis §. quia verò, num. 17. vers. quimò fallit de off. delega.* & in specie etiam optimè consuluit Soc. Senior *consil. 83. n. 29. l. 4.*
18 dicens, quòd cùm ob falsitatem nullum reddatur rescriptum, & executoris potestas, super hac exceptione poterit merus executor cognoscere, juxta text. *in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6.* eum referens sequitur Menoch. *de arbitr. jud. lib. 1. quæst. 38. num. fin.*

Et dicit mirabiliter Lapus *allegatione 2.* incipit. *di-*
19 *sputat. colum. fin num. 12. vers. ad hoc*, quòd licèt executor exceptiones contra sententias non admittat, exceptiones tamen defectus potestatis suæ, aut commit-
tentis concludentes admittere debet, an literæ suæ sint falsæ, obreptitiæ, aut subreptitiæ, hoc idem & latiùs per Guido Papæ *quæst. 574. an judex*, quem vide post Innocen. *in cap. dudum, colum. 2. in prin. de præsumpt.* optimè Vantius *in tract. de nulli. senten. tit. coram quo nullitas*, &c. *num. fin. ad fin.* quibus quidem rectè convenit, quòd ait Cardin. Tusch. *pract. conclus. 3. tom. litera E concl. 500. n. 3.* post Ancharan. *consil. 240. num. 2. 3. & seqq.* merum executorem posse cogno-
20 scere de veritate, & falsitate narratorum, non ut judicet, sed ut referat, quantumcumque præcisam habeat commissionem, quia sicuti Princeps rescribens si sciret vera non esse narrata, super quibus se fundat: non rescripsisset, ita & eodem modo posse executorem supersedere, & rescribere.

21 Quò pertinet, quòd executor etiam merus, tenetur admittere exceptionem novam, & noviter ortam, quæ si à judice mandante cognita fuisset, ab executione supersederet nec pariter executor ejus cognoscere, & supersedere debeb t. Felin. *in cap. pastoralis, §. quia verò, n. 7. vers. quarto fallit, de off. delegat. in cap. de cætero n. 6. de re judic.* per *l si hominem, ff. mandati.* Rober. Marant. *disput. 1. n. 33. vers. fallit quarto.* Bened. Band. *in repert ad Felin. verbo, executor. sub vers. secundo, & sub vers. quarto prop. fin.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 38. n. 24.* & ita cum hæc exceptio falsæ, seu subreptitiæ commissionis sit nova, orta post sententiam, & in ipsa
22 commissione, ignota superiori de ea executor cognoscat, quia licèt talis merus executor non queat regulariter exceptiones admittere ex supracitatis DD. & Andrea Gaill. *l 1. observ. 124. n. 8.* Ludovico Peguare *in decis. civil. 209. n. 2. in fin.* tamen de hac exceptione benè poterit cognoscere.

Facit etiam quæ dicunt Zabarel. *consil. 103.* Federic. de Senis *consil. 157. circa fin. vers. nam executor.* Anchar. *consil. 240. n. 2. & 3.* Æguid. Bellam *consil. 40. n. 10.* Cardinal. Tusch. *pract. conclus. tom. 3. litera E. concl. 500. à num. 1. usque ad n. 4.* affirmantes, quòd licèt executor merus nullam habeat jurisdictionem, nec exceptionum cognitionem cùm ad nudum factum deputatus sit: ta-
23 men si coram eo aliquam relevans exceptio; puta, subreptionis rescripti, opponatur, de ea cognoscit, non ut judicet, sed ut referat, & rescribat superiori, & interim supersedeat in executione, si veram illam reperiat, aliter atque non suspendat, & quòd nihilominus merus manet executor. Et facit, quod solemus
24 dicere de exceptione nullitatis oppositæ coram executore, ut ipse de ea cognoscat, non ad effectum pronuntiandi super illa, sed ut illam incidentem ad superiorem remittat executor, si de exceptione constabit in executione supersedeat. Ancharan. *in clem. 1. colum. fin. de re jud.* Innocen. *in cap. cùm in jur. de off. deleg.* Bart. *in l. de præt. ff. de judic. & in l. à D. Pio in prin. in 3. col. & in l. 4. §. condemnatum, ff. de re jud. & in l. fi. C. si ex fal. instr.*

Salgado de protect. Reg.

Bald. *in addit ad Specul. tit. de senten. colum. 6. vers. an coram judice & executore.* Lapus *allegat. 2.* nos latiùs dicemus Deo dante *in cap. de exceptionibus.*

Quæ quidem & illo fortiùs redditur, quoniam vul- 25
gatè est, ut etiam exceptio impugnans potestatem delegantis, & mandantis commissionem coram ipso delegato proponi, & probari, & ad ipsum tales exceptiones admittere, & repellere, spectare, *cap. si à subdelegato*, & ibi glos. Archidia & alii *de off. deleg. in 6.* Speculator, & ibi Joan. Andr. *verb. cognoscit. §. excipitur, vers. sed quis cognoscet de off. deleg.* ut si diceretur, delegationem non valuisse ex eo, quòd causa delegata ad forum delegantis non spectabat, juxta text. *in l. 1. C. qui pro sua jurisdictione*, quia hæc exceptio spectat ad cognitionem 26
delegati, ad quem pertinet exceptiones, per quas negatur delegantem habuisse jurisdictionem; admittere, vel repellere non probatas glos. *verbo aliis casibus, in d. cap. si à subdelegat. de off. deleg. lib. 6.* & ibi Joan. Andr. *in ejus addit. in verbo cognoscet, in §. fin. verb. sed quis cognoscet, col. 5. de judice deleg.* Abb. *in c cùm te consulente in fin. de off. delegat.* & Felin. *in cap. super literis col. fin. de rescript.* Ang. *in §. præterea col. 10. vers. quarto opponitur, quod est judex competens, &c. instit. de except.* Anton. Corsetus *in lib singul. in verbo, jurisdict.* Vantius *de nulli. senten. ex defectu juris ordinarii, num. 37.* & iterum *in tit. quibus mod. sententiæ nullæ defend. poss. n. 51. & 52.* sitque generaliter verissima resolutio: quemlibet judicem sive delegatum, sive ordinarium cognoscere; an sua sit jurisdictio, ut in unum plures referam videndus 27
Marta *in tract. de jurisdictione 2. p. c. 4. à prin. & à n. 17.* Et quòd executor admittit exceptiones, concludentes defectum potestatis, tam suæ quàm mandantis, pro- 28
bunt Lapus *d. alleg. 2. col. fin. n. 12.* Guido Papæ *d. q. 574. an judex* Vantius *in tr. de nullit. senten. d. tit. coram quo nullitas*, &c. *num. fin. ad fin.* & per Lapum *ibi*, & Innocentium, *in cap. de cætero, de re judicata*, idem affirmat Card. Tuschus *pract. concl. tom. 3. lit. E. concl. 485. n. 9. & concl. 486. n. 40.* per Joannem de Imol. *in consil. 127. n. 3. vers. respectu autem.* Bald. *consil. 399. vers. nam quædam, lib. 4* Tuschus *ubi proximè concl. 484. num. 23. & conclus. 492. n. 26.*

Quam doctrinam accipere debes secundùm hacte- 29
nus comprobatam distinctionem, ut executor merus admittit hujusmodi exceptiones defectus potentiæ ad finem supersedendi, & rescribendi, non autem ad finem determinandi, executor verò mixtus, cùm judex sit, & jurisdictionem habeat, de hujusmodi exceptionibus cognoscet, ad declarandum, an sua sit jurisdictio, sive ex sua persona, sive mandantis, defectus potestatis proveniat.

Quoniam potestas executoris pendet totaliter à po- 30
testate mandantis superioris, ita ut si iste ea caruerit, pariter & totaliter executor & particeps, & ut excessum, & potestati defectum in executore delegamus, 31
inquirimus potestatem ejus, cujus vices gerit, iste est elegans text. *in l. unica, C. qui pro sua jurisd. judic. dare, darive poss.* quæ sic loquitur: In causarum delegationibus illud & consultissimè præcipimus observari; ut ita valeant, si ad jurisdictionem pertineant delegantis, quòd si quis alienæ jurisdictionis causam crediderit delegandam, nec præcepto cognitorem datum, patien- 32
tia accommodare censemus, & si contra leges obtemperavit deleganti, omnia, quæ ab ea delegatione geruntur, ita pro infectis haberi præcipimus; ut nec appellantur, ita pro infectis haberi præcipimus; ut nec appellantur, ita pro infectis haberi præcipimus; ut nec appellant

ex aliquo juris defectu, aut dispositione, eum executorem, cujus vices gerit, pariter pati defectum, non est dubium, quoniam infecta primitiva, infecta censetur etiam derivativa, ut per *cap. cum quid prohibetur, de regul.jur.* dicit Tiber. Salustius *in praxi audito. Camera* 35 *lib.2.cap.*18. *num.*8. arboris enim rami majores vires non habent, quàm à radice susceperint Bal. *in leg.*1. *ff. de Senator.* ubi dicit quòd extincta radice ramus ex- 36 citare oportere, & infecta radice, inficiuntur & palmites, text.arg.*l.unica matre, & in l.*3.*C.de bonis mater.l.D.Marco,C. de quæstionibus* quomodo enim pos- 37 sunt rami pullulare, si radix infecta, seu extincta esset, *l.maximum vitium, C.de liber. præter.l.fin.C.de nupt. auth.de hæredib, ab intest.venien. §. si igitur defunctus el* 2. *vers.ex diversi. collatione* 9. Cervant.*in leg.*9.*Tauri.n.* 8. *& in l.*9.*num.*75. & iterum *num.* 207. nemo enim plus 38 juris in alium transferre potest, quàm sibi competere dignoscatur *d.l.nemo plus, ff. de regul. juris concordantis*, & hoc facit argumentum Rota teste Puteo *decis.* 240,*lib.*3. ubi dicitur, quòd facta causæ avocatione à mandante, ita ut ulteriùs non queat procedere, à for- 39 tiori intelligitur avocata ab ejus delegato compulsore in partibus, ita ut insuper procedere non potest; quam videomnino.

40 Ex quibus omnibus una erit facienda in hac materia juridica, seu probabilis conclusio, ut appellationi ab executore, sive mixto, sive mero, non admittente exceptionem defectus potestatis suæ, sive superioris mandantis, non deferente interjectæ, vim facere declarari in tribunalibus, tum quia procedit nulliter executor carens potestate (ut latè probavimus suprà *cap.*3) tum etiam, quia non admittit exceptionem admittendam, quod est excessus ut *cap. seq.* latè apparebit.

41 Quam conclusionem communiter practicatam videmus quotidie in supremis tribunalibus, non solùm quando acta adeuntur per viam violentiæ, sed etiam quando per viam querelæ alicujus judicis commissionis seu executoris, sive à Curia Regia, sive aliunde missi, excedentis à sua commissione, quia in omnibus causis inspicitur statim sua potestas ex delegatione, & potestas ejus, à quo missus est, an casum illum possint demandare, & ad se pertineat, & hoc jure utimur.

42 Ex qua conclusione, & ex hactenus in ejus comprobationem cumulatis illud primo loco infero quòd cùm executor ante præsentationem, & intimationem literarum executorialium sibi factam, uti non possit earum facultate, ac careat potestate, ac jurisdictione ex mox citandis, appellationi ab eo interjectæ non deferens vim facere, declarabitur, & quòd ante literarum præsentationem, & intimationem non possit executor uti facultate, nec procedere ad executionem earundem, tenet Rota *decis.*793. *in antiquis, & decis.*242. *& decision.* 458.*in novis* Dominicus *in cap.eam te, in fin. de rescript.* Felinus *in cap sciscitatus vers. limita hanc partem rescript.* Roma *consil.* 353. *vers. quoad tertium*, Bal. *in rub. qui succession. feud. vers. executores verò*, Philip. Franc. *in cap. super eo. el* 2. *vers. & ita etiam tenet Rota de appell.* Felin.*in cap.eam te, de rescr.* & idem *in cap.fin.vers.quæro* 3.*de præsumpt.* Aymon. *consil.* 134. *num.* 22.*vers.septimò dico.*Staphileus *in tractatu de literis gratiæ & justitiæ,vers.nova forma est.*Nicol. Millis *in reper. verbo, gratia Apostolica.* Bellame.*decis.*110. *vers. circa tertium dubium usque ad fin.* Gomez. *in tractatu mandati de providendo,n.*138.Cassan. *cons.* 10.*vers. item hinc tenent Canonistæ,& in vers.ex quibus.* Cassiador.*decis.*8.*de restit. polia.n.*12.*alias de causa poss.& propr.fol. mihi*137.Puteus*decis.*275.*n.*3.*l.*3.quod in utroque executore tam mero quàm mixto procedit, & de hoc etiam in specie probant Gomez. *in d. tract. mandati. de provident.n.* 138 Staphileus *de literis gratiæ & justitiæ, vers. nova forma est.* Ant. Gabriel. *communconclus.lib.*2.*tit de executione rei jud.concl.*3.*n.* 1.

Quæ quidem doctrina universaliter etiam vera est in quolibet alio delegato judice qui non recipit potestatem, exercitium, nec jurisdictionem ante commissionis 43 præsentationem, ita docet gl. *in cle.in verbo, receptis de procurat.* Ioan.And.*in cap.eam te, in fin.vers.item quod à tempore de rescript.* Bart. *in l. multum, vers. & hæc sunt utilia ad quæstionem, ff. de condit. & demonstr.* Rota *in novis,decis.*242.*vers.delegatus enim, & decis.*145.*vers.sed illud quod facit in novis.* Marian. Socin.*in tract.de cit. art.*20.*in* 6.*q.prin.* Cassiad.*decis.*8 *n.* 12.*de restitut. spol.* Archid.*in c. si is cui in prin.ibi,*sumpto argumento & à contrario sensu, *de offic.deleg.in* 6.*& in c.is cui in prin. de procurat.l.*6.Hostiens. *in c. ex conquestione, vers.quisque à judicibus de restitut. spol.* & ibi Ancar. *vers.venio ad quæstionem.*& ibi Card. *in fin.vers.in glos.fin,ubi* Ab. *n.*10.& Anton. de Butrio *vers. Hostiensis sic concludit.* Bal.*in l falsus,vers sed pone quod causa C. de furtis* idem Bal.*in l.ejus qui in provincia, vers. sed dubitatur de procurat.ff.si certum petatur.* Rom. *in cons.* 353.*vers. quoad tertium.*Dominicus *in c.* 1.§.1. *vers. nota quod judex, de off. deleg.in* 6. Philip.Fran.*in c.super eo el.*2. *vers. ultimò tenementi de appell.* & ibi Decius *n.* 12. *vers. ultimò nota.* Bal.*in l.mandatum, vers.& nota quoad Petrus,C.mandati, & in l. ea quæ vers. etiam notandum: C. de tempore. in integ.restit.* idem Bal.*in l.*3 §.*si quis impetraverit, vers. sed contrarium est verum.ff. quod quisque jur.& in l. sed & si de sua,*§.1.*vers. & hæc determinantur, ff de acquir. hær.*Roma.*l.absent.n.*5.*& seqq.ff. de donat.* Felin.*in cap. sciscitatus vers. limita hanc partem de reser.& in c. caterum vers. adde pro Regul.eod. tit.* Nicol Millis *in repert. verbo,judex delegatus ignor.* Cassian.10.*n.* 18. Angelo. *in l.cum furiosus,vers. & est argumentum, ff. de jud.* Arct. *in d.l.sed & si de sua, vers. ex his inferunt, ff.de acq.hared.* ubi dicit, quòd non sufficit, commissionem esse 44 præsentatam, nisi etiam sit à commissario accepta, ut etiam tenet Guido Papæ *q.* 286.Felin.*in cap.cum ex officiis, vers.pro quo vide de præscr.*Bal.*in l.eam qui in vers. quartò quæro, ff.de jurisd.omn. jud.* Paul. de Castro *in l. cùm furiosus vers quod nota, quia per hoc,ff.de jud.* Ant. Gabriel.*l.*2. *commun. concl. tit. de executione rei judicatæ. con.*3.*n.*4.quem *n.*6.vide post Felin.*in d.c.sciscitatus, vers.lim.hanc partem de resc.* & Papazo, dicentem, hoc procedere etiamsi executor sciat facultatẽ sibi competere,sed nondum sint literæ sibi præsentatæ ad quẽ circa hunc articulũ confuge quoties necessitas impulerit. 45

Pariter & secundò ex supradicta conclusione, & resolutione fundata infero, ut appellationi interpositæ 46 ab executore, dato cum termino limitato, & assignato in sua commissione, & post terminum finitum procedente ad ulteriora ut licitæ, si non defecerat; vim fecisse manifestam, Senatus declarabit, cùm post illud tempus desinat esse executor, & judex caret mandato, & jurisdictione; omniaque quæ ab illo gesta sint acta; irrita sunt, nulla, & à privata quadam persona confecta text. est *in c.de causis,de off. deleg.l.*2.§. *si judex,ff. de judic.* optimus text.*in leg.si ex prætoriano* 3. *C.de executor. & exactoribus lib.*12.ubi executor datus ad exigendum de- 47 bitum cum termino limitato, post illum in executione, & exactione repertus, vinculis ferreis ligatus ad superiorem mittendus, ut ejus excessus coërceat, juncta etiam *l.contra nostra C. eodem tit. & libro.* Sebastianus Vantius *in tract.de nullit.sentent. ex defectu jur. deleg. num* 99.& 100.& facit pro hoc, quod dicunt Socin. *in l. multum interest, vers.secunda conclus ff. de condit. & demonstr.* Alexand.*in l. sed & si de sua ff.de acquir. hæred.* Ant. Gabr.*commun.conclus.l.*2 *tit. de executione rei judicatæ,concl.*3.*num.*18.quod etiamsi prorogata sit ejus jurisdictio de tempore ad tempus, si tamen ignoret 48 executor, ejus ab eo gesti, anteaquam sibi de prorogatione constet, irriti sunt, & nulli, ubi etiam Vantius affirmat quando commissio fit à delegante collata in tempus, quo ipse delegans non esset futurus judex, & quo

quo carebit potestate, juxta tex. *in l. eum qui ff de jurisd. omn. jud.* cui aliæ possunt etiam leges applicari.

50 Tertiò & ultimò ex supradicta resolutione deducitur, quòd cùm judex superior, qui sententiam tulit, non potest eam exequi, pendente legitima appellatione ab illa interponendam, quia per eam suspensa est ejus potestas, & jurisdictio, *c. non solent, de app. in 6. toto tit. ff. nihil novari appellatione pendente*, Vincent Caroc. *in tr. de except. exceptione* 44. *n.* 74. *prope fin.* & vide suprà *c.* 1. *n.* 32.

Pariter est dicendum, ut executor, cui executionem ejus commisit faciendam, ejusdem defectus potentiæ
51 particeps intelligatur, ex juribus, & authoribus supe-
52 riùs adductis, *vers. quoniam potestas à num.* 30. & sursum, & non potest quis per alium facere, quod non potest per seipsum ex juris regula, *potest quis, de Reg. jur. lib.* 6. imò non executor, seu mandans ipse exequitur, Beroi. *in cap. quoniam Ab. num.* 112. *de off. deleg.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 2. *in fin.* Rebuff. *de sentent. execut. art.* 7. *glos.* 3. *n.* 4. *vers. idem dico fol.* 378. Bald. *in addition. ad Specul. tit. de executione rei jud. vers. sententia lata ab uno.* Guilielmus de Cunis *in l. si pater. ff. de manumis. vind.* Bertach. *in repert. verbo, execut. n.* 51.
53 Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 3. *litera E, conclus.* 478. *n* 1. quia executor est veluti causa instrumentalis, quæ nihil disponit. Aret. *in §. cum autem impubes, n.* 6. *in fin. instit. de adopt.* & qui per alium facit, est perinde ac si faciat per seipsum ex regula juris. Actus siqui-
54 dem non attribuitur exequenti, sed mandanti Rota *dec.* 167. *num.* 2 *part.* 2. *diversi.* Petrus Surd. *decis.* 8. *n.* 23. *&* 24. *& dec.* 292. *n.* 9. *& in tract. de alimen. tit.* 7. *q* 38. *n.* 52.

55 Et ideo quemadmodum judex mandans vim facit, non deferens appellationi interjectæ ab hujusmodi executionis commissione, juxta ea quæ exactè dixi suprà hoc *lib.* 4. *cap.* 1. *à num.* 32. *vers. & prima rationabilis*, &c. quia vim vi addit; ita etiam hujusmodi executor hoc casu, etiam de facto potest impediri, ne exequatur,
56 bonus text. *in l. defensionis facultas, C. de jure fisci lib.* 10. Abb. *in c.* 1. *col. penult. & fin. de off ord.* Bart. *in l. divus ff. de judiciis.* Oldradus *consil.* 89. Grammat. *consiliorum civilium* 109. *n.* 5. Felin. *in c. si quando de off. deleg.* Mart. *de jurisd.* 1. *part. c.* 51. *à n.* 35. faciunt quæ exactissimè Marant. *in disp.* 1. *à n.* 18. *cum pluribus seqq.* ac ideo multo magis per remedium juris, scilicet appellationis, & nul-
57 litatis, quare si ab executore non admittente hujusmodi potestatis suæ defectus exceptionem, nec supersedente appellationi interpositæ, vim fieri manifestam,
58 declarabitur.

Pro quo facit insuper quod dicit text. *in c. si quando, de rescript.* quòd quando Papa rescribit alicui, ut aliquid injustum exequatur, potest ille non exequi, & contravenire literis Apostolicis, si illud, quod jubetur, appareat injustum, & debet rescribere Papæ, & spectare secundam jussionem, ubi dicit Abb. procedere, etiam si in mandato Papæ sit pœna excommunicationis, & dicit not. gl. *in l. punire C. si contra jus, veluti*, quod non debent timere miseri Prælati veritatem sectari, & literis Principis non obedire. Idem dicit gl. *in vers. nuntiant in § deinde, in auth. de mandat. Princip.* ex quo infert & argumentatur, & bene, Maran. *disput.* 1. *num.* 16. *in fin.* Si ergo ipsi Principi injusta jubenti, non est obediendum, quanto minus ejus delegato; aliter ergo majorem potestatem haberet executor, quàm mandans, à qua sua defluit; & foret monstruosum, ramos pullulare radice infecta, juxta quæ latè dixi superiùs, foretque hac via aperta porta fraudibus, si permitteretur executori ejus
59 exequi sententiam cui personaliter executio facienda prohibetur, quod nullo jure permittendum est, & sic attendatis, contra quem exequitur, ut si nondum appellaverit à sententia, quia nondum sibi fuit intimata, interponat appellationem simul coram executore,

cum protestatione illam præsentandi coram superiore, cùm adeundi desit nunc sibi facultas, dummodo veniat ad notitiam suam sententia lata contra se, petensque ab executore, ut supersedeat interim, dum de hoc cognoscit, ad effectum referibendi & supersedendi interim.

Diximus superiùs executorem executorialium ca- 60
rere potestate ante commissionis præsentationem, illas etiam posse addere, quòd licèt executor gratiæ acquirat jurisdictionem à tempore datæ, illam tamen exercere non potest ante præsentationem, & receptionem litterarum, *cap. super eo. 2. de appellat.* latissimè & accuratè cum magna Doctorum caterva, ampliationibus, & limitationibus, nec non concordia Doctorum & opinionum, videre potetis Anton. Gabriel. *lib. 2. comman. opinion. tit. de executione rei judicatæ, co. clus. 3. p. r totam.* Molin. *de justitia & jure, 3. tom. disput. 599. num. 2.* plenè etiam per Nicolaum Garciam *tr. de beneficiis 6. part. c. 2. à n. 7. cum pluribus seqq. tom.* 1. Marquef *tractatu de commiss. i. part. c. 3. n.* 42. *folio mihi* 31. & quod debeat fieri 61
præsentatio literarum originalium, vel aliàs autheoticarum, nec sufficit transumptum factum à notario, seu subscripta. Vide Garciam ibi *n.* 16. *cum seqq.* ubi bene explicat.

Et quòd procedat generaliter in quolibet judice delegato, ut pariter ante præsentatas literas delegatorias non habeat exercitium jurisdictionis, tenet gloss. *in clem.* 1. *in verb. receptis, de proc.* Joan. Andr. *in c. eam te, in fin. vers. item quod à tempore de rescript.* idem voluit Bart. *in leg. multum, vers. & hæ sunt utilia ad quæstionem, ff. de cond. & demonst.* Rota *in novis decis.* 242. *vers. delegata enim, & decis.* 143. *vers. sed illud, quod facit in novis.* Maria. *in tract. cit. vers. & si delegatus, aliàs art.* 20. *in 6. q prin.* Cassad. *decis.* 8. *num.* 12. *de rest. spol.* Arch *in cap. si is cui, in prin. ibi, sumpto arg. à contrario de off. del. in 6. & in cap. is cui in prin. de procur. in* 6. Hos. *in cap. ex conquæstio. vers. quisquam à judicibus de resp.* & ibi Anch. *vers. venio ad quæstionem,* & ibi Card. *in fin. vers. in gl. fin.* & ibi Abb. *num.* 10. *vers. & hinc sumpta occasione,* & ibi Anton. de But. *ver. Hostiens. sic concludit,* Bal. *in l. falsus, vers. sed pone quod causa, de fuer.* Bal. *in l. ejus qui in provinciam, vers. sed dubitatur, de procur. ff si vert. pet.* Rot. *consil.* 353. *vers. quoad tertium.* Domini. *in cap.* 1. *§.* 7. *vers. nota quòd judex de off. deleg. in* 6. Fran. *in c. super eo el. 2. vers. ult. tenementi, de appell.* & ibi DD. *n.* 12. *vers. ultimò nota.* Bal. *in l.* 1. *C. ut lit. pendent. vers. adde, id quod, & in l. mandatum vers. & nota quod Petr. C. mand. & in l. ea quæ vers. est etiam notandum, C. de temp. in integrum rest.* Bal. *in l.* 3. *§. si quis impetraverit, vers. sed contrarium est verum, ff. quod quisque jur. & in leg. sed & si de sua §.* 1. *vers. & hæc determinatur, ff. de acq. hæred.* Roman. *in l. absent. n.* 5. *& seq. vers. & determinatur quæst. ff. de donat.* Felin. *in cap. scisciatus, vers. limita hanc partem de rescript. & in c. caterum, vers. adde pro regula eod. titul.* Mill. *in verb. judex delegatus ignorat.* Cassan. *consil.* 10. *n.* 18. Angel. *in l. cùm furiosus, vers. & est argument um, ff. de jud.* Aret. *in l. sed & si de sua vers. ex his inferunt, ff. de acq. hæred.* latè cum ampliationibus & limitationibus prosequitur Aut. Gabr. *commun. concl. lib. 2. concl.* 3. *à n.* 3. *cum seqq. tit. de exc. rei jud.* ubi *n.* 4. post Aret. *ubi suprà*, dicit communem, subdentes quòd non sufficit literas esse præsentatas, nisi etiam sint acceptatæ, Guid. Pap. *q.* 286. Felin. *in cap. cum ex offi. ver. pro quo vide de præscript.* Bal. *in l. cum qui, in vers. quartò quaro, ff. de jurisd. omn. jud.* Paul. de Castr. *in l. cum furios. ver. quod nota quia per hoc, ff. de re jud.*

Quod procedit, etiam si sciat, facultatem sibi com- 62
petere, sed nondum sint literæ præsentatæ, Fel. *in c. sciscitatus, ver. limita hanc partem de rescript.* & post Paz tenet Gabr. *ubi proximè n.* 6. ubi alias ampliationes, & limitationes ponit, & latè prosequitur videndus.

Ulteriùs notanda sunt pauca, ea tamen utilia ad

executionem judicis requisiti spectantia, illo prius obiter supposito, quòd si res, super qua facienda est actualis executio, vigore rei judicatæ ab uno judice latæ, sit sub alterius judicis territorio, districtu, & jurisdictione, ab isto facienda est, ad requisitorias tamen literas illius judicis, qui sententiam tulit, text. est expressus *auth. de exhib. rei* §. *si verò, & in auth. ut different. jud. l.* 1. *tit.* 7. *p.* 3. *l. properand.* §. *sin autem reus. C. de jud. in l. à D. Pio* § *sent. Romæ dictam*, *ff. de re jud.* quam latè exornant, & ejus materiam tractant Covar. *pract. quæst.*
64 *cap* 10. *n.* 7. per totum, ubi idem tenet, per identitatem rationem in contractu paratam executionem habente, quando fieri debet coram judice contractus, ut in utroque probat, & amplificat Paz *in prax.* 5. *p. tom.* 1. *cap.* 2. *à n.* 5. *cum seqq. fol.* 101. per notata *in cap. Rom.* §. *contrahentes de for. comper. lib* 6. tenent plures relati ab Asin. *in prax.* §. 31 *cap.* 9. *n.* 2 Avend. *tit. de las excepciones*, *n.* 9. *& respons.* 22. Orosc. *in l. si convenerit n.* 9. *ff. de jur. omn. jud.* gl. *l.* 23. *tit.* 11. *p.* 5. Azeved. *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. num.* 54. Anton. Mass. Gill *in forma obligat. Camer. part.* 3. *quæst.* 2. latè etiam & bene in utroque casu Rod. Xuar. *in lect. l. post rem. in declar. l. Reg. quæst.* 5 incipit *circa judicem videndum fol. mihi* 349 post Bar. Bal. Salicet. Paul. & alios *in d.* §. *senten. Romæ*, post plures alios, ejus additionator Valdez pulchrè etiam per Joan. Ferrar. *in pra. in form. execut. sent. diffini. à n.* 13 *fol.* 277. ubi post Cynum & alios, & similiter Roder. Suar. distinguunt, ut hoc procedat, quando petitur executio judicis officio, secus autem quando petitur actione in factum, quia actio ubique exerceri potest, quos vide & omnes pro materia executionis factæ per literas requi-
65 sitorias, latè etiam Gratian. *disceptat. foren. cap.* 146. *per totum*, ubi latè, an judex requisitus excedat, non exequendo secundum statutum judicis requirentis. Rebuff. *in tract. de liter. requisit. à num.* 25. *& supra per totum in commentar. tom.* 2. Latè hunc articulum examinat post plurimos quos citat. Vincent. Carocius *tractatu de except. excom.* 22. *q.* 30. *à n.* 7. *cum seqq.* Carol. de Tapia *de compil. jur. Regn. Neapol. tit. de execut sent. rubr.* 41. *ritu* 262. *num.* 4. *fol.* 226. *lib.* 3. ex Carpan. *ad stat. Mediola. cap.* 8. *& aliis.*

66 Circa quod nunc primò quæro, an literis requisitoriis ad hujusmodi executionem faciendam solemniter expeditis, judici, ubi res sita est, destinatis, & antequam iste judex requisitus inceperit, judex requirens obiit, vel officio publico functus, vel privatus est, an poterit judex requisitus dictas literas exequi, & effectui mancipare? In qua difficultate, & controversia affirmativè respondendum erit, ut etiam post mortem requirentis defectum, aut privationem officii teneatur requisitus exequi, per text. *in l. fundi venditor*, §. *alt ff. de acquir. poss. cap. si super gratia de rescript.* exactè, & dilucidè examinat, & comprobat Covarr. *pract. quæst. cap.* 11. *à n.* 1. quem omnino vide.

67 Pro quo communis stat sententia, quòd si nuntio fuerit à judice demandatum, ut aliquem inducat in possessionem, mortuo etiam judice, nuntius possit mandatum exequi, docent B. *in l. more n.* 6. *ff de jurisd. omni jud.* sequitur Roman. *consil.* 202. *n.* 3 Imol. Aret *in d. l. fundi venditor.* §. *fin ff. de acquir. poss.* & ibidem Alexand. *n.* 5. Felin. *in cap. relatum n.* 8. *& seqq. de off. deleg.* quam opinionem communem etiam profitentur Iss. *in d. leg. more*, *n* 62. *ff. de jur. omn. jud* & Covarr. *d. cap.* 11. *n.* 2. *vers. secundo hoc ipsum probatur.* Gratian. *in disceptat. foren. tom.* 4. *cap.* 783. *n.* 19. Card. Mant. *in tract. de tacit. & ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 49. *&* 50.

68 Quod comprobatur authoritate Pauli, Angeli, Aretini, & aliorum *in d. l. fundi venditor*, §. *fin.* qui expressim asserunt, non extingui morte mandantis etiam re integra, mandatum, quo judex, qui sententiam tulerit, ejus executionem alteri commiserit sequitur Covarr. *ubi supra sub num.* 2. *ante fin. vers. quarto eadem sententia.*

Pro qua opinione est tex. optimus *in auth. ut nulli judicum*, §. *hoc verò jubemus vers. si verò*, quo dicitur, ut 69
judex, qui est successor alterius judicis, debeat adimplere mandatum factum ejus prædecessori, prout suus prædecessor tenebatur.

Et quia cùm judex, qui tulit sententiam, ex debito 70
& necessitate officii teneatur illam exequi, sequitur, ut mandatum sit ex causa necessaria, quod quidem morte mandantis non expirat, ut per *d. leg. fundi venditor.* §. *fin.* tenent communiter omnes citati Doctores, & latiùs Mantica *à num.* 45. *cum seqq.* qui *à n.* 16. congerit plures, & diversos casus, quibus mandatum morte 71
mandantis non extinguitur, vide etiam Gratian. *ubi proximè d. cap.* 783. *à n.* 9. *& supra*, quare judex requisitus, nec alius minister hoc casu exequentes morte, vel remotione mandantis subsequuta re integra, nec excessum, nec vim commisisse, dicentur. 72

Secundò quæro, an judex requisitus possit cognoscere de dominio, & possessione rei, super qua executio facienda est. Et videtur quòd non; ex supradictis à prin. hujus capitis, quòd executor merus non potest de aliqua exceptione pertinente ad executionem sententiæ cognoscere regulariter: diximus plura *infrà cap. seq.* sed judex requisitus dicitur merus executor, & nu- 74
dus minister, ut probant Joan. Ferrar. *in pract. in for. execut. sent. diffi. sub n.* 14 *fol.* 277. tenet etiam Gratian. *in disceptat. foren. cap.* 146. *n.* 7. & ita intelligendi sunt Paz *in prax.* 5. *p. tom.* 1. *c.* 2. *n.* 10. *fol.* 101. Covarr. *in pract. quæst. cap.* 10. *sub n.* 7. *ad med.* dum simpliciter dicunt, hunc judicem requisitum esse executorem sententiæ, & decreti judicis requirentis sicuti in executione latæ sententiæ fieri debet, & expressè tenet ipse Covarr. *in pract. quæst. cap.* 16 *n.* 5.

Quod quidem licèt de juris rigore verum sit, tamen 75
ex æquitate contrà est omnium opinio, in re hac sufficere tertio oppositori, coram executore judice requisito proponere, & allegare, res, & bona, in quibus fit executio, proprias esse, nec debere in illis fieri executionem, cùm aliàs posset executor cuilibet tertio oppositori, & contradictori injuriam facere qui non ita facilè posset ad judicem requirentem accedere, cùm fortè is longè absit à loco executionis, prout contingit frequentiùs in his executionibus, quæ fiunt per requisitorias literas; semper enim fit extra proprium territorium, ita considerat ex hac ratione Covarr. *pract. quæst. cap.* 16. *num.* 5. & post Bart. & Salicet. tenet Menoch. *de arbitr. jud. quæst.* 38. *num.* 8 *& n.* 16. *l. b.* 1. Octav. Cachet. *in decis. Pedemont.* 38. *n.* 14. Ludov. à Peguer. *in decis. civil.* 138. *per tot.* Azeved. *in l.* 6. *tit.* 17. *lib.* 4. *recop. n.* 7. *&* 8. Cancer. *variar. resol. cap.* 2. *de jur. omn. jud. n.* 247. Audiendus tamen non est Cevall. (quem post hæc vidi) *in tract. de cogn. per viam viol.* 2. *part. quæst.* 16. *num.* 46. qui hanc doctrinam voluerit extendere ad quoslibet 76
executores meros etiam non ordinarios requisitos. Sed fallitur, quia repugnant omnia juris principia, quæ docent, meros executores nullo modo posse admittere, nec cognoscere de qualibet exceptione ut hactenus hoc *cap. & seq.* diximus. Et quia omnes hi Doctores loquuntur limitatè in judice requisito de æquitate, & speciali ratione, scilicet, quia frequentiùs judex requirens longè degit, ubi non ita facilè adiri potest absque magna injuria oppositoris. Quæ ratio non militat in nuntio, qui intra territorium judicis, sententiam ferentis, exequitur, quia facilis patet aditus; & ita tenendum est constanter ex hucusque dictis in hoc *cap. seq.* circa quæ vide etiam *infrà cap.* 7. *à n.* 41. *cum seqq.* & ibi dicta limita, ut in hoc casu speciali.

CAPUT.

CAPUT VII.

Ab executore rejiciente legitimas exceptiones executorialium executioni oppositas, & admittendas, seu etiam admittente rejiciendas, an & quando appellationi interjectæ vim faciat non deferens, ut qualiter excedat, cognoscatur.

SUMMARIUM.

Exceptiones executorialium executioni convenientes legitimæ dicuntur, & ut solutæ admittendæ, n. 1.

Legitimum dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur, num. 2.

Exceptiones dicuntur non legitimæ, quæ à lege reprobantur, n. 3.

Executor excedit, non admittens legitimas exceptiones executionis naturæ congruas, n. 4.

Ab executore non admittente legitimas exceptiones tanquam excedente, appellatio habet utrumque effectum, n. 5.

Quod idem locum habet in executione instrumenti guarentigiati, quia pacificantur à jure, n. 6.

A rejectione exceptionis in executione incedentis appellatio est necessaria, aliàs transit in rem judicatam, n. 7.

Executor litterarum pensionis rejiciens exceptiones legitimas incompetentiæ, surreptionis, aut ortas ex ventre gratiæ, excedit, & ex hoc capite appellatio utrumque habet effectum, n. 8.

Exceptiones minus legitimas rejiciendas admittens executor excedit, ex hoc capite appellationi ut licitæ deferendum est, n. 9.

Executor admittens exceptiones non admittendas, detrahit juri privilegiato partis, hoc est, juris exequendi, eamque privat beneficio juris communis, ob quod datur appellatio, n. 10.

Gravamen sat præjudiciale dicitur, quo impeditur via executiva competens, n. 11.

Executiva via maximum affert commodum, n. 12.

A gravamine illato agenti via privilegiata facilius admittitur appellatio, quàm adversario, n. 13.

Exceptiones legitimæ quæ executioni sententiæ opponi possunt in duplici sunt differentia, n. 14.

Aliæ infringunt sententiam, illique ex diametro repugnant; aliæ non repugnant directè, sed tantùm modificant, & quales sint in utroque casu, ibid.

Exceptiones omnes indistinctè omnes executores an admittere, & terminare queant, n. 15.

Executor merus cùm sibi committatur nudi facti executio, & omni liquidata materia, non potest regulariter cognoscere de exceptionibus oppositis, n. 16.

Executor, merus non potest cognoscere de exceptionibus appositis labefactantibus sententiam sed mandatum ad unguem servare tenetur, n. 17.

Exceptiones infringentes & annullantes sententias licèt executor non teneatur admittere, potest tamen, si vult, ad effectum supersedendi, & rescribendi dumtaxat, n. 18.

Primo, quando exceptio esset notoria, & nondum fuisset in judicium deducta, n. 19.

Secunda exceptio excommunicationis oppositæ petenti executionem, n. 20.

Tertia exceptio & causa noviter orta, quam si cognosceret judex supersederet, n. 21.

Quarta exceptio falsi rescripti, n. 22.

Quinta exceptio nullitatis notoriæ, ubi executio est irretractabilis, n. 23.

Executor has exceptiones infringentes sententiam potest admittere, si vult, non tamen tenetur, & ideo à rejectione appellationi interjectæ non deferendum, n. 24 25. & 26.

Executor mixtus sicut merus, non tenetur admittere exceptione labefactantes sententias, si non vult, n. 26.

Executor precisè tenetur admittere exceptionem infringentem ejus potestatem, & ubi datur executio irretractabilis, aut excommunicationis exceptio, quas si rejiciat executor, libet appellare, n. 27.

Executor mixtus is dicitur, cui executio committitur, non præcedente causæ cognitione super iis, quæ incidere solent in viam executivam, n. 28.

Executor mixtus non tenetur admittere exceptiones labefactantes sententias, nec respicientes merita causæ, num. 29.

Executori non quomodo sit lata sententia, sed quomodo sit exequenda, pertinet, non quid sit pronuntiandum, sed quid sit pronuntiatum, n. 30.

Executor non potest factum superioris labefactare, n. 31.

Executor non potest admittere exceptiones respicientes justitiam, & causam principalem, sed statim remittit superiori non supersedens in executione, n. 32.

Executor potest, si vult, admittere exceptiones respicientes nullitatem sententiæ ut remittat & supersedeat, n. 33.

Executio sententiæ summariè tractatur, & ita nihil admititur requirens altiorem indaginem ad illam impediendam, n. 34.

Exceptio nullitatis incontinenti probata, ex inspectione actorum, est legitima, & impedit etiam trium conformium executionem, n. 35.

Exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis etiam trium conformium executionem impedit, n. 36.

Exceptio nullitatis notoriè impedit executionem oppositæ coram judice sententiam ferente, executor autem non tenetur terminare, sed interim supersedere, n. 37.

Restitutione integrum quando potest opponi rei judicatæ, & suspendit executionem, procedit si opponatur coram judice, non autem coram executore, n. 38.

Exceptiones modificativas quæ directò non infringunt sententiam, sed respiciunt executionem sententiæ tantùm, executor mixtus admittere, n. 39.

Executor Romanæ Curiæ in partibus cognoscit super rebus in quibus est facienda executio pro quantitate debita, & de aliis exceptionibus modificativis, n. 40.

Judex requisitus pro executione sententiæ quas exceptiones admittat, n. 41.

Judex requisitus pro executione executorialium dicitur merus executor, n. 42.

Judex requisitus pro executione cognoscit de omnibus exceptionibus modificativis, si coram judice cognita non sint, n. 43.

Judex requisitus potest de dominio rei super qua est facienda executio, cognoscere etiam si sit merus, n. 44.

Judex ordinarius qui in defectum jurisfactionis arbitri ferentis sententiam exequitur, dicitur mixtus executor, quia omnes exceptiones admittit & cognoscit, n. 45.

Exceptiones modificativæ naturæ executionis conveniunt & ideo admittendæ per executorem, n. 46.

L. cum fideicommiss. ff. de confess. expenditur mirabilis ad admittendum exceptiones modificativas, n. 47.

Exceptiones quæ coram ipso executore proponi possunt, & quæ non, sub coram superiori mandanti, n. 48.

Executor si nolit admittere exceptiones infringentes sententiam ad effectum supersedendi, non excusatur pars illas proponere iterum coram superiore, n. 49.

Exceptionis legitimæ à rejectione ut possit appellari, & excedat executor, debet illius probatio incontinenti offerri, non aliàs, n. 50.

Executiva & summaria judicia non admittunt exceptiones requirentes altiorem indaginem, n. 51.

Exceptio legitima ut per executorem admittatur, debet vel ex eisdem actis probari, vel conferri incontinenti probationem, n. 52.

Tertius comparens & appellans ab executione, debet de suo interesse incontinenti docere, n. 53.

Ab executione appellatio ut operetur effectum suspen-

ficum exceptionis, probatio debet incontinenti conferri, n. 54

Appellatio à rejectione exceptionis ante ejus juſtificationem, non devolvit, nec ex ſola rejectione juſtificatur, in quibuſlibet judiciis, & de ratione, n. 55.

Appellatio a rejectione exceptionis ſimul oblata probatione, incontinenti ſtatim dicitur juſtificata, n. 56.

Index rejiciens probationem incontinenti oblatam, oſtendit ſuam iniquitatem contra opponentem exceptionem, cujus malitia præſumptio purgatur ex eo, n. 57.

Tam in exceptionibus dilatoriis, quam peremptoriis, n. 58.

Et hoc caſu appellatio ſtatim operatur effectum ſuſpenſivum & attentata, n. 59.

Probationem incontinenti offerens, debet petere terminum breviſſimum, n. 60.

In remed. l. fin. C. de edicto D. Adr. proceditur ſummariè & executivè, & exceptio requirens altiorem indaginem reſervatur petitorio, n. 61.

Quod per interpretationem verborum teſtamenti probari deſideratur, requirit altiorem indaginem, quæ reſervatur in remed. l fin. n. 62.

Exceptio quæ continet aliquam dubitationem juris vel facti non prompte liquidabilem, reſpicit proprietatem, n. 63.

In executivo judicio ex l. fin. C. de edicto D. Adr. non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, n. 64.

Exceptiones peremptoriæ, quæ non infringunt, nec directò impugnant, ſed modificant ſententiam, poſſunt ut legitimæ opponi in ejus executione, n. 65.

Exceptio modificativa cùm non impugnat ſententiam, dicitur quid ſeparatum ab appellatione principali, n. 66.

Exceptiones modificativæ & legitimæ quæ ſint, n. 67. remiſſivè.

Exceptio collationis bonorum poteſt ut modificativa opponi executioni ſententiæ, n. 68.

Exceptio peremptoria modificativa ſemel judicio principali & ante ſententiam oppoſita, & à judice rejecta, in executione opponi non poteſt, n. 69.

Exceptio modificativa ſemel oppoſita, & terminata in principali, non poteſt executioni ſententiæ opponi, n. 70.

Exceptio modificativa ſemel oppoſita in proceſſu ad unum finem, poteſt ad aliud diverſum in executione ſententiæ opponi, n. 71.

Exceptio peremptoria modificativa ſemel proceſſui oppoſita, non tamen per judicem ſuper ea pronuntiatum, an executioni opponi poſſit, n. 72.

Exceptio ſumptuum eſt modificativa, & admittenda per Executorem executioni ſententiæ, quam directo non impugnat, n. 73.

L. peremptorias C. ſententiam reſcindi non poſſe, an loquatur in peremptoriis modificativis, n. 74.

Exceptio retentionis adeò favorabilis eſt, ut etiam poſt ſententiam competat, n. 75.

Retentionis exceptio admittitur in executione, etiamſi ea ſit proceſſui oppoſita, non tamen per judicem terminata, n. 76.

Retentionis exceptio non deciſa, etiam in judiciis privilegiatis opponitur poſt ſententiam, & à rejectione appellatio admittitur, n. 77.

Exceptio impenſarum per viam actionis, & exceptionis, in judicium principale deduci poteſt, n. 78.

Impenſarum exceptionem per viam actionis propoſitam debet judex expreſſe pronuntiare, alias habetur pro omiſſa, n. 79.

Impenſæ petitæ in prima inſtantia in ea tamen omiſſa condemnatio, ſi in ſecunda ſuper illis declaretur, erit prima ſententia illarum reſpectu, n. 80.

Et tunc in executione ſententiæ hæc exceptio admittenda eſt, ibid.

Impenſarum exceptio modificativa in judicio principali deducta per viam exceptionis, poteſt iterum in executione opponi, n. 81.

Succumbens in exceptione compatibili cum actione, non prohibetur in aliud judicium deducere, ſi de ea non fuerit judicatum, n. 82.

Abſolutio in incidenti quando deducatur per condemnationem in principali, n. 83.

Text. in l. quod in diem §. citationem, ff. de compenſat, expenditur, n. 84.

Exceptio modificativa oppoſita, & non determinata, cenſetur reſervata executioni ſententiæ, quando eſt compatibilis cum ſententia, n. 85.

Exceptio oppoſita & non terminata, cenſetur rejecta, & non admittenda in executione, quando eſt incompatibilis cum ſententia, n. 86.

Sententia lata ſuper principali intelligitur reprobare incidens, ſi aliter cum illo non poteſt ſubſiſtere, n. 87.

Exceptio competens obligato ad alimenta, ne conveniatur ultrà quàm facere poſſit, eſt modificativa, n. 88.

Exceptio augmenti, aut diminutionis bonorum alimentarii, & alimentantis, eſt legitima, & variatur juxta augmentum & diminutionem, n. 89.

Quod intellige ſi incontinenti hæc augmenti, aut diminutionis exceptio probetur, n. 90.

Sententiæ cauſa ceſſante ceſſat & ipſa ſententia, numero 91.

Cauſa ſententiæ quando redit ad non cauſam ſententia retractatur, n. 92.

Executor ex nova cauſa poteſt in ſententiæ executione ſuperſedere, n. 93

Rei judicatæ ceſſante cauſa ex nova cauſa ſuperveniente, ceſſat res judicata, n. 94.

Res judicata non facit jus in iis quæ tempore mutantur, num. 96.

Alimenta creſcunt & decreſcunt, creſcente vel decreſcente patrimonio alimentati, vel alimentantis, etiam poſt ſententiam & judicis taxationem, n. 97.

Etiamſi taxationi conſenſerit, n. 98.

Exceptio orta ex ventre ſententiæ, eſt legitima, quam ſi executor rejiciat, excedit, n. 99.

Actio & exceptio ſi oriatur ex eodem actu, à pari procedunt. ibid.

Exceptionibus omnibus ſublatis per ſtatutum non tollitur orta ex eodem ſtatuto, n. 100.

Exceptio ex ventre ſententiæ aut inſtrumenti, obſtat etiam non oppoſita, quia ſemper loquitur, & ſimul cum actione præſentatur & deducitur, n. 101.

Exceptio orta ex inſtrumento prodeſt ſi ex eo agatur, ſecus ſi ex re judicata ſuper inſtrumento, niſi & in illa ſit incluſa, n. 102.

Executioni ſententiæ poteſt opponi & oriri exceptio proveniens ex mente pronuntiantis, n. 103.

Reſervatio juris facta in ſententia, conſervat jus condemnato competens, n. 104.

Jus reſervatum eſt excluſum à ſententia & condemnatione, n. 105.

Reſervatio juris eſt exceptio quæ modificat actum, atque omnino admittenda eſt, n. 106.

Reſervatio juris confirmat non reſervatum, & conſervat reſervatum, ac ſi nulla ſtaret condemnatio, n. 107.

Exceptio (non impleviſti ex latere tuo) ut legitima opponitur executioni, n. 108.

Exceptio (tu non impleviſti ex parte tua) oritur ex ventre ſententiæ, & quandocumque opponi poteſt executioni, n. 109.

Exceptione (tu non impleviſti) ſtante, inhibitio expeditur contra executionem, n. 110.

Exceptionibus omnibus excluſis non intelligitur excluſa exceptio (tu impleviſti) n. 111.

Ad effectus plures exceptionis (tu non impleviſti) qui videndi, n. 112.

Exceptio (rei non traditæ, & pretii non ſoluti ejus eſt natura cujus exceptio (tu non impleviſti) & opponi poteſt executioni ſententiæ, n. 113.

Exceptio

*Exceptio etiam dilatoria quæ oritur post sententiam, potest licitè ejus executioni opponi, n.*114.
*Exceptio dilatoria orta post litem contestatam, potest opponi.n.*115.
*Res judicata licèt perpetua sit, tamen non obstat agenti ex nova causa supervenienti de novo, n.*116.
*Condemnatus ad rei commodatæ, aut depositæ, aut perditæ restitutionem, & ejus veram æstimationem, si res devenat in potestatem Domini, potest de hac legitima exceptione opponere executioni, & admittenda, n.*117.
*Æquitas novi casus novum inducit remedium, n.*118.
*Exceptio (quod petis intus habes) opponi potest sententiæ, num.*119.
*Sententia pro aliquo uti hærede ab intestato, rescinditur postea apparente testamento noviter reperto, n.*120.
*Absolutus ex una causa potest ex alia noviter conventus condemnari, n.*121.
*Sententiæ causa cessante, cessat ipsa sententia, n.*122.
*Bona alienata in tertium per illum possessorem, cujus sententia ex nova causa fuit rescissa, n.*123. *remissivè.*
Rei judicatæ exceptio quando prodest absolutio ob non probationem actoris in realibus aut personalibus, n. 124. *remissivè.*
*Exceptio defectus mandati aut jurisdictionis, est perpetua Et nunquam censetur exclusa, & obstat etiam tribus conformibus, n.*125.
*Sententia sustinetur si revera adfuerat mandatum procuratoris, licèt non præsentatum in actis, de quo etiam post sententiam constet, n.*126.
*Sententia erit nulla, etiamsi verè adsit mandatum, non tamen productum in actis, postquam fuit de ejus defectu oppositum, n.*127.
*Acta non valent post oppositionem defectus mandati, nisi in actis exhibeatur, n.*128.
Secus si non opponatur, quia sufficit quandocumque de ejus vera existentia docere, ibid.
*Sententia & acta ut nulla dicantur, non sufficit semel à principio de defectu mandati opponere, sed in quolibet actu protestari, & repeti, aliàs sufficit quandocunque de ejus vera existentia docere, n.*129 *& seqq.*
*Judicium agitatum cum Monacho constituto procuratore, sine licentia superioris, non opposita exceptione an sit nullum, n.*130
*Protestatio ut nihil fiat nisi docta de legitimo mandato debet repeti non à quolibet actu, n.*131. *& seqq.*
*Interlocutoria judicis declarans falsum & assertum procuratorem legitimè comparere, non præjudicat Domino insscio, & potest quandocunque de nullitate dicere, num.*133.
Quid si Dominus hujus interlocutoriæ habuisset notitiam, n. 134. *remissivè.*
*Exceptio opposita primæ solutioni annui redditus, & rejecta an apponi queat in executionibus sequentium annorum, n.*135.
Obligatio redditus annui si est unica, pro omnibus præstationibus futuris, unica præscriptio sufficit pro tota obligatione, n. 136.
Singulæ obligationes si oriantur pro singulis præstationibus annuis, tot præscriptiones sunt necessariæ, ita ut unica pro omnibus non sufficiat, n. 137.
*Annuus redditus debitus ex contractu, regulariter una est obligatio, & actio, & ad hæredes transit, n.*138.
*Redditus annuus debitus ex contractu cum conditione singulis annis adimplenda, tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes, n.*139.
*Redditus ad vitam tot continet obligationes, quot præstationes annuæ, n.*140
Tot sunt legata quot annuæ præstationes, n. 141.
*Obligatio si est unica pro omnibus annuis præstationibus, exceptio semel opposita & rejecta in executione unius præstationis, non obstabit creditori in aliis, n.*142.
Sententia lata in favorem debitoris super uno annuo reditu, obstabit agenti pro seqq. debitis unica obligatione, n. 143.
Obligationes si tot sint quot annuæ præstationes, sententia pro prima pagha non parat plenum præjudicium in sequentibus, n. 144.
Causa ex qua sit actum specialiter non expressa, omnes causæ petitione comprehenduntur, n. 145.
*Debitor annui redditus, si in executione unius paghæ omisit opponere exceptionem illam, poterit opponere in executione aliarum præstationum futurarum, n.*146.
Solutiones decursæ nihil inferunt in futurum, quominus opponatur exceptio contra instrumentum aut tabellionem, omissa in prima pagha, n. 147.
*Quod procedit sive unica sit obligatio, sive plures pro singulis annis, quando exceptio omissa fuit in prioribus paghis, n.*148.
Text. in l. 1. *C. de fideicommiss. interpretatur, n.* 149.
Sententia lata super primæva actione, & obligatione annui redditus, ut in posterum præstetur, unica sufficit pro singulis annis condemnatio, n. 150.
Exceptio sequestri authoritate judicis præcipientis debitori non solvat suo creditori, an impediat executionem pro ipso debito sequestrato, n. 151. *& quid si debitor sequestrum procuravit, num. seq. & quid adversus fidejussorem, sub n.* 152.
Debitor interdictus ne solvat suo creditori, si compellatur à judice cum cautione indemnitatis, an solvere debeat decimam executionis, n. 152.
Depositarius de mandato judicis, reddens depositum an liberetur, & quid si alteri etiam non citato cujus interest, quas diligentias teneatur facere depositarius, & an teneatur appellare, n. 153.
Debitor interdictus per judicem ne solvat suo debitori, vel quòd solvat alteri, an & quando teneatur appellare, 154.
Et an debeat contradicere, & omni uti diligentia, ne debitum ab eo exigatur, ibid.
Debitor compulsus alteri solvere quàm vero dómino, anteaquam solvat, tenetur denuntiare creditori suo, n. 155
Debitor jussu judicis solvens alteri quam suo creditori, non liberatur si præcessit mora solvendi, illi etiam contradicens, sequestro debito, n. 156.
*Debitor etiam ante moram debet modis omnibus resistere, ne fiat sequestrum & factum tollatur, aliàs si sponte solvit & agnovit, non liberatur, n.*157.
Debitor solvens judici aut apparitori exequenti liberatur, n. 158.
*Executor datus ad vendendum & pretium recipiendum, emptor ei legitimè solvit, sed executor Domino rei tenetur, n.*159.
Re evicta in solutum pro debito data à judice vel à parte, non agitur ex actione primæva, quia est extincta, sed utile ex empto, n. 160.
Re evicta in solutum data, an & quando liberentur priores fidejussores & pignora, n. 161.
Creditor rem in solutum accipiens, sit cautus protestari, ut re evicta, illæsa sibi sit actio primæva, qua fidejussores & pignora non liberantur, n. 162.
*Creditor evictionem pignoris debiti non debet, concurrentibus juris requisitis, & quæ illa sint, n.*163.
*Pignoris venditio legitimè facta non impeditur per appellationem debitoris, n.*164.
*Intellectus ad tit. C. creditorem evictionem pignoris non debere, n.*165.
*Pignore vendito authoritate judicis instante creditore indistinctè debitor tenetur de evictione ejus, n.*166.
*Factum judicis est factum partis, n.*167.
*Sequestrata mula debitoris forensis, si probet non esse suam, sed conductam, restituitur, n.*168.
*Sequestris pluribus appositis super eadem re, an prius preferendum, n.*169.
Sequestratæ rei seu pro executione captæ an venditio sit nulla, n. 170.

Exceptio litis pendentiæ in executivis non admittitur, num. 171.

*Executivam ad viam redire non potest, qui ordinariè cœpit, n.*172.

Nisi protestetur quod viæ executivæ præjudicare nolit num. 173.

*Rei judicatæ exceptio obtenta contra receptatores redituum, an præjudicet domino principali, n.*174.

*Exceptio eadem obstat cessionario quæ cedenti, & etiam intruso, lite pendente, & eadem competit exceptio, quæ condemnato per sententiam, n.*175.

1 IN executorialium executionem multæ incidere assolent exceptiones, quæ cùm judicii natura rectè conveniant cunctis aliis exclusis, à jure approbantur selectæ, legitimæ inde dictæ, & ab executoribus omnimodo admittendæ. Ita tenent Bal. *in l. ita nobis, C. ad l. Jul. de adulteriis.* Bart. *in l.* 1. *§. parvi refert, ff. quod vi aut clam.* Anton. de Butr. & Decius *in cap. ex parte* 2. *de off. deleg.* Ab. *in cap. item cum quis, de restitutione spolia.* Angel. de Aret. Imol. *in l. fin. ff. à quibus appellare non licet.* Guido *in tr. compulsorialium.* Anton. de Cana *in tract. de execu. inst. q.* 3. Iff. *in l. si constante n.* 85. *ff. solut. matr.* Socin. *in regul.* 130. gl. Ab & reliqui omnes classici *in d. c. ex parte* 2. Avend. *in cap. correct.* 1. *p. c.* 16. optimè latéque Parlad. *l.* 2. *rerum quotid. c. fin.* 5 *p.* §. 11. *sub n.* 2. *vers. alij verò*; bene etiam nostras
2 Joan. Garcia *de expens. & meliora.* 6. *cap. n.* 15. *ad fin.* jure siquidem legitimum dicitur, quod à lege recipitur atque approbatur, *l. legitima, ff. de pactis, l.* 3. *§. fin pro socio.* Decius *consil.* 158. *n.* 4. *vol.* 2. Parlad. *ubi proximè n.* 4. qui propterea dicit econverso, legitimas exceptiones
3 non dici, quas lex reprobat, & refellit, & Joan. Garcia *d. n.* 16. *ad fin.*

4 Has igitur exceptiones, quas executorialium executioni legitimas jura reputant, judiciique natura appetit, si executor non admittat, excedit, ab hujusmodique rejectione admittendarum, veluti ab excessu appellationi (quæ legitima est) nec detulerit, violentiam fecisse, declarabit prout assiduè declarat Regium tribunal, ista
5 est gl. celebris *in l. ab executione, C. quorum appel non recip. verbo, excedat.* ibi. Item idem est, si executor prætermissa cognitione exceptionis, quæ datur alicui in quibusdam casibus, etiam post sententiam, & post quadrimestre tempus, velit sententiam executioni mandare, *&c.*) optimè Speculat. *tit. de appell. §. in quibus, sub n.* 5. *vers. vel nisi admittat aliquam de except. quæ post sententiam objici poss.* &c. Bal. *in c. quoad consultationem. super gl. verbo, excedat. de senten. & re jud.* Alex. *cons.* 99. *alias cons.* 92. *n.* 6. *vers. nec in dicta pronunt. n.* 6. *l.* 2. Castrens. *consil.* 289. *l.* 1. *ad primum respondetur in prin.* Bald. *in l. ab execut. n.* 13. *C. quorum appel. non recip. ubi* Bar. *n.* 4. *& in l. ab executore, n* 2 *ff. de appell.* Ruinus *consil.* 80. *num.* 2. *col.* 5. Anton de Butr. *in. cap. quoad consultationem, n.* 16. *vers. quandoque executor. de senten. & re jud. c.* ibidem etiam Abb. *sub num.* 24. *versus finem & num.* 25. Cardinal. Tusch. *pract. concl.* 1. *tom. concl.* 4010. *num.* 5. *& num.* 18. *litera A.* & iterum *sub conclus.* 101. Vestrius *in praxi Roma. Cur. lib.* 7. *cap.* 3. *sub num.* 9. *vers. sed & inter alios, fol.* 196. *& eodem lib. cap.* 5. *num.* 9. Rebuff. *in tract. de senten. execut. art.* 7. *gl.* 11. *num.* 2. *vers. potest tamen*, & idem Rebuff *gl.* 14. *num.* 9 *fol.* 373. *&* 380. dicentes, quòd si pars opponat contra executionem aliquam legitimam exceptionem, & executor illam non admittat, poterit ab hujusmodi excessu appellationem mittere. Idem tenent Cæsar. Contar. *in repetit. l. unic. Cod. si de mort. poss. limit.* 19. *n.* 6. & iterum *q.* 24. *n.* 10. *&* 11. Greg. Tholosa. *in tract. de appell. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 14. *& sequentibus*, optimè Cepola *in cautela* 44. *per totam.* Philipp. Franc. *in c. novit.* 43. *in prin. n.* 1. *de appell.* Corneus *cons.* 81. *col. penul. in prin. n.* 5. *lib.* 1. Dueñis *in regul.* 41. *limit.* 1. Franciscus Ripa *in l. qui pro tribunali sub n.* 10. *de re jud.* Joan. Ferra. *in tract. de appell. c.* 5. *n.* 51. & per Alex. *consil.* 85. *n.* 6. *vers. præterea etiam l.* 5. tenuisse Rotam in una Salve. interd. 19. Novemb. 1593. coram Penia testatur Marescot. *variar. rejol. lib.* 2 *cap.* 112. *sub n.* 18. qui aliam Rotæ decisionem allegat, & iterum *cap.* 120. *num.* 48. Petrus Surd. *consil.* 27. *num.* 19. quem in id citat Marquesan. *in tract. de commiss. i. part. cap.* 14 *n.* 95. tenet etiam Burz. *in decis. Bono.* 55. *Dominus n.* 11 Beroius *consil.* 32. *in causa, num.* 15. *l.* 3. & per eundem Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *part. cap.* 12. *limit.* 53. *n.* 28. Bart. *ind. l. ab executore, ff. de appell. sub n.* 2. *vers. vel non admittendo legitimas exceptiones impedientes executionem*, &c. & ad eundem remissivè Roland. à Valle *consil.* 43. *n.* 6. *vol.* 1. Vincent Caroc. *exception* 44. *num.* 90. qui omnes illam constantem conclusionem in hac materia affirmant: posse appellari ab executore ex capite excessus, à rejectione exceptionis, aptæ ad impediendam executionem sententiæ, quod idem esse intelligendum, in executione instrumenti Cameralis, seu guarentigiati, cùm pari passu ambulent, & de uno ad illud argumentari, alibi dixi latè, & in specie probat Cæsar Contar. *ubi proximè d. num.* 6. quod adeò verum est, ut appellatio sit omnino 7
necessaria, aliàs rejectio transibit in rem judicatam, ut latiùs probavi suprà *cap.* 3. *ad fin.* ubi videre poteris, *à n.* 243. *& suprà.*

Quibus non inutiliter adde Gigant. *in tract. de pension. q.* 95 *& q.* 70. & post Felin. Æmil. Veral. *decis.* 333. *part.* 1. Hieron. Gratian. *consil.* 38. *per tot. l.* 2. Flores de Mena *in pract. quæst. quæstione* 12. *num.* 44. asserentes 8
quòd si in executione pensionis vigore literarum Apostolicarum executor, seu subexecutor, legitimam aliquam exceptionem obstantem executioni, ortam puta, ex ventre, seu natura gratiæ, incompetentiæ, vel subreptionis, & similes rejiciat, excedit, ab hujusmodique excessu appellari licere, quoad utrumque effectum, cui si executor, seu subexecutor non detulerit, supremum tribunal, ad quod pro delatione recurritur, violentiam facere, deferendum, ac reponendum declaraturum, advertit in individuo Flores de Mena *ibi n.* 46. & nos diximus suprà *lib.* 3. *cap* 3.

Hæc conclusio pariter trahenda, & repetenda est in executore admittente non admittendas, & minùs legitimas exceptiones, minúsque executionis judicio convenientes, nam tunc similiter excedit executor, & 9
si ab hujusmodi admissione rejiciendarum exceptionum emissæ appellationi (cùm legitima sit) non detulerit, committet levandam violentiam: tenent Anton. de Butr. *in cap. quoad consultationem* 15. *de sententia & de re judic. sub n.* 16. *vers. quandoque executor.* Paul. Castrens. *consil.* 289. *ad primum respondetur, lib.* 1. *in prin. &* 10
per eum etiam bene Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *litera A. conclus.* 4010. *num.* 18. & per Anton. de Butr. dumtaxat. Idem affirmat Sigism. Escacia *in tractatu de appell. quæst.* 17. *lim.* 11. *num.* 13. quod insuper docuit 11
elegans Rotæ decisio sub Robusterio 100. *p.* 1. *divers. num.* 15 detrahitur siquidem juris partis privilegiato, & privatur juris communis beneficio, hoc est, jure exequendi retenta sua natura, & qualitate propter quod appellatio est admittenda. Speculator *in tit. de appellat. §. in quibus sub n.* 7. & facit *l* 2. *C. si sapius in integ. restit. postu.* vide quæ latiùs dixi *lib.* 3. *c.* 17. *à n.* 46. *& cap.* 10. *à num.* 35. *& sequenti.* Sat enim præjudiciale, & qualificatum gravamen dicitur, quod impeditur via executiva competens, ut dixit Rota coram Cardin. Pamph. in una Romana depositi 5. Junii 1594. prout testatur 12
Gratian. *in discept. forens. cap.* 262. *n.* 58. *tom.* 2. cùm maximè commodo privari dicatur, quod affert via executiva ut dicit Alexand. *consil.* 101. *n.* 4. *vers. est & magnum lib.* 5. Card nal. Tusch. *tom.* 3. *litera E. conclus.* 475. *num.* 1. à gravamine enim illato executionem petenti facilius appellatio permittitur quoad utrumque effectum, quàm adversario, ut videre est ex his quæ scripsimus fu- 13
prà

prà *lib.3.c.4.à n. 1. cum multis seqq.* & suprà dictis adde plures,citatos à Carec. *in tract. de except.exceptione* 44. *sub. n. 73. vers. declaratur secundo.*

14 Istæ igitur exceptiones legitimæ, quæ executoribus sententiæ & rei judicatæ, ut à jure approbatæ objici, & opponi possunt, in duplici esse differentia reperio; nam aut sunt exceptiones, quæ respiciunt causam, negotium principale, sententiámque impugnant,directò detrahunt, & infringunt, illíque ex diametro sunt contrariæ prout exceptio falsitatis, nullitatis,& injustitiæ notitiæ,& similes;aut etenim sunt exceptiones,quæ rem judicatam non impugnãt directò,nec sunt ex diametro repugnantes,sed dumtaxat modificativæ, moderantes, limitantes, & temperantes in aliquo sententiam, ejus tantùm executionem respicientes, & attendentes, aptæ naturæ judicii, ac viæ executivæ,aut illæ etiam,quæ aut ex eadem sententia, aut post sententiam denuò oriuntur,de quibus omnibus latiùs imposterum est agendum.

15 Sed an omnis, & quilibet executor executoriales exequens,de omnibus his exceptionibus agnoscere,admittere, & terminare queat indistinctè, res in statera est, ad cujus siquidem cognitionem plures executorum species constituendæ erunt, ad duas reducendæ tantum,nam aut sunt qui executoriales exequuntur executores meri,& cùm isti dati sunt ad nudum factum, nu-
16 dúmque ministerium, discussáque omni jam via executiva causæ cognitione adhibita super exceptionibus, quæ executioni objici possunt,omnique jam ejus liquidata materia; nudo facto commisso: nullam exceptionem admittere potest, etiam concernentem executionem, exactissimè suprà probavi *lib.4.c.3. à prin.à n.2.* & 11. meritò multo minus admittere, & cognoscere poterit eas exceptiones, quæ directò infringunt sententiam, ac judicium superioris labefactant,quod nec inferior,nec perfacere queit, sed dumtaxat ad unguem adimplere mandatum, ita tenent gl. *in c. pastoralis*, §. *quia verò,verbo,& si sciat,de off. deleg.* text. *in l. executo-*
17 *rem,& in l. si ut proponis, C. de execut. rei jud.* Bart *in l à divo Pio, in prin.n.* 10. & ibi Ias.*n.12. cum seqq.* aliique DD. *de re jud.* Bal. *in l. & si non cognitio. versic.nota.C.si contra jus vel uti.pub.* Innoc.Abb & Butr. *in c.de cætero de jud.* idem Abb. *in d.§.quia verò n. 3.vers.de quinto.* decis.Tholos.344.& hi additio ad eam,& est communis opinio secundùm Covarr. *in pract.q.c.16.n.5.* Greg. Lopez *in l.52.tit.18.part.3.verbo Señalado.* Menoch. *de arbitr.lib.1.quæst.*358.optimè Bobad.*in polit.lib.2.cap.20. num.* 46.

18 Has autem exceptiones (non quæ respiciunt justitiam partis tantùm, quia hæ transivere in rem judicatam jam) sed eas quæ respiciunt sententiam, eámque nullam reddunt, licè non teneatur executor admittere; potest tamen, si vult, non ad effectum terminandi super illis,sed supersedendi in executione, constito de earum veritate, & instructum reddendi superiorem,ad quem earum cognitio, & terminatio per illum remittenda est, prout est, quando exceptio est notoria, &
19 nondum fuisset in judicem deducta, præsentibus partibus. Secunda, quando executionem petenti opponitur excommunicationis exceptio. Tertia, si supervenit cau-
20 sa, ratióque aliqua arguens,ut noviter orta, quæ judicem, si cognovisset: moveret vel ad supersedendum in executione vel ita non determinasse causam. Quarta,
21 exceptio falsi rescripti. Quinta, quando sententia pœnam corporalem continens exequenda committitur, & objicitur nullitas, vel notoria injustitia, quia cum sit corporalis pœna irretractabilis debet, & tenetur su-
22 persedere, & interim rescribere superiori, quas omnes limitationes per te pete etenim poteris exactissimè videre, plures referentes per Fel.*in c. pastoralis*,§. *quia ve-*
ro n. 17. *de off.deleg* Bobadil.*ubi proximè.n.* 47. præcipuè etiam Menoch.*de arbitr.jud.lib.1.q.*38.*à n.*21.*cum seqq.*

usque ad fin. Joan.Gratian.*in regul.*348. *à prin.*& de ex- 23
ceptione nullitatis notoriæ dixit post Romanum *cons.*51.*attentis iis num.*1.& alios Scacia *de appellat.q.*17. *limit.*10.*n.*38. *& seqq.*& circa alias remittit se ad Felin ubi nos.

Ex hoc igitur infero, quòd cùm executor possit, si 24
vult,non tamen præcisè de re jure teneatur hujusmodi exceptiones admittere, ab earum rejectione appellationi emissæ vim non faciet non deferens, quia non quidquid judicis potestati relinquitur, id subjicitur juri necessitatis, nec tunc appellatio admittitur, ut latiùs suprà dixi *lib. 3. c. 13. à n.* 48. *& seqq.*

Et in terminis quòd ab executore nolente admitte- 25
re exceptiones nullitatis infringentes sententiam, quæ sibi exequenda est commissa, appellationi emissæ non sit deferendum, tanquam minùs legitimæ,cùm solùm fit per modum meri arbitrii, & consilii,ut executor videns sententiam notoriè nullam possit recusare executionem, & partes remittere ad superiorem judicem mandantem, unde cum non adsit gravamen de eo, quod est in suo arbitrio exequi, & per consequens non debet dari appellatio, ita in terminis concludit Ant.de Butr. *in c. quoad consultationem col. 3. post medium n.16. vers. quas autem exceptiones: de re jud.& in c.pastoralis,* §. *quia verò colum.3.post princ. n.* 11. *vers. ubi autem admittere poss.de off.deleg.* ubi quod est in facultate executoris hoc facere,ideo non datur appellatio ad effectum retardandæ executionis, optimè latissimèque & eleganter per valida fundamenta, hanc doctrinam comprobat Gratian. *in discept.foren.* 1. *tom.c.* 146.*à n.3.cum pluribus seqq.*

Quam quidem doctrinam pariter intellige, in mix- 26
to executore, qui eodem modo ac merus, non tenetur admittere hujusmodi, exceptiones nullitatis labefactantes sententiam, nisi si vult ad effectum remitten di tantùm,ut statim dicemus *in vers.* qui quidem,*à n.32.& seqq.* quod si non fecerint, non poterit ab eo appellari. Et loquendo in mero executore, latè post alios comprobat Petr. Surd. *cons.* 405. *à n.* 27. *& seqq. tom.3.*

Ab hoc excipiuntur duo casus; primus quando excep- 27
tio concernit potestatem executoris, quam cùm præcisè teneatur admittere ad effectum supersedendi,ut suprà *c.6.hoc.l.4.* dixi latissimè à princ. item etiam & in executore sententiæ pœnæ corporalis, cum sit irretractabilis (ut modò dixi) in quibus cùm teneatur admittere exceptiones has præcisè, ab earum rejectione appellationi negans delationem, violentiam facit executor: succedítque regula superiùs ad princ. adscripta, quibus ego libenter addiderim tertium, scilicet,in exceptione excommunicationis, cùm agere prohibeatur à jure, juxta Felini doctrinam de qua sursum *à n.*20.& aliorum ibi.

Alii verò sunt mixti executores quando, scilicet 28
dantur præcedente causæ cognitione in negotio, & causa principali,ex qua fertur sententia,non tamen præcessit eadem causæ cognitio in actu executionis, sed delegatæ sibi sunt executoriales exequendæ, nondum liquidata materia executionis, & eorum, quæ in ejus 29
discussum incidunt,cujus exactè specialem mentionem fecimus suprà *hoc lib.c.3.post princ.à n.*2.iste igitur non potest, nec tenetur admittere, & terminare eas exceptiones, quæ respiciunt merita causæ principalis, nec eas, quæ infringunt directò, & repugnant ex diame- 30
tro sententiam, & executoriales commissas; quia executori hujusmodi non quomodo lata sit sententia, sed quomodo exequenda est, cognitio pertinet, non quid sit pronuntiandum, sed quid sit pronuntiatum; non autem scire, an justa, an iniqua sit, sed obtemperare, & obedire conniventibus oculis effectui mandatum tra- 31
iendo, cum non possit factum superioris labefactare,*l. & si non cognitio.* & ibi Doctores *Cod.l.si contra jus vel util. pub.c.puniri* §.*si non cognitio* 25.*q.*2.Bal.*in l.*

à Divo Pio in princ. n.7. ff. de re jud. c. de cætero, ubi Abb. *num.* 3. *l. si prætor. in prin. & in §. Marcel. ff. de re jud.* Ab. *in d. c. pastoral. §. quia verò n.* 3. *de off. deleg. vers. secundo scilicet.* Butr. *in d. c. de cætero.* decis. Tholos. 444. & ejus additionator Bal. *in l.* 1. *C. qui ac cus. non poss.* Ill. *cons.* 9. *l.* 3. Anchara *cons.* 224. Ludovic Roma. *cons.* 336. Amador. Rodrig. *de execut. c.* 2. *sub n.* 40. Anchara. *in clem.* 1. *de re jud.* Zasius *in d. l. à divo Pio, §. in venditione n.* 5. *vers. si non autem sent.* gl. *in clem. unic. de sequestr. poss. & fruct.* loquens de nullitate, ex incompetentia, quam sequutus & generaliter etiam nostram doctrinam Bebad. *in polit. l.* 2. *c.* 20. *n.* 48. & de falsitate est tex. *in l. divus ff. de re jud. l.* 33. *in medio, & in fi. tit.* 14. *p.* 3. *l.* 13. *tit.* 22. *p.* 3. & ibi Gregor. Lopez *verbo otrosi.* Menoch. *lib.* 2. *usufreq. c.* 36. *n.* 16. *fol.* 124.

Hinc cautè lege Joan. Gratia. *in regul.* 178. dum firmat executorem mixtum super exceptionibus non judicare & quod quando coram ei opponitur exceptio, quæ quidem post sententiam poterat opponi, ea non obstante, sententiam exequitur quem vel intellige secundùm hanc doctrinam communem, vel absolutè intellectum omninò reproba, ex mox dicendis.

Qui quidem mixti executores licèt exceptiones 32
quæ respiciunt merita causæ principalis, ac injustitiam partis, nec admittere debent, nec possunt, sed eas remittere statim ad superiorem, ad ulteriora interim procedentes in executione, ut præfati probant DD. tamen eas, quæ attingunt nullitatem sententiæ, & il- 33
lam labefactant, possunt illas admittere, non ad effectum determinandi, & pronuntiandi super illis, sed remittendi superiori ut pronuntiet, & eundem instructum reddendi, interimque supersedendi in executione, si justas esse, non calumniosas repererint, optime Felin. *in c. de cætero in prin. n.* 2 & 3. *de re jud.* ubi etiam Abb. gl. *in c. pastoralis, §. quia vero de off. deleg.* quam esse communiter receptam, testatur Alexand. *in d. l. à Divo Pio, in prin. n.* 8. cui omnes assentiunt, ut est videre per Alexand. *ibi n.* 11. Ill. *n.* 16. Felin. *in d. c. pastoralis, §. quia verò, n.* 16. Socin senior. *cons.* 83. *n.* 20. *lib.* 4. Zasius *in d. l. à Divo Pio, §. in venditione, n.* 5. *vers. porrò sunt.* Zuchar. *in l. ult.* 2. 280. *C. de edicto divi Adri.* pro qua doctrina expendunt text. famosum *in l. si prætor. in prin. & §. Marcellus ff. de judiciis*, cujus interpretationem latè, & mirabiliter persequitur Menoch. *de arbitr. casu. lib.* 1. *q.* 38. *à n.* 14. *cum seqq.* & nostram doctrinam latè comprobat *à n.* 9. ultra quos etiam Immol. *in l. qui Romæ, §. duo fratres ff. de verbo, oblig.* Rom. *in l. si is ad quem ff. de acquir. hared.* & Rebuff. *in tract. de sent. executione art.* 7. gl. 12. *sub n.* 19. *vers. si autem, tom.* 1. *fol.* 377. Marquesa. *de commiss.* 1 *p. c.* 23. *n.* 11. & 13. prout diximus in limitationibus suprà in executore mero, hîc repete *à n.* 18. quæ de appellatione non admittenda ab executore non admittente has exceptiones dixi ibi, ut non sit licita, scilicèt *à num.* 14. & *seqq.* quibus convenit, quod intruso, lite pendente, competunt eæ exceptiones, quæ principali condemnato in sententia, dummodo non impugnent sententiam, ita ex aliis Hier. Gabr. *cons.* 52. *n.* 13. *tomo.* 1.

Ex qua doctrina utiliter inferas, quòd licèt exceptio nullitatis in continenti probata ex eisdem actis puta; quæque summariè expediri potest intra brevissimum tempus (quia cùm sententiæ executio sumariè tractetur, nihil est admittendum requirens altiorem inda- 34
ginem, ad impediendam executionem *l. à Divo Pio, §. si super rebus, ff. de re jud.*) sit legitima ad eam impediendam, etiam trium conformium, sitque omnino admittenda Rotæ *decis.* 280. *in novis*, Bart & omnes *in l.* 4. §. 35
condemnatum, ff. de re jud. Afflict. *dec.* 283. text. optimè ubi Doctores *C. si ex falsi instrum.* Alexand. *cons.* 33. *n.* 9. *l.* 1. Vantius *in tract. de null. c qu. t. & quib. mo. null. prop. poss. n.* 32 & omnes Doctores *in d. §. condemnatum.* Rebuff. *in comment. ad l. Reg. tit. de sentent. executione art.* 7. *gl.* 10. *num.* 4. *& n.* 8. contra tres conformes Oldrad. *a. cons.* 106. Bal. *in l.* 1. *C. no. tic.* 3. *provo.* Card. & Bonif. *in clem.* 1. *de re jud.* Franc. *in c. dilecto, de appell. q.* 52. Corneus *cons.* 204. *lib.* 2. Immol. *in l. de pupillo, §. qui opus, ff. de oper. novi.* Domi. *cons.* 24. Ill. *cons* 44. *col.* 1. *lib.* 3. Gratus *cons.* 72. *& cons.* 80. *&* 85. *colum.* 1. text. optimus, & illic Felin. *in c. inter cætera de re jud.* Ill. *in l.* 1. *n.* 8. *ff. de novi oper. nun.* Curtius Senior. *cons.* 59. *col.* 6 Curtius Junior. *in l. sub prætextu. C. de transact.* Alciat. *lib.* 1. *de verbo, signi. colum.* 21. Aymon. *cons.* 3. *col.* 1. Joan. de Ami. *cons.* 128. quibus convenit *l. veteris, ff. de itiner. actu. que priva.* latè. Covarruv. *in pract. quæst. cap.* 25. *à prin.* qui *num.* 4. infinitos congerit circa executionem nullitatis ex defectu jurisdictionis, ut sit licita, & impediat executionem, non solùm unius sententiæ translatæ in rem judicatam; sed etiam trium conformium, quibus adde, Gutierr. *in practicis quæst. civil. lib.* 1. *q.* 96. *num.* 4. Lancelot. *de attent.* 1. *p. c.* 17. *num.* 103. Anton. Gabriel. *tract. commu. opin. lib.* 6. *tit. de statutis, cons.* 3. *num.* 11. quæ ita intelligas secundùm nostram doctrinam, ut tunc impediant, & obstent executioni, si opponantur coram ipso judice principali, qui sententiam tulit, secundùm præfatos Doctores, & quæ nos latè *lib.* 3. *cap.* 9. *à principio*, at oppositæ coram executore non possunt impedire, quia cùm infringant sententiam, & directò repugnent, executor cognoscere de eis non potest, nec tenetur admittere ad effectum terminandi (ut dictum est, & idem jus & ex eadem ratione intelligas in exceptione restitutionis pecuniæ contra sententiam, ut in casu, in quo contra unam duasve transactas in rem judicatam, vel contra tres conformes objici, & opponi possit, (de quo latè examinatur per Covarr. *in pract. cap.* 25. *num* 7. & exactissimè per Joan. Garciam *de nobilit. gl.* 6. §. 2. *a n.* 17. *cum seqq. fol.* 183. quos vide perte) tum locum habeat, quando coram judice opponitur talis exceptio, non autem coram ejus executore, quia non est modificativa, sed directò & ex diametro contraria sententiæ, quia agitur de ea rescindenda omnino. 36 37 38

At eas omnes exceptiones, quæ non impugnant di- 39
rectò sententiam, nec principaliter eam labefactant, sed illam in parte temperant, aut modificant, quæque rectè naturæ judicii conveniunt, & executionem dumtaxat respiciunt, opponuntúrque ad consequendum id, quod expressè nec tacitè in sententia denegatum non est, quæque possunt objici, debentque admitti, & per executorem cognosci contra sententiæ, & executorialium executionem; executor mixtus præcisè admittere tenetur; optimè Felin. *in c. de cætero in prin. de re jud. & in d. c. pastoralis, §. quia verò n.* 16. *vers. gl. in verbo, & si sciat.* Benedict. Bandi. *in rep. rr. ad eum, verbo, executor mixtus est ille qui datus est post sententiam exequendam & vers. seq.* Bart. *in d. l. à divo Pio, n.* 8. Sali. *in d. l. & si non cogni. col. penult. vers. aut quæritur.* Amador Rodrig. *in tract. de execut. c.* 2. *sub n.* 40. *ante fi.* Bebad. *in polit. lib.* 2. *c.* 20. *n.* 48. Menoch. *in tract. de arbitr. l.* 1. *d. q.* 38. *n.* 8. & *n.* 10. Rebuff. *in tract. de sententiar. execut. art.* 7. *gl.* 12. *sub n.* 19. *vers. si vero tom.... fol.* 376 Marquesa *de commiss.* 1. *p. c.* 23. *num.* 12.

Quibus quidem convenit quod dixit Scacia *in tr.* 40
de ap. q. 17. *num.* 10. *sub n.* 50. *vers. extende hæc*, &c. ut ista nostra doctrina locum habeat, & procedat in judicibus executoribus de partibus, quibus pars præsentat mandatum executivum relaxatum per Auditorem Cameræ Apostolicæ, seu ab alio Papæ delegato in Romana Curia, quoniam si actor coram eo citet adversarium ad videndum subhastari, & deliberari, vendique pignora ad satisfaciendum eidem creditori in quantitate pecuniæ, ad quam debitor est condemnatus, potest iste judex executor, cognoscere de rebus in quibus fit executio, ad quem pertineant, juxta *leg. à divo Pio, §. super rebus, de re jud.* & exceptionibus modificativis, non

non autem quæ reſpiciunt merita negotii principalis, neć ſententiam impugnantes.

41 Ad hanc eandem diſtinctam doctrinam reducendos eſſe executores, cui committitur executorialium executio in auxilium juriſdictionis, ut puta quando unus judex unius territorii requirit per ſuas literas requiſitorias judicē alterius, ſub quo bona condemnati; vel ad quæ damnantur ſicuatà ſunt, vel quando per ſtatutum alicui committuntur executoriales exequendæ, ut eſt videre per Scaciam *ubi proximè à n.47.* Rebuff. *in tract. de ſentent. execut art.7. gl.12. ſub n.19. tomo 1. fol.376.* exactiſſimè per Menoch. *d. q.38. n.8. cum pluribus ſequentibus*, qui licèt ſit merus executor

42 ſecundum Boba *in polit. lib.2. c.20. ſub n.47. ad medium.* Rebuff. *in commentariis 2.p. tit. de literis requiſitoriis gl. 3. n. 10.* idem etiam affirmat Gratian. *in diſceptat. forenſ. cap.146. n.7. ſub n.5. tom.1. fol.358.* Vide Covarr. *in pr. quæſt. c.16. à n.4.* tamen cognoſcit de hujuſmodi modificativis exceptionibus, quia exe-

43 quitur jure proprio, & ex juriſdictione radicata ex his quæ latè Menoch. *ubi proximè n.14. cum ſequent.* & æquitate ſuadente, ne partes dilationibus & expenſis vexentur, neque cogantur ire coram judice committente, ſuas exceptiones, & allegationes proponere, allegare, teſtéſque, & probationes vehere, quod maximum inconveniens eſt ex iis, quæ in propoſito conſiderat ubi ſuprà Bobad. & vide ſuprà *cap.6. à n.73. &*

44 *ſeqq.* quod intellige ſi nondum liquidata materia ſibi eſt executio commiſſa, reſpectu autem cognitionis ſuper dominio rei, vide ut *d. c.6. à n.73.*

45 Illud autem, quod modò diximus, executorem, qui per requiſitorias judicis exequitur; eſſe merum, contrarium videtur tenere Abb. *in c. de catero n.4. verſ. ſecundo membr.* quem referens ſequitur Bened. Band. *in repert. ad Felin. verſ. execut. mixtus non merus, qui cognoſcit de omnibus exceptionibus, quæ incidunt in cauſam ſibi commiſſam*, quibus reſpondere poteris, procedere in illis judicibus, quibus committitur executio poſt latam ſententiam ob defectum juriſdictionis in eam ferente, qui eam exequi non poteſt, ut ſententia lata ab arbitro, quam exequitur judex, qui de omnibus exceptionibus indiſtinctè cognoſcere poteſt, prout expreſsè loquitur Abb. *ubi ſuprà*, & de aliis, variiſque exemplis hujus doctrinæ, videre poteris per Menoch. *de arbit. q.38. n.67. & 68.* & iterum *num.19.* Scacia *de appell. quæſt.17. limit.10. à n.42. cum pluribus ſequent.* Marqueſa *in tract. de commiſſio. 1. p. c.23. n.10.* quos per te videre poteris, quia noſtri non eſt inſtituti brevitatem amantis.

46 Hujuſcemodi ſiquidem exceptiones modificativas, cùm propriè & directo conveniant naturæ executionis, admittere executor tenetur, prout ſunt executio, ne quis conveniatur ultrà quàm facere poſſit, compenſationes, & ſimiles, quæ à condemnato objici, & opponi poſſunt poſt ſententiam in executione *l. Neſſennius §.alt. ff. de re jud. l. ſi fidejuſſ. §. idem reſpondit ff. de fidejuſſ. l. ex diverſo §. ſi. ff. ſol. mat.* Bart. per text. *ibi in l.1. C. de jur. & fac. ign.* ubi Iſſ. *n.15.* Meneſ. de Padill. *n.36.* Bar. *in l. à divo Pio in prin. n.8. ff. de re jud.* Boër. *q.33. n.18.* Joan. Garcia *de expenſ. & meliora c.6. n.15. l.2. C. de compenſ. l. ſi cum multi. ff. eodem tit.* gl. ultim. *in c. Joanes de fide inſtr.* quam probat Abb. *in cap. exceptiones n.18. de exceptio.* Afflict. *deciſ.121. n.3.* Medicis *de compenſ.7. p. quæſt.25. n.10.* Alex. *conſ.12. n.13. volum.2.* Rebuff. *tom. ad leges Gallicas, tit. de liter. obligator. gl.5. n.39.* Greg. Lopez *in l.20. tit.14. p.5.* Ciſuentes *in l.64. Tauri, q.10.* Aviles *in c.10. prætor. gl. verbo, execut. n.7.* Didacus Perez *in l.4. tit.8. lib.3. ord. verſ. quæro utrùm exceptio. fol.632.* Joan. Guttier. *de jur. confir. 3. p. cap.6. n.2. & ſeqq.* Corneus *conſ.147. col.4. vol.2.* Iſſ. *in l. ſi in area in princ. ff. de condict. indeb.* Bertran. *conſ.15. column. penult. in prine.*

vol.1. Afflict. *in c.1. §. ſi vaſſal. hic ſi. l.* Car. & Gozadi. *in conſ.86. in princ.* latè proſequitur Roland. à Valle *conſ.28. n.3. & ſeq. vol.1.* Aymon. *conſ.148. n.2.* Tiraq. *de retr. conventio. §.7. gl.1. n.14.* Beneinten. *deciſ.77. n.1.* Alexand. *conſ.85. n.6. lib.5.* Pertanus *de ſpolio lib.4. n.63.* Galleſ. *de oblig. camer. 4.p. q.2. n.12.* Burſatus *conſ.66. n.3. lib.1.* facit Lancel. *de attent. p.3. cap.25. quæſt.29. num.10.* latiſſimè, & eleganter proſequitur Mareſcot. *variar. reſol. lib.2. cap.113. à num.18. cum pluribus ſeqq. & cap.121. à num.46.* quibus in locis plures adducit deciſiones Rotæ in hoc propoſito.

Et pro hactenus dictis non omittam expendere ro- 47
tundum textum in propoſito famoſum, *in l. cum fideicommiſſum ff. de confeſſis*, ubi in hæc elegantet Jurec. loquitur: Cùm fideicommiſſum peteretur, hæres confeſſus eſt debere; arbiter ad reſtituendum datus, competit nihil deberi, quæſitum eſt; an poſſit abſolvere: reſpondi, poſſe, intereſt enim, qua ex cauſa nihil debeatur; nam ſi ob id, quòd nullum fideicommiſſum relictū fuerit, non debere eum abſolvere, ſi verò, quia teſtator fortè ſolvendo non erat, aut quod hæres æs omne ſolutum eſſe, apud prætorem dixerat, & cum controverſia, & computatio difficilior eſſet, arbiter datus fuerit ſalvo officio, eum abſoluturum, has enim partes ejus eſſe, ut ſi in comparatione nihil inveniatur, poſſet abſolvere, ſed ex ſuperiori caſu ad prætorem remittere debeat, ut abſolvatur. Hactenus de aurea, & mirabili diſpoſitione, quam exclamant ibi gl. Paul. de Caſ. & cæteri Doctores, ejus meminit Bart. *in d. l. à divo Pio in prin. n.8.* Felin. *in d. cap. de catero. n.3.* Iſſ *ſuper eadem n.12. in fin.* Menoch. *de arb. d. lib.1. q.38. n.9. in fin. & n.10. in finalibus verbis*, ex qua deducunt, & apparet; executorem datum ad executionem ſententiæ, non poſſe terminare exceptiones infringentes merita cauſæ principalis, ſed debeat eaſdem remittere judici ſuperiori ut judicet, & determinet; licèt bene poſſit exceptiones, quæ reſpiciunt executionem dumtaxat, modificativas ſcilicet computatorias, ac liquidatorias ſecundum quod ſurſum latè probat; quas quidem omnes exceptiones modificativas, ſi executor mixtus rejiciat, excedet, & à rejectione appellationi non deferens vim facere manifeſtam declarabitur, ex jam dictis à princ. hujus capitis.

Ex quibus primò deducitur, ut ad hanc doctrinam 48
ſit reducendus Cæſar Contardus *in repet. l. uni. C. ſi de mom. poſſ. fuer. appellat. limit.19. n.24. in fin n.25.* & Decius *in cap. interpoſita, n.7. de appell.* dicentes ut harum exceptionum oblatio, & oppoſitio debeat fieri coram judice ſuperiore mandante, non coram executore reddentes rationem; quia ipſe non tenetur recipere informationes, ut intelligantur non de exceptionibus modificativis, quia coram ipſo executore ſunt proponendæ probandæ, & determinandæ tanquam non informantes, ſed de aliis exceptionibus vel reſpicientibus merita, & injuſtitiam negotii principalis, vel directò repugnantibns ſententiam, licet quæ reſpiciunt nullitates ad effectum ſuperſedendi, ſi fortè vult executor ad effectum remittendi ſuperiori, bene poſſunt coram proponi, quia valet (ſi vult) de eis cognoſcere ad prædictum effectum ex ſupradictis, ſi tamen eas executor admittere non vult, cum non teneatur, non excuſatur pars iterum eas coram ſuperiore proponere, & hæc voluit dicere Scacia *de appel. q.17.* 49
limit.10. num.37. prout ex ejus mente colligitur, & clariùs cognoſcitur, quia Decius ibi expreſsè loquitur in mero executore prout etiam Philip. Franc. *in eodem cap. interpoſita ſub num.4. limit.4. in fin.*

Secundò deducitur, quod hujuſmodi exceptiones 50
legitimas quæ opponi poſſunt executioni executorialium, de quibus & cognoſcere, & terminare queit executor, & à rejectione earum appellatio admittitur ex iis; quæ diximus ad princ. hujus cap. eſt intelli-

gendum, quando excipiens offert se velle incontinenti probare eandem exceptionem, ut secus sit, si non offert incontinenti se probaturum, à rejectione, appellationi tunc executor deferre non tenetur, ita docet Cont. *in l. unic. C. si de momen. poss. limit.* 19. *n.* 23. & isto intellige modo Scaciam *in tract. de appellat. limit.* 17. *limit.* 10. *n.* 35. rationem reddentes, quia cùm simus in judiciis summariis, & executivis, non admittuntur ex-
51 ceptiones requirentes altiorem indaginem, ut & iterum probat Cont. *ibi. d. limit.* 19. *n.* 24. ac ita debent vel ex eisdem actis vel incontinenti probationem of-
52 ferre ut admittantur. Alex. *cons.* 95. *colum.* 3. *vers. hodie tamen. &c. colum.* 2. optimè Mar. *de ord. jud.* 6. *p.* 3. *& ult. act. tit. de except. sententia. n.* 36. *fol.* 661. & loquens in executoribus Apostolicis, bene advertit Flores de Mena. *in pract. quæst. quæstione* 12. *sub n.* 44.

53 His rectè convenit, quòd quando tertius comparet & appellat ab executione, tenetur non solum docere de justa, & legitima causa pura, propter suum interesse seb debet etiam, de eo docere statim, & in continenti scribunt Angel. Areti. *in l. à sententia sub num.* 1. *ff. de appellati.* & Covar. *in practicar. quæst. cap.* 16. *sub n.* 1.
54 Contard. *in d. l. unica q* 24. *num.* 12. *vers. intellige* quæ oblatio probationis incontinenti necessario requiritur; ut appellatio emissa operetur effectum suspensivum & ut executor in executione supersedeat, ne ulteriùs procedatur docet Covarr. *loco proximè citato n.* 1. *in fin.* & in his terminis etiam loquuntur gl. *in c. veniens* 38. *verbo, incontinenti*, & Innocent. *ibi n.* 1. *de testibus.* Boërius *dec.* 79. *breviter. n.* 1. Achilles Personalis *in tract. de adipis. poss. sub n.* 34. *vers. vel. & quoque tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 269. Sigismund. Scacia. *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 4. *sub num.* 108. *vers. declar. hanc ampliationem*, & diximus post alios infrà *cap.* 8. *à n.* 99. *& sequentibus.*

55 Cujus est farinæ, quòd opponens (generaliter loquendo) aliquam exceptionem, non dicitur quis gravatus, eo ipso quod judex illam rejecit, nec appellatio ab hujusmodi rejectione justificatur, nec dicitur proposita ex legitima causa, nisi aliàs coram superiore excipiens probet legitimam, & veram exceptionem, aliter atque non devolvit appellatio, etiam si prima fronte appareat esse vera, quia potest esse apparenter vera, & in se legitima, sed tamen ficta, & non existens in casu suo, & sic esset oppositio, & exceptio calumniosa, quam judex rejiciendo, non solùm non gravat, sed prudenter facit, cùm suspicatus sit malitiosam esse (pro quo in dubio præsumitur) text. est *in c. interposita* 70. *de appellat.* ubi optimè Anton. de Butr. *n.* 1. *& sub n.* 5. *&* 10. Abb. *nota* 1. *n.* 2. *&* Philip. Franc. *n* 1. *vers. tenemenii* 1. *& vers. tenementi aliam*, Decius *n.* 1. Card. Alex. *nota* 1. *n.* 1. per quos latè prosequitur Scacia. *in tract. de appell. q.* 11. *n.* 61. *& seqq.* quos pro limitationibus consulito.

56 Tamen quando quis opponit exceptionem, & simul se offert incontinenti probaturum, quam judex non admittit & ab hujusmodi exceptione & probatione rejecta, appellatio emissa dicitur statim justificata absque alia probatione, quia non admittendo probationem legitimæ exceptionis incontinenti oblatam, non potest judex excusare, quòd non gravaverit, quia præsumpta malitia contra opponentem purgatur ex ejus oblata probatione incontinenti; unde rejiciendo
57 illam ipso facto ostendit iniquitatem suam contra excipientem, & ideo non est necesse aliter probare veritatem exceptionis, quæ sive vera sit, sive apparens, & falsa ficta, aut calumniosa, non attenditur, quia jam judex gravamen intulit, ita probat *d. cap. interposita in princ. de appell.* ubi Abb. *nota. ult. n.* 3. *& n.* 4. & Franc. *sub n.* 1. *column.* 1. *vers.* 4. *& ultim. vers. tantum quando excipiens obtulit. column.* 2. & cæteri Canonistæ *ibi.* Lancel. Robert. *de attenta. 2. p. cap.* 12 *limit* 1. *n.* 38. 39. 40. *&* 41. & tam in exceptionibus dilatoris, 58
quàm in peremptoriis. Anton. de Butr. *in d. c. interposita sub n.* 10. *ibi, secundo quod excipiens.* & Phil. Franc. *num.* 4. *vers. in gl. in verbo si offerens, de appellationibus.* Sigismund. Scacia *ubi proximè n.* 69. qui *n.* 70. hoc casu dicit, statim hujusmodi appellationem causare suspensivum effectum, & per consequens attentata. 59
Anton. de Butr. *ubi proximè n.* 7. *vers. versus finem colum.* 3. *& sub n.* 10. *fal.* 3. Philip. Franc. *sub. n.* 4. *col.* 4. *limit.* 7. Felin. *in cap.* 1. *sub n.* 2. *de appellat.* Abb. *in dicto cap. interposita sub n.* 6. *vers. unum tamen tenemensi.* Decius *n.* 1. & de communi opinione testantur Ab. *in dicto cap. interposita dicto n.* 6. & ibi Card. Alex. *sub n.* 4. *fall* 8. Lancelot. *de attenta. 2. p. cap.* 12. *dicta limitat. à num.* 36. *cum sequentibus usque ad numer.* 44.
sed offerens hanc probationem incontinenti, debet 60
petere terminum brevissimum, ut inquit Abb. *in dicto cap. interposita num.* 7. quem sequitur Scacia *ubi proximè sub n* 79. *d. quæst.* 11.

Quò pertinet, quòd cum remedio *leg. fin. C. de edic.* 61
Divi Adr. procedatur summariè, & executivè per inspectionem Scripturæ testamenti non cancellati, non admittuntur exceptiones aut probationes altiorem indaginem requirentes, sed reservatur petitorio, quod multis comprobans Roland. à Valle *cons.* 10. *n.* 71 *& tribus sequentib. lib.* 1. allegans *dictam leg. fin. & Decii cons.* 424 *col. fi. &* 467 *col pen.* ubi inquit Decius, quòd si fideicommissarius, qui offert incontinenti probare fideicommissum per inspectionem testamenti, cùm non sit in eo nominatus, si per interpretationem ver- 62
borum, quæ in testamento habentur vellet ejus intentionem probare, talis probatio non est admittenda in hoc remedio executivo, sed reservari debet in alio judicio, cùm requirat altiorem indaginem. Petrus Surd. *cons.* 263. *tom.* 2. quod summe esse notandum dixit 63
Domi. Joan. del Castillo *quotid. controv. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 93. qui *numero sequenti* dixit, quòd exceptiones ad effectum proprietatis & dominii respiciunt, si ob aliquàm dubietatem juris, vel facti, non facilè, & propriè sint liquidabiles, sed causæ cognitionem requirant, relinquuntur alteri judicio, & interim remoto contradictore, non suspenditur executio sententiæ in illo remedio, & reus constituitur, dicit esse casum *in dicta l. fi.* ipse sequutus est illum referens in hoc idem Pereg. *de fidei. artic.* 48. *n.* 29. & quòd in hoc judicio executivo *ex l. fi.* non admittantur exceptiones, & probationes, quæ requirant altiorem indaginem testantur Alciat. *cons.* 389. *quæst.* 1. *n* 4. Parisius *cons.* 10. *n.* 39. 64
lib. 2. Decius *cons.* 3. *n.* 12. Joan. Fla. de Ponte *cons.* 20. *num.* 21. Joan. Philip. *ad tit. C. de edic. div. Adr. in vers put at. tamen B.* Parlado. *rerum quotid. libr.* 2. *cap.* 25. Achilles Personal. *de adipis. n.* 409. Menoch. *de adipis. rem.* 4 *n.* 689. *& à n.* 752. *cum seq.* Beroi. *cons.* 46. *& 57. lib.* 2. Berraz. *cons.* 52. *colum. ult.* Ozasc. *decis. Pedemon.* 23. Cardin. Tusc. *practic. concl. tom.* 3. *litera E. concl.* 409. *fol.* 345.

Tertio & insuper ex supradictis infero, quòd cùm 65
exceptiones peremptoriæ, quæ non infringunt, nec impugnant directò sententiam, sed limitant, restringant, & modificant duntaxat etiam post sententiam opponi rectè possint in ejus executione, præcisè admittendæ sint, ultra allegatos superius, vers. hujusmodi liquidem, &c. *n.* 45. probat Ilf. *in l.* 1. *C. de jur. & fac. ign.* Felin. *in c. suborta in princ. de re jud. & in c. cum Joan. ad fi. de fide instrum.* ubi tradit; quando exceptio peremptoria possit post sententiam opponi, & quando non, *& n.* 2. Petr. Paul. Paris. *in c. exceptionem, de except. n.* 33. Franc. Neco. *in rep. c. quoniam contr.* 3. *not.* 102. *de prob. & in gl. verb. dilatio n.* 183. Maria Soc. *cons.* 45. *n.* 8. *&* 17. *lib.* 1. Hier. Zanch. *in tract. different. juris canon. & civ. dif.* 185. *n.* 262. Odofred. *in tract. jud.* 52. Sycul. *tit. de exceptio. §. dict. n.* 13. Balb. *decis.* 14.

Iſſ. *in l. quamvis C. de jur. & fact. ign. n.*15. *&* 27. Boër. *deciſ.*19. *n.* 9. *& deciſ.*43. *n.*9. *& deciſ.*53. *n.*3. quia iſtæ exceptiones, quæ non impugnant, ſed modificant
66 ſententiam, & executionem, dicuntur quid ſeparatam à petitione principali, Alex. optimè *in conſ.*89. *diligenter conſideratis, in fin. n.*7. *verſ. quæ autem dicatur lib.*1 & plenius *conſ.*85. *viſa themate per totum. lib.*5. Cardinal. Tuſc. *pract. concl. tom.*1. *litera E, concl.*381. *n.*91. Signorolus *conſ.*146. *n.*2.

67 Quales iſtæ ſint exceptiones, quæ ita legitimæ reputantur enumerant Padil. *in l.*2. *C. de jur. & fact. ignor. à n.*36. Joan. Gratian. *in regul.*348. & Joan. Garc. *de expenſ. & melior. c.*6. *à n.*14. Marant. *de ordin. judic.*6. *p. prin. memb.*9. *judicii fol.*418. *n.*17. *tit. de exceptionibus.*
68 & videndus etiam 6. *p. actu ult. tit. de executione ſententiæ à princ.* quibus adde, quòd exceptio collationis bonorum, quæ quis tenetur conferre, in executione ſententiæ poteſt opponi, ex quo non impugnat, ſed modificat ſententiam, ut per Rolandum à Valle *conſ.*8. *n.*6. *lib.*3. tenet Tuſc. Card. *ubi proximè n.*86. pro quo facit *l. cùm fideicommiſſ. ff. de confeſſis.*

69 Inde non inutiliter quæri poteſt; an hujuſmodi exceptiones peremptorias modificativas, ſemel oppoſitas, & deductas in judicium principale, & ante ſententiam, & per judicem reprobatas, ita ut illis rejectis, & non obſtantibus lata fuit ſententia: an iteram opponere pars poſſit in executione, reſpondetur negativè, tenet gl. fin. *in l. Neſcimus ff. de re jud.* Bart. *in leg. ex diverſ. §. fin.* & ibi Alex. *col.*2. *ff. ſolut. matr.* Ludov. Roman. *conſ.*412. Panorm. *in cap. fi. n.*24. *cum ſeqq. de jur. Cal.* Bernar. Diaz *in regul.*250. *limit.*2. Iſſ. *in l. aut prætor, la* 2. *ff. de jurejur.* Boër. *deciſ.*16. *n.*2. *&* 3. Joan. Gratian. *in regul.*348. *n.*12. & quòd hæc quæſtio ſine
70 difficultate ſit, licet quando per judicem, & partem de hujuſmodi exceptionibus actum, & determinatum fuit in negotio principali, ut nec executioni objici queat, pet Iſſ. dixit Joan. Garc. *d. cap.*6. *n.*17. *in princ.* tenet etiam Amad. Rodr. *de executione cap.*2. *n.*41. *ad fin. & n.*42. *in fin.* dicens, quòd ſi exceptio directo impugnat ſententiam, vel de ea fuerit cognitum, & pronuntiatum non poſſit objici executioni, pro quo eſt textus *in l. ſin autem §. fin. de negotiis geſt.* ubi exceptio appoſita cognita, & determinata in proceſſu, non poteſt opponi in executione ſententiæ, ubi notat Bal. & Alberi. & exornat latè Avendan. *in commentariis ad l.*4. *tit.*8. *n.*49. *lib.*3. *ord. l. duobus diverſis. ff. de exceptione rei jud.* quem text. ſic interpretantur Paul. Caſtrenſ. *ibi*, & Ripa *in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verbor.* & quod hæ exceptiones modificativæ, ante ſententiam ſemel oppoſitæ, & per judicem reprobatæ, non poſſint poſt ſententiam in executione iterum opponi, affirmat poſt Iſſ. *in leg.*1. *C. de jur. & fac. ignor. n.*19. Alexand. *in l. rei jud. §. fin. n.*4. *ff. ſolut. matr.* & Caſtrenſ. *conſil.*190. *n.*4. *&* 5. *lib.*1. Cardinal. Tuſc. *practic. concl. tom.*3. *litera E, concl.*381. *n.*85. latè Barboſa *in l. maritum* 13. *cum l. ſeq. à n.*48. *cum ſeqq. ff. ſoluto matr. tomo* 2. Cancer. *variar. reſol.*2. *p. cap.*16. *ſub n.*81. quòd tamen verum eſſe docet Boër. *in d. deciſ.*16. *n.*2. *&* 3. quando exceptio fuit oppoſita in proceſſu ad unum finem, & ad unum effectum, & ad illum iterum poſt ſententiam in executione opponi vult; ut ſecus
71 ſit ſi primò ad unum finem, poſt modum verò ad alium effectum diverſum opponatur, quia tunc etiam poſt ſententiam eſt admittenda, Boërium referens ſequitur Joan. Gratian. *in regul.*348. *n.*12. *poſt medium*, pro quo eſt text. *in d. l. duob.* 19. & ibi Paul. Caſtrenſ. optimè declarat.

72 Sed major extat difficultas; an ſi ante ſententiam de hujuſmodi exceptionibus peremptoriis modificativis in judicium deductis actum fuerit, & nondum de illis ſit per judicem pronuntiatum, an in executionem iterum opponatur, prout in ſumptibus factis in re, ad cujus reſtitutionem quis eſt condemnatus, juxta *l. domum C. de rei vind. c.* hæc ſiquidem de ſumptibus exceptio peremptoria, eſt modificativa, non impugnans nec infringens directò ſententiam, ſed ipſius executionem reſpicit, nam condemnatus, qui rem retinet pro ſumptibus, non dicit, non mandandam executioni ſententiam, nec negat conſequendum, quod re judicata continetur, ſed illud agit, ſcilicet; rem illam penes ſeſe habere, donec meliorationibus ſatisfiat, loco pignoris puta quo potiùs ſuppooit, & fatetur victorem dominum, & convenit diſpoſitioni rei judicatæ, ac ideo in executione executor eam præcisè teneatur admittere, ut legitimam, tenet Iſſ. *in l.*1. *n.*16. *C. de jur. & fac. ignor.* Bart. *in l. in fundo n.*16. *ff. de rei vind. & in l. Paul. ff. de doli exceptione*, ita poſt eum declarat Boër. *dec.*43. *n.*9. Meneſes de Padilla *in d. l.*1. *n.*36. *& ſeqq. C. de jur. & fa.* Alex. *in d. l. in fundo.* Paul. *conſ.*17. *& conſ.* 326. quem allegat Ant. de Fano. *de pignor.*5. *p. memb.*4. cum ſtatim citandis, nec ex hoc locum habet diſpoſi- 74
tio, *l. peremptorias. C. ſententiam reſcin. non poſſ.* quæ non in iis peremptoriis modificativis loquitur.

Et iſthæc exceptio retentionis aded favorabilis eſt 75
ut etiam poſt ſententiam competat, ut dicit Caſtro *conſ.*166. *viſis actis col.*3 latè Capicius *deciſ.*119. *col.*1. Cardin. Tuſc. *pract. concl. tom.*3. *litera E, concl.*381. *n.*37. etiamſi in judicio principali fuerit oppoſita, non tamen ſuper ea pronuntiatum, latè plurimos allegans 76
Doctores & Rotæ deciſ. ſequitur Mareſc. *variar. reſol. lib.*2. *c.*112. *à n.*28 *cum ſeq.* ubi etiam idem affirmat latè 77
comprobas in quibuſvis judiciis privilegiatis, prout in reſtitutoriis, & attentatis, & ſimilibus, & à non admiſſione eſſe licitam appellationem, vide quæ nos infrà c.13. verſ. ſed ille caſus à n.57. & ſeqq.

Quando igitur de hujuſmodi impenſarum excep- 78
tione modificativa in judicium principale deducta non fuerit à judice declaratum, determminatum, aut pronuntiatum, latè hunc articulum rectéque examinat noſtras Joan. Garc. *in tract. de expen. & meliorat. c.*6. *n.*17. duos caſus diſtinctio ſupponens; dicens, quod aut de 79
iis ſumptibus actum fuit in judicio per viam actionis juxta text. *in l. domum. C. de rei vind. l. qui exceptionem §.*1. *ff. de condictione indeb. leg. domus §.*1. *ff. locat.* aut excipiendo *l. Paul. ff. de except. leg ſi in area ff. de condictione indeb.* ſi per viam actionis, de illis debet judex expreſsè determinare, & pronunciare, aliàs omiſſio eſt Immol. Anton. de Bu. Felin. *in c. exceptio.* de quo gl. *in leg.*1. *C. ſi adverſus rem jud.* & ibi Alberi contra Abb. *in c. ſignificarunt*, qui ſentiebant ex illa omiſſione induci abſolutionem, de quo vide per Covarr. *practic. quæſt. c.*25. *n.*6. *verſ. nam ubi petitæ ſunt*, vide quæ nos latiùs de hoc infrà cap. ſequenti, de perſona ad perſon. à num.42. cum multis ſequentibus.

Hinc idem Joannes Garcia inferens ex doctrina 80
Cornel. *conſ.*49. *lib.*2. *lit. E*, & Aym. *conſ* 320. quod in hoc caſu licet petantur meliorationes, ſeu impenſæ in prima inſtantia, ſi tamen de illis nihil ſit judicatum ſed omiſſæ, ſi in ſecunda declaratum ſit, deberi, aut non deberi, erit prima ſententia eatum reſpectu, & ſic cùm debeant eſſe tres conformes, aut in tribunalibus Regiis duæ, & ſic vel appellabitur, vel ſupplicabitur, & in executionem hujuſmodi exceptio admittenda eſt, cùm nondũ judicatũ ſit, ſi autem per viam exceptio- 81
nis hæc modificativa exceptio ſit oppoſita in judicium adhuc poſſe (inquit) in executione ſententiæ opponi, & iterũ deduci; ex eo fundamento, quòd qui in exceptione ſuccumbit non prohibetur illud idem in alio judico per viam exceptionis, aut actionis proponere, quando ſuper illa exceptione non fuit judicatum, & talis erat exceptio, quæ non erat ex diametro contraria, nec incompatibilis cum actione, ſed ſimul poteſt 82
ſtare, prout iſta Bar. *in l. fundum ff. de except. n.*1. *& in qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. l. ſi autem §. ff. de*

nego, gest. ubi Paul. de Castro, *& in l. quod in diem,§.si rationem, n.3. ff.de compensat.* respondétque *ad l.1. C. de ord.cognitio.* secundùm Paul.de Castr. & Bart. *ubi supra* & Felin. *& c.suborta n.3. & 4. de sententia & re jud.* & eundem, Felin.*in c. adversario de except.* ut sit dicendum, ex condemnatione in principali deduci absolutionem in incidenti, quando incidens, & principalis causa non se compatiuntur; ita quòd unum necessarium tollendum sit per alterum, Joan.Garcia. sequitur Amador. Rodr.*in tract. de executione c.2.sub n.41.* pro quibus facit text.*in leg. duobus divers. de except.rei jud.* quem sic ibi interpretantur Paul.Castr.& Ripa *in leg.qui Romæ, §.duo fratres.ff de verb.obligationib.* quem articulum latè etiam examinat Barbosa *in l. maritum 13. cum l. seq. à n.53. & seqq ff. soluto. matrim. tom.2. fol.127.* ubi multa confert. 83

Pro quibus expendo ego textum expressum *in l.quod in diem §.rationem, ff. de compensationibus,* cujus verba sunt:Si rationem compensationi judex non habuerit, salva manet petitio, nec enim rei judicatæ exceptio objici potest;aliud dicam,si reprobarit compensationem quasi non existente debito,tunc enim rei judicatæ mihi nocebit exceptio.Vides quàm clarè loquutus fuit consultus, quod not. etiam Bart. *ibi in summario,* quoniam cùm, sit exceptio modificativa, si de illa judicatum non fuit, reservata censetur ad executionem sententiæ condemnato, à qua nunquam intelligitur reprobata, quando est compatibilis cum sententia,& ipsa sententia subsistere potest absque reprobatione exceptionis,ut ultra citatos facit text.arg.*in l.sancimus C.de testam.c.cum renunciantur,32.q.1.*Bart.*in d.l.quod in diem §.1.n.2.* Abb.*in c.suborta.* & utrobique Doctores. Accur. *in leg penult.ff.de iis qui sunt sui vel alie.jur.* latè 84 85 86 Rom. *cons.412.* Angel. *cons.200.& cons.217. per totum.* Alberic. *in leg. sin autem §.si quocumque ff.de negot.gest. & in d.§.si rationem ad finem,* signanter Innoc.*in c.ult. n.2.vers.sed contra ponam.* ut secus sit,quando(ut dixi) exceptio incompatibilis sit cum ipsa sententia, quia tunc censetur rejecta, & non admittenda in ejus exceptione, Rota Genuens.*dec.103.n.2.* Cacher. *dec.Pedemont.64.n.3.* Ruin.*cons.71.ex n.4.lib.5.* Magon.*dec.3. Floren.n.26.* Paz *in tract.de tenut.c.32 à n.45.* & faciunt notata à Joan.Garc. *in tract.de nobil.gl.1. in exordio,ex n.19.* Parl.*l.1.rerum quo tit.c.ult.§.11.ampliat.4.n.18* aliter atque contrarium dicendum sit, quando exceptio non compatiatur cum sententia,& sic,quando sententia lata super principali non potest subsistere,nisi intelligatur, esse pronuntiatum etiam super incidenti, tunc sententia videtur eligere,& reprobare illud incidens *ex d.l.1.Cod. de org. cognit.* & notant communiter DD.*in d.c.suborta.de sententia & re jud.*& est mirabilis doctrina Antonii de Buttio *ibi n.12.* Abb.*n.12.* Alex. de Nevo *ex n.16.* Paz *de tenuta d.c.32.n.49.*& faciunt; quæ annotavit Monial. *in l.4. tit.2.lib.4. for. & in l.2. tit.3.lib.4. verbo, tornadizo.* Greg.Lopez *in l.3.tit.13. p.6.verbo,mugeres.* Ottalora *de nobil.2.p.3.p.ex n.16.& 4 princ 9.* Cantera *q.crim.c.11.n.11.* Pelaes de Mieres *de major.1.p.q.11.n.30.* Gutierr.*lib.3.pract.qq.14.n.99.* vide etiam Barbosam ubi supra *in d. l.maritum à n.53.* 87 88

Ex quo fonte illud fuit, quòd licèt pater, vel alius obligatus alicui ad alimenta non teneatur, nisi in quantum facere potest, & possit hanc legitimam exceptionem opponere post sententiam, quia non impugnat', sed modificat, ut jura & doctrinæ vulgares probant, si tamen perveniat excipiens ad pinguiorem fortunam, variantur, & augentur alimenta,exceptióque variatur secundùm augmentum & diminutionem bonorum, ita per text. *in l. jus alimentorum, § fi ff.ubi pupil.educat.deb* tenet elegantèr Card Tusc.*pract.concl. tom.3. littera E, concl.382. num.fin.* & idem etiam post alios tenet Marta *de jurisdict. 2. p. cap.43. num.77.* ac 89 90 ideo isthæc exceptio sub regula legitimarum exceptionum comprehendenda est (& intellige, si incontinenti hæc probetur exceptio,prout requiritur in qualibet exceptione executionis,) & huic doctrinæ adde appositam infrà *n.97.*

Quia sententiæ causa cessante cessat ipsa sententia probat Tiraquel. *tract. causa cessante in princ. n.240.* quia quando causa sententiæ redit ad non causam, sententia retractatur, secundùm Paul. de Castro *in l. Imperatoris,ff. de rei judic.* Sfortia Oddi. *tractatu de in integr. restitut.1 p.q.14.art.8.n.67. pag.389.* Mieres *de major.4.p q.1.lim.1.n 72.qui n.73.* dicit quòd merus executor ex nova causa potest in executione supersedere, secundùm Felin. *in c. pastoralis, §. quod verò n.7. de re judic.* Menoch. *de arbitr. lib.1. quæst.38. num.14.* Petrus Surd. *decis.289. n.18.* & tradit Roland. à Valle *consil.13.* 91 92 93

Hinc est,quòd cessante causa sententiæ,scilicet quia supervenit nova causa, cessat sententia, etiam in rem judicatam translata, *l.3.C.ad exhibendum, l.si fullo.* ubi notat Bal. *ff. de conditione sine causa,l.mater §. eandem, & l si is qui heres in princ. ff. de except. rei judic.* notant Bart.Socin.*consil.80.col.fi,lib.1* Maranta *in praxi vers. expedita 2.p n.148. fol.245.* Alciat. *in tract. præsumpt. reg.4.præsump.16.n.5. & 6.* Burgos de Paz *cons.36.n.18.* Tiraquel. *lib.1. de retract. §.8 gl.7.n.4.pag.446.* & est legenda *l.15. tit.2 p.3.* Mizia *in lect. leg. Tolet. ultimæ partis concl.24 fol.197. n.150.* Armert. *lib.2.selectar. inter. c.12. n.3. fol.88.* per quem Mieres *ubi supra n.74.* ponit regulam, quòd res judicata non facit jus in iis, quæ tempore mutantur,*per leg.arbitrio ff.quis satisdare cogan. & leg. si rem meam, & l. seqq. ff. de except. rei jud.* & tradit Tiraq.*ibid. in tract. de causa cessante p.1. n.22. fol.87.* & pro hoc dicit meliorem text.de jure Mieres *ubi supra n.76. in c. tunc. ex literis de in integr. rest.*ubi Ab.*n.4.*pro cujus intellectu lege Alvar.Valas. *consult.51.n.42.* Æguid. Boss. *in pract.crim. de remediis instit. à n.1. cum seqq.* text. *in l. divi fratres ff. de iure patron.* & vide quæ infrà *à n 114. & seqq.* 94 95 96

Et quòd alimenta crescant,& decrescant crescente, vel decrescente patrimonio alimentari, vel alimentantis, etiam post sententiam, & taxationem judicis, tenet Alber. Brun. *in tract. de augmento concl.12. n.5.* Gozadi *concl.95. n 4.* Floria de Sancto Petro *in leg.sed & si quis, § mancipiorum. ff. de usufruct.* DD. *in l si cum dotem, §. leviss.mo, ff. solut. matr.* latè & optimè Marquef. *tract. de commiss. 1 p. c.18. n. 48.* Palacius Rubeus *in rub. de dom. inter. not.3. §.33. n.7. fol 354.* Surd. *de alim. tit.5. q.7. n.58.* post Casil. *in l. si qua illustris, n.93. C. ad Orphic.* optime Gratian. *in discept. for. tom.2. c.232. n.5.* optima Rotæ decisio 431. per Farin.ubi etiam si taxationi consensisset,quibus adde, quos congessimus superiùs *à num.38.* 97 98

Hinc etiam pariter excedet executor, si exceptionem quæ oritur ex ventre ipsius sententiæ,non admiserit,ista siquidem legitima est & valde à jure approbata, nullatenus rejicienda, quia quando ex eodem actu oritur actio,& exceptio,à pari utraque procedit. Ant. de Cana, *in tract. de execut. inter.quæst.26.à n.57.* Decianus *cons.1. n.68. lib.3.* Roma. *cons.52. visis n.3.* ubi additio, *verbo, inspectione* congerit concordantes. Alexand. *cons.64. n 2.* pleniùs *cons.119. n.2. lib.1. & cons.20. lib.6.* Felin.*in c.ex parte de off deleg.* Cassiad. *dec.10 de rescript.* Marsil. *singul.7. communiter per Italum.* Angelus.Castro.Joan.de Immol.*in l.g.si fideiussores, 5. idem respondit, ff.de fideiuss.* Romanus *consil.472. col.2. n.2.* Antonius Massa Gallef. *in tractatu de obligatio. Camer. in 4.p. quæst.1. à num.8. & supra.* Flores de Mena *in pract. quæst. libro 12. cap.12. n.44.* optime Cardinal.Tuschus *practic. concl.tom.3.liter.E, concl.381. n.14.* qui *n.17.* dicit, quòd etsi statutum tollat omnes 99 100

exceptio

exceptiones, non tollit illam, quæ oritur ex eodem ventre ſtatuto, quia dicitur ex eodem oriri, additio ad Roman. *conſ.*244. *n.*5. *in verſ. contractus.* ubi plurimos citat Felin. plenè *in cap. ex parte de offic. delegat.* Alex. *conſ.*123. *n.*12. *in fin.* & *n.*33. *lib.* & poſt Barba. Galleſ. *ubi proxime* Roma. *conſ.*42. *n.*4. *verſ.*4. ubi additio. *verbo offic.* alios allegat. idem Roma. *conſ.*51. *per totum*, etiam ſi non opponatur; quia tunc ſententia, ſeu inſtrumentum loquitur & producitur, præſentaturque cum ſua exceptione, ſemperque actioni principali obſtat, cum ei ſimul juncta ſit, ut probant expreſsè præfati Doctores ſuperius citati, cùm ſit, & dicatur exceptio notoria, quia conſtat ex eiſdem actis, ut dicit Tuſc. *ubi proximè n.*2. poſt Abb. *conſ.*44. *in præſenti col.*2. *verſ. ſed his non obſtantibus, lib.*1. quam doctrinam mirabiliter declarat Tuſc. Card. *d. concl.*381. *n.*8. ſequutus Alex. *conſ.*94. *cariſſime in prin. verſ. non obſtat, quæ ponit. Rom.* &c. *lib.*4. optimè etiam poſt plures alios Mareſc. *var. reſol. lib.*2. *cap.*121. *à n.*33. & nos ſimili propoſito infrà *cap.*12. *à n.*114. videlicet quòd exceptio ex ventre inſtrumenti reſultans admittitur, ſi agitur ex illo in-
102 ſtrumento; ſed ſi agatur ex judicato ſuper eodem inſtrumento ſecus eſt, niſi pariter exceptio oriatur ex ſententia, quod nota. Igitur ab hujuſmodi legitimæ exceptionis rejectionis exceſſu appellationi interjectæ non deferens executor, violentiam facit manifeſtam. Quò pertinet quod dicit Seraph. *de jur. privileg.*77. *ſub n.*31. quòd exceptio competens debitori executionem paratam habet, ſicut actio, ſequitur Giurba *deciſ.*113. *n.*7. & 8. Gratian. *diſceptat.*175. *n.*25. & 26. & faciunt quæ nos infrà *tap.*13. *num.*46. *& ſeqq.*

103 Quibus accedit Baldi doctrina *in leg. ab executione, n.*20. *verſ. item in execut.* per gl. *l. C. de execut. rei jud.* quòd in executione ſententiæ poteſt apponi & oriti omnis exceptio, quæ provenit, & oritur ex mente pro-
104 nuntiantis. Et hinc eſt, quòd cùm juris reſervatio facta in ſententia, conſervat jus gravato competens. Bart. *in l. pen. C. depoſit.* Oldral. *concl.*237. *in fin.* Beccius alios
105 citans *concl.*74. *num.*17. Craveta *conſ.*974. *n.*17. cùm & jus reſervatum, ſit excluſum à condemnatione,
106 & ſententia, ideo eſt legitima exceptio admittenda, quia reſervatio eſt quædam exceptio, quæ modificat actum, gl. *in l. item Labeo, §. ſed ſi jure ff. famil. erciſ.* Dec. *d. conſ.*4. *n.*14. Matth. Brunus *conſ.*19. Petr. Surd. *dec.*163. *à num.*16. & iterum *in conſ.*152. *n.*30. quia ſicut confirmat non reſervatum, ita conſervat intactum,
107 quod eſt reſervatum, ac ſi nulla ſtaret condemnatio. Purpurat, *conſ.*42. *n.*14. Surd. *in d. dec.*163. *n.*18. & facient quæ de exceptionibus modificativis in executione admittendis inferiùs latè diximus.

108 Ex hoc eodem fonte emanat illa exceptio, (non impleviſti ex latere) &, (ex parte tua,) quæ quidem adeò legitima eſt, ut etiam in executione opponi poſſit: ita reſpondit Craveta *conſ.*79. *num.*5. *l.*1. *& conſ.*7. *n.*7. *l.*3. Menoch. *conſ.*55. *n.*4. idem Menoch. *conſ.*1. *n.*367. *& verſ.*65 *num.*4. *l*1. Mareſcotus *var. reſol. l.*1. *c.*88.
109 *n.*13. ubi teſtatur, ita fuiſſe dictum in una Romana pretii, dati 1. Junii 1607. coram Manzanedo', quia cùm oritur ex ventre ipſius ſententiæ poteſt quandocunque executioni opponi. Roma *conſ.*144. Cardinal. Tuſc. *pract. concl. tom.*3. *litera E. concl.*381. *num.*21. *cum ſeqq.*
110 Corneus *conſ.*297. *&* 291. *n.*7. *&* 8. *l.*3. Galleſius *de obligatione Camera. q.*1. *n.*1. *&* 7. inhibitionem tunc expediendam, & concedendam eſſe, firmat Mandoſ. *de inhibit. q.*94. *n.*5. & ita determinaſſe Rotam, teſtatur Gratian. *diſcept. foren. c.*273. *n.*19 *& ſequent.* quæ
111 quidem exceptio adeò legitima dicitur, ut etiam ac ſtatuto rejiciente, excludentéque omnes exceptiones, non intelligatur ſublata, ſed quandocumque de ea opponi poteſt, ita eleganter Corneus *conſ.*179. *l.*3. *& conſ.*121. *lib.*1. Aymon Cravet. *conſ*146. *n.*2 Decius *conſ.*463. *num.*1. *&* 2. multos refert Rolandus à Valle *conſ.*53.

*num.*52. *col.*1. & idem Rol. *conſ.*69. *n.*13. *vol.*4. meus Dominus Joan. de Caſtill. *quotidian. controverſ. l.*3. *c.*3. *n.*15. apud quos multos elegantes effectus hujuſmodi
112 exceptionis (non implementi) perlegere, & reperire poteris, quam ſi executor non admittat (ut vides) excedit; vide exactiſſimè de natura hujus exceptionis, quæ Mareſcot. *variar. reſolut. l.*1. *c.*88. *per totum*, quibus
113 adde Gratian. *in diſcept. foren. c.*315. *tom.*2. *per totum*, ubi exactè explicat hujus exceptionis naturam apud quem latè etiam de exceptione rei non traditæ, & pretii non ſoluti, ut ejuſdem ſint naturæ, cujus hæc, non implementi, & quod opponi poſt ſententiam.

Quò pertinet quòd exceptio, quæ oritur, etiam di-
114 latoria, poſt ſententiam legitima eſt opponique licitè poteſt poſt eam in executionem, & per executorem admittenda, ut tenet Bar. *in l.*1. *C. de jur. & fact. ignor. n.*5. *& deinceps.* Fel. *in c. inſinuante de off. deleg. n.*3. *fall.*5.
115 quod qualiter intelligatur, declarat, ſequitur Joan. Gratian. *in regul.*156. *n.*3. ubi *à princ.* latè probat, hanc exceptionem dilatoriam poſt litem conteſtatam ſupervenientem, opponi poſſe, juxta *l. ita demum. C. de procur. l.*2. *C. conſort. ejuſd. litis*, plures allegat in comprobationem, & facit quod dixit Roma. *in repet. l. ſi vero §. de viro ff. ſolut. matr. num.*270. quod exceptio rei
116 judicatæ licèt perpetua ſit, tamen ei non obſtat, qui agit ex nova cauſa, & quæ ſurpevenit, ubi plura congerit ſimili à jure inducta ex nova cauſa ſuperveniente, & hoc idem voluit Tiraquell. *de retractu conſang.* §.8. *gl.*7. *n.*4. Caſtrenſ. & Iſſ. *in leg. ſi fullo ff. de condictione ſine cauſa, & in leg. Iul. ff. de condict. indeb.* Petr. Surd. *conſ.*268. *tom.*1. pro quo ex text. *in leg. ſi mater §. eundem, in prin. & in leg. ſi his qui hæres. in prin. ff. de exceptione rei jud. leg. ſi hæreditat. Cod. de petitione hæreditatis*, vide quæ ſuprà à n.88. & ſeqq.

Cujus etiam farinæ eſt determinatio text. *in leg. ſi* 117
fullo in princ. ff. de condict. ſine cauſa text. *in leg. in commodato. §. fin. ff. commodati*, text. *in leg.*2. *§ fin. ff. ad leg. Rhodi. de jactu.* text. *in l. eleganter. §. ſi quis peſt. ff. de condictione indeb.* text. *in leg. Julian. eodem tit.* quibus quidem eleganter probatur, quòd quando quis per ſententiam condemnatus eſt ad rei commodatæ depoſitæ vel precariæ, deperditæ reſtitutionem: ejúſque verum valorem, & æſtimationem, ſi perveniat ad poteſtatem domini poteſt de hac nova & legitima exceptione opponere, & obſtabit, adeò ut ſi jam æſtimatio ſoluta ſit, per condictionem indebiti, & ſine cauſa reperitur, reſtituiturque, iſta ſiquidem legitima eſt, & admittenda præcisè in executoralium executione exceptio, ita probat inſuper text. expreſſus *in leg.*1. *C. de re jud.* ibi rebus quidem judicatis ſtandũ eſt, ſed ſi probare poteris, eum qui condemnatus eſt, id quod furto amiſiſſe videbatur, recepiſſe; adverſus judicati agentem, doli exceptione
118 oppoſita tueri te poteris, *&c.*) ubi Bar. Bal. Butr. & Salicet dicunt communiter, quòd æquitas novi caſus novum inducit remedium, & quòd adverſus ſententiam poteſt opponi exceptio (quod petis, intus habes in
119 quorum jurium comprobationẽ multa poſt alios congerit Petr. Surd. *conſ.*168. *à n.*14. *l.*4. dicens, hanc exceptionem non impugnare directò ſententiam, ſed illam modificare: agit enim Surd. *ibi*, quando quis per ſententiam admiſſus fuit ad hæreditatem; ubi hæres ad inteſtato quando, poſtmodum apparuit alium hæredem ſcriptum adeſſe, per teſtamentum noviter repertum, reſcindendam omnino ſententiam; quia deficit,
120 ejus cauſa, & lata falſo ſuppoſito, *leg. ſi à te ff. de exceptione rei jud.* ubi Socin. 1. *nota leg. ſi mater. §. eadem ff. de exceptione rei judicat.* ubi abſolutus ex una cauſa,
121 poterit ex alia noviter conventus condemnari, multa cumulat Tiraquell. *dicta gloſſ.*7. *n.*3. *&* 4. *in tractatu cauſa ceſſante in* 1. *p. n.*21. *& n.*232. ubi ait ſententiæ cauſa ceſſante, ipſam quoque ſententiam ceſſare, &
122 quemadmodum recuperantur bona aliena in tertium
123 pet

per hunc obtinentem ex sententia ejus causa cessante, vide latiùs eundem Surdum *ubi proximè* per longum discursum.

124 Quando autem rei judicatæ exceptio obstet in absolutoria sententia lata in actionibus realibus seu personalibus, puta quando quis absolutus fuit, quia actor defecit in probatione intentionis, aut in probatione juris & justitiæ negotii principalis, an & quando actor his casibus possit iterum actionem eandem, vel aliam ad eandem rem in judicium iterum deducere absque eo quod ei obstet rei judicatæ exceptio, vide per duo membra exactè & eleganter post alios ab eo citatos Doctores nostratem Joan. Garc. *in tract. de nobilitate gl.* 8. §. 1. & aliqua etiam Petrus Surd. *cons.* 268. *n.* 199. *& seqq. tom.* 2.

125 Unum non omittamus, quod de exceptione defectus mandati, jurisdictionis, aut ut ad id diximus saprà hoc *lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 122. *in prin.* ubi infinitos citavimus dicentes esse legitimam exceptionem admittendam, etiam post tres conformes & etiam post mille annos, & in ista tuto omnes exceptiones excludente, non comprehendi, circa quod unum est notabile inferendum, quod si actum fuit cum asserto procuratore, & sententia sit lata, non constito de mandato, & expeditæ
126 executoriales, tamen si revera illo tempore, & in rerum natura stabat sufficiens mandatum, licet non productum, & de illo constet, etiam post dictam sententiam, sustinetur sententia. Rot. *decis.* 19. *alias* 248. *de procurato. in antiq.* Vantius *de null. tit. de null. ex defect. mand.* &c. *num.* 116. & 117. Mohedanus *decis.* 7. *alias* 304. *coram procurato.* Rota *diversor. decisione* 271. *Urbetana in fin. & decis.* 1503. *idem in Gerundensi p.* 3. *lib.* 3. Crescen. *decis.* 1. *alias* 18. *tres, num.* 4. *de sentent. & re jud.* Marquef. *de commissio. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. & 9. *fol.* 340. *in secunda impressione*, & quòd ita scribat Rota testatur additio, ad Rotam *decisione* 7. *alias* 143. *si procurat. de procurat. in novis.*

127 Quod intellige verum nisi antea fuisset oppositum de defectu mandati, & neminem audiri nisi docto de legitimo mandato, quia tunc etiam si verè stet mandatum minimè validaret judicium, & sententia erit nulla, quamvis postea appareat de mandato, probat Marquef. *ubi proximè. d. num.* 9. & ita tenuisse Rotam coram D. Litta die 13. Maii 1594 in una Immolen. bonorum testatur Scacia *de appell. q.* 6. *sub num.* 34. *vers.*
128 *oppositum. & vers. hæc & ir. de judicis c.* 2. *num.* 406. & quòd post dictam oppositionem acta non valeant, nisi mandatum in actis exhibeatur, oppositione tamen non facta, ut quandocunque de eo docere, sufficiat, tenet Bald. *in l.* 1. *in* 3. *lectura num.* 3. *de procurat. & in cons.* 22. *n.* 1. *lib.* 2. Alexand. *consilio* 146. *circa fin. lib.* 5. Aymon. *cons.* 108. Guidobonus *consil.* 129. quam distinctionem etiam tenuit Rota in una Romana census 4. Decembr. 1595. coram Pamph. ut testatur Marescor.
129 *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 192. *num.* 1. hoc addito, ut isthæc oppositio, & protestatio, ut nihil fiat, nisi de docto de legitimo mandato, debet repeti in quolibet acta, adeò ut non sufficiat, semel à principio opponere, alioquin autem censetur ab ea recessum, & sufficit quandocumque de eo docere, secundùm supradicta; ita advertit Moheda. *decis* 44. & ita observare Rotam, ut non obstante dicta protestatione valeant acta per procuratorem, de cujus mandato non constat, nisi in quolibet acta protestatio repetatur, fuit tentum in una Soracusana Quartæ 20. Junij 1586. coram Cardinal. Platon. testatur & sequitur Marescot. *ubi*
130 *proximè num.* 2. ubi exactissimè post alios, an judicium agitatum cum Monacho constituto procuratore sine licentia superioris sustineatur, quando non fuit oppositum, in quo duas communes contrarias refert, & affirmativam ut magis communem amplectitur.

131 Et quòd ad hoc ut acta sint nulla à prin. etiam si revera staret mandatum, licèt non exhibitum, debet fieri protestatio in quolibet acta, post multos Doctores, & Rotæ decisiones, optimè latéque prosequitur & declarat Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 77. à *num.* 19. *cum pluribus seqq. usque ad fin.*

Et quòd hæc protestatio sit necessaria in quolibet 132
acta ad hunc effectum, post Puteum, Mohedanum, & alios latè Tusc. *pract. concl. litera M. concl.* 62. *n.* 3. & ibi de materia per totam conclusionem.

Dominus autem quandocumque comparet allegãs 133
procuratorem comparentem pro eo non habere mandatum, erit omnino audiendus ad annullandum processum, etiamsi alias judex inter adversarium & procuratorem asserum, seu falsum declaraverit habere legitimam personam, procuratorem comparentem, quia Domino absenti non præjudicat, latè prosequitur 134
Mascard. *de probat.* 2. *tom. concl.* 1007. *verbo mandatum, à num.* 12 *cum seqq.* ubi quòd si Dominus sciviſſet hanc declarationem latè prosequitur distinguendo.

Quid autem sit dicendum de illa insigni, & mira- 135
bili difficultate, quando in obligationibus, & præstationibus annuis, & habentibus tractum successivum, quando scilicet aliqua exceptione in præstatione & executione prioris paghæ, vel alicujus annui debiti opposita fuit; & per judicem rejecta, & non admissa; an possit opponi iterum in cæteris executionibus sequentium annuarum præstationum, ita ut tanquam legitimæ non obstet ei rei judicatæ exceptio, de qua omnimodo vide Ripam *in l. si ita stipulatus.* 115. *n.* 93. *col. penult. in princ. vers. sed quid si creditor, ff. de verbor. obl.* Immol. *consil.* 130. *in casu præmisso. col. fin.* 7. Simon. de Prætis *interpretat.* 2. *ult. col. lib.* 5. *num.* 95. *dub.* 3. *fol.* 532. Gratianum *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 151. *n.* 39. *fol.* 367. *colum.* 1. quod menti tene, quia quotidie accidit, & ad multa deserviunt.

Pro cujus rei veritate, ac clariori resolutione il- 136
lud brevius supponendum, quòd obligatio redditus annui, aut est una aut multiplex. Si est una pro omnibus pensionibus decurrendis, unica, & eadem censetur pro omnibus præstationibus obligatio, ita ut una præscriptio pro tota obligatione, & per consequens pro futuris redditibus annuis sufficiet, & extinguet, aut est multiplex, ita ut tot sint obligationes, quot sint annuæ præstationes, & quolibet anno incipiat debe- 137
ri, & oriatur nova obligatio pro pensione illius annui, ita ut tot requirantur præscriptiones, quot sint annuæ præstationes, pro qualibétque singulæ præscriptiones requirantur juxta doctrinam gl. *in l. cum notissimi. verbo, cujuscumque anni. C. de præscript. trig. vel* 40. *ar.* ubi Bar. & alii. Alex. *in l. de pupillo* §. *si in pueris. ff. de novi operis nunti.* Ill. *in l. si Stichum* §. *stipulatio. ff. de verbo.* Guido Papæ *quæstione* 406. Anton. Gomez *de contract. cap.* 11. *num.* 45. unde si annuus redditus debetur ex contractu, regulariter obligatio est una perpetua, & non finitur morte creditoris, sed ad hæredes 138
transit, & pro toto unica actio competit, *l. Stichum.* §. *stipulat. ff. de verborum l. Senatus.* §. *fin. ff. de donat. causa. mor.* Vallascus *cons.* 49. *num.* 6. Castro *de annuis in princ. num.* 41. Cravet. *de anti. tempor.* 4. *p. vers. materia singularitatis num.* 36 si autem redditus annuus debetur ex
contractu conditionali, cujus conditio debet adim- 139
pleri singulis annis, tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes text. *in l. servus communis.* § *fin. de stipul. servorum*, ubi Bart. notat. *num.* 2. & 3. docens quod si stipulatio annua fit per eum, qui debet aliquid implere singulis annis, quod ipsius personæ cohæret, tunc quot sunt anni, tot sunt obligationes.

Exemplum in medico, seu advocato, cui redditus 140
promissus est pro salario singulis annis, item si reddi-
tus annuus fuit promissus ad vitam alicujus, tunc tot sint promissiones, & obligationes, quot anni vixerit stipulator, *l. sancimus* §. *si quis autem cl. C. de donatio.*

Corneus

Corneus *conſ.44.col.2.& 3.lib.2.*Balb.*de præſcript.4.p. q.4 n.5.* Ant.Gom. *ubi ſuprà,*alia plura exempla ponit Gaſp.Rodr.*de annuis reddit.l.1.q.17.n.281.* qui *n.102.*

141 idem firmat,& latè explicat in annuis legatis,ut tunc tot ſunt legata,quot annuæ præſtationes.Bald.*ubi proxime.* Vallaſcus & Caſtro locis ſuprà citatis,facit *l. in ſingulos ff. de annu. legat.l. ſi Stichum , §. ſtipulat. ff. de verb.l. cum in annos, cum duabus ſeqq. ff. quando dies legat. cedis l.1. §. ſin annos ff. ad l. falcidiam.*

Hoc igitur neceſſario ſuppoſito , ita reſpondet ad

142 præfatam difficultatem.Ripa *ubi ſuprà in d.l. ſi ita ſtipulat.115.n.93.col. penult. verſ. ſed quid ſi creditor. ff. de verborum obligat.* ut ejus deciſio & reſolutio pendet, an una ſit ſtipulatio pro annuis præſtationibus , an plures, ut ſi unica ſit pro omnibus annis,nulla agenti creditori obſtabit exceptio , quia ſententia lata ſuper una parte, hoc eſt, uno annuo redditu, (cùm ſine ea alia pars deberi non poteſt) parit plenum præjudicium, & excipienti ſemel jam exceptione rejecta per judicem in uno reddita , in executione alterius obſtabit rei judicatæ, & minus legitimæ, ac reprobatæ exceptionis exceptio,ac ita plenum parat præjudicium de-

143 bitori,juxta *legi. 2. reſponſio ff. de exceptione rei jud.*& ideò ſi eſſet lata ſententia abſolutoria in favorem debitoris in uno annuo redditu , agenti iterum pro ſequentibus annis, obſtabit exceptio rei judicatæ, dicit ipſe Ripa *ibi,*ſequutus Aretin. *ſuper eadem l.* hoc idem tenentem,& citantem tex. *in l. ſi ex falſis,C. de tranſactionibus* , ſed pro meliori allegat Ripa text. *in l. ſi petitio. ff. de exceptione rei jud.*

144 Si verò tot ſint obligationes quot ſint anni,ſententia lata pro prima pagha, & præſtatione,non pareret plenum præjudicium pro ſequentibus,propterea dicit Ripa ultiſſimum eſſe ſcire ; an in annuis præſtationibus unica ſit obligatio,an tot quot præſtationes. Ripæ autem omnes præcitati Doctores , ſcilicet Simon de Prætis,& Gratia.aſſentiunt,& cum ſua determinatione tranſeunt omnes.Pro quo allegat famoſum text. *in l. & an eadem , §. actiones ff. de except. rei jud.* cujus

145 ſunt hæc verba. Actiones in perſonam ab actionibus in rem hoc differunt , quòd cum eadem res ab eodem mihi debeatur, ſingulas obligationes, ſingulæ cauſæ ſequuntur, nec ulla earum alteriùs petitione vitiatur: at cùm in rem ago non expreſſa cauſa , ex qua rem meam eſſe dico , omnes cauſæ una petitione apprehenduntur , nec enim ampliùs , quàm ſemel, res mea eſſe poteſt, ſæpiùs autem deberi poteſt, *&c.* & ſic ſequitur , quòd quando plures ſint obligationes, quot præſtationes, ſemper exceptio etiam jam oppoſita in aliquibus , in aliis decurrendis iterum opponi poteſt, ſi ſui natura legitima ſit, non tamen talis eſſe deſiit ex hoc capite.

146 Econverſo autem quando ad præſtationem unius, vel ſecundi anni debitor per ſententiam condemnatus,& executus ſolvit,ſi non oppoſuit tunc legitimam exceptionem, ſed opponere omiſit, poſſit in qualibet ex præſtationibus ſequentibus opponere , abſque eo quòd ſibi aliqua rei judicatæ poſſit exceptio obſtare, nemini dubium eſt,pro quo eſt doctrina gloſſæ ſingularis *in auth. de inſtrum. cautela, & fide §. in his, verbo, inſinuent*,ubi Angel. eleganter *ibi n.15.* quem referens ſequitur Greg. Lopez *in l.115. gl.1. tit.18. p.2. in princ.*

147 *gl.* Gaſp.Rodrig.*de annuis redd.lib.1.q.15.ſub.n.28.* dicens quòd hujuſmodi ſolutiones nihil inferunt in futurum.Pro qua ratione aliqua adducit ibi,& ſurſum, qui loquuntur in exemptione opponenda contra inſtrumentum , aut tabellionem, quorum doctrina procedit,dum loquuntur,quando exceptio non oppoſita,

148 ſed omiſſa fuit indiſtinctè , ſive ſint plures, ſive unica pro annuis præſtationibus obligatio , prout ipſi Doctores loquuntur , etiam abſolutè ; prior tamen diſtinctio ex Ripa,Immol. Simone de Prætis,& Gratiano procedit,& locum obtinet quando oppoſita fuit exceptio in aliquibus annorum præſtationibus , per judicem non admiſſa , ut in cæteris ſemper poſſit objici iterum , non obſtante rei jud. exceptione , prout expreſsè ipſi Doctores loquuntur,& ex text. *in l. ſi in judicio, ff. de excep. rei judicatæ,* & optimè noſtras Gaſpar. Rodrig. *de annuis redd. lib.1. q.16. n.28.* quem vide ad propoſitum.

Sed idem Ripa ibidem *in d. l.ita ſtipulatus d. n.93.in* 149 *finalibus verbis*, contra ſuam diſtinctionem,& opinionem opponit d. text. *in l.1. C. de fideicommiſſ.* qui dicit,obſtare,dum in eo actum fuit annuo leg.10. quod (ut ſuprà vidimus) tot continet obligationes,& legata , quot præſtationes annuæ; & tamen debitor ſemel condemnatus cogitur præſtationes ſucceſſivè decurrendas illius primæ condemnationis , & rei judicatæ virtute, ita ut ſemper hæredi ejus obſter exceptio, cui textui ipſe Ripa non reſpondet,ſed relinquit cogitandum. Sed tu hanc difficultatem facilè evitabis,ſi conſideres , in caſus illius text. non agi de una, alteráve annua præſtatione , ſed jus ipſum principale , & ipſa 150 cauſa primæva,à qua proveniunt præſtationes,deducta fuit in judicium pro tempore decurſo, & præſenti, futuro,ut durante legati tempore decurſo,& præſenti, & futuro, ut durante legati tempore ſucceſſivis annis legatum ipſum ſolvatur, & præſtetur legatario,quod quidem obtinet in quibuſcunque annuis redditibus ex quavis cauſa provenientibus,in quibus pariter licitum eſt, agere contra debitorem, ut condemnetur,ad præſtandum fructus pro omnibus annis futuris debitis terminis, & temporibus,nec tunc erit ſequuta hujuſmodi condemnatione neceſſe , litem inſtituere adveniente anno,ut *ex d. l.1. de fideicomm. & l.male agitur, C.de præſ.30. vel 40. annor.*deducunt omnes DD.prout eſt videre ex B.*in l.libertis §.manumiſſis.in fi. de alim.& cibar. legat.* idem,*in l. de pupillo,§.ſi.n.pluribus.ff.de novi oper.n.* Bal. *in l.1. C. de ſent. quæ ſine certa quant.* Simon de Prætis *de inter. ult. volunt. lib.5.dub.3.n.95.fol.* 532. Grat.*in diſcep.forens.c.151. n.34.& ſeqq.to.1.*Alex. *conſ.96. in cauſa & lite , col.1. in fin. verſ. ſed reſpondeo, lib.1.* Petrus Surd. *de alim.tit.3.q.9 in fin.& tit.8.privileg.25.n.7.*& ſic cùm univerſum jus principale,& univerſale,ipſáque primæva,& originalis cauſa in totum ſit in judicium deducta,ac ſuper toto cedat univerſaliter iſta res judicata, nihil mirum, ut pariter ſemper obſtet ejus exceptio, juxta *d. l.& an eadem,in princ.& in d. §. actiones, cum aliis pluribus, ff. de except. rei jud.* nos autem loquimur , quando eſt actum ad unam, alteráve annuam præſtationem dumtaxat , non ad jus principale.

Sed quid de exceptione ſequeſtri,an ſequeſtrum fa- 151 ctum debitori aliqua ex cauſa authoritate judicis,debitori ipſi præcipientis,ne ſolvat ſuo creditori,an impediat executionem factam in ipſo debito , & talem exceptionem legitimam eſſe ad impediendam hujuſmodi executionem , tenet Flor. de Men. *in addit. ad Gam.dec.285.* exactiſſimè probat Joan.Gutier.*pract.q. civ.q.113.à prin.* diligentiſſimus & doctus D.Joan.del Caſtill. *quæſtid. controver.lib.4.c.59.ſub n.40.verſ.* Joan. Petr. Fontan. *ad fi. & verſic. denique & ultimo fol.595.* 152 qui cum For. de Mena *ubi proxime*,quòd exceptio juſſu judicis debet impedire viam executivam , ſed quòd judices ſolent non obſtante interdictione ne creditori ſolvatur reum debitorem condemnare(oblata illi cautione indemnitatis)& quòd tunc non debent decima, aut expenſæ ab ipſo debitore exigi,cum ipſe non fuerit in culpa non ſolvendi,putà,quia imò tenetur reſiſtere ex iis,quæ ſtatim ſunt dicenda. Ultra quos quòd debitor,in quem debitum eſt ſequeſtratum non poſſit exequi in ſuo creditore,niſi ſemoto ſequeſtro,probant B. *in l. multus,ff.de leg.commiſſ.* Joan.And.*in addit.ad Specul. de ſeq.§. ff.& fruc.* Guido Papæ *dec.148.n.5.* Pract.

Ferrar. *in forma seq. n.2. vers. audeat.* Masuer. *in pract. rubric. de seques. §. item creditor,* Rebuff. *de liter. oblig. art.6. gl.3. n.64.* Gallesi. *ad for. Came. p.2 q.3. ad 4 p. Camer. oblig. n.3. & 4.* Guid.Papæ *dec.219.* Ciof. *cons.63. n.2. vol.2.* Cancer. *variar, resol.2. c.4. à n.19.*

Quod limita, si debitoris opera & fraude dictum sequestrum sit appositum. Canc. *ibi n 23.* post alios addit, ad Guid.Pap. *dec.210 secundum B.*Natta *cons.233.* Caroc. *de sequest. p.3. q.10. n.4.* Roma. *in l. fi. ff. qui satisd. cogan.* & an creditor debito sequestrato possit agere contra fidejussorem, pulchrè Hieron. Gratum *cons.28. per totum vol.1.* Canc. *suprà n.46.*

153 Hinc etiam quæritur, an depositarius reddens depositum, de mandato judicis liberetur, licèt pars cujus est, non vocetur, judéxque jubeat reddi alteri; an, & quas diligentias facerè teneatur, & an debeat appellare, vide Greg. Lopez *in l.3. tit.3. p.5. gl.1.* ubi latè post Bald. *in l. fi. C. de bon. auth. jud possid.* per text. illum, idem Greg. *in l.4. tit.14. p.5. verb. mandam.* ubi agit etiam an debeat appellare, & post eundem Greg. idem tractat, Azeb. *in l.13. tit 9. l.3. novæ recop. fol.357.* Don. Joan. del Castillo *quotid. controvers. lib.3. c.59. sub n.40. vers. Greg. Lop. & vers. Alphons. Azeb. fol.594.* à tergo, & saltem hoc casu requiri appellationem interponendam ab ipso depositario, si alteri quàm ei, qui deposuit, depositum reddi, judex decernat, tenet Azeb. *in rubr. tit.12. lib.4. num.11. fol.376.*

154 Et an debitor, cui jussus est à judice, ne solvat suo creditori, vel quando per jussum judicis jubentis, ut alteri, quàm suo creditori solvat, debeat appellare, & contradicere, & an debeat uti omni diligentia, ne debitum exigatur ab eo, vide latissime Afflict. *dec.328. per totum* & utiliùs *decis.150. ex n.8. & seq. & n.17. & seq. usque ad fi. decis.* B. & Castr. *in l. creditor. ff. de solutio.* Rom. *cons.87.* Alexand. *cons.15. in fi. l.2.* Bald. *in l. falsus, C. de furt. & cons.485. viso instrum. lib.4.* Ilf. *in cons.26. lib.3.* Aret. *in cons.35.* Raphaël Cuma. *cons.185.* Carol. Ruin. *cons.147. n.19. l.1. & in cons.167. & in cons.171. lib.4.* Avend. *in diction. verb. fuerça.* Mar. Ant. de Mor. *1.p. n.27.* Grat. *cons 127. l.1.* Guid. Pap. *dec.340. non debet.* Marsil. *in rubr. de fidejussor. n.186.* Dida. Perez *in l.3. tit.10. lib.3. ord. q.15, colum.1144.* Menoch. *de arbitr. lib.2. cas.137.* qui multa in proposito tradit, & ipse Menoch. *in cons.68. per tot. l.1.* Utsill. *in addit. ad Afflict. d. dec.150. n.6. & d. dec.328. n.1.* Ant. Gabr. *commu. concla. l.3. tit. de solutio. concl.11.* Rebuff. *in tract. de lit. oblig. to.1. art.6. gl.3. n.64.* Rot. Genuens. *dec.33 n. per tot.* Hippol. Rim. *cons.506. n.29 & 30. l.5.* latissimè Carol. de Graff. *in tract. de exception. b except.25. ex n.29. cum multis seqq.* Anton. Thesaur. *forens. l.2 q.54. per tot.* Borgn. Cavalca. *dec.20. n.21. p.2.* Jacob. Cancer. *var. resol. p.2. c.4. de sequest. & em. n.19. & seq.* Anton. Fab. *ad tit. C. de solut. diffinit.9 fol.1057.* Seraph. *privil. jur. privil.47. ex n.10. cum seqq.* Parlad. *l.2. rerum quotid. c. fi.5. p. §.17. n.8. & 9* Joan. Petr. Fontanel. *in comment. de pactis nuptial. clauf.3 gl 2. ex n.42. usque ad n.49. fol.15.* Ant. Gama. *dec.285.* Gutierr. *pract. quæst. l.1. q.113. per totam,* ubi allegat ad hanc quæstionem, text. *in l. ait Prætor. §. permit ff. de quæst.* & aliorum Doctorum dicta referens, nihil tamen resolvens, late prosequitur Domin. Joan. del Castillo, *quotid. controv. juris, lib.4 c.59. à num.19.*

155 Et quòd teneatur antequam solvat, omnem adhibere diligentiam ne solvat alteri quàm creditori, & quòd illi teneatur denuntiare debitor, probant post Cravet. Men. *ubi proxime l.2. cas.137. n.16.* Petr. Surd. *cons.345 n.5. & 6. l.* ubi alios allegat, latè Joan. Gutier. *pract. l.1. d. q.113. à n.4 & n.15. eodem, l 1. q 81. ex n.10. usque ad 17.* Castill. *ubi proxime sub d. n.40. in pluribus verficulis* Parlad. *ubi suprà.*

Et quòd quando debitor fuit in mora, solvendi suo creditori, ut non liberetur per resistentiam & contradictionem sequestri, quia tunc illa mora præponderat, tenet Menoch. *de arbit. lib.2. cas.137. an 24* 156
Castill. *sub d. n.30. vers. Jacob. Menoch.* tenet etiam Fontanel. *de pactis nuptial. clauf.3. gl.2. ex n.42. fol.15. usque ad n.49.* Afflict. *decis.150* Rota Genuens, *dec 61. n.6. & 9.* Borgn. Caval. *dec.25. n.1. p.2.* Cancer. *variar. resol.2. p.c.4. n.24.* Gutierr. *in d. q.113. n.3.* ubi scribit debitorem, cui ante moram sit sequestrum, teneri re- 157
sistere, & facere, quidquid ei sit possibile, ne fieret dictum sequestrum, & factum revocaretur, qui alias, si sponte solvit, cui judex jussit, vel agnovit dictum sequestrum non liberatur, *per d.l. ait Prator. 4. permittitur, ff. de minor.* sequitur D. Joan. de Cast. *suprà vers. denique & ultimo loco.*

Et quòd debitor liberetur si solvat judici, aut appa- 158
ritori exequenti, factam solutionem legitimam reputari, & debitorem liberare, tenet Parlad. *lib.2. rer. quotid. c. final. 5. p. §.17. n.10.* quem sequitur Castel. *ubi proxime d.c.49. sub n.40. vers. Joan. Parlad. in fi. fol.195.* circa quod dicit Rebuf. *in tr. de sent. execut art.7. gl.13. n.7.* quòd si executor fuerit datus ad vendendum & pretium recipiendum (quod tamen est periculosum, di- 159
cit ille) si is vendiderit, & pretium receperit, liberabitur emptor, quia legitimè solvit, parendo mandato judicis, sed executor tenebitur Domino, cujus bona sunt vendita; allegat Bal. *in l.3. § si executor. ff. de negotiis gestis,* argum. text. *in l. stipul. sum mihi §.1. ff. de fo. ut.* meliùs facit *l. si ob causam, de evict.* qui Rebuff. in apparitore videtur ex iis requirere mandatum judicis ad recipiendum pretium, quod pro nunc non examino.

Circa hanc materiam notandum erit, quòd evicta 160
re in solutum data pro debito pecuniario, sive per adjudicationem judicis, sive partis, non agitur ex actione primæva competenti ex primo contractu, quia ipsa extincta fuit, & sublata, sed tantùm ex actione utili ex emeto. Petr. Surd. *dec.266. n.1. cum seqq. & dec.113. n.3. & cons.145. n.29. & 21. cum seqq. & suprà lib.1.* post Tiraquell. & plures quos allegat Gratia. *discept. foren. cap.3. ex n.14. usque ad n.23.* latè Fabius de Anna *in cons.35. & in cons.90.* Mastrill. *dec.120.* Doctor Felicia de Solis *in appendice ad comment. de censib. 2. tom.* 161
cap.5. n.16. fol.301. D. Joan. de Castill. *quotid. controv. jur. lib.4. cap 59. à n 51. cum seqq* qui etiam probant, utile esse, quia hoc casu priores fidejussores, & pignora liberantur, quia latè de materia tractant, quando evicta re, & semel extincta actione liberentur priores fidejussores, de quo plurimi citati ab eadem Castell. *ibi.*

Tamen cautela erit, ut creditor periculum hoc 162
effugiat, ut sibi prospiciat protestatione, quòd re evicta sibi remaneat integra, & illæsa actio primæva, quia tunc ex ea protestatione conservat illam, & re evicta poterit experiri adversus fidejussores, & tertios pignorum, & hypothecarum possessores probant Solis, Grati. & alii citati per Castell. *n.54.* ex Cepola, *cautel.123.* qui latè hanc materiam post alios prosequitur videndus.

Ulteriùs anim advertendum erit, quòd creditore vic- 163
tionem pignoris venditi non debet regulariter, probant *l.1. & 2. C. creditorem evictionem pignoris non debere, l. fi. tit.13. p.5.* dummodo concurrant requisita ab eisdem juribus, & Doctoribus desiderata, quæ tradit Gregor. Lopez *in l. fi. tit.13. p.5. gloss.1.* deduxerunt quoque, atque exornarunt Doctores communiter *ad d. titul. C. creditorem evictionem pignoris non debere,* ubi eleganter Jacob. Cujacius, & Hug. Doncl. videndi omnino, Signorol. *in cons.90. n.26.* Silvan. *in cons.101.* Duen. *reg.169.* Plot. *in l. si quando n.468. C. unde vi.* Decius *in cons.449 n 37. & 38.* Franc. Mar. *q.926. p.2.* Vincent. de Franc. *dec.239. p.2.* Franc. Vivius *decis.24.* &

& 152. *p.*1. Fabius de Anna *in conſ.*37. *& in conſ.*90. *n.*12. *& ſeqq.* Peregr. *de fideicomm. a.*31. *n.*19. *& dec* 31. *n.*5. Steph. Grat. *dec.*175. *ex n.*1. Ozaſc *in conſ.*33. Aiſm. Tepat. *variar. l.*2. *tit. creditorem evictionem pignoris non debere, fol.*239. Magon. *dec.*32. Rotæ Flor. Pater Lud. Molin. *t.*2. *de juſt. & jur. tr.*2. *diſp.*538. *ex verſ. ſupereſt explicemus, fol.*1825. *in fi. &* 1826. & vide etiam *fol.*1827. Fulu. Pac. *in tract. de empt. & vend. n.*254. *fol. mihi* 244. J. Baptiſt. *de ratione Rotæ, q.*14. *n.*6. Alex. Trentacinq. *var. l.*3. *tit. de empt. & vend. reſol.*17. *fol.*278. Card. Domin. Tuſc. *pract. concl. jur. tom.*2. *lit. E, concl.*359. *fol.*286. Ant. Faber. *de error. pragm. decad.*10. *error.*5. & melius *error.*19. ubi vide omnino *& ad d. tit. C. creditorem evictionem pignoris non debere, de fin.*1. *& tribus ſeqq. ex* 1085. D. J. del

164 Caſtillo *quotid. controver. l.*4. *c.*42. *n.*68. *cum ſeqq.* pignoris venditionem legitimè factam per creditorem non impediri per appellationem debitoris, dixi ſupra 3. *p. c.*6. *n.*33.

165 Unum tamen advertit Ant. Faber *de error. pragm. decad.*1. *lib.*1. *error.*10. *fol.*26. ubi dicit, titulum *C. creditorem evictionem pignoris*, non pertinere ad hunc caſum, quo venditio fiet per judicem urgente creditore, ſed ad eum potiùs, quo venditio facta ſit per creditorem ipſum jure creditoris, & ſic quòd pragmatici paſſim abutuntur eo titulo, ut probent

166 diſtractis pignoribus authoritate judiciali, poſtulante creditore, ſi ea pignora poſtea evincantur, creditorem de evictione non teneri, ſi non fuerit in dolo, interveniente autem dolo teneri, ſed decipi manifeſtè, ea ratione, quod cùm venditio ſit autoritate judicis, quaſi nomine debitoris, ut creditori ſolutionem ur-

167 genti ſatisfiat, ab ipſo debitore facta intelligatur, quandoquidem factum judicis eſt factum partis, 1. *&* 2. *C. ſi in cauſ. jud. pig. capt. ſit*, appareat alium quàm debitorem, de evictione teneri non poſſe, *l. ſi ob cauſam*, 13. *C. de evictio.* quod latiſſimè examinat Caſtell. *ubi proxime d. cap.*42. *ſub num.*71. *num.*110.

168 Quæri etiam poteſt, ademei inſtantiam judex arreſtavit, ſeu ſequeſtravit mulam, quam quidam debitor forenſis in hoſpitio habebat, probat ille debitor, præfatam mulam ſuam non eſſe, ſed ſe conductam habere, an ſequeſtrum ſit relaxandum & revocandum? Reſpondetur, quòd ſic Rebuff. *in conſtit. Regiis tit. de lit. oblig. art.*6. *gl.*3. *n.*52. Jacob. Cancer. *var. reſol.*2. *p.*4. *n.*28. Et ratio eſt, quia ſequeſtrum in re aliena factum non valet, ſed debet fieri in propriis bonis, ut affirmat Alex *conſ.*6. *n.*1. *vol.*4. Cancer. *loc. cit.* Caroc. *de ſequeſtro, p.*3. *q.*8. *n.*1. & Borgn. Cavalca. *dec.*3. *n.*35. *p.*1. tamen in dubio ejus præſumitur, apud quem reperitur, ut poſt alios Cancer. *ubi proximè n.*29. *& n. ſeq.* quòd injuſtè hoc ſequeſtrum petit, tenetur parti ad intereſſe, quem vide poſt alios.

169 Quid ſi plura ſequeſtra fuerint appoſita in aliquibus bonis, an prius aliis præferatur? Et dicendum eſt, quòd non, quia ſequeſtratio ſecundi creditoris nullum præjudicium poteſt generare priori creditori habenti priùs rem hypotecatam, juxta *l. creditor. ff. qui potior. in pign. habeant*, & in terminis ita pulchrè dicit Joan. Bologne, *conſil.*30. *num.*7. Jacob. Cancer. *variar. ref.* 2. *p. cap.*4. *num.*36.

170 Notandum eſt inſuper, ut res per judicem ſequeſtrata, ſeu de ejus mandato in cauſa executionis capta non poſſit à debitore vendi, ac ideo venditionem eſſe nullam. Guido Papæ *dec.*210. & B. *de alim. n.*44. Cancer. *ubi proximè n.*43. ubi poſt Rebuffum, & Guid. Papæ quòd pro alimentis poterit alienari judicis permiſſione.

171 Et pro hujus cap. materiæ complemento illud annotare poteris, quòd exceptio litis pendentiæ in executivis locum non habeat, Geminia. *in rubr. de eo qui mitit. in poſſ. cauſa rei ſerv. in* 6. Iſſ. *in conſ.*9. *n.*2. *vol.*2.

Gargiar. *patro.*100. *n.*14. Cavalca. *dec.*1. *n.*15. *p.*1. Beccius *conſ.*16. *n.*3. Beroi. *conſ.*85. *v.*1. Neviſa *conſ.*4. *in fi.* Grat. *diſcept.*118. Lanc. Rober. *de attent.*1. *p. c.*4. *l.*2. *n.*50. *&* 76. Capic. *dec.*33. *n.*3. Flam. Cartar. *dec.*2. *n.*9. *&* 14. Ant. Gabr. *tit. de judiciis, concl.*1. *n.*31. Anguiſ. *conſ.*251. Marius Giurba. *dec.*100. *n.*16.

Ac inſuper ſi via ordinaria actor cœpit agere, viam 172
illam relinquere non poteſt agendo executivè, ex gloſ. *in l. proinde, §. notandum, ff. ad legem Aquil.* Gutier. *l.*3. *pract. q.*39. Sigiſm. Eſcacia *de judicis l.*1. *c.*62. *n.*33. *de appel. q.*17. *l.*9. *n.*45. Gratian. *diſcept.*118. *à n.*43. *cum ſeqq.* Azeved. *in l.*1. *n.*144. *tit.*21. *l.*4. *recopil.* Doctor Felicia. *de cenſibus, l.*3. *c.*2. *n.*9. Burgos de Paz *conſ.*39. *n.*24. Molin. *de primogen. additio, ad fi. operis poſitis ad* 173
*c.*13. *n.*31. *l.*3. Giurba. *dec.*100. *n.*53. *& dec.*74. *n.*11. niſi cum viam ordinariam intentaverit, proteſtetur creditor, quòd viæ executivæ præjudicare nolit, Giurba, Molina, Paz, Azeved. & alii citati probant.

Et an exceptio rei judicatæ obtentæ contra recep- 174
tores redituum, dictos, *recaudadores de rentas*, quibus principaliter res non intereſt, obſtet domino cujus ſunt redditus, vide poſt Plotum *conſ.*21. & Mandelum de Alba. *conſ.*249. *n.*15. *&* 17. *vol.*2. Baptiſt. Coſta *de facti ſententia & ignorant. inſpectione* 50. *n.*6. qui negativè reſolvit.

Et inſuper, exceptiones eædem obſtant ceſſionario, 175
quæ obſtant cedenti. Hier. Gabriel *conſ.*20. *n.*7. *tom.*7. quòd & idem dicimus de intruſo lite pendente, qui caſdem habet exceptiones, quæ etiam principali nominato in ſententia conceduntur à jure contra executionem, quando ſcilicet ſententiam non impugnant. Hieron. Gabriel poſt alios *conſ.*52. *n.*13. *tom.*1.

CAPUT VIII.

An & quibus caſibus ab executoré excedente dum exequitur perſonas in executorialibus minimè nominatas, nec virtualiter comprehenſas; appellationi interpoſitæ non deferens, vim faciat, & quales ii ſint caſus, ſpecificè monſtratur.

SUMMARIUM.

*Excedit executor exequendo perſonas non nominatas in executorialibus nec virtualiter aut viſibiliter expreſſas, n.*1. *&* 4.

*Ab executore excedente de perſona ad perſonam, appellationi ut legitima deferendum decernit ſenatus, aditus per viam recurſus, n.*2.

*Sententia cùm ſtricti juris, non extenditur de perſona expreſſa ad non expreſſam, n.*3.

*Exceſſus de perſona ad perſonam nullitas eſt, n.*4.

*Exceſſus adeſt in executore, ſeu quolibet alio delegato, ergo licita eſt appellatio valet argumentatio, n.*5.

*Ab exceſſu de perſona ad perſonam appellationi ut legitimæ & ſuſpenſivæ deferendum eſt, n.*6.

*Exceſſus de perſona ad perſonam eſt cauſa legitima appellandi ab executore, n.*7.

*Tertius comparens coram executore docens, & allegans ſe non comprehendi in executorialibus, ſi non admittatur ab eo, licitè appellat, n.*8.

*Tertius executorialibus non comprehenſus earum executionem impedit & appellat, n.*9.

*Executor ad ulteriorem executionem procedens, non obſtante tertii legitima oppoſitione excedit, & licitè appellatur, n.*10.

*Ab executore rejiciente legitimas exceptiones licet appellare, num.*11.

In tertii oppoſitione duo concurrunt, exemptio legitima rejecta,

rejecta, & executio contra non nominatum, quæ præbendi causam appellandi, n.12.

Ab executore citante non citandum, nec comprehensum in commissione, licita est appellatio, n.13.

Tertii comparentis appellatio impedit executionem sententiæ contra alium latæ, n.14.

Tertius legitimè comparens impedit executionem etiam trium conformium, n.15.

Tertius non citatus nolens processui comparere, & se opponere, potest executionem impedire, ne contra illum fiat, n.16.

Tertii oppositores multis de causis possunt comparere ad executorialium executionem impediendum, n.17.

Res judicata non præjudicat non citatum ad actum, quo ladi potest, n.18.

Res judicata inter alios lata, aliis non præjudicat, n.19.

Non citatus non est judicio subjectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, & ita non videtur ratificare causam, num.20.

Vigor pronuntiationis nascitur ex judicio, quo quis est inclusus, n.21.

Gesta ad suos Authores restringuntur, n.22.

Sententia lata contra unum non præjudicat allis jus habentibus proportionibus ex eadem causa, n.23.

Et multò fortiùs si illi non habeant jus ex eadem causa, num.24.

Res judicata ut obstet, debet adesse identitas, causæ, rei, & personæ, n.25.

Sententia lata specialiter contra unum alteri non præjudicat, n.26.

Sententia lata contra unum alteri non præjudicat quando uterque prætendit jus æquè principale, n.27.

Sententia super nobilitate lata contra fratrem non nocet alteri fratri litiganti super nobilitate, nec econtra, n.28. & seqq.

Sententia quando facit jus quoad alios, non nocet habenti æque jus principale, n.29.

Frater declaratus plebeius non nocet alteri fratri, etiam super nobilitate litiganti, n.30.

Sententia lata contra præsentem valet, contra absentes autem nec legitimo citatos nulla est, n.31.

Sententia non nocet tertio possessori rei, ad cujus restitutionem alius est condemnatus, & de possessione docens, impedit executionem, n.32.

Quod procedit sive jus executivum proveniat ab actione reali & hypothecaria, sive ab actione personali, n.33.

Tertius non citatus ratione suæ possessionis etiam trium conformium impedit executionem, n.34.

Tertius solius possessionis ratione impedit executionem sententiæ alteri adjudicatæ, n.35.

Secus si non possideat, quia tunc nec impedit executionem, nec dicitur legitimus oppositor, 36. & tertio sufficit possessionem dumtaxat probare ad impediendam executionem sententiæ, ibid.

Obligatio guarentigiæ rem tradere mittitur executioni, & statim mittitur in possessionem donatarius obligato possidente etiam non citato, n.37. & de effectibus clausulæ justificativæ in possessionis traditione oppositæ, ibid. remissivè.

A tertio possidente non nominato in instrumento, possessio nec advocatur absque causæ cognitione, n.38.

Tertium possessorem a judice spoliatum potest superior jammatim de possessione cognoscens etiam non citato adversario restituere, n.39.

Facta de facto, rescindi jus est, n.40.

Tertius non citatus potest impedire sententiam de immittendo hæredem in possessionem, ex l. fin. de edicto divi Adria. & ejus executionem impedire, n.41.

Executio locum non habet adversus non nominatum in sententia, licèt lis cum eo sit acta, n.42.

In sententia non nominatus intelligitur omissus, & ideo non condemnatus, n.43.

Sententia contra non nominatum nec activè nec passivè locum habet, n.44.

Non nominatus in sententia potest ab ejus executione appellare, licet expressè nominati non possint, n.45.

Prohibitio appellationis in commissione non se extendit ad tertios non nominatos in ea, n.46.

Sententia est stricti juris & tantum disponit quantum loquitur, n.47.

Sententia ultra non extenditur quàm importet verborum sonus, n.48.

Nec ex ea plus probatur quàm ex ea necessario infertur, num.49.

Nec aliud continere dicitur quam quod ex ea necessariò infertur, n.50.

Condemnatio requirit scripturam per sententiam, & in ea non expressa non veniunt, n.51.

Lite mota contra plures pro portione sententia lata contra unum non nocet aliis non nominatis qui intelliguntur omissi, n.52.

Sententia lata super unare ex pluribus petitis ceterarum non infertur absolutio nec cõdẽnatio, sed omissio, n.53.

Omissum intelligitur quidquid in condemnatione non sit expressum, n.54.

Exceptio judicio opposita, de qua est actũ, non tamẽ ejus fit mentio in sententia, quando censeatur omissa, n.55.

Quatuor proponuntur conclusiones ad quas tertii oppositoris jura reducuntur, quibus cognoscitur quando possit impedire vel non, n.56. & seqq.

Tertius impedit executionem pro quantitate, facta in alia re quàm debitor est condemnatus, quando docet de suo interesse ex possessione, n.60.

Possessio a tertio non est avocanda nisi super dicta possessione sit legitimè conjunctus, n.61.

Etiamsi si iste tertius de nuda possessione opponat, etiam non allegans justam esse, quia præsumitur, n.62.

Tertius impugnant executionem rei qua pro quantitate debita fit executio opponens de solo dominio incontinenti probando, amittendus est, n.63.

Tertio opponenti de suo dominio rei super qua fit executio pro quantitate, an incumbat onus probandi, & quid quando de possessione tantùm, vel de dominio & possessione simul, n.64.

Executioni pro quantitate facta in re qua tertius dicit potius jus habere, puta, anterius jus pignoris, an sit admittendus ad illam impediendam, n.65.

Creditor qui obtinuit sententiam pro suo debito, evitabit suspensionem suæ executionis si offerat cautionem in forma depositi aliis creditoribus executioni oppositis anterioritatem prætendentibus, n.66.

Condemnato ad rei restitutionem quam possidet, danda est cautio, si tertius de dominio opponat, qua præstita non suspenditur executio, n.67.

Cautio tunc tertio oppositori de dominio rei præstanda est, si ante rem judicatam lis pendebat, super ea contra condemnatum, secus si post rem judicatam, n.68.

L. is à quo ff. de rei vindic. interpretatur, n.69.

Cautio præstanda possessori condemnato per vincentem, nec alter qui ante rem judicatam possessorem convenit pro eadem re, & de ratione, n.70.

Agenti ad eandem rem super qua possessor alteri condemnatus est restituere, non præstatur cautio, quia illius interest ab uno vel ab alio possessore vindicare, n.71.

Sententia pro una lata semper intelligitur exceptus tertius & sine præjudicio, n.72.

Appellationi a tertio non possidẽte & oppositore deferre non tenetur executor quominus ad ulteriora, &c. n.73.

Agenti contra possessorẽ ad rem quæ alteri jam est per sentẽtiam adjudicata, allegante possessionẽ transferri in duriorem adversariũ, an sit cautio præstãda, n.74.

Tertius nõ possidẽs opponẽs se executioni factæ in alia re quàm sit in judicium deducta, quãtũ distet à tertio oppositore, & nõ possessore rei super qua lis vertitur, n.75.

*Possessio si sit vacans tertius comparens pro suo jure de quo docet, impedit executionem, n.*76.
*Tertius comparens executioni rei vacantis ante illius omissionem, & docens de suo interesse si non audiatur ab executore, poterit licitè appellare, n.*77.
*Tertii comparentis interest ne repleatur vacans possessio, quia facilius consequi potest rem vacantem, quam ab alio occupatam, n.*78.
Interpretatur & ponderatur, l. fi. C. de edicto Divi Adri. tollen. *n.*79.
*Tertius si sciat litem pendere super re vacante, non potest impedire executionem, n.*80.
*Executio sententiæ super aliqua re restituenda impeditur à tertio docenti incontinenti de sua possessione, quousque in contradictorio vincatur, n.*81.
Quod extende 82. *&* 83.
*Res à possessore non citato avocanda non est, nisi legitima causa cognitione præcedente etiam remedio aliquo possessorio, n.*84.
*Possessio si avocaretur à tertio non citato, sed absente, non fieret executio contra condemnatum, sed contra non condemnatum, n.*85.
*Res inter alios judicata aliis non potest præjudicium generare, n.*86.
*Possessio sola sufficit ad implendam executionem rei dum de ea docetur incontinenti cum sola articuli justi allegatione, n.*87.
*Tertius non possidens impedit rei executionem, n.*88.
*Ab executione incipere dicitur contra tertium non victum judicio petitorio aut possessorio executor exequatur. n.*89.
Executionem ex l. fi. C. de edicto Divi Adri. *impedit tertius docens de sua possessione, quousque judicio ordinario vincatur, n.*90.
*Executoriales obtinens curet intentare remedium possessorium contra tertium oppositorem, & quando prima lata sententia avocetur possessio, possitque suas executoriales exequi, n.*91. *&* 90.
*Jus habens ad possessionem rei per executoriales alteri restitutæ, potest contra hanc eo remedio agere, n.*92.
*Possessio tertii oppositoris comparentis patitur controversiam, n.*93.
*Tertius violentæ seu fraudulentæ possessionis causa quando possit rei executionem impedire, n.*94.
*Tertius si lite pendente violenter adeptus est, vel cum fraude de qua docet, non impedit executionẽ ejus, n.*95.
*Tertius oppositor possidens injustè quoad alios, juste tamẽ quoad condemnatum, est legitimus contradictor, n.*97.
*Possessione avocata à tertio oppositore possessorio remedio, cujus prima sententia exequitur, si executoriales priores in ea exequitur, an sit tertio præstãda cautio, n.*98.
*Tertius ut executionem impediat, debet incontinenti de jure suo docere, aliàs ejus appellationi non defertur, n.*99. *Tertius ratione possessionis civilis dumtaxat (naturali ab alio occupata) an sit legitimus contradictor executionis ejusdem rei, n.*100.
*Tertius aliàs spoliatus nulliter per executorem aliquem cùm civilem possessionem animo retineat, potest esse legitimus contradictor ad impediendam executionem in eadem re, n.*101.
*Tertius à possessione beneficii nulliter per judicem ejectus, potest executionem brevis Cameralis ab alio obtenti impedire, cui datur manutentio, n.*102.
*Possessio nulliter per executorem aut judicem ab uno oblata, & alteri tradita, nec isti acquiritur, nec ab illo confertur civilis, n.*103.
*Fructus non lucratur is cui judex aut executor non servato jure ordine possessionem tradidit, sed vero possessori tenetur restituere, n.*104.
*Authoritas judicis inordinatè procedentis non excusat à fructibus, n.*105.
*Ex alia nullo amittitur & acquiritur possessio, n.*106.
L. 1. §. si vir uxori, ff. de acquir. poss. *cum concordantibus interpretatur, n.*106.
*Judex cùm non possideat per actum nullum, non transfert possessionem licet habeat animum transferendi, n.*107.
*Executor cùm non possideat, non potest tradere possessionem vigore executorialium per aspectum, nec cui tradiderit acquiritur, n.*108.
*Judicis factum dicitur factum partis & quando, n.*109
*Factum judicis rite & rectè præcedentis dicitur factum partis, n.*110.
*Tertius docens severum possessorem, condemnatum autem habere suo nomine nudam detentionem tantùm, impedit rei executionem, n.*111.
*Domino rei condemnato poterit fieri executio executorialium contra depositarium, condemnatarium, & similem ejus nomine detinentem, n.*112.
*Possessio ministerio legis fictè translata absque naturali apprehensione in aliquem concurrendo cum detentatore, impedit executionem rei, & dicitur legitimus contradictor, n.*113.
*Possessor virtute clausulæ constituti an impediat rei executionem, & sit legitimus contradictor, n.*114.
*Res cùm reperitur penes condemnatum, alius non impedit executionem, nec illi præstatur cautio, n.*115.
*Possessio per clausulam, constituit, vera est, civilis & naturalis, licèt modus acquirẽdus sit fictus à jure, n.*116.
*Possidenti ministerio legis absque facto corporeo competunt remedia possessoria omnia, n.*117.
Possessor per clausulam constituti legitimus est contradictor ad impediendam executionem rei, cujus judicio non fuit citatus. 118. *&* 121.
*Clausula constituti si juris effectus non habet, possessor non impedit executionem rei, n.*119.
*Clausula constituti quando non transferat possessionem, remissive, n.*120.
*Defectus tituli tertii oppositoris respicit judicium plenarium non executivum, n.*122.
Possessor per clausulam constituti impedit executionem sententiæ latæ in remedio, l. fin. de edicto divi Adr. *num.*123.
Remedium l. fin. C. de edicto divi Adri. *est executivum. num.*124.
*Executor exequendo rem ab alio possessam per clausulam constituti illo rejecto, excedit de persona ad personam, num.*125.
*Obtinens executoriales pro re locata an teneatur stare locationi facta per condemnatum, n.*126.
Quid in simplici colono vel in colono partiario, qui seminaverunt, an pro illo anno sint legitimi contradictores, ibidem.
*Successor beneficii an teneatur stare locationi sui prædecessoris pro illo anno jam seminato, n.*127.
*Executoriales obtinens pro re, non tenetur stare locationi facta per cõdemnatum cœpta jam lite super re, n.*128.
*Executoriales obtinens Dominus, qui & ejus colonus fuerunt spoliati, an domino mortuo possit colonus suo jure earum petere executionem, n.*129.
Et quid si colonus sit nominatus in sententia, eum tamen nulla acta facta fuêre, nec etiam citatus, nec constituit procuratorem, ibid. remissivè.
*Dominus directus an sit legitimus contradictor sententiæ latæ contra emphiteutam vel ejus vassallum, n.*130.
*Sententia lata super dominio utili, aut eo quod jus utile tangit dumtaxat, nihil detrahit, aut officit Dominio directo, nec ejus juri, n.*131.
*Usufructuarius, emphyteuta & alii jus habentes in re petita, non possunt conventi Dominum laudare, sed coguntur defendere sui juris respectu, n.*132.
Emphyteutæ, usufructuarii, & similes, possident naturaliter, quia subire teneatur judicium, si agatur de jure ad illos spectante, n 133.
Lite mota contra emphyteutam de jure spectante juri domini,

domini, in illum laudatum & comparentem judicium transfertur, n.134.
Executionem judicii poſſeſſorii pendentis inter vaſſallos, directus Dominus non impedit, maximè præſtita ſibi cautione, n.135.
Cautio hoc caſu quare præſtari jubetur, n.136.
Executioni ſententiæ latæ ſuper ſervitute domus emphyteuticæ an dominus directus poſſit comparens impedire, & quando ſecus, n.137.
Miſſio in poſſeſſionem utilis dominii dumtaxat ſit ob contumaciam emphyteutæ, n.138.
Servitus poteſt conſtitui in re emphyteutica reſolvenda, tamen reſoluto jure emphyteuſis, n.139.
Sententia lata ſuper poſſeſſione emphyteuticæ rei & reſpectu ſuæ poſſeſſionis naturalis, non nocet domino directo etiam ſcienti, n.140.
Sententia lata contra naturaliter poſſidentem non nocet poſſidenti civiliter, n.141.
Sententia lata contra naturaliter poſſidentes ſuper dominio rei cujus probationem & defenſionem aſſumunt, non nocet domino ignoranti cauſam agitari, n.142.
Sententia contra uſufructuarium non nocet proprietario ignoranti, n.143. & n. ſeq.
Sententia lata contra emphyteutam, & uſufructuariam ſuper proprietate rei, an noceat domino directo ſcienti, num.145.
Clericus poſſeſſor rei non citatus poteſt ſe opponere, & impedire executionem ſuper ea factam per executorẽ laicum & ejus juriſdictionẽ declinare, n.146. & ſeq.
Executionem ſententiæ contra colonum ſeu inquilinum clerici latæ, poteſt ipſe clericus impedire cujus nomine poſſidetur, n.247.
Clericis ubi ſuſtinet actoris vices, non poteſt executoris exequentis judicium declaeare, n.150.
Oppoſitor ſi ſit clericus, & altera pars petens ſententiæ executionem ſimiliter, remittenda eſt executio Eccleſiaſtico, n.151.
Appellationi à legitimo oppoſitore executionis non admiſſo per executorem, ut licitæ deferre mandabit Senatus, num.152.
Ab executore admittente non legitimum oppoſitorem, & nemine offerente ſui juris probationem incontinenti, appellationi emiſſæ non deferens vim facit, n.153.
Articulus, an tertius habeat legitimum intereſſe ad impediendam executionem, eſt præjudicialis ante admiſſionem examinandus, n.154.
A præpoſteratione ordinis judicialis eſt licita appellatio, ubi alias regulariter eſt prohibita, n.155.
Ab executore admittente minus legitimas exceptiones & non admittendas appellatur, n.156.
Tertius contradictor non admittitur appellans niſi de legitima exceptione doceat expreſsè, n.157.
A ſententia inter alios lata, non appellatur ſine legitima cauſa, quæ eſt fundamentum ut admittatur, n.158.
Executoriales expeditæ contra confraternitatem aut locum pium, ſuper re aut debito ipſius loci pii, an excedet executor illas dirigens in adminiſtratorem, n.159.
Sententia lata contra minorem non exequitur contra curatorem vel tutorem, n.160.
Sententia lata contra tutorẽ vel curatorẽ non mandatur executioni contra tutorem, ſed contra minorem, n.161.
Judicati actio denegatur contra tutorem aut curatorem, num.162.
Decuriones civitatis cujus intuitu contraxêre, & ejus bona obligaverunt, non patiuntur executionem in propriis bonis, n.163.
Bona civitatis quando poſſint decuriones obligare, & qualia & quando ipſi teneantur, n.164. remiſ.ve.
Adminiſtratores ſi ſint contumaces exhibere rem loci pii quod ſit facienda ſententiæ executio, poteſt executor, compellere, n.165.
Curatores ſi jam bona minoris non habeant, quia finitum eſt officium, poſſunt hac exceptione evitare compulſionem executionis, n.166.
Cogi poſſunt decuriones civitatis per capturam, ut exhibeant bona civitatis ad faciendam executionẽ, n.167.
Tertius rei litigioſæ poſſeſſor non eſt legitimus contradictor, ſed in eum poteſt ſententia inter alios lata directo exequi, n.168.
Sententia inter alios lata officit rem obtinenti lite pendente, ſive ſciat ſive ignoret, n.169.
Litigioſa res non poteſt per alienationẽ mutare ſtatum & ordinẽ judicii, nec poteſt litis curſus impediri, n.170.
Contra occupantem rem lite pendente quando non poſſit fieri executio, remiſſive, n.171. & an conventus jure proprio poſſit rem alienare ex alio noviter acquiſito puta hæreditatis, ibid.
Lite pendente inter creditorem & debitorem, ſi iſte rem in ſolutum dederit alteri tertio creditori, ſententia inter illos lata in hunc an poſſit exequi contra tertium creditorem pro avocanda re, n.172.
Res petita actione perſonali, puta ex vendito, donato, & ſimilibus alienata, lite pendente efficitur litigioſa & in emptorem ſcientem diriguntur executoriales, n.173.
Debitor competens actione perſonali pro qualitate debita, & lite pendente alienans rem, an ſententia poſſit dirigi directo in emptorem, n.174.
Rei alienatione facta in fraudem paratæ executionis pro quantitate pecuniæ, ſit executio in tertium emptorem, num.175.
Quia iſte ſingularis ſucceſſus non dicitur alius, ſed idem cum eo qui alienavit, n.176.
Covarr. & Parlad. capiuntur, n.177.
Executio ut locum habeat contra tertium emptorem in quem res alienata eſt pendente lite inter creditorem & debitorem, pro quantitate, neceſſe eſt ut alienatio fiat ſententia & re judicata, & ſit in fraudem paratæ jam executionis, n.178.
Executio non poteſt dici parata ante rem judicatam & cauſæ cognitionem, n.179.
Poſſeſſor beneficii accuſatus de crimine ejus inferente privationẽ ipſo jure poteſt renuntiare illud, etiamſi ſit lata ſententia privationis, à qua tamẽ appellavit, n.180.
Poſſeſſor beneficii condemnatus ob delictum ad privationem per tres conformes, reſignare non poteſt tanquam in fraudem paratæ executionis, n.181.
Executor vigore inſtrumenti guarentigiati pro quantitate, & quando directò fiat contra tertium, in quem debitor alienavit rem, n.182.
Executor ſententiæ contra beneficii poſſeſſorem latæ an excedat exequendo tertium illius beneficii poſſeſſionem occupantem lite pendente, n.183.
Litigii vitium in beneficiis contrahitur, n.184.
Reſignatio beneficii facta lite pendente afficitur vitio litigii, n.185.
In ſucceſſorem ſingularem habentem cauſam à litigante, locũ habet executio etiã ſine novo judicio, n.186.187.
Singularis ſucceſſor dicitur habere cauſam à condemnato, non ſolùm ſi titulum habeat immediatè, ſed etiam mediatè per longam ſucceſſionem, n.188.
Executor non excedit exequendo executoriales contra condemnatum ad admittendum beneficium, ſed nec contra intruſum in illud lite pendente, n.189.
Executoriales obtentæ contra ſuperſtitem collitigantem, exequuntur contra intruſum lite pendente, n.190.
Intruſi in beneficium litigioſum coguntur literis intimatis parere, ſive habeant titulum, ſive non, n.191.
Executione facta in tertium intruſum ſine novo proceſſu non poteſt agere de ſpolio, n.192.
Executoriales capiunt intruſos & intrudendos lite pendente, n.193.
Executoriales expeditæ contra capitulum afficiunt tertium etiam non citatum, cui lite pendente capitulum tradiderat poſſeſſionem prebendæ, n.194.

*Beneficii capta possessio lite pendente pluribus juribus est prohibita habentibus decretum irritans, n.*195.
*Intrusi titulus & possessio est infecta inanis nec restituibilis, quia caret juris fomento, n.*196.
*Intrusus lite pendente non admittitur ad appellandum ab intimatione executorialium inter alios expeditarum, & quare, n.*197.
*Possessio non transfertur per alienationem rei lite pendente, etiam per precarium in ea appositum, n.*198.
*Executoriales possunt exequi in tertium possessorem rei, quam alteri dominus hypothecavit, cum pacto de non alienando, n.*199.
*Pactum de non alienando potest apponi in annui census constitutione, quod solum respicit severitatem creditoris, n.*200.
*Tertius possessor vigore simulati contractus non impedit executionem sententiæ, quæ inter alios lata illum directò afficit, n.*201.
*Nullitas quæ inficit possessionem cujus virtute quis non vult impedire executionem, attenditur ne suspendatur, n.*202.
*Nullitas respiciens titulum, & injustitiam principalis oppositoris, respicit petitorium cui reservatur, n.*203.
*Possessio transfertur ex actu nullo, n.*204.
*Executio an locum habeat adversus tertium in quem res emphyteutica est alienata inscio domino, n.*205.
*Exceptiones attingentes proprietatem non admittuntur in judiciis possessoriis, n.*206.
*Exceptiones proprietatis tendentes ad destruendam possessionem admittuntur in judicio possessorio, n.*207.
*Exceptiones excludentes qualitatem requisitam à jure ad obtinendum in judicii possessorio, admittuntur omnes, n.*208.
*Quæstio intrinseca de tituli invaliditate non admittitur in adipiscendo possessorio, tam in profanis quàm beneficialibus, n.*219.
*Executionẽ non impedit tertius ratione nullæ possessionis tradita per judicem inordinatè procedentem, n.*210.
*Confessio validat defectus ordinis judicialis processus, num.*211.
*Processus non sanatur per confessionem, quando nullitas inficit non solùm processum, sed eandem confessionem, num.*212.
*Nullitas quæ inficit titulum & possessionem, obstat tertio se opponenti executioni ratione suæ possessionis, n.*215. *& seqq.*
Tertii oppositoris nullitas tituli quando non opponenda, & quando sit, ibid.
*Executoriales expeditæ contra emphyteutam pro canonis solutione an exequantur contra tertium cui rem alienavit, n.*215.
*Canon est onus reale quod comitatur rem, & sequitur possessionem, n.*216.
*Emphyteuticæ rei tertius possessor directò conveniri potest pro canonis præstatione, n.*217.
*Via executiva non agitur adversus tertium possessorem rei emphyteuticæ, sed via ordinaria ratione hypothecariæ actionis, n.*218.
*Hypothecaria ex instrumento guarentigio executivè experitur contra omnes hæredes & successores universales, sed non contra particulares, n.*219.
*Nisi tertius faceret census, & canonis recognitionem in forma publica, n.*220.
*Res emphyteutica alienata lite pendente, aut præsentante instrumento guarentigiato in judicio contra emphyteutam, executio dirigitur in tertium, n.*221.
*Executio quando inter alios non citatos locum habet sine novæ causæ cognitione, tamen nova citatio eorum omnino pro executione requiritur, n.*222.
*Citatio nova requiritur in quolibet judicio, quo detur personæ mutatio, n.*223.
*Executio quando in tertios non citatos locum habet, adhibetur summatim & incontinenti cognitio super illa qualitate, quæ causã præstat executioni in illos, n.*224.
*Executio ut in tertium locum habeat, non sufficit ut nunc rem possideat, sed quod illam sit adeptus lite pendente, & affectam vitio litigii, verificandum est, n.*225.
*Ad verificandam qualitatem qua fundatur executio contra tertium, citatio necessaria est, n.*226.
*Executor an excedat exequi sequestrarium, aut depositarium in quos res lite pendente deposita fuit, n.*227.
*Executor an excedat exequendo fidejussorem de judicio sisti in causa principali, n.*228. *remissivè.*
*Executionem contra principalem an possit impedire fidejussor judicatum solvi, n.*229. *remissivè.*
*Solvens alicui de mandato judicis an sit legitimus contradictor executionis, n.*230. *remissivè.*
*Executoriales expeditæ contra uxorem pro debito ante matrimonium contracto, an dirigantur in virum super bonis postea in dotem datis, n.*231.
*Executoriales expeditæ contra procuratorem in rem suam, si solvendo non sit, an dirigantur in bonis principalis non citati, n.*232.
*Sententia lata contra emptorem, an possit exequi in bonis venditoris assistentis defensioni litis, n.*233.
*Sententia lata contra filiumfamilias efficaciter obligatum, an exequatur in bonis adventitiis quorum usus fructus patri pertinet, n.*234.
*Filiusfamilias potest efficaciter ex contractu & quasi, seu ex judicio, præterquam ex mutuo, obligari, n.*235.
*Sententia lata contra filiumfamilias exequitur in ejus bonis castrensibus seu quasi, vel in adventitiis, in quibus pater non habet usumfructum, n.*236.
*Et quid in bonis profectitiis quorum jus acquiritur patri, n.*237. *remissivè.*
*Sententia lata contra filiumfamilias non potest exequi etiam in sola proprietate rei, cujus ususfructus pertinet patri, n.*238.
*Filiusfamilias nullatenus potest alienare proprietatem rei, in qua pater habet usumfructum, n.*239.
*Alienatione prohibita censetur prohibitus omnis actus per quem pervenitur ad eam, n.*240.
*Filiusfamilias si non habeat bona, potest pro debito incarcerari, n.*241.
*Proprietas bonorum in quibus pater habet usumfructum, an possit cõfiscari pro delicto filiifamilias, n.*242. *rem.*
*Sententia lata in favorem Actoris super interdicto retinendæ prodest ejus hæredibus ut possessione defendantur, n.*243.
*Res judicata cohæret rei, & Authoris accessione utitur successor, n.*244.
*Executoriales expeditæ contra defunctam interdicto retinendæ, an possit exequi contra ejus hæredes, n.*245.
*Executorialium latarum in Salviano interdicto quando possit impediri executio, n.*246. *remissivè.*
*Executoriales expeditæ contra debitorem, an exequi possint absque excessu in ejus condemnati debitorem non citatum, n.*247. *discutitur.*
*Debitor debitoris condemnati ut exequi possit, an & quando priùs est conveniendus, & condemnatus coram suo judice ordinario, n.*248. *& n. seq.*
*Petri Surdi opinio reprobatur, tenentis sufficere probare debitum per instrumentum authenticum, ut executio locum habeat contra debitorem debitoris condemnati. num.*250.
*Debitum ut capi possit pro executione facta in ejus creditorem debet prius summatim constare executionem illud jus habere, n.*251.
*Creditor cui actio suo debitori competens datur in solutum, quemadmodum potest illam in judicium deducere, n.*252. *&* 254.
*Baldi mirabilia verba recensentur, n.*253.
*Executio adversus debitorem potest directò fieri adversus ejus debitorem pensionis indistinctè, n.*255.

Executio in pecunia debitoris condemnati qui ſit apud argentarium ſeu depoſitarium directo fit, n.256.
Regulæ aſſignantur quibus cognoſcitur quando executoriales inter alios expeditæ poſſint exequi inter alios non citatos, ut exceſſus detegatur, vel non, n.257.
Sententia lata contra adminiſtratores prælatos, ſeu tutores, executionem an poſſint impedire ratione juris ſui ſpecialis, n.258.
Executoriales & acta adverſus prælatos & adminiſtratores ut poſſint nocere Eccleſiis, & præbendis debet in libello inſeri norma adminiſtrationis legitima, n.259.
Pater eſt legitimus filii adminiſtrator in adventitiis, tam agendo quàm defendendo, n.260.
Qualitatem legitimi adminiſtratoris tenetur in libello ieſerere, n.261.
Et verbo libelli referenda ſunt ad perſonam filii, n.262.
Qualitate adminiſtratoris legitimi omiſſa, in dubio cenſetur cauſam tractare nomine proprio, &c. n.263.
Actum gerens ſi adjungat qualitatem, putà, filius, maritus, rector, epiſcopus, tutor, pater &c. intelligitur illam facere nomine alieno, non proprio, n.264.
Prælatus agens vel defendens in judicio rem Eccleſiæ tenetur proponere nomine Eccleſiæ, n.265.
Et idem in cæteris procuratoribus Eccleſiæ, n.266.
Sententia & acta geſta per tutorem nomine pupilli, non nocet juri competenti ipſi pupillo, quod in judicium non deduxit, n.267.
Procuratorem quo jure conſtituerim inſpicitur, quod ſi ut Rector, ille poteſt tractare negotium mei patrimonii, n.268.
Procuratorem conſtituendo ſimpliciter videtur conſtituere eo modo quo poteſt, n.269.
Maritus, qui ut legitimus uxoris adminiſtrator potuit comparere, ſi ut procurator agit abſque mandato, corruunt acta, nec ſuſtinentur illa via, &c. n.270.
Quod procedit etiam in conjuncta perſona, n.271.
Maritus poteſt pro uxore agere ſine mandato, & cautione de rato in bonis paraphernalibus, in cæteris cum cautione, in dotalibus, n.272.
Maritus cenſetur habere mandatum ad adminiſtranda bona paraphernalia, n.273. & alio ſimili caſu, ibid.
Condemnatus reſpectu officii poteſt executionem impedire juris proprii ratione, n.274.
Rei judicatæ exceptio non intrat ubi non adeſt identitas rei, cauſa & perſonarum, n.275.
Adminiſtrator condemnatus nomine officii, ſi non eſt vitioſus poſſeſſor, lite pendente poteſt reſpectu ſuæ perſonæ executionem impedire, quia comparet tunc ut alius extraneus, n.276.
In ſeparabilibus poteſt quis repræſentare duplicem perſonam, & conſiderari tanquam alius & tanquam ipſe, num.277.
Qualitas attendi debeo ſub qua actus & diſpoſitio geritur, n.278.
Sententia condemnatoria licèt ſit lata contra aliquem tanquam adminiſtratorem alterius, ſi probat incontinenti de poſſeſſione ſua, &c. n.279.
Tutor vel adminiſtrator pupilli rem vendens, poteſt jure proprio ut conſanguineus rem retrahere, n.280.
Executoriales expeditæ contra defunctum in interdicto retinendæ, an exequi poſſint contra hæredes ſi poſſident jure proprio, n.281.
Sententia lata contra agentem tanquam ex alia perſona, illi non præjudicat in judicio, quod venit ex nova perſona, n.282.
Sententia lata contra comparentem uti adminiſtratorem, nocet illi, etiam ſi dixit comparere nomine ſuo proprio, num 283.
Sententia lata contra adminiſtratorem ratione & contemplatione officii, illi etiam ut privato nocet, ſi lite pendente faſſus eſt, n.284.
Libellus quo pater agit abſque qualitate expreſſa legitimi adminiſtratoris ſuſtinetur ſi ex litis diſcurſu appareat quo jure ſit actum, n.285.
Maximè ubi proceditur attenta veritate & ſublatis formalis, n.286.
Aminiſtrator licèt non exprimat actum facere nomine adminiſtratorio, tamen ſi exprimat cauſam tangentem adminiſtrationem, &c. n.287.
A cauſæ expreſſione præſumitur actus geri ejus contemplatione cui cauſa pertinet, n.288.
Contemplatione alterius videtur fieri actus, cùm dicitur, ego vendo rem Titii, vel nuntio, ne ædifices in domo Titii, n 289.
Tutor contrahens ſuper re ſpectante ad pupillum, præſumitur nomine pupilli, n.290.
Sententia quæ ſimpliciter loquitur de nomine proprio partis ſi tamen ex actis appareat egiſſe uti legitimus adminiſtrator, non jure proprio intelligenda eſt, ſed adminiſtratorio nomine, n.291.
Sententiæ dubietas declaratur ex actis, &c. n.292.
Sententiæ dubietas recipit declarationem, &c n.293.
Sententia intelligitur lata ex qualitate in libello deducta, etiam ſi ſententia non exprimatur, n.294.
Procurator qui à ſententia geſſit cauſam procuratorio nomine ſi faciat aliquem actum ſimpliciter, intelligitur & illo qualitas repetita, n.295.
Contractus plura continens capitula, ſi in aliquo fiat mentio officii, & in aliis ſimpliciter loquatur intelligitur qualitas repetita quæ informa, n.296.
Contractus una pars ab alia poteſt declarari, n.297.
Qualitas adminiſtrationis ſi à principio non exprimatur, colligitur ex diſcurſu cauſæ, n.298.
Conjecturis poteſt conſtare quem agere vel contrahere nomine adminiſtratiionis, n.299.
Libellus generalis licèt non admittitur, poteſt tamen ex diſcurſu conſtare qua actione ſit expertum, n.300.
Sententia cui nocet, nocent etiam omnia acta judicii, num.301.
Sententia lata contra prædeceſſorem quando præjudicat ſucceſſoribus, nocent etiam acta, & inſtantia cœpta in eodem ſtatu tranſit, n.302.
Nec eſt neceſſe ut lis ſit conteſtata cum prædeceſſore, ſed ſufficit ſola citatio, & etiam libelli oblatio, ut ſucceſſor ſubire teneatur eandem inſtantiam, n.303.
Uxor an poſſit exigere dotem promiſſam viro eo mortuo ex eiſdem actis inchoatis cum viro, & etiam intentare viam executivam, n.304.
Sententia lata contra virum in rebus dotalibus, nocet uxori etiam ſoluto matrimonio, n.305.
Niſi adſit colluſio vel minùs legitima defenſio, n.306.
Uxor an poſſit ſoluto matrimonio petere executionem pro redditibus emptis à viro conſtante matrimonio abſque ceſſione hæredum, n.307.
Cœpta inſtantia cum poſſeſſore beneficii mortuo, tranſit in ſucceſſorem in eodem ſtatu, n.308.
Inſtantia inchoata ſub nomine dignitatis, tranſit ad ſucceſſorem in dignitatem activè & paſſivè, n.309.
Sententia lata contra illos quos negotium principaliter tangit, & primum locum defenſionis habentes, præjudicat jus habentibus in conſequentiam & acceſſoriè, ſive ſcientibus, ſive ignorantibus, n.310.
Lis agitur cum legitimo contradictore, ſi tractatur cum eo, qui primum locum obtinet defenſionis, à quo cæterorum jus derivatur ſecundario, n.311.
Quod procedit in ſententia lata contra poſſeſſorem majoratus, feudi, fideicommiſſi, & nobilitatis, ut lata contra primum vocatum cæteris ſucceſſoribus, &c. n.312.
Ubi delictum eſt commiſſum ab uno, & pœna inſicit alium in conſequentia ſententia lata ſuper delicto contra principalem nocet alteri, n.313.
Sententia lata contra principalem alienantem poſt commiſſum delictum inferentem prohibitionem, ipſo jure nocet poſſeſſori bonorum, n.314.

Sententia

Sententia lata contra Prælatum seu rectorem beneficii præjudicat successori, n.315.
Sententia lata contra administratorem Ecclesiasticum vel temporalem prodest & nocet successori in administratione, quamvis ab illo causam non habeat, n.316.
Obtinens executoriales non cogitur novum subire judicium contra novum successorem, n.317.
Singulis controversiis unum judicati finem sufficere, ibid.
Prælatus Ecclesiæ tenetur ex contractu prædecessorio nomine Ecclesiæ facto, n.318.
Cuilibet successori in universali regimine & administratione, nocet sententia lata contra prædecessorem, ut Episcopo, œconomo, fisco, & aliis, n.319.
Sententia semper præjudicat ei, qui verè vel repræsentativè est eadem persona, n.320. & 326.
Sententia lata contra Prælatum intrusum an præjudicet Ecclesiæ, n.321.
Sententia lata pro vel contra aliquos alicujus artis vel officii, prodest & nocet successoribus & postea venientibus, n.322.
Sententia contra mercatores aut datarios gabellæ seu pedagii nocet successoribus etiam non citatis, quia dicitur actio popularis, n.323.
Sententia contra plures sub nomine collectivo putà familia, agnatio, præjudicat omnibus, n.324.
Sententia super una civitate vel vico, contra alium super apponendis limitibus, exequitur contra vicinos postea natos in vico condemnato, n.325.
Sententia lata contra cives alicujus loci præjudicat sequentibus etiam non hæredibus, n.326.
Exceptio rei judicatæ nocet eadem, ubi est res vel persona verè vel interpretativè, ibid.
Si is cui primus locus defensionis competit, patiatur ut alius cui negotium secundariò tangit, agat, sententia lata illi præjudicat etiam non citato, n.327.
Plura redduntur exempla, n.328.
Sententia lata contra possessorem beneficii ex eo quod conferens jure caruerit, an præjudicet conferenti, ut sciatur litem agi quid quoad possessionem, quid quoad proprietatem, n.329.
Sententia lata contra præsentatum aut electum an præjudicet Patronis, aut electoribus, n.330.
Sententia contra præsentatum aut electum ex defectu juris præsentandi aut eligendi an noceat Patrono aut electori, n.331.
Sententia contra Patronos electores aut collatorem ex defectu juris eorum an præjudicet præsentato aut electo, &c. n.332.
Sententia contra creditorem super proprietate rei pignoratæ, nocet domino debitori scienti litem agi, & quare, n.333.
Sententia lata contra fiscum, nocet habenti jus ab illo derivatum, ibid.
Sententia contra eos qui primum locum obtinent in rei defensione, tunc successori nocet, & ei qui jus habet secundariò quòd illi fideliter litem tractavere, n.334.
Quandò in dubio præsumitur respectu proprii interesse, ibid.
Sententia contra eum qui primum defensionis locum habet obtenta, illo colludente, negligente, aut contumace, non præjudicat successoribus, n.335.
Collusio hæc probabitur eo ipso quòd primus majoratus possessor, putà victus non curavit deducere jura sua, num.336.
Collusio hæc etiam probatur eo ipso quòd victus amisit appellare, vel deseruit appellationem, n.337.
Sententia lata per actum dependens à voluntate administratoris ut putà per renuntiationem ejus, non præjudicat successoribus, n.338.
Sententia lata ex consensu litigantium & eorum conventione non præjudicat successoribus, n.339.
Sententia lata cum procuratore mortuo jam domino majoratus possessore, an præjudicet successoribus, n.340. remissivè.
Sententia lata contra possessorem majoratus à judice qui revera judex non erat, an præjudicet successoribus, n.341. remissivè.
Et quid quando fuit lata à judice recusato possessore majoratus à recusatione desistente, ibid. remissivè.
Sententia lata per juramentum delatum possessori majoratus non præjudicat successoribus, n.342.
Etiam si juramentum sit litis decisivum, n.343.
Probatio quæ per juramentum fit, &c. n.344.
Sententia lata per confessionem legitimi administratoris, non præjudicat Ecclesiæ præbendæ, &c. n.345.
Possessor majoratus qui fatetur se injustè à vassallis jura quædam percepisse, & jubet suos successores amplius non percipere, an obliget successores non hæredes, n.346. remissivè.
Sententia si ex sola confessione possessoris majoratus lata est, non nocet successoribus, secus si alia concurrant verisimiles probatione, n.347.
Sententia lata ex confessione litigantis super nobilitate, non præjudicat filiis & successoribus, n.348.
Executor non excedit dirigens executoriales in eos, quibus tacitè & ex propria vi, &c. n.349.
Sententia lata in individuis, aliis etiam non vocatis nocet, n.350.
Sententia lata pro conditionis confeudatariis, cohæredibus, aut confideicommissariis, prodest & nocet condominis, &c. n.351.
Sententia lata super servitute constituta prodest, & nocet consortibus, secus super constituenda, n.352.
Pluribus habentibus jus in soildum si ex his unus agat, sententia cõtra eum lata cõsumit jus cæterorũ, n.353.
Exemplum redditur in popularibus actionibus, n.354.
Oppositio defectu ad infringendam electionem, lata sententia pro electo, alterius præcluditur via ulteriùs opponendi, n.355.
Et idem est in publicis judiciis, n.356.
Sententia adversus unum ex duobus reis credendi, nocet alteri, ex eadem causa jus habet, n.357.
Uno ex correis agendo per litis contestationem, sibi præoccupat jus actionis, n.358.
Uno ex duobus collegatariis aut fideicommissariis re conjunctis agente in judicio, jure præoccupationis alium excludit, ita ut sententia lata ei non agenti præjudicet, n.359.
Tertius ut executionem impediat, debet docere de suâ possessione vera, & fraudulenta nec dolosa, quia ista non impedit executionem, n.360.
Possessio dolosa & in fraudem tertii non transfertur, etiamsi dominus à re exeat, n.361.
Tertio si alias non præjudicet sententia, si tamẽ ad judiciũ citetur, etiam non comparẽti sententia non nocet, n.362.
Oppositiones per tertium executioni sententiæ, seu instrumenti guarentigiata pacificantur à jure, n.363.
Tertius si succumbat, poterit suam exceptionem deducere in via ordinaria, & quando secus, n.364. & seqq.

FRequenter contingit, ut executores, inter exequendum executoriales sibi commissas, tertios, qui nec expressè, nec tacitè, principaliter nec incidenter visibiliter, aut virtualiter, in executorialibus, & sententiis comprehenduntur, nec etiam nominantur; afficere conentur; notissimos juris, & commissionis suæ terminos excedentes, quare ita oppressi curant, coram illis comparere de suo jure, interesse, præservatisque legitimus exceptionibus opponentes, repositionem petere, oblata priùs probatione incontinenti, quòs, quandoque executores rejiciunt, & ad ulteriorem actualem executionem procedunt poterui; à quibus propterea appellationi intellectæ, & interpositæ, imò vim vi

addentes, abnegant insuper dilationem; pro qua, & repositione obtinenda, oppressi ad charitativum hoc violentiæ auxilium (necessitate impellente) cõfugiunt, ubi per supremos Senatores, actis & processu visis, informatos de manifesta vi adesse, reponendam justissimèque declarant. Enimverò ab hoc tertio, cui executoriales non obsunt, interposita appellatio, & justa, & legitima est, utrumque effectum operans, tanquam ab excessu interjecta, cùm clarè hoc casu excedat executor, text. est *in cap. P. & G. de offic. delegat.* ibi cùm hujusmodi delegata jurisdictio ad alias personas nequeat prorogari, &c. text. *in cap. cum olim Ab. eodem tit.* ibi, nequaquam ad dictos judices cognitio pertinebat, cùm in rescripto nulla de illis mentio haberetur, nec ad ipsos potuerit jurisdictio prorogari, cùm procurator ad illa solummodo intelligatur constitutus quæ in commissionis literis inveniuntur expressa) & de jure Regio facit text. *in l. 20. t. 4. p. 3.* ibi, *mas dezimos, que por tal carta como esta no puede juzgar aquel a quien fuesse enviada mas hombres, ni mas cosas de quanto dixere*, &c. *& l. 47. tit. 18. eadem p. 3* facit text. *in l. quicumque C. de executorib. & exact. lib. 12. ibi*, hoc tamen potestatis arripiat, quod mandatum curæ suæ specialiter approbetur, &c. facit illud Christi Domini, Joan. 19. cap. Non haberes potestatem adversum me ullam, nisi tibi datum esset desuper, &c.

3 Quia sententia cum stricti juris sit (ut inferiùs diximus) non extenditur de persona ad personam; scilicet, de expressis in ea, ad non expressas, eleganter Menoch. *consil. 110. à num. 10.* Roman. *consil. 403 à num. 4.* Alexand. *consil. 208. lib. 6 n. 4.* Roland. à Valle *consil. 34. num. 76. lib. 4.* Cardinal. Tusch. *practicar. concl. tom. 3. litera S. conclus. 126. num. 93.* quòd hic sit excessus, quem diximus, de persona, ad personam, post utrobique Doctores tenent, Vantius *de nulli sentent. ex defectu juris ord.* &c. *sub num. 93.* latiùs prosequitur post alios per eum citatos Aviles *in cap. 1 præto. gloss. mandato*, &c. *à num. 30. seqq.* Castellus à Bobadill. *in polit. lib. 2. cap. 21. num. 64.* probantes insuper nullam esse, quidquid ita executor fecerit, quos nos latiùs hoc *lib. 3. cap. 3. à num. 101. & per totum, & capitib. sequentibus*, & quod eo casu appellatio legitima sit suspensiva, non eget probatione, cùm valida sit consequentia, adest in executore, seu alio etiam delegato excessus, ergo libet appellare, ex his quæ exactissimè à nobis dicta sunt, & congesta *in dict. cap. 3. à num. 15.* & capitibus etiam omnibus sequentibus, quæ regula, & ex ea deductum argumentum, adeò constans est, & perpetuum; ut nullam unquam ei quod meminerim (si mens mea me non fallit) fallentiam, ac limitationem potui reponere.

4 Et in specie quòd ab hoc executorialium executoris excessu (de persona ad personam) appellationi emissæ ut legitimæ, & tanquam suspensivæ, sit omnino deferendum, probant expressè Alexand. *consil. 62. num. 6. vers. nec in dicta pronuntiat. lib. 2.* per quem referens etiam sequitur, idem affirmant Cardin. Tusch. *pract. concl. tom. 1. litera A. conclus. 4010. num. 5.* videndus *à num. 2.* dicentes, quòd licèt ab executore non appelletur, quando rationabilis justéque causa specialiter exprimitur, admittenda erit utique appellatio, causam legitimam dicentes inter alios, quando executor excedit de persona, ad personam, idem etiam probat Rebuff. *in tract. de sent. execution. art. 7. glos. 12. n. 2. vers. potest tamen, & glos. 14. n. 9. f. 373. & f. 380.* dicens, quòd si quis compareat coram executore se contra executionem opponens, quia cum sententia, & executoriales non tangant, allegans legitimam aliquam exceptionẽ,
6 si executor illam oppositionem non admittat, tunc pars comparens poterit legitimè appellare, quia limites commissionis in hoc excedit executor, Rebuffum referens sequitur Sigismund. Scacia *in tract. de appel. quæst. 17. l. 10. sub n. 34. ad mcatum*, quibus rectè convenit quod animadvertunt Angel. *in l. si cum excepit. §. hæc autem actio, ff. de eo quod metus causa.*

Et probant etiam hanc conclusionem Cæsar. Contar. *in repet. l. unic. C. si de momen. poss. q. 24. tertius appell. sub num. 1. & sub n. 5. vers. quibus tamen; & n. 6.* ubi latè disputat, resolvit etiam Achil. Personal. *in tract. de adipis. poss. sub n. 340. vers. bene autem, & vers. vel & quoque tom. 3. part. 2. fol. 269.* dicentes, quòd in tantum tertius impedit executionem sententiæ, qua comprehensus non est, quòd si executor, non obstante sua oppositione legitimè interposita, pronuntiet, executionem nihilominus faciendam esse; posse tertium legitimè appellare ab hac rejectione, & non admissione, seu executione, quod bene procedat appellatio, quia hîc adest excessus, probat Scacia *de appellat. q. 17. lim. 6. memb. 4. num. 55.* 7

Pro quibus facit inevitabile fundamentum, nam 8 tertius non potest comparere, nec impedire executionem, nisi opponens legitimam exceptionem simul, scilicet; ex aliqua ratione sibi non præjudicare sententiam, ut in discursu hujus capitis apparebit, sed quando executor non admittit legitimam exceptionem, ab eodem etiam nominatim condemnato oppositam, evidenter excidit, & licet à non admissione appellare (ut *cap. præced.* dixi) ergo multo fortiùs in 9 oppositionis, rejectione tertii, quia concurrunt duæ causæ; rejecta exceptio legitima, & executio facta contra non comprehensum in executorialibus. Imol. 10 *in l. ab executione. Cod. quorum appel. non recip.* Lancel. *de attent. 2. p. cap. 12. limit. 53. n. 21.* Capicius *dec. 1. in c usa Domini Comitis n. 17. vers. sed quoad casum nostrum*, docentes: appellationi esse deferendum, quando sententia lata contra unum vult exequi, executoriales decernuntur contra alium, quia tunc adest excessus, & justum gravamen.

Hinc etiam est, quòd delegatus cognoscendo de 11 expresso in commissione sua, velit citare non expressum, licita erit appellatio ab hoc citato non citando, tenet Scacia *in tract. de appell. quæst. 17. lim. 47. n. 24. fol. 476.* Greg. Tholos. *in tract. de appell. l. 1. c. 11. sub n. 2. vers. quis vocetur. f. 86.* facit quod Guido Papæ *in eodem tract. de appell. q. 49. sub n. 39. t. 5. fol. 59.* faciunt pro eis superiùs allegata.

Et super quòd tertii comparentis appellatio impe- 12 diat, & suspendat executionem sententiæ latæ contra condemnatum; tenet Anton. de Butr. *in cap. veniens 38. num. 10. vers. oppono quod non impediat*, & Francisc. de Aret. *colum. 3. num. 16. de test.* Abb. *in c. cum super 17. num. 5. in fide sententia & re jud.* Rebuff. *in tract. de liter. oblig. art. 1. gl. 16. n. 11. t. 1. f. 78.* Covarr. *in pract. quæst. cap. 16. in fin. prin. & sub n. 1.* Menoch. *de adipis. poss. rem. 4. q. 10. n. 847.* Cæsar. Contar. *in repet. l. unica C. si de momen. poss. lim. 23. n. 17.* Lancel. Robertus *de atten. 2 p. c. 12. ampliat. 14. n. 2.* qui *n. 4. & 5.* dicit, ut appellatio tertii impediat executionem, quia operatur effectum suspensivum, & probari videtur *in cap. super eo, de off. & potest. judicis delegati.*

Quod quidem procedit, etiam si contra condemna- 13 tum latæ essent tres sententiæ conformes, quia tertius legitimè comparens allegando, sibi non præjudicare; impedit earum executionem ratione sui juris, & interesse præservari, tenet Rota *decis. 13. aliàs 441. nota utrum lat. de sententia & re jud. in antiq.* Felin. *in d. c. veniens el 2. n. 17. not. 3. de testibus & in c. cum super 17. column. penult. n. 18. vers. item nota de sentent. & re jud.* Vancius *in tract. de null. tit. quis poss. dec. de null. n. 19. vers. quinimo f. 376.* Gabriel *cons. 28. quando n. 42. lib. 2.* de communi opinione testatur Covar. *in pract. quæst. cap. 15. num. 9. vers. hinc apertissimè.* Rota Romana *dec 320. fuit. sub n. 1. p. 1. divers.* quia contra tertium non citatum ex qui sententia non potest. Duenas

regula

*reg.*277. *limit.*4. Asin. *in praxi* §.31. *lim.*5. Craveta *consil.*592. *num.*128. Cartar. *decis.*55. *n.*8. Costa *de reietngr. dist.*95. *n.*11. Rota Genuens. *decis.*111. *n.*2. Tiraquell. *tract. res inter alios acta* Masul. ad Capic. *dec.*20. *n.*5. Rota *cons.*37. *n.*4. Rolan. *cons.*5. *per tot. volum.*2. Covarr. *pract. cap.*16. *n.*4. Maresco. *lib.*2. *resol.*121. *n.*2. *&* 5. Caval. *dec* 5. *n.*7. 15. *p.*1. Menoch. *de adipis. remed.*5. *n.*142. Vivi. *decis.*237. *n.*2. *&* 3. Gaill. *lib.*1. *obs.*118. *n.*1. Trentacinq. *var. ref. l.*3. *de empt. & vend. resol.*10. *sub n.*12. Monald. *consil.*49. Honded. *consil.*20. *vol.*1. Marius Giurba latè *dec.*93. *num.*3. ubi quo respectu tertii non citati sententia est nulla, & ideo debeat audiri ante executionem, sive actum fuerit actione reali, sive personali, post Bar. Cævallos. *comm. cont. comm. q.*820. *n.*24. Ruginel. *in tract. de appell.* §.2. *c.*1. *n.*49. loquendo in tertio, non citato, qui noluit comparere se opponens in processu, ut postmodum in executionem comparens, quia res judicata sibi non præjudicat, ut impediat executionem; vide infrà *n.*361. & docent Roma. *cons.*69. *viso quæstionis themate, in fin.* Alex. *cons.*15. *viso & considerato tom.*5. *lib.*6. Boërius *decis.*76. *breviter n.*1. dicens, si comparens docet de jure & interesse suo suáque legitima exceptione incontinenti, sequitur Scacia *de appel. quæst.*17. *lim.*6. *memb.*4. *num.*51. *fol.*352.

17 Isti autem tertii oppositores executorialium executionibus multis de causis, ac rationibus comparent; docentes sibi non præjudicare sententias, aut quia à principio in causa (cum principaliter & de per se ne-
18 gotium tangit) non fuerunt citati. Siquidem ad eum actum, ex quo quis lædi potest, si non vocetur, nullum illi præjudicium affert res judicata, text. est *in l. de unoquoque, ff. de re judic. l. nam ita Div. ff. de adoptionibus, l.*2. *& l fin. C. si per vim, vel alio modo, c. latet quatuor, de majora. & obedien. c. cùm ex literis de in integ. rest.*
19 *Clemen. pastoralis, de re jud.* Hinc est, ut res inter alios acta aliis non præjudicet, nec res judicata obstat, text. *in l. fin ff. de re jud. l.*1. *ff. de except. rei jud. l.*2. §. *iisdem,*
20 *ff. de accus. Modestinus, ff. de exception. l.*2. *C. de fide instrum.* rationem reddit Bal. *in d. l.*2. per text. *ibi n.*3. *C. de fide instrum. & in l. ingenuum, ff. de statu hom.* quoniam si is non fuit vocatus, non erat judicio subjectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, vel instruens causam, & ideo non videtur ratificare cau-
21 sam, quoniam vigor pronuntiationis nascitur ex judicio, in quo erat inclusus; sequitur Rebuff. *in tract. res*
22 *inter alios acta n.*4. ubi ex Alexand. & Abb. aliam reddit, ut gesta ad suos authore restringantur.

23 Hinc est, ut ubi duo, aut plures ex eadem causa proportionib. juris habent, sententia adversus unum lata cæteris non præjudicat, veluti in duobus cohæredibus, & in duobus collegatariis, *l. sæpe ff. de re jud.* text. *in l.*1. *& in l. si cum uno, ff. de except. rei jud. l.*2. *C. de fide instr. l. cum duob. C. de inofficioso testam.* notarunt Bal. *in l.*2. *C. quibus res judic. non nocet.* Abb. *in c. quamvis, col.*6. *de re jud.* Alexand. *in d. l. sæpe n.*15. & clariùs, *n.*26. *&* 58. Sigismond. Gofred. *cons.*10. *n.*4. Octavia. *in dec. Pedemon. dec.*157. *n.*16. *&* 17. Tiraq. *de nobilitate c.*37. *n.*7. & idem multò fortiùs, si duo haberent
24 jus non ex eadem causa, juxt. text. *in l. si de certa C. si propter publ. pensi.* glossa *in l. cum miles* §.1. *ff. ex quibus causis majores.* Anton. Peregr. *in tract. de fideicomm. art.*53. *n.*4. rectam reddent rationem, quia
25 ut obstet exceptio rei judicatæ, necessariò requiruntur, identitas personarum, identitas causæ, & identitas rei, *l. cùm quæsitus* §. *fin. cum legibus sequentibus, ff.*
26 *de exceptione rei jud.* & sententia contra unum ex sociis specialiter lata, non comprehendit alterum ex ejusdem sociis. Corneus *consil.*7. *n.*8. *fol.*66. *vol.*1.

27 Hinc est, quòd quando duo prætendunt jus æquè principale, sententia pro uno, vel adversus illum lata, non potest, nec nocet alteri. Iss. *in* §. *præjudiciales, institut. de actio. n.*27. latè Oralora *tract. de nobil.*2. *p.*5. *p. princ. cap.*8. *n.*1. *cum seqq. fol.*207. Covarr. *in pract. quæst. cap.*13. *n.*5. & facit *l.*19. *tit.*22. *part.*3. Tiraquel. *in tract. res inter alios acta lim.*18. Joan. Faber. *in d.* §. *præjudiciales, num.*41. Petrus Surd. *decis.*289. *num.*12. Mieres *tract. de majora.*2. *part. q.*4. *illatione* 1. *n.*31. *in noviori impressione*, quia ex hoc *n.*32. infert ad com- 28
munem, dicens, quòd quando duo fratres litigant super nobilitate, & unus pronuntiatur plebeius, hæc sententia alteri fratri non nocet, nec econtra, pto quo citat *l. ad probationem C. de probationi.* & de hoc vide etiam latè, & optimè prosequentem Tiraq. *in tract de nobil. c.*37. *n.*7. qui post multos allegat ad id *l. cum duobus C. de inofficioso testament.* juncta *l. Papinian. ff ex causa ff. eodem*, ad hoc, quòd ubi sententia facit jus quoad alios, non nocet tamen habenti jus æquè 29
principale, & an prosit sententia cæteris fratribus ex eodem patre, vide eundem *ibi n.*41. post alios, & quòd quando fratres duo litigant super nobilitate, & unus pronuntiatur plebeius, quòd hæc sententia alteri fratri non nocet, cùm prætendat jus æquè principale, nec econverso, post alios probat Mieres *de majora.* 30
2. *p. q.*4. *illatione* 2. *n.*10. & dicit communem praxim fundandam *in l. ad probationem, Cod. de proba.* quam dicit egregiam, & ad propositum à nemine ponderatam, quemadmodum sententia lata contra plures, quæ valet contra præsentes, & legitimè citatos, contra absentes autem, nec legitimè vocatos, nulla est, prout ita obtinuisse in Rota dicit Mandos *ad Lapum allega-* 31
tione 80. *in verb. lib. 6.* in causa Romana bonorum de Zambessariis coram Ordinario, Gratian. *in discep-tation. forens. c.*162. *n.*12. *tom.*1.

Hinc etiam est, ut tertio possessori rei non citato, ad 32
cujus restitutionem alius condemnatus est, res judicata non nocet, sed potest opponens de sua exceptione, & possessione jus docere, & executorialium executionem impedire, ipsa siquidem adversus illum, locum habere nullo modo potest. Rebuff. *in comment. ad leges Gallic. tit.*2. *de liter. oblig. art.*2. *glos.*1. *n.*63. *&* 64. Neguzan. *re pignor.*1. *memb. part* 8. *n.*10. *&* 11. Pet. Dueñas *in reg.*279. *n.*2. *&* 3. *cum seqq.* Marat. de ordine *judic.* 6. *part. actu* 3. *princ. n.*32. *&* 33. Roderic. Xuarez *in repet. l. post rem. in declaratione l. reg. lim. n.*2. *&* 4. *cum aliis seqq.* Azeved. *in l. fin. tit.*11. *lib.*4. *recop.* Gondiz. de Paz. *in praxi* 4. *part.*1. *tom. cap.*2. *n.*49. Parla. *lib.*2. *rerum quotid. cap. fin.*4. *part.* §.5. *n.*1. *&* 2. Felicianus *de censib. lib.*3. *c.*4. *n.*6. qui declarant, sive jus execu- 33
tivum proveniat ab actione reali, & hypothecaria, sive ab actione personali, per text. *in l. deb. C. si adversus creditorem per script. oppona.* ubi B. *& ex l.*1. §. *si hæres percepto futuro ff. ad se. con. Treb.*1. *&* 2. *C. quibus res jud. non nocet, l. nam postea,* §. *fin. de jurej. cum aliis ab eisdem citatis.* Giurba. *decis.*93. *n.*3. *ad fin. & per l. à D. Pio,* §. *super rebus, & glos. ibi verb. controversiæ, ff. de re jud.* tenet Aloys. Ricc. *in collect. dec.*1257. 4. *p.* di-
cens, quòd executio etsi trium conformiu impeditur, 34
si tertius de cujus interesse agitur, ratione suæ possessionis, non fuerit citatus super re, per sententiam alteri adjudicatam, tenet Rota *dec.*13. *de re jud. in antiq.* & fuisse tentum in una Burg. de Elin. 26. Novemb. 1588. coram Orano, testatur Ricc. *ibi*, ubi etiam, quòd tertius 35
solius possessionis ratione, poterit impedire executionem sententiæ latæ super re, alteri adjudicatæ, secus autem, quàdo ipse tertius rem non possidet, quia tunc nec est legitimus contradictor, nec executionem impedit. Bisignet. *decis* 4. *de jud.* & fuisse dictum in una 36
Bono. possessionis 10. Novemb. 1396. coram Corduba testatur Ricc *ubi proximè d. collect.*1557. *à prin.* ubi per totam tractat de limitationibus, & magis nos in specie dicemus inferiùs. Et huic tertio possessori sufficit suam possessionem probare ad impediendam executionem, non tamen tenetur titulo justificare, ut post alios

latiùs comprobat Giurba *decis.*93. *n.*3. & 4. Socin. *consil.*158. *col.*6. Gozad. *consil.*103. *col.*3. Roland. *consil.*5. *n.*15. *l.*2. Personalis, *de adipiscend. n.*340. Vincent. Caroc. *in tract. de excep. excepcione* 69. *n.*30. & post alios diximus infrà *n.*87. & vide *n.*81.

37 Quò quidem eleganter pertinet ut edito in judicio instrumento emptionis & venditionis, donationis, aut promissionis, putà; alicujus fundi vel speciei certæ, si judex mandaverit statim tradi possessionem ipsius, vel in eam mitti actorem cum clausula (salvo jure melioris possessionis) quod quidem hoc casu rectè facere potest virtute clausularum guarentigiarum, ipso tamen venditore seu promisso possidente eandem rem etiam ipso non citato, juxta ea quæ notat Paris. de Puteo *de syndi.* §. *judex c.*1. *n.*36. Iss. *in l. ne quidquam*, §. *ubi decretum num.*7. *ff. d. offic. proconsulis.* Bal. *in l. fin. num. C. de edict. D. Adr.* Bar. & cæteri *in l. à D. Pio*, §. *in vendit ff. de re jud.* & faciunt quæ nos latiùs diximus suprà *cap.*5. *à n.*23. *vers. & ex hoc eleganter infert*, &c. ubi multa in propositum congessimus, post alios, & de effectibus hujus clausulæ justificativæ (salvo, &c.) latissimè post plures Pelaes à Mieres *de majorat.* 3. *p. q.*16. *n.*40. *fol.*74. in noviori impressione, nos obiter 2. *part. cap.*15. *n.*43.

38 Tamen alio extraneo, seu tertio non nominato, nec obligato in dicto instrumento possidente, possessio ita sine causæ cognitione data, nulla erit, sed debet comparens audiri, & missionem, seu executionem impedire. Bal. *in l. ob maritorum C. ne uxor pro marito ad fin. & in l. observare* §. *proficisci*, *q.*24. *ff. de offic. proconsulis.* Iss. *in l. fin. in prin. n.*3. *C. de jure deliberan.* Parlad. *lib.*1. *rerum quotid. c.*10. *à prin.* faciunt *l. meminerint*, *C. unde vi.* & B. post gl. *in l. justè possidet*, *ff. de acquir. poss.* Iss. *in l. jubere cavere*, *n.*5. *ff. de jurisdict. omnium jud.* faciunt expressè in terminis ea omnia, quæ hoc capite diximus in 4. concl. per totam, quæ omnino hîc applicat Mieres *d. num.*49. advertit insuper Parlador. *ubi proximè*, ut judex superior, ad quem per appellationem aut querelam ierit iste tertius possessor spoliatus;

39 injustè non agit si possessorem vel summatim de sua possessione docentem, etiam adversario non citato, statim in possessionem restituerit, secundùm Bal. *in l. tale pactum*, §. *qui provocavit. quæst.*10. *ff. de pactis.* Panormit. *in cap. quia clerici*, *n.*4. *de jure patr.* Paris.

40 *de syndicatu*, §. *de captura cap.*3. & latiùs Hippolyt. *consil.*36. *num.*12. *& singulari* 195. quia quæ de facto fiunt, de facto, & sine causæ cognitione rescindere jus est, *l. minor. ff. de evictionibus.*

41 Hinc etiam fluit, ut tertius non citatus potest appellare à sententia, seu decreto de immittendo hæredem in possessionem bonorum, *ex l. fin.* & ejus executionem propterea impedire, ut probant Zuchar. *in l. eadem*, *l. fin. C. de edicto D. Adr. n.*446. quem referens sequitur. Menoch. *tract. de adipis. poss. rem. quæst.*100. *n*845. *vers. declaratur* 1. *fol.*55. & post eum Lancel. *de attent.* 2. *part. c.*12. *ampliat.*14. *sub n.*3. & 4. Cæs. Contar. *in repet. l. unic. lim.*23. *n.*1. *C. si de momen. poss. fuerit.* Achiles Perso. *in tract. de adipiscen. poss. n.*339. *vers vel*, *& quoque*, *tom.*3. *p.*2. *fol* 269.

42 Alia etiam ratione, & legitima exceptione, potest iste tertius componere coràm executore executorialium, & impedire executionem earundem, quam contra se vult facere, nempe quia licèt citatus fuisset ad causam & negotium principale, & cum eo actum; tamen in sententia, cujus executoriales exequi mandantur, non fuit nominatus, nec de eo in sententia mentio fit, qua

43 quidem de causa legitimè impedit executionem, quæ quidem contra eum locum non habet, nec officit sententia, nam si non sit nominatus, omissus intelligitur, & sic nondum condemnatus, ac ideo non procedit executio adversus non nominatum in sententia, licèt bene contra alios expressum condemnatos, & nominatos in ea, quolque tenor scripturæ demonstrat, ita docent Bal. *in consil.*149. *in* 3. *volum.* Bal. & Imol. *in l. si binæ ff. de injusto rup. est.* & Bald. *in l. si pro te, in fin. C. de dotis promissione.* Alexand. *consil* 83. *viso themate suprà præscript. n.*11. *vol. ult. l.*3. Ruin. *consil.*209. *n.*21. *l.*1 Bart. *in l.*1. §. *interdum*, *n.*4. *ff. à quibus appellare non licet.* Bal. *in l.*1. *n.*6. *& facit ad fin. C. communia de legat.* Alexand. *in l.* §. *hæres in prin. ad Trebell.* Gozad. *consil.* 28. *n.*27. *col.*4. *in fin. vers.*13. *renuntiatio.* Marant. *de ord. judic.* 5. *p. actu* 3. *tit. de execut. sentent. n.*32 Menoch. *de adipis. poss. rem.*4. *n.*848. Asin. *in praxi jud.* §.31. *c.*2. *lim.*25. *n.*3. Gratian. *in disceptat. foren. c.*150. *à prin. tom.*1. qui idem intelligunt in non nominato, ut nec passivè, nec activè habeat locum executio sententiæ, 44 & quòd tertius non nominatus in sententia possit licitè ab ejus executione appellare, licèt nominatis specialiter in ea appellatio prohibita sit quacumque causa probant Philipp. Franc. *in c. pastoralis*, 33. *n.*26. *de appell.* Rebuff. *in tract. de literis obligat. a.*1. *glos.*10. 45 *n.*1. & 11. *fol.*77. & 78. Cæsar. Contar. *in repet. l. unic. C. si de momen. poss. fuer. appell. limit.*23. *n.*4 Rota Romana tenuit, ut testatur Caputaquens. *decis.*4. *appellatio non admittitur* 1. *part.*

Quibus pertinet, quòd quando in aliqua causa pro- 46 hibetur appellatio, non se extendit prohibitio ad tertium non nominatum in sententia & omissione, sed habet locum inter personas specificatas, docent B. *in l.*1. §. *interdum n.*4. *ff. à quibus appell. non licet.* Francisc. Aret. *in cap. veniens* 38. *n.*15. Felin. *ibi sub n.*5. *de test.* idem Felin. *in cap. qualiter & quando sub n.*13. *de accus.* Philipp. Franc. *in cap. pastoralis n* 15. *& sub n* 26. *de appell.* Marant. *de ord. judic.* 6. *part. actu* 2. *princip. limit.*28. *num.*339. *f.*508. Lancelot. *de attent.* 2. *part. c.*12. *ampliat.*14. *prin. n.*6. & 7. *limit.*8. *n* 46. & 47. Brandedor. *in tract. de appell. part.*1. *tit.*11. *in verbo*, *Principes*, *col.*27. *sub liter. B.* Covar. *in pract. q. c.*15. *n.*4. *in fin. vers. quartò si addamus fin. & n.*5. Menoch. *in tract. de adipis. poss. rem.*4. *q.*100. *n.*847.

Quæ quidem omnia & eo fundamento fulciuntur, 47 quia sententia est stricti juris, & tantum disponit, quantum loquitur. Cecius *in l. jus nostrum n.*1. *de reg. juris.* Castren. *consil.*188. *n* 6. Gozadinus *consil.*50. *num.*12. Socin. junior *consil.*182. *n.*67. *l* 2. Craver. *consil.*188. *n.*6. Menoch. *consil.*80. *n.*39. Joan. de Anan. *cons.*18 48 *visa sententia in prin.* Cæpola *consil.*57. nec ultrà extenditur, quam importet verborum sonus, B. *in l. Julianus n.*5. *de conditione indeb.* Alexand. *consil.*108. *n.*2. *vol.*5. & ex Decio, utroque Curtio, Iss. Ripa, & aliis probat Surd. *dec.*2012. *n.*13. nec ex ea plus probatur, quàm ex ea necessariò infertur. Alexand. *consil.*84. *in* 49 *causa n.*13. *lib.*3. Ancharan. *consil.*437. *illa sententia in fin.* nec aliud continere dicitur, quam quod necessariò infertur ex ea. Alex. *cons.*123. *discussis n.*8. *l.*4. Decius *consil.*248. *de duobus col. fin.* Fulgos. *consil.*140. *præsup-* 50 *ponitur col. penult. vers. ad secundum.* Decius *in l.*1. *ff. de offic. ejus.* Castrens. *consil.*421. *in num.*5. *fin. lib.*2. ubi eleganter dicit, quòd cùm condemnatio requirat scripturam per sententiam, non expressa in ea non veniunt, quem sequitur Cardinal. Tusch. *tract. conclus.* 51 *tom.*7. *litera S. concl.*126. *n.*66. & additionat. ad Castrens. adducit plures concordantes.

Et hinc est, quòd quando contra plures conventos, 52 & citatos, cùm quibus lis agitata est, à singulis aliquid petitur pro portione, si judex contra aliquos pronuntiaverit, & contra aliquos non, minimè intelliguntur non expressè nominati absoluti, nec etiam condemnati, sed omissi tantùm, & ideo iterum poterit judex pronuntiare super illorum causis, eos absolvendo, vel condemnando, iterum autem sententia illis non officit, nec valet contra illos tanquam non condemnatos, nec comprehensos exequi, ita probant Bart. & alii *in l.*1. *C. si adversus judicatam rem.* Abb. & Felin. *in c ap.*

cap. cum inter. de re jud. Cardin. Tusch. *d. tom. 8. liter. S. concl. 126. n. 86.* qui etiam ibidem *n. 85.* pariter ad propositum dixit, ut sententia condemnatoria lata super una re ex pluribus petitis, non infertur cæterarum
53 absolutio, nec condemnatio, sed omissio. Idem etiam probat Menoch. *consil. 110. n. 62.* B. *in l. 4. C. depositi.* idem dicunt Imol. Ant. de Butr. & Felin. *in cap. exceptionem, de except.* gl. *in d. l. 1. C. si adversus rem. jud.* Jo.
54 Garc. *de expen. & melior. cap. 6. sub num. 17.* quidquid etiam in condemnatione non est expressum, censetur omissum, ut dicit Decius *cons. 442. n. 8. & consil. 7. n. 7.* Ozasc. *decis. Pedemon. 64. n. 2.* Escobar *in tract. de ratiocinis cap. 23. sub n. 19.* & de exceptione opposita, super qua est actum, sed non condemnatum, mentio fit
55 ejus in sententia, ut censeatur omissa quando cum ea comparitur, est text. *in l. quod in diem, §. si rationem, ff. de compensationibus*, circa quæ vide etiam quæ latiùs diximus *suprà cap. 7. de except. à n. 81.* maximè cùm sententiam non extendi de persona ad personam, de expressis ad non expressa, diximus, ex Rolando à Valle, Menoch. Tusch. & aliis suprà ad prin.

56 Iis sic generaliter cognitis, ut ad speciales, & practicabiles casus deveniamus; cum altiùs requiratur examen, ut clariùs eluceścant, quæ apud Doctores satis confusa reperiuntur, in quatuor examinandas distinctas resolutiones dividam.

Et prima illa erit quando quis condemnatus est per sententiam actione personali ad certam pecuniæ quantitatem præstandam Petro, & quia non solvit, executio est facienda captis pignoribus scilicet in alia re debitoris condemnati, & tunc cœpta executione tertius compareat, certans eam impedire, sive ratione possessionis, sive ratione proprietatis sive alterius cujuslibet legitimi juris & interesse allegati.

57 Secunda sit resolutio, quando condemnatur possessor rei ad illam præstandam, & restituendam Titio, & in hujusmodi sententiæ executione comparet tertius ejus impediendi causa, allegans ad se illam pertinere justo tit. & ratione, non tamen allegat possessionem habere, sed illam habet condemnatus, ut diximus.

58 Tertia sit resolutio, quando nec condemnatus, nec tertius possident, nec alius quilibet; sed res est vacans; & tertius comparet executorialium executioni, docens de jure & interesse suo, & vult illam ejus virtute impedire.

59 Quarta & ultima solutio erit in hac materia, quando quis condemnatus est per sententiam ad rei restitutionem Francisco, & tertius comparet in ejus executione allegans; se possidere illam, de sua possessione docens.

Quibus quidem quatuor regulis resolvendis, rectè cognosces quando tertius opponens se executorialium executioni illā poterit impedire, & ut legitimus contradictor queit; non admissus per executionem appellationem prorumpere suspensivam, secundùm quæ dicta sunt *à prin. hujus c.* ad quas quidem resolutiones reducere poterit varias, & dispersas Doctorum doctrinas, quæ nimiam aliter confusionem pariunt, & etiam doctos solent confusos reddere, & intricare.

60 De prima in primis investigandū erit, scilicet; quando quis condemnatus est actione personali ad certam pecuniæ quantitatem, ita ut ejus executio sit facienda in alia re, quam debitor condemnatus est, tunc si quidem comparet coram executore contradicere executionem, vel quia rem illam quæ ad executionem faciendā capta est possidet, ut tunc docendo de sua possessione incontinenti, ut legitimus contradictor executionem impedit omnino, in quo nullibi dubium est *l. à D. Pio §. super rebus. ff. de re jud.* ubi Bar. *n. 3. in fin.* Rebuf. *in commentariis ad leges Gall. tom 2. de liter. oblig. art. 2. glos. 1. num. 63. & 64.* Petrus Dueñas *in regul. 277. à num. 1. cum seqq.* Roland. à Valle *consil. 5. videtur n. 8. & seqq. l. 2.* Angel. Aret. *in l. sententia sub n. 7. vers. advertas tamen. ff. de appellat.* Aviles *in c. 40. prato. in glos. verbo execut. n. 56.* optimè & acutè Parl. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 4 p. §. 5. n. 1. & 2.* Azeved. *in l. fin. tit. 21. lib. 4. recop. n. 12.* Gond. de Paz *in praxi 4. p. tom. 1. cap. 1. n. 49.* Rod. Xuarez *in repet. l. post rem. in declaratione l. Regni lim. 1. à n. 1. cum seq.* Felician. *de censibus, l. 3. c. 4. n. 6.* Amador Rodrig. *de execut. l. 4. sub n 43.* tum quia iste tertius possessor nondum litigavit, nec victus est de sua possessione, ut ab eo possit avocari, ut etiam advertit Escacia *de appell. q. 16. lim. 6. memb. 6. n. 53.* ubi *n. 55.* dicit procedere etiamsi tertius de nuda possessione opponat, & probat, etiamsi non alleget, justam esse, cùm præsumatur, quia res inter 62
alios acta, aliis non obsteat, nec noceat, aut iste tertius hoc casu comparens ad executionē condemnati actione personali ad quantitatem, sententiáque tradenda est executioni in re, quam condemnatus suam esse asserit, & ut talem nominavit, ut in ea subhastāda satisfiat suo creditori pro quantitate debita; tertius autem comparens (cùm in hac specie facillimè executio impediatur) 63
opponit de dominio suo dumtaxat, & illud probare, se offert incontinenti, & statim, scilicet eandem rem, in qua fit executio suam esse; sicque dominus ejus legitimus est admittendus contradictor text. *in l. à divo Pio, §. si super rebus*, ubi gl. *verbo, fiat.* B. & omnes Innoc. & alii *in cap. veniens de testib.* Ripa *l. 3. tit. 27. p. 3.* docet eleganter Covar. *in pract. q. 16. n. 3. vers. quartus casus sæpissimè, & in versic. decimo ex iis*, &c. qui per totum numerum 4. agit, altiúsque explicat hoc casu, cui incumbat onus probandi dominium oppositum à 64
tertio sine possessione, & quid quando allegat possessionem tantùm sine dominio. Quid autem quando opponit tertius de utroque dominio, scilicet, & possessione, ubi quidem eleganter, ad quam te remitto libenter, & in hac specie sequutus Covar. *in dicto n. 4.* dicit Scacia *in tractatu de appell. q. 17. limit. 6. membr. 4. n. 85. in fin.* quòd si sententia lata super actione personali ad quantitatem pecuniæ, fiat executio ejus in rebus, quas victor asserat esse ipsius condemnati debitoris, tertiúsque alleget statim docens esse dominium earum rerum, & cùm faciliùs hoc casu impediatur executio, ipsi tertio oppositori incumbit onus probandi, si autem sit ipse tertius etiam in possessione dictæ rei, victori obtinenti sententiam, & executionem petenti, incumbat ejus probationis onus.

Aut igitur is tertius hujusmodi executioni sententiæ pro quantitate certa contra debitorem factæ, se 65
opponens comparet coram executore, ipsam impediendi causa, allegans non dominium rei, nec possessionem, sed aliud jus, putà; quia dicit, se esse potiorem, & anteriorem creditorem, & anterius, & jus hypothecam habere in illa re, supponens, non habere debitorem condemnatum sufficientia bona, ad satisfaciendos creditores, & tunc hoc casu (cùm ut diximus, hac in specie facillimè impediri executionem) iste tertius admittendus est, & supersedendum in executione, quousque de jure suo cognoscatur. Innocent. *in cap. veniens 36. el 2. versic. sed contra de test. 2. n. 1.* B. *in leg. à D. Pio, §. si super rebus, n 3. versic. oppono extra.* ibi, si verò fit missio. *ff. de re jud.* Felin. *in dicto cap. veniens, n. 5. sub num. 9.* communem dixit Alexand. *consil. 15. viso & considerat. column. 2. n. 5. lib. 6.* Alexand. idem *in consil. 17. requisit. lib. 1.* quem refert & sequitur Felin. *in cap. cum super 17. colum. penult. n. 17. de sententia & re judicata.* Scacia *ubi prox. num 85.* exactius est videre post plures ab eo citatos per Gondizal. de Paz *in pract. 4. part. tit. 1. cap. 3. per tot.* ubi de creditore opponente se executioni factæ in bonis debitoris, prætendente potentius jus cæteríque creditoribus præferendum. Illud animadvertens, quod si prior creditor, cujus, favore pro certa quantitate

66 lata fuit sententia, cujus executioni factæ contra bona debitoris condemnati impediendæ, alius, aliive creditores comparent, allegantes sua anteriioritatis, & prioritatis jura, esseque propterea præferendos. Evitabit igitur prior hic creditor suæ executionis suspensionem, & impedimentum, si offerat, & det cautionem in forma depositi in eventum succumbentiæ, qua data procedet executio sua ad ultimum finem; ita dicit Scacia *ubi proximè sub num.*78. idem tenet Crescent. *decis.*11. *aliàs* 24. *Beatr. de rescript.* quod dignum, & justum.

67 Ad secundam jam resolutionem deventurus, nempe, quando quis possessor alicujus rei actione reali conventus, vel etiam personali, putà, quia ipsam rem vendiderat, donaverat, vel promiserat, tradere, quia tunc si is eam possideat, in ejúsque possessione sit, & condemnatus fuerit per sententiam, ad illam restituendam, aut tradendam Petro, qui in contradictorio judicio vicit, & obtinuit, quique executorialium hujusmodi virtute executionem in condemnatum petit, si tertius compareat coram executore, & se esse dominum illius rei, vel aliud alleget, jus legitimum habere, ex quo non ipse possidet, sed tantum condemnatus, nullo modo impediret executionem sententiæ, sed ulteriùs procedet, & rectè, executor, præstita tamen priùs cautione ab ipso creditore vincente, in cujus favorem executio fit, pro indemnitate possessoris condemnati, & tertii oppositoris (de restituendo rem ipsam) possessori eidem condemnato super qua tunc executio fit, in casu succumbentiæ, & quod ipse tertius illam evincat, ita docent Innoc. *in cap. veniens* 38. *sub n.*1. Abb. & Cardin. Anton. de Butr. *sub num.*10. *vers. oppono quod non impediat*, ibi, si res est ab illo possessa, contra quem agitur.) Franc. de Aret. *n.*19. *versic.*4. adde Felinus *sub num.*7. *vers. tertia conclusio*, & apertiùs *num.*9. *declaratione* 2. *de testib.* Butr. *in l. à D. Pio* 15. §. *si super rebus*, *n.*3. *vers. oppono, de re judic.* ubi Alexand. & Iss. *col. penult. & fin.* Bal. *in marg. ad Innoc. in verbo*, *sententia debet mandari executioni.* Angel. Aret. *in l. à sententia* 5. *sub n.*7. *vers. advertas tamen, ff. de appell.* Lancelot. Robert. *de attent.*2. *part. c.*12. *limit.*14. *n.*9. *in fin. vers. limita.* Marquesa. *in tract. de commission.*2. *part. in commissione de appell. cap.*6. *n.*32. *cum seqq. fol.*119. Covarr. *in pract. quæst. cap.*16. *n.*2. *in fin. vers. his tandem.* Ozascus *decis.*8. *obtenta sua num.*3. *versic. contraria*, de qua cautione præstanda vide etiam Jacob. Cancer. *var. resol.* 2. *part. cap.*16. *à n.*70. *& seqq. fol.*140.

68 Sed hoc, quod dicimus de hujusmodi præstanda cautione per actorem vincentem, quando victus rem, ad quam tradendam condemnatus est, possidet; tunc locum habet, & procedit, quando hic tertius, qui se executioni opponit, priùs egisset, & pendebat judicium, liscque inter ipsum, & reum condemnatum: si autem antea non egisset, & nec dum lis inter ipsos pendebat, sed vel post sententiam transactam in rem judicatam, aut cœpit judicium super ipsa re contra condemnatum movere, aut in ejusdé rei judicatæ executionem supponere, cautio præstanda non est, sed absque illa victori tradetur possessio per ipsum executorem, & aget tertius contra victorem rei venditione, vel alia actione sibi competente, ita docent Abb. *in cap. cum super* 17. *sub n.*15. *vers. tunc quæro de sententia & re judic.* Cresc. *decis.*10. *aliàs* 136. *cautio sub n.*1. *de sententia & re judic.* Franc. de Aretin. *in dicta veniens sub num.*18. *vers.* 4. adde Felin. *n.*8. *vers. declara* 1. *de testib.* de communi testatur Aretin. *modò citato loco*, quem referens sequitur Covar. *pract. quæst. cap.*16. *num.*2. *sub versic. his tandem*, quod etiam fatetur Fel. *ubi proximè*, *n.*9. & eadem probat Imol. & Angel. Aretin. *in leg. sententia* 5. *ff. de appell.* Alex. & Iss. *col. ultim. in dict.* §. *super rebus*, sentit gloss. *in dicto cap. cum super verbo, interposita in finem*, ad cujus declarationis terminos intellige Boërium *decis.*79. *breviter num.*2. idem affirmant Imol. Anton. de Butr. & Fel. *in cap. cum super olim.*4. *de re judic.* quo text. est celebris, quem sic præfati Doctores interpretantur, & 69
intelligunt, *in leg. is à quo. ff. de rei vind.* in hæc verba: Is à quo fundus petitus erat, ab alio ejusdem fundi nomine conventus est; quærebatur, si alterutri eorum jussu judicis fundum restituisset, & postea secundùm alterum petitorem res judicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret? respondi, ut priori judex abjudicaret, eum oportere, ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveret, vel satisdaret, si alter fundum evicisset, eum præstare. Hactenus de tam celebri determinatione, quod & idem probat text. *in leg. is à quo sequenti*, *eodem titulo*, de cujus etiam interpretatione vide Cancer. *variarum resolut.*2. *part. cap.*16. *à n.*70 *fol.*240.

Et hujus differentiæ ratio illa redditur à Doctoribus, nam quando tertius ante rem judicatam judicium 70
moverat cum condemnato, si traditur, ac transfertur rei possessio in alium, scilicet vincentem; absque illa cautione, oportebit, ut inchoet novum judicium, & fabricet novam instantiam contra hunc victorem, ad novum possessorem, & quia si victus possessor non faceret, sibi præstari dictam cautionem, posset conveniri nihilominus à secundo agente, quasi dolo desisset possidere, ut ex Bart. refert, & sequitur Franciscus de Aretin. *in dicto cap. veniens sub n.*18. *vers. quartò adde.* Felinus *num.*3. *versic. declara primò, de testibus*, Si autem ante rem judicatam non cœpisset agere, nec mo- 71
visset jam judicium, cessat hæc ratio, hic timorque, quoniam omnino si ipse voluerit agere, & rem petere, tenetur instituere judicium contra possessorem, qui talem novum victorem invenit, & sic non tenetur sibi cautio præstari, nec poterit impedire executionem, quia sua non interest, nec ejus tertii præjudicium considerabile est, quia cum à quolibet possessore tenetur rem petere, & rei vindicare, eodem modo poterit illam ab uno consequi, & obtinere, sicut ab illo, & sic à primo possessore, sicut à secundo, ut eleganter consideravit B. *in dicta lege à D. Pio*, §. *si super rebus n.*3. *ff. de re judicata.* Abb. *consil.*3. *Nitar. n.*3. *in fin. lib.*3. Felin. *in dicto cap. veniens sub n.*9. & Achil. Personal. *in tractatu de adipiscen. possess. n.*341. *versic. si hæreditas tom.*3. *part.*2. *fol.*269. ubi dicit quòd si hæreditas possideatur ab aliquo, qui possessor citatus ab hærede, & condemnatus fuisset, & tertius non possessor, nec pariter citatus, volens impedire executionem hujusmodi, non auditur, quia sua non interest, ex quo eodem modo, quo potuisset possessionem avocare, à primo possessore, poterit, etiam illam ab hærede vin- 72
centi avocare, quia semper intelligitur facta executio absque præjudicio juris tertii hujus: Ita Boërius *decis.*79. *breviter num.*1. But. *in cap. veniens num.*1. *in fin. de testibus.*

Et hinc est, ut cùm hic tertius, qui non possidet 73
non possit ullo modo impedire executionem rei, quia sua non interest (licèt cautio possessori condemnato in illo casu præstetur) pariter si propter hoc appellationem interponat de executore, nec est audiendus, nec deferendum, nec causat attentata, sed ea spreta juste potest executor, ad ulteriora procedere, ut post alios resolvit Robert. *de attent.* 2. *part. c.*12. 11. *ampliatione* 14. *num.*10. *fol.*354 Sigismund. Scacia *in tractatu de appellation. quæst.*17. *limitatione* 6. *membro* 4. *numero* 81.

Qui Scacia *n.*83. affirmat, quòd licèt iste tertius, 74
etiamsi sibi non præstetur cautio, quia nullum ei facit considerabile præjudicium executio, & possessionis translatio, tamen si alleget possessionem transferri in duriorem adversarium, quòd ita etiam judici videatur, posse cogere victorem ad præstandam prædictam cautionem.

cautionem,tu tamen circa hujus rei examen vide,quæ latiùs determinat Covarr. *in pract. quæst. cap.*16. *n.*3. *vers. quòd si tertius hic executionem velit impedire asserens*, &c. per Baldum & Abbatem, ubi etiam in fine sequutus Cassaneum *in consuetudinem Burg. rub.*5. § 3. *column.*7. ait quòd si tertius post latam sententiam, ante tamen executionem agat contra victum possessorem, & postea opponens se executioni sententiæ, cautio præstabitur à victore.

75 Et hujus resolutionis materia tantum distat à priori, quia licèt in utraque fiat executio in rebus à condemnato possessis, tamen in prima resolutione fit executio in alia re, quàm victus condemnatus est, siquidem conventus est actione personali ad certam pecuniæ quantitatem debitam præstandam,& ad eam condemnatus fuit, & quia in executione non solvit, fit executio captis pignoribus,& sic in alia re;quæ nullo modo fuit deducta in judicium, quare quilibet prætendens jus ex aliqua causa, sive possideat, sive non; est legitimus contradictor,quia hoc casu facillimè impeditur executio (ut ibi diximus) at verò in nostra conclusione longè diversum contingit, siquidem executio fit in illa eadem re, quæ à principio petita fuit à possessore,sive actione reali,sive quia ipse promiserat illam,vel vendidit,vel donavit actione personali; & sic cùm jus tertii, qui non possidet pariter illæsum remaneat; non suspenditur executio virtute rei judicatæ justè & legitimè obtentæ.

76 Tertia hinc subsequitur explananda proposita resolutio,quando scilicet ipsa res,(in qua aliquis obtinuit executoriales) in nullius sit potestate,nec tertius,qui se executioni ejus opponenti,cam possidet,nec etiam alius,imò ipsa rei possessio vacans est,quo namque casu tertius comparens coram executionis executore,opponendo,& docendo de suo jure, scilicet quod cujus interfit,ipsius rei possessionem victori non tradi,omnino impedit executionem sententiæ, text. est optimus *cap. veniens de testibus*,ista fuit originalis doctrina Innocentii *in eodem cap. veniens* 38. *sub n.*1. *de testibus*, valde commendata à cæteris Doctoribus, & sequuta ab Anton. de Butr. *ibi. num.*10. *vers. oppono, qui non impediat*. Angel. Aret. *in leg. à sententia* 5. *num.*7. *vers. advertas tamen,ff. de appell.* Covarr. *in pract. q.cap.*16. *sub n.*3. *vers. secundus casus.* Lancel. Robert. *in tract. de attent.*2. *part. cap.*12. *ampliat.*14. *n.*14. *&* 15. *&* 56. & eundem Innocentium uti asseverantem celebrem doctrinam,sequitur B. *in leg. à D. Pio,§ si super rebus, num.*3. *vers. oppono extra, de re jud.* & quòd Innocentium *loco citato* sequantur omnes,affirmat Felin. *in eodem cap.veniens col.*3. *n.*1. ibi, *tract. hic solemniter*, &c. *& sub n.*9. ibi, *declara secundo.* Cæsar. Contar. *in repet. leg. unic. limit* 1. *num.*93. *vers. proximum Cod. si de nomen. poss.* Ab. Panormitan. *in cap. cum super* 17. *n.*16. *de sententia & re jud.* & hinc etiam dicit Achil. Personal. *in tract. de adipiscen. poss. sub num.*340. *vers. vel &*

77 *quodque,tom.*3. *part.*2. *fol.*269. quòd quando bona sunt vacantia,pro quorum possessione obtinenda,quis sententiam obtinuit,*ex leg. fin. C. de edict. D. Adrian.* executioni si tertius,qui non fuit citatus,compareat ante missionem in possessionem, & sic ante executionem sententiæ,allegans docendo incontinenti de suo jure, & interesse, debet audiri, ad impediendam hanc executionem, dummodo doceat de jure suo incontinenti,saltem apparenter,qui si non admittatur,nec audiatur,poterit licitè appellare,quod & idem dicit Zuch. *in repetition. leg. fin. C. de edic. D. Adrian. à n.*378. quòd licèt regula sit negativa, ut is,qui non possidet, nec detinet veniens ante licentiam, aut jussum de ingrediendo,& immittendo, aliquem in bonorum possessionem, non sit legitimus contradictor, & sic non impediat executionem, tamen fallit quando possessio esset vacans, & è nomine occupata, quia etsi aliquis non debet citari (ex iis,quæ ipse ibi *n.*311.) tamen si non possidens comparet, allegans de jure suo, debet suspendi executio, quousque de juribus suis discutiatur,intelligendo semper (dicit ille) si sit paratus docere statim de suo jure,probant latiùs Joan. Ludovic. *decis. Perus.*26. *n.*14. *part.*1. Jacob. Cancer. *variar. resolut.*2 *part. cap.*16. *à n.*71.

Et hujus conclusionis ea est ratio evidens,& sufficiens, quia interest comparentis, quòd non repleatur vacans possessio, nec in alium transferatur, cujus tertii causa redditur difficilior, siquidem faciliùs quis consequi potest possessionem vacantem, quàm non vacantem,sed per alium occupatam, ita hanc reddunt rationem Innocentius,Butrigarius, & Felinus *superius citatis locis.* Bartolus *in leg. à D. Pio, §. si super rebus, columna* 1. *ff. de re judicata*, & ibi etiam Iss. *num.*8. eandem reddunt Achil. Personal. *de adipis. poss. dicto n.*340. Zuchard. *in dicta leg. fin. num.*378. Pro quo ponderat & interpretantur omnes *dicta leg. fin. C. de edicto Divi Adr.* dum innuit, quòd missio non impeditur, si nullus possidet,non intelligatur,nisi compareat quis allegans titulum,quia donec de ejus juribus discurratur, suspenditur executio; eandem etiam legem ad propositum pro hac ratione ponderat Covar. *pract. quæst. d. cap.*16. *sub num.*3. *vers. secundus casus.* Joan. Lud. & Cancer. *ubi praxi citati.* 78 79

Han etamen conclusionem declara, si ipse tertius ignorabat, causam agi, ut de communi testatur Abb. Panor. *in cap. cum super n* 16. *vers. adverte quia, de sententia & de re jud.* ut secus sit, quando scivit causam ipsam pendere,& agitari,quia tunc non admittitur ad impediendam sententiæ executionem, ita tenet Card. quem refert & sequitur Ab. ibi *num.*17. *versus finem.* Felin. *in cap. veniens* 36. *n.*10. *post tertiam conclusionem, fall.*2. *de testib.* Scacia *de appel. q.*17. *lim.*6. *memb.*4. *n.*76. qui ad hos terminos reducendos esset Boër. *decis.*79. *breviter num.*3. *fall.* & Lancelot. *de attent.*2. *p. cap.*12. *ampliat.*14. *n.*13. *vers. tertiò quando.* Ricc. *collect.*1257. *p.*4. *post prin.* dum scribunt simpliciter, quod si tertius scivit causam agitari,& non comparuit,sed solum appellavit à sententia, præsertim contra præsentem lata, non impedit executionem, quos non solùm reducas ad terminos hujus declarationis nostræ, cùm plures alii sint in jure casus, in quibus scientia tertii causam agitari, sibi præjudicat, & sententia, ut forsam nos infrà obiter monstrabimus. 80

Ad quartam jam,& ultimam resolutionem accedamus, nempe; quando lata fuit sententia contra aliquem,ad restituendã rem aliquam in specie,& in ejus executione coram executore tertius comparens vult eam impedire,allegans se in illius rei possessione esse, & illam habere,docensque statim,& incontinenti de illa, & hujusmodi possessionis interesse; hoc quidem casu hic tertius dicitur legitimus contradictor,impeditque omnimodo sententiæ executionem, nec tradenda est proculdubio rei possessio vincenti, quousque iste tertius cõvincatur in contradictotio judicio, eo remedio, & actione, quæ adversus illum intentari potest,ad avocandam ab eo possessionem rei illius quæ conclusio probatur *in cap. cum super de sententia & re jud.leg à D. Pio,§. si super rebus, ff. de jud.* Angel. Aret. *in leg. à sententia n.*7. *vers. advertas autem,ff. de appell.* Covar. *in pract. quæst. c.*16. *sub n.*3. *vers. tertia solet trãdi*, alios citat Vallas. *consult.*55. *n.*1. *part.*1. quæ conclusio non solùm procedit quando sententia, & res judicata,fuit lata super actione reali,scilicet; rei vindicatione, ad avocandam possessionem rei illius, sed etiam quando actum fuit actione personali nominatim, ad petendam, & avocandam rem ipsam, sive titulo donationis, sive venditionis, aut alterius etiam simplicis promissionis, & super ea lata fuisset contra promittentem conventum sententia, ut restituat, 81 82

&

& tradit rem præcisè, vel etiam quando promisit, seque obligavit tradere, cum clausula guarentigia, cùm ejus vigore habeatur pro condemnato; quia actio per-
83 sonalis non transit contra singularem possessorem, & ex ratione mox dicenda, utrumque tam de sententia lata super actione reali, quàm personali, quòd tertius possessor omnino impediat executionem, probat Rol. à Valle *consil.5. videtur n.8. & seqq. lib.2.* & ex Rebuffo, Negusan. Roderic. Xuar. Paz. Azeu. Parlad. Duen. & aliis pluribus diximus nominatim suprà *hoc capite à n.23. vers. hinc etiam est*, ut tertio possessori, &c. in prima resolutione, quos vide probat etiam Ab. Joan. And. & Felin. *in cap. veniens el 2. de restitutis*, & ex his quæ Flor. de Mena *in pract. quæst. lib.1. quæst.5. n.22. & 41.* vide omnino quæ suprà *à n.37. vers. quod quidem eleganter pertinet*; dicta reliquimus, quia huic etiam conclusioni spectant.

84 Cujus rei ratio est ea, cùm apud hunc tertium rei petitæ possessio reperiatur, à quo nullo modo avocari potest absque citatione, intentata actione reali, vel personali adversus illum, vel etiam remedio possessorio, & prævia causæ legitima cognitione; ab eo res avocanda est, *l. officium, l. is qui destinavit. ff. de re vind.* & quæ legitur & notatur, *in cap. licet Episcop. de prab. lib.6.* Covar. *in pract. quæst. quæst.29 sub n.4. vers. sed huic distinction.* ubi multa applicat, Scaccia etiam *de appell. q.17. lib.6. memb.4. n.59.* optimè etiam Alvar. Vallas. *in consult.55. sub n.1. part.1.* esset aliter non auditum expellere à sua possessione *l. memoriam, C. unde vi, & l. fin. C. si per vim vel alio modo*, & exactissimè per Menoch. *de recuper. poss. rem.8. & 9.* Peregr. *de fideic. art.46.* Cartar. *decis.55. n.19.* Craveta *cons.592. n.128. & consil.978. n.18.* Aldovi. *consil.48. n.2.* Marcer. *lib.1. res.58. n.8.* Marius Giurba *decis.96. à n.2.* ubi plura jura adducit in proposito.

85 Faciunt quæ Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.11. quæst.10. per totam*, & ideò cùm iste tertius nondum fuit victus ab eo, executionem impedit; cùm nondum fuit in lite citatus, nec conventus, non est in eum facienda executio, nec evocanda possessio, quousque legitimè vincatur, alioquin non fieret executio contra
86 victum, & condemnatum, sed contra ipsum tertium absentem, & non citatum, qui nusquam litigavit, nec victus fuit, contra notissimam juris regulam, quæ dictat, rem inter alios latam, & judicatam, aliis non nocere, nec præjudicium generare. Quæ ratio deducitur *ex d.l. à D. Pio, §. si super rebus, cap. cum super, & cap. penult. de re jud. l. sape, ff. eodem tit.* faciunt quæ diximus *à princ. hujus cap.* quam rationem reddit eleganter B. *in §. si super rebus, n.6. vers. oppono extra*, Covar. *in fin. in pract. quæst. d. cap.6. sub n.3. vers. tertia solut.* & etiam supracitati Doctores reddunt, Sigism. Scacia *in tract. de appell. quæst.17. lim 6. memb.4. sub num.57.*
87 qui *n.54.* dixit huic oppositori sufficere, ad impediendam hujusmodi executionem, solam possessionem allegare, & incontinenti docere, non etiam titulo justificare, sed sufficiet, illum dumtaxat allegare, idem dicit Parlador. *lib.4. rerum quotid. c. fin.4. par. §.5. n.3.* per B. Paul. Alex. & Ias. *in d. §. si super rebus*, plures citavi suprà *num.36.* latè Aloys. Riccius *in collect. decis.2257. 4. part.* Rota *decis.13. de re jud. in antiq.* Bisignet. *decis.4. de jud.* dicentes etiam, hunc tertium non possi-
88 dentem non impedire rei executionem, & fuisse tantum in una Bon. possessionis, 10. Novemb. 1596. coram Card. testatur Riccius *ubi proximè*, & cùm iste debeat conveneri, & vinci judicio ordinario, vel possessorio; si contra eum nondum condemnatum execu-
89 tor exequitur sententiam, incipit ab executione, quod valde à jure reprobatum est *l. nimis properè. C. de executione rei jud. l. si cum nulla sententia præcesserit, ff. de re jud.* & latiùs ex aliis explicuimus suprà hoc *lib.4. c.3. n.63. & seqq. vers. ac insuper executor, &c.* ubi vide, & insuper eleganter consideravit Alvar. Vallas. *cons.55. sub n.1. tom.2.* quòd foret hoc casu incipere ab executione contra notissimas juris regulas; quod latiùs explicuimus, *d. cap.3 à n.65.*

Hinc etiam est, quòd remedium possessorii summa- 90
rii, & executivi, ex rem. *l. fin. C. de edicto D. Adr.* tertius possessor comparens pro jure suo, allegans & docens de possessione incontinenti, adeò est legitimus contradictor, ut faciat executionem cessare & supersedere, debetque necessariò audiri in judicio plenario & quousque id finiatur, executio ejus respectu est suspensa; multos allegat Castell. *quotidian. controversiar.3. num.24. à n.153. & seqq.*

Unum tamen elegans in hoc articulo animadver- 91
tendum censeo, ad quod non attendunt nostri, quod si is victor, qui obtinuit hujusmodi rem judicatam, & executoriales contra aliquem, ut sibi rem restituat, & tradat, destinaverit agere contra tertium ejus possessorem comparentem via ordinaria reali aut personali, prout requiritur, (ut dictum est) ad hoc, ut possit re evicta, executoriales exequi; animadvertere debet, an aliquo interdicto, aut possessorio remedio possit nanciscì possessionem, quia longè commodius est, siquidem illam semel advocaverit ad se, vel ad victum condemnatum, desinit jam possidere tertius, & cùm non habeat possessionem, non erit legitimus contradictor, licèt etiam dicat, & opponat de dominio tantùm, non obest, nec ulterius impediet executionem, cum deficiat possessio, rem, an sit hic tertius proculdubio in terminis secundæ conclusionis superius adductæ. Et sit fortè fuerit intentatum aliquod ex remediis possessoriis, quod in nostro jure canonico non suspendat appellatio, prout latè suprà dixi *lib.3. cap.12. à prin.* cùm per primam sententiam ab eo evocetur possessio, statim fiet executio executorialium priorum cùm appellatio à dicto possessorio remedio non admittatur suspensiva, nam cùm ejusdem sententiæ virtute ab eo semel possessio avocetur, sumus in ratione adducta *in d.2. conclusione*, scilicet; nullum adesse considerabile præjudicium, cùm eodem modo, quo potest tertius, ab uno avocare possessionem, pariter & ab alio.

Pro quo facit bene, quod dicit Joan. Faber *in l.1.* 92
ad fin. Cod. de privileg. fisci, cujus opinionem sequitur Lambertus Rupell. *lib.1. forensium institutionum c.55.* quos refert, & sequitur Covar. *in pract. q. cap.16. sub n.4. vers. fin.* idem dicunt, quòd quando tertius allegat non possessionem, sed habet jus ad possessionem, & in ipsa possessione, quam apud se habet ille, qui condemnatus est alteri restituere, & tradere per executoriales, & sic quando non allegat se possidere, sed habere jus ad avocandam possessionem à condemnato aliquo remedio possessorio, audiendus iste talis tertius nullo modo sit, inquiunt ipsi Doctores, quia pariter poterit suo loco, & tempore intentare interdictum possessorium contra unum, sicut contra alium, in quem per executoriales noviter possessio transfertur.

Et quòd possint contra hunc tertium rei possesso- 93
rem intentari interdicta, & remedia possessoria, moveor ex eo, primò per gl. *in l. à D. Pio, §. si super rebus, verbo, controversia fiat*, quod possessio tertii comparentis patitur controversiam, quam declarat Scac. *de appel. q.17. lim 6. memb.4. sub n.86. ibi quia respondeo*, d. gl. sequuntur ibi B. *n.4. & 5.* Paul. Angel. Alex. & Imol. Secundò ex eo quod dicit Cæsar Contar. *in repetitione l. unicæ. Cod. si de momen. poss fuer. appell. q.24. n.12. & 14.* quem sequitur Scacia *de appell. ubi prox. n.92.* quod tertius comparens executorialium executioni, quam vult impedire ratione possessionis rei, quam habet, violenter, vel clam, vel aliter per fraudem eam obtinuit, ad eumque devenerit, non impediet eam- 64
dem executionem, quos omnino secundùm nostros

termi-

terminos intellige, ſcilicet avocantur priùs ab eo, qui violenter rem poſſidet, poſſeſſione, aliquo remedio poſſeſſorio, quia eadem remedia ad id adinventa ſunt, ad injuſtam, & violentam poſſeſſionem avocandam, in ea ſemel avocata, ipſe tertius non audiatur, cùm
95 ea careat, ut ſecus ſit, quando eam tertius violenter nactus fuiſſet lite pendente, aut in beneficialibus ſit notoriè intruſus, qui caret poſſeſſione, an poſſeſſionem occupavit litigioſum, quia tunc directò adverſus iſtos ſit executio, de quibus ſtatim dicemus, ac etiam quando tertii poſſeſſio ſit fraudulenta & doloſa, juxta ea quæ poſt alios dixi inferiùs *à num.*360. quia ſi adſit fraus, ad evitandam executionem, de qua doceatur, hinc in eum ſit executio ſtatim, ſecundùm Eſcaciam ſuprà *d. n.*92. intelligendum.

96 Et hoc apertiùs magiſque clarè dixit ipſe Eſcacia *ubi proximè n.*72. *ibi*, & ideo hæc praxis non eſt bona, ſi poſſet agi aliqno judicio poſſeſſorio contra tertium poſſeſſorem, putà Salvia. interdicto, quod ideo frequentatur in curiis, & palatiis, &c. (hujus quidem noſtræ opinionis reſolutio tutiſſima videtur de jure, ac probabilis juxta *l. is qui* in hæc: Is qui deſtinavit rem petere, animadvertere debet, an aliquo interdicto poſſit nanciſci poſſeſſionem, quia longè commodius eſt, &c.) *ff. de rei vindicatione.*

97 Quam quidem inſuper probo ex iis, quæ affirmant Natta *conſ.*535. *quoniam n.*1. Cont. *in l. unic. C. ſi de mom. poſſ. fuer. appellat. q.*24. *n.*15. quod ſi tertius rei poſſeſſor poſſideat injuſtè quoad alios, ſed juſtè quoad victum condemnatum, legitimus erit contradictor, & impediet executionem, quaſi ſecus ſit quando ipſe poſſideat injuſtè quoad condemnatum, vide quæ nos *infrà num.*360. Opinor tamen, quòd ſumus in iis poſſeſſoriis, in quibus prima ſententia exequitur, cùm executio executorialium primitus obtentorum contra alterum condemnatum, ſit facienda in re ab hujuſ-
98 modi tertio (poſſeſſione nunc avocata) illi ſit præſtanda cautio de reſtituenda in caſu ſuccumbentiæ in eodem remedio poſſeſſorio, putà, in aliis inſtantiis, per ea, quæ dicta ſunt *in d.* 2. *reſolutione ſuperius à n.*67. *cum ſeqq.*

99 Unum tamen in hac tertii poſſeſſoris materia erit animadvertendum, ita ut demum tertius admittendus erit, ad impediendam executionem, ſi ſuam legitimam exceptionem, ſuumque jus, & intereſſe opponens docuerit, probaveritque, incontinenti non aliter, tamen ſummariè, & intra breve tempus, & ut appellatio ejus à non admiſſione ſuſpenſionem operetur probat text. elegans *in cap. veniens el* 2. *de teſtibus.* & ibi Panor. & Fel. idem Felin. *in cap. præterea col. pen. de teſt. cogen.* idem probat text. *in l. à D. Pio*, §. *ſi ſuper reb. ff. de re jud.* communem opinionem dicit Covar. *in pract. quæſt. cap.*16. *ſub n.*10 latè etiam per Gondizal. de Paz *in praxi* 4. *part. tom.*1. *cap.*3. *à princ.* ubi plures citat Angel. Aretin. *in leg. à ſententia ſub num.*1. *ff. de appellat.* Cæſar. Contar. *in l. unic. q.*24. *n.*11. *verſ. intelligè, C. ſi de mom.* 1 *poſſ.* & etiam in iis terminis eſt gloſ. *in d. cap. veniens verbo, incontinenti.* ubi Innocen. *n.*1. Boërius *deciſ.*79. *breviter*, *n.*1. Achil. Perſonal. *in tract. de adipiſc. poſſ. ſup. n.*340. *verſ. vel quoque, tom.*3. *p.*2. *fol.*269. & altius explicuimus nos ſuprà *cap.*7. *à n.*50 *ſeqq.* & poſt nonnullos Menoch. *de arbitr. jud. caſu* 18. latiùs Jacob. Cancer. *variar. reſol.* 2. *part. c.*16. *à n.*29. ubi quando dicetur incontinenti probatum, poſt Menoch. Molinam, Rolan. & alios.

100 Nunc tractandum, an habens poſſeſſionem rei civilem dumtaxat, (naturali & corporali apud alium exiſtente) ſit legitimus contradictor executionis, quam de ea re, executorialium virtute, executor vult facere, & an iſte civilis poſſeſſionis oppoſitor poſſit executionem impedire, & licèt negativè quis reſponderet fortaſſe; tamen hunc talem legitimum eſſe contradictorem, tenet Rota in una Burgen. canonicatus 30. Martii 1607. coram D. Ludoviſ. quam ad literam adducit Nicol. Gar. *de benef.* 6. *tom.* 1. *cap.*4. *in addit. ad n.*20. qua fuit reſolutum, eum, qui gratioſè ſubrogatus fuit 101
in jus, & poſſeſſionem defuncti, eſſe mittendum in beneficii poſſeſſionem vigore literarum ſubrogatum, nec obſtare defunctum eam non habuiſſe, ex quo quidam executor illum ſpoliaverat, & alteri tradiderat, quia reſpondetur, quia cùm fuiſſet per eum nulliter proceſſum, ſine cauſæ cognitione, defunctus, qui non ſe habuit pro ſpoliato, non amiſit poſſeſſionem, ſed civilem animo retinuit, ſecundùm Puteum *deciſ.*419. *lib.* 2. & clariùs atque expreſſiùs probatur per alias plures Rotæ deciſiones adductas ad literam per Nicolaum Garciam *in tract. de benef.* 6. *part. cap.*2 *ſub n.*73. & aliam *n.*125. & aliam *n.*118. & *n.*121. quibus omnibus expreſsè cavetur, poſſeſſorem beneficii ejectum de poſſeſſione per judicem, ut executorem, nulliter non ritè nec rectè procedentem, alteri tradiderit, non 102
amiſiſſe poſſeſſionem, ſed animo civilem retinere, quando non dedit ſe pro ſpoliato, & ideo hujus civilis retentæ poſſeſſionis virtute, poteſt ſe opponere executioni brevis cameralis coram executore, & illius omnino executionem impedit, & competit, conceditque illi manutentio, quas quidem omnes deciſiones omnimodo vide, quia multa adducunt, quæ ad noſtrum conferunt propoſitum.

Certi namque juris eſt, quòd poſſeſſionis traditio 103
facta alicui per judicem nulliter nec ritè nec rectè procedentem, nulla eſt, ita ut nec ablata cenſeatur, quia retinet animo civilem, nec aliqua acquiritur, nec transfertur alteri, quia facta per executorem nulliter, quem non privat ſua poſſeſſione: ita ultra dictas Rotæ deciſiones tenet Socin. *in cap. quoniam* §. *ſi ſuper n.*152. *verſ. ſecus autem in judice*, &c. *ut lite non conteſt.* Sarnerius *in reg. de annali q.*45. *n.*3. Puteus *d. dec.*419. *lib.* 2. Guido Papæ *ſingul.*851. Arimi Tepatus *tom.* 2. *tit. de acquir. poſſeſſ. fol.*288. *col.*1. *ad fin.* Farinacius *deciſ.*555: *n.*2. *part.*1. *tom.*1. poſt Abba. Rota *dec.*802. *n.*7. *part.*1. *diverſ.* & alibi paſſim, & ideo nec ille, cui 104
hujuſmodi poſſeſſio tradita eſt, non ſervato juris ordine per executorem; rei fructus lucratur, ſed tenetur reſtituere vero poſſeſſori, ſecundùm Innocentium *in cap. conſultationibus, poſt prin. de jure patr.* Bald. *in leg. ſi quam n.*79. *C. de ſervit. & aqua.* Iſſ. *in l. juſtè poſſidet, n.*7. *de acquir. poſſeſſione*, ubi dicit, authoritas 105
judicis inordinatè procedentis, non excuſat a fructibus. Afflict. *deciſ.* 218. *n.*4. Cephal. *conſil.*198. *n.*2. Petr. Surd. *deciſ.*45. *n.*12.

Sed contra hoc oritur difficultas, quia ex actu nullo 106
amittitur, & transfertur poſſeſſio, ex text. *in lib.*1. §. *ſi vir uxori, ff. de acquir. poſſ.* ibi, ſi uxori cedat poſſeſſionem cauſa donationis, plerique putant, poſſidere eam, quoniam res facti infirmari jure civili non poteſt, &c. ubi communiter, & alibi paſſim Doctores, *l. quod uxor eod. tit. l.*1. §. *dejicit, verſ. denique, ff. de vi, & vi arm. l. ſi donare in prin. ff. de dona. inter virum & uxorem*, *l. nec ullam*, §. *omnibus ff. de pet. hæred. cum aliis*, ergo videtur dicendum in noſtro caſu, etiam per judicem nulliter procedentem, non ritè nec rectè transferendam eſſe poſſeſſionem, cui tradit illamque amittente poſſeſſore, cui difficultati breviter ſatisfacio, quia in caſu illorum jurium, ideo amittitur poſſeſſio, quia ille, qui eam tenet, habuit animum transferendi, quia animo poſſidentis amittitur poſſeſſio, ex juribus vulgaribus, ita probatur expreſsè verba *dicti* §. *ſi vir uxori.* ibi, & quod attinet dicere, non poſſidere mulierem, cùm maritus, ubi noluit poſſidere, protinus amiſerit poſſeſſionem, &c. & ita illum text. interpretantur infiniti penè Doctores citati, & adducti per Ant. Gomez *in l.*45. *Tauri, n.*4. & 25. at in noſtro caſu ſecus eſt dicendum, nam cùm ipſe judex, & executor non poſſi-

dcat,

107 deat ; nec habeat possessionem , sed sit penes eum, à quo aufert ; sequitur,ut licèt habeat animum transferendi , nihil tradat , quia nihil , nec eam habens, habet animam amittendi , nec transferendi illam.

108 Ex qua ratione infero, quod cùm judex executor, vel nuntius pro executione sententiæ, & executorialium datus ; nec possideat , nec habeat possessionem rei , ad quam tradendam deputatur , non poterit per aspectum rei possessionem tradere , nec illa cui traditur,acquiritur, sed requiritur, quòd mittat patrem in actualem possessionem ejus,ita expressè *in leg.1.n.23.* Angel. *colum.2. prope finem.* Imol. *penult. col. in fin.* Aretin. *num.31.* Cumanus *col.penult.* Alexan. *n.81.* Vincen. *num.95.* Iss. *n.96.* Ripa *n.60. in l.1. ff. de acquir. possess.* & alii plures relati ab Anton. Gomez *in d. l. 45. Taur. n. 54.* Rebuff. *in tract. de materiis possess. in præfatione n.52. cum seqq. tom.3.*

109 Sed contra hanc responsionem facit , nam factum judicis dicitur factum partis,*l.ob causam C.de victori. l. si pign. ff. familiæ erciscund.* Cui respondetur quòd factum judicis dicitur factum illius partis , qui illud fieri petit , & fit in illius favorem ; ita Decius *cons.* 125. Zuchard. *in repet. leg fin. C. de edict. D. Adrian. n.128.* sed iste qui petit à judice, ut sibi tradit possessionem alterius , nec judex , nec ipse possessionem habet , sed alias , & ideo per nullitatem processus, nec acquiritur à possidente.

110 Secundò respondetur , quia factum judicis dicitur factum partis ritè, & rectè procedente judice, ut respondet Menoch *de recuper. possess. rem.8.n.44.* & alibi passim per DD. & hæc responsio magis quadrat.

111 Et sic licèt iste tertius tempore executionis non reperiatur in actuali , & corporali possessione , sed penes alium sit detentatio , cùm tamen sit verus possessor civiliter, legitimus erit contradictor,docto incontinenti de sua possessione (ut diximus) quod ulteriùs probo ; nam si lata sententia, & executorialibus expeditis contra aliquem, ut restituat , tradátque talem rem quam penes se habet,alicui victori, si tertius in earum executionem compareat allegans,& dicens, quòd licèt condemnatus penes se rem habeat, tamen sub nomine tertii habet, in depositum, putà ; seu locationem, ab ipso tertio,& sic hunc habere possessionem , non tamen condemnatum , si doceat incontinenti de hujusmodi jure, & interesse, utique impedit executionem tanquam legitimus contradictor , quia possidet, licèt non detineat. Ita hanc doctrinam eleganter affirmat Covarr. *in pract. quæst. cap.16. sub n.4. vers. octavò sequitur.* Sigismund. Etcacia *in tract. de appellat. q.17. lim.6. memb.4. n.80.*

112 Quemadmodum & econverso verum est , ut ille qui rem deposito,aut commodato ab ipso condemnato haberet,non potest,ut legitimus contradictor executionem contra dominum condemnatum intentatum , impedire, sed adversus illum tertium, ac si res penes condemnatum esset, executor poterit executoriales exequi,quia nec depositarius, nec commodatarius , seu dominus tantùm possidet , gl. celebris *in anth. de fidejuss. sed nec debitorem collation.* 1. Parla. *lib.2 rer. quotid cap fin.4.p.§.5.n.12.* quòd ille civilis possessor in quem legis fictione ; & ministerio translata est possessio,absque actuali apprehensione ; con-
113 currendo cum detentatore præferatur,adeò ut iste detentator non sit legitimus contradictor rei missioni ; tradunt post Tiraquel. *in tract. le mort saisit,p.5. declarat.1. & p.6. declarat.2.* Alex. *cons.82.col.3.lib.2.* Iss. *cons.146. col.1. in 4.* bene Peregr. *in tract. de feud. art.47. n.18.* plures alios citavi infrà *à n.123.*

114 Nunc se successivè offert indagãda quæstio,quæ uti mirabilis,practicabilis est,& contingens,sed incognitum jus ejus an possessor rei per clausulam constituti legitimus sit contradictor rei per clausulã executionẽ sententiæ,& executorialiu expeditarum,contra quem rem illã corporaliter & actualiter tenet,ad illius restitutionem condemnatus,non citato,nec vocato scilicet,tertio habente dictam possessionem per clausulam constituti. Et facit difficultas,ut negativè respondeamus , quia hæc res in potestate ejusdem condemnati reperitur,non in potestate tertii oppositoris,& sic succedit cõclusio à nobis suprà posita,ut nec impediatur possessionis traditio,cum res reperitur penes condem- 115
natum, nec adhuc sit cautio præstanda, juxta text. *is à quo 1. & 2. ff. de rei vindic.* & quæ in ejus interpretationem adduximus *in dicta 2. resol. sursum à n.67.*

Sed contrarium de jure semper verius esse, respon- 116
di,nam qui possidet per clausulam constituti,civilem, veram naturalem possessionem habet,quia licèt modus transferendi sit fictus à jure inventus & introductus: possessio tamen civilis , & naturalis vera est , tum ex ministerio juris , tum ex animo constituentis se alterius nomine possidere , plures citant Oldradus *consil. 278. licet quantum,col.2.* Ripa *cons.173. Galba col.2.* Rauh.Fulgos.*cons.191.in casu Jacobi,ad fin.* Corneus *cons.151.ex quo ductus,col.3.l.1.* Sot. *cons.252.in causa magnifici,col.5.l.2.* Masuerius *tit.de possessoriis,§.item est differentia.* Cæpola *consil.crim.4.visis querelæ col.2.* Petrus Ferrariens. *in tit. possessionum actoris in verbo, item quod præscriptus col. & in tit.forma libelli in causa 2.vendition.in verb. constituens.* Stephan. Bertran, *cons.258.contra donation.n.2. & cons.73.viso casu l.3.* Thomas Ferrar.*cautela 48 si quis vendidit col.1. vers. secundo verò casu* , infinitos congerit Tiraq. *in tract. jure constituti n.2. & 4.* ergo si verè possessor est civiliter, & naturaliter, debet omnino legitimus contradictor judicari ; & licèt condemnatus habeat corporalem detentationem rei,nihil obstat ut in casu superiori,probavimus *à num.100. seqq.*

Quod & in tantum verum est , ut hujusmodi pos- 117
sessori, cui legis ministerio aliquo actu ficto possessio civilis , & naturalis est translata (etiam absque facto corporeo) competunt omnia remedia , & interdicta possessoria,tam recuperandæ,quàm retinendæ,& adipiscendæ , etiam pro consequenda nuda illa detentatione,quæ penes constituentem remansit. Ita eleganter & post Tiraq. & plures alios ab eis citatos,tenent & latè prosequuntur Molina *de primog. l.3. cap.13. à prin.* & præcipuæ *à n.4.* & etiam *cap.13. per totum,* optimè explicat Marc.Anton.Peregr. *in tract.de fideicommiss. art.47. à n.23. cum seqq.* & superiùs *a n.16.* ergo similiter & à fortiori non est non citato concedenda suspensio executionis tam one suæ veræ possessionis , cùm hoc dicter ; ossessionis commodum , qua quoque privandus non est , anteaquam auditus convincatur , juxta *l. officium ff. de rei vindicatione.*

Et in terminis nostris hanc sententiam, & opinio- 118
nem tenet doctissimus vir Alvar.Valascus *in cons.55. per totam p.1.* qua quidem ego quandam cuidã peritissimo advocato informaturo super hoc casu pro quodam clientulo suo in ardua lite fatigato succurri,quæ per senatores, & cæteros advocatos postmodum exaltata fuit admodum,& exclamata meritò. Dixit igitur ille vir,ut petita executione in certis domibus,opposuit se quidẽ tertius executioni,allegans illius domus sibi factam donationem pro benemeritis cum clausula constituti, & reservatione ususfructus,& consequenter se esse tertium possessorem virtute dictæ clausulæ, & ita illam executionem non posse fieri, eo priùs non audito , eo quòd non fuerat citatus , nec auditus in sententia, & judicio principali, quòd latissimè comprobat , qui quidem licèt opponat aliquas objectiones,illæ non tendunt adversus hanc doctrinam ab eo tentam, sed tentat ex aliquibus rationibus illum tertium, de quo ibi non habuisse possessionem, scilicet ; quia fuit facta illa donatio absenti, qua de causa non

operatur

operatur clausula constituti, & quia erat conditionalis, & excedebat quantitatem lege taxatam, quibus casibus constitutum non transferebat possessionem, & sic in illius scripturæ specie non impediri executionem, sed nostram doctrinam, quando adest clausula constituti, quæ operatur suos effectus, traditionem, scilicet possessionis, eam sequitur, & omnino amplectitur, & ideo necessariò præ oculis habere debent judices, & advocati, an clausula constituti tertii oppositoris, ita legitimè sit opposita, ut suos effectus civiles operetur,
120 & quando illos non operetur, poteris recurrere ad Tiraquell. *in dict. tract. de jure constituto.* ubi longa manu prosequitur.

121 Hanc eandem opinionem in terminis, tenent Ilf. *in l. à D. Pio* 3. *si super rebus, num.* 9. *ff. de rei jud.* & allegans etiam Vallas. *dict. consil.* 45. eandem tenet Marius Giurba *decis.* 112. *num.* 14. *f.* 550. dicens, quòd qui possidet per clausulam constituti est legitimus contradictor ad impediendam rei executionem, idem etiam tenet Vincent. Caroc. *in tract. de except. except.* 69. *num.* 64. Imò ipse doctus Vallas. in eadem consultatione ad finem, postquam opposuerat difficultates dictas contra dictam clausulam constituti, illius donationis, in hæc subdit: Cæterum licèt hæc omnia vera sint, non serviunt ad propositam quæstionem, in qua non agimus de validitate tituli illius tertii, qui vult impedire executionem, sed an sit possessor & non fuerit citatus; nec auditus in processu, nec in eum lite pendente translata possessio, ad fraudandam executionem.) Quæ verba aurea sunt, mirabilia & annotatione dignissima, quasi dicat, ut tituli defectus quæstio in judicium ple-
122 narium; quo pertinet, reservanda, cùm hic in via executiva simus, ubi incontinenti exceptio proponitur, & summatim, intra breve tempus probatur, prout suprà diximus *à num.* 99. *& hac* 4. *part. cap.* 7. *à num.* 50. *cum seqq.*

123 Isthæc nostra doctrina & eo fortissima, & indubitabilior redditur; nam tertius possessor per clausulam constituti admittitur proculdubio tanquam legitimus contradictor ad impediendam sententiæ latæ in remedio *l. fin. C. de edicto D. Adrian.* executionem, & illam omnimodo suspendi per hujusmodi possessionis (quæ vera est, non ficta, ut diximus) allegationem, & probationem incontinenti. Ita eleganter probant Sfortia Odi *in consil.* 22. *lib.* 1. *num.* 3. Burgos Salon de Paz. *in consil.* 39. *num.* 8. videndus Borgni. Cavalca. *dec.* 45. *in additione* 1. *part. num.* 7. 8. *& 9. & decis.* 5. *n.* 29. 4. *p.* Spino *in speculo testam. gl.* 34. *princ. n.* 30. *in princ. in verf. quo fin.* quod etiam optimè dominus Joan. del Castillo *quot. controverf. juris l.* 3. *c.* 24. *sub n.* 151. *ad fin.* qui quidem optimè circa articulum hunc loquuntur, maximè cum illius *l. fin.* remedium sit executivum, ut per eundem Castillum *ibi num.* 98. & melius *n.* 88.
124 *& 92.* tenent communiter Doctores ibi, Simon. de Præt. *de inter. ult. volum. lib.* 5. *interpretatione* 2. *dubitatione* 3. *num.* 86. *fol.* 516. Boërius *consil.* 60. *col.* 2. Roland. à Valle *consil.* 78. *n.* 13. *lib.* 3. Beccius *consil.* 3. *n.* 1. Joan. Franc. de Ponte *in consil.* 20. *n.* 51. *& 52.* Peregr. *de fideicommis. art.* 48. Cæsar Baiz. *dec. Bononica.* 46. *n.* 43. & sic sequitur evidenter, ut possessor rei ex clausulæ constituti virtute cùm verè possessor sit
125 dicatur legitimus contradictor executionis executorialium, expeditarum super illa, quam si fecerit insuper executor, & non admiserit, excedet de persona ad personam, vide quæ in terminis suprà *n.* 113. ubi alios plures Doctores citavi.

126 Quid autem dicendum sit de colono simplici, aut partiario rei, ad cujus restitutionem dominus, à quo conduxere, condemnatus est per executoriales; an isti tales dicentur legitimi oppositores respectu sui juris, talis qualis, saltim ut pro illo anno fructus conductæ rei colligant, & percipiant; in quorum cultura expenderunt, ita ut obtinens executoriales teneatur stare locationi factæ à condemnato pro illo anno, ut illos fructus percipiat, juxta determinationem Bal. *in l. emptorem n.* 7. *verf. sed pone colonus Cod. locati* ubi ait, quòd si emptor non teneatur stare colono, qui nimis collit tamen si ille fecit impensas, ut quia seminavit; poterit retinere, vel partietur fructus cum tempore, ex quadam incidente societate, & idem dicit de colono partiario pro eo anno; quo laboravit, & fecit sumptus necessarios, hoc idem voluit in successore beneficii Francisc.
127 Marc. *dec.* 196. *in fin. p.* 2. (quamvis non fecit mentionem Baldi) & dicit ibi, hoc procedere ex quadam æquitate, & Cavalcan. *decis.* 44. *n.* 16. *&* 23. docens, quòd talis conductor de æquitate & conscientia debet percipere fructus, quo seminavit.

Et in nostris terminis hæc dixêre Ozascus *in decis. Pedemon.* 82. *per totam,* & pro resolutione ad finem, ubi latè disputat nostrum articulum pro utraque parte, plures adducens doctrinas, eruditè etiam Petrus Surd. *decis.* 40. *per totam,* apud quos videbis altiùs examinatum; an obtinens rem per sententiam teneatur stare locatione ejus factæ per condemnatum, tanquam facta alienatione ex causa necessaria, & præcipuè per Surd. ubi acutè distinguit. Hanc eandem nostram resolutionem invenio tenuisse Parlador. *lib.* 2. *rerum quot. c. fin.* 4. *p.* §. 5. *n.* 13. per Bal. *in l. emptorem C. locati.* hanc autem
128 doctrinam non procedere, nec habere locum, quando facta est conductio, cœpto jam judicio, & lite super illa re, tanquam nulliter facta, optimè & ut assolet ipse Petrus Surd. *ibidem*, cui applicat valida fundamenta.

Quid autem econverso sit dicendum, quando, scili-
129 cet, dominus rei conductæ, & colonus spoliati fuere, & dominus executoriales obtinuit pro se, an eo mortuo domino; poterit suo jure earum executionem petere colonus, etiamsi ipse colonus nominatus fuisset in sententia, non tamen in lite comparuit, nec nominavit procuratorem, nec cum eo facta fuere acta aliqua, vide, quæ post longam disputationem resolvit Rota Rom. in una Aurien. teste Puteo *decision.* 12. *per totam lib.* 1. *folio* 6.

Sed nunc jam quæri potest: an dominus directus
130 dicitur legitimus contradictor, ita ut possit impedire executionem executorialium expeditarum contra suum emphyteutam, seu vassallos super re emphyteutica, super qua conjunctus est in contradictorio judicio, vel aliter legitimè condemnatus. In quo articulo adeò variè & confusè loquuti fuêre Doctores, ut vix quid verum dixerint, colligatur. Ego autem ex mente omnium illud distinctum tenendum deduxi, quòd aut emphyteuta condemnatus fuit super jure emphyteutico, vel in
131 aliquo, quod ad illius jus utile, & possessionem tantùm pertinet, & tunc sententiæ latæ adversus illum executionem impedire non poterit dominus directus, quia ejus directo dominio, ejus juri, & possessioni civili nihil efficit, sed illud incolume remanet.

Et in tantum hoc quidem colligo primò ex glossa celebri *in l.* 2. *Cod. ubi in rem actio, verbo, quolibet modo,* dum dicit, quòd ille qui habet jus in re petita, ut feudatarius, emphyteuta, fructuarius, superficiarius, & similes, non possunt conveni, dominum laudare, & nominare in judicio, nec liberantur, hoc facientes, sed defendere coguntur respectu juris, quod habent *per l. sæpe, ff. de re jud.* gl. sequuntur ibi communiter Doctores, & clariùs hoc dicunt Modernus Paris. *in tit.* 1. §. 31. *n.* 27. Alvar. Vacz. *de jure emphyteutico, quæst.* 48. *n.* 32. *ad fin. per d. gloss.* affirmat, quod emphyteuticæ, vel vassalli conventi super suo utili dominio tantum, non tenentur dominum nominare, quia sunt legitimi contradictores, & defensores, secus si conveniantur super dominio directo, dicunt, communiter tenere per Doctores *in d. l.* 2.

Nam cùm hi suo nomine possideant naturaliter,
132

ſcilicet *l. naturaliter in princ. de acquiren. poſſeſſ.* litem contra eos motam accipere tenentur, & tantùm poſſunt nominare dominum, ut eis aſſiſtat, niſi forſitan agatur de pertinentibus ad directum dominum, & ſic comparente domino directo, in eum transferendum eſt
134 judicium, ita ultra citatos reſolvit B. *in d. l. 2. n. 6. C. ubi in rem actio.* & ibi Salicet. *num.* 5. Paul. *n.* 12. quos ſequitur Rebuff. 3. *tom. ad l. Gall. tit. de dilatio ant. 2. gl. 1. num.* 10. Vallaſ. *de jure emphyt. quæſt.* 8. *n.* 24. *ad fin.* & hanc eſſe veram reſolutionem in hoc tam vario articulo, teneri per Doctores quidquid aliter reſolvat. Gama *deciſ.* 332. affirmat Barboſ. *in l. venditor* 49. *n.* 129. *cum tribus ſeqq. ff. de jud.* juxta quam B. determinationem declarandos eſſe, ait Cagnol. *in d. l. venditor n.* 9. & Nata *conſil.* 324. *n.* 3. *lib.* 2. & Anton. de Burgoſ. *cap. fin. n.* 16. *de emptione & venditione*, poſt Panormit. *ibi num.* 8.

Moveor ſecundò ex Rotæ determinatione in una
135 Placentina bonorum 2. Decemb. anno 1587. ubi dominus directus non impedit executionem judicii poſſeſſorii pendentis inter vaſſallos, ut quia ejus poſſeſſioni civili non officit ſententia, maximè præſtita ſibi cautione indemnitatis. Ita teſtatur Seraphin. *deciſ.* 804. *per tot.* ubi *ſub n.* 1. *& ſeqq.* dicitur, nec judicium illud, quomodocumque cadat poteſt præjudicare juri domini Epiſcopi, nam ſi in eo obtinebunt domini venientes, Epiſcopus habebit id quod prætendit, ſi verò Malaicinii obtinuerint, non ideo ſpoliabitur ſua poſſeſſione civili, quia judicium illud pendet ſuper naturali, quæ ſola eſt penes dominos venientes, non autem ſuper civili, & hoc potiſſimum ſine difficultate procedit, data cautione, juxta text. *in l. is à quo, ff. de rei vind.* Et multo magis admittenda eſt cautio propter quam jus Epiſcopi conſervetur, cùm non tractetur de avocanda ab ea poſſeſſione, quam prætendit Epiſcopus. Hæc igitur determinavit Rota ibi.

136 Et clariùs hoc redditur, ſi advertas dictam deciſionem, dum mandat, cautionem præſtari domino directo, nam tunc cautio præſtatur ſecundùm *d. l. is à quo*, quando condemnatus poſſeſſionem habet rei, ſuper qua quæſtio eſt, tertio comparente pro jure ſuo, non habente poſſeſſionem, quia tunc non impedit executio ſententiæ, quia tertii remanet jus illæſum, licèt poſſeſſio, quam non habet in illum transferatur, juxta ea, quæ latiùs diximus ſuprà in ſecunda concluſione, *à num.* 67. & ſic caſu dict. deciſionis quia fit executio in poſſeſſione naturali tantùm, quam habet penes ſe emphyteuta, vel vaſſallus, non tamen dominus directus; ideò comparens pro ſuo jure, & civili poſſeſſione, de qua non tractatur, nec fuit actum, cautio præſtari mandatur.

137 Quibus rectè convenit, quod dicit Afflict. *deciſ.* 380. ubi emphyteuta cujuſdam monaſterii fuit condemnatus per executoriales ſuper claudendis, & aperiendis certis feneſtris domus emphyteuticæ, dominus directus, qui erat quidem Prior Eccleſiaſticus, comparuit, & opponens de ſuo jure, & intereſſe, voluit impedire executionem executorialium, & dicitur *in dict. deciſ. ſub num.* 6. quod ſi monaſterium egiſſet ſolùm ratione poſſeſſionis, & juris ipſius emphyteutæ, tunc dominus directus non potuiſſet impedire executorialium executionem, per id, quod dicunt Doctores *in lege ſæpe ff. de re judicat. & in cap. veniens 2. de teſtib. & in lege à D. Pio §. ſi ſuper rebus, ff. de re judicat.* pro quo eſt text. elegans *in lege ſi finita §. ſi de vectigalibus, ff. de damno infecto*, quo dicitur quòd ob contumaciam
138 emphyteutæ ſecundi decreti virtute, fit miſſio in poſſeſſionem utilis dominii dumtaxat, abſque præjudicio dominii directi. *ibi*, ſed decernendum eſt, à prætore, ut eodem jure ſit, quo foret is, qui non caveret, poſt quod decretum vectigali actione uti poterit, &c.) ubi notat B. Imol. & cæteri communiter Doctores, animadvertendo, quòd emphyteuta, & feudatarius, & ſimiles poſſant alteri conſtituere, & promittere ſervi turem in re emphyteutica reſpectu ſui juris, quod in ea 139
habent, & utilis dominii durantis, ut finita emphyteuſi reſolvatur ſervitus juxta *l. veſtigali fundo, ff. de pignoribus*, quæ exactiſſimè adducit Afflict. *ibi n.* 2. etiam domino directo irrequiſito.

Et in terminis hanc noſtram doctrinam tenet Bart. 140
in d. l. ſæpe num. 6. quem ita intelligit, ibi Alex. *n.* 106. *verſ. ſed Angel. hic.* quos ſequitur Alvar. Vaez *de jure emphyt. quæſt.* 38. *n.* 33. *verſ. ſi verò emphyteut.* dicentes, quòd ſi emphyteuta, vel feudatarius conveniantur ſuper poſſeſſorio emphyteuſis, & ejus juris reſpectu lis eis mota ſit, ſententia lata contra illos reſpectu ſuæ poſſeſſionis naturalis, non nocebit dominis, etiam ſcientibus, quia domini poſſident civiliter; at emphyteuta, ſeu feudatarius naturaliter tantùm, *l. naturaliter, ff. de acquir. poſſ.* & ideo ſententia lata contra naturaliter poſſidentem, non nocet poſſidenti civiliter, juxta *leg. magnam in l. Pomponius §. ſi is, qui præcariò, ff. de acquir. poſſ.* & verba B. *in d. l. ſæpe*, ſonant, ut quando agitur contra iſtos tales poſſeſſores, naturaliter videtur actum ratione naturalis poſſeſſoris dumtaxat, non verò aliud, 141
quam doctrinam pulchram eſſe, ſi eſt vera, dicit Alvar. Vaez *ubi proximè ſub n.* 33. *ad medium.*

At verò ſi iſti naturaliter poſſeſſores conventi ſint 142
(ſuper domino puta) emphyteutæ, vaſſalli, ſuperficiarii, & uſufructuarii, & in ſe aſſumant defenſionem, & probationem condemnatur, ſententia lata adverſus illos, non nocet dominis directis, ignorantibus cauſam agitari B. *in d. l. ſæpe. ibi quæſt.* 4. *n.* 6. *ff. de re jud.* juncto *num.* 3. quem ſequuntur communiter Doctores *ibi*, ſecundùm Alexand. *num.* 106. Paul. *in dict. lege, ſæpe colum. fin. num.* 6. Angel. Raphaël. Modern. Pariſ. *lib.* 1. §. 31. qui *ex num.* 34. bene explicat tamen Innocent. *in cap. cum ſuper de re jud.* Covar. *in pract. quæſt. c.* 13. *n.* 9. Afflict. *dec.* 345. Alvar. Tarz. *de jur. emphyt. quæſt.* 83. *n.* 33.

Et quòd domino proprietatis, & civilis poſſeſſio- 143
nis ignoranti litem agi, non noceat res judicata, obtenta contra uſufructuarium, probant Maria Socin. & Joan. de Imol. *in lege ſæpe.* Afflict. *deciſ.* 496. *num.* 4. & idem Put. *deciſ.* 349. *eodem l.* 3. *per totum*, & idem Put. *deciſion.* 349. *eodem l.* 3. ubi quando ſcientia domini in hoc caſu probetur, & in hunc ſenſum, terminoſque admittenda eſt Rota per Caputaq. *deciſ.* 331. *part.* 1. quia fuit reſolutum, fiſcum poſſe uti tertium impedire executionem ſententiæ latæ contra feudatarium ſuper Caſtro, eò quia habet intereſſe, & tunc quia tenetur de evictione: ut intelligatur quando fuit actum de dominio, & proprietate cum ipſo fundatario ignorante fiſco.

Et in hoc caſu determinatum fuiſſe in Senatu Nea- 144
politano, dominum directum, quia non fuit citatus nec vocatus ad litem agitatam contra ſuum emphyteutam ſuper jure & indicio directi dominii, quia agebatur de conſtituenda ſervitute perpetua in domo emphyteutica, eodem domino ignorante litem agi ſuper illo jure ſuo eſſe legitimum oppoſitorem, & contradictorem executioni executorialium contra ſuum emphyteutam, & illam omnino ſuſpendere debere, teſtatur poſt longam diſpoſitionem Matthæus de Afflict. cum aliis *ibid. dec.* 380. *per totum*, quam vide omnino.

Sed an idem ſit dicendum, quando actum fuit contra vaſſallum, emphyteutam, uſufructuarium, & ſimiles habentes naturalem poſſeſſionem ſuper dominio, & proprietate rei, ſciente, & non contradicente domino proprietatis, ut adverſus ipſos res judicata lata noceat domino directo; maxima eſt inter Doctores ipſos controverſia, & repugnantia. Et licèt Alexand. Angel. Pariſ. Covar. Alvar. Vaez *ubi ſuprà* magis communem dicant negativam ſententiam, ſcilicet etiam

ipſis

ipsis dominis directi dominii, & civilis possessionis, scientibus, litem agi; non nocere rem judicatam; tamen vide quos adducit in contrarium Covar. & Puteus *in locis proximè citatis*, & Afflict. *de dec.* 380.

146 Sed illud utilissimum valde minimè omittendum, an clericus opponens se executioni, virtute sententiæ, & indè executorialium inter quosdam latæ, & expeditæ, quam contra se possidentem rem, super qua condemnatio facta est, non citatum, nec vocatum, executor laicus vult exequi, possit docto incontinenti & summariè (prout requiritur, & diximus sursum) de sua possessione, declinare jurisdictionem ejusdem judicis, seu ejus executoris laici, allegando incompetentiam ejus: affirmativè omnino resolvendum est, nam cùm ipse Clericus possideat, ab eo debet res peti. *l. officium ff. de rei vind. l. 1. & 2. C. ubi in rem actio.* text. *in l. is qui destinavit*, ibi, quia longè commodius est ipsum possidere, quàm alio possidente petere, *&c.*) *ff. de rei vindic. cum vulgari*, & suprà ad rationem quartæ conclusionis diximus.

147 Etiamsi sententia lata sit adversus colonum, seu inquilinum clerici rem ipsam detinentem, cùm hoc casu conventus non possideat, sed potiùs clericus, cujus nomine possidetur, *l. quod meo. in prin. de acquir. poss. c. cum venissent. de restit. spoli.* cum quo quidem debeat lis agitari, & non cum eo, qui ejus nomine detinet, ex de juribus, & ex text. *in c. quoniam frequenter* §. *in aliis, ut lite non contestat.* Panorm. *in c. fi. n. 8. de emptione & venditione.* Platea *in l. 2. colum. 2. Cod. de jure fisci l. 1.* Angel. Aretin. *in l. à sententia, num. 10. ff. de appell.* Socin. Jun. *cons. 46. num. 5. lib. 1.* Anton. Gama. *dec. 332. n. 1.* quo casu est remittenda ad Ecclesiasticum, cùm clericus revera sit possessor illius, & contra quem directò lis debet moveri. Angel, & Immol. *in l. non solum*, §. *quod vulgo, de usucapionibus.* Angel. Aret. *in rubr. institut. de exceptio. n. 27.* Decius *cons. fin. n. 7.* & notat Ripa *in c. 2. n. 4. de judiciis.* Ant. Nat. *cons. 324. ad fi. l. 2.* Grama. *dec. 21. num. 3. & dec. 61. num. 6.* Josephus Ludovic. *dec. Luca. 34. ad fi.* Barbos. *in l. venditor. 49. à n. 126. cum seq. ff. de judiciis.* vide etiam in terminis, Petrum de Anchar. *consil. 394.* Aufr. *in clem. 1. de offic. ord. reg. 2. fallen. 10.* Guillel. Benedict. *in c. Raynut. verbo & uxorem.* F. Jord. & Carolus de Tapia *in compil. jur. Reg. Neapol. rubr. 4. in c. regni conventus, verbo conventus sub titul. de alien. jud. fol. 228. lib. 8.*

148 Ac propterea sustinet partes rei, & ideo qui ab illo voluerit possessionem avocare, ejus forum sequi debet, quia actor rei forum sequitur, ex juribus vulgaribus, quare constito de sua possessione summatim, locum obtinet declaratoria, juxta terminos decisionis Afflict. 380. *à num. 7. cum seqq.* ubi ad hoc, an clericus tertius comparens coram executore laico, ad impediendam executionem inter aliquos, ratione sui juris, & possit declinatoriam, & incompetentiam opponere, ac in ea obtinere fuit indagatum, an rei vel actoris vices sustineat super jure, pro quo se opponit executioni. Et

149 in terminis quòd Clericus seu persona Ecclesiastica comparens, & se opponens executioni, quam contra se possidentem, & non citatum, nec vocatum ad causam principalem, vult facere judex secularis, potest declinare forum, allegando incompetentiam, tenuit Purpur. *cons. 26.* quem in proposito sequuta est Rota Romana *in d. dec. Placentina n. 4.* teste Seraphino *dec. 804.* & remissivè ad Purpur. idem dicit Jacob. Cancer. *c. 2. num. 248. & c. 16. num 83.* ubi etiam an hoc casu clericus debeat comparere coram judice Ecclesiastico, ut inhibeat executori seculari, vide Purpur. & Doctores suprà citatos *n. 147.* Pro quo adverte, quòd in *d. decis. Neapol.* Matthæi de Afflict. dum lis vertebatur super servitute, responsum fuit, quòd cum in confessoria, & negatoria prior monasterii tertius oppositor, & dominus directus comparuerit, ut actor, & uti actoris partes sustinere debeat in judicio proprietatis & negatoriæ, juxta text. mirabilem *in leg. penult. §. sicut ff. si usufruct. per* text. etiam *in lege etsi forte §. sciendum, ff. si servus vindicatur*, text. *in lege sicuti §. sed si quaratur eodem tit.* ex quibus & ex *lege 1. & 2.* ex eodem poteris colligere, qui in actione confessoria, & in actione negatoria partes rei, aut actoris sustineat.

150 Quòd non potuit propterea declinare forum seculare, cujus principali, & genericæ doctrinæ bene assentit ibi Afflict. prout assentire debet, secundùm doctrinam Purpurati & Rotæ Romanæ, & regulas juris notissimas adductas, sed respectu illius casus particularis dissentit, & bene, nam ibi lis illa super servitute veniebat agitatura inter duos Ecclesiasticos, siquidem ter-151 tius oppositor, licèt in confessoria sustineat partes actoris, erat clericus, & alter, qui prætendebat jus servitutis, erat pariter monasterium, unde licèt ille tertius oppositor super jure servitutis ordinario agitando partes actoris sustineat (ut dicitur in illa decisione Neapol.) tamen altera pars quæ rei vices occupat, adversus quam lis movenda est, similiter est Ecclesiastica, & sic cùm actor ejus forum sequi teneatur, judicem Ecclesiasticum, qui rei est adire debebit, & non secularem, quod non attendere senatores, seu auditores, & sic inadvertenter fuerunt sequuti regulam generalem, ut advertit Afflict. *ibid. in fin.*

In omnibus igitur supradictis casibus, & in discursu 152 interdum etiam aliquibus annotandis, & si qui sunt alii, in quibus diximus tertium oppositorem executioni executorialium, inter aliquos expeditarum comparentem coram executore, quia sibi non citato, nec vocato non nocent, suam exceptionem allegans, & de jure suo docens incontinenti summariè, esse legitimum oppositorem, & debere impedire, atque suspendere executionem earundem, si executor eum non admiserit, excedere manifestè, & ab hujusmodi non admissione appellationi interjectæ per eum, non detulerit, vim fieri, & reponendum per suprema tribunalia, fore declarandum prout declaratur quotidie, diximus, & probavimus latè surfum à prin. hujus capituli, quæ doctrina in singulis d. casibus legitimi oppositoris repetenda est.

Econverso igitur videamus, an ab executore admit- 153 tente aliquem tertium oppositorem ad impediendam executorialium executionem, qui nullum allegat interesse, nec illud probat (prout requiritur incontinenti) appellationi per partem interpositæ ab eo, ita admittente tertium, & remittente probationem sui juris proculdubio deferendum esse ut licitæ, & legitimæ, & aliter atque vim fieri declarandam, constat, & probat Cæsar. Contar. *in repetit. l. unica, C. si ea mornen. poss. fuer. appell. q. 24. n. 6. vers. sed quid si judex.* Achil. Personal. *in tr. de adipis. poss. sub n. 340. vers. vel & quoque tomo 3. p. 2. fol. 269.* Sigism. Scac. *de appell. q. 17. lim. 6. membr. 4. n. 107.* rationem reddens, quia iste articulus, an tertius 154 habeat interesse, & legitimam causam, ut admittatur, ad impediendam executionem, & præjudicialis, ac ideo priùs examinandus ante admissionem, Angel. Aret. *in l. à sententia, ff. de appell. sub n. 1.* Roland. à Valle *cons. 35. videtur sub n. 3. l. 2.* & Contard. *in l. unic. q. 24. n. 36. C. si de mornen. poss.* sed à perversione ordinis admittitur 155 appellatio, ubi aliàs prohibita est, ex eodem Contard. Imò excedere tunc executorem dicemus Deo dante infrà *c. de præposteratione ord. & c. 13.* ergo pariter hîc admitti debet.

Pro qua opinione, & resolutione rectè faciunt Doc- 156 tores, & fundamenta, quæ suprà *c. 7. n. 9. ad princ.* adduximus latè, quo verificavimus, ab executore admittente exceptiones non admittendas pariter appellationi interjectæ deferendum, ut legitimæ, ac si rejiceret admittendas, quas omnes hîc applica, maximè quia legitimus oppositor, & legitima exceptio, idem est prout ad propositum appellationis ibi consideravimus in

principio ejusdem capituli 7. ,quia tertius oppositor
sine legitima exceptione, & causa expressa sui juris, &
157 interesse nullo modo admittitur, nec appellans auditur
l. à sententia 5. & ibi B. *in fin. prin. sub n.* 9. *ff. de appell. & rela.* Abb. *in cap. cùm super n.* 5. ubi dicit quòd debeat exprimere justam,& legitimam causam ad justificandã appellationem, *de sententia & re jud.* Card. Alexand. *in c. cum speciali*, §. *porro, n.* 8. *in fin. de appell.* Ang. Aret. *in d. l. à sententia sub n.* 1. Vestrius *in praxi Rom. Cur. l.* 7. *c.* 3. *n.* 20. Contar. *in l. unica lim.* 13. *n.* 12. & 13. *C. si de momen. poss.* quia cùm appellatur à sententia inter
158 alios lata (quod regulariter non permittitur sine legitima causa, & interesse) & ideo appellans debet illam exprimere, ut admittatur, tanquam fundamentum permissionis, & exceptionis, quam reddunt Abb. Cardin. Alex. Angel. Aret. *ubi proximè*, & optimè per Covar. *in pract. quæst. cap.* 13. *in initio.* & debet de casu permisso docere, cùm simus in prohibitis regulariter, latè post alios in istis terminis Vincent. Caroc. *in tract. de except. except.* 44. *n.* 101. & *n.* 88.

Juxta quam conclusionem operæpretium mihi visum fuit, aliquos hìc inferere practicabiles,& frequentes casus, in quibus dubium residet ; an oppositores legitimi sint ad impediendam executionem, in eos executorialium per executorem directam, certantes sibi rem judicatam non obesse, ita ut eorum appellationi an sit deferendum, cognoscatur.

159 Ex illis erit prior, an executor executorialium expeditam adversus confraternitatem, aut locum pium super debito, ab eis contracto, vel super re à confraternitate,aut loco pio possessa,an excedat,si illas exequatur adversus pii loci,aut confraternitatis administratorem (quem diximus *major domo.)* In quo breviter resolvendum esse, excedere. Primò moveor, quia sententia
160 lata contra minorem, contra eum non contra tutorem, aut curatorem exequendam, probant jura expressa, text. *in l.* 1. *C. quando fiscus vel privatus*, ubi pupillo condemnato ad quantitatem res curatoris vel tutoris pignori
161 capi non debere sancitum est. Idem probant text. *in l* 1. *C. quando ex facto tutor. vel curat.* ubi sententia lata cõtra tutorem, vel curatorem, non mandatur executioni in eos, sed in dominum principalem. Et generaliter denegandam actionem judicati contra tutorem, aut cura-
162 torem, disponit text. *in l. si sen. obtulit*, §. *tutor. quoque ff. de re jud. & l.* 2. *in prin. ff. de admin. tut.* & ibi communiter scribentes,& concordat *l.* 17. *tit.* 16. *p.* 6. & ibi Greg. Lopez gl. *verb. sustinenes.* Reb. *in comment. ad l. Gall. tit. de literis obligatoriis a.* 2. *gl.* 1. *n.* 18. & post alios erudite Boba, *in polit. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 72. *lit. S.* Perlad. *l.* 2. *rerum quot. c. fin.* 4 *p.* §. 3. *n.* 1. Joan. Gutier. *in tr. de tut. & cur.* 2. *p. c.* 23. *per tot.* Matthias Coller. *in tract. de proces. execut.* 2. *cap.* 3. *ex n.* 244. ergo pariter dicendum est in administratione loci pii, vel confraternitatis.

163 Secundò probatur, quia licèt decuriones, aut administratores civitatis pro ejus debitis obligavere bona civitatis, non potuerit fieri in illos executio, sed in bona propria civitatis, cujus nomine,& ratione officii publici, non contemplatione propriæ personæ,& utilitatis, contraxere, ita post Bal. *in l. etiam C. de executione rei judic. n.* 12. notat Greg. Lopez *in l.* .. *tit.* 27. *p.* 3. *verbo fallando vienes*, ex Joan. An. ad Specul. *in tit. de executione sententiæ* § *si quia vers. quod si quis universitatis* Montal. *in l.* 17. *tit.* 20 *lib.* 3. *fori. gl. verbo, la ley vers. notandum est.* Avill. *in p.* 20. *prato in gl. verb. gratias & an execut.* Bobadilla *in polit. l.* 3. *c.* 8 *n.* 79. Padil. *in l. præses à n.* 27. *usque ad fin. & sup. C. de transact.* Paul. *l.* 2. *rerum quot. c.*
164 *si.* §. 3. *prin part. à n.* 5. *& sup.* Curia Phili. 2. *p.* §. 9 *à n.* 10. Amador Rodr. *de execut cap.* 4. *à n.* 31. quos omnes consulito pro exactissima hujus articuli materia, quando Decuriones possint bona civitatis obligare, & quando non, & in quibus casibus teneantur, & quæ civitatis bona sint obliganda,& alia iis similia, igitur dum venit, dicendum in nostra principali quæstione, ut in administratorem loci pii, seu confraternitatis executio facienda non sit, nec ad id per executores compellendos, sed in bona ipsius confraternitatis condemnatæ.

Quod verum esse affirmo, nisi quando ipsa confra-
ternitas sit in mora, quia tunc cùm ipsi administratores 165
bona ejus detineant, compellendi sunt exhibere, non enim quia sint obligati, nec executio in eos locum habeat, tanquam condemnatos; sed quia quadam fictione juris sint, ipsa confraternitas, cùm ejus administratione habeant,& non tanquam debitores, sed quia habent facultatem solvendi debitum, aut rem tradendi; potest, si recusent,& sint contumaces, executor illos compellere, per excommunicationem, aut capturam personæ cogi, omniq; juris rigore, (prout alibi diximus,) ad exhibenda bona confraternitatis (si quæ sint) ut executoriales suum sortiri queant effectum, ita in tutore,& curatore dixere Bal. *in l* 1. *C. quando fiscus vel privatus*,& alii DD. quos referens sequitur Parlad. *lib.* 2. *rerum quot. cap. fin.* 4. *p.* §. 3. *in prin.* Amad. Rodr. *de executione d. cap.* 4 *sub n.* 30. *ad medium*,& probant omnes supra citati Doctores in fundamento primo *n.* 160. & leges ibi omnes allegatæ, quatenus probant non teneri curatores, si bona pupillorum non habent, ut sit ejus officium finitum,& 166
jam bona reddiderint, quam exceptionem legitimã,& annotandam dicunt, ad impediendam contra se compulsionem. Hæc eadem doctrina, admittitur pariter in decuriombus civitatis, ut possint hoc casu, & ad hunc 167
effectum contumaces compelli, cogíque omni juris vigore per capturam personarum, non ut de suo solvant, sed ut bona universitatis exhibeant, in quibus facta est condemnatio, vel sit creditori satisfaciendum, ita probat Azev. *in l.* 16. *t.* 21. *l.* 4. *recop. n.* 5. Bobad. *in polit. l.* 3. *c.* 8. *n.* 78. Amad. Rodr. *d. c.* 4 *n.* 34. *vers. & prior sit casus.*

Supradictis convenit, quòd tertius obtinens posses- 168
sionem rei lite pendente inter alios, in quem alienata est, non sit legitimus oppositor executionis executorialium inter alios expeditarum, quoniam eæ illi etiam non citato, nec vocato, proculdubio præjudicant,& sit directo in eum executio absque novo processu, nec nova causæ cognitione super re quam probant conclusionem ex ratione *l. ult. C. de litig.* Bart. *in l.* 1. §. *uit. ff. de litig.* idem Bart.& Salicet. *in eadem l. ult.* Paul. Castrens. *in l. quanquam* §. 1. *ff. de aqua plu. arcend.* Bal. *in l.* 1. *C. communi dividundo.* Bar. *in l.* 3. *C. de pignor. n.* 23. Roder. Xuarez *in repet. l. post rem ff. de re jud. in declarat. l. Regni post* 8. *ampliatio colum.* 5. Matthæus de Afflict. *in constit. Neapol. l.* 2. *rubr.* 41. *n.* 10. Ruin. *cons.* 34 *visis n.* 12. *lib.* 5. Rotæ decis. in recollect. per Mohedà, *dec.* 12. *in eadem sub tit. de re jud.* Ilf. *in l. à D. Pio* §. 11. *si super reb. n.* 10. *de re judic.* Alexand. *in addit. ad Bar. in l. si quis missum*, §. *de damno infecto.* Guido Papæ *decis.* 81. *col.* 2. *vers. & corroboratur*, & ibi latè addentes Caquerianus *decis.* 38. *num.* 7. *in fin. & decis.* 65. *num.* 4. Antonius Gama *decis. Lusit.* 56. Cavalcan. *decis.* 16. *n.* 8. *p.* 1. *& dec.* 23. *n.* 115. *p* 4. cum aliis ab eo citatis, Marta *in tract. de jurisd.* 4. *part. cent.* 1. *casu* 35. *n.* 2. *&* 3. plures citat Mareicot. *variar. resolution. lib.* 1. *cap.* 86. *à num.* 59. *cum segq.* Lancelot. Robert. *de attent.* 2. *p. c.* 4. *in præfatione num.* 459. ubi ita fuisse resolutum per Rotam in una Romana Vincæ 20. Decembr. 1537. Covar. *in practic. quæst. cap.* 15. *num.* 7. *ad princ.* ubi optimè contra Angel. contrarium sentientem, declarat, sive tertius litis pen- 169
dentiam, & rei litigium sciverit, sive ignoraverit, tum quia ea distinctio procedit respectu pœnæ appositæ alienantibus rem litigiosam, juxta text. *in l. fin. C. de litigiosis*, non tamen ut desinat in re litigiosa alienata contrahi hujusmodi vitium litigii, & cum eo transeat quocumque vadat, & quia ubi res efficitur litigiosa, non potest ejus status mutari in præjudicium agentis quoad judicii ordinem, & examinationem causæ, nec 170
potest lutis cursus impediri, duriorve actoris fieri conditio,

conditio, *l. ult. ff. de litigi ſit*, *l.2. C. eodem tit. l. quanquam* § 1 *ff. de aqua pluvia arcen.* & quòd in hunc rei litigioſæ fiat executio etiam ignorantem, tenet inſuper Canc. *var. reſol. 2. part. cap. 12. num. 14.* Cavalcan. *deciſ. 16. num. 7. p. 1.* etiam in beneficialibus, latè poſt plures Graſſis *de effect. cler. effect. 2. à n. 256.*

71 Et de aliquibus limitationibus, quando in hujuſmodi rei alienatione lite ſuper ea pendente res ipſa non efficiatur litigioſa, ad hoc ut contra eam occupantem fiat executio, vide Lancelot. *ubi proximè*, quod etiam loco & *2. part. cap. 3. limit. 4. limit. 8. per tot. fol. mihi 13.* optimè tractat, quòd non procedat vitium litigii in alienatione neceſſaria, præſertim quando habet cau-
172 ſam de præterito & ſic contra tertium creditorem, cui res litigioſa, ſuper qua inter debitorem, & alium lis vertebatur; data fuit in ſolutum pro debito de præterito, non poterit fieri executio ſententiæ latæ contra debitorum illam pro reſtituenda, plurimos allegat Doctores, & latè proſequitur, & magiſtraliter quidem Lancel. *d. limit. 8. per tot.* nec res dicitur litigioſa empta ab eo, cum quo lis erat jure & nomine proprio mota, ſi lite pendente rem conſecutus eſt uti hæres alterius, & illam vendit eo jure, ita tenet poſt alios Hieron. Gabr. *conſil. 52. n. 9. tom. 1.* quem ad id vide, cui doctrinæ rectè conveniunt dicta infrà *à n. 274.*

173 Quod indubitanter procedit, ubi lis pendet ſuper actione reali, & ſic ſuper dominio ipſius rei, ſed ubi lis vertitur actione perſonali, res eſt ſatis controverſa, in cujus reſolutione diſtinctè dico, quòd aut agitur actione perſonali, & petitur in effectu dominium utile, vel directum, putà, ex vendito, vel donato, ſeu alia rei promiſſione, & ſic quando agitur actione perſonali ad rem aliquam petendam, & ad ipſam eandem tradendam, ita ut in ea ſit executio neceſſariò facienda, tunc licèt plures contradicant ratione generali: tamen receptior ac tutior ſententia eſt opinio, ut data ſcientia litis in emptore, res efficiatur litigioſa, & executoriales, ſententiæque inter alios latæ ipſi præjudicent emptori, & adverſus eum directè poſſit, abſque novo proceſſu, novóque judicio, executor executoriales, & executionem dirigere, & ad reſtitutionem compellere, quia tunc per litis conteſtationem res ita petita efficitur litigioſa, juxta *l. 1. C. de litigioſis*, probat gl. *in l. quanquam*, §. 1. *verb. judicium ff. de aqua plu. arcen.* & ibi B. Cuma. Imol. Rom. & Barba. *in addit. ad eundem B.* B. & Alexan. *in ſcholiis in l. ... in §. ult. ff. de litigioſ.* Angel. *auth. de litigioſ. col. 2.* Imol. Decius & Ripa *ſuper gl. ult. in c. cum M de conſtitutionibus.* Salic. *in l. 1. C. de litigioſ.* Ravena *in tit. ut lite penden. nihil innove.* Petr. Jacob. *in pract. tit. de litigioſ.* idem altius probat Iſt. *conſil. 53. lib. 1.* Imol. & Felin. *col. ult. in cap. dilectæ de exception.* & rurſus ipſe Imol. *in cap. Eccleſia. in prin. ut lite pendent. column. 2.* Carolus de Tapia *in compila. jur. reg. Neapol. lib. 3. tit. de alienat. jud. rubric. 42. n. 3. fol. 227.* & ultra hos plurimos citavi infrà hac 4. *p. cap. ... à n. 112. & ſeqq.* quorum quidem ſententiæ potiùs applaudit Covarr. *in pract. quæſt. cap. 15. ſub n. 6.* ubi ad finem dicit, hanc opinionem veriorem, utiliorem ac conducibiliorem praxi, & judiciorum authoritati, propter effugiendas, ac vitandas litigantium calumnias, motus ex eo, quòd dicit Iſſ. *in dict. conſ. 43. col. ult.* ab hac recedere temerarium fore in judiciis, & latè ipſe Covar. contrariæ partis DD. perpendit, & latè pertractat, quem referens ſequitur Lancelot. Robert. *de attent. 2. part. cap. 4. in prafatione à n. 483.* & ſurſum ſequitur Alciat. *conſil. 11. pro morte. n. 84. lib. 1.* Eam etiam ſequitur Socin. *conſ. 13. n. 1. vol. 4.* Alexand. & Imol. *in l. ſi quis miſſum §. judicis in princ. ff. de damno infecto*, & poſt alios ab eo relatos eandem ut veriorem ſequitur Ozaſc. *in deciſ. Pedemont. deciſ. 65. num. 13.* (apud quos reperies etiam, qui contrariam defendunt) tenent poſt aliquos Parlad. *lib. 2. rerum quod. cap. fin 4. p. §. 5. n. 7.* Ab. *in c. fin. de alie. jud. mut. cauſa facti.* Tiraq. *de retract. conventio ad finem tit. n. 171.* & indiſtinctè ſine ſcientia emptoris, tenent Peregr. *de jure fiſci lib. 4. tit. de litigioſis n. 9.* Belluga *in ſpeculo Principum rubr. 41. §. leges Regni, n. 45.* plurimus citat Marta *de juriſd. 4. p. cent. 1. caſu 25. n. 10. & 12.* Carol. de Tapia *ubi proximè.*

Sed quando actione perſonali non ad ipſam rem 174
alienatam lis pendet, ſed ad quantitatem pecuniæ debitæ, & debitor fortè timore executionis interim lite pendente alienat aliquam rem ſuam, an tunc executor directò pro illa quantitate debita poſſit exequi poſſeſſorem, etiam non præcedente à citatione in via ordinaria, & an ipſe ſua ſe poſſit tueri poſſeſſione; quæſtio multum eſt anceps, & inter utriuſque juris Doctores valde altercata, diverſimodè ſentientes, ſiquidem Cyn. *in lege 1. Cod. de alienatione judicii mutan. cauſa fact. quæſtione 9.* docet in re hac, ut quando tertius rei poſſeſſor dolo ſit poſſeſſionem adeptus, adverſus eum ſententiæ inter alios latæ executio directè porrigetur, nulla facta prius reſciſſione. Sed directò contrariam opinionem adverſus illum tenet B. *in l. 3. tit. 23. Cod. de pignoribus*, dicens, opinionem Cyni eſſe contra titulum *de iis quæ in fraudem creditor.* Sed Bald. inter illos medius diſtinctè procedit in re hac, quòd aut fit alienatio, dolúſque committitur fraudandi creditoris cauſa dumtaxat, & tunc executio adverſus emp- 175
torem tertium poſſeſſorem fieri nullo modo poſſit, niſi præcedente reſciſſione, judicio, & via ordinaria, ex tit. *de iis quæ in fraudem creditorem*, & ex doctrina B. aut enim committitur dolus cauſa ſubterfugiendæ, & defraudandæ executionis paratæ ſententiæ, & tunc directò executio adverſus tertium, qui dolo cœpit poſſidere, locum habebit; non ex capite, inquit Bald. vitii litigii (cùm in actione perſonali pro quantitate litigium nullum cadat) ſed ex capite contempti judicis, ac poteſtatis judicialis, ne judicia illuſoria ſint, & in vanum laborem incidant, & executoriales, quæ vix effectum poterunt ſortiri, ſi adverſus quemlibet ſucceſſorem, & emptorem rei, novo proceſſu, & judicio cogeretur creditor experiri, imò in longum protraheretur, cùm pendente lite cum tertio, ipſe iterum in alium alienaret, quod quidem foret infinitum. Hanc Baldus diſtinctionem conſtituit *in leg. ob maritorum. C. ne uxor pro marito, & in l. executorem C. de executione rei jud.* quem quidem ſequuntur Paul. de Caſtr. Iſſ. Zazius & Hercula *in l. à D. Pio, §. ſi ſuper reb. ff. de re jud.* Covar. *in pract. quæſt. cap. 15. n 7.* Villalobos *in Ærario commun. opin. litera A. n. 132.* Gregor. Lopez *in l. 13. tit. 7. p. 3.* Baldi opinionem æquiſſimam magiſque juri conformem dicit Parlad. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. 4. part. §. 5. n. 14. & 15.* & ſequutus Bal. *in l. creditores in quæſt. 4. verſ. videamus, C. de pign.* Iſſ. *conſ. 88. pro veritatis column. 3. & ſeq. lib. 3.* Alexand. *in l. ſæpenumero 69. verſ. una. ff. de re jud.* aſſignantem rationem, quia hic ſingularis ſucceſſor, non dicitur alius; ſed 176
idem cum eo, qui fuit condemnatus. Idem affirmat Cardin. Tuſch. *practicar. concluſ. tom. 3. litera E. concl. 488. n. 5. & n. 19.* Ozaſcus *in deciſ. Pedemon. deciſ. 65. n. 4. & 5.* Ripa *in l. 1. §. ſi hæres num. 21. & 22. ff. ad Trebell.* Petr. Surd. *conſil. 533. num. 4. & 5. tom. 4.* Carol. de Tapia *in compilat. jur. reg. Neapol. lib. 3. tit. de executio ſentent. rubric. 41. ritu 262. num. 6.* poſt Joan. Vincen. Anna. *ſingula. 29.* plurimos citant hac 4. *part. cap. 14. num. 112. cum ſeqq.*

Et licet Covar. & Parlad. ſuprà ſequuti diſtinctio- 177
nem Bald. ſurſum relatam minus advertenter percepere ejus verba, & ſenſum, ſiquidem, aſſeverant ex Bald. quòd ſi alienatio fiat lite pendente ob æs alienum ſuper actione perſonali, tunc alienatio facta rei alicujus per debitorem conventum, tanquam facta in fraudem executionis, indigeat actione reſciſſoria ordinaria & ſic quando alienatio fiat poſt cœptum jam judicium, ac ſi fiat ante litem conteſtatam, & ante litem

motam, tunc requiritur, ut reſcindatur ordinaria via, juxta, §. *item ſi in fraudem*, *inſtitut. de actio. l.1. §. neceſſario, ff. ſi ventris nom. mul. in poſſeſſionem*, longè nam-
178 que aberrant ab intentione Bald. ſiquidem Bal. loquitur quando erat lata ſententia, & in fraudem executionis jam paratæ, ſive miſſionis, putà quia res erat pro pignore capta, & ſola ſupererat miſſio, debitor tunc in fraudem, & contemptum judicialis poteſtatis, & ſubterfugiendæ executionis cauſa, rem alienavit, & ſic ſequitur, ut non ſufficiat, quòd alienatio hoc caſu fiat lite cœpta, & pendente, ut directò executor dirigat executoriales, inter alios expeditas, in tertium hunc poſſeſſorem emptorem, non præcedente via ordinaria actionis reſciſſoriæ, ſed neceſſe eſt, ut ad hoc facta fuerit alienatio, re jam judicata, & ſic quando eſt in via paratæ executionis, prout Bal. & cæteri Doctores dicunt. Et in terminis contra Jaſonem eodem modo, quo Covar. intelligentem Bal. meritò inſurgunt Ozaſc. *in d. deciſ. Pedemon. 65. ſub num. 4. propre finem*, poſt Ripam *in leg. 1. §. ſi hæres, n. 21. & 22. ff. ad Trebell.* idem etiam advertit Petrus Surd. *conſil. 233. ſub num. 5. tom. 4.* & nominatim referens Pedemon. *in d. n. 4. in fin.* affirmat Cardinal. Tuſchus *pract. concl. tom. 3. litera E. concl. 488. n. 5.* dicens, declara quòd ſi res ematur poſt ſententiam latam in actione perſonali, tunc datur executio contra emptorem tertium poſſeſſorem, quaſi emerit in præjudicium executionis ſententiæ, communem dicit Pedemon. *&c.* Eodem loquendi modo, hanc noſtram uti æquiorem, & juridicam opinionem probans utitur *deciſ. 128. n. 12.* Modern. Gall. *in conſil. 25. n. 7.* citatus à Surdo *ubi proximè*, & ita etiam dicunt Tapia, & Joan. Vincent. Anna, ſuprà adducti *num. 176.* Et ita etiam loquuntur omnes Doctores ferè ſupra citati in verſ. ſed quando actione perſonali, *&c. à n. 174.* quando debitor alienavit in fraudem executionis paratæ, non enim poteſt dici executio parata ante rem judicatam, & ante cauſæ cognitionem, *l. poſt rem judicatam, ff. de*
179 *re jud. l. nimis, propere 1. in ordine C. de executione rei jud. l. defenſionis facultas C. de jur. fiſci lib. 10.* & exiſtente re dubia, an ſit dubium, vel ne, quia in diſcurſu proceſſus multa poſſunt accedere, per quæ non capiat; quam opinionem contra Iſſ. Covar. & Parlad. veriſſimam exiſtimo, & ex mente neceſſariò Bal. à quo originem trahit, & ſic intelligunt cæteri Doctores omnes de hac re tractantes.

180 Quæ doctrina & ex eo comprobatur, quòd licèt quis poſſeſſor beneficii accuſatus de crimine, etiam merente ejus privationem ipſo jure; poſſit renuntiare illud, & etiam lata contra illum privationis ſententia, ſi ab ea fuerit appellatum, quia ejus effectus ſuſpenditur, ut poſt Rebuffum, Corraſ. Flamin. Pariſ. Joan. Gutierr. & alios reſolvit Nicolaus Garcia *de benef. 11. part. c. 3. de renuntiat. à n. 91.* (apud quem & Flamin. Pariſ. exactiſſimè videbis, quando beneficium dicatur litigioſum, quando aliquis eſt accuſatus de crimine,
181 ejus privationem merente,) at verò reſignatio, & alienatio facta poſt privationem per tres ſententias conformes; eſt nulla ipſo jure, tanquam facta jam in fraudem paratæ executionis, Hieronymus Gonzal. *in regul. de nen. & alter. gloſſ. 15. à num 147.* ſequitur Nicol. Garcia *de benef. d. 11. part. cap. 3. de renuntiatione §. 1. num. 93. in fi.*

182 Quam quidem doctrinam declara, ut pariter procedat in inſtrumento guarentigiato ad aliquam quantitatem, quòd cùm habeat executionem paratam ſicut res judicata, & de uno ad alterum valeat argumentum (ut alibi ſæpius diximus ſuprà hac 4. *part. cap. 5. n. 190.* & infrà *hoc cap. num 363.*) ſequitur ut poſt illud celebratum alienatione rei facta, locum habeat executio directò adverſus tertium emptorem, ita per hoc argumentum, & poſt alios dicit Tuſch. *ubi proximè n. 19.* quod ego intelligerem ſi petita ſit jam executio ejus virtute, & expeditum mandatum executivum, ſecundùm terminos conſilii Petri Surdi ſupra citato loco *à princ. & per totum*, ut clariùs cognoſcatur fraus alienationis ex ea cauſa; ſcilicet: fraudandæ executionis, quaſi dum quieſcit creditor, ipſe debitor ſit inanimadverſus ad differentiam alienationis poſt rem judicatam, cùm ex lite & controverſia jam ſic præcedente præventus præparet debitor machinationem hanc, nihilominus cogita an hoc requiſitum à me conſideratum, ſit neceſſarium.

183 An autem executor executorialium expeditarum contra aliquem beneficii poſſeſſorem, excedat illas exequando in ſucceſſorem illius condemnati, & ejus poſſeſſionem occupantem lite pendente. In quo negativè reſpondeo, ut ſcilicet executor non excedat ex
184 hactenus formatis doctrinis: & quia in beneficiis vitium litigii contrahitur, eò que afficiuntur, adeò quòd
185 titulus de litigioſis locum habet etiam in beneficialibus ſecundùm Philip. Franc. *in cap. 1. in gl. litigantibus, ut lite pendente lib. 6.* Lancel. Robert. *de attent. 2. part. cap. 4. in præfatione n. 463.* inferens ex hoc per Sarner. *in regul. de triennali*, quòd ſi beneficium, ſuper quo litigatur, alteri reſignetur, tranſeat in reſignatarium novum poſſeſſorem vitium litigii, habentem cauſam à litigante, Biſig. *deciſ. 1. ut lite penden.* Caſſiador. *deciſ. 8. ſuper regul.* Moheda. *deciſ. 207.* licèt alias deciſiones contrarium tenentes referat Palcot. *deciſ. 218.*
186 *dubitavi.* dicens, quòd Rota ſuper hoc ſemper varia-vit, & miror, tum, quia iſte habet cauſam à condemnato, & ſic executio etiam poteſt contra ſingularem ſucceſſorem habentem cauſam à litigante locum habere, etiam abſque novo alio judicio, ita reſolutum fuiſſe in una Romana Vineæ 10. Decemb. 1537. teſtatur Lancelot. *ubi proximè num. 466.* tenet latiùs Joan. Baptiſta, & Aſin. *in praxi judic. §. 31. cap. 2. in 24. ampliatione per totam*, ubi poſt B. & Paul. de Caſtro Joan. de Neviſ. *in conſ. 20. clementiſſime num. 13. cum multis ſeqq.* Petrus Anton. Neguſ. *conſ. 49. an fiſcus in princ. & per tot. lib. 1.* generale eſt enim in omnibus caſibus, in quibus executio ſententiæ inter alios latæ poteſt directò exequi adverſus poſſeſſorem rei tertium ſingularem. Hæc con-187 cluſio & doctrina procedit, & intelligitur, quando tertius poſſeſſor cauſam ſeu titulum habet ab illo condemnato, adverſus quem principaliter jus exequendi competit, non verò quando ab alio titulum habuerit, *leg. ſæpe ad finem, ff. de re jud.* Bar. *in l. 3. C. de pignor. n. 23.* Roderic. Xuarez *in rep. t. l. poſtrem. in declarat l. Regni limit. 1. ad legem Toleti.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 4. part. §. 5. n. 20.* Alexand. & Angel. *in l. 1. §. ſi hæres, percepto fund. 2. in 1. not. 2. ff. ad Trebel.* Iſſ. *conſ. 88.* Specul. *tit. de ſententiis. §. nunc de effectu verſ. item pone.* Roma *in cap 311. in caſu propoſito in tertia col. verſ. quoad ſecundùm.* Cardinal. Tuſchus *in pract. concl. tom. 3. lit. E. concl 488. num. 19.* cauſam autem habere, non ſolùm 188 accipere debemus, quando iſte tertius poſſeſſor ab ipſomet principali debitore rem nactus eſt immediatè, ſed etiam ſi alioquin mediatè, & per longam ſucceſſionem; puta aliis perſonis interpoſitis, cauſam, ſeu titulum ab illo traxerit, *l. hæredis, ff. de verbor. ſignific. l. qui per ſucceſſionem, ff. de regul. jur. l. ſicut §. ſuper vacuum, ff. quibus modis pignus vel hypotheca ſolvitur*, & bene advertit Parlador. *ubi proximè n. 20.*

Et inſuper certiſſimi juris eſt quòd intruſus in be-189 neficium lite pendente, nedum poteſt impedire executionem ſententiæ, & executorialium emanatarum contra primum rectorem ſeu poſſeſſorem beneficii; ſed etiam non excedet executor, directò exequendo hunc poſſeſſorem intruſum, quia adverſus eum procedit executio. Ita docet Creſcen. *deciſ. 217. & 238. in fin.* Aquil. *deciſ. 2. de tertio.* Caputaq. *deciſ. 287. lib. 1.* & per doctrinam Covarr. *in pract. queſt. cap. 15. n. 7.* idem dicit Tiberius Saluſtius *in praxi Auditor. Camera lib. 1.*

190 *l.b.1. cap.7. num.51.* qui quidem intrusi lite pendente, adeò odio in jure sunt affecti, ut executoriales obtentæ contra superstitem collitigantem, possunt contra hujusmodi intrusos exequi, absque vitio attentatorum, & excessu, ita determinasse Rotam in una Senogalien. parochialis de Mondulfo coram Oriano 9. Junii 1559. testatur Lancelot. *de attent. 2.part. cap.3. à num.99.* qui per 73. & 74. determinationem Rotæ in una Floren. 6. Julii 1558. dicit, quòd regulariter intimatis sibi literis executorialibus intrusi coguntur parere, sive intrusus sine titulo aliquo & propria authoritate intruderet se
191 in beneficio, sive titulum habeat, sed ab eo, qui illum dare non potest: Rota *dec.5. aliàs 533. & decis.13. aliàs 415. nota quod intrusus, de causa poss. & propriet. in an-*
192 *teiquis*, nec in talem intrusum facta executio sine novo processu, potest agere de spolio, ut fuit tentum in Rota teste Æguido *decis.709.* & Felin. *in cap. cum olim num.11. de re judic.* Caputaq. *decis.282. in princ. 1.part.* contra intrusum Crescentius *decis.142.* incipit *executoriales.* Si quidem capiunt, ac comprehendunt intrusos, & intrudendos lite pendente, Puteus *decis.*
193 *323. lib.1.* & ideo sententia lata contra capitulum, & executoriales decretæ in favorem alicujus afficiunt illum tertium, etiam non citatum, in quem capitulum tradiderat præbendæ possessionem lite pendente,
194 decidit Rota in una Placenti, præbend. teste Puteo *decis.62. per totam*, ubi dicitur, non habito respectu an esset sententia lata, sed ex quo lis erat, quòd ille tertius, cui erat tradita possessio, diceretur intrusus, & teneretur parere executorialibus, postea contra capitulum decretis per doctr. Bal. *in l.1. d. col.2. in fin. C. comm. dividundo.*

Et ratio quare contra istos intrusos lite pendente executoriales inter alios obtentas potest executor, directò absque novo judicio, & processu exequi, & dirigere; ea est ultra alias, quia cùm tot jurium dispositio-
195 nibus sit hujus intrusio, & beneficii litigiosi translatio prohibita propter decretum irritans, quod jura habent, ut *in cap. si hi contra quos, ut lite pendente, lib.6. & leg. fin. & toto titul. C. & ff. de litigiosis*, intrusi non solùm titulus, sed & possessio est infecta, inanis, non consi-
196 derabilis, nec restituibilis, careat siquidem omni juris fomento, & adminiculo, ita dicit eleganter Rota *decis.13. aliàs 16. n.3. de restitutione spoliat. in novis.* Crescent. *decis.217. aliàs 216. de re jud.* Lancelot. Robert. *de attentat. 2.part.cap.20. num.3.* idem repetit *in 2.p. cap.12. ampliat.14. à num.17.* ubi dicit, quòd intrusus lite pendente, non admittitur ad appellandum
197 ab intimatione executorialium inter alios expeditarum; quoniam ejus appellatio non retardat executionem ex eo, quia executoriales capiunt intrusos, & ejus possessio dicitur vitiosa, & attentata, & non habetur in consideratione, & quod per alienationem rei
198 litigiosæ lite pendente non transferatur possessio, nec etiam per precarium in ea appositum, tenet Afflict. *decis.33. quædam Diana num.2.* quem sequitur Menoch. *in 2. responso causæ Finarien. in 4. articulo num.56.* & iterum replicavit *in consil.2. magni ponderis num.291. lib.1.* Lancel. Rober. *de attent. 2.part. cap.4. n.452.* ubi *num.2.* reddit aliam rationem, & quòd clausula seu decretum irritans non solùm afficiat titulum, sed & possessionem, & ipsam reddat inanem, & inutilem, altiùs explicuimus suprà *lib.3. cap. de patro. Regio c.10. n.262. cum seqq.*

199 Pro quo facit insuper, quoniam executoriales decretæ inter aliquos super contractu, quo quis promisit rem, vel illam hypothecavit generaliter, aut specialiter pro debito, cum pacto tamen de non alienando quod vocant) id est promittendo, se pignus, vel hypothecam, aut rem sibi venditam, aut aliter promissam invito creditore non alienaturum; possunt in tertium talis rei possessorem directò exequi absque novo processu, quia alienatio postea contra hanc clausulam irritantem facta, nulla est *l. si creditor § fin. ff. de distractione pignorum, l. ea lege, C. de conditione ob causam, l. fin. tit.5 p.5.* & in terminis præclarè tradit B. *in l.3. C. de pignorib. num.6.* sequuntur Salic. *ibi*, & Anton. de Butr. *in c. quia G. num.13. de judic.* Ripa *in l.1. §. si hæres. ff. ad Trebell. num.21.* Menoch. plures referens *de adipisc. poss. rem.6. num.133.* Roder. Xuar. *ad l. Toleti lim.1.* Joan. Gutierr. *in l. nemo potest n.38. & 39. ff. de legat.1.* Villal. *in ærario commun. opinion. littera A. n.139.* Franc. Turza *in volum. commun. opin. lib.14. verbo pactum de ingrediendo.* Imol. & Iff. *in l. si quis ita §. ea lege ff. de verbor. oblig.* Parlador. *l.2. rerum quotid. cap. fin. 4.p. §.5. n.15. & 17.* Covarr. *lib.2. var. c.15.* Dueñas *reg.420. lim.1.* Anton. Gabriel *in volum. commun. opin. lib.2. titul. de pignoribus concl.1.* Greg. Lop. *in l.73. t.18. p.3. verb. milas enagenarias.* Emanuel Xuarez *in thesauro receptarum sentent. verbo alienatio, & verb. prohibitio.* Matthias Coller. *in tract. de proces. execut. cap.3. num.434.* Paz *in praxi 4.p. tom.1. cap.10. n.49.* & quotidiano rerum usu receptissimam esse hanc doctrinam, affirmat Felician. *in tract. de censibus lib.1. cap.4. n.6.* Matiensus *in l.1. tit.17. l.5. rec. gl.3. n.6.* & hanc etiam doctrinam probat in annui census, & redditus constitutione, ut post alios late prosequitur nostras Gaspar Rodrig. *de an. redd. lib.2.* 200 *quæst.9. à n.54.* quia hoc pactum de non alienando res censui suppositas, & hypothecatas fore admittendum in instrumentis annui census, ea ratione, quia solùm respicit securitatem creditoris, non tamen auget redditum, nec pretium diminuit, ex pluribus ab eo post alios adductis.

Prout etiam ille qui rem nactus est vigore contra- 201
ctus simulati, cùm non possideat, & nullitas contractus etiam possessionem inficiat, quæ remanet penes dominium, *l.2. C. plus val. quod agitur, l. nuda ff. de contrah. emptione*; non poterit talis possessionis virtute se executioni sententiæ inter alios latæ, opponere, nec impedire, sed adversus illum poterit executor executoriales exequi, ita eleganter dicit Bal. *in l. executorem col.3. C. de executio, rei jud.* Parlador. *lib.2. rerum quot. c. fin. 4.p. §.5. n.10.* Giurba *dec.22. n.8.* ubi & per totam decis. de infecta & nulla possessione ex contractu simulato, qui *num.10.* ampliat, maximè si fiat in fraudem & præjudicium tertii, quia non transfertur possessio, nec à transferente avocatur, etiamsi ab illa discedat Mascar. *de probat. concl.1196. n.8.* Farinac. *q.262. n.28. & 29.* Casanate *consil.25. num.6.* Menoch. *consil.1095. n.7.* Tiraquell. *de constit. part.3. limit.8. n.1.* infinitos penè congerit Giurba *d. num.10.*

Ex quibus omnibus, præsertim ex dictis decisioni- 202
bus, & authoritatibus adductis *à num.195. & seqq. suprà in vers. & ratio quare*, hactenus deducitur, nullitatem tituli, quæ non solùm illum inficit, sed etiam possessionem ejus virtute apprehensam, obstare tertio oppositori executionis; quia cùm possessio sit causa immediata, ad impediendum judicium executivum, ideo talis nullitas rectè attenditur, & admittitur, idem probat latè Alvarus Vallascus *in consolatione 55. per totam part.1.*

E converso autem ea nullitas, quæ tantùm respicit 203
titulum, jus, & injustitiam principalem opponentis, in hoc judicio executivo non admittitur, quia respicit petitorium, & ordinarium judicium, cui reservari debet, quia requirit ulteriorem indaginem (juxta ea quæ superiùs hoc *cap.* latè dixi,) & probat etiam Valasc. *ubi proximè ad fi.* qui postquam ad principium apposuit nonnullas exceptiones, quæ inficiebant possessionem allegatam per tertium oppositorem, quibusque constabat per clausulam constituti in illo casu non transtulisse possessionem; aliàs postmodum apposuit objectiones, & argumenta contra instrumentum illud, quæ respiciebant titulum, non autem possessio-

nem, ut patà; defectus insinuationis, non acceptationis, & similes, quas quidem dixit ipse Vallasc. *in fin. d. dec.* non obstare, nec admittit in hoc judicio executivo,
204 sed in plenarium reservandas, & insuper, quia ex actu nullo transfertur possessio, *l.1. §. si vir uxori, ff. de acquir. poss. cum concordan.* & sic de sola possessione docere sufficit in hoc judicio executivo, ad impediendam executionem, nec teneatur tertius eam justificare cum titulo, ut ex B. Paul. Ifi. Alexand. Cov. Escacia, & Parlad. dixi *suprà num.87. sub vers. cujus rei ratio est.* Et probatur etiam ex Rodrig de Amador. de quibus *in vers. proximè sequenti à num.215.* licentibus, & bene aver-
205 sus cum tertium, in quem res emphyteutica alienata est, inscio domino, non habere locum viam executivam, contra Parlador. contrarium dicentem, motum, quia alienatio fuit nulla, quod ita vidi jam practicari à viris doctissimis, & terminari etiam. Faciunt etiam quæ ex pluribus DD. dixi *suprà à n.93.* quòd possessio tertii comparentis executioni patitur controversiam, ubi alia ad propositum.

206 Quod quidem & fortius redditur ex eo, nam licèt quando agitur aliquo remedio possessorio exceptionis quæ attingunt proprietatem; non admittuntur, sed judicio plenario reservantur (ut est notum) quia de sola possessione tractatur; tamen illæ exceptiones proprietatis, quæ tendunt ad destruendam, & inficiendam pos-
207 sessionem, omnino admittendæ sunt. Ita docet eleganter Bald. *in leg. naturaliter §. nihil commun. ff. de acquir. poss.* quem sequitur Alexan. *ibi num.24.* & Ripa *n.81.* Molin. *de Hispan. primogen. lib.3. cap.13.* facit etiam quod mirabiliter dixi B. *in l.1. & parvi refert, ff. quod vi aut clam. n.3.* quem sequitur Ab. *in cap. item cum quis*
208 *num.9. de restit. spol.* quòd in remediis possessoriis admittuntur omnes exceptiones excludentes qualitatem à jure, vel statuto requisitam, ad hoc ut competere possit. Idem sequitur Gregor. Lopez *in l.7. tit.4. part 5. in gl. verbo, possession. & in l.2. tit.14. part.6. verbo, luego.* Mol. *ubi proximè n.14.*

209 Et hæc omnia confirmantur, quoniam generale est in omni possessorio adipiscendæ, tam in prophanis, quàm in beneficialibus; ut ad obtinendum in possessione sufficiat titulus coloratus (& coloratus dicitur, quando processit ab habente potestatem) nec exigitur, quòd alia ostendatur validitas tituli, nisi quoad formam extrinsecam, nec recipitur quæstio de tituli invaliditate, sic pulchrè scripsit Guido Papæ *quæst.85. in curia* sequitur Decius 200. *consil.220. in causa col.2.* sed ante eos Paul. Castrens. *cons.255. n.4. in 1.* Ferret. *consil.1. n.4. 5. & consil.27. n.4.* Natta *consil.411. n.9.* Menoch. qui alios refert *consil.199. n.42.* & apud Puteum *decis.99. n.9. lib.1.* Ozasc. *decis.116. n.7.* latissimè idem Menoch. *de ver. poss. rem.3. n.334. & num.588. & infrà in tract. de recuper. art.15. n.463. & seq.* Mandos. *in comment. regul. Cancel. regul.16. q.27. n.6. & 7.* Rebuff. *in tract. de concord.* Gall. *in tract. de pacif. possess. n.32.* Peregrin. *in tract. de fide art.48. n.31.* & rectè faciunt quæ ipse *ibid à n.29.*

Pro quibus quidem fortiùs etiam faciunt, quæ superiùs resolvimus hoc *cap. sub 4 concl. vers. nunc tractandum*, an habens possessionem rei *à num.10.* quibus resolvimus, ideo ei, cui judex nulliter, non ritè nec
210 rectè procedens tradidit possessionem, sibique executioni opponenti, hujus possessionis virtute, obstare nullitatem, cùm hæc nullitas inficiat titulum & possessionem, ubi plurimas adduximus Rotæ decis. & doctrinas, quæ rem hanc verissimam reddunt, & rectè comprobant, quas vide omnino.

211 Pro quibus etiam & illud simile facit, quoniam licèt confessio partis valideat nullitatem, & defectus ordinis judicialis processus, ut latè per Mascar. *de probat. lib 1. concl.244. num 4. & concl.3. 7. num 3.* ubi de communi. Rolan. *consil.31. num.4. lib.1.* infinitos congessit Farinac. *in pract. crimin. tom.3. quæst.81. cap.2. à n.66. cum pluribus seqq.* ubi multis modis ampliat, & itidem limitat; tamen quando nullitas non solùm processum,
212 verùm & ipsammet confessionem inficit, tunc confessio nihil operatur, nec validat processum, ita post multos tradidère Vantius *de null. in rub. quibus mod. sent. null. repar. n.126.* Alexand. Stiat. *in pract. jud. c.19. n.50.* Flam. Carta. *de executio. sentent. c. fin. n.216.* Bruno à Sole *in suo compendio vers. confessio invalida vers. seq. fol.46. à tergo.* Roma. *cons.167. n.3. in fin. & n.4.* Marsil. *consil.14. n.3. & n.17. & consil.29. num.9. & 49. in fin. & consil.46. n.19.* Bertaz. *consil.341. n.17. l.2.* Rolan. *consil.31. num.8. lib.1. & consil.27. n.23. & seqq. lib.3.*
213 Farinac. *ubi proxime n.87.* igitur idem dicendum in nostro casu; quòd ubi agitur de sola possessione disceptanda, nullitas contractus, & tituli non obstat, tamen quando nullitas etiam possessionem ipsam inficit, obstare debet.

Et circa hanc quæstionem, an nullitatis tituli excep-
214 tio admittenda sit, ad impediendum executionem juxta doctrinam Alvar. Vallas. *loco sup. à citato* in terminis Gemin. *cons. cap.16. in fin.* Decius *cons.439. n.4.* Gozad. *consil.6. num.7. & cons.103. n.10.* Marsil. *singula.274.* Gozad. *cons.103. num 10.* idem Gemin. *cons 57. col.3. poss num.3.* & optimè, & latè videndum est per Felin. post alios ab eo citatos *in c. cùm super n.16.* ubi Ab. *de re jud. & in cap. veniens, el 2. n.13. de testib.* ubi plura adducit, & quod nullitas tituli tertii oppositoris comparentis ad impediendam executionem non sit replicanda, nec opponenda, nec admittenda, tradit Corset. *lib.2. forens. quæst.4. vers. præmissis.* Instrigl. *decis.46. n.38.* Apostill. ad Petr. de Greg. *de censib. q.6. n.95.* quod fuit originale Zabarel. *in cap. cum super*, ubi Felin. *num.6. de re jud. & in d. cap. veniens colum. vers. quinta conclus.* & alii relati à Marsil. *sing.274. & in tit. de Bannit. verbo, nullitas n.72.* Bal. *in fin. C. de edicto divi.* Gozad. *consil.103. num.20.* Roland. *consil.5. n.2. volum.2.* Montier. *decis.42. n.96.* Cartarius *dec.147. n.4.* Alban. *cons.92. n.5. & 6.* Giurba *dec.22. n.7.* Caroc. *except.69. sub n.29.* ubi plures, quæ doctrina fallit, quando nullitas est evidens & notoria, quia tunc admittitur contra tertii oppositoris titulum. Giurba *ibi n.18.* Calderin. *consil.161. alias 6. tit. de proba.* Menoch. *de adipisc. remed.4. n.624.* Tuschus *tom.8. litera T. concl.82. n.2. & 3.* & nos suprà *à num.100.* Fallit etiam, quando nullitas inficit etiam possessionem tertii, quia amittitur ex hactenus dictis *à num.202.* & ita loquitur Giurba *d. decis.22. per totam*, dummodo probetur incontinenti ex iis quæ nos infrà *cap.13. à n.49. & seqq.* ubi aliqua adducit in comprobationem, quæ hìc inferenda sunt, & suprà *à n.99.* faciunt etiam ad nostrum propositum, quæ ibi *à n.93.*

Sed qui erit dicendum de executorialibus expedi-
215 tis contra emphyteutam, quoad canonis rei, quam in emphyteusim habet, solutionem, an exequantur directò adversus tertium rei possessorem, in quem emphyteuta alienavit; & videtur quod sic, nam canon pro re emphyteutica potest per dominum exigi ab eo tertio possessore directè; quia est onus reale, & super ipsa impositum, & jus quoddam prædio inhærens, quod rem sequitur, & comitatur quocumque varet, dat, sicut umbra corpus, & tributum rem tributariam, & ita prædia ipsa conveneri, dicitur text. *in l.2. & l. fin. C. sine censu vel reliq. & l. cum possessor. §. fin. de cen. sibus l. imperatores, ff. de public. & vectiga.* & in terminis, quòd executio pro canone directò possit intentari adversus hunc tertium rei emphyteuticæ possessorem tenet Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 4. part. §.5. n.5.* dicens, quòd alienatio rei emphyt. inscio domino est nulla.

Sed contrariam sententiã, & opinionẽ rectè defen-
dit adversus eundem Parl. Gaspar Rodr. *dicto lib.2. q.*
tum.

*num.*61. quem ſequitur Amador Rodrig. *de executione cap.*4. *num.*48. motus nam licèt hic tertius rei emphyteut. poſſeſſor directò conveniri poſſit tanquàm poſſeſſor rei, qua jus eſt, & onus reale inhærens, *ex dictis*
217 *jurib.* & latè Cuia. *lib.*3. *var. cap.*7. *n.*9. Alvar. Vallaſ. *de jure emphyteu.* 1.*p. quæſt.*32. *num.*13. *verſ. ſed & illud* Joan. Gutier. *lib.* 2. *pract. quæſt. quæſt.*1671. *n.*4. Azeb. *in l.*1. *tit.*5 *l.*5. *recop. n.*8. & plures alii ab eiſdem citati: tamen verum eſſe exiſtimat Rodrig. *ibi n.*53. *&* 61. Amador. Rodrig. *dicto num.*48. quando tertius hic rei poſſeſſor convenitur via ordinaria ratione ſpecialis hypothecæ, quam Dominus in te habet, non tamen adverſus eum via executiva agi poteſt, tanquam ſingularem rei poſſeſſorem, in quem locum non habet, niſi priùs conjunctus condemnetur, nam licèt hipothe-
218 caria contra nominatum in inſtrumento redditus, & ejus univerſales ſucceſſores, & heredes ſit executiva, tamen contra tertium ſingularem poſſeſſorem; quia via ordinaria, non eſt executiva, experiundum, niſi ipſe fecerit inſtrumentum recognitionis cenſus, aut ca-
219 nonis in forma publica, ut latiùs per eoſdem ibi. Quod velim declares juxta terminos à nobis hactenus traditæ doctrinæ circa res litigioſas alienatos, ut ſcilicet,
220 quando ante litem motam ſententia in rem judicatam tranſactam, vel anteaquam inſtrumentum guarentigiatum habens executionem paratam, in judicium proponatur adverſus emphyteutam pro canone res emphyteutica alienata fuerit, nam tunc procedit doctrina Rodrig. at lite pendente ſuper dicto canone, aut ſi rem emphyteu. alienavit, aut poſt præſentatum in judicium contra illum inſtrumentum guarentigiatum, tunc cùm afficiaret vitio litigii contra illum directò executoriales dirigi poſſunt ex ſupradictis.

221 Unum in hac materia utile non omittam advertere, quòd in omnibus iis caſibus, in quibus diximus, executorem executorialium inter alios expeditarum, poſſe directò exequi tertios poſſeſſores, ſeu alios, quibus
222 afficiet res judicata, etiam ſi citati nec vocati fuiſſent ad proceſſum. Licèt igitur poſſit adverſus eos executio directò dirigi ſine novo proceſſu, & nova cauſæ cognitione ſui juris; tamen non eſt facienda executio abſque nova citatione hujus tertii. Ita eleganter declarat Nata *conſ.*350. Auguſtin. *num.*3. *lib.*4. Lancel. *de attent.* 2.*p. cap.*4. *in præfatione, n.*462. qui loquuntur in tertio poſſeſſore rei adeptæ, & alienatæ lite pendente. Afflict. *deciſ.*379. *n.*9. Capicius *deciſ.*128. Petrus Surd. *conſ.*533. *ſub num.*4. Hieron. Gabriel. *conſ.*52. *num.*9. *tom.*1. poſt alios. Cujus ea eſt potiſſima ratio, quam non reddunt prædicti, quoniam licèt in executione, & in iis caſibus, in quibus aliàs citatio non requiratur, vel ubi requiritur præceſſit jam; tamen ubi datur in quolibet judicio ordinario, aut executivo, rei aut perſonæ mutatio, tunc nova citatione, novàque interpellatione opus eſt, ut ſuprà hoc *lib. c.*5. poſt *princ. verſ.* ſed in hac contrarietate, *&c.* latè diximus à *num.*8. cum *ſeqq.*

223 Et quia licèt novus proceſſus, & judicium neceſſarium non ſit cauſæ principalis, & ſuper jure poſſeſſoris, tamen neceſſarium, ut adhibeatur aliqua cauſæ cognitio ſummaria, & incontinenti (prout judicii executivi natura poſtula) ut ſuperiùs ſuper illa qualitate, & adminiculo, quod cauſa eſt, ut adverſus illum tertium, & non citatum executio locum habeat. Ita dixit eleganter Rota, teſte Puteo *deciſ.*215. *l.*1. *n.*5. dicens, quòd licèt executoriales comprehendunt intru-
224 ſos, & intrudendos, & tamen non ſufficit probare quòd ille de præſente poſſideat, ſed neceſſarium eſt, probare, quòd lite pendente incœperit poſſidere, & in facta alienatione rei litigioſæ, ut debeat liquidari, &
225 verificari, jam alienatio fuerit facta lite pendente & an ex cauſa neceſſaria aut voluntaria, tenent Bal. *in leg. unic. in fi. C. de alienat. judicii mutan. cauſa facta.* Paul. de Caſtro. *in leg. à divo Pio, §. ſuper rebus. ff. de jud.* Lancelot. *de attenta* 1.*p. cap.*3. *ſub num.*81. Hieronym. Gabr. *conſ.*52. *à num.*9. *tom.*1. Et hoc licèt obiter; dicit etiam Covar. *in pract. quæſt. cap.*14. *n.*7. *ſub verſ. imò ex hac opinione, poſt medium*, idem affirmant etiam 226
Afflictus & Capicius *ubi proximè*, dicentes omnes ut pro hujus articuli & ſummariæ cauſæ cognitione, citatio ſit facienda, quod veriſſimum puto & tenent ultra relatos Menoch. *conſ* 319. *n.*12. Cancer. *in reſol. cap.*17. *num.*463. Carpanus *ad ſtatum Mediolan.*160. *num.*34. Giurba *deciſ.*62. *num.*17. Cancer. *cap.*12. *numero* 17. 2.*p.*

An autem executor excedat ſi virtute executoria- 227
lium expeditatum inter alios directò exequatur contra ſequeſtrum, ſeu eum, in quem lite pendente res fuit depoſita, ſuper qua litigatur, tradenda, & reddenda vincenti, vide quæ in hujus quæſtionis reſolutione diximus ſuprà 2.*p. cap.*16. *à num.*84. *& ſequen-* 228
tibus. Et quid adverſus fidejuſſorem in cauſa principali de judicio ſiſti, vide Bernardum Diaz *in regul.*67. ubi latè per regulam, & limitationes. Et an fidejuſſor, judicator ſolvi, poſſit impedire executionem 229
ſententiæ latæ contra principalem, pro quo fidejuſſit, & an legitimus ſit contradictor, vide quæ latè per Martam *in tract. de juriſdictione centuria.* 2. *cap.*178. per totum. Et an ſolvens alicui de mandato judicis 230
poſſit ſe executioni factæ opponere, & an dicatur legitimus contradictor, vide duas Rotæ deciſiones apud Proſperum Farinacium 448. *&* 449. *in noviſſimis* 2.*p.* & vide quæ nos latè ſuprà *cap.*7. *à n.*151. *cum ſeqq. hac* 4.*p.*

Et unum eſt notabile, & ut executor non exce- 231
dat, ſi executoriales expeditas contra uxorem virtute debiti contradicti ante matrimonium, exequatur adverſus maritum (illo denuo tamen citato, ut ſuperiùs advertimus à numero 222. ex mutatione perſonæ) ſuper bonis datis in dotem, quando alia propria bona mulier non habuerit, ita Capicius *deciſ.*128. Ariſmi Tepatus *tom.*1. *tit. de execut. ſententiarum, col.*4. *ad finem fol.*349.

Executoriales itidem expeditæ contra procurato- 232
rem in rem ſuam condamnatum nomine proprio, qui tamen ſolvendo non eſt, tunc dirigere eas poteſt executor in bonis principalis abſentis, non citati, ut probat text. *in leg. auth. qua in provincia. C. ubi de crimine agi oportet*, quam alleg. gl. *in leg. vendit. verb. ſolver. in finem* & per eam id tradit Bal. *in auth. ſi captivit. n.*6. *C. de Epiſc. & Cleric.* Barboſ. *in dicta leg. venditor n.*201. *&* 202.

Sed quid dicendum, an ſententia lata contra emp- 233
torem, poſſit fieri executio in bonis venditoris, aſſiſtentis defenſioni litis, juxta text. *in leg. venditor, ff. de re jud.* & quod poſſit, firmat gl. *verb. ſolvere. in fi. in dicta leg. venditor*, quam ſequuntur B. Angelus & Paulus Caſtra, & alii communiter *ibi*, ut teſtatur Cagnol. *ibi num.*25. qui omnes, & Jacobi, *ibi num.*7. reſpondent ad illam difficultatem, quæ in contrarium urget, nempe, quòd cum petitur res certa, in ea debet fieri executio præcisè, *leg. qui reſtituere, ff. de rei vendicatio*, & ſic impoſſibile eſſe poſſe fieri executionem in bonis venditoris aſſiſtentis, qui rem petitam minimè poſſidet, cui igitur ipſi reſpondent, gloſſam intelligendam eſſe quando emptor ultra rei reſtitutionem fuit condemnatus in fructibus, & expenſis, quorum reſpectu fieri poteſt executio in bonis venditoris aſſiſtentis, ſequitur Xuarez *in tit. de los emplacamientos. §.*5. *num.*18. quam gloſſæ opinionem magis communiter receptam eſſe, teſtatur Barboſ. *in dicta leg. venditorem numero* 198. qui *à numero* 193. plura adducit jura & fundamenta.

Sed ab hac gloſſæ opinione recedunt Lancelot. Decius *ibi in fi.* & probat Cagnol. n 24. Barb. *in* 197.

cæt.

cum ſeqq. qui quidem communiter reſpondent juribus, & fundamentis contrariæ partis, ſed revera eorum reſponſio mihi non applaudit, quam quæſtionem pro nunc ampliùs non examino.

234 Sed quid dicendum in filiofamilias efficaciter obligato ex contractu, vel quaſi, cujus eſt virtute condemnatus: an fieri poſſit executio in bonis adventitiis, in quibus ſibi pertinet ſola proprietas, uſusfructus tamen patri, & an executor in prædicta proprietate poſſit
235 executoriales exequi. Suppoſito, quòd filiusfamilias exiſtens in poteſtate patris, poteſt efficaciter obligari ex contractu, vel quaſi, & ex judicio, præterquam ex mutuo, juxta text. *in leg. tam ex contractibus, ff. de jud.* & ibi Paul. & communiter Doctores, *l. qui Romæ*, §. *Angerius, ff. de uſufr.* text. *in l. fin. §. pupill. eod. tit. l. prætor ait*, §. *ſed & filiusfam. ff. de edendo, l. ſi quis cum filiusf. ff. de pecul. l. 1. per tot. ff. ad Macedonianum* per argumentum ab ſpeciali *l. 1. & per totum, ff. eo tit.* bonus text. *in l. filiusf. l. 12. ff. de action. & obligat.* & ibi gl. ordinaria B. Alberi. Angel. & communiter Doctores, de quo art. doctè tractat Anton. Gomez *tom. 2. variar. cap. 15. à n. 11.* igitur reſolvendum eſt, quod ſi talis
236 filius condemnatus habeat bona caſtrenſia, vel quaſi, in eis fiet executio, qui reſpectu eorum reputetur paterfamilias; & idem eſt ſi habet bona adventitia, quorum uſusfructus non quæritur patri: quia ſunt propria ipſius filii, & pleno jure ſibi pertineni, & in eis reputatur ſui juris, juxta textum *in l. fin. §. filiis autem, C. de bonis quæ liberis*, text. *in auth. excipitur, eodem tit.* de quo videndus latè comprobans Antonius Gomez *ubi proximè*, ubi etiam quando filiusfamilias habet bona pro-
237 fectitia, ut in eis non fiet executio, cùm pleno jure ſint patris, cui non poteſt per filium præjudicium fieri, textus eſt *in l. eum oportet C. de bon. quæ lib.* & ibi communiter Doctores.

238 Si verò filiusfamilias habeat bona adventitia, quorum uſusfructus pertinet patri, tunc affirmandum eſt, quòd etiam in ſola proprietate non poſſit fieri ſolutio, & executio; primò per textum expreſſum *in leg. ſi. §. filiis autem, C. de bonis quæ liberis*, ubi diſponitur,
239 quòd filius nullo modo poſſit proprietatem ſuam alienare per contractum, vel ultimam voluntatem, ſine conſenſu, & voluntate patris, ergo efficaciter cenſetur prohibita executio in eis, cum ſit perfecta alienatio, & alienationis effectus perfectio, & conſummatio. Se-
240 cundò, quia prohibita alienatione, cenſetur prohibitus omnis actus, per quem pervenitur ad eam, argumen. text. *in l. oratio ff. de ſponſalibus*, text. *in leg quod dictum. ff. de pactis* text. *in leg. cùm leg. ff. de fidejuſ.* text. *in l. fin, C. de rebus alienis non alienand.* text. *in l. fin. §. ſed quia, C. commun. de leg.* text. *in l. 1. verſ. fin. C. de fundo dotali* & in terminis ita tenet Albericus *ibi in l. & ſi condemnatus, ff. de noxalibus*, & idem videtur tenere Bart. *in l. ſi ſtrito, §. ſi de vectig. ff. de damno infecto, col. fin. verſ. vel melius*, optimè & latè Anton. Gom. *lib. 2. var. c. 15. n. 12.* ubi poſt plures alios, quod ſi filius nulla habeat
241 bona, poteſt pro debito incarcerari, ſicut ſi eſſet ſui juris, juxta text. *in l. penult. C. qui bonis cedere poſſ.* qui quidem Anton. Gomez *num. 13.* videndus eſt, ubi co-
242 piosè tractat; an proprietas bonorum adventitiorum, quibus pater habet uſumfructum, poſſit confiſcari pro delicto commiſſo à filio.

243 Sed ſucceſſive quæro: an quemadmodum lata ſententia, & decretæ executoriales in favorem actoris poſſidentis ſuper interdicto retinendæ poſſeſſionis prodeſt ejus hæredibus, & ſucceſſoribus, ut ſcilicet, ipſi in ſua poſſeſſione defendant, & tueantur, juxta text. *in l. ſi Titius §. Celſus. ff. de aqua, pluvia arc. l. qui alter, §. hæc verba, ff. quod vi aut clam.* nam ſucceſſor utitur ſui
244 autoris acceſſione, cùm res judicata rei cohæreat, *l. exceptiones, §. rei, ff. de exception. l. ſi ante §. ult. ff. de exceptione rei jud.* Joan. Fabius *in §. retinendæ, n. 30. verſ. ſed quid contra, inſtitut. de interdicto*, quia iſta hæredis & ſucceſſoris poſſeſſio non eſt nova, ſed antiqua illa anteceſſoris, ſuper qua retinenda obtinuit, *&c.* poſt alios Menoch. *de retinen. poſſ. rem. 3. à n. 823.* & quod de novo beneficii poſſeſſore dixi *3. p. cap. 3. n. 42.* ut competant remedia poſſeſſoria pro re beneficii, quam non ille, ſed prædeceſſores poſſederunt.

An autem eodem modo ſit dicendum econverſo; an ſententia lata in judicio retinendæ poſſeſſionis con-245 tra defunctum poſſit exequi contra hæredes, & ſucceſſores condemnati, ad non perturbandum: & an executor excedet: ſi in illos exequatur executoriales hujuſmodi; & quòd excedat, probatur, quia adverſus illos executio hæc locum non habet ex eo, quia hoc factum hæredis novum factum dicitur, & nova turbatio, cùm una ſit defuncti poſſeſſio; altera hujus hæredis, juxta *leg. cum hæredes, ff. de acquir. poſſ.* fieri ſiquidem poteſt, quòd hæres juſtè, cùm tamen defunctus injuſtè perturbaret, quippe non vi, non clam, non precariò ab adverſario poſſidet, juxta *l. adeò §. hæres ff. ad exhibendum*, quia ex propria perſona, & ex nova cauſa quæſtionem metitur hæres, & per hanc rationem hanc ſententiam probant, & defendunt Innoc. *in cap. Abbate, col. 2. ac verbor. ſignif.* quem ſequuntur ibi Butri. Joan. And. Bal. *in d. l. de eo, § hæres ff. ad exhibendum*, idem docuit Joan. Faber. *in §. aque, n 31. verſ. interdicto nihil inſtitut. de actio.* quam opinionem plurics probavit Conſilium Neapolitan. teſtatur Afflict. *dec. 145.* Capicius *deciſ. 1. n. 11.* Rebuff. *in commentar. ad regias conſtitut. Gall. tom. 3. tit. de cauſa benef. poſſ. a. 11. gl. 1.* qui ejuſdem ſententiæ recenſet Pariſ. *in c. veniens de except.* Menoch. *in tract. de retinend. poſſ. rem. 3. n. 828. cum ſeqq.* ubi latiùs ſatisfacit ad aliquas objectiones, quas contra hanc opinionem, & doctrinam inſurgit, & conſiderat Faber. *ubi proxime*, quibus omnibus ſatisfacit ex eo, quòd hæc non eſt illa poſſeſſio, ob quam lata fuit ſententia, exequenda contra defunctum illum. Et quia nec dici poteſt hæc nova poſſeſſio vitioſa, cùm non perſona defuncti, ſed hæredis conſideretur, & ita ſumus extra caſum *l. an virum, & l. cum hæres, ff. de diverſis & temporalibus præſc. l. vitia. C. de acquir. poſſ.*

Hanc eandem opinionem ſequitur Gaſpar. Rodrig. *de ann. redd. lib. 1. cap. 17. num 44. ad fin.* per Vincentium de Franchis *deciſ. Neapolitan. 199. p. 1. per tot.* Sed circa hanc doctrinam adverte, quòd *in d. ſeſſione Neapolitana*, omnes tenuere ſenatores, attendendam eſſe cauſam poſſeſſionis hæredis, an poſſidere appareat jure hæreditario, & ex perſona defuncti, an jure proprio, & alia cauſa diverſa, ut in priori caſu non procedat iſthæc noſtra doctrina, quia tunc facienda ſit executio adverſus hæredem, ne ejus malitiis indulgeatur. Secundo autem caſu, habere locum noſtram opinionem, hæc eſt doctrina Zabarellæ *in d. c. Abbate col. penul. verſ. oppono ad ho.*, qui intelligit doctrinam Innocent. ubicumque hæres non poſſideret ex perſona defuncti, ſed aliunde poſſeſſionem quæſiviſſet. Capicius *in d. deciſ. 1.* ſentiens difficultatem, dicit, quòd licèt Zabarel ſentiat eſſe onus de neceſſitate probandum per hæredem de nova ejus, & aliunde quæſita ſua poſſeſſione: tamen Imol. & Joan. And. & Ant. de Bur. ponunt hoc in poſſibilitate probandi, non in neceſſitate. Dicitur inſuper *in d. deciſ. 199. ſub n. 6.* quòd licèt Sacrum Concilium pluries fuiſſet ſequutum opinionem Innocentii, ut per Cap. & Alciat. reſponderur, quòd in iis deciſionibus, per Afflict. relatis, non fit mentio, & quòd ſuper ea non fuit facta diſcuſſio, quæ omnia nota, quia multum temperat opinionem Innocentii, ſed ſuper illius reſolutione cogita. Menoch. tamen *ibi numero 832.* poſt Rebuffum *ubi ſuprà num. 2* & Capic. *in d. deciſ. 1.* opinionem Fabri defendi poſſe, videri; ſi agatur ex actione judicati (de cujus actionis tamen natura vide, quæ latiùs diximus ſuprà *cap. 3. à num. 39*

ad,

246 id differentiam judicis officii.) Et an & quando in Salviano interdicto executorialium expeditarum possit executio impediri , vide Rotæ decisionem apud Farinac. 1. *p. noviss. decis.* 280. *per totam.*

247 Rursus quæri potest, an executor datus pro executione executorialium, & sententiæ latæ contra debitorem alicujus quantitatis; excedat, si illam exequatur in alium debitorem condemnati , cum quo lis agitata non fuit. In quo est brevibus resolvendum, quòd ad hoc ut executor hic possit , absque excessus reatu executoriales exequi in condemnati debitorem, necessariò, & præcisè requiritur , ut debitum in eo sit statu, ut debitum ab illo possit exigi via executiva, ut putà, vel quia ipse debitor condemnati confiteatur debitum , (quia confessio executionem paratam habet, *lege post rem. ff. de re jud.*) aut contra ipsum rem jam judicatam nactus fuerit condemnatus, vel quia sit ei obligatus obligatione guarentigiata, igitur ut executor possit executoriales exequi contra eum, præcisè & necessario requiritur ut aliter adversus illum debitorem locum habeat via executiva ; si autem ab eo via executiva debitum exigere non poterat suus creditor, & ipse non confiteatur, sed negaverit potius debitum, præcisè est necessarium, ut coram suo judice ordinario, aliis competente, actio-

248 ne personali conveniatur , & via ordinaria probetur debitum , & de eo convictus condemnetur, & demum obtenta re judicata contra illum, poterit tunc executor executoriales, adversus ejus creditorem condemnatum expeditas , exequi ; & tunc non excedet.

249 Hanc doctrinam mihi probat in terminis textus elegans *in auth. de collator. §. eas autem, vers. si autem aliquis collatione 9.* cujus sunt verba mirabilia (loquendo de executoribus. (Si autem aliquis pro veritate publica debens tributa, dicat executori, esse sibi alium debitorem, non licere executori molestiam aliquam denominato inferre , nisi priùs debitor probetur , hoc tamen priùs requiri apud judicem provinciæ , si pro veritate debitor est is, qui denominatus est, & ita fiat executio.) text. est etiam expressus *in leg. à divo Pio. §. si quo ff. de re jud.* ibi : Posse enim nomen jure pignoris capi, Imperator noster rescripsit , sed utrum confessi nomen tantùm capi possit ; an etiam si neget quis se debere ; videamus. Et magis est, ut id duntaxat pignori capiatur, quod confitetur , cæterùm si negetur, æquissimum erit discedi à nomine , nisi fortè quis exemplum sequutus corporalium pignotum , ultra processerit , dixeritque, ipsos debere judices de nomine cognoscere, ut cognoscunt de proprietate , sed contrà rescriptum est : idem etiam probat bonus text. *in leg. si in causa judicati :* ibi, debitoris ejus conventi ad solutionem authoritate præsidis provinciæ compelluntur.) *C. quando fiscus vel privatus debitoris sui debitores convenire possit vel debeat:* optimus etiam ad idem text. *in l. 3. C. eod. tit.* ibi, Si debitum non inficiantur ii quos obnoxios debitoribus fisci esse, proponis : potest videri non esse iniquum, quod desideras, ut ad solutionem per officium procuratoris compellantur , nam si quæstio aliqua refertur , id concedi non oportere, etiam ipse perspicit, &c. (probat *leg. etiam* juncta *l. eos;* ibi apud Rectorem conveni provinciæ , qui sive debitum confessi sive negantes, & convicti fuerint condemnati, &c. cum latæ sententiæ captis pignoribus, ac distracti, secundùm ea, quæ sæpe constituta sunt, meruerint executionem, juris formam tibi custodiet.) Ex quibus quidem omnibus juribus duo colliguntur, valde in praxi utilissima, ut executor non possit exigere debitum à debitore condemnati , nec virtute executorialium sibi commissarum, ab illo via executiva debitum exigere , nisi adversus illum aliter etiam viam executivam creditor condemnatus habuerit, vel fuerit confessus : Secundum quod si hac via executiva aliter ab illo exigi non possit, vel non confiteatur debitum, sed negaverit: tunc in illum via ordinaria actione personali conventum, convictum, & condemnatum coram suo judice competenti , poterit ita demum executoriales adversus suum creditorem expeditas executor exequi , interim conquiescens.

Hanc eandem conclusionem probat Bal. *in leg. etiam in prin. C. de execut. rei jud.* gl. Cyn. Bar. & alii communiter Doctores *in dicta leg. 2. quando fiscus vel privatus;* Salicet. *in d. l. etiam.* Specul. *in tit. de 1. decret. §. restat. n. 4. & 6.* Cyn. *in d. l. 2.* Ang. *in l. à divo Pio §. sic quoque in prin.* ubi etiam Immol. *col. 1. vers. & hæc vera ff. de re jud.* Petr. Surd. *cons. 41. to. à prin. & per tot.* qui *sub n. 2.* post Bal. & Sal. *in d. l. etiam,* dicit, quia talis executor excedit terminos executionis, quia sit in re aliena, non autem in re debitoris , vel per ipsum possessa, & ideo in subsidium capiuntur nomina ejus, aliis deficientibus, & ideo requiritur, ut confiteatur debitor, ut in executionem judicati capi possit. Nam quemadmodum creditor condemnatus non poterat exequi suum debitorem absque confessione, re judicata, aut instrumento guarentigio, sed debeat eum via ordinaria convenire, ita servari debet in obtinente contra condemnatum creditorem executoriales, ex cujus jure, & persona agit, ne fiat per alium deterior ejus conditio. Et hanc distinctionem latè prosequitur cõprobans Guid. de Zusa *in tr. de just. guar. à n. 25. usque ad n. 32.* cui plura applicat fundamenta.

Hæc adduxi ut clarius convincatur Petr. Surd. *dicto* 250
cons. 4. dum *num. 27.* dicit, quod si iste debitor condemnati negaverit debitum, & probetur per authenticum instrumentum , etiam non habens executionem paratam, vel aliter, quod tunc poterit in eum fieri executio propter mendacium, & calumniam convictam, per Spec. *in tit. de 1. decr. §. restat. n. 4. & 6.* & per Cyn. *ubi suprà,* & Bal. *in l. 1. n. 10. C. de conven. fisci debito.* sed convincitur evidenter ex tot juribus, & authoritatibus, notissimisque juris principiis comprobatis, quia confessio non requiritur hoc casu ad probationem debiti , quia foret angustare probandi facultatem; sed quia executio adversus illum locum habeat, quia confessio habet executionem paratam *dict. leg. post rem. in d. ff. de re jud.* & facilis sit exactio non expectata re judicata, coram judice competente obtenta contra illum negantem, suspensa interim executione executorialium, ex dictis juribus. Speculator autem & cæteri loquuntur , quando debitor negat debitum, ut de eo constet (prout requiritur) summariè debet constare creditorem condemnatum habere hoc jus, secundùm Ang. *in l. à divo Pio §. 2* 251
si quoque in prin. de re jud. ubi Immol. *col. 1. vers. & hæc vera* Alex. *n. 2. Iff. n. 1.* & Salic. *in d. l. 2. quando fiscus vel Prælatus,* & idem Salic. *in l. etiam n. 2. C. de executio. rei jud.* qui dicunt, quòd si negetur debitum, tunc summariè probandum est, quia de eo debet constare: & ad hunc effectum duntaxat , ut nomen illud debitoris , & jus creditoris condemnati tale , quale sit detur in solutum ipsi creditori obtinenti executoriales , prout in simili dicimus, quando quis est condemnatus pro quantitate, & fieri vult executionem in re debitoris, & alius tertius compareat & alleget possessionem ejus, non tamen dominium , tunc si pro parte condemnati doceatur summariè de dominio ipsius, & ad se spectare, tunc victor qui executoriales obtinuit , mittitur in possessionem seu quasi illius juris , dominii, & actionis, quæ potest, vel poterat competere condemnato , ut via ordinaria 252
ea actione possit convenire possessorem oppositorem absque cujus præjudicio hæc missio fit, & sine sui juris detrimento aliquo, ita per Bal. *in l. etiam col. 3. n. 15. C. de execut. rei jud. & in l. ob marit. C. ne uxor. pro marit. col. 2.* Paul. Castr. Alex. *n. 12.* Vinc. Herc. *col. fin.* Iff. *n. 12. in d. §. si super reb.* post Cuma. *ibi* Covar. *in pract. q. c. 16. sub. n. 4. vers. quartum tribus iis conclusionibus.*

Et eodem modo procedunt in nostro casu supra citati Doctores Cyn. Specul. & Bal. ut dato in solutum hoc jure, & actione, quam in nomine debitoris habet,

vel prætendit condemnatus, constituto de eo jure, summatim priùs poterit eam actionalem personalem intentare contra debitorem negantem, via ordinaria, & contra suo judice competenti, ex Covar. & cæteris allegatis modo prout contra illum suus creditor condemnatus poterat experiri, non aliter iste est text. expressus *in leg. final.* ibi, In solutum nomine debitoris dato, non aliter, nisi mandati actione, ex persona sui debitoris, adversus ejus debitores experiri potest: suo autem nomine utili actione rectè uteretur. (*C. quando fiscus, vel privatus, leg. negantes debitores*, ibi convictos autem condemnari, ac juris remediis ad solutionem urgeri convenit, *&c. C. de actio. & oblig. & l. etiam*, juncta *l. eos*, *C. de executione rei jud.*

253 Et ideò nota, quòd in propositum dicit idem Bal. *dicta leg. etiam n.*3. ibi, Sed si debitor negat, sed privatim convincitur de mendacio per publicum instrumentum respondetur, nec tunc fiet executio secundum gl. Alii dicunt, quòd imò tunc dicas, quod aut potest convinci per instrumentum, quod habet executionem paratam, ut per instrumentum sententiæ, vel juris jurandi, vel more Tuscorum per instrumentum guarentigiæ, vel more Perusinorum per instrumentum confessionatum, & tunc fiet executio, negatione non obstante, quia non requiritur strepitus judiciorum in instrumentis exequibilibus, vel post rem judicatam: aut tale instrumentum non habet paratam executionem, & tunc quia lis sub judice esse potest, negatio rem debitum facit, ac ideo inexequibilem. Ita debet intelligi quod notatur *in leg.*2. *suprà quando fiscus vel privatus.* Hæc ille, quo quidem insuper convincitur evidenter Surd. & ita etiam loquuntur cæteri Doctores *ad princ. hujus art. citat. n.*24. quod est indubitabile.

Et postquam hæc ita scripta habui, inveni Parlad. *lib.*2. *rerum quot. c. fi.*5. *p.* §. *n.*45. tangentem nostram quæstionum resolvénsque *ex leg. à divo Pio* §. *sic quoque ff. de re jud.* per quam ita ait (nomem debitoris in causam judicati capi non posse nisi quando alia bona defuerint, sed & tunc tantum modo capi posse quando debitor confiteatur debitum non si neget,) sequitur, & facit (quid ergo si debitor malitiosè neget, & interest, an negatio evidenter malitiosa sit, an secus, nam si manifestò malitiosa ut puta quia constat, de debito, aut per rem judicatam, aut per contractum guarentigium, executioni locus erit, non ita distinguunt Immol. Alex. Paul. & Ild. *in d.* §. *sic quoque.*) Hæc ille, qui quidem iterum ibid. sequitur, & facit ad propositum illius, quod
254 ultimo loco nostræ difficultatis à n.51. diximus, ut scilicet quod si nomen creditori detur in solutum, tenebitur ille hunc alium debitorem noviter convenire ex utili actione, sibi ex adjudicatione nominis acquisita, juxta *d.* §. *sic quoque*, ubi B. & gl. *in l.*1. *C. de prat. pignore*, in quo debebit juris ordo servari, *l.*1. *C. de jur. hastæ fisc. lib.*10. & Suarez *in l. post rem q.*2.

255 Quæ regula primò fallit in annuis pensionibus, siquidem in illis ac immobilibus directò & indistinctè executio locum habebit secundùm Bal. *in l. etiam, C. de*
256 *execut. rei jud.* Alex. & Ilf. *in d.* §. *sic quoque.* Parl. *ubi proximè n.*44. Secundò, fallit in pecunia debitoris, quæ apud argentarium, vel depositarium sit; quia pariter executio locum habet, probat text. *in d. l. à divo Pio, ff. de re jud.* Parlad. *ubi proximè n.*45.

257 Ad præsentis capituli materiam aliquæ sunt constituendæ regulæ, quibus executoriales inter alios expeditæ, aliis, etiam minimè ad earum processum vocatis præjudicent, vel non, &c. ut facilius detegatur, an executores excessum hunc de persona ad personam commiserint, vel non, & ut per consequens, an ab eo appellationi emisse, quando deferendum in supremis prætoriis declarabitur, juxta quæ à prin. hujus capitis dicta remanent, & ad cognoscendum, an executoriales expe-
258 ditæ contra patrem in adventitiis filii, Prælatum in bonis Ecclesiæ tutorem, aut alios legitimos administratores possit exequi adversus filium, Ecclesiam, minores, & similes absque metu excessus & an possit impedire executionem hujusmodi ratione sui juris cõtra se factã.

Et prima regula constituenda est, ut sit animaadver-259 tendum, quo ipse jure ipsi administratores legitimi & comparuerint in judicium, & in progressu causæ agendo, vel deferendo, nam ad hoc ut acta, & processus & inde executoriales contra se latæ possint nocere præbendis, filiis, & similibus, debet in libello inseri nomen administrationis legitimæ, ita docent B. *in l.*1. ubi Ang. *n.*7. *ad fi. C. de bonis maternis* ubi dicunt, quod pater qui 260 est à lege legitimus administrator bonorum adventitiorum, tam in agendo, quam defendendo, filii, juxta *l.*1... *de bon. mat. & l. cum oportet*, §. *non autem, C. de bon. quæ liberis*; tenetur hanc qualitatem legitimi administratoris inferere in libello, idem B. *in l. patr. qui castr.* 261 *n.*2. *ff. de castr. pecul. & in l si infant. n.*2. *de jure li.* Petr. de Anc. *in c. accessorium, c.*14. *vers. quid si excommunic. de reg. jur. l.*6. Tiraq. *de retra. lignag.* §.10. *gl.*1. *à n.*3. per text. *in l.*2. §. *sed si forte*, ibi, vel vir, uxoris nom. (& iterum, §. *ad quod, de tutore* ibi, non tamen quasi tutor.) *ff. jud. solut.* Bar. *in l si verò in prin. ff. de sol. l. exigendi, C. de procur.* ibi, actionem Patris nomine dirigat, *&c.* Maria. Soc *in c.*1. *col.*37. *vers.*15. *quæro, de lib. oblatione*, Fel. *in cum olim col.*4. *sub n.*4. *vers. quo autem nomine, de test.* Fulg. *in d. l.*1. *n.*7. & cum eo Corneus *n.*3. & Faber ibi, dicentes, quòd verba libelli referenda sunt ad personam filii, Matth. de Afflict. *l.*2. *constit. rub.*9. 262 *n.*12. *ad fi.* gl. quæ idem voluisse videtur *in l. cum dos* 7. *verbo produc. ff. de pactis dotal.* & dicit Bar. *in dict. l.*1. ex cõmuni practica nominari solere patrem, & filium.

Nam si hæc qualitas administratoris omittatur, in 263 dubio videtur actum facere, & causam proponere nomine proprio, non alieno *l & magis, ff. de solut. & l. Papinia*, & ibi gl. & Alberic. *ff. mandati, l. pro hæred. ff. de acquir. hæred. l. si ita stipulatus fuero*, §. *Chrysogon.* & ibi B. *ff. de verb. oblig.* quod Pulchrè, & scienter declarat Mar. Soc. *in c.*1. *in* 7. *art. prin. q.*6. *de libelli oblatione*, facit etiam text. *in l.*1. §. *ult. ff. de novi oper. nuntia. l.*1. *ff. de off. proc. Cæs.* & quod tradit gl. *in l. sciendum*, §. *tutor. in verbo habent. ff. qui satisd. cogan.* & quod scribi. Joan. Andr. post Guid. Tute. *in add. ad Specula tit. de conjuncta persona*, §.1. *col.*1. Tiraquel. *de retract lignag.* §.10. *gl. unit. n.* 264 3. *fol.*273. quod tempora prout infrà a num.285. Sicut è converso, quando qui dicit actum agens, Titius pater, seu procurator, negotiorum, gestor, rector, vel administrator, tutórve Titii duntaxat, absque alia expressione, sed hac adhibita solummodo qualitate, intelligitur agere nomine alieno, non suo, text. (qui loquitur in institore.) *in l. ult.* & ibi B. (qui etiam trahit ad procuratorem) *ff. de instit. actio* & voluit gl. *in l. quacunque in verbo procurat ff. de procur.* & B. *in l.*3. §. *sed & si cum tutor ff. jud. sol. & in l.*1. §. *nunt. solut.*2. *vers. aut opponitur nomen. ff. de oper. non nuntiat.* Alber. *in rubr. C. de procur. num.*4. *& in l.*1. §.1. *ad fi. ff. de adm. tuto.* ubi loquitur de tutore Bal. *in l.*1. *in fi. C. de sent. & interloc.* Mar. Soc. *in d. c.*1. *in* 7. *art. prin. q.*6. *de libelli obl.* & in eo qui tanquam maritus agit, idem voluit Bal. *in cap. constitutis, vers. quæro cum gl. de proc.* quos, & alios nuncupatim sequitur Tiraq. *ubi suprà n.*4.

Et ex hac doctrina per Bart. *ubi proximè*, idem de-265 ducit, & probat. Fel. *in d. c. cum olim, de testib. sub n.*4. *d. vers. quo autem nomine*, &c. quòd prælatus Ecclesiasticus agens, vel defendens in judicio Ecclesiam super ejus bonis tenetur, agere, & causam proponere nomine Ecclesiæ, non autem nomine suo proprio. Ita dicunt ibi Innoc. & cæteri, & Lapus *allegat.*52. Speculat. *in tit. de proc.* §. *ratione quoque constituentis vers. quid si aliquis*, & Archid. *in c. non liceat* 12. *q.*2. Immol. *in clem.*1. *n.*7. *col. de rescript.* & communiter tradi solet *in cap. fi. de dilat.* qui omnes idem intelligunt in procuratoribus, &

aliis,

aliis, qui agunt, & defendunt Ecclesiam, vel in defectum, vel negligentiam Prælati, pro quibus etiam facit text. cum materia *in cap. quoniam Ab. de off. delegati. & in l. ff. quod cujusque univers. nomin.*

267 Pro iis etiam est text. elegans *in l. tutorem ff. de his, quibus ut ind gnis*, quo expressè probatur, ut processus & sententia, & acta cætera gesta per tutorem nomine pupilli, non præjudicant, nec obsunt juri competenti ipsi tutori, quod suo proprio nomine in judicium non deduxit, & sic solùm obstat pupillo, reddens text. rationem *ibi*; discreta enim sunt jura, quamvis plura in eadem persona devenerint, aliud tutoris, aliud legatarii, & cùm non suæ personæ jure, sed pupilli accusaverit, propriam pœnam inferri non debet, *&c.* facit *frequens in fin.* cum ibi notatis per Joan. And. Ex quibus dixit post alios Van. *in tract. de null. sent. ex defectu mand.* quòd si aliquis constituerit procuratorem dicens, ego Titius Rector talis Ecclesiæ constituo procuratorem Sempronium, ad agendum adversus P. super causa domus suæ Ecclesiæ, quam movere contra illum intendo, *&c.* & ad alias omnes causas ad Rom. Cur, legitimè devolutas, & ad omnes, *&c.* ut procurator istius mandati vigore non
268 poterit pro me agere (dempta causa, in qua specialiter constituitur) nec comparere, nisi dumtaxat in causis, quarum exercitium competit mihi constituenti, uti illius Ecclesiæ rectori, non tamen in causis patrimonii mei, & mihi tantùm respectu meæ personæ, vel respectu alterius officii, aut dignitatis competentibus, quia inspicitur quo jure constituerim procuratorem, & sic ut Rector Ecclesiæ. Æguid. *concl. 5.* incipit *generale. circa medium, & 548. concl. quod si, &c. & coocl. 423. si monachus.* Decius *cons. 77. col. 1. vers. sed tamen iis lib. 1.* & clarius per Rom. *cons. 88. tribus in princ.* quibus quidem
269 etiam dicunt quòd si constituens non potest, nisi uno jure constituere, simpliciter constituendo, videtur eo nomine constituere, quod potest videlicet nomine officii seu administrationis, quam habet.

270 Quibus rectè convenit, quod singulariter tenuit Lud. Rom. *cons. 446. & cons. 496. in 1. dub.* quem exaggerans sequitur Maran. *de ord. jud. 4. p. 16. à n. 17. fol. mihi 142.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 10. gl. unic. & 7. fol. 173. ut in noviori impressione fol. 347.* ubi multa accumulat, quòd quando maritus, qui ut talis & legitimus administrator potuit comparere in judicio, & eo jure omisso comparuit tanquam procurator uxoris, cùm in rei veritate non haberet mandatum, processus, & indicium nullum erit, nec salvabitur illa alia via legitimi administ-
271 ratoris, eique imputatur, quare talē viam elegit, agendo, ut procurator, & loquendo in conjuncta persona. Idem etiam tradunt Bal. & Salic. *in l. 1.* ille *col. 1. vers. ulterius oppono.* Ille *col. 2. vers. oppono quod etiam*, & ibi quoque ab Anton. Alex. *C. de procur.* per ea quæ notat gl. *l. filius in gl. ult.* ibi, vel hic prætor. *ff. qui satisdare cogantur*, ipse Bal. *in c. nōnulli, col. 2. vers. nota si quis impetrat.* & ibi Barb. *in §. sunt & alii.* Felin. *col. 14. vers. limit. 2. de rescr.* Bal. *in c. ex par de cani. col. 3. v. sed quid si conjuncta.* Alex. & Iff. *in l. exigendi*, ille *col. 2. in ult. fallent.* hic *col. 3. in 6. fallen. C. de procur.* & ibi Iff. & ad id facit optimè text. *in l. 3. §. sed & si forte, ff. judic. solvi.*

272 Obiter adnotandum, quòd maritus pro uxore potest agere sine mandato; & sine cautione de rato in rebus paraphernalibus, vel cum cautione in cæteris rebus (de dotalibus non loquor, in quibus maritus jus habet uberius, *l. doce ancillam, C. de rei vind. cum simili*) sed quæ de aliis dixi notantur *in l. 3. §. sed & si. ff. judicatum solvi. & in l. 2. maritus de procur. & in c. constit. eod. tit.* & ubique gl. & DD. & latè Alex. *cons. 42. super præmiss. col. 6. vers. nec obstat quòd dicta bona lib. 1.* Corn. *cons. 190. ad evidentiam col. 3. lib. 3.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 10. gl. unica & 1. n. 1.* qui sequutus Corneum, plus dicit, quòd maritus censetur habere mandatum, ad administranda bona paraphernalia, per textum (quem dicunt ad hoc singularem) *in l. si ego §. per. & ult. ff. de jure dotium.*

Hinc est, quòd licèt is qui primum locum obtinet 273
defensionis, quando patiatur, ut alius quem negotium tangit, secundario & in consequentiam agat, & litem tractet, sibi scienti præjudicet sentencia lata, *l sæpe, ff. de re jud.* text. *in c. pen. eod. tit.* Jacob. Cancer. *var. resol. 4. p. cap. 16. n. 52.* hoc tamen intellige, si ille ageret nomine proprio, secus si nomine tertii, cujus ipse nullum mandatum haberet, quia tunc non fit præjudicium tertio, etiam scienti id, ut notant B. & omnes *in d. l. sæpe.* Cancer. *ubi proximè n. 51.* nisi ille, tertio in judicio præsente, nomine ejus comparuisset, ut egregiè innumeris relatis tradit Alex. *in d. l sæpe n. 87. & 93.* Pinel. *in l. 2. p. 2. c. 1. n. 18. C. de rescind. vend.* Jacob. Cancer. *var. resol. d. 2. p. c. 16. n. 51.* vide infrà *à n. 327.* quæ omnes doctrinæ temperantur, & declarantur, prout declaramus eadem infrà *à n. 285. cum seqq.* ubi mirabiliter exponuntur omnes, quas adduximus *à n. 257.* hucusque.

Quare meritò sequitur, ut condemnatus respectu 274
officii, cujus nomine comparuit, & condemnatus fuit, poterit ratione sui juris comparere, & impedire executionem ex supradictis, & quia ubi non concurrit identitas personarum rei, & causæ, non intrat exceptio rei 275
judicatæ, juxta *l. cum quæritur cum seqq. de except. rei. jud.* & ibi per DD. Ab. *in cons. 50. n. 2. cum seqq.* Decius *cons. 96. col. 1. vers. 445. n. 45.* sed si quis egit nomine administrationis, & officii, quod gerit, condemnatus, uti administratur, ut in hospitalario dixit Rota *decis. 1. post prin. de restit. spol. in novis.* Æguid. *decis. 5. ante medium, & dec. 584.* & ideo si ipse non est vitiosus possessor rei 276
lite pendente, sed ante eam possidebat, poterit ratione sui juris impedire executionem, quia possidet, & comparet uti alius quilibet extraneus, privatus, & sic tunc repræsentat aliam novam personam; hoc est, se ipsum uti extraneum, & particularem, licèt antea fuerit condemnatus uti administrator, & hospitalarius. Ita eleganter valde dixit Rota Rom. *in decis. 100. ex novem n. 4. & 5. part. 1. noviss. divers.* reddens insuper rationem, 277
quia in separabilibus potest quis repræsentare duplicē personam, & considerari tunquam alius, & non tanquā ipse, *l. si pater, §. si duo*, ubi gl. & Bal. *ff. de adopt.* cum aliis adductis per Aymon. *de antiq. temp 4. p. n. 142.* & regulariter inquit Rota eadem ibi attendi debet qualitas 278
sub qua fit dispositio, vel actus, & à nomine dignitatis ex argumento, & à præsupposito, & à nomine dignitatis officii & appellatione, juxta *c. quoniam Ab.* & ibi notata *de off. de leg.* gl. B. & alii *in l. mancipia C. de servis fugitiv.* Signo. *cons. 37. dub. 3.* Alc. *tom. 1. l. 2. cons. 3. n. 2.* Everard. *in dec. 36. 79. & 81.* ac ideo sequitur manifestè, ut licèt sententiæ condemnatoriæ sint latæ contra aliquem tanquam administratorem alicujus perso- 279
næ, seu Ecclesiæ, tamen quando ipse prætendit rem possidere jure proprio, uti res patrimoniales, & uti suas proprias, & particulares, & probat incontinenti, admittendus est omnino, ut dicit Rotæ dicta elegans decisio *ibi sub n. 5.* quæ omnino est videnda *n. 21. & seqq.*

Et faciunt ad propositum multæ congestæ doctrinæ per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1 gl. 9. à n. 266. cum seqq.* & suprà *à n. 263. fol. 70. & in noviori impress. fol. 154.* & melius *n. 271. fol. 155. in noviori impressione*, ubi quod 280
tutor, curator, vel administrator, qui vendidit rem pupilli, vel administrationis, potest ut consanguineus jure proprio retrahere postmodum, nec sibi verditio, à se facta præjudicat, ubi multis doctrinis, juribus, & autoritatibus comprobat, quæ nostræ conducunt.

Et in corroborationem illud rectè facit quod supe- 281
riùs diximus sub *n. 245.* ex Vinc. de Franc. *in decis. Neapol. 199. p. 1. per tot.* post alios tenente, quod licèt executoriales expeditæ contra defunctum in interdicto retinendæ, non possint exequi contra ejus hæredem, quia alia est possessio istius, alia defuncti, hoc procedere

(dixit) quando hæres possidet ex persona, & jure suo, aliundéque possessionem quæsivit; secus tamen quando possidet ex persona, & jure defuncti, ut tunc executio locum habeat contra illum. Facit etiam in auxilium dictæ Rotæ decisionis doctrina Alex. *cons.4. vers. inspectis n.7. in fin. vers. nec agenti lib.2.* dum dicit, quod sententia lata contra unum agentem, tanquam ex alia
282 persona, puta, administratore, Prælato, *&c.* illi non præjudicat in judicio, quo venit ex nova persona, Alexan. sequitur Card. Tusch. *pract. concl. lit. R. concl.268. n.21. tom.6.* rectè etiam convenit, quod ex Hieron. Gabriel. *consil.52. a.9. tom.1.* diximus superiùs sub *n.172.*

283 Præfatæ tamen Rotæ decisionis doctrina, ut comparens nomine, & interesse proprio, ad impediendum executionem sententiæ, contra eum latæ, ut administratorem, & nomine, seu respectu dignitatis, fallit, ut non procedat, quando comparens nomine alieno dicit, comparere etiam pro interesse suo, quia tunc sententia lata contra principalem, etiam ipsi administratori, etiam uti privato nocet, ita Alex. *consil.36. dicis quæ. lib.1. in fin.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.7. lit.S. concl. 174. n.43.* quam limitationem ut elegantem nota.

Fallit etiam & secundò; quando administrator con-
284 fitetur lite pendente possidere nomine Ecclesiæ, ut administrator; quia tunc postmodum ad executionem impediendam sui juris, & possessionis intuitu, audiendus non est: prout eleganter limitat dicta Rotæ *decisione 100. ex novem. à n.21. & seqq. p.1. divers.*

285 Unum porrò est necessarium, quod advertit doctissimus Pinell. *in l.1. C. de bonis mater. 2. p.n.63.* & præcipuè *64. fol.54. colum.3.* quòd licèt Doctores videantur innuere, necessarium requiri pro forma libelli, & judicii; ut pater agat, vel conveniatur expressè ea qualitate legitimi administratoris, ipse tamen putat verissimum; libellum, & judicium sustineri, licet ea clausula deficiat, si in prosecutione causæ deducuntur, & explicantur jura litigantium, ex qua causa seu titulo, vel petuntur, vel possidentur. Ex quo constabit, agens, vel defendens, an jure suo, an jure administrationis, & officii agit litémque prosequitur, quam probationem aptam esse, etiam ad sustinendum libellum ineptum, dicit vir ipse ex gl. quam vocat celebrem (*in l. §. si quis argent. verbo, juranti, ff. de pos.* ibi, nisi postea probetur.) quam etiam extollunt DD. secundùm Felin. *in cap.2. num.4.*
286 *vol.2. de libel. oblatio.* notabiliter Iff. *in l.1. ex n.6. de off. accessoris*, & præcipuè inquit (ultra alias rationes) locum habere, ubi proceditur attenta veritate facti, sublatis formulis.

287 Quod ulteriùs probatur ex celebri Bartoli doctrina *in l. si pupillus § 1. col.2. vers. si verò non dicit, ff. de negot. gest.* ubi docet, quòd licèt administrator non dicat expressim, se negotium facere administratorio nomine, si tamen expressit causam tangentem administrationem, videtur expressisse alterius nomine agere, per text. *ibi,*
288 *qua creditorem tuum, vel pignus tuum liberet, &c.* quod nota, inquit B. quia ob expressionem causæ præsumitur actus fieri contemplatione, sive nomine ejus, ad quem ea spectat B. referens sequitur etiam Tiraq. *in propos. de retract. lignag. §.10. glos.1. & unica n.5. fol347.* in noviori impressione, adducans rationem legis *in agris. ff. de acquir. rerum dominio, cum concordantib.*

289 Et ideo dicit Bart. *in l. si fundum per fideicommissum, in princip. ff. de legatis 1.* per illum text. quòd si procurator dicit, ego Titius nuntio tibi, ne ædifices in tali re Sempronii, vel vendo tibi talem rem Sempronii, videtur actum facere nomine Sempronii, ad quem res pertinet, non nomine suo, sequitur ibi Imol. Bart. *in l. numer. ad fin.* & ibi Bal. *C. de rei vindic.* Fel. *in cap. cum M. Ferrariens. sub n.2. de constitut.* Tiraq. *ubi supra*, dicentes, sufficere quamlibet demonstrationem.

290 Hinc tutor contrahendo de re spectante ad pupillum, præsumitur nomine pupilli agere, *l. ad negotiationem, ff. de administratione tutor.* Bald. *in l. si parvus, col.2. C. communia utriusque judicii.* Corneus *cons.27. num.7. lib.2.* Alciat. *præsumpt.14. n.2.* & in specie procuratoris idem respondit Decius *cons.77. n.13. in fin.* Menoch. *tractat. de præsumpt. præsumpt.49. n.5. lib.3.*

Prout etiam si ipsa sententia simpliciter loquatur de 291
persona Patris, seu nomine proprio administratoris, si tamen ex actis, & processu constet egisse ut legitimus administrator, prout rector, aut Prælatus Ecclesiæ, non proprio sui ipsius (secundùm ea, quæ hactenus dicta sunt) ita pariter sententia administratorio nomine, scilicet, intelligenda est. Enimverò sententia dubietas 292
declarationum, & interpretationem recipit ab ipsis actis, & processu, è quibus emanavit. Corneus *cons.10. n.2. vol 4.* Alexand. *cons.49. n.8. lib.7.* idem Craveta *consil.186. n.5.* Soc. jun. *cons.181. n.70. lib.2.* Menoch. *consil.80. à n.39.* Seraph. *dec 354. n.18. tom.1. & dec.279. eod. tom.* ubi inquit, quòd ambiguitas sententiæ recipit
293 declarationem ex actis, imò etiam eam recipit à libel-lo, ut probat Seraph. *in arest.640. n.2. & n.18. tom.1.* & non pluries passim alibi altiùs tractavimus, nempe infrà *cap.22. a n.62. cum pluribus seqq.* ubi quam plurima videbis ad propositum nostrum.

Et tunc etiam, quia sententia intelligitur lata ex 294
qualitate, & causa in libello deducta, quamvis in eadem sententia non exprimatur, gl. *in l. hæc in re causæ de suspect. auto. l. si quis ad exhibendum. ff. de executione rei jud.* gl. nota *in l. & puto § 1. famil. erciscis.* Bar. *in l.1. C. de errore calculi.* Bal. Novell. *in tr. de dote n.2.* Phan. *tr. de lucro dotis in rubr. n.39. fol. mihi 26. in parvis*, & comprobatur ex doctrina à Bart. *in l. ita stipulatus, §. Chrysogon. ff de verb. oblig. in penult. col.* dum dicit, quòd si aliquis pro-
295 curator alterius ab initio cœpit agere causam procuratorio nomine, licèt postea in prosecutione fiat etiam à se aliquis actus simpliciter; tamen intelligitur repetita illa qualitas, scilicet procuratorio nomine, per text. *ibi* cum gl. & notat idem B. *in l. qui servum*, per illum text. *ff. de interrogat. actio.* B. *in l. procurator, qui pro victione, ff. de procur.* optimè Fel. *in cap. cum Ferrariens. de constitut. n.2.*

Hinc est, quòd si contractus plura habeat capitula, & 296
in uno fiat mentio officii, in aliis autem contrahentes simpliciter loquantur, totus contractus eodem modo debet intelligi scilicet repetita qualitate officii, quia illa qualitas informat omnem obligationem, Bald. *in l.* 297
procurator. ad fin. ff. de procur. Mantica *in tract. de contractib. lib.2 tit.1. n.3.* quoniam una pars contractus, ab alia potest declarari, arg *l. aurum*, & ibi Bal. & Angel. *ff. de petit. hared & l. qui filiabus, de leg.1.* Decius *cons.48. col. ult. vers.5.* Purpura. *cons.473. n.20.* Craveta *cons.418. n.13. in fin.* Mantica *ubi proxime.*

Quò pertinet, quod dicit Cravet. *cons.231. n.14.* quòd 298
petens reddi rationem administrationis, res & quantitates administratas, debet specificare, quas quidem si à principio non exprimit, sed in persecutione causæ, & hoc simpliciter absque eo, quòd esse administrationis, dicat, intelligitur, id fecisse ex causa administrationis, sequitur Menoch. *de præsumpt. lib.3. c.49. a.10.* Et generaliter est advertendum, quòd potest conjecturis 299
constare, quem agere, vel contrahere nomine alieno, & administrationis, ita docet Bald. *in l. si patruus, n.4. C. communia utriusque jud.* sequitur Menoch. *ubi proximè præsumpt. 46. num. fin.*

His conveniens est, quòd licèt aliàs libellus genera- 300
liter, & incertus non admittitur, tamen si ex persecutione causæ, prout ex probationibus, & aliis actibus declaretur, & quæ actio fuerit intentata, constiterit, rectè procedit, juxta gl. *in l.1. § si quis argentum ff. depos.* Pan. & alii declarant *in c. significantib. de libelli oblat.* Franc. Ripa *in c. cum Eccles. sutrina, n.19. de causa poss. & propr.*

Secunda regula sit, ut iis omnibus, quibus sententia, 301
& res judicata præjudicat, pariter omnia acta processus,

&

& judicii nocent,& præjudicant,mirabiliter text. eam ita probat *in cap. inter dilectos, verſ. nec atteſtationes de fide inſtrum. l. ſed & ſi poſſeſſor. §. fin. §. de jurejur.* melior text. *in l. Juliæ, C. de commiſſ.* ſingularis ad hoc ſecundùm Iſſ. *in leg. dedic. in princ. n. 3. ff. qui ſatisdare cogant.* Innocent. *in cap. cauſam quæ 1. num. 3. de teſtibus,* ubi Joan. Andr. *col. 2.* Hoſtienſ. *col. 2.* Butr. *n. 6.* Bal. *n. 2.* Anchar. *num. 3.* Imol. *colum. in princ.* Aret. *n. 10.* Abb. *num. 3.* Felin. *num. 26.* Decius *n. 5.* Bart. *in l. ſi ſuperatus num. 4 ff. de pignor.* idem Bart. *in l. ſæpè num. 12. de re jud.* & ibi Alexand. *n. 123.* idem Bart. & cæteri communiter Doctores *in l. ſi mater. §. item ſi rem, ff. de exceptione rei. jud. & in l. 2. n. 14. verſ. ſed an porrigatur, C. de edendo,* ubi poſt cæteros ſcribentes adnotavit Purpura, *n. 127.* atque Decius poſt Alexand. quem refert in pluribus conſiliis *n. 66.* idem B. & DD. *in l. qui repudiantis §. 1. n. 4. verſ. nam & regula eſt, ff. de in offic. teſtam.* ubi per Doctores ſcribentes Matthæus Afflict. *deciſ. Neapol. 396. in cauſa comitis n. 3. & 7.*

302 Hinc etiam eſt, ut in ſucceſſoribus, quibus præjudicat ſententia, & judicii acta, pariter inſtantiam cœptam, & in eodem ſtatu, mortuo primo agente, ſeu defendente tranſire, certiſſimum eſt ac ſequens ſucceſſor in eo ſtatu ſubire tenetur judicium, quo à prædeceſſore fuerit relictum, ut in ſucceſſore in beneficio, præbenda, Eccleſia, aut adminiſtratione, fideicommiſſo, majoratu, & ſimilibus, probat text. *in l. in judicio ff. familiæ ercis. B. in l. ſi cum hominem n. 4. verſ. reſpondeo, ff. de fidejuſ.* Angel. & Paul. *ibi n. 2.* Bart. *in l. 1. n. 4. ff. id Trebell.* Angel. *colum. verſ. ſequitur in textu.* Iſſ. *ibi num. 10.* idem B. *in l. Lucius §. rogatus. ff. eod. tit.* Angel. *in l. tam ex contractib. num. 3. ff. de judiciis,* ubi Paul. *num. 5.* & cæteri Doctores *B. in cap. quia V. num. 3. de jud.* & ibidem Butr. *num. 11.* Ancaran. *n. 5.* Socin. jun. *conſil. 34. n. 3. lib. 3.* Marcarius *in Epitome de fideicommiſ. q. 72. verſic. & de inſtantia.* Xuarez *allegatine 27. n. 1.* Marant. *de ord. jud. part. 5. fol. 275. col. 2.* Rebuff. *3. part. conſtit. rubr. de appell. gloſ. unic. n. 8.* latè Anton. Natta *conſ. 383.*

303 *lib. 3. per totum,* & nec eſt neceſſe, ut lis ſit conteſtata cum prædeceſſore, ſed ſufficit ſola citatio, & etiam libelli oblatio. Bal. *in l. 1. n. 2. C. ſi penden. appellatione mors interceſſerit.* Angel. *in l. ſervus verſ. in aliis autem, ff. de his qui not. infam. & in l. ſi defunctus col. 1. verſ. ſequitur textus, ff. de procur.* & idem (loquendo in ſucceſſoribus majoratus) Molina *de Hiſpan. primog. lib. 4. cap. 8. n. 9.* & loquendo in fideicommiſſariis, latè proſequitur per multas diſtinctiones circa hanc materiam videndus in occaſionibus Marc. Anton. Peregr. *de fideic. art. 53. à n. 17. cum pluribus ſeqq.*

304 Et ex eadem doctrina fluit, ut uxor poſſit exigere dotem (etiam promiſſam viro dumtaxat) poſt ejuſdem viri mortem ratione ſui intereſſe ex eiſdem actibus inchoatis cum marito, & à marito defuncto, intentando etiam in executivum, Alber. *in l. manifeſtiſſimi n. 10. C. de furtis.* Bal. Novel. *in tract. de dote, privil. 9. & 10. p. 9.* Gratian. *indiſcept. foren. cap. 49. à n. 24.* quod quamvis controverſum ſit, an uxori ſoluto matrimonio competat actio, ad exigendam dotem promiſſam ſoli viro; receptius eſt, ex æquitate competere, ut eſt videre ex Gratia. *ibi,* & Gaſpar Rodr. *de an. reddit. lib. 3. q. 7. n 58.* ubi latè, & Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 1. num. 3.* maximè cùm ſententia lata contra maritum in

305 bonis doralibus, noceat mulieri etiam ſoluto matrimonio, nec aliquem recurſum uxor habere poteſt. Ita poſt plurimos latè Anton. Gom. *in l. 50. Tauri, n. 32. per totum,* ubi limitat, ſi adſit colluſio, vel minus legitima defenſio (ut inſuper probatur ex iis; quæ latè inferiùs

306 *à num. 334.* ducuntur) & an ſoluto matrimonio vidua, cujus maritus in vita redditus emit, quæ lucra ſunt, & communicanda inter ipſos, an poſſit illa petere executionem inſtrumenti, quamvis de ea mentionem non

307 faciat, vel an ſit neceſſarium, ut ſibi ab hæredibus cedan-

tur actiones, aut lucrorum ſit facta diviſio, vide latiſſimè per Gaſpar. Rodrig. *de annuis redd. l. 2. q 9. n. 67.*

Et in beneficialibus, ut per obitum Rectoris præ- 308
bendati, aut Prælati, lis non finiatur, ſed cœpta inſtantia in eodem ſtatu tranſeat in ſucceſſorem determinavit Rota *deciſ. 10. ut lite pendente in novis,* ſequitur Gomez *in regul. de annal quæſt. 162. n. 4.* Paul. Caſtrenſ. *conſil. 329. num. 2. lib. 2.* & eſt text. *in cap. fin. ut lite penden. in 6. & in clem. 1. eod. tit.* quemadmodum etiam quando inſtantia fuit inchoata ſub nomine dignitatis, vel adminiſtrationis, non pro particulari jure, illius adminiſtra- 309
toris, & prælati, ad ſucceſſorem in dignitate, & adminiſtratione, tunc activè & paſſivè tranſit, *cap. dilecti de foro competen.* Abb. *in cap. quia V. de jud.* ubi Decius *num. 8.* plures adduxit concordantes Marc. Ant. Pereg. *de fideicom. art. 53. ſub n. 25. & n. 28.*

Tertia ſit concluſio, ut plerumque ſententia inter 310
alios lata jus inter alios faciat, aliis prodeſſe, ac nocere contingit ex propria vi, & natura ejuſdem abſque aliqua ſcientia accedente, prout executoriales expeditæ contra illos, quos negotium principaliter tangit, aut principaliter intereſt, quique primum locum obtinent, & ad quos actio, vel defenſio principaliter ſpectat, præjudicium ſucceſſoribus, quos negotium, vel ſecundariò, acceſſoriè, incidenter aut in conſequentiam tangit, etiam non vocatis, nec citatis, invitis, ſcientibus, aut ignorantibus præjudicare, damnumque generare, certi eſt juris, tunc ſiquidem lis tractatur cum legitimo contradictore, à quo aliorum jus in eadem re de- 311
rivatur, aut oritur, quinque primas obtinent in eadem controverſia partes, text. eſt *in l. quamvis, verſ. denuntiare, & verſ. denuntiari, ff. de venire inſpic. l. ex contractu ff. de re jud. l. ſi Patron. ff. ad Trebell. l. ſi ſuperatus, verſ. atqui, ff. de pignorib. l. Papinian. §. fin. & in l. qui repudiantis, ff. ad Trebell. l. ſi ſui putavi, in princ. ff. de inofficioſo teſtam. l. de unoquoque judicio, ff. de re judicat.* ubi mirabilis gl. & ibi Angel. Imol. & Alexand. Bart. *in l. diem ff. de aqua pluvia arcen. n. 1.* Baldus *in leg. nam ita divus in princ. de adoptionib. & in l. ſi curatoris, ff. de jure deliber.* Angel. Imol. & recentiores *in l. filiusfam. §. divi ff. de leg. 1.* gl. ſingular. Domini. *in cap. fin. de electione lib. 6.* latè Alexand. *n. 66. viſis dubitationibus col. 1. & 2. lib. 2. conſ. 85. ponderatis his, col. ult. lib. 6.* vocans illam gloſ. mirabilem, Barba. *conſil. 1. col. 3. lib. 2.* Felin. *in cap. de cauſis col. 4. de off. deleg. & in cap. illa de accuſat.* Iſſ. *in l. reſcriptum col. 2. verſ. 2. moveor. ff. de pactis,* & latiùs *in l. ſi quis nec cauſam col. 2. ff. ſi cert. pet.* Philipp. Decius *conſil. 367. viſo puncto, col. ult.* Roma. *in l. in concedendo n. 6.* ubi Paul. *n. 2 ff. de aqua pluvia arcen.* Raph. Cuma. *in l. filiusfam. §. divi col. 1. verſ. nota quod, ff. de legat.* ubi Iſſ. *n. 47. lectura 1. & n 61. lect. 2.* Ripa *n. 61.* Loazes *num. 126.* Crotus *num. 38.* Imol. *in l. decem n. 6.* & ibi Iſſ. *38. ff. de verb. oblig.* Alber. *in l. penult. col. 4. dona. inter vir. & uxor.* Oldrad. *conſil. 95. n. 18.* Tiraq. *de primogeneis q. 35. n. 17.* Beroius *deciſ. 255. col. penult. ad med.* Anchar. *in cap. licet de voto.* Alex. *in l. ſæpe, n. 10. ff. de re jud.* Jacob. à S. Georgio *de feudis verb. & dicti vaſſalli num. 33.* Curtius junior *conſil. 23. num. 8.* Felin. plures referens *in cap. exhibita n. 1. de judic.* Alciat. *reſponſo 493. n. 33.* Marzar. *in Epitome de fideicomm. q. 72. verſ. ſed advertendum erit* Auguſt. Berol. *conſ. 102. n. 46. & 47. vel. 2.* Ozaſcus *deciſ. Pedemont. 157. num. 1. uſque ad num. 6.* Cephal. *conſil. 228. num 22. lib. 2.* Xuarez *allegatione 27. n. 3.* Mol. *de primog. lib. 4. cap 8. n. 3.* (ubi lo- 312
quitur de ſententia lata contra poſſeſſorem majoratus, ut præjudicet ſucceſſoribus.) Antonius Gomez *in l. 40. Tauri num. 73.* Covar. *in practic. quæſtion. cap. 13. n. 6.* Mench. *de ſucceſſ. creatione lib. 1. §. 6. num. 28.* Capicius *deciſ. 107.* & loquendo etiam in feudalibus, majoratibus, & fideicommiſſis, exactiſſimè optimeque doctiſſ. Pinell. *in leg. 1. part. Cod. de bon. ma. à num. 48.* Padilla *in l. unum ex familia §. ſi de falcidia num. 14.* Gregor.

Lopez *in leg. 20. tit. 22. part. 3. verb. pero causas col. 2.* & sententia nobilitatis firmat Otalora *de nobilitate 2. part. 3. p. princ. cap. 8. n. 7.* latiùs Tiraq. *in tract. de nobilit. q. 37. a num. 2. cum seqq.* & etiam in fideicommissariis, ut sententia lata contra primum vocatum, cæteris successoribus noceat, & lata contra hæredem officiat substitutis, & legatariis, vide exactissimè per Anton. Peregr. *de fideic. art. 53. à n 40. cum seqq.* Tiraquell. *in tract. res inter alios lata in prin. n. 5.* latissimè rem hanc plurimos referens) prosequitur Mieres *tract. de major. 4 p. quæst. 14. à n. 1. cum pluribus seqq. in noviori impressione*, pro quibus elegantissima sunt verba, *d. l. 1. §. denuntiari, ff. de ventre inspiciendo*, ibi, denuntiari autem oportet iis, quos proxima spes successionis contingit, & ibi, hæredi instituto, non etiam substituto, & ibi, qui primum locum tenent, *&c.* alios citavi infrà hac *4. cap. 14. num. 12. & seqq.*

313 Ex qua conclusione unam notabilem doctrinam ac theoricam ponit B. *in l. cum filius familias, ff. de verb. obligat. col. 2.* & ibi Angel. de Perus. Imol. Alexand. Socin. Iss. & communiter Doctores Anton. Gom. *tom. variar. cap. 1. n 90.* quòd quando delictum est principaliter commissum ab uno, & pœna bonorum pervenit, & inficit alium in consequentiam, sententia, & condemnatio principalis nocet alteri, qui tenetur in consequentia, ita probat text. *in l. 1. C. ubi causæ fiscales*, text. *in leg. quisquis §. filii verò. C. ad. l. Jul. majest.*

343 Cujus erit exemplum, quando delictum est tale, ex quo prohibetur alienatio bonorum à die commissi criminis, quia sententia lata contra principalem delinquentem, præjudicat possessoribus, in quibus bona reperiuntur alienata, ita probat text. *in d. l. quisquis §. filii verò* text. *in c. cum secundum leges de hæreticis lib. 6.* & ita tenet B. *d. l. cum filius familias 2. col.* & ibi communiter DD. Sequitur Ant. Gomez *ubi proximè*, quia alia exempla constituit, ut puta de servo condemnato pro delicto capitali, ut sententia præjudicet domino etiam non citato, possitque in servum mandari executioni. Et de patre, qui ex forma statuti tenetur solvere pœnam pecuniariam filii; quatenus tangit legitimam suam, ut sententia lata contra filium, noceat, & præjudicet patri, etiam non citato, nonnullos Doctores trahit in comprobationem Gomez videndus *ubi proximè.*

315 Ex qua etiam conclusione ulteriùs provenit, quod sententia lata contra prælatum, seu rectorem beneficii nocet, & præjudicat successori, & per consequens non excedet executor executoriales in eum exequendo, ita docet optimè Panormit. *in consil. 92. lib. 1.* quem sequitur Aymon. Cravet. *consil. 10. n. 8.* Pinel. *in lib. 1. part. 3. sub n. 28. ante fin. C. de bonis mater.* Jacobus Cancer. *variar. resol. 2 part. cap. 16. n. 100.* Panormit. *consil. 62. illud de jure, lib. 1.* & Pinellus *loco citato*, idem dixit loquendo in sententia lata adversus administratorem, qui universitati, & rebus præest, vel administratorem tam spiritualem, quàm temporalem, ut sententia adversùs illos lata jus faciat adversus successores in administratione, quibus nocet, & prodest, quamvis ab illis causam non habeant successores, plenè consuluit Oldrad. *cons. 64.* per text. *in c. cùm inter. de re jud. & in c. cum olim de præscript.* & post plures alios tenet Peregr. *de fid. iron. d. art. 55. n. 48. per tot.* nec iterum successor tanquam obtinens executoriales aliud de eadem re judicium subire cogitur, singulis siquidem controversiis unum judicati finem sufficere, constitutum est *in l. fin. ff. de exceptionib. rei judicat.*

318 Et loquendo in prælato succedente in regimine, & administratione beneficii, ut quemadmodum teneatur ex contracta sui prædecessoris facto nomine administrationis, *cap. 1. de solution.* ita si sit adversus prædecessorem lata sententia, illi nocet, tenet post alios Tiraquell. *in tract. de jure primogen. q. 35. n. 17. & 18.* ubi etiam loquitur idem de Episcopo, œconomo, & in hi-

co, & aliis succedentibus in universali regimine, & administratione bonorum, seu jurium, sive etiam in certa parte per modum quotæ, quamvis ipse non sit hæres revera, nec causam habeat à prædecessore, cùm in eum transferantur omnes actiones activè & passivè, nimirum ut illi obstet sententia contra prædecessorem lata, pro quo facit communis Doctorum sententia relata per Ruinum. *consil. 71. num. 5. lib. 5.* quam sequitur Cardinal. Tusch. *practicar. concl. tom. 7. litera S. concl.* 320 *174. n. 67.* quæ dictat, quòd sententia semper præjudicat ei, qui verè, vel repræsentativè est eadem persona, plures citavi infrà *sub num. 326.* & quòd sententia lata contra Prælatum Ecclesiæ præjudicat successoribus, probat post Oldrad. & alios quos citat, Aymon. *consil. 10. n. 8.* Mieres *de majorat. 4. part. cap. 14. n. 5. in noviori impressione.*

Quod quidem fallit nisi Prælatus fuisset intrusus, 321 quia sententia lata adversus prælatum intrusum, nullo modo præjudicat Ecclesiæ. Ita docent B. *ad fin.* & Bal. *in l. si tutor, in 2. col. in vers. quæro erat prælatus, Cod. in quibus causis in integr. restit. non est necessaria*, glos. *in c. nihil in fin. de elect one, in vers. administrent.* Bertach. *in repert. 3. p. lit. S. verb. sententia effectus sub n. 4. vers. sententia contra Prælatum intrusum fol. mihi 65.* quod ego intelligentem de intruso notorio, considera.

Ex cujus regulæ doctrina fluit, ut sententia lata in 322 favorem, vel contra aliquos alicujus artis, vel officii prosit, & noceat postea venientibus, & succedentibus, licèt in sententia comprehensi expressè, & nominati non sint, cùm legitimè sit lis agitata cum omnibus, qui tunc aderant, & contradixerant, & sic eis obstat exceptio rei judicatæ, meritoque contra illos procedit executio; facta priùs citatione, cùm detur personarum mutatio. Ita latè affirmat Fontanel. *in tract. de pactis nuptialib. clausula 4. glos. 17. n. 87. 88. & 89. fol. 255.* ubi ad id allegat decisionem Senatus Cataloniæ. Idem probat Cancer. *lib. 3. variar. cap. 17. de sententiis & earum executione n. 190.* qui confirmationem allegat Guidonis Papæ *decis. 549.* idem probat Menoch. bene loquens, *in consil. 390. n. 37. & 38.*

Et per eundem Guidonem Papæ *d. cons. 549.* loquenti 323 in sententia lata contra mercatores & datarios gabellæ, seu pedagii, noceat successoribus, etiam non citatis, nec in causa intercedentibus, quia dicitur actio popularis, sequitur Cardinalis Tuschus *practicar. conclus. tom. 7. litera S. concl. 174. num. 18. & 33.* vide infrà *num. 353. & sequentibus*, & quia sententia lata contra plures sub nomine collectivo, prout familia, agnatio 324 vel quid simile, præjudicat omnibus, Petrus Anchar. *consil. 92. num. 2. & 3. vers. iis præmissis.* Tuschus *ubi proximè num. 46.* prout etiam contra homines castri vel villæ, quia nocet successoribus Guid. Papæ *dec. 179.* Tuschus *dicto num. 46.* Facit etiam quod dicit Anton. Capicius *decis. 1.* videndus. Avend. *de exequen. manda. 1. part. cap. 4. n. 49. vers. imo si positis*, ex doctrina Innocentii *in cap. Abbate S. Silva. de verbor. signific.* quod si virtute sententiæ positi sint limites inter duos vicos, 325 villas, seu civitates, & iterum amoveantur, quòd iterum potest peti executio sententiæ contra turbantes, & amoventes, etiam si sint vicini postea nati in populo condemnato, nam idem est consilium, vide Capicium elegantissimè tractantem.

Et generaliter quòd sententia lata contra cives, vel 326 homines alicujus loci præjudicet omnibus sequentibus, etiamsi non sint hæredes condemnatorum, quod satis est, quòd videantur idem cives, juxta *l. proponebatur de judiciis*, & ita tenet Nata *consil 589. à n. 16 lib. 3.* Barb. interpretans *ad l. cum proponebatur n. 28 probat. l. 5 tit. 15. p. 2.* & ibi notat Gregor. Lopez *verbo, son villos.* & Guido Papæ *dec. 279* quod & tractat Menoch. *cons. 390. à num. 10. & sequentib. lib. 4.* ad quem se refert Mieres *tract. de majorat. quæst 11. num. 67. in noviori impressione,*

Peregr.

Peregr. *de fideicommiss. art.* 53. *num.* 58 Jacob. Cancer. *variar. resolut. 2 part. cap.* 16. *num.* 101. quia eadem ubi est res aut persona verè, vel interpretativè, sententia obstat, & rei judicatæ exceptio. gl. *in l. & an eadem verb. concurrunt*, ubi gl. §. 1. §. *de except. rei jud.* Angel. *in l. cùm quæreb atur ff. eod* Lanar. *consil.* 34. *n.* 15. Ponte *consil.* 49. *num.* 4. *cons.* 62. *n.* 36. Petrus Surd. *cons.* 312. *n.* 26. Ann. *consil.* 53. *n.* 27. & *consil.* 99. *sub n.* 1. Socin. *cons.* 18. *n.* 44. *vol.* 1. Cornaz. *decis.* 703. *n.* 8. Giurba *decis.* 20. *sub num.* 1. alios citavi suprà *n.* 119.

327 Hanc tamen nostram principalem regulam suprà positam, ut limites velim, quando quis de ea re, cujus actio, vel defensio sibi principaliter competit, eum quem negotium incidenter, aut in consequentiam, secundarióque contingit; & sequentem agere de ea re, patiatur, nam hoc quidem casu ratione tanti consensus ejus, qui poterat defensionem assumere, & aliamà priori saltim defensionis loco repellere; sententia ei etiam non vocato æquè præjudicat, ac si ipse egisset, vel defendisset; docuit text. elegans *in l. sæpè, ff. de re jud. & in cap. penult. de senten. & re jud. l. Regia* 19. *tit.* 22. *p.* 3.

328 Exemplum de creditore, aut etiam debitore patiente de jure, & proprietate rei pignoratæ agere, aut maritus socerum, vel uxorem de proprietate rei dotalis, aut emptor venditorem de proprietate rei emptæ experiri passus sit, quæ exempla in dictis juribus expressè reddantur, pariter atque invenies plurima alia per scribentes ubi ibet, & præcipuè per Alexandrum, qui copiosissimè omnium eam rem assequutus fuit, quàm conclusionem probant, & exempla Tiraquell. *in tract. res inter alios lata n.* 56. latissimè post alios per Covarr. *in pract. quæst. cap.* 13. præcipuè *à n.* 7. *cum seqq.* ubi latè exempla dictorum jurium pedetentim examinat, & vide suprà *sub n.* 273. ubi de limitatione.

329 Iis pertinet scire, an sententia lata adversus beneficii Ecclesiastici possessorem super eodem beneficio, ex ea causa, quòd conferens illi non habuerit jus conferendi, præjudicet illi, qui contulit super jure conferendi, in qua quæstione illud ab omnibus communiter receptum esse reperio, ut conferenti scientiam litis habenti causam hanc super eo jure tractari, quoad possessionem conferendi tantùm, non verò quoad proprietatem præjudicium sententiam generare, ita probant Cardinal. per text. *ibi in c. cum olim de causa poss. & propriet.* Imol. & Panorm. *n.* 23. Felin. *n.* 11. *in cap penult. de re jud.* idem Felin. *in cap. ad petitionem n.* 18. *de accusat.* Angel. & Alexand. *in d. l. sæpè n.* 54. *de re jud.* Lambert. *in tract. de jure patr. lib.* 2. *p.* 2. *q.* 11. *art.* 9. Bal. *in l. si finc, C. ad Velleianum column. fin.*

330 Horum insuper Doctorum ista est omnium concors, & receptissima sententia, ut idem sii dicendum, & prædicandum de sententia lata contra electum, vel contra præsentatum, ob defectum scilicet juris præsentandi, aut eligendi, ut præjudicet similiter præsentantibus, aut eligentibus ex identitate rationis, & præ cæteris ita in terminis adnotarunt Imol. Panorm. Felin, & Cæsar, Lambert. Innocent. *in cap. quamvis* 2. *col. ad fin. in gl. in verbo à quo causam de re jud.* Bertac. *in repet.* 5. *p. tit. S. verbo, sententia effectus sub n.* 150. *post medium.* Petr. de Surd. *in l.* 1. *quibus res jud. non nocet*, ex ratione statim tradenda.

331 Quod intellige quando sententia lata contra electum, & præsentatum præjudicet eligenti, aut præsentanti, scienti scilicet, in quasi possessione tantùm, ut *ex cap. cum olim*, ubi Cardinal. *de causa poss. & propric.* Imol. & Ab. *in cap. pen. de re jud.* & alii per Lamberti. *de jure patr. lib.* 2. *part.* 2. *quæst.* 11. *art.* 9. *fol.* 203. Covarr. *pract. quæst. cap.* 14. *n.* 1 Mieres *tract. de majorat.* 3 *part. q.* 15. *n.* 11. *in noviori impressione.*

332 Econverso autem receptissima est & apud eosdem Doctores sententia: ut sententia lata super jure eligendi, conferendi; vel præsentandi adversus eosdem minet collatores, aut præsentantes Patronos, præjudicet omnino præsentato, electo, vel ei cui beneficium fuerat collatum, quam quidem definire quæstionem authoritate glossæ *in cap. cupientes*, §. *caterum verbo, nullum præjuaicium de electione lib.* 6. *cap. hoc quippe* 3. *quæst.* 6. *verb. his amotis*, priorem autem conclusionem probarunt præfati Doctores inter alia fundamenta, ex determinatione text. *in d. lege sæpe, ff. de re judicata*, præcipuè per exemplum ibidem appositum à Jureconsl. de sententia lata contra creditorem super proprietate rei pignoratæ, noceat debitori scienti de jure suo tractari, quasi visus sit debitor permittere, quòd creditor super pignoris proprietate causam tractet, ut pariter sit in eo, qui contulit beneficium, sciens, videatur permittere illi cui confert, causam agere vel defendere super jure conferendi; licet solus Covarr. latè insurgat contra istam rationem, & communem receptissimam sententiam, ab ea tamen recedas. 333

Ex hac etiam regula oritur, quòd sententia & res judicata obtenta contra fiscum, producit rem judicatam contra eos, quorum jus derivatur ab illo fisci, & ab illo principio. Afflictis *decis.* 396. *num.* 4. Menochius *consil.* 121. *num.* 60. Franciscus Claperius *causa* 66. *quæst.* 2. *per totam.*

Quarta regula erit in hac materia, ut tunc sententia 334
lata adversus legitimos administratores, quia primas partes obtinent in rei defensione, vel actione, successoribus, & aliis quibus per consequentiam tangit negotium, nocebit, quando qui fideliter litem tractavere, stat enim pro illis juris præsumptio, ut ob interesse proprium fideliter, & attentè litigabunt, ut notat Socin. *in l. Gallus*, §. *& quid si cautum colum. fin. vers. considera, ff. de liber. & posth.* & post alios Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *nnus.* 50. *in prin. C. de bon. mater.* At si successor velit 335
probare sententiam, quæ sibi objicitur, latam fuisse ob culpam, dolum, vel negligentiam ejus, contra quem lata est, ita quòd vel cum adversario colludat, seu in lite ipsa negligenter se gesserit, vel lis ob ejus contumaciam, eo absente tractaretur, compertissimum est, prout & receptissimum litem his casibus prosequutam, sequentibus successoribus præjudicium non afferre, text. est elegans *in l. ex contractu.* ibi, nisi culpa tutoris.) *ff. de re jud.* text. *in l. à sententia, & l. si perlusorio, ff. de appellat. l. si servus plurium.* §. 1. *& § si quis ante.* ibi, vel minus plenè) *ff. de legat.* 1 optimus etiam text. *in l. si sponsus*, §. *si uxor.* 2. *vers. si modo cum animum, ff. de donat. inter virum & uxorem.* notant B. & communiter DD. *in d. l. si servus plurium*, §. 1. *col.* 2. & post Imol. & Cuma. Iff. *ibi n.* 1. Matthæus de Afflict. post alios feudistas *in cap.* 1. §. *si vassallus* 3. *n.* 8. *ad finem vers. nisi talis alienatio & 9. prope finem, vers. nisi sententia lata esset, si de feu. fuerit conventio inter dominum & agna. vassal.* Bart. *in l. filius fam.* §. *divi. n.* 9 *ff. de legatis* 1. Bald. *in l.* 2. *n.* 5. *C. quibus res jud. non nocet.* Soc. *in d. l. Gallus.* §. *& quid si tantum, n.* 30. *col. fi.* Modern. Paris. *tit.* 1. § 13. *q.* 5. *n* 34. *& q.* 21. *n.* 68. Felin. post alios *in cap. cum Bertol. n.* 20. *de re jud.* Hippol. *in l. infans n.* 22. *circa tertium dubium ff. ad l. Cornel. de sicariis* Celsus *in consil.* 120. *n.* 71. Felin. *in c. lator n.* 17. *vers. scias etiam de re jud.* Decius *consil.* 306. *in casu proposito n.* 6. *vers. verum quia ista responsio* 492. *num.* 34. *& responso* 617. *n.* 4. & Marcarius *in Epitome de fideicommis. quæst.* 72. *in prin.* Covarr. *in pract. quæst. cap* 13. *col. fin. in fin.* Anton. Gomez *in l.* 40. *Tauri n.* 73. Otalora *de nobilit.* 3. *p. cap.* 8. *n.* 7. *cum seqq.* Padill. *in l. unum ex fam.* §. *si de Falcidia n.* 5. *vers. sed contraria. opinio.* Molin. *de Hispanor. primogeneis lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 7. elegantissimè etiam Pinell. *in l.* 1. 3. *p. n.* 50. *C. de bon. mater.* Alvarus Vallas. *de jure emphyt. q.* 10. *n.* 3. exactissimè etiam Anton. Peregr. *in tract de fideicomm. art.* 53. *n.* 57. *cum multis seqq.* vide etiam suprà *n.* 306.

Hæc igitur collusio seu negligentia probabitur eo 336
ipso, quod principalis victus jura sua non curavit

deducere,& exhibere,ita singulariter Decius *cons.*306. *num.*6. *vers.* & *cùm de facili probari possit*. Alciat. *d. respons.*492. *n.*34. *vers.* & *dicitur collusisse*,& est text. *in d. l. si servus plurium* §. *si quis ante*, *ff. de legat.*1. ibi, vel minus plenè defendit causam, &c. Molin. *ubi proximè n.*9. & à consequente quando fuit contumax, *l. quia repudiantes* §. *fin. ff. de inofficioso testam. l. perluforio*, §. *quoties*, *ff. de appellat. & l. ideo*, *ff. de evictionib. l. præses*, *C. de transactionib.* ultra supradictos in specie Peregr. *de fideicommiss. d. art.*53. *n.*57.

337 Idem etiam & idem erit, ubi appellationem omisit in casu, qui illam permittebat, vel etiam interpositam deseruit,Alexand. *in d.* §. *divi*,*n.*9. *ad fin. vers.non obstat quòd sententia*. Ripa *num.*62. Loaz *n.*113. *vers.*9. *& ult.* Crotus *n.*39. *vers. secundo fallit*. Mol. *ubi proxime n.*10. declarat optimè Pinel. *suprà sub n.*5. *limit.*3. *vers. & hæc eorum declaratio*, ubi latè comprobat Ant. Gomez *in l.*50. *Taur. n.*32.

338 Ac pariter quando sententia fuit lata adversus administratores hujusmodi, primum locum habentes; ob aliquod particulare factum proprium ipsorum, & dependens à voluntate propria, tunc sententia adversus eos lata non præjudicabit successoribus, vel iis,quibus aliàs si recta lata fuisset, præjudicium generaret ex propria vi,& natura ipsius. Exemplum in renuntiatione, super qua fundatur sententia, non in alio jure litigantis,; nam tunc non parit exceptionem rei judicatæ alteri agenti ex diversa causa, à qua jus suum provenit, juxta *l. cum quæritur* 21. *& seqq. ff. de exceptione rei jud.* Paris. *consil.*5. *n.*37. *l.*1. probatur ex verbis Bal. *in l.*2. *num.*5. *C. quibus res jud. non nocet n.*8. Pinellus *ubi sup. sub n.*50. *post prin. lim.*2. *vers. limito* 2. *ut hæc concl.* allegat text. quem dicis notabilem *in l.*1. § *si quis sub conditione*, *ff. ut legatorum seu fideicomm. nom. caveat*. Peregrin. *de fide d. art.*53. *num.*6. faciunt quæ Alexand. *in l. sæpe num... cum præcedentibus & sequentibus*, *& ff. de re jud.* Felin. *in cap. penult. de re jud. n.*14. *vers. ubi sententia*, dum dicunt, in hoc requiri,ut nihil omittatur in causa: nec succumbens aliquid voluntariè concesserit victori, ut cæteris præjudicium generetur.

339 Et loquendo de sententia lata ex consensu partium. aut conventione litigantium,aut ubi jura producenda, & alleganda non fuerint producta, ut non præjudicet successoribus, & quomodo, & ex quibus etiam præsumptivè & ex fama probetur collusio, latissimè prosequitur Mieres *de majoratu* 4.*part. quæst.*15. *à prin. quæ incipit à n.*91. qui quidem post plurimos alios *n.*102.
340 *& 103.* tractat,quando sententia lata fuit cum procuratore, mortuo jam domino, & possessore majoratus, qui mandatum dederat, an præjudicet successori, *& numeris seqq.* quando lata fuit contra possessorem ma-
341 joratus à judice,qui in veritate judex non erat,& quid quando à judice recusato per possessorem postquam ipse à recusatione destitit.

342 Et inde æquè subsequitur, ac est dicendum, quòd sententia lata & obtenta,cáque decisa per juramentum delatum victo condemnato, non præjudicat cæteris. Ita Innocen. Antonius de Bu. Panorm. quos citat Felin. *in d. cap. penult. de re jud. d. num.*14. *& num* 15. Peregr. *de fide d. art.*53. *num.*62. exactissimè plura hinc inde adducens Pinell. *in d. l.*1. *part.*3. *sub n.*5. *vers. unde videtur dicendum*, *quod sententia*, ubi extendit etiamsi
343 juramentum sit litis decisivum,ex Felin. *ubi sup.* allegat in contrarium glos. *in l. ingenium*, *ff. de status hominum.* Et tandem cum supradictis veriorem sententiam & opinionem hanc dicit, aliis contrarium tenentibus relictis; suam fundamentis latè comprobans ex eo,
344 quòd hæc non est legitima probatio, quæ fit per juramentum, quæ per omnino vide.

Et tandem dicendum est, quod si executoriales fue-
345 rint obtentæ virtute confessionis factæ in causa ab administratore legitimo, & eo, qui de ea re plenam, partes occupat, ut quia confessus sit aliquam qualitatem præjudicialem, vel ad Ecclesiam, seu dignitatem, aut Universitatem, non pertinere, tunc adversus Ecclesiam, & successores exequi non potuerunt,quia non præjudicant, quia confessio hæc non egreditur personam confitentis, in tertii præjudicium Bart. & Imol. *in l. facta* §. *si hæres*,*ff. ad Trebell.* Alex. *in l. sæpe n.*126. *&* 127. Ant. de Butr. *in cap.cum super*,& Ab.*in c.*permit.346 *de re.* ubi Felin. *n.*16.sequitur Peregr.*de fideicomm.a.*53. *num.*61. & optimè plura applicans fundamenta,& authoritate doctissimus Pinell. *in l.*1. *part.*3. *sub n.*5. *ante finem. Cod. de bonis maternis.* Tu tamen per distinctos confessionis voluntariæ, aut necessariæ casus,vide eosdem,Felin.Alex.Peregr.omninò,& hunc articulum latissimè prosequitur, optimè declarans Mieres, post plurimos alios,*in tract. de majoratu* 4.*part. quæst.*14. *à n.*35. *cum multis seqq. in noviori impressione*, ubi *num.*36. *& seqq.* quòd quando antecessor in majoratu confitetur,347 se non justè percipere à vassallis aliqua jura, & mandat successori, ut ea non exigat à vassallis, an teneatur tali præcepto, & declarationi stare successor si non est ejus hæres,qui quidem *num.*52. *cum seqq.* hoc quod de sententia lata super confessione possessoris majoratus, ut non præjudicet,diximus,mirabiliter declarat ut procedat quando ex sola confessione sequuta est sententia, secus autem si cum confessione concurrerent aliæ verisimiles probationes, ex quibus judices moveri possent ad sic sententiandum,; & dicit ad propositum notabile consilium Bal. *inter virum & uxorem lib.*1. & aliis applicatis doctrinis; & hanc opinionem est multis corroborat Tiraq. *in l. si unquam*, *verbo donatione largitus n.*100. *cum seqq. C. de revocan. donationib.* & infinitos penè Doctores congessit in proposito Mieres *ibi*, qui quidem *d. quæst.*14. *n.*55. tractat post alios, quòd sententia lata ex confessione litigantis super nobilitate,348 non præjudicet filiis, & successoribus.

Ex quibus omnibus rectè deduces, executorem non
349 excedere, dirigens executoriales adversus eos, quibus vel tacite, & ex propria vi & natura sententiæ, vel expressè nocent etiam nondum vocatis, cùm non sint legitimi contradictores, nec possint executionem executorialium, etiam inter alios obtentarum,impedire & iis, quæ latè dicta sunt.

Quinta & ultima regula sit in hac materia, ut sen-
350 tentia lata in individuis, aliis etiam non vocatis præjudicet, ut loquendo in servitute, quæ est individua, juxta text. *in l.*2. *ff. de verb. oblig. in* §. *cum similibus* voluit gl. per text. *ibi in l qui alteram* §.*ult. verb. prædio ff.de negot. gest.* gl. & B. *in l. de communi in prin.* & ibi B. *ff. eod. tit.* Angel.*in d.l.*2.§ *si tamen hominem.*Anton.Imol. & Roma. *in vers. ex his.* Ant.*in cap. causam* 2. *qui filii sint legit.* Imol. *in l. ult.* & ibi Alex. *col.*15 *vers. advertendum est in hoc*, *ff. de re jud.* idem Alexand. *in l. sæpe n.*48. *ff. eod. tit.* Panorm. *in cap. penult. col.*4. *de re jud.* Tiraquel. *in tract. res inter alios acta*, *n.*59. Marc. Anton. Peregr. *in tr. de fideicomm. art.*53.*n.*43. prout etiam con-351 versio in re individua sententia lata pro uno ex consortibus prodest aliis,ita quòd res judicata pro uno ex condominis,confeudatariis,cohæredibus,aut confideicommissariis, aliis etiam proderit, & oberit, quemadmodum & è converso, *l. loci corpus*, § *si fundus*, *ff. si servitus vendicetur.* Peregr. *ubi proximè*, *d. n.*43. *in prin.*

Quam esse tenendam regulam, dicit Rebuf. *ubi proximè* notans, sibi ipsis in hoc fuisse contrarios Bar. & Innocentium; eam tamen limitat,ut procedat in servitute jam constituta,prout loquitur *d.* § *si fundus*,*& d. l. si de communi*, secus in constituenda; quia super hac lata sententia inter aliquos aliis nec prodest,nec nocet,
352 cùm in ea non reperiatur terminata regula nostra, & fecibus retineatur jus jam constitutum, quàm de novo inducendum, *l.g. Patre furioso*, *ff. de his qui sunt sui, vel alie. jur.* & ita etiam resolvit Bar. quem sequuntur recentiores

recentiores *in d. l. verſ. ex his ff. de verb. oblig.* & Alex. qui hoc multum commendat, *n. d. l. ſæpe.*

Cui alia & ſexta finitima eſt regula, ut ſcilicet ubi
353 duo, aut plures ſunt habentes, quilibet eorum jus inſolidum, ſi alter eorum agat, & rem in judicium deducat, ſententia adverſus eum lata, quæ in judicatum tranſierit, conſumit, & perimit jus aliorum. Et ea eſt ratio, quia de eadem re, & cauſa non niſi ſemel, non autem plures quæri oportet, *leg. licet §. fin. ff. naut. caupo.*
354 *ſtabu. l. ſi cui §. idem ff. de accuſat.* Exemplum ſit in popularibus, actionibus, in quibus de jure publico agitur, & quæ cuilibet de populo competunt *l. 3. ff. de popularibus actio l. eum qui §. in popularibus, ff. de jurejur.* per quæ quidem jure hanc doctrinam notavit gloſſ. *in l. 2. C. quibus rei jud.* & ſequitur Alexand. *in d. l. ſæpe n. 33.* Peregrin. *d. art. 53. n. 41.* quod idem eſſe dicunt ipſi, & Alex. eſſe in quaſi popularibus, veluti cùm opponi-
355 tur aliquis defectus, ad refringendam electionem, nam lata ſemel ſententia pro electo, quæ in judicatum tranſierit, ulteriùs quærendum non eſt, gloſſ. *in cap. cum delict. in verbo, judicatum de electione,* cum pluribus aliis, adductis ad Alex. & idem eſt in publicis judiciis,
356 juxta text. *in d. l. ſi cui §. iiſdem,* gloſ. *ſcribentes* gl. *in l. 2.* Alexand. *in d. l. ſæpe n. 34.* & Peregrin. *ubi proximè n. 41. ad fin.* circa quæ videndus Avend. *de exeq. 1. p. c. 4. n. 31.* Matth. de Afflict. *in conſtit. Sicil. rubric. 37. lib. 3. c. 4. n. 12.* Greg. Lopez *in l. 10. verbo, aſſi como de ellas, tit. 11. p. 3.* qui plures recenſet opiniones, quos vide, & quos ſupra adduxi *à n. 322.*

357 Hinc idem eſſe, dicendum eſt in duobus reis credendi, qui ex eadem cauſa jus habent, nam res adverſus unum ex eis judicata, alteri quoque obeſt, quod probat text. juxta ſecundum intellectum gloſſæ *in l. ex duobus reis,* & ſequitur B. *in 4. q.* Angel. & latiùs Franc. Aretin. *ſub n. 9.* Alexand. *in d. l. ſæpe n. 42.* Peregrin. *in*
358 *d. art. 53. n. 42.* qui omnes rationem reddunt, & validiſſimum quidem, quia alter ex conreis agendo, litem conteſtando ſibi præoccupat jus actionis, ad text. *in l. fideicommiſſa, § plerumque, ff. de leg. 3.* & ex hoc inferunt Alexand. *in d. l. ſæpe n. 15.* & per eum Peregrin. *d. n. 42.* quòd ubi eſſent quo collegatarii, aut fideicommiſſarii
359 re conjuncti, ſententia adverſus primò agentem lata, jure præoccupationis per litis conteſtationem alium fideicommiſſarium excluderet.

360 Et ulteriùs hactenus dictis à principio circa tertios oppoſitores executorialium executioni, reſpectu & ratione ſuæ poſſeſſionis; unum non omittam addendum, quòd iſte talis tertius debet docere de poſſeſſione vera, & juſta, aliàs ſi ſit fraudulenta, & doloſa, illi non prodeſt, nec impedit executionem rei, quæ abſque dubio ab eo eſt auferenda, probat Covarr. *cap. 16. n. 4. verſ. ſextum.* Marius Giurba *dec. 62. n. 3.* & alterius *in dec. 22. n. 18. prope finem.* Cephal. *conſ. 225.* & conducunt quæ nos ſurſum *à n. 94.* quæ poſſeſſio fraudulenta & doloſa
361 præſertim in præjudicium tertii non transfertur in accipientem, nec exit à poteſtate domini, etiamſi rem dimiſerit, latè Giurba, poſt magnam catervam Doctorum *d. deciſ. 22. n. 10. & per totam,* & nos obiter ſuprà *n. 201.* & quòd tertii poſſeſſio injuſta non impediat executionem ſententiæ latè poſt Caſtrenſ. *in l. vis,* per illum text. *C. de proba.* Carocius *de exception. 69. d. n. 31. cum ſeqq.*

362 Ampliùs etiam erit notandum, ut iis caſibus quibus diximus, tertio non officere ſententiam inter alios latam, fallit, (& datur pro cautela,) quando fuerit citatus, etiamſi non compareat, quia tunc ſententia illi præjudicat. Aymon. *conſil. 12. n. 8.* Boër. *deciſ. 182. à n. 49. cum ſeqq.* Goza lin. *conſ. 103. n. 12.* plures citat pro hac cautela Jacob. Cancer. *2 part. variar. reſol. c. 16. à n. 59.* Giurba *deciſ. 1. n. 31.* Decian. *conſ. 54. n. 6.* poſt Iſſ. Cravet, & alios, faciunt benè quæ poſt alios dixi ſuprà *n. 15. & 16.*

Et inſuper ea quæ diximus de oppoſitionibus, quæ 363
fiunt per tertium executioni ſententiæ, applicare poteris ad executiones, quæ fiunt vigore inſtrumenti guarentigiati, quia purificantur, tradit Ro. *conſ. 77. n. 4. &* 7. Covarr. *in pract. cap. 16. in fin.* Menoch. *de præſumpt. l. 3. præſumpt. 13. n. 10.* Venius *deciſ. 304. ad fin.* & bene in terminis advertit Jacobus Cancer. *variar. reſol. 2. part. cap. 16. n. 95.* & nos ex aliis doctoribus alibi etiam diximus, præcipuè *cap. 5. n. 100.* hac 4. *p.*

Illud inſuper non diſſimulabo, tertium, qui compa- 364
ruit, ad impediendam executionem, non prohiberi, ſi ſuccumbat, ordinariè denuo agere, ut ex pluribus reſolvit Vinc. de Franc. *deciſ. 289. n. 2. p. 2.* Jacob. Cancer. *variar. reſol. 2. p. cap. 16. ſub n. 81.* quod fallit niſi de jure hujus tertii oppoſitoris plenè cognitum fuerit; in judicio executio. Carceri *ubi proximè,* ubi etiam quòd ſi 365
de exceptione oppoſita plenè fuerit cognitum, ſi nihilominus fuiſſet expreſsè reprobata, ampliùs opponi non poterit, ex Paulo de Caſtro *in l. qui Romæ, §. duo fratres ff de verb. oblig. n. 7.* de quo nos ſuo loco fuſiùs.

CAPUT IX.

Ab executore, executionem faciente in quantitate, ſeu rebus minimè in executorialibus nominatis, aut aliter comprehenſis; an, & quando appellationi denegans delationem, vim commiſiſſe dicetur, ubi plurimi caſus adnotatione digniſſimi inferuntur.

SUMMARIUM.

Executor ſententiæ naturam & tenorem imitatur, n. 1.
Sententia jus eſt ſtrictum, n. 2.
Sententia ſuper una re vel rei parte lata, non continet aliam, nec etiam aliam partem, n. 3.
Sententia de una in ipſa expreſſa, ad aliam non expreſſam extenditur, n. 4.
Sententia ſuper certis bonis cum dictione (maximè) alia non expreſſa non includit, n. 5.
Dictio (maximè) nihil operatur circa non expreſſa in ſententia, ibid.
Condemnatio requirit ſcripturam, & non ſcripta in ſententia non veniunt, n. 6.
Sententia non extenditur ad argumentum rei limitatæ, num. 7.
Sententia nunquam continet ea de quibus in judicio non fuit actum, nec in judicio cognitum, n. 8.
Sententia lata ſuper una re ex pluribus petitis, non extenditur ad alias, n. 9.
Pluribus rebus in judicio generaliter deductis, ſententia lata non omnibus præjudicat, ſed tantùm in proſequutis, & in quibus lis fuit conteſtata, n. 10.
Niſi pars malitiosè diſtulerit alias res proſequi, n. 11.
Excedit executor ſe extendens ad aliam rem, ſeu quantitatem non expreſſam, n. 12.
Excedit executor ſe extendens ad aliam rem extra expreſſam, n. 13.
Ab executore excedente de re ad rem, vel de quantitate ad quantitatem, appellationi deferendum declarabitur, num. 14.
Excedit nuntius qui habet in mandatis ut me ponas in poſſeſſione unius rei, & ipſe me ponit in poſſeſſione alterius, n. 15.
Excedit executor exequendo in alia re quæ non fuerit judicata, n. 16.
Mandatum ubi eſt certum & limitatum, quia probabiliter excedit executor, eſt nullum ab eo geſtum, n. 17.
Mandatum ut ſit limitatum ad incertum liquidandum,

propter probabilem dubitationē excessus liquidationis, tangit injustitiam non excessum, ut in exemplis, n.18.
Executor an excedat si executoriales latas pro præbendato, ut in anteriori loco sedeat, illas exequatur in aliis præeminentiis puta osculo pacis, incensatione ante alios quibus præferri mandatur, n.19.
Sententia declarans castrum esse civitati subjectum, censetur declarare teneri ad onera civitatis, n.20.
Sententia ubi quid necessario supponit, ad aliud se extendit, quia in ea dicitur expressum, n.21.
Pronuntians super principali, censetur pronuntiare super incidenti necessario, n.22.
Sententia censetur continere illud sine quo principale non potest stare, n.23.
Sententia lata super uno, extenditur ad aliud, sine quo illud unum effectum sortiri non potest, n.24.
Seatentia supponens aliquid necessario, videtur illud exprimere, n.25.
Expressum, vel necessariò suppositum, ad paria judicantur, n.26.
Expressum dicitur quod virtualiter inest orationi prolatæ, n.27.
Condemnatio super principali, inducit absolutionem super incidenti, quod subsistere non potest subsistente principali, n.28.
Pronuntiatio super principali, inducit pronuntiationem super incidenti, quando hoc subordinatur causæ principali contrariæ, n.29.
Sententia lata super præeminentia sedis intelligitur lata super aliis præeminentiis quæ sunt accessoria sedis, n.30. & 31. ubi limitatur & n.32.
Sententia non subintelligitur in necessario antecedenti aut consequenti, quando id in judicium deductum non fuit, n.33.
Sententia qua aliquid exprimitur per modum causæ, non parit exceptionem rei judicatæ, in causa super qua non fuit actum cognitum, nec lis contestata, n.34.
Secus si partes illam causam per modum causæ deduxerint in judicium, n.35.
Annuntiatum in sententia per modum causæ si plenè cognitum sit, præjudicat sententia in annuntiato, non aliàs, n.36.
Sententia extenditur ad id quod ex ea infertur necessariò, qnando super illatione plenè fuit cognitum, non aliter, n.37.
Fructus in sententia ubi tacitè sunt subintellecti, locum habent quando fuissent in judicium deducti, n.38.
Sententia qua pronuntiatur fideicommissarium mittendum in possessionem intelligitur restituendam fore hæredi quando super eo actum fuit, n.39.
Venditor condemnatus ad restitutionem pretii ob lesionem, ex l.2. C. de rescind. ven. compellitur rem tradere, etiam si sententia non exprimat, n.40.
Clericus per sententiam condemnatus ad inhabitationem & privationem beneficii, an extendatur ad pensionem, num.41.
Verba judicis debent intelligi secundū mentē juris, n.42.
Sententia verba ad intellectū juris sunt reducenda, n.43.
Pensio assignata laïco aut pro servitio temporali, non est beneficium, secus assignata pro clerici sustentatione aut causa resignationis, n.44.
Pensio extinguitur per professionem expressam aut tacitam religionis sicut beneficium, n.45.
Pensiones vacant per contractum matrimonii, sicut beneficia, n.46.
Pensionem sunt incapaces illegitimi, sicut beneficiorum, num.47.
Pensionem pro stipendiis cujus est capax laïcus, potest habere illegitimus, n.48.
Excedit executor, si sententiam qua quis est privatus & inhabilitatus ad beneficium, extendat ad pensionem etiam qua loco beneficii habetur, n.49.
Suspensio ad beneficio non comprehendit pensionem, n.50.
Pœna non extenditur ultra proprietatem vocis, nisi cogente fundamento, n.51.
Inhabilitatus ad beneficium per constitutionem pœnalem non censetur inhabilitatus ad pensionem, num.52. & num. seq.
Pœnalis dispositio sicut sententia est odiosa, stricti juris, & non extendenda, n.53.
Dispositio simplex inducens vacationem & incapacitatem beneficii non ob pœnam, extenditur ad pensionem quæ loco beneficii habeatur, n.54.
Excedit an executor sententiam qua clericus est suspensus ab officio, illam extendat ad beneficium, n.55.
Suspensio clerico perpetuo ab officio per sententiā non excedit executor si illam extendat ad beneficium, n.56.
Beneficium censetur vacare per suspensionem perpetuam ab officio, n.57.
Beneficium datur propter officium, n.58.
Suspensus per sententiam ab officio ob delictum grave simpliciter, non perpetuo, nec cum præfinitione temporis, etiam censetur privat. distribut. quotidianis, n.59.
Suspensus simpliciter ab officio absque tamen præfinitione temporis, suspensus intelligitur a beneficio, n.60.
Beneficium est accessorium ad officium, n.61.
Suspensus à beneficio non intelligitur suspensus ab officio, n.62.
Suspensus ab officio ob delictum leve aut contumaciam, non intelligitur suspensus à beneficio, n.63.
Collatio beneficii facta suspenso ab officio vel beneficio, non valet, n.64.
Suspensio ab officio ex quibus causis sit infligenda, n.65. remissivè.
Et quando incurratur irregularitas, & quid Prælatis censeatur interdicta, ibid.
Sententia qua clericus est declaratus perpetrasse delictū, quod tamen sit privatione beneficii dignū, an possit ad beneficiū extēdi si in sententia non sit expressum, n.66.
Doctores negativum opinionem tenentes recensentur, n.67. vide n.70.
Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem an possit beneficium resignare, n.68.
Clericus declaratus commisisse delictum ipso jure privatione beneficii dignum, intelligitur condemnatus ad illius privationem, n.69.
Notarius condemnatus in crimine falso, dumtaxat intelligitur privatus officii usu & exercitio, n.71.
Notario delinquente extra officium, requiritur expressa privatio officii, quia non subintelligitur, n.72.
Officii privationis pœna si incurratur ipso jure, sufficit delicti declaratio, ut privatio subintelligatur, n.73.
Executor non excedet si sententiam qua clericus declaratur commisisse delictum dignum privatione beneficii, ipso jure exequatur in illius privatione, n.74.
Sententia qua clericus condemnatur ad restitutionem beneficii cum fructibus perceptis, an exequatur in distributionibus quotidianis, oblationibus funerariis, & eleemosynis incertis, n.75.
Fructuum beneficii Ecclesiastici appellatione distributiones quotidianæ non comprehenduntur, n.76.
Privilegium habens à Pontifice integrè percipiendi fructus etiam absens ac si fuisset præsens, non intelligitur in distributionibus quotidianis, n.77.
Distributiones quotidianæ personaliter interessentibus dumtaxat præstantur, n.78.
Fructuum & proventuum beneficii appellatione non comprehunduntur oblationes, mortalia, & anniversaria, num.79.
Anniversaria & funeraria incerta non considerantur ad valorem fructuum beneficii, n.80.
Nisi hæc emolumenta incerta sint solita locari singulis annis, n.81.
Condemnatus ad restitutionem beneficii & ejus fructus percepios

perceptos, non tenetur restituere distributiones quotidianas, n.82.
Condemnatus ad restitutionem beneficii & fructuum perceptorum non restituit eleemosynas, funeraria, & oblationes, aliaque incerta, n.83.
Fructuum condemnatio etiam parochialis non fit nisi provenientium ex decimis, primitiis, &c. n.84.
Electione parochialis facta per Episcopum non servata forma Concilii condemnatio fit fructuum, n.85.
Provisus per ordinarium de beneficio, non servato ordine juris, non facit fructus suos, n.86.
Condemnatus ad restitutionem fructuum beneficii, intelligitur in distributionibus quotidianis, si beneficium non habeat grossam, nec verba sententiæ inania reddantur, n.87.
Distributiones quando condēnatus tenetur restituere intelligitur illas tantum quas ob residentiam suas facit, non tamen quæ ob ejus absentiā aliis accrevere, n.88.
Nisi per collitigantes sibi fuisset facta protestatio ut resideat vel dimittat, quia tunc ad omnes tenebitur, n.89.
Et quæ requisita sint necessaria ad hanc protestationem, num.90.
Distributiones quotidianas tenetur possessor restituere, quando agitur ex brevi Camerali, quia beneficium est reservatum, n.91.
Distributiones quotidianas tenetur præstare attentans lite pendente condemnatus ad fructuum restitutionem, n.92.
Executor ad rei restitutionem vigore executorialium datus an excedat eas exequendo in fructibus non expressis nominatim in sententia, n.93.
Sententia est stricti juris, & tantum disponit quantum loquitur, n.94.
Sententia plus non probat quam ex ea necessariò infertur, n.95.
Sententia aliud non continet quàm in ea reperitur expressum, n.96.
Sententia strictam interpretationem recipit, n.97.
Fructuum perceptorum restitutionis condemnatio non capit illos qui percipi potuerunt, n.99.
Omissum censetur quidquid in condemnatione non reperitur expressum, n.100.
Fructus longè distāt à re, & diverso jure censetur, n.101.
Restitutionis rei facta condemnatio intelligitur & de fructibus quos de jure condemnatus tenebatur restituere, n.102.
Res non intelligitur restituta, dum etiam fructus non restituuntur, n.103.
Fructus semper veniunt in restitutione rei quantum attinet ad propriam naturam restitutionis, n.104.
Fructus sub restitutione rei comprehenduntur si aliàs ex natura actionis & de jure veniebant & debebantur, non alias, n.105. & 113.
Restituere verbum in sententia appositum, fructus quoque comprehendit ex propria vi & virtute, n.106.
Restituere verbum plenam habet significationem ut etiam fructus comprehendat, n.107.
Restitutio est in pristinum statum repositio seu redintegratio, n.108.
Restituit non solùm qui corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionémque reddita causa præstat, n.109.
Verba sententiæ ad juris intellectum sunt reducenda, 110.
Verba judicis debent intelligi secundum mentem juris, num.111.
Judicis menti magis quàm cortici verborum est inhærendum, n.112.
Executor ad rei restitutionem datus excedet si præstet fructus non expressos in sententia, si alias ex natura judicii & actionis præstari non debebantur, secus è converso, n.113.
Fructuum post litem contestatam expressa petitio non requiritur, sed cum ipsa re tales restituuntur, n.114.
Quòd scilicet res mandatur restitui, ibid.
Fructus ante litem contestatam in sententia ut subintelligantur per verb. (restituas) debent expresse peti, n.115.
Sententia qua declaratur rei dominus aliquis, non includuntur fructus nisi exprimantur, n.116.
Expressum in sententia, & necessariò tacitè supponi, idem est, n.117.
Covár. declaratur, n.118. & 114.
A significatione verborum non aliter recedendū est, quàm cum manifestum sit aliud sensisse disponentem, n.119.
Strictam quæ habent interpretationem, non excludunt propriam verborum significationem, n.120. & n.149.
Sententia licèt sit stricti juris, non excludit quæ veniunt ex propria verb. significatione, n.121.
Verba non amittunt suam propriam significationem, etiam quantumcumque materia sit odiosa, n.122.
Verba universalia & non restricta ad aliquid limitatum etiam in materia odiosa, retinent propriam significationem, n.123.
Ex verbis sententiæ nihil infertur nisi quatenus verborum significatio subintelligitur, n.124.
Sententia est stricti juris, & ultra non extenditur quàm importet verborum sonus, n.125.
Verba semper recipiunt interpretationem secundùm naturam rei, n.126.
Quamvis actus periret, ibid.
Verba debent interpretari secundùm naturam, rei, & juris dispositionem, n.127.
Verba impropriantur, supplentur, aut alterantur ob subjectam materiam, etiamsi sint pregnantia, & in materia stricta, n.128.
Verba etiam in statutis recipiunt interpretationem legalem, n.129.
Expressum satis dicitur quod virtualiter ex verborum propria significatione continetur in sententia, n.130.
Text. in l. ex diverf. 36. ubi ff. de rei vindicatio, pulchrè interpretatur, n.131. & seqq.
In actionibus realibus satis est judicem actorem rei dominium declarare, n.132.
Sententia qua declaratur quem esse dominum rei, habet tacitam condemnationem ad illam dimittendam & restituendam, n.133.
Sententia qua declaratur bona esse actori hypothecata, censetur condemnari reum ad illam relaxandā, n.134.
Sententia qua quis declaratur debitor alicujus ex causa mutui, virtualiter intelligitur condemnatus ad restituendum debitum, n.135.
Sententia declarans in aliquem fuisse translatam possessionem ex tali tempore, ab illo videtur ad fructus condemnare, n.136.
Sententia declarans aliquid haberi, includit tacitam debiti condemnationem, n.137.
Judex declarans actorem verum rei dominum, necessariò supponit à reo restituendam, n.138.
Sententia qua quis condemnatur ad restitutionem bonorum refusis expensis, licèt non dicat per quam, tamen subintelligitur per eum cui bona restituuntur, n.139.
Executor executorialium quibus quis condemnatur rationem reddere administrationis, an excedat si facta calculatione exequatur reliquatum, n.140.
Rationem reddendi actus duo continet separata, rationem reddere, & reliquas solvere, n.141.
Condemnatus rationem reddere virtualiter censetur condemnatus ad reliquorum solutionem novo non expectato processu, n.142.
Executor ad reddendam rationem datus dicitur mixtus respectu calculationis & liquidationis, n.143.
Executor mixtus datus ad rationem reddendam tenetur ante executionem reliquatum & calculationem confirmare, n.144.
Licèt suprema tribunalia nihil curent de confirmationis omissione facienda per executorem, contra Gutt. ibid.

Sententia reddenda rationis qua exprimitur ut facta liquidatione executor exequatur, non indiget alia confirmatione, n.145.
Merus executor an possit confirmare calculationẽ, n.146.
Executor ad reddendam rationem non potest esse merus, cùm detur ante liquidatam materiam, n.147.
Condemnatus per sententiam ad id quod per calculatores liquidabitur, facta liquidatione alia non requiritur condemnatio, n.148.
Liquidationis judicium habet se ut incidens ad sententiam, & ejus naturam assumit, ac pariter executioni mandatur, ibid.
Rationem reddere propriam habet significationem reliqua solvere, n.149.
Ea quæ virtualiter in sententia comprehenduntur, habentur pro scriptis in ea, n.150.
Quæ virtualiter subintelliguntur, habentur pro expressis, etiamsi expressio requiratur pro formæ, & pro eis pariter præstatur executio, n.151.
Statutum attribuens executionem instrumento, intelligitur etiã respectu hypothecæ tam tacitæ quã expressæ, n.152.
Præsumptio ex instrumento elicita dicii tenor illius, num.153.
Condemnatus ad reddendum triticũ in specie, & qualitas non sit expressa in sententia, an excedat executor si compellat ad præstandum optimum triticum, n.154.
Et quid in condemnato ex causa legati tritici, n.155.
Et quid de aliis rebus quæ terminos habent à natura, seu quæ de facto hominis finẽ habent ut vestis, cujus qualitatis sint præstanda ut judicatis satis fiat ib. remissivè.
Condemnatus ad restitutionem rerum ex judicio particulari, seu universali quas tempore litis motæ non possidebat, si tamen re jam judicata cœperit possidere, an compelli possit per executorem ad illarum restitutionem absque reatu excessus, n.156.
Excedere executorem hoc casu qui teneant, n.157.
Reus convẽtus si non possideat, & de jure agẽtis constet judex declarat rẽ pertinere ad actorẽ absoluto reo, n.158.
Et tunc si reus post rem judicatam, cœperit possidere, in illum fit executio absque novo processu, n.159.
Quod idem procedit in bonorum possessione, n.160.
Reum conventum & non inventum possidere tempore latæ sententiæ, judex poterit condemnare, ut quandocumque bona habeat, restituat actori rectè suum dominium probanti, n.161. declara ut ibid.
Reus invẽtus nõ possidere, non est absolvẽdus ab observatione judicii, sed actor probans de suo jure declarandus dominus, & quæ sit hujus declarationis utilitas, n.162.
Actor tamen hoc casu erit in expensis condẽnatus, n.163.
Et quid si reus distulit opponere se non possidere, n.164.
Reus ob non possessionem tempore latæ sententiæ tamdiu durat absolutus quamdiu non possideat, secus cessante causa, & cœperit possidere, n.165.
Conventus pro una repetitione hæreditatis, & tempore sententiæ plures cœperit possidere, an in petitione & sententia comprehensa intelligantur, n.166.
Et quid in judicio universali petitionis bonorum possessionis, n.167. & 168.
Verbum præteriti temporis imperfecti in subjunctivo etiam ad futurum respicit, n.169.
Hæres intentans bonorum possessionem universalem, aut petitionem hæreditatis contra possidentem unam rem tantùm, sententia comprehendit omnia bona quæ post sententiam cœperit possidere, n.170.
Hæres intentans judicium universale bonorũ possessionis, adversus nullã rẽ hæreditatis possidentẽ, si post condẽnationem cœperit possidere, non officit sententia, n.171.
Secus si unicam rem possideat, quia tunc cætera judicium fundatum reperiunt, n.172.
Executor ad restitutionẽ bonorũ confiscatorũ faciendam ei cui Princeps restituit an excedat, si exequatur tertios possessores, in quos res fuere à fisco alienatæ, n.173.
Executor ad restitutionem bonorum confiscatorum per Principem factam, datus, an excedat si fructus etiam solvere cogat, n.174.
Restitutio gratiosa non præstat fructus, secus rigorosa, num.175.
Emptor Authore prætore possidet bona fide & dominium habet, n.176.
Verbum (restitutio) importat fructus restitutionem, ubi alias ex vi judicii solent venire, non aliter, n.177.
Restitutio Principis ad quæ bona & fructus extendatur, n.178. remissivè.
Condemnatus Clericus ad privationem beneficii si à Papa restituatur an recuperet beneficium, & quia si sit alteri jam collatum, n.179. remissivè.
Clerico capitaliter condemnato pensio extinguitur & consolidatur cum beneficio, n.180.
Clericus capitaliter condemnatus, & à Papa restitutus, an recuperet pensionem jam consolidatam cum beneficiis, n.181.
Executor ad rei restitutionem an excedat compellendo præstare æstimationem damni & deteriorationis, quæ in illa reperitur, si id omiserit sententia, n.182.
Res reddita restituta aut soluta propriè dicitur, quæ non deteriorata redditur aut solvitur, n.183.
Deposita res non dicitur reddita si deteriorata reddatur, num.184.
Res abesse dicitur cujus corpus manet, sed forma mutata est, n.185.
Vestimentum si scissum redditur, videtur abesse, n.186.
Restitutio tota juris interpretatio est, n.187.
Damni satisfactio, & æstimatio comprehenditur sub verbo (restituere) cujus hæc propria significatio est, n.188.
Verborum propria significatio etiam in materia quantumcumque odiosa semper retinetur, n.189.
Damni satisfactionem verbum (reddere) ex propria significatione comprehendit, n.190.
Verbum (reddere) juris interpretatione etiam restitutionem significat, n.191.
Restitutio est in pristinum statum redintegratio, n.192.
Redintegratio dicitur à re & integer, n.193.
Damnum dicitur omnis rei diminutio seu læsio, n.194.
Executor datus ad tradendum fundum, non satisfacit dimidium tradens, n.195.
Restitutio tantum restituit, quantum abstulit id adversus quod restitutio datur, n.196.
Restitutionis gratia tantum attribuit, quantum condemnationis sententia advenit, n.197.
Restitutus quis non dicitur, nisi plenariam consequatur restitutionem, n.198.
Restitutio facit renasci quod extinctum fuit, ibid.
Rei appellatione; tota continetur, n.199.
Condemnatus recuperat melioramenta rei etiam si in sententia nihil sit dictum, sed in ejus favorem pristinus rei status attenditur ad hunc effectum, n.200.
Illud quod rei additum est in executione si condemnatus recuperat, pariformiter debet solvere quod ipsi rei detrahitur, n.201.
Fructus sint separari ab ipsa re, n.202.
Fructus quia causantur ab ipsa re, restituit executor datus dumtaxat ad rei restitutionem, n.203.
Damnum & deterioratio rei ipsam intus tangit, & pars est illius, n.204.
Causa plus influit in re ipsa quàm in causato, n.205.
Ob damnum tangens rem ipsam emphyteuta illam amittit secus si tangat fructus, n.206.
Destinatio non est quid diversum ab ipsa re, ibid.
Damnum contingens in re est perpetuũ, quia respicit dominium; contingens autem in fructibus est temporale, quia respicit commoditatem utentis dumtaxat, n.207.
Executor non excedit compellendo ad æstimationem rei peremptæ, ad cujus restitutionem datus est, n.208.
Æstimatio succedit loco rei, & ipsam repræsentat, ibid.

Executor

Executor poterit compellere ad æstimationem partis peremptæ rei, sicut & totus, n.209.

Fidejussor obligatus solutione certæ pensionis domus, tenetur pro deterioratione, licèt fidejussio sit stricti juris, num.210.

Ad damna & deteriorationes rei censetur virtualiter condemnatus, qui ad eam restituendam simpliciter est condemnatus, n.211.

Executor ad rei restitutionem datus non excedit, si compellat condemnatum, liquidatum æstimationem damni & deteriorationis rei præstare, n.212.

Damnum illatum in re post sententiam usque ad realem restitutionem ejus, executor potest per ejus æstimationem solvere, n.213.

Damna rei illata quæ & ad qualia teneantur, n.214.

Damna qualia dicantur, & cujus culpa accidisse præsumatur, n.215. remissivè.

Damna an compensentur cum melioramentis, factis in ipsa re, n.216. remissivè.

1 EXecutor, qui semper sententiæ naturam, & tenorem imitatur; ultra quantitatem, & rem in ea tacitè, aut expressè contentam, executoriales minimè exequatur, quippe etiam adeò est sententiæ jus strictum (prout suprà *cap.8. n.47. & seqq verſ. quæ quidem omnia & eo*, &c. scriptum reliquimus, & infrà hoc *cap. à num.97.*) ut lata super una re, vel super rei parte, nec contineat aliam rem, nec etiam aliam partem, Alexand. *consil.123. discussis, n.7. lib.4.* Decius *consil.248. de duobus col. fin.* Fulgos. *consil.149. præsupponitur, colum. penult. verſ. ad secundum* Decius *in l.1. ff. de off. ejus.* Castrens. *consil.441. n.5. in fin. lib.2.* nec de una re in ea expressa, ad aliam extenditur, Roma. *consil.403. à num.4.* Alexand. *consil.208. lib.2. num.4.* Menoch. *consil.110. à num.17. usque ad 26.* Roland. à Valle *consil.34. num.76. lib.4.* Cardin. Tusch. *practicar. concl. tom.7. litera S. concl.126. à num 65.* qui etiam *num.66.* dicit in proposito, quòd sententia lata super certis bonis cum dictione (maximè) vide licet condemnatus, maximè ad restituendum bona specificata, nempe domum, vineam, *&c.* non includit alia non specificata, quia dictio (maximà) nihil operatur circa non expressa in sententia, ex quo continet solùm ea, quæ necessariò veniunt, quia requirit scripturam, & non scripta non veniunt. Paul. Castrens. *consil.441. viso n.5. lib.2.* ubi apostilla dat plurimos concordantes, nunquam siquidem extenditur sententia ad augmentum rei limitatæ. Decian. *consil.51. num.44. lib.1.* & tandem sententia numquam comprehendit ea, de quibus nondum fuit actum, ac in judicio cognitum, tenet Angel. *consil.235.* Albert. Cuman. *consil.19. quidam nobilis.* Paul. Castrens. *consil.262. in facto illorum, in antiquis.* Cardinal. Tusch. *ubi proximè num.59.* adeò ut nec etiam lata sententia condemnatoria super una re ex pluribus petitis, extenditur ad alias Menoch. *consil.110. n.62.* Bart. *in l.4. C. depositi,* & faciunt, quæ nos diximus suprà *cap.8. à n.47. verſ. quæ quidem, & verſ. sequenti, numeri seqq.*

10 Et imò agendo generaliter super pluribus rebus, sententia lata non præjudicat in omnibus sic deductis in judicio, sed illis tantùm, quæ prosequutæ fuere, & super quibus lis fuerit contestata. Ita latissimè Socin. plura reddens exemplo, *in consil.18.* prosequendo ordinem, *à num.42. cum pluribus seqq. lib.1* quem sequitur apostilla ad Felin. *in cap. adversario n.4. verſ. rei jud. de exception.* ubi plures allegat Tusc. *pract. concl. tom.6. litera R. concl.268. num.9. & à num.11.* qui *n.11.* cum Felin. *ubi proximè in d.c. adversario, n.12.* hoc limitat, ut non procedat quando pars malitiosè, & 11 dolo distulerit alias prosequi res.

Quare ad illas res seu quantitates se extendens executor merito ex cedere dicitur, text. est *in auth. de collatoribus, §. eos autem, verſ. si autem aliquis, collatione 9. l. contra nostra, C. de executionib. & exactor. trib. lib.12.* quæ loquuntur in excessu de quantitate ad quantitatem, text. *in l. prohibitum C. de jure fisci, l.1.* text. *in c. super olim.* Ab. *de off. delegati, & l. Regia 20. tit.4. p.3. & l.47. tit.18. eadem p.3.* Vantius *de null. sent. ex defect. jur. ord.* &c. *n.93.* plures refert Avilesius *in c.1. prætor. gl. mandando,* &c. *n.30. & seqq.* Castellus à Bobadill. *in pol. l.2. cap.20. n.64.* qui loquuntur de excessu de re ad rem. 13

Et de utroque ab executorialium executore, excedente de re ad rem, & quantitate ad quantitatem, hoc est, quando facit executionem in alia re de qua nec actum est, nec facta condemnatio, nec tacitè, nec expressè in sententia comprehenditur, ut puta, lata est pro dimidia domo, & exequitur pro tota, vel pro centum, & exequitur pro centum & 20. appellationi interpositæ per gravatum sit omni modo) tanquam ab excessu manifesto, licitæ, ac legitimæ proferendum, probat gl. *in l. ab executione, verbo, excedat... quorum appel. non recip.* Specul. *in tit. de executio, sent. §. nunc dicendum, verſ. quid si ab executore n.7. ad princ.* B. *in d. l. ab executore sub n.2. ff. de appell.* cum quo transit remissivè Rolad. à Valle *consil.43. num.6. vol.1.* Bart. *in d. l. ab executore num.4.* Salicet. *num.5.* ubi etiam communiter cæteri Doctores, Alexan. *consil.95. n.6. verſ. nec in dicta provincia, lib.2.* Cardinal. Tusch. *practicar. conclus. tom.1. litera A. concl.4010. n.5.* Ruin. *consil.8. n.2. col.5.* Augustin. Boër. *cons.32. in causa n.15.* Lancel. Robert. *de attent. 2. part. cap.11. lim.53. n.28.* Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.7. c.9. n.9. & c.3. sub n.9.* Marquef. *in tract. de commiss. 1. part. cap.24. n.6.* Cæsar. Barz. *dec. Bonon.55. n.11.* Rota Romana *decis.100. part.1. diverso. sub n.17.* Cæsar. Contard. *in repetitione l. unic. C. si de momen. poss fuer. appell. lim.19. num.21.* ubi exemplificat in nuntio, qui habet in mandatis: ut ponat me in possessionem unius rei, & ipse me poni in possessionem alterius Rebuf. *in tract. de sentent. execut. art.7. gl.14. n.3. verſ.2. tom.1. fol.379.* exemplificans in executore, qui executoriales exequitur in alia re quàm fuerit judicata, 16 idem Rebuf. *ibid. art.7. gl.14. sub n.4.* loquitur, quando executor excedit exequendo, executoriales pro majori quantitate, quam in sententia continetur, & probatur *in §. plus autem petere instit.* ubi dicitur is, plus petere, qui pro decem sibi debitis, petit 20. ac propterea si executor ab hujusmodi excessu de re ad rem, seu quantitate ad quantitatem minimè appellationi interjectæ detulerit vim facere deferendum, & reponendum Senatus hanc per viam violentiæ aditus, declarabit. 15

Pro cujus doctrinæ majori perfectione seu claritate, unum est notabile, & stupendum verbum Joannis Andreæ *in cap. quoad consultationem super glos. fin. de sent. & re judic.* quem ibi referens, & exaggerans sequitur eleganter Ab. Panor. *sub n.24. verſ. sed contra præcedens dictum*, dicentes, quod quando mandatum est limitatum in certa re, vel quantitate, puta; quando sententia continet expressè talem fundum, vel talem domum, talem agrum sub talibus confinibus limitatum, tradendum & restituendum Francisco; aut quando sententia continet certam summam, & quantitatem putà; centum, vel mille: tunc ideo id, in quo excedit executor, cùm sit excessus, nullum est, quia probabiliter excedit limites commissionis, & ideo appellatio admittenda. Quandoque mandatum est limitatum in incerto, & non liquidato; ut quando sententia mandat, quod mittatur qui in possessionem bonorum, valentium centum vel hæreditariorum, vel quæ possidebat testator tempore mortis, vel quando condemnat in valore, & æstimatione talis rei, vel in fructibus, damnis, seu interesse, quos percepit condemnatus, & similibus; tunc propter probabilem dubitationem tangit justitiam partis, non tamen excessum; quia cùm sit liquidandum, non sit limitatum, hoc est, quantitas non sit specificata 17 18

in sententia, sive nullum, sive paucum liquidaverit valorem, seu bona: non potest cognosci, an excedat, quia sententia non habet limitem. Imò semper remanet executor intra terminos potestatis mandatæ hujus liquidationis respectu, & alia liquidatio est interpretatio sententiæ, non augens, nec mutans ejus formam, seu tenorem, at si pars se gravatam putarit, cogitans plus, vel minus rem valere, tunc jus suum prosequatur per viam appellationis non suspensivæ à gravamine simplici, perfecta executione, & circa hanc elegantem doctrinam Joan. And. & Abb. vide quæ dixi suprà *c.3. n.75. & seqq. vers. denique excessus*, &c. quibus & hæc junge, & faciunt quæ latiùs infrà *cap.10. à princ.*

Hinc ad particulares quæstiones, ab hac dependentes doctrina descendamus, & ad illam primitus; an executor datus, ad exequendam sententiam, & executoriales obtentas per aliquem præbendatum, ut in honorabiliori, & anteriori loco sedeat; excedat, si eas exequatur, extendat, & intelligat, etiam in præeminentiis,
19 puta; osculo pacis, & incensatione ante cæteros, quibus in sede præferri mandatur victor præbendatus.

Et quòd non excedat, fortissima probant fundamenta; primò, quia si sententia declarat, castrum civitati esse subjectum, & esse de aliquo comitatu, censetur
20 declarare, quòd teneatur contribuere ad onera civitatis, quia venit in necessariam consequentiam. Ab. *in consil.89. in quæst. col.2. in prin. vers. nec obstat si dicatur, lib.1.* sequitur Card. Tuschus *pract. concl. lib.7. lit. S. concl.126. num.111.* Paul. Castrens. *consil.275. ad primum in prin. lib.2.*

21 Secundò, quia quando sententia aliquid necessariò supponit, ad illud se extendit quia dicitur in ea expressum. Alexand. *consil.123. discussis num.8. l.1.* Fulgos. *cons.140. præsuppositis.* Decius *cons.348. de duobus. col. fin.* Cravet. *cons.174. nobilis Guido n.2.* plura exempla ponit ad hoc Felin. *in cap. suborta n.4. de re jud.* ubi si judex qui non potest pronuntiare super negotio principali appellationis, nisi priùs pronuntiet super gravamine, si tamen pronuntiat in negotio principali necessariò censetur etiam pronuntiare super articulo, quia
22 ubi ex actu qui sequitur, necessariò infertur ad præcedentem actum censetur illum facere, & approbare.

Nam regula est, quod sententia, & omnis dispositio censetur continere illud, sine quo principale non
23 potest stare, quia qui vult consequens, videtur velle suum necessarium antecedens, Signorolus *cons.107. quidam n.27.* Castrens. *de cons.275. ad primum in prin. l.2.* & propterea, si sententia continens unum, extenditur
24 ad aliud, sine quo illud unum, super quo lata est, effectum sortiri non potest. Angel. *consil.257. sub num.6.* Ozascus *decis. Pedemont.64. num.2.* Cardin. Tusch. *ubi proximè d. concl 126. n.111. & n.105. & n.106.* Rota *dec.459 p.1. divers.* & per Pedemon. idem repetit Card. Tusch. *practic. concl. lib.7. lit. S. concl.122. n.4.* quòd sententia supponens aliquid necessarium, videtur illud exprimere, ad paria siquidem judicantur, aliquid esse expressum, vel necessariò præsupponi, vel subintel-
25 ligi. Paul. de Castro *in l.1. num.1. Cod. quando provo-*
26 *care non est necesse*, de quibus vide infrà *a n.150. cum multis seqq.*

27 Et satis enim expressum dicitur, quod venit in necessarium antecedens, atque expressum dicitur, quod virtualiter inest orationi prolatæ; *l. prætor. ait §. interdict.* ubi gl. *in verbo, expressam*, & Bart. hoc notat *in prin. ff. de oper. novi. nunt. l. cum quid*, ubi gl. *in verbo, pro tacito, ff. si certum pet.* cum aliis, per Tiraquell. *in tract. de leg. connubio. gl.7. §.7. num.179.* & per Gaill. *pract. observ. lib.1. observat.2. num.2. & 4.* Marescot. *variar. resolut. lib.2. cap.11. n.17.*

28 Et hinc illam aliam intelligentes doctrinam, quòd quando causa principalis, & incidens habent se ita incidenter, ut impossibile sit, ut incidens subsistat, subsistente principali, nec ambo in ea compatiantur, tunc condemnatio in principali inducit absolutionem in incidenti text. *in l.1. in l.2. & in l.3. C. de ordine judicior.* & ibi not. B. ubi B. latè etiam explicat post alios nostrates Joan. Garcia *in tract. de nobilit. glos.1. in prin. à n.18.* dicens, quòd quando incidens est subordinatum causæ principali ex diametro contrariæ, ita ut principalis omnino non possit tractari, quin agatur de
29 incidenti, tunc pronuntiatio in causa principali, induxit pronuntiationem in incidenti, text. *in d. l.1. sine autem §. fin. ff. de negotiis gestis.* Paul. Castrens. *in l. quod in diem §.1 ff. de compensatio.* vide latissimè multùs quàm alibi, ubi habes plures casus distinctos, & exempla, plura jura, & plures Doctores per Felinum *in cap. suborta, n.4. de sententia & de re jud.*

Et ita fuit in nostro casu resolutum per Rotam Ro- 30
manam in una Assensi. sedes 29. Febr. 1597. teste Prospero Farinacio in novissimis per eum recollectis DCCCLXVI. ubi dicitur, quod sententia ad favorem cujusdam præpositi lata, quia declaratur, ejus sedem esse cæteris digniorem, & primam post pontificalem, & per consequens cùm eidem primo loco habeantur prærogativæ, videlicet; osculum pacis, incensatio, & aliæ similes, tam ex jure communi, quàm probatione partis; de eisdem præeminentiis intelligi ut loquitur etiam sententia, tanquam accessoriis ad sedem, quam occupat Præpositus, etiamsi in sententia expressè dictum non sit, juxta Consilium Alexand. 23. *n.6. l.5.* & attende, quòd circa hanc articulum, & causam aliæ etiam tres Rotæ decisione factæ sunt, ut constat ex eodem Far. ibi, quas consecutivè appposuit.

Et quæ est DCCCLXIV. *fol.478.* egit Præpositus ju- 31
dicio possessorio ad sedem duntaxat, à qua illum spoliaverat quidam Archidiaconus; obtinuit Præpositus in sede, & dubitatum fuit; an executio sententiarum ad favorem Præpositi latarum, sit restricta, vel restringi debeat ad sedem, de qua agitur, vel potiùs hujusmodi executio juris interpretatione fieri debeat, etiam in præeminentiis sedis: resolutum fuit per Rotam pro tunc restringendam esse exaltationem ad solam sedem, quam solùm in judicium deduxit Præpositus, & quia Archidiaconus erat in quasi possessione illarum præeminentiarum, Præpositus autem nihil probavit in contrarium, maximè quia dubium erat, & nondum constabat; qualis dignitas esset dignior, an præpositura, an Archidiaconatus pro ut etiam dictum fuit in alia decisione sequenti apud ipsum Farin. quæ est DCCCLXV.

Sed quia latè discusso negotio, & ventilato consti- 32
tit, dictam præposituram esse digniorem dignitatem, & primam sedem habere post Pontificalem, ita determinatū fuit per aliam, quæ est in ordine DCCCLXVII. *fol.479.* tandem declaratum fuit per Rotam superiùs adducta decis. DCCCLXVI. in his verbis *ibi*, nec dicatur sententias, ad favorem præpositi latas, non loqui de istis præeminentiis, quia contrarium est verius, & uti accessoriæ ipsi debentur per supradicta. Alexand. *consil.23. n.6. lib.5.* & quòd dictæ sententiæ sint intelligendæ de istis præeminentiis, suadetur ex eo, quòd mandat Præpositum restitui ad possessionem juxta petitionem, in ejus libro contentam, in quo hujusmodi præeminentiæ notantur, &c. & sic quando non est dubium, dignitatem, pro qua lata est sententia, esse digniorem, & ut tali deferendæ prærogativæ, illi omnino deferuntur, etiamsi in sententia expressum non sit, & executor pro eis executoriales poterit exequi, nec excedere dicetur, ex jam dictis.

Et ex iis decisionibus Rotæ unica est attribuenda 33
declaratio, ad supradictas doctrinas appositas ad principium hujus difficultatis, quibus diximus, in sententia intelligi expressum, id quod venit in necessarium antecedens, & illud sine quo dispositum in ipsa sententia stare non potest, nec effectum sortiri, & similes, ut

intelligendæ

intelligendæ ſint, quando de ipſo actum fuit etiam, & deductum in judicio principali, quia tunc etiamſi in ſententia expreſſa mentio non fiat, tamen ſubintelligitur ex eiſdem Doctoribus, ac ſi de eo actum, non fuit per partes, nec in judicium deductum, tunc ad illud non poteſt ſententia extendi, ita docent Calde. *conſ.*198.*alias* 2.*de re jud.in prin.* Joan.Andr.*in cap.cum Eccl.ſutr.de cauſa poſſ.& propriet.*quem ſequitur Anch. *conſil.* 417. de quibus prædictæ ſententiæ, & iterum *conſil.*155. *num.*4. Cardin.Tuſch *practic. concluſ.lib.*7. *litera S. concl.*131. *num.*1. *num.*5. *&* 6. dicentes, quòd
34 ſi, in ſententia dictum ſit, talem teneri ad onera, & gravedines, quia eſt uſufructuarius, ut hoc dictum per modum cauſæ neceſſariæ non excludit partem quominus poſſit principaliter deducere in judicium, & cognoſci de uſufructu, quia judex non poteſt pronuntiare diffinitivè per modum cauſæ, quando partes non ſunt principaliter proſequutæ illud deductum, nec litem ſunt conteſtatæ ſuper eo, quia eſſet pronuntiare ſuper eo, quod non eſt pretium, ideo non obſtat iterum de novo agenti exceptio rei judicatæ,quia etiam deducta in ſententia per modum cauſæ neceſſariæ, de qua non eſt actum, non parit eandem rei judicatæ exceptionem, ſecus quando partes proſequutæ fuere
35 illud deductum per modum cauſæ, & rect. faciunt, quæ ſuprà diximus in principio *num.*8. *verſ.* & tandem poſt Ang. Abb. cum Pald. Card. Tuſc. quod ſententia non comprehendit ea, de quibus in judicio nondum fuit actum nec cognitum.

Quare etiam dicunt Cæſar. Contar. *in l.unic.lim.*24. *n.*45.46.*&* 47. *C. ſi de momen. poſſ.* Sigiſmund. Scacia *de appell.quæſt.*17.*lim.*6.*memb.*9.*n.*10. per Bal.*in l.empt.* 65. §. *ancilla in prin.ff.de rei vindic. in* 2.*lectura*, quòd
36 quando verba enuntiativa fiat prolata in ſententia per modum cauſæ de præſenti, & enuntiatum fuit plenè cognitum, ut puta ſi judex pronuntiat ſpoliatum eſſe reſtituendum, quia ſententia, virtute cujus ſpoliatus fuit,eſt nulla, nam ſi de nullitate fuit plenè cognitum, dicetur ſententia lata ſuper nullitate,& per conſequens appellari ab eo tanquam mixturam continente.

37 Hinc dicit etiam idem Scacia, *ubi proximè num.*11. *in fin.* quòd illa doctrina, qua dicitur, in ſententia ſic intelligi, id omne; quod ex eo neceſſario infertur, procedat,quando de ea neceſſaria illatione plenè fuerit cognitum, non aliàs: & facit inſuper, quòd diximus infrà hoc *c. num.*113. *verſ.* & licet in noſtra principali reſolutione,*&c.* per Covar. *lib.*2. *variar. cap.*3. *ſub n.*1.
38 quod ad hoc, ut fructus tacitè intelligantur in ſententia, quando utitur verbo reſtituere, requiritur, ut pars illos deduxerit in judicium, & quòd ſuper non proſequeris, & ſuper quibus lis conteſtata non fuit, licèt ſit deducta in judicio, non cadat res judicata, nec hæc noceat: plures Doctores citavi ſuprà *in prin.* hujus *cap. verſ. & eandem n.*8.

39 Et ita etiam loquuntur præfati Doctores citati ſuperiùs pro hac opinionis comprobatione, ut conſtat *ex dict. deciſ.Rotæ.*450.*part.*1.*diverſor. per totam*, qua petitum eſt à fideicommiſſario, ſibi reſtituendam hæreditatem per hæredem, & in poſſeſſionem mitti, & ideò dictum fuit, quòd ſi judex pronuncians fideicommiſſarium immittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum cenſetur pronunciaſſe,in neceſſarium antecedens, hæreditatem debere reſtitui, litium dirimendarum gratia; quia ſententia continens unum, extenditur ad aliud, ſine quo illud unum, ſuper quo lata eſt,non poteſt fortiri effectum. Item etiam pariter apparet *ex d. deciſ. Pedemon. Oxyſo.*64 ubi emptor cujuſdam rei putans ſe in ea ultra dimidium juſti pretii fuiſſe læſum; egit *ex l. Cod. de reſcind. vend.* ut ſibi pretium reſtituatur,& ipſe
40 rem tradat, conſtito de læſione, lata fuit ſententia, quia fuit condemnatus rem venditor ad pretium hoc reſtituendum, & nihil dictum fuit in ſententia de reddenda re,nec ad illud emptor condemnatus fuit. tamen concluſum fuit,nihilominus ipſum emptorem reſtituto ſibi pretio, compellendum ſententiæ virtute, ad reſtituendum rem pariter, & ex eo potiſſimum id probat Ozaſcus *ibi num.*3. quod dicit Bald. *in l. penult.ff.de iis qui ſunt ſui vel alieni jur.* quòd ſententia includit id, quod neceſſariò eſt præſupponendum, & ſumitur ex mente actorum, referturque ad cauſam,quæ ſumitur ex actis,ſecundùm Bart. *in l Jul.col.*2.*verſ.prædicta verò ff. de condict.indeb.* declarat Decius *in cap. cùm venerabilis in prin. de exceptioni.* Felin. *in cap.ſignificaverunt,n.*7. *de except.* poſt gloſſam & Bart. *in l.ſi quis adhibendum. ff. de excepcione rei jud.* & ita procedunt etiam Felin.*in d. c. ſuborta.* & Joan. Garcia *d. gl.*1. *n.*18. *& ſeqq.*quia illi articuli incidunt, & in propoſito, actum fuit de illis in judicio, ut expreſsè conſtat, de quo etiam per nos latè *ſuprà c.*7. *n...*

Nunc alia ſe offert tractanda quæſtio, an executor 41
datus ad exequendum executoriales,quorum ſententia, ſeu ſententiis clericus eſt privatus, ſeu inhabilitatus beneficio, excedat illas exequendo, ſeu extendendo ad penſiones; quas ipſe habet condemnatus, in cujus reſolutione ſumma eſt difficultas & partem negativam ſcilicet, quòd non excedet hoc caſu exequutor, forte facit fundamentum, nam verba judicis debent 42
intelligi ſecundùm mentem juris. *cap. cauſam de refer. l.ſi ſtipulatus in prin. ff. de uſuris. l. Gallus* §. *quidam rectè ff.de lib.& poſth.* Alexand.*conſ.*2.*n.*2.*lib.*3. Crayet. *conſ.*202. *a num.*18. Corneus *conſ.*126.*colum.*3.*lib.*4. 43
& verba ſententiæ ad intellectum juris ſunt reducenda *l miles* §.*judicat.ff.de re jud.*ubi Caſ.Bal.*in l.fundus* §.*in vend.verſ.notat.ff.de pign.* Cæpol. 57.*duo fratres num.*5. *in civilibus conſiliis.* Alexand. *conſil.*46: *circa primum num.*2. *lib.*5. Caſtr *conſ.*270.*n.*2.*lib.*2. Socin. *conſ.*134. *colum.*3. *in princ.lib.*5. Juris autem in noſtro caſu mens 44
illa eſt (ut quidquid ſit in penſione aſſignata pro ſervitio temporali, ſeu alias quæ præſtatur uti laico, & jus ſit capax) tamen penſio aſſignata clericus, ut commodiùs ſuſtentari valeat, vel ex cauſa reſignationis, loco habetur beneficii (ut perſonalitas communiter diſtinguitur)& loco beneficii cedit,quoad remiſſionem, hæc penſio regulanda eſt tanquam beneficium, quia eiſdem modis amittitur,quibus beneficium,tradit Hier. Gabr. *conſ.*187.*n.*11. *& conſ.*100 *lib.*2. qui ita quotidie practicari & conſuetudine,& ſtylo receptum,atteſtatur. Flamin. in Pariſ. *de reſign. benef. lib.*3. *q.*1. *n.*13.

Et hinc eſt, ut ſicut per profeſſionem expreſſam, vel 45
tacitam religionis vacant beneficia, *cap. beneficium, de reg. lib.*6. ita per illam hujuſmodi penſio extinguitur. Gigas *de penſionibus quæſt.*57. Guidobonus *deciſ.*138. Caputaq.*deciſ.*223.*part.*2. ita ſicut per contractum matrimonii vacant beneficia, hujuſmodi etiam penſiones 46
vacare teſtantur Gigas *q.*54.*&* in *conſ.*132. Caval.*q.*30. Duarenus *de benef. lib.*6. *cap.*4. *verſ. annua hujuſmodi.* Flam. Pariſ. poſt alios *de reſign.lib.*1.*q.*1.*n.*15. *& lib.*6. *quæſt.*2. *n.*115. Quintanaduen. *Eccleſiaſtic. lib.*2 *cap.*9. *n.*9. Ceval. *q.*147.*n.*3. Vival. *in appendice ad candelabrum cap.*1.*n.*33. Greg.Lopez *in l.*41.*tit.*6 *p.*1 *gloſſ.*2. Covar. *in* 4.*p. cap.*6. §.3. *n.*6. Puteus *deciſ.*459. *lib.*2. Natta *deciſ.*1079. *lib.*3. *p.*3. *diverſor.* Cæſar. de Graff. *deciſ.*114.*n.*9.Azor.*inſtit.mor.lib.*13 *c.*13.*q.*8. & Thom. Sanch. *de matrimon.lib.*7. *diſp.*55. ita pariter hujuſmodi 47
penſionum illegitimi ſunt incapaces, quemadmodum beneficiorum etiam ſunt, ſecundum. Gigan. *de penſion. q.*16. Rebuff. *in praxi benef. tit. de diſpenſatione, ſuper defectu natalium. num.*48. *& tit. de diſpenſatione ad plura num* 65.Navarr.*conſ.*5.*de filiis presbyt.conſ.*61. *num.*3. *& conſ* 63. *num.*5. *de Simonia.* & Chuc. *inſtit. canon. in parvis lib.*2. *tit.*8. *in primis.* Quintanaduenas *lib.*1.*cap.*6.*n.*6. Zerola *in praxi Epiſc.*2 *p.verbo penſionarius* §.1.& Zechus *de benef.& penſion.cap.*11.*num.*7. Nicolaus Garcia *de benef.* 1.*p. cap* 5.*à n.*115. qui dicit

48 Contrarium, tenentes, intelligendos esse in illa pensione, quæ datur in stipendiis, jam, istius laicus etiam capax sit. Ex supradictis igitur, dicit Navarr. *conf.* 11. *n.* 2. *de temper. ordinat.* quòd cùm pensio, de qua loquimur, cedat loco beneficii, etiam quod habilitates regulanda est tanquam beneficium, ita ut qui non est capax beneficii, non erit etiam capax pensionis, igitur cum jus dictet de primo ad ultimum, sequi videtur, ut executor datus ad exequendas executoriales, quarum sententiis clericus est privatus, aut inhabilitatus ad beneficia, non excedat illa, si extendens, exequatur etiam in pensione, quæ loco beneficii habetur, cùm verba judicis debent intelligi secundùm mentem juris.

49 Sed contrariam opinionem in nostro casu veriorem de jure existimo, ut executor excedat, si extendat executoriales; quibus quis privatus, & inhabilitatus est ad beneficia; ad hujusmodi pensiones, cùm simas in odiosis, & sententia sit stricti juris, ita tenent Sarrerius *de annal. quæst.* 2. Gigas *conf.* 142. *n.* 9. Crescent. *dec* 14. *de re jud.* Flamin. Paris. *in tract. de confidentia qæst.* 58. *num.* 58. Nicol. Garcia. *de benef.* 1. *part. cap* 5. *num.* 12. *& sequent.* facit decis. Farinacii 51. *num.* 2. affirmantes, quòd pensio non venit sub privatione beneficii per
50 sententiam, dicit Garcia *ibi num* 126. & ad hanc doctrinam reducendom, & intelligendum esse Suarez 5. *tomo de censur. disputatione* 27. *sess.* 1. *num.* 15. dum ait, quòd suspensio à beneficio non comprehendit pensiones, quia pœna non est extendenda ultra proprietatem vocis sine cogente fundamento, cùm pensio non
51 sit propriè beneficium, nec est jus, vel ratio quæ cogat ad hanc extensionem, *&c.* Pro quo etiam facit, quod dicit Navarr. *conf.* 12. *n.* 15. *de rescript.* ut inhabilitatus
52 ad beneficia per constitutionem pœnalem, non videri inhabilitatum ad pensiones, quem sequitur Hieronym. Gonzal. *gl.* 5. §. *num.* 26. licèt contra eos in hoc resolvat Garcia *ubi proxime num.* 123. *& seqq.* dicens, ut suspensus quis, seu inhabilitatus generaliter, &
53 simpliciter à beneficio per constitutionem, erit etiam suspensus à pensione, licet secus sit in suspenso per sententiam hominis, nam idem in effectu est, & eadem militat ratio in utroque, siquidem dispositio pœnalis pariter sit stricti juris, odiosa, & non extendenda, *c. odia. de reg. jur. cum vulgatis*, sicut sententia.

54 Quare non obstant in contrarium adducta fundamenta, quibus respondetur, procedere, & locum habere in simplici juris dispositione inducente vacationem & incapacitatem non ob pœnam, at nos loquimur, quando quis in pœnam delicti condemnatus est ad privationem & suspensionem beneficii, quia tunc stricta fieri debet interpretatio, & ad alia, quàm importet verborum sonus, non est sententia trahenda nec extendenda, cùm pensio impropriè dicatur beneficium, & sic ex suptadictis jus aliud dictat isto casu; quod si secus fiat, executor excedet, & vim faciet si appellationi emissæ ab hujusmodi excessu non detulerit, declarabit Senatus.

55 Insuper inquirendum venit, an exequutor datus ad executionem executorialium, quantum sententiis clericus est suspensus ab officio; an excedat, si illas exequatur in beneficio: In cujus investigatione licèt hinc inde plura potuisset in medium proferre, & applicare fundamenta, varias ac quidem contrarias opiniones, quæ à Doctoribus tenentur in re hac, ut videre per gloss. notab. *in clement. fin. in verbo, suspens.* & ibi Card. *de pœnis.* & idem *in clement.* 1. *de privilegiis in vers. cæterum in* 7. *quæst. cum duabus seqq.* Immol. *in cap. cùm dilectus de consuetud. column.* 8. Præpos. *in c. presbyt.* 28. *d. in* 2. *&* 3. *column.* optimè Sylvestrium *in summa, verbo suspens.* §. 3. *vers. si quis est suspensus* cujus distinctionem bonam dicit Bern. Diaz *in tract. crim. canon. verb. suspend. c.* 130 *n.* 3 *per tot.* Bonif. de Vital. *in clem. cupientes de pœnis.* Nicolaus Boërius *cons.* 21. Gregor. Lopez *in l.* 17. *tit.* 9. *p.* 1. *verbo, el derecho*, per text. qui etiam alios referunt, & omissa suspensione, quæ à jure sit, illam insequantur, quæ à judice per sententiam clerico imponitur, quia interdicitur sui officii exercitium, seu executio, in quo ex mente omnium has magis communes opiniones & conclusiones admittam.

Prima, ut quando clericus condemnatus, suspensus 56
est ab officio perpetuo, & absque temporis limitatione, tunc executor non excedet, si pariter exequatur in beneficio, quoniam suspensus perpetuò ab officio censetur suspensus etiam à beneficio, nam talis suspensio perpetuò habet vim privationis, & est idem quod depositio, Archidiaconus *in cap.* 2. incipit *si quis* 83. *d.* & ibi Dominus, quem ad hoc refert Decius *in cap. Apostolicæ column. penult. versicul.* 2. & ibi Abb. *de exception.* Immol. *d. c. cùm dilectus de consuetud.* 8. *column.* ubi citat Gasparem Calderic. Greg. Lopez *ubi proximè gl.* 5. post Præpos. Alex. *in c. præp.* 32. & Hostiens. *in summa de sentent. excommun.* §. *quis sit ejus effectus in prin.* Bern. Diaz *ubi proximè num.* 5. ubi dicit etiam quòd per talem sus- 57
pensionem perpetuam, videtur beneficium vacare, ut de eodem possit fieri provisio, ratio est, quia cùm beneficium detur propter officium, quod clericus ministrat in Ecclesia, *cap. fin. de rescript. lib.* 6. *cum secundum Apostolum de præbend. & dignitat.* & dicit Card. Tolet. *in summa lib.* 5. *cap.* 76. quòd officium consistit in laudi- 58
bus divinis in sacrificio Missæ, & sacrorum administratione, non quòd propter hoc redditus dentur in pretium, sed in sustentationem talium personarum, ut à cura sibi providendi liberi, Deo meliùs vacare possint, in populi utilitatem, ideò cùm hoc officio sit perpetuò clericus suspensus, per consequens est suspensus à beneficio, quia infecta primitiva, infecta intelliguntur derivata, ac cessante causa cessat effectus.

Altera conclusio erit, quando per sententiam quis 59
est suspensus ab officio, non perpetuo, sed ad tempus, vel etiam simpliciter, nec addita perpetuitate, nec etiam præfinitione temporis, sed simpliciter suspenditur ab officio, & tunc concors est sententia, ita suspensus censeatur etiam suspensus à distributionibus quotidianis, nec exequutor ad illas extendens executoriales, excedere dicetur, quia distributiones non dantur nisi interessentibus personaliter in divinis officiis, *cap.* 1. *de cler. non resid lib.* 6. quorum exercitio, & execu- 64
tione, seu usu suspensus est, ac propterea residere, seu interesse non potest, ac ideo suspensus meritò ab istis distributionibus quotidianis intelligitur; ex Gregorio Lop. Præposit. Alex. & Hostiens. *suprà.*

Si autem quæramus de ipsa præbenda seu grossa, aut 60
de alio beneficio, tunc major stat difficultas, & in varias itum est sententias, per doctores, magis autem communis sententia, & opinio est, quæ distinguit inter sic suspensum ab officio per sententiam propter crimen grave, seu atrox, & inter suspensum propter crimen leve, aut etiam infamiam, aut contumaciam. Primo casu scilicet, quando à judice quis suspenditur ab officio propter crimen grave, intelligitur etiam suspensus à beneficio, & subtrahantur ei fructus ex identitate rationis suprà positæ, quia beneficium datur propter officium, hoc est suspensus, ergo & beneficio, quia cessante causa cessat effectus, siquidem qui altari non servit, de altari vivere non debet, argum. text. *in dict. cap. cùm secundùm Apostolum. de præbend. & dignitat.* quod non provenit ex significatione, natura, & vi verbi (suspensio) positi in sententia, ut aliqui dicebant, sed causativè, & in necessariam consequentiam, ex is, quæ suprà diximus in vers. hinc ad particulares quæstiones, *&c. per totum à num.* 19. & latissimè infrà *cap.* 10. *à* 61
numero 89. *cum pluribus seqq.* & quia beneficium est accessorium ad officium, & ideo dicunt omnes præcitati Doctores: propterea suspensum à beneficio non intelligi

62 intelligi suspensum ab officio, quia officium non est accessorium ad beneficium, sicut econverso, ut beneficium sit accessorium ad officium, quo sublato, & illud tolli necesse est, secundum ea, quæ de sententia ad accessoria trahenda inferiùs sunt dicenda, & *d. cap. 6. à n. 89* Imò hoc casu si aliter diceremus, ipsa delicti pœna potiùs imposita diceretur Ecclesiæ, quàm clerico,
63 si percipiret fructus non serviens, nec residens, quia non potest, & Ecclesia debito servitio fraudaretur. In secundo autem distinctionis membro, scilicet in suspenso ob delictum leve, & ob contumaciam, tunc non intelligitur suspensus à beneficio, quia pœna non egreditur delictum, sed commensurantur, & hanc distinctionem probat text. *in c. si quis sacerdotum, & c. eos* 81. *d. c. Presbyter si à plebe* 2. *q.* 4. & in casu *c.* 1. *de renunc. lib.* 6. Petr. de An. post Gasparem Calderin. *in clem. cupientes de pœnis*, optimè Sylvest. *in d. summa, verbo suspensio.* §. 5. *vers. si quis est suspensus*, ad quem se refert approbans distinctionem ejus Bernar. Diaz *in d. pract. crim. can. d. c* 130. *n.* 3. Gregor. Lopez *in d. l.* 17. *tit.* 9 *p.* 1 *gl. verò mui des agraviado*, ubi dicitur ita communiter Doctores tenere, Tolet. *in summa. lib.* 1. *c.* 47. Corrati, 3. *p. cap ult. à n.* 28. Abb. *in c. vestra de cohab. cler. & mul. n.* 8. Covar. *in* 4. 2 *p. in prin. n* 64. Armilla *verbo. suspensio*, *n.* 11. Valentia 3 *tom. disput.* 7. *q.* 17. *puncto* 1. Cechas *de casibus reservatis ac suppens. n.* 14. Lud. Lopez *instit. instr. conscientiæ* 2 *tom.* 2 *p. c.* 31. *&* 39. Vega *in summa* 2 *p. c.* 106. *casu* 13. & in Espeio de Curas *c.* 12. *n.* 104. *&* 10, & faciunt infiniti penè Doctores citati à Nicolao de Garc. *de benefic.* 7. *p. c* 14 *à n.* 7. *cum pluribus seqq.* probantibus, quòd Clerici concubinarii, seu fornicarii notoriè sunt suspensi ab officio, & per consequens à beneficio, licet ipse in hoc contrarium defendat, negando antecedens, scilicet; quòd sint suspensi ab officio, & sic quòd nec à beneficio: Et hæc opinio magis mihi placet, ut suspensus per sententiam ob grave crimen ab officio, intelligatur etiam suspensus à beneficio (licèt Garcia post alios *ib. n.* 58. contrarium tentet, nempe suspensum ab officio sive à jure, sive à judice, non esse suspensum à beneficio, quoad ea, quæ competunt non interessentibus divinis, nisi aliud constet ex mente disponentis) & ultra superiora jura superiùs allegata probant text. *in c. qui sunt, c. nullus* 32. *d. c. si quis amodo* 81. *d. c. prætor.* 31. ibi, nec partem ab Ecclesia suscipiat, *&c.* ubi gl. & facit, quod suspensis ab officio, vel beneficio quia sunt
64 (incapaces) non valet collatio facta beneficii, *c. cum dilectus, § quia nobis, de cons.* plures citat Nicol. Garc. *d. tract. de benef. 7 p. c.* 14. *à n.* 1. quam tamen resolutionem omnino intelligere debes; quando suspensio ab officio facta est perpetua, non autem ad tempus, quod & ex mente est omnium citatorum Doctorum, atque juri consonum, juxta superiùs dicta.

65 Apud quos omnes, & apud Zerolam *in praxi Episcopali* 1. *p. verbo suspensio.* P. Borga *de irregularitate* 6. *p. c. de sent. susp* Simo Maio. *cod. tit. l.* 3 *c.* 19. Marti Navar. *in Manual. confess. c.* 17. *n.* 151. *cum multis seqq.* Covarr. *in clem. si furios. 1. p.* §. 1. *à princ.* & Nic. Garc. *ubi proxime*, apud quos invenies quando, & propter quas causas hujusmodi suspensionis sententia infligenda sit, & quando incurratur irregularitas, & de ejus effectibus, & quid Prælatis, seu Episcopis censeantur interdicta, quando jurisdictio, quando collatio, & ordines, seu juri dictionalium exercitium, & alia plura.

66 Quibus & alia succedit indifficilis discutienda difficultas: an executor datus ad exequendas executoriales quarum sententiis clericus declaratus fuit tantum commisisse, & perpetrasse delictum, dignum sui natura privatione beneficii (eo tamen tacito in sententiis) excedat illas exequendo, & extendendo ad privationem præfati beneficii.

Et partem affirmativam, scilicèt excedere manifestè,

videtur probari; quoniam clericus condemnatus per sententiam latam super homicidio, puta; vel alio crimine privatione digno, non est privatus beneficiis, nisi 67
exprimatur; & expressè dicatur in sententiis per Innoc. *in c. qualiter et. 2. de accusat. n.* 10. Felin. *in c. inquisitionis, ea enim tit. n.* 7. *&* *in c. cæterum n.* 24. & iterum idem Felin. *in c. sciscitatus n.* 2. *de rescript.* Hippol. *sing.* 200. Rebuf. qui plures refert *de pacific. poss. n.* 315. *alias* 262. & iterum *in tit. de modis amittend. benef. n.* 64 Simoner. *de reserv. q.* 24. & ibi Granut *lit. B.* Lamber. *de jure patr.* 1. *p.* 2. *lib. q.* 6. *art.* 9. *n.* 1. Bernar. Diaz *in prax. crim. can. c.* 131. *n.* 3. Mandos. *de sig. attenta tit. de privat. vers. condemnatus, de homicidio* Petrus Greg. *syntagm. jur. c.* 26. *n.* 9. & iterum *c.* 33. *num.* 3. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 3. *quæst.* 16. *num.* 29. *& seqq.* Joannes Gutier. *canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 3. *numero* 3. Zerola *in praxi Episcop.* 1. *p. verb. privatio.* §. 1. & determinavit Rota teste Puteo *dec.* 233. *lib* 3. & novissimè in alia teste Farinacio *decisio* 234. *numero* 3.

Quæ opinio ex eo juvari videtur, quoniam & si pro 68
homicidio quis sit condemnatus pœna perpetui carceris, vel alias, si per sententiam latam, & transactam in rem judicatam super crimine, non est privatus expressè clericus beneficio, nihilominus poterit renuntiare, & collatio inde sequuta erit valida: Rot. *dec. . . de re jud. V. pig. . . antiquis* Sarnerius *de annal. q.* 42. Rebuf. *d. tit. de modis, amittendi beneficium, n.* 64. Flamin. Paris. *n.* 28. Joan. Gutier. *n.* 38. *ubi proxime.*

Sed contrariam sententiam & opinionem, imò, 69
quando sententia lata est super delicto digno privatione beneficii ipso facto, etiamsi id in sententia de beneficii privatione non exprimatur, tacite inducta intelligatur à jure, & in ea posse pariter executionem fieri; probat textus expressus, qui nullo modo cavillari potest, *in l.* 1. *ad senat. consult. Turpil.* ibi. Si autem pronuntiaverit calumniatus est, condemnavit eum, & quamvis nihil de pœna subjecerit, tamen legis potestas adversus eum exercebitur, *&c.* & ibi gl. hoc idem tenet *verbi facili.* & B. per quem text. qui revera loquitur in damnato de crimine quod de jure meretur privationem eo ipso beneficio, licèt id in sententia non exprimatur) & ita per hunc text. defendit non posse opinionem Innoc. *in d. c. quatuor.* tradit doctissimus Sarmien. *lib.* 1. *select. rerum c.* 13. *n.* 3. falsum esse affirmans, quando à jure pœna est certa, & illi delicto, de quo est clericus declaratus, non est arbitria, sed à jure determinata, prout etiam sentit ipsemet Innoc. *in c. inter dilectos, de excessibus prælatorum*, & cum sequuntur Abb. Panorm. *ibi n.* 11. & Bernar. Diaz. *ubi proximè d. n.* 3. Rebuf. *d. tit. de modis amitt. benef. n.* 65 dicentes, quòd quando delictum erat tale, quod ipso facto inducebat pœnam privationis beneficii, tunc sufficiat delicti declaratio, ut privatio etiam non expressa intelligatur, Felin. *in c. Reginus de rescript. n.* 35. *&* *n.* 37 Zerola *sup. à*, Alex. de Nevo *in addit. magna ad Abb. in d. c. inter dilectos*, & idem Abb. *in c. postulasti de foro compet.* & ita etiam has opiniones contrarias conciliat, & bene Nic. Garc. *de ben. p.* 11. *p. c* 3. *de renuntiat. n.* 105. *& supra à n.* 97. quòd quando judex ita pronuntiat secundùm Innoc. (condemno te de tali crim.) vel ita (declaro te 70
commisisse tale crimen) ut tunc locum habeat dispositio *d. l.* 1. *ff. ad Turpil.* & tacitè intelligatur, & inducatur privatio beneficii, ac contraria opinio, & Doctores eam tenentes procedant, quando facti fuit condemnatio, seu potiùs declaratio delicti etiam condigni pœna privationis sed non ipso facto, seu ipso jure, sed demum spectata sententia, ut tunc id non inductum censeatur, de quo etiam latè Bernard. Diaz *d. cap.* 131. *à num.* 3. *cum seqq.*

Et ego ulteriùs in comprobationem istius distinctionis, & resolutionis (quæ veritas est) allego famos à Rotæ

Romanæ noviſſ. deciſionem 769. *per totam* 1. *p. diverſorum* qua validiſſimis hinc inde adductis fundamentis reſolutum fuit; ſufficere tabellionem, ſeu notarium condemnare in ſententia de crimine falſi ut inde cenſeatur tacitè in facta officii in poſterum privatio, etiam ſi id non ſit in ſententia expreſſum, ſed ſtatim deinceps non poterit tanquam inhabilis, & incapax declaratus, conficere inſtrumenta, & uti officio, prout magis communem contra alios Doctores ab ea relatos, reſolvit eadem Rota *ibi à n.* 8. *verſ. hæ tamen non obſtantibus* quam ſequuntur B. Angel. Joan. de Platea, 72 & Jacob. Reboff. *in l. ſi aliquid, C. de ſuſceptoribus lib.* 10. per text. *ibi*, & idem voluere *in l. ſi quis ex argentariis §. cogentur. ff. de edendo.* Angel. *n.* 2. Paul. de Caſt. *n.* 3 dicens requiri ſententiam privationis officii, quando notarius deliquit extra officium, & ibi Alex. *n.* 6. Jacob. de ſancto Georgio *n.* 12. Iſſ. *n.* 16. Paul de Caſt. *in l. quamvis §. fi. n.* 2. *ff. ad ſolutio. & bene conſ.* 203. *ſecundùm veterem imp effionem.* Bal. *in l. & militibus n.* 3. *verſ. & ideo notarius*, & ibi Paul. de Caſtr. *n.* 4. *&* 5. & Decius *n.* 6. *verſ. & nota C. de milit. teſtam* Afflict. *in conſtit Regni* incipit *judices tit. de electione officiorum n.* 8. Tiraq. *de pœnit temp. cauſa* 58. *n.* 7. *infi & n* 8. Alvarot. *conſ.* 67. *n.* 10. *inter conſilia crim. diverſ. lib.* 1. Jul. Clar. *in pract. crim. §. ff. q.* 73. *verſ. notarius condemnatus.* Franc. Marcus *dec.* 299. *lib.* 2. hanc eſſe communem teſtantur Alex. Decius, Clarus, & Franc. Marcus *ſuis locis modò citatis*, & inſuper facit, 73 quod poſt alios dicit Tiraq. *in l. ſi unquam*, *verbo, revertatur C. de revoc. donat. n.* 400. quod ſi pœna privationis officii incurreretur ipſo jure, non requireretur condemnatoria, ſed declaratoria dumtaxat.

74 Quare rectè ſequitur, ut hoc caſu executor non excedat extendens executoriales, quibus clericus eſt condemnatus, ſeu declaratus, commiſiſſe delictum dignum beneficii privatione ipſo facto, ad ipſam privationem, etiamſi in illis hoc non ſit expreſſum, ſed tacitè intelligitur juris diſpoſitione, & ex eodem facto hæc oritur privatio ſtatim, ut dicit Ab. *in d. c. poſtulaſti n.* 7. *de for. compet.* ſequutus Innoc. quòd lata ſententia tantùm ſuper crimine privatione digno immediatè & incontinenti ſequitur juris pœna, & juris effectus privationem operantes, *ut in d. lib.* 1. *ff. ad Turpil. & in c. ſi quam, §. notandum* 2. *quæſt.* 3.

Et quòd nec requiritur nova ſententia privationis, ſed de facto privabitur imponendo pœnam juris & melius dicit Innocentius *in dicto cap. poſtulaſt. in princ.* quòd lata ſententia ſuper crimine ita, (condemnote de tali crimine) poſſimo lum executio pœnæ fiet ſecundum canones, qui præcipiunt criminoſos, & damnatos deponendos *cap.* 1. *deciſ.* 15. & ita Innoc. declarat. Ant. Nevo *in addit. mag. ad Alb. in dicto cap. inter dilectos*, quod in executione ſententiæ latæ debebit iſte talis clericus, deponi a beneficio, etiamſi in ea non ſit expreſſum, ſed juris intellectu impoſita pœna privationem ejus inducente ipſo facto, & ita tenendum eſt.

75 Alia ſe offert practicabilis inferenda dubitatio, an executor nominatus ad executionem executorialium, quibus beneficii poſſeſſor venit in fructibus ejuſdem beneficii perceptis, ſeu percipiendis condemnatus; an excedat illas exequendo in diſtributionibus quotidianis, oblationibus, funeraliis; ſeu incertis aliis eleemoſynis, & ad horum ſolutionem, & ſatisfactionem condemnatum compellendo. In qua brevibus me gerens, dico, regulariter executorem hoc caſu excedere; movetur, quia appellatione fructus beneficii eccleſiaſtici diſtributiones quotidianæ non comprehenduntur: 76 Selva *de benef. 2. p. q.* 12. *ex n.* 33. Covar. *lib.* 3 *var. c.* 13. *n.* 1. Caſſiad. *dec.* 6. *ſub n.* 3. *de præben.* latè Prob. ad Joan. Menoch. *in c. quia ſub n.* 52. *verſ. pro complemento. & ſub n.* 57. Lancel. *de art.* 3. *p. cap.* 31. *n.* 24. Andr. Gambar. *de offic. & poteſtat. legat. lib.* 6. *ex n* 18. Oleda *de beneficiis incompat.* 1. *p. c.* 12. *n.* 8. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib* 6. *q* 2. *n.* 30. plures referens ſequitur Monet. 2 *p. quæſt.* 14. *num.* 22. quod adeò verum eſt ex hac ratione, ut licèt qui habeat privilegium à Summ. Pontif. ut fructus beneficii etiam abſens integrè recipiat, ac ſi eſſet præſens, non tamen conſequitur diſtributiones quotidianas, gl. communiter recepta *in verbo, ad fuerint, in c. unico, de cler. non reſid. in* 6. tradit Rebuf. *in praxi* 3. *p. tit. de brevi Apoſtolico, n.* 45. Ducñus *reg.* 106. *in princ.* Monet. 1. *p. q.* 6. *n.* 12. & poſt alios latè Covar. *ubi proxime n.* 2 Calder. *conſ.* 1. *tit. de cler. non reſid* Joan. de Ocon. *in repet. d. c. unic. n.* 10. Caſſiad. *dec. unic. per totam, de cler. non reſid.* Gigas *conſilio* 144. *ex n.* 25. Graff. *p.* 2. *deciſ. lib.* 3. *c.* 15. *n.* 9. Joan. Gutier. *lib.* 1 *canon. quæſt. cap.* 15. *ex num.* 12. Flamin. Pariſ. *ubi proximè num.* 30. Franciſcus Vivius *in commu. opin. verſ. diſtributiones quotid. fol.* 46. Manu. Rodrig. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 74. *art.* 4. *verſiculo ſecunda ratio.* dicentes quòd ſolùm modo percipit fructus diſtinctos, & ſeparatos à diſtributionibus quotidianis, quæ tantum perſonaliter intereſſenti præſtantur. 78

Et ex eadem ratione, & ejus identitate locum 79 habet in mortualiis, ſeu funerariis oblationibus, & aliis emolumentis, quia non veniunt appellatione fructuum, redditiuum, proventuum beneficii, latè alias rationes adducens probat Moneta *de diſtrib. quotid.* 2. *p. quæſt.* 14. *num.* 22. Zerola *in praxi Epiſcopal.* 2 *p. verbo, diſtributiones, ad fi.* Cænedus *in canon. quæſt. q.* 5. *num.* 5. dicentes, quod etiam ſi quis habeat privilegium à Summe Pontifice, ut poſſit in abſentia percipere fructus, redditus, proventus, obventiones, & emolumenta ſui canonicatus, ſeu etiam diſtributiones quotidianas, adhuc non comprehendit mortualia, ſive anniverſaria.

Quod inſuper & ex eo fulcitur, quoniam etiam ad 80 valorem beneficii, ut nuntius poſſit providere, conſiderentur, & computentur fructus rationalis reſidentiæ percipi ſoliti, & diſtributiones quotidianæ; tamen anniverſaria, & funeraria incerta non computantur, nec conſiderantur, quia non connumerantur in fructibus ad valorem. Abb. *in rubr. de Parochis n.* 3. plures in id allegat Rotæ deciſiones Nicolaus Garc. *de benef.* 5. *p. cap.* 3 *à n.* 153. & iterum *n.* 157. dicunt etiam Felin. *in c. ad aures, num.* 14. & Ripa *n.* 29. *de reſcript.* Silva *de benef.* 3. *p. quæſt.* 9. *num.* 12 Rebuff. *in praxi benef. tit. de congrua portione n.* 83. & 85. *de nominatione q.* 9. *n.* 43. *alias* 45. Rota *dec.* 5. *à num.* 7. *p.* 2. *diverſ.* & Cæſar de Graff. *dec.* 117. *n.* 12. Anchar. *in clem. unic. de conſ. præbend. ſub num.* 62. *verſ. ſed adverte*, qui dicunt, quòd 81 licet ad hujuſmodi valorem hæ incertæ eleemoſynæ, funeratiæ, & emolumenta non computentur in fructus, nec eorum appellatione veniant, ratione incertitudinis; tamen hoc limitari, quando incerta iſta ſint ſolita locatori ſingulis annis pro certa quantitate, vel aliàs communiter redigantur, ſeu redigi poſſint ad certam ſummam; nam tunc incerta iſta redduntur certa, & computantur in valorem facultatis Nuntii, ſaltim ut fructus, ſeu diſtributiones ratione perſonalis reſidentiæ percipi ſoliti.

Et in terminis quòd poſſeſſor beneficii per ſenten- 82 riam condemnatus ad reſtitutionem fructuum perceptorum, & percipiendorum, non teneatur reſtituere, ſolvere, nec relaxare diſtributiones quotidianas, quas ex ſua reſidentia ſuos fecit condemnatus, nullóque modo debentur abſenti, & non reſidenti, probant Man. Rodr. *quæſt. regul. q* 74. *art.* 4. *verſ. unde condemnatur.* Rom. *in l. ſed & poſſeſſor. n* 5. *ff de jure jur.* Gambar. *de off. & poteſtate legat. lib.* 6. *n.* 32. Boërius *dec.* 340 *n.* 4. Moneta *de diſtri.* 2 *p. q* 6. Cæned. *can. q. q.* 1. *n.* 6. & probant etiam Decianus & Petius Gregor. ſtatim citandi, ultra

ultra quos latè est videndus plures Rotæ decisiones, allegans Lancel. *de attentat. 3.p. cap. 31. à num. 25.*

83 Quod idem esse dicendum in emolumentis incertis, ut funeralibus oblationibus, ac eleemosynis, & similibus, tenet & bene Nicolaus Garcia *in tract. de benef. tom. 1. 6. p. c. 5 n. 121. & n. 122.* dicens, quòd etiam in aliis beneficiis, etiam parochialibus non fit condemnatio fructuum nisi provenientium ex decimis, primitiis, &c. per Rotam in una decisione Detrusien. parochialis 4. & 10. Maii 1582. quam etiam adducit ad literam in aliud propositum *in tom. 2. p. 9. cap. 2. num. 233.* quibus ita dicitur: Retentis aliis decisionibus in hac causa factis, dubitavi; an, & in quibus fructibus Gaudiosus veniret condemnandus; & dubio bis proposito, domini pro majori parte firmarunt, ipsum teneri ad illorum fructuum restitutionem, quos & decimis, & primitiis rectori ejusdem Ecclesiæ debitis, à die motæ litis ipse percipit, in hanc enim iverunt sententiam eo po-

85 tissimum fundamento, quia hæc electio forma Concilii non servata, ut subreptitia, nulla, & irrita, nullum jus aut justum possidendi titulum ipsi Gaudioso præbere potuit, ut clarè demonstrant Concilium Trid. *sess. 24. cap 18.* & constitutio Pii V. super collationem parochialium: qua propter fructus absque dubio restituendi sunt; quòd etiam sibi locum vendicasse, ubi Episcopus tantùm sine ordine præcessisset. Afflict. *decisione 218. num. 5.*

86 Quamobrem cessare dicebatur objectum, quod licuerit Gaudioso dictos fructus, veluti bona fide, ac justo titulo percepto, in proprios usus convertere, *ad l. qui authore. ff. de regul. jur. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domini & in cap. gravis de restitutione spolia.* cùm enim jus, hoc pacto dictæ electioni, ac provisioni resistat, visum fuit non esse hæsitandum, Gaudiosum prædictam restitutionem minime evitare posse: Idem voluit Ab. *in cap. dilecto. de præbend. n. 12.* per doctrinam B. *in l. sed & si. §. scire. de petitione hæred.* quam uti pulchram sequitur Felin. *in cap. de quarta n. 31. vers. tertia restrictio, de præscriptio.* &c.)

87 Istheæ tamen nostræ quæstionis verissima, ut comprobata, resolutio nonnullas pati fallentias invenio. Et prima, ut tunc condemnatus per sententiam ad restitutionem fructuum beneficii non tenetur distributiones quotidianas restituere; quando ultra distributiones adest glossa beneficii, ut secus sit dicendum, quando omnes beneficii fructus consistunt in distributionibus, ne verba sententiæ inania reddantur; ita probant Decianus *cons. 43. n. 16. volum. 1.* Petrus Gregor. *in tract. de benef. part. 7. n. 1.* Moneia *de distribut. 1. p. q. 6. n. 16.* & iterum *2. p. quæst. 10. n. 24.* Cæne. *in quæst. can. quæst. 1. n. 6.*

88 Et licèt hoc casu, & aliis dicendis, quibus tenetur condemnatus ad distributiones, non tamen tenetur restituere, nisi quas percepit, suásque feciisse apparet ex residentia sua; at ea quæ ob ejus non residentiam, & interessentiam, cæteris Canonicis accreverunt, restituere non tenetur, ut per Conedum ibi, quod quidem verum esse censeo, nisi collitigans lite pendente legitimam fecerit protestationem possidenti, nempe, alternativè ut resideat, aut dimittat possessionem secundum stylum Rotæ, quia tunc etiam distributiones non percepras per eum ob ejus non residentiam, restituere tenetur, Puteus *decisione 383. num. 7. lib. 1.* Rota in una Lacenen. beneficii de Anso. 16. Januar. 1577. coram

89 Lanceloto, quæ habetur *1. p. d. verso dec. 618. & optima etiam dec. 1170. lib 3. divers.* Lanc. *de attent. 3. p. c. 31. à n. 17.* Hier. Gonzal. *de alter. §. 7. proœmiali n. 156.* Nicol. Garc. *de benef. 6. p. cap. 3. n. 120. & 124.* ubi alias decisiones allegat, & sic in casu; quo ad distributiones tenetur, protestatio possidentem obligat ad restitutionem

90 etiam non perceptorum, ob non ejus interessentiam latè prosequitur, ultra hos Doctores Lancel. *de attentat 3. p. c. 31. à n. 27.* ubi explicat aliqua necessaria requisita, quæ præcisè continere debet hujusmodi protestatio, ut aliter facta non prosit.

Secundò fallit nostra resolutio, quando agitur ex 91
brevi Camerali, de capienda possessione beneficii reservati, & affecti Sedi Apostolicæ, quia tunc possessor intrusus cogitur pro brevi paritione, ad restituendas distributiones quotidianas ab eo perceptas, latissimè post alios & Rotæ decisiones Nicol. Garc. *ubi proximè à n. 112. cum multis seqq.* & Hier. Gonzal. §. 7. *proœmiali à n. 161. cum seqq. & superius*, apud quos quomodo & quando, & de quibus fructibus, seu distributionibus, pro paritione brevis possessor restituere teneatur, reperies.

Et tertiam aliam fallentiam scribit Lancel. *ubi pro-* 92
ximè à n. 25. & suprà, quam his addere potes, scilicèt, quando attentans lite pendente condemnatur (prout tenetur ad fructuum restitutionem,) quia intelligitur de distributionibus etiam, ubi testatur de aliquibus Rotæ decisionibus, tenet etiam Cassiador. *decis. 6. n. 3. tit. de præbend.* Thomas de Thanis *decis. 49.* incipit Capitulum Forlibiense Anton. August. *decis. 11.* incipit *præsuppositalib. 2.*

Hinc & in illam labimur, ut celebrem ancipitem 93
discutiendam quæstionem; an exequutor datus ad rei restitutionem; vigore executorialium excedere dicatur fructus etiam rei parti victrici solvere compellens cùm in sententia eorum expressa mentio non fiat. Et quòd excedat, videtur manifestè probari quoniam sententia est stricti juris, & tantum disponit, quantum loquitur, ut per Decium *in l. jus nostrum n. 11. de reg. jur.* Gozad. *cons. 50. num. 11.* Socin. Junior. *cons. 181. n. 67.* 94
lib. 2. Cravet. *cons. 188. num. 6.* Menoch. *cons. 80. n. 39.* nec ea plus probatur, quàm ex ea necessariò infer- 95
tur, Alexand. *cons. 84. in causa n. 3. lib. 3.* Anch. *cons. 437.* Decianus *cons. 52. num. 44. lib. 1.* Cardin. Tusc. *practic. concl. tomo 7. litera S. concl. 121. num. 57. & num. 65. & seqq.* Menoch. *cons. 110. num. 17. & seqq. & n. 16.* Alex. *cons. 123. discussis num. 7. lib. 4.* Decius *cons. 248. de duob.* 96
col. fin. Fulgos. *cons. 140. præsupponitur. col. penult. vers. ad secundum.* Decius *in l. 1. ff. de off. ejus.* Castrens. *cons. 441. num. 5. in fin. lib. 2.* nec continet nisi id, quod in ea reperitur expressum. Roland à Valle *cons. 79. num. 17. lib. 2.* plenius *cons. 17. à num. 6. & seqq.*

Et propterea sententiam merito strictam interpre- 97
tationem recipere, probant, text. *in l. 1. C. si plures una sententia, & l. si judex. ff. de iis qui sunt sui vel alieni juris* notat B. *in l. Julianus n. 5. de conditione indebiti.* Decius *in cons. 83. num. 4.* optimus text. *in l. divi ff. de liberali causa l. si aprè ff. de exceptione rei jud.* idem Bart. *in l. si expressim. col. 2. ff. de appellat.* Cæpol. *in l. 1. ff. de Verbor. signific. n. 151.* Covarr. *var. resol. lib. 3. cap. 5. in fin.* cujus quidem verba ideo sunt strictè accipienda. Joan. de 98
Anania *cons. 18. visa sement. in prin.* Alex. *cons. 174. opportunè n. 2. l. 2. & cons. 108. viso processu n. 1. l. 5.* plenè *cons. 49. in causa in princ. lib. 7. & cons. 146. visis n. 2.* ubi additio, *in verbo stricta*, plures adducit concordantes *lib. 7.* Roland. à Valle *cons. 79. num. 10. & seqq lib. 3.* Decian. *cons. 8. num. 108. lib. 1.* Decius *cons. 107. num. 7.* Cravetus *cons. 188. num. 6.* Curtius Junior. *cons. 153. in fin.* plenè Menoch. *d. cons. 110. lib. 2. à num. 13.* Ilf. *cons. 98. acced. col. fin. lib. 1.* Alex. *cons. 174. num. 2. lib. 2. & cons. 46. lib. 1.* Socin. *cons. 139. lib. 1.* Cæpol. *cons. 57.* Decius *in l. 1. ff. de off. ejus.* Rota novis. *decis. 37. diverso.*

Et hinc est ut sententia qua quis condemnatus est 99
ad fructuum perceptorum restitutionem, non trahitur ad illos, qui percipi potuerunt. Roland. à Valle *cons. 76. n. 23. cum seqq. lib. 4.* Cardinal. Tusc. *ubi suprà num. 94.* ergo sequitur evidenter, quòd cùm de fructuum restitutione simul cum ipsa restituenda, nihil reperiatur scriptum, & expressum in sententia, exceder, exequutor, ad illorum præstationem condemnatum

100 compellendo, quidquid ſiquidem in condemnatione non reperitur expreſſum cenſetur omiſſum, vide quæ latè diximus ſuprà *hoc lib. c.8. num.51. & ſeqq. & quæ hoc cap. in princ.*

101 Quod & eo corroboratur, namque fructus longè diſtant ab ipſa re, imò diverſo jure cenſetur, probat text. *in l. in ædibus, §. ex rebus, ff. de donat.* ſed cùm ſententia nihil de fructibus diſponat, ſequitur, ut ad eos tamquam rem diverſam non extendatur, *l. ſi. ff. de calumniator. l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio.*

Inſuper & pro hac parte expendo textum (qui in propoſito videtur expreſſus) *in l. ex diverſ. 36. §. ubi ff. de rei vind.* cujus verba ſunt: Ubi autem alienum fundum petii,& judex ſententia declaravit meum eſſe,debet etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare, eodem enim errore, & de fructibus condemnaturum: non debet enim lucro poſſeſſoris cedere fructus; cùm victus ſit alioquin, (ut Martianus ait) nec rem arbitrabitur judex, mihi reſtitui, & quare habeat, quòd non eſſet habiturus poſſeſſor, ſi ſtatim mihi poſſeſſionem reſtituiſſet,*&c.*) ex quo quidem text. (ut vides conſtat condemnaſſe judicem ad rei reſtitutionem, *ibi*, judex mihi reſtitui, *&c.*) & tamen dicit text. quòd debet facere fructuum condemnationem, *ibi*, & de fructibus condemnaturum, (& *ibi*, debet etiam de fructibus poſſeſſorem condemnare, *&c.*) ergo manifeſtè ſequitur, quòd non intelligitur tacite de illis condemnatus, quantumvis uſus fuerit judex verbo, reſtituere, *&c.* & illos ſubintelligens executor videbitur excedere.

102 Sed nihilominus his non obſtantibus, contrarium in re hac eſt defendendum, imò ut exequutor non excedat hujuſmodi fructuum compulſionem faciens, etiamſi de illis in ſententia expreſſa mentio facta non ſit; quia cùm res jubetur reſtitui, tacitè de fructibus intelligitur facta condemnatio; his tamen caſibus, in quibus aliàs ad illorum præſtationem, & reſtitutionem condemnatus tenebatur; quam ſententiam, & opinionem à pluribus tentam eſſe, reperio, ſequutis Bald. authorem illius,qui *in rubr. C. de fructibus & litis. expenſ.* docet *n.1.* ſecundùm gl. ibi dicentem, quod de fructibus debet fieri in ſententia mentio, quam intelligit, & declarat, quòd ſufficiat fieri condemnatio rei, per verbum (reſtituas) quia tunc tacitè intelligitur fructuum facta condemnatio, per quem etiam idem adnotavit Iſſ. (qui dicit perpetuo ac diligenter notabile) *in §. omnium, inſtit. de actio in fi.* & idem Iſſ. *in l. Galbus §. & quid ſi tantum, n.27. ff. de lib & poſth.* & idem voluit ipſe Bald. cujus Iſſ. non meminit, *in conſ.304. arbiter & arbitr. col.2. verſ. modo quæritur lib.5.* Tiraquel. *in repetit. l. ſi unquam, verb. revertatur. ſub n.224. C. de revoc. donat.* Bertach. *in repert. verbo. condemnatus n.50. ad medium*, dicentes ex eodem Bald. quòd in ſententia, quæ reum condemnat ad rem actori reſtituendam; oportere fructuum ejuſdem rei mentionem fieri, niſi judex utatur hoc verbo (reſtituere) nam tunc ſatis eſſe dicunt, cum omnino fructus in reſtitutionem rei veniant ex eadem ſententia, licèt aliter id expreſſum non ſit, ſequitur etiam Covarr. *lib.1. var. reſol. c.3. n.1.* latè Seſe *dec.126. à n.3. cum ſeqq.* Caval. *dec.14. n.2. p.1.* Surd. *dec.112. n.12.* Landerch. *conſ.99. n.3. &* 9 Giurba *dec.89.*

103 *num.8.* ubi quòd res ideo non dicitur reſtituta, dum fructus etiam non reſtituuntur ſecundùm Dec. *conſ.52. n.10* plurimos citat Giurb. *dec.65. per totam*, & Mieres *in tract. de major. 3. p. q.26. n.41. in noviori impreſſione*, & conducunt quæ optimè noſtras Joan. Garcia

104 *de expenſ. & meliora, c.23. num 55.* dum dicit, quòd de juris rigore ſemper fructus veniunt in reſtitutione rei, quantum attinet ad propriam, & genuinam naturam reſtitutionis,allegans ad id Bal. *in d. rubr. C. de fruct. & litium expenſ.* quæ reſolutio omnino admittenda, &

105 intelligenda eſt prout diximus) quando aliàs ex natura actionis, & de jure veniunt,& debebantur fructus, non aliter, ita ultra ſuprà citatos Doctores tenent Bald. *in rubr. de fruct. & litium expenſ.* Surdus *conſ.293. n.16.* Menoch. *conſ.1173. n.14.* Landerch. *d. conſ.99. n.9.* Giurba *d. dec.89. n.26.* & vide infrà *n.113.*

Ratio autem, quæ movit Bal. & ſequaces, elegans 106
quidem eſt,nam verbum (reſtituere,)quo judex in ſententia utitur, plenam habet ſignificationem, fructus quoque comprehendens, cujus propria virtus, & genuina natura ex vi & potentia illius fructuum condemnationem inducit,ac ſi verbaliter exprimerentur in ea, text. eſt *in l. in condemnatione 134. §.1.* ibi,cùm verbum (reſtituas)in lege invenitur: etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamen etiam fructus ſunt reſtituendi, *&c. ff. de regul. jur.* text. *in l. videamus la 2. 38. §. in Fabiana.* ibi,in Fabiana quoque actione,& Publiciana, 107
per quam, quæ in fraudem creditorum alienata ſunt, revocantur: fructus reſtituuntur, nam Prætor id agit, ut perinde ſint omnia, atque ſi nihil alienatum eſſet; quod non eſt iniquum, nam & verbum (reſtituas) quod in hanc rem Prætor dixit, plenam habet ſignificationem, ut fructus quoque reſtituantur, & ido cùm reſtitui Prætor vult, veluti interdicto unde vi, etiam fructus ſunt reſtituendi, *&c.*) *ff. de uſuris*, & gl. in margine ibi poſita *verbo, ſignificatum*, addit, plenam; & perfectam habet ſignificationem, per text. *in c. nullus poteſt. cum ſeq.1. q.2.* text. *in c. accedens, ut lite non conteſtat.* text. *in l. ſi. ff. de verbo. ſignif. l. domum. C. de rei vindicatione.* Archid. referens Gofred. *in c ſi exiſtens. in verbo, integerrimo. 3. q.2. & in c. quia ſæpe.* & ibi Joan. Andr. *col.2. in verbo, plene, in novell.* & Domi. etiam *col.2. verſ. quæro an ſi non fuiſſet, de electione lib.6. cum ſimilibus*, Ancr. Tiraq. *in repet. l. ſi unquam verb. revertatur, n.224. in fi.* Iſſ. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, n.69. de liber. & poſth.* Decius *in l. in condemnat. §. tum verbum. de regul. jur.* Covar. *l.1. var. reſol. c.3. n.1. &* 2 Marſil. *ſingul.17.* ex propria vi, ſignificatione, & virtute, pariter & damna reſtituuntur, ut latè & doctè explicat Lucas de Peña *in l. ſi coloni, q.90. Cod. de agricol. & cenſitis lib.1.* Menoch. *de recup. poſſ. rem 1. ſub n.6.* & probat text. *in l.1. §. qui autem vi.* de qua quæſtione vide latè quæ vidimus inferiùs *ad ſi. hujus cap. à n.181. & ſeqq.*

Nam reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio, ſeu 108
redintegratio. *l. quod ſi minor. §. reſtitut. ff. de minor. l. reſtituere, ff. de verb. ſignif. l. præterea, ff. de rei vindic. l. Jul. §.1. eodem tit. l. cum fundus, ff. ſi certum petatur*, gl. *in l. ſed & ſi ff. de petit. hæred.* ſimilis gl. *ſed & partus, ff. quod metus cauſa*, & ibi Angel. quæ ſignificatio etiam in materia ſtricta operatur, ut ad reſponſionem argumentorum inferiùs probabimus.

Iſthæc igitur eſt juris interpretatio, text. *in d. l. ſi.* 109
§. ſi. ibi,reſtituit,non tantùm qui corpus,ſed etiam qui omnem rem, conditionemque reddita cauſa præſtat, & tota reſtitutio juris interpretatio eſt, *ff. de verb. ſignif.* & ſic eadem in ſententia rem reſtituere mandante at- 110
tendenda eſt, maxime, quia verba ſententiæ ad juris intellectum ſunt reducenda, *l. miles, §. qui judicat. ff. de re jud.* & ibi Caſtrenſ. B. *in l. ſi fund. §. in vendit verſ. nota. ff. de pignorib.* Cæpol. *conſ 57. duo fratres n.5. in conſiliis.* Alex. *conſ.46 circa prin. n.2. lib.5.* Paul. de Caſt. *conſ.270. n.2. lib.5.* Socin. *conſ.134. col.2. in prin. lib.1.* & verba judicis debent intelligi ſecundùm mentem juris, *c. cauſam de reſcript. l. ſi ſtipulatus in prin. ff. de uſuris, l. Gallas, §. quidam rectè, de lib. & poſth.* Alex. *conſ.2. lib.3. n.2.* & magis menti judicis,quam cortici verborum eſt inhærendum Bal. *in l.1. in 1. oppoſitione, C. de nego. geſt.* 112
Decius *conſ.43. pro tenui col. fi. in prin.* Card. Tuſc. *pract. concl. tomo 7. litera S. concl.126. n.11.*

Et hac ſic fulcita opinione retenta, ut exequutor 11
non excedat ſi hoc caſu compellat condemnatum ad fructuum reſtitutionem, ſimul cum ipſa re, ad cujus reſtitutio

restitutionem est condemnatus, licèt de fructibus nulla in sententia mentio fiat: eam tamen velim, ut limites seu declares, ut procedat & locum habeat in his tantùm casibus, in quibus aliàs secundùm juris dispositionem fructus veniunt, ac præstari mandantur, non aliàs, ita in terminis hanc declarationem scribunt omnes ferè citati Doctores, prout expressè Bald. *in d. rubr. de fruct. & litium expensis*, Sequitur Bertach. *in repert. verbo, condemnat. sub n.* 50. Iss. *in d.* §. *omnium, & in d.* §. *& quid si tantum & ex fundo.* Men. Landerch. Giurb. ut dixi *à n.*105. superiùs, & faciunt quæ eleganter scribit nostras Joan. Gar. *ubi suprà de expens. c.*23. *n.*55. dum dicit, quòd licèt de juris rigore semper fructus veniebant in restitutione rei, attenta propria natura restitutionis, cùm hic sit juris vigor, & restitutionis natura, hócque poscit juris ratio; tamen æquitate suadente constitutum est, ut bonæ fidei possessor fructus industriales suos faceret pro cultura, opera, & diligentia sua. §. *si quis a non domin. instit. de rerum divisione*, ibi, naturali ratione placuit, *&c. l. in bona fid. ff. de acquir. rerum domin.* ut & ibi latiùs prosequitur, *& per totum cap.*23.

114 Et licet in nostra principali resolutione Covar. *ubi suprà d. lib.* 1. *c.*3. *sub n.*1. ponat difficultatem dicens ratò, aut difficillime in praxi posse admitti, cùm judices semper in sententiis fructuum mentionem faciant, tamen utilem dicit ex eo, quòd licèt in fructibus, qui proveniunt post litem contestatam legitimè factam, non est necessaria petitio eorum expressa, quasi petita re, petiti quoque hi fructus satis intelligantur, & sic res cum his fructibus est restituenda actori, *l. ædiles*, §. *sciendum*, *ff. de ædilitio edicto l. præterea ff. de rei vindicatione l. qui restituere. ff. eodem tit.* §. *etsi in rem in princ. de officio judicis.* DD. *in c. gravis, de restit. spoliato.* Faber. *in d.* §. *& si in rem.* gl. magna *in c. cum Ecclesia de causa poss. & propriet.* Joan. Gar. *de expens. c.*23. *sub n.*55. *post princ.* Boërius *dec.*18. & inferens ex hoc Covarr. *ubi proximè sub n.*1. *vers. his igitur.* Oportere judicem horum fructuum perceptorum lite pendente mentionem facere expressam, vel tacitam, scilicet jubendo ipsi reo, ut actori rem judicatam restituat, cùm idem importet expressa fructuum mentio, quòd verbum (restituere) in sententia positum ex supradictis, ut secus si (dicit ipse Covarr. ibi in aliis fructibus perceptis ante litem contestatam, quia requiritur eorum expressa petitio, & expressa in sententia actori eorum adjudicatio, juxta notata *in l. si rem. ff. de rei vindic.* Ferrar. *in pract. titul. de actione in rem. vers. cum simul fructibus.* Boër. *decis.*18. quod ego verissimum intelligo, respectu expressæ petitionis, quia ad hoc, ut intelligantur etiam tacitè deduci, & subintelligi in sententia, requiritur expressa petitio eorum, & ut in judicium deducatur, juxta ea, quæ exactissimè probavimus suprà *hoc cap. num.*33. *& seqq. vers. ex his decisionibus Rotæ, &c.* quæ vide omnino.

115

116 An verò quantum attinet, ut in sententia expressa fiat eorum mentio; intellige, quando aliter actor declaratur rei dominus, non verò quando in ea judex utitur hoc verbo (restituere;) quoniam tunc sufficiat, cùm expressum in sententia intelligatur. Vera siquidem juris est regula, quòd quando sententia supponit, & subintelligit aliquid necessarium, videatur illud exprimere, ad paria namque judicatur, aliquid esse ex-
117 pressum, & necessarium supponi, aut subintelligi, ut per Paul. Castr. *in l. n.*1. *C. quando provo. non esse necesse*, optime loquendo in sententia, probat post alios Ozascus *decis. Pedem.*64. *num.*2. Cardin. Tusc. *practic. concl.*
118 *tom.*7. *litera S. concl* 122. *num* 4. Et quia nulla datur diversitatis ratio inter hunc & primum casum, nam si ipse Covarr. dicit, in prioti casu debere fieri expressam fructuum mentionem in sententia, vel jubere restitui rem actori, ergo necessariò supponit, ut verbum (restituere) æquipolleat expressæ, & specificæ mentioni, & sic idem est jus statuendum in secundo casu ex identitate rationis. Deinde: quia foret satis restringere, imò violare propriam, veram, & genuinam naturam verbi (restituere) quod amplam, imò amplissimam habere significationem suprà latè probavimus, cum ea juris sit 119
interpretatio, & significatio siquidem non aliter à significatione verborum recedi oportet, quàm cum manifestum sit, aliud sensisse disponentem, *l. non aliter.* §. *de legati.* 3.

Quibus sic suppositis, restat satisfacere ad ea omnia quæ pro contraria parte consideravimus. Et ad primum, ut cum sententia sit stricti juris, strictam recipit interpretationem, & tantum disponit, quantum loquitur, cum similibus: respondetur ex propria, & vera 120
significatione hujus verbi (restituere) quod fructus comprehendit; nam etiam in iis omnibus, quæ strictam habent interpretationem, admittenda semper est propria verborum significatio, textus est elegans, ubi hoc adnotavit per illum Aret. *in l. cum lege, ff. de testam.* Cald. *cons.*1. *de consang. & affinit. & cons.*7. *de verbor. signific.* Decius *in c. cum ordinem col.*2. *& in c. sedes de rescript.* idem Decius *in l.*2. *n.*59. *& in l. factum* § *in pœnuli. n.*10. *& in l. semper in obscuris n.*11. *ff. de reg. jur.* idem Decius optimè *in c. at si clerici* §.1. *col. ult. de judiciis.* Angel. *in l. ult. col.*2. *ff. de constit. princ.* Abb. *c. ex parte, ult.*2 *nota. de decimus.* Aret. *in c. quidquid astringendæ, ff. de verb.* Angel. *in l. tale pactum,* §. *fi. col.*1. *circa med. de pactis*; Covar. *lib.*4. *var. c.*5. *in fi.* ubi postquam per totum c. discutit, quid hæc dictio (majoratus) ex propria vi, virtute, & significatione, apud Hispanos contineat; dixit 121
ubi proximè, quòd ubi ex verbis alicujus sententiæ in judicio latæ constare, & declaratum fuerit patrimonium aliquod jure majoratus familiæ nomini, aut alicui deferri, admittenda esse omnia dicta per eum in illo cap. quæ proveniunt à significatione verbi (majoratus) quia licet sententia sit stricti juris, non tamen excluditur propria verborum significatio, non enim à verborum significatione recedendum est, juxta text. *in d. l. non aliter ff. de leg.*4. facit etiam Rota novis. *dec.* 122
223. *n.*8. dicens, quòd etiamsi materia sit odiosa, verba non propterea amittunt suam significationem, quæ *n.*9. *& n.*15. dicit, ut verba universalia, & non restricta ad aliquid limitatum & certum, etiam in materia odiosa, retinet propriam significationem, ex Calder. *in d. cons.*1. *de consang. & affinit.* & Aretin. *in d. l. cum lege,* 123
tenent etiam Aymon. post Corneum, & alios, *cons.*18. *n.*12. *cum seqq.* Rebuf. *in pract. de differ. inter resc. & priv. n.*8. DD. *in l. si deserta C. de transact.*

Et hinc est, ut ex verbis sententiæ non possimus ali- 124
quid inferre, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate infertur, & subintelligitur. Bar. *in l. Julianus. ff. de condict. indebit.* Decius *cons.*322. incipit *visis consiliis, in princ.* Aymon. *de antiquit. tempor.* 4. *p.* §.1. incipit *transeo n.*64. *&* 65. Rota novissim. in una Atensien. sedis 2. Decembr. 1588. teste Farin. quæ est inter recollectas per eum 864. *fol. mihi* 478. Ozasc. *dec. Pedem.*64. *à n.*2. & ita etiam intelligendum, quod per Alex. *cons.*108. *n.*2. *vol.*5. Decium, utrumque Curtium, Iss. Ripam, & alios, dicit 125
Petr. Surd. *dec.*2012. *n.*13. quòd sententia est stricti juris, & ultra non extenditur quàm importet verborum sonus. Rota *in decis. novis.*317. *p.*2. *diversos.* Socin. *cons.*181. *n.*6. *&* 97.

Nam verba semper recipiunt interpretationem, ac 126
intelliguntur secundùm naturam rei, & subjectam materiam Bal. *cons.*182. *n.*6. *l.*1. Rolan. à Valle *cons.*62. *num.*23. *l.*1. Cephal. *cons.*138. *num.*6. *l.*1. ubi ampliat, quamvis actus periret, Socin. *in l. ubi est verbor. in* 5. *notab. ff. de condit. & demonst.* post Bart. *in l. cum s. natus ff. eodem tit.* Aymon. *cons.*228. *col. ante fi. vers. imò quando*

verba n.3. Iſſ. *in l. quoties, ff. de verbor. obligat.* debentque intelligi, & interpretari verba ſecundùm naturam rei, & ſecundùm diſpoſitionem juris. Natta plurib. ſimul comprobans, *conſ.416. n.5.* Tiraq. *in l. ſi unquam, in fin. n.1. uſque ad 10. C. de revoc. dona.* Petrus Sard. *conſ.522.*
128 *n.12. lib.4.* imò ob ſubjectam materiam verba impropriantur, ſupplentur, & alterantur, etiamſi ſint prægnantia, & etiam ſi ſimus in materia ſtrictæ interpretationis, latè idem Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo, revocantur, n. 37. & 38.* Everard. *in loco ab ſubjecta materia,* & facit quod ſcribit Gozad. *conſ.73. n.73. verſ. non obſtat, & n.14. & 15.* Rota noviſ. *dec.39. n.9. p.2. diverſ.*

129 Prout etiam in ſtatutis quæ ſunt ſtricti juris etiam verba generaliter prolata recipiunt interpretationem legalem. Bal. *conſ.67. quia ex facto oritur, col.1. in fin. & verſ. nec obſtat ſi dicatur lib.3.* Iſſ. *in l. fide-juſſ. §. prætor ait, in fi. n.7. ff. qui ſatiſda cogan.* Tiraq. *de retract. conventio. gl.2. §.1. n.9. in fi. verſ. nam & hæc diſtio.* Gratia. *in diſcep. foren. 1. tom. c.168. n.14.* Nec obſtat illud aliud, quod ibi diximus, quòd cum fructus non ſint in ſententia expreſſi, cenſeantur omiſſi, quia reſpondetur, ſa-
130 otis expreſſum dici, quod virtualiter, & neceſſario ex verborum propria ſignificatione in ſententia continetur, ut dicetur *in quæſt. ſeq.* ad reſponſionem argumentorum, *à numer.150. cum ſeqq.* ubi plures congeſſimus doctrinas, & ſurſum *à num.21.*

131 Sed ultimum nec obſtat magis difficile, *ex l. ex diverſo 36. §. ubi ff. de rei vindicat.* quam pro contrario noſtræ doctrinæ & opinionis adducit Bertach. *ubi ſuprà de verb. condemnatus n.50. ad medium,* ſed non illi ſatisfacit, ego autem reſpondeo, quòd in illo text. ſententia non fuit lata per verbum (reſtituas,) nec in illa ejus mentio à judice facta fuit, ſed tantùm declaravit actorem verum rei petitæ dominum, ut conſtat ex eodem text. *ibi,* & judex ſententia declaravit meum eſſe, *&c.* & nihil merum, ut addantur alia verba, quæ immediatè ſequuntur, ibi (debet etiam, & de fructibus condemnare poſſeſſorem, *&c.*) ut ſecus fieret, ſi judex verbo (reſtituas) uteretur, nec obſtant alia verba in fine poſita ibi, alioquin (ut Martianus ait) nec rem arbitrabitur judex mihi reſtitui, *&c.* quæ cùm videantur referri ad principium; ſcilicet, ad ſententiam judicis; demonſtrant, verbo (reſtitui) uſum fuiſſe judicem in ſententia, cui dupliciter reſpondetur, primò ut hæc ultima verba non reſpiciunt ipſam ſententiam quia clarè, ex ea patet, ut conſultus refert, in ea non fuiſſe appoſita; ſed reſpiciunt ejuſdem ſententiæ executionem, ſole reddam clarius; eſt enim certi, & manifeſti juris, ut in
132 actioni reali, & ſimilibus ſatis eſſe, actorem per ſententiam judicis, dominum rei petitæ declarari, *l. Pomponi, §. ſed his ff. de procur.* ubi B. *& licet nec ullam, ff. de pet. hæred. l. ſicuti §. quatuor ff. ſi ſervitus vindicetur,* & etiam *ex ead. l. ex diverſo, in eodem §. ubi,* & ibi etiam notat B. lata igitur hac ſententia, ad illius executionem judex jubere debet propeio præcepto ipſi reo, ut rem actori reſtituat, ut *in l. qui reſtit. ff. de rei vindic.* ipſe Juriſconſul. ſentit, & poſt eum Accurſius, & alii ibi, & idem probatur *in §. etſi in rem inſtit. de off. judicis,* eleganter valde Covar. *in lib.1. var. reſol. c.3. ſub n.1. poſt medium,* & ſic ſequitur manifeſtè, quòd illa verba poſita *in fi. d. §. ubi,* ibi, nec rem arbitrabitur judex, mihi reſtitui, *&c.* (reſpiciunt executionem dumtaxat, & probant ſimilia, quibus in idem utitur conſultus *in modo citat. l. qui reſtituere* ibi, ex quibus arbitratu judicis quid reſtituitur, *&c.*)

133 Secundò etiam & recte poteſt reſponderi, quia licet illa verba referantur, ſeu reſpiciant judicis ſententiam, non referuntur tanquam in ea appoſita expreſſe, ſed tanquam neceſſariò ſuppoſita, & tanquam tacitè, ac virtualiter ſubintellecta in illa, habet enim annexam condemnationem in ſe ad dimittendam rem, ita ut poſſint poſſeſſores, cum quibus iſthæc declaratio facta eſt, per viam brachii militaris expelli, ac ſi eſſent expreſſe, & ſpecificè condemnati, ad illam dimittendam, reſtituendam & tradendam, optimè, & latè Paul. Caſt. *conſ.275. à prin. l.3.* Corn. *conſ.302. licet in propoſit. l.3.* idem Corn. *conſ.220. lib.3. poſt prin.* & iterum *conſ.262. pro evidentia lib.4.* Card. Tuſc. *pract. concl. tom.7. litera S. concl.122. n.5.* idem tenet Aym. *conſ.79. n.4.* poſt alios loquens in ſententia declarante dumtaxat bona eſſe hypothecata actori hypothecariam intentanti, quia 134
licèt aliter non exprimatur in ea, cenſetur condemnari reum, ad illam relaxandum, ſequitur Card. Tuſc. *ubi proxime n.7. concl.129. num.14.* licèt contrarium teneat Alex. *conſ.108. viſo proceſſu col.1. l.5.* noſtram etiam concluſionem tenet Paul. Caſtr. *d. conſ.275. ad primum in prin.* ubi latè proſequitur, & adducit plura exempla, inter quæ, & illud, quòd ſi quis ſententia declaratur debitor alicujus ex cauſa mutui, virtualiter cenſetur con-
demnatus ad reſtituendam quantitatem debitam. Tuſc. 135
Card. *d concl.122. n.9. & ead. litera S. concl.126. n.117.*

Hinc ſententia, quæ declarat, in aliquem tranſlatam eſſe poſſeſſionem ex tali tempore, ab illo videtur per 136
neceſſariam conſequentiam ad fructus condemnare, etiam ſi de illis mentio non fiet. Paz. *tract.2. de tenut. 2.p. c.73. num.3.*

Hinc ſententia, per quam declaratur, aliquid deberi 137
ſimpliciter; licèt non contineat expreſſam condemnationem, tacitè tamen intelligitur, Corneus *conſ.302. n.6. col.3. fol.265. & conſ.220. n.3. fol.221. vol.2.*

Nam ex quo judex declarat actorem verum rei do- 138
minum dumtaxat, neceſſario ſupponit, ut reus illam domino debeat reſtituere, ut probant eadem jura, & authoritates modò citatæ, quia quando ſententia aliquid neceſſariò ſupponit, ad illud ſe extendit, quia dicitur in ea expreſſum, latè diximus ſupra *hoc c.21.* & magis in noſtro propoſito, facit elegans Pedem. *dec.64.* Ozaſc. *per totam,* ubi læſo emptori rei agenti ex remedio *l.2. C. de reſci.* mandatum fuit per ſententiam, ut venditor pretium receptum reſtituat, non autem fuit condemnatus actor ad rei reſtitutionem venditori, nihilominus jure ibi probatur, ac fuit declaratum, id 139
tacitè ſupponendum eſſe, & ſubintelligendum in ſententia, de qua deciſ. nos ſuprà n.40. quòd iterum ex eo corroboratur quoniam quando ſententia condemnatur quis ad reſtitutionem bonorum, refectis melioramentis, licèt ſit incerta, cum non dicat per quem ſint reficienda; tamen intelligitur, per eum cui bona ſunt reſtituenda, quia ita juris intellectus ſuadet, Paul. Caſt. *conſ.270. in prin. lib.2.* Card. Tuſc. *pract. concl. tom.7. litera S. concl.126. n.15.* & ita interpretor & intelligo illum text. *in d. §. ubi,* quæ interpretatio eſt menti commendanda, quæ illi recte quadrat, quia illud verbum (reſtitui) non retulit Conſultus ibi tanquam expreſſum per judicem in ſententia, ſed tanquam tacitè ſubintellectum à judice, & à jure; alia autem & valde utilia hanc quæſtionem tangentia videre poterit infrà *c.14. verſ.* nunc autem quæri poteſt an exceſſus repoſitio, &c. *n.136. cum pluribus ſ. qq.* quare concludendum eſt ut executor ad rei reſtitutionem datus, non excedat, ſi rei fructus reſtituere compellat, quamvis de eis in ſententia expreſſa non ſit facta mentio.

Rurſus quæri poteſt, an exequutor executorialium, 140
quibus quis condemnatus eſt ad reddendam rationem adminiſtrationis ab eo geſtæ, excedat, ſi facta calculatione illas extendat ad reliquorum ſolutionem, & compulſionem, illáſque in eo, quod liquidatum deberi, conſtat, exequendo, ſi nihil de reliquorum ſolutione ſit in executorialibus dictum, nec expreſſum, abſque nova ſententia. In quo quòd excedat probatur, quoniam hic actus reddendi rationem duo continet capitula ſeparata, ſcilicet rationem reddere, & reliqua ſolvere,

ſolvere, *l. cum ſervus ff. de condit. & demonſt.* Afflict. *dec.* 157. *n.* 4. Aymon. *conſ.* 231. *n.* 14. ergo ſuccedit regul. *l. Papinianus exul. ff. de minor.* & ut à ſeparatis non fiat illatio, nec fieri debeat hoc argumentum, quis eſt condemnatus, ad rationem reddendam, ergo cenſetur condemnatus, nec ſententia debet extendi cùm ſit ſtricti juris, ex iis, quæ ſuprà latiùs diximus.

142 Sed contrarium imò quòd non excedat, dicendum venit, ex eo namque ſuo, quòd quis ad reddendam rationem fuit condemnatus virtualiter, & ex neceſſaria conſequentia, etiam cenſetur condemnatus ad reliquorum reſtitutionem, & ſolutionem, nullo alio adminiculo interveniente, nec alia nova judicis ſententia expectata, ita probat text. elegans *in leg. quamvis ff. de condit. & demonſt.* ibi, itaque cùm ſervo ſub hac conditione libertas detur, ſi rationes reddiderit, non hanc ſolam ſignificationem habet, ſi cautiones, inſtrumentaque omnia actus ſui exhibuerit hæredi; ſed & ſi reliqua ſolverit, *&c.* per quem textum ita in terminis deciſum fuiſſe in Senatu Neapol. teſtatur, & probat Matthæus de Afflict. *in deciſ.* 157. *num.* 2. Azebed. alios referens *in leg.* 22. *tit.* 6. *libro* 3. *recopil. num.* 9. Eſcobar *de ratiociniis cap.* 33. *num.* 19. & ut veriſſimam ſententiam celebrat Damaude. *in tract. de tutore cap.* 7. *n.* 23. *fol.* 57. deciſio Genuenſ. 209. *numero* 2. ubi refert ita etiam in Genuenſi Senatu pronuntiatum fuiſſe, & cum Afflict. *ubi proximè* hanc concluſionem ſequitur Cardinalis Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 7. *littera S. concl.* 129. *num.* 16. & iterum *tom.* 1. *littera A. concluſ.* 210. *à prin.* & iterum ipſe Franciſcus Munnos de Eſcob. *in tract. de ratiociniis* (qui loquitur in executore cartæ executoriæ) *c.* 51.

143 *à num.* 10. ubi etiam latiùs diſputat: an jure Regio teneatur executor, priuſquam exequatur, hoc reliquatum vulgo (*alcance*) dictum, debeat ipſe rationes, & computa confirmare: In quo diſtinguit inter executorem mixtum, ut cùm iſte aliqualem ſaltim ſummariam cognitionem habeat, ſit mixtus reſpectu calculationis, & liquidationis ſententiæ, ideo ipſe poterit confirmare, & tenebitur, quamvis ſi confirmationem omiſerit, nihilominus ſuprema tribunalia de ea non

144 curant, ad effectum annullandi executionem, ſed demum de meritis cujuſlibet capituli, ac de ejus juſtitia, vel injuſtitia tractatur, & confirmando, vel revocando gravamina, cauſa terminatur, prout de quotidiana praxi teſtatur, quidquid in contrarium cenſeat Gutier. *in pract. quæſt. c.* 37. *n.* 5.

145 Si verò in ſententiæ executorialibus hoc ſit etiam additum, ut quidquid liquidaverit exequatur, alia approbatio, ſeu confirmatio neceſſaria non eſt, ſiquidem poſt factam liquidationem exequendo in reli-

146 quato adimplet, (prout tenetur) ſuam commiſſionem. Idem etiam dicit Eſcobar ſi ſit merus exequutor, cujus commiſſioni hoc pariter addatur, quod quidem nullo modo in noſtro caſu verificari poteſt, ſiquidem executor ſententiæ, qui datus ad liquidationem reliquatuum, non poſſit merus eſſe, quia habet cauſæ

147 cognitionem ſummariam, cùm datus ſit ante omnem executionis liquidatam materiam, de quo nos latiſſimè diximus ſuprà *hoc lib.* 4. *cap.* 3. *in prin. ex n.* 4. *cum ſeqq.*

148 Noſtra inſuper principalis reſolutio ex eo comprobatur, quoniam condemnatus per ſententiam ad ſolvendum, quod liquidabitur per calculatores, aut peritum, poteſt exequi in illo, quod facto calculo liquidum videbitur calculatori, & executori ex eo, quia hujuſmodi articulus liquidationis habet ſe ut incidens in executionem ſententiæ, cujus quidem naturam aſſumit, cùm virtualiter in ſententia comprehendatur, & idcò liquidatum per calculatorem mandabitur executioni, non ſecus ac ſi in ipſa ſententia liquidatio expreſſe contineretur, latè comprobant Ozaſc. *in deciſ. Pedem.* 129. *per totam*, & de veriori opinione teſtatur poſt diſputationem Munnos *de ratiociniis c.* 33. *num.* 20. quem referens etiam ſequitur Gratian. *in diſcept. foren. c.* 183. *tom.* 1. Ex quibus proculdubio tenendum cenſeo, quòd hoc caſu noſtræ quæſtionis, reliqua via executiva virtute ſententiæ, qua quis ſimpliciter fuit ad reddendam rationem condemnatus, agere, & condemnatum compellere, cùm condemnatio ſolutionis reliquorum virtualiter, & de natura ipſius condemnationis pariter venire dicatur.

Nec his obſtant in contrarium adducta, nempe cùm 149
ſententia ſit ſtricti juris, non debeat fieri lata interpretatio, maximè in ſeparatis, cùm non ſit in ſententia hoc expreſſum, quia reſpondetur, hoc eſſe ſatis in ea expreſſum, ſiquidem propria eorum verborum ſignificati, vis, ac natura hoc idem patiantur, & virtualiter comprehendunt, ut probat text. *in d. leg. quamvis*, ibi, ſi rationes reddiderit, non hanc ſolam ſignificationem habet, *&c.* nam in ſententiis & aliis, quæ ſtrictam interpretationem habent ſemper eſſe admittendam eam interpretationem; quæ à propria verborum ſignificatione provenit, ſuperiùs probavimus *hoc. c. proximè præcedenti q.* 2 *verſ. quibus ſic ſuppoſitis*, *à n.* 120. quia virtualiter comprehenditur in ſententia.

Et inſuper quoniam ea, quæ virtualiter in ſententia 150
comprehenſa ſunt, habentur pro ſcriptis in ea, *leg. eſſe tota ff. de hæred. inſt.* Anton. Gomez *in lib.* 45. *Tauri ſub n.* 139. *verſ. item etiam quod virtualiter*, &c. etiam pro expreſſis habentur, quantumvis ſimus in materia ſtricta, & expreſſio requireretur pro forma, pro quibus pariter ſententia exequenda eſt, ita tenent Bald. *in l. poſt mediam verſ. idem facit ad quæſt. ff. de his quæ in teſtam. dicentur*, idem Bal. *in l. ad probat. domnii* 21. *ad fi. verſ. ſed contrarium, C. de prob.* Roder. Xuarez *in repet. l. poſt rem jud. extenſ.* 2. *n.* 2. & 3 Alex. *conſ.* 126. *repet. col.* 1. *n.* 4. 151
lib. 6. Parlad. *lib.* 2. *rerum quot. c. fi. p.* 1. §. 11. *amplia* 4. *n.* 19. Eſcobar. *in tract. de ratiociniis c.* 33. *n.* 19. *in fi.* Petr. Surd. *dec.* 254. *n.* 37. *uſque ad n.* 40. & idem Surd. *conſ.* 143. *n.* 20. & 21. *lib.* 1. Corneus *conſ.* 55. *n.* 17. *lib.* 2. Grati. *in diſcept. foren. c.* 323. *a num.* 9. ubi teſtatur ita determinaſſe Rotam Rom. in una Romana ſub Aſtaſio, 20. Junii 1597. & iterum in alia Romana dotis, 11. Februarii 1583. ubi num. 10. dicit ex Corneo, quòd ſtatuto tribunale exe- 152
cutionem paratam inſtrumento, illam etiam concedere, intelligitur reſpectu hypothecariæ tam tacitæ, quàm expreſſæ, quæ inſtrumento continetur, voluit etiam Bal. *in l. ubi adhuc, in repet. n.* 28. *col.* 4. *in fi. verſ. adverte, C. de jure dotium.* idem Bal. *in d. l. probat. n.* 21. *ad fi.* Barba. *in addit. ad eum in verbo executioni*, latè declarat Alex. *conſ.* 126. *n.* 7. & 8. *lib.* 6. Barba. *in l. cum accuriſſi. C. de fideicomm.* Aſin. *in praxi tit. de execut.* §. 9. *c.* 75. *n.* 4. *fol.* 169 Bal. Novel. qui de communi teſtatur *in tract. de dote privil* 7. *n.* 2. *ad fi. p.* 6. Neguſanti, *tract. de pign. p.* 2. *membr.* 4. *in fi. n.* 167. Xuarez *in repet. l. poſt rem. in declarat. l. reg. verſ.* 2. *extende hanc leg. num.* 2. *ff. de re jud. fol.* 526. quoniam præſumptio ex inſtrumento elicita, dicitur tenor ejus, *l. juris gen.* §. *quod ferè ff. de pact.* 153
l. 1. *ff. de uſuris.* Gratian. *ubi proximè ſub num.* 10. Ant. Gom. *in l.* 45. *Tauri ſub n.* 139. dicens communiter hoc à Doctoribus teneri, *in d.* §. *quod fere*, ea namque, quæ juris intellectu, & præſumptione inſunt, dicuntur eſſe de tenore ipſius, Alex. *conſ.* 126. *n.* 4. *lib.* 5. *& num.* 5. & ibi additio *verbo de tenore*, plures adducit concordan. Cardinal. Tuſc. *littera T. concl.* 240. *n.* 20 & ſic licèt ſit ſeparatum rationem reddere, & reliqua ſolvere, tamen ſub verborum (rationem reddere) involucro, utrumque ſignificatur, ac virtualiter comprehenditur.

Ampliùs quæro, an executor executorialium, quibus 154
quis venit condemnatur, ad reſtituendos certos modios tritici in ſpecie, cùm tunc præcisè in ſpecie, ſcilicet

in

in tritico, & non in valore, seu æstimatione est facienda executio, ut latiùs deduximus suprà cap. 5. & in sententia, seu executorialibus bonitas, seu tritici qualitas expressa non sit, an excedat si compellat condemnatum, ad præstandum melius triticum. In quod illud est dicendum, quod victor, cui hæc est facienda restitutio, tenetur probare bonitatem, & qualitatem tritici mutuati, vel sibi alias debiti quam si ille non probaverit, tunc condemnatus obligationi, & judicis sententiæ, & executorialibus satisfaciet, etiamsi vilissimam tritici obtulerit, vel tradiderit, text. elegans *in l. fide jussore, aliàs si fide juss. 52 ff. mand.* ibi, sine adjectione bonitatis tritici, *&c.* (& ibi, quodlibet triticum dando liberari posse, existimo, *&c.*) optimè Escob. *tract. de ratio. initis c. 17. num. 6.* & sic hoc casu excedet executor, si condemnatum compulerit aliud, & bonum triticum præstare.

155 Quod quidem limitat ibi ipse Escobar per text. juncta gl. *in leg. legato generali ff. de leg. 1. & in l. 13. tit. 9. p. 6.* ubi Gregor. *verbo semejantes*, ubi scilicet, qui ex legati causa esset obligatus & condemnatus triticum præstare, quia tunc non satisfit nisi saltim ex mediocri tritico solutionem faceret hæres, & quid etiam de aliis rebus legis, quæ habent terminos à natura ut equus, homo, similia, & ea quæ facto hominis finem habere consuevere ut vestis, vas, & similia, vide apud eosdem, præcipuè Gregor. Lopez.

156 Et ulteriùs an executor datus ad executionem executorialium, quibus quis est condemnatus, vel in judicio particulari rei, vindicatione, vel universali petitione hæreditatis, aut bonorum possessione, ad restitutionem rei, seu rerum, quas condemnatus tempore litis motæ, & pendentis possidebat, an excedat; si executoriales ex qui velit in re, vel rebus quas post rem judicatam cœpit possidere condemnatus, & ad ejus potestatem noviter devenere, & quod excedat; videtur probari ex regular. *l. non potest ff. de judiciis*, deinde ex eo, quod in judicio universali petitione hæreditatis non comprehenditur id, quod tempore sententiæ cœptum est
157 possideri. Hanc opinionem defendunt Ab. & Fel. *in c. 2. de libell. oblation.* ille *n* 25. iste *n.* 11. *vers. sexta concl.* Alex. *in l. d. n.* 10. & ibi Iss. *n.* 12. *C. de edendo*, ita declarantes *lib.* 4. *ff. de petitione hæred.* Insuper & in judicio universali bonorum possessioni idem esse dicendum, ex identitate rationis, tenet Ripa *in l. 1. in prin. n.* 10. *ff. quorum bonorum.*

158 Sed contrarium sententiam, & opinionem veriorem existimo, imò quòd non excedat executor exequendo condemnatum ad rei restitutionem, quam cœperit possidere post rem judicatam, ad quod movent, quòd quamvis reus conventus non possideat; tamen si constat de jure agentis, judex debet declarare, quod res spectat ad actorem, absolvendo reum *gl. in l. si à te 9. §. si quis fundam. in textual. illum ff. de except. rei jud.* quo loci inquit Bart. illum text. esse aureis literis scriben-
159 dum, indicans hujusmodi sententiæ virtutem hanc esse quòd si reus post sententiam, & rem judicatam, qua declaratum fuit ad actorem pertinere; poterit contra illum absque novo processu fieri executio, idem etiam ultra B. Affirmant Ab. & Felin. *in cap. examinata col. 1. annotat. 2. de judic.*, latè etiam prosequitur Rolaud. à Valle *in cons. 58. n. 18 lib. 2.* Iss. *in §. omnium, n. 23. instit. de actio* cum aliis citatis à Petro Surdo *cons. 227. n. 18.*
160 *lib. 2.* Gratian. *in discept. forens. tom. 1. cap. 78. à n. 9.* quod idem esse, probat in bonorum poss. ultra quos etiam hæc doctrina roborator ex Aymon. Cravet. *cons. 60. num. 8* quem referens sequitur etiam Cardin. Tusc. *practic. verit. illust. tom. 7. litera S. concl. 108. num. 66.* & iterum *n.* 70 dicentes, quòd agens rei vindicatione qui tenetur probare, se dominum esse, & reum possidere, si probat se dominum tantùm, & non probaverit, reum possidere, potest à judice ferri sententia super dominio, quæ erit exequenda statim, cùm constiterit, illum conventum, cœpisse possidere absque alia sententia, seu novo judicio, quod & ampliat Bal. *in rub. de sentent. & re jud. in decretali num. 6.* quod etiam poterit reum conventum, & inventum non possidere tempore sententiæ ad restitutionem bonorum, quandocumque 161
illa recuperaverit condemnare, sequuntur Surd. *ubi proximè d. n. 17. vers. fortius, in fin.* Gratian. *modo loco citato n. 13.* intelligentes hanc Bald. ampliationem, ut procedat, quando actor ignorabat, reum non possidere, quam ignorantiam in dubio præsumi.

Quod tamen mirabiliter declarat, quia licèt reus, 162
cum quo judicium actum fuit, non possideat, non erit tamen absolvendus ab observatione judicii, prout nonnulli existimaverunt, sed pronuntiandum erit super jure actoris, ut dictum est, quæ pronuntiatio est diffinitiva, cùm pronuntiatur illum esse dominum, reus autem absolvetur, non ab observatione judicii, seu etiam non condemnabitur, quia non possidet, sed utilis valde judicatur hujusmodi sententia, quoniam quandocumque rei possessio perveniat ad manus illius conventi, cogi poterit ex vi hujus judicati ad ejusdem rei restitutionem, prout ultra prædictos in specie docent per glossi. *in d. l. si à te §. de exceptione rei jud. in 3. lect.* Alberti. Paul. Castr. & Socin ibi, idem notant Bal. & Salic. *& l. ea. §. ult. C. de petit. hered.* idem Paulus *in l. item videndum §. 1. ff. de pet. hered.* Alex. *in l. si constante §. ult. de pet. hered.* sentit iterum Bar. *l. is qui destinavit, ff. de rei vind.* optimè etiam Peregr. *in tract. de fideicomm. art 45. n. 34.* ubi advertit, quòd hoc casu 163
tamen actor in expensis illius judicii, uti timere litigans condemnabitur, cùm usus non fuerit juris cautela, in explorando, & interrogando reum, utrùm possideat, ad text. *in l. qui post tempus, de rei vind.*

Nec reus videbitur liti se obtulisse, quia in jus vo- 164
catus se defendit, etiam quòd malitiosè distulerit excipere, se non possidere, sicut in specie tradunt idem Paulus *in d. l. si à te §. 1.* Ab. & Fel. *suprà citato loco*, & latissimè Roland. à Valle *cons. 56. col. 1. quod aliàs est d. consilium 58.* Peregrinus *ubi proximè dicto art. 45. sub num. 34.*

Et nostræ principalis quæstionis doctrinæ rationem 165
reddunt Iss. *in d. §. omni num. 23. inst. de action.* cum aliis adductis à Petro Surdo *in d. cons. 127. num. 18 d. lib. 2.* Gratian. *discept. forens. d. cap 78. n. 12. tom. 1.* quia illa sententia absolutoria lata in favorem rei conventi non possidentis (dominio peractorem legitimè probato) non privat reum, cùm tandiu absolutus censeatur, quandiu non possidet, unde possessione superveniente, virtus sententiæ eum afficit, & ex tunc incipit effectum sortiri, quo carebat durante causa absolutionis, & non amplius, quæ elegans est.

Quibus ita tentis non obstant in contrarium ad- 166
ducta, quibus uno ictu respondetur, quod etiam quando in judicio petitionis hæreditatis una tantum res singularis à reo convento possideatur, fuerit petita, receptior est, & magis communis opinio, ac verior sententia, ut cætera bona quæ cæpta sunt possideri tempore sententiæ, in ea petitione venire intelligantur, cùm dum petit hæres; seu bonorum possessor rem illam ab alio possessam, sibi ut hæredi, aut bonorum possessori restitui in consequentiam petit, & omnia quæ ab illo possiderentur, ita in petitione hæreditatis probant & affirmant Bart. Barb. & Imm. *in cap. 2. de libel. oblatione.* Fulgos. Rimin. Alber. & Socin. *in leg. edita C. de edendo*, & ibi Decius etiam *num. 25.* Alciat. & Curtius Junior. *num. 64.* Purpura *num. 25.* & hanc esse veriorem & receptiorem testatur Covar. *practicar. quæst. cap. 12. num. 6.* Menoch. *de adipisc. poss. rem. 1 quæst. 16. à n. 70.* ubi idem probat, omnino observandum in bonorum 167
possessione, ex identitate rationis inter judicium universale petitionis hæreditatis, & judicium pariter

universale bonorum possessionis, ex Ripa *in l.1. in prin. n.10. ff. quor. bonor.* quem in hanc partem inclinat & probant etiam verba *d. l.1.* juxta expositionem Dyni, & Jacob. de Aretin. quam ibi recenset B. *num.3, vers. hæc solutio.*

168 Et in utroque judicio tam petitionis hæreditatis, quàm bonorum possessionis per Ripam & Menoch. probant etiam,& defendit Pereg. *in tract. de fid. art.46. n.29.* quod in judicio petitorio hæreditatis probat tex. *in l.4. & l. si quo tempore, l. idem videndum,* § *si quis, ff. de petitio. hared.* imò etiam in judicio particulari vindicatorio probat *l. si autem,* §. *possidere, ff. d rei vind.* & in bonorum poss. est text. *in d. l.1.* ibi, possides, possidere sve, *&c.* nam futuram possessionem designat verbum illud (possideres) quia est verbum præteriti temporis 169 imperfecti subjunctivo, quod etiam ad futurum respicit, *l. si ita quis,* § *si ita. ff. de verbor obl. t.* ubi notatur. Bart. *in l.1. n.7. q. ff. de jure codicill.* Decius *cons.442. num.4.* Iss. *in l. placet num 12 ff. de liq. & postnum.* Paris. *cons.22. num.13. lib.2.* Pereg. *in tract. de fideicomm. art.46. numero 29.*

170 Quam doctrinam fortiorem procedere, quando bonorum possessor, seu hæres intentans bonorum possessionem, seu petitionem hæreditatis intentaret judicium universale, hoc est, universa bona hæreditaria peteret ab eo, qui rem unam dumtaxat possidet, quia tunc dubium non est, ut universale illud judicium amplectatur, & comprehendat omnia bona, quæ postmodum reus cæperit possidere tempore sententiæ, *l.4. ff. de petit. hæreditatis,* ut advertit Menoch. *d. tract. de adipis. poss. rem. 1. n.71.* quia etiam ibi, *vers. secundus est casus,* 171 probat; aliud esse dicendum, quando actum fuit, & intentatum hoc judicium universale adversus aliquem, qui nullo modo ab initio aliquam, etiam singularem rem hæreditatis possidebat, quia tunc cùm non habuit ubi interdictum bonorum possessionis potuisset à principio fundari, postmodum possessa denuo non veniunt in condemnationem, quemadmodum in casibus superioribus, quando possidebat conventus, etiam unicam rem tantùm, sive adversus possessorem ad 172 illam dumtaxat actum fuerit, sive judicio universali omnium postmodum possessa venire dicantur in petitione, quia judicium fundatum inveniunt, ex Ripæ sententia *in d. l.1. n.19. vers. tenendo, ff. quorum bonor.* post Paul. Castrens. *in l. item videndum,* §. *si quis cum, ff. de petit. hared.*

173 Insuper, & quæro; an executor datus, ad exequendam restitutionem bonorum faciendam ei, quem Princeps vel Rex restituit ad bona confiscata, an excedat, si ei restituere velit bona in tertium translata, & alienata, vel etiam fructus interim à fisco perceptos. In quo illud est affirmandum, quòd si Princeps remisit simpliciter pœnam deducti, non extenditur talis restitutio ab bona, etiamsi reperiantur adhuc penes fiscum, & in suo patrimonio, neque alienata, nec illa tenetur fiscus tradere restituto à Principe, text. est qui sic debet intelligi *in l. in fi. & in l.3. C. de sent. quæ pro,* & ibi gl. ordinaria, & communiter DD. At si Princeps restituit quoad pœnam, & quoad bona simul, tunc intelligitur facta restitutio eorum bonorum, quæ penes fiscum reperiuntur: Si verò reperiuntur alienata, & in potestate alicujus tertii, in ejus præjudicium ad ea non extendi, certum est, nisi aliter expressè institutione, & commissione exprimatur, sed tunc tenebitur fiscus de suo proprio patrimonio pretium restituere, ita probant prædicta jura,& tenet gl. singul. & uni *in l. Gallus,* §. *& quid si earum ff. de lib. & posthum. in verbo emancip. in fi.* & ibi B Paul. Immol. & Alex. & communiter Doctores, quos sequitur Ant. Gom. *in l.1. sub n.11. vers. ex quibus infertur.*

174 Respecta autem factorum perceptorum illud est indistinctè servandum, ut executor excedet, si illos, etiam à fisco possidente voluerit solvi, compellere, cùm hujusmodi restitutio, nullo modo ad illos perceptos extendatur, ita probat text. *in authentica, idem de Nestorianis, C. de hæreticis,* quem ad hoc reputat singularem Angelus, Immol. Paulus Alex. & communiter omnes Doctores *in d. l. Gallus, quod si tantum, ff. de lib. & posth.* licèt Iss. teneatur ibi contrarium *n.50. col.25.* sed superiorem certiorem, veriorem, & tenendam opinionem communem in judicando, & consulendo affirmat Ant. Gom. *in d. l.1. Tauri sub d. n.11. vers. unum tamen, est penes eum.*

Qui tamen rationem non reddit, sed ea est, quoniam 175 hujusmodi restitutio, non est rigorosa, hoc est, à juris necessitate,& dispositione inducta sed omnino gratiosa, & ex gratia, seu indulgentia Principis, quo casu cum interim percepti fructus nullo modo restituantur, notat eleganter Covarr. *in lib.2. var. cap.11 n.3* 176 Parlador. *lib.2. rerum quot. c. fi.6 p.§.16.num* . cum per confiscationem dominium rei adeptus sit fiscus, & ejus successor, bonæ enim fidei possessor est (ut Jureconsf. inquit) & dominium habet, qui authore judice comparuit, *&c. lege a. si quis §.1. ff. de relig. & sumptib. funer. lege 52. tit.5. p.5* tradunt glossa B. & Doctores *in l. si finita, & in l. Titia, ff. de solutio* Covar. & Parlard. *ubi proximè.*

Nec obstat, quod de natura hujus verbi (restitutio) 177 superius probavimus, hoc capite, ut ex ejus propria vi, & natura etiam simpliciter prolati, comprehendat fructus, cui respondetur, quoniam (ut ibi *a n.105. & à n.113.* diximus) procedit; quando præsumitur in casu, in quo alias à jure est inductum, ut fructus restituantur, quia illud verbum (restitutio) referatur ad jus; hoc autem casu cùm fiat ex gratia restitutio, etsi referatur ad jus fructus venire non possunt.

De vera resolutione hujus quæstionis, & amplissi- 178 mè de tota materia vide usque ad refectionem, per Farin. *in pract. crim. tom 1. q.6. a n..8 usque ad fi.* ubi per regulas, ampliation. & limitat. procedit, *& sub n 28. in prin. vers.* & in specie tractat, an clericus condemnatus ad privationem beneficiorum, & postea ex gratia restitutus, reciperet eadem beneficia, præsertim si alteri 179 sint collata, qui se remittit etiam ad text. & ibi communiter per DD. *in c. quamvis, de rescript. in 6* Rol. *vol 45. n.20. lib.4.* Pereg. *de jure fisci lib.5. tit.2.n 41.* & ad alios plures, ubi etiam *in vers. sequenti* tractat. idem Farin. an Clericus capitaliter condemnatus ob contumaciam (quo casu si quam habet pensionem, illam amittit, & 180 cum beneficio consolidatur) vel etiam in privationem pensionis expressæ, pariter condemnatus, si fuerit, ut suprà, restitutus, censeatur etiam ad pensionem restitutum in præjudicium ejus, cui pensio adquisita fuit, & per extensionem consolidata cum beneficio, Sfortz. 181 Odd. *de restit. in integr. p 2 q 69. num.85 & 92.* ad quam etiam materiam vide latissime cumulata per Micrem *tract. de major.4. q.23. à num.66. cum seqq. in novissori impressione.*

Sed & de alia quæstione semel, & passim vidi dubi- 182 tari, an executor excedat compellendo reum condemnatum ad rem reddendam, seu restituendam, ut pariter solvat reddátque æstimationem damni, & deteriorationis factæ, & liquidatæ in psa, vel satisfaciat condemnatus & liberetur eam reddendo eo statu, quo reperitur tempore condemnationis, & executionis, cùm per sententiam expresse in damnis condemnatus non fuisset; in qua varii varia dixere advocati. Ego autem ut non excedat, defendi semper, motus primò, 183 quia res reddita, soluta, restituta non dicitur, quæ deteriorata & damnificata redditur, restituitur, aut solvitus, textus optimus, & famosus *in l 3. §. si reddita.* Si reddita (inquit Consultus) quidem sit res commodata, sed deterior reddita, non videbitur reddita, quæ deterior facta redditur: nisi quod interest præstetur,

propriè

propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur *ff. commodati*, text. est etiam *in l.* 1. § *si res ff.*
184 *depositi*, cujus sunt verba. Si res deposita deterior redditur; quasi non reddatur, agi depositi potest, cum enim deterior redditur potest dici dolo malo redditam non esse, (text. *in l. qui sibi* 33. §. *qui Stichum &* §. *item*, qui hominem dare promisit, & vulneratum à se offert, non liberatur) *ff. de solut.* text. *in l. mulieres*, 13. §. *res abesse*, ibi. Res abesse videntur, ut Sabinus ait, & Pedius probat etiam eæ, quarum corpus manet, sed forma mutata est,
185 & ideo si corruptæ redditæ sint, vel transfiguratæ, videri abesse, quoniam plerumque plus est in manus pretio, quàm in re) *ff. de verbor. & iterum signific.* text. *in*
186 *lege Labeo* 14. ibi: Si vestimentum scissum redditur, vel res corrupta reddita sit, veluti scythi collisi, aut tabula rasa pictura, videri rem abesse, quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum, *&c.*) *ff. eodem tit. de verbor. signif.* text. etiam elegans *in lege* 1. §. *qui autem*, ibi, qui autem vi dejectus est, quidquid damni senserit ob hoc, quòd vi dejectus est, recuperare debet, pristina enim causa restitui ei debet, quam habiturus erat, si non fuisset vi dejectus, *ff. de vi*
187 *arm.* text. etiam *in l. si ff. de verbor. signif.* ibi, restituit non tantùm qui corpus, sed etiam qui omnem rem conditionémque reddita causa præstat, & tota restitutio juris interpretatio est. Ex quibus quidem juribus manifestè probatur; non solvere, nec rem reddere, ait restituere sententiæque condemnatoriæ victum non parere, nec satisfacere, si simul damna ejus non præstiterit, quæ dum non solvit, alirer rem tradendo à vinculo executorialium minimè liberatur.

188 Secundò probatur, quia verbum (restituere) hanc habet etiam significationem, ut emendationem, & satisfactionem damni comprehendat, adeo ut qui non emendat vel solvit valorem, & æstimationem damni, dicitur non restituere, ineleganter docet Feder. de Senis *cons.* 17. *in fin.* sequitur Card. Tusch. *pract. concl. lit. R. concl.* 302. *n.* 2. & probat text. *in d. l. f n.* §. *fin ff de verbor. signif. d. l.* §. *qui autem*, per quam & per Lucam de Peña, idem dicit Menoch. *de recuper. poss. rem.* 1. *n.* 6. quæ qui-
189 dem verborum propria significatio etiam in materia quantumcumque stricta, & odiosa, omnimodo retinetur, & ab ea nullo modo recedi oporret, text. est *in l. cum l.* ubi Arct. *ff. de testam.* plures congessit Covar. *l.* 3. *var. cap.* 5. *in fin.* Rota *in novissima decis.* 223. *n.* 28. & latiùs nos egimus supra *hoc cap. à n.* 119. *& seqq.* circa
190 fructus in restitutione, quæ etiam propria est significatio hujus verbi (reddere) ut satisfactionem damni virtualiter comprehendat, text. *in d. l.* 3. §. *reddita ff. commodati*, ibi propriè enim dicitur res non reddita, quæ deterior redditur, *&c.* text. *in d. l. mulieris, d.* §. *res, & seqq. juncta rubr. de verbor. & rerum signif.* secundùm quam
191 omnino debent leges intelligi, imo & verbum (reddere) juris interpretatione significat etiam restitutionem, gl. *in lege verbum reddendi, ff. de verb signif.* Cagnol. *in l. curavit num.* 70. *C. de action. empt.* ergo executor non excedet, si hujusmodi damni liquidationem præstare cogat condemnatum.

192 Tertiò probatur insuper, nam restitutio est redintegratio in pristinum statum. *l. restituere ff. de verbor sign. l. quod si minor.* § *restit. ff. de minorib. l. videamus*, §. *in Fabiana, ff. de usuris*, ergo nec condemnatus nec executor ad rei restitutionem datus satisfaciunt sententiæ executorialium, si illam reddant, & restituant attento præsenti statu, & non pristino, suadet etiam etymolo-
193 gia verbi (redintegratio) sic dicti, à re, & integer, non enim redditur, aut restituitur res integra, quæ deteriorata, aut corrupta restituitur, sunt jura superiùs citata, damnum enim dicitur corporis rei diminutio, seu læsio,
194 Paul. *in l.* 3. *in final. ff. de damno infecto.* Anton. Franc. *in tract. de eo quod interest, n.* 5. *vol.* 8. *tractat. Doctorum*, Burg. de Paz. *in proœmio l. Tauri. n.* 148. non secus ac si executor ad restituendum fundum datus, dimidium tantùm tradat, aut ut solvat centum, & exequatur pro 195
octoginta dumtaxat; contra naturam, & verum, clarúmque sententiæ sensum *d. l. si.* §. *fi. de verbor. signi.* ibi, omnem rem, & *ibi*, tota restitutio juris interpretatio est, *& d. l.* 1. §. *qui autem, ff. de vi & vi armata*, ibi, pristina enim causa restitui ei debet, *&c.*

Restitutio enim tantum restituit, quantum id abstu- 196
lit, adversus quod restitutio conceditur, Bart. *in l fin. col.* 3. *C. de sent. passis*, ubi per illum text. constat, quòd tantum restitutionis gratia attribuit, quantum con- 197
demnationis sententia ademit. Optimè Farinac. *pract. crim. tom.* 1. *q.* 6. *sub n.* 32. ubi per Decium *in l. condemnatione, ff. cum verbum restituas. ff. de regul jur.* dicit, quòd non dicatur quis restitutus, nisi plenariam fuerit con- 198
sequutus restitutionem, & quòd restitutio facit renasci illud, quod extinctum fuit penitus, per *l. l. qui filium.* §. *sed si pater, ff de injusto rupto, irri.* & Castr. *in leg. Gallus*, §. *& quid si tantum*, col. penul. *ff. de liber. & posth.*

Maxime, quia rei appellatione de tota re intelligi 199
tur. Ruin. *cons.* 80 *pro clara n.* 4. *lib.* 2. ubi dicit communem. Alex. *cons.* 196. *in prin. lib.* 6. *l. Titia cum test.* § 1. *de leg* 2. quem ibi ad hoc ponderat Bal. & alii post eum *l. si defensor.* §. *qui interrogatus, ff. de interrog. act. o. & in l. de pupill.* § *qui nuntiatio* & ibi not. B. & alii. *ff. de novi. oper. nun. l. legatis uxori* & ibi Dyn. & B. *de leg.* 2. *l. hoc legant. de leg.* 3. not. gl. B. & alii post eum *in l. si in rem. in princ. de rei vind.* DD. *in l. Pompo.* §. *sed & is, ff. de procurat. & in c.* 2. *de libelli oblat.* ergo non tota redditur, quæ deteriorata traditur, nec adimpletur mandatum quare meritò non solvere, nec reddere, solvendo rem deterioratam, dicunt jura superiùs allegata, cum integram non reddant.

Quartò fulcitur, nam actor, & reus debent ad paria, 200
non autem imparia, judicari, ex jud. vulg. sed ad favorem condemnati pristinus rei status attenditur, an deteriorata res ad se pervenerit, adeò ut melioramenta à se facta & liquidata in executione opposita in vim exceptionis modificativæ à vincente rei Domino, recuperat, & ad ea executor præstanda compellit absque reatu excessus, etiam si de iis in sententia solvendis nihil dicatur, ut latè nos supra in c. de excessu in exceptio, c. 6. à n. 73. ergo non pari ratione condemnatus rei deteriorationes præstare tenetur, si in sententia sit omissum, eodem pristino statu attento, ut probat *d.* §. *restitut.* cum aliis. Si enim æstimationem ejus, quod rei 201
additur, in executione recuperat, cui similiter quod rei ipsi detrahit, solvere non tenebitur? Siquidem favorabilior est certans de damna vitando, quàm de lucro captando.

Quintò & eleganter facit, nam si fructus percepti à 202
condemnato aut eorum æstimatio (qui sunt res omnino separatæ ab ipsa re principali, *l. in ædibus*, §. *ex rebus ff. de donat.* Marquef. *de commis.* 1. *p. in commis. app super diver. c.* 28. *n.* 30. *fol.* 3. *in* 2 *impressione.* Escac. *de appell. q. lim.* 6. *memb.* 9. *sub n.* 37. *& n.* 32 *in fin.* Cavarita *super ritu magnæ Curiæ* 359. *n.* 4. *in fin.* Cæsar. Barz. *dec. Bonon.* 45. *petitæ n.* 1. *&* 2.) sed quia tantùm causantur 203
ab ipsa re, restituuntur cum re ipsa, ad quam duntaxat restituendam executor datus est, ut latè probavimus supra *hoc c. à n.* 93. *cum seqq.*

Ergo multo magis ratio, & consideratio damno- 204
rum, & deteriorationum habenda est, quæ ipsammet rem afficit, intus tangit, pars est ejus, & membrum ipsius corporis, & substantia illius rei nomanatim expressæ in sententia, quia plus influit, & operatur cau- 205
sa in seipsa, quàm in causato, *auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccl. clem.* 1. *de reliquis & veneratio, sanct. leg. si non sunt clavi.* 21. §. *perveniamus, ff. de auro & arg. lega. leg. tempus* 9. *de re jud.* Castr. *cons.* 129. *tom.* 1. Fel. *in cap. anduis*

*auditis num.*20. *de reſcript.* deciſ. Genuenſ.126. *num.*2. doctiſſ. Perez de Lata *de anniverſa. & Capellan. lib.* 1. *cap.*6. *à num.*1. *l navis onuſtæ* 1. *reſponſ.ff ad l. Rhodiam*
206 *de jactu.* Quod quidem fundamentum fulcitur mirabili illa doctrina, nempe;quòd licèt emphyteuta deteriorando rem, ipſam amittat ſtatim; procedit, quando deterioratio contingit in re ipſa, non autem in fructibus, nam damnum in ipſa re eſt perpetuum; damnum autem fructuum temporale, illud reſpiciens dominium, iſtud commoditatem utentis dumtaxat, docet
207 Bal. *in authent. qui rem. n.*2. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ibi eum ſequuntur Raphaël Fulgoſ. Paul. Caſtren. & alii. Alex.*conſ.*118.*n.*7.*l.*5. Iſſ.*conſ.*17.*n.*11.*l.*1.*& in l.*2.*n.*98. *de jure emphyt.* Ripa *reſponſ.*27. *num.*7. *de jur. emphyt. volum* 2. Beroi.*conſil.*120.*num.*30.*& ſeqq.lib.*1. Mantic. *de contractibus lib.*22. *tit.*29.*n.*22. Roland. à Valle *conſil.*49.*num.*20.*&* 21.*& lib.*2. Riminal. junior *conſ.*355. *num.*22. fortis enim ratio urget, nam ſi ſpoliator condemnatus ad rei reſtitutionem tenetur etiam fructus præſtare, tanquam damna, Marius Giurba *deciſ.*39. *n.*6. ergo multo magis damnum, ſiquidem fortior eſt ratio deteriorationis in re, quàm in fructibus, & quia æſtimatio non eſt quid diverſum ab ipſa re Caroc. *de oblatio. part.*2.*q.*35. Giurba *deciſ.*114.*ſub n.*10.*& deciſ.*113. *num.*6. Gratian. *diſcept. for.*243. *n.*67.

208 Maximè cùm deficiente tota re, ad quam tradendam, & reſtituendam executor datur, poteſt licitè in ejus valore & æſtimatione liquidata executionem facere ſine exceſſus reatu, *l. qui reſtituere. ff. de rei vind. l. Julianus, ff. de confeſſ. l ſi longis Cod. de execut. rei judic. l.*3. *tit.*14. *part.*5. *leg.*42. *tit.*5. *part.*3. optimè *l.*5. *tit.*23. *p.*3. ante medium, pluribus authoritatibus & doctrinis exactè hæc propoſitio fulcita eſt ſuprà *cap.*5. *à num.*33. & in ſpecie probatur *in dict. l.*3. §. *reddita, ibi*, niſi quòd intereſt præſtetur, &c. *ff. commodati*, & ſic pariter, & à
209 fortiori, cùm tota res reddi, reſtituique jubeatur perſententiam, parte ejus per deteriorationem perempta, jam non eſt in condemnati facultate, & poteſtate reſtituere, meritò ad ejus æſtimationem executori licet pervenire, idem namque juris eſt de parte quoad partem, ac de toto quoad totum: nam æſtimatio ſuccedit loco rei, & rem ipſam repræſentat. Oldral. *conſil.*114. Caroc. *ubi ſuprà.* Surd. *conſil.*81 *num.*5. Burſa. *conſil.*100. *n.*39. Cephal. *conſil.*554. *num.*6. Menoch. *conſ.*110. *n.*9. Socin. *conſil.*82. *num.*26. *vol.*4. Pappon. *conſ.*27. *n.*50. *&* 51. plures citat Giurba *dec.*114. *n.*12. qui *n.*10. poſt plures firmat, quod teneatur ad damna, ad rei æſtimationem obligatur.

210 Et fulcitur hæc pars ex eo, quia fidejuſſor obligatus pro ſolutione certæ penſionis domus conductæ, tenetur etiam pro deterioratione, licèt fidejuſſio ſit ſtricti juris, *l.*2. *ff. in quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrah. l. admiſſi* §. *fidejuſſores, ff. de fidejuſſorib.* quam reputavit ſingularem ibi Ludovic. Bolog. *in* 2. *interpretat.* facit text. *in l ſi ab uno, ff. ut legator. nom. caveatur* Cæpol. *cautel.*127. *ille qui fidejuſſit.* Roma *ſingul.*152. *quæro.* Hippolyt. *in rub. de fidejuſſ. q.*8. ubi latè diſputat Rebuff. *in tract. de liter. obligat. art.*3. *gloſ.*2. *num.*32. *in commen. tom.*1.

211 Et in terminis quòd condemnatus ad rem reſtituendam, & reddendam, intelligatur etiam tacitè & virtualiter condemnatus ad damna illata in ipſa re, tenet Cardin. Tuſch. *pract. concl. litera S. concl.*126. *n.*107. & meliùs *concl.*128. *num.*11. ubi ad ejus aſſertionis comprobationem allegat text. optimum *in d. l.*3. §. *reddita*, dicens quòd in tantum condemnatus intelligitur ad damna illata, ut executor in ſententiæ executione, facta
212 damnorum liquidatione, & æſtimatione poſſit per viam brachii militaris, ad eam præſtandam condemnatum aſtringere, quod etiam procedere in damno illato, & deterioratione poſt ſententiam uſque ad veram, & realem rei reſtitutionem affirmat ipſe Tuſch. Conducunt
213 *Salgado de protect. Reg.* etiam Federic. de Senis, Tuſch. & Menoch. ſuprà citati in ſecundo fundamento, *num.*187. quæ opinio ſatis eſt probabilis, & vera, à qua nullatenus recendendum eſſe arbitror, & loquendo in ſpoliante condemnato ſimpliciter ad rei reſtitutionem, ut etiam teneatur damna reſtituere, probat Giurba *dec.*39. *à num.*2. Put *dec.*298. *lib.*2. Rota *diverſ.*334. *p.*2. Menoch. *conſ.*758. *num.*17. *volum.*8.

Circa quam an, & quis in re illata ad damna teneatur, ubi de emptore vigore executionis poſtmodum revocatæ de poſſidente pignus prætorium, de adminiſtratore reipublicæ, tutore, curatore, colono, inquilino, uſufructuario, emphyteuta ac majoratus poſſeſſore, & qualia dicantur damna, & deteriorationes, & ex quibus cauſis deteriorationem rei contingentem præſumatur accidiſſe culpa, negligentia, aut dolo poſſeſſoris, ſeu adminiſtratoris, & de pluribus aliis ſimilibus difficultatibus conſule omnino Eſcobar *in tractatu de ratiociniis cap.*19. *per totum*, ubi optimè explicat, & latè etiam per Manticam *de contractibus tom.*2. *l.*22. *tit.*29. *per totum*, ubi multa qui poſt alios *num.*9. optimè tractat, an & quando deterioratio cum
214 meliorationibus in ipſa re factis compenſetur, appo-
215 nendo regulam negativam, & ad illam nonnullas limitationes, quo loci exactè proſequitur videndus.
216

CAPUT X.

Ab exceſſiva fructuum, damnorum, expenſarum, intereſſe, pertinentiarum, ac connexorum liquidatione, & taxatione facta per executorem; appellationi emiſſæ non deferendo, an vis fiat. Ubi exactè quomodo hoc caſu ſimplex gravamen ab exceſſu cognoſcatur.

SUMMARIUM.

*Sententia generalis condemnatoria fertur in judiciis univerſalibus, in executione poſtea liquidandum qua ſub generica condemnatione comprehendantur, n.*1.

*Idem & in judiciis generalibus, puta reddenda rationis adminiſtrationis, n.*2.

*In executione ſententiæ univerſalis, putà l. fin. C. de edict. D. Adr. tenuta majoratus, petitione hæreditatis, &c. liquidantur res ad illam pertinentes, n.*3.

*Sententia poteſt ferri incerta ſuper acceſſoriis, putà fructibus, pertinentiis, &c. de cujus æſtimatione liquidò in executione apparebit, n.*4.

*Condemnatus vel obligatus per guarentigiam ad fructus, damna, aut intereſſe, in executione facta liquidatione ſolvit, n.*5.

*Executione facti promiſſi in æſtimatione aut intereſſe fit, num.*6.

*Exceſſus circa liquidationem dupliciter conſideratur, propriè, & abuſivè ſeu impropriè, n.*7.

*Exceſſus impropriè accidit ubi nimis taxatos fuiſſe fructus condemnatos quis aſſerit, n.*8.

*Exceſſus impropriè eſt potiùs injuſtitia & ſimplex gravamen, quia executor tunc continetur ſub limitibus ſuæ commiſſionis, n.*9.

*Ab exceſſu improprio, putà ubi nimis fructus ſunt taxati, non datur appellatio ſuſpenſiva, n.*10.

*Liquidatio pertinentiarum præcedente condemnatione univerſali, dicitur declaratio interpretativa non augens nec minuens condemnatum, n.*11. 13. *&* 17.

Supplicatio con las mill y quinientas *ſi non admittitur à ſententia tranſacta in rem judicatam, nec ab ejus liquidatione facta in ejus executione, n.*12.

*Executio eſt ſequela primi judicii & ejuſdem naturæ, num.*14.

Quid in sententia continetur implicitè, per liquidationem in executione declaratur explicitè, n.15.

Executio est ejusdem naturæ cujus est prima causa, & ideo ad ista sicut non licet appellare, ita nec à declaratione, & ejus liquidatione, n.16.

Liquidatio quæ non mutat substantiam rei judicatæ, non inducit novum gravamen, n.17.

Liquidatio tunc non mutat substantiam condemnationis, quando continet declarationem interpretativam, non augentem nec minuentem, seu variantem substantiam ejus, n.18.

Taxatio expensarum est declaratio interpretativa sententiæ, à qua non appellatur regulariter, n.19.

Taxatio dicitur mori facti præexistentis declaratio, n.20.

Taxatio & liquidatio præcedentis sententiæ dicitur executio & declaratio, n.21.

Exceptio rem pluris minu ve esse liquidatam sententiæ executionem non suspendit, n 22.

Pro taxa in dubio præsumitur, n.23.

Exceptio taxæ excessus ubi inducit contractum usurarium, si probetur intra decem dies admittitur in executione ob periculum, n.24.

Non satis est aliquid de novo fieri nisi denuo pars gravetur, & ideo non appellat, n.25.

Quod contingit ex causa de præterito, ad primam causam de præterito referendum est, n.26

Mandatum limitatum est incerto non causat excessum sed gravamen, ut in exemplo apposito, n.27.

A liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum &c. virtute rei judicatæ, aut instrumenti guarentigiati appellationi non est deferendum, n.28.

A liquidatione executoris vigore executorialium non admittitur appellatio, sed iterum executori causa remittitur ut illam peragat, n.29.

Æstimatio & rei verus valor, ubi evidenter sit probatum, & ab adversario nihil quod enervet verificetur, executor si aliter taxet, poterit appellare ex capite injustitiæ notoriæ, n.30.

Excessus verè & propriè in liquidatione contingit, quando executor modum condemnationis, sive etiam liquidationis essentialiter variaverit, aut mutaverit, n.31. redduntur exempla, ibid.

Liquidatio quæ sub generalitate verborum sententiæ nec virtualiter, nec visibiliter comprehenditur, rectè convenit definitioni excessus, & ideo à tali excessiva liqidatione licet appellare, n.32.

Executor liquidans rem quæ extra condemnationem sit illius substantiam augens, noviter gravat & excedit, & à tali excessu licet appellare, n.33.

Appellatio à taxatione & liquidatione quæ non comprehenditur sub condemnatione generali, causat attentatum & nullitatem executionis, n.34.

Ab excessiva fructuum, damnorum, &c. liquidatione & taxatione facta per executorem admittitur appellatio suspensiva, n.35.

Quod declara ut in n.36.

Executor ad restitutionem præbendæ cum fructibus liquidandis datus excedit si taxet etiam distributiones quotidianas, n.37.

Executor ad restitutionem beneficii cum fructibus liquidandis datus, excedit, si liquidet etiam emolumenta incerta, ut oblationes, & funeraria, &c. n.38.

Distributiones quotidianæ veniunt appellatione fructuum beneficii, n.39.

Excedit executor in liquidat. si condemnationem in fruct. perceptis extendat ad eos qui percipi potuerunt, n.40.

Fructus perceptorum, & qui percipi potuerunt, debet fieri condemnatio in revocatione attentatorum, n 41.

Fructuum qui percipi potuerunt per attentantem omissa condemnatio tacitè in sententia subintelligitur, n.42.

Dummodo percepti fuerint a tertio causam ab attentante condemnato habente, ibid.

Excedet executor in liquidatione si lata sententia super fructibus à tempore litis contestationis, & liquidet à temporis occupationis, n 43.

Fructus virtualiter subintellecti sub condemnationis verbis, executor non excedit liquidare & præstare, n.44.

Fructus ad quos condemnatus quis à die occupationis vel contestationis non excedet executor, si liquidaverit etiam fructus decursos post sententiam usque ad realem restitutionem rei, n.35.

Condemnatus ad restitutionem equarum seu vaccarum con partos y post partos *an excedet executor, si hujusmodi post partus in infinitum usque ad tempus præsens voluerit liquidare, n.46.*

Taxam legis juste interusurii pecuniæ restituendæ si executor excedat, qui liquidatione excedere dicitur, n.47.

Sententia excedens taxam legis in annuis redditibus est nulla ipso jure, n.48.

Sententia talis in dubio intelligitur, qualis de jure ferri debuit, quia jus refertur, n 49.

Sententia ita debet interpretari ne iniquitatem & injustitiam contineat, n.50.

Executor in liquidatione excedit si condēnatū simpliciter in expēsis compellat & liquidet simul personales, n.51.

In liquidatione excedit executor, si sub liquidatione expensarum liquidet etiam damna, n.52.

Judex reservans sibi taxare expensas, non potest taxare damna, n.53.

Et quid in contractibus an appellatione expensarum veniant damna, n.54.

Damna tacitè subintellecta sub condemnationis verbis, executor non excedet liquidare in executione, n.55.

Excedit executor quando liquidationem addiderit condemnationi, quia novam addit condemnationem, & à tali excessiva liquidatione licet appellare, n.56.

Excessiva dicitur liquidatio si executor ordinem omiserit liquidationis, admittens exceptiones rejiciendas, & rejiciens admittendas, n.57.

Executor anteaquam perveniat ad executionem facti, debet permittere liquidationem, quâ pertinentiæ, fructus, seu damna comprehendantur sub generalitate condemnationis, n.58.

Executio sententiæ facta ante liquidationem pertinentiarum & similium est nullæ ipso jure, n.59.

Et à tali excessiva liquidatione licita est suspensiva appellatio, n.60.

Præposteratio executoris causat excessum & nullitatem, num.61.

In liquidatione excedet executor si ad illam faciendam non citet condemnatum, n.62.

Exceditur modus inter exequendum, si pars non citetur in eo quo debet adesse, n.63.

Liquidationis in executione per quæ fiat probatio, & ea summariè non servato ordine judicii ordinarii, ubi nec requiritur libellus, nec litis contestatio, n.64.

Liquidationis probatio super pertinentiis, damnis, aut fructibus, &c. fit per interrogatorios advocati, n.65.

Sententia generalis sive petitionis hæreditatis sive rei particularis cum pertinentiis, post quam fuerit in executione verificatum, quæ bona pertineant ad hæreditatem seu pertinentias super omnibus fit executio, n.66.

Exceptiones omnes spectantes liquidationi, in executione admittere tenetur executor, tam ex parte actoris quàm rei, n.67.

Ad liquidationem faciendam super pertinentiis, &c. tam actorem quàm reum executor tenetur admittere, n.68.

Ad liquidationes probandas executor tenetur terminum assignare de stylo Rotæ, intra quem si non fiant potest ad executionem procedere, n.69.

Excedit executor si exceptiones admissibiles in liquidatione non admittat, vel admittat rejiciendas, ob quod licet appellari, n.70.

Exceptiones relevantes, proportionabiles judicio executivo

tivo executor teneatur admittere, aliàs Rota admittit appellationem, n.71.
Administrator seu caparius ad restitutionem ovium seu vaccarum si opponat executioni, naturaliter alienas periisse admittendus est, & quæ sufficiat probatio, n.72.
Et quid in capario qui pro custodia mercedem recipit, num.73.
Condemnatus ad fructus rei restitutionem, an possit in executionis artic. opponere se illos non percepisse, n.74.
Condemnatus in fructibus rei etiã attentans probãs se non percepisse fructus evitat executionem sententiæ, n.75.
Exequendum non est mandatum contra condemnatum in fructibus, si nominat alium qui eos perceperit, n.76.
Clausula (parito brevi) non solùm importat dimissionem possessionis, sed & restitutionem fructuum, n.77.
Contra evincentem rem cum fructibus opponi potest exceptio fructuum quos aliquo tempore evincens percepit, aut rem possedit, n.78.
L. Julianus 17. §. quod si dolo, ff. de rei vindicat interpretatur, ibid.
Exceptio, quod petis intus habes, opponitur post rem judicatam contra victorem, n.79.
Condemnatus ad fructus beneficii potest executioni opponere se illos convertisse in utilitatem beneficii, n.80.
Fructus in sententia intelliguntur deductis expensis & oneribus illorum occasione factis, n.81.
Dispositio qualibet loquendo de fructibus restituendis intelligitur deductis expensis, n.82.
Quo etiam procedit in possessore mala fidei, n.83.
Fructus ad quos quis est condemnatus, an possit computare & compensare cum melioramentis, & expensis in executione, n.84.
Expensas coram se factas an executor excedat taxandi, vel ad mandantem debeat remittere, n.85.
Exceptio paupertatis an & quando excuset à solutione fructuum, n.86.
Executor ad rei restitutionem virtute rei judicatæ simpliciter datus, an excedat, si etiam exequatur in pertinentiis & connexis ipsi rei, n.87.
Pertinentiarum nomine & appellatione quæ veniant tam in sententiis, legibus, testamentis, privilegiis, aliisve dispositionibus, n.88. remissivè.
Pertinentiæ sunt appendices rei principalis, n.89.
Pertinentiæ videntur rei principali deservire tanquam quid accessorium, n.90.
Pertinentiæ illæ dicuntur quæ aut lege, statuto, homine, aut consuetudine, ad usum alicujus rei sint destinatæ, cui ut accessoriæ accedunt, n.91.
Dispositio quantumcumque stricta loquens de re principali, extenditur ad connexa & appendices, n.92.
Fidejussio est stricti juris, n.93.
Fidejussio tutelæ extenditur ad gesta extra tutelam, illi tamen connexa, n.94.
Mandatum ad actum extrajudicialium extenditur ad judicium occasione illius actus, n.95.
Quæ non possunt nisi connexè produci, non possunt nisi connexè tolli, n.96.
Dispensatio est odiosa & restringenda, n.97.
Dispensatio appenditur ad connexa non expressa, n.98.
Fidejussio licèt sit stricti juris, extenditur ad accessoria, & ad omnia quæ adhærent & accedũt rei principali, n.99.
Excedere fines mandati non dicitur procurator opponens manum ad connexa mandato, n.100.
Transactio licet sit stricti juris facta super una re, extenditur ad aliam ratione connexitatis, n.101.
Venditio alicujus rei extenditur ad rem accessoriam cohærentem aut pertinentem, n.102.
Vendita equa, vacca, ancilla, seu asina, quando censeatur venditus pullus, vitulus, agnus, &c. etiamsi non exprimatur, n.103.
Equo seu mula vendita an veniat sella, frænum, & alia ornamenta, quib. tempore contractus fuit ostensa, n.104.
Una res quando alteri accedit & cohæret, non debet ab ea separari, quia unica judicatur, n.105.
Re prohibita è regno extrahi, si publicatur, publicatur etiã currus, saccus, navis &c. quibus exportatur, n.106.
Sententia lata super re aut bonis quib. adhæret jus patronatus, & est annexum, illud etiam comprehendit, n.107.
Sententia confiscationis bonorum comprehendit jus patronatus, quod illis est annexum, n.108.
Annexum jus patronatus quos pariat effectus, n.109. remissivè.
Sententia nedum parit exemptionem rei judicatæ in rebus prosecutis, sed etiam in pertinentiis & appendicibus prosecutorum, n.110.
Sententia lata super re petita, intelligitur etiam lata super accessoriis & dependentibus ab ea, licèt specialiter non exprimantur, n.111.
Sententia declarans vicum esse subjectum civitati, extenditur ad contributionem onerum civitatis, tanquam accessoriam subjectioni, n.112.
Sententia lata super re principali, extenditur ad connexa pertinentia & adhærentia, n.113.
Judex si ponit manus ad connexa mandati, non dicitur accedere ejus fines, n.114.
Sententia licèt sit stricti juris, extenditur ad augmentum, num.115.
Sententia extenditur ad connexa, n.116.
Sententia super dominio castri, censetur lata super jurisdictione, cohærente castro, n.117.
Et idem dicendum de re incorporata, quia incorporatio omnia comprehendit, n.118.
Bona augmentata quæ & qualia dicuntur, & quæ transeant & incorporentur cum majoratu, & quo jure censeantur, & de aliis pluribus, remissivè, n.119.
Sententia in judicio universalibus facit rem judicatam in omnibus pertinentiis liquidandis in executione, n.120.
Clausula (parito judicato) operato tam super re principali quam super pertinentiis in sententia non expressis, sed tacitè sub intellectis à jure, n.121.
Condemnati cives alicujus civitatis, censentur etiam condemnati habitores castri civitati subjecti, quia cives civitatis etiam sunt, n.122.
Civitatis appellatione veniunt castra & villæ, n.123.
Sententia super re restituenda comprehendit pertinentias, appendices, augmentum, connexa, & cohærentia ipsi rei, n.124.
Dummodo etiam in genere ipsæ pertinentiæ fuerint in judicio petitæ, licet sententia super pertinentiis non petitis fieri possit, n.125.
(Cum pertinentiis) verbum est universale sui naturæ comprehendens honores, onera, servitutes, & omnia necessaria ad rem ipsam principalem, n.126.
(Pertinere) verbum latissimè patet, n.127.
Promissio rei cum pertinentiis, est incerta, & nihil proficit, nisi limitatè quid aut quantum comprehendat probatur, n.128.
Res jure communi non habet accessiones limitatas pertinentiæ, nec appendices, nisi ab homine aut consuetudine ei attribuantur, n.129.
De pertinentiis esse id de qua contingit dubitari dicenti, incumbit onus probandi, n.130.
Sententia lata generali super re & pertinentiis fit executio tam super re principali, quam super pertinentiis liquidandis & verificandis, n.131.
Probationes & testes seu instrumenta producta in causa principali si probant liquidationẽ, bene prosunt in executione certæ executoriæ si ibi reproducantur, n.132.
Liquidatio in executione facienda est per antiqua acta & testes, ne detur periculum subornationis, n.133.
Executori si sit cõmissa liquidatio sententiæ, cautus sit victor, ut in executoria inseri faciat dicta testium qui melius circa valorem & æstimationem rerum, fructuum, aut damni deposuerint ne subornationi locus sit, n.134.

Judices curent ut si certam quantitatem ex processu deduxerint, exprimant in sententia ne liquidationem committant executoribus, quo evitabitur magnum dispendium partibus, n.135.

Condemnatus ad tot modios tritici, an & quando in ipsa specie, vel ejus valore executor exequi possit, n.136.

Æstimatio rei & fructuum in re judicata quando crescat, n.137.

Fructus in specie ad quos quis est condemnatus; quando præstandi sint, & quando in ejus valore sit facienda executio, & quando eorum æstimatio quanti plurimi crescat in executione sententia, à quo tempore, & à quo decrescat & de pluribus aliis, n 138.139.& 140.

Æstimatio non crescit post fructuum consumptionem, quia tunc debitor non est fructuum, sed æstimationis, n.141.

Causa justa excusat à mora, & ideo etiam à solutione valoris & æstimationis quanti plurimi in executione sententiæ, n.142.

Condemnatus ad restituendum certos modios tritici non expressa ejus bonitate, eam victor probare tenetur, alias sententia debitor satisfacit etiam vilissimum præstando, n.143.

Æstimatio rei si sit facienda per peritos executor illos quærat, & quæ præ oculis habere debent, n.144.

Æstimatores nominati semel suscepto negotio compelluntur per executorem si recusent taxare, n.145.

Æstimatoribus discordantibus in æstimatione, executor compellit partes ad tertium nominandum, vel in defectum ipse executor nominet, n.146.

Æstimatores aut ob imperitiam, inimicitiam, aliamve justam causam possunt recusari, n.147.

Æstimatoribus recusatis partes compellit executor de idoneis conveniendis, alias ipse executor potest eligere, num. 148.

Æstimatorum peritorum declaratione, authore, executor, confirmante, non admittitur appellatio suspensiva velut ab ipsa executione, n.149.

Æstimatorem de materia (qui Alarifes *dicuntur) à civitate electorum, & un recusari possint, & ab eorum taxatione & judicio appellatur*, n.150. *remissivè.*

Sententia qua res vincenti adjudicatur, semper intelligitur cum fructibus pendentibus, quamvis nulla eorum fiat mentio in sententia, n.151.

Dominium rei ubi in alium transfertur, ipso jure intelligitur cum fructibus pendentibus, n.152.

Executio sententiæ facienda in re debet fieri etiam in fructibus pendentibus ejus per quandam consequentiam, cum sint inseparabiles ab ipsa re & possessione, n 153.

TAnta fiere nostri in hoc articulo confusione loquuti; ut vix ex eis percipiatur, quæ excessiva liquidatio dici possit, quod quidem in causa erit, ut nonnulla, tum nimis utilia, tum usu frequentia, & difficillima, tunc distinctè discutiamus. Pro cujus principio obiter supponendum est, quòd in judiciis, & 1
actionibus universalibus generalibus fertur sententia condemnatoria, & postmodum in ejus executione, ejusque progressu summariè discutitur, & liquidatur, quæ sub illa generali condemnatione specialiter contineatur, comprehendantur, & exequenda veniant, gloss. celebris, & communiter recepta *in leg. 1. ff. de edendo*, quo in loco Bar. *num* 8 Paul. Castr. *num.6.* Fulgos. *num.6. & n.4.* idem B. *in l.1. ff. judicata solvi. column. fin.* Roman. *consil.76. col.2.* & post plures alios 2
Covarr. *lib.2. variar. cap.11. sub num.1.* pro qua sententia adducit text. quem dicit optimum *in l.1. C. de sententiis quæ sine cer. quantit. & in l. minor. 25. per fideicommissum, ff. de minoribus*, quo etiam loco idem & rectè intelligit in judiciis generalibus, putà, in sententia, qua quis condemnatur ad reddendam rationem administratæ tutelæ. Cui convenit, quod de tutore per obligationem guarentigiatam obligato, ad reddendam rationem, dicit post alios Paulad. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 1 part.* § 12. *n.34* & loquendo in sententia lata in judiciis universalibus, putà; petitione hæreditatis, familiæ erciscundæ, actionis exempto, totius hæreditatis, & similibus, prout in remedio *l. fin. C. de edicto D. Ad.* & in tenuta majoratus, & aliis, optimè & latè; post Innocent. *in cap. conquerente 16. n 5. de off. ordina.* Gratian. *in discept. forens. tom.1. cap.333. à num 9.10 11. & 12* & post B. *in l.2. n.5. vers. sed quæro, & n.6.* junctis quæ scribit *n.2. C. de sententiis quæ sine cert. quant.* loquendo in sententia super petitione hæredit. tutela, 4
negotiis est, & similibus, pro quibus datur actio generalis, idem affirmat Sigismund. Escac. *tract. de appell. q.17. lim.9. num.24. fol.428.* & plures alii ex citandis, plures ad hoc citat Pharur. *tract. de lucro dotis in rub. sub n.28. vers. nam B. & sequaces, fol.25. in parvis.*

Item sententia licitè incerta profertur super accesso- 5
riis, putà; fructibus, damnis, interesse, pertinentiis, & expensis, de quorum omnium vero valore & quantitate in progressu executionis liquidò apparebit, & constabit, Ill. post alios *in l.1. ff. de edendo* ubi *n* ... communem dicit Bart. Bal. & alii *in d. l.2. Cod. de sentent. quæ sine certa quanti. § cura institut. de actio.* Afflict. *decis.35.* communem dicit Alex. *cons 90. in caus. in fin. lib.2.* clarè Bal. post alios, quos citat Decius *consil.517. in princ.* Bal. *consil.323. proponitur 2 olum.2.* Rot. *decis.64. fuit dubitatum.* Socin. *in cap.2. num.23. de libellis oblat.* Afflict. *d cis.20. in fin.* Alex. *in l. Paul. 1. n.6. de re judic.* Guid. Papæ *decis.40. S mpron. contra Titium.* Cardinal. Tusch. *practic. concl. tom.7. litera S. concl.108 à n.22. cum seqq.* multis etiam comprobat Roderic. Xuar. *in l. post rem. de re jud. in declarat. l. Regni limit.4. n.5.6. & 7.* & post Roman. *consil.211. n.5.* Ruin. *consil.22. n.2. lib.1.* & alios observat Rota Roman. (loquendo in pertinentiis, & etiam generaliter de aliis accessoriis) *decis.100. n.16. p.1. d. versor.* Gratian. *in discept. forens. tom.1. cap.333. n.12.* & loquendo in sententia super interesse, latè idem Gratian. *cap.183. à n.43. cum seqq.*

Et promiscuè loquendo tam in sententia, quàm in obligatione Camerali, aut guarentigiata, quibus quis condemnatur, vel obligatur ad damna, interesse, fructus, & expensas, liquidandas in executionis sententiæ, vel obligationis guarentigiatæ discussu, Bar. *in l.1. ff. jud. solv. & in l. proinde ff. de l. Aqui.* Bal. *in l.2. de ex. c. rei jud. & in l. cum testam. de manumis. test. & cons 393. volum.2.* Alexand. *consil.188. vol.2. n.2.* Ill. *in l.1. C. de edendo n.32.* Socin. *consil.89 lib.1. cons.51. lib.1.* Cuman. & Alexand. *in l.1. ff. de lega.2.* Rebuff. *in constit. Gall. tit. de luer. obligat. artic.1. gloss.9.* Boërius *decis.58. n.8.* Capic. *decis.17.* Cravet. *consil.231. Domin. præsul.* Covarruv. (qui sedulò rem explicat) *lib 2 variar. cap.11.* & testatur communem Zasius, & Otofius *in l.1. ff. de edendo*, & Menoch. *de adipis. possess. rem. 5. q.9. n.59.* & jam usu prævalere, testatur Rupel. *institut. forens lib.1. cap.4.* & eam amplectuntur contra alios Roderic. Xuarez & Covarr. *locis citatis.* Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap fin. 1. part. §.12. limit 4. n.27. & seqq.* Muños de Escobar. *in tract. de ratociniis cap.33. à num.22. & sup.* magnam caterva m præcipuè Regnicolarum, congessit Baldez *in addit. ad Rod r. in d. limit.4.* latè (prolixè tamen) prosequitur Sigismund. Escacia *tract. de appell quæst.17. lim.9. à n 24* Paz *in p axi 4 part prin. tom. cap.1 n.15.* Peralta *in l.1. ff de legat. 2. n.82.* & facit quod de exequendo inf. 6
trumento guarentigiato in interesse, aut facti promissi æstimatione Didac. Perez *in l.4. tit.8 lib.3. ord. pag.1078.* Avilesius *in prator. cap.10. verbo execut. num 53.* & post alios de magis communi affirmativè Parla. *lib.1. rerum quotid. cap 6. §.2. n 11.* Cævallos *in com. contra commun. tom.1. q.6 2.*

Quo ita cognito, ut absolvamus nostram quæstio- 7
nem an ab excessiva fructuum, damnorum liquidatione sit appellationi deferendam: dicendum est, excessum circa

circa liquidationem dupliciter considerari : uno modo impropriè, & abusivè ; altero modo propriè, verò, & realiter. Excessus impropriè tunc dicetur, quando præcedente sententia condemnatoria committitur simul executori fructuum, expensarum, & pertinentiarum
8 liquidatio, post hinc inde habitis informationibus executor taxat, & declarat, à qua taxatione pars appellat, quia dicit, fructus nimis taxatos, cùm minoris sint valoris ; vel quando declarat aliquam rem pertinere ad hæreditatem, vel majoratum, ad cujus restitutionem quis fuerat condemnatus. Et in hoc casu iste non potest dici excessus propriè, sed nomine tenus, sed dumtaxat injustitia, & simplex gravamen intra limi-
9 tes jurisdictionis contentum, cùm executori sit liquidationis, & cognitionis facultas per sententiam, & commissionem concessa, & intra limites jurisdictionis se continet declaratio, à quo gravamine non
10 appellatur, quoad suspensivum effectum, sed in tempus peractæ executionis reservatur. Hæc est mirabilis & elegans Rotæ decisio (aureis literis in corde scribenda) 100. *part.* 1. *diversor. num.*14. *& à num.*29. *usque ad* 54. qua docemur præcipuè *num.*32. quòd in hoc casu non potest considerari novum gravamen, cùm præcedit condemnatio in actione universali, & sequitur postmodum liquidatio executorialis, continens solùm declarationem qualitatis pertinentiarum non alterans condemnationem, & executionem, eam agendo, vel minuendo, sed dumtaxat inducens declarationem
11 interpretativam sententiæ universalis, & condemnationis præcedentis, & ad consequentiam petitorum, tradit Roma. *cons.*45.*n.*2. ubi bona additio,& Rotæ Rom. decisio 272. *n.*2. *part.*2. Lapus *alleg.*92. *in col. penult. in prin. vers. unde licet de jure n...* Bal. *in l. terminato* 3.*n.*6. *vers. modo ego quæro & n.*8. *in fin. C. de fructib. & litium. expens.* Fran. *in cap. sape* 44. *quæst.*12. *num.*60. *de app. ll.* Rom. *consil.*45. *n.*2. *&* 3. mirabiliter etiam per Avend. *in tract. de secunda supplicat. cum pœna M. D. duplarum sub n.*8. dicens post alios, quos citat, quòd in liquidatione sententiæ transactæ in rem judicatam super
12 fructibus,& interesse facta, sit causæ cognitio adhibenda ; tamen supplicatio *de las mill y quinientas* non admittatur, quia sicut à prima executoria,& à sententiis
13 latis non licet appellari, nec supplicari ; eodem modo non licebit ab earum liquidatione,& declaratione, quia tales liquidationes, & declarationes sunt eædem sententiæ cum primis, quibus in effectu nihil additur, vel
14 minuitur,& executio est sequela primi judicii,& instantiæ, super qua emanavit declaratio & sicut à sententiis non licet appellari, nec supplicari nec licebit à sententia declaratoria super ea, nam sequela primæ instantiæ est ejusdem naturæ, ut de novo non possit appellari, quia quod in sententia erat implicitè, per liquidationem
15 declaratur explicitè, pro quo citat ipse Avend. Bal. *in cap. cùm super, de causa poss. & proprie.* Lauren. Calcan. *cons* 16. *n.*34. *in princ.* Ludovic. Gomez *in regul. Cancel. de jure quæsito non tollendo. quæst.*13. & idem Avend.
16 *ibid. n.*8 post Bal. *in l. si in ea. col. pendit. C. quando fiscus vel priva.* inquit reddens rationem, quia executio est ejusdem naturæ, cujus est prima causa,& ideo quemadmodum ab ea non licebit appellari, nec ab ista declaratione, & liquidatione, cùm sit idem.

17 Et idem, quod dicta Rotæ decisio, tenet latè & mirabiliter Gratian. *in disceptat. foren. tom.*1.*cap.*333.*per totum*, & præcipuè *à n.*3. tenet etiam Sigismund. Escacia *in tract. de appell. quæst.*17. *lim.*10. *n.*55. dicens per
18 dictam Rotæ decisionem 100. quòd quando liquidatio non mutat substantiam rei judicatæ consequenter non inducit novum gravamen, & amplius ex eadem Rotæ decis. *num.*14. quod tunc dicetur non mutare substantiam condemnationis; quando continet declarationem interpretativam sententiæ, non augentem, vel minuentem, & variantem substantiam ejus, facit elegans

ratio textus *in l. adeo §. cum quis ex aliena, ff. de acquir. rerum dom.* ibi, qui excutit spicas, non novam speciem facit, sed eam, quæ est, detegit, &c. *l.g.*1. *Cod. de nego. gest.* & facit quod dicit Joan. de Ferrar. *in tract. de appellation. cap.*5. *num.*57. dum post alios inquit, quòd expensarum taxatio quædam est interpretatio declarativa sententiæ à qua non appellatur regulariter, imò dicitur meri facti præexistentis declaratio, Lapus *allegat.*82. *num.*8. Calderic.215. *circa finem.* Cardinal. Tusch. *practic. conclusion. tom.*7. *littera S. conclus.*121. *num.*2. 19 20

Et præcedentis sententiæ dicitur executio, & declaratio post Rotam *decis.*64. Lapus *alleg.*82. *in causa matrimonii.* Doctores *in clem. fspè, de verb. signif* Bal. *in l. terminat. n.*8. *C. de fructib. & litium exp nf.* Ripa *in l. quod jussu, ff de re jud.* Decius *in cap. verum, n.*12. *de appellat.* Marquef. *tract de commissjon.* 1.*part. cap.*24. *de commiss. appellation. ab excessiva expensarum taxatione sub n.*24. 21

Et insu per probatur ; quoniam exceptio rem pluris minusve taxatam, & liquidatam esse in executione sententiæ appolita ipsam non impedit aut suspendit, bene probat Parlador. *lib.*2.*rerum quotid. cap. fin.*1.*part.* §.11. *n.*44. quia in dubio præsumitur pro taxa Joseph Ludov. *conc.*56. Caroc. *tract. de locato. rubr. de usuris quæst* 1. *n.*3. *& seqq.* Gasp. Rodr. *de annuis reddit. lib.*2. *quæst.. sub num.*62. *ad fin.* ubi dicit etiam, hujusmodi exceptionem non impedire executionem regulariter, at ubi ex taxæ excessu contractus usurarius induci potest, tunc propter tale periculum admitti exceptionem, si intra decem dies probetur ab opponente, secundùm quæ Rodrig. *d. n.*62. *ad fin.* 22 23 24

Et licèt tunc hac per executorem taxatio, non ideo dicitur novum inferre gravamen, cùm non satis sit, aliqui de novo fieri, nisi de novo pars gravetur, quia illud quod nunc per executorem geritur, non infert novum gravamen, sed pars est executionis, ut propterea non sit licita annullatio, latè & in primo casu post Contard. Lancel. & alios dicit Escacia *in tract. de appellat. quæst.*17. *limit.*1. *n.*48. provenit enim ex condemnatione præcedente, quod enim contingit & ex causa de præterito, ad tempus, & primam causam de præterito referendum, & attribuendum est, *l. in ratione §. Imperator, ff. ad l. Falcidiam, l. Pompon.*2. *de negot. gest.* Lancelot. *de attent.* 2.*part. cap.*4. *à n.*4. Gaspar. Rodrig. *de annu. reddit. lib.*2.*q*17. *n.*75. & sic ad præcedentem condemnatione rectè reducitur. 25

His accedat mirabilis doctrina Joannis Andreæ *in cap. quoad consultationem super gloss. fin. de sentent. & re jud.* quam ibi referens, & exaggerans exclamat Abb. Panorm. *sub num.*24. *vers. sed contra præcedens dictum,* &c. Imol. *sub num.*15. asserentes, quando mandatum est limitatum in incerto, & non liquido, putà, quando sententiam mandat, quam mitti in possessionem bonorum valentium centum, vel hæreditariorum, aut quæ possidebat testator tempore mortis, vel in fructibus, damnis, seu interesse, & similibus, tunc propter probabilem dubitationem, cùm quid sit liquidandum, non sit limitatum in sententia, hoc est, quantitas non sit specificata ; simplex gravamen judicatur valor & pretium liquidatum per executorem, si quidem non potest ita facilè detegi, an excesserit, quia ex tali sententia quæ limitem non habet ; id probari, & verificari non valet, prout requiritur, juxta ea quæ latè diximus suprà hac 4.*part. cap.*3. *per totum*, & circa doctrinam Joannis Andreæ vide suprà *cap.*9. *post principium, vers. pro cujus doctrina, n.*17. 26 27

Et in hoc sensu rectè loquuntur Doctores, qui magis communiter affirmant, à liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum, expensarum & interesse, virtute executorialium, aut instrumentorum guarentigiorum, non esse admittendam regulariter 28

appellationem quoad effectum suspensivum, ut ex Bal. *in l.2. C. de execut. rei jud.* Lanfran. *in cap. quoniam contra. de probat. tit. de interlocutoria n.97.* Angel. *in l. ab execut. C. quorum appell. non recip.* Socin. *in reg.24. fol.2.* & Roder. Xuarez *in l. post remin declarat. l. Reg. lim.4.* Covarr. *lib.2. variar. cap.11. vers.1.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap. fin.1. part. §.12. n.32.* faciunt citati à Baldef. *in addit. ad Xuarez ubi proximè lim.4. liter. A. & tit. C.* & post alios Maran. *in praxi 6 part. tit. & post omnia advertantur circa executionem n.23. fol. mihi 477.* in additis. Rota (loquendo individualiter in nostris terminis) *decis.100. à n.28 part.1. diversi.* quam sequitur Escacia *tract. de appell. quæst.17. limit.10. n.55. & limit.9. n.43.* & Gratian. *disceptat. forens. tom.1. cap.333. à princ.* & post plurimos alios ipsemet Gratian. *in cap.183. n.48. & 49. eodem tom.1.* Marquess. *in tract. de commiss.1. part. cap.24. n.24. & 29.* post Gailes. & post nonnullos alios, quos citat, & idem tenet Escobar. *in tract. de ratiociniis c.33. à n.22. & præcedenti*, ubi etiam dicit *sub n.23. in fine*, quòd multoties vidit, appellatum ab executoribus exe-
29 cutorialium è Granatensi Cancellaria emanatarum propter liquidationem earumdem, & iterum per eandem Cancellariam fidei remissionem ad executorem, ut executionem perficiat etiam in liquidatis. Et hæc est praxis communiter recepta, præcipuè in supremis tribunalibus, ut pars conquerens de executore, quia multum taxavit fructus, damna, interesse, ac pertinentias, eorum valorem, & æstimationem excedendo; non auditur appellans, sed hujusmodi gravaminis, & injustitiæ cognitio reservatur in tempus peractæ executionis, interim minimè suspendendæ, ac deferendæ, & justissimè quidem, cùm liquidatio sit pars executionis, quæ in condemnatione continetur, juxta præfatos Doctores apud quos latè videre poteris.

30 Fateor tamen tunc esse ab hujusmodi liquidatione, & taxatione rei aut fructuum, &c. appellari, quando scilicet, à condemnato probatum est justum, & legitimum pretium, rei quantitas, & valor, & per adversarium aliud in contrarium verificare conantem, nihil tamen probavi, vel ita intricatè, & illegitimè, ut nullo modo enervetur probatio clara valoris facta per condemnatum, quoniam si tunc executor nihilominus notabiliter augeat valorem probatum, de quo constat manifestè, tunc poterit ab hoc gravamine condemnatus appellare, quoad utrumque effectum, non tanquam ab excessu, quia nullus adest (ut diximus) sed ex capite injustitiæ notoriæ patentis ex eisdem actis, quæ nullitati in totum æquiparatur, & sic impedit executionem, post Rebuff. & alios probat Ozasc. *decis. Pedem. 142. n.33. in fin.* Guido Papæ *decis.50.* quem sequitur Ursill. ad Afflict. *decis.283. n.1.* Gaspar. Rodrig. *de annuis reddi. lib 1. quæst.16. sub n.6. post prin.* & nos pluries circa appellationem à notoria injust. alibi diximus latè, præcipuè *3. part. cap.9. à n.6 cum seqq.*

Excessus autem in liquidatione verè & propriè ille
31 dicetur, quando in liquidatione executor modum excedit, quod tunc fiet, quando per eum modus condemnationis & rei judicatæ, sive etiam liquidationis variatur, alteratur, aut aliter mutatur, opponendo manum in eo, quod sub generalitate verborum sententiæ & rei judicatæ, minimè comprehenditur, nec verbaliter, nec virtualiter, nec tacitè, nec expressè; ut putà quando quis condemnatus ad expensas liquidandas, quæ cùm de jure non veniunt personales, executor insuper eas simul liquidet, vel cùm in expensis condemnatio facta sit, executor de damnis faciet etiam taxationem, vel quando sententia loquatur de restituendo reditu pecuniæ, executor taxet ultra legis permissionem, de quorum singulis exemplis, & de aliis pluribus scitu dignissimis, inferiùs sigillatim est videndum. Iste igitur cùm si verè & visibiliter excessus ex inspectio-
32 ne sententiæ probabilis, & apparens, cui omnino con-

veniunt verba, & effectus definitionis, seu descriptionis à nobis scriptæ suprà *cap.3. n.37.* ut excessus sit, novum quoddam gravamen, extra limites potestatis mandatæ per executorem illatum, de qua latissimè ibi videtur, rectè etiam dicetur, ut appellatio à tali excessiva liquidatione, suos habeat defectus.

Hanc nostram doctrinam sic explicatam, clarè 35
demonstravit Rot. Romana *in decision.100. ex novem p.1. diversor. Doctorum à n.1. 2. 14. & 28. cum seqq.* qua docetur, quod si executor liquidet aliquam rem, quæ extra sententiam generalem est, & minimè in condemnatione comprehensa, quòd istud erit novum gravamen, augens substantiam condemnationis, & rei judicatæ, excedens limites declarationis interpretativæ, & per consequens ab hoc novo gravamine, cum sit excessus, licita erit appellatio devolutiva, & suspensiva, loquendo in sententia, & condemnatione de pertinentiis, & per eandem decisionem 100. & post Ruin. *cons.78. n.1.* 34
& 2. lib.5. & alios, optimè Gratian. *in disceptat. forens. tom.1. cap.33. à num.4. & superius à n.2.* qui ita in terminis hujusmodi executionis, testatur tenuisse Rotam coram R.P.D. Orano in una Asculana bonor. 24. Novemb. 1595. & 13. Maii 1596. ubi etiam post alias decisiones, & Doctores affirmat, hoc casu executionem esse nullam, & attentatam, contempta appellatione, & per dictam Rotæ decisionem 100. *num.1. & 2.* Cæsarem Barzi. *decis. Bonon. 5. Dominus num.7.* dicit & explicat Sigismund. Escacia *in tract. de appell. quæst.17. lim.10. n.54. & 55.* & exemplificat *n.59. ad f.n. vers. distingue concordando*, & ad propositum directò faciunt per argumentum à ratione cessante, & à contrario sensu, quæ post alios diximus suprà hoc *cap. circa prin. vers. quo ita cognit. num.... & seqq.*

Hoc igitur saltim tacitè & virtualiter deprehendi- 36
tur ex Doctoribus mox citandis, dum communiter tenent; quòd licèt non appelletur suspensivè à liquidatione fructuum, damnorum, expensarum, interesse, & similium in executione virtute rei judicatæ, aut instrumenti guarentigiati; tamen quando executor in liquidatione excedit modum, tunc ab hujusmodi excessiva liquidatione appellationi emissæ deferendum esse quoad utrumque effectum devolativum, & suspensivum, quibus quidem justè juvant juris principia. B. *in l. ab executore num.13 vers. sed juxta p. addita ff. appellation.* Salicet. *in l. fi. num.1. in fin. C. quando primo non est necess.* Felin. *in cap. quoad consultatio. 15. num.16. lim.2. de sentent. & rejud.* Iss. *in l. properandum §. sin autem sub n.25. vers. sed numquid C. de judiciis.* Philip. Franc. *in cap. sæpè in quæst.14 de appell.* Marant. *in praxi 6 p. actu 3. prin. in verbo post omnia num.22. fol. mihi 473. in addit. & alias fol.252.* Guido Papæ *tract. de appell. q.95. n.60. fol.60.* Roman. *consil 45. num.2.* & ibi addit. & Rot. *decis.271. num.2 part.1.* Saluti. Tiber. *in praxi lib.1. cap.6. n.27. & l.1. cap.2. n.14. & lib.2. cap.1. n.30.* Vestrius *in praxi Romanæ Curiæ lib.7. cap.3. num.12.* Marquesan. *de commission. 2. part. cap.3. de commiss. appell. num.46. & 47.* & idem Marquess. *1 part. cap.14. de com. appell. ab excess. & excessiva expens. taxatio. n.24. & n.28.* Capell. Tholos. *decis.463.* Nicol. Gratian. *de benef. 1. tom. 6. part. cap.3. num.135.* Escacia *de appell. quæst.17. limit.10. n.56.* qui quidem cùm ita simpliciter loquuntur omnimodo declarandi sunt, & reducendi ad terminos nostræ doctrinæ hactenus descriptæ, secundùm Rotæ decisionem 36
ex novem 100. divers. supra citatam. & Doctores in ejus comprobationem adductos, nempe; quando in liquidatione variatur modus, & alteratur substantia condemnationis, eam augendo prout ulteriùs illativè ex sequentibus exemplis clariùs apparebit.

Et hujus doctrinæ primum erit exemplum, quo exe- 37
cutor in liquidatione sibi commissa excessisse dicetur; nempe, quando quis est condemnatus ad restitutionem præbendæ cum fructibus liquidandis, nam

si executor voluerit, simul liquidare distributiones quotidianas, quas possessor condemnati percepit, omnino excedet, quoniam in generali condemnatione fructuum non comprehenduntur distributiones quotidianæ, illos namque fructus ex sua residentia suos fecit, condemnatus; ita in terminis probant Manuel Rodrig. *quæst. regul. q.* 74. *art.* 4. *vers. unde condemnatus*, Roman. *in l. sed & si possessores n.* 5. *ff. de jurejur.* Gamb. *de off. & potest. legat. lib.* 6. *num.* 34. Boërius *decis.* 340. *num* 4. Moneta *in tract. de distrib. quotid.* 1. *part. quæst.* 6. Cænedus *in canon. quæst. q* 1. *num.* 6. Decian. *consil.* 43. *n.* 16. *vol.* 1. Petr. Gregor. *de benef. cap.* 6. *n.* 12. Hieron. Campanill. *divers. jur. can. rub.* 7. *sub n.* 15. licèt aliquatenus confusè, Caputaq. *decis.* 29. *part.* 2. latè plures Rotæ decisiones adducens Lancelot. Robert. *de attent.* 3 *p. c.* 31. *à n.* 25. Nicol. Garc. *in tract. de benef. tom.* 16. *p. cap.* 3. *à n.* 121.

38 Item quando facta fructuum beneficii condemnatione executor velit liquidare etiam emolumenta incerta, ut funeralia, oblationes, eleemosynas; & similia quæ tunc nullo modo veniunt, ut tenet post alios, Nicolaus Garc. *dict. cap.* 3. *à d. n.* 121. cùm fructuum, reddituum, & proventuum, beneficii appellatione non contineantur, latè Moneta *in tract. de distribut. quotid.* 2. *part. quæst.* 14. *n* 22. Zerol. *in praxi Episcopal.* 2. *part. verb. distributiones ad fin.* Cæned. *in canoni. quæstion. q.* 1. *numero* 15.

39 Quemadmodum etiam appellatione fructuum beneficii ecclesiastici distributiones quotidianæ minimè comprehenduntur, nec veniunt. Selva *de benef.* 3. *p. q.* 12. *ex num.* 33. Covar. *lib.* 3. *variar. cap.* 13. *num.* 1. Andr. Gamb. *de offic. & potestate legati de latere lib.* 6. *ex n.* 18. Ojeda *de benef. incompat.* 1. *part. cap.* 12. *num.* 8. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 6. *quæst.* 2. *num* 30. Moneta *ubi proximè*, plures referens, nonnullos etiam allegat Campanill. *ubi suprà rub.* 7. *cap.* 6. *sub n.* 5. *&* 347. & quoniam nos de hac quæstione multa per ampliationes & limitationes congessimus suprà hac 4 *part. cap.* 9. vers. alia se offert practicabilis inferenda dubitatio, & *à n.* 75. hîc omitto, cùm pro nostræ doctrinæ exemplo hæc sufficiant.

40 Et iterum ex præfata doctrina infero, ut tunc dicetur executor modum condemnationis variare, & excedere, quando facta condemnatione in fructibus perceptis, tentat etiam taxare fructus, qui percipi potuerunt, cùm in sententia nec expressum sit, nec virtualiter intelligitur juris interpretatione, ita post alios Cardin. Tusc. *pract. conclus. tom.* 7. *litera S. concl.* 226. *n.* 4. quod
41 fallit in attentatis, in quorum revocatione debet fieri condemnatio fructuum, tam perceptorum, quàm qui percipi potuerunt, in tantùm, quòd si in sententia omnium sit, quòd percipi potuerunt, tacitè intelliguntur,
42 dummodo fuerint percepti ab aliquo tertio, qui causam habuerit ab ipso attentante condemnato, Aquil. de Grass. *decis.* 140. *fructus perceptos sub de fructib.* Mandos. (qui generaliter affirmat) *in tract. commission.* 14 *formul. commissionis attentat. in verb. fructus.* Lancelot. Robert. *tract. de attent.* 3. *part. cap.* 31. *de pœnis attent. n.* 22. & præcedenti.

43 Insuper in liquidatione excedet executor, si lata sententia super fructibus à tempore litis contestationis, voluerit liquidare, & exequi in fructibus à tempore occupationis putà, & hic erit excessus de tempore ad tempus, secundùm ea, quæ latè inferiùs *in sequent. cap. undecimo dicenda sunt*, quoniam cùm prædicta nec exprimantur in sententia, nec virtualiter subintelligantur aliàs à jure, nec comprehendantur etiam sub generalitate verborum, rectè dicitur executorem condemnationem augere, & alterare.

44 Sicuti per contrarium fructus veniunt, quando tacitè & virtualiter in sententia subintelliguntur, licèt verbaliter non exprimantur, ut putà, quando quis in sententia condemnatus est ad restitutionem rei, quid sub restitutionis verbo in sententia prolato, etiam fructus comprehenduntur, si tamen aliàs natura judicii, & actionis fructus restitutionem pateretur, autor est Bal. *in rub. Cod. de fruct. & lit. expens. num.* 1. Ill. *in §. omnium instit. de actio.* Idem Ill. *in l. Gall. §. & quid si tantum* 67. *ff. de lib. & posthum.* Idem Bal. *cons.* 504. *arbiter. & arbitrator. colum.* 2. *vers. modo quæritur, lib.* 5. Bertachi. *in repert. verb. condemnatus num.* 50. *ad med.* Covar. *l.* 1. *variar. cap.* 3. *n.* 1. latè Sese, *decis.* 126. *à n.* 3. *cum seqq* Tiraquel. *in repet. l. si unquam Cod. de revocan. donation. verb. revertatur, sub n.* 224 de qua difficultate latè ad partes disputavimus suprà hoc *lib* 4 *cap.* 9. *vers. hinc & in illam labimur*, &c. *à num* 93. ubi resolvimus executorem ad rei restitutionem datum vigore executorialium, non excedere fructus etiam liquidare, & solvere.

Prout etiam nec excedet executor, qui condemna- 45
tum in fructibus à tempore occupationis, vel contestationis voluerit competere, & liquidare fructus non solùm decursos usque ad sententiam, sed postmodum decurrendos usque ad realem, & actualem rei restitutionem, glossa & Ill. *num.* 3. *in l. cum fundus. ff. si certum petat.* Capitius *d. cessione* 19. *in fin.* Cardinalis Tuschus qui alios allegat, *pract. conclus. tom.* 7. *litera S. conclusione* 128 *a princip.* Menoch. *in præludio de recuper. poss. num.* 6. Petrus Surdus *decisione* 212. *num.* 12. Marta Neapol. *in compil. totius jur. controvers. ex omnibus decis. tom.* 4. *titulo de fruct. cap.* 71. & est Rotæ *decis* 14. *de re judic. in novis*, de quo nos diximus latiùs *cap. seq. à num.* 7.

Supradictis etiam convenit quòd tunc dicetur exe- 46
cutor in liquidatione modum excessisse, quando sententia, quæ sibi exequenda committitur, condemnat ad restitutionem tot vaccarum, ovium, equarum, &c. cùm fœtibus, ac fœtum fœtibus, quod vulgariter diximus, *con partos y postpartos*, & ipse in infinitum voluerit liquidare eos partum partus, ubi de vera quantitate nullo modo apparet, sed sub dubio est, de qua re latissimè & eruditè valde post alios Doctores hanc difficultatem absolvit Escobar *in tract. de ratiocinis cap.* 8. *peccatum*, & in specie *à num.* 22. ubi multa hinc inde pro declaratione horum verborum rei judicatæ (partos y postpartos) congessit, & nonnulla Joan. Garcia *de expens. & meliora. cap.* 23. *n.* 47.

Quòd etiam pertinet, quòd quando sententia quis 47
condemnatur ad aliquam pecuniæ quantitatem cum ejus justo interusurio; non debet judex executor, justam legis excedere taxam pro interusurio, quoniam omnis sententia excedens taxam legis in annuis reddi- 48
tibus, est nulla ipso jure ob clavem usurarum, latè nostras Gasp. Rodrig. *de omnis reddit. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 10. *& seqq.* & quoniam sententia judicis, quæ exequenda committitur, debet reduci ad sensum, & dispositionem juris, & secundùm illud interpretari, 49
ac declarari, quia talis in dubio intelligitur qualis de jure ferri debuit, latè Borgn. Caval. *decisione* 37. *n.* 53. *& decisione* 24. *num.* 74. *part.* 2. quæ ita debet interpre- 50
tari, ne iniquitatem, & justitiam contineat, Castrens. *consil.* 3. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 89. *n.* 49. & alibi passim per Doctores.

Et ulteriùs in liquidatione dicetur, modus excedi, 51
quando simpliciter est facta expensarum taxandarum condemnatio, & executor simul de personalibus liquidare intentaverit, quoniam cùm in dubio expensarum condemnatio minimè de personalibus intelligitur, sed de processualibus tantùm, alio specialiter in sententia non expresso, ut post alios Gondizal. de Paz *in praxi* 1. *part.* 1. *tom.* 11. *temp. num.* 24. Ceval. *commun. opinion.* 5. *tomo de cognit. in violentia glass.* 16. *num.* 12. & alios allegans tenet Villadiego *in polit. c.* 1. *num.* 6. *fol.* 26. meritò limites sententiæ excedere dicetur

executor, si ad hujusmodi personales expensas manus apposuerit.

52 Et illud amplius potest reddi exemplum; ut tunc dicetur limites rei judicatæ in liquidatione excedere executor; si facta expensarum condemnatione, damna simul sub liquidatione comprehendat, quoniam expensarum appellatione in sententia non veniunt damna glos. *in l.1. ff. de alienation judicii*, ubi Alexand. *in addition. ad Bart. & l.3. Cod. de fructibus & lit. expens.* Bald. *in l. terminat. num.12. in fin. versiculo modo quæro, C. de fructibus & lit. expens.* Ilf. *in l.1. § fin. ff. si quis jus dicen. non obtemperaverit*, & condemnatus ad expensas non intelligitur condemnatus ad damna. Rebuff. *in comment. ad l. Gallic. tom.3. tract. de expens. damn. & interesse, articul.3 gloss. unic. num.6. & 7.* & est glos. *in dict. l.1. §. fin. ff. si quis jus dicen. non obtemperan.* & ibi Alexand. *num.7. col.2 vers. & de materia.* Socin. *n.10.* & Ilf. *n.17. in d. §. fin.* gl. *in l. sancimus, & in l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de judic.* Petr. Surd. *decisione 261. num.1.* ubi *num 2.* unam ponit limitationem, & post eum Gratianus *discept. forens. tom.1. c.66. num.43. cum seqq.*

53 Hinc est, ut judex reservans sibi taxare expensas, non potest taxare damna. Bald. *in dicta l. terminato*, & Ripa *in l. 5. num 9 ff. de damno infecto*, & probare videtur glos. *in cap. dilecti, de foro competenti*, ubi post eam notant Abb. & Felin. Boërius *in decis.53. num.5.* Asin. *in praxi judic. §.32. cap.4. n.1.* Petrus Sardus *ubi proximè num 3. & 4.* & hoc procedit in sententia, quæ est stricti juris, aliud verò est in contractibus, ut distin-

54 guit. Archidiac. *in cap. in primis 2. quæstione 1.* Roman. *singular.346.* Asin. *in praxi dicto §.32. cap.4. num.3.* Gratian. *ubi proximè sub n.44.* Cardinal. Tusch. alios referens *pract. conclusion. tom.3. littera E. conclus.637. num.2. & 3.* & ita intelligendum est, quod ipse Tusc. dicit *tom.2. litera D. conclusione 4. num.2.* allegans Alexand. *consil.34. in fin. lib.3.* Decius *in cap. cum M. num.3. vers. præterea de constit. & in cap. in nomine Domini, num.15. de testibus*, quod expensæ litis dicuntur damnum, intellige quando per pactum alicui damnum resarciri quis promisit.

55 Aliud autem est dicendum, quando damnum virtualiter, & sub verborum involucro comprehenditur, ac subaudiri intelligitur in sententia, prout quando res restitui jubetur per executoriales, executoremque non excedere, liquidantem damnum ipsius rei, ut integra tradatur victori, fusiùs disputando resolvimus, multa adducentes in comprobationem suprà *præceden. in ultim. quæst.* ubi commodè videre poteris *n.181.*

56 Aliud non omittam exemplum, quod nostræ doctrinæ tradit Sigismund. Escacia *tractatu de appellat. quæst.17. limit.10. num.54.* dum per dictam Rotæ decisionem 100. *ex novem part.1. diversi.* dicit, executorem excedere, quando liquidationem addiderit sententiæ, quod *n.38. ad finem* explicuit, & exemplificavit, quando scilicet non stat res judicata, nec condemnatio super fructibus, & expensis, & executor vult addere fructuum, aut expensarum liquidationem, & per consequens novam condemnationem, ut tunc ab hujusmodi excessiva liquidatione licita sit appellatio quoad utrumque effectum.

57 Et quia nefæpius reperitam Rotæ Romanæ decisionem 100. & Gratian. *discept. forens. dicto cap.333. numero 4.* & alios Doctores superiùs adductos post principium hujus capitis, versiculo *hanc nostram doctrinam num 33.* & *versic. sequenti*, hoc igitur saltim *num.35.* apertè declaratur, non solùm modis prædictis dici excessum (qui est de re ad rem,) sed etiam quando in ipsamet liquidatione modum excedit executor, quod omnibus aliis cautis contingere poterit, putà: ordinem liquidationis pernitiæ præposterans, citationem omittens, legitimas exceptiones liquidationi convenientes non admittens, aut repellendas admittendo, quibus quidem in casibus excedere modum executionis mandatæ variis in locis diximus, singulorum singula capita propria describendo, & nihilominus in præsenti non omittant exempli gratia ea, quæ specialiter liquidationi conducunt, ut quæ excessiva dicatur liquidatio, clariùs pateat.

Et in primis licèt sententia super fructibus, pertinentiis, & similibus primitus executionem juris meretur: tamen ad executionem facti (hoc est capere pignora, & similia) non debet devenire executor, donec liquidaverit, & cognoverit quid specialiter contineatur sub generalitate verborum sententiæ, nec ad hoc executoris potestas extenditur. B. *in lib.1. n.17. ff. de legat.2. & in leg.2. num.5. & 6.* juncto *numer.2. Cod. de sentent. quæ sine certa quan. & in leg. cum testament.4. de testam. manumiss. in fin.* Alexand. *consil.188. viso processu num.1. lib.2.* Benedict. de Paz *tractatu de guarent.1. part. quæst.2. in pluribus locis*, & præsertim *ibi, versiculo, sed non debet judex fol.340.* Gallez. *ad forma. Came. oblig. 3. part. cap. de liquidatio. num.6. vers. tertia quæstio fol 361. & eadem part.3. cap. de vi instrumenti oblig. Came. num.2. & 4. fol.359.* & post alios latè prosequitur Sigismund. Escacia *ad appellation. quæstione 17. limit.9. num.24. ad med. & à n.25. cum seqq.* latè Heroin. Mugo. in Rota Luca. *decis.79. per totam*, præcipuè *num 15.* Borgni. Cavalcan. *decisione 21. num.53. part.1.*

Et quod talis executio sententiæ facta ante ejus liquidationem, sit nulla ipso jure, probant ultra relatos Castrens. *consilio 159. viso puncto & dubio, in fine, versicul. postremo videtur posse*, post Bald. *in l.2. C. de execut. rei judic. & consil.165. statutum disponit, lib.4.* Bart. *in l. multum, C. de conditionib. & demonstration.* Covarr. *lib.2. variar. cap.11. num.1.* & per eum Parlador. *lib.2. rerum quotidian. cap. final. 1. part. cap.12. num.29.* Aymon. Cravet. *consil.13. versic. tertiò respondeo, numero 2.* Rota *debis. 352. num.3. lib.1. diversor.* Peregrin. *decis.48. & 65. lib.2.* Anton. August. *decis.712. lib 3. & in repertorio de attentat. num.18.* ita etiam terminasse Romam, testatur Gratian. *discept. forens. tom.1. cap.333. num.7. & 8.* qui omnes profitentur, ab hujusmodi excessiva liquidatione licitam esse appellationem suspensivam, & per viam attentatorum etiam revocatur.

Et quidem meritò, cùm sit executionis præpostera- 61
tio, quæ præsertim in executore causat nullitatem, & excessum elegans Rotæ decisio ut testatur Put. *dec.318. per totam lib.2. fol.233.* Negusant. *in pigno. 4. memb.5. p. à n.10. cum seqq. vers. tertia conclusio.* cum aliis citatis à Joan. Garcia *de expens. cap.5. n.9. & seqq.* Peregrin. *de fideicom. art.51.* Mascotus *variar. resol. lib.2. cap.11. à n.27. cum seqq. c.121. à n.46.* Anton. Gab. *tit. de appellat. concl. per totam, lib.2. fol.144.* Vantius *in tract. de null. sentent tit. quib. modis sententia null. deferri possunt, n.63.* Nicol. Garc. *de benef. part.9. cap.1. à n.5.* Guttier. *pract. quæst. civ. lib.1. quæst.131. fol.237.* & latiùs per nos infrà *in cap. de appella.* ab executore ordinem præposterante, quod est *cap.13. à principio.*

Item in liquidatione excedet executor, si ad illam 62
faciendam minimè citaverit adversarium condemnatum, prout præcisè, & de necessitate requiritur, secundùm Bald. *in l.2. C de execut. rei jud. & in l. decem, ff. de verbor. obliga.* Benedict. de Barz. *tract. de guarentig. 1. part. q 2. vers. modo hoc, fol.341* Gallesi. *ad formam, Came. oblig. 3. part. cap. de liquidatione n.2. fol.361.* Rodericus Xuar. *in leg post rem in repet. leg. Reg. lim.4.* Covar. *l.2. var. c.11.* Parl. *l.2. rerum quot. cap. fin. 1. p. §.12. sub n.30.* Menoch. *de adipiscen. poss. rem 5. q.10.* plures ex antiquioribus refert & sequitur Marant. *de ordinar. jud. 6. p altu fin. vers. & post omnia advertatur per executionem, num.21. fol mihi 377. in additis,*

Sigismund.

Sigismund. Escacia *tract. de appell. q.17. lim.9. num.35. & 41.* & extra hos magnam regnicolarum catervam congerit. Baldez *in addit. ad Roderic. Xuar. & lim.4. n.1. & n.2. littera B.*

63 Et in specie, quod executor hoc casu excedat, probat post alios Joann. de Ferra. *in tract. de appellat. cap.5. sub num.12. ad fin. & num.52.* ubi dicit quòd modus inter exequendum per executorem exceditur, ubi pars in casu quo adesse debet, non citatur per executorem, quod contingere dicit, quando in alia re, quam in qua sententia lata est, facienda sit executio, vel quando liquidatio necessaria est, & quòd defectus citationis requisitæ in executione illam faciat appellabilem quoad utrumque effectum, plures Doctores testantur, quos nos retulimus suprà hoc *lib 4. cap.1. versic.* quam executorialium expeditionem, &c. à num.2. cum seqq. & vide quæ *cap.5. à n.8.* & suprà.

Et erit notandum quod in hujusmodi liquidatione fiunt probationes per testes, chirographa, & instrumen-
64 ta, aut æstimatores, summariè tamen non servato ordine judicii ordinarii, & ideo nec requiritur libellus, nec litis contestatio, cùm simus in processu executivo & executione, cujus pars & membrum est liquidationis articulus incidens, sed cum primum petitur sententiæ generalis executio, faciat advocatus interrogato-
65 rii articula circa damna, interesse, pertinentias, & fructus liquidandos, docet B. *in l.1. n.5 C. de sentent. quæ sine certa quantitate.* sequitur Roderic. Xuarez. *in l. post rem in declar. leg. Reg. limit.4. n.5.* Escobar. *in tractat. de ratiociniis cap.23. num.22.* post alios quos allegat latiùs Escacia *tractat. de appellatio, quæst.17. lim 9. n.24. num.28. num.34. & 35.* ubi loquendo in executione sententiæ latæ in judicio universali aut generali, vel alio debito velato, in quo quis est condemnatus ad restituendam hæreditatem simpliciter, quia tunc summariè admittendus est ad probandum, & verificandum quæ bona pertineant ad hæreditatem, vel de valore, quantitate fructuum, damnorum, &c. aut quæ bona dicantur de pertinentiis, secundùm ea, quæ inferiùs inferenda sunt.

66 Et loquendo tam in sententia universali petitionis hæreditatis, & similium, quam in sententia, quæ condemnat ad rem cum pertinentiis, ut postquam probatæ fuerint in executione summariè, & extraordinario modo, sine litis contestatione, &c. res quæ ad rem pertinens principaliter, aut accessoriè, super omnibus erit facienda executio sententiæ generalis, ut post Innocent. *in cap. cum ad sedem.15. n.1. & 2 de rest. spoliat.* Bald. & alii *in l.1 colum.2. post. princ. ff. de edendo*, & alios tenet Grat. *in disceptatio foren. tom.1. cap.133. n.9. cum seqq.* dicens *num.10.* quòd aliàs nihil proficeret in judiciis universalibus obtinere hujusmodi sententias, si non liceret isto modo extraordinario liquidare, & procedere ad executionem.

67 Pariformiter atque in hujusmodi liquidatione executor omnimodo teneatur admittere omnes, & quacunque exceptiones admissibiles, & liquidationi attinentes, & tam ex parte actoris, quam ex parte rei, ut putà talis res pertinet ad hæreditatem, vel non pertinet, vel comprehenditur sub pertinentiarum nomine, vel non comprehenditur, res est pluris aut minoris valoris, plus vel minus fructus percepti facere, plus damnum factum fuit, vel minus damnum, & sic de singulis, ita sentit Bald. *in leg 1. Cod. de execut. rei judic. & in leg. decem ff. de verbor. obligat.* Roderic. Xuarez *in l. post rem. in declaratione leg. Reg. limit.4.* Covarr. *c.11* Menoch. *de adipiscen. poss. rem.5 quæst.10.* Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 1. part. §.12. num...* Sigismund. Escacia *tract. de appell. quæst.17. limit.9. num.34.* qui licèt dixerit, quòd debent admitti in liquidatione omnes exceptiones admissibiles de jure communi, quæ debent admitti in judicio ordinario liquidationis, tamen debet intelligi modo per nos scripto, prout & ipse *n. seqq.* se ita explicuit, & declaravit, ut sit procedendum summariè, sine libelli obligatione, aut litis contestatione, cum sit pars executionis, tamen voluit dicere, ut omnes exceptiones, quæ pertinent ad liquidationem, admittantur, scilicet, quæ proveniunt de natura judicii.

Et ad hujusmodi liquidationes faciendas tam reus, 68
quàm actor admittendus est; ultra aliquos ex supradictis, probant Ruin. *cons.22 n 9. vers. tertiò respondetur volum.1.* quem referens sequitur Petrus Surdus *cons.186. num.24. ad fin. tom.2.* & executor ad liquidationes probandas terminum assignat de stylo Rotæ, intra quem 69
si non liquidatum fuerit, ad executionem procedere potest. Put. *decis.471. in fin.1. lib.2.* Peregrin. *decis.18. lib.2.* Put. *decis.12. de re jud.* Socin. *cons.62. n.3. lib.1.* Acorambo. *decis.8.* Rota *decis.112. in fin. n.2. divers.* Maresc. *var. resol. lib.2. cap.21. n.31. & c.112. n.20. & 32.* & vide quæ nos insta *c.13. ante fin. vers.* unam tamen non omittam, & superiùs à n.69.

Ex hac doctrina, fluit, quòd si executor admissibiles 73
has exceptiones non admiserit, modum in liquidatione excedere dicetur, & ab hujusmodi admittendarum exceptionum rejectiones, & ab admissione rejiciendarum, tanquam ab excessu legitimam esse appellationem, probant gloss. *in cap. ab executione, Cod. quorum appellat. non recip. verba excedat.* Ruin. *cons.8. n.2. vol.5.* Cardin. Tusc. *practic. concl. tom.1. lit. A. concl.4010.* & iterum *sub concl.101.* Vestrius *in praxi Roman. Cur. l.7. cap.3. sub n.9. vers. sed & inter alios fol.196. & eodem lib.5. n.9.* Rebuff. *in tract. de sententiarum execut. art.7. gl.12. n.2. & in gl.14. n.9.* Cæsar. Contar. *in repetit. l. unic. C. si de moment. poss. lim.19. n.6. quæst.24. n.1. & 10.* Cæpol. *cautel.44. per totam.* Dueñas *in reg.41. limit.1.* Joan. Ferrar. *in tract. de appell. cap.5. n.51.* Marques. *de commiss. 1.p. cap.24. n.85.* Cæs. Bar. *in decis. Bonon.55. Domin. n.11.* & per Beroi. Lancelot. Robert. *de attent. 2.p. cap.12. lim.5. n.28.* Roland. à Valle *cons.43. n.6. vol.1.* plurimos congessimus *in cap.7. hac p.* ubi exactissimè de hoc articulo, à prin.

Et insuper conducit, quod dicit Maresc. *var. resolut.* 71
lib.1. cap.86. num.9. & 10. quòd judex executor tenetur admittere omnes executiones relevantes, & proportionabiles judicio executivo, & quæ de jure communi processui executivo opponi possunt, & si contra exequeretur, signaturâ denuo transferret executionem cum appellatione, ita declarasse Rotam testatur ibi ipse Maresco.

Ex quo inferri potest, quod si caprarius, tutor; aut 72
administrator, fuerit ad restitutionem ovium aut vaccarum condemnatus, & in executione opponat, tertiam, vel quartam earum partem naturaliter periisse, quia talis condemnatus audiri debet, etiam si simpliciter probaverit earum mortem, licèt absque ejus culpa obiisse, non probet, tenet Ill. *in l. quod te mihi n.11. ff. si certum petatur.* Escob. *in tract. de ratiociniis, c.18. n.32.* ubi probat quòd caprarius, qui certam mercedem re- 73
cipit pro custodia, non admittatur ad simplicem probationem; sed tenetur simul verificare, obiisse absque ejus culpa, in tutore autem, vel alio administratore, procedunt superiùs dicta quia in eis hæc ratio cessat, ut latè per eundem Escob. videre per te poteris.

Quò & illud pertinet, quòd si condemnatus ad rei 74
fructuum restitutionem, opponat, se fructus aliquos non percepisse, admittenda erit exceptio, nam licèt victus fuerit condemnatus in fructibus, & pro eisdem quoque in literis executorialibus monitus (cùm tamen generaliter tantùm) poterit nihilominus ipso in executionis articulo negare, se fructus hujusmodi percepisse, si modò intra terminum executionis sibi datum, vel saltim antequam declaratoria sententia contra ipsum proferatur, hanc exceptionem alleget; audietur, elegans Rotæ decisio 184. incipit *sicut auditor. de sentent.*

sentent.& re judic.in novis,aliàs 183.*fol mihi* 32. quam sequitur & de practica Romanæ Curiæ refertur Vestr. *in praxi lib.*8. *fin.n.*17. *vers. & licèt fol.*155. *in fin. & fol.seq.* & cum Rota *in decis.*5. *in fin.aliàs* 25. *de restit. spoliat.in novis.* Nicol.Mull.*in repert.verb.attentans,lite pendente fol.*30. Achill. de Graff. *in decis.*140. *fructus perceptos in rub.de fructibus,expens. & interesse,* & Put. tenet Lancelot. Robert. *de attent.*3.*part.cap.*31.*à n.*48.

75 *usque ad* 41.per quos dicit,quòd si condemnatus etiam attentans probet, se non percepisse fructus, sibi prodest ad hoc,ut contra eum non fiat executio, qui etiam *num.*41. inquit,hoc esse regulariter verum,quòd contra condemnatum in fructibus non fit exequendum mandatum,quando dat,& nominat alium, qui fructus per-

76 ceperit, ut per Crescentium *decis.*92. Mohedа *decis.*2. *& decis.*10. testatur ipse Lancelot. ita decisum fuisse in Rota in una Illardensi liquidatio fructuum coram Caputaq. ut in recollectis per eundem *decis.*237. incipit *fructus* 1.*p.* & ita etiam tenuisse Rot.in Pampil.Priorat. 26.April.1602. coram Domin. Ludovic.quam ad aliud propositum ad literam refert Nic. Garcia *de benef.* 6.*p. c.*3.*n.*113. prout dictum fuit in hæc : Non constare sufficienti paritione brevis, quia clausula (parito)non solùm importat dimissionem possessionis, sed & restitu-

77 tionem fructuum, ut fuit resolutum in Pampilon.decis. 28.Januar.1577. coram Doctor. Blanch. in Hispalen. Benef.24.Februar. 1584. coram Domino Decano, & coram eodem Ludovic. in causa Urgelen. juris optandi 10.Decemb.1601. & de perceptione fructuum satis apparere, ex quo fuit in possessione, & non docet, se eos non percepisse,nec ab alio fuisse perceptos.Cota.*dec.*14. fuit dictum in una Compostela fructuum 9.Mart.1590. coram Domino Plat. in Panormitana Archidiacona.22. Maii 1592.& in Consentina Parochia.10.Decem.1592. coram Domin. Pamph &c. Hactenus de dicta decisione, & loquendo in spoliatore condemnato, latissimè comprobat videndus Marius Giurba *decis.*39. *per tot.*

78 Et his accedit dispositio text. optimi *in l.Julian.*17. §.*quod si dolo, ff.de re vendit.* quo dicitur,quòd contra eum, qui rem evicit,rectè opponi potest exceptio illorum fructuum,quos aliquo tempore evincens percepit, aut rem possedit, *ibi*, sed & fructus ejus temporis, quo possessus est ab eo ; qui evicit, restituere non debet,&c. qui textus non est dubium, loqui de condemnatione facta,tum cùm loquatur de præterito,ibi,evicit,absque

79 N.& quia evictio non dicitur nisi post rem judicatam, juxta totum titulum, ubi plura jura, *ff. de eviction.* & quæ ibi tradunt communiter Doctores,& alibi de evictione tractantes, quod corroboratur *ex l.*1. *C. de re jud.* ubi probatur, exceptionem (quod petis, intus habet) posse condemnatum opponere post sententiam adversus victorem,& post rem judicatam,ubi Doctores ratè prosequuntur.

80 Et pariformiter dicendum venit de condemnato generaliter ad fructus beneficii,& in executione opponit, se illos in utilitatem beneficii convertisse, ut hæc exceptio debeat legitima reputari, secundùm Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ lib.*8. *cap. fin.n.*17.*fol.*158. *ad fin. & seq.* ex Rotæ *decis.*184. *aliàs* 183. *sicut auditor. de sentent. & re jud. in novis.*

81 Item etiam si condemnatus ad fructuum restitutionem,opponat de expensis in illis factis, legitima & admittenda exceptio erit per executorem, fructus enim in sententia intelliguntur deductis expensis, & oneribus pro illis, & illorum occasione factis. Ita Borgni. Cavalca. *decis.*27. *p.*2. *n.*77. Rebuff. *in constit. regal. tom.*3. *tract. de fruct art.*1. *n.*30.*fol.*893. Anim.Tepat. *lib.*1. *tit. de fruct.rei litigiosæ fin. fol.*344.

82 Et comprobatur,quia lex statutum aut quælibet alia dispositio, loquendo de fructuum restitutione, intelligitur deductis expensis,& sumptibus factis,præsertim, in cultura, & colligendis ipsis fructibus, volunt glos. B. & Angel. *in l. in fundo. ff. de vindic.* glos. *in* §. *ex diversi vers. certe illud,* & ibi Doctores *instit. de rerum division.* glos. *in cap. cum antea verbo, fructus*, & ioi Barb. *col.*2. *de pignor.* Jacob.Aretin.Beroi.& Alex.qui 83 adducit concordantes, & alii recentiores *in l. fructus* per illum text. *ff.soluto matrim.* idem Bar. *in l. cùm quæritur, ff. de legat.*3. Specul.*in tit de expens.*§.1.*vers.expensæ igitur.* Bal.& Salicet. *in l. si quis sciens,Cod.de rei vind.*ubi & hoc dicent, procedere in malæ fidei possessore,idem Bal.*in l.*1.*colum.*3. per illum text. & ibi Angel. *C.de fructib.& litium expens.& in l.nec ad fin.Cod. de compensat. & in cap.cum M.Ferrarien.colum.*2.*vers. ibi proventus de constit.* Rom. *cons.*230. *præsupponitur primò.* Paul. Castr. *consil.*239.*super hoc facto colum. ult; l.*1. Francisc. Aret. *cons.*17.*considerat.col.*9. & post alios Felin. *in c.ad nostram,c.*1. *&* 2. & ibi gl.per illum text. *de jurejur.* & probatur *in l.si à domino vel a patre* §.*ult. de petit.hæred.l.fundus qui dos ff. famil.herciscund.* text. *in l.divort.*§.*impendia, ff.solut.matrim.* ubi gl.& DD. & optimè lex, *quia in fructibus, ff. de usuris*, ubi in hæc scribitur : quod in fructibus rediguendis impensam est, non ambigitur, ipsos fructus diminuere debere, &c. & ibi quoque Angel. & per plures columnas latissimè, de hoc articulo, id multos casus particulares inde inferens omnino videndo prosequitur Tiraquel. *ae retract. lignag.*§.15 *glos.*1. *per tot.* ubi copiosissimè de materia deducendarum impensarum ex fructibus.

An & quando in executione sententiæ, qua quis est 84 condemnatus ad rei, & fructuum restitutionem, possit executor expensas & melioramenta in re vel ad rem factas, cum fructibus computare, & compensare, & quomodo, vide latè Alvar.Vallas.*de jure emphyt.q.*25. *n.*16. Covarr. *lib.*1. *variar. resol. cap.*8. *n.*4. melùs & latiùs nostras Joannes Garcia *de expens. & melioram. cap.*22. *n.*54. Capicius *decis.*93. *n.*10. bene explicat Escob. *de ratiocin cap.*16. *n.*33. *per tot.* quem consule, & Joan.Garc.in re hac,vide Peregr.*de fideicom.art.*50. *per totam.*

Sed an executor excedat, taxando expensas execu- 85 tionis coram eo factas, an verò debeat remittere ad judicem superiorem mandantem, examinant Rebuff. *in constit. regal. tom.*3. *titul. de sent. exec. art.*7. *glos.*9. *n.*16. *fol.*221. Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ cap. fin.* quod ego fœdere distinctionis componerem,ut mixtus executor, prout est, qui cognitionem habet, ad liquidandum,possit absque dubio illas taxare,quia cui committitur quod est plus, committitur etiam quod est minus. Merus autem, qui nihil decernit, nec jurisdictionem,aut cognitionem habet,sed omnia hæc geruntur à superiore, nec etiam taxare poterit has expensas coram se factas & ita intelliguntur DD. ipsi.

An & quando exceptio paupertatis excusat à solu- 86 tione fructuum, vide Covar. *in pract. quæst.*25. *ante fin. vers.decimo tertio,* alios citat Lancel.Robert.*in tract. de attent.* 3.*part. cap.*31.

Et cùm de fructuum, damnorum, expensarum,& in- 87 teresse liquidatione, & exc.ssu latè fumus loquuti, de pertinentiis autem pauca, & ea quidem obiter, operæ pretium duxi, illam ingentem absolvere difficultatem, quæ rei, de qua agimus, pertinet ; an scilicet de judicata lata super restituenda re, quia nihil de pertinentiis loquuta est, executor excedat, si condemnatum exequi velit in pertinentiis, appendicibus, & aliis rebus ipsi rei connexis.

Quam priùs ut diluamus, utile quidem, & exone- 88 rosum erit (saltim remissivè) præmittere, quid quæque appellatione, & nomine pertinentiarum veniant, quarum in sententiis, status, legibus, & aliis quibusvis dispositionibus mentio quotidie solet fieri, de qua re quoniam plures plura dixere, ad illos cuncta dicentes me remittam, ut studiosus, quidquid sibi conveniat, eosdem requirat. Et in primis jura sunt, &

Doctores

Doctores communiter in illis, ſic *in l. quod in rerum*, §. *ſi quis poſt teſtament. ff. de leg.* 1. *l. prædiis* §. *qui domum, ff. de leg.* 2. *quæſitum eſt*, § *ſi quis eodem ff. de fundo inſtructo, & inſtrum. legat.* omnes Canoniſtæ *in cap. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpolia* præſertim Innocent. *ibid. verſ. & die quando pertinentiarum nomine*, &c. Joan. Andr. *verſ. pertinentiarum autem nomine*, &c. Ant. de Butr. *verſ. oppono, quod non procedat.* Ab. *verſ. ſed nũc quaro.* Card. Ancara. & Imol. *verſ. item adverte.* Collecta *n.* 9. Bal. *conſ.* 468. *verſ. iſtis ergo vol.* 5. Ordrald. *conſil.* 10. *in prin.* Specul. *in tit. de religio. domi. verſ. qualiter autem*, & ibi Joan. Andr. *in addit.* Ab. *conſil.* 62. *verſ. ſecundo principaliter. vol.* 2. *pract.* Papien *in libello, actio realis, in verb. cum pertinentiis ſuis.* Socin. *in reg.* 295. Decius *conſ.* 516. *verſ. & ſicut Domina Maria.* Socin. junior. *conſ.* 160. *n.* 33. *volum.* 2. Cardin. *conſil.* 47. *verſ. ad illud reſpon.* dicens, pertinentiarum nomine omnia ea venire, quæ pleno jure pertinent. Calderic. *conſil.* 6. *de verb. ſignif.* Hoſtien. *in d. cap. cùm ad ſedem, verſ. verumtamen ſi Eccleſia.* Barba. *conſ.* 57. *verſ. ideo cum Innocen. vol.* 4. Imola *in l.* 3. & ibi Alex. *verſ. circa iſtam quæſtionem, ff. de acquir. poſſ.* Alexan. *conſ.* 222. *in fin. vol.* 3. *& conſ.* 14. *vol.* 7. Aretin *conſ.* 15. Afflict *in tract de capita. qui cur. vend. n.* 8. *in uſi. feudorum.* Iſſ. *in l. fin. verſ. vide etiam ff. de conſtitut. princ.* Ruin. *conſil.* 54. *vol.* 2. Mari. Socin jun. *conſ.* 160. *n.* 32. *vol.* 1. Corneus *conſ.* 321. *verſ. pro deciſ. vol.* 4. Pariſ. *concl. ſuar. lib.* 5. *regul.* 37. Boër. *deciſ.* 50. *col. penult.* Natta *conſ.* 506. *à n.* 98. *& ſup. lib.* 3. Roder. Xuar. *alleg.* 7. *à n.* 13. *& ſuprà* Craveta *conſilio* 895. Roland. à Valle *conſ.* 10. *n.* 34. *lib.* 3. Cepha *conſil.* 3. *n.* 42. *lib.* 1. Menochius *conſil.* 578. *à n.* 26. *& conſ.* 145. *num.* 24. Roderic Xuar. *alleg.* 8. *n.* 14. & ibi ejus addit Baldez Matien. *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *recopil. gloſ.* 12. Greg. Lop. *in l.* 26. *tit.* 2. *p.* 3. *gl.* 1. *& l.* 9. *tit.* 4. *p.* 3. *gloſ.* 5. Alvar. Vallaſq. *de jure emphyt. q.* 51. *n.* 3. latiſſimè etiam per Cardin. Tuſch. *pract. concl. litera P. concl.* 323. *per totam*, (ubi ſe ipſam ad alios remittit.) Burſat. *conſ.* 5. *n.* 7. 24. *& 25. tom.* 1. multa per Bertach *in repert. verb. pertinentia*, 4. *part.* Tiraq. *in tract. de retr. lignag.* §. 36. *gl.* 3. *à n.* 4. & idem *in tract. de primogenitura q.* 73. latè Ant. Gabr. *l.* 6. *commun. concl. tit. de verb. ſign. concl.* 10. *per tot.* Andr. Gaill. *lib.* 2. *obſerv.* 63. copiosè etiam & utiliter Jac. Mantic. *in tract. de contracti. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 14. *à n.* 52. *fol.* 205. exactè Menoch. *in tract. de præſumptio. lib.* 3. *præſumpt.* 99. *per tot. tom.* 1. apud quos plenè, & uſque ad refectionem, quid nomen pertinentiæ in ſe comprehendat, & multa de pertinentiis, & connexis, & eorum natura latè Mieres, *de majoratu*, 1. *p. q.* 10. *à n.* 90. *cum ſeqq.*

89 Quod attinet tamen ad noſtram propoſitam quæſtionem, videtur dicendum; executionem minimè excedere, ſi etiam ſententiam ſuper pertinentiis rei exequatur. Et movetur primò, quoniam pertinentiæ ſunt appendices rei principalis, ut dicit Tiraquel. *in tract. de retract. lignag.* §. 36. *gl.* 3. *n.* 4. *in princ.* & dicuntur annexæ & connexæ rei ipſi, & ejuſdem naturæ cenſeri, ita *per l. quæ religioſ. ff. de rei vind.* dicit Natta *conſ.* 446. *n.* 1. Imol. *in l.* 3. *circa finem princ. ff. de acquir. poſſeſſ.*

90 Petr. Surd. *in conſil.* 135. *n.* 4. *&* 5. *tom.* & videtur rei principali ſervire, tanquam quid acceſſorium, Sylva, *conſil.* 58. *n.* 7. Surd. *ubi proxi. n.* 5. Rot. *deciſ.* 100. *ex novem num.* 10. *part.* 1. *diverſ.* Innocen. *in cap. cùm ad ſedem n.* 1. *&* 2. *de reſtit. ſpolia.* Gratian. *diſcept. foren. n.* 1. *cap.* 333. *n.* 12. Card. Manti. *de contra. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 14. *num.* 33. poſt Ab. & Alexan. Cardin. Tuſch. *ubi proximè per multos numeros.*

91 Et faciunt, quoniam illa dicuntur de pertinentiis, quæ aut lege, ſtatuto, homine; aut conſuetudine ad uſum alicujus rei ſunt deſtinata, cui ut acceſſoria accedunt: ita Innocen. *in c. cum ad ſedem, de reſt. ſpolia.* Bal. *in rub. de judiciis num.* 11. *verſ. quæro pet.* Socin. ſenior. *conſ.* 47. *n.* 4. *l.* 1. Decius *conſ.* 516. *n.* 23. Cravet. *conſ.* 234. *n.* 2. *verſ.* 2. Cardin. Mantic. *tract. de ambig. conven. lib* 4. *tit.* 14. *n.* 32.

Sed diſpoſitions, quantumvis ſtricti ſint juris, loquant de re principali, locum habent, & extenduntur ad connexa, & appendices ejus, text. eſt in *l. Lucius*, §. *Paulus reſpondit, verſ nulla neceſſitate*, & ibi valde notat Bal. *ff. de minoſt. tato* ubi promiſſio facta per fidejuſſionem quæ eſt perſonalis contractus, & ſic ſtricti juris ſecundùm Niconitium ex citandum) de geſtis in tutela per tutorem, extenditur ad geſta extra tutelam, quæ ſunt connexa ratione tutelæ, ſequitur Iſſ. *in l.* 1. §. *rationem in fin. ff. de edendo.* & poſt alios Franciſ. Niconi. *in repet. c. quoniam contra à n* 441. *de probat.* & pulchrè faciunt quæ nos *cap.* 11. *à n.* 31. & inſ. Niconi. citat text. dicit ſingularem *in l. cogendum* §. *fin ff. de procur.* quo dicitur, quòd habens mandatum (quod eſt ſtricti juris) ad actum extrajudicialem, intelligentur, illud habere mandatum occaſione illius actus, ad agendum in judicio, & ita in proximo ſubtiliter notat Arretin. *in l. Gall.* §. *& quod ſi tantum, ff. de lib. & poſthum. col.* 3. *in medio, verſ. tertio modo*, quia quæ non poſſunt, niſi connexè produci, non poſſunt niſi connexè tolli, *l. tria prædia, ff. de ſervit. reſtit. præd.* Socin. *in l.* 1. *col.* 95. *ad fin. verſ. quarto moveor. n.* 55. *& col.* 106. *in fin. de vulgari & pupilla.* Boër. *in l fin. c. penult. C. de inſtit. & ſubſtit.* B. *in pr. q. per eum diſputata*, tenuit. *Lucanæ civitatis ſtatuto cavetur, col.* 3. *in prin verſ. decimò probatur*, allegans *l.* 1. *tit.* 2 *ff. de adimen. leg. l per ſervum*, §. 1. *in fi. ff. de uſu & habit.* Iſſ. *in l quemadm. ff. de acquir poſſ. & l. quod juſſit, col.* 1. *n.* 12. alia allegans *ff. de re jud.* Bald. *in l. ſi ita ſcriptum* §. *regul.* per illum text. *ff. de liber. & poſt.* facit bona doctrina Imol. *in c. num. M. Ferrar. de conſtit. col.* 18.

Facit etiam, quod licèt diſpenſatio odioſa ſit & propterea reſtringenda text. *in c* 1. *in fin. de fil. presbyter. in* 6. gl. *in ordinarii c. de off. ordinarii in* 6. (ex mox citandis) & tamen ubi ſumus in connexis, talis diſpenſatio extenditur ad non expreſſa, gl. eſt quam ibi commendat nota Ab. *n.* 4. *in cap quia in tantum de præbendis verbo, plures*, ſequitur Iſſ. *in l.* 1 *in prin ff. de tranſact.* Anton. *in cap. cum in cunctis col.* 7 *de elect.* Iſſ. *in l. beneficium, col* 7. *n.* 44 *ff. de conſtit. Principum.* Socin. *in rubr. ff. de lib. & poſth. n.* 11. optimè gl. & ibi Butr. *in cap quia juſtum, in præben.* Mareſcotus *variar. reſol.* 242. *cap* 24. *num.* 6. Mando *in reg.* 20. *Cancellar. quæſt.* 47. *num.* 3. Villalob. *in ſumma* 2. *difficul.* 44. *n.* 19. faciunt etiam quæ latè congulavit Petrus Surd. *deciſ.* 212. *à n.* 8. *cum ſeqq.* ibi de fidejuſſione, quæ (licèt ſit ſtricti juris) extenditur ad acceſſoria, & ea omnia, quæ adhærent, & accedunt rei principali, plures Doctores allegant, & plurima fundamenta, exempla, & doctrinas, quæ hanc partem miro modo comprobant, & corroborant; vide latiſſimè per Aviles *in cap. prator. cap.* 1. *à num.* 9. *cum multis ſeqq.*

Et corroboratur hæc pars, quoniam procurator non dicitur excedere fines mandati, apponens manus ad connexa mandata, ita conſulit Paul. Caſtrenſ. *conſil.* 30. ſequitur Iſſ. *in l.* 1. *col.* 1. *poſt medium. C. de tranſactio.* quos ſequitur Franciſ. Niconitius *in repet. cap. quoniam contra. de prob. n* 856. & eo etiam comprobat, quia tranſactio (quæ pariter eſt ſtricti juris) facta ſuper una re, ad aliam extenditur ratione connexitatis, per gl. notat, *in cap accuſatus in verſ. judican. de hæretic. in* 6. quam valde notat Paul. *in l. ſi certa. C. de tranſact.* Aucar. Imol. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres de verbor. oblig.* Iſſ. *in l. ſi ex falſ. n.* 4. *Cod. de tranſactionibus*, *& in l. more col* 9. *num.* 36. *ff. de juriſd. omni. judic. & in l ſi quis ex argentariis*, §. *rationes in fin. ff. de edendo, & in l. ſi unus*, §. *ante omnia in fin ff. de pactis, & in l. tres, col.* 1. *n. ad fin. ff. de eo quod certo loco*, late Petrus Surd. *conſil.* 265. *à n.* 17. *& ſuprà. à prin. tom.* 2.

His accedit, quod alicujus rei facta venditio extenditur, & trahitur ad rem acceſſoriam & cohærentem

&

& pertinentem, ut per *l. Seia* §. *Tyrannæ, de fundo instr. & instrum. l. prædiv.* §. *fi. deleg.* 3. & ubique B. Alber. & cæteri Doctores, tenet Ant. Gam. *tom.* 2. *variar. c.* 2. *n.* 13. qui bene explicat text. *in leg sed adeò*, §. *si quis mulierem, ff. locati*, ubi Paul. & Doctores text. *in l. rem actio.* §. *item quæcunque, ff. de rei vind.* text. *in l. plerumque ff. de æd. l. edicto, l. si ut certò* §. *usque adeò ff. commodato. l. quamvis, ff. de precario, l. cum auro, ff. de auro & arg. leg. possessionis, C. comm. veriusque judicii.* Guillel. de Cunis *si ut certo* §. *usque adeò ff. commodati.* & ibi Alb. de Ross. Fulgos. & cæteri Doctores, Angel. & alii Doctores *in l. cum qui* §. *non solùm ff. de furtis.* Bal. *in*
103 *ap. translato. de constit. n.* 3. *col.* 1. Anton. Gom. *ubi proximè*, qui loquitur in ancilla, equa, vacca aut ove simpliciter vendita, quod intelligitur, etiamsi non exprimatur, vendi pullus, viculus, & agnus earum, si adhuc lactatur, quia judicatur una, & eadem res, & accessoriè adhæret matri, secus quando non lactatur, sed pascit herbam, & aliter per se, quia judicatur res distincta, & de per se, non autem quid accessorium, & adhærens matri, ad quam distinctionem reducendam esse *l. leg.* §. *fin. vers. ovibus ff. de legatis* 3.

Et ex hac ratione probat text. *in l. ædile la.* 2 *vers.* 1 *ff. de ædili. edicto*, licitur ibi Odofred. Bal. Angel. Salicet. Fulgos. & communiter Doctores, & per §. *vendidi, ejusdem legis l. eum qui* §. *non solùm ff de furtis.* Guillel. Albert. & alii communiter *in leg. si ut certo* § *si usque*
104 *adeò ff. commoda.* Bal. Salicet. & alii Doctores *in l. C. de ædili. actio.* Anton. Gomez *tom.* 2. *var. cap.* 2. *n.* 16. quod si venditur mula, vel equus, venit etiam sella, & fænum, & alia ornamenta, quibus tempore contractus equus emptori ostensus est, quia hæc ornamenta accedunt accessoriè, & cohærent rei venditæ, quoniam
105 quando aliqua res alteri accedit, & cohæret, judicatur una, & eadem res, & non debet ab ea separari, text. *in l. in rem actio.* §. *item quæcumque, ff. de rei vind.*

106 Hinc quando res prohibita è Regno extrahi, publicetur, quia cadit in commissum, publicatur etiam, & in commissum cadit, currus, navis, mulus, saccus, quibus exportatur, quoniam licèt hæc non sint de mercibus prohibitis; tamen tanquam accessoria etiam publicata sunt, ita probat text. *in l. cotem ferro, & dominus navis, ff. de publ. & vecti* magnam Doctorum catervam congessit ad hoc Bobadill. *in polit. lib.* 3. *cap.* 5. *à n.* 53.

107 Quod & eo fortius redditur, quoniam sententia lata super re, aut bonis, quibus adhæret & est annexum jus patronatus, comprehendit etiam ipsum jus patronatus, in consequentiam & accessoriè, ejúsque virtute in victorem transit, ut in uno plures referunt latè per Nicol. Gratian. *de benef.* 5. *part. cap.* 9. *n.* 27. & exactissimè quamplures congerens *à n.* 25. *cum multis seqq.*
108 testatur idem esse in sententia confiscationis bonorum, quibus adhæret jus patr. quo loci *& in* 5. *cap.* 5. *à n.* 9. *cum multis seqq.* plurimas adducit doctrinas, & effectus resultantes ex hac connexitate, & cohærentia
109 juris patronatus, qui quidem rei de qua agimus rectè conducunt, quas per te vide.

Et ex prædicti infert Francis. Niconitius *in d. repet.*
110 *cap. quoniam contra. de probatio. n.* 857. quòd sententia nedum patit exceptionem rei judicatæ in rebus prosequutis, sed etiam in pertinentiis, & appendentiis prosequutorum, allegat text. (quem dicit notabilem) *in l. si cum tibi, C. de jud.* quem ibi singularem vocat ad propositum B. qui sequutus à Salic. *ibi*, illum text. ita sumunt) licet sententia generalis non nocet in specie non prorequuta, nocet tamen in appenditiis prosequutorum) licèt Alexan. ibi aliter sumat secundùm ejus verum intellectum (ut aiunt) ut sententia lata super certa specie judicii generalis, nocet in omnibus ejus accessoriis, vel dependentiis, licèt super eis non fuerit disceptatum, & hunc intellectum ad illum text. retinet glossa *ibi verbo, non posse*, communiter recepta per Bart. Bal. Paul. Castren. Salicet. Alexan. & ill. *ibi.* Idem tenet ipse Iss. *in l. licet vers. tertio C. de judiciis, & in l. non egimus, n.* 2. *ff si quis cautionibus.* Bart. *in l. Aurel.* §. *Caius in fin. ff de liber. legat.* text. *in cap. inter dilectos*, & ibi Imol. quem citat Niconti. *ubi proximè.*

His adde consilium Alexan. 23. *num.* 6. *lib.* 5. quo di-111 citur, quòd sententia lata super re petita, intelligitur etiam lata super accessoriis, & ab dependentibus, licèt in ea specialiter non exprimuntur, per quod consilium ita plures determinavit Rota Romana, ut testatur Prosper. Farin. ut ex recollectis per eundem est decisio DCCCLVI. & decisio DCCCLIV. *folio* 478. & decisio DCCCLXVI. quibus dicitur quòd sententia in favorem præpositi lata super restitutione satis præeminentioris, extenditur, & exequitur in aliis præeminentiis, de quibus actum non fuit de quibus decisionibus nos latissimè egimus suprà *cap præcedenti n.* 19. *vers. hinc ad particulares quæstiones*, &c. quæ omnia hìc applicari possunt. Et facit insuper quod dicit Ab. *in consil.* 89. *in quæstione, col.* 2. *in prin. vers nec obstat si dicatur lib.* 1. quem refert sequitur Cardin. Tusch. *pract. concl. l.* 7. *litera S. concl.* 126 *num.* 111. Paul. Castr. *cons* 275. *ad primum in prin. lib.* 2. dicentes quòd si sententia declarat Castrum esse civitati subjectum, & esse de aliquo 112 comitatu, censetur declarare ut teneatur contribuere ad onera civitatis, quia est appendix, & accessorium ad subjectionem declaratam, & ab ea dependens.

Et quòd sententia lata in principali extendatur ad 113 connexa, pertinentia, & adhærentia, in terminis etiam tenet Hippolyt. de Marsi *in repeti. repeti. rub. ff. de fide-juss. n.* 187. *& per dict. l. cum tibi*, & B. *ibi.* idem tenet expressè doctissimus Avil. *in c. prætor. c.* 17. qui *à n.* 9. post gl. *in c. licet ergo.* 8. *q.* 1. *& l fin ff manda.* Alex. *in cons.* 40. *n.* 11. *vol.* 5. Innoc. *in c. dilecto de rescrip.* & Hippolyt. de Mar. *ubi suprà n* 189. & Felin. *in cap. super literis col.* 13. *de rescript.* rectè comprobat Mari. Giurba *decis.* 108. *sub n.* 9. per Bal. doctrinam, quam sequitur Castrens. *consil.* 306. *volum.* 2. Peregrin. *dec.* 118. *n.* 3. Gaill. *l.* 1. *observ.* 128. *n.* 8. cujus rationem reddit ex aliis Giurba *ibi, n.* 7. videndus, firmat etiam Vincent. Carocius *except.* 126. *n.* 8. & in regula *cùm quid p.* 1. *lim.* 4. 114 & docet ipse Avila, quòd si judex ponit manus ad connexa mandato, non dicitur excedere finem mandati, ubi in comprobationem plurima elegantia adducit fundamenta, & doctrinas, & post Felin. Innocen. Bald. & alios, idem repetit *in n.* 27. *eum seqq.* quem omnino vide, & Hippolytum de Marsil. *ubi suprà.*

Et insuper probatur, quia licèt sententia aliàs sit 115 stricti juris, extenditur ad augmentum, ut *per l. si opus*, & ibi Alberi. *ff. quod vi aut clam. l. quamvis*, juncta gl. *in verb. per inde ff. de bonis author. jud. possiden. l. cum patro.* §. *quamvis in fin. resp.* 1. cum concordanti, per Tiraquel. *de retract.* §. 1. *gl* 18. *n.* 53. *pag.* 358. quos sequitur referens Mierez *in tract. de majorat.* 1. *part. quæst.* 20. *in noviori impressione.*

Et quod sententia extendatur ad connexa per text. 116 *in l. si cum tibi*, ubi B. *C. de jud.* nota Hippolyt. *in rubr. ff. de fidejuss. num.* 187. Avil. *in cap. prætor. cap.* 1. *n.* 17. *fol.* 28. latè, Tiraquel. *in tract. res inter alios, pag.* 26. per quem ita affirmat Mier. *ubi proximè num.* 124. & quòd 117 ubicumque profertur sententia super domino castri, censeatur data super jurisdictione, quæ castro cohæret, resolvit Eguid. Boss. *in voto practicæ crim. ut de Principe n.* 255. Capicius *dec.* 22. *n.* 36. sententiam autem Bald. *in* §. *è contrario*, sequitur gloss. Paris. *in consuet. Parisien. p.* 1. §. 1. *gl.* 5. *n.* 44. *fol.* 32. & quòd sententia lata super comitatu sive absolutoria sive condemnatoria prosit, & noceat in molendinis, & aliis accessoriis, seu connexis, subintellectis sub principali, pulchrè comprobat in nostris terminis Marius Giurba 118 *d. decis.* 108. *sub n.* 9. *vers. respon.* 3. *& n.* 7. *fol.* 391. Et idem dicendum de re incorporata, quia incorporatio

omnia

omnia comprehendit. Mieres *ubi proximè n.*125. Quintilia. Mandos. *in reg. Canc. n.*6. *fol.*66. vide Tiraq. *in l. si unquam verbo, donatione, sub n.*192. ubi quid dicatur jus incorporatum.

119 Et quando bona dicantur augmentata in majoratu, & quando eodem jure judicentur, & quando eorum fiat incorporatio majoratus, quando augmenta censeantur esse de majoratu, & ejus regulis judicari, ac comprehendi, tanquam connexa, & inseparabilia, vide latissimè plures relatos; magnam copiam doctinarum cumulans per Mier. *de majoratu* 1.*part. quæst.*10. *per tot.* ubi plura elegantia *in noviori impressione*, & utrumque Mol. alter *de primogeneis lib.... c. à n...* alter & Theologus *de justitia & jure, in tract. de majoratu.*

120 Quibus convenit, quod dicit Maresc. *var. resolut. lib.*1. *cap.*87. *num.*25. quòd si sententia lata ex vi judicii universalis generaliter, faciat rem judicatam in omnibus pertinentiis, postmodum in executione liqui-
121 datis, & declaratis, adeo ut clausula (parito judicato) quoad illas pertinentias, etiam non expressas in sententia, sed tacitè subintellectas à jure operetur, juxta Rotæ decisionem 100. *numero* 14. *juncto num.*34. *part.*1. *divers.*

122 Hinc etiam condemnatis civibus alicujus civitatis, intelliguntur etiam condemnati habitatores alicujus castri, quod est de comitatu ipsius civitatis, quoniam cives illius civitatis dicuntur comitativi castri. Hanc doctrinam tenet Bart. *l.*2. *in princ. num* 6. *ff. de verbor. signific. per l. civitatibus, de legat.*1. *l. civitas ff. si cert. pet. l. civitatibus, ff. quod cujusque universitatis nomine*, ita ut si simus in materia & causa communi civibus & comitativis, tunc verius est, ut comprehendantur comitatenses in sententia condemnante civitatem, prout declarat Felin. *in cap. Rodulf. col.*9. *post medium*, *n.*9. *de rescript.* Rebuff. *in l.*2. *column.*5. *in fin. vers. denegatur in materia*
123 *congruenti*, *ff. de verb. signific.* Gratian. *in disceptationib. forens. cap.*207. *n*7. qui *à n.*2. latè comprobat, quòd appellatione civitatis veniunt castra, & villæ.

124 Ex quibus quidem libentissimè moveor, hanc partem, & sententiam amplecti, ut executor rei judicatæ latæ super re restituenda, non excedat, si eam exequatur in pertinentiis, & appendicibus, pertinentibus, & annexis, augmentis, & cohærentibus ipsi rei, etiamsi in ea non exprimatur; cum hoc tamen temperamento, ut illæ pertinentiæ, saltim in genere fiat antea petitæ, juxta ea quæ latè diximus suprà *in cap. præcedenti*
125 *à n.*33. licèt aliàs ferri possit sententia super connexis & dependentibus, etiam non petitis, *cap. inter dilectos*, & ibi Imol. *de donat.* Franc. Niconi. *loco superiùs citato num.*871. & post alios Aviles *in dict. cap.*1. *prætor n.*14. *&* 15. quia sententia super eo, quod venit ex natura, & aptitudine propositæ actionis, valida est, quia petitioni inest. Escacia *de appell. quæst.*11. *num.*23. & ex Fel. Abb. & aliis Mascar. *concl.*118. *n.*51. & in terminis Giurba *decis.*108 *n.*7.

126 Et pro complemento hujus pertinentiarum articuli advertere debes, quòd verbum (cum pertinentiis) est universale sui natura: *l.*1. §. *cùm urbem, ff. de offic. præfecti.* Innoc. *in cap. cùm ad sedem, ad fin. C. de restit. spoliat. & in cap. ex literis, de jure patron.* apta comprehendere honores, onera, servitutes, & omnia, etiam necessa-
127 ria ad rem ipsam principalem, notatur *in l. rerum appel. ff. de verbor. signif.* Bal. *consil.*245. *vol.*3. Innoc. *ubi proximè*, & post alios Bursa. *co sil.*5. *num.*7. *tom.*1. & ut in proposito inquit Mantica *de contract. tom.*1. *lib.*4.
128 *titul.*14. *num.*32. quòd verbum (pertinere) latissimè patet, juxta *l. verbum illud pertinere. ff. de verbor. signif.* in tantum quòd concessio rei cum pertinentiis dicitur incerta, & parum proficit, nisi limitatè, & quid aut quantum de eis probatur, ut notatur per scribentes *in l. legavi, ff de liberat. leg & in l. si sic.* ubi B. *fin. de leg.*1. Alex. *cons.*55. *volum.*4. *& cons.*187. *num.*9. *volum.*2.

Mandos. copiosas Coras ad Romanum *cons.*337. *n.*2. *verb. appareat*, latè Bursa. *in cons.*5. *n.*24. *&* 26. *tom.*1. Soc. junior *consil.*166. *n.*32. *vol.*2. Cephal. *consil.*250. *n.*17. & post Im. Alex. Iss. Pari. de Put. & alios bene probat Petr. Sard. *consil.*135. *n.*59. *&* 60 *tom.*1.

Ac propterea cùm res principalis de jure communi 129
non habeat certas accessiones limitatas, pertinentias, appendices, & alia accessoria, nisi ab homine, aut consuetudine sint attributa (ut dictum est superiùs, & latè 130
per Doctores citatos hactenus) certè onus probandi incumbit ei, qui dicit ea, de quibus contingit dubitari, esse, & inter rei pertinentias computari, Aymon. Cravet. *consil* 480. *num.*1. Card. Mantic. *ubi supra d lib.*4. *tit.*14. *sub num.*31. *vers. sed cum castrum, tom.*1. & idcirco rectè dicit Gratian. *in discept. foren. tom.*1. *cap.*353. *n.*9 *cum seqq.* præsertim 12. post Innocent. *in d cap. cum ad sedem n.*1. *&* 2. *de restitut. spoliat.* quòd lata sen- 131
tentia generalis super pertinentiis, executio ejusdem fiet tam pro principali re, quam pro pertinentiis, quæ liquidabuntur, & quæ pars probaverit, ad rem spectare, & pertinere, facit etiam Rotæ elegans sæpè repetita dec. 100. *per totam p.*1 *divers.* post Romanum *cons.*211. Roma. *consil.*22. *n.*2. *lib.*1.

Illud tamen generaliter in materia liquidationis 132
præ oculis habere debes: ut testes, instrumenta, & aliæ omnes probationes quæ in judicio principali fuere adductæ, & præsentatæ, pertinentes ad liquidationem, puta, quia illis verificatum est specialiter, quot, & qualia bona in hæreditate remanserint tempore mortis defuncti, vel quæ res sint pertinentiæ, & appendices, seu connexa, & accessoriæ, quot fructus percepti fuêre, & de ejus vero valore singulis annis, aut super æstimando damno & interesse, *&c.* rectè possunt iterum reproduci in liquidatione, & via executiva cartæ executoriæ, & omnino prosunt, ut loquendo in judicio petitionis hæreditatis, & in executione sententiæ universalis, latæ super eadem exactiùs comprobat, & prosequitur 133
Afflict. *dec sione* 35. *per totam.* Ita tenet quòd propter periculum subornationis (quod etiam in hoc judicio liquidationis locum habet) liquidatio facienda est per antiqua acta testes, & probationes (si qui sunt testes) & non ex nobis propter dictum periculum; allegat ad id Offred. & ideo consulit Gutierrez *de jurament. confirmatorio*, 1*part. cap.*1. *num.*32. motus ex doctrina 134
Afflictis, quòd quando liquidatio fuerit ad executorem remissa, sit cautus advocatus, ut præcipiat parti, ut in executoria inseri faciat dicta testium, qui congruentius aut meliùs deposuerunt in causa principali circa valorem fructuum, damni, aut interesse, ne aliter aperiatur porta testium subornationi. Sequitur Muñoz de Escob. *in tractatu de ratinciniis, cap.*23. *n.*26. *& sup.* utrique tamen judices admonet, ut si aliquo modo ex processu causæ principalis aliquam quantitatem certam debitam deducere possint, explicitè reum in illam con- 135
temnent, ne hujusmodi judicibus executoribus liquidandam remittant vel reservent, ex eo siquidem (ut experimento cognovimus) magnum partium dispendium evitabunt, quo etiam legislatoris præceptum, & desiderium adimplebunt, qui hoc ipsum ipsis præcipiendo commendavit (nec id sine mysterio) *in l* 55. *tit.*5. *lib.*2. *recop.* quod & idem animadvertit. Joan. Garcia. *de expen. cap.*24. *n.*7.

Nunc tractemus de executore rei judicatæ, qualiter 136
se debeat habere, quoties quis est condemnatus ad restitutionem frumenti, vini, vel similium fructuum debitorum, an possit compellere condemnatum ad ipsos fructus, an ad ejus æstimationem, qualitérque hæc crescat æstimatio. In quo illud se offert dicendum, quòd aut quis condemnatur ad restitutionem fructuum in genere, ut tot mensuras tritici, vinique; & tunc non devenitur ad æstimationem, sed in ipsis fructibus in specie facienda erit executio, nisi constet, non stare, aut solvi

non posse, quia iis casibus devenire potest ad æstimationis executionem, post alios Cavalcan. *decis* 27. *n.* 1.
137 & 3. *part.* 3. quibus adde, quæ exactè congessimus suprà hoc *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 33. *vers. insuper superiùs propositam, &c.* Et isto casu propter moram ab ipsius tempore crescit semper æstimatio, & valor fructuum, & sic intelligitur, *l. unum*, cum ibi notatis, *ff. si cert. petat.* Genuens. *decis.* 117. *n.* 30. Gaspar. Rodrig. *de annuis redd. lib.* 1. *quæst.* 11. *n.* 29.

138 Aut condemnatus debet fructus in specie, ut putà; quia illos ex alieno fundo percepit; & tunc aut stant, seu præsumuntur stare, ut quia sunt recollecti intra triennium, *l.* 1. & ibi glos. *C. si adversus usu cap.* vel intra annum (in regione in qua regulariter, ulteriùs non servantur) aut sunt consumpti. Priori casu condemnatus tenetur fructus restituere, aliàs ad æstimationem quanti plurimi deveniendum erit, nisi debitor probaret consumptos absque ejus culpa, secundùm Rodrig.
139 *ubi proximè.* Si verò consumpti sunt à debitore, tunc tenebitur ad æstimationem habito respectu ad illorum tempus perceptionis, aut consumptionis, secundùm Ananiam *cons.* 38. *n.* 3. Bal. *in l.* 2. *in fin. C. de fructi. & litium expen.* Menoch. *de recuper. poss. rem.* 15. *num.* 660. Gaspar. Rodrig. *d. cap.* 12. *sub num.* 29. Cancer. *variar. resol. tom.* 3. *cap.* 1. *de actio. & obligat. num.* 182. Natta *consil.* 599. *num.* 4. Ruin. *cons.* 56. *num.* 3. *vol.* 2. Suarez *recept. sentent. verbo, fructus, num.* 346. Rolh. *exercit.* 16. *num.* 20. Escacia *de judiciis lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 9. Covarr. *lib.* 1. *variar. cap.* 3. *num.* 7. Sfort. *cons.* 3. *num.* 6. Rendin *in prompt. jur. tit.* 50. *de præsumpt. num.* 4. Negusan. *de pignor. part.* 5. *membr.* 5. *n.* 12. *vers. adde tamen.* Cagnol. *in l. singularia num.* 139. *ff. si. cert. petat.* Lamberteng. *de contractib. multi. gloss. num.* 221. & 246. Bovi. *de statut. verbo. præsumpt. glos.* 1. *num.* 18. *in fin.* Barbosa *in l. divortium* §. *interdum num.* 43. §. *ob donationes num.* 42. *ff. soluto matrimon.* Gratian. *discept.* 42. *num.* 50. Gualt. *de tut. part.* 3. *rub.* 2. *num.* 54. Avill. *in cap. prætor. cap.* 10. *gloss. execution. num.* 29. Tapat. *lib.* 1. *var. tit. de fruct. in gener. colum.* 7. *in prin.* Anton. Sola. *ad decret. Sabad. tit. de censib. glos.* 1. *part.* 4. *n.* 2. Alb. *cons.* 182. *n.* 35. apud quos omnes videre potens, an & quando fructuum æstimatio crescat, & de eleganti distinctione præ cæteris videndus est omnino Marius Giurba *decis.* 115. *per tot.* ad quem te libenter remitto, quia tractat mirabiliter, & de præfata distinctione, clarè post alios DD. explicat Escobar *in tract. de ratiociniis cap.* 17. *à n.* 7 *usque ad* 14. ubi doctè quidem, quando crescat vel decrescat valor fructuum, vel quando æstimatio quanti plurimi si in
140 sententiæ executione facienda, & quod tempus spectandum sit, & attendendum, ut æstimatio quanti plurimi locum habeat, an consumptionis veræ, vel fictæ, an perceptionis, & de aliis infinitis difficultatibus, quæ incidere solent in executione rei judicatæ, ad liquidandos fructus, ad quem & ab ipso relatos te remitto, quia bene loquitur, & peritè Caval. *tract. de tutore, à n.* 235. *cum seqq.* Petrus Surd. *decis.* 81. tractat etiam nonnulla Rod. Xuar. *in l. post rem in declaratio l. Reg. ad fin. operis* §. *quæritur alterius quæst* 8. Pulchrè etiam & latissimè de hoc articulo post plurimos Giurba *dec.* 115. *per totam.* Gratian. *discept. forens. cap.* 243. *à n.* 56 Moder. *de process. executivis* 1. *part. cap.* 2. *n.* 103. Peregr. *decis.* 61. *n* 4. Cavalcan. *decis.* 27. *n.* 6 *part.* 3. Menoch. *de adipis. rem. num.* 121. & *cons.* 111. *n.* 53. Fab. Ann. *consil. n.* 24. Lupus *de usuris comment.* 3. §. 6. *n.* 145. Tuscus *litera F. concl* 492. *à num* 5. *cum seqq.*

Post consumptionem autem non crescit æstimatio,
141 quia fructibus jam consumptis non dicitur debitor fructuum, sed æstimationis eorum, arg. text. *in l.* 1. *C. de distract. pignor.* ubi ideo consumpti fructus compensantur, & debitum extenuat, quia jam non censentur fructus, sed quantitas, ita docet B. *in l. eum qui ff. de his quibus ut indignis*, idem Bart. *in l. divortio*, §. *ob donatio, in fin. ff. soluto matrim.* Boer. *decis.* 62. *n.* 2. Soc. *cons* 82. *n.* 27. *lib.* 4. latè Cavalca. *de tutore à n.* 126. *cum seqq.* & Gaspar Rodrig. *ubi suprà n.* 29. *ad fin.* ubi animadvertendum hoc esse, asserit, maximè ab executoribus executorialium qui passim re hac decipi & errare solent, qui quidem Rodrig. *ibi num.* 30. cum Boërio *decis.* 68. *num.* 5. & nostrate Joan Garc. *de expens. cap.* 23. *num* 47. *vers. adverte tamen*, affirmat, quòd sicut justa causa litigandi excusat à condemnatione expensarum, *l. qui foliamm* §. *etiam de leg.* 2. ita excusat à mora, &
142 per consequens à solutione valoris & æstimationis quanti plurimi, quod est notabile, de quo vide Giurba *à dec.* 115. *sub num.* 2. ubi alios citat ad hoc, quòd post consumptionem veram vel fictam eorum æstimatio quanti plurimi non crescat.

Illud autem insuper attende, quòd condemnatus
143 ad restituendum, certos modios tritici, non expressa ejus bonitate, victor, cui est facienda, restitutio probare tenetur bonitatem tritici mutuati, vel consumpti, quo non probante, debitor sententiæ satisfecisse dicetur, si etiam vilissimum triticum tradiderit, ex eleganti text. *in l. si fide, iisser. ff. mandat.* ibi, quodlibet triticum dando, rectè liberari posse, existimo, licèt aliud sit dicendum in legati solutione, optimè post Gregor. Lopez *in l.* 23. *tit.* 9. *verbo, semejantes.* Escobar *de ratiociniis, d. cap* 97. *n.* 6.

Si autem rei liquidandus sit valor, & æstimatio per-
144 peritos, quæret executor expertos in arte ad minus duos, qui probè de ea re judicare possint, juxta auth. *de non alienand. aut. permutand.* §. *quod autem, col.* 2. qui cuncta speculativè, & minutatim secundùm temporum distinctionem debent perscrutari, juxta specialiter notata per Imol. & Alexand. *in l. pretia rerum ff. ad l. Falcid.* Ab. *in cap. proposuisti, de probatio. & in cap. fraternitatis, de frigidis & maleficiatis.* Angel. *in l. comparitionis, C. de fide instr. & in l. jure jur. vers. ult. quæro, C. de test.* Bart. *in proœmio digest.* Bal. *in l. hac edictali*, §. *illud, C. de secund. nuptiis, & in proœmio digest. vers. sed dubitet.* Decius *in cap. proposuisti n.* 15. *de probat.* latissimè prosequitur nostras Joan. Garc. *de expens. & meliorat. cap.* 29 *& supra*, vide Ant. Gomez *tract. de*
145 *contractib. cap.* 20. *n.* 2 & isti æstimatores nominati semel suscepto negotio compelli possunt per executorem, si recusent taxare, Bart. *in l* 1. §. *cura carnis, ff. de offic. prefect. urbi, & in l.* 1. § 1. *nautæ, caupon. & l.* 1. *ff. furtum adversus nautas.* Bal. Salicet. & Alexan. *in l. invitus ff. de procurat.* Joan. Garcia *ubi proximè à n.* 24.

Ipsis tamen æstimatoribus inter se discordantibus,
146 executor (cui à judice intelligitur omne necessarium commissum) vel partes ad tertium eligendum, & in unum conveniendum compellit, vel ipse eligit, *l. item si unus, ff. de pactis*, & advertit Joan. Garcia *ubi suprà n.* 27. & ipsi possunt, vel ratione imperitiæ, vel ini-
147 micitiæ, aut alia justa causa recusari, & debent executores partes de idoneis conveniendis, & concordandis compellere, secundùm Joan. Garcia *eodem num.* 27. *vers. quinimo possunt*, ubi quòd non concordantibus
148 partibus judex executor eligit (ut dictum est) & tenet B. *in l. creditores ad fin. C de pignor.* & idem Bart. *in l.* 2. *C. de rescin. vendi.* Pantal. de Crema *in repet. ejusdem l.* 2. *C. de rescin. vend.* & consentientibus tollitur omnis suspicio, difficultas *l. fi. C. de arbitr. l. cum l. ff. eod.* Baptista de S. Blasio *de arbitr. q.* 69.

Et à declaratione, & æstimatione horum peritorum,
149 authore judice, & comprobante, non datur appellatio suspensiva, cùm liquidatum in executione executioni mandatur, ac si in ipsa sententia sit expressum, quia pars est ipsius, juxta Doctorum catervam adductam per nos *à num.* 7. *cum seqq. & à prin. superius*, prout observatur, de qua praxi etiam tenetur cum Joann. Garc. *de expen. cap. fin. in novissima impressione.* Escobar *de ratio. cap.* 33. *num.* 25. & latiùs 4. *num.* 20. Apta. *de part.*

1.*part.cap.*4 *num fin.* Parlador. *lib.*2.*rerum quot.cap.fin.* 1.*part.* §.12. *n.*33 qui alios citant.

De natura æstimatorum, & petitorum (vulgò dicti *alarifes*) à populo, & civitate electorum, & an recusari possint vel ab eorum judicio, & æstimatione appellari, vide post alios latè per nostratem Joan. Garc. *de expen. & meliora cap. fin. à n.*22.

Ex his, quæ superius dicta sunt, animadvertendum erit, quod si sententiam rem aliquam adjudicet vincenti, intelligenda est etiam cum fructibus pendentibus, quantumvis de fructibus in sententia nulla mentio facta fuerit, docet Bal. *in cap.*1. *vers. qui ex parte, verb. succedere, de pace constantiæ, in usibus feudorum,* Matth. de Afflict. *decis.*138.*in princ.* Christophorus de Paz *in tract. de tenuta. tom.*1. *cap.*13. *n.*46. *& seqq.* & est optima doctrina Bertran.*cons.*8.*ex n.*1.*lib.*1. allegantis, quòd quando dominium fundi in alium transfertur ipso jure, accipi, & intelligi cum fructibus pendentibus sunt enim pars inseparabilis ipsius rei de quo videndus est Covarr. *lib.*1. *variar. cap.*15. *num.*1 Menoch. *de recuperan. poss. rem.*6. *à n* 45. *& lib.*1. *de arbit. cent.*3. *casu* 258. *à n.*5. adeò ut executio sententiæ, quæ debet fieri in re, debet etiam fieri in fructibus pendentibus; per quandam consequentiam, cùm inseparabiles sint ab ipsa re, & possessione, ut docent Matth. de Afflict. *decis.*9. *n.*7. Menoch. *de adipisc. poss. rem.*4. *n.*80. *& recuper. rem.*6. *n.*46. Gælat. Contat. *in repet. l. unic. lim.*1. *n.* 68. *&* 69. Christophorus de Paz *in tract. de tenuta d.cap.*13. *à n.*47. & sic executor in his fructibus pendentibus non excedet, sententiam super re principali tantùm latam, exequendo.

CAPUT XI.

Ab executione excedente de tempore ad tempus; an, & quibus casibus (ubi singuli valde utiles annectuntur) appellationi emissæ non deferens, vim faciat.

SUMMARIUM.

*Ab executore excedente de tempore ad tempus, appellationi interpositæ si non deferat, vim facit, n.*1.

*Executor exequendo ante tempus datum condemnato ad solvendum excedit, n.*2.

*Condemnatis decem dies dantur tam de consuetudine quàm jure regio ad solvendum, quos potest judex ex causa abbreviare aut ampliare suo arbitrio, n.*3.

*Excedit executor si dilatione aut conditione sententiæ pendente exequatur, n.*4.

*Plures petere dicitur qui ante tempus petit, n.*5.

*Executor datus cum termino limitato, eo transacto si exequatur amplius, excedit, n.*6.

*Executor cum termino limitato si aliquem intra illum excommunicet, eo transacto non absolvit, n.*7.

*Sententiam qua quis condemnatur ad rei restitutionem à litis contestatione seu occupatione, an possit executor exequi in decursis post sententiam usque ad actualem restitutionem, n.*8.

*Sententia est stricti juris, & ultra non exequitur quàm in ea continetur, quia non expressum censetur omissum, num.*9.

*Judex an possit condemnare reum ad usuras decurrendas post sententiam ob moram debitoris, n.*10.

*Tractus futuri temporis ad judicem non spectat, n.*11.

*Executoris potestas regulatur a potestate superioris mandantis, n.*12.

*Executor non excedit si condemnatum ad rei & speciei restitutionem cum fructibus, exequatur condemnatum in fructibus decursis usque ad sententiam sed etiam in decursis postea utique ad actualem restitutionem, n.*13.

*Rota decisio mirabilis defertur in proposito, ubi condemnatus ad beneficii restitutionem cum fructibus compellitur præstare fructus decursos post sententiam usque ad actualem dimissionem, n.*14.

*Exequendi potestate carens executor, excedit in liquidatione fructuum tam decursorum usque ad sententiam, quam usque ad tempus taxationis, n.*15.

*Executor excedens fines mandati nihil agit, n.*16.

*Fructus in condemnatione nedum veniunt usque ad sententiam, sed usque ad paritionem sententiæ, n.*17.

*Fructus post sententiam in condemnatione veniunt, si fuerint à principio fructus, aut interesse petita, n.*18. *&* 31.

*Fructuum condemnatio etiam si facta non sit nisi usque ad sententiam, potest executor decursos post eam à tempore moræ exequi usque ad actualem restitutionem, n.*19.

*Condemnatum ad interesse propter moram, an executor possit compellere, & taxare interesse postea causatum ob moram paritionis sententiæ, n.*20.

*Interesse judicis officio debitum crescit usque ad executionem sententiæ, n.*21.

*Condemnatus ad interesse propter moram solvendi usquè ad sententiam, si post eam perseveret in mora, actione judicati tenetur ad illud etiam post sententiam, n.*22.

*Condemnatum ad interesse debitum jure actionis, an possit compellere executor illud præstare decursum etiam usque ad paritionem sententiæ, n.*13.

*Ad fructus decursos usque ad sententiam, & ad decurrendos usque ad ipsius paritionem potest judex condemnare, n.*24.

Fructus futuri sunt accessio conjuncta & non odiosa, n 25.

*Pro fructibus tam naturalibus ex re, quàm annuis censibus & redditibus futuris, potest agi & subsequi judicis condemnatio, n.*26.

*Judex potest condemnare ad pecuniam debitam cum interesse lucri cessantis, puta hodie ad rationem vigesimæ pendendæ, quandiu solutio satis differatur, n.*27.

*Interesse lucri cessantis debitum ex sententia, non est usura, sed assumit naturam sortis, n.*28.

*Judicium fundatum in principali de præsenti, potest extendi ad accessorium de futuro, prout in fructibus decurrendis, n.*29.

*Debitore census convento pro uno anno decurso, si lite pendente maturaverit alius terminus, pro utroque potest sequi condemnatio, n.*30.

*Executor tunc poterit taxare & solvere fructus & interesse decursos post sententiam, & usque ad ejus paritionem, si appareant in judicio fructus petiti, n.*31.

*Fidejussor de judicio solvendo an teneantur ad fructus decursos post rem judicatam usque ad ejus paritionem, num.*32.

*Condemnatum ad præstanda alimenta alicui usque ad pubertatem, an excedat executor, si illam compellat præstare fœminæ ultra duodecim annos, & masculo ultra quatuordecim, n.*33.

Pubertas in alimentis intelligitur in puella usque ad 14. *in puero usque ad* 18. *annum, n.*34.

*Verba semper retinent suam propriam significationem secundum subjectam materiam, etiam quantumcumque materia sit stricta & odiosa, n.*35.

*Redditus annuos an debeat condemnatus à tempore primæ sententiæ, quæ ad illos condemnavit ex tunc, vel à tempore ultimo confirmantis, n.*36.

*Confirmatio nihil novi dat, nec auget dispositionem; nec aliquod obstaculum tollit, n.*37.

*Sententia referens se ad aliud, puta instrumentum aut sententiam, plus non operatur quàm quod in relato continetur, n.*38.

*Actio non nascitur ex sententia confirmata, sed ex confirmante, n.*39.

*Sententia confirmans retro non respicit, n.*40.

L. eos 2. *C. de usuris rei in d. verba referuntur, n.*41. *interpretantur, n.*45.

Sententia confirmans referens se ad sententiam, intelligitur cum sua qualitate, n.42.

Sententia lata virtute instrumenti ad quod se refert licèt agatur ex sententia, tamen exequitur prout in instrumento cum omnibus qualitatibus, n.43.

L. furti, in prin. ff. de iis quibus ut indignis, interpretatur, n.44.

L. eos 2. C. de usuris interpretatur, n.45.

Executor non excedit attendens tempus prioris sententiæ specialiter expressum per ultimam confirmatæ, n.46.

Condemnatus ad centum, & si non solvat intra tot dies, mittatur in exilium, termino transacto poterit judex exequi pœnam comminatam ob non solutionem pecuniæ, n.47.

Condemnatus ad centum, quæ si solvere nolucrit, aut non poterit, mittatur in exilium, quod sit expectandum solutionis præstandæ, ut pœna comminata exequatur, num.48.

Tunc decem dierum terminus expectandus est, currens à die intimationis & monitionis, juxta magis communem opinionem, n.49.

Monitio semper requiritur, si simus in facto negativo ut incurratur pœna, n.50.

Sententia termino transacto, potest judex exequi pœnam pecuniariam, omissa pœna corporali conditionaliter appositæ, & hoc utilius sit fisco, n.51.

Executor ad sequestrandos fructus majoratus vigore decreti in judicio tenutæ, an excedat sequestrando fructus non solùm à die decreti, sed etiam à die mortis ultimi possessoris, n.52.

Sequestri sententia non comprehendit fructus prateriti temporis, sed stantes & futuros, n.53.

Electus ad officium pro hoc anno contra electionem, mota durante, puta tertia parte anni, obtinuit executoriales, an executor poterit illas exequi pro toto anno aliud tempus subrogando loco temporis transacti, n.54.

Electus ad officium uti impeditus injustè, habet recursum ad interesse, n.55.

Locato fundo in biennio, & facto locatoris fuit conductor impeditus uti, contra quem sententia lata, an possit exequi in æstimatione contra locatorem, n.56.

Sententia ad rem tradendam, si periit, vel obiit, sit executio in æstimatione, n.57.

Executor inermis excedit assignando terminum ad parendum, & ob ejus imparitionem excommunicando, n.58.

Excommunicatio pertinet ad jurisdictionem contentiosam, cùm absque causæ cognitione ferri non debet, n.59.

Executor inermis est incapax jurisdictionis, n.60.

Executor inermis potest terminum deliberatorium præfigere, sed non ad effectum imponendi novam excommunicationem, n.61.

Executor, cui causa vel executio committitur cum termino brevi, & limitato, an excedat assignando parti terminum & dilationem regaliam, à sua commissione abbreviato termino, alias a jure assignato simili causæ aut executioni, n.62.

Terminum magnum dare non potest qui arctatum & limitatum habet, n.63.

1 INter exequendum solet etiam judex executor: alium executor de tempore ad tempus excedere, quod quidem excessus genus inter cæteros connumerari, à quo appellationi, ut licitæ deferendum esse non est dubium, cùm ab excedente executore proponatur, gloss. celebris & communiter recepta per scribentes *in cap. quoad consultationem 15. verbo, excedatur de sententia & re judic.* gloss. optima *in l. ab executione, verb. excedat, C. quorum appellatio non recep.* communiter approbata per Doctores *ibi*, præsertim Bartolum *num.4.* Odofredum *num.3.* Paulum Castrensem *sub num. 3.* Salicetum *num.5.* Sebastianum Vantium *de nullitat. sentent. ex defect. jur. de legat. sub num.93.* Vstrium *in praxi Romanæ Curiæ, lib.7. cap. 3. sub num.9. versicul. sed & inter alios, folio 196.* Rebuff. *in tractatu de sententia execution. art.7. gloss.14. cap.3. num.1. tom.1. folio 379.* Efficacium *tractatu de appellat. quæst.17. limit.10. num.33.* Carocium *excepione 126. num.1. & excepione 44. num.90.* Lancelotum Robertum *de attentat. 2. part. cap. 12. lim. 53. numero 28.* Marquesa. *in tractata de commissio. 1. part. cap.24. de appellat. ab excessu*, &c. *num.6.* & per Alex. *cons.92. num.6. vers. nec in dict. provincia lib.2.* tenet Cardin. Tusch. *practicar. conclus. tom.1. litera A, concl.4010. num. 5. & num. 21.* qui omnes explicant etiam, & 2 affirmant in executore exequente ante tempus datum condemnatis ad solvendum, juxta *l.4. & si quis condemnatus, ff. de re jud. l.2. Cod. de usuris rei jud.* licèt jam hodie tam de consuetudine, quàm jure Regio obtinuit: ut decem tantùm dies competentes detur ad solvendum, gloss. *in l. si debitori ff. de judiciis*, quam dicit communem Portius *in §. omnis, instit. de verb. oblig.* & expressè *leg.2. tit.13. & in l.1. tit.27. & in l.7. tit.3. p.3. & in l.6. tit.17. lib.4. recop.* Olanus *in concor. jur. liter. C. n.68. & 69.* Parlador. *lib.2. rerum quotid. cap. fin. 1. p. §.5. n.19.* nec etiam advertit, posse etiam hoc temporis spatium judicem suo arbitrio, (causa aliqua intervenient) aut coarctare, aut ampliare, probant etiam Doctores *in cap. quoad consult. de re jud.* præcipuè Abb. Imol. & Felin. Bald. *in l. fin. C. de execut. rei jud. ex l.2. & 4. §. si quis condemnat ff. de re jud.*

Exemplum etiam reddi potest; quando in sententia 4 apposita est condemnato dilatio, ut aliquid faciat, vel conditio, quoniam utraque pendente, si executor queat exequi, properè & ante tempus, nulliter atque exequeretur. Alexand. *consil.95. lib.1.* Decius *consil.421.* Rebuff. *tit. de liter. obligat. art.2. gloss.1. n.26. & 27. tom.1.* Roderic. Xuarez *in l. post rem in declarat. l. Reg. lim.4. n.1. 2. & 3.* & ejus additio. Baldez. Milis *loq.* 5 *juris 629 in 2. part.* Gutier. *de jur. confir. 1. p. cap. 56. n.2. & 10.* Paz *in praxi 4. p. tom 1. c.3. n.18.* Avend. *in l.5. tit. de las exceptiones n.22. lib. ord.* Palac. Rub. *in repet. c. per vest. in proœmio §.9. n.14.* Dueñas *reg.175.* Anton. Gom. *tom.2. variar. tit de locato n.6. & tit. de qualit. contrad. num. fin.* Doctores *in l.66. Tauri.* Ripa *in cap.1. de judic. n.88.* Azev. *in l.1. n.51. & l.2. n.5. tit.21. lib.4. recop.* & facit *l.2. tit.21. lib.4. recopil.* ibi *passados los plazos.* Curtius *de sequest n.46.* mirabiliter Petr. Surd. *cons.186. per totum tom.2.* dicitur enim plus petere qui ante tempus petit, §. *plus autem petere, instit. de action.* & per consequens excessus apparet, juxta ea quæ latiùs explicuimus hac *4. p. cap.3. a n.75.*

Quò pertinet, quòd executor datus ad tempus, & 6 cum termino limitato, eo transacto, & finito, amplius exequi, dicitur excedere de tempore ad tempus, ejus enim expiravit jurisdictio. Hostiens. & post eum Joan. Andr. & Doct. Anton. Joan. de Imol. *sub. num. fin. in fin.* Abb. Panorm. *n.34. in cap. quoad consultationem de re judic.* Calderic. *consil.5. de sentent. excomm.* (qui ex 7 hoc inferunt, quòd post tempus non poterit absolvere à se excommunicatum intra terminum, sed recurret ad superiorem, juxta *cap. de causis de offic. delegat. & cap. Pastoral. de offic. ordin ad fin.* post alios) Vantius *in tract. de nullit. sentent. ex defect. juris deleg. n.99. & seq.* optimè. Octav. Vestr. *in pract. Rom. Cur. lib.6. cap. ult. n.8. fol.174. & cap.2.* & ibi ejus additionat. Cravat. *n.59. & 60. fol.165.* rectè Borgn. Cavalcan. *decis.20. p.1.* & Brixian. *in repert. ad eum, verbo, executor ad tempus.*

Sed nunc se offert illa discutienda difficilis, & uti- 8 lissima quæstio; an executor sententiæ, qua quis est condemnatus ad rei restitutionem cum fructibus decursis à tempore, putà; litis contestationis, vel occupationis excedere dicetur; si pro fructibus post sententiam decursis usque ad realem, & actualem executionem, condemnatum exequatur, & compellat

virtute ejuſdem ſententiæ, etiam ſi de eis nulla ſit facta expreſſa mentio. Et quod non poſſit, inſtant juris
9 regulæ, quòd ſententia eſt ſtricti juri, quæ ultra non exequitur, quàm quod ea exprimitur, & quod in ea omittitur, cenſetur omiſſum, ut in capitibus præcedentibus, & ſequenti; latè dicitur, & in terminis ita videtur ſentire Gama Luſitanus *in deciſione* 110. *num.* 35.

10 Pro quo facit, quia ſi judex à prin. non poteſt expreſsè condemnare reum ad uſuras & intereſſe restituendum, ob moram debitoris veniens poſt ſententiam ut probat text. *in l.* 1. § *ff. de uſuris*, ibi, nec tamen judex judicio bonæ fidei rectè jubebit interponi cautiones ut ſi tardius ſententiæ condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur uſuræ, cum in poteſtate
11 Actoris ſit, judicatum exigere, Paulus notat, quid enim pertinet ad officium judicis poſt condemnationem futuri temporis tractus, *&c.*) juxta *non poteſt de judiciis*, *l. non quemadmodum in fin. eodem.* latè proſequitur hunc articulum Gama *ubi proximè*, Doctor Felicia de Solis *in tract. de ceſſibus cap* 5 *ſub numero* 11. ergo multo minus poterit exequtor ad iſtos reddi-
12 tus compellere, quando eorum non eſt facta expreſſa condemnatio, maximè, quia poteſtas executoris regulatur à poteſtate ſuperioris mandantis, ut latiùs diximus ſuprà hoc *lib.* 4. *c.* 6. *per totum*, *præcipue n.* 19. *&* *à n.* 25. *cum pluribus ſequentibus.*

13 Sed contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, ſaltim in condemnatione ad reſtituendam rem, & ſpeciem, quia tunc abſque dubio poterit exequutor non ſolùm in fructibus, perceptis ante ſententiam, ſed etiam poſt ſententiam decurſis exequi condemnatum abſque reatu exceſſus. Hæc eſt elegans Rotæ deciſ. 14. *de re jud. in novis.* in recollectis per Biſcinetum, *alias* 357.
14 quam (cùm mirabilia ſint ad propoſitum ejus verba) non erubui hic inſerere, quæ ſic ait: Auditor, cui committitur taxatio fructuum alicujus beneficii, in quibus quis eſt per tres ſententias diffinitivas condemnatus, poteſt nedum fructus uſque ad ultimam ſententiam incluſivè, ſed etiam poſt uſque ad tempus, quo ipſe taxationem hujuſmodi facier, per condemnator perceptos, taxare ſecundum majorem partem damnorum, quia ad illos etiam condemnatus tenetur, & reſtituere compellitur per executionem, & veniunt ex officio judicis, & ſic dicebant Domini ad vitandum circuitum, quòd poſſint per prædictum Dominum auditorem taxari, quemadmodum per executorem poſſent, & taxari deberent. Quod verum ego, & Dominus, Galliardus dicebamus, ſi prædictus auditor prædictas
15 ſententias exequi poſſidet, ſed ſi non haberet poteſtatem exequendi, & taxandi: id circo alios fructus quam illos, in quibus facta eſt condemnatio, taxare non poteſt, pro quorum taxatione, & compulſione
16 recurrere haberet ad executorem ſuum, & ſi aliter taxaret, formam mandati excederet, & ſic nihil ageret, per jura vulgaria, *de reſcr. cap. cum dilecta ff. mandat l. ſi diligenter, cum ſimili.* Veruntamen ad tollendum omne dubium, fuit per omnes conſultum, quòd prædictus Dominus auditor declararet; taxando prædictos fructus ſingulis annis tantum valuiſſe, & valere fiérque poſtmodum coram executore computus quot annis poſſederit, & perceperit fructus, & compelletur per eundem executorem, ad reſtituendum eoſdem, *&c.* Hactenus de tam eleganti deciſione.

17 Cujus Rotæ deciſionis meminit. Cardin. Tuſc. per quem & gl. & Iſſ. *in l. cum fundus n.* 3. *in fin.* veriorem dicentem, *ff. ſi certum petatur.* idem tenet *in pract. concl. tomo* 7. *litera S. concl.* 118. *num.* 2. dicens, quod fructus in condemnatione nedum veniunt uſque ad ſententiam, ſed etiam uſque ad partitionem ſententiæ, gl. *verbo, condemnatio. in l. qui reſtituere ff. de re vind.* Roërius *deciſ.* 45. *per totam.* Præcipuè *n.* 3. & *n.* 10. Cardin. Tuſc.

ubi proximè num. 12. Angel. *in repet. l.* 1. *C. de jud.* voluit Iſſ. *in l. ait prætor. n.* 10. *verſ.* 2. *notabilius. ff. de jurejur.* referens Baldum, & hoc dictum inquit bene notandum. Iſſ. *in* §. *omnium in fi.* Decius & Cagnol. *in l. in condemnatione*, §. *cùm verbum ff. de regul. ur.* & per Menoch *in præludiis tr. de recup poſſ. n.* 6. hoc idem tenet Petrus Sardus *in d. c.* 11. dicens quòd ſententia, qua quis condemnatur ad reſtitutionem rei, intelligitur non ſolum ad fructus perceptos ante ſententiam, ſed etiam qui poſtmodum percepti fuere à condemnato
18 uſque ad executionem realem Capic. *dec.* 19. *in fin.* Marta Neap. *in compila. totius*, *jur. contr. ex omnibus deciſionib. tom.* 4. *tit. de fruct. cap.* 71. quod declarat ipſe Tuſc. *ſuprà n.* 7. quando ſunt fructus petiti, aut intereſſe, poſt Capicium, & vide infrà *n.* 31.

Quam doctrinam ampliant, & intelligunt Capicius
19 *d. deciſ.* 45. *d. n.* 10. *ad fin.* quem ſequitur Card. Tuſc. *pract. concl. d. lit. S. concl* 128. *n.* 12. *tom.* 7. ut procedat etiam ſi fructuum condemnatio facta non ſit niſi uſque ad ſententiam latam, quia etiam tunc bene poterit executor ſententiæ, taxare fructus poſt eam decurſos, à die moræ, & pro eis facere executionem in condemnatum.

Sed major ſtat difficultas in intereſſe, ubi quis prop-
20 ter moram ad illud condemnatus eſt, an poſſit executor taxare, & compellere condemnatum ad illud intereſſe, quod cauſatum fuerit poſt ſententiam, ob moram condemnati uſque ad executionem. In qua quando intereſſe debetur judicis officio, omnium concors ferè eſt ſententia, creſcere intereſſe uſque ad execu-
21 tionem ſententiæ, quia in caſu, quo habetur ratio intereſſe, ſeu æſtimationis judicis officio, tunc poteſt creſcere, quouſque judicis officium duret, quod eſt non ſolùm uſque ad ſententiam, ſed etiam uſque ad ejus executionem, per text. (quem dicunt notabilem) *in l. in fideicommiſſ. in pr* ibi, cum poſt judicis ſententiam moram feciſſet hæres) *ff. de uſuris*, *&* *per l. ratio*, §. *ſi per venditorem*, *ff. de action. empt. l. ſi Calendis*, *ff. de re judic.* docent Bartol. *in l.* 3. §. *in hac actum.* 2. *ff. commoda.* ſequitur. Iſſ. *in l. virum*, *n.* 12. *&* 22 *ff. ſi cert. pet.* Ludovic. Bolog. *in addit. ad conſ.* 5. Joann. de Anan. Roder. Xuar. latè & optimè *in repet. l. poſt. num, ad fin. operis verſ. quærit. ulterius*, *quæſt.* 8. *num.* 2 *&* *per totam.* Eſcob. *tractat. de ratiocin. cap.* 17. *num.* 13. optimè & eleganter Capic. *dec.* 19. *n fin. verſ. ſecundò dubitari contingit*, &c. optimè Cardinal. Tuſc. *pract. concl. tomo* 7. *liter. S. concluſione* 128. *num.* 3. poſt Bald. quem allegat *in conſilio* 166. *ſtatuto cavetur*, *in fi verſic. quarto quæritur*, *libro* 1. 22
quòd condemnatus ad intereſſe eo, quod non ſolverat uſque ad ſententiam, ſi poſt ſententiam perſeverat in mora; actione judicati tenetur ad intereſſe etiam poſt ſententiam.

Quid autem ſic dicendum, ubi ad intereſſe tenetur,
23 quis jure actionis, puta; ex ſtipulatione, *&c.* Doctores clarè non loquuntur, licet contrarium videntur ſentire, eo quod loquuntur affirmativè in intereſſe debito judicis officio duntaxat, quod pro nunc non examino licèt Cardin. Tuſc. *ubi proximè n.* 4. ſentire videatur, idem eſſe jure actionis dicens, prædictam concluſionem procedere, maximè quando intereſſe debetur officio judicis, quia poteſt creſcere intereſſe uſque ad executionem cum effectu ſecundum Capic. *d. cap.* 9. *in fin.* ſed certè Doctores præcipuè Capi. & Roderi. Xuar. *ubi ſuprà* clarius ſentiunt duntaxat, ubi intereſſe debetur officio judicis.

Hinc eſt, ut multo fortiùs poſſit judex condemnare
24 in ſententia ad fructus decurſos uſque ad ſententiam ipſam, & etiam decurrendos uſque ad ſatisfactionem ipſius ſententiæ, ita docet. Bald. *in l.* 1. *C. d ſe tent.*
25 *quæ ſine certa quant tate*, reddens rationem, quia fructus futuri ſunt acceſſio conjuncta non odioſa, per quem paſſim reum condemnati ad rei reſtitutionem,

cum fructibus post sententiam percipiendis, usque ad rei realem traditionem, testatur bene Gasp. Rodrig. *de annu. reddit. lib.* 1. *quæstione* 16. *sub n.* 27. Idem tenet ipse Bald. *in l.* 1. *Cod. si mul. membr.* per quem utroque loco relatum, idem sequitur Cardinal. Tusc. *pract.*
26 *concl. tom.* 7. *liter. S. concl.* 128. *n.* 5. *& seqq.* & loquendo tam de fructibus naturalibus ex re, quam pro fructibus census annui, vel menstrui, ut licitè possit agi, & condemnari reus pro futuris fructibus, & redditibus, latè prosequitur post alios Gratian. *in discept. forens. tomo* 1. *cap.* 151. *à n.* 34. *cum plurib. seqq.*
27 & quòd judex jure optimo possit reum condemnare, ut debitam pecuniam solvat cùm interesse lucri cessantis ad rationem quatuor decimæ (quæ hodie noviori Regio jure ad rationem vigesimæ est redacta) pendendæ, quandiu satis solutio differatur, probat Gasp. Rodrig. *ubi suprà dict. n.* 27. *ad fin.* dicens, quod
28 hujusmodi interesse, quamvis sorti accedat, usura tamen non est, juxta ea quæ ipse *lib.* 3. *quæst.* 5. dixit, & est text. *in l. socium qui in eo. ff. pro socio.* imò illud interesse assumere naturam sortis, secundùm quæ ipsemet *lib* 3. *quæst.* 10. *& l. nomen. in princ. de leg.* 3.

Nec obstant, quæ suprà diximus in contrarium,
29 tractus futuri temporis ad judicem non spectare; quia non procedit, quando judicium fundatur in principali, quod est de præsenti, quia potest extendi ad accessorium de futuro, quia tunc potest sequi condemnatio pro fructibus tam decursis, quàm decurrendis, quasi ratione adjuncti sequatur hoc commodum, text. est *in l.* 1. *C. de sent. quæ sine certa quant.* & ibi notat Corneus *in n.* 2. Angel. *in princ.* & cæteri communiter DD. Mol. *primogeniis*, *lib. cap.* 14. *n.* 18. Gasp. Rodrig. *ubi proxime d. n.* 27. qui etiam respondet ad dictam *l.* 1. §. 1. *ff. de usu* in contrarium adductam, B. *in l.* 2. *vers. tamen singulariter*, *in fin. C. de fideicommiss.* Ozas. *decis. Pedemont.* 130. *in fin. n.* 14. *vers. nec obstabit etiam.* Asin. *de executio.* §. 7. *c.* 126. *in fin. n.* 27. *vers. & ideo non obstat illud. fol.* 203. latè & optimè Gratianus *in discept. forens. tom.* 2. *c.* 151. *à n.* 40. *& suprà à n* 34. bene etiam per Petrum Surd. *decis.* 120. *n.* 14. *&* 15. ubi bene explicat, imò dicit Capella Tolos. *quæst.* 30. & ejus additio. quem sequitur Card. Tusc. *pract. concl. tom.* 7. *liter. S. concl.* 128. *n.* 9. *&* 10. quòd si creditor
30 occasione afflictus, vel census, conveniat suum debitorem pro illo termino decurso, & pendente judicio maturavit alius terminus, poterit condemnari debitor in utroque termino, decurso tempore sententiæ, maximè quia procedit petitio pro paga decursa tempore petitionis, & decurrenda, potest ferri sententia condemnatoria super utraque decursa, & decurrenda.

31 His autem casibus, quibus hucusque diximus, executorem non excedere, si fructus, & interesse liquidet, decursos post sententiam usque ad paritionem intelligendum est, si tales fructus à parte fiat petiti, non aliàs, quia judex non debet impertiri officium suum inter partes, parte non petente, juxta vulgaria jura, ut attestatur Anton. Capic. *decisione* 19. *in fin.* dicens, non fuisse per Senatum habitam rationem debiti interesse, quia non apparuit petitum. Vide sursum hoc *cap. num.* 18.

S.d quid dicendum in fidejussore judicato solvendo, ut aliquid rei deter, an ipse teneatur etiam ad fructus perceptos post rem judicatam? In quo negative, scilicet ut ad illos post rem judicatam perceptos non teneatur, resolvit Rebuff. *tom.* 1. *ad const. Reg. tit. de literis obligat. gl.* 9. *num.* 9. *pag.* 132. quam videtur
32 sequi Azeb. *in l. tit.* 21. *lib.* 4. *recop. n.* 144 *fol.* 359.

Sed de hujusmodi resolutione meritò dubitat difficillimàque videtur, Mieres. *de major.* 3. *part. quæst.* 26. *n.* 47. nam si fidejussor obligatus est de judicato solvendo, & hujusmodi fructus usque ad rei restitutionem comprehendantur virtualiter, & ex natura rei, accessoriè in ipsa sententia, & re judicata (ut diximus suprà) ergo ad illos tenebitur fidejussor, quod verius mihi videtur. Pro quo evidenter faciunt quæ nos in omnino simili quæstione & terminis resolvimus *hac* 4. *p. cap.* 10. *à num.* 83. *cum multis seqq.* & in specie de fidejussore, ibid. à n. 92.

Contingit dubitari, qui ex vigore contractus, aut 33
testamenti, vel alio quovis modo, est condemnatus ad præstanda alicui impuberi alimenta usque ad pubertatem, an executorialium executor excedat, si condemnatum compellat præstare alimenta fœminæ ultra 12. 38
annos, & masculo ultra 14. §. 1. *instit. quibus mod. tutel. fin. & l. si arroget.* §. *non tamen ff. de adoptio.*

Et quòd non excedit, si condemnatum compellat 34
præstare hujusmodi alimenta puellæ usque ad quatuordecimum, puero autem usque ad decimum octavum, probatur, quoniam ubi tractatur de præstandis alimentis usque ad pubertatem, pubertatem usque ad hoc tempus intelligi debere, docet eleganter, & expressè Modest. *in l. Mela. vers. certè, ff. de alim & cibariis legat.* Quam significationem alimentorum specialissimus favor pubertati attribuit, ut per illum text. dicit Crem. *seq.* 78. Roderic. Suarez *in l. quoniam in priori ampliation.* 3. *in fin. C de in off. testam.* Nemausens. *in tract. clauf. pag.* 48. Angel. à Gambilioni, *in tractat. de testamentis, gloss.* 45. *n.* 9. Polebius *in tractatu de fideicommiss. in rub. de compendios. n.* 34. Corra. *in l. precibus n.* 18 *C. de impuber.* Petr. Surd. *de alim. privileg.* 58. Francis. Muñoz de Escob. *in comput.* 4. *per totam*, qui *n.* 4. existimant, ex rigore verbi pubertatis usque ad prædictos annos ferri debere alimentorum præstationem, cùm usque ad decimumoctavum plena pubertas dici non possit, ut *in l. si arrogator.* §. *non tantum*, *ff. de adopt.* quæ plena pubertas, in hac alimentorum specie desideratur, ut tenuit Accursi. *in dict.* §. *non tantùm*, *verbo plena*, quem sequitur Otosi. *ibi n.* 2. Acosta *lib.* 2. *selectar. interpret. c.* Lara *de alim. in* §. *sed verùm n* 8.

Quibus adde, quod etiam in materia quantumcum- 35
que odiosa, & stricta, verba semper retinent suam propriam significationem, secundum subjectam materiam. Calderi. *in conf.* 1 *de conserv. & aff.* Areti. *in l. cùm lege ff. de testam.* Angel. *in l. tale pactum* §. *fi. col.* 1. *circa medium, ff. de pactis.* Decius *in l. num.* 59 *& in l. factum.* §. *in pœnal. numero* 10. *& in l. semper in obscur. n.* 11. *ff. de regul. jur.* Abb. *in cap. ex parte ult.* 22 *nota de decim.* Cov. *lib.* 3. *variar. resolut. c.* 5. *in fin.* plurimos citavimus hac 4. *part. cap.* 9. *de execut. de re ad rem.* 3. *n.* 120. *vers.* quibus sic suppositis, & vers. sequenti, ubi etiam quòd ex verbis sententiæ illud inferri potest, quod ex illis verbis de necessitate subintelligitur, ac secundùm naturam rei, & subjectam materiam, ubi plures ad id Doctores citavi. Ergo sequitur evidenter, ut hujusmodi exequutor ad præstanda alimenta impuberibus non excedat, si prædicto modo pubertatem, scilicet; usque ad 14. annum puella, & puer usque ad decimumoctavum extendat, & quatenus Petr. Surd. *ubi proximè num.* 8. dicit hæc procedere in puero paupere alendo, non indebitè, justeque dissentit Muños *dict. c.* 4. *ad fin.* quia in omnibus est accipiendum.

His finitima est in jure illa non mediocris difficul- 36
tas priori sententia quis fuit condemnatus, ut ex tunc, nempe à tempore prolatæ sententiæ, vel intimationis, solvat tot annuatim simpliciter, vel forsan causativè videlicet à tempore sententiæ, interim dum non solverit principale, solvat ejus redditus, & ab ista sententia appellante condemnato iterum confirmato fuit datus, prolapsus exequutione exequutor, quæritur, an excedet, condemnatum compellat præstare illos redditus à tempore prioris sententiæ confirmatæ, vel à tempore dumtaxat ipsa posteriorus sententiæ confirmantis. Et quòd non 37
excedat probatur, quoniam confirmatio nihil novi dat, nec auget, nec minuit dispositionem, adeò ut nullum defectum,

defectum, aut obstaculum tollit, *cap.* 1. ubi gl. *cap. cum dilato. cap. examinata de confirmatio util. vel inut.* Fel. *in cap. cum dilectus* per text. *ibi n.* 6. *de fin. iust.* Cassiad. *dec. uni. n.* 2. *de confirmat. util. & inutil.* Mand. *in reg.* 22 *q.* 10. *n.* 2. *& designat. gratiæ tit. de confirm. in princ.* Rot. *decis.* 702. *n.* 6. *& decis.* 78. *à num* 5. *part.* 1. *diversi. & dec.* 31. *n.* 6. *part.* 2. *diversi.* Mol. *de primogen. lib.* 9. *n.* 7. Hieron. Gonz. *in reg. gl. de alter. gl.* 45. §. 1. *n.* 75. *& 76.* ergo cùm condemnatio vires assumat à priori sententia, non à confirmante, & illius tempus attendi, & inspici debet.

38 Secundò, quia sententia referens se ad aliud, puta; instrumentum, aut sententiam, non plus, nec aliud operatur, quàm in ipso relato est, nec plus nec minus tribuit, quàm quod in relato continetur. Rota *decis.* 40. *n.* 2. *part.* 2. *diversi.* latè Borgni. Cavalcan. *decis.* 19. *n.* 32. *p.* 3. dicens etiam quòd sententia referens se ad acta, vel instrumentum dicitur in se continere omne relatum verè & expressè de verbo ad verbum, super relato judicasse, ergo ultima sententia dum per simplicem confirmationem se refert ad priorem, etiam illud tempus continere videtur, prout prior continet, & hoc idem insinuavit Roman. *cons.* 45. quem referens sequitur Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 7. *liter. S. concl.* 121. *n.* 3. quæ corroborabitur pars ex mox dicendis.

39 Contraria tamen sententia multis validatur fundamentis. Primò quia actio non nascitur ex prima sententia confirmata, sed ex confirmante gloss. *verbo hodie in l. furti in prin. ff. de his qui notantur infamia.* & glos. *verb. ablatus est, in l. chirographis §. ult. ff. de administ. tut. & in l. si quis priore, verbo sed teneri ff. ad Senat. consul. Treb. & in l. eos, verbo, vel injustam. C. de appel.* gl. notab *verb. discussa in fi. & in cap. pastoralis, §. preterea, de off. deleg.* sequuntur communiter Doctores secundùm Alexand. *in l.* 1. *de re jud. n.* 5. & alii relati per Azev. *inl.* 6. *tit.* 17. *num.* 3. *lib.* 4. *recop.* Amador. Rodrig. *de execut. cap.* 1. *sub num.* 18. *vers. quæ sanè pars*, optimè Salced. *in addit. ad Bernard. Diaz. regul.* 696. Gregor. Lopez *in l.* 1. *titul.* 27. *part.* 3. *glos. verbo, los mayorales.* Rebuff. 1. *tomo constitut. Franc. tit. de sent. execut. art.* 7. *gl.* 9. *n.* 5. *&* 6. Ferrarien. *in praxi tit. de forma lit. sententiæ, in causis appellat. vers. causæ num.* 3. Matthias Colle. *in tract. de processibus executivis, 2. part. ex n.* 97. ergo non tempus prioris sententiæ, sed secundæ spectandum est.

40 Secundò pro hac parte facit, quia licèt prima sententia confirmetur, ipsa tamen non ideo assumit vires, sed secunda est, quæ producit effectum, adeò ut retro non respiciat sententia confirmans, *l. furti in princ ff. de his qui notantur infamia* qua probatur, quòd si reus ex famoso judicio fuit condemnatus, in gradu appellationis confirmetur, non efficitur retro infamis à die prioris sententiæ, sed ex die posterioris, ut *ibi*, hodie notari puto, non retro notatur, *&c.* ergo executor non debet compellere ad tempus prioris sententiæ.

41 Ultimò & pro hac parte facit text. qui videtur expressus *in l. eos* 2. *C. de usuris rei judicatæ* ibi, ultra quatuor menses à die condemnationis, vel si provocatio fuerit porrecta, à die confirmationis sententiæ connumerandos, *&c.* ergo expressa videtur hæc, lex ut tempus tunc attendatur in prima sententia, quando ab ea non fuit provocatum, sed transivit in rem judicatam, appellatione autem interveniente, à die sententiæ confirmantis.

42 Sed nihilominus priorem partem tutiorem arbitror quoniam quando condemnatio fit cum aliqua qualitate, & per aliam sententiam condemnatio confirmetur nemini dubium est, ut confirmetur etiam qualitas, & sententia, quæ se ad illam refert, intelligitur in se continere primam condemnationem cum sua qualitate, ac si in utero priorem de verbo ad verbum haberet expressam, secundùm Ror. & Cavalcan. *ubi suprà*, & eo quod latissimè notatur per Doctores, *in l. si quis in aliqui documenti. Cod. de probat.* quos latè refert Ceval. *in tom.* 1. *com. contra. commu. q.* 44. *per tot.* & sententia referens se ad aliam sententiam, intelligitur cum omnibus suis qualitatibus text. *in l. aut prætor* §. 1. *ff. de re jud.* Cuman. *consil* 23. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 7. *lit. S. conc.* 126. *n.* 46. & nos quotidie videmus, ut si prior sententia aliquem condemnet, ad redditus à die occupationis, vel litis contestationis, *&c.* si confirmetur, redditus exequuntur à tempore quo dixerat prior sententia, etsi dicendum videtur, quòd quando aliquid respicit condemnationem, tempus primæ sententiæ confirmatæ attendatur, quando autem respicit executionis, tunc tempus confirmantis; juxta notata infrà c. 13. *à n.* 53 *& seqq.*

Non obstant in contrarium adducta pro secunda parte. Non primum, quòd agitur ex secunda confirmante, non ex confirmata sententia, quia respondetur: nam ex quo se refert ad priorem condemnationem, quæ omnino attendi debet cum suis qualitatibus; nullum est impedimentum, & inconveniens, ex qua agatur. Ecce, actum est vigore cujusdam instrumenti, lata est sententia facta condemnatione, ad illud se referens, jam non agitur ex actione instrumenti, sed actione judicati, & nihilominus omnia exequuntur, prout in instrumento continentur, cum suis qualitatibus omnibus, vide quæ nos hac 4. *part. c.* 5. *n.* 28. 43

Nec obstat secundùm *ex d. l. furti. in princ. ff. de iis quibus, ut ind gnis*, quia ibi sententia prior simpliciter lata, est condemnatoria absque aliqua qualitate, & requisito, cujus executionem, & effectum omnimodo impedit appellatio subsequuta, at si sententia lata fuisset cum aliqua qualitate, aut requisito, puta; si declararetur infamis à tempore commissi delicti, si postmodum confirmetur simpliciter, quis dubitat, ut etiam intelligatur condemnatio infamiæ, seu declaratio ab illo tempore prioris sententiæ confirmatæ, quemadmodum enim unum repetitum intelligitur, scilicet condemnationem principalem; cur cætera adhærentia non intelligentur; nec video rationem differentiæ. 44

Minus obstat textus *in dict. l. eos* (licèt difficilior apparente videretur) nihil enim ille textus rei, de qua agimus, pertinet; loquitur enim in usuris decurrendis post rem judicatam ex mora post eam interveniente, quando non paret sententiæ condemnatus, non tamen quando terminus aliquis appositus est in ipsa sententia, nec in ipsius ventre. Et ita disponit quatuor menses qui dantur condemnatis, qui currunt post rem judicatam, sive res judicata sit per unam tantùm sententiam, quæ transivit in rem judicatam, quia nulla emissa fuit ab ea appellatio; sive postmodum ea interveniente & emissa accedat confirmatio, quia ab eo tempore rei judicatæ currunt quatuor menses dati, ut condemnatus pareat judicatis, juxta quæ latè diximus *ad prin. hujus cap.* & si post illos non paruerit, currunt usuræ, hic casus illius textus quilongè distat à nostro, in quo quidem nihil tangit, quia non disponit de termino, & tempore solutionis in sententia appositio, sed de illo, qui extra sententiam, & post illam accidere solet interveniente mora, & contumacia condemnati, & ita videtur dicendum in casu proposito nostræ difficultatis, ut executo non excedat attendens in compulsione illum terminum, specialiter appositum, & expressè in priori sententia simpliciter postmodum confirmata, cùm ille terminus respiciat condemnationem, non tamen executionem, & sic tempus sententiæ confirmatæ, cui inest, attendendum videtur. 45 46

Sed quid dicendum in sententia, qua quis est condemnatus in centum, & si intra centum, & limitatum terminum non solvat, sit condemnatus, & mittatur in triremes, vel exilium, vel solvat duplum, vel quadruplum, in quo post lapsum termini, non soluta pecunia, poterit ad pœnam corporalem comminatam exequi sententiam hanc conditionalem judex, ut latè prosequitur Farinac. *in pract. crim. tom.* 1. *quæst.* 26. *num.* 13. 47

*cum seqq. & num.*16. nunc quæritur (hoc themate retento) quid si in sententia nullus certus sit terminus appositus, ut puta si judex dixerit, condemno Titium in centum, quæ si non solverit, vel solvere non potuerit, fustigetur, vel transmittatur ad triremes, aut aliam corporalem pœnam patiatur, tunc igitur quod tempus expectandum erit, ut cognosci possit, an velit condemnatus, vel valeat solvere pœnam pecuniariam anteaquam deveniri possit ad corporalem, varii varia
49 dixere, ut est videre apud Prosper. Farinac. *ubi proximè num.*16. verior tamen, & rationabilior, atque sequenda illa videtur, quæ docet expectandum esse terminum decem dierum, qui curant à monitione, & notificatione, ac intentione, ut tenet Augustin. *in addition. ad*
50 *Angel. de malefi. verbo, quas si non solverit intra decem dies. amputetur tibi manus, num.*12. Prosper. Farinac. *d. num.*16. fundatur ex ea regula, quod ibi: sumus in facto negativo, ad hoc ut quis incidat in pœnam, semper requiritur monitio, *cap. exturpanda*, & *ibi* Innoc. Hostiens. Joan. Andr. Anton. de Butr. Abb. & Imol. cum aliis *ibi, de præb. & dignit.* & alii quos sequitur, & refert August. *ubi proximè* allegatus.

Meminerit velim, quòd quando sententia ita condi-
51 tionaliter concipitur, si lapso termino appositio in sententia, condemnatus non solverit pœnam pecuniariam, poterit judex nihilominus facere executionem sententiæ pro pœna pecuniaria in bonis condemnati, absque eo quòd contra ipsum exequatur corporalis pœna, si ita fisco magis expedire cognoverit, ut per Bart. *in leg. cum duobus, §. fin. n.* 2. *ff. pro socio, & in l. si frater, §. idem respondit. el.*2. per illum text. *ff. eodem tit.* Angel. *in l. si quando, §. hæres ff. de legat.*1. *& in l. si insulam, ad fin. ff. de verbor. oblig.* Alex. *in l. non solùm. §. morte, circa ff. de novi oper. nuncia.* Roma. *in leg.*1. *§. post operis, ff. eod.* refert & sequitur Ifl. *in §. pœnales, n.*47. *&* 48. & ibi additio, *lit. P la primera, instit. de actio.* & quamvis aliqui relati (sed non sequuti à Flamin. Carratio, loco mox citando) dixerint, quod pœna pecuniaria post lapsum termini sit transfusa in corporalem, & sic non possit ampliùs commutari; prior tamen opinio, & æquior est, & etiam magis communis, sicut testatur Contar. *in tract. de executione sententiæ capto banno, cap. fin.* quem sequitur Prosper Farinac. *d tom.*1. *quæst.*26. *num.*15.

52 Huc pertinet, ad sententia sequestrandorum fructuum majoratus in judicio tenutæ pendente, excedes executor, si fructus, non solùm à die decreti perceptos, sed jam perceptos ante ipsam sententiam sequestri, à tempore mortis ultimi possessoris majoratus sequestret. Quam quæstionem ad partes examinat Christophor. de Paz *in tract. de tenuta. tom.*1. *cap.*11. *per totum.* & quamvis pro illa parte, nempe, ut possit executor sequestrare omnes fructibus, non solùm post decretum perceptos, sed etiam à die mortis possessoris ultimi, adducens varias, & elegantes considerationes, ac fundamenta, nihilominus tamen rectè contrarium defendit, imò quòd non possit sententia sequestri exequi, nisi in fructibus post eam perceptis, & percipiendis, non tamen in perceptis à tempore mortis possessoris jam, aliquibusque mediis eam tuetur, quæ omnibus verior est & sequenda, quam ibi latiùs disputatam
53 videre poteris. Et generaliter quod sententia sequestri non comprehendat fructus præteriti temporis perceptos, sed extantes & futuros, tenet post alios Maresc. *variar. resol. l.*2. *cap.*277. *n.*34.

54 Nunc tractandum de eo, qui electus est ad officium, pro anno præsenti putà; vel in semestre, pro primo fuit impeditus uti munere propter objectiones sibi, & adversus electionem oppositas, & quod non fuerat ritè nec solemniter electus; interim dum lis vertebatur, lapsus est annus reginiminis, & officii, vel ejus major pars, postmodum obtinuit, & declaratum fuit, ritè & rectè electionem factam fore, seque legitimè suo posse fungi munere; datus est executor pro hujus rei judicatæ executione: quæritur an ipse excedet, si loco lapsi temporis aliud subrogat, ita ut redintegraretur totus annus ad quem electus fuerat. Hanc quæstionem examinant B. *in l. si uxo, §. item cum quidam, col.*2. *ff. locat. & in l. si priùs. q.*10. *ff. de novi. oper. nuntia.* Abb. per text. *ibi in cap. fin.* ibi, ut tempus regiminis elabatur. (*de judiciis, in penult. notabili*, ubi communiter omnes Canonistæ referunt, & sequuntur Bart. determinationem, & eam magis communiter ab aliis Doctoribus teneri, affirmat Ifl. *in l. si ita stipulatus essem abs te, col. penul. in prin.* latè & ad partes disputat Alvar. Vallas. *cons.*155. *per tot. tom.*2. latè etiam Vincent. de Franch. *dec.*419. *per tot.*2. *p.* qui omnes concludunt, quòd quando electio facta est pro tempore certo, limitato & determinato, puta, pro hoc anno, pro anno proximo sequenti, *&c.* si tempus labatur, impedimento accedente non subrogatur aliud tempus, ut impleatur annus, quoniam alia est administratio, & opera unius temporis, alia verò alterius, & in isto casu nec fit condemnatio pro hujusmodi redintegratione, & supplemento temporis, ut secus sit (dicunt ipsi Doctores) quando in genere tempus appositum est, ut puto quinquennio, aut bienno, non adjecto, an de proximis, an de aliis. Prædictis tamen casibus haber electus recursum contra tertium injustè eum impedientem uti suo 55
officio, & sic non redintegratur, *l fin cum materia, ff. de eo per quem factum erit*, text. *in l. inde* Nerat. *§. idem Julian. ff. ad l. Aquil.* habetur *in l.*1. *C. de usf. & in l. si Titius statuas, ff. de condit. & demonst.* Alvar. Vallas. *ubi proximè num.*14. apud quos latè de hac materia.

Sed successivè quæri potest, quod si facto tertii non
57 est ortum impedimentum, sed facto ipsius obligati, & pariter condemnati, ut puta; quis locavit mihi domum, aut agrum in biennium; aut quando legatus est mihi usufructus in bennium à die mortis testatoris, & facto hæredis vel locatoris, qui non permisit me uti, & dum vincitur, & condemnatur per sententiam, lapsum est tempus: an passim, saltim in æstimatione, contra eum condemnatum exequi sententiam, & videbatur idem esse dicendum, veluti in casu superi i resolvimus. Sed nihilominus verius videtur in æstimatione adversus hunc condemnatum principaliter aliàs obligatum, posse procedere executionem.

Moveor ex ratione mirabilis textus *in l. si usufructus, mihi in biennium* 6. cujus sunt verba: Si usufructus mihi in biennium continuum à morte testatoris legatus sit, & per hæredem steterit, quominus eum mihi daret, præterito biennio nihilominus tenebitur, quemadmodam teneretur, si res legata in rerum natura esse d fuisset, quam quis deberet, moratusque esset in ea danda, ut peti quidem jam usufructus qui legatus sit, non possit, quia alius futurus sit, quàm qui legatus fuerit, sed æstimatio ejus bima duntaxat facienda sit. Hactenus de dicta lege, ubi gl. & Doctores dant plures concordantes.

Cujus legis determinatione stante, rectè succedit 57
juris regula, quæ habet, quòd quando quis est condemnatus ad rem tradendam, & præstandam, quæ periit, vel obiit, & jam non est in rerum natura, potest vigore talis sententiæ fieri adversus obligatum debitorem condemnatum executio ad æstimationem, & valorem rei, seu interesse, Did. Perez *in l.*4. *tit.*8. *lib* 3. *ordinament. fol.*1078. Avile. *in cap. prater. cap.*10 *verbo, execution. num.*53. Parlador. *lib.*1. *rerum quotid. cap* 6. §.2. *num.*11. Cævallos *in contra commun. tom.*1. *quæst.*662. & ultra hos plurimos alios Doctores & jura adduximus suprà hac 4 *part. cap* 3. *à n.*33. & est textus expressus *in l. si hoegis. C. de executione rei judicatæ l. qui restituere, ff. de rei vindic. l. Julian. ff de confes l. tit.*27. *p.*3. Ergo sequitur quòd si contra locatorem vel hæredem lata sit sententia pro usufructu, & locatione præstanda, & partienda,

&

& tempus lapsum sit, licèt aliud subrogari non possit; tamen pro æstimatione adversus eum procedere executionem absque reatu excessus, arbitror, juxta fundamentalem, & juridicam rationem ejusdem legis, *si ususfructus*

58 Tunc tamen excedere dicetur merus executor, quando dederit dilationem condemnato ad parendum, intra quam si non paruerit, illum excommunicaverit, quoniam excommunicationis sententia actus est jurisdictionalis, quæ sine jurisdictione ferri non potest. Panormit. *in cap. si sacerdos, num.* 10. *de offic. ordinarii,*

59 pertinet enim ad jurisdictionem contentiosam, cùm ferri non debet absque causa cognitione, *c. nemo Episcop. quæst.* 1. imò est meri imperii secundùm Innoc. *in cap. transmiss. de elect.* Specul. *in tit. de jurisdict. omni. judic. vers. secundum canones, n.*24. Panormit. *in cap. quod sedem, de off. ordinarii, column. fin.* idem *in cap. cùm contingat de for. compet.* glos. *in d. cap. nemo* ubi uterque Cardinalis comprobat. Palud. *q.*2. *in* 4. *distinct.*3. latè Navar. *in repet. cap cùm contingat, n.*2. *causa nullitatis corollario* 6. *vers.* 6. *infertur hinc subexecutorem,* at exécu-

60 tor merus est incapax jurisdictionis, & sic dictum terminum ad excommunicandum dando excedet evidenter, exact ùs probat Nav. *in d.c cùm contingat, quarta nullitatis causa per tit.* dicens etiam, quòd licet quod alios

55 effectus possit etiam ille, qui nullam habet jurisdictio-

61 nem terminum deliberatorium, puta, præfigere, ad effectum tamen infligendi novam excommunicationem, alius quàm judex cum jurisdictione, præfigere non potest, ut post Fel. Innoc. Joan. Andr. Imol. Host. & alios, tenet ipse Navarr. *in d. quarta nullitatis causa.*

57 62 Quid autem erit dicendum de executores cui ad aliquam sententiam exequendam, vel causa committitur cum termino limitato, puta, decem dierum, & vicissim pluris, vel minoris, in quo brevitate termini non est facultas, ad procedendum cum terminis, & dilationibus, aliàs à jure in simili causa, tam ordinaria, quam executiva concessis, & determinatis: an poterit iste executor abbreviare, & arctare prædictos legales terminos, & illos regulare secundùm terminum suæ commissioni assignatum, absque reatu excessus; quia ex eo videbatur hoc casu detegi ex inordinato processu, secundùm quæ latiùs dicenda erunt inferiùs *cap.*13.

Cui difficultati respondetur, posse licitè executorem absque reatu excessus, & quod magis est, nec etiam simplicis gravaminis, hunc terminum arctare, ita illum regulando, ut intra terminum sibi, jurisdictionique concessum, per superiorem causa terminetur, ita ut tres illi dies, seu etiam decem dati condemnatis, & executatis, ad opponendum, & probandum, in minus resolvantur, atque abbrevientur, quoniam si in judiciis ordinariis abbreviantur; multo magis hoc casu in summariis, nempe; & executivis, abbreviari debent, non enim potest magnum terminum dare, qui arctatum limitatum habet, ut docet Bal. *in cap. de causis n.*11. & ibi Abb. *n.*6. per text. *ibi de off. deleg.* latè comprobat, & resolvit Guirond. *in tract. de gabell.*4. 57
*in princ. n.*7. *usque ad n.*14. testantes de praxi, optimè etiam Bobadill. *in polit. lib.*2. *cap.*20. *à n.*29. *usque ad*

63 *n.* 32. dicentes quòd judex executor non debet expectare, ut sua expiret jurisdictio, cùm tacitè sibi videatur à superiore data facultas terminos arctandi, qui sibi illos restrinxit, & limitavit. Facit optimè ad propositum text. *in l.*1 *ff. de gland. legend. & in l* 2. *tit.*3. *lib.*4. *recop.* facit *lib* 6. *tit.*18. *lib. recop.* Bart. *in d. l.* latè Fel. *in cap. Eccles. S. Mar. n.*32. *de constit.* quibus adde quæ dixi 1. *p. c.*13. *n.*27. *& supra.*

CAPUT XII.

Ab executore perperam sententiam interpretante, appellationi emissæ an non deferens, vim faciat; ubi latè & utiliter, quæ inter interpretandum præ oculis haberi debeant.

SUMMARIUM.

*Interpretari sententiam an possit executor, n.*1.
*Interpretari & declarare is potest qui actum gessit, n.*2.
*Interpretari & declarare verba dubia suæ scripturæ an possit Notarius, n.*3.
*Successor in officio & jurisdictione an possit intentionem prædecessoris declarare, n.*4.
*Interpretari & declarare voluntatem defuncti non potest hæres, n.*5.
Declarandi facultas non transit ad hæredes, n 6.
*Interpretatio pendens ex mera voluntate, fieri non potest per successorem, n.*7.
*Interpretatio pendès à juris regulis, & principiis ex actis seu processu, cuilibet judici successori pertinet, n.*8.
*Judex delegatus subrogatus loco alterius, delegati potest sententiam prædecessoris interpretari ex verisimilibus conjecturis, apparentibus ex actis & processu, non autem ex mera voluntate, n.*9.
Taxare expensas quas sibi taxandas reservavit prædecessor, potest judex successor, n 10.
*Etiamsi successor sibi reservaverit taxare expresso nomine proprio, n.*11.
Quia materia non potest concernere personam, sed jurisdictionem, dignitatem, & tribunal, ibid.
*Executor sententiæ potest illius facere declarationem interpretativum, n.*12.
*L. ab executore, ff. de appell. declaratur, n.*13.
*Potestas executoris regulariter à potestate superioris mandantis, n.*14. *& seqq.*
*Interpretari suam sententiam non omnes judices ordinarii possunt, n.*15.
*Executor mixtus respicit merum imperium, n.*16.
*Executor dicitur non qui ordinaria, sed delegata potestate aliquid exequitur, n.*17.
*Verba debent intelligi secundùm vulgarem modum loquendi, n.*18.
*Communis usus loquendi prævalet in interpretatione legis etiam divinæ, n.*19.
*Interpretatio generaliter sumpta in quinque species distinguitur, & quas, n.*20.
*Interpretationis species quis deduxerit, n.*21.
*Interpretatio ad duo capita reduci potest, n.*22.
Interpretatio propriè idem est quod congrua verbi vel orationis declaratio, seu expositio, ibid.
Interpretatio largè caputur pro correctiva seu extensiva, ibidem.
*Interpretationem correctivam alius, quàm Princeps facere non potest, n.*23.
*Interpretationem extensivam non potest facere judex nisi circa accessoria & eodem die, n.*24.
*Interpretationem propriè, prout est congrua verbi & orationis declaratio, quilibet judex potest facere, n.*25.
*Declarationem interpretativã non alterantem cõdemnationem præcedentè potest facere executor mixtus, n.*26.
Declaratio interpretativa sententiæ facta per executorem, non inducit novum gravamen, n 27.
Per declarationem interpretativam sententiæ quod obscurum est illuminatur & detegitur, n 28.
*Interpretativa declarationis qualitas est ut nihil novi inducat, sed actum præexistentem & præteritum ostendit, n.*29.
*Declaratio inest actui declarato, n.*30.

Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis declaratæ, n.31.
Declaratio adeo inæret dispositioni ut censeatur emanasse cum illa eodem tempore, n.32.
Actum qui non potest facere post terminum, potest tamen factum declarare post illum, n.33.
Si actus qui declaratur esset validus, secus si nullus, n.34.
Interpretativa declaratio debet esse congrua, scilicet quando verba eam patiuntur, n.35.
Verborũ certitudo declarat certitudinem intellectus, n.36.
Verba præcisa significationis non possunt recipere aliam interpretationem, n.37.
Tametsi possint restringi & extendi intra limites significationis, n.38.
Interpretativa declaratio est quæ addit qualitatem demonstrativam non autem quæ alterat subjectum, n.39.
Interpretativa declaratio sustinetur facta circa circunstantias actus, secus circa ejus substantiam, n.40.
Interpretatio circa substantiam actus dicitur novus actus & gravamen, n.41.
Prout si sententiæ puræ executor velit addere executionem, ibid.
Declarationem interpretativam sententiæ quotidie faciunt executores supremorum tribunalium absque excessus reatu, n.42.
Executori cum principale committitur, videtur declaratio interpretativa etiam commissa, n.43.
Declarandi facultas quæ venit accessorie ad contractum, in hæredem transit cum ipso contractu, n.44.
Ab interpretativa declaratione justa & legitima facta per executorẽ, appellationi emissæ non est deferendũ, sicuti nec ab ipsa executione cui hæc inest declaratio, n.45.
Interpretationem non congruam verbis sententiæ & minus legitimam facere executorem non patitur, n.46.
Interpretativa declaratio debet fieri non perimendo sed exprimendo, n.47.
Interpretativa declaratio debet esse verisimilis, n.48.
De vocabuli significatione ubi tractatur, non est recurrendum ad arbitrium judicis, n.49.
Interpretativa declaratio debet fieri circa contenta in verbis sententiæ, non autem extra limites verborum quia illa dicitur in præjudicium tertii, n.50.
Ab executore perperã interpretante sententia velut excedente, appellationi emissæ est omnino deferendum, n.51.
Exempla plura hujus doctrinæ redduntur obiter, n.51. 52. 53. 54. 55. 56. & 57.
Interpretationis iniquitas executoris quo modo & ex quibus sit probandum, n.58.
Interpretatio ea sola executori permittitur quæ deducitur ex verosimillibus conjecturis in processu, verborum significatione, & natura attentatis, n.59.
Interpretatio juris tantum valet quantum propria verborum significatio, quæ perinde habetur ac si esset expressa, n.60.
Interpretatio quæ subintelligitur juris intellectiva dicitur non extensiva, n.61.
Sententia debet interpretari prout de jure fieri debet, & ad juris sensum referenda, n.62.
Verba judicis debent intelligi secundum mentem judicis, num.63.
In sententia veniunt ea quæ legis dispositione aut præsumptione inesse dicuntur, n.64.
Verba sententiæ sunt civiliter intelligenda, n.65.
Sententia debet interpretari ut non contineat injustitiam, num.66.
Interpretatio facienda est ut sententia justa appareat cùm justa præsumatur, n.67.
Interpretatio sententiæ dubiæ sumitur ex actis, cùm præsumatur lata ex causa in processu deducta, & quæ ex eo apparet, n.68.
Acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententiæ ex mente actorum aperitur, n.69.
Sententia præsumitur lata ex causa deducta in libello, & petitione, & juxta illam erit interpretanda, n.70.
Agenti interdicto uti possidetis, & succumbenti, volenti postea agere ex nova turbatione contra eundem reum an ei obstet exceptio rei judicatæ, n.71.
Ex nova possessione superveniente datur rei vindicatio contra semel absolutum, n.72.
Exceptio rei judicatæ obstat ubi datur identitas rei, causæ, & personarum, n.73.
Absolutus reus conventus interdicto uti possidetis, ex eo, quia non est probata turbatio de novo, post sententiam turbanti non prodest judicata, n.74.
Contra reum semel absolutum in interdicto uti possidetis, ex eo quod actor non probavit possessionem suam ob novam turbationem, non potest actor iterum agere, n.75.
Nisi agat ex nova possessione & ex nova causa, ibid.
Absolutoria sententia ex qua causa lata sit in interdicto uti possidetis, si nec ex ea, nec ex actis appareat an ob novam turbationem actori iterum agenti obstet exceptio rei judicatæ, n.76.
Interpretari debet sententia in favorem condemnati ut minus ei noceat, n.77.
Interpretatio facienda est in dubio contra eum qui se fundat in sententia, sicut & in contractu, n.78.
In sententia se fundans debet habere rem veram, n.79.
Absolutoria sententia in criminalibus ex qua causa sit lata ex actis investigandum est, ut diffinitiva aut interlocutoria ab observatione judicii dicatur, n.80.
Dispositio etiam legalis à consuetudine recipit interpretationem, cum qua judicis potestas se conformare præsumitur, n.81.
Absolutus reus ob non probatum delictum censetur ab observatione judicii, & iterum ex novis judiciis potest reus molestari, n.82. & sursum.
Causa ex qua sententia fuerit lata si ex ea, nec ex actis appareat quæ præsumenda erit, n.83.
Sententia qua quis est condemnatus in exilium ex qua non appareat de quo senserit an de præciso, an de voluntario, de præciso intelligenda est, n.84.
Cautionem uxori præstare condemnatus vir ob ejus sævitiam, alias fiet divortium, an sententiæ satisfaciet præstando cautionem etiam juratoriam, & executor excedat illum præcisè ad fidejussores compellens, n.85.
Verba judicis debent intelligi secundũ mentẽ juris, n.86.
Cautio simpliciter sumpta an de jure intelligatur de verbali obligatione tantum cum hypotheca & bonorum obligatione, n.87.
Fidejussores non reperire maxima est difficultas excusabilis ab obligatione præstandi, n.88.
Sententia si ob impossibilitatem non potest adimpleri in eo super quo lata est, exequitur in eo quo potest, n.89.
Sententia qua quis condemnatur ad conservandum fidejussorem suum indemnem ab alterius obligatione, si hæc fuerit extincta, quia compulsus solvit fidejussor, intelligitur ut solutum sibi restituat, n.90.
Sententia absolvens tutorem à tutela, intelligitur ab ejus ratione reddenda super quo actum fuit, n.91.
Condemnatus ad tradendum instrumentum debiti soluti, si non reperiatur, cogitur liberare victorem, n.92.
Cautio ubi à jure requiritur plena, sufficiens, recta, aut competens, juris interpretatione intelligitur de fidejussoria, vel pignoratitia, n.93.
Cautio uxori præstanda à viro ob ejus sævitiam, debet esse sufficiens, n.94.
Cautionem debet judex recipere per quam mulier fit magis secura à sævitia viri, n.95.
Interpretari debet sententia ut in juris dispositione conformetur, n.96.
Verba civiliter sunt intelligenda & applicanda proportionalibus, n.97.
Verba sententiæ in dubio interpretanda juxta naturam actionis intentatæ, n.98.

Sententia præcisè obligat, n.99.
Sententia ultra non extenditur quàm importat verborum sonus, quia tantum disponit quantum loquitur, n.100.
Ex sententia non aliud infertur, nisi quatenus vis verborum & necessitas patitur, n.101.
Cautionem ad exigendam à viro præstandam uxori, executor datus non excedit si illum præcisè compellat ad fidejussores, vel pignora, n.102.
Cautionis ad præstationem ut vir condemnetur, plurimum potest judicis arbitrium, n 103.
Impossibile est obtinenti rem judicatam præcisè satisfieri, consulitur meliori modo quo possit, n.104.
Periculum uxoris ob viri sævitiam non recipit æstimationem, n.105.
Cautionem præstare vir condemnatus vel in defectum, fiat separatio quoad torum, si fidejussores aut pignora non præstet, potest sententia exequi in separatione, n.106.
Condemnatus ad centum quæ si non solvat condemnatur ad exilium, non solvendo fit executio in secunda parte sententiæ, n.107.
Clericus injuriator condemnatus ad debitam honoris satisfactionem, executor an excedat illum astringens palinodiam recantare, n.108.
Jure canonico deficiente recurrendum est ad leges & consuetudines regni potiùs quam ad Imperiales, n.109.
Palinodiam recantare non debet Clericus injuriator, cùm nobilitatis privilegio fungatur contra Bernard. Diaz communiter reprobatum, n.110.
Clerico injuriatori jure canonico opposita est pœna ad satisfactionem honoris injuriam passi, n.111. & qualis, ibi.
Clericus condemnatus actione injuriarum efficitur infamis, n.112.
Qui pro bono pacis, non tamen servata legis regiæ forma, verba satisfactoria dedit injuriato, non efficitur infamis, quia tunc non dicitur se desdicere, n.113.
Condemnati plures simpliciter intelliguntur pro rata condemnari, licèt unusquique in solidum fuerit per scripturam obligatus de jure, n.114.
Obligatio originalis licèt sit concepta in solidum, ea tamen quæ oritur ex sententia, est pro rata secundum juris dispositionem, n.115.
Omissum seu non expressum in sententia habetur pro omisso, n.116.
Tutores plures condemnati simpliciter ad reddendum rationem tutelæ, intelligitur pro rata in solidum n.117.
Condemnari plures collitigantes simpliciter in expensis unusquisque tenetur pro parte, sua dumtaxat, n.118.
Sententia lata contra plures simpliciter, intelligitur contra quemlibet pro virili, & quantitate bonorum occupatorum, n.119.
Si ex sexdecim obligatis in solidum quatuor tantùm conventi simpliciter condemnentur pro rata, condemnati intelliguntur habito respectu ad omnes obligatos, non ad solos condemnatos, n 120.
Quia in residuo absoluti intelliguntur, n.121.
Quod fallit nisi judex habuerit respectum ad libellum quo instatum fuerit omnes condemnari, in solidum omnes condemnati intelliguntur, n.122.
Qualitates omnes quæ insunt in termino relato, repetuntur in termino referente, n.123.
Stylus tribunalium, quo est introductum ut sententiæ dubiæ declaratio sit petenda intra eandem diem naturalem, reprobatur, n.124.
Judex non potest alterare & mutare sententiam, aut ejus substantiam, n.125.
Interpretationem extensivam facere potest judex circa sententiæ accessoria, puta fructus, expensas, &c. & tunc non nisi intra diem naturalem, n.126.
L. Paul. la 2. ff de re jud. interpretatur, ibid.
Interpretativa declaratio verbi dubii, aut orationis confusæ sententiæ, etiam post diem naturalem peti potest, num.127.
Declarandi facultas præscribitur etiam per mille annos, num.128.
Actum post aliquem terminum qui facere non potest, tamen potest jam factum declarare, n.129.
Sententiam licèt judex mutare aut corrigere non possit, tamen potest declarare, n.130
Executores rei judicatæ è Curiis Regiis emanati, possunt post longam temporis distantiam declarationem interpretativam sententiæ dubiæ adhibere, ergo multo fortiùs Senatores qui eam tulerunt, n.131.

AB executore quomodolibet interpretante, sive bene sive malè, appellationem interpositam licitam esse, videtur probari, cùm ipse ad interpretandam sententiam, quæ sibi exequenda committitur, careat potestate. Primò quoniam illemet debet declarare, & interpretari, qui disposuit, & actum gessit, *l. ex facto, ff de vulg. & pupil.* & ibi Bal. *verbo in text. ibi interpretari*, ubi etiam Alex. *nota. 2.* Iss. *2. nota. ff. de vulg. & pupilla. l. Nerati, ff. de regular. jur. l. fin. Cod. de leg. cap. inter alia §. ut igitur*, & ibi gloss. *super verbo, interpretat. de sentent. excommun.* & ibi Felin. imò nullus alius potest declarare, nisi illemet qui disposuit, B. *in l. edita, versiculo quandoque vol. 2. Cod. de eden.* Bald. *in l. fin. versiculo ultim. nota. Cod. de legib.* Iss. *in l. inter stipulantem 5 §. si Stichum, versic. gloss. in verbo, actori, ff. de verbor. obligat.* Decius *in cap. cum venissent, vers. & etiam notandum est, de judic.* ut de notario interpretante verba dubia suæ scripturæ, dicit Socin. *consil. 94. versic. præterea 5 & versic hac omnia volum. 1.* Calcan. *consil. 48. vers. tertiò quia, & consil. 69. versic. tertiò quia* Alciat. *in tract. præsump. in 3. reg. præsumpt. 13. n. 12.* ergo executor, qui sententiam non tulit, interpretari, & declarare, sententiam non poterit. 1

Secundò & fortiùs probatur; nam successor in officio, & jurisdictione non potest intentionem sui prædecessoris declarare. Bald. *in l. vers. sed nunquid hoc potest, Cod. de sentent. ex brevilo. recit. & in l. edita, vers. decimo oppono C. de edendo, & in l. si ut proponis, vers. sed nunquid nuncius. C. de executione rei jud.* B. *in l. inter stipulantem, §. si Stichum, vers. idem puto in jud. ff. de verb. oblig.* Angel. *in l. ex facto, in princ. in textu ibi solent interpretari*, ubi mol. *versic. tertiò nota, ff. de vulg. & pupill.* Felin. *in cap. per tuas, in 2. nota de simonia, & in cap. cùm venissent. versic. potestas interpretandi,* & ibi Decius *versic. & successor inoffic. de judiciis.* Lanfran. *in cap. quoniam contra, in verbo, interlocutoria, versic. ulteriùs dubitatur, de probatio.* Rebuff. *in l. quod jussit. 2. nota. n. 164. ff. de re judic.* facit quod aliàs dicitur, hæredem non posse voluntatem defuncti declarare, & interpretari, ut exactissimè prosequitur Anton. Gabriel. *commun. concl. lib. 6. tit regul. jur. conclusione 2. à n. 74. & seqq.* & quòd facultas declarandi non transeat ad hæredem successorem, de quo per Arias Pinel. *in repet. l. 2. Cod. de bo is ma. à n. 11.* Covar. *lib. 2. var. cap. 18.* Burg. de Paz. *in l. 1. Tauri à n. 423.* & alibi per Doctores, ergo executor facultatem non habet interpretandi, aut declarandi, & per consequens illud faciens dicetur omnino excedere. 2 3

Sed iis non obstantibus, contrarium verius censeo, cum fœdere distinctionis, nam aut agimus de interpretatione, & declaratione, quæ fit, & pendet ex mera voluntate: & ista non potest fieri per successorem, ut puta; quando judex condemnavit aliquem in amputatione manus, qui potest interpretari, an dextera, an sinistra intellexerit, unde pendet voluntas ejus, ideo hæc interpretatio cùm non congruat successori, in eum non transit, sicut nec in hæredem, & ita procedunt Doctores superiùs allegati & alii adducti per mox citandos. 4 5 6 7

Aut agimus, & loquimur de declaratione, vel 8

interpre

interpretationem, quæ eſt faciendæ ex juris regulis, & principiis, & ex veroſimilibus conjecturis, & ex actis, & deductis in judicio, & proceſſu; tunc talis interpretatio ſucceſſori, & cuilibet judici committitur, & jure permittitur. Ita diſtingunt Bar. *in l. inter ſtipulantem, §. Stichum*, & ibi Imol. *verſic. item prædicta procedunt, & verſ. idem adde*, & ibi Alexand. *in verſ. in gloſſ. in verbo, actori*, & ibi Iſſ. *verſ. item per prædicta ff. de verb. obligat.* Angel. *in l. ab executore, verſic. ideo autem*, & ibi Imol. *verſic. ulterius juxta prædicta, ff. de appell.* Alex. *in l. ex facto verſic. item addo, ff. de vulg. & pupil.* Nicel. *in concord. gloſſ. concord.* 282. *&* 323. Barba. *in conſ.* 83. *verſic. tertio reſpondeo, vol.* 3. Marian. *in cap. fin. verſicul. & ſicut actor. de libell. oblatio.* Felin. *in cap. qualiter & quando, verſic. ſed adverte diligenter, colum.* 14. *&* 15. *de accuſat. & in cap. cùm veniſſent, verſ. poteſtas interpretandi de judiciis.* Rebuff. *in repet. l. quod juſſit, in* 2. *nota, num.* 165. *ff. de re judic.* Anton. Gabriel. *commun. concluſ. lib.* 7. *tit. de regul. jur. concl.* 3. *n.* 85. *& ſuprà* & per B. *ubi ſuprà, & in l. terminato, C. de fruct. & litium expenſ.* & alios, tenet Aviles *in cap. prætor. in proœmio. ordonanças, à n* 19. ubi latè refert Doctores utriuſque partis, & de hac diſtinctione ibi *verſ. ſed hoc non obſtante, optimo B.* &c.

9 Et loquendo in delegato ſubrogato loco alterius delegati mortui, aut impediti, poſt alios probat Marquef. *tract. de comm. 1. part. cap* 3. *ſub num.* 43. dum dicit, quòd cùm ſubrogatus ad anteceſſoria inſtar habeatur, ſi ſententia non conſiſtit in mera voluntate declarantis, ſed in veroſimilibus & conjecturis ex actis, & probationibus in cauſa factis, ex quibus quid primus judex ſenſerit, apparet: poterit tunc ſucceſſor in commiſſionem ſententiam anteceſſoris declarare, quamvis aliter ſucceſſor anteceſſoris ſententiam declarare nequeat, &c. & quòd judex ſucceſſor voluntatem, prædeceſſoris poſſit ex veroſimilibus conjecturis, & quando eſt congrua interpretatio, ſeu declaratio, declarare, latiſſimè plurimos congerit Mier. *tractatu de majora. 1 part. q.* 44. *n.* 94. *&* 95. & iterum latiùs *à n.* 99. *cum ſeq.* de qua interpretatione latiùs poſtmodum agendum eſt.

10 Hinc eſt, ut expenſas, quas ſibi taxandas, & declarandas in ſententia reſervavit judex, poterit ſucceſſor declarare, & taxare B. *in l. ab executore, verſ. quæro verùm, ff. de appell.* & poſt alios B. de Paz *in l.* 1. *Tauri, ſub n.* 427. Petrus de Ferrara *in prax. in forma libell. in action. reali, verbo, expenſa præſentis cauſæ, n.* 16. *& ſeqq.*

11 Avil. *ub. proxime n.* 21. quod etiam intelligit, etiam ſi judex prædeceſſor reſervavit ſibi taxationem expenſarum expreſſo nomine proprio, ut tenet etiam B. *in d. l. ab executore ſingulariter.* Abb *in d. cap* 1. *de iis quæ vi metúſve cauſa. n* 8. Lanfr. *in repet. cap. quoniam contra, de prob. t.* 12. *part. expenſæ, num.* 13. reddentes rationem, quòd materia non poteſt concernere perſonam, ſed dignitatem, juriſdictionem & tribunal.

12 Et quòd executor, cui exequendo ſententiam committitur, poſſit facere hujuſmodi declarationem interpretativam (licèt Doctores in ſpecie hanc difficultatem non tractent) probatur ex optimo text. *in l. ab execut.* 4. cujus ſunt verba: ab executore ſententiæ appellare non licet, ſed ab eo, qui mihi ſententiam interpretari dicitur, appellare licet, &c. *ff. de appellat.* & ita illum text. intelligunt in executore, gloſſ. *in l. ab executione, C. quorum appellat. non recipi, verbo, excidat*, & optima gloſſ. *in cap. quoad conſultationem, de ſentent. & re jud.*

13 quæ inter modos, quibus excedere dicitur executor, formam mandati, hunc malæ interpretationis ſententiæ numerat. Ita etiam illam pariter intelligunt, & clarè Petrus de Ferrara *in ſua pract. in forma execut. ſententiæ diffi. in verbo, publico, n.* 11. *verſ. ſed pone quod talis executor, fol. mihi* 283. *in poſtremi impreſſione*, & per Petr. Jacobi, *in rubrica de actio. in factum ex re judic.* 9. *modus autem executionis, col.* 4. *in ſuprà praxi*, & poſt alios ita intelligit Rebuff. *in conſt. Gall. tom.* 1. *tit. de ſententiar. execut. art.* 7. *gloſſ* 15. *n* 8. & idem licèt promiſcuè, & aliquatenus confusè, Eſcacia *de appell. q.* 7. *lim* 10 *n.* 52.

Nec huic obſtant verba *dictæ l. ab executore*, quæ ſequuntur, *ibi*, ſi tamen is poteſtatem interpretandi habuit, velut præſes provinciæ, aut procurator Cæſaris; 14
&c. quæ videntur reduci ad judicem ordinarium interpretantem, cui multipliciter reſpondetur, quòd cùm *lex a principio* loquatur de executore, de eo debet intelligi, qui executor, ejuſque poteſtas regulatur à poteſtate ſui ſuperioris eum mandantis, & quoad executionem coæqualis ſit poteſtas, & unámquemque juriſdictio, cùm illum repræſentet, *l.* 1. *§. qui mandatam, ff. de off. ejus cui man. eſt jur.* bene B. *in d. l. ab executore, n.* 12. Petrus de Ferrara *in praxi, in form. libell. in actio. reali, verb. & expenſ. ſub numero* 17. & quòd poteſtas delegati reguletur à poteſtate delegantis, latè diximus ſuprà hac 4. *part. cap.* 6. *per totum*, & cùm non omnes judices ordinarii poſſunt ſuam ſententiam interpretari, ut per gloſſ. B. & Doctores *in d. l. ab executore*, ideo addit text. illa verba prædicta, ac ſi dixiſſet, dummodo miſſus ſit executor ab eo, qui poteſtatem 15
habet interpretandi, *&c.* hoc eſt, à Præſide Provinciæ, quia tunc velut ipſe habet poteſtatem, hoc eſt, ac ſi ipſe fuiſſet (ut dictum eſt.) Hanc interpretationem ſequitur etiam gloſ. *in l. ſi ut proponis, verbo, executor, Cod. de executione rei judic.* maximè, quia executor 16
mixtus (de quo hucuſque ſemper loquor, non de mero) recipit merum imperium, prout eſt communicare, ut poſt alios latè Navarr. *in repeti, cap. cùm contingat, corolla. 6. verſic. ſextò infertur, & in 4. nullitatis cauſa, per totam.*

E inſuper, quia *d. l. ab executore*, loquitur de execu- 17
tore, & executor dicitur non qui ordinaria poteſtate, ſed delegata, aliquid exequitur, *l. ut ſi proponis*, & ibi gloſſ. *verbo, executor*, & hæc eſt juris, & univerſi vulgi 18
ſignificatio, ut non ordinarius, ſed delegatus ad exequendum dicatur, & ita ſecundùm vulgarem modum loquendi *d. l. ab execut.* intelligenda eſt *l. cum de laminu. §. aſinam, ff. de fundo inſtruct. l.* 1. *de flumi.* optim. text. *in i. Labeo*, & ibi notat B. *ff. de ſupel. leg. l. libr. §. quod autem Caſſius, ff. de leg.* 3. & ibi B. text. juncta gloſ. *in c. unico, de injuriis lib.* 6. text. *in cap. unico, §. porro, de ſtatu reg. eod. lib. c. ex literis* 1. & ibi Doctores *de ſponſ.* text. *in cap. majores, circa medium, de baptiſmo*; latiſſimè multa congerit Everar. *in l. lega. loco* 7. dicens poſt alios 19
quod interpretatione legis, & cujuſcumque diſpoſitionis, etiam divinæ, communis uſus loquendi prævalere propriæ ſignificationi.

Et facit, quia cùm gloſſæ & Doctores ſuperiùs citati dicant, admittendam eſſe appellationem ab executore, perperam interpretante ſententiam, quia excedit, intelligi debent de delegato, & non ordinario, ſi creditmus Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* 2. *p* §. 3. *num.* 9. dicens exceſſum cadere in delegato, non in ordinario de quo vide quæ latè diximus hac 4 *part. cap* 3. *à n.* 105. & quòd executor, qui exequenda ſententia committitur, poſſit facere declarationem interpretativam, ex ſequentibus clarè apparebit.

Pro cujus rei majori declaratione breviſſimè eſt 20
ſciendum, interpretationem generaliter ſumptam, in quinque ſpecies poſſe diſtingui, nempe, alia eſt interpretatio declarativa, alia intellectiva, alia correctiva, alia extenſiva, alia reſtrictiva, de quorum ſingula natura, & effectu latè proſequitur Mantica *in tract. tit. de ambig. convent. lib.* 1. *tit* 16. *per tot.* Joan. Petrus Ferrarien. autem *in ſua praxi, in forma executionem ſententiæ diffini. verbo, publico nuntio, n.* 12. *fol. mihi* 284. *in novissimi impreſſione*, interpretationem ad tres duntaxat ſpecies 21
reducit, nempe, correctivam, extenſivam, & verbi

orationis

orationis congruam expositionem, & declarationem. Quam divisionem in proposito etiam sequitur post alios Aviles *in cap. prætor. in proœmio sub n.* 19. & has
22 etiam adhuc ad duo tantùm reducit capita Everar. *in locis leg. in loco* 35. *à ratione legis largâ, ampla*, &c. *versic. uno modo propriè*, dicens, quòd iste terminus (interpretatio) sumitur duobus modis, uno modò propriè secundùm ejus propriam significationem, & tunc interpretatio idem est, quod congrua verbi, vel orationis, declaratio, seu expositio, alio verò modo capitur large, pro interpretatione correctiva, restrictiva, seu extensiva, qui omnes in comprobationem aliqua adducunt videnda, quæ omitto.

23 Hæc supposito, dicunt Ferrar. & Avil. *ubi proximè*, post alios Doctores, quod interpretationem correctivam alius quàm Princeps facere non potest, extensivam autem non potest facere judex, nisi eodem die
24 circa accessoria, ut expensas, & similiter, & tunc eodem die non aliter juxta *l. Paul. ff. de re jud.*

25 Interpretationem autem propriè sumptam, & secundùm ejus veram significationem, quæ versatur & est congrua verbi, & orationis, declaratio, & expositio, quemlibet posse judicem facere; probant prædicti Doctores; & quòd executor mixtus, cui rerum judica-
26 tarum executio committitur, possit facere hujusmodi declarationem interpretativam, non alterantem, condemnationem præcedentem sententiæ universalis, & generalis, tenent in terminis optima Rotæ decisio 100. *ex novem part. 1. diverf.* mirabiliter Grattan. *in discept. forens. tom. 1. c. 333. per totum à princ.* Sigismund. Efcac. *tract. de appel. quæst. 17. lim. 10. n. 55.* & alii, quos longa manu congessimus, ubi de materia suprà *hac 4 part. cap. 10. de liquidatione num. 7. & seq. versic. quo ita*
27 *cognito. & à princ.* reddentes rationem, quia non facit executor hoc casu novum aliquod gravamen, cui convenit quod dicit Cardin. *in clement. fin. in princ. q. 5. in fin. verf. regulariter tamen de pœnit. & remiss.* Felin. *in cap. non potest. verf. & ideo pulchra, de re judic.* Anton. Gabriel Roman. *commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. concl. 3. n. 42.* & prædictam eandem rationem reddunt etiam Petrus Ferrar. & Aviles cum aliis *ubi proximè*, ut per hanc declarationem interpretativam
28 nihil novi inducitur, sed quod obscurum est, & coopertum detegitur, & illaminatur, per text. *in l. hæredes palam §. sed si notam, ff. de testam.* sed in proposito mirabilis est text. *in l. adeò. §. cum quis alienæ, ff. de acquirendo rerum dom.* ibi, qui excutit spicas non novam speciem facit, sed eam, quæ est detegit.

29 Et generaliter hæc est qualitas, & natura hujus declarationis interpretativæ, ut nihil novum inducat, nec declarans nullum actum de novo disponat; sed factum præexistentem, & præteritum ostendit, *l. à se toto, ff. de hæredit. institut. l. unum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. 2. clem. 1. de jure patr. d. l. hæredes palam, sed si notam, d. l. adeò, §. cum quis*, B. *l. ab executore n. 7. versiculo quandoque interpretatio ponitur. ff. de appellat.* Bald. *in l. cum testam. in fin. l. de manumiss. testam.* Decius *in l. edita num. 47. C. de edendo.* Imol. *in d. l. hæredes palàm d. §. sed & si notam, in 2. nota.* & ibi Paulus Castrens. *in princ. versiculo quid autem.* Roman. *versic. notâ ulterius*, & ibi Aret *in §. si quid 1. nota.* Bald. *in l. versiculo quæro quod testes C. de codicillis.* Fulgos. *consil. 147. versiculo ad secundum.* Roman. *in l. 1. §. si quis simpliciter ff. de verbor. obligat.* Salicet. *in l. leg. & constitut. oppost. 1. C. de leg.* Roman. *cons. 482.* Dominis *in proœmio sexti in fin. princip. verf. nota optimum text.* Card. *in cap fin. versic. si verò disponit de constit.* Imol. *in clement. 1. verf. glossa cecidisse, de sequestratio poss. & fructuum.* Fedel. de Senis *consil. 112.* Iss. *in l. non dubium nota 6. C. de leg.* Socin. *cons. 214. verf. sed huic objectioni*, Barbos. *cons. 18. verf. ecce autem vol. 1.* Felin. *in cap. super quæst. de offi. delegat. & in cap. qualiter, & quando ei 1.*

versic. & pro ist. fallentia, de accusat. & in cap. non potest. versic. facit gloss. singularis de re jud. Decius *in l. edita n. 47. Cod. de edendo, & in l. 1. Cod. de impuber.* Hippolyt. de Marsill. *in l. 1. §. si quis ultrò, verf. ulterius scies, ff. de q. Purpur. in l. 1. n. 38. ff. si cert. pet.* Rebuff. *in l. quod jussit in 2. nota. n. 154. ff. de re jud.* Brunus *in tract. de jur. in tit. quas res personas, & quot casus*, &c. *verf. ubi autem tractemus, & verf. interdum dispositio.* Anton. Gabriel. *commun. concl. tit. de regul. jur. concl. 3. à num. 1.* qui etiam *à n. 9.* allerit, quòd declaratio in-
30 actui declarato, ad id o quòd declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis, quæ declaratur, qui in comprobationem multos adducit Doctores, &
31 doctrinas videndas. Mantic. *in tract. de contract. lib. 1. tit. 16. n. 7. tom. 1.* & declaratio adeò inhæret dispositioni, ut censeatur emanasse cum illa eodem tempore
32 Petrus Surd. *decisione 21. per totam.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 147. n. 2.*

33 Et ex hoc fonte fluit, quòd ille, qui post aliquem terminum non potest aliquid facere, potest tamen factum declarare, Bal. *in d. §. sed si notam, verf. item est argumentum & in l. tres denuntiationes in fin. C. quomodo & quando judex. & in l. 1. §. hujus studii, verf. & est argumentum, ff. de justitia & jur.* Domini *in proœmio 6. decretal in fin. prin. versiculo & non optimum text. & in cap. cognoscamus in fin. verf. & nota incidenter 34. d.* Archidiac. *in cap. 1. verf. eadem gloss. 13. q. 1.* Joan. Andr. *in addit. ad Specular. in titulo de testib. §. nunc videndum versic. hoc etiam nota, & in reg. in generalis verf. ultimò quæritur de regul. jur. in 6.* Alex. *in l. edita versic. circa primum conclud. Cod. de edendo.* Salicet. *in l. qui fun. versic. & faciunt prædicta, ff. de contrahend. empt.* Barba. *consil. 18. versiculo ecce nunc, volum.* Anton. de Bu. *in cap. licet causam verf. ex iis deciditur de probat.* Afflict. *in constitut. super rubricam de except. dilat. n. 7.* Felin. *in cap. 2. versic. item fallentia de libel. obligat. & in cap. qualiter & quando verf. adde etiam hic de accusat. & in cap. pastoralis versiculo declarari potest. de except. & in cap. super quæst de offic. deleg.* Ruin. *cons. 189. versic. quinto prædicta confirmantur, volum. 1.* Rebuf. *in l. quod jussit 2. nota num. 164. & num. 158. de re jud.* Petrus Surd. latè *decisione 21. per tot.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 147. n. 2.* Anton. Gabriel. *commun. conclus. lib. 6. tit. de regul. jur. concl. 3. num. 6.* qui *n. 8.*
34 declarat, quando actus, qui declaratur, erat validus, secus si fuisset nullus.

35 Et isthæc declaratio interpretativa debet esse congrua, & tunc talis dicetur, quando verba eam patiuntur, & conveniunt secundùm propriam significationem Alexand. *in l. divort. versic. & primò quia. ff. solut. matrim.* Socin. *in l. postquam lit. in 1 nota. C. de pactis*, sentit Bald. *in l. nota 4. C. de legib.* B *in l. 1. C. de impub.* & aliis Iss. *in l. quamvis num. 1. eodem tit.* Bald. *in l. 1. eodem tit.* Petr. Ferrarien. *in practicar. in forma executionis sententiæ diffic. §. publico nuntio. sub n. 12.* Mantica *in tract. de contract. d. 1. lib. 1. tit. 16. n. 10.* qui *num. seq.*
36 inquit, quòd certitudo veriorum declarat certitudinem in intellectu post Baldum & Cravet. *consil. 4. n. 21.* ac verba præcisæ significationis non posse recipere
37 aliam interpretationem B *in l. 3. n. 2. C. de comminatis. vel epistol.* tametsi rationabiliter possint extendi, &
38 restringi, intra limites tamen significationis. Bart. post gloss. *in l. stipulatus sum. in princ.* & Iss. *num. 3. & 4. de verbor. obligation.* idem scribit Iss. *in l. liber homo in princ. num 2. eodem titulo.* Iss. *in l. omnes populi, ff. de instit. & jur. in 2. lectur. verf. non omitto tamen.* Purputa. *in l. edit. verf. & recipitur hujusmodi declarat. C. de edendo.*

39 Et dicitur declaratio interpretativa illa, quæ addit qualitatem demonstrativam, non autem, quæ alterat subjectum. Bal. *in l. hæredes palam d. §. & si notam. versiculo 3. nota.* & ibi Imol. *in §. si quis post versicul.*

item nota. & ibi Aret. *in 4 nota.* Ant. Gabriel. *commun. concluf. lib. 3. tit. de regul. jur. concluf. 3. num. 47.* & 48. & conducit quod ipfe dicit ibi *num. 61.* quòd hæc declaratio interpretativa fuftinetur, quando fit circa circunf-
40 tantias, fecus autem quando fieret circa fubftantiam actus, poft Angel. *in d. §. fi quis poft verficulo vel die quia imo,* & ibi Paul. Caftrenf. *verfic. nota ex prima parte,* & ibi Cuman. *octav. 1. ff. de teftam.* & clariùs dixit Anani. *conf. 84. verfic. & propterea licet.* Petrus de Anchar. *conf. 127. verf. non obftante, cap. novit.* Ill. *in l. Lucius verficulo tu ergo ultra ff. de vulgar. & in l. in teftam. verfic. 3. in contrarium facit, C. de teftam. milit. & conf. 46. verf. tertiò refpondetur, vol. 3.* Decius *in l. 1. verfic. & ad propofitum noftrum, in l. edicto, n. 49. C. de edendo.* Roma *conf. 45. per totum.* Bald. *conf. 94. fententia primo loco, lib. 4.* Cardin. Tufch. *practic. concluf. tom. 7. liter S. conclufione 123. num. 4. & num. 6.* qui in propofito bene
41 loquitur, qui omnes novum actum & novum gravamen vocant hoc interpretationis genus, exemplum reddens Tufchus poft alios, quando puræ fententiæ vult executor conditionem addere, quia cùm interpretatio declarativa, ut talis fit; non debet augere, nec minuere fubftantiam fententiæ, nec eam alterare ultra idem, quod fub verbi dubiis, aut juris intellectu continetur.

42 Quæ doctrina optimè declaratur ex decifione Rotæ 100. *ex novem part. 1. diverf.* Gratian. *difcepta foren. tom. 1. cap. 533.* Efcacia *de appell. quæft. 17. limit. 10. n. 55.* & alii adducti hoc *lib. 4. cap. 10. poft prim. à num. 10. & fuprà,* & plurima, ne dicam infinita, exempla hujus declarationis interpretativæ factæ per executorem, fecundum naturam, & fignificationem verborum, & circa alia ufque ad refectionem, invenies in omnibus capitibus præcedentibus, præcipuè *cap 9. 10. & 11.* quæ videre poteris, quoniam ego non repeto. Et hanc declarationem interpretativam, circa dubia fententiæ, quæ exequenda commit itur tribunalium fuperiorum executori, quotidie facere videmus abfque exceffus reatu, affefforéfque fuper illis dubiis declarant, & urget ratio, nam omnia cenfentur fibi commiffa, quæ ad expeditionem, & executionem funt neceffaria, & cùm
43 principale committitur, cur non videtur commiffa hæc declaratio interpretativa, quemadmodum videmus in fortiori cafu, prout eft in hærede, in quem non tranfire facultatem declarandi, diximus fuprà *ad prin.* & tamen quando facultas declarandi venit accefforiè ad contractum, qui ad hæredem tranfit, tunc ficuti tranfit con-
44 tractus, tranfit etiam facultas declarandi. Ita Abbas, *conf. 80. verf. circa fecundum vol. 2.* & pro limitatione ita fcripfit Anton. Gabriel. *commun. concluf. lib. 6. tit. de regul. jur. concluf. 3. num. 79.* & fic dicendum venit, ut à
45 juffa & legitima interpretatione facta per executorem fecundùm ea, quæ dicta funt, appellationi emiffæ non effe deferendum, tanquam nec ab ipfa executione, cui declaratio interpretativa inèft, ut in terminis docet d. Rotæ decifio 100. Gratian. & Efcacia *ubi proximè,* & nos latè *in d. cap. 10.* circa liquidationem *à num. 10. & fuprà,* ubi latè & expreffè probatur à contrario fenfu *in d. l. ab executore, ff. de appellat.* & Doctoribus confeftim citandis.

46 Interpretationem autem extraneam, & remotam à fenfu, & fignificatione verborum, tanquam incongruam, & minimè verbis fententiæ & rei, de qua agitur convenientem, facere executorem non patitur, Angel. *in l. fi quis intentione ambiguâ, ff de judiciis, verfic. ult. fcias.* B. *in d. l. ab executore, verf. item fi verba, col. 2.* Felin. *in cap. qualiter & quando verf. fecundò limita.* & ideo *in cap. 2. verf. hanc fallentiam limita de libel. oblat.* Imol. & Angel. de Aret. *in d. l. ab executore,* Bal. *in ea quæ C. communia. epifcol. & in l. voluntatis col. ultim. verficul. quæro fi ftatutum, Cod. de fideicommiff.* Angel. *in leg. fi quis inventio. column. ultim. verf. ultim. fcias, ff. de jud.* Imol. *conful. 22. in cafu propofito. col. 2. verf. nec obftat prædictis lib. 2.* Domini. *in cap. licèt verf. præmiffa nota 3. de teftam.* Paul. Caftrenf. *conf 438. quia exceptiones col 2. lib. 1* Francif. Aret. *in l. 5. §. ftipulatio col. 1 verfic. fed hanc rationem ff. de verbor. obligat.* Ill. *in l. quidquid adftringendæ, col. 2. nota 3.* per illum text *ff. de verbor. oblig.* Francifc. Purpur. *in l. edita col. 18. & col. 100. Cod. de edendo,* & ibi Aret. Alexan. *in l. divortio col. 4. verf. item dictum, ff. foluto matrim. & conf. 18. vifis & accuratè ponderatis, col. pen. verf. non obftat quod magis fenfus lib. 1. & conf. 56. vifo proceffu, col. 4. verf. nec etiam poteft dici, lib. 2.* Socin. *in l. naturaliter, §. nihil commuter, col 7. verf. fed tu confidera. ff. de acquir. poff.* Barba. *conf. 38. præclare fcripfit, col 12. verf. & fi quifpiam dixerit, lib. 2.* Steph. Bertran. *conf. 269. vifo proceffu, n. 4. lib. 5.* Philip. Decius *in l. ambiguus, ff. de reg. jur.* Ludovic. Bologn. *in tract. de in dulg. col. 17. n. 83.* Bald. *in l. fi ut proponis, verfic. & modo quæro, C. de execution. rei jud.* Rebuff. *in l. quod juffit, nota 2. n. 166.* Anton. Gabriel. *comm. concl. lib 6. tit. de reg. jur. concl. 3 n. 87.* Tiraquel. *in l. fi unquam, verb. libertis, n. 13.* Petr. Ferrarienf. *in praxi, in forma exequt. fententiæ d. ffi. verbo, publicato nunt. n. 12. in fin. & feqq.* Avilef. *in cap. prætor. in proœmio, verbo, ordenaçaõ fub n. 19. verf. & hoc nifi velit facere.*

Quia declaratio interpretativa debet fieri non peri- 47
mendo, fed exponendo, quæ dicta funt ut probat text. *in cap. cum dilecti, de accufat.* quem ad hoc notat, & commendat Bald. *in fua Margarita in verbo, interpret. & in l. 1. in fin. C. de liber. præterit. & in l. fin. de interpretat. in prin. ff. de legib.* ubi ex eodem text. docet, inter- 48
pretationem debere effe verifimilem, & poft alios Tiraquel. *ubi proximè n. 14.* qui *n. præcedenti,* inquit, quòd ubi de fignificatione vocabuli tractatur, non eft 49
recurrendum ad arbitrium judicis.

Quibus adde, ut hæc declaratio interpretativa debet 50
fieri, circa ea, quæ continentur in verbis fententiæ, aliàs fi fiat extra limites verborum in ea contentorum, ita ut declaratio concernat præjudicium tertii, non dicetur declaratio interpretativa, fed nova difpofitio juftiffimè vocaretur. Paul. Caftrenf. *in l. hæredes palam §. fi quis poft verf. mutatis & in Papa, ff de teftam. & in conf. 338. verf. ex prædictis patet. vol. 1.* Felin. *in cap. cum olim, verf. & adduci poteft de se judic.* Sarner. *in reg. de non tollen. jur. quæft. q 13. verf. fed advertendum.* Anton. Gabriel. *ubi fupra, d. concl. 3. n. 62.* faciunt quæ Tiraquell. poft alios ab eo citatos *in repet. l. fi unquam, verbo, liberis, n. 14. de revocand. donat.*

Quare merito ab executore perperam interpretante 51
fententiam velut excedente, appellationi emiffæ omnimodo effe deferendum, quia tunc modum exequendi excedere dicitur, probat text. *in d. l. ab executore ff. de appellat.* gloffa *in l. ab executione, verbo, excedat, Cod. quorum appellat. non recip.* gloff. optima *in cap. quoad confultat. verbo, excedatur, de fent. & re judic.* Bar. *id d. l. ab executione in fin. num 6.* Salicet. *in l. fin. n. 1. in fin. C. quando provocare non eft neceffe,* & poft Felin. *in cap. fuper quæft. in prin. colum. 2. de offic. deleg.* tenet Simon de Prætis *in tract. de interpret. ultimar. volunt. volum. ult. lib. 1. interpretat. 1. dub. 3. col. 12. numero 11. fol. 40.* Gregor. Tholof. *in tract. de appellat lib. 2. cap. 11. fub num. 1.* Efcacia, *in tract. de appellat. quæftione 17. limit. 10. n. 52.* Petr. de Ferra, *in prax. in form. execut. fententiæ definitivæ, verb. publicato nuntio, num. 10. fol. mihi 283. in notori.* Petr. Jacobi *in praxi, rubrica de actione in fubl. ex re judicata, §. modus autem executionis, col. 4.* Rebuff. *in comment. tom. 1. tit. de fentent. execut. articul. 7. gloff. 14 n. 8* optim. Rotæ decifio 100. *ex novem part. 1. diverf. per totam.* Gratian. *in difcept. forenf. tom. 1. cap. 533. per totum,* & hujus doctrinæ reddit varia exempla Ferrarienf. quando fententia fcilicet loquitur 52
de florenis fimpliciter, & executor vult interpretari

de

dè ducatis, cùm debeat intelligi de florenis monetæ currentis, in quo insistit condemnatus. Rebuff. autem exemplificat in condemnato ad decem libras, & exe-
53 cutor interpretatur de Parisiensibus, Sigismund. Escac. fingit casum in eo, qui Tholosæ fuit condemnatus ad solvendum decem aureos, & executor interpretatur de aureis Solis, quia est mala interpretatio, cum de
54 consuetudine intelligatur de aureis parvis æstimatis 27. solidis Turonensibus, cumdimidio, &c. aliis & similibus modis exemplificat B. *in dict. l. ab executione sub n.6. & sub num.15. C. quorum appellationes non recip.*
55 & similiter potest poni casus in eo, qui fuit condemnatus ad beneficii restitutionem, & executor interpretatur
56 in distributionibus quotidianis, oblationibus, & aliis obventionibus incertis. Item in condemnato ad fructus perceptos, & interpretatur executor ad fructus, qui percipi potuerunt, item in condemnato in expensis executor interpretatur etiam de personalibus ex-
57 pensis, vel quando isto casu voluerit etiam declarare, & intelligere damna, & alia exempla, de quibus latè suprà hac 4. *part. cap.*10. *vers. & hujus doctrinæ n.*37. *cum seqq.* & infinita invenies in discursu totius hujus tertiæ partis per singula capita.

58 Quemadmodum autem interpretationis iniquitas detegatur, & probetur, tunc tractemus, generaliter ex actis gestis omnem excessum per executorem illatum, esse probandum, latè probavimus suprà hac 4. *part. c.*3. *à n.*163. ubi vide, & in specie individualiter ita probandum esse iniquitatem executoris interpretantis, scilicet ex circunstantiis, hoc est, ex his quæ acta sunt in principali causa, rei natura, & qualitate attenta, docet B. *in l. ab executore num.*15. *versic. venio ad tertiam partem*, quem referens etiam sequitur Petr. Ioan. Ferrarien. *in pract. tit. de form. executio sentent. diffinit. versiculo publico nuntio, sub num.*14. *versic. diceret aliquis qualiter detegetur in hac appellatione iniquitas interpretantis*, &c. *fol.*284. *in novioribus*, plura reddentes exempla iis in locis.

59 Quod corroboratur ex eo, quod suprà diximus ad *princ. hujus capitis, versiculo aut agimus & loquimur.* &c. *num.*8. post Bart. Imol. Alex. Ang. Barba Nicell. Felin. Rebuff. *in l. quod jussit* 2. *nota num.*165. *ff. de re jud.* Anton. Gabriel. *com. concl. lib* 6. *de reg. jur. conclusione* 3. *n.*85. Aviles *in cap. prætor. verbo, ordenanças in proœmio à num.*19. Marquef *de commiss.* 1. *part. cap.*3. *sub n.*43. & alios ibi citatos, quòd illa tantùm permittitur executori interpretatio, quæ facienda est ex verisimilibus conjecturis, ex actis & deductis in processu, juris regulis, dispositione, & interpretatione attentis, ac insuper verborum significatione, & rei natura ex supradictis.

60 Juris enim interpretatio tantum valet, quantum propria verborum significatio, quod enim per legis interpretationem, ex verbis, vel ratione concipi potest, perinde habetur, ac si esset expressum, *l. nominis, & rei*, §. *verbum ex legib. ff. verbo. signif. l scire oportet*, §. *aliud, ff. de accusat. tutor. leg. non dubium C. de leg.* Bald *in l.*3. §. *quid si, ff. de negotiis gestis, & in l. eos in princ. n.*16. *C. de appell.* Mantic. *in tract. de contractib. lib.*1. *tit.*16. *n.*12.
61 & hujusmodi interpretatio sub intellectione, juris intellectiva dicitur, non extensiva, Bal. post glossam *in l. quamvis, in princ. & in l. ea quæ col. pen. vers.*11. *quæro. Cod. de conditione indebit. & in l. Gallus*, §. *quid si is nota* 4. *de liber. & posth.* & ibi Aret. *n.*1. Curtius senior *conf.*80. *n.*2. Ill. *in d l. quamvis n.*6. *&* 7. *& in auth. quas actiones n.*17. *& infra, C. de sacrosanct. Eccles. & in l in eum n.*3. *&* 4. *ff. de in jus vocan.* Decius *consil.*284. *col.*2. *vers. cum ista ratio, & consil.*372 *n.*5. Rip. *in l fin. n.*143. *& seqq. C. de revocand. donat.* Alex. *conf.*2, *n.*15. *lib.*9. Ang. *conf.*321. *n*3. Mant. *ubi proximè.*

62 Hinc est, quòd sententia debet intelligi prout de jure ferri debuerat, debérque reduci ad sensum juris, ac juxta illud interpretari. Judicis namque sententia talis in dubio esse intelligitur, qualis de jure esse debuit, latè Borgn. Cavalca. *decis.*37 *n.*53 *& decis.*26. *num.*74. *part.*2. Cæpol. *consil.*64. *num.*4. *tom.*1. Petr. Surdus *decis.*69. *num.*8. post B. *& decis.*93. *num.*26. Seraphin. *decis.*984. *num.*2. *t.*1. quia verba judicis debent intelli- 63
gi secundùm mentem juris. Aymon. Craveta *cons.*74. *num.*9. *l. miles* §. *judicati*, ubi Castrens. *ff. de re jud.* B. *in* 64
l. si fund. §. *in vendic. vers. nota, ff. de pignoribus.* Cæpola *cons.*57. *duo fratres, n.*5. *in consiliis civilibus.* Alexand. *conf.*46. *circa primum, n.*2. *lib.*5. Castren. *conf.*270. *n.*2. *lib.*2. Alex. *conf*46. *circa princ. col.*1. *lib.*5. Socin. *conf.*134. *visa petitione, col.*3. *in princ.* Menoch *conf.*110. *à n.*31. *& seqq.* Castren. *consil.*220. *viso puncto supradicto, col.*1. *lib.*2. Card. Tusch. *practicar. conclus. tom.*7. *lit. S. concl.*126. *num.*8. *num* 12. *n.*13. 15. 25. *&* 27. & ideo in
sententia veniunt ea, quæ legis dispositione, aut præ- 65
sumptione inesse dicuntur, Matthæus de Afflict. *in decis.*315. Decius *in l. jus nostrum ff. de regul. jur.* B. & Doctores *in l. Julian ff. de condict indebit.* Curtius senior *conf.*74. Castrens. *in l.*1. *C. si plures sunt à sententia.* Soc. *conf.*273. *col.*3. *lib.*2 Cuman. *consil.*53. Menoch. *de arbit. casu*69. Card. Tusc. *in d. concl.*126. *n.*113. *ubi n* 27. etiam asserit, quòd verba sententiæ sunt civiliter intelligenda. Rom. *consil* 321. *num.*4. Alexan. *consil.*2. *num.*2. *lib.*2. *& conf.*46. *num* 3. *lib.*5.

Ideo sententia debet interpretari, ut non contineat 66
injustitiam, quia mens judicis non præsumitur velle facere injustitiam, & contra juris dispositionem. Bald. *consil.*56. *factum tale est, n.*3. *vers. iis præmissis, lib.*4. Fulgos. *consil.*158. *Domina Grabolina n.*2. *&* 3. Cravet. *conf.*45. *n.*5. Paul. Castren. *conf.*270. *viso puncto, in princ. lib.*2. Oldral. *consil.*66. *an ex delicto.* Socin. *consil.*302. *col.*4. *lib.*2. Dec. *consil.*282. *col.*2. *& infrà n.*25. *& seqq.* Socin. *conf.*134. *visa petitione, col.*3. *in prin lib.*1. Aymon. Cravet. *conf.*188. Felin. *in cap. significaverunt de except. col.*8. *vers. demum circa.* Bal. *in l.*1. *C. de negotiis gest.* Dec. *conf.*43. *col fin.* Bal. *conf.*218. *col.*1. *lib.*3. Matesila *sing.*20. Cravet. *consil.*186. *à n.*14. qui multa congerit in pro- 67
posito. Imò à contrario interpretatio facienda est, ut sententia justa appareat, cùm justa præsumatur, Paris. *conf.*111. *col.*2. *lib.*1. Anchar *conf.*180. *visa col.*2. Aretin. *conf.*106. *col. penult. in* 3. *dub.* Menoch. *d. conf.*110. *n.*6. *lib.*2. Abb. *in cap. ex literis*, per illum text. *n.*6. *de pign.* Soc. *conf.*2. *quoniam plenissimè n.*2. *lib.*4. Castrens. *conf.*30. *si quæritur col. fin. lib.*1. *& consil.*136. *visis col. penult. in fin. lib.*1. & debet sumi illa interpretatio, quæ potius validet sententiam, latè post plurimos Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.*7. *lit. S. concl.*126. *n.*20. *&* 24.

Pariter etiam sententiæ dubiæ interpretatio sumitur 68
ex actis, probationibus, & processu, cùm præsumatur lata ex causa, quæ ex actis apparet, & in eis fuit adducta, *l.*3. *de sent. quæ sine cert. quantitate.* Alexand. *conf.*12. *attentis narratis, n.*3. *&* 4. *lib.*7. Paris. *in cap. adversar. colum. penult. in fin. de except.* Zabar. *consil.*72. B. *in l. Julian. n.*4. *de condit. indebit. & in l. ait prætor.* §. *si judex, ff. de re jud.* Corneus *consil.*126. *per totum l. b.*4. Cravet. *consil.*23. *n.*2. Bal. *in l. si servus plurium*, § *si minor ff. de leg.*1. ubi latè Alex. glos. *in l. si quis ad exhiben. ff. de execut. rei. jud.* Ill. *conf.*98. *accedo, col. fin. lib.*1. Corneus *conf.*10. *col.*3. *lib.*2. Socin. *conf.*181. *n.*79. *lib.*2. Signorol. *conf.*103. *n.*4. Natta *conf.*463. *n.*8. Menoch. *conf.*110. *n.*48. *lib.*2. Alex. *conf.*182. *in causa & lite in princ. lib.*6.

Et quòd sententia dubia, & obscura declaretur, & 69
interpretetur per acta, quia acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententia ex mente actorum aperitur, & declaratur, tradunt Bal. & Alex *in l ex morte ff. ad l. Aquil.* Felin. *in cap. adversario tuo, num.*3. *vers. cognoscitur autem ex actis*, ubi late *de except.* Ang. *de malef. verb. ad querel. n.*85. *in fin. vers. si verò est lata simpliciter*, & ibi Augustin. *n addition. num.*88. *in fin. 2 e. s. cujus opinionem*, & ante hos Syn. *in l.*1. *n*9. *C quando civilis*

actio criminalis præjudicet, & ibi etiam Alberi. *num.*7. *verſ. quid in dubio*. Salicet. *colum. in fin. num.*10. *verſ. aut dubitatur*. Foller. *in pract. crim. canon. cap.*31. *n.*11. Card. Zabarel. *in cap de his col.* 2. *in prin. n* 4. *verſ. quid in dubio*, & ibi Felin. *n.*8. & Mari *n.*32. *verſ. nec obſtat. el.* 2. *de accuſat.* optimè Proſper. Farin. *pract. crimin. tom.*1. *quæſt.*4 *n.*28 ubi plures allegat,& Caſtr.& B.poſt gloſſam *in l. ſi quis ad exhibendum*, *ff. de excep. rei jud.* Bal. *in cap. cum ſuper in fin. de cauſ. & propr.* idem Bal. & Batt. *in l.*1. *C. ſi plures una ſentent.* Corneus *conſ.*10. *col.*3. *lib.*2. Soçin. *conſil.* 181. *n.*79. *lib.*2. Alex. *in l.is apud quem col. penult. C. de edendo.* Curtius junior *conſ.*179. *poſt prin.* Alexan. *conſil.*93. *repet. n.*3. *verſ. reſpondeo quod ſententia*, *lib.*6. latè Card. Tuſch. *ubi ſup. concl.*124 *n.*10. *& concl.*125. *per tot. & concl.*126. *à n.*38. *cum ſeqq.* Seraph. *deciſ* 354. *n.*18. *tom.*1.

70 Quò pertinet, quòd ſententia præſumitur lata ex cauſa deducta in libello,& petitione,& ſecundùm eam in dubio debet declarari, & interpretari gloſſ. *in leg. hæ enim cauſæ de ſuſpect. tut. & in d.l. ſi quis ad exhibendum*, gl. nota *in l. & puto*, §. 1. *ff. famil. herciſ.* Bal. *in l.* 1. *Cod. de errore calcul.* & poſt Baldum Novell. ita tenet Phan. *in tract. de lucro dotis in rube. n.*29. *fol.*26. *in parvis.* Caſtrenſ. *conſil.*270 *l.* 2. Alex. *conſil.*49. *n.*8. *lib.*7. Aymon. Cravet. *conſil.*186. *n.*5. Socin. jun. *conſil.*181. *a.*7. *lib.*2. Joan. Faber. *in* §. *jurato*, *n.*13 ubi Iſſ. *n.*35 *inſtitut. de actio.* Bal. *conſil.*51. *per tot. lib* 5. Eſcobar *in tract. de ratiocinijs*, latè poſt alios *cap.*18. *n.*23. *&* 24. Card. Tuſch. *d. concl.*126. *num.*22. 36. *&* 50. Menoch. *conſ.*110. *num* 4. *lib.*2. & quòd ſententia recipit declarationem à libello. Seraph. *deciſ.*640. *n.*2. *tom.*1.

71 Et ex iis pendet ſolvenda utilis, & practicabilis quæſtio, & difficultas, an agens interdicto uti poſſidetis, in quo judicio reus fuit abſolutus, poſtmodum lata ſententia, incipit reus actorem moleſtare: an actor poſſit iterum hoc interdicto agere, contra reum ſemel abſolutum, fundatus in eo, quòd de novo fuerit turbatus, an ei obſtet executio rei judicatæ abſolutoriæ, oppoſita à reo. In qua difficultate videtur dicendum illi non obſtare, quoniam nova hæc turbatio debet eſſe cauſa hujus interdicti proponendi, arg. text. *in l. procurator ad exhibendum*, *ff. rem ratam haberi*, text. *in l. ſi*
72 *quis ad exhibendum*, *& in l. ſed & ſi poſtea*, *ff. de noxa.* quibus probatur, quòd ex nova poſſeſſione ſuperveniente, datur rei vindicatio contra ſemel abſolutum.

73 Sed pro contraria parte, imò quòd prædicta exceptio rei judic. obſtet, urget, quòd hoc poſſeſſorium uti poſſidetis, remedium actori competit ratione poſſeſſionis, & hæc præſumitur eadem, & continuata, quare cùm detur rei identitas, cauſæ,& perſonarum, debet rei judicatæ agenti obſtare exceptio, *l. cùm quæritur, cum l. ſeq. ff. de excep. rei jud.* Borgni. Cavale. *deciſ.*18. *n.*127. *p.*3. & alibi paſſim, *l. qui juraje*, §. *ſi. pater. ff. de jurejur.*

Cujus difficultatis ſolutio pendet ex iis, quæ hactenus ſint ſcripta, eſt etenim attendenda cauſa, ex qua abſolutus fuerit reus, quoniam ſi ex eo fuiſſet lata ſen-
74 tentia abſolutoria pro reo, qui non turbavit actorem quod eſt cauſa præciſa hujus interdicti, tunc rectè poteſt actor contra turbatorem de novo iterum agere, cui nec obſtabit exceptio rei judicatæ, quia non eſt eadem, ſed nova cauſa, hæc nova turbatio, orta poſt ſententiam, novum ex ea oritur agendi principium. Si autem ſententia fuiſſet lata pro ipſo reo ex defectu poſſeſſionis actoris, quare judex reum abſolvit, quia
75 ſibi defecit qualitatis juſtificatio, nempe poſſeſſionis omnimodo hoc judicio neceſſariæ, ut quia conſtitit poſſidere vi, clam, aut precario, à reo abſoluto; tunc actor non poterit iterum agere rei judicatæ exceptione illi obſtante: niſi forte dicat, agere ex nova poſſeſſione, vel ex nova cauſa, & qualitate, per quam prior cauſa, atque etiam prior qualitas poſſidendi mutata dici poſſit, argumento text. *in l.*3. §. *illud & in l. qui bona fide* §. 1. *ff. de acq. poſſ. & in l. non ſolùm* §. 1. *ff. de usucap. & in l.*2. §. *fin. ff. de usucap. pro emptore*, *& in l. penult. & fin. ff. ſi pars hæred pet. & in l. cùm nemo cum materia*, *C. de acquir. poſſ. & in l. fin. in prin. ff. de precar.* & hanc diſtinctionem ita docet Bald. *in cap. cùm ſuper*, *n.*8. *col.*2. *de cauſa poſſ. & propriè*, ſequitur Anton. Gom. *in l.*45. *Tauri*, *n.*147.

Quid autem, ubi nec ex ſententia, nec ex actis appa- 76
ret, ex qua cauſa lata fuiſſet abſolutoria ſententia, ſed eſt dubium, tunc eodem modo obſtare exceptionem rei judicatæ, dicit poſt Bald. ubi proximè, & alios, Anton. Gomez *in d. n.*177. *ad fin.* quia ſecundùm eos debet intelligi de omni cauſa, quæ probari incumbebat actori, & ad hos diſtinctionis terminos dicit reducendum,& intelligendum, quod aſſerit Faber. *in* §. *retinendæ. colum.*10. *num.*51. *inſtitut. de actio.* quod quidem & ex eo comprobatur, quoniam in dubio ſententia
77 debet interpretari, & declarari in favorem condemnati, contra quem lita eſt in eo quod minus ei noceat. Alexan. *conſil.*46. *circa princ. col.*5. Socin. *conſil.*134 *viſa col.*2. *lib.*1. Decius *conſil.*43. *col.*1. Alex. *conſil.*46. *viſis & accuratè n.*6. *lib.*1. *& conſil.*174. *opportunè*, *n.*2. *lib.*2. Decius *conſil.*43. *& pro tenui. num.*3. cum aliis per Cravet. *conſil.*44. Micha. Muthe. *num.*10. Ab. *conſ.*7. *in fin. lib.*1. Curtius junior *conſ.*17. *ad fin. & conſ.*74. *col.*6. *ad fin. & conſ.*153. *ad fin.* Aymon. Cravet. *conſ.*74 *in fin. & conſ.*188. *n.*2. Menoch. *conſ.*110. *n.*34 *&* 35 *lib.*2. Boſſ. *in praxi tit. de falſ. defenſ. n.*3. Cæpha. *conſ.*249. *à n.*18. *cum ſeqq.* & per eundem Paz *in tit. de tenut. 1. tom. c.*11.
*num.*20. imò in dubio contra eum, qui ſe fundat in 78
ſententia, facienda eſt interpretatio, prout & etiam in contractibus, optimè Menoch. *d. conſ.*110. *n.*36. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.*7. *littera S. concl.*126. *n.*53. & ſuprà latè *à n.*49. & iterum *n.*74 *&* 75. qui adhuc *n.*99. poſt plures, quos allegat: inquit, quòd qui ſe fundat in ſententia, debet habere rem claram, aliàs contra eum fit interpretatio.

Iis proxima eſt illa difficultas, quæ ſolvenda ſe- 79
offert, an abſolutoria ſententia in criminalibus generaliter lata qua ſententia non apparet, ex qua cauſa fuerit lata? an diffinitiva, an interlocutoria ab obſervatione judicii intelligatur, ut iterum poſſit reus inquiri & moleſtari pro eodem delicto. Pro cujus reſolutione ſupponuntur hactenus adductæ doctrinæ ut ſententia generalis, & dubia recipiat interpretationem, & declarationem ex actis. Ideo ſi ex eis apparet de non commiſſo 80
crimine, ſententia quoque intelligitur lata ob non commiſſum crimen, & conſequenter erit diffinitiva, at verò ſi ex actis non apparet de non commiſſo crimine, & ſic de accuſati innocentia, ſed dumtaxat conſtat, crimen non probatum, ſententia dicetur lata ob non probatum crimen, non autem ob non commiſſum, quia ita ex actis apparet & colligitur. Et tunc iſto ſecundo caſu dicendum eſt, ſecundùm magis communem, & obſervatam practicam: ut ſit lata ab obſervatione judicii, ut poſt alios, & longam indagationem dicit Proſper. Farinac. *in pract. crimin. tom.*1. *quæſt* 4 *ſub num.*28. afferens, quòd cùm hæc ſit communis praxis recepta (de qua nos ſtatim) ut abſolutio rei ob non probatum crimen debeat eſſe ab obſervatione judicii, & non diffinitiva: ita etiam judicem abſolvere voluiſſe præſu- 81
mendum eſſe, cùm omnis actus, & diſpoſitio etiam legalis à conſuetudine interpretationem recipiat, & cum ea judicis poteſtas ſe conformare præſumatur, *l. cum de conſuetud. in princip. ff. de leg. l. quod ſi noluit*. §. *quia aſſiduas*, *ff. de ædilitio edict.* B. *in l. ſemper in ſtipul. ff. de reg. jur.* Abb. *in cap. certificari*, *de ſepultur.* Felin. *in cap. ex literis*, *in* 7. *declaratione de fide inſtrumentor.* & alii per Cagnolum *in l. ſi quis major*, *num.*82. *C. de tranſaction. & in rubr. ff. ſi quis jus dicen. non obtemper.* n. 24. quibus adde quæ ſuperiùs latè diximus, *verſ. cui. quod corroboratur ex eo*, *à n.*59. ubi plurimos adduximus Doctores,
&

& per consequens hoc casu novis supervenientibus judiciis, potuit reus iterum de novo conveneri, & molestari.

82 Et quòd quando ob non probatum delictum reus sit absolvendus ab observatione judicii, & non diffinitivè, & quòd hæc sit communis & universalis praxis, & opinio magis communis atque recepta: duabus contrariis relatis per Covar. *lib. 1 var. cap. 1. post. n. 2. & per totum* testatur Prosper Farinac. *ubi proxime d. 4. à num. 17* ubi multa de materia.

83 Sed quid si penitus ex actis non appareat causa, ex qua fecit reus absolutus, tunc quamvis Doctores *in l. 1. C. quando civilis act. o criminali præjudicet*, videantur se inclinare, ut præsumatur lata ob non commissum delictum; tamen communis est opinio in contrarium, scilicet, ob non probatum, gloss. *in l. si quis ad exhibendum. ff. ad exceptio. rei judicatæ.* Bart. *in l. hoc. 2. §. edicto. num. 3. v. rpsum, aut dubitatur. ff. vi bonorum raptorum.* & ibi Angel. *num. 6.* Salicet. *in d. l. 1. post. num. 10.* Bald. *in l. 3. C. de sententi. quæ sine certa quantitate.* Lanfi. *in c. quoniam contra in verbo, interlocutoria. num. 43. de probat.* Anton. de Butr. *in cap. de his num. 4. column. 2. in princ.* ubi Zabatel. *n. 4* Felin. *num. 8. vers. quid sit simpliciter.* ubi de communi. Marian. *num. 32. & seqq. de accusatio.* Paris. *cons. 87. num. 3. lib. 3. & in repetit. l. admonend. num. 77. ff. de juris.* ubi etiam de communi. Angel. *de maleficiis. in verbo, ad quæstiones, n. 85. in fin. versicul. si verò non apparet.* & ibi Angust. *n. 88. ad fin.* Covar. *d. l. 1. var. cap. 1. num. 8* cum aliis relatis per Brunor. à Sole *in suis quæstion. leg. q. 17. num. 3.* Prosper Farinac. *d. q. 4. n. 28. vers. quòd si penitus.*

84 Et quid erit dicendum de sententia, qua quis condemnatus fuit in exilium, & non apparet ex ea, de quo censerit judex, an de voluntario, an de præciso. Hanc movet difficultatem Parla. *3. tom. q. 17 n. 6. & suprà post sesquicenturies*, quo loci probat, in dubio de præciso exilio, quam de voluntario sumendam esse interpretationem, & sententiam intelligendam, quem vide.

85 Ulterius quæri potest: an vir condemnatus per judicem Ecclesiasticum simpliciter ad præstandam uxori cautionem propter ejusdem viri sævitiam, & quòd aliter fieret divortium quoad totum, & mutuam cohabitationem, an si non præstet fidejussores, satisfaciet, si offerat nudam cautionem, vel etiam juratoriam, & an executor excedet si illum arctet ad fidejussores præstandos, etiam illos non reperire allegantem. Et quòd excedat executor, probatur, nam verba judicis debent

86 intelligi secundùm mentem juris, ut superiùs, à *numero 60.* altiùs probavimus, sed simplex cautio de jure,

7 dumtaxat intelligitur de verbali obligatione, juxta gloss. *in l. 2. sed si agant, in verbo, sola promissione, ff. de judiciis*: quamvis consuetudo obtinuit, ut requiratur etiam hypotheca, & bonorum obligatio, tenet Bart. *in l. prætoriæ. n. 2. ff. de prætoris stipulatio.* Socin. *cons. 120. cùm in præsenti consultatione, in 2 dub. colum. 3. n. 4. versic. sexto quia demum, l. 1.* quam ut magis communem servandam testantur Ill. *in l. 1. num. 26. colum. penult. ad medium, vers. circa dictat quinque sententias. ff. qui satisdare cogant. & in l. si prius, n. 52. de nov. oper. nunciat.* Padill. *in l. super poss. n. 22. cum seqq. de transactionib.* & pet. *l. 1. tit 7. p. 3.* tenet Quezada *in cap. 11. n. 1.* Socin. *regul. 53. versicul. fallit. 4.* Ceval. *in contra commun. tom. 1. q. 66. n. 1. & 2.* Gratian. *in discept. forens. tom. 1. cap. 147. n. 19. & 20.* ergo executor juris intellectum, & verborum sententiæ significationem attendere, & servare debet.

88 Secundò & pro hac parte facit, quoniam etsi ad fidejussores præstandos maritus virtute sententiæ teneretur, tamen propter impossibilitatem ex eo, quòd eos non reperit (quæ est maxima difficultas excusabilis secundùm gloss. *in l. 3. §. nam verba quibus ff. si cert. pet. quam per l. Si Stichum.* & ibi Bart. *n. 3. l. si vehend. §. idem iur. ff. ad l. Rhod. de jactu*) debet excusari, juxta

l. 1. C. usufruct. l. penult. ut in poss. ff. legat. Angel. *in l. 4. de usufruct.* Ill. *in auth. cui relict. n. 8. C. de indict. viduit. tollend.* & alibi passim per Doctores. Sed ubi 8
datur maxima difficultas, vel impossibilitas adimplendi sententiam in eo, super quo lat. fuit, sententiæ executio fit in eo, quod potest, text. est *in l. qui restitui re, ff. de rei vindic.* text. *in l. Julianus. ff. de cond. ff. l. si longis. C. de executione rei judicatæ*, quibus probatur, quòd licèt quis præcisè teneatur ad rei restitutionem, & traditionem, & ad id compellatur: nihilominus si non habet facultatem rei restituendæ, puta; qui perit, decessit, vel abiit; ut judicatum sortiatur effectum, fit executio in æstimatione, & valor ejusdem rei, de quo latè egimus suprà cap. 4. p. cap. 5. versic. insuper superiùs à nobis propositam à n. 33. & quæ ibi dicta sunt, bene conducunt ad propositum.

Et ulterius comprobatur ex doctrina Angeli Areti, *cons. 136. in themate num 5.* & per totum contrarium 9
dum loquitur de sententia condemnante Titium, ad conservandum indemnem Gaium ab obligatione Gaii, si obligatio Gaii est extincta, quia fuit tanquam fidejussor compulsus solvere, debet relaxari indemnis eo modo, quo potest, vi solutum sibi restituatur, licèt sententia dicat relevari ab obligatione, comprehendit etiam à solutione facta vigore dictæ obligationis, Bald. *cons. 50. casus talis est, per totum.* maximè *in fin. lib. 5.* Roman. *consil. 14. in prin.* & ibi additio 2. Felin. *in c. audiens colum. 1. de præscript.* gloss. *in auth. & post. ff famil. hercisc. end.* Abb. *in c. ex literis, in fin. 6. pœnit. ac remiss.* Cardinal. Tusc. *pract. concus. tom. 7. litera S. conclus. 126. num. 10.* ut sententia absolvens tenorem à tutela, intel- 9
ligitur de reddenda ratione tutelæ, super qua actum fuerat, non de tutela, & per Angel. Aretin. *in d. consil. 136. & num. 13. & 14.* latè prosequitur Cardinal. Tusc. *ubi proximè concl. 126. à num. 125. cum quatuor seqq.* ubi loquitur de condemnato in eo, quod de jure est impossibile, sed honestum, qui compellitur de facto ad executionem eo modo, quo potest, quando secun- 9
dum verba sententiæ non potest fieri executio, ut de condemnato ad tradendum instrumentum debiti, si non reperitur, cogitur condemnatus liberare victorem ut per Angel. Aretin. *ubi proximè numero 13. & seqq.* tenet Tusc. *d. num. 128.* ergo idem dicendum venit in nostro casu; quòd si vir non potest invenire fidejussorem (casu quod ad illos præstandos teneatur satisfacere dicetur sententiæ si cautionem juratoriam offerat.

Sed contrariam sententiam, & opinionem longè 9
de jure veriorem esse censeo. Primò, quoniam quidquid sit de jure, vel consuetudine, de simplici cautione dicendum ex iis, quæ ad primum argumentum contrariæ partis scripsimus; tamen indubitatum illud est, quòd quotiescunque à jure requiritur cautio plena, sufficiens, recta, aut competens; tunc juris intellectu, & interpretatione intelligitur de cautione cum fidejussoribus, vel pignoribus. Socin. *in regul. 43. versic. fallit. 4.* tradit gloss. *in cap. quoniam, §. in aliis ut lite non contestat. & in cap fin. de pignoribus, cap. 1. de sequest. poss. fruct. cap. quæ fronte, de appel.* gloss. *in cap. ex transmissa de restitut. spoliat. verbo, sufficienti l. si mandato Tutii. §. fi ff. mandati l. ergo. §. adivi. fideicommiss. libert.* & alii Doctores statim 9
citandi. Sed cautio quæ à viro sæviente debet uxori præstari, debet esse sufficiens juris dispositione, text. est *in cap. transmissa.* ibi, ipsam ei restitui facias, recepta tamen sufficienti cautione (ubi jura, & gloss. superiùs citatæ, & citandi Doctores exponunt, sufficiens: id est, cum fidejussoribus, vel pignoribus, quia judex debet recipere cautionem, per quam mulier sit magis secura à viri sævitia. *cap. quoniam, §. ultim. ut lite non contesta.* & est text. *in d. cap. literæ, in fin.* ibi. Si verò 9
tanta sit viri sævitia, ut mulieri recidanti non possit sufficiens securitas provideri, non solùm non debet ei restitui, sed ab eo potius amoveri, &c.) & ita tenent

Anton. Gomez post alios *lib.2. variar. c.6. sum. n.16.* Menoch. *de arbit. lib.2. cent.2. casu* 150. Gutierr. *canon. quæst. c.34. per totum.* Cevallos *in commun. tom.1. q.66. numero 9. & supra n.2.* Bartazz. *clausul.42 gl.8. n.2.* Gratian. *in disceptatio forens. tom.1.cap 147.n.21.& 22.* quia aliter fecunitati uxoris trepidantis non consulitur, ex d. juribus & Doctoribus.

96 At verba judicis debent intelligi secundùm mentem juris, & ita debet sententia generalis interpretari, pro ut de jure fieri debuit, & ut cum juris dispositione conformetur. De quo plenissimè per nos actum fuit superius hoc eodem *c. n.35. versic.* & isthæc declaratio interpretativa, *&c.* & à *n.46. versicul.* interpretationem autem extraneam, & *num.62. versic.* hinc est quòd sententia debet intelligi, *&c.* imò etiam verba sententiæ debent intelligi civiliter. Calderic. *cons.88. an sit legatus, aliàs 8. de offic. delegat. & cons.314. circa medium vers. licèt ergo aliàs 11. de feud.* Petr. Anchar. *consil.153. punctus talis, num.8.* Roman. *consil.90. num.4. & cons.312. circa propositam, col.2. num.2.* ubi additio. latè prosequitur Cardin. Tusch. *practic. concl. tom.8. litt.V. concl.104.*

97 *per totam.* qui *n.5.* cum Soc. *consil.186. Reverendiss. n.3. lib.2.* dicit verba civiliter esse intelligenda, videlicet, ut applicentur rebus proportionalibus. Et facit quod

98 latè ipse Tusc. *eodem tit. & litera, concl.97. per totam.* Et verba sententiæ in dubio sunt interpretanda secundùm naturam actionis intentatæ, & pro ut magis congruet naturæ rei, de qua loquitur, vel agitur. Bald. Joan. *cons.501. per totum, lib.5.* Paul. Castren. *in l.1.* per illum text. *ff si quis cautio.* Decius *consil 339. visis its, in princp.* Joann. Faber. *in § curare, n.13. vers. in tertio casu,* & ibi Iss. *n.35. instit. de actio.* Menoch. (loquens in natura instrumenti) *consil.110. n.33. lib.2.* Card. Tusch. *ubi supra, d. tom.7. littera S. concl.125. n.22. 29. 30. & n.42.* ergo ad juris interpretationem, & significationem debet reduci (cautio) verbum, & sic non satisfaciet condemnatus cautionem simplicem, aut etiam juratoriam offerendo.

99 Deinde quia dicta sententia præcisè obligat, & astringit, ut late probavimus suprà *c.5. hac 4. part. per tot. & à num.25.* quoniam sententia est stricti juris, &

100 tantum disponit, quantum loquitur. Et ultra non extenditur, quàm importet verborum sonus. Bald. *in l. Julia, n.5. de condictione indebiti.* Alexand. *consil.108. n.2. vol.5.* & ex Decio, & utroque Curtio, Iss. Ripa, & aliis, Petr. Surd. *decis 212. n.13.* & per Decium *in l. jus nostrum, n.1. ff. de regul. jur.* Gozadi. *cons.50. num 12.* Socin. junior. *cons.181. num.67. lib.2.* Cravet. *cons.188. n.6.* Castrens. *cons.5. lib.1* Menoch. *cons.80. n.39.* Borgn. Cavalca. *decis.1. num.6. p.3.* Anchar. *decis.437. ista sententia in fin.* Anan. *cons 18. visa sententia, in princ.* Alexand. *cons.173. opportunè, num.2. lib.2.* & plenè *cons.49. in causa, in princ. lib.7. & cons.164. visis, n.2.* ubi Addi. *verbo stricta.* adducit concordantes *lib.7.* Rol. à Valle *cons.70. num.10. & seqq. lib.* Decian. *cons.8. n.1081. lib 1.* Decius *in cons.607. num.7.* Curtius

101 Junior. *cons.153. in fin.* Iss. *cons.98. accedo. col. fin. lib.1.* Cæp. *cons.57.* Decius *in l.2 ff. de offic. ejus.* Menoch. latè *cons.110. à n.13. lib.2.* ubi multa cumulat. Nec ex sententia possumus aliquid inferre, nisi quatenus ex vi verborum de necessitate infertur. Bart. *in d. l. Julia, de condict. indeb.* Alexand. *cons 84. in causa, num.3. lib.3.* Anchar. *cons.474. ista sententia in fin* Decius *cons.322. visis, in princ.* Aymon. Cravet. *de antiquit. tempor. 4. part. §. incipit, transeo, n 64. & 65.* Rota novissima in una Astens. Sedis 2. Decembr. 1588. teste Farin. quæ inter recollectas per eum *decis.864 fol. mihi 478.* Petr. Surd. *decis.261. n.6.* Cardin. Tusc. *pract. concl.7. lit.S. concl.126. n.57. & seqq.* plures refert. Padill. *in l.si de certa, num.5. C. de transactio* & post Abb. Tiraq. & alios; Cacheria *decis. Pedem 64. n.1. & 2.* Christophor. de Paz *in tract. de tenut. tom.1. vol. num.19. & 20.*

Quapropter dicendum est in nostra quæstione, quòd 102
cùm rei, negotii, judicii, quæ, & verbi natura non patiatur à propria significatione verbi (cautio) (ad quam vir propter sævitiam condemnatus est) recedere, ideo executor minimè excedere dicetur, si illum præcisè ad fidejussores, seu pignora adstringat; quam partem etiam tenent in nostris terminis Gutier. *in l. nemo potest, n.297.* Roland. à valle *cons.37. num. fin. vol.2.* Cevallos *in contra commun. tomo 1. quæst.66. num.13* & ultra quos referens sequitur Gratian. *in disceptat. forens. tom.1.* 103
cap.146. à n.22. & supra, licèt ad faciendam condemnationem, an, & quando debeat maritus condemnari, ad præstandam hujusmodi cautionem, plurimùm importat judicis arbitrium, qui ex variis causis cuncta rimando prospiciet, an calumniosè petatur ab uxore, & an appareat de magna sævitia. Et sic quod ad faciendum condemnationem judicis arbitrio relinquunt Cevall. & Gratia. *ubi proximè* per Menoch. *de arbitr. casu 141.* post factam autem condemnationem (de quo nos loquimur) judicis arbitrium cesset ex supradictis.

Et hac parte retenta, non obstant in contrarium adducta argumenta; non primum, cui respondimus in primo fundamento hujus secundæ partis, scilicet; quia loquitur quando simplex cautio desideratur secundùm naturam, & qualitatem judicii, & negotii, non tamen quando requiritur cautio sufficiens, ut hîc.

Nec obstat secundum argumentum, quia omnes, 104
doctrinæ ibi adductæ, licèt in se verissimæ sint, nihilominus procedunt in casibus, quibus loquuntur, nempe, quando est impossibile, ut aliter possit obtinenti rem judicatam satisfieri, puta; quando periit, vel obiit res, & tunc propter impossibilitatem exequitur eo modo, quo meliùs possit consuli vincenti, puta, in æquivalenti & æstimatione, ut constat ex Doctoribus, & juribus ibi allegatis, at in nostro casu, primò deficit ipsa impossibilitas, deinde quia deficientibus fidejussoribus, aut 105
pignoribus, non potest dari executio in re æquivalenti, cùm periculum uxoris non recipiat æstimationem, nec pretium, quo jus suum deterius redderetur, cùm per simplicem cautionem, nec etiam juratoriam, non 106
evitet periculum sævientis viri. Et sic vel præcisè compellendus est, vel in secunda sententiæ parte, nempe, in separatione quo ad totum, executio facienda est secundùm ea quæ latè superiùs diximus *c.11. n.47.* & seqq. versic. sed qui dicendum in sententia, *&c.* post Farin. *in pract crimin. tomo 1. quæst. 26. à n.13. cum seqq.* ubi diximus, sententiam latam contra aliquem in cen- 107
tum, quæ si non solvat, illum condemnat in exilium, ut non solvendo dicta centum, quia si non habet exequitur sententia in pœna corporali comminata, vide quos ibi latè adduximus, quæ omnia rectè ad propositum nostrum conducunt. Et etiam advertit Cevall. *ubi proxime ad n.13. cum seqq.* ubi quod mulier deponetur loco tuo.

Contingit dubitari de clerico, qui in aliquem pro- 108
tulit verba injuriosa, per nuntium (ut assolet) seu alium judicem Ecclesiasticum, condemnatus fuit ad debitam honoris reddendam satisfactionem? an executor excedet, si illum cogat palinodiam recantare, & se desdicere, ut honori injuriati satisfiat, & consulatur. Et non excedere videtur, eo quòd ita jure hæc honoris satisfactio declarata est, *l.2. titul.10. lib.8. recopil.* quod atten- 109
di etiam debet in foro Ecclesiastico; etenim jure canonico deficiente, recurrendum est ad jura, & consuetudines regni, potiùs quàm ad jura Imperialia: ita docet Pala. Rub. *in repetit. rub. de don. inter column.5.* allegans Didacum de Villadiego, Doctorem Hispan. & post Præpositi doctrinam *in c. consuetudo 1. ad column.3.* tenet Bernar. Diaz. *in pract. crim. can c.66 de maledicis sub n.7.* ubi etiam dicit, clericum injuriatorem teneri hanc pœnam pati.

Sed contrariam, quòd imò judex executor excedet manifestè,

manif. ftè, probatur, tum quia ſententia ea pœnam non infligit, nec verba patiuntur, tum etiam quia Bernard. Diaz *ubi proximè*, dum in clerico injuriatore
110 intelligi dicit legis Regiæ pœnam palinodiæ, communiter à Doctoribus reprehenſus eſt, cùm nobilitatis privilegio fungatur. Parlad. *lib.1. variar. cap.17. n 31. & 32.* Didac. Perez *in l.9. tit 1. lib 1. ordin.* Boër. *conſ.4. n 40.* idem Didac. Perez *in l.3. verſicul. de maledic. tit.8. lib.8. ord* Placa *in epitome delict. lib.1. cap.1. num.24.* D. Anton. de Padill. *in l. quamvis n.9. C. de jur. & fact. ignor.* Salced. in add. ad Bern. Diaz *ubi proximo d. n.9. verbo, ſe mentit.* Proſp. Farin. (poſt Salced.) *in practic. crim. tom 3. q.105. n.75.*

111 Deinde quia clericis injuriatoribus, ad ſatisfactionem honoris injuriam paſſi, jure canonico appoſita eſt pœna, qua clericus cogitur, veniam ab adverſario petere, ut eſt text. expreſſus *in cap. clericus maledicus*, 46. *dict.* qua puniuntur clerici in foro Eccleſiaſtico, ſecundùm Salcedum & Farinac. *ubi proximè*, quem vide ſup. *à num.71.* ubi multa in propoſitum adducit. Et hanc etiam pœnam petitionis veniæ recenſet Bernard. Diaz. *dict. cap.66. num.1.* quare non erit recurrendum ad jus Regium, cùm in hoc non deficiat juris canonici determinatio.

112 Unum nota, quòd generaliter condemnatus actione injuriarum efficitur infamis, latè proſequitur Farinac. *ubi proximè à num 61.* quod obtinet etiam in clerico condemnato hac injuriarum actione, text. *in cap. cum te,* & ibi notant omnes *de re jud.* Bernard. Diaz. *in d. ſt. pract crim. canon. cap.66. n.6.* Salced. *in litera P.* Placa *in epitome delict. lib.1. cap 4. in fin. n.5.* Farinac. *ibi n.64.* Tamen erit animadvertendum, quòd quamvis cantans palinodiam, & ſe deſdicens coram judice, notario, &
113 teſtibus, juxta formam *dict. l.2. titul.10. lib 8. recopilat.* remaneat infamis: tamen quando pro bono pacis non tamen ſervata ſpecifica forma dictæ legis, alia verba æquipollentia ſatisfactoria proferat, non erit infamia maculatus. Nam aliud eſt ſe deſdicere formaliter, & aliud verba ſatisfactoria pronuntiare, bene probat Aviles *in proœmio Capitul. præt. num.20. in fin.* adverſus Gregor. Lopez *in l.35. tit.18. part.2. in gloſſ. verb. tom. dementir*, & meritò, ut recenſet, & ſæpè practicaſſe affirmat Hieron. Gonzal. *in regul. de memb. & alter. gloſſ.4. ſub num. 38. & 4.* quod etiam in ſimili caſu dubius dixit Azev. *in d. l.2. tit.10. lib.8. recop. n.89. & 90.* qui prædictorum Doctorum non meminit, quæ notare poteris pro hujuſmodi ſatisfactione, & veniæ petitione, ad quam clericus cogitur injuriator.

114 Utilis quædam, & practicabilis ſe nobis offert tollenda difficultas, paſſim contingens, & illa ſit; quidam conventi fuere vigore cujuſdam obligationis; qua obligati erant expreſsè omnes in ſolidum, tamen per ſententiam ſimpliciter omnes condemnati ſunt; an in ſolidum condemnati omnes intelligantur, juxta tenorem ſcripturæ; an pro rata dumtaxat, & ut attendi debeat obligatio præcedens, urgere videntur ea, quæ hactenus hoc capite dicta remanent.

Sed contrarium verius eſt de jure, imò quòd ſi plures ſimpliciter condemnentur, unuſquiſque pro rata condemnatur intelligatur, licèt inſolidum per ſcripturam obligatus ſit, Guid. Papæ *ſingul.681. ſi plures.* Aymon. Cravet. *conſil 10. n.2. & conſ.188. n.6.* Tiberius Decian. *inter conſilia Menochii 123. n.10. lib.2.* optimè Gratian. *diſcept. forenſ. tom 1. cap.53. à n 50. & 51.* & eſt text. *in l.1 C ſi plures una ſententia*, & optima gloſſ. *ibi verbo virilibus*, & eſt text. expreſſus melior de jure *in l. ſi mandato*, §. *Paul. reſpond. 2. de re judic.* mirabilis etiam *in l 2 C. ſi plures una ſententia condemnetur*, quibus adde text. *in l. Paul. reſpondit eos 43. ff. de re jud.* ubi gloſſ. *in verbo, virili*, intelligit non ſolùm cenſeri condemnatos pro parte, quando erat diviſa obligatio originalis, & primævа; ſed etiam quando eadem obligatio eſſet inſolidum, quia ſemper in utroque caſu condemnatio intelligitur in viriles, ut de communi obſervantia teſtatur Tiber. Decian. *ubi proximè*, eam etiam ſequitur Anton. Gom. *lib.2. variar. cap 12. de duob. reis ſub num.1.* Giurb. *deciſ.45. à num.1.* & faciunt quæ hac 4 *part. cap.7. n.101.*

Et ratio eſt, quoniam licèt obligatio originalis ſit in 115
ſolidum, tamen illa, quæ oritur ex ſententia, talis non eſt, nam quilibet videtur de jure condemnatus pro parte, & ſententia debet intelligi ſecundùm diſpoſitionem juris, ita ut omiſſum, ſeu non expreſſum, habeatur pro omiſſo, ſecundùm Guid. Pap. Cravet. Grat. Gomez, & 116
Giurb. *locis nuper relatis.*

Et ex hoc infertur ad plures tutores ad reddendam 117
rationem condemnati, quia intelligitur quilibet pro rata, & pro parte, non inſolidum Caſtr. *in l. ſi quis ſeparatim,* §. *quoties, de appell.* Petr. Surd. *conſil.150. n.15.* Lallong. *racem.7. n 5.* Coſta *de lata portione q.33. n.3.* Giurb. *ubi ſupra n.4. d. deciſ.46.*

Et comprobatur, quia quando adeſſent plures colli- 118
tigantes condemnati in expenſis ſimpliciter & generi-cè, at tunc unuſquiſque teneatur pro parte ſua dumtaxat, ita ut hoc modo ſententiæ generalitas debeat declarari, & interpretari ſecundùm Afflict. *deciſ.225.* & ita ſervandum eſſe teſtatur Caputaq. *deciſ.243. p.1.* Cav. *deciſ.15 n.31.* Cart. *deciſ. 28. n.2* Cancer. *lib.3. reſol. cap.17. n.195.* Millan. *deciſ.15. n.89.* pro quo faciunt jura ſuperiùs allegata. Hinc ſententia contra plures ſimpliciter pronuntiata, lata dicitur contra quemlibet pro virili, & quantitate bonorum occupatorum, ut per argumentum legis *ſi mihi, & Titio, in prin. de verb. oblig. l. reos,* 119
§. *cùm in tabul. ff. de duobus reis, & per d. l. Paul. reſp. eos, & per d. l.1.* latiùs comprobat Philip. Corneus *conſ.190. num.13. cum ſeqq. vol.1. fol.145.*

Quæ doctrina in tantum vera eſt, ut judicatum dixe- 120
rit Afflict. *dec.215.* quòd ſi ex ſexdecim obligatis inſolidum, quatuor dumtaxat ſimpliciter conventi condemnentur, pro rata tantùm condemnati cenſentur, non habito reſpectu ad numerum condemnatorum, ſed potiùs ad numerum ſexdecim obligatorum, ita ut eorum quilibet non in quarta, ſed in portione decima ſexta; condemnatus exiſtimetur & intelligatur, etſi hac in re anceps ſit Surd. *conſ.150. n.35* tamen Afflictum laudant Apoſtilla ad Abbatem *conſil.163. vol.1.* & melius Abb. *conſil.33. volum.8. num.2.* Cavalc. *deciſ.15. num.31. & deciſ.38. num.3. & deciſ.30. num.112. part.1.* Gramma. *deciſ.68. num.9.* Coſta *de rata portione quæſt.33. num.9. & quæſt.138. num.1.* Ripa *de individuis, ſeſſ.8 num.61.* Decian. *conſil.3. volum 9. num.3.* Cornеus *conſil.71. vol 1. num.1.* Millan. *deciſ. num.86. lib.1.* Verall. *d. ciſ.343. p.1.* Cartar. *deciſ.28.* Franch. *deciſ.228.* Boër. *deciſ.99. & deciſ.310. n.4.* Craver. *conſil 19. n.51.* Tepat. *var. reſolut. on. cap.15. de ſententia, n.292* Card. Tuſch. *pract concl lit. O. conſil.32. n.15. & ſeqq.* Giurb. *deciſ.46. n.1.* dicens ex eo, 121
quia in reſiduo abſoluti cenſentur, gl. *in d. l.1. verbo, virilibus.* Cancer. *d cap.27. n.265.*

Hæc tamen doctrina, & diſpoſitio noſtra principa- 122
lis limitatur; dummodo judex in ſententia non habuerit reſpectum ad libellum, in quo ſi fuerit inſtatum omnes condemnari, & per judicem relaxetur petita executio, perinde eſt ac ſi omnes in ſolidum condemnaſſet B. *in l.1. poſt medium,* & ibi Bald. *n 3. in fin. Cod. ſi plures una ſentent.* Gratian. *in diſcept. foren. tom.1. cap.35. ſub num.51.* ubi teſtatur ita tenuiſſe Rotam in una pecuniaria Bononienſ. 28. Junii 1602. coram Domin o Cantin. cenſentur etenim repetitæ in termino referente, 123
omnes qualitate, quæ inſunt in eo ad quem fit relatio, *leg. ſi ita ſcripſero 38. de conditio. & demonſtration.* B. *in leg. ſi prior 33. ff. ſoluto matrim. & in l.1. in princ. ff. de receptat.* Bal. *in leg. ſi fidejuſſor* §. *qui interrogatus, de interrogat. action.* Decian. *conſil.603. n.6. poſt princ.* Anchar. *quæſt.21. n.11 lib.2.* Gratian. *ubi proximè d.n 31.*

ad rem. & superiùs nos alios citavimus. Alias nonn illas declarationes, seu fallacias apponit Gierba *dict. decis.* 46. quæ omnia quidem præ oculis habere debet executor, ubi sibi hujusmodi sententia exequenda committitur.

124 Hinc prius ut habeamus, animadversione dignum esse duxi, stylus qui in supremis tribunalibus introducitur (potiùs abusus vocandus) ut petentes sententiæ dubiæ, aut obscuræ declarationem, adstringatur intra viginti
125 quatuor horas, seu potiùs intra diem eandem prolata sententiæ, eandem petere, juxta determinationem text. *in l. Paulus, la* 2. *de re jud.* Sed attendite quæso, quòd
126 quia lex, licèt addere, mutare, & alterare suam sententiam, & ejus substantiam non possit, *l. quod jussit de re jud. & dict. l. Paul.* tamen interpretationem extensivam facere potest dumtaxat, circa accessoria sententiæ, puta; fructus, expensas, *&c* & eam non aliter facere potest, quàm eodem die, & hoc casu loquitur *d. l. Paul.* prout bene intelligunt B. & alios, Petrus Ferrar. *in pract. in forma execut. sentent. diffi. verb. publicavit. n.* 12. *fol. mihi* 284. *in novori impress. ne.* Aviles *in cap. prætor. in proœmio sub num.* 19. & ad hunc effectum rectè procedit d. stylus tribunalium.

127 Si verò agitur dumtaxat de declaratione interpretativa, hoc est de declaratione verbi dubii, obscuri, aut orationis confusæ, tunc ad illam petendam ad illud tempus, nec ad aliud astringi potest petens, tum quia
128 facultas declarandi nunquam præscribitur etiam per mille annos, secundùm optimam Baldi, & Saliceti doctrinam, *in l. petens.* per glod. *ibi C. de pactis*, & Ill. *ibi col. 4. vers. ex ista glossa bene etiam*, ubi declaratione per Balbum *tractatu de præscript. 4. part. 5. p. princ. q. 1.*
129 *num. fin. & supra.* Tum etiam, quia ille, qui post aliquem terminum actum aliquem facere non potest, potest tamen declarare jam factum, plurimi sunt Doctores in hujus doctrinæ comprobationem, cujus nomenclaturam adduximus suprà *hoc cap. versic. ex hoc fonte fluit, à num.* 33. ergo hanc declarationem interpretativam illo termino *l. Paul.* circumscribi, nec arctari debere certum est.

130 Deinde, quia licèt judex sententiam diffinitivam mutare, aut corrigere non possit, *l. judex post aquam ff. de re judic.* nisi in accessoriis ut suprà: tamen illam potest declarare, gloss. *verbo, sed jam interpretari, in l. ea quæ, Cod. comminationes, epistolas*, & sentit gloss. *in sed & si utrinsque, in verbo, & sic aut, ff. de evict.* Joan. Andr. *in addit. ad Specula. in tit. de testamen. § nunc videndum, vers. hoc etiam nota.* B. *in l. hæredes palam. §. si quid, vers. quæro an judex*, & ibi Imol. *vers. item quod judex*, post Bal. *ibi in §. sed si notam, versic. tertio est argument. ff. de testam.* B. *in l. ab executore, versicul. quæro secundo ff. de appell.* Joan. Faber. *in l. 1. vers. item dic. Cod. sententiam rescindi non posse.* Alex. *in l. 2. vers. sed videtur. C. de lib. & posthu. & in l. Authorum, vers. sed nisi esset, ff. de re jud.* Lanf. *in cap. quoniam contra, verbo, interlocutiones, vers. ulterius dubitatur, de probat.* Alex. *cons. 13. versic. super alio quæsito vol. 1.* Calcan. *cons. 19. ver. quæro quæritur.* Felin. *in cap. super quæst. vers. ego allego. de off. deleg.* Decius *in cap. 1. vers. tertia est species, de rescript. recol. t. & l. in ambiguis oratio, ff. de reg. jur.* Rebuff. *in l. quod jussit in 2. not. num. 154. & n. 155.* Ant. Gabriel. *comm. concl. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 3. n. 14.* quæ potestas tempore circumscribi non debet, *ut supra.*

131 Ubi nisi fiat, nam si tribunalium executores, pro rerum judicatarum executione dati, etiam post multos dies à tempore prolatæ sententiæ hanc declarationem interpretativam faciunt (ut lat. superiùs probavimus, & quotidie practicamus, & videmus) ergo ipsimet judices, qui sententiam eandem proferunt, multo fortius post dictum terminum viginti quatuor horarum (juxta *arg. l. 1. ff. de re jud.*) facere poterunt, cùm (ut diximus) lex illa procedit, quando aliquid addatur, vel detrahitur sententiæ circa ejus accessoria, quod locum non habetur; hac declaratione interpretativa, in qua nihil additur, vel detrahitur, sed dumtaxat factum obscurum detegitur, ut latè suprà dictum reliquimus hoc capite.

CAPUT XIII.

Ab executore sententiæ ordinem præposterante, & omittente, an appellationi emissæ non deferens, violentiam commisisse dicatur.

SUMMARIUM.

Ordo legis sonans in monitionem potius quam in necessitatem, licèt omittatur, non vitiat, n. 1.

Præposteratio ordinis sonantis in consilium legis non in necessitatem, non vitiat, n. 2.

Ordinem sententiæ præposterans executor excedit manifestè, n. 3.

Ordo est modus agendi, sine quo nihil rectè agitur, n. 4.

Executor excedens modum nullitèr agit, & propterea appellare, n. 5.

Ordinem excedere seu modum, idem est, cùm sint duo inseparabilia, n. 6.

Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem, n. 7.

Ordo in duplici est differentia, à jure vel ab homine datus, n. 8.

Ordinis dati ab homine præposteratio semper actum vitiat ipso jure, n. 9.

Mandati forma diligenter attendenda est, n. 10.

Appellatio licita est ab actu nullo, n. 11.

Præposteratio ordinis etiam dati à jure in eadem causa, & sic de se ipsa ad se ipsam vitiat ipso jure, n. 12.

A præposteratione ordinis etiam à jure unius causæ ad se ipsam, appellatio licita est, n. 13.

Præposteratio ordinis ejusdem causæ ad seipsam vitiat processum ipso jure, n. 14.

Præposteratio ordinis in diversis causis præjudicialibus, tamen inter se annullat ipso jure, n. 15.

Ordo præscriptus sententiæ: ejus præposteratio cadit in sua ipsa causa executionis, n. 16.

Præposteratio ordinis dati à jure unius causæ ad alteram separatam, seu unius judicii ad aliud, non vitiat ipso jure, n. 17.

Ob præposterationem ordinis dati à jure unius judicii ad alterum, sententia & processus tenent à quo appellare necesse est, n. 18.

Ordo unius causæ in seipsa est velut ordo membrorum in corpore individuo, a quo si subvertatur aliquod principale, totum corpus periit, secus in ordine unius causæ ad aliam diversam, n. 19.

Ordinis à jure de una causa ad aliam præpositeratio non admittit appellationem in judicio sui natura inappellabili, quia non causat nullitatem, n. 20.

A perversione ordinis appellatio admittitur etiam in judiciis alias privilegiatis, in quibus regulariter appellatio non admittitur, n. 21.

Nullitas cadit in perversione ordinis unius causæ ad seipsam & ideo executionem non meretur, num. 22.

Ordinis præposteratio est gravamen evidens patens ex actis, n. 23.

Sententia evidenter injusta cùm nullitati æquiparetur, admittit appellationem etiam in causis privilegiatis, num. 24.

Inhibitio respecta nunquam appellatio prohibita intelligitur, n. 25.

Executor ad rei restitutionem cum clausula (restituat prius melioramentis) an excedat si ante eorum liquidationem rem faciat restituere, n. 26.

Qui

Qui non excedere dixerint hoc casu recensentur, n.27.
Dictio (prius) significat præcedentiam, & dat ordinem & formam, cujus emissio vitiat actum, n.28.
Ablativus absolutus inducit conditionem, n.29.
Conditio debet adimpleri ita ut interim suspendat dispositionem, n.30.
Verba (solutis expensis) faciunt sententiam conditionalem, n.31.
Conditio importat formam, n.32.
Conditione non servata actus corruit, n.33.
Reservatum jus in sententia: ipsius executionem non suspendit, secus si sententia condemnet sub aliqua modificatione, ac limitatione, quia tunc suspendit, n.34.
Reservatum jus condemnato in sententia, ejus executionem non suspendit quia intelligitur reservatum in aliud judicium, n.35.
Secus sit sententia aliquam exceptionem aut limitationem adjiciat, ibid.
Sententia condemnans ad restitutionem bonorum, exceptis quæ sint in territorio condemnati, aut quæ sint feudalia, prius de exceptione est facienda liquidatio, n.36.
Quia interim dum hæc non fit liquidatio, sententia dicitur incerta, n.37.
Verba limitativè apposita habent terminum quem non licet excedere, n.38.
Dictiones (quatenus, donec, quandiu, dum, quoad, usquequo) & similes, significant limitationem temporis & suspendunt sententiam, n.39. & n.41.
Dictiones (quatenus, donec, quoad, &c. si imponantur ad inchoationem alicujus beneficii, important conditionem, n.40.
Dictio (dummodo) quando apponitur in sententia ei, quod venit implendum, ante perfectionem actus importat conditionem, n.42.
Dictio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo) n.43.
Gerundium dando, restituendo, &c. importat conditionem & formam præcisam adimplendam, n.44.
Gerundium adjectivum, vel participium, inducit necessitatem, n.45.
Sententia lata sub conditione vel modo, semper opponi potest de defectu conditionis vel modi, n.46.
Quia tunc non tam ab alio repellitur quàm à se ipso, cùm ex eodem fonte & instanti oriatur actio & exceptio, 47.
Actor qui in actione includit & deducit exceptionem, suo se ligone percutit, ita ut sibi incubat onus probandi, 48.
Exceptio quæ oritur ex sententia præcisè, est verificanda in executione etiam si requirat altiorem indaginem, n.49.
Exceptio nullitatis si oritur ex ventre instrumenti quod exequitur, suspendit ejusdem executionem, n.50.
Nullitas instrumenti reddit probationem nullam, quod non potest dici de obligatione constare, n.51.
Exceptio orta ex ventre sententiæ aut instrumenti, non censetur exclusa, etiam si requirat altiorem indaginem, 53.
Conditio respiciens principalem dispositionem & substantiam, ipsam reddit conditionalem, n.53.
Conditio apposita in executivis sententiæ, aut alterius dispositionis, non facit sententiam aut dispositionem conditionalem, sed pura remanet, ejus tamen effectus & executio suspensa est in tempus, n.54.
Melioramenta prius debet solvere executor, si de prius solvendis mentio fiat in sententia, quam attendere debet, 55.
Ordo literæ servandus est, & a forma sententiæ non est recedendum, n.56.
Executor ad rei restitutionem pagando los gastos, *an possit prius restituere rem, & postea expensas condemnato, solum sub fidejussione, n.57.*
Conditio adimpleri debet in specificata forma, non per æquipollens, n.58.
Retentionis pro melioramentis exceptio suspendit sententiæ executionem, etiamsi oppositæ fuisset in judicio principali, non tamen de ea judicatam, n.59.
Ob præposterationem, eo quòd executor prius exequetur rem, quam refundat expensas, potest gravatus agere de nullitate & spolio, n.60.
A qua præposteratione poterit etiam pars gravata appellare, n.61.
Cautionem seu depositum offerens de solvendis meliramentis cùm liquidentur post rei traditionem audiendus non est, n.62.
Condemnatus ad plurium rerum restitutionem, an propter expensas in una factas, executio suspendatur in aliis sequutis, & non melioratis, n.63.
Retineri una res non potest pro expensis in alia re factis, num.64.
Executio suspendi non potest in aliis rebus sejunctis, ob expensas in una tantùm re factas, etiam si sententia dicat (solutis prius expensis.) n.65.
Retentio conceditur in re separata, quando melioramenta facta in una re ejus valorem excedunt, n.66.
Melioramenta si respiciant jus universale, puta hæreditatem, ad quam restituendam quis est condemnatus, an una res pro alia retineatur, n.67.
Et quod hoc casu, quando melioramenta de facili non possint liquidari, an omnia bona sint relaxanda sub fidejussore, n.68.
Executio sententiæ ut suspendatur ob melioramenta, debet de eis prius saltem ingenuè apparere, intra terminum assignatum ab executore, n.69.
Melioramenta opponens si non liquidet intra terminum sibi assignatum, proceditur ad executionem, ne sit in ejus potestate illam retardare, n.70.
Præposterationis ordinis nullitatem sanat partis confessio emanata, n.71.
Confessio partis validat omnes defectus processus, & ordinis judicialis, n.72. ubi de ampliationibus & limitationibus.

LIcet circa perversionem ordinis dati à jure, juxta §.1. *venditionis l. à D. Pio.* maxima sit inter DD. controversia, an vitiet executionem de quo nos latè suprà hac 4. *part. cap.3. vers. intra quod autem tempus excessus*, &c. *à n.101.* ubi pro utraque authores maximæ authoritatis retulimus, quoniam ipsius legis dispositio non sonat in necessitatem, sed in monitionem, propterea præposterationem eo casu non vitiare docet Petr. Surd. *cons.39. n.18. & seqq.* rectè etiam advertit Card. Tusch. *pract. concl. tom.6. lit. P. concl.519 n.16. & à n.13.* ubi post alios, quòd quando præposteratio sonat in consilium legis, non in necessitatem, non vitiat, Castrens. *consil.232. in causa quæ vertitur, col.1. in fin. vers. nec obstat, col.2. lib.1.* illud tamen certius esse apparet generaliter loquendo, extra illius legis casum particularem; veriorem, ac probabiliorem esse opinionem, validissimisque fundamentis vallatam, illam, quam ibi elegimus; ut executor (qui tenorem commissionis ad unguem servare cogitur) si sententiæ ordinem præposteravit, excedet manifestè Hanc concordiam reddunt Alex. *cons.5. viso præsitio vol.2.* Afflict. *dec.358. in causa inter. sub n.1. & 2* Ant. Gabr. *comm. concl. lib.2. tit. de execut. rei judic. concl.3. n.3.* Sigism. Elcac. *in tract. de appell. q.17. limit.10. n.26* (ubi refert Puteum contra distinctionem hanc tenentem) & per Afflict. tenet Roland à Valle *cons.35. n.32. lib.1.* Card. Tusch. *pract. concl. tom.3. lit. A, concl.485. n.11.* Abb. *cons.3. vol.3. col.10. vers.11. quæro.* ubi dicit communem Paul. de Castr. *cons.321. vol.1. col.2. in fin. vers.2. præposteratio. quia litera mand.* Et loquendo in executore præposterante ordinem executionis idem tenet alios citans Grat. *in disc. forens. c.136. à n.30.* & Rebuf. *in comment. ton.1. tit. de sent. exec. art.7. g.14. n.7.* (licèt in Francia non servari dicat) & ita intelligendum esse magnam Doctorum catervam, quorum nomenclaturam retulimus suprà *d. cap.2. à n.101.* dum indistinctè affirmant præposterationem ordinis nullam reddere

reddere actum ipſo jure, ut indiſtinctè procedant in executore, cui ordo ad exequendum eſt affignatus, quæ doctrina & ex ſequentibus fulcitur.

4 Primò, quoniam ordo nihil aliud eſt, quàm modus agendi, ſive quo nihil rectè agitur ſecundùm Bald. *in tract. de Schiſmati. col. de ordin. judic. in proœmio num.*3. 5 ſed executor excedens modum nihil agit, cùm nulliter agat, à quo propterea tanquam ab exceſſu licèt appellare, *l. ab executore, ff. de appell. l. ab execut. C. quorum* 6 *appell. non recip. cap. quoad conſultatio, de ſent. & re judic.* ergo idem dicendum erit in executore excedente ordinem, cùm ſit à modo inſeparabilis, idemque ſit modus & ordo Bald. *in conſ.*326. *rex Rom. n.*2. *verſ. & ad hujus quæſt. lib.*1. Beroi. *conſ.*76. *n.*26. *ſeqq. lib.*1. Cardin. Tuſch. 7 *pract. concl. tom.*1. *liter. A. concl.*126. *n.*1 dicentes, quòd omnes actus humani regulantur, & dependent à tribus, nempe; poteſtate, voluntate, & modo, videlicet ordine ad finem, de quibus latè ſigillatim per totam illam concluſionem, & per conſequens à tali perturbatione ordinationis, cùm ſit exceſſus, appellationi deferendum eſſe, latè diximus ſuprà hac 4. *part. cap.*3. *per totum*, imò per tota capitula ſuperiora.

8 Secundò, quia licèt ordo in diſcipuli ſit differentia, quoniam aut datur ab homine, aut datur à jure, & quicquid indiſtinctè procedatur in ordine juris (ut ſta- 9 tim dicemus) tamen ordinis dati ab homine præpoſteratio ſemper actum vitiat, illumque nullum reddit ipſo jure. Bald. *in l.* 1. *ſub n.*1. *not.*2. 3. *C. de appell.* idem Bald. *in l. prolatam* 4 *n.*12. *verſ. & nota quod Princeps, de ſentent. & interlocutio omnium jud.* Marant. *de ordin. jud.* 2. *part. judiciorum, d. n.*24. *fol.*12. Alex. *in l. naturaliter.*12. §. *nihil comm. n.*64. *verſ. adde caſum*, quem ibidem refert, & ſequitur Iſſ. *conſ.*164. *verſ. tertiò ultra, ff. de acq. poſſ.* & ex his Caputaq. *deciſ.*143. *ſeu* 30. *ſententia lata petitorio, n.*3. *in fin. & n.*3. *& ſeqq. p.*3 & hanc probat doctrinam Sigiſmund. Eſcacia *de appell.* 10 *q.*16. *limit.*6. *memb.*7. *n.*15. qui & Iſſ. ac Maranta reddunt rationem, quia forma mandati diligenter attendenda eſt, *cap. cum dilecta, de reſcript.* cùm dicatur form. ex Felin. latè *ibi*, quare tanquam ab actu nullo licitam 11 eſſe appellationem, advertit, & bene Eſcacia *ubi proximè*, & faciunt quæ ſuprà hac 4 *part. cap.*3. *à n.*240. & exactè diximus ſuprà 3. *part. cap.*9. *per totum*, quia quod nullum eſt executionem non meretur, *l.*4. §. *condemnatum. ff. de re judic.*

12 Tertiò probatur hæc pars, & doctrina, quia etſi ordo ſi datus à jure, tamen quando perverſio & præpoſteratio in una, eademque cauſa, & ſic de ſe ipſa, ad ſe ipſam (non ad aliam diverſam, ut ſtatim) tunc illa præpoſteratio ordinis vitiat actum, & annullat proceſſum ipſo jure, text. eſt *in l. prolatum*, & ibi Bald. Salicet. & Paul. Caſtrenſ. *C. de ſentent. & interloc. omn. jud.* & propterea tanquam de actu, & proceſſu nullo, hoc caſu lici- 13 tam eſſe appellationem, optimè Eſcacia *in tractatu de appellat. quæſt.*17. *limit.*6. *memb.*7. *num.*116 *fol.*393. & quod præpoſteratio ordinis unius, & ejuſdem cauſæ ad ſe ipſum vitiet, & cauſet nullitatem, probant inſuper gloſſ. *in l. ſi mancip* § 1. *ff. de evictionib.* text. in *l.*2. & ibi gloſ. & ſcribentes *C de appel.* gl. *in l.*2. *C. comm.* 14 *divid.* B. Angel & cæteri *in d.l. prolatam*, & gloſ. *in ſumma* 2. *q.*1 & B. *in l. proſecutione in fin. C. de pignor.* Bald. *in l. per hanc, in* 6. *col. verſ. vel pone exemplum, C. de temp. appel.* Lanfr. *in cap. quoniam contra*, §. *interlocutoria, verſ. circa ordinem n.*15. *de probat.* Alexand. *conſ.*34. *Conſult. lib.*4. Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom.*6. *lit. P. concluſ.*59. *n.*9. optimè Sabaſt. Vant. *in tract. de nullit. ſentent. ex defectu poteſt. eſſ.* &c. *n* 40. qui etiam *à n.*50. *cum ſeqq.* probat, id in eſſe dicendum, quando in duabus cauſis diverſis, ſed tamen ad invicem præjudicialibus, quia 15 in eis etiam perverſio, & præpoſteratio ordinis juris vitiat, & annullat, de quo nos lat diregia us ſuprà 2. *p. c. f.*18. *à pria.* & id.o cùm in cauſa executionis perverſio ordinis ſententiæ adſcripti, ſi in ipſamet cauſa, ſequitur evidenter, ut præpoſteratio vitabit executionem & per conſequens ab executore licebit appellare, tanquam ab excedente. 16

Et hoc eſt ad differentiam ordinis traditi à jure inter diverſas lites, ſeu unius cauſæ, ad alteram ſeparatam vel unius judicii ad aliud, ſecundùm Bald. *in d. l. prolatam, ſub n.*2. *verſ. item præmitto, & n.*9. *verſ. ſed opponitur nunc.* Bart. & Paul. Caſtr. *in l.*1. *C. de appell.* idem Paul. *in l. prolatam*, & in iſtius ordinis perturbatione ſententia tenet, & proceſſus, ſecundùm Bald. Salic. & Paul. *ubi proximè*, ſed tamen judex malè faciet, & ideo appellatio li- 18 cita erit, ut notant B. Bal. Salic. & Paul. Caſtr. *in l.*1. per text. *ibi C. de appel.* Cont. *in l. uni. lim.*18. *num.*2. *C. ſi de nomen. poſſ.* Eſcac. *tract. de appell. q.*17. *lim* 6. *memb.*7. *num.*117. *cum ſeqq.* Cravet. *conſ.*248. *injuſtitia n.*4. *verſ. amplius, & conſ.*299. *Ant. ſub n* 8. *& conſil.*302. *in hac cauſa ſub n.*6. Fel. *in cap. inter monaſterium ſub n.*23. *verſ. tempora tamen, de ſent. & re jud.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom.*6. *lit. P. concl.*119. *n.*19. Et rationem differentiæ hujus caſus, ad præcedentem, reddit Bal. *in d l. prolatam*, 19 *n* 9. quia ordo unius cauſæ in ſeipſa eſt, veluti ordo membrorum in uno corpore individuo, à quo ſi removeatur, vel ſubvertatur aliquod membrum principale, totum corpus perit: ſed ordo unius cauſæ ad diverſam, eſt ordo unius corporis ſeparati, ad aliud corpus ſeparatum, & ſic eſt ordo extrinſecus, ac ideo non vitiat.

Et propterea in judiciis, à quibus non eſt licita ap- 20 pellatio, prout in executivis, nec admitteretur appellatio, quia ſequitur naturam principalis ut latè ſuo loco probavimus. In aliis verò judiciis aliàs appellabilibus, rectè & ab hujuſmodi præpoſteratione de una cauſa ad alia diverſam appellabitur, ut ex Doctoribus proximè citatis, cum probent quòd tamen actus non ſit nullus, per conſequens non erit exceſſus, & ita nec appellabitur, *d. l. ab executore, & l. ab executione, C. quorum appell. non recip. cum vulgari.*

Quartò & quòd à præpoſteratione executoris ſit 21 licita appellatio quoad utrumque effectum, probatur quia licèt in poſſeſſorio, & aliis cauſis privilegiatis non ſit admittenda appellatio ab ipſa cauſa principali; tamen in iis cauſis, ut legitimæ deferendum eſt omnino à præpoſteratione ordinis interjectæ, ita docet Bald. *in c. ex conqueſt.* 10 *n.*1. *de reſtitut. ſpoliator.* & latè *in l.*1. *C. de appellat.* Iſſ. *in l.*1. *n.*5. *limit.*2. & Dec. *num.*6. ibi, quintò ab ordinato proceſſu, (*C. de bonor. poſſ. ſecundum tabul.* Rurſus idem Decius *in cap. paſtoral* 63. *n.*29. ibi, & notat etiam. (*de appell.* Covarr. *pract. quæſt. c.*23. *ſub n.*8. *verſus fin. verſ. cæterum licet.* Natta. *conſ.*121. *in cauſ. poſſeſſ. verſ.*4. *præſuppono, n.*4. *lib.*1. Menoch *tract. de adipiſcen poſſ. rem.*4 *q.*99. *n* 808. Achil. Perſon. *tract. de adipiſ. poſſ. ſub n.*336. *verſ. ego autem bene fateor, & ſub n.*337. *verſ. vel & quoque. &* 338. *fol.*269. *aliàs fol.*277. Cæſ. Contard. *in repet. l. unic. limit.*7. *ſub n.*9. ibi, & licèt aliquando & latiùs, *limit.*18. *à n.*1. *cum ſeqq. & ſub n.*21. *&* 22. Eſcacia *tract. de appell. quæſt.*17. *limit.*6. *membr.*7. *n.*113. *fol.*395. Marqueſ. *tract. de commiſſ. part.*2. *de commiſſ. appell. cap.*2. *num.*46. *limit.*4. *fol.*38. Grama. *d ciſ.*65. *excellens Comitiſſa, ſub num* 82. Borgn. Caval. *deciſ.*23. *n.*105. *& ſeqq. & num.*107. *part.*3. Alexand. Styat. *in pract. civ. c.*12. *n.*17. *fol.*31. qui omnes probant, quòd in poſſeſſorio ſummariiſſimo, in quo regulariter prohibetur appellatio; tamen admittitur ex cauſa præpoſterationis, & inordinati proceſſus, & poſt Zuchar. Perrum Surdum & Hieronym. Gonz. & alios, probavimus ſuprà *cap.*18. 2. *part. à n.*30. *verſ. & hujus concluſionis illa fortis eſt*, &c. ergo pariter dicendum venit manifeſtè, quòd licèt, ab executore ſit prohibita appellatio, *l. ab executore, ff. de appell.* tamen illi erit deferendum, ubi executionem præpoſterare, & ordinem perturbare, contigerit, & ulteriùs in noſtris terminis vide inferiùs *à n.*60. *& ſeqq.*

Et

22 Et hujus quarti fundamenti rationem reddit Cont. *dict. limit. 18. sub n. 22.* sed meritò eam refutat Efcac. *ubi proximè*, illa tamen veriſſima redditur, quia cum in perverſione ordinis unius cauſæ ad ſe ipſam detur nullitas, ex hactenus dictis, merito exequi non poteſt, quia quod nullum eſt, executionem non meretur; etenim diſpoſitio attribuens ſententiæ, & cauſæ privilegium executionis, intelligitur de valida, non de nulla *l. 4. §. condemnatum ff. de re jud.* & propterea appellationem rectè procedere ſæpius diximus hoc in tract.

23 Secunda etiam, & vera ratio eſt, quoniam judex non ſervans ordinem, cúmque præpoſteram, facit injuſtitiam, gravamen autem, & injuſtitia ordinis non ſervati, notorium patens eſt, & evidens ex actis; & à ſententia evidenter injuſta cùm nullitati æquiparetur, licita eſt appellatio, etiam in cauſis privilegiatis, & quæ appel-
24 lationem non recipiunt Bal. *in l. unica colum. 2. num. 5. verſ. denuo quæro, C. ſi de mumen. poſt.* Abb. *in conſ. 55. in cauſâ quæ Paul. poſt. princ. p. lib. 2.* Marant. *in ſpecul. 6. part. actu. 2. princ. in verbo, & quandoque appellantur, limit. 6. num. 311. fol. 505.* Veſtr. *in praxi Roman. Curiæ lib. 7. cap. 3. verſ. at ubi ſub n. 6 fol. 195.* Lancel. *tract. de attent. 2 p. c. 12. lim. 25. vers. c. n. 15.* Achil. Perſon. *ubi ſuprà d. tract. de adipiſc. poſſ. ſub n. 24. verſ. præterea dato. tom. 3. part. 2. fol. 269.* Joan. Baptiſt. Ponta. *in tract. de ſpolio, lib. 4. c. 3. n. 50. verſ. quocunque, fol. 306.* dicens, quòd
25 reſpectu iniquitatis non intelligitur unquam prohibita appellatio, latè Cæſ. Contard. *in l. rep. unic. lim. 9. n. 2. C. ſi de mom. poſſ.* & eſt de mente Bart. *in l. 1. n. 5. verſ. præterea vide ff. de appell. recipi,* & loquendo in ſententia *ex l. fin. C. de edicto divi Adria.* Scribunt Zuchard. *in cod. l. fin. n. 447.* Menoch. *tract. de adipiſc. poſſ. rem. 4. queſt. 100. n. 85.* Achil. Perſonal. *d. tract. de adipiſc. poſſ. ſub n. 334. verſ. ego autem. fol. 268. in fin. & 269.* Eſcac. *tract. de appellat. queſt. 1. lim. 4. num. 99. & eadem q. 17. lim. 6. memb. 4 n. 106. & memb. 7. n. 79. & n. 113. ad fin.* & nos paſſim pluries alios allegando diximus variis in locis.

26 Ex his rectè quæri poteſt, an condemnatus per ſententiam, ut rem reſtituat, refuſis priùs melioramentorum expenſis, an executor excedet, ſi rem faciat reſtituere ante liquidationem, & ſolutionem expenſarum prædictarum. Et quòd non excedat, affirmant Benecintendi *deciſ. 77. per tot.* Card. Tuſc. *pr. concl. tom. 6. lit. P.*
27 *concl. 319. n. 17.* dicentes, quòd poterit dare executor reſtitutionem bonorum vigore ſententiæ, cui eſt illa clauſula adjecta (refectis priùs melioramentis) quia intelligitur, priùs, quatenus ſint liquidata, quia eſt monitio ad judicem exequentem, non neceſſitas.

28 Sed contrariam ſententiam, & opinionem longè de jure veriorem eſſe exiſtimo, imò quòd excedet ex ordinis perverſione, quoniam dictio (priùs) præcedentiam ſignificat, & diſpoſitio illa utens intelligitur, dare ordinem, qui inducit formam, qua non ſervata, actus eſt nullus. Felin. *in c. cum dilecta, de reſc. n. 6. verſ. ſextum ſignum.* Brun. *in tract. de forma. in tit. quatenus cenſeatur datum aliquid pro forma.* Cacher. *dec. Pedem. 165. num. 14.* cum Neviz. *conſ. 87. num. 13.* Mandoſ. *regul. 24. quæſt. 3. n. 9.* & pluries ita determinavit Rota, cujus deciſiones ibi allegat Nicol. Garcia *de benef. 9. p. cap. 3. num. 10. & ſuprà*, ubi in ſimili caſu circa Concilium Tridentinum *ſeſſ. 7. cap. 13.* utens his verbis: priùs examinentur, *&c.* ergo cùm modum excedat executor in hujuſmodi præpoſteratione, appellationi per conſequens deferendum eſt.

29 Et ulteriùs probatur, quoniam illa ſententiæ verba (ſolutis expenſis melioramentorum) inducunt conditionem, virtute ablativi abſoluti, juxta *l. emptione, ff. de pactis, l. à teſtatore ff. de condit. & demonſtr. cum vulgari.*
30 quæ conditio debet adimpleri, ita ut interim ſuſpendat diſpoſitionem *l. qui hæredi, in princ. & l. Mævius, in toto*
31 *titulo, ff. de cond. & demonſtr.* Et in terminis, quòd illa verba ſententiæ (ſolutis expenſis) ſint conditionaliter prolata propter ablativum abſolutum, tenet Neguz. *in tract. de pignor. memb. 45. p princ. ſub n. 10. verſ. tertia concl.* quia conditio importat formam. Bald. *in auth. matri & aviæ, Cod. quando mul. tutelæ officio fungi poſſet,* & conditione non ſervata actus corruit, & nullus redditur *l. non dubium, C. de leg.* Bal. *in l. exec. C. de execut. rei jud.* Natta *conſ. 438. n. 28.* Petr. Surd. *conſ. 186. n. 18. tom. 2.* qui *n. 17.* poſt elegans conſilium Soc. junior *67.* 34
n. 19. vol. 1. inquit multum referre quòd ſententia reſervet jus, quia tunc ſententiæ executio per reſervationem non ſuſpenditur: at quando ſententia condemnat ſub aliqua limitatione, vel modificatione; tunc ſententiæ executio retardatur, & ſuſpendatur, donec cognitum ſit de jure limitato, & per eundem Socinum idem dixit Cardin. Tuſc. *pract. concl. tom. 3. liter. E. concl. 372. n. 3.* dum affirmat, quòd ſententia debet exequi, etiamſi in ea 35
reſervetur jus aliquod condemnato, quia intelligitur in alio judicio; ut ſecus ſit ſi aliquam limitationem, aut exceptionem adjiciat. Et reddit exemplum, quando 36
excipit bona, quæ eſſent in dominio, aut territorio condemnati, quia tunc debet executor priùs diſcutere, quæ & qualia bona eſſent; & hoc idem repetit idem Cardinal. Tuſc. *pract. concl. litera E, concl. 489. à n. 12. & 13.* qui loquitur de hac conditione (ſolutis priùs expenſis) & Socin. & Surd. *locis proximè citatis*, exemplificant, quando ſententia condemnat ad reſtituendum bona, exceptis feudis, affirmantes priùs cognoſci debere, 37
quæ illa ſint bona, quæ non ſunt feudalia idem dicit Capicius *deciſ. 17. n. 9.* Et eſt ratio, quia interim ſententia eſt incerta, quæ ante liquidationem nullo modo executioni mittitur, ut ſuprà diximus latè hac *4. p. c. 10. de liquid. à princ.* Verba enim limitativè appoſita, habent 38
inducere terminum, quem non licet excedere, *l. qui fundum, §. vendebat, ff. de contrah. empt.* Bal. *in l fi. C. de donat. ante nupt.* Anton. de Cana. *in tract. de inſinuati, q. 28. n. 28. vol. 9. tract. diver. ant.* Julius Cæſar Ruginellus *pract. quæſt. c. 42. à n. 9. cum ſeq.* Bald. *conſ. 51. n. 5.* ubi plura jura allegat.

Et loquendo de dictionibus (quatenus, donec, quandiu, dum, quoad, uſquequo) & ſimilibus, quando illis 39
utitur ſententia, quæ cùm ſignificent limitationem temporis habent naturam ſuſpenſivam, & diſpoſitionem, ſeu acquiſitionem ſuſpendunt; ſecundùm B. *in l. fin. §. fin. n. 2. ff. ad Trebel.* Arct. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in fin ff. de lib. & poſt.* Socin. *conſ. 63. n. 3. vol. 1.* Socin. junior *in conſ. 76. num. 11. vol. 1.* & principaliter ſignificat tempus, ſecundùm Alexand. *in l. 1. col. 2. in princ. verſ. licet enim, C. de legat.* Ruin. *conſ. 42. n. 6. vol. 2.* Natta. *conſ. 459. n. 16.* quæ tamen dictiones ſi apponan- 40
tur ad inchoationem alicujus beneficii, important conditionem, *l. pater, §. ſi ff. de cond. & demonſtr. l. legatum, ff. de annu. leg. l. Gaio, §. imperator, ff. de alim. leg.* B. *in l. 1. n. 15. verſ. quandoque iſtæ dictiones, ff. de cond. & demonſtr.* Caſtrenſ. *in lib. 1.* ubi Alexand. *n. 2. C. de legat.* Socin. qui communem dicit *in conſ. 68. n. 3. & 8. vol. 1.* Decius *conſ. 485. n. 5.* Ruin. *conſ. 37. n. 1. vol. 2. & conſ. 170. n. 7. vol. 3.* Socin. junior *conſ. 58. n. 8. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 18. n. 4. vol. 1.* Cephal. *in conſ. 71. n. 17.* Petrus Surdus *conſ. 186. à n. 14. tom. 2.* qui ex hoc concludit, ſententiam, 41
cui hujuſmodi dictiones adjiciuntur, ipſam ſuſpendunt, *& à num. 10. & 11.* quòd dictio (dummodo) quando apponitur in ſententia ei, quod venit implendum ante perfectionem actus importat conditionem *l. Thais Stichus, ff. de manum. teſtam.* B. & alii *in l. quib. dieb. §. Terminus, ff. de cond. & demonſtr.* Curt. ſenior *conſ. 74. col. 8. in princ. verſ. capio ſecundam legitimationem.* Socin. junior *conſ. 148. in fin. vol. 1.* Cravet. *conſ. 10. n. 14.* & idem Surd. loquitur de ſententia, qua declaratur, bona donata per partem alicui ſpurio ad illum pertinere, quatenus reperiatur non exceſſiſſe unciam ex liquidatione facienda, in liquidatione ſententiæ, ubi poſ-

alios,

43 alios, quod dictio (quatenus) aliquando idem significat quod (dummodo.)

Quod & idem dicendum venit de gerundio, prout
44 (quando, pagando, entregando, restituendo, &c.) quod & inducit conditionem, & formam, in actu gerendo adhibendum præcisè Bald. *in l. falsus, C. de furt.* B. *l.* 1. *n.* 36. *ff. de condit. & demonst.* Greg. Lopez *in l.* 27. *tit.* 5. *part.* 5. gloss. *verbo, el: pretio, circa fin.* Escob. *de ratio.*
45 *c.* 38. *n.* 14. & quòd inducat necessitatem, & præceptum gerendium, adjectivum; vel participium, habetur *in rubrica de edendo.* Iff *in rubrica ff. de lib. & posth. n.* 23. Navarr. *cons.* 2. *n.* 3. *tit. de celebr. Miss. lib.* 3. Cened. *in quæst. canon. q.* 3. *n.* 13.

46 Et hinc est quod dicit Bald. *in l.* 1. *n.* 4. *versic. concludo ergo. C. de jur. & fact. ignor.* quòd si sententia lata est sub conditione, vel modo, semper opponi potest de defectu ipsius conditionis, vel modi non impleti, sequitur Socin. junior *in cons.* 97. *n* 8. *vol.* 1. Bald. *in l.* 1. §. *& parvi ff. quod vi aut clam.* Castr. *cons.* 217. *n.* 2. *vol.* 2. Petr. Surd. *d. cons.* 186. *n.* 13. *& n.* 36. ubi reddit rationem, quia
47 eodem tempore, eodem instanti, & ex eodem fonte oritur actio, & exceptio, quia tunc agens non tam ab alio repellitur, quàm à semetipso repelli intelligitur, docent etiam Bald. *in l. ex his prædiis, n.* 1. *C. de exaction.* & post Bald. & Alex. ita concludit Natt. *cons.* 474. *n.* 35. Cravet. *cons.* 327. *n.* 15. *& in cons.* 151. *n.* 10. Beci. *cons.* 45. *n.* 14.

48 Et facit, quoniam si actor in actione includit, & deducit simul exceptionem, suo ligone se percutit, eique incumbit onus probandi exclusionem exceptionis, ita eleganter Ferret. *cons.* 53. *num.* 11. Cassiador. *decis.* 10. *n.* 19. *de rescript.* Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 34.
49 Et hæc exceptio, quæ oritur ex eadem sententia, adeò præcisa est, ut sit verificanda in executione, etiam si requirat altiorem indaginem. Castrens. *cons.* 270. *n.* 3. *in l. dub. vers. allegata verò, volum.* 2. Ruin. *cons.* 22. *n.* 9. *versic. secundo respondetur. vol.* 1. Petr. Surd. *d. cons.* 186. *num.* 22.

50 Et hinc etiam provenit, quòd quotiescumque in ventre instrumenti, cujus vigore executivè agitur, oritur defensio, & exceptio nullitatis, tunc suspenditur executio, quam ipsa legitima nullitatis exceptio impedit Bald. *in l.* 1. §. *& parv. n.* 3. *ff. quod vi aut clam.* Alexand. *cons.* 20. *n.* 2. *& lib.* 6. Sarnet. *in compend. signaturæ, n.* 84. Aquil *decis.* 3. Fel. *in rub. de except. n.* 1. Soc. *cons.* 27. *n.* 3. *vers. secundo compul. lib.* 4. Iff. *cons.* 170. *vers. & si diceretur, lib.* 2. Cassiad. *decis.* 10. *de rescript.* Et ratio est, quia
51 nullitas instrumenti reddit probationem nullam, qua sublata non potest dici constare de obligatione. Afflict. *decis.* 285. *n.* 1. Roman. *cons.* 42. Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 121. *à n.* 33. qui testatur, ita fuisse decisum per Rotam in una Roman. domus & nullit. coram Cardin. Palleot. & in una Neapol. nullit. instrum. 4. Julii 1574.
52 coram Cotta. Quæ quidem exceptio pariter admittenda est (quando scilicet oritur ex ventre instrumenti, & sententiæ,) etiamsi requirat altiorem indaginem, quia talis exceptio nullibi censetur exclusa; ita etiam docent Cassiador. *decis.* 10. *de rescr.* Sarnet. *in compend signat. n.* 99. *&* 85. Bald. *in l. ex prædiis, n.* 1. *C. de evictio.* Roman. *cons.* 42. *n* 3. Decius *cons.* 8. *num.* 7. *cui simili b.* Maresc. *ubi proximè, n.* 36. & circa hanc exceptionem vide quæ nos *cap.* 7. *vers. hinc etiam pariter à num.* 99. hac 4. *p.*

53 Unum tamen animadversione dignum inferere duxi, ut scilicet, appositæ conditiones aliquando respiciunt ipsam condemnationem, aut principalem dispositionem, tunc illam reddunt conditionalem, at quando conditio apponitur in executivis sententiæ, aut alterius dispositionis quia non respicit ejus substantiam, sed ejus
54 effectum dumtaxat, (ut in hac de qua loquimur,) & tunc non facit sententiam, contractum, nec principalem dispositionem conditionalem, imò pura remanet, effectus tamen executio, & [illegible]fectio suspensa est, & dilata in tempus. Ita post Ilos ami abiliter docet Matta *cons.* 455. *à n* 1 *tom* 2. [illegible]ens notata per Bald. *in additio, ad Speculat. tit. de instrument. editione column. fin. & in leg.* 2. *Cod. de jure doti*, quem refert & sequitur Alex. *in leg. quæ dotis*, *col* 5. *vers.* 7. *fallit. ff. soluto matrim.* Bald. *in l. ex his, opposit.* 1. *C. quando dies legati cedat.* & est optimum consilium Oldraldi 114. *factum tale est.* Tiraquel. *in tractatu de jure constit.* 3. *part. limit.* 2. & est de mente Alex. quem refert. Neguz. *de pignor.* 2 *p. princ. memb.* 2. *n.* 4. & ad multos admirabiles effectus ex hac infert doctrina Natta per totum illud consilium videndus.

Quare meritò in nostra principali difficultate respondet Paul. de Castr. *consil.* 270. Anton. de Fran. Neg. 55
ubi proximè 3. *p. princ. memb.* 4. *n.* 10. *vers.* 3. *conclusio.* & nostras Ioan. Garcia *in tractatu expens. & meliorat c.* 6. *n.* 18. quòd executor verba sententiæ debet attendere, ita ut si in sententia de melioration ibus priùs solvendis 56
mentio fiat, priùs solvantur quia ordo literæ servandus est, & à forma sententiæ non est recedendum, *l. cum post sent. l. ex stipulatio, Cod. de sent. & interl. omnium jud.* dicit etiam Peregr. *de fideic. art.* 50. *n.* 69. Maresc. *variat. resolution. lib.* 2. *cap.* 112. *n.* 27. & ex dicendis ulterius apparebit.

Sed ille casus difficilis est, quod erit quando sententia simpliciter condemnat ad rei restitutionem, 57
fusis melioramentum expensis, scilic. *pagando los gastos*, &c. an poterit executor priùs rem restituere, & postmodum satisfacere condemnato de meliorationibus, saltim sub fidejussore. In quo breviter regulariter negativam partem veriorem esse, censeo, tum ex natura ablativi absoluti, qui facit conditionem, & induit formam, & 58
ordinem non transgressurum, sed irritantem, quæ omnimodo præcedere & verificari debet, adimplerique in specifica forma, non per æquipollens, hoc est, fidejussorem oblatum admittendo, *l. premissor.* §. *fin. de constit. pecun* gloss. *in l. fi.* §. 1 *ff si certum petat. & in leg. satisfacto ff. de solutio.* Tiraq. *de retr. lignag.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 14. optimè multa bona adducens fundamenta in proposito Petrus Surd. *cons.* 186. *à n.* 29. *tom.* 2. ergo præposteratio patienda non est.

Deinde quoniam condemnato ad rei restitutionem 59
competit illius retentio, donec ei de melioramentis satisfiat, & hujusmodi exceptio suspendit executionem, etiam si de ea fuisset oppositum in principali judicato, dummodo de ea non fuerit judicatum plurimos adduximus suprà *hac* 4. *part. cap.* 7. *vers. sed major stat difficultas à n.* 72. tenent insuper Speculator *tit. de execut. sententiæ*, §. *postrem. vers. quid si bona ædific.* & ibi latè Joan. And., *in additio.* Bald. *in l. si fundus*, 16. *n ff. de rei vindic.* Ripa *in l ubi purè*, §. *quid in distrahendis. ff. ad Trebell.* Decius *consil.* 18. *n.* 2. Aymon. Crav. *consil.* 148. *n.* 2. Roland. a Valle plures referens *in cons.* 28. *n* 3. *lib.* 1. Tiraquel. *de retract. conventio* §. 7. *gloss.* 1. *n.* 14. Neguz. *de pignor.* 5. *part. membr.* 4. *n.* 10. *vers. secunda conclusio.* Benevitendi *decis.* 6[illegible] *n.* 1. Boërius *decis.* 43. *n.* 9. Pontan. *de spolio*, *lib.* 4. *n.* 63. Gallesi. *de obligatio*, *Camerali*, *in* 4. *part. quæst.* 2. *n.* 12. Burfatus *consil.* 66. *n.* 3. *lib.* 1. Lancelot. *de attent.* 3. *part. cap.* 25. *quæst.* 29. *n.* 10. & pluries ita determinasse Rotam, cujus decisiones refert, testatur Maresc. *variar. resolution lib.* 2. *cap.* 112. *sub n.* 18. *&* 19. ergo executor nimis properè exequitur, priùs rei restitutionem faciens, contra *l.* 1. *C. de execut. rei jud.* & per consequens nulliter *ex cap. præposterationis*, ex superiùs dictis

Et hinc est, quòd pro hujusmodi præposteratione 60
pars gravata agere potest nullitate, & spolio. Cæsar Contar. *in repet. l. unic. C. si de moment. poss. q* 24. *n.* 32. testatur etiam Luc. Per. *in pract. Capitol. tit. de can. nullitat. n.* 2. *vers. & ex ratio.* Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *c.* 121. *n.* 48. ut testatur, ita fuisse decisum per Rotam

in

in una Rom. Salvina interdict. 19. Novembr. 1593. coram Penia, & per consequens à fortiori poterit etiam,
61 ab hujusmodi præposteratione ob non admissam exceptionem legitimam appellationem interponere condemnatus, ut in terminis probant ipsa Rotæ decisio, & Doctores citati, & iterum ipse Maresc. *eod. lib. 6. c. 112. sub n. 18.* & est consilium Alex. 85. *n. 6. vers. præterea etiam lib. 5.* & faciunt supradicta in hoc cap. & latiùs hac 4. *part. cap. 5. à princ.*

62 Quod & in tantum procedit, nam etsi ad executionem sententiæ petenti offeratur depositum, vel cautio de solvendis meliorationibus, cùm fuerint liquidatæ, audiendus non est, Carpic. *decis. 17.* Ruin. *consil. 84. in fin. l. 1.* Tiraquel *de retract. convent. §. 7. glos. 1. n. 13.* nostras Joan. Garc. *de expens. & meliora. cap 6. num. 19.* Gallef. *de oblig. in form. Came. 4 part. q. 2. n. 11.* quam opinionem contra Gozad. *consil. 100. num. 12.* Beneintendi. *decis. 77. n. 10.* & Neguz. *de pignor. 5. part. memb. 4. n. 10.* contrarium sentientes citant, & veriorem dicunt Menoch. *de recup. poss. rem. 15. n. 569.* quam amplexam fuisse à Rota affirmat Gallef. *ibi.* Puth. *decis. 12. de re jud.* Maresc. *var. resol. d. lib. 2. cap. 112. n. 21.* ubi testatur, ita fuisse tentum per Rotam in una Terra, Palu. 17. Maii 1159. ut in manuscriptis diverso. *decis. 139.* Petr. Surd. *consil. 186. n. 19. tomo 1.*

63 Quæ doctrina verissima est respectu ejus rei, in qua facta fuit melioratio, pro qua competit retentio, non tamen respectu aliarum rerum diversarum, nam si quis plurium fundorum detentor, aut possessor, si condemnatus ad omnium restitutionem, non impeditur sententiæ executio in illis fundis & corporibus sejunctis, & separatis, in quibus non essent facta meliramenta, quia etiam de jure pro expensis factis in una re, alia non potest retineri, ad notata *l. si non sortem, §. si centum, ff. de condict. indeb.* & sic respectu earum rerum, in quibus
64 nulla sunt facta melioramenta, sententiæ executio statim facienda est, etiam nulla præstita fidejussione. Secus respectu earum rerum, quibus expensæ factæ sunt, in quibus quidem executio suspenditur, donec fiat liquidatio, & melioramenta cum effectu probentur; ita tenet Paul. de Castr. *consil. 270. l. 2. à n. 1. cum seqq.* & per eum Joan. Garc. *de expens. cap. 6. sub n. 19.* decisio Lucan. Josephi *n. 10.* Rodoa. *de rebus Eccles. §. de empt. num. 6.* & ita bis obtinuisse firmat Peregrin. *in tract. de fideicommiss. art. 30. n. 69.* Maresc. *variar. resol. lib. 2.*
65 *cap. 122. n. 27.* quod procedit etiam si in sententia apponantur illa verba (solutis priùs expensis.) *&c.* quia cum in iis negetur secundùm jus retentio, ad juris intellectum debere referri verba judicis, dicunt Paul. Castr. Peregr. & Maresc. *ubi proximè.*

Quod secus erit, quando sententia rem unicam contineat, vel plures, sed adeò connexas, ut una sine alia stare non possit, quia tunc non fit restitutio, quousque meliorationes actor refundat, secundùm Castr. *ubi proximè* ad Tiraq. *loco modo citation. 2. & 13.* Maresc. *n. 29.* Boërius *decis. 44. n. 19.* Peregr. *d. art. 50. n. 69.* qui & Tiraq. reddunt mirabilia exempla.

66 Hoc tamen limitari placuit; quando expensæ, & melioramenta facta in una re, ejusdem valorem excederent; quia tunc in alia separata poterit etiam fieri retentio, ita limitat Boërius *decis. 44. n. 17. vers. illud dictum Pauli.* Maresc. *d. c. 12. 30.* Peregr. *sub d. n. 69.*

67 Quid autem & quando melioramentum respicit jus universale, puta hæreditatem, ad quam restituendam quis condemnatus fuit, nempe: secundùm *l. fin. Cod. de*
68 *edi. D. Adr.* an tunc una res pro ila retineatur, & an & quando ibi non possunt de facili liquidari expensæ, an sub fidejussione relaxanda sunt bona omnia, vide plenè per Joan. Garc. *de expens. & melior. cap. 6. n. 19. per tot.* ubi plures allegat, & obiter etiam Peregr. *ubi proxi. d. n. 69. in fin.*

69 Unum tamen non omittam, quòd iis casibus quibus dicimus, executionem sententiæ impediri, propter hujusmodi retentionem rei, ob expensas in ea factas debet saltim priùs in genere constare, & appellare de illis quo casu Rotæ stylus est, ut executor præfigat terminum condemnato opponenti de meliramentis, ut intra illud illa liquidet. Put. *decis. 471. in fin. l. 2.* Peregr. *dec 18. l. 2.* & fuisse dictum in causa Roman. domus 28. Jun 1612. coram Card. Pamph. & alias sæpè, testatur Maresc. *var. resol. l. 2. cap. 2. 21. n. 51.* iterum *c. 112. n. 20. &* 32. qui quidem si intra præfictum terminum sibi præfixum, 70
melioramenta non liquidaverit, proceditur ad executionem, quia tunc stante mora, non est amplius locus retentioni, ne sit in potestate opponentis propter moram liquidandi, sententiæ executionem retardare. Puteus *decis. 1. de re jud. de decis. 471. n. 2. vers. tanto magis lib. 2.* Peregr. *decis. 16. lib. 2.* & tenuit etiam Rot. *in d. dec. Rom. domus*, ut testatur idem Maresc. *d. c. 112. n. 20. & 32. & d. c. 121. n. 51.* & tenet Socin. *cons. 62 n. 3. l. 1.* Acorambo. *decis. 8.* Rota *decis. 112. p. 2. diverf.* quo casu non dicetur executor præposterare ordinem executionis', & sententiæ. Vide sursum hoc cap. *à n. 67. & suprà.*

Illud denique adde, quòd etiam in his casibus, qui- 71
bus diximus; præposterationem, & perturbationem ordinis causare nullitatem, limita ubi adest confessio partis, quæ omnino sanat omnes defectus processus, ut in terminis tenet Cardin. Tusc. *pract. conclus. tom. 6. lit. P. concl. 519. n. 11. & n. 20.* Alexand. *consil. 34. viso processu n. 3. & n. 4.* quem referens sequitur Tusch. *ibi*, & generaliter, quòd confessio partis valideat omnes de- 72
fectus ordinis judicialis, & processus, latè Mascar. *de probat. lib. 1. conclus 244. n. 4. & concl. 357. n. 3.* ubi de communi Roland. *consil. 31. n. 4. lib. 1.* infinitos congerit Farinac. *in pract. crim. tom. 2. q. 81. cap. 2. à n. 66. cum pluribus seqq.* ubi multis modis ampliat, pariter & limitat.

CAPUT XIV.

De effectibus repositi excessus, & an tertio rei possessori non citato, etiam clerico, afficiat? Et an fructus non expressos comprehendat; & an excessus totam vitiet executionem, vel is solus dumtaxat reponendus, & insuper facta semel executione, si res iterum deveniat in potestatem condemnati, aliæ executoriales novæ an requirantur.

SUMMARIUM.

Executio revocata & reposita, an officiat tertio rei emptori ipsius executionis virtute, n. 1.

Redduntur exempla, n. 2.

Res inter acta tertio non præjudicat, nec contra non nominatum in sententia ejus executione comprehenditur, num. 3.

Executione sententiæ, cujus virtute tertius emptor possidet, revocata, ut ipsa res non sit restituenda, sed pretium à creditore avocandum, quis dixerit, n. 4.

Executione revocata, cujus vigore creditor in solutum rem accipit, restituenda res cum legitimis accessionibus, n. 5.

Revocata executione in gradu appellationis, creditorem damnandum ad res ablatas restituendas, vel æstimationem, damna & expensas, qui dixerint, numero 6.

Azebeti sententia in re hac refertur, n. 7.

Tertio emptori in subhastatione pro executione, si hæc revocetur, illi nocet citatio, n. 8. & 9.

Res in solutum data mulieri virtute executionis, quæ in

gradu appellationis revocata fuit, an hæc revocatoria exequi possit contra virum, cui hanc rem appellatione pendente dederat in dotem mulier, n.10.

Sententia informatoria executionis, cujus contemplatione tertius vel per subhastationem, vel aliter, rem possidet, ipsi tertio etiam non citato, & etiam clerico officit, & in illum directè exequitur, n.11.

Tertius possessor rei subhastatæ, vigore executionis à qua est appellatum, non habet jus in ipsa principaliter, & deperse, sed dependens causatum & derivatum à jure princ. creditoris, pro cujus jure subhastata fuit, n.12.

Sententia lata cum eo principaliter negotium tangit, præjudicat habentibus jus secundariò & in consequentiam, & derivatũ ab illo etiã non citatis, & ignorantib. n.13.

Sententia infirmatoria executionis per appellationem revocata, cujus occasione tertius possidet rem subhastatam, lata contra creditorem cui principaliter tangit, & est legitimus contractor, officit ipsi tertio etiam non citato, cui res tangit in consequentiam, n.14.

Commodum secundariò contingens non est considerabile, num.15.

Principale quod agitur inspicitur, non quod venit in consequentiam, & accessoriè, n.16.

Actus non dicitur factus in præjudicium illius cui principaliter non obest, sed secundariò, n.17.

Origo à qua cætera vim capiunt, magis attenditur & nobilior habetur, n.18.

A radice infecta procedens, pullulare non potest, n.17.

Ex eadem radice si multiplex vitium nascitur eodem modo tollitur & resolvitur, n.20.

Vitium parvum in principio totam massam corrumpit, num.21.

Origine falsitatis data, omnis actus dependens est nullus, n.22.

Fundamento sublato totum ædificium corruit, n.23.

Fundamento deficiente superædificari non potest, n.24.

Principio omisso, non potest fieri transitus ad extremum, num.25.

Causa prima semper repræsentatur in secunda in quam influit, n.26.

Auctoris jure resoluto resolvitur jus tertii absque facto hominis, sed juris ministerio, n.27.

Sententia lata super causa, censetur lata super causato, num.28.

Provisus de quarta portione, cujus vigore optavit dimidiã & successivè integram. sententia declarans primã provisionem nullam, in portione optata exequitur, n.29.

Clericus beneficio privatus ob contumaciam aliquam, non verò delictum, & alteri collatum, si comparens absolvatur, illud recuperat à tertio, n.30.

Causativè multa, permittuntur quæ alias directò non permitterentur, n.31.

Judex secularis licèt non possit directò clericum coram se litigantem compellere ad compromittendum, potest tamen causativè denegando illi audientiam, n.32.

Evicto per sententiam canonicatu quem quis optaverat dimissa portione quæ alteri fuit collata, huic nocet sententia etiam non citato, quia ad portionem redit condemnatus, n.33.

Et idem erit si plures gradatim optaverint, quia primus optans, condemnatis cæteris gradatim officit, n.34.

Defectus in primo gradu, qui est causa aliorum successivè, primo gradu evicto restituitur adversus secundum, & iste adversus tertium, & sic de singulis, quia influit in causato, n.35.

Minor restituto per sentent. adversus venditionem, cujus causa vectigal solvit, sententia officit publicano, n.36.

Restitutio redigit omnia ad pristinum statum etiam adversus tertium, n.37.

Condemnato retractante rem aditam intra tempus legis, vectigal à publicano recuperat etiam, cujus jus pendebat ab hac causa variabili, n.38.

Restitutio facta juris dispositione, causa quæ inest à primordio tituli, præjudicat tertio, & contra eum operatur, num.39.

Restitutio per viam hujus inhæret à primordio, ita ut jus transferentis non fuerit liberum a principio, quod ideo rescissioni est subjectum, n.40.

Restitutio juris ob injustitiam comprehendit bona ablata, & in fiscum incorporata, sed alienata in tertium possessorem, n.41.

Restitutione à Principe facta etiam ex gratia, dicenti haberi pro non facta confiscationem, & esse irritam, jus tertio tollitur, & omnia provenientia ex tali condemnatione resolvuntur, n.42.

Sententia revocata per aliam, prima dicitur illicitè processisse & omnia acta pro illicitè attentatis corruunt ipso jure, n.43.

Executio vigore sententiæ postea revocatæ, consideratur retro ac si facta non sit, nec sententia lata, n.44.

Revocata executione, cujus contemplatione tertius possidet, ipse comprehenditur, n.45.

Qualitas resolutiva transit in tertium emptorem vigore executionis, quia inhæret à primordio, n.46.

Jus tertii; ex causa executionis non est actus stans deperse, sed dependens à jure creditoris, n.47.

Ad rescissionem antecedentis, sequitur rescissio subsequentis, n.48.

Jura duo causata ex una radice, una ambo rescissione tolluntur, n.49.

Tertius rei emptor in subhastatione comparens in appellationis judicio, vel citatus, vel sua sponte, aliter rem illam & possessionem defendere non potest, quàm ex jure creditoris, à quo suum secundariò dependet, n.50.

Tertium in possessorem ex subhastatione executio postea revocata influit, qui rem restituere tenetur, n.51.

Revocata executio cujus contemplatione tertius possidet, ipsi nocet, n.52.

Sententia si facit jus quoad omne lata contra principalem, nocet etiam tertio possessori, n.53.

Rescissa executione per appellationrm retro nihil factum esse intelligitur, & ejus vigore venditio habetur pro non facta, & bona à quolibet possessore restituuntur, ac si à potestate domini exiissent, n.54.

Tertio emptori vigore executionis jus acquiritur revocabiliter, & obnoxium appellationi ob executata interposita, n.55.

Tertius in executione rem subhastat cum qualitate, & tacita conditione resolutiva, & variabili à principio, sciens rem vendi ex jure litigioso, n.56.

Actum gerens submittitur legib. & condition. ejusdẽ, n.57.

Qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet ejus conditionem, n.58.

Executio, cujus occasione ob venditionem gabellarius perceperat decimam per appellationem, revocata tertio gabellario etiam non citato nocet, n.59.

Quia cum legitimo contradictore lata est rescissoria, & ideo nec appellare potest ab ea gabellarius, nec alium recursum habere, nisi doceat de solutione, n.60.

Rescissa alienatione è jure, vel à judice, executio procedit contra singularem possessorem, n.61.

Sententia lata contra authorem, nocet successori etiam non citato ex capite juris resolutivi, n.62.

Sententia informatoria executionis, cujus contemplatione tertius possidet, illi etiam clerico officit non citato, n.63.

In tertium emptorem executio locum habet vigore pacti de non alienando appositi hypothecæ, n.64.

Pactum de non alienando ut operetur executionem in tertiam, an debeat apponi hypothecæ, an sufficiat generali, n.65. remissivè.

Sententia inter creditorem & debitorem sufficit, etiamsi non citetur tertius possessor hypothecæ, cui pactum de non alienando erat appositum, ut in eum executio procedat, n.66.

Executio

Executore revocata, omnia retro judicantur irrita & infecta ipso jure, n.67.
Excessus à principio causat nullitatem manifestam in executione, n.68.
Possessione non privat executor inordinatè procedens, nec acquiritur ei cui tradidit, n 69.
Executor secularis an possit sententiam repositionis executione, cujus contemplatione clericus possidet in hunc exequi, & rem avocare declinantem, n.70.
Executor secularis sententiæ latæ inter laicos erit competens cognoscendi, an sententia officiat clerico, ut tertio comparenti & declinanti, n.71.
Clericus ad impediendam executionem sententiæ latæ à judice laico ratione suæ possessionis, debet coram eo oppositionem facere, n.72.
Clericus si voluerit contradicere missionem in possessionem petitam à laico, debet judicem adire, n.73.
Clericus executioni factæ à judice laico se opponens debet coram eo de sua possessione summatim docere, ut declinatoria locum habeat, n.74.
Neapolitana vicaria cognovit de oppositione & declinatoria clerici comparentis executioni sententia lata in eadem vicaria, n.75.
Affecta res si transeat in clericum, quam detineat ejus respectu judici seculari non tollitur jurisdictio, n.76.
Possidere quem vel in possessione esse, quæstio est facti non juris, n.77.
Judex laicus competens est de facto rei spirituali incidenti, n.78.
Sententiæ executionem ad impediendam de solo & mero facto possessionis tertii oppositoris cognoscitur & tractatur, n.79.
Judex laicus à se capto opponente esse clericum cognoscit ad effectum ut nullatenus differatur remissio, & de ratione, n.80.
Judex secularis potest cogere clericum ut sibi ostendat ea quæ est allegaturus coram Ecclesiastico, ut videat an sint concludentia alias procedet, n.81.
Laici omnes præsumuntur quandiu de contrario non ostenditur, n.82.
Declinatoriam opponere debet captus, & ostendere titulum clericatus, cùm sit fundamentum suæ intentionis, de quo cognoscit laicus, ut sciant an captus de sua sit jurisdictione, n.83.
Possessionis suæ conservationem petens dicitur defensor non actor, n.84.
Tertius possessor alias reus, opponens se executioni trium conformium, actoris partes sustinet, & si est clericus declinat judicis laici judicium, n.85.
Actor dicitur, qui alium ad judicium provocat, etiam si aliàs sit reus, n.86.
Captus pro fuga si citat ad judicium ut declaretur captura nulla, in judicio nullitatis dicitur actor, n.87.
Clericus si sententiam per secularem latam nullam dicit coram judice seculari, debet nullitatem proponere, n.88.
Executor laicus an possit exequi in cler. sentent. inter laicos, & à laico latam, quæ illi ex natura causæ secundario & in consequentiam, vel alias, omnino de jure præjudicat, vel an requisitoriæ literæ sint necessariæ, n.89.
Judex secularis eligens clericum ut depositarium, potest & ipse cognoscere ut depositum restituatur, n.90.
Et quid actualiter cogere, Martæ opinio refertur, ibi & n.105.
Judex secularis clericum deputans sequestrum, cognoscit de ipso restituendo, n.91.
Sed executio per quem judicem sit facienda actualis, Martæ opinio refertur, ibid. resolvitur, n.105.
Judicem secularem casibus quibus potest contra clericum ferre sententiam, eam non posse exequi, sed Ecclesiasticum ad ejus instantiam, qui teneant, n 92.
Sententia inter alios lata exequitur de recto, & sine novo processu in possessorem rei litigiosæ, n.93.
Litigii vitium omnes etiam Ecclesiasticos ligat, n.94.
Sententia lata per judicem laicum licèt clericum tertium rei litigiosæ possessorem noceat, an possit per eum exequi in clericum. Martæ opinio refertur, n.95. reprobatur, n.122.
Judicem laicum posse sententiam à se latam contra clericum casibus quibus cognitio jure pertinet, vel aliter sententia ex natura causæ nocet clerico realiter in ejus bona exequi, ut verior opinio resolvitur, n.96.
Judici seculari eadem ratione qua sibi causæ cognitio in clericis pertinet; ita etiam executio in temporal. n.97.
Executio sententiæ ad illum judicem debet spectare qui de causa principali cognoscit, n.98.
Judex Ecclesiasticus casu quo de laico cognoscere potest exequi tamen non potest in illius bonis temporal. n.99.
Bona temporalia clericorum cùm sint in territorio Regis, illi subjiciuntur, n.100.
Ecclesiasticus judex ultra ambitũ Ecclesiæ & pertinentiæ ad spiritualia nullũ censetur habere territoriũ, n.101.
Ordinarius in casibus quibus potest contra Religiosos & aliàs exemptos à sua jurisdictione procedere potest sũa exequi sententiam absque literis requisitoriis, n.102.
Gabellam debitam à clerico negotiatore, potest judex laicus exigere & exequi in temporalibus captis pignoribus, salva tamen persona, n.103.
Clericus an sit negotiator nec ne ad effectum exigendi gabellam si sit dubium, judex secularis cognoscit, n.104.
Judex laicus clericum à se depositarium, seu sequestrarium electum, potest compellere captis pignoribus ad restitutionem depositi & sequestri, n.105.
Casus plurimi remissive recensentur quibus judex laicus contra clericos procedit, & actualiter exequitur in eorum temporalibus bonis, & compellit captis pignoribus. n.106.
Martæ opinio reprobatur, quia loquitur contra communem (ut assolet.) n.107.
In clericum nulliter nanciscentem rem casu quo fingitur illam non exigere potestatem laici, executio procedit per laicum judicem, ut in exemplis, n.108.
In clericum tertium possessorem rei, cui erat oppositum pactum de non alienando, executio fit directò per judicem secularem, n.109.
Litigiosam rem alienatam lite pendente in clericum, potest judex secularis ab illo avocare, & in eum sententiam latam exequi, n.110.
Vincentii de Franch. opinio & fundamentum refutantur, n.111. & seqq.
Rescisio alienationis in fraudem requirit ordinem judicialem, n.112.
Alienatio in fraudem paratæ executionis ex actione personali an requirat rescisionem, n.113.
Alienatione facta cœpto judicio super actione personali, executio fit in tertium possessorem, n.114.
Alienatio facta duntaxat in fraudem creditoris, scilicet ante tantam litem super actione personali, requirit rescissorium judicium, n.115.
Possidere qui dolo desiit pro possessore habetur, n.116.
Alienatione facta in clericum, vel alium, simulate, ita ut appareat rem non exire de potestate conventi, vel conveniendi, etiam in illum per laicum judicem fiet executio, n.117.
Alienatione dolosa verificata in tertium fit executio, num.118.
Clericus factus per delictum perpetratum in fraudem, condemnatus per secularem, & in ejus temporalibus ipse exequitur pœnam pecuniariam, salva tamen persona clerici, n.119.
Privilegium per fraudem acquisitum nihil prodest acquirenti, n.120.
Judex secularis magis dicitur judex causæ quàm clerici, quãdo post delictũ fraudulenter suscipit ordines, n.121.
Martæ opinio reprobatur asserentis, in clericum rei litig. ofa

litigiosæ possessorem non fieri executionem per judicem laicum, n.122.
L. Eccl. clem. 1. lite pendente interpretatur, n.123. & seqq.
Summus Pontifex est dominus temporalis urbis Romanæ, quia est de patrimonio Ecclesiæ, n.124.
Possessio vigore l. fi. C. de edicto divi Adria. clerico data per judicem laicum, comparente legitimo tertio oppositore, revocanda est per eumdem laicum, cujus jurisdictionem clericum non declinat, n.125.
Clausula (salvo jure &c.) in missione ex l. fi. de edicto divi Adria. tacitè sub intelligitur, si non apponatur, n.126.
Res per clericum adepta vigore executionis attenta excessivæ, inordinatæ, aut aliter nulla postmodum recisæ, ab eo avocari potest per judicem laicum, n.127.
Possessione non privat executor nulliter procedendo, nec ab accipiente acquiritur, n.128.
Cleric. possessio e carēs rei executionē non impedit, n.129.
Judex Ecclesiasticus non potest inhibere executori laico exequenti clericum in temporalibus, in casibus quibus sententia à seculari lata virtualiter & ex natura causæ aliter ut præjudicat clerico, n.130.
Inhibere judex ecclesiasticus poterit executori laico, exequenti clericum sententiam per laicum latam clerico tertio nullatenus præjudicantem, n.131.
Inhiberi secularis judex tunc potest, quando contra clericum nequit procedere, n.132.
Ab inhibitione appellatio quando tollat impedimentum Judici laico inhibito, ut libere possit procedere, n.133. *remissivè.*
Inhiberi executor laicus quando contra clericum potest sententiam exequi, quia illi præjudicat an possit ante cœptam executionem, n.134.
Inhibitionem si expediat ecclesiasticus judex in laicum, antequam incipiat cognoscere de quæstione facti incidenter rei spiritualis, an ulterius possit valide se contromittere secularis, n.135.
Repositionis sententia ob excessum executionis, ac fructus comprehendit etiam si non exprimat, n.136.
Sententia ad non expressa porrigitur, cùm sit stricti juris, n.137.
Fructus suos facit qui authoritate & sententia judicis possidet tanquam bonæ fidei possessor, n.138.
Fructus suos an faciat judicis authoritate possidens etiam sive titulo vel eo invalido, n.139.
Executione aut sententia annullata sive rescisa, cujus contemplatione quis possidet, rem cum fructibus restituit, n.140.
Tituli resolubilis virtute possidens facta resolutione, res cum fructibus interim perceptis restituuntur, n.141.
Causa quando reducitur ad non causam, & titulus ad non titulum res cum fructib. restituuntur à possessore, n.142.
Titulus habens ortum à causa irrita, vel ad non titulum redactus, non operatur fructuum acquisitionem, n.143.
Possessionis apprehensio etiam judicis authoritate ad non possessionem redacta, res cum fructib. restituitur, n.144.
Fructus cum re restituuntur, irrita aut annullata sententia, cujus contemplatione quis possidebat, n.145.
Fructus restituit cum reis, cui virtute decreti annullati possessio adjudicata est propter debitum, & licet pro parte veri debiti, n.146.
Bona vendita virtute pretii revocati postea per appellationem, restituuntur cum fructibus perceptis à creditore, n.147.
Fructus restituantur ei cui bona vendita ob debitum ex justiti reddi jubentur, n.148.
Fructus percepti vigore sententia & executionis, tam per viam appellationis, quam revisionis revocatæ restituuntur, n.149.
Fructus etiam percipiendi vigore executionis rescisæ sunt restituendi, n.150.
Fructus perceptos, & quos percipere potuit, præstat attentans etiam si in sententia non exprimatur, dummodo sint percepti a tertio, à condemnato attentante causam habente, n.152.
Fructus à se perceptos protestat attentans condemnatus, licèt evitet executionem pro iis quos percipere potuit, quando dat tertium qui illos percepit, n.153.
Fructuum condemnatio verificatur in perceptis à tertio habente causam ab attentante condemnato, n.154.
Dos data filiæ ultra taxam legis regiæ revocatur cum fructibus, n.155.
Executionem annullantes senatores ob non servatam formam juris per executionem, quemadmodum bona vendita faciant restituere, & quando fructus cum interusurio debiti compensentur, n.156.
Excessus est attentatum, n.157.
Excessus ad instar attentati reponitur, n.158.
Excessus commissionis causat attentatum, quo omnia attentatorum requisita concurrunt, n.159.
Excessus executionis contemplatione possidens, pariformiter ut attentant ad fructus tenetur percipiendos, n.160.
A fructibus non excusat bona fides, & authoritas judicis illum, qui virtute sententiæ revocatæ possidet, n.161.
Sententia revocata dicitur illicitè præcessisse, & retroacta pro attentatis corruunt ipso jure, n.162.
Fructus quilibet etiam bonæ fidei possessor lite pendente perceptos tenetur restituere, n.163.
Retractata sententia tacitè retractata intelligitur executio ejus vigore facta, omniaque quæ victor ejus occasione habuit, in pristinum restituuntur, n.164.
Revocata sententia tacitè executio revocata intelligitur, ita ut bona capta relaxentur eodem imperio, quo fuerunt, concessa ac si facta non fuisset executio, n.165.
Commissio executionis præcedente sententia nulla idem valet, veluti si nulli lata fuisset, n.166.
Revocata sententia non præstat bonam fidem, quo ad fructuum acquisitionem, n.167.
Ab executorialium executore appellatio emissa, solet delegari cum clausula (parito judicato.) n.168.
Clausula (parito) operatur ut appellans non queat audiri nisi integrali per acta executione, n.169.
Clausula (parito) tribuit jurisdictionem conditionalem quatenus si paritum judicato non aliter, n.170.
Clausula (parito) stante, ante omnia possessio dimittenda, & fructus seu expensa usque ad obolum restituendi, alias gesta erunt nulla ex defectu jurisdictionis, n.171.
Quod procedit etiamsi fiat fructuum oblatio, etiam liquidorum, cum sint cum effectu restituendi, ut tollatur jurisdictionis suspensio, n.172.
Executor secundus ad rei restitutionem cum clausula (parito) an excedet procedendo paritionem illorum fructuum, qui tacitè & virtualiter in sententia subintelliguntur, n.173.
Clausula (parito judicato) non operatur ultra judicatum, num.174.
Maresconi opinio refertur asserentis clausulam (parito) non operari in paritione fructuum, quando restitui mandatur, n.175.
Obligatus vigore instrumenti ad rem & interesse. si dumtaxat sit condemnatus ad rem, clausula parito judicata) non operatur respectu interesse non expressi, n.176.
Fructuum paritionem tacitè subintellectorum in sententia operari clausulam (parito) varnus ostenditur, n.177.
Fructuum condemnatio per juris subauditionem facta intelligitur, ubi res mandatur restitui, & verbo (restituere) sententia usa est, n.178.
Expressum dicitur in sententia, quod ex ea tacitè subintelligitur, & necessario infertur, n.179.
Clausula (parito judicato) operatur in eo, quod tacitè subaudit & inest in sententia, licèt non exprimatur, n.180.
Pertinentiæ liquidandæ in executione sententia generalis, licèt in ea non sint expressæ, comprehenduntur sub clausula (parito judicato) n.181.
Clausula (parito) operatur in omnibus, quibus sententia transit

transit in rem judicatam, vel alias meretur executionem, n.182.

Rescriptum Principis recipit interpretationem à jure, cum quo se conformare censetur, n.183.

Sententia lata cum legitimo contradictore, qui primas defensionis partes occupat, nocet habenti jus secundario, & in consequentiam, n.184.

Clausula (parito) contra illum, cui virtualiter & secundario res judicata nocet, etiam non citato, nec expresso in ea, n.185.

Clausula (parito) operatur contra tertium rei litigiosæ emptorem, à condemnato habentem causam sive immediatè, sive mediatè, n.186.

Tertio opponenti exceptionem relevantem res judicata non nocet, n.187.

Clausula (parito) non operatur quando res judicata non afficit rem aut personam, n.188.

Exceptio relevans vel non, secundum naturam judicii executi quæ dicatur, remissivè, n.189.

Clausula (parito judicato) nihil operatur in sententia nulla, quia non meretur executionem, n.190.

Clausula (parito) non operatur in sententia notoriè injusta patente ex actis, n.191.

Excedit executor cum clausula (parito judicato) si ante paritionem fructuum virtualiter comprehensorum in sententia, quæ utitur verbo (restituere) procedat in principali, n.192.

Sententia non probat ultra id quod ex ea necessariò infertur, n.193.

Maresc. explicatur, n.194.

Excessisse executorem ubi sit declaratum, an tota executio reponenda, an pro parte excessus dumtaxat, n.195.

Mandatum judicis relaxatum ultra summam debitam, in totum est nullum, & revocatur, n.196.

Mandatum relaxatum partim ex causa falsa, partim ex vera, in totum est nullum, etiam pro summa debita ratione individuitatis, n.197.

Sententia ratione excessus in totum est nulla, cùm sit individua, n.198.

In solutum datum, & adjudicatio; si non fiat pro mensura debita, revocatur in totum, n.199.

Fidejussio pro majori summa, non valet, etiam pro minori summa, ad quam tenebatur, secundum veriorem opinionem, n.200.

Fidejussorem non obligari in plus quam principalis, est forma legis, n.201.

Fidejussio in accessoriis, & respectu pœnæ, valet in plus quam principalis, n.202.

Locatio per Ecclesiam facta ultra novem amos, nec in tempore permisso sustinetur, n.203.

Excessus aliud quid est diversum & separatum à sententia & executione, n.204.

Actus totus propter excessum non vitiatur in divisibilibus, n.205.

Sententia continens diversa capita licèt annulletur, excessus pro cæteris sustinetur, n.206.

Executio tota si propter excessum executoris revocaretur, res judicata rescinderetur, n.207.

Ab excessu appellatio super eo dumtaxat devolvit cognitionem, n.208.

Condemnatus in expensis non potest appellare à tota taxatione executoris, sed ab excessu, quia foret appellare à sententia transacta in rem judicatam, & ejus petere rescissionem, n.209.

Executio revocatur propter excessum in summa, non tamen ipsum mandatum executivum, n.210.

Judex superior de appellatione sub excessu cognoscens non potest se intromittere in totius executionis revocatione, cujus cognitio ad eum non est devoluta, sed excessus dumtaxat, n.211.

Appellatio à sententia nullitatis alterius sententiæ, non devolvit cognitionem super ejus injustitia, n.212.

Excessum dumtaxat reponendum, non totam executionem, qui probant, ubi de communi praxi, n.213.

Decretum non revocatur in totum, sed pro parte excessus & erroris, quando ex actis de veritate apparet, n.214.

Excedens modum defensionis non punitur pro totis percussionis, sed pro excessu dumtaxat, n.215.

Excessus separabilis vitiatur, sed non vitiat totum, n.216.

Executione sententiæ semel facta, si res in potestatem condemnati iterum deveniat, an nova condemnatio ad illam avocandam sit necessaria, vel idem executor sufficiat, n.217.

Causa quæ semel effectum suum produxit, licèt postea cessaret effectus tamen non cessat, n.218.

Obligatio semel extincta non reviviscit, etiamsi res redierit ad priorem statum, n.219.

Condemnatus vel obligatus ad rem tradendam; si semel tradiderit, liberatur, & obligatio non reviviscit, licèt eadem res ad obligatum redierit, n.220.

Delegatus super noviter attentatis caret jurisdictione, nisi super executione intra annum, n.221.

Instrumentum semel executum & bonorum facta adjudicatio, non poterit iterum agi via executiva, prætextu quòd non potuerit consequi rem adjudicatam, n.222.

Sed via ordinaria aget ad manutentionem bonorũ, n.223.

Idem in interdicto quorum bonorum, & hæreditatis petitione semel concessa, n.224.

Condemnatus ad rem restituendam semel facta restitutione, si iterum recuperet, non intelligitur ab obligatione judicati liberatus, n.225.

Condemnata civitas ad subversionem murorum, si semel dirutis iterum eos reædificet, non satisfacit sententiæ, quia debent manere destructi, n.226.

Executorial. semel executis, & incontinenti, non ex intervallo, si res ipsa ad condemnatum revertatur, restituenda est iterum earumdem executorialium virtute, n.227.

Judex delegatis postquam sententiam tulit, & semel fuit executus, ejus expirat jurisdictio, n.228.

Delegatum si facta suæ sententiæ executione condemnatus statim rem ulterius occupet, potest suam sententiam iterum exequi, n.220.

Possessionem adeptus non videtur qui statim eam amisit, num.230.

Possessio per primogenitum apprehensa quæ non duravit, non censetur adepta, quoad varia juris remedia, n.231.

Exequi non videtur judicem cujus executio fuit perturbata, n.232.

Possessionem beneficii non videtur nanciscipacificam, quia statim fuit turbatus quoad ordinem obligationẽ, n.233.

Factum non dicitur, quod non durat factum, n.234.

Fuisse non videtur, quod parum duravit, n.235.

Solutio rei debita non est in consideratione, quæ non duravit, n.236.

Defendisse non sufficit, si non durat defensio, n.237.

A judice jussus ut domum exeat, si semel exivit, & iterum redeat, non videtur exisse, n.238.

Medicus promittens curare infirmum, si curet, & illicò reincidat ægrotus, non videtur curasse à primo morbo, secus si ex longo intervallo, n.239.

Possessionem recuperans incontinenti, fingitur nunquam ejectus, n.240.

Dominii translatio non consideratur quæ momento duravit, n.241.

Sententia contra turbatorem lata, & præstita cautione, si turbet & dicat ex nova causa, non auditur, si executio fuit de recenti, secus si longo intervallo, n.232.

Sententia dicitur executa, quando aliquo tempore permansit, n.243.

Executoriales intelliguntur intra annum executæ, si fuere fortitæ effectum, n.244.

Clausulam defendas inducti ita executorialibus, quanto temporet duret, variæ referuntur DD. opiniones, n.245.

Executorialiũ potestas cum clausula (defendas inducti) exin

extinguitur anno, si fortitæ fuerint effectum, qui per integrum annum perduravit, n.246.

Sententia semel executa in habentibus tractum successivum, si res iterum ex intervallo deveniat in potestatem condemnati, iterum exequitur, n.247.

Executio cœpta & nondum perfecta, durat perpetuò & debet finiri, n.248.

Executor datus ad exequendam si in parte exequatur, non est functus officio donec plenè perficiat, n.249.

Eis non dicitur finita per rem judicatam, donec exequantur executoriales & possessio apprehendatur, n.250.

Executoriales non expirant per triginta annos cœpta non executione, n.251.

Factum non dicitur, dum aliquid remanet faciendum, num.252.

Actus non dicitur perfectus, si est partim factus, & partim non, n.253.

Perfecta rei nihil addi potest, n.254.

Solvisse non videtur qui totum non solvit, n.255.

Attentatum non dicitur purgatum nisi sint omnia purgata, & usque ad unum nummum in pristinum reposita, n.256.

Repositionis sententia ob excessum quando satisfactum censeatur, multa remissive, n.257.

Executione revocata cujus contemplatione quis possidet, an possit rem ex alio capite, aut jure retinere, n.258.

Partem negativam quitencant, referuntur, n.259.

Qui partem affirmativam teneant, n.260 & 261.

Mandatum relaxatam pro majori summa, sustinetur etiam in excessu, si creditor eo tempore creditor sit, æquali aut majori summa, quàm sit excessus mandati, n.262.

Condemnatus ad rei restitutionem, illam potest retinere, donec sibi de melioramentis satisfiat, n.263.

Excessum reponere potest de facto, & proprio motu reponere ipsemet executor qui excessit, n.264.

1 NOn possum non fateri, ingentem in se continere difficultatem, & apud omnes scribentes cæteròsque juris peritos, variam resolutionem habere quæstionem illam; an excessus repositio tertium rei possessorem comprehendat. Sit exemplum, inter exequendam quantitatem excedendo executor rem tertio emptori tradidit, reus ab excessu appellans repositionem obtinuit, sibique rem ablatam restitui, executor illam à tertio tempore non citato avocare intendit, ut revocationis & repositionis sententiam exequatur.

Vel aliàs quando executor executoriale exequendo pro quantitate, pro qua rem in subhastatione putà, vendidit, post modum reus appellans ob aliquem executionis defectum, ejus revocationem obtinuit, sibique reddenda bona jubentur executa: an tertio emptori non citato, ad prosecutionem appellationis noceat revocatio, ita ut sit ab eo res empta auferenda.

2 Et pro parte negativa, imò quòd ei non noceat repositionis sententia, urgens notissima juris principia, etenim iste tertius ratione sui interesse, judicis authoritate, justo titulo & bona fide quæsiti, citari debuerat, aliàs sententia ei non præjudicat, latissimè multa scitu dignissima congessimus hac 4 *part. cap.*8. *de* 3 *person. ad person. à princ.* nec sufficit, si lis agitata sit, appellatioque prosequuta inter debitorem, & creditorem putà; quia res inter alios acta, tertio non præjudicat, *tot tit. res inter alios acta*, &c. de quo etiam multa *in d. cap.*8. ubi latè, quod non nominatus in sententia, ejus executione non comprehenditur.

4 Hinc dicit Vincent. de Franch. *decis.*120. *num.*8. *p.*1. quòd revocata sententia in gradu appellationis, virtute cujus tertius possidebat rem venditam, pro primæ sententiæ executione, quod non sit res ipsa restituenda vincenti, sed tantummodo est ei danda æstimatio executioque ad pretium contra adversarium suum, alleget Bal. *institut. colum.num.*47. *in fin. C. de bonis auth. judic. poss.* quod quidem tunc non procedere, dicit ipse Vincent. de Franch. quando res ipsa reperiatur in 5 potestate creditoris, putà quia ei fuit pro debito adjudicata, quia tunc postmodum revocata executione, ipse creditor victus teneretur rem restituere cum legitimis accessionibus, juxta *auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imperat. offeren.*

Rebuff. autem alia tendit via, *in tract. de literis oblig.* 6 *artic.*5 *glos.*6. dicens, revocata executione in gradu appellationis, tunc condemnari debere creditorem ad restituendas res venditas in subhastatione vel æstimationem illarum, & ad damna, & interesse cum expressis, per text. *in l. cùm ex causæ, ff. de appell. & l. Chirographis.* §.1. *ff. ad administ. tut* & in hanc Rebuff. sententiam, & opinionem adducit Azeve. *in l. fin. tit.*21. *lib.*4. *recop. num.*139. *l.*47. *cum tribus seqq. tit.*13. *p.*5. *& totum titul. C. si vendito pignore agatur.*

Ipse tamen Azebet. ibi aliter esse hoc casu procedendum, ut melius existimat, inquit enim, se credere, quòd 7 si tempore ultimæ sententiæ revocatoriæ executionis, bona vendita, & subhastata penes eundem creditorem existant, teneri illa restituere; si autem illa non habeat creditor, non bona, sed pretium etiam duplicatum reddire tenetur *ex l.*2. *&* 4. *tit.*21. *lib.*4. *recopil.* ibi, *que le tornara lo que assi pagare con el doblo*, &c. (*& in l.*4. ibi, *de tornar y restituir lo que assi huviere recivido*, &c.) sed leges illæ nihil nostram difficultatem absolvunt, cùm certi juris sit, quòd revocata executione, sive bona reddantur debitori, sive non, pretium per creditorem acceptum penes ipsum non remaneat.

Quare & adhuc ipse Azebet. perplexus in re hac 8 tandem consulit, super omnia tenorem sententiæ revocatoriæ esse inspiciendum, & attendendum. Azebetum etiam in prædictis referens sequitur Amador. Rodrig. *tract. de executione cap.*6. *tit. quibus causis executio &c. num.*35. Borg. Cavalca. *in decis.*21. *n.*36. *p.*4. dicit, quòd sententia lata contra principalem venditorem 9 nocet etiam emptoribus sub hasta citatis pro suo interesse qui quidem videtur requirere citationem tertii emptoris, ut sententia illi officiat.

Hanc etiam nostram difficultatem mirabiliter tetigisse reperi. Bald. Novell. *in tract. de dote part.*12. *n.*70. 10 in hæc: Sed dubitatio surgeret, & quidem non parva, quid si dos fuit in pecunia, & mulier lata pro ea sententia, & pendente appellatione, interim obtinuit executionem, quia bona aliqua, putà, stabilia fuerunt sibi adjudicata in solutum, secundùm formam *l. à D. Pio* §. *si pignora. ff. de re jud.* & illa eadem dedit in dotem secundo viro, an dictum remedium attentati lata postea sententia infirmatoria in causa appellationis, obtinebit contra virum, nam videtur quod non ex quo actu attentationis in parte dicti mariti, & sic tertii possessoris, non fuit in eadem re, super qua fuit lata sententia, super qua pendebat appellatio: quia sententia fuit lata in pecunia, & sic super pecunia appellatio pendebat, insuper dictis bonis adjudicatus, cùm dictum remedium attentatorum solùm obtineat, maximè contra tertium, quando super eadem re, super qua est lata sententia, est attentatum, quasi tunc res ipsa dicatur effecta, quodam quasi vitio litigiosi propter pendentiam appellationis super eadem re, & ita est demente dictæ glossæ supra allegatæ *in d. cap. non solùm*, & Doctores *in d cap. bone.* Unde tunc solùm contra ipsam mulierem poterit succurri appellanti, qui obtinuit in causa appellationis, & hoc fortè, nisi ipsa mulier non haberet alia bona, ubi possit succurri ipsi appellanti, qui tunc fortè in subsidium haberetur recursus contra dictum virum, arg *l fin. de eo per quem factum erit*, facit gl. *in l.*2. §.1. *in verb. jui juris, ff. solut. mat.* Hæc ille Bald. Novel. qui quidem nihilominus non firmans pedes in resolutionem, & cogitandum reliquit, nihilo-

minus eum referens ſequitur Vincen. Caroc. *except.44. num.20.* pro quo etiam citat. Gratian. *deciſ.220. num.4.* Lancel. *de attent. 3.part. cap.24. n.50.*

11 Quid tamen dicendum in tanta Doctorum varietate, & abſimilitudine? & inconſtantia? illud quidem verius, & de jure, praxique receptius eſſe arbitror, ut vendita re per executorem, & in gradu appellationis, ſive propter exceſſum, ſive alia juſta cauſa, executio revocata ſit, bona à tertio empta in priſtinum ſtatum reponenda eſſe, & reſtituenda priori poſſeſſori obtinenti in appellationis judicio, etiam ipſo tertio poſſeſſore emptore non citato, etiamſi clericus ſit, quoniam illi mero jure præjudicat ſententia, executionis revocatoria, ad quod moveor ex ſeqq.

12 Primò, quia iſte tertius poſſeſſor non habet jus in ipſa re principaliter, & deperſe: ſed dependens, cauſatum, & derivatum ab illo jure principali creditoris, pro cujus ſatisfactione res illa ſubhaſtata fuit, cuique res principaliter intereſt, quare meritò ſuccedit regula quòd executoriales expeditæ contra illos, quos negotium principaliter tangit, aut principaliter intereſt,
13 quique primum locum obtinent, præjudicium iis, quibus negotium, vel ſecundario, acceſſoriè, aut in conſequentiam tangit, etiam non vocatis, nec citatis, etiam ignorantibus generari, certi juris eſt, quoniam tunc lis tractatur cum legitimo contradictore, à quo aliorum jus derivatur, vel oritur, quique primus in eadem controverſia partes obtinet. text. optim. *in l.1.§. denuntiari. ff de ventre in ſpic.* ibi, denuntiari autem oportet iis, quos proxima ſpes ſucceſſioni contingit, *&c.* (& *ibi*, hæredi inſtituto, non etiam ſubſtito,) & *ibi*, qui primum locum tenent, *&c.* & ex contractu, *ff. de re jud. l. ſi Patron. §. fin. ff. ad Trebel. l. ſi ſuſpectatus. verſ. atqui. ff. de pign. l. ſi ſuſpectam in princ. ff. de inof. teſt. l. de unoquoque jud. c. ff. de re jud.* & ubi mirabilis gloſ. & *ibi* Angelus Imol. & Alex. Ozaſ. *dec. Pedem. 131. n.1. uſque ad 6.* Cephal. *conſ.228. n.2. lib.2.* Xuar. *allegat.27. n.* Moli. *de primogen. lib.4. cap.8. n.3.* Anton. Gomez. *in l.40. Tauri n.73.* Covar. *pract. quæſt. c.13. n.6.* Mencha. *de ſucceſſ. creat. lib.1. §.6. num.28.* Capicius *deciſ.107.* Pinel. *in l.1. part.3. C. de bonis mater. à n.28* Padill. *in l. unum ex famil. § ſi de fallen. n.24.* Gregor. Lopez *in l.20. tit.22. p.3. verbo, pero cauſas.* Otalora *de nobilit. 2.p. princip. cap.8. num.7.* Tiraquell. *in eodem tract. de nobilit. q 37. à n.2.* exactè per Anton. Peregrin *tract. de fideicomm. art.53. à num.40. cum ſeq.* Tiraquell. *in tract. res inter alios acta. in prin. n.5.* & nos magnam jurium, & Doctorum catervam adduximus ſuprà hac 4.*p. c. de exceſſ. de perſon. ad perſon. verſ. tertia ſit concluſio n 310.* ultra quos, plures alios citat Mareſcot. *variar. reſol.1. c.86. art.54. cum ſeq.* Paz. *tract. de tenuta. quæſt.43. à n.1. cum ſeqq.*

14 Ergo cùm lis, cauſa appellationis legitimè proſequuta ſit, & agitata per creditorem, cui res principaliter intereſt, ac defenſio competit, à cujus jure, hoc tertii emptoris, & poſſeſſoris derivatum ſit, & ortum; ſententia revocatoria obtenta tertio, cui negotium ſecundariò, & in conſequentiam tangit, debet
15 nocere etiam non citato. Commodum namque ſecundariò contingens, non eſt conſiderabile, cùm quod principale eſt, ſpectandum ſit, non venit in conſequen-
16 tiam. Inſpicitur enim quod principaliter agitur, non quod acceſſoriè, & in conſequentiam... *cum ex oratione §. fin. ff. excuſat. tut.* Bal. *in l.1. n.5. C. de leg. & in l. quod favore, C. eod. in 6. oppoſ. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum pet.* & poſt Iſſ. Decium, & alios, Peregrin. *de fideicommiſ. art.37. n.24.* ſicut econtra non dicitur actus fructus in præjudicium illius, cui principaliter non obeſt,
17 ſed ſecundariò gl. nota. *in cap. quamvis de pactis in 6.*
18 quam advertit Gemin. *ibi*, & Peregr. *d. n.24.* & origo, à qua reliqua vim capiunt, magis attenditur, & nobilior habetur *l. quidquid in prin. ff. de noxa.* Mandoſ. *in reg.27. q.20. n.4. & in regul.30. q.2. n.2.*

Deinde & ſecundò probatur, quia jus hujus tertii poſſeſſoris procedit, & dependet à jure creditoris, quod 19
ſui natura erat variabile, revocabile, & reſolutivum, ac ideo quod procedit à radice infecta, pullulare non poteſt. Anchara. *conſ.339* incipit *pro majori num.6.* nam 20
quando ex una radice multiplex vitium naſcitur, conſequens eſt, ut eodem modo tollatur, & reſolvatur *l. ſi libertam, in fin. C. de nupt* gl. *in verbo, novis, in cap. fraternitatis de reſtitb.* & facit text. *in c. inter vos de re jud.* ibi, quæ de ipſo cauſam, & originem acceperunt.) vitium enim, ſeu error parvus in principio, totam maſſam corrumpit. Bal. *in proœmio decret al. ſub num.3. ante ſi* 21
princ. verſ. nam error. Hieron. Gonzal. *in regul de men. & alter. gl.31 n.36.* data namque falſitatis origine, actus omnis ſequens, & dependens, eſt nullus *l. ex initio,* 22
C. de falſ. Simone *de reſervat quæſt.61. num.7.* & ſublato fundamento, totum ædificium corruit, *l. egi tecum* 23
26. ff. de excep rei jud l. ſi ff. de conſtit. pecu. l. vectig. ff. de pign. Rot. *deciſ.10. in fin. præben. in antiq.* ac deficiente fundamento ſuperædificari non poteſt *cap. cum Paul.* 24
1. quæſt. 1. cap. veniens de presbyt. non baptiſato, & ſublato antecedenti tollitur conſequens, *l. ſi cum te, ff. de pactis cap. ad petitionem de accuſa.* Rota *deciſ.10. de præben. in antiq.* Philip. Franch. *in cap ſi n.18. de conſuet.* Geminia. *in conſil.21. n.6. 7. & 9.* ubi latè Caſſiador. *deciſ.17. n.2.* 25
de præbend. hinc eſt ut omiſſo principio non poteſt fieri tranſitus ad extremum *l. fin. C. unde vi.*

Hinc eſt, quod ſemper cauſa prima repræſentatur 26
in ſecunda in quam influit, *l. licet §. ea obligatio, ff. de procurat.* Aymon Cravet. *conſil.131. n.5. & conſ.144. n.1. vol.1.* Hieron. Gonzal. *in regul. de menſ. & alter gloſ.31. num.45.* hinc meritò reſoluto jure authoris, reſolvitur 27
jus tertii accipientis naturaliter abſque facto hominis, & ſolo juris miniſterio, *l. lex vectigal. ff. de pignor. l.1. C. ſi pignus pigno datum ſit, cap.1. §. rurſ.4 quibus mod. feud.* latè in propoſito Carbul. *de jure emphy. cap.12. à num.78. cum ſeqq.*

Tertiò & hæc pars probatur, nam ſententia lata 28
ſuper cauſa, cenſetur lata ſuper cauſato, eodem modo exequitur in petitis, quæ dependet à cauſa, *lex diverſo §.2.* cum ibi notatis per Bar. *ff. de rei vindic.* Innocen. *in c. cum Eccl. ſutrina circa princ. de cauſa poſſ. & propr. l. quid tamen. §. ſi arbitror ff. de arbit. l. ſi prætor. in princ. ff. de judic.* latè, & optimè probat Paul. Caſtr. *conſ.275. à prin. lib.2.* & per hujus revocationis executionem titulus hujus tertii poſſeſſoris reducitur ad non titulum, & cauſa ad non cauſam, ex iis, quæ inferiùs latè adducentur: ergo ſententia lata ſuper cauſa emptionis, hoc eſt, ſuper jure creditoris; debet operari in cauſato ab ipſo jure, & cauſa. Et huic fundamento pertinet, quòd eleganter dicit Hieron. Gonzal. *reg. de alter gloſ.34. ſub num.91. q.16.* quòd ſi unus fuit proviſus de una quarta 29
portione, cujus vigore optavit, & aſcendit ad dimidiam, & poſtea ad integram portionem; poſtmodum autem ſententia lata eſt, qua declaratur collationem factam de illa quarta portione, nullam eſſe, vel quia erat reſervata, vel ex alio defectu, quòd etiam hujus ſententiæ virtute erit privandus integra portione, quam nunc habet, quia procedit ab injuſto principio infecta radice, à qua cauſatur hæc integra portio ultima optata; quia ſententia operatur in cauſato, ut dixi, & faciunt quæ latè ſuprà *cap.9. à n.19. cum ſeqq.*

Quò pertinet, quòd ſi clericus ob contumaciam 30
non ob delictum, fuerit privatus beneficio, & alteri conferatur, ſi comparet, & abſolvatur, beneficium ipſum recipiet, etiamſi jam alteri collatum fuerit. Achil. *deciſ.1. de abſolutione,* quia hujuſmodi ſententia privationis ob contumaciam, non ob delictum, eſt interlocutoria, & tandiu durat effectus illius, quamdiu durat contumacia, quæ eſt cauſa ejus. Bal. *in l.1 circa med. verſ. extra opponatur de poſtulan.* Mareſcot. optimè *variar. reſolut. lib.2. cap.33. à n.2. & ſuprà* dicens *n.10.*

quod cessante contumacia, cessat pœna ob contumaciam illata, *cap. ex literis* ubi Felin. Decius & alii, *n.* 12. 17. & 18. *de const.* latè Tiraq. *tract. causa cessante*, 1. *p. cap.* 57. & *seqq.* Foller. *in pract crim. caao. cap* 33. *n.* 86. & ita fuisse decisum in Rota in Romana benefi. S. Pet. 16. Junii 1567. & in alia Romana Canon. Angel. ultim. Februarii 1567. Litta. & in alia civitatis Castell. 16. Decem. 1577. testatur Maresc. *ubi proximè.*

31 Hinc est, quòd multa fiunt causativè, quæ aliàs directò non permitterentur. Cast. *consil.* 2. *visis omnibus*, *n.* 3. *l.* 1. Bal. *in l. venditor*, *ff. de evict.* Rem. *consil.* 300. *num.* 34. decis. Perusin. 8. *num.* 31. Vital. *in clem.* 1. *n.* 87. *de procurat.* latissimè prosequitur Card Tusch. *practic. concl. tom.* 1. *liter. C. concl.* 161. *per totam*, ubi varios casus congerit, & *n.* 6. post Bal. *cons.* 5. *numquid clericus lib.* 3. dicit, quòd judex secularis, coram quo litigat clericus,
32 licèt non possit clericum directè compellere ad compromittendum; tamen potest causativè, denegando illi audientiam, vel injustitiam, *& num.* 15. 16. *& 17. & seqq.* Zabarel. *consil.* 150. *n.* 7. ubi ponit alia exempla, quibus judex secularis causativè habet jurisdictionem in clericos, non autem directè. Ab. *consil.* 6. *lib.* 1. plures allegat Tusch. *ubi proximè.*

33 Pariter etiam hujus est farinæ, quòd si quis habens aliquam portionem, & optavit canonicatum, in portionem dimissam, novus alius portionarius fuit provisus, post aliquot tempus fuit evictus canonicatus primo loco optatus, & ad dimissionem condemnatus possessor, quia erat reservatus, vel aliter effectus, evictio, & condemnatio officit huic tertio noviter provisio in portionem, ad quam victus redit, & tertius provisus
34 remanet sine illa, & inanis. Et sic etiam dicendum, si plures gradatim optaverunt, ut prima præbenda evicta, omnes gradatim descendant, text. *in cap. si beneficio* 20. ubi notat Anchar. *nota.* 8. *num. fin.* & Franch. *n.* 4. *de præben. lib.* 6. Hieron. Gonzal. *in d. reguli de men. gl.* 34. *à n* 94. *& gloss* 31. *n.* 44. dicentes, quòd quando adest defectus in principio, & in primo gradu, & ille est causa
35 defectus electionis successivæ in pluribus gradibus, primo evicto, & restituto, adversus secundum restituitur, secundus adversus tertium, & sic de singulis successivè, quia procedunt à radice infecta, quæ necessario influit in causato.

36 Quartò & pro hac parte adduco mirabilem text. *in l.* 1. *C. de repetit.* per quem dicit Parlador. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. § 5. *sub num.* 16. quòd si minor restituatur adversus venditionem, cujus causa vectigal solverat, officit etiam publicano pro vectigali, quia restitutio
37 omnia ad pristinum statum redigit, etiam adversus, tertiam personam, juxta *d. l.* 1. alia in comprobationem adducit *ibi* Parla. cui conducit, quod & ipsemet Parlador. *d. cap.* 3. §. 2. *l.* 40 dicit post Castell. *in l.* 3 c. *Tauri, verbo, d. l Remate*, quod si debitor condemnatus intra tempora à lege seu consuetudine introducta, rem adi-
38 tam à tertio retraxerit, vectigal itidem è publicano recuperabit, cùm pendeat, proveniat, & oriatur à causa variabili, & resolutiva.

Igitur cùm excessus reponatur, vel aliter executio revocetur, reddique, & restitui bona alienata obtinenti jubetur, meritò tertio qui causa & contemplatione ipsius executionis repositæ, & revocatæ possidet, nocere debet.

39 Quod ulterius, & quintò probatur, quoniam restitutio quæ fit (non ex gratia,) sed ex justitia, & juris dispositione & effectu, ex causa, scilicet, quæ inest à primordio tituli, & ex causa de præterito inhærens contractui, fit tertio præjudicium, tollit enim jus tertii, & in ejus præjudicium operatur, *l. in causa* 1. §. *fin. cum duob. legib. seqq. ff. de minor. l minor. ff de evict. l. Julian. & l. cum miles fin. ff ex quibus caus. major.* latissimè disputat, examinat, & resolvit doctissimus Sarmien. *selectar. interpr. lib.* 3 *super l. Gall.* § *& quid si tactum, à n.* 68. *& seqq.* ubi multa eleganter ad propositum videndus congerit post Raphael. Comes. & alios, quos citat, & sequitur Acosta *in d.* §. *& quid si tantùm fol.* 46.

Cujus doctrinæ illam reddit rationem mirabilem 40
Bal. *in l. in testam. n.* 6. *C. sententiam possis*, quia restitutio, quæ procedit per viam juris scripti, inhæret à primordio, ita quòd jus transferens ab initio non fuerit liberum, unde meritò rescissioni est subjectum, arg. *l. lex vectigal. ff. de pign.* latè resolvit multis citatis Doctoribus Mier. *tract. de majora.* 4. *part. quæst.* 13. *à n.* 26. *cum seqq.* ubi quòd restitutio facta ex gratia, operatur in præjudicium tertii, & etiam fructuum restitutionem, quem vide, vide etiam *à num.* 66. *cum seqq.* ubi multa ad propositum, & pro utraque parte.

Quod & fortiter corroboratur, nam restitutio facta 41
ob injustitiam condemnationis, & ob innocentiam condemnati, quæ potiùs ex justitia dicitur, non solùm comprehendit bona ablata, & incorporata in fiscum, sed etiam trahitur ad bona in tertium possessorem alienata, & translata per ipsum fiscum, ex pluribus Doctorum authoritatibus, juribus, & rationibus comprobat, & dicit communem D. Oddus *in tract de rest. in integ. 2. part. quæst.* 99. *art.* 13. *n.* 116. *& seqq.* ubi bene explicat Brun. à Sole *in quæst. legat. quæst.* 19. *n.* 60. Menoch. *de præsump.* 46. *n.* 2. *l.* 5. Ant. Peregr. *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 21. juncto *num.* 44. ubi alios refert Prosper. Farin. *in prax. crim. quæst.* 6. *n.* 29. *tom.* 1.

Imò & illud fortius est, nam etiam restitutione à 42
Principe facta ex gratia, quia simul declaratur, confiscationem haberi pro non facta, & irritam esse, tunc tollitur per ista verba jus tertio quæsitum, omniáque decisa, & secuta ex tali condemnatione resolvuntur, & retractantur, secundùm gl. *in cl.* 1. *in verbo, pro infectis, de commun. Eccles.* per quam Card. *in cap. quia diligent.* ubi etiam Imol. *in fin. de elect.* Decius *cons.* 252. *col. penult. in fin. & seqq.* Crotus *cons.* 129 Jacob. Parti. Imol. *consil.* 48. *n.* 7. *col.* 2. *in fin. vers. venio ad secundum.* latè Roland. à Vall. *consil.* 45. *n.* 29. *& seqq. lib.* 4. Oddus Perus. *in d. tract. de rest. t. in int.* 2. *p. quæst.* 99. *art.* 12. *n.* 109. *& seqq.* & latè per Prosper. Farin. *ubi proximè à n.* 35. 43
ubi alia adducit. Ergo pariformiter erit dicendum in terminis nostræ principalis difficultatis, in qua revocata executione per latam postea sententiam, illa prima dicitur illicitè præcessisse, & omnia retro acta pro illicitè attentatis corruunt ipso jure, Franch. *decis.* 120. 44
& 136. *& decis* 188. Gratian. *decis.* 120. & considerarentur retro, ac si facta non sit executio, nec sententia lata secundùm eundem Franch. & Sacch. *consil.* 78. *n.* 16. Intrigil. *lib.* 2. *sing.* 136. *n.* 87. Muscatell. *de fide juss. t. p. mod.* 18. *n.* 14. Gonzal. *ad regul. Can. gl.* 6. *n.* 183. plures citat Giurb. *decis.* 59. *num.* 14.

Sextò, & quando revocata executione, tertius, ejus 45
vigore, & contemplatione possidet, comprehendatur, tenet Bal. *in l. in test. n.* 6. *C. sententiam passis*, ex eo, tum quia hæc qualitas resolutiva inhæret à primordio, & 46
dum eadem transit in emptorem. Et quia jus tertii non 47
est actus deperse, sed dependens à priori (puta, jure creditoris) ac ideo ad rescissionem antecedentis sequi- 48
tur rescissio sequentis, juxta *l. non est novum, ff. de condict. indeb. l. qui repudiantis*, §. *fin. ff. de inofficioso test.* & quia 49
cùm isti duo actus, & jura causantur ex una radice; tunc ambo una rescissione tolluntur, *ex l. liberam, C. de nupt.* Patet insuper manifestè, quòd jus tertii possessoris, 50
emptoris sit dependens à jure creditoris, cujus contemplatione fuit res illa vendita, nam dato, quòd iste tertius citetur, vel libenter compareat ad prosecutionem appellationis, non aliter, nec alia ratione potest suam rem, emptionem, & possessionem defendere, quàm 51
ex jure creditori dumtaxat, nec aliud judicium deducitur. Ergo sententia lata contra jus creditoris, cui negotium principaliter tangit, tertio etiam non citato, qui jus habet secundariò, & in consequentiam debet nocere,

nocere, juxta ea, quæ diximus in primo fundamento hujus partis.

51 Et in terminis, quòd executio, & subhastatio facta vigore decreti nulli, & revocata influat in quemcumque accipientem possessionem, fuit tantum in una Roma. spolii 21. Februarii 1600. coram Iusto, testatur Marescot. *variar. resolut. lib. 2. cap. 6. num. 3.* qui *num 6.* declarat, ut tunc tertius possessor restituere teneatur, juxta Fulgosium (quem citat) *consil 136. num. 1. &* con-
52 *sil 127. num. 2. consil. 190. in fin.* & quòd revocata executione, cujus contemplatione tertius possidet, tertium afficiat, tenet etiam in terminis Giurb. *in decis. 89. per totam*, & conducunt, quæ Mastrill. *decis. 29* præcipuè
53 *ad fin.* facit insuper quod dicit post alios Borgnin. Cavalca. *decis. 45 n. 70. p. 5.* quòd quando sententia facit ejus quoad omne, lata contra principalem, nocet tertio possessor.

54 Hanc etiam nostram difficultatem mirabiliter tangit in similibus terminis Lasarte *in tract. de decim. vendit. cap. 14. à num. 61.* & Ab. Panor. *consil. 69.* incipit *Christi ejusque Matris, lib. 1.* ubi dicit, quòd facta executione pro alia quantitate, & subhastatis bonis condemnati, à qua executione appellavit, meliorem, & revocatoriam sententiam obtinet, tunc nocere tertio emptori bonorum. Etiam sententia illa revocatoria jure appellationis à superioribus pronuntiata, sic priorem inferioris sententiam annullavit, & extinxit, ut retrorsum nihil factum esse intelligatur, ac per consequens videtur venditionem illam bonorum debitoris sic esse retrorsum resolutam, ac si numquam à principio fuisset contracta; etenim apud quemcumque possessorem bona illa inveniantur, absoluto reo restituuntur, perinde ac si nunquam vendita essent, nec à dominio ejus exivissent, allegat ad id Lasarte *ibi l. Chirographis § fin. in*
55 ubi bene explicat B. *ff. de adminis. tut.* dicit insuper ipse Lasarte, quòd jus quæsitum est ipsi emptori ad res emptas revocabiliter, non scilicet firmiter, sunt quippe omnia ejus jura appellationi per debitorem executatum interpositæ, obnoxia secundùm Abbatem suprà, nam cùm vigore latæ sententiæ venditio illa bonorum per judicem fuerit celebrata, & per appellationem, & litem jus sententiæ sit suspensum, dubium non est, quin & venditio ipso eodem morbo laborare videatur, ac proinde nullum jus firmum emptorem fuisse consecutum, sed revocabiliter, juxta text. cum sua gloss. *in l. quis §. quod si quis, ff. de tr. justo, rupto* text. *in d. l. Chirograph. in fin.* ibi, ut obnoxius priori sententiæ esset, ubi bene notat B. ac inde in hoc casu cessare regul. *l. id quod nostram de regul. jur.* quam planè in jure irrevocabiliter quæsito, non tamen revocabiliter (ut hìc) locum habere, dicit Lasart. *ubi proximè sub d. n. 62.*

56 Cùm hac enim citata qualitate & conditione resolutiva, & variabili à principio, emptor rem subhastavit, & contraxit, cum sciat, rem illam vendi ex jure litigioso, super quo ventilatur, ejúsque dubio eventui ipse
57 se submisit, contractum enim faciens intelligitur se omnibus conditionibus, & legibus, de ea re loquentibus, astrinxisse, text. est *in l. si duo* & ibi B. & Paul. Castr. *ff. de acquir. hered.* Tiraq. *de retra. convent. §. 1. gloss. 2. n. 14.*
58 *fol. mihi* 578. nam qui cum alio contrahit, vel scit, vel scire debet conditionem ejus cum quo contrahit, *l. qui cum alio, ff. de regul. jur.*

Qui quidem Lasart. *d. cap 14. num. 62.* monet mirabilem quæstionem, cujus resolutio nostræ absolvit difficultatem, in hæc inquit ille: Sed ulteriùs in hoc resolutivæ venditionis proposito tria ad judicialem praxim animadvertenda sunt. Primò, quòd si in quocumque casu de his, quibus dixi, vel propter nullitatem, vel propter resolutionem contractus, decimam non deberi, solutámque posse repeti à gabellario, lis controversiáque moveatur inter ipsos contrahentes, emptorem, & venditorem, & tandem de nullitate, vel dicta resolutione sententia feratur, si quæras an nocere debeat 59
gabellario, respondendum fore in hunc modum: Quod si sententia est arbitraria, vel per contumaciam alicujus contrahentis lata, non facit jus contra gabellarium: Si autem est sententia contradictoria, & sic causa plenè cognita pronuntiata, jus facit contra gabellarium, & fiscum, quia cum legitimo contradictore lata, est nec 60
erit admittendus gabellarius, etiam si citatus in lite non fuisset, si velit à sententia appellare, aut alia quacumque via contra eam agere, vel excipere, nisi collusionem contrahentium in facto, & probare offerat, aliàs tenebitur juxta latam sententiam receptam decimam restituere venditori. Hæc ille Lasarte: cui consonant, quæ à principio hujus quæstionis consideravimus pro hac parte.

Prædictis accedat Bartoli doctrina *in l. 3. n. 25. vers.* 61
sed an possit adhiberi, C. de pignoribus dicentis, quòd alienatione rescisa à lege, vel à judice, potest executio fieri contra tertium singulare successorem, sequitur Petr. Surd. *tom. 3 consil. 406. n. 8.* Roderic. Xuar. *in l. post rem. limit. 1. ad l. Reg. n. 5.* Matthias Colle, *in tract. de proceff. execut. 2. cap. 3. n. 434* & plures alii statim citandi, & ex capite juris resolutivi, sententia lata contra 62
Authorem, nocet successori, etiam non citato. Plures refert Surd. *consil. 189. n. 8. tom. 1.*

Vides igitur jure esse verissimum, ut sententia revo- 63
catoria executionis, cujus causa, & subhastatione tertius emptor possidet rem, illi etiam non citato noceat ex natura causæ, & judicii, quod & in clerico eisdem rationibus obtinere; non ambigitur, & in utroque insuper probatur. Etenim propterea pactum de non alienando hypothecæ appositum, afficit tertium emptorem, & in eum executio locum habet, quia cùm venditio, & alienatio nulla sit, & à lege rescisa adhuc consideratur, rem esse in potestate debitoris, ut per text. *in l. si creditor. §. fin. de distractione pign. & in l. ea lege, C. de conditione ob causam affirmatam, l. fin. tit. 5. p 5.* docent Bart. *in l. creditores, n. 10.* & ibi Salicet. *C. de pign* Roderi. Xuar. *ubi proximè d. n. 5.* Anton. de Butr. *in c. quia C de jud. n. 13.* Ripa *in l. 1. §. si hæres, n. 12. ad Trebell.* Imol. & Iff. *in l. si quis ita §. ea lege. ff. de verbor. obligat.* Menoch. plures referens *de adipis. rem. 6. n. 133.* Villal. *in ærario commun. opinion. lit A. n. 139.* communem dicit Tuzz. *in volum. commun. opin. l. 14. verb. pactum de ingrediendo.* Covar. *lib. 2. variar. cap. 15.* Duenas *regul. 240. limit.* Anton. Gabriel. *commun. opin. lib. 3. tit. de pign. concl. 1.* Gregor. Lopez *in l. 73. tit. 18. p. 3. verbo, mi las en exenaria.* Emanuel Suarez *in thesauro recepta sententia, verbo, alienatio. & verbo, prohibitio.* Parlad. *rerum quotid. cap. fin. 3. part. §. 5. à n. 18. lib. 2.* Amador. Rodri. *de exequen. cap 4. à n. 47.* Paz *in pra. 4. p. 1. c. 10. n. 49.* Matthias Coller. *de proceff. execut. 2. p. cap. 3. num. 433.* Felician. *in tract. de censib. lib. 1. cap. 1. num. 5.* Matienf. *in l. 1 titul. 17. lib. 5. recopil. glos. 3 n. 6.* Alvar. Vallas. *de jur. emphy. 1. part. quæst. 32. à n. 13.* Joan. Gutier. *in repet. l. non potest n. 8.* & idem *lib. 2. practicar. quæstion. quæst. 169. n. 4.* Azebed. *in l. 1. tit. 5. lib. 5. recop. num. 8* Gasp. Rodrig. *de annu. reddit. lib. 2. quæst. 9. num. 57. & suprà.* Leo Gomez *in cent. resp. 59.* Ant. Gomez *in l 40 Tauri, n. 19* Petr. Duenas *in regul. 240 num. 7. lim 7.* Tiraquel. *de retract. lib 1. §. 3. num 8.* Petr. Surd. *consil. 405. à num. 8. & 9.* Gratia. *discepta forens. 1. part. cap. 16.* qui quamplurimos allegant; apud quod etiam latè videbis, an hypotheca hoc 65
casu debeat esse specialis, an sufficiat generalis. Et in proposito unum optimum dicit Paz *ubi proximè*, quod ad hujusmodi executionem faciendam contra tertium hunc rei emptorem, stante dicto de non alienando, ejus non requiritur citatio, sed quòd sufficiet, fieri lite u 66
cum principali debitore, cui jus, & negotium principaliter tangit.

Sed hujusmodi doctrinæ ratio omnino militat in 67
casu, de quo loquimur, quippe revocata executione

omnia

omnia retro judicantur irrita, & infecta ipso jure, ut ex Franch. Gratia. Sacerd. Intringl. Muscatell. Giurba, & aliis diximus suprà *hoc capite*, in quinto fundamento hujus partis *ad fin. num.* 43. & multò fortiùs, quando revocatur ex capite excessus, quia semper à principio, 68 adest evidens nullitas, latè resolvimus suprà hac 4 *p. cap.* 3. *vers. intra quod autem tempus excessus*, &c. *à num* 101. & etiam est attentatum, ut inferiùs dicemus adeò quando ut executor inordinatè, & nulliter procedit, possessorem possessione rei ablatæ non probat, 69 nec adquiritur, nec transfertum in eum, cui executor tradiderit, ut exactissimè comprobavimus suprà *hac* 4. *p. cap* 8. *vers. nunc tractandum à n.* 100. igitur in hunc tertium emptorem rectè procedit executio sententiæ revocatoriæ, & rescissoriæ executionis, cujus ipse contemplatione possidebat, quia ei officit, etiam non citato, tam clerico, quàm laico, prout communiter practicatur apud omnia tribunalia.

Difficultas tamen erit, an executor secularis, qui 70 de repositione commissa tractat, possit in clericum sic possidentem, & declinantem exequi, & ab eo rem avocare, & an censuris, & inhibitione expedita per Ecclesiasticum judicem; coram quo comparuit clericus, ratione suæ possessionis, apellationi emissæ non deferens vim faciat.

Hic duo nobis se offerunt examinanda, primum, an executor laicus, coram quo clericus comparet opponens de sua possessione, & simul declinans, si competens ad cognoscendum, an clerico officiat sententia, per laicum lata, de cujus executione tractatur. In quo articulo multis omissis, quæ hinc inde in medium pos- 71 sem adducere; breviter respondeo judicem, seu executorem secularem, esse competentem hujus articuli; 72 primò ex determinatione Steph. Aufrer. *in tract. de potest. secular. super Ecclesias, num.* 10 *fol.* 10. dum inquit, quòd si clericus vult tanquam tertius possessor rei, super qua lata est sententia inter laicos per judicem secularem, se opponere ad illius executionem impediendam, debet coram eodem judice laico executore hanc facere oppositionem, ex Bald. doctrina *in l. testam. C. de testament.* & Sali. *in l. consult. C. eodem. tit.* tenet etiam Anton. de Canar. *in tract. de execut. quæst* 57. qui allegat 73 d. Bald. *in l. fin. C. de edict. D. Adrian. col.* 12. dicentis, quòd si hæres scriptus petat, se mitti in possessionem hæreditatis, ex beneficio dictæ legis coram judice seculari, si clericus voluerit contradicere, dictum judicem secularem debet adire, & idem tangit Carol. de Tapia *in compil. jur. Reg. Neapol. rubr.* 42. *in cap. Regni conventus*, *verbo*, *conventus sub tit. de alien. jud. fol.* 228. remissivè ad Fr. Joord. & ad Petr. de Anchar. *consil.* 394. Aufrer. *in clem.* 1. *de offic. ord. regul* 2 *fol. in fin.* 20. Guillelm. *hic p. Rayssutius in verbo*, *& uxorem nomine.*

74 Quia clericus coram seculari judice de possessione sua allegare tenetur, & summatim docere, ad hoc ut fori declinatoria locum habeat, de qua judex ipse laicum rectè cognoscit. Hanc doctrinam pulchrè docet Ancharan. *in cap. ea quæ quæst.* 17. *num.* 21 *de regul. jur. in* 6. Capic. *decis.* 8 *n.* 3. Decius *cons.* 106 Aymon. Cravet. *consil.* 3. *in fin.* Alexan. *in l. de pup. pu. § si servo ff. de novi. oper. nuntiat.* & post Felin. tenet Christophor. de Paz *in tract. de tenut. quæst.* 63. *sub n.* 33. *& 21. part.* 2. ubi bene tractat, quòd clericus ratione suæ possessionis debeat ex cotioni se opponere coram judice seculari exequente. Probat Ancharan. *consil.* 535. ubi de re hac, quem latiùs vide Franch. *decisione* 549. *n.* 10. Giurba *decis.* 62. *num.* 2. *ad fin.* ad effectum, ut causa remittatur ad Ecclesiasticum, eo quòd sententia sibi nullo modo noceat ratione suæ legitimæ possessionis, de qua summatim & incontinenti docet coram executore laico ex d. Doctoribus.

75 Et in terminis nostræ difficultatis ita expressè determinavit Vicaria Neapolitana, ut testatur Afflict. *decis.* 38. ubi de declinatoria, & oppositione facta per clericum, & impediendam executionem sententiæ, latæ in eadem Vicaria, ipsamet cognovit, & declaravit, quæ justificatur decisio, ex Doctoribus mox citatis, & 76 candis, quia si reperitur, clericum vel non possidere, vel possidere eo modo, quo sibi sententia lata per laicum noceat; & virtualiter comprehendit, secularis exequitur.

Et facit etiam, quia quoties res transit affecta in clericum judici seculari non tollitur jurisdictio respectu rei affectæ, etiamsi clericus eum detineat, ut docuit Bald. *in l. de his, C. de Episcopis & Cleri. & in Auth. sed & periculum, C. sine sensu vel rel. quis*, gl. *in l. mun.* §. *vult. verb. Pontifex*, *ff. de muner. & honor.* Christoph. de Paz *in tract. de tenut. q* 63. *n.* 30. *p* 2. & sic clericus, qui virtute executionis rem possidet, si postea rescindantur, non poterit declinare, quia in eum res affecta transit revocabiliter, & cum causa variabili à primordio tituli, & acquisitionis, ut suprà latiùs.

Insuper probatur, quoniam quem possidere, vel in 77 possessione esse, est quæstio facti non juris, eleganter examinat, & resolvit latè post alios Menoch. *de retin. poss. rem.* 3. *n.* 745. *& suprà à n.* 743. sed de facto etiam 78 rei spiritualis incidenti judex laicus competens est, tenent B. Alexan. & Ilf. *in quoties C. de judic.* Roma. *in l. Titia*, *ff. solut. matrim.* Capic. *decis.* 7. *num.* 2. *&* 3. Ferr. *cautel.* 53. Aymon. *cons.* 253. *num.* 2. Afflict. *dec.* 219. Roland. *consil.* 12. *num* 24 *volum* 2 Vant. *de nullit. sent. ex defectu jurisd. n.* 54 *& fin.* de communi, post Alexan. *in d. l. Titia Roma.* testantur Covar. *in epitome de sponsal. cap.* 8. § 12. *num.* 3. Cusc. *in commun. opinion.* 90. & Villalob. *commun. opinion. verb. judex secularis n.* 107. *& seqq.* Menoch. *de retiner. poss. rem.* 3 *num.* 336. *& de recuper. rem.* 15. *n.* 338. Arnal. Albert. *in tract. de agnoscen. assertio. Cathol. & hæret. quæst.* 25. *n.* 51. 52. *&* 54. latè comprobat & examinat Prosp. Farinac. *in pract. crim. tom.* 1. *q.* 8. *num.* 25.

Et quòd ad impediendam rei executionem senten- 79 tiæ, de solo, & mero facto possessionis tertii oppositoris cognoscatur, mirabiliter tenet, & novissimè Ludovic. Peguera *decis. civ.* 15. *n.* 7. & post hæc Cevall. *in tr. de cognitio per viam viol. q.* 16. *n* 17. *in fin.* Quibus consonant, quæ suprà hac 4 *p. cap.* 8. *n* 62.

Et quod judex secularis possit cognoscere de hac 80 facti quæstione, & oppositione ad effectum remittendi, probatur insuper, quia quando captus à seculari judice allegat, se esse clericum, hujus articuli laicus bene assumit cognitionem, quoad effectum se informandi, utrùm ille statim, & absque ulla retentione remittendus sit, cùm ad id sufficiat quasi possessio clericatus, quæ laico non denegatur, ut tradunt Felin. *in cap. fin. de exceptione n* 10. Bald. *in l. si qua per calumniam n.* 2. *C. de Episcop. & Cleri.* Jul. Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 36. *num.* 21. probat latè Torreblanca *in tract. de magia lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 17. Quinimo secularis poterit cogere cle- 81 ricum, ut sibi ostendat ea, quæ allegaturus est apud Ecclesiasticum, ut videat utrùm sint concludentia, aliàs procedet ad ulteriora, idem Felin. *in cap. cùm sit Romana. num.* 3. *de appell.* Alexan. *in l. Titia. ff. solut. matrim.* Decius *in cap. decernimus n.* 24. *de judic.* Cacher. *dec.* 90 *num* 15. Torreblanca *in tract. de magia lib.* 3 *c.* 26. *num.* 18. Omnes enim præsumuntur laici, quandiu de contrario non constat. Ripa *in d. cap. decernimus*, *n.* 4. Boër. *decis* 171. *num.* 14 Farinac. *quæst.* 8. *num.* 38. quare 82 captus objicere debet declinatoriam, & ostendere titulum, cùm sit fundamentum suæ intentionis Didac. Perescius *in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordinam.* Torreblan- 83 ca *ubi proximè num.* 20. cujus rectè laicus assumit cognitionem, ut sciat utrùm captus sit suæ jurisdictionis, necne, *l. si quis ex aliena*, *ff. de jud. cap. super literis de re.* Quod non solùm ad se informandum, sed ad cognoscendum & pronuntiandum in Regno Neapolis obser

obſervari, teſtatur Caravita *in Conſtitutio. mag. Cur. cap.*235.*n.*4. & in Francia Rupelan. *lib.*4.*inſtitut. c.*6. quod reſpectu pronuntiationis in Hiſpaniæ non admittitur, nec meritò practicatur, ſed reſpectu ſui animi inſtructionis, ad effectum ſtatim remittendi captum, & ad evitandam plenam & longam dilationem, quæ ex cognitione, quæ Eccleſiaſtico competit, oritur.

84 Pro quo etiam facit, quòd qui petit conſervationem ſuæ poſſeſſionis, defenſor dicitur, non actor. gl. *in l.*1. *verb fiat, ff. de Carboni edicto.* Bal *in in l poſt ſentent. n. ſi. C de ſentent. & int. omni judic.* latè probat Chriſtoph. de Paz 2.*p.c* 63.*n.*9. his accedat, quod dicit Cardin. Tuſc. *practic. concl. tom.*1.*litera A. concl.*118.*n.*24. poſt Petr. de Ancharan. *conſil.*333. *dubia quibus, in princ. n.*2. &
85 *num...* quòd reus vere efficitur actor, & partes actoris ſuſtinere cogitur poſſeſſor, & quilibet alius, qui ſe opponit executioni trium conformium, & omnis alius, qui venit ex tranſverſo, quia verò efficitur actor, ideo non declinat forum, etiamſi eſſet clericus, quia coram ſeculari compellitur defendere. Eadem etiam & alia
86 multa ad propoſitum repetit ipſe Tuſc. *concl.*8.*litera F, per totam tom.*8. qui quidem Tuſc. *in d. concl.*118.*n.*30. inquit, quod dicitur actor, qui alium in judicium, ſeu ad judicium provocat, etiam ſi alias ſit reus, ideo captus
87 pro fuga, ſi citat ad judicium, ut declaretur captura nulla, licèt in captura ſit reus, tamen in judicio nullitatis capturæ dicitur actor, qui provocat ad judicium, ſecundùm Roma. *conſ.*217. *res iſta in princ.* ubi Apoſtilla *verb. provocat.* dat concordantes; prout & de cle-
88 rico alias dicimus, qui ſi ſententiam à ſeculari judice latam nullam dicit coram, ſeculari judice nullam allegare debet, non autem coram Eccleſiaſtico ita Afflict. *in conſtit. ab omnibus, n.*8. *rub.*65. *de ſentent. in ſcript. forenſ. n.*1. Giurb. *deciſ.*25.*n.*9. quæ quidem reſolutio vera eſt, & practicabilis aliter enim magnum daretur abſurdum, ſi ab executore ſeculari hæc cognitio abſtraheretur, foret enim in manu cujuſvis clerici, ſuſpendere quaſlibet executoriales inter laicos obtentas, interdum fraudulenter, & interdum ſimulatè, quod nec jus, nec æquitas patiuntur.

89 Secundum autem inquirendum eſt, an quando ſententia, quæ exequenda tractatur, lata inter laicos, ſcilicet; & à judice laico, verè & realiter præjudicat clerico, vel ex natura cauſæ, vel ſecundariò, acceſſoriè; & in conſequentiam, ut puta; quia ipſe clericus emit in ſubhaſtatione rem debitoris, virtute executionis poſtea revocatæ, (ut hucuſque diximus) vel aliter in ipſum exequendo tranſtulit executor, vel rem litigioſam emit, variiſve aliis modis clericum virtualiter comprehendit, & afficit, an ipſe executor laicus poſſit realiter ſententiam contra clericum exequi, abſque exceſſus reatu, vel requirendus eſt Eccleſiaſticus judex, ut illam exequatur.

90 Et quòd executor eam exequi non poſſit, facit, quia ſi judex ſecularis eligit clericum depoſitarium, tunc licèt idem judex cognoſcat, & ordinet, eſſe reſtituendum depoſitum. Bald. *in l. acceptam. n.*6. *C. de uſur. & in l ſi fidejuſſor, §. fin.*1. *lect ff. qui ſatiſ. cogan.* per text. *in l. ſi. §. penul. C. de bonis autho. judic. poſſi* Salicet. *in d. l. acceptam colum fin.* Iſſ. *d. l fidejuſſor, § fin colum.*1. *& in l. in fin. n.*7. *ff. de offic. ejus.* Autter. *in additio. ad Capell. Tholo. deciſ.*168. *& in tract. de poteſt. ſecul. regul.*2. *fall.*4. *n.*14. *& in clem.*1. *de offic. ord.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem n.*419. Tiraquel. *de retract. tit.*2. §.4. *gl.*7. *n.*10. Afflict. *deciſ.*24. *n* 3. & ibi Urſi. Maran. *de ordin. judic. p.*4. *d.*11. *n* 62. Cumia. *ſuper ritu magnæ Curiæ cap.*19. *n.*24. *& ſeqq.* Carroc. *in tract. de depoſ. in tit. de cauſis, n.*40. Marta *de juriſdict. cent.*2. *caſu* 104. *n.*8. tamen iſtam doctrinam & opinionem declarat ipſe Marta *ibi n.*9. ut procedat quo ad judicem ſecularem declarantem, depoſitum eſſe reſtituendum, non autem reſpectu coactionis clerici depoſitarii ad reſtituendum.

91 Prout etiam quando clericus deputatur ſequeſter per judicem ſecularem, qui poteſt ab eodem judice ſeculari condemnari & juvari, ut reſtituat ſequeſtrum ſecùndùm Bal. *in l.*4. § *ſi ſatiſdatum*, ubi Iſſ. *in* 6 *ff. qui ſatis cogan.* Steph. Auſrer. *in tract. de poteſt. ſecul. in Eccleſ rēgul.*2. *fall.*14 *verſ. & iſtud, poſſet adduci, & in additio. ad Capēl. Tholoſ. deciſ.*167. Afflict. *deciſ.*74. cum aliis per Vinc. Carroc. *in tract. de ſequeſtro* 1.*p. in q.*1. *princ.* Marta *de juriſd.*4.*p.cent.*2.*caſu* 123 *à pr.* tamen ipſe *n.*4. declarat poſſe ſecularem judicialia ordinare, ſequeſtrum eſſe reſtituendum, ſed executionem eſſe faciendam per judicem Eccleſiaſticum: qui quidem iſto & præcedenti caſu nimis de vilibus, & apparentibus rationibus movetur. 91

Et generaliter quòd in quocumque caſu poſſit judex ſecularis ferre ſententiam contra clericorum, putà; in cauſa reconventionis, ſemper executio facienda eſt per Epiſcopum loci ad inſtantiam judicis ſecularis, probant Anton. de Butr. *n.*20. & Socin. *in cap* 1. *de mutuis petitio.* Anchr. *in c* 1. *nota.*4. *de cleric. conjug. lib* 6. Vivius *deciſ.*49. *n.*6. *lib.*1. Mart. *de juriſd.* 1.*p. cap.*50. *num.*34. & per eund. m Vivii deciſionem idem affirmat Mar. Ant. Genuenſ. *in praxi Curiæ Archiepiſc. Neapol. c.*12. dicens, quòd quando aliquis clericus reconventus apud judicem ſecularem fuit ab ipſo condemnatus, ſolet Vicarius facere præceptum judicibus, & aliis, ne moleſtent in perſona, aut bonis, clericum ſine licentia ipſius Vicarii, ſub pœna excommunicationis, & poſtea viſa ſententia, ac proceſſu judicis ſecularis, mandat executionem fieri contra clericum, ubi procedit comprobans ipſe Genuenſis. 92

Ultimò & illud conſiderari poteſt pro hac parte, quoniam etſi contra tertium rei litigioſæ poſſeſſorem directò; & abſque novo proceſſu fieri poſſit executio inter alios lata, & eidem tertio omnia præjudicent, ut latè probavimus ex pluribus Doctoribus ſuprà c.8. de perſon. ad perſon. verſ. ſupradictis convenit quod, &c. *n.*168. *hac* 4.*p.* quoad vitium litigii omnes Eccleſiaſticos etiam ligari: eſt text. *in cap. Eccl.*1. *& 2. ut lite penden.* ubi Joan. Andr. Ant. de Butr. Abb. & cæteri. Marta *de juriſd.*4.*cent.*1.*caſu* 33.*n.*9. & tam in beneficialibus, quam in profanis, plures citat Carolus de Graſſis *de effectib. cler. effectu* 2. *à n.*256. 257. *&* 258. ubi copioſè tamen Marta ipſe intelligit, ut quantum attinet ad ſententiæ latæ per laicum judicem, inter laicos, putà; executionem non poſſe fieri per eundem ſecularem in clericum, rei ipſius litigioſæ poſſeſſorem, ſed per judicem Eccleſiaſticum, per text. *in cap Eccleſ.*1. *ut lite pendente*, ubi ſummus Pontifex avocat ad ſe cauſam a Senatore urbis, &c. Ex quibus videtur concludendum ſententiam quam in caſibus ſibi permiſſis tulit judex laicus, contra clericum, non poſſe per illum exequi, ſed per Eccleſiaſticum ad ejus requiſitionem. 93

Sed contrariam ſententiam, & opinionem, imò judicem ſecularem poſſe realem facere executionem ſententiæ à ſe latæ contra clericum, in caſibus, quibus ſibi à jure cognitio permiſſa eſt, vel aliter ex natura rei nocet ſententia ſuper re a ſe poſſeſſa, vel detenta, ut veriorem opinionem reſolvit Guillel. Bened. *in c. Raynutius, verbo, & uxorem, deciſ.*2. *n.*147. ſequitur Barb. *in l. qui prior.* 29. *à n.*93. *cum multis ſeqq. ff. de re jud. fol.*289. dicentes, verius eſſe, ſecularem judicem, in quibus caſibus ſententiam validè tulit adverſus clericum, poſſe jubere executionem fieri in ejus bonis temporalibus *l. addictos, cum gl. C. de Epiſcopal. audien. l.*2. **C.** *ut nemo privatus*, qui teſtatur ita communiter practicari in Luſitania, & ita eſſe lege illius regni determinatum. Et reddit rationem, quia eodem modo, quo cognitio cauſæ pertinet ad ſecularem, ita etiam executio in temporalibus debet ad eum pertinere, ut etiam ipſe Barb. *in l. ſi quis poſteaquam n.*165. *de judic. fol.*105. & judicium executivum, atque ſententiæ executio debet ſpectare ad illum judicem, qui de cauſa principali 94 95 96 97 98

cognovit,

cognovit, ut dicit Mart. *tract. de jurisd. 4.p. cent. 1. casu 89. n.33.* per *l. nulli C. de jud. & ordinarii. C. de res vendi. cap. 1. de caus. poss. & propri* Hanc partem & opinionem tenet etiam Trentacinquius *l. 1. q. forens. q.79.* eam etiam tenet Innoc. *in c. 1. de nn. pet.* ubi dicit, quòd judex laicus exequitur sententiam suam in bonis clerici coram eo reconventi. Sequitur Felin. *in cap. significasti sub n.4. ver. sed moderni tandem tenent.* &c. *de offic. delegat.* & testatur ita tenere Modernos ibi per doctrinam Innocentii. Tener etiam Joann. de Immol. *in c. de nuntiis pet.* latissimè comprobat Carol. de Grassis, *de effect. cleri. effect. 1. à n 789. & 791.* post Palac. Rub. secus si executio in persona sit facienda clerici.

Et Barbo. *ubi proximè num.99.* respondet ad illam difficultatem, quæ oritur ex sua resolutione, nempe pari ratione judicem Ecclesiasticum in casibus quibus potest contra laicos procedere, posset etiam executionem facere in eorum bonis, cùm contrarium verius sit ex iis, quæ Covat. *in practic. quæst. c.10. num 2. versic. 3.* cui satisfacit Barbo. *dict. num.99.* in hac materia esse constituendam differentiam inter judices Ecclesiasticos, & seculares; nam seculares possunt exequi suas sententias in bonis temporalibus cleticorum, & tamen Ecclesiastici non possunt suas exequi, in temporalibus laicorum. Ratio differentiæ est, quia licèt personæ clericorum sint exemptæ à jurisdictione secularium, bona tamen temporalia ipsorum, cùm sint in territorio regis secularis, illis subjiciuntur Felin. *in c. Eccles. n.8. de constitut. c.* & nos alibi latius, & ideo secularis tanquam in bonis sitis in suo territorio, poterit facere executionem, *l. qui restituere ff. de rei vind.* Ecclesiasticus autem ultra ambitum Ecclesiæ, & pertinentia ad spiritualia, nullum censetur habere territorium. *cap. licèt ex suscepto de for. competent. c. causam el.* & ibi Panorm. *n.3 qui filii sint l git.* gl. & Bal. *in l. Episcop. C. de episcop. audi.* Bellug. *in specul. Princip. reb. 14. §. nunc videamus, n.17. p.87.* & eadem ratione non posse judicem Ecclesiasticum proprio jussu, & authoritate jubere capi laicum, tanquam existentem in alieno territorio, comprobat latè ipse Barbo. *à n.99. cum seq.* & passim alibi per Doctores.

Et pro hac parte facit, nam in casibus, in quibus judici ordinario Ecclesiastico specialiter permittitur cognitio, & punitio religiosorum, aliàs à sua jurisdictione exemptorum, & privilegiatorum, in iis omnibus potest ipse Episcopus ordinarius suas exequi sententias adversus præfatos religiosos, nulla præmissa, nec postulata requisitoria, ita latè examinans concludit post alios Cened. *in canon. q. q.29. à pr nc.* ubi mirabiles adducit doctrinas, quæ nostræ rectè conducunt.

Hinc videmus, quòd in iis casibus, in quibus clericus propter negotiationem debet gabellam, potest coram judice seculari conveniri, & illam ab eo exigere, & exequi in temporalibus, scilicet, ipsius clerici, captis pignoribus ad solutionem adstringere, persona tamen ejus semper excipienda, nec propter gabellæ debitum incarceranda, ita Mexia Pontius pragmatica taxæ panis *concl.5. n.23.* Petrus Rebuff. [illegible] *Galli. 2. tom. de mercat. minutatim venden. gl.14.* Boër[illegible] *decisione 246. num.4.* bene Azeb. *in l.11. tit.3. lib.1. recop.* [illegible]imè explicat Lasar. *tract. de Gabell. c.19. n.84.* qui *n.85.* ex resolut. per Gregor. Lop. *in l.49 verb. las franquezas in fin. tit.9. p.1.* advertit si dubium fuerit, an clericus sit negotiatur necne, poterit judex laicus de causa cognoscere, tanquam de fundamento suæ jurisdictionis.

Hinc depositario, seu sequestrario constituto clerico per judicem laicum, ipsemet potest depositum ab eo removere, & astringere ad restitutionem captis pignoribus, & tenent omnes Doctores suprà citati in proposito in fundamento contrariæ partis, à num.90. & seqq. & idem tenent plures alii, quos refert, & sequitur Menoch. *de recup. possess. 15. num.215* Marant. *de ordin. judicio 4 part. dist 11. num.62. &* 87. Aufrer. *in tract. de potest secul. super Eccl. 2. regul. fall.14.* Aviles *in cap. 20. præte. gloss. execution. n.6. & in cap. 20. ve bo usurpar. num.10.* Didac. Perez *in l.1. tit.10. column.1142. lib.3. ordin. vers. quæri.12* Greg. Lopez *in l.3. tit.3. p.5.* plurimi, quos refert sequitur Mexia *in pragmatica taxæ pan. concl.5. n.35.* infiniti penè sequuti per Bobad. *in polit. lib.2. cap.18 num.130.* plures referens sequitur Prosper. Farinacius *in pract. crim. quæst.8. sub num.123.* quando executio sit facienda in re, non tamen in persona clerici, ita eleganter latè Grassis *de effect. cleric. effectu 1. à n 855.* ubi latissimè & tenent Joann. Jacob. Masull. *in addit. ad Capi dec.7. n.4.* allegans Ursill. ad Afflict. *dec.173.* Calefat. *in l.1. 46. vers. ad c. cler ff. de jud.* dicentes quòd si executio sequestri, aut depositi est realis, non personalis, possit per eundem judicem laicorum fieri. Innumeros alios & singulares casus singillatim eleganter refert Castell. à Bobad. *in pol. l.2. c.1. à n.66. n.117. & num.118. n.122. n.123. & n.124 & n 126. & n.137 & seqq. n.209. 227. n.244. n.153. n.306. & 320.* Quibus quidem casibus specialiter ab eo relatis post multorum Doctorum comprobationem, potest judex secularis cognoscere adversus Ecclesiasticas personas, & simul suam sententiam exequi in earum bonis temporalibus, & compellere captis pignoribus, quos omnes casus per te videre poteris, mihi autem ad nostræ doctrinæ comprobationem sufficiet referre, non transcribere.

Nec est audiendus Marta ex proprio marte, & debilibus quidem rationibus motus contra communem (ut assolet) in casibus quibus illum retulimus surfum n.90. & sequentibus.

Hujus tamen partis resolutio majorem habet difficultatem in clerico possidente rem emptam in subhastatione postmodum annullata, & executione revocata, vel ubi interveniente executoris excessu, rem emit, vel aliter nactus est, vel quando rem litigiosam possidet; quia iis casibus cum venditio, & acquisitio sit nulla, fingitur, & consideratur à jure, res adhuc permanere in potestate alienantis, & numquam ejus dominium evasisse, ut de re litigiosa communiter Doctores affirmant, quos retulimus suprà *hac 4. part. cap.* de excessu, de personal ad pers. supradictis convenit à num.168. de cæteris verò probavimus suprà hoc c. vers. vides igitur *n.63. & 64. cum seqq.*

Sed sic est, quòd quando propter nullitatem alienationis (ut in pacto de non alienando rei pignoratæ adjectum de quo supra) consideratur, & fingitur res adhuc esse in potestate alienantis executio, quæ contra illum competit, habet etiam locum adversus clericum illius rei tertium possessorem, & hoc coram judice seculari, ut post Guil. Bal. & alios dicit communem Aufr. *de potest. secul. super Eccl. regul. 2.* Gregor. Lop. *in l 51. tit.6. p.1 gl.4.* Vallas. *de jur. emphyteu. quæst.17. n.7.* Bob. *in polit. lib.2. cap.18. n.204* optimè Parlad. *lib.2. rerum quot. d. c. fin. 2. p. §.1. n.11.* quam referens sequitur Cevall. *in contra comm. tom.1. q.36. à n 14.* ubi latius prosequitur plurimas allegans licèt contrarium tenuerit Gasp. Rod. *de annu. redd. lib.2. q.9 n.18. vers. quod amplia. & n.19.* contra quem & merito iterum tener multo post hac scripta idem Ceval. *contra comm. 4. p. q.899. à n.80.*

Ex eodem fonte fluit, rem litigiosam, in clericum lite pendente alienatam, posse ab eo avocari per judicem secularem, & in eum directò fieri executionem sententiæ latæ ab eodem judice; tenent Ursil. ad Afflict. *decisio 331. n.3.* cum quo tranlit Carpan. *ad stat. Mediolanen. 68. num.114. tom 1.* & Bin. *cons.187. num.10.* optimè Marius Giurb. *in decis. 62. num.7. ad fin.* nec obstat Vincent. de Franch. *decis. 549. num.9* qui per Abb. *in cap. Ecclesia sancta Mariæ num.11. ut lite pendente* (qui quidem nihil adducit ad propositum) & per Socin. *cons.15. n.6. volum.4.* dum affirmat, alienatione facta lite pendente in clericum, non à judice laico, sed ab Ecclesiastico facienda est executio in eum: quoniam si

si ratio,qua se fundat Franch. esset vera, præcisè & necessariò procederet ejus doctrina, est enim advertendum esse inter Doctores controversum, & in duas opiniones facta divisio; an alienatio facta in fraudem jam paratæ executionis contra debitorem requirat recisionem, vel directò possit ipsa res in pignus executionis capi, alii enim requiri dixerunt, & hanc sequutus opi-
112 nionem Franchis nihil mirum,ut illam firmaret doctrinam, etenim rescisio requirit ordinem judicialem, & vim ordinariam, & supponit contractum mero jure validum, alii autem non requiri hujusmodi recisionem sectantur, quorum opinio magis frequenter ab omni-
113 bus est recepta.Bald. *in l.executorem num.* 22. *de execut. rei judic.*Castr.*num.* 8. Iss. *num.*10.Cuma.*n.*5.Herculan. *num* 46.Lasias *in l. à D. Pio* §. *si super rebus, de re judic.* Ripa *in l.*1. §. *si hæres,n.*21. *ad Treb. ll.* Covarr.*in pract. cap.*15.Villalob. *in avario commun. opin. litera A, n.*132. Papon.*consil.*63.*n.*4.Pancirol. *cons.*186.*n.*17.Lud.Peruf. *decis.*26.*n.*9.Bella *tom.* 2. *comm. opin. lib.*7.*tit.de execut. rei jud.num.*55.Dueñ. Diaz ad Afflict ejusdem opin.recenset Aloys. Leo. *in l.* 1. *num.*4.*Cod. de alien. jud. mut. caus.fact.*Ursill.*decis.*395 *num.* 38.*num.* 7. Natta *consil.* 250.*num.*3. *&* 4. Æmil. *consil.*51. *num.*6 Neviz. *consil.* 20.*num.*13. Decius *consil.* 187. *&* 189. *in fin.* Honded. *consil.*20.*num.*52.*&* 56.*vol.*1. Nig.Campan. *in cap.Reg. Neapol.*151. *num.* 4.Carpan. *ad stat.*160.*n.*38.*p.*1.Curt. senior.*consil.*73.Ruin. *consil.* 87. *num.*1.*volum.* 4. Ozas. *decis.*64.*n.*5. Ann. *singulari* 28. Capicius *decis.* 128. *numero* 12.Rimin.jun. *consil.*100. *per totum volum.*1.Guid. Papæ *decis.*81.Socin. *consil.*13.*volum.*4.Bursat.*cons.*100. *num.*23.Torret.*consil.*66. *volum.* 2. Menoch. *cons.*319. *num.*12. *&* *consil.*1187.*num.* 4. *&* *de adipisc. rem.*5.*numer.* 127. Cumia. *Ritu* 9. *n.* 37.Surd.*cons.* 533. *num.*4. *&* 40. & post Parlador. quem sequitur latè & optimè Mar. Giurb. *in d. decis.* 62. *num.* 6.*&* *seqq.* qui quidem omnes, & alii plurimi, quos nos retulimus latè hac 4. *p. cap.* 8. *à n.* 174. illam sequuntur in hac controversia
114 distinctionem; quòd quando dolus committitur in fraudem executionis, puta; quia jam pendebat lis super ea, alienatione facta in tertium in actione personali, fit directò executio, etsi vitio litigiosi lis eo casu affecta non sit, aut etenim alienatio facta est dumtaxat
115 in fraudem creditoris, puta; anteaquam lis mota sit,& tunc priùs rescissorio judicio agendum esse, & sic cùm in casu, de quo agimus, rescissoria non sit necessaria, quod est fundamentum Franch.meritò per ejus subversionem doctrina corruet, ut & illi ita satisfacit Marius Giurb. *ubi proximè*, *d. n.* 7.

116 Quò pertinet, quòd cùm is, qui dolo desiit possidere;pro possessore habeatur, *l. pro possessore*, *de reg. jur.* latissimè Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 46. *à num.* 26. *fol.*286. Gratian. *discept. forens. cap.* 78. *à n.*9.*cum seqq. tom.* 1. vel aliter de simulata donatione,venditione,aut alienatione facta in clericum, aut aliàs, si appareat ve-
117 rè rem non exire de potestate conventi, aut conveniendi etiam in clericum, fiet executio per laicum judicem, latè Parlador *lib.* 2. *rerum quotid. cap.fin.*2.*p.*§ 1.
118 *n.*11. plurimos etiam referens sequitur Castell à Bobadill. *in polit.lib.*2.*c.*18. *n.* 132. & quòd data dolosa alienatione in tertium fiat executio, ex aliis probat Asin. *in praxi*, §.31.*c.*4. *à prin.* Mart. *de jurisd.*4.*p.cent.*1.*casu* 35.*n.* 14.

119 Et his accedit, quòd quando quis post commissum delictum, & citationem realem, vel verbalem, & sic prævenia jurisdictione, vel etiam non prævenia, si verè, vel præsumptivè apparet in fraudem se fecisse clericum, adhuc coram seculari judice sit conveniendus, per quem fieri potest etiam condemnatio, & similiter executio in pœna pecuniaria in temporalibus, non tamen in persona clerici cum sit jure divino exempta à jurisdictione seculari, attamen in bonis secularibus potest executionem facere condemnationis, ita post alios Aufrer. *de potest.secul. regul.* 1. *fal.*11. Navarr. *in cap. non dicatis* 12.*q.*1.*n.* 92. *ad fin.* plures Gutier. *in pract.da. ll.Reg.l.p.*2.*q.*5.*n.*3.Vincent.de Franch.*dec.*384. *num.*32. plures per Boss. *in praxi crim. tit. de pœnis* 38. Covarr. *pract. quæst. cap.* 32.*n.*4.*vers. con lus.*Plac.*de delict.cap.*35.*n.* 11. Jul. Clar. *in praxi* §. *fin. q.*36.*num.*43. Gama. *de sacram.præst.quæst.*5.*n.* 27. Vivius *lib.*1. *comm. opin. verbo*, *clerici*, *vers.Ecclesiasticus.* Anton. de Mart. *de prorogatione juris n.* 57. latè prosequitur Barbosa *de jud. ad l. si quis posteaquam à n.* 115 ex eo,quia privilegium acquisitum per fraudem, nihil prodest acquirenti,*l.hos accusare*, *ff.de accusatio*,*l. si maritus*, 15 §.*lege Iu-* 120
lia. de adult. & quia judex secularis hoc casu magis dicitur judex causæ, quàm judex personæ clerici, vide 121
Barb. *ibi*, qui per multos numeros multa adducit ad propositum.

Hinc falsò opinari constat Martam *ubi proximè n.* 9 122
quem adduximus pro contraria parte in ultimo fundamento, *n.* 93. asserentem,contra clericum,in quem res litigiosa alienata est,non posse per secularem fieri executionem suæ sententiæ latæ super ea,per text.*in c. Eccles.*1.*ut lite pendente*,motum ex eo,quòd summus Pontifex avocavit ad se causam à Senatore urbis, quia in jurisdictionem temporalem non se intromitteret Pontifex, nisi attendens, Senatorem non posse, de clerico cognoscere, cui responderur, quòd Summus Pontifex 123
se intrusit in causa,tanquam Dominus temporalis urbis Romanæ, cùm sit de patrimonio Ecclesiæ,*c.Constantin.* 124
96. *d.* ut optimè post Hostiens. advertit Abb. *in d. cap. Eccl.S. Mariæ n.* 7. ex text.*in c. per venerabilem, de elect. lib.*6. qui quidem DD. ad prædictam difficultatem alias simul solutiones assignant. Vide latissimè per Esc. *de app.q.*8.*à n.*127.*art.*6. *per tot.* ubi latè de appellatione à Senatore, & faciunt quæ Fel. *in c. significasti sub n.*4.*de off. deleg.* quod & in hoc casu quando adest vitium litigii, à fortiori dicendum est, quippe si in superiori,ubi propter alienationem in fraudem executionis paratæ, ad pecuniam res à clerico pignoratur, quo casu non contrahitur vitium litigii, ut tenent Ursil.Carpa.Beni. & Giurba suprà multo fortiùs dicendum est, quando ipsa res eo sit vitio affecta quam quocumque vadat comitatur.

Huic etiam parti rectè & fortiter favet, quod latè adducit comprobans Peregr. *in tract. de fideicom. art.*48. *n* 62.*&* *seqq.* quòd si clericus vigore *l. fin.Cod. de edicto D. Adr.* mittatur in possessionem hæreditatis authori- 125
tate judicis secularis, & postmodum tertius compareat coram eodem judice pro sui interesse, petens revocationem possessionis, vel quia non fuit, ut debuit citatus, vel aliam aliquam legitimam exceptionem opponit;tunc ipse judex secularis erit judex competens, ad hujusmodi possessionis revocationem, quia principio hæc possessionis datio non fuit liberè,sed revocabiliter, conditionalitérque concessa, sive quia expresse apposita fuit clausula (salvo jure,&c.) sive non expressa hu- 126
jusmodi conditione,quia tacitè sunt subintelligitur,*l.*2. §. *si quis à Principe*, *&* §. *meritò*, *ff. ne quid in loco publ.* gl.fin.*in c.*2. *ut lite penden.* gl. *in l. fin. C. si contra jus vel utilit.pub.*& ibi B. & cæteri Marta *de jurisd.* 4. *p.cent.*2. *casu* 159.*n.*22 origo enim rei semper attendi debet secundùm ea, quæ nos latè superiùs diximus. Et contra hanc doctrinam (quæ vera est, & practicabilis) curandum non est de Marta *in tract. de juris* 4. *p. cent.*2.*cas.* 159. in eam insurgentem, ut de more habet Peregr. autem sequitur Paz.*tract.de tenuta* 2.*p.cap.*64.*n.*13.facit Bald.doctrina *in d.l.fin.n.*45. Cepola *cons.* 28.29. *&* 30. pro nostra opinione.

Quibus quidem rationibus, & authoritatibus prout & praxis communiter observat, quòd revocata executione, cujus contemplatione Clericus tertius emptor per subhastationem possidet, vel aliter ab illa executione sit causata sua possessio, vel quando per

executorem excedentem in eum fuerit res translata;
127 poterit per eundem executorem avocare, quod quando mediante excessu aut inordinato processu rem clericus fuit adeptus, ut possit tunc res ipsa à clerico avocari per secularem, pro indubitabili teneo; ad quod ultra suprà dicta illud considero, quoniam tunc iste talis
128 non possidet. Enimverò quando judex, seu executor excedendo, attentando, aut aliter, nulliter processit, juris ordinem omittendo, nec privat possessorem possessione, nec illam transfert in accipientem, ut & nos exactè probavimus supra hac 4. *part. cap.* 8. *de excessu de*
129 *person. ad person. vers. nunc tractandum n.* 100. & sic cùm careat possessione, se executioni rei opponere non posse, indubitanter est, ut & ibidem nos probavimus, præcipuè *n.* 73. & 62.

Ex præfatis pendet etiam resolutio ad propositam superiùs difficultatem; an judex Ecclesiasticus vim faciet inhibitionem emittere executori laico, quando in clericum possidentem rem, de cujus executione tractat, & an ab hujusmodi inhibitione appellationi in-
130 terjectæ non deferens, vim faciat Ecclesiasticus. In quo dicendum venit, quòd quando sententia lata à seculari virtualiter, aut in consequentiam, aut secundariò præjudicat clerico possessori ex natura rei, & judicii; tunc non poterit inhibere executori, secus autem quando sui natura virtualiter, nec in consequentiam clerico possessori non citato minimè præjudicat sententia;
131 quia tunc sicut non poterit secularis exequi in clericum, ita nec vis fiet inhibendo, quæ resolutio rectè & apertè colligitur ex Mar. Anton Genuen. superiùs pro contraria parte præcedentis difficultatis allegato, *in praxi Curiæ N. apo. Archipis. cap.* 2. *per totum*, dum concedit inhibitionem, quando judex secularis non potest exequi adversus rem clerici, & sic rectè sequitur per argumentum à contrario sensu, & à ratione cessante, (in qua se fundat) quod ubi potest secularis exequi, minus poterit Ecclesiasticus judex inhibere, tunc namque potest inhiberi secularis, cùm procedere in causa contra
132 clericum non potest, latè per Lancel. *de attent.* 2. *part. c.* 20. *in præfatione à n.* 77. latè etiam Mandos. *de inhibit. q.* 10. *usque ad q* 14 benè Mart. *de jurisd.* 2. *part. cap.* 42. *per tot.* ubi etiam tractat, an, & quando appellatio ab in-
133 hibitione, vel ejus revocatoria amoveat impedimentum judici laico inhibitio, ut de cætero queat in causa liberè procedere.

Sed hæc resolutio indubitanter procedit, quando
134 secularis, qui potest exequi, prosequi jam executionem incipit, an autem idem erit, ubi judex Ecclesiasticus prævenerit inhibitionem nondum incipiente seculari, magna est difficultas, ex eo, quod dicit Prosper. Farin. *in pract. crim. tom.* 1. *quæst.* 8. *sub num.* 25. *vers. sublimita secundò*, cùm Gerard. *singul.* 96 post Bald. Butr. & alios, quos ibi referendo sequitur, nempe; judicem secularem de quæstione facti rei spiritualis incidenti posse cognoscere, nisi quando judex Ecclesiasticus inhibuis-
135 set judici seculari, ne se intromitteret in quæstione spirituali, etiam super solo facto consistente, nam si hæc inhibitio emanasset immediatè, & anteaquam judex laicus inceperit cognoscere super illa facti quæstione, non potest se in ea ampliùs intromittere, & ideo esse cautelam (dicit ille Farin.) ut oblata incidenti super spirituali causa quæstione, etiam facti coram seculari judice, is, cujus interest, statim Ecclesiasticus judicem adeat, ab eoque petat, ut illius quæstionis cognitionem assumat, laicúmque inhibeat, qua emanata inhibitione, anteaquam judex laicus de causa cognoscere incipiat, illa terminanda erit per judicem Ecclesiasticum, & non secularem, quam difficultatem ulteriùs non disputo, cùm defessus calamus longam examinationem jam non patiatur.

Nunc autem quæri potest: an excessus repositio ef-
136 fectus suos extendat ad fructus perceptos per possessorem rei, de cujus repositione, & restitutione tractatur, etiam si in sententia revocatoria executionis de
137 eis nulla facta sit mentio. Et videtur quòd non, quia sententia ad non expressa non porrigitur, cùm sit stricti juris, ut capitibus superioribus latè diximus. Et quia justè possidet, qui authore Prætore possidet, *l. juste possidet, de acquir. poss.* & cùm vigore sententiæ judicis possidet, bonæ fidei possessor judicatur, quo casu suos facit fructus, nec teneri ad ejus restitutionem, juxta text.
138 *in l.* 4. § *fin. ff. finium regund.* §. *si quis à non Domino, instit. de rerum divi d. bona fidei emptor. eff. de acquir. rer. dom.* Curt. Senior. *consil.* 71. Afflict. *dec.* 288. *n.* 2. & post alios Boëcius *consil.* 85. *sub n.* 13. Petr. Surd. *cons.* 115. *n.* 1. ubi subdit, etiam quòd possideret sine titulo, vel cum
139 titulo invalido, *l. quæsitum in fin. de acquir. rer. dom.* Men. *de recuper. rem.* 15. *n.* 582. alios allegans, quæ conclusio procedit, etiam si sententia, cujus occasione quis possidebat, reducatur ad irritum, ut tenet Boëcius *de consil.* 95. *n.* 24.

Sed contrariam sententiam, & opinionem longè de
140 jure veriorem, receptiorémque existimo: imò quòd sententia, aut executione irrita, & revocata, cujus causa, & contemplatione quis possidebat; rem cum fructibus restituere teneatur. Quod probatur, quia quando
141 titulus sui natura est resolubilis, facta resolutione, res cum fructibus interim perceptis restituitur, *l. eum qui emit. in prin. l. item quod dictum est*, *l. Imperator, ff. de in diem addict. l. is qui* §. *si fundus, ff. quod vi aut clam. l. fin. ff. de jure fisci l.* 1. §. 1. & *l. quod si nolit, in fin. junct. l. cum autem*, §. *cum reabiberetur*, *ff. de ædilit. edict. l. lege*, *ff. de leg. commiss. l. cum quis*, & ibi Ang. & Alex. *ff. de consuetud. ob causam*, *l. videamus*, §. *item & indebitum*, & *duob. seq. ff. de usur. l.* 1. ubi Angel Paul. & Alex. *C. de iis quib. in indig.* & voluit gl. *in l. si mortis causa donat.* & ibi B. *ff. de donat. causa mor.* Bald. *in l. ult. de usu & fruct. leg. & cons.* 294. *donatio causa mort. in pr. lib.* 3 Panorm. *in c. illo vos col.* 2. *de pigno.* Ang. Aret. *in* §. 1. *ult. col. vers. quæro quando revocatur. instit. quib. non est permissum facere test.* Franci. Cre. *sing.* 15. *si legatum solvitur.* Tiraq. *in l. si unquam, verb. revertatur*, *n.* 268.

Hinc fit, quòd quando titulus reducitur ad non ti-
142 tulum, & causa ad non causam, res cum fructibus restituitur à possessore. Bald. *in l. C. sententiam pass.* Pel *in cap. cum causa col. pen. vers. respectu autem fructuum, de re jud.* Tiraq. *ubi proxim. num.* 278. *ad fin.* & cæteri citati Doctores Roman. *consil.* 454. *sub n.* 27. inferens, quòd si titu-
143 lus redactus ad non titulum, vel habens ortum à causa irrita, non operatur acquisitionem fructuum; sequitur Natta *consil.* 535. *num.* 12. Cacher. *dec. Pedem.* 160. *n.* 12. Surd. *decis.* 25. *num.* 21. & *decis.* 45. *n.* 11. & *dec.* 163. *num.* 16. & idem *cons.* 115. *quasi per totum*, & *cons.* 268. *n.* 29. 30. & 31. & *cons.* 372. *n.* 21. *lib.* 3. Fab. Turet. *cons.* 13. *n.* 24. & *cons.* 23. *n.* 11. *vol.* 3. Rim. jun. *consil.* 333. *n.* 21. & *n.* 51. & idem *in* § 1. *instit. de donat. n.* 601. Mastrill. *dec.* 29. *n.* 5. 6. & *seqq.*

Hinc etiam est, quòd quando possessionis appreben-
144 sio, per aliquem facta, ad non possessionem reducitur, tunc res ipsa cum fructibus interim perceptis ab ipso possessore auferuntur; quamvis judicis authoritate in possessionem missus fuerit, tenet Rom. *consil.* 454. *n.* 25. & *trib. seqq.* Natta *ubi suprà n.* 11. Men. *de recuper. rem.* 15. *n.* 638. Matthæus de Afflict. *dec.* 218. *n.* 4. & 5. Ozas. *dec.* 259. *n.* 12. Innoc. *in c. consult. n.* 1. *vers. idem etiam de jure patr.* Menoch. *de retinen. rem.* 3. *n.* 93. Aret. *in l. interesse n. de acquir. poss.* Christophor. de Paz. *in tract. de tenut. c.* 11. *n.* 33.

Et in terminis, quòd irrita, aut annullata, seu revo-
145 cata sententia, cujus causa, & contemplatione quis possidebat, res sit cum fructibus restituenda, est text. optimus *in l. filio fam.* §. *contra tabul. ff. de inofficioso test.* quam meritò omnes exclamant, probat Abb. *in cap. cum causa. ult. not. de offic. del.* & Fulg. *consil.* 136. *n.* 2. & *cons.* 190. *num.* 3.

*num.*3. Provinz. *in collect. ad text. in l. si non sortem, §. si centum, ff. de condit. indebit.* Afflict. *decis.* 218. ubi Ursill. *decis.* 240. *n.* 2. & *decis.* 249. Roman. *consil.* 454. *n.* 26. & 27. Natta *consil.* 535. *n.* 12. Alciat. *consil.* 160. *n.* 10. Curtius junior. *consil.* 153. *n.* 16. Mazol. *consil.* 109. *n.* 4. Capic. *dec.* 210. *n.* 12. Costa *tract. de sententia & ignoran. gl.* 13. *n.* 8. Torniol. *cons.* 79. *n.* 9. Sfort. *cons.* 96. Lambert. *de contract. mulier. glos.* 1. *n* 223. Vasq. *lib* 3. *controvers. usu frequent.* 79. *num.* 9. Joan. Garc. *de expens. cap.* 23. *num.* 24. Bursa. *cons.* 73. & *cons.* 220. Card. Tusch. *pract. conclus. litera E, concl.* 490. *n.* 30. 41. & 53. Bardell. *consil.* 59. *n.* 7. Rauden. *de anal. c.* 37. *num.* 209. Aldov. *consilio* 50 *num.* 39. & *consil.* 51. *num.* 37. Plot. *cons.* 38. *n.* 14. Gutier. *consil.* 15. *n.* 11. & 12. Riminal. junior. *cons.* 333. *num.* 19. Asi. *de executione*, § 4. *c.* 21. Petr. Surd. *cons.* 14. *n* 16. & *consil.* 115. *n.* 11. & *cons.* 168. *n.* 20. & *consil.* 372. *n.* 21. Rebuff. *de liter. oblig. art.* 1. *gl.* 12. *num.* 4. Morot. *cons.* 58. *num.* 8 Boss. *tit. de damn. in fol. num.* 2. Cephal. *cons.* 198. *num.* 2. Prat. *consil* 206. *num.* 39. Pereg. *cons.* 3. *n.* 71. *vol.* 1. Menoch. *de recup. rem.* 15. *num.* 638. & *de retinend. n.* 26. Pinell. *in l.* 2. *n.* 2. *n.* 31. *C. de bon. mater. & in l.* 2. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *Cod. de rescis. vendit.* Cum *ritu* 17. *n.* 157. & 158. & *ritu* 91. *num.* 17. Ozaf *decis. Pedem.* 160. *n.* 10. optimè Petr. Surd. *decis.* 45. *à num.* 10. *usque ad* 12. & *decis.* 25. *à num.* 21. & iterum *in tract. de alimentis tit.* 1. *quæst* 124. *n.* 8. Giurb. *decis.* 89. *per totam*, ubi mirabiliter. Mastril. *decis.* 29. *num.* 4. & 5. Gratian. *discept. forens. cap.* 157. *n.* 27. & *suprà*, & insuper mox citandi.

146 Et quòd quis teneatur restituere fructus quos percepit virtute decreti, in quo fuit adjudicata possessio propter aliquod debitum, etiam pro parte debiti, quod debebatur, tradunt Matth. de Afflict. *decis.* 218. *ad fin.* B. & Iss. *in l. si non sort. §. si centum, ff. de condict.* & alii, quos citat. Menoch. *de retinent. rem.* 1. *n.* 26. Barbos, *in l. divor. §. fi. n.* 52. *pag.* 1141. *ff. solut. matr.* post Paulum de Monte Pico *in l. post contractum n.* 103. *ff. de den.* Bologn. *in l.* 2. *ff. si quis rem minor.* Neviz. *consil.* 77. *n.* 23. Padill. *in l.* 2. *n.* 23. *C. de rescis. vend* Boër. *dec.* 44. *n.* 26. & *in cons.* 23. *n.* 10. Ferra. *in form. in actione hypothecaria pag.* 379. *n.* 1. Palaez. à Mieres *in tract. de major. q.* 25. *n.* 36. 3. *p. in noviori impressione.*

147 Et quòd quando debitor, cujus bona vendita fuere propter appretium, à tali appretio appellavit, & per judicem appellationis fuit tale appretium revocatum, creditor teneatur restituere fructus, quos vigore appretii percepit, tenet Matth. de Afflict. *dec.* 188. *n.* 4. Barb. *in d. l. divor. n.* 51. & 52. Mieres *ubi proximè n.* 28. & *seqq.* & *n.* 34. & 53.

148 Et corroboratur, nam facta venditione ob debitum, si reddi jubeatur debitori, non ex gratia, sed ex justitia, & juris dispositione dictante, fructus etiam restituendi sunt illi, ut post Paulum de Monte Pico, Bolog. Neviz. Padill. *locis proximè citatis* resolvit Petrus Barbos. *d. §. fin. n.* 51. & post Ferra. *ubi suprà.* Menoch. *de arb. casu* 288. *n.* 19. Pedemont. *decis.* 160. *n.* 16. in praxi notandum dixit Mier. *d.* 3. *p. q.* 25. *n.* 36. & faciunt, quæ nos suprà diximus hoc capite in prioris quæstionis resolutione, fundam. 5. versic. quod ulterius, & quinto probatur *à n.* 39. & *seqq.*

149 Et nota solùm quando sententia, & executio revocata est per viam appellationis, sed & per revisionem, ut utroque casu sit res cum fructibus restituenda juxta text. *in auth. quæ supplicatio*, & ubi notat glos. cum legitimis augmentis, *Cod. de precib. Imperatori offerendis*, & Bal. *n.* 4. Aloys. *n.* 26. Rebuff. *ad Regias constitutiones titul. de sentent. execut. art.* 5. *gl.* 3. *n.* 3. & 4. Franch. *in cap. dilecto num.* 33. *de appellationi* Morla *in emporio juris, titul. de jurisd. omnium jud. in præmiss. n.* 73. Vincent de Franch. *decis.* 224. *decis.* 288. & *decision.* 120. Capi. *decis.* 202. *n.* 10. & 12. Muscat. *de fidei commiss. mod.* 18. *num.* 20. Giurb. *decis.* 89. *sub num.* 2. *vers. unde est Salgado de protect. Reg. quod revocata sententia.* Afflict. *decis.* 88. Mastrill. *d. decis.* 29. *num.* 9.

Quod doctrina ampliatur, etiam in fructibus percipiendis, ut & ipsi sint ab hujusmodi possessore restituendi, ita ex Angelo, *in l. sed parat. n.* 2. *in fin. ff. quod metus causa.* Mastrill. *in d. decis.* 29. *n.* 5. Giurb. *d. dec.* 89. *sub num.* 2. Pacif. *de Salvian. interdicto, inspectis* 4. *cap.* 1. *num.* 47. & etiam contra fiscum text. *in l.* 1. & 2. *de fide hostis fisc. lib.* 10. & ita decisum fuisse testatur Giurb. *ubi proximè sub dict. n.* 2. & faciunt ad propositum, quæ dicit Lancelot. Robert. *de attent.* 3. *part. cap.* 31. *à n.* 22. & *suprà*, quòd attentans non excusatur à fructibus, quos percepit, sed nec ab iis quos percipere potuit, etiam si in sententia omissum sit, dicere de iis, quos percipere potuit. dummodo sint percepti ab aliquo tertio, qui causam habuerit ab ipso attentante condemnato, prout ita fuisse dictum in una Perusina attentatorum coram Put. ut est decisio in recollectis Achill. de Grass. 140 *fructus perceptos, sub rub. fruct.* affirmat. Lancelot. *ubi proximè*, & generaliter Mand. *in tract. de commiss.* 14. *formul. commissionis attent. in verb. fructus.* Enim verò si hujusmodi condemnatus attentans aliquam allegat justam causam, se excusandi à fructibus percipiendis, puta; quia dat aliquem tertium, qui illos percipit, tunc licèt excusetur à fructibus, quos percipere potuit, ita ut pro eis executionem eviter, non tamen excusatur ab iis, quos ipsemet percipit, Mil. *verbo, attentans, lite pendente, fol.* 30. Achil. *de iss.* 140. Rot. *dec.* 23. *aliàs* 597. *si spoliatus de restit. spol. in antiq.* Crescent. *decis.* 92. Moheda. *decis.* 2. & 10 Caputaq. *dec.* 237. incipit *fructus* 1. *part.* de quo articulo nos latiùs suprà hac 4. *part. c.* 10. *de excessiva fructuum*, &c. *vers. quod & illud pertinet, à n.* 74. & 75. & 76. *cum seqq.* & vide etiam superiùs *n.* 41. & 42.

Hoc enim generale verum est, quòd fructuum condemnatio verificetur in fructibus perceptis per tertium, habentem causam ab attentante condemnato, ut ex Achil. & aliis Rotæ decisionibus firmat Lancelot. Rob. *de attent.* 1. *part. cap.* 3. *num.* 23. & 24. Quò pertinet quod dicit Baëza *in tract. de non melior. filiabus cap.* 33. *num.* 6. *cum seqq.* quem sequitur Mieres *de majorat.* 3. *part. cap.* 25. *num.* 42. quòd dos data filiæ ultra summam taxatam per legem Regni, est revocanda cum fructibus.

Cujus etiam est farinæ, quod diximus de venditore bonorum debitoris in causa executionis rei judicatæ, vel publicis instrumentis, nulliter tamen factæ per executorem, eo quòd minimè fuere servatæ juris solemnitates. nam propter hoc passim in tribunalibus hujusmodi executiones annullantur, bonis cum fructibus debitori restitutis, soluta priùs debita pecunia, hoc est quæ deberi omnino, apparet ex instrumento, aut re judicata, non autem pretio, pro quo vendita fuere, & hoc cum legitimo interusurio simul, quod cum fructibus ejusdem rei facta omnium liquidatione proportionabiliter compensandum est, ut eleganter tradunt Ozas. *de Pedemon.* 160. Sequitur Joan. Franc. Bulla com. inter communes 1. *part. lib.* 5. *tit. de prædiis minor. n.* 16. & ex aliis Gasp. Rodr. *de ann. reddit. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 61. ubi alia ponit exempla, optimè Mier. *de major.* 3. *n. quæst.* 25. *à num.* 28. post Barbos. *in l. divor. §. fin. n.* 51. & 52. Gab. *cons.* 33. *n.* 10. & *cons.* 167. *n.* 94. Nicol. Boër. *dec.* 44. *n.* 26. Ferra. *in pract. in form. libell. pag.* 379 *ol.* 1 Gama. *dec.* 232. *n* 5. & ejus addition. 234 qui refert Sfortiam *cons.* 41. & legentibus est ipse additionator, *decis.* 40. ejusdem Gamæ. Latissimè etiam idem probat post alios Giurba *decis.* 105 quando executio quomodolibet fit revocata, etiam per enormissimam læsionem, sive res creditori sit adjudicata, sive quia ipse emit per suppositam personam, sive à tertio emptore, possessa per subhastationem, quem vide.

Quæ consideratio non extra rem est, cùm nemini

dubium eſſe poſſit, exceſſum eſſe attentatum. Felin. *in cap. cum clim. el. 1. n. 7. de off. de deleg.* Maſcar. *de prob. tom. 2. concl.* 1007. *n.* 22. & exceſſus ad inſtar attentati
158 reponitur, ut poſt alios Gratian. *diſcept. forenſ. ap.* 333. *tom. 2. c.* 7. & eſt de mente Lancel. *de attent. 2. part. c.* 12. *lim.* 53. *à num.* 22. & ita in terminis dixit Rot. ut teſtatur Seraph. *deciſ.* 1068. *tom.* 2. dicens, quòd exceſſus
159 executione cauſat attentatum, omnia quippe requiſita attentatorum reperiuntur in exceſſu commiſſionis. Quare quæ diximus hactenus de attentato reſpectu fructuum, intelligitur & in eo, qui virtute executionis exceſſivæ rem reſtituendam poſſidet, ut pariter ad eoſdem teneatur.

160 Nec hos excuſat ab horum fructuum reſtitutione titulus à judice, & bona fides (de quibus diximus ſuprà pro contraria parte,) quoniam ſententia revocata reducitur ad non ſententiam, & perinde habetur, ac ſi
161 nunquam fuiſſet ſententiatum, latè Borgn. Caval *deciſ.* 40. *n.* 51. *part.* 2. & lata ultima revocatoria, illa prima dicitur illicitè præceſſiſſe & omnia retro acta pro illicitè attentatis corruuntur ipſo jure. Vinc. de Franc.
162 *deciſ.* 120. & 136. Carolus de Tapia *in compilat. juris Regni Neap. lib. 3. tit. de aſſiſtentia, in rub.* 40. *n.* 5. *fol.* 226. & *deciſ.* 188. Gratia *deciſ.* 120. Maſtrill *dec.* 29. *num.* 7. Giurb. *de iſ.* 89. *ſub n.* 1. Pro quo facit regula, quam tutam vocat Mier. *tractatu de major. 3. parte quæſt.* 25. *n.* 30. *l. certum C. de re jud. l.* 2. *C. de fruct. & litium expenſ.* quòd quilibet, etiam bonæ fidei poſſeſſor reſtituere
163 tenetur fructus, quos lite pendente percipit, adeò ut retractata ſententia, retractata intelligatur executio, & ſi in ea nihil dictum ſit, ita ut omnia in priſtinum ſtatum debeant reſtitui, quæ occaſione ipſius habuit
164 victor *in c. acced. verbo, univerſa, ut lite non conteſt.* & quam ibi not Bal. & Barb. *n.* 77. Ana. *ſing.* 472. & *alleg.* 93. *num.* 2. Gall. *conſil.* 37. *n.* 28. Bald. *conſil.* 147. *colum.* 3. Amar. *dec.* 75. *n.* 10. Contar. *in l. 1. in intellectum, n.* 3. *Cod. de momen. poſſ.* Grat. *deciſ.* 220. *à n.* 4. *uſque ad* 8. & addit. Cavalc. *deciſ.* 40. *n.* 51. 52. & 55. *p.* 2. Franch. *deciſ.* 136. & per eundem Carolus de Tapia Regius meritiſſimus Conſiliarius in ſupremo collaterali conſilio Neapolitano, *loco proximè citato.*

Hinc meritò procedit; ut revocata ſententia, execu-
165 tionem etiam tacitè revocari, ut attentatorum remedio bona capta, relaxentur eodem imperio, quo fuerant conceſſa, ac ſi facta non eſſet executio. Vinc. de Fran. *deciſ.* 126. & *deciſ* 120 Sacc. *conſil.* 78. *num.* 16. Intrigil. *lig. 2. ſingul.* 173. *num.* 83. *appellatione non obſtante.* Maſc. *de fidejuſſ. 1. part. mod.* 18. *num.* 14. Hieronym Gonzal. *ad regul. de men. & alter. gloſſ.* 6. *num.* 183. plures citat. Giurba *deciſ.* 39. *num.* 14 & ſicut nulla præcedente ſen-
166 tentia commiſſio executionis fieri non potuit, nec facta valet, ita etiam ſi procellerit ſententia nulla commiſſio executionis fieri non poteſt, nec valet, ſi de facto fiat, ut *ex l.* 4. §. *condemnat. & l. cum nulla, ff. de re judic. cap. paſtoral. eodem. tit.* Lancel. Gallia *conſil.* 61. *num.* 31. 34. & 35. Vivius *deciſ.* 53. *n.* 7. *deciſ.* 304. *n.* 5. & *dec.* 380. *n.* 29. Caval. *conſil.* 26. *n.* 6. Aret. *conſil.* 56. *colum.* 1. Torniol. *conſil.* 79. *num.* 50. Berret. *conſil.* 34. *n.* 6. Bertez. *conſil. crim.* 79. *n.* 3. Turr. *conſil.* 7. *num.* 10. *vol.* 3. Pereg. *deciſ.* 35. *num.* 9. Aldovin. *conſil* 110. *n.* 84. 85. Caval. *deciſ.* 11. *n.* 63. *part.* 1. & *deciſ.* 3. *num.* 15. Giurb. *deciſ.* 89. *ſub n.* 14

Quo ſuppoſito, ſententiam revocatam non cauſare,
167 nec præſtare bonam fidem quoad fructuum adquiſitionem, dicunt Doctores citati ſuprà *ad princ.* hujus quæſtionis, *verſ. ſed contrariam ſententiam*, &c. *n.* 240. & præcipuè Rom. & poteſt eum Petr. Surd *deciſ.* 15. *n.* 21. Maſtril. *deciſ.* 19. *num.* 5. & meliùs *n.* 11. Gratian. *dec.* 79. *num.* 12. Cavalc. *deciſ.* 11. *n.* 63. *part.* & *acciſ.* 40. *n* 53. Cavalc. *conſil.* 26. *num.* 6. Giurb. *d. deciſ.* 89. *ſub n.* 2. ubi etiam dicit, quòd titulus nullus nec aliquam tribuit exceptionem, aut effectum, *l. quoties, ff. qui ſatisd. cogan.* Rebuff. *conſil.* 190. Mareſc *lib.* 2. *var. reſol. c.* 94. *n.* 35. nam titulus invalidus habetur pro non titulo, *leg. nec ſuam, §. item in fin. ff. de petit. hæred.* Marcab. *conſ.* 10. *n.* 59. Eugen. *conſ.* 43. *n.* 29. Vivius *dec.* 22. *num.* 8. nec opitulatur ei qui poſſidet ex illo titulo, Afflict. *dec.* 271. *n.* 3. & *dec.* 228. & *in c.* 1. §. *præterea, gl.* 3. *n.* 4. *tit. quæ ſint. cauſ. benef. amit.* Ruin. *conſ.* 166. *in fin. vol.* 6. Rolan. *conſ.* 41. *n.* 31. *vol.* 3. Gratia *diſcept. foren. cap.* 45. *n.* 33. Surd. *conſil.* 28. *n.* 53. Morot. *conſil.* 58. *n.* 9.

Sed huic quæſtioni ſucceſſivè quæro, ſi eſt appella- 168
tum ab executore executorialium per condemnatum, pro cujus cognitione ſolet cauſa delegari, & committi cum clauſula (parito judicato) quæ illius eſt effectus, ut non poſſit quis audiri, niſi facta priùs integrali exe- 169
cutione, adnotata *in cap. fin. de reſt. ſpol.* Staph. *de liter. juſt.* §. *dicendum n.* 82. Veſtr. *in praxi lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 10. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 1. *cap.* 87. *à num.* 1. dicens, quòd cùm dicta clauſula proferatur per ablativum abſolutum, tribuit juriſdictionem conditionalem, videli- 170
cet quatenus ſit paritum judicato, & non aliter, *l. à teſtatore, ff. de condit. & demonſtr. cap. cum delicta, de reſcr.* Pariſ. *conſil.* 94. *n.* 8. & *conſ.* 45. *n.* 6. *lib.* 4. Tiraq. *de retract. conventio, §.* 2. *gloſſ. unic. n.* 3. & 4. Put. *deciſ.* 283. *lib.* 2. Caputaq. *deciſ.* 150. *part.* 1. unde in primis, & ante 171
omnia poſſeſſio dimittenda eſt, & fructus, & expenſæ uſque ad obolum debent reſtitui, anteaquam in cauſa procedatur, aliàs geſta ante paritionem ex defectu juriſdictionis erunt nulla, ut in dictis locis, & per Puteum *deciſion.* 429. *lib* 1. Mareſcot. *ubi proximè ſub num.* 3. ubi teſtatur ita fuiſſe reſolutum per Rotam pluries, ut in una Calaguritana Capellaniæ Sanctæ Crucis 13. Januarii 1589. coram Orano, & in una Pampilonen Parochial. 4. Maii 1591. coram Penia, & in alia Foren. Parochial. 1. Julii 1602. coram Litta, & de eodem anno 172
in alia Pampilonen. Priorat. 26. April. coram Ludoviſ. etiamſi eorum fructuum fiat oblatio, etiam liquidorum, cùm ſint cum effectu reſtituendi, ad hoc ut tollatur ſuſpenſio juriſdictionis. Staphil. *loco citato numero* 82. & ita fuiſſe pluries terminatum per Rotam, cujus affert deciſiones, firmat Mart. *dict. cap.* 87. *num.* 4. 5. & 6.

quo ſuppoſito, duo quærenda ſunt, primum an dicta 173
clauſula (parito judicato) operatur quoad fructus quando facta eſt rei reſtituendæ condemnatio, & nihil de fructibus expreſsè dictum fuit; an ſecundus executor datus cum data clauſula (parito judicato) excedet, & nulliter proceder; ſi utatur juriſdictione anteaquam paritum ſit, etiam per prædictorum fructuum non expreſſorum actuali reſtitutioni.

Et quòd non excedet, nec proceder nulliter, videtur 174
probandum ex eo, quod expreſsè firmat Mareſcot. *variar. reſol. lib.* 1. *c.* 87. *n.* 24. dum dicit, quòd quamvis dict. clauſula operetur ut non poſſit quis audiri, niſi facta integrali executione (ut dictum eſt) nihilominus iſtum effectum reſtringi, ut locum non habeat ultra judicatum, *l.* 1. *C. ſi plures una ſententia*, quæ doctrina 175
indubitabilis eſt, & veriſſima, ipſe tamen reddit exemplum dicens (unde ſi aliquis fuerit condemnatus, reſtituere rem, & nihil dictum ſit de fructibus, clauſula (parito judicato) non operatur quoad fructus juxta, 176
l. term. C. de fruct. & lit. expenſ. Dec. *conſ.* 43. *n.* 4. Natt. *conſ.* 112.) Quod & ex eo comprobat, quia ſi quis vigore inſtrumenti teneatur ultra rem aliquam, etiam ad intereſſe; ſi tamen non fuit condemnatus ad intereſſe, ſed ſolùm ad rem, non erit parendum quoad intereſſe. Decius *conſ.* 321. *in pr.* & teſtatur *n.* 25. ita fuiſſe terminatum à Rota in una Aret. bonor. 12. Januarii 1538. Ex quo ſequitur, quòd cùm dicta clauſula non operetur horum fructuum reſtitutionem, ſimiliter ſuſpenſa non ſit juriſdictio judicis, cui cauſa appellationis ab executione commiſſa eſt cum dicta clauſula, & per conſequens procedet validè, & cum juriſdictione.

Sed

177 Sed veriorem esse contrariam sententiam, imò in utroque casu errasse manifestè Maresc. dictum exemplum constituendo, cum dict. clausula (parito judicato) horum fructuum, tacitè & virtualiter in sententia comprehensorum restitutionem operetur, probatur evi-
178 denter; quoniam quando ad rei restitutionem quis est condemnatus, tacitè virtualiter, & per juris subauditionem veniunt fructus vigore verbi (restitutio) quo utitur sententia, quando scilicet, sumus in judicio, in quo ejus natura fructus aliàs veniunt, & illorum tacitè intelligitur facta condemnatio, latè comprobavimus
68 hactenus, & evidentiùs suprà hoc *lib.* 4. *cap* 9. *versicul.*
179 hinc & in illam labimur, *&c. à num.* 39. ubi adeo videri factam condemnationem eorundem, ut executio in illis debeat fieri, & executor in ea non excedat, quia
169 quod tacitè in sententia intelligitur, aut quod ex ea tacitè, necessariò infertur, dicitur in ea expressum, ex Escacia *de app. q.* 27. *lim.* 6. *memb.* 9. *n.* 70. & 71. & nos pluribus citatis passim probavimus in discursu hujus tertiæ partis.

179 801 Sed illud quod licèt non sit expressum in sententia, si tamen tacitè inest, & subauditur, atque subintelligitur, comprehenditur sub dict. clausula (parito judicato) uti cætera, quæ in re judicata exprimuntur, quia
171 in illo verificatur doctrina suprà posita per Maresc.
181 ut non operetur clausula ultra judicatum, cùm satis judicatum dicatur quod necessario inducitur, & colligitur. Et comprobatur ex eo, quod dicit ipse Maresc. *dict. cap.* 87. *num.* 25. quòd si sententia lata est in judiciis universalibus, quia sicut sententia lata generaliter faciat rem judicatam in omnibus pertinentiis, postea in executione declaratis, & liquidatis, ita etiam dicta clausula (parito judicato) operatur quoad illas etiam non expressas in sententia, sed tacitè subintellectas à jure, Rot. *decis.* 110. *n.* 14. juncto *num.* 35. *part.* 1. *divers.* quia omne illud sive persona, sive res, in qua locum habet rei juditatæ executio, sub dicta clausula comprehenditur.

172 182 Et quòd dicta clausula operetur in iis omnibus in quibus sententia transit in rem judicatam, vel alias meretur executionem, probat Maresc. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 87. *n.* 30. ex eo, quia rescriptum Principis re-
183 cipit interpretationem à jure communi, cum quo se conformare censetur, *l. rescript. C. de precibus Imperatori offerendis. l.* 2. *C. de divers. rescript. c. causam quæst. de resc.* Staph. *de lit. just. tit. de sanatio. præcess. cap.* 4. *n.* 4. *& seqq. fol.* 419. Escacia *de appell. q.* 17. *lim.* 6. *memb.* 7. *à n.* 123. & iterum *in quæst.* 16. *lim.* 1. *à n.* 86. Marquesa *de commiss.* 1. *p. c.* 10. *ad princ.*

173 184 Hinc est quòd si executoriales expediuntur contra legitimum contradictorem, cui scilicet causa, & defensio principaliter competit, causàque fit non dolosè defensa, cùm tacitè præjudicent tertio secundariò & in consequentiam, etiam si expressè non sit condemnatus juxta *l. ingenuum, ff. de statu hominum.* Decium *consil* 342.
185 *num.* 7. Alexand. *in l. sæpè n.* 58. 76. & 84. *ff. de re jud.* Gabr. *conc.* 42. *n.* 20. 35. & 42. *lib.* 2. Paris. *cons.* 22. *n.* 16. *lib.* 1. & etiam successori. Aym. *cons.* 10. *num.* 8. Jofred. *cons.* 10. *num.* 13. *& seqq.* Tiraq. *de nobilitat. cap.* 35. *n.* 4. Covarr. *pract. quæst. cap.* 13. *num.* 6. Mohed. *dec.* 217. ideo pariter dict. clausula (parito judicato) illum afficit, & contra illum, etiam non expressè condemnatum
186 operatur, ut tenet Maresc. *variar. resolution. lib.* 1. *c.* 86. *à n.* 35. *cum seqq.* qui quidem *à num.* 35. *& seqq.* ex eadem ratione idem operari affirmat contra tertium rei litigiosæ emptorem, cui virtualiter nocet sententia (ut alibi suo loco latiùs diximus) quia scilicet locum contra illum habet executio rei judicatæ, latæ contra venditorem, à quo causam habet sive mediatè, sive immediatè, ut latè ibi per eum. Ergo cùm in nostro casu, quando sententia quis est condemnatus ad rei restitutionem, fructus etiam virtualiter intelligantur comprehensi, & inillis rei judicatæ locum habeat executio, ex his quæ dilucidè & amplissimè explicuimus suprà *d. c.* 9. *à n.* 93. merito etiam illos comprehendit d. clausula (parito judicato) & dum non præstantur, commissionis jurisdictio remanet suspensa, tanquam nondum sequuta, & impleta conditione.

187 E converso autem quando res judicata virtualiter non afficit rem, aut personam, puta quia tertius revelantem exceptionem opposuit contra quem executio, nec procedit. Ideo nec dicta clausula (parito judicato)
188 latè Maresc. *variar. resol. lib.* 1. *c.* 86. *à n.* 42. *cum pluribus*
189 *sequentibus, usque ad n.* 56. ubi etiam quæ dicatur exceptio revelans vel non, secundùm naturam judicii executivi.

190 Hinc etiam est, quòd cùm sententia nulla maximè mereatur executionem, secundùm ea quæ copiosè diximus suprà 2. *part. cap.* 9. & passim alibi, pariter clausula (parito judicato) nihil operatur, ut tradit Roman. *cons.* 334. *n.* 1. *& seqq.* Felin. *in c. causam quæst. num.* 6. *vers. & istam regulam, de rescript.* Ferret. *consil.* 308. *n.* 5. *vers. nec obstat.* Caputaq. *dec.* 266. *part.* 2. Rota *dec.* 100. *num.* 12. *part.* 1. *diverso.* ubi hæc clausula fuit intellecta conditionaliter, hoc est quatenus adesset judicatum, tenet Maresc. *dict. cap.* 87. *num.* 30. *& seqq.* ubi testatur, hoc idem fuisse resolutum in una Tolet. Capella. 14. April. 1595. coram Cardinali Mali & iterum in una Favon. Monaster. 20. Junii. 1607. coram Penia, in qua post arduam disputationem prævaluisse tandem opinionem, clausulam istam intelligi vigore sententiæ validæ, quia sententia nulla nihil est, quo loco advertit etiam ad hunc effectum nullitatem debere esse evidentem, & ex eisdem actis resultare debere, de quo nos latè *d. 3. p. c.* 9. *à princ.*

191 Quod & idem repetitur in sententia notoriè injusta cujus, injustitia notoriè constat ex actis, quia similiter & eo modo, cùm tali rei judicatæ fit denegata executio minimè operatur clausula (parito judicato,) explicat optimè Maresc. *d. c.* 87. *n* 53. & latiùs de utraq; sententia tam nulla, quam evidenter injusta cujus nullitas, & injustitia notoriè patet ex actis; prosequitur ipse Maresc. *d. lib.* 1. *c.* 86. *à n.* 28. *cum seqq.* plures Doctores ac Rotæ decisiones allegans.

192 Igitur ex supradictis satis comprobatum reliquimus dictam clausulam comprehendere fructus virtualiter in sententia comprehensos, quando sententia verbo (restituere) usa est in judiciis, quibus sui natura veniunt, ac per consequens donec restituantur, nec censetur judicato paritum, nec interim jurisdictionem suspensionem evasisse, ac ideo si ante tempus integræ portionis ea utatur judex, nulliter procedet, eritque appellatio quoad utrumque effectum legitima judicanda.

193 Nec obstant Doctores citati à Maresc. à princ. hujus quæstionis, pro contraria parte, scilicet Decius & Nat. quia id, ad quod citantur, non probant, sed illud dumtaxat, ut sententia non operetur ultra id, quod ex ea necessariò infertur, quod verissimum est, & sic tantum abest, ut nostræ officiant resolutioni, quinimo illam directò comprobant.

194 Nec etiam obstant ipse Maresc. quia regula per eum apposita ibi *dict. n.* 24. nempe; ut clausula non operetur ultra judicatum, quæ verissima est ex supradictis intellecta secundùm jus, repugnat ejus exemplo. prout probavi. Et sic respondendum est, vel manifestè errasse Maresc. vel illum salvando, ut procedat in iis judiciis, in quibus aliàs fructus non veniunt sui natura de quibus sententia, etiam utendo verbo (restitutio) non subintelligitur.

Nec obstat illud de interesse, quod ex Rota adducit, quia cum interesse fuit in sententia omissum, omissum intelligitur, nec ullo pacto tacitè in rei restitutione subauditur, nec hoc jus dictat, de quo nos amplissimè

suprà *c.9. à pr.* ac ideo justissimè determinatum fuit ita à dicta Rota, ut non subintelligatur.

195 Ulteriùs quæri potest, an facta per superiorem declaratione, executorem excessisse; an tunc tota executio reponenda est, an dumtaxat pro ea parte, pro qua excessit. Et quòd non solum excessus, sed etiam sit tota
196 executio reponenda, probatur primo, quoniam decretum judicis, seu mandatum relaxatum ultra summam debitam in totum est nullum: & etiam pro summa debita non sustinetur, sed revocatur in totum ratione individuitatis, secundùm B.Castrens.& alios *in l. si non sortem, §. si centum, de condit. indeb.* quam sententiam passim sequi Rotam testatur Pur.*decis.*323.*libr.*1.non-
197 nullas ejusdem Rotæ decisiones refert, & sequitur Maresc*ot. var. resol. lib.*2.*cap.*6.*num.*1.*&* 2. quia cùm sit decretum relaxatum partim ex causa vera, partim ex causa falsa, & pro non debito, ratione individuitatis nullum est,& revocandum in totum, etiam pro summa debita Afflict. *decis.*218. Roma *in l.* 1. *§. penult. ff. de verbor.obl.& consil.*454 *n.*12.ut post Marc. Curt. Jun. Natt.Roland.Anch.& alios refert Petr. Surd. *decis.*45. *n.*3.*dec.*74.*n.*8.*cons.*39. *n.*5.*cons.*217. *n.*17. Milanen. *decis.*14. *n.m.*81. *&* 82.*lib.*1. Boni. *cons.*3.*num.*2.Tiraq. *lib.*2.*de retr.*§.23.*glos.*1.*n.*23.Pancirol. *cons.*131. *n.*13. Cart. *decis.*39.*n.*3. *&* 22. Costa *de ratione rotæ, c.*26.
198 Caval. *de usufruct. n.*109. Barzi *decis.*6. *num.*6.Cancer. *in p.*3.*resol. cap.*17. *de sent. n.*328. Intrigil. *singul.*173. *num.*3. Sfort. Oddus *cons.*96. *num.*16. Gama.*decis.*40. *num.*4 Giurb.*dec.*89.*sub n.*2.*vers. unde est quod revocata sententia, &c.* & quod ratione excessus sententia sit in totum nulla,cùm sit individua,latè comprobat Gratian. *in discept. foren. cap.*162. *à num.*18. *cum seqq. tom.*1. plures allegans.

199 Secundò probatur; quoniam adjudicatio,seu datum in solutum,debet fieri pro mensura debiti,si autem fiat plus debito, vitiatur in totum, & etiam revocatur pro parte debiti, *l.non sortem §. si centum, ff.de condict.indeb.* ubi B.& Iss. *col.*1. plenè Alexand.*in l.justè possidet.col.*5. *&* 6. *ff.de acq.poss.* Marant. *de ord. jud.*6. *p. actu. fi. de exec. sententiæ num.*20 Gratian. *in discept. foren. tom.*1. *c.*162.*num.*33

200 Tertiò corroboratur hæc pars, quoniam fidejussor obligatus pro majori summa, nec valebit obligatio etiam pro minori, ad quam tenebatur secundùm veriorem opinionem juxta gloss.*in §. fidejussores inst. de fidejuss.* B. *in l. grege §. illud n.*2. *&* 3. ubi testatur de una opinione,*ff.de fidejuss.*Anton.Gom.*lib.*2.*c.*17. *n.*2.ubi de communi, quidquid ipse contrarium sequatur Seraph. *privil.juram.*107.*n.*70 (ubi aliis similibus comprobat.) Iss.*l.*1 *§.sed & si mihi. col.*3. *in prin.vers.secundo inquantum n.*6. *de verbor.oblig.*& hanc esse magis veram,& in praxi receptam,testantur Cevall. *in contra comm.q.*382.
201 *in fin.n.*6.*vers.sed contrariam opinionem in q. pr.* Gratian. *in discept.foren.c.*162.*tom.*1. quia datur pro forma à lege,ut fidejussor non obligetur in plus, quam principalis, *l. grege,* & ex aliis rationibus consideratis per cun-
202 dem Gratianum quidquid sit in accessoriis, & respectu pœnæ, in quibus valet obligatio fidejussoris in plus, quàm principalis. Bar. *in l. centum.Capuæ n.*6.& ibi Iss. *n.*5.*ff.de eo quod certo loco.* Idem Iss. *in l.*2. *§. fin. n.*6.*ff. qui satisd. cogan.*

203 Hinc locat onem factam per Ecclesiam ultra novem annos nec in tempore permisso sustinetur latè Maresc. *variar. resol.lib.*2. *c.*25.*à n.*8.*& suprà.* Rodoan *de rebus Ecclesiæ c.*6. *de locat. rerum Eccles.§.item ex præmissis in fin.n.*27.Gratia *ubi proximè, n.*22. ubi alia adducit similia, quibus omnibus videtur excessum omnem executionem vitiare.

204 Sed contrarium jure verius est, praxique receptius esse arbitror. Primò, quoniam excessus aliud quid est de per se diversum,distinctum,& separatum à sententia, & commissione executoris,text.optimus *in l.diligenter, ff.mandati l.si itaque mandatum,de jur.l.sed & si ante ff.ad Trebell.l.parvi,in fin.ff.de except. arbitr.* plures Doctores addoximus suprà *hac.*4.*p.c.*3.*vers.* executor qui executoriales excedit,*&c. à n.*65. ubi etiam, quòd propterea dicitur novum quoddam gravamen, & meliùs etiam *cap.*4. *à num.*38.*& supr.* sed in actibus dividuis, & separabilibus, ut utile per inutile non vitiatur, nec totus actus propter excessum rescinditur ut tenent omnes 205
Doctores superiùs citati in primo fundamento contrariæ partis.

Et magis in specie apparet etiam in una, eadémque 206
sententia, continente separabilia capitula, valida est in eo quod non excedit,licèt excessus annulletur,veriorem opinionem dicunt ex B. *in l.*1. *C.si à non compet.judice.* Salic. *in l.*2.*Cod. de re jud.*cum aliis per Cevallos *q. in contra comm.q* 60. Doctores *in l.*1. *Cod. si adversus rem judicatam.*Card. *cons*29. *col.*2. *ante med. vers. secundo si quando.* veriorem etiam dicit Gratian. *in discept. for. c.*162. *à num.* 24. ubi alias declarationes adjicit. Ergo multò fortiùs dicendum est in vestro casu, quia excessus est separatus à sententia, & commissione, & ita Doctores omnes in d.1. fundamento citati loquuntur, quando judex relaxat unum decretum pro majori summa, qui est casus longè distinctus à nostro.

Deinde & secundo; quoniam si propter excessum 207
executoris rota reponeretur executio, maximum sequeretur absurdum, cum res judicata, & ejus effectus subverteretur penitus, propter quod vitandum, non ab
208 executione permittitur appellatio, sed dumtaxat ab excessu, cujus cognitio tantummodo devolvitur ad superiorem, nec ultra potest se intromittere.text. optimus *in l. ab executore, ff. de appell.recip.l.*15.*tit.*23. *p.*3. diximus & probavimus suprà *hac.*4. *part.cap.*4. *ad fi.d. num.*38.*& seqq. & cap.*3. *vers.* sed melior ac probabilior, *&c. à num.* 192. & per totum capitulum probavimus, quòd ab excessu admittitur appellatio dumtaxat.

Et hanc considerationem probari mihi reperio per Bal. *in l.*3.*terminato col.*4.*vers.pone quod n.*17.*C.de fruct. & liti. expens. & in Marg. in verbo, appellari potest à juramento.* Lanfr. *in cap. quoniam contra,fol.penult.*quem referens sequitur Nicel. *tractatu de conc. gloss. concord.*6. *fall.*32.*fol.*194. *num* 74. Sigismund. Escacia *tractatu de*
209 *appell.quæst.*17.*limit.*10. *n.*58. dum dicunt, quòd condemnatus in expensis, non poterit appellari à tota expensarum taxatione facta per executorem, sed tantùm ab excessu. Reddunt rationem; quia si à tota taxatione expensarum appellaretur, foret rescindere pronuntiatum & sententiam, forétque potiùs appellare ab ipsa sententiæ executione, quàm ab excessu:quia cùm præsupponatur ampliùs non posse à sententia appellari, in qua adest condemnatio expensarum, quia vel transierit in rem judicatam, vel adsint tres conformes; pariter non poterit appellari à tota taxatione,quia esset potiùs appellare à sententia contra juris prohibitionem permittentis dumtaxat ab excessu.

Et hoc est quod voluit Rot.Rom.ut testatur Seraph. 210
*decision.*938. *apud eundem* 2. *tom.* dicens,quòd executio propter excessum in summa revocatur, non tamen ipsum mandatum executorium. Itaque cùm non possit appellari propter tot inconvenientia,nec ad superiorem devolvitur nisi excessus cognitio: non poterit in totius executionis revocatione se intromittere, quia ultra id
211 quod in judicium deductum est, excedere potestas judicis non potest.& de qua re cognoverit judex, de ipsa quoque pronunciare debet.*leg.de qua re ff. de judic.* & sic excessus vitiatur, sed non vitiat. E converso autem aliud consideratur absurdum, nempe sententiam laram super excessu,& sic super accessorio præjudicare principali, scilicet, executioni, quod omnino negandum, & vitandum,& in istis terminis,quòd superior non possit cognoscere nisi de nudo articulo excessus,à quo est appellatum

pellatum, probant Guido Papæ *q.* 54. *n.*2. Vinc. Caroc. *excep.* 65. *n.* 4.

212 Cui fundamento rectè convenit, quod dicit Philipp. Franch. *in cap. dilect. num.*11. *de appel. lat.* quem referens sequitur Escacia *de appellat. quæst.*17. *limit.*1. *num.*56. ut judex superior, qui cognoscit de causa appellationis à sententia lata super nullitate alterius sententiæ non poterit in ista appellatione cognoscere de injustitia sententiæ, sed solùm super nullitate. Reddunt rationem; quia cùm iste judex non possit adiri nisi super nullitate sententiæ dumtaxat, non poterit nisi de ea cognoscere, quia non est super simplici injustitia aditus, nec est hoc pretium, ac ideo appellationis judex super eo non acquirit jurisdictionem, optimè Bal. *in l. 4 sicut proponis in fin. C. quomodo, & quando judex.* Franc. *in cap. dilecto 63. quæst.*10. *sub num.*24. *vers. sed advertè quia Bal. de appellat.* idem Escac. *de appellat. quæst.*11. *n.*127. ergo idem dicendum in nostro casu, quòd cùm super nullitate, & excessu non super simplici gravamine, & injustitia sit dumtaxat aditus superior, minimè poterit se intromittere ultra in libello deductum, non consentiente parte. Quibus adde quæ suprà diximus *cap.* 4. *ad fin. à n.* 38. *& suprà*, quare cùm excessus sit quid separatum à commissione, & executione, ipsam non debet totam vitiare.

213 Tertiò & in nostris terminis, quòd excessus non vitiet totam executionem; dicit communem Curt. jun. *cons.*79. *num.* 2. quem referens sequitur Anton. Gravat. *in addit. ad praxim Vestrii lib.*5. *cap.* 1. *sub num.* 10. *lit. E.* dicentes, quòd excessus, & quod præter formam mandati factum est, adeò nullum sit, ut retractandum, ac reponendum, non in totum, sed quatenus forma exceditur dumtaxat, & ita communiter apud omnia tribunalia practicatur.

214 Deinde & quartò probatur, quoniam quando ex actis constat de veritate, decretum non revocatur in totum, sed prætextu erroris & excessus, sed soluto excessu dumtaxat ad ulteriora proceditur, cùm sententia declaretur ex actis, ita Alexand. *cons.*49. *n* 9. *l.b.*2. Curt. jun. *consil.*179. *n.*2. *part.*2. & ita fuisse tentum in una Perusi executionis 18. Decemb. 1595. coram Pœni. refert, & sequitur Marescot. *variar. resolut. lib.*2. *cap.*6. *n.*9. qui, ita intelligendos esse Doctores suprà citatos in primo fundamento pro contraria parte, dicens etiam æquiorem ad evitandos inanes circuitus, & ne litigantes in modicis graventur expensis, secundùm Angel. & alios *in l. si finita, ff. de damno infecto.* Aymon. *cons.* 46. *num.*7. Gozad. *cons.*21. *n.*35. ubi testatur de communi. Sed cùm in nostro casu appareat de vero debito evidenter, atque notoriè ex sententia, & re judicata, quæ reddit rem indubitabilem. *ex l.* 1. *& toto tit. ff. de re jud.* nihil mirum, ut dumtaxat excessus reponatur.

215 Et hinc est, quòd excedens modum castigandi, aut defendendi, non punitur pro toto, & pro omnibus percussionibus, sed solùm pro illis in quibus excessit modum, & sic non punitur pro toto, sed pro excessu dumtaxat. Petr. Anchar. *in clem.* 1. *de hom.* Hippolyt. de Mar. *in cap.*2. *circa fin. de hom.* Alexand. *cons.*2. *volum.*5. *vol.*7. Petr Philip. Corrat. *cons.*204. incipit *pro decisione, in fin. vol.*1. B. Bal. Angel. & Doctores *in l. si adulterium cum incestu,* §. *Imper. ff. ad l. Jur. de adulter.* Angel. *in l. Grach. C. de adult.* Cyn. *in l.*1. *C. unde vi*, qui alios citat text. & per eum *ibi* Bal. *in l. sed si quarumque, ff. ad leg. Aquil.* latissimè, & eleganter, plura exempla inferens ad propositum, Hippol. de Marsil. *in pract. crim.* §. *quoniam à n.*68. & iterum *à n.* 90. *cum seqq. fol.*74. *&* 75. & ita
216 dicit Gasp. Rodrig. *de amm. redd. lib.*1. *c.*18. *n.*29. quòd excessus, qui separari potest, & in quo non peccatur, nisi in excessu, vitiatur, sed non vitiat totum, quia pœna non excedit delictum, *l. reseriptum, ff. de iis quibus ut indig.* ubi sic plura jura intelligit, & interpretatur. Hinc etiam videmus, quod in attentatis dumtaxat quod est attentatum reponitur, cum quibus remanet satisfactum ad argumenta in contrarium adducta. Pro quibus poteris etiam videre Marescot. & Grat. *loc. ut allegatis.* Ex quibus quidem deducitur resolutiva conclusio, quòd excessus repositio non comprehendit totam executionem, sed dumtaxat excessum, qui non vitiat, sed vitiatur, & ita communiter practicatur.

Sed successivè illa se offert ingens tollenda difficul- 217
tas: an facta semel repositione, vel aliter executa sententia, qua quis ad rem restituendam, vel tradendam fuisset condemnatus, si iterum res ipsa in potestatem condemnati deveniat, an paruisse dicatur sententiæ, & an ipsemet judex virtute executorialium possit iterum rem prædictam à condemnato avocare, vel an novo judicio experiundum sit adversùs ipsum possessorem rei.

Et partem negativam, imò quòd non possit ipsemet 218
judex vigore rei judicatæ semel executæ rem ipsam iterum recuperare, sed quòd novo judicio opus sit, probatur, nam semel facta executione jam effectum 219
suum sententia habuit, & ideo causa, quæ semel effectum suum produxit, ea postea cessante, non tamen cessat effectus, *l. fin. in princ. ff. ad Sillan.* cum multis aliis similibus latè cumulatis per Tiraquell. *in tract. de causa cessante, limit.* 8. *per tot.* actionemque, & obligationem semel extinctam non revivisce re, nec revocari, etiam si res redierit ad priorem statum, *l. inter stipulantem,* §. *sacram, ff. de verb. obl. g. l. qui res,* §. *arcam, ff. de solutio l. Mævius,* §. *duobus, de legat.* 2. *cap. quaris, de consecrat. dist.* 4 cum similibus.

Secundò & in terminis probatur, nam condemna 220
tus, & obligatus ex sententia, vel contractu ad rem tradendam, si eam semel tradiderit, esse liberatum, nec revivisce re obligationem, etiam si eadem res ad illum denuo revertatur, docet glos. *in l. emptione, in gl. magna,* & ibi Bart. *col.*2. *ff. de pactis, & in l. si cum fundum venderes, in verbo, tradat, ff. de contrahend. emptione, & in l.* 3. §. *unde vi, in verb. vindicare, ff. de vi & vi arm.* & eadem glos. *in l. Claudius, in glos.* 1. *post med.* & ibi B. *ff. qui potio in pign. habeantur, & in l. Pomponius* §. *sed si is, in verbo. de ration. in fin. de procur. & in auth. sacram. pub. in glos. penult. C. si adverso vendit.* quod & idem voluerunt Jacob. Aret. B. Imol. Paul. Castr. Roman. & cæteri recentiores *in l. permisceri*, quæ est penult. §. *species, ff. de acquir. poss. ff.* Bartol. Bald. Paul. Castrens. Raph. & Alexand. *in l. si de jussu.* §. *meminisse, ff. de legat.* 1. Petrus Jacob. *titul. de condict. ex lege, qua pro re donata compet. colum.* 2. *versic. item rectè dicitur.* Angel. *in l. qui restituit. ff. de rei vind. & in l. sed & si possessori in princ. de jure jur. & consil.*34. *Constant. col.* 2. Petr. Anchar. *in clem. ne Romani,* §. *porrò, de electione.* Paul. Castr. *in l. qui pendentem,* per illum text. *ff. de actio. empt.* Barba. *cons.*22. *Deum invoc. col.*5. junctis sequentibus, *lib.* 3. Corn. *in l. si quis hæredem, colum.*2. *C. de instit. & substit.* Lanfran. *in tract. de arbitrar. quæst.*41. *ult. part. principal.* Ill. *in* §. *actionum. num.*148. *Instit. de actio.* & facit text. *in leg. à D. Pio,* §. *si post additum, ff. de re jud. & in l. Nesen.* §. *fundum,* junctis notatis per Doctores, *ibi*, maximè Ill. *in pract. eod. tit.*

Deinde & tertiò, quoniam super noviter attentatis 221
judex delegatus non habet jurisdictionem, postquam sententiavit, nisi circa executionem intra annum, Abb. *in c. quæren. in princ. n* 6. *versic. sic intellige hanc distinctionem, de offic. deleg.* Hinc licèt instrumentum, & sententia habeant executionem paratam; tamen si semel fuit obtenta executio, & bonorum adjudicatio, non potest iterum agi via executiva, prætextu quod non potuerit 222
consequi rem adjudicatam, quia facta semel solutione extinguitur instrumentum, Petr. Ancharan. *consil.* 40. *visa petitione, per totum*, ubi in fine, quòd via ordinaria agit ad manutentionem rerum adjudicatarum, Tusch. Card. *pract. concl. tom.*4. *litera I, con.* 240. *n.*50. *& litera E, concl.* 493. *n.* 8.

214 Hinc bonorum possessio *ex l. fin. C. de edicto D. Adr.* aut ex interdicto quorum bonorum, aut petitione hæreditatis semel concessa, & ab hærede obtenta, ampliùs nec ei competit, nec conceditur, etiam si dejiciatur ab ea, Alexand. *cons.* 273. *viso puncto*, *n.* 2. *& 3. lib.* 5. Anchar. *consil.* 189. *n.* 6. *versic. præterea posito.* Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.* 3. *litera E, d. concl.* 490. *à n.* 9. *cum seqq.*

215 Sed contrariam partem, imò quòd condemnatus ex sententia ad rem restituendam, semel an restituerit, si ad eum res ipsa iterum devenerit, possit ab eo iterum peti executio ejusdem sententiæ, tanquam ab eo non sit liberatus qui rem iterum recuperavit, tenent Oldrald. *in leg. Titio centum*, per illum text. *ff. de condit. & demonstrat.* dicens, quod si arbiter jusserit mihi fundum restitui sub pœna, & adversarius restituerit, sed postea iterum occupa, tcadit in pœnam compromissi, & in terminis de sententia tenent Jacob. Butr. Gulielm. cum Bart. Bald. Salicet. & Fulgos. *in l. sed & si possessor. vers. proinde, ff. de jurejur.* & idem voluerunt Cyn. & Bald. subobscurè tamen *in l. si quis hæredem, C. de institut. & substit.* & clarè ipse *in l. qui licitam, in princip.* per illum text. *C. ut lite pendent. & in l. debitori, colum. 2. versic. sed videamus, C. de pactis, & in cap. cùm in cunctis, col. 2. versic. sed quia si habuerit, de electio. & in cap. signific. post princip. de officio delegat. & in cap. quarenti, post medium, eodem titulo, & in §. si facta, column. 2. versiculo extra quæro, titulo si de feud. fuer. controvers. inter dom. & agnat.* Angel. *in l. permisceri*, quæ est penult. §. *species, ff. de acq. possess.* Nicol. Neapol & Imol. *in l. si fidejuss. §. meminisse, ff. de legat. 1.* & Petr. Anchar. *in clem. ne Romani, de elect.* Nellus *inter consilia Paul. Castr. cons. 204. præsuppositio, col. 2. versic. tertiò domino, lib. 1.* ipse Paul. *consil. seq. ego Paul.* Stephan. Bertr. *consil. 232. addendo eleganter, n. 14. usque ad fin. lib. 2.* Socin. *consil. 133. pro facto, col. 3. vers. tertiò & ult. lib. 1.* quod & reperitur *in consil. 147. lib. 2.* Hippol. de Marsil. *consil. 7. summi Cœli. col. 2. versic. cùm ergo in casu, lib. 1.* Castell. *in l. 63. Tauri fol. 179. column. 4. versic. item quæro lata fuit sententia,* &c. Fabius à Mont. *in tract de emptione & vendit. in 63. quæst. 3. q. princ.* ubi pro hoc dicit esse clarum text. *& in l. si quasi recepturus, ff. de pignor. act. & in l. inter Castellianum, ff. de arbitris, & in l. 2. §. dominorum, ff. de his qui sunt sui vel alieni jur.*

216 Huc spectat, quod scriptum reliquerunt Dyn. Cyn. B. Bald. & Salicet. *in l. servus*, per illum text. *C. de pœnis*, dum dicunt, quòd si civitas fuerit condemnata ad subversionem murorum, si illis dirutis, iterum eos ædificet, non est satisfactum sententiæ, debent enim manere destructi, quod & etiam voluit B. post Dyn. *in leg. si quis adulterium*, §. 1. & ibi quoque Angel. per illum text. *ff. de adult.* idem Angel. *in l. in numerationib. ff. de solutio. in d. l. fidejussor. §. meminisse*, & ibi etiam Imol. *ff. de legat. 1.* Angel. *num. 34. Constan.* ubi & alia multa similia congerit Petr. Anchar. *in cap. ex literis, de constitut.* & ibi quoque Felin. *colum. 8. versiculo secunda conclusio*, & Philip. Dec. *colum. 4. versiculo tertia concluf.* & idem Petr. Anchar. *in cap. commiss. in 5. nota, de electio. lib. 6. & in c. 1. in 6. nota de usur. eod. lib. 6. & in cap. felicis 7. not.* & ibi etiam Philipp. Franc. *in princip. colum. 2. versiculo ultimò not.* ibi, *reparetur, de pœna, eodem lib. 6.* Corn. *consil. 7. rudis & incomposita, col. fin. lib. 1.* & Barba. *consil. 22. Deum invocent. columnn. 6. lib. 3.* Stephan. Bert. *consil. 232. addendo eleganter, ad fin. lib. 3.* quibus quidem Doctoribus satis comprobata remanet hujus contrariæ partis intentio.

217 Quid autem in tanta Doctorum varietate, & divisione sit dicendum, ingeniolum meum pavescit, quare mediam inter eas eligendam esse opinionem, verius arbitror, ut scilicet, tunc facta rei restitutione, vigore rei judicatæ usque ipsa incontinenti, & non ex intervallo revertitur ad condemnatum; tunc hæc secunda opinio indubitanter procedit, ut iterum adversus condemnatum possit procedere ejusdem sententiæ executio, sic distinguunt Imol. Paul. Castr. Rom. Alexand. & alii recentiores *in d. §. species.* Paul. Roman. Alexand. & Iss. *in dict. leg. sed & si possessor.* quam Iss. legit, *cum §. si petitor. in dict. leg. nam postea.* Paul. Castr. *in d. leg. Titio centum, in princip. ff. de condit. & demonstrat.* & Fran. Aretin. *in dict. leg. si fidejuss. §. meminisse, col. fin. ff. de legat. 1.* Corneus *consil. 59. placet in hac consultat. colum. 1. lib. 3.* Barba *in dict. clement. Romani, columnn. 102. in parvis, versic. notandum quòd constitut.* ubi ad hoc allegat gloss. *in cap. quoniam, de offic. delegat. & in cap. commiss. de elect. lib. 6.* veram & indubitabilem esse hanc distinctionem affirmat Tiraq. *in l. si unquam, verb. susceperit liberos, n. 183*

218 Quæ doctrina non solùm in ordinario judice, verùm & in delegato procedit quoque, qui licèt postquam tulit sententiam, functus sit officio suæ, præsertim, si eam semel fuerit executus, *l. judex, ff. de re jud. cap. in lit. de offic. delegat.* tamen statim executione facta, si victus 219 rem iterum occupat, potest ipse judex delegatus iterum cognoscere, & suam exequi sententiam, ut voluit glos. *in cap. quærenti, in verb. & integrum annum, de offic. delegat.* ubi inquit, quia non videtur possessionem ade- 220 ptus, qui eam statim amisit, *leg. non videtur, ff. de acquirend. possess.* & arg. *leg. 2 §. pervenisse, & § illud, ff. de hæredit. vel action. vendit.* & illam gloss. sequitur. Joan. Andr. & Panorm. *ibi*, Tiraq. *ubi proxim. d. l. si unquam,* 221 *verbo, susceperit liberos, n. 148.* & ut de possessione per primogenitum apprehensa, quæ non duravit, habetur pro non apprehensa, quoad juris effectus, & remedia multa videnda congerit Molin. *de primogeniis, l. 3. c. 13.* 222 *sub num. 8.* nam non videtur (ut ipsi dicunt) judicem fuisse executum, ex quo executio fuit perturbata, arg. *cap. divortium, de pœnitent. dist. 1. & in d. c. 1. de judiciis,* & est glos. *in dict. cap. commiss. §. annus autem, verb. pacificam*, 223 *de elect. lib. 6.* dicens quòd non videtur adipisci pacificam possessionem beneficii, qui statim ex ea fuit deturbatus, ideo & non currere tempus ad ordinem requisitum.

224 Quæ resolutio insuper comprobatur, quoniam non dicitur factum, quod non durat factum, *l. idem. §. si actor, ff. quod cujusque universitatis nomine, l. si pro parte, §. vers.* ubi gloss. citat concordantes, *ff. de in rem vers. l. §. si quis ita,* ubi Imol. *ff. de hæred. instit.* Socin. *cons. 91. n. 2. vol. 1.* Petr. Surd. *cons. 145. n. 11. part. 1.* plurimos citat Giurba *dec. 29. n. 2.* Muscatell. *de delict. in proœm. n. 9. & in praxi civil. p. 6. glossa, concluf. 1.* Simon de Paris *consil. 191. n. 13.*

225 Nec videtur fuisse, quod parum duravit. Joan. Andr. & Panormit per illum text. *in cap. nam & ego, de verb. signific.* ubi gloss. allegat concordantes, glossa *in cap. 1. §. qui etiam, in verbo, non admittatur, tit. Episcopi vel Abbates*, & illam singularem dicunt, ibi Rayn. Alvar. Lartin. Laudens. Cardinal. Alexandrin. & cæteri scribentes. Et hoc planè adstruit illud Job cap. 10. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Nec 226 etiam est in consideratione solutio rei debitæ, quæ non duravit, *l. qui sic solvit, ut statim recipiat, nihil agit, ff. de solut.* nec videtur versum, quod verum non durat, *l. si pro parte, §. versum, ff. de in rem vers.* ubi gloss. allegat plura similia, & multa alia elegantia cumulavit Hippolyt. de Marsil. *in repetit. l. ult. n. 155. & multis seqq. ff. de jurisd. omn. jud. & in l. 2. in fin. ff. quibus ex causis in poss. eatur*; ubi dicit, nec sufficiat unquam defendisse, si non 227 durat defensio, facit, *l. 1. §. quod ait prætor, nisi, ff. quorum legator.*

228 Hinc etiam est, quod scribit B. *in l. sicut, §. superva-* *cuum, colum. 3. versiculo redeo ad ordinem, ff. quibus modis pignus vel hypotheca solvitur*, quod si judex alicui præceperit, ut domo exiret sub certa pœna, & is exiverit, & postea iterum ingressus est, incidit in pœnam, tanquam

tanquam non videatur exiviſſe, qui ſtatim rediit; ſequitur Tiraquell. *in dict. leg. ſi unquam. verb. ſuſceperit*
239 *liberos*, *n.* 179 cujus eſt farinæ, quod ſi medicus certa mercede promiſit curare ægrotum, qui curatus, ut videbatur, eandem in ægritudinem recidit: certè in dubio, ſi ſtatim recidit, non videtur fuiſſe curatus à primo morbo, ſecus ſi longo poſt intervallo, ita voluit Pileus *in* 12. *quæſt.* & Barnab. Brixo. *q.* 75. Dyn. Richar. Malum. Cyn. Marti B. Bald. *in utraque lectura*. Alberic. Salic. & Paul. Caſtrenſ. *in l. Marcius, ff. locati* Speculator. *titulo de ſalario, §. ult. poſt princ.* Joan. And. *in c. contractus in* 2. *q. de reg. jur. lib.* 6. Alber. *in l. contractus, n.* 7. *ff. eod. tit.* Bald. *conſil.* 225. *quidam fœnera, colum.* 2. *lib.* 3. Imol. Franciſc. Aret. & Barba. *in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. ff. de verb. obligat.* Petr. Anchar Panorm Barba & Felin. *in cap. presbyter. de hom.* Hippol. de Marſil. *conſil.* 7. *Summi Cœli, colum.* 2. *verſ. cum ergo in caſu, lib.* 1 ex quo idem tradit
240 Bald. *in l. licèt, C. de ex. act.* quòd in continenti recuperans poſſeſſionem fingitur nunquam fuiſſe expulſus, quò pertinet, non conſiderari tranſlationem dominii, quæ momento durat, *l. ult. §. fin. in fin. C. de bonis quæ liberis.* not. B. *in l. fin. ff. de condit. inſt.* Ang. *in l. volunt. ad fin. C. de fideicom.*

241 His rectè convenit, quod dicit Menoch. *de retinen. poſſeſſ. rem.* 3. *n.* 819 quòd ſi lata ſententia contra turbatorem, præſtitisque ab eo cautione, adhuc perturbet, aſſeritque ſe nova ex cauſa poſſidere, atque ita velle ſe illi poſſeſſioni incumbere, audiendum non eſſe, dicit Joan Faber. *in §. retinendæ, n.* 29. *Inſtit. de interdict.* cujus doctrinam declarandam eſſe cenſet Menoch. *ibi*, non
242 procedere, cùm elapſo multo tempore hic condemnatus aſſereret, ſe ex nova cauſa poſſidere, & hujuſmodi cauſæ probationes paratas, & in promptu haberet, nam tunc ceſſat malitia juſtiſſimè aliàs à Fabro conſiderata.

243 Facit etiam quod dicit Felin *in c. quærenti, in fin. verſic. ſed tu tene. de officio deleg.* poſt Bart. *conſil.* 181. *n.* 1. & *l. quòd ſi, ff. de ſolut.* citatus per Gratian *in diſceptat. forenſ. c.* 226. *n.* 37. *tom.* 2. quod ſententia dicitur executa, quando aliquo tempore permanſit, & eſt Rotæ deciſio, teſte Put. *deciſ.* 334. *per tot.* & præcipuè *n.* 5. *lib.* 1. dum in hæc inquit. Non obſtat etiam, dum dicebatur, quòd virtus executorialium evaneſcit anno per *cap. quærenti*, & ibi
244 Abb. *col.* 2. *in fin.* & Felin. *col. fin. in fin. de offic. delegat.* quia illud eſt verum, quando executoriales ſemel erant effectuatæ, & effectus earum duraverat anno; hic autem non poterat dari effectuatio, quia Capitulum tenebatur de præſtanda patientia, non ſolùm de præterito, ſed etiam de futuro, & quòd licèt de præterito tempore habuiſſet patientiam, tamen quod in futurum poterant contradicere: ſed non erat verum, quòd fuiſſent effectuatæ.

245 His convenit, quod de clauſula (defendat inductum) poſita in executorialibus latè dixerit Hieronym. Campanil. *diverſ. jur. can. rubrica* 11. *cap.* 13. *n.* 283. ubi hinc inde refert Doctores diverſimodè illam declarantes, nam quidam, quod facultas executoris anno durat, tuendi inductum in poſſeſſione apprehenſa, alii, expirare ſtatim adepta pacifica poſſeſſione, ne præjudicium fiat ordinariæ juriſdictioni, alii verò aliud; tandem ipſe firmat, & reſolvit ex eodem Put. virtutem executoria-
246 lium extingui per anni lapſum, ubicumque ſemel fortitæ ſunt effectum, & hujuſmodi effectus integro anno perduravit, quæ mihi verior etiam videtur, ad quam etiam ſecundùm ſubjectam materiam noſtra reſolutio reducenda eſt.

247 Sed hanc noſtram reſolutionem cenſeo dupliciter eſſe limitandam. Primò, quando ſumus in cauſis habentibus tractum ſucceſſivum, in quibus licèt ſemel executa ſit ſententia, ſi iterum res ex intervallo reincidat in poteſtatem condemnati, iterum peti poterit executio ſententiæ, ut loquendo in ſententia lata in materia terminorum, ut etiam poſitis ſemel limitibus, & poſtea amoverentur, iterum valebit petere ejuſdem ſententiæ executionem contra noviter turbantes, etiam ſi ſint vicini poſtea nati in populo condemnato, quia idem eſt conſilium, ut poſt Capicium *deciſ.* 1. affirmat Avend. *de execut. mandat. cap.* 4. *n.* 39. ubi plures citat *in verſ. quod maximè verum eſt*, pro qua doctrina facit dicta Putei deciſio ſuprà citata *d. n.* 5. & quæ dixi hac 4. *p. c.* 8. *n.* 325. & 326.

Secundò limitandam eſſe, quando executio cœpta 248
eſt; & nondum perfecta, & quoniam cœpta & nondum finita, durat perpetuò & debet finiri. Petr. de Anchar. *conſil.* 42. *tria in favorem, n.* 4. *& uſque in fin.* Card Tuſch. *pract. concluſ. litera E, concl.* 514. *n.* 6. *& conſ.* 513. *n.* 5 dum poſt Bart. *conſil.* 139. *ſtatuto communis Peruſii lib.* 1. quod eſt Bart. Franc. Trigri & repetit B. *in conſ.* 142. *n.* 2. *verſ. ad hoc reſpondetur, lib.* 1. Anchar. *conſil.* 412. dicit executores ad aliquid ordinandum, & exequendum, licèt in 249
parte executioni demandaverint, non dicuntur functi officio, donec plenè executionem perfecerint, & facit, quod per Bart. *in l. venditor. §. veniſſe ff. de hæred. vel actio vendita*, quod in materia terminorum non dicitur executio ſententiæ impleta, niſi limitibus aſſignatis, & data reali poſſeſſione terminorum.

Hinc eſt, ut executio non dicatur perfecta, nec lis fi- 250
nita per rem judicatam, donec ſint executoriales executioni demandatæ, & earum vigore poſſeſſio apprehenſa. Sarner. *in reg. de ann. quæſt.* 44. Put. *dec.* 310. *lib.* 2. Mohedan. *dec.* 180. *& deciſ.* 106. *alias deciſione* 105. *fuit dictum*, cum aliis per Lancel. Robert. *de attent. cap.* 4. *in præfatione*, *n.* 230. qui plura congerit ſcitu digniſſima, & ita cœpta executione, non expirare ſpatio triginta 251
annorum vigorem executorialium, tenet Achill. *deciſ. unic. de execut. ſentent.* & dicit Rota in una Legion. præſtimo. 27. Novembr. 1592. coram Pamphil. ad fin. adducta per Nicol. Garc. *de benef.* 6. *part. cap.* 4. *n.* 42. *in fin.*

Quod comprobatur, quia non dicitur factum, dum 252
aliquod remanet faciendum, *l. cum Sillanian. in fin. Cod. de his quibus ut indignis*, ubi Bald. *num.* 2. *l. ſolvend. ff. de verb. ſignific. ad.* 1. *de baptiſ. cap. nihil.* 7. *quæſt.* 1. nec dicitur actus perfectus, quando eſt partim factus, & partim non *l.* 2. ibi, (quia ipſi animadvertunt, aliquid deeſſe.)
ff. de orig. jur. Hieronym. Gonzal. *in regul. de mor. & al-* 253
ternat. gloſſ. 63. *a num.* 24. & patet, quia res perfecta non debetur, nec facta, ſi aliquid eſſentiale & ſubſtantiale remanet agendum in iis, quæ perfectionem requirunt ex debito juſtitiæ. Vivius *deciſ.* 224. *num.* 1. *dec.* 442. *n.* 9. Riminal jun. *conſi.* 296. *num.* 10. *vol.* 3. Simon. Præt. *conſil.* 191. *num.* 13. Riminal. jun. §. 1. *num.* 3. *Inſt. de donat.* Cavalca. *deciſ.* 46. *n.* 304. Muſcatell. *de delict. in præmio, n.* 9. *& in praxi civil. p.* 7. *gloſſa, concluſum, n.* 2. Giurba *dec.* 29. *n.* 2.

Quæ doctrina & ex eo etiam comprobatur, quia rei 254
perfectæ nihil poteſt ſuperaddi *l.* 2. & ibi notat. Bald. *C de vin. libert.* Bald. *in l. unic. §. his ita n.* 3. *C. de ædific. ſubl. tol len.* Neguz *conſil* 81. *n.* 29. ſicut plenum dicitur, cui nihil addi poteſt, cuique nihil deeſt, *tot. tit. l.* 1. *§. fin. de rei vind. l. hujus, §. ædes, de leg.* 1. Tiraq. *de retractu convent. gl.* 1. *& unic. n.* 40.

Hinc eſt, ut nihil videatur ſolviſſe, qui totum non 255
ſolvit, *l. hæredis, §. in illa, ff. famil. herciſcun.* nec videtur ediditſſe, qui totum non edidit, *l. ſi defenſor. ff. de interrog. action. l. ex clauſula, ff. de re. ad. ſolut.* Spec. 2. *part. tit. de inſtr. edit. §. dicto de impugn. n.* 6

Nec dicitur purgatum, nec repoſitum attentatum, 256
niſi omnia ſint purgata & uſque ad unum nummum in priſtinum ſtatum repoſita. Achill. de Graſſ. *de re. 7. ad fin. de locato, & dec.* 17. *de reſtit. ſpoliat.* Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 150. *n.* 4. *& 8. p.* 1. *& dec.* 270. *p.* 2. *n.* 5. *& dec.* 171. *& deciſ.* 176. *p.* 3. Put. *dec.* 56. *n.* 12. *lib.* 1. *& dec.* 298. *lib.* 2. cum aliis, quorum nomenclaturam refert Lancel. *de attent.* 3. *part. c. fin. n.* 78. *& 83. & 176. & 191.*

&c

257 Et de repositione rei, vel causæ in pristinum statum, & quomodo satisfactum dicatur sententiæ repositionis excessus, & cæterorum attentatorum: tam circa rem, quàm circa causam, vide multa elegantissima per Lanc. Rob. *de attent. 3. p. cap. 29 per tot.* & præcipuè *à n. 73 & eadem 3. p. c. 31. n. 14.* ad quem re remitto libenter.

258 Ultimò circa hanc repositionis materiam quæri potest: an revocata executione, cujus contemplatione quis possidet, qui pati debet repositionem, possit rem illam ex alio capite, aut alio jure aut ex alia causa, retinere eandem. Et quòd non possit, sed possessionem, quam illi judex debet teneatur restituere, est Bald. doctrina *in l. pen. in fin. Cod. de pignoratitia. actio.* ubi dicit, quòd mulier missa in possessionem ventris nomine, non poterit invertere possessionem alio respectu, & idem Bald. *in authentica ei qui jur. col. 1. versic. sed tunc quæro, n. 26. C. de bonis author. jud. possid.* asserens, quòd missus in possessionem ex primo decreto, comparente debitore, & offerente stare juri & satisdare de expensis, & facere ea, ob quorum defectum facta est missio, non poterit retinere possessionem prætextu hypothecæ conventionalis, quia non est eo nomine missus, sed missio est limitata, & sic recedere debet à possessione, cùm cesset causa missionis, quem Bal. refert Mieres à Pelaez *in tr. de major. 3. p. q. fin.* quæ est 14. *n. 2.*

259

Sed pro contraria parte urget alia ejusdem Bald. do-
260 ctrina *in l. fundus qui Lucii Titii, ff. de rei vindicat.* ubi dicit, quòd si tenuta fuit mihi data inordinato processu, & nullo poterit retineri, donec solvatur verum debitum, quod dicit perpetuò esse notandum Crema. *sing. 52. tenuta fuit mihi data.* latiùs per Dec. *consil. 449. n. 22.* Thoma Gramma *dec. 52. magnif. Domina Marga. num. 5. pag. 234.* Anton. de Fano. *in tractatu, de pignor. part. 5. memb. 4. n. 4. fol. mihi 143.* ubi post Bar. *in l. petenti, ff. de pignoratitia act.* tractat, an res data alicui nulliter pro debito, possit pro vero debito retineri, & hanc partem videtur, sequi Mier. *ubi proximè, n. 3. in antiq. impress.* ubi dicit esse notabile ad appellantes, & dantes querelas contra executores sententiarum, vel instrumentorum guarentigiatorum, quæ ex aliquibus defectibus nulla judicantur.

261 Et ultra præfatos Doctores hanc etiam opinionem reperio tenere Roll. à Valle *consil. 5. n. 7. vol. 2.* videndus etiam *n. pen. & fin.* per eundem Bald. *in l. qui Titii, notab. 4. C. de rescind. vend.* dicentem, quòd ubi tenuta minùs legitimè data reperitur, si res illa propter debitum aliàs hypotheca comperitur, datur creditori retentio, allegat ad idem Crema. *sing. 94.* Bertachin. *in tr. de Episc. 3. pr. n. 66* & Negus. *de pignorib. in 2. memb. 2. p. n. 20.* Curt. jun. *consil. fin.*

His rectè convenit, quod dicit Maresc. *variar. resol.* 262
lib. 2. c. 6. n. 11. & seqq. dum ait, quòd quamvis relaxatum mandatum pro majori summa, & majori quantitate, non solùm in excessu sed etiam in totum sit nullum, & revocandum, secundùm, quæ nos latiùs supra hoc cap. tamen si tempore relaxati mandati obtinens decretum, erat verè creditor in æquali, seu majori quantitate, quàm esset illa, in qua fuit excessum, tunc sustinetur mandatum propter compensationem, quæ tamen licèt antea non fuerit opposita, ipso tamen jure inducitur ad evitandam pœnam spolii, & nullitatis mandati. Hancque sententiam passim sequutam fuisse à Rota, etiam non obstante juramento, ut in una Bonaventana devolutionis 14. Junii 1585. coram Card. Pamphilo, testatur ipse Maresc *ubi proximè n. 12.* quam aliquibus rationibus ipse comprobat, *ibi usque ad fin. d. c. 6.*

Facit insuper quòd possessor condemnatus ad rei re- 263
stitutionem, potest executionem impedire ob facta melioramenta, donec sibi integraliter solvantur, & sic ex alio jure potest retinere, quàm quo lis principaliter tractatur, de quo nos latiùs suprà hac 4. *p. c. 13 ante fin. vers. deinde quoniam condemnato,* &c. *à n. 59.* ubi plurimos citavimus; sed in re hac adhuc dubius sum, quæ omnia dicta hactenus tu considerare poteris.

Ultimò & pro complemento obiter animadverten- 264
dum est, eundemmet executorem, qui accessit, & attentavit inter exequendum, posse & ipsum idem gravamen & excessum reponere proprio imperio de facto, quemadmodum & illud de facto attentavit, & excessit, prout & nos latissimè suprà diximus *1. p. c. 3. per tot.* & etiam *1. p. c. 5.* & alibi passim. Ultra quæ expendo text. expressum *in c. qualiter el. 1. de accus.* ibi legatis generalibus ad inquirendum, modum excedentibus, ita respondet Summus Pontifex *ibi*, nec inde nascantur injuriæ, unde jura nascuntur, ideóque mandamus, quatenus ad conscientiæ vestræ judicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem, tanquam homines excessistis: non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis, ut aliorum corrigatis errorem, &c.) ubi gl. *verb. observari,* & DD. communiter. Sed dum aliorum excessus reprimere curamus, nostros ampliùs ne manifestemus, illis jam imponamus finem, ad laudem puræ & immaculatæ Matris semper Dei V. Mariæ, sub cujus protectione opuscula hæc confecimus, ac B. Barnabæ Apost. cujus Vesperas, hodie celebrat sancta Mater Ecclesia, cujus correctioni totum hoc opus nostrum submittimus.

F I N I S.

INDEX

INDEX
COPIOSISSIMUS RERUM, & Verborum; quæ in hoc Volumine continentur.

P. paginam denotat : N, numerum marginalem.

A

Abbas.

ABBATES & Prælati in ſuos Religioſos quorum ſunt judices Ordinarii, juriſdictionem ordinariam habent, & de eorum cauſis cognoſcunt, pag.86. num.11 [n.29

Abbas ſibi contrarius arguitur, p.160.

Abbates in ſua Eccleſia non præcedunt capitulum Cathedrale, pag.243. num.68

Abbatia.

Abbatiæ, Prioratus, & aliorum Regularium præfecturæ virorum ſunt conſiſtorialia beneficia, pag.433. num.251

Abdicare.

Abdicare à ſe qui tenetur aliquod jus ſi monitus abdicare nolit, habetur pro abdicante, & proceditur ac ſi addicaſſet, p.539 n.8

Abſentia.

Licentiam Abſentiæ ab ordinario negante appellationi emiſſæ, an ſit deferendum, p.308.n.27

Beneficiatus Abeſſe an poſſit pendente appellatione à denegata licentia, p.308.n.28

Licentiam Abſentiæ non ſufficit petere, ſed & obtinere, p.308. n.29

Abſolutio.

Abſolutio generalis non ſuffragatur violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, p.280.n.41

Inſpectionem proceſſus non ſuſpendi ob denegatam Abſolutionem, verius defenditur : & an cogi poſſit præcisè Eccleſiaſticus adimplere rogitum abſolutionis, p.64 n.155

Abſolutio excommunicati nec conſequenter, nec antecedenter eſt neceſſaria, ad tollendam violentiam, nec in aliquo eſt impedimentum ejus negatio, p 65. num.262

Abſolutio quando data dicatur cum effectu, & an per procuratorem, aut litteras ſufficiat, & an cenſuræ aliter quàm per abſolutionem tolli poſſint, p 78. num.44

Abſolutio ad reincidentiam ad tempus poteſt dari, ibid.n.45

Abſolutus ad reincidentiam virtute proviſionis, *de ruego*, per ſexaginta dies, ſi intra illos decretum violentiæ detur, an illis tranſactis abſolutione egeat, ibid.n.46

Abſolutus ad reincidentiam per ſexaginta dies, ſi violentiam adeſſe ob non delatam appellationem declaretur intra illud tempus, nova abſolutione indiget, ibid n.247

Abſolutus per ſexaginta dies virtute querelæ laïcorum, an ſi vim fieri intra illos ſit decretum, termino tranſacto indigeat nova abſolutione, ibid n 49

Abſolutus per tempus ad reincidentiam ſi intra illud ſolvere non potuit, an eo tranſacto incidat in cenſuras, ibid.n.50

Abſolutio & relaxatio ob cautelam poteſt fieri in omni ſententia cenſuræ, p 196.n.52.

Abſolutio cenſurarum non ſuſpenditur per appellationem, pag.197.n.66 & p.198.n.67

Per Abſolutionem ab excommunicatione magis conſulitur adverſario, quia præſtatur ei cautio, pag.198. num.68

Abſolutio, & excommunicatio pari paſſu ambulant, p.198.n.69.& 70

Naturale eſt quicquid eo modo diſſolvitur, quo colligatum eſt, ibid n.71

Abſolutio ab excommunicatione, qua conſequentur alimenta animæ ad bellum ſpirituale, non ſuſpenditur per appellationem, p.200.n.101

Abſolutio à ſuſpenſione, & interdicto per appellationem non ſuſpenditur, ſicut nec ab excommunicatione, ibid.n.202

Abſolutio præſtita cautione non eſt differenda per appellationem, ibid.n.103.& 104

Abſolvere ad cautelam quando poſſit judex appellationis, ibid.n.106

Abſolvere ad cautelam an poſſit delegatus, & quando præſtanda iſta abſolutio cum cautione ſola eſt ſtando juri & de aliis, & ibid.n.107

Abſolvere ſuperior an poſſit viſis actis, p.201. n.109. & num.110

Abſolvere poteſt judex ad quem, data contumacia tranſportandi ad ſe acta ibid. n.111

Abſolutionem ab excommunicatione alteri poteſt committere judex Eccleſiaſticus, ibidem numero 117

Abſolutio ab excommunicatione delegata non ſubdelegatur, ibid.n.118

Ad Abſolutionem appellantis non debet procedere ſuperior niſi viſis actis, p.251.n.38

Index Rerum,

Abſolutoria ſententia ſeipſam exequitur, nec indiget facto judicis, p.501.n.99

Abſolutus ſtatim exceptione rei judicatæ tutus eſt, p.502.n.100

Abſolutus ex una cauſa poteſt ex alia conventus condemnari, p.524.n.200

Abſolutus ex una cauſa poteſt ex alia noviter conventus condemnari, p 457.n.121

Abſolutus reus conventus interdicto uti poſſidetis, ex eo, quia non eſt probata turbatio de novo, poſt ſententiam turbanti non prodeſt res judicata, p 640. num.74

Contra reum ſemel abſolutum in interdicto uti poſſidetis, ex eo quòd actor non probavit poſſeſſionem ſuam ob novam turbationem, non poteſt actor iterum agere, ibid n.75

Niſi agat ex nova poſſeſſione & ex nova cauſa, ibid. num.75

Abſolutoria ſententia ex qua cauſa lata ſit interdicto uti poſſidetis, ſi nec ex ea, nec ex actis appareat an ob novam turbationem actori iterum agenti obſtet exceptio rei judicatæ, ibid.n.76

Abſolutio in incidenti quando deducetur per condemnationem in principali, p.556.n.83

Abſolutoria ſententia criminalibus ex qua cauſa ſit lata ex actis inveſtigandum eſt, ut diffinitiva aut interlocutoria ab obſervatione judicii dicatur, p.640.n.80

Abſolutus reus ob non probatum delictum cenſetur ab oſervatione judicii, & iterum ex novis judiciis poteſt reus moleſtari, pagina 641. num.82. & ſurſum.

Abuſus.

Abſus notorius dicitur quoties in actu, qui geritur, uſus nullus eſt ibidem in exemplis, pag. 22. num.117

Acceſſorium.

Acceſſoria cauſa non debet mutare naturam principalis, ſed è converſo, p 221.n.115

De Acceſſoriis idem eſt judicium, quod de principali, etiam in iis quæ ſunt ſtricti juris, ibid. n.117

Acta.

Acta faciunt rem notoriam, & quod ex eorum inſpectione apparet dicitur notoriè conſtare, pag. 61. num.101

Acta ea quæ præſentata non fuere coram Eccleſiaſtico judice, etiam appellationis juſtificationi neceſſaria, ad violentiæ remedium nihil proſunt, nec in Senatu admittuntur, p.62.n.120

Acta coram judice à quo non viſa non proſunt coram judice ad quem, ad juſtificandam appellationem ab interloquutoria, quia ex antiquis, non autem novis gravamen detegendum eſt, ibid.n.121

Acta noviter quando præſentari debent coram judice Eccleſiaſtico ad effectum reponendi ſuum gravamen, & adhærendi interjectæ appellationi, & traducendi ad Senatum eadem acta, ibid.n.123

Acta omnia ſunt neceſſaria, ut de iniquitate judicis procedentis apparet, p 79.n.1

Acta integra ſunt neceſſaria geſta à judice, quia aliter veritas apparere non poteſt, ibid.n 2

Actorum partem non ſufficit tranſportare, ibid.n.3

Acta omnia ſunt exportanda, ibid.n.4

Acta integra præſumuntur tranſportata, quandiu de contrario non docetur, p.79.n.9

Acta integra non eſſe, ſed diminuta aſſerenti incumbit onus probandi, ibid. n.10

Acta intitulata à Notario ſic (copia omnium actorum) præſumuntur integra, ibid. num.11

Etiamſi ex lectura proceſſus appareat aliquid deficere, ibid.n.12

Acta omnia tranſportare in cauſa appellationis, ſive à diffinitiva, ſive ab interlocutoria; quis teneatur, p.80. n.17. remiſſivè.

Acta proceſſus ſunt neceſſaria ut violentia in Senatu detegatur, p 95.n.26

Acta facta coram uno judice, fidem faciunt coram alio, ſi ſit ſucceſſor in eodem tribunali, pagina 98. num.73

Acta facta in uno judicio in caſibus, quibus probant in alio; intelligi debet, ſi reproducantur, ibidem num.74

Actorum reproductio non requiritur coram judice ſubrogato ſeu ſucceſſore, ſed viſio dumtaxat ipſorum actorum, ibid.n.75

Acta coram uno arbitro geſta probant coram ſucceſſore, in quem partes compromiſerunt, quando acta ſunt publica, & actum reſpiciunt, ibid.n 76

Acta per judicem appellationis ab interlocutoria nulla ſunt revocata interlocutoria vigore decreti Senatus, & judex à quo rectè procedit in cauſa, pag.111. num.88

Limita, ſi repoſitio facta ſit ante intimationem inhibitionis, ibid.n.89 Nam ſi poſt intimatam, nec repoſitio, nec proceſſus geſtus valent, ibid.n.90

Acta recurſu pendente ad Regem ſi fuiſſent nulla, ſive Senatus, ſive ſuperior Eccleſiaſticus reponeret ſemper, quod tamen hactenus nec auditum, nec practicatum eſt, ſed pendet à determinatione articuli violentiæ, p.122.n.32

Acta integra facta à judice Eccleſiaſtico, de eſſentia ſunt recurſus Regii, ut vis detegi poſſit, pag.128. num.12

Actis non viſis vel eis non integris, ſed diminutis, ſententiam ferre, idem eſt ibid.n.19

Actis novis apparentibus facit variare fidem Notarii contrarium aſſerentis, & ſi eſt laïcus, punitur à Senatu, p.132.n 57

Acta judicii tanquam publica, & communia utriuſque parti edi debent, ut ſe defendat, p.142.n 60

Acta quando gratis tranſportanda ſunt ad ſuperiorem, quando non, ubi decreta Concilii adducuntur, p.203.n.112

Actis ad Principem exportatis per viam recurſus judex Eccleſiaſticus ex urbanitate tenetur ſuperſedere, p.252.n.44

Acta non debet quærere judex, ſed debet expectare ſibi deferri, aliàs redditur ſuſpectus, pagina 331. num.71

Acta faciunt rem notoriam, quia quod ex actis reſultat, notorium dicitur, p.396.n.35

Acta geſta in una cauſa non probant in alia, etiam ſi utraque tractetur coram eodem judice, niſi eorum fiat reproductio, nec judex poteſt ſupplere ex capite notorietatis, p.410.n.241

Ab Actis & ſententiis negativis ſive diffinitivis, ſive interloquutoriis appellationi deferendum, ſi ſit legitima, p.461. numero 77. ubi plura exempla recenſentur.

Ab Actis & ſententiis negativis appellationi legitimæ ſi vim non adeſſe declaretur, potiùs videretur auxilium violentiis præſtare, p.462.n 86

Actorum tranſportatio niſi adverſariis intra legitimum tempus citetur, non excuſat à deſertione, p 491. num.71

Acta proceſſus etiam lite finita probant, & vim retinent, p 499.n.68

Cauſa, qua ſit Actum in judicio, & judicis intentio ut conſtet, interrogatoria & alia acta inſeruntur in executorialibus, ibid.n.69

Actus judicii licèt pereant perempta instantia, non tamen acta causæ, p 507.n.59

Acta judicii dicuntur, quæ tendunt ad litis ordinationem, ut in exemplis, ibid n.60

Acta causæ dicuntur tendentes ad litis decisionem prout instrumenta, confessiones, testes, & similia, ibid.n.61

Acta probatoria non pereunt perempta instantia, ibid. num.62

Quod in eisdem actis non apparet, dicitur non adesse, p.523.n 176

Acta non valent post oppositionem defectus mandati, nisi in actis exhibeantur, p.558.n.128

Secus si non opponatur, quia sufficit quandocumque de ejus vera existentia docere, ibid.558 n 128

Acta sunt vehiculum ad sententiam, & ideo sententia ex mente actorum aperitur, p.639 n.69.

Actio.

Actio personalis limitata ad capturam non extenditur, p 181 n.146.& 147

Actio judicati licet habeat executionem paratam, stipulatio tamen per quam ipsa novatur, ejus privilegio non gaudet, p.436.n.21

Actio aliqua quando devolvitur in aliam, intelligitur devoluta secundùm suam naturam primævam, p.336.n.28

Extincta prima Actione per novationem, extinguuntur omnia ejus privilegia, p.337.n.36

Actiones spirituales sunt ordo incedendi in processionibus, ferendi Crucem, & similia, p.239.n.3

Ex Actione judicati agitur ordinaria via, p.506. n.43

Pluribus Actionibus competentibus ex eodem facto, diversa tamen causa & respectu, sententia super una, non nocet ex altera agenti, secus quando ex eadem p.524.n.208

In Actionibus realibus satis est judicem actorem rei dominium declarare, p.608.n.132

Actio non nascitur ex sententia confirmata, sed ex confirmante, p.631.n.39

Actor.

Actor & Reus non debent ad imperia judicari, non actori licere, quod reo licitum non existat, p.359. num.17

Actor si dolo & potentia adversarii non possit mitti in possessionem rei post annum, habetur pro vero possessore, ac si missus fuerit, p.540.n.95

Actor qui in actione includit & deducit exceptionem, suo se ligone percutit, ita ut sibi incumbat onus probandi, p.648. n.48

Actor dicitur, qui alium ad judicium provocat, etiamsi aliàs sit reus, p 659 n 86

Actus.

Ab Actibus extrajudicialibus, & à judice extrajudicialiter procedente datur appellatio, p.70.n.236

Actus præsumitur perfectus, si aliud è converso non appareat, p 79.n 8

Actus extrajudiciales ubique geri possunt, judiciales nisi intra territorium, p 73.n.5

Actus ubi terminatio non apparet, ab usu & consuetudine informatur, p 87.n.23

Actus duo quando ita se habent, ut unus veniat in executionem alterius, si non potest appellari à primo, nec poterit à secundo, p.102.n.15

Actus non attribuitur gerenti sed mandanti, & ordinanti, p.103.n.17

Actus jure reprobatus, & à jure judici non permissus, nullatenus potest in Regio decreto conditionaliter apponi, p.105 n.4

Actus extrajudicialis licèt post decem dies per appellationem non revocetur; tamen sic quandocumque per viam recursus, & querelæ, pag.129. numero 29

Actus extrajudicialis nunquam transit in rem judicatam, p 129.n 30

Ab Actu, quo non appellatur regulariter conceditur appellatio alleganti exceptiones legitimas ad illum actum ne deveniatur, p.150.n 168

Ab Actu in quo sententia non profertur, & ex eo pars gravatur, licet appellare, p.153 n 195

Actus duo, ubi ita se habent, ut unus veniat in complementum, & executionem alterius, si est omissum appellari à primo, non poterit appellari à secundo, p.165.n.7

Actus secundus alterum ad effectum perducens, non est, qui gravat; sed primus, ibid n 8

Extrajudicialis Actus non recipit appellationem, p.240. num 13

Actus mercantiæ quot requirantur, ut mercator quis dicatur, remissivè. p.241.n.23

Actus quales geri possunt extra jurisdictionem, diœcesim, seu provinciam, remissivè, p.274 n 32

In extrajudicialibus Actibus non dicitur lis introducta p 275.n 45

Per extrajudicialem Actum beneficium nec res dicitur litigiosa, ibid.n.46

Actus consecutivi non causant attentata, p.288.n.166

Actus jurisdictionales in electionibus incidentes Episcopo dumtaxat pertinent, p.294 n 230

Nisi consuetudine illud simul acquisiverit Capitulum, p.294.n.231

Extrajudicialis Actus non recipit appellationem suspensivam, p.301.n.13

Actus voluntariæ jurisdictionis per comparitionem contradictoris efficiuntur contentiosi, p.302.& 303. num.32

Actus negativus secum trahit executionem, pag 308. num.33

Actus contra legem prohibentem est nullus ipso jure, p.314.n.6

Actus, qui licitè geri possunt lite pendente, possunt & post appellationem, p 317.n.45

Actus tendens ad favorem alicujus intelligitur parte opponente, p.331.n.75

Actus nullus aliquos an pariat juris effectus, & quos remissivè, p.394.n.14

Annullatus Actus in favorem alicujus subintelligitur illa conditio si voluerit ille, in cujus favorem actus annullatur p 402.n.135

Actus gesti inconsulto patrono qui revalidentur subsecuto, & superveniente patroni consensu, remissivè, p 403.n.138

Exercens unum vel plures Actus ratione juris universalis, quod quis prætendit sibi competere, fit extensio ad alios Actus & personas, dummodo non diversus, p.424 n.119

Actus possessorii per retentionem in una particula mari conservatur quasi possessio in toto muro, ibidem num.132

Actus non attribuitur exequenti, sed mandanti & ordinanti, p.514.n.26

Illud quod venit in executionem actus inappellabilis, pariter inappellabile est, p.514.n.27

Actus apprehensivus si non potest consequi ob resistentiam condemnati, compellitur per carcerem ad præstandam patientiam, p 539.n.86

Actus non attribuitur exequenti sed mandanti, p 545. num.54

Ex Actu nullo amittitur & acquiritur possessio, p 575. num.106

Actum post aliquem terminum qui facere non potest, tamen potest jam factum declarare, p.644.n.129.

Actus omnes humani à tribus dependent, nempe, potestate, voluntate, & modo, qui est ordo ad finem, p 646.n.7

Index Rerum,

Actus non dicitur factus in præjudicium illius cui principaliter non obstat, sed secundariò, pag 655. num 17

Actum gerens submittitur legibus & conditionibus ejusdem, p 657 n.57

Actus totus propter excessum non vitiatur in divisibilibus, p.666 n.205

Actus non dicitur perfectus, si est partim factus, & partim, non, p.669 n.253

Administratio, Administrator.

Administratoribus appellatio denegatur à sententia reddendæ rationis propter odium, quo habentur à jure ob non redditam debito tempore, p 260

Et in favorem Administrationis reddendæ à jure consideratum, p.260.n 24

Administratio condemnati non exhibens rem in quem executio est facienda, compellitur omnis juris rigore p.320.n.93

Administrator aut tutor si nolit exhibere rem Domini in qua fit facienda sententiæ executio, incarceratur quousque exhibeat, p.537 n.53

Administratores si sint contumaces exhibere rem locipti, quòd fit facienda sententiæ executio, potest executor compellere, p 590 n.165

Administrator condemnatus nomine officii, si non est vitiosus possessor, lite pendente potest respectu suæ personæ executionem impedire, quia comparet tunc ut alius extraneus, p.589 n.276

Administrator licèt non exprimat actum facere nomine administratorio, tamen si exprimat causam tangentem administrationem, videtur nomine alieno facere, p.590. n.287

Administrator seu Caprarius ad restitutionem ovium seu vaccarum si opponat executioni, naturaliter aliquas periisse admittendus est, & quæ sufficiat probatio, p.721 n.62

Et quid in Caprario qui pro custodia mercedem recipit, p.621 n.73

Adrianus VI.

Adrianus VI. concessit Carolo V. Imperatori nostro, & ejus successoribus jus præsentandi Episcopos Hispaniæ, quia antea providebantur ad supplicationem Regum, p.432 n 236

Advocatus.

Advocatorum error damnatur appellantium conditionaliter, peto hoc & quatenus non concedas, appello, & judicis non expectata determinatione recurrunt ad Senatum per viam violentiæ, p.159.n.2. & num 6

Advocatus, Licentiatus, Doctor aut etiam Baccalaureus an pro debito civili possit incarcerari, p.175. n.74 & 75

Ædificium.

Ædificium post nuntiationem, & præceptum judicis revocatur eodem privilegio, quo attentata appellatione pendente, p.263.n.4.

Ægidiana constitutio.

Ægidiana prohibens appellationem in possessorio, intelligitur etiam, ubi aliàs permissa erat, pag. 289. num.182

Ægidiana constitutio decernit, hodie licere exequi primam sententiam latam super quolibet remedio possessorio etiam appellatione pendente, pagin.451. num.71

Ægidiana constitutio est coarctata & limitata ad certas causas, & certas personas, p.451.n.72

Ægidiana non habet locum nisi in statu Ecclesiastico Sed Apostolicæ subjecto, p 451.n 73

Ægidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas, p.451 n 74

Æquale.

Æquales in dignitate in proprio territorio sibi invicem præferuntur, p.243. num 59

Æstimatio, vel Æstimator.

Æstimatio succedit loco rei, & ipsam repræsentat, p.613.n 208

Æstimatio & rei verus valor, ubi evidenter si probatum, & ab adversario nihil quod enervet verificetur, executor si aliter taxet poterit appellare ex capite injustitiæ notoriæ, p.618.n.30

Æstimatio rei & fructuum in re judicata quando crescat, p.626.n 137

Æstimatio non crescit post fructuum consumptionem, quia tunc debitor non fructuum sed æstimationis, ibid.n.141

Æstimatio rei si fit facienda per peritos executor illos quærat, & quæ præ oculis habere debet, ibidem num.144

Æstimatores nominati semel suscepto negotio compelluntur per executorem si recusent taxare, ibidem num.145

Æstimatoribus discordantibus in æstimatione, executo compellit partes ad tertium nominandum, vel in defectum ipse executor nominet, ibid n 146

Æstimatores aut ob imperitiam, inimiciti.m, aliamve justam causam possunt recusari, ibid.n 147

Æstimatoribus recusatis partes compellit executor de idoneis conveniendis, aliàs ipse executor potest eligere, ibid.n 148

Æstimatorum peritorum declaratione, authore, executore, confirmante, non admittitur appellatio suspensiva velut ab ipsa executione, ibid n 149

Æstimatorum de materia (qui *Alarifes* dicuntur) à civitate electorum, & an recusari possint, & ab eorum taxatione & judicio appelletur, remissivè, p 627. num.150

Agens.

Agens ad debitum conditione non impleta & succumbens, poterit illa impleta iterum agere, pag.127. num 8

Agere impropriè dicitur, qui exceptione utitur, p.228. num.13

Agendi tempus an judex possit limitare, & aliter ponere perpetuum silentium, p.231.n.59

Agens sine interesse non auditur, nec à rejectione appellat, p.234.n 90

Agens privilegiata via sententiam contra se reportet, appellat suspensivè, si autem Reus illam reportet, non; quia in utroque diversa favoris militat ratio, p.359.n.26

Agenti ad eandem rem super qua possessor alteri condemnatus est restituere, non præstatur cautio, quia illius interest ab uno vel ab alio possessore vindicare, p.572.n.71

Agenti contra possessorem ad rem quæ alteri jam est per sententiam adjudicata, allegante possessionem transferre in dutiorem adversarium, an sit cautio præstanda, ibid.n 74

Agenti interdicto uti possidetis, & succumbenti, volenti postea agere ex nova turbatione contra eundem reum an ei obstet exceptio rei judicatæ, p.640. num.71

Alienatio.

Alienationis immobilium prohibitio, & mobilium permissio, si simul conjungantur, prohibitio ad se trahit permissionem, p.214.n.18

Alienatio in fraudem paratæ executionis ex actione personali an requirat rescissionem, p.661.n.113

Alienatione facta cœpto judicio super actione personali, executio fit in tertium possessorem, ibidem num.114

Alienatio facta dumtaxat in fraudem creditoris, scilicet ante motam litem super actione personali, requirit rescissorium judicium, ibid. n.115.

Alienatione

Alienatione facta in clericum, vel alium, simulatè, ita ut appareat rem non exire de potestate conventi, vel conveniendi. etiam in illum per laïcum judicem fiet excutio, ibid. n.117

Alienatione dolosa verificata in tertium fit executio, ibid n.118

Alimentum.

Alimentorum sententia non suspenditur per appellationem, p.199.n 83

Per absolutionem ab excommunicatione habilitatur quis ad Alimenta animæ, quibus erat privatus, ibid. num.84

Alimenta corporalia non directò sicut alimenta spiritualia vitam præstant directo, ibid. n.85.& 86

Alimento spirituali animam privari, major est dolor; quàm corporali corpus privare, ibid n 93

Ab Alimentorum sententia continente excessivam taxationem an appelletur, p.222.n.124. remissivè, & num.125

Alimentorum præstatio celerem executionem desiderat, p.334. ibid.

Alimenta præstare condemnatus, non auditur in prosecutione appellationis, nisi priùs solvat alimenta. ibid.n.2

Ab Alimentorum sententia prohibetur appellari quoad effectum suspensivum tantùm, non quoad devolutivum, ibid.n.3

Alimentario satis consultur sublata dumtaxat appellatione quoad effectum suspensivum, quo procedunt rationes, quibus ab Alimentorum sententia negatur appellatio, ibid.n5

Ab Alimentorum sententia denegatur suspensiva appellatio, non solùm quando omnia Alimenta petuntur: sed & quando eorum pars tantùm petitur, ut vestitus, habitatio, & similia, ibid.n.7

Alimentorum à sententia appellatio denegatur, non solùm quando proceditur principaliter, sed etiam quando incidenter ad illa actum est, p.335.n.8

Alimenta petita à paupere habent privilegium, ut per appellationem non suspendantur, quando petuntur à paupere, secus si à divite in quo cessat ratio prohitionis & privilegii, ibid n.9

Alimenta futuri temporis petita hoc habent privilegium; ut præstatio non suspendatur per appellationem, secus alimenta præteriti temporis quia jam semel evasit periculum, ibid.n. 10

Alimenta futura dicuntur etiam ea quæ debentur à die motæ litis, ibid n.11

Inter Alimenta præterita & futura dispar est ratio,& sic in istis summariè proceditur,in illis verò nõ,ib n.12

Alimenta quando petuntur officio judicis,non admittitur appellatio suspensiva,secus quando jure actionis, quia tunc admittitur, ibid.n.13

Quæ distinctio procedit in inope petente Alimenta, ibid.

Reprobatur opinio Petri Surdi, ibid.n.14

Alimenta quæ officio judicis petuntur, jure naturali debentur in petitis jure actionis solum jus civile operatur, p.336. ibid.

Alimenta ut lite pendente præstentur pauperi habenti pro se sententiam, tria requiruntur copulativè, ibid. num.15

Alimenta quando petuntur jure actionis,judicium non est summarium sed ordinarium quod datur appellatio, ibid n.16

In legato pro Alimentis agitur jure actionis, ibid.n.16

Alimenta petens, si reportet contra se sententiam negativam potest licitè appellare quoad utrumque effectum, ibid.n18

Alimenta petita vigore contractus, quo fuere promissa ei, cui jure naturali, & officio judicis debeantur, putà filio, patri & similibus, an à sententia lata pro illis prædandis admittunt appellationem suspensivam, ibid.

Ad Alimenta ubi agitur virtute contractus per illam, cui jure naturali debentur pariter appellationem carere suspensivo, defenditur, ibid n.25

Alimenta deducta in contractum ab eo, cui jure naturali debebantur, non novandi animo, sed potiùs ad illius corroborationem, additamentum, & majorem securitatem, & cautionem, non amittunt suum privilegium competens ex officio judicis, p 337.n 38

Ad Alimenta quando agitur ex utraque obligatione, una admittens appellationem, alia excludens illam (prout est officium judicis) hæc illi detrahit, ibid. num 45

Alimenta quæ judicis officio debeantur, si in obligatum deducantur, animo novandi officium judicis competens pro illis (quæ novatio expressè hodie requiritur) evanescit officium judicis, & remanet sublatum, & sic ex contractu agendum est, & jure actionis, ibid.

Alimentorum promissio (cessante novatione) obligationi à lege indictæ accedit accessoriè; & ita ejus natura vestitur quoad appellationis prohibitionem, p 338.n.45

Alimentorum à sententia diffinitiva prohibita appellatio quoad suspensivum multò fortius prohibita intelligitur ab interlocutoria, ibid.n 46

Ab Ablimentis ad dotem valere argumentum, plures affirmant, ibid n.47

Ab Alimentorum sententia sicut non licet appellare, ita in causa dotis non licere plures affirmant, quod author nunquam vidit practicari, ibid n.48

Alimenta in causa dotis an fint pendente appellatione ministranda, vide ibid.

Alimentorum à sententia reformatoria appellationi emissæ an sit deferendum, ibid.n.49 remissivè

Alimenta nimis taxata in eadem sententia, qua quis ad eorum præstationem condemnatur, an admittant appellationem quoad utrumque effectum, ibidem n.50. ubi opinio Avendani reprobatur.

Alimentorum taxatio facta in sententiæ stat accessoriè ad illorum condemnationem, & sic regulatur ab ejus natura quoad appellationis prohibitionem,ibid.

Alimentorum taxatio facta in eadem sententia, si admitteret appellationem, nunquam posset effugari periculum, quod ex dilatione à jure consideratur, ibid. n.53

Alimenti, seu alimentantis crescente, vel decrescente patrimonio, etiam post factam condemnationem, & taxationem à judice, an crescant, vel decrescant alimenta, p.339.& 340.n 71. remissivè.

Alimentario seu portionario exigenti annuatim alimenta, aut portionem ab antiquo legitimè constitutam, si mota lis super reformatione, quia puta, vel aucta est res super qua portio est constituta, vel alia bona quæsivit alimentarius, p.341.n.11.quibus casibus potest agi ad reformationem portionis & Alimentorum, ibid.n 12.remissivè.

Alimentorum reformatio idem in effectu est, ac si sententia lata fuerit contra Alimenta petentem, cui ab hac negativa permittitur appellare quoad utrumque affectum, ibid. n.14

In favorem congruæ aut Alimentorum assignatione, inductum est privilegium, & ratio prohibendi appellationem suspensivam, ibid.

In favorem Alimentarii quod est introductum, non debet in ejus damnum retorqueri, ibid.n.15

Alimentorum privilegium non admitendæ appellationis suspensivæ procedit, non solùm quando sententia lata est pro omnibus alimentis præstandis, sed etiam pro aliqua parte ipsorum, p 344.n.24.

Index Rerum,

Alimentorum augmenti ſententia multo fortiùs excludit appellationem ſuſpenſivam, p 345.n.39

Alimentarius quamvis conſenſerit taxationi alimentorum facta per rem judicatam, ſemper poterit petere augmentum ſi reditus decreverint, vel alia juſta cauſa, ibid. n.40

Alimenta creſcunt & decreſcunt creſcente, vel decreſcente patrimonio alimentati, vel alimentantis, etiam poſt ſententiam & judicis taxationem, p.556. num.97

Etiam ſi taxationi conſenſerit, ibid. n.98

Alternativum.

Una pars Alternativæ alteram declarat, p.73.n.284

Natura ejus Alternativi, quod ſolum remanet in diſpoſitione; attenditur, p.223.n.142

Analogum.

Analogum per ſe ſumptum ſtat pro potiori ſignificato, p 204.n.3

Anima.

Animarum cura continet magnum periculum, cùm ſit ars artium, p.289.n.172

Anniverſarium.

Anniverſaria & funeraria incerta non conſiderantur ad valorem fructuum beneficii, p.604.n.80

Niſi hæc emolumenta incerta ſint ſolita locari ſingulis annis, ibid.n.81

Appellatio.

Appellatio, quatenus eſt defenſio, à jure naturali provenit, p 17.n.81

Appellatio non denegatur excommunicato, quia eſt defenſio, ibid.

Judex Ecclesiasticus licèt in spiritualibus habeat in laicos jurisdictionem, intelligitur quoad excommunicationem, & remedia Ecclesiastica, non carcerem nisi invocato auxilio, p. 172. n. 38

Judex secularis ut de concubinatu cognoscat, debet esse notorius. p. 173 n. 48

Judicis arbitrium circa capturam debet subjacere juris regulis, p. 180. n. 134

Judex Ecclesiasticus pœnam infligentem membri mutilationem, vel sanguinem non potest imponere, aliam tamen pœnam corporalem bene imponere queit. p. 186. n. 210

Fustigationis pœnam imponit Judex Ecclesiasticus, ibid n 210

Item detrusionis in monasterium, ibid. n. 211

Item, & perpetui carceris, & de aliis, ibid n. 211

Exilii pœnam Judex Ecclesiasticus imponit, ibidem n. 211

A Judice procedente ordinariè, cùm debeat procedere summariè; tarquam ab inordinato processu licet appellare, p 208. n. 71

A Judice procedente summariè, aut executivè, ubi ordinariè debuit procedere, licet appellare, p. 209. n. 72

Nisi quando summariè procedere, relinquitur Judicis potestati, ibid. n. 73

A Judice non faciente quod ejus potestati relinquitur, non licet appellare, ibid. n. 75

Judex non potest esse subrogatus, qui principaliter non potest esse, p. 223. n. 146.

A Judice denegante audientiam in agendo à jure denegatam appellatio non admittitur, p. 228. n. 28

A Judice repellente allegantem turpitudinem suam non admittitur appellatio, p. 231. n. 62

A Judice dante se pro inhibito virtute inhibitionis legitimæ appellationi non esse deferendum, Senatus decernit, p. 253. n. 50

A Judice dante se pro inhibito vigore inhibitionis nullæ, & non canonicæ, appellationi vel defertur, vel tertium genus datur, ibid. n. 51

A Judice conquiescere debente, & procedente ad ulteriora, licita est appellatio, p. 255. n. 75

A Judice procedente post oppositam declinatoriam appellari libet, ibid. n. 76

Judex quilibet an possit cognoscere; an sua sit jurisdictio, & an queat ab alio inhiberi, ibid n. 80

A duobus Judicibus se invicem inhibentibus appellationi emissæ per utramque partem, quis non deferens vim faciat, p. 256 n. 88

Judex quilibet etiam delegatus cognoscit, an sua sit jurisdictio, p. 257. n. 95

Judicis partes assumet judex in extrajudicialibus, si commissio faciat mentionem dictionis (lis) quæ verificatur in judicialibus, & lite contestata, p. 275. n. 44

Judicis partes assumere tenetur executor sive dispensationum, sive gratiarum, si contineant clausulam (vocatis vocandis) vel quod citetur aliquis, ibid. n. 48

Judicis partes tenetur assumere executor, si mandatur procedere cum causæ cognitione, p. 276. n 55

Judicis partes tenetur Judex assumere in provisione beneficii

beneficii,ſi compareat legitimus contradictor opponens legitimas exceptiones, qui judicialiter audiri debet, p. 276. n. 57
Judex qui potuit procedere ſummariè ſi procedit ordinarie, valet proceſſus, p. 282. n. 112
A Judice procedente extrajudicialiter, cùm debeat procedere judicialiter, vel ab ipſa ſimul utraque via procedente, appellationi deferendum eſt, p. 284. n. 136
A Judice procedente judicialiter, & extrajudicialiter ſimul (in caſu quo ſic procedere queit) appellationi emiſſæ an ſit deferendum, p. 285 n. 139. 140. & 141.
In his, quæ voluntariæ ſunt juriſdictionis Judici permittitur innovare, p. 302. n. 28
Judicem ordinarium Eccleſiaſticum eſt quibus rationibus dici, p. 322. n. 6
Judex habens juriſdictionem, ſed ex omnimodo incompetens in aliquo caſu, ſi ſe expreſsè declarat competentem, ſententia tranſit in rem judicatam, ſi non appelletur, & proceſſus tenet, p. 327. n. 23
Idem ſi citatus nihil oppoſuit, quia de cætero non poteſt de incompetentia tractari, p 327 n. 24
Judex delegatus prout ordinarius cognoſcit de articulo an ſua ſit juriſdictio, p. 327 328. n. 25
Judicis officium cùm concurrit cum actione, quando per illud uberiùs conſulitur agenti, atque aliquid addatur actioni, p 337. n. 42
Judicem incompetentem legitimum facit, ibid. multoties alterat non ſolùm præcepta humana, ſed etiam divina, p. 340. n. 7
Judex debet eſſe certus de ſua juriſdictione, p. 352. n 22
Judex ad quem appellatum eſt in proviſione Parochialis ob aliquam legitimam cauſam anteaquam ordinarius providerit, vel tradiderit poſſeſſionem, aut tulerit ſententiam, declarans bene appellatum, ac prævio concurſu digniorem eligat, poterit huic poſſeſſionem vacantem tradere, p 359. 360. n. 31
Judex appellationis in beneficio curato vacante dicitur primus Judex, & loco ordinarii ſubrogatus cujus jure uti licet, p. 360. n. 36
Judex appellationis ſuccedit in locum prioris judicis, ibid. n. 40
Judex appellationis poteſt facere ea omnia, quæ poterat primus Judex, ibid. n. 41
Judicis officio pertinet reformare, quæ dolo aut malitia geſta ſunt à parte lite pendente, p. 375. n 72
Judex ex officio poteſt repellere calumnioſas exceptiones ad intricandum & procraſtinandum judicium oppoſitas, ibid. n. 73
Judex in declaratoria privationis ipſo jure nihil novi agit, ſed actum in præteritum oſtendit, p 382. n 70
Judices Eccleſiaſtici liberè poſſunt punire ſuos officiales laicos delinquentes in officiorum adminiſtratione, p. 386. n. 11
Judex non debet arbitrari in his, quæ ſunt à jure determinata, p. 398. n. 61
Judex ſecularis poteſt cognoſcere, & terminare ſuper donatione juris patronatus facta à laico, & ad illius implementum donationem compellere p. 429 n 195
Judex ſecularis poteſt compellere promittentem donare jus patronatus, ut contractum adimpleat, ibid. n. 196
Judex ſecularis poterit cognoſcere de qualitatibus inhærentibus ipſi donationi juris patronatus, ibid. n. 196
Ab Eccleſiaſtico judice recuſante impartiri ſuum brachium imploratum à judice ſeculari, appellari poteſt ad ſuperiorem, ut illum compellat, p. 431. n. 220
Judex appellationis ſuccedit primo judici tanquam confirmator vel informator, p. 439. n. 9
Judex ſubrogatus repræſentat primum, & ejus poteſtatem, ibid. n. 10
Judex ſuperior poteſt facere, quæ poterat inferior, ibid. n. 11
Judex in arbitrariis argui non poteſt, quia tunc Deum judicem rei hujus cognitorem habet, p. 458. n. 30
A Judice cujus arbitrio aliquid relinquitur, non licet appellari in parvis & levibus, ſecus in gravibus, in quibus quis enormiter læſus eſt, ibid. n. 31
A Judice habente liberum arbitrium, ſeu abſolutum à lege, ſeu ſtatuto, vel homine, non licet appellari, p. 459 n. 33
A Judice cujus conſcientiæ aliquid terminandum, ſeu faciendum committitur appellationi emiſſæ non defertur, ibid. n. 36
A Judice, cujus conſcientiæ aliquid committitur, appellatio eſt prohibita quoad ſuſpenſivum effectum dumtaxat, ibid. n. 38
Citare aliquem non debet Judex, cujus conſcientiæ aliquid judicandum eſt commiſſum, ibid. n. 44
A Judice, cujus facultati & poteſtati aliquid faciendum relinquitur non licet appellari, p. 459. 460. n. 49
Judex ſi ex ſtatuto poteſt aliquem carceratum ſub fidejuſſoribus relaxare, ſi non fecerit, non appellatur, p. 460. n. 50. Declara ut ibid.
A Judice facultatem diſpenſandi habente, & id negante, non licet appellare, ibid. n. 51
A Judice denegante id quod facere poteſt ex ſuo mero officio appellari non valet, ibid. n. 55
A Judice non ſupplente de facto cùm poteſt, nec lædit, nec licet appellare, ibid. n 56
Officio Judicis mercenario quod poteſt exercere motu proprio, quando aliquid committitur, ab illud negante non appellatur, ibid. n. 57
A Judice negante id cujus facultati relinquitur, non appellatur, ſecus quando concedit, ſed ex eo pars lædatur, quia tunc appellatur, p. 460. 461. n. 62
Judex cujus facultati & voluntati aliquid committitur, ſicut cogi non poteſt per ſuperiorem, ita nec appellatur ab illo, p. 461. n. 63
A Judice faciente quod facere, præcisè cogi & compelli poterit, non appellatur, ibid. n. 63
A Judice obtemperante literas requiſitorias, & permittente executionem, cum illis obtemperare teneatur, non appellatur, ibid. n. 65
A Judice nolente adimplere juſtas requiſitorias, cùm poſſit per ſuperiorem compelli, poteſt appellari, ibid. n. 66
A Judicis tarditate in miniſtrando juſtitiam, vel illam negante licet appellare, ibid. n. 69
Judex negligens à quo appellatum eſt, non poteſt revocando gravamen reaſſumere juriſdictionem, ibid. n. 71
Ob negligentiam, & tarditatem Judicis ſuperior adiri poteſt per viam querelæ, ibid. n 72
Judex deferens appellationi minimè deferendæ abdicat à ſe omnem juriſdictionem, & ultra validè nequit procedere, p. 462. n. 81
Judex non deferens appellationi legitimæ virtute regii decreti, aut aliàs in proxima eſt cauſa attentandi, & vim inferendi, ibid. n. 74
Judex ſi à denegante admittendam meam probationem, vel inſtrumenta non admittatur appellatio virtute decreti regii; poterit ad ſententiam diffinitivam procedere, ibid. n 85
Judici exequenti violentiam in criminalibus poteſt licitè per vicinos, & conſanguineos condemnati reſiſti, p. 464. n. 5
Etiam in delictis enormibus, & atrociſſimis, in quibus ſpecialiter non eſt prohibita appellatio, ibid. n. 6
Et etiam in crimine læſæ majeſtatis, magis communiter reſolvitur cum declarationibus, reſtrictivè, ibid. n. 7
Judex à quo inhibitus, non poteſt ſententiam notorii exequi, p. 464
Judex Eccleſiaſticus vim non facit exequi capitula ſeparata ſententiæ, à quibus pars contra quam lata fuere non appellavit, cùm tranſeat in rem judicatam, p. 470. n. 13

Index Rerum,

Judex inhibitus poteſt ea facere,quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis , p. 480. n. 43

A Judice rejiciente petitionem ejus cui denegat audientiam, appellationi interpoſitæ non deferendum p. 481. n 16

Judex ſecularis juſtè denegat ſuum auxilium petitum ab Eccleſiaſtico pro executione ſententiæ quam per legitimam appellationem comperit eſſe ſuſpenſam, quam nolit admittere , p. 482. n 34

Judex poteſt pendente appellatione ab interlocutoria mere procedere ante inhibitionem , p.486 n.6

Judex appellatione pendente ab interlocutoria habente damnum irreparabile.vel præjudicium , cauſæ principali ſuperſedere tenetur , p. 486. n. 7

Judex non poteſt ſemel à ſe abdicatam juriſdictionem per delationem reaſſumere , p. 487. n. 11

Judex non poteſt ſemel à ſe abdicatam juriſdictionem per delationem reaſſumere , etiam de conſenſu partium , ibid. n. 12. contrarium , p. 490 n. 57

Etiamſi Judex detulerit ſive expreſsè,ſive tacitè,p.487. num. 13

Deferre appellationi tacitè cenſetur Judex , quando concedit apoſtolos reverentiales , ſeu remiſſoriales, ibid. n. 14

Judex à quo etiam poſt delationem poteſt præfigere terminum appellanti ad proſequendum ſive incontinenti , ſive ex intervallo , ibid. n. 19

Judex non poteſt revocare interlocutoriam, qua ejus finitur juriſdictio,nec illam ulteriùs poteſt reaſſumere, p. 488 4 9. n. 40

Quando procedit in Judice delegato declarante ſe Judicem incompetentem , ibid. n. 41

Judex ordinarius poteſt revocare interlocutoriam , per quam ejus finitur juriſdictio,& de ratione,ibid.n.42

Judices ordinarii pares aut diſpares uno deferente an alter poſſit procedere , p. 490. n. 66

Judex delegatus tenetur expreſsè declarare ſuper deſertione ante executionem , p. 491. n. 81

Judex poteſt cauſativè declarare ſuper deſertione, cùm declarat expediendo executoriales , ibid. n. 82

Judici à quo, an Judici ad quem pertineat rem judicatam exequi,& executoriales expedire, p.492.n.104, remiſſivè.

Judex cautus ſit, non pronunciare ſuper ſententia exequendo, ſed directo committas executionem executori , ut appellatio eviteur , p. 501. n. 91

Judices non debent recedere à verbis reſcriptorum, p. 515. n. 40

Judex delegatus non poteſt interpretari reſcriptum,niſi quatenus ejus verba patiuntur , ibid. n. 41

Judicis iniquitas inter procedendum quando arguitur, ex inſpectione proceſſus detegitur , p. 522. n. 168

Judex ad quem ab exceſſu eſt appellatum,non poteſt ſe intromittere ſuper cauſa principali executionis , ſed an ſit exceſſus , vel non , p. 524. n. 209

A Judice requiſito excedente in executione ad quem ſit,recurrendum & appellandum,p.528.n.7.remiſſivè.

Judices ordinarij non debent permittere executoribus Principi extra modum exequi & Vaſſallos cedere, p 528. n 15

Judex inordinatè procedens & extrajudicialiter , facit injuriam , & ut privatus convenitur , p. 529. n. 23

Quod obtinet in Judice incompetente procedente etiam ſervato juris ordine , ibid. n. 24

Et etiam competens nulliter non procedat , ibid. n. 25

Judex ſuperior de exceſſu executionis cognoſcens ſive per viam querelæ , ſive appellationis , non poteſt ſe intromittere in negotio principali,ſeu an ſit exceſſus, vel non , dum taxat , ibid. n. 33

Judex ſuperior cogniturus de appellatione à nullitate ſententiæ,non poteſt cognoſcere de juſtitia aut injuſtitia ipſius ſententiæ , ibid. n. 35

A cujus Judicis facto appellatur eſt attendendum , ut ſciatur quis Judex pro repoſitione exceſſus & gravaminis ſit adeundus , p. 530. n. 41

A Judice qui ſententiam tulit exequente ſi appellatur, erit recurrendum ad ipſius ſuperiorem , ibid. n. 42

Quod procedit quando appellatur ſpecificè à facto Judicis committentis, non ſimpliciter à facto executoris & nuntii , ibid. n. 45

Si appellatur à Judice requiſito exequente pro gravamine exceſſus requirentis,non ad iſtum,ſed ejus ſuperiorem erit recurrendum , ibid. n. 46

Judex requiſitus præſtando auxilium facti petiti pro executione , non eſt qui gravat,& ſic ad ſuperiorem requirentis erit appellandum , ibid.num.47.redditur mxeeplum.

A Judice requiſito pro executione ſententiæ excedente mandatum,an ad requirentem vel ſuperiorem requiſiti ſit ab exceſſu appellandum , p 531. n. 49

A Judice requiſito exequente jure proprio gravante appellatur ad illius ſuperiorem , ibid. n. 50

Judex requiſitus pro executione ſententiæ à Judice alterius territorii latæ dicitur delegatus & executor', & ad requirentem appellatur ab ejus exceſſu, ibid.n.51

A Judice Eccleſiaſtico cujus officium imploratur pro executione lata à ſæculari , ad quem appellandum, ibid. n. 52

Judex quilibet ſive ordinarius, ſive delegatus,cognoſcit an ſua ſit juriſdictio . p 543. n. 27

Judex ſicut appellatione pendente & ejus termino non poteſt exequi,ita nec executionem committere,cujus defectus eſt particeps executor , p. 545. n 50

Judex vim facit non deferens appellationi à commiſſione executionis ſententiæ ſuſpenſæ per legitimam appellationem , ibid. n. 55

Judex requiſitus an excedat non exequendo juxta ſtatutum judicis requirentis , p 546.remiſſivè.

Judex requiſitusre integra mortuo vel aliter finito officio requirentis., an poſſit nihilominus executionem facere , p. 546. n. 66

Judex ſucceſſor tenetur adimplere & exequi mandatum directum ſuo prædeceſſori , ibid. n. 69

Judex requiſitus an poſſit cognoſcere de dominio aut poſſeſſione rei ſuper qua exceptio eſt facienda,ib.n.73

Judex requiſitus ad exequendum, dicitur nudus & merus executo , ibid. n. 74

Judex requiſitus pro executione ſententiæ quas exceptiones admittat , p. 553. n. 41

Judex requiſitus pro executione executorialium dicitur merus executor , ibid. n 42

Judex requiſitus pro executione cognoſcit de omnibus exceptionibus modificativis, ſi coram judice cognitæ non ſint , ibid n. 43

Judex requiſitus poteſt de dominio rei ſuper qua eſt facienda executio,cognoſcere etiamſi ſit merus,ib.n 44

Judex ordinarius qui in defectum juriſdictionis arbitri ferentis ſententiam exequitur, dicitur mixtus executor , quia omnes exceptiones admittit & cognoſcit, ibid. n. 45

Judex rejiciens probationem incontinenti oblatam, oſtendit ſuam iniquitatem contra opponentem exceptionem, cujus malitiæ præſumptio purgatur ex eo, p. 554. n. 57

Judex cùm non poſſideat per actum nullum,non transfert poſſeſſionem , licèt habeat animum transferendi , p 576. n. 107

Judicis factum dicitur factum partis & quando,ib.n.109

Judicis menti magis quàm cortici verborum eſt inhærendum , p. 606. n. 112

Judex declarans actorem verum rei dominum,neceſſariò ſupponit à reo reſtituendum , p. 608.n.138

Judex reſervans ſibi taxare expenſas, non poteſt taxare damna , p. 620. n. 53

Et

Et quid in contractibus an appellatione expenſarum veniunt damna, p. 620. n. 54
Judex ſi ponit manus ad connexa mandati, non dicitur excedere ejus fines, p. 624. n. 114
Judices curent ut ſi certam quantitatem ex proceſſu deduxerint, exprimant in ſententia ne liquidationem committant executoribus, quo evitabitur magnum diſpendium partibus, p. 625 n 35
Judex an poſſit condemnare reum ad uſuras decurrendas poſt ſententiam ob moram debitoris, pag. 629. n. 10
Judex delegatus ſubrogatus loco alterius delegati poteſt ſententiam prædeceſſoris intepretari ex verosimilibus conjecturis, apparentibus ex actis & proceſſu, non tamen ex mera voluntate, pagina 636. num. 9
Interpretari ſuam ſententiam non omnes Judices ordinarii poſſunt, ibid. n. 15
Judex poteſt condemnare ad pecuniam debitam cum intereſſe lucri ceſſantis, putà hodie ad rationem vigeſimæ pendendæ, quandiu ſolutio ſatis differatur, p. 639. n. 27
Judex non poteſt alterare & mutare ſententiam, aut ejus ſubſtantiam, p. 644. n. 115
Judex ſecularis licèt non poſſit directò clericum coram ſe litigantem compellere ad compromittendum, poteſt tamen cauſative denegando illi audientiam, p. 656. n 32
Judex laicus competens eſt facto rei ſpirituali incidenti, p. 658. n. 7
Judex laicus à ſe capto opponente eſſe clericum cognoſcit ad effectum ut nullatenus differatur remiſſio, & de ratione, ibid n. 80
Judex ſecularis poteſt cogere clericum ut ſibi oſtendat ea, quæ eſt allegaturus coram Eccleſiaſtico, ut videat an ſint concludentia, aliàs procedit, ibidem num. 81
Judex ſecularis eligens clericum ut depoſitarium, poteſt, & ipſe cognoſcere ut depoſitum reſtituatur, p. 659 n. 90
Judex ſecularis clericum deputans ſequeſtrum, cognoſcit de ipſo reſtituendo, ibid. n. 91
Sed executio per quem Judicem ſit facienda actualis, Martæ opinio refertur, ibid. reſolvitur, pag. 660. n. 105
Judicem ſecularem caſibus quibus poteſt contra clericum ferre ſententiam, eam non poſſe exequi, ſed Eccleſiaſticum ad ejus inſtantiam, qui teneant, p. 659 n. 92
Judicem laicum poſſe ſententiam à ſe latam contra clericum caſibus quibus cognitio jure pertinet, vel aliter ſententia ex natura cauſæ nocet clerico realiter in ejus bona exequi, ut verior opinio reſolvitur, ibid. n. 96
Judici ſeculari, eadem ratione qua ſibi cauſæ cognitio in clericum pertinet, ita etiam executio in temporalibus, bid. n. 97
Judex Eccleſiaſticus caſu quo de laico cognoſcere poteſt, exequi tamen non poteſt in illius bonis temporalibus, p. 660. n 99
Judex laicum clericum à ſe depoſitarium, ſeu ſequeſtrarium electum, poteſt compellere captis pignoribus ad reſtitutionem depoſiti & ſequeſtri, ibidem, n. 105
Judex ſecularis magis dicitur judex cauſæ quàm clerici quando poſt delictum fraudulenter ſuſcipit ordines, p. 661. n 121
Judex Eccleſiaſticus non poteſt exhibere executori laico exequenti clericum in temporalibus, in caſibus quibus ſententia à ſeculari lata virtualiter & ex natura cauſæ aliterve præjudicat clerico, pagina 662. n. 130
Judex Eccleſiaſticus inhibere poterit executori laico, exequenti contra clericum ſententiam per laicum latam clerico tertio nullatenus præjudicantem, ibid. n. 131
Judex ſecularis inhiberi tunc poteſt, quando contra clericum nequit procedere, p. 662. n. 132
Judex ſuperior de appellatione ſub exceſſu cognoſcens non poteſt ſe intromittere in totius executionis revocatione, cujus cognitio ad eum non eſt devoluta, ſed exceſſus dumtaxat, p. 666. n. 211
Judex delegatus poſtquam ſententiam tulit, & ſimul fuit executus, ejus expirat jurisdictio, pagina 668. n. 228
A judice juſſus ut domum exeat, ſi ſemel exivit, & iterum redeat, non videtur exiiſſe, ibidem numero 238

Judicium.

Privilegiatum Judicium, & ſui natura inappellabile, aut executivum in dies alteratur & variatur ex modo proponendi, aut proſequendi, & efficitur appellabile, & è converſo, p 62. n. 116
In quocumque Judicio etiam ſummario, requiritur plena probatio, p. 147. n. 132
Judicium non debet eſſe in pendenti, pagina 161. numero 10
Judicium non conſtat ex duobus reis tantùm ſine actore, p. 230 n. 53
Judex an vim faciat cognoſcens de nuntiatione novi operis, quod Clericus nunciavit, ibid. n. 54
Et quid de milite vel alio privilegiato nuntiante, ibid. n. 55
Judicialiter proceditur in proviſione beneficii, vel ex voluntate collatoris, vel ex juris neceſſitate, prout natura negotii poſtulat, pagina 274. numero 35. & ſeq.
Judicium mutare in majorem cauſæ cognitionem parte non contradicente, nullam cauſat nullitatem, ſecus ſi in minorem, ibid. n. 38
Judicis partes aſſumere in proviſione beneficii, quibus caſibus judex ex neceſſitate tenetur juris, ibid. n. 39
Judicis partes aſſumere tenetur judex in proviſione beneficii quando commiſſio aut diſpoſitio utitur verbo (judicium) quod in judicialibus, non in extrajudicialibus verificatur, ibid. n. 40
Judicialiter fuiſſe factam proviſionem, cognoſcitur, quando adeſt concurſus oppoſitorum formantium inter ſe contradictionem, p. 278 n. 78
Judicialiter tunc in proviſione proceſſiſſe cognoſcitur, quando collator fecit actum, qui à privato fieri non poteſt, ſed à judice tanquam judice, pagina 279. numero 86
Judicialis actus eſt interloqui, non extrajudicialis, p. 280. n. 89
Æquitas in Judicio ſemper eſt ſervanda, pagina 359. num. 18
In Judicio poſſeſſorio, quo fit condemnatio ad intereſſe ob non facultatem rei reſtituendæ, admittitur appellatio, p. 652. n. 87
In Judiciis, privilegiis, & ſimilibus quod non reperitur expreſsè conceſſum, cenſetur prohibitum, p 523. n. 173
In Judicio ſummario agitur an debeatur, in executivo quomodo ſolvatur, p 533 n. 3
Judicium cujus ſententia exequitur non obſtante appellatione non dicitur executivum, ibid n 5
In quolibet Judicio ubi erit aut perſonæ datur mutatio, nova citatio præciſa eſt, etiam ſi omnes neceſſariæ præceſſerint, p. 534 n. 10
Judicium agitatum cum Monacho conſtituto procuratore ſine licentia ſuperioris, non oppoſita exceptione an nullum, p. 538. n. 130

Index Rerum,

Non citatus non eſt Judicio ſubjectus, nec tanquam pars, nec tanquam adhærens, & ita non videtur ratificare cauſam, p. 569. n. 20

Judicari actio denegatur contra tutorem, aut curatorem, p 580. n. 162

Judicium fundatum in principali de præſenti, poteſt extendi ad acceſſorium de futuro, prout in fructibus decurrendis, p. 630. n. 29

Juramentum.

Juramentum in litem quando, & quomodo, in quibus caſibus locum habeat, remiſſivè, p. 149. n. 163

A Juramenti in litem delatione an liceat appellare, ibid. & affirmativa proponitur, ibid. n. 164

A delatione Juramenti delati parti de utriuſque conſenſu an liceat appellare, ibid. n. 165

A Juramenti delationis negatione cùm in locum ſuccedat probationis legitimè appellatur, pag. 150. numero 169

A Juramento calumniæ delatione non appellatur, ibid. n. 170

A Juramento de calumnia præſtando non appellatur, p. 234. n. 95

Juramentum calumniæ recuſans appellat à ſententia diffinitiva, p. 234. n. 96

Juramentum de calumnia eſt actus judicialis, non extrajudicialis, p 286. n. 149

Juramentum de quo in c. ut circa, de electio. in 6. debet eſſe corporale tactu Evangeliorum, non aliter, p. 295. n. 238

Aliàs nullum erit Juramentum, ibid. n. 239

Juramentum per tactum Evangeliorum non requiritur de conſuetudine, ſe ſufficit tactus cujuſvis libri, vel tabulæ, ibid. n. 240

Quæ conſuetudo procedit, quando jus requirit Juramentum corporale, ſecus quando ſpecialiter diſponit ſuper tactu Evangeliorum, ibid. n. 241

Juramentum juxta cap. ut circa, de electio. lib. 6. requiritur, quando objicitur, & appellatur in proviſione extrajudiciali, non tamen à judiciali, ibid numero 243

Juramentum & forma cap. ut circa, non requiritur quando objectus & crimina oppoſita ſunt notoria, vel opponenti non incumbit onus probandi, ibid. n. 244

Juramentum ſub cujus forma & præſtatione lata fuit ſententia, poteſt recipi appellatione pendente, ne ſcilicet probatio pereat, p. 339. ibid.

Juramento ſibi oblatum licitè recuſat pars, quæ bene probavit, p. 375. n. 67

Juriſdictio.

Juriſdictio temporalis ante adventum Domini noſtri Jesus Christi, ſummámque Clavium poteſtatem traditam Pontifici; vigebat in Regibus immediatè data à Deo, p. 11. n. 48. mediante populo & cauſativè, ibid.

Juriſdictio ſuprema adhæret formaliter dominio Regiæ majeſtatis, & viſceribus intrinſecis regiminis, p. 57. n. 39

Juriſdictione conceſſa, conceſſa cenſentur omnia; ſine quibus exerceri non poteſt, p. 73. n. 292

Juriſdictio neceſſaria non eſt ad effectum reponendi attentata, p. 94. n. 11

Juriſdictio non requiritur ad revocandum ea, quæ de facto fiunt à judice, ibid. n 17

Juriſdictio eſt anima inhibitionis, & ſine ea inhibitio prolata eſt nulla, & minus canonicè expedita, p. 110. num. 75

Juriſdictionis ad ſuſpenſionem nullus actus fortior appellatione, p. 121. n. 18

Juriſdictionis exercitium, ut attribuatur, ſatis eſt qualitatem libello deducere, licèt de ea queat dubitari, p. 173. n. 45

Juriſdictionis defectus exceptio non cenſetur excluſa à diſpoſitione prohibente omnes exceptiones, pag 27. num 57

Juriſdictio dilata non dicitur oblata, pagina 251. numero 33

Juriſdictionis defectus aliis major reputatur, pag. 255. num. 71

Juriſdictionem ſupponit interlocutoria, pag. 280. numero 90

Juriſdictionis defectus inſanabilis, præſtat cauſam appellandi, p 322. n. 4

Juriſdictio prorogata & augmentata non eſt diverſa à prima, ſed eadem extenſa, & de utraque idem eſt judicium, p. 344. n. 228

Juriſdictionis defectus probatur ex inſpectione proceſſus, p. 395. n. 27

Juriſdictionis tam delegatæ quàm ordinariæ defectus inſanabilis nullitas eſt, & ejus materia, remiſſivè, p. 408. n. 211

Juriſdictio Regia licèt ultra immemorialem præſcribi non poſſit; tamen contra privatum, cui illam rex donavit ex privilegio, tempore ordinario præſcribitur, p. 435. n. 294

Juriſdictio non eſt ſuſpenſa quoad ea, quæ non ſunt in appellatione deducta, nec quoad perſonas in ea non comprehenſas, p. 470. n. 11

Quo caſu interim geſta non dicuntur attentata, ibidem.

Juriſdictio ordinarii an ſit per commiſſionem executionis ſuperiùs noviter delegata, aut excitata, multum intereſt, quoad exceſſum, p. 510. n. 107

Avocata Juriſdictione à delegante, intelligitur ſublata ab ejus delegato compulſore in partibus, pag. 544. num. 39

Juriſdictionem ac poteſtatem nullus delegatus recipit ante literarum præſentationem & intimationem, ibid. n. 43

Jus, Juſpatronatus.

Juris Canonici decreta diſponunt, ut cauſæ clericorum, ſuper rebus ſuis temporalibus & ſpiritualibus, ad ſeculares judices non trahantur, pagina 8. numero 33

Jus naturale dictat, ne alicui judicio, & extrajudicium vis fiat, p. 17. n. 80

Concurrentibus ex uno Jure poſitivo, & ex altero jure naturali & divino; prævalent jus divinum & naturale, tanquam potentius, p 18. ibid.

Ad ea quæ frequentiùs accidunt, Jura adaptantur, p. 98. num. 20

Aliud eſt acquirere Jus, aliud acquiſitum conſervare, p. 23. n. 120

Jura prohibentia laicis ne de clericis cognoſcant, loquuntur de cognitione judiciali, non de extrajudiciali, p. 45 n. 301

Jura loquentia de tollenda conſuetudine in cognitione clericorum per laicos introducta, loquuntur de cognitione judiciali, & de præſcribenda juriſdictione, ibid. n. 305

Jura duo ubi competunt, uno ſublato actus alio ſuſtinetur, p. 48. n. 350

Jura plura in uno concurrentia uno ſublato, cætera cum eo non confunduntur, ibid. n 351

Jura, & Rotæ deciſiones in contrariam partem moventes referuntur, p. 57. n. 48

Jura prohibentia clericum recurrere ad judicia ſecularia intelliguntur, ut cognoſcat de meritis cauſæ cum juriſdictione, non tamen pro tollenda violentia extrajudicialiter, p. 58. n. 59

Jus ſuperveniens lite pendente an profit, remiſſivè, p. 59. n 79

In regno Aragonum Juris firmia denegatur in cauſis tangentibus ſancto officio, p. 86. n. 6

In

Jus non fingit, quod sibi ipsi contrarium est, pag. 161. num. 36
Jus idem est in actu conficiendo, quod in destruendo, p. 289. n. 241
Jura adaptantur ad ea, quæ frequentiùs accident, p. 210. num. 88
Jus omne potentiùs operatur in causa, quàm in causato, p. 263. n. 10. & 11
Jus quæsitum faciliùs amittitur, quàm jus quærendum, ibid. n. 19
A Confirmatione donationis aut concessionis Juris patronatus, appellationi non deferens ordinarius; an vim faciat, p. 303. n. 39
Juris patronatus donationis si ordinarius non præstet assensum, potest per superiorem ad id compelli, p. 304. n. 40
Ab eo licet tunc appellare, ibid. n. 41
Confirmatio donationis Juris patronatus recipit appellationem, si fiat cum legitimo contradictore, ibidem n. 42
Juris resistentia efficax est ad prohibendam appellationem, p. 514. n. 7
Jus potentiùs operatur in causa, quàm in causato, ibid. n. 32
Juris executio non gravat, p. 371. n. 13
Jus & injuria opponuntur invicem, quia jus neminem gravat, p. 373. n. 31
Juris executio jure non facit injuriam, pagina 352. numero 32
Juris præsumptio & de jure condemnato repugnans, non erit in appellatione audiendus, pagina 375. numero 82
Condemnatus præsumptione Juris & de jure, dicitur convictus & confessus, ac ideo nullo modo auditur appellans, ibid. n. 83
Juris præsumptio & de jure non recipit probationem in contrarium, ibid. n. 84
Juris præsumptio & de jure ubi recipit probationem in contrarium admittit etiam tunc appellationem, p. 376
Juris præsumptio & de jure, in quibus casibus admittat probationem in contrarium, & quales sint præsumptiones juris; & de jure, ibidem numero 86. remissivè
Juris præsumptione tantùm condemnatus non prohiberur appellare, ibid. n. 87
Plurima Jura canonica ad idem expressa explanantur, ibidem, appellationem non esse admittendam à judice, cujus facultati, seu libero arbitrio aliquid de jure committitur, omnium receptissima est sententia, p. 379. n. 23
Jura loquentia de privatione beneficii vacantis per adeptionem secundi incompatibilis juxta verba, quibus utuntur, respiciunt executionem & possessionis avocationem, prout est verbum (illico, absque moræ dispendio, &c.) & quæ ea sint jura plura explanantur, p. 380. n. 36
Jus præcipiens fieri executionem contractuum, non intelligitur de nullis & invalidis, cujus exceptio executionem rectè impedit, p. 394. n. 21
Jus patronatus Ecclesiasticum ex quibus acquiratur, p. 400. n. 100
Jus patronatus Ecclesiasticum ut dignius, trahit ad se seculare, ut minus dignum, & pars Clerici trahit ad se partem laici, p. 401. n. 111
In Jure patronatus mixto ubi non concurrit Ecclesiæ favor, sed patroni dumtaxat, tunc qualitas laicalis prævalet Ecclesiasticæ, ibid. n. 112
Jus patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus, ibid. n. 114. & n. 127
Juri patronatus quando derogetur, pag 401 num. 115. remissivè.
Jus patronatus competens pluribus ut singulis, aut pluribus ut universis, quomodo consideretur respectu vocum pluralitatis, p. 403 n. 141. remissivè.
Fundamenta specialissima multa urgent, quæ Jus regium patronatus conservant præscriptionémque ipsius beneficii impediunt, atque quasi possessionem inficiunt, p. 417. n. 9
Juris patronatus regalis administratio, & cognitio non pertinet ad officiales Regis, sed ad ipsum dumtaxat, ideo scientia officialium Regi nocere non potest in ejus juris patronatus præscriptione, pag. 418. num. 22
Juris Regii patronatus beneficium cum ignoret illius qualitatem, providet Summus Pontifex ex capite ampliissimæ potestatis, p. 419. n. 32
Ad Juris patronatus regii præscriptionem in utroque principe spirituali, & temporali deficit intentio præscribendi & scientia, & beneficium esse juris patronatus regii, nec de eo fit in supplicationibus mentio, ibid.
Jus patronatus non admittitur per non usum, ibidem num. 30
Jure devoluto providens non officit patrono, nisi pro illa vice dumtaxat, ibid. n. 41
Jus universale prætendens in aliqua diœcesi probatis actibus particularibus aliquorum locorum, an manu teneatur in tota diœcesi, p. 424 n. 131
Jus reale exigendi luctuosam ubi præscribitur, comprehendit omnes personas territorii, quibus jus illud appellari potest, ibid. n. 121
Jus quærendum faciliùs tollitur quàm jus quæsitum, p. 425 n. 229
Ex Jure patronatus universali conservato in parte privilegii, retinetur jus in toto, & ad beneficia consistorialia noviter reperta discooperta extensio fit, ibid. n. 143
In Jure Regio patronatus non currit præscriptio, imò in Camera Lusitana plura beneficia oblata esse recuperata dicit Cenedus, ibid. n. 147
Jus patronatus Regium est Coronæ incorporatum, ac de regalibus, ac ideo nisi per immemoriale tempus acquiri potest, ibid. n. 148
In jure Regio patronatus beneficiorum consistorialium non potest dari immemoriale à tempore indultorum ibid. n. 149
Juris patronatus annexi majoratus Hispaniæ quasi possessio acquiritur successori, ministerio legis Regiæ, etiam sine apprehensione actuali, p. 426. n. 156
Juris patronatus quasi possessio non transfertur in tertium occupantem majoratum, ibid. n. 157
Jus Regium patronatus quando apparere dicetur, p. 427 n. 164
De Jure Regio patronatus si constat tempore Regiæ præsentationis, ut dictum est, & ordinarius aliter conferat beneficium, provisio erit nulla, & appellationi esse deferendum, declarabitur in tribunali Regio, ibid. n. 172
Jus Regium patronatus non tractatur coram ordinario, sed in Consilio supremo Cameræ, ibid. n. 174
Juris Regii patronatus cognitio tam super possessione, quàm super proprietate, cui pertinet, pag. 428. numero 188
Juris patronatus tanquam spiritualibus annexi judici Ecclesiastico spectat cognitio, ibid. n. 89
Regii Juris patronatus controversia tractatur coram Rege & ejus consilio Cameræ specialissima ratione, p. 429. n. 190
Quod non solùm usus Hispaniæ recipit, sed & Regni Galliæ, Angliæ, Hungariæ, & Apuliæ ibid. n. 191
Jus patronatus Regiæ Coronæ Hispaniæ quibus rationibus Regibus competat, recensetur lex partitæ, p 431. n. 224

Index Rerum,

Regium juſpatronatus dicitur jus regale, & inter cætera Principis regalia computatur, pagina 431. numero 226

Regium eligendi jus variatum fuit, quia nuntiata Regi morte Prælati eligendi probatur licentia per Capitulares Eccleſiæ, quorum electio Regi præſentabatur, ibid. n. 229

Juſpatronatus in antiquis ex quibus conjecturis & præſumptionibus probetur, remiſſivè, p. 434. n. 266

Juſpatronatus antiquum probatur ex Epitaphiis & literis deſcriptis in lapidibus antiquis, ibidem, numero 275

Juſpatronatus antiquum probatur ex antiquis annalibus, ibid. n. 279

Regium juſpatronatus donatum à Rege alicui perſonæ, ſeu Eccleſiæ an retineat naturam regii patronatus, p. 435. n. 288

Juſpatronatus abſolutè donatum primæva natura variata regulatur juxta naturam donatarii, ibidem numero 289

Juſpatronatus origine laicali ſi aliquo titulo in Eccleſiam aut Eccleſiaſticam perſonam ſit tranſlatum; efficitur Eccleſiaſticum, ibid. n. 290

Jus regium patronatus donatum non abſolutè ſed in feudum, cùm ſcilicet adhæret caſtro aut villæ infeudatæ; retinet naturam regii patronatus, ibidem n. 296

Juſpatronatus an & quando in feudum vel emphyteuſim concedi poſſit, vide remiſſivè, ibid. n. 296

Regium juriſpatronatus donatum Eccleſiæ efficitur Eccleſiaſticum, ibid. n. 299

Juſpatronatus alicujus comitatus annexi Epiſcopatui, eſt Eccleſiaſticum, & de ratione, ibid. n. 300

Juſpatronatus ſpectans ad prioratum erit Eccleſiaſticum, ibid. n. 302

Et etiam ſi prioratus ſit Juriſpatronatus laici, ubi legitima redditur ratio, ibid. n. 303

Juris Regii patronatus beneficio in alium ſtatum erecto, an Juſpatronatus retineatur, vel amittatur, p. 436. n. 306

Jure devoluto proviſio facienda eſt cum cauſæ cognitione, an lis finita ſit intra tempus, an ſcientia habita fuiſſet vacationis, & à quo tempore, & alia diſcutienda, ex quibus cauſatur devolutio, pag 440. num. 33

Jure Regio quando poſſit à poſſeſſoriis ordinariis appellari, p. 440. 450. n. 60

Juris executio non gravat, p. 481. n. 13

A re judicata non appellari Jura clamant, pagina 492. num. 94

Defectu Juris concurrente cum ſilentio decennii honeſtum non eſt, ut beneficium tanto ſit tempore litigioſum, p. 505. n. 18

Jus exequendi ex executorialibus etiam jure canonico non niſi ſpatio triginta annorum extingui, defenditur, ibid. n 21

Jus exequendi tam ex executorialibus, quàm inſtrumento guarentigiato habere inſtantiam triennio perituram, qui teneant, ibid. n. 34

Quæ opinio tanquam abſoluta & ſine diſtinctione ſequenda non eſt, ibid. n. 35

Jus exequendi etiam ex actione perſonali, & re judicata, ſuper ea poſt litis conteſtationem petita executione, interrupta perpetuatur in 40. annos, pag. 507. n. 50

Juris exequendi per citationem & executoris miſſionem interrumpitur præſcriptio, per litis autem conteſtationem perpetuatur jus ipſum in alios 40. annos, ibid. n. 51

Jus executivum & interruptum per citationem aut executoris miſſionem, denuo initiatur ejus præſcriptio, ibid. n. 53

Jus omne potentiùs operatur in cauſa quàm in cauſato, p. 542. n. 12

Quod procedit ſive Jus executivum proveniat ab actione reali & hypothecaria, ſive ab actione perſonali, p. 569. n. 33

Jus habens ad poſſeſſionem rei per executoriales alteri reſtituræ, poteſt contra hanc eo remedio agere, p. 574. n. 92

Juſpatronatus annexum quos pariat effectus, pag. 624. n. 109. remiſſivè.

Jure canonico deficiente, recurrendum eſt ad leges & conſuetudines regni potiùs quàm ad imperiales, p. 642. n. 109

Jus tertii ex cauſa executionis non eſt actus ſtans de per ſe, ſed dependens à jure creditoris, p. 656 n. 47

Jura duo cauſata ex una radice, una ambo reſciſſione tolluntur, ibid. n. 49

Iuſſio.

Juſſio ſecunda, nempe, *ſobre carta*, expeditur aliquando (rarò tamen) cum expenſarum mulcta ſolvendarum ſive à judice, ſive à notario, per quemlibet ſteterit, proceſſum non mittere, p. 62. n. 125

Juſſio ſecunda, dicta *ſobre carta*, quando expediatur, & cum quibus communionibus, & expenſis, pag. 72. n. 265

Juſſio ſecunda dicta *ſobre carta*, deneganda erit in iis, quæ judex poterat appellatione pendente licitè facere, p. 78. n. 42

L

Laicus.

Laicus poſſidens ſpiritualia ſemper præſumitur eſſe in mala fide, p. 8. n. 34

Laicus non ſe intromittit in ſpiritualibus, & eis annexis niſi de licentia Pontificis, & in caſibus à jure conceſſis expreſsè, p. 9. n. 36

Laici non poſſunt inducere legem aut conſuetudinem contra Clericos ex defectu poteſtatis, & juriſdictionis, ibid. n. 37

Laicus litigans coram judice Eccleſiaſtico, jure canonico, & tribunalis ſtylo adſtringitur, & è converſo, p. 81. n. 5

Laicorum leges non ligant clericos, ibid. n. 16

Et quando ſecus, ibid.

Laicorum lex ſi eſt, vel approbata per Papam, vel tacitè recepta, debet attendi in foro Eccleſiaſtico, ibid. n. 17

Laicus propter ſocietatem Clerici non debet damnum pati, nec ſuum perdere privilegium, p. 401. n. 112

Laici omnes præſumuntur quandiu de contrario non oſtenditur, p. 658. n. 82

Latitans.

Latitans, aut ſe abſentans, nec citatio ad ſe perveniat, dicitur verus contumax, p. 234. n. 87

Latro.

Latrones inſignes, incitatores ſeditionum, vel duces factionum non audiuntur appellantes, pagina 465. n. 28

Etiam ſi confeſſi tantùm ſint, vel convicti, ibid. n. 19

Laudum.

Laudi executio non eſt facienda pendente reductione, ad judicem ut bonum virum, ut verior opinio, reſolvitur, & quot ſint in hoc articulo, pag 456. 457. n. 10

Jure Regio hæc opinio innovata eſt, ibid. n. 11

Laudi executio fit ſi ſit inter partes conventum, ibid. n. 12

Vel ſi ſit ab aliquo ſtatuto ſic inductum, ibid.

Et de aliis limitationibus, remiſſivè, ibid.

Legatum.

Legatus in partibus habet facultatem cognoſcendi de appella

appellationibus interpoſitis ad Papam, & ab appellationibus à legato poteſt ad eundem redire, p. 294. n. 23

Legatum.

Legatum relictum pro ſepultura dilationem non recipit, & propterea nec appellationem ſuſpenſivam, p. 339. n. 60

Legatum, quod dilationem non recipit, debetur antequam hæreditas adeatur, ibid. n. 61

Legatum non fuiſſe mandatum, nec relictum probatur ex inſpectione teſtamenti, p. 523. n. 171

Tot ſunt Legata quot annuæ præſtationes, p. 559. n. 141

Legitimitas, Legitimum.

Legitimitatis exceptio non cenſetur excluſa à quolibet ſtatuto, omnes exceptiones adverſùs inſtrumentum excludente, p. 208. n. 62

Legitimitatis exceptio etiam poſt tres ſententias poteſt opponi, ibid n. 63

Legitimum dicitur, quod lege probatur, & favet, p. 314. num. 8

Legitimum dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur, p. 550. n. 2

Lex.

Lex Regia diſponit in auxilium Juris Canonici, prohibentis violentas oppreſſiones, p 8. n. 25

L. Regia refertur, aſſereus conſuetudine immemoriali competere Regi poteſtatem tollendi violentias, ibid. num. 32

Lex, conſuetudo, ſeu ſtatutum regulatur à poteſtate inducentis conſuetudinem, p 9. n. 37

L. Regiam 36. recop nervosè defendit Author, & juris naturalis eſſe declaratoriam affirmat, jure etiam divino & Canonico fundatam, ibid. n. 39

Lex temporalis ratione directiva obligat etiam clericos, quatenus univerſaliter tangit bonum publicum clericorum, & laicorum, p. 13. n. 65

Leges Regias tangentes bonum totius communitatis tenentur obſervare clerici cum non tendunt in præjudicium libertatis Eccleſiaſticæ, ibid. n. 66

Aliud eſt condere Legem particularem circa bona clericorum, aliud generalem, quæ comprehendat temporalia tam laicorum quàm clericorum, cum prima non licet, ſecunda valet, ibid. n. 67

Obſervantia talium Legum eſt neceſſaria ad pacem Reipublicæ, ibid.

Lex loquens cum aliqua qualitate ad ſui intellectum trahit omnes alias, quæ in illo propoſito ſimpliciter, aut generaliter loquuntur, p. n. 98

Leges debent intelligi ſecundum rubricam ſub qua ſituatæ ſunt, p. 29 n. 187

Confirmatoria Lex recipit eandem limitationem, quam confirmata, p. 36 n. 227

Lex loquens cum aliqua qualitate, ad ſui intellectum trahit omnes alias, quæ in illo propoſito ſimpliciter & generaliter loquuntur, ibid. n. 228

Legis ratio generalis licèt uni præſidi directa, ad omnes extenditur, p 45. n. 297

Lex uſu populi non recepta, ſed contrariis actibus rejecta, nec obligat, nec adſtringit, p. 46. n. 322

Lex Regia fundat cognitionem per viam violentiæ in jure, & conſuetudine ſuis omnibus requiſitis vallata, & acquiſita, p. 47. n. 337

Lex Regia, prohibens cauſas religioſorum trahit per viam violentiæ, interpretatur, p. 87. n. 22

Lex Regia de dicta oppoſita intelligitur reſpectu ſcholaſtici alium invenientis coram Magiſtro ſcholæ, p. 79. n. 44. & 45

Lex requirens aliquod genus ſeu modum probationis in aliquo actu, debet adimpleri ſpecificè, & aliter probari nullo modo poteſt, p. 95. n. 32

Lex ſeu ſtatutum poteſt, occurrente aliqua utilitate, aut evidente cauſa (ut hîc) facere, ut probatio valida & perfecta: in aliquo actu, ſit invalida & imperfecta, ibid. n. 33

Lex vel ſtatutum factum ob publicam utilitatem & requirat certum genus probationis, non admittitur alia probatio ſimul cum requiſita, ibid n. 34

Leges Regiæ in caſibus violentiæ veniunt ad evitandum fraudes, p. 103. n. 18

Lex Regia 36. & 37. tit. 5. lib. 2. recopil ponderantur, ut ad invocandum Regiam protectionem ſola ſufficiat appellationis denegata delatio abſque executione, p. 115. n. 21

Lex vel ſtatutum utens verbo de præterito, non extenditur ad futurum, p. 156. n. 242

Lex non fingit ſuper impoſſibili de natura & de jure, ne ſibi repugnet, p. 161. n. 34

Lex ubi aliquid fieri præcipit, judex id faciens dicitur legis executor, à quo non eſt licita appellatio, p. 371. n. 12

Quia tunc potius operatur Lex, quàm homo, cujus eſt executor, ibid. n. 12

Lex quando in aliquo caſu determinatè aliquid faciendum præcipit, (ut in exemplis appoſitis) non admittitur appellatio, ibid. n. 14

Lex ubi præcipit aliquid fieri, jam caſus cenſetur deciſus & determinatus per ſententiam legalem, quo caſu à legis diſpoſitione videtur appellare ſi à judice ut legis executore appelletur, p 372. n. 17

Lex Regia refertur qua revocantur donationes juris Regii patronatus factæ per Regem Henricum & aliorum Regum, p. 436 n. 319

Lex tollens appellationem confeſſo intelligitur de ſponte confitente, p. 464. 465. n. 14

Lex ſeu Canon debet intelligi ſecundùm rubricam, ſub qua ſituatum eſt, p. 513. n. 14

Libellus.

Libello inepto, pars non tenetur reſpondere, & à judice contrarium declarante licitè appellatur, p. 140. n. 42

Idem in Libello obſcuro, & generali reſolvitur, ibid. n. 43. quia eſt ſententia interlocutoria habens vim diffinitivæ, p. 141. n. 44

Libellus appellationis non ſufficit porrigi coram notario dumtaxat, & non coram judice, p. 164. n. 80

Libellus appellationis ut legatur judici, non eſt neceſſarium, licèt ſit ut coram ipſo præſentetur, ibid. n 81

Libellus oppoſitionis contra proviſionem beneficii non eſt provocativus, ſed excluſivus, p. 278. n. 74

Libellus quo pater agit abſque qualitate expreſſa legitimi adminiſtratoris ſuſtinetur ſi ex litis diſcurſu appareat quo jure ſit actum, p. 590 n. 285

Libellus generalis licèt non admittitur, poteſt tamen ex diſcurſu conſtare qua actione ſit expertum, ibid. n. 300

Liber.

Libri antiqui probant, quando eis communiter creditur, vel ſunt in loco, ubi dumtaxat ſervantur authenticæ ſcripturæ, p 434 n. 282

Liberum.

Libera facultas conceditur à jure judici à quo ad revocandum attentata, cùm ſit ad faciliorem cauſæ exitum, p. 94. n. 19

Libera facultas dici non poteſt, quæ ab alio dependentiam habet, p 379. n. 24

(Liberè) dictio idem importat quod ſine alterius conſilio, conſenſu, interventu, requiſitione, ſeu interventione, ibid n 24

(Liberè) dictio importat voluntarem abſolutam, ibid. 25

(Liberè) dictio liberam denotat poteſtatem in faciente ſua ſponte, & alterius voluntate non requiſita, ibid. n. 26

(Liberè) dictio, ubi apponitur, impedit appellationem, quia idem importat; quod appellatione & præſcriptione non obſtante, p. 380. n. 27

Index Rerum,

(Liberè) dictio nec jure,nec ratione,nec æquitate aliqua regulatur, p. 380. n. 31

(Liberè) dictio ubi eſt oppoſita, intelligitur ſublata omnis contradictio, & impedimenta, ibid. n. 33

Liberam facultatem providendi beneficium vacans ipſo jure per adeptionem ſecundi cùm per jus accipiat ordinarius, debet intelligi appellatione non obſtante, ibid. n. 34

Sine contradictione actuum celebrat, qui poteſt facere liberè, ibid. n. 35

Liberum arbitrium ex quibus verbis, & clauſulis datum judici intelligatur, pag. 459. numero 34. remiſſivè.

Limes.

Limites territorii aggredi, & terminos juriſdictionis ampliari, idem eſt, p. 516. n. 60

Liquidatio

Liquidationis articulus veſtitur natura executivi judicii, cui inducit, p. 221 n. 114

Liquidatio ſententiæ aut inſtrumenti guarentigiati exequitur ſuſpenſo illiquido, p. 222. n. 126

Liquidatio ſententiæ reddendæ rationis, non recipit appellationem ſuſpenſivam, p 261. n. 43

Liquidatio incidens in executionem eſt pars ipſius, cujus ſubſtantiam & naturam non mutat, pagina 514. n. 28

Liquidatio in executionem incidens non inducit novum gravamen, ſed continet declarationem interpretativam (ceſſante exceſſu.) ibid. n. 29

A Liquidationibus incidentibus in executorialium executione non appellatur, ibidem numero 30. remiſſivè.

Liquidationis judicium habet ſe ut incidens ad ſententiam, & ejus naturam aſſumit, ac pariter executioni mandatur, p. 609. n. 248

Liquidatio pertinentiarum præcedente condemnatione univerſali, dicitur declaratio interpretativa non augens nec minuens condemnationem, p. 617. n. 11. 13. & 17

Liquidatio quæ non mutat ſubſtantiam rei judicatæ, non inducit novum gravamen, pagina 617. numero 17

Liquidatio tunc non mutat ſubſtantiam condemnationis, quando continet declarationem interpretativam, non augentem nec minuentem, ſeu variantem ſubſtantiam ejus, p. 617. n. 18

A Liquidatione fructuum, damnorum, pertinentiarum, &c. virtute rei judicatæ, aut inſtrumenti guarentigiati appellationi non eſt deferendum, ibid. n. 28

A Liquidatione executoris vigore executorialium non admittitur appellatio, ſed iterum executori cauſa remittitur ut illam peragat, p. 618. n. 29

Liquidatio quæ ſub generalitate verborum ſententiæ nec virtualiter, nec viſibiliter comprehenditur, rectè convenit definitioni exceſſus, & ideo à tali exceſſiva liquidatione licet appellare, ibid. n. 32

In Liquidatione excedet executor ſi ad illam faciendam non citet condemnatum, p. 620. n. 62

Liquidationis in executione per quæ fiat probatio, & ea ſummariè non ſervato ordine judicii ordinarii, ubi nec requiritur libellus, nec litis conteſtatio, p. 621. n. 64

Liquidationis probatio ſuper pertinentiis, damnis, aut fructibus, &c. fit per interrogatorios advocati, ibid. n. 65

Ad Liquidationem faciendam ſuper pertinentiis, &c. tam actorem quàm reum executor tenetur admittere, ibid. n. 68

Ad Liquidationes probandas executor tenetur terminum aſſignare de ſtylo Rotæ, intra quem ſi non fiant, poteſt ad executionem procedere, ibid. n. 69

Liquidatio in executione facienda eſt per antiqua acta & teſtes, ne detur periculum ſubornationis, p. 625. n. 133

Executori ſi ſit commiſſa Liquidatio ſententiæ, cautus ſit victor, ut in executoria inſeri faciat dicta teſtium, qui meliùs circa valorem & æſtimationem rerum, fructuum, aut damni depoſuerint, ne ſubordinationi locus ſit, ibid. n. 134

Lis, Litigioſus.

Lis quando efficiatur ex comparitionibus per præſentatos coram ordinario, p. 278. n. 77

Lis dicitur pendere per impetrationem reſcripti vigore appellationis extrajudicialis, ſecuta ejus vigore citatione, p. 298. n. 287

Litigioſum non dicitur beneficium, nec lis ſuper eo pendere, quando eſſet dumtaxat mota ſuper poſſeſſione, tunc enim ſola poſſeſſio litigioſa eſt, pagina 405. n. 166

Litigioſum non dicitur beneficium, quando ſuper eo ut unito tantùm lis vertitur, ibid. n. 267

Litigioſum non dicitur beneficium, quando agitur ſuper privatione beneficiati niſi agens de privatione ſibi ſimul petat adjudicari, ibid. n. 168

Litigans ſi moriatur, nova citatio cum relatione ſtatus litis in ſucceſſorem eſt neceſſaria, aliàs corruit judicium, p. 408. n. 209

Lite mota inter Epiſcopum & patronum, vivente patrono, proviſus ſub ordinario removeri poteſt, pag. 428. n. 181

Lite vertente inter Regem & alium patronum putativum exiſtente in quaſi poſſeſſione vincente Rege, præſentatus à putativo patrono amovendus eſt, & de ratione, ibid. n. 282

Lite pendente inter patronos electores aut collectores ſuper poſſeſſione vincens declaratur verus poſſeſſor, & ideo ab adverſario præſentatus ſeu electus erit indiſtinctè removendus, ibid. n. 183

